Digitized by Google

XIII
H
23

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XIII
H
23
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

AURIFODINA
UNIVERSALIS
SCIENTIARUM DIVINARUM
ATQUE HUMANARUM:

EX. FONTIBUS AUREIS SANCTORUM PATRUM,
CONCILIORUM, DOCTORUM, NEC NON PAGANORUM FERE DUCENTORUM,
TAM IN THEOLOGIA, QUAM IN PHILOSOPHIA,

Per Sententias pluſquàm octoginta millia, ſub titulis ſeptingentis & ultrà, ordine Alphabetico digeſtarum. Religioſis & Secularibus, maximéque Concionatoribus, Oratoribus, Juriſperitis, aliiſque omnibus ſtudioſis utiliſſima.

à V. P. ROBERTO Cameracenſi Capucino, Provinciæ Gallo-Belgicæ:
IN DUOS TOMOS ORDINE ALPHABETICO DISTRIBUTA.

TOMUS PRIMUS.



PARISIIS,
Sumptibus DIONYSII THIERRY, viâ Jacobæâ, ad inſigne Civitatis Pariſienſis.

M. DC. LXXX.
Cum Privilegio Regis, & Approbationibus.

ILLUSTRISSIMO AC EXCELLENTISSIMO

D. DOMINO LE TELLIER,

DIGNISSIMO GALLIÆ CANCELLARIO.

EN tibi, VIR ILLVSTRISSIME, ex omnibus orbis partibus veniunt ad te ſanctorum Patrum denſiſsima æque ac florentiſsima agmina, cum innumeris, non dicam humanæ eloquentiæ floſculis; ſed verè aureis Chriſtianarum ſententiarum ramentis, ut ſub Nomine MAGNITUDINIS TUÆ *prodeat* AURIFODINA, *non è terræ viſceribus, ſed è Cœli penetralibus eruta, undè omnes, qui volunt divites fieri, ac piè vivere in Chriſto, diteſcere queant, nec incidere in tentationem, & in laqueum diaboli. Veniunt, inquam, non patrocinium petituri, non enim humana cœleſtibus, ſed cœleſtia humanis patrocinantur; in quibus (ut ait D. Leo)* Deus nobis & præſidium conſtituit, & exemplum: *Sed ut Regni cœleſtis divitias, virtutis amorem, vitiique odium per manus tuas longè latèque diſſeminent. Ad quem enim, tametſi totum luſtraſſent orbem, honeſtiùs atque ornatiùs divertere potuiſſent, quàm ad TE, qui velut alter Symmachus (ut cum Philoſophia apud Boëtium loquar) vir totus es ex virtutibus factus? Ita enim eas omnes moribus expreſsiſti, ut quod Ss. Patres ſcriptis monitiſque ſuis univerſos docere moliuntur, in TE uno effectum congeſtumque miremur, in quo juſta in Deum veneratio, in Religionem pietas, fidelitas in Principem, prona in egentes liberalitas, benigna in omnes affabilitas, cæteraque virtutes ſedem ac imperium ſibi fixiſſe videantur.*

Superfluum mihi eſt, velle publicare quod fama ubique vulgavit: non meo indiget encomio is, qui primas ſedes in honoris templo, virtutumque adytis promeruit, & quem univerſa Gallia, tamquàm Primarium Regis Chriſtianiſsimi Miniſtrum ſuſpicit ac veneratur. Nec immeritò, totius enim Majeſtatis cura, eſt optimi Miniſtri electio, ſicut totius Dei fabrica hominis: nec poteſt non eſſe bonus, quem Rex æquiſsimus ſua electione dignum exiſtimavit. Nam ut Caſsiodorus nomine Theodorici Regis loquitur: Pompa meritorum eſt regale judicium, quia *Lib. 1. Ep. 12.*

neſcimus iſta, niſi dignis impendere, ut quantùm poteſtati noſtræ, Deo favente, ſubjaceat omne quod volumus, voluntatem noſtram de ratione metimur, ut illud magis æſtimemur elegiſſe, quod cunctos dignum eſt approbare. *Commune Regibus ſemper fuit, Miniſtros ſibi adſciſcere, tanquàm myſteriorum ſuorum claves, ſecretorum archivia, laborum levamenta, quibus tanquàm Oraculis uterentur. Ariſtotelem habuit Alexander, Plotinum Darius, Piſtum Auguſtus, Plautum Pompeïus, Apollonium Antoninus, Plutarchum Trajanus, Senecam Nero: qui tantâ apud Principes authoritate pollebant, ut Principum liberi illos velut Patres, Reges verò ipſi venerarentur ut Magiſtros. Illos Spiritus ſanctus Regum appellat amicos, quorum cor mundum, & ſine fuco lingua Regum gratiam juſtò*

Proverb. 22. *promerentur.* Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum Regem. *Maxima tua laus eſt, VIR ILLVSTRISSIME, amicum eſſe Regis prudentiſſimi, qui cordis tui ſinceritatem, jàm antè à Regibus probatam cumulavit. Neque inter encomia tua; ô LUDOVICE MONARCHA invictiſſime, mediocrem æſtimo prudentiam tuam, TELLERIUM elegiſſe Miniſtrum, qui ſeipſum in obſequio tuo ſuperat, & cui nunquàm factum eſt ſatis, niſi Tibi inſerviiſſe.*

Tantus Rex tali Miniſtro convenit, & tantus Miniſter pro tali Rege factus eſt, ut Majeſtatis fulgor, quaſi adamas in aureo annulo Miniſtri

Lib. 5. Ep. *decore rutilet:* Gemmarum divites venæ (*inquit Caſiodorus*) auri fulgore pretiantur, & gloriam pulchritudiuis capiunt, quia nullâ degeneri vicinitate ſordeſcunt. *Adamantis fulgor auri vicinitate creſcit; ſi ex alio quàm auri metallo formaretur annulus, non ita fulgeret adamas, gemmæ pretium ex auro circumambiente augetur:* Et unius rei facies (*ut idem ait*) de addita ſibi venuſtate pulchreſcit.

Regem dicamus adamantem pretioſum, fortem, indomabilem: Majeſtas ejus (verum eſt) per ſe ſplendet, vibrat radios, ferit oculos, ſed longè ſplendidiùs fulget ex TELLERII auro circumambiente: Ejus, inquam, familiâ, quæ ſic Majeſtatis latera ſtipat, & quidquid in Religione ſacrum, quidquid in Politica arduum, quidquid in militia generoſum externiſque gerendis providum, quo Majeſtatis ſplendor accreſcit, illud ex Te, VIR ILLUSTRISSIME, profectum eſſe cenſeatur. Ex Te enim prodierunt Rami iſti verè aurei, REVERENDISSIMUS *atque* ILLUSTRISSIMUS ARCHIEPISCOPUS RHEMENSIS, *qui ſacris infulis redimitus, illas ornat potiùs quàm ornetur ab illis: Ex te ſtrenuiſſimus* MARCHIO DE LOUVOY, *qui militiæ Regiæ ita præeſt, ut ſemper proſit conſilio, arte, viribus.*

Tu quidem radix & truncus aureus, ſed cùm Poëta dicere licet:

. . . . Non deficit alter
Aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo.

Annulum formas, quo Adamantis noſtri fulgor, non Galliæ tantùm, ſed & totius Europæ perſtringit oculos, Vir totus Reipublicæ natus.

Verùm non ita inter ſuprema verſaris, quin etiam infima reſpicias, non deſpicis alto ſupercilio pauperes, ratus ſuperbiæ faſtum vilis animi eſſe ſignum, non generoſi indicium: ita enim affabilitatem colis, ut illam exiſtimes in homine, non tàm virtutem eſſe, quàm naturam, ſicut in illo, qui illam non colit, non vitium eſſe, ſed monſtrum. Parum eſſet, immò maximè periculoſum, familiarem eſſe Principi, niſi iſta familiaritas in miſerorum atque indigentium commodum cederet. Nam, ut rectè D. Gregorius Magnus cenſet, Alius fortaſsè fami- *Homil. 9. in Evang.*
liaritatis locum apud Principem meruit, talentum profectò familiaritatis accepit. *Si ergo nihil ei pro indigentibus, pro talenti retentione damnatur: Non Te talenti iſtius retentio damnabit, qui afflictorum querelas, & gemitus tàm promptè ad Principem defers, quàm humanè ac clementer auſcultas.*

Omnes Te ſuſpiciunt, ut alterum Nebridium, tàm honorificè à S. Hieronymo commendatum, qui in aula Imperiali educatus in tantam gratiam evectus eſt, ut & ipſi Cæſares ad ſuam menſam admitterent, cum tanta rerum ab ipſo procuratarum exiſtimatione: Ut totius Orientis *Ep. 19. ad Savinam.*
Epiſcopi ad hunc miſerorum preces, & laborantium deſideria conferrent: ipſe verò tantâ teneri cordis pietate movebatur, ut neglectis propriis commodis, quidquid ab Imperatore poſcebat, eleemoſina in pauperes, pretium captivorum, miſericordia in afflictos erat. *Non fruſtrà ad Tuam protectionem confugiunt pupilli, neque ſpe ſua deluſæ gemunt viduæ: in Te idem eſt ſcire afflictorum miſerias, & ſublevare, nec in Te cadit quod in Sacerdote & Levita damnat Evangelium, qui viſo ſaucio Samaritano præteriêre.*

De Te, VIR CLARISSIME, vulgabitur quod de S. Malachia ſcribit D. Bernardus: Totus ſuus, & totus omnium erat, ut nec charitas à cuſtodia ſui, nec proprietas ab utilitate communi eum impedire, vel retardare in aliquo videretur. *Si videres hominem ſolum, & ſecum habitantem, putares ſoli vivere Deo, & ſibi: ſi videres hominem immerſum turbis & implicitum curis, diceres Patriæ natum, non ſibi. Idem de Te dicere licet, Deo vivere Te, & Patriæ natum, non Tibi, atque ut utrumque amicâ ſocietate unias, Deo dicatorum hominum patrocinium, cum publica*

ſolicitudine ita conjungere, ut facile non ſit diſcernere, an Regni potius, an Religionum jura tuearis, Deo æqualiter fidelis & Regi.

Hoc nuſquàm non expertur inter alias; noſtra Capucinorum Religio, cujus patrocinio tàm ſolicitè incumbis, ut non tantùm Mœcenatem beneficum, ſed amantiſſimum Patrem, qui injurias depellat, qui famam vindicet, qui ſuſtentet, qui promoveat, qui ſinu foveat, in Te feliciter reperiſſe ſe glorietur. Et ſicut noſtra Provincia totius Galliæ, Te pro ſecuriſſimo Protectore agnoſcere non verentur: ita noſtra Provincia Gallo-Belgica te quoque Protectorem ſuum infallibilem elegiſſe ſibi gratulantur. Certè non ingrati eſſe volunt, quos amas: omnium noſtrûm in te vota conſpirant & quem felicem in cœlis cupiunt, fortunatum, honoratumque in terris exoptant. Sequor aliorum meumque juſta gratitudinis impetum, cùm illuſtriſſimo nomini tuo has Lucubrationes dicandas conſecrandaſque aſſumo, in frontiſpicio ſanctorum Patrum, celebriumque virorum clariſſimum TELLERII nomen affigo, ut mortui ſub vivente reviviſcant, nec quiſquam Sententiarum Aurifodinam intrare formidet, cujus in introïtu, primoque veſtibulo, ſpirantem virtutum ideam, tanquàm voluminum iſtorum nobile Compendium contemplatur. Cujus ſi aurea dicta atque egregiè facta tranſcribere liceret, non mediocri mole volumina iſta turgeſcerent, & locupletiores hujus Aurifodinæ venæ aperirentur; ſed poſteris hanc provinciam relinquo. Inſpice aliorum oracula, dùm tua in futurum parantur: Interim dùm vivis, ac merita meritis cumulas, perſeverantiam; ac tandem æternam tibi felicitatem cum tota noſtra Congregatione Capucinorum, ac præcipuè cum Provincia noſtra Gallo-Belgica, apprecatur

ILLUSTRISSIMÆ MAGNITUDINIS TUÆ

Humillimus ac obſequentiſſimus
in Domino ſervus,
F. ROBERTUS CAMERACENSIS, Capucinus,
Provinciæ Gallo-Belgicæ.

Digitized by Google

COLLECTOR AD LECTOREM.

HUMANISSIME Lector, cùm perſpexiſſem per ſingula jàm tranſacta ſecula, nullum hactenùs prodiiſſe, qui SS. Patrum, aliorumque Doctorum Sententias ex eorum propriis ac germanis fontibus depromere aggreſſus eſſet, ut poſteà cum accuratiſſimo ordine in publicum ederet: operæ pretium duxi, tàm zelo ſalutis animarum, quàm utilitate omnium hominum vivaciter pulſus, hoc laborioſiſſimum Opus, indefeſſo ſtudio, cum animi aſſiduitate & applicatione infatigabili, auxilioque ſpeciali deſurſùm benignè tranſmiſſo, fortiter aggredi, ſine quo impoſſibile erat, tàm optatum Opus unquàm incipere, multoque minùs feliciter complere.

Si fortè miraris, quòd ego poſt tot doctiſſimos viros, qui aliquid in lucem huic Operi ediderint ſimile, hanc ſeriem Sententiarum in publicum dare ſim auſus; ſcias velim, non inanis gloriæ aucupationem, aut præſumptionis ventum; ſed primùm Omnipotentis Dei honorem, laudem, & gloriam, deindè animarum ſalutem, omniumque denique tàm Religioſorum, quàm ſecularium profectum, ut cauſam præcipuam extitiſſe.

Fateor tamen ingenuè (amantiſſime Lector) quod multi ſint, qui aliquas Sententias aliquorum SS. Patrum & Paganorum ſub titulis in publicum dederint, ſed qui plus aliis floret, liber quidam eſt, Polyanthea nomine: primò à quodam Nano Mirabellio ante ferè ducentos annos; ſecundò à Bartholomæo Amantio, tertiò à Franciſco Tortio, quartò denique à Joſepho Langio, Sententiarum non ex fonte, ſed temerè quadam farragine congeſtarum reſumptus: hi minimè curantes, ſint ne veræ aut falſæ, mendoſæ aut mutilatæ; ſicque eas collegerunt de manu ad manum, de libro ad librum, de loco ad locum, ſive certum, ſive incertum. Exempli gratia de quibuſdam libris ſparſim quoſdam authores citantibus Nanus Mirabellius, de Nano Mirabellio Bartholomæus Amantius, de Bartholomæo Amantio Franciſcus Tortius, de Franciſco Tortio Joſephus Langius paucis additis, nec itidem ex fontibus propriis ſimpliciter exprompſit. Itaut tempore opportuno compoſui has Sententias cum originalibus, ſtupefactus plurimas malè citatàs, aut mendoſas, aut mutilatas, aut falſas & omninò corruptas comperire. Quare quamprimùm operi me accingens, libros & authores neceſſarios paravi, quæque accommodata videbantur, ſeligere ac digerere hunc in modum (ut videre eſt) cœpi, atque ita animum manumque movens ad hanc telam pertexendam, plurimis difficultatibus ac contradictionibus ſuperatis, ad umbilicum feliciter tandem ſpatio quatuordecim annorum perduxi.

Ut breviter hujus Aurifodinæ deſcriptionem enucleem: dicam quòd ſit florum aureis venis tinctorum copia, ex areolis SS. Patrum, Conciliorum, ac aliorum communium Authorum ſelecta: ſeu Collectio, aut (ut ita dicam) quinteſſentia Sententiarum Eccleſiaſticorum Patrum, Pontificum, & Conciliorum, ac plurimorum aliorum, videlicet Ariſtotelis, Ciceronis, Epicteti, Platonis, Senecæ, &c. ex fontibus aureis hauſta: qui omnes in univerſum Authores Chriſtiani cum Pontificibus, ſunt centum & quinquaginta novem, Concilia novem cum una Synodo, Pagani verò viginti ſex, qui ſunt ad hæreticos perverſoſque Chriſtianos confutandos.

Hoc Opus in viginti libros ſub titulis itidem viginti diſtribuitur: ſingulis titulis alphabeticè ordinatis ſubjacent Sententiæ cum ſuis Authoribus ad marginem, etiam alphabetico modo concinnè diſpoſitis: & poſt Sententias ſingulas locus infallibilis, diſtinctus ac perlucidus citatur. In fine autem titulorum poſt Sententias Chriſtia-

norum, ſequuntur eodem ordine, citatione & facilitate Sententiæ Paganorum: quas omnes hujus Operis, non de manu ad manum, nec ex incertis, aut mendoſis codicibus, ſed à fontibus ipſiſmet accuratiſſimo & indefeſſo ſtudio, fideli certaque citatione, necnon exactiſſimo examine ad utilitatem animarum legendo deprompſi: & idcircò miras, elegantes ac medulloſas Sententias, huc uſque nondùm productas, hîc videre licet. Et quidem non mirum, quia rarò & à paucis hi Authores integrè devorantur: quapropter nihil vel parum de fontibus ad lucem proditur; ſed ſufficit ſegnibus, quidquid in citatoribus modernis reperiant, ſive ſint mendoſa, ſive mutilata, ſive compoſita; modò aliqualem ſenſum accommodantem habeant, non multùm ſatagunt: eo quòd nimis laborioſum eis videatur, fontes Authorum rimari: & ut nullas tantorum laborum excuſationes afferant, habent in hoc volumine ampliſſimè ac commodiſſimè quidquid ex Doctoribus ſacris & profanis exoptare poterunt ad bonum, in ſingulis titulis ad amuſſim diſtributis in modum areolarum variis floribus odoriferis ac rariſſimis conſitarum; adeò ut quòd hodie minimè placet, cras maximè placebit.

Denique omne genus hominum cujuſvis ſtatûs atque conditionis eſſe poſſit, hîc quidquid ſibi prodeſſe voluerit, ſtatim commodè, & ſine ulla difficultate invenier. Juſti virtutibus prædìti, & vitæ ac morum honeſtate inculpabiliter compti, lectione hujus voluminis jucundiſſimâ ſuarum virtutum recordatione, & rectè factorum conſcientiâ, voluptatem incredibilem percipient: Peccatis verò obnoxii, hinc errata diſcent illicò deteſtari, & inpoſterùm illa ſummoperè cavere. Si qui etiam errore decepti, à veritate deflexerint, ii ſaluberrimis veræ doctrinæ legibus (quarum hîc copioſiſſimam licet ſegetem metere) animadverſis faciliùs gradum revocare diſcent. Hîc privati ad honeſtatem modeſtiamque provocantur; expergiſcuntur ſegnes ad vigilantiam, tribulatis afflictiſque conſolatio extat copioſa; impudentes & perverſi, luminis claritatem quod ſubitò terrorem injiciet invenient. Imperiti inſtruuntur, inſtructi recreantur, recreati confortantur, confortati convaleſcunt. Debiles confirmantur, infirmi ſanantur, cæci vident, claudi ambulant: plus dicam, mortui reſurgunt. Juvenes continentiam, viri fortitudinem, ſenes prudentiam, mulieres fidelitatem, viduæ perſeverantiam, virgines caſtitatem, omnes pietatem virtutemque haurient. Taceo utilitates alias, quas hoc volumen omnibus lectoribus præbere & plurimas poteſt & ampliſſimas: ſed ut uno verbo dicam; nullum propè eſt vitæ genus, ætaſque nulla, cui non liceat ex hoc Opere, velut fonte ubertimo ex Aurifodina emanante, ſalutaria tàm honeſtè vivendi, quàm prudenter agendi præcepta haurire.

Porrò cùm in multis editionibus multa mendoſa, corrupta, mutilata, omiſſa vel neglecta atque ſuppreſſa repererim, ideò judicavi antiquiores recentioribus præponere, cùm ſint fuerintque ſemper germaniores, certiores ac probabiliores. In Gloſſa ordinaria ſuper ſacram Scripturam impreſſionis Lugdunenſis anni 1599. (quam hîc ſequor) multas Sententias de Conceptione Immaculatâ B. M. V. probandâ, reperi tomo ſexto ſuper Epiſt. ad Rom. cap. 5. ac alias diverſarum materiarum, quæ poſteà fuerunt, neſcio quâ de causâ, totaliter abrogatæ in editione facta Duaci, anno 1617. quæ multò abſimilis eſt illius Lugdunenſis, à tam multis tamen gravibus & antiquis irrefragabilibus Patribus ſæpiùs citata & approbata.

Opera D. Gregorii Magni Baſileæ impreſſa anno 1551. (quæ ad amuſſim ſum ſecutus, in meliori forma & ordine videntur diſpoſita (præſertim Moralia ſuper Job) quàm illa, quæ edita ſunt Pariſiis eodem anno; adeò ut capita Moralium impreſſionis hujus, numeri ſint alterius.

Eodem pacto D. Baſilii Magni Opera Antuerpiæ anno 1616. impreſſa, germaniora, lucidiora, Græcoque ſuo conformiora eſſe, quàm illa Pariſiis anno 1550. edita, haud temerè judicavi.

Nota quòd Ven. Beda tom. 2. Operum ſuorum ſæpiſſimè in aliquibus Sententiis citet Ariſtotelem, quod in fonte non ſic ſe habet: ſed ſufficere mihi videtur, quòd cùm in ſenſu ſint, ipſe Ven. Beda (qui eas citat) ſit Author irrefragabilis.

Nota inſuper, quòd Epiſt. 48. & 49. Senecæ ita ſint ſimul conjunctæ, ut una ſolummodò fiat illius impreſſionis, quam ſequor; itaut dicatur Ep. 48.

Si quæ Sententiæ aliquorum Authorum Græcorum ab Interpretibus de Græco in Latinum tranſlatæ, non verbis inter ſe concordent, ſufficit quòd ſenſu, & ſecundùm dictionem græcam Authorum ſint, quæ germana eſt.

Si quid autem, benevole Lector, fortè vel in ſerie Titulorum, aut Sententiarum delectu, aut diſtinctione, vel ordine, minùs convenienter à me pertractum deprehenderis; ipſe homo conditionis humanæ memor eſto, veniamque erratis facillimè concede: memineris me non functum fuiſſe Authoris officio, ſed tantùm Collectoris: Undè ſi interdùm aliqua Sententia (quod minimè credo) à Chriſtianis Eccleſiaſticiſque decretis diſſideat, non id mihi, ſed Authori, aut errori Typographi eſſe imputandum cenſeo. Spero tamen ſtudioſis aliiſque bonis viris ita labore noſtro ſatisfactum iri; ut ſi magni ingenii; & exquiſitæ diligentiæ laudem (quam quidem ex hoc opere nec mereor, nec mereri affecto) illi mihi tribuere non optant: ſed ſtudii tamen, & promptæ erga bonas litteras voluntatis teſtimonium non prorsùs ſint denegaturi.

Id enim in hoc meo labore exantlato tàm ſuſcipiendo, quàm abſolvendo ſpectavi unicum, ut publicam utilitatem, animarumque ſalutem, ſtudia mea (quantulacumque tandem illa ſint) adjuvarent: tibique, Candide Lector, facilitatem & delectationem copioſiſſimè compararent. Vale; hoc igitur Opere utere, fruere.

PROTESTATIO COLLECTORIS.

QUÆ in his viginti libris *dixi*, aut ſcripſi, ut Collector, non ut Author, *abſque præjudicio ſanè dicta ſint; ſaniùs ſapientis, Romanæ præſertim Eccleſiæ, authoritati atque examini, totum hoc reſervo, ipſius, (ſi quid aliter ſapio) paratus judicio emendare.* Cujus fidem, doctrinam, & definitionem, quoad vixero, ſervare, docere, ac defendere ſemper & ubique volo. *S. Bernard. Ep. 174. in fin.*

Si quid autem, ut jàm dixi, quod abſit, aliter à me ſcriptum fuerit, quàm illa tenet, docet, credit, & profitetur Eccleſia, ex nunc fortiter revoco, & pro non ſcriptis, nec dictis haberi volo, ſummum quoque Pontificem, Chriſti Vicarium, ſcriptorum meorum judicem ac moderatorem, hac mea proteſtatione in omnibus eſſe volo & ſentio.

Si te Doctorum recreent viridantia prata,
Hinc tibi florigeras, collige Lector opes.

Digitized by Google

FACULTAS IMPRIMENDI CONCESSA AB ADM. R. P. GENERALI.

NOs F. Stephanus a Cæsena univerſi Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Capucinorum Miniſter Generalis, licet immeritus. Virtute præſentium, & ad ſalutaris obedientiæ meritum, licentiam tribuimus adm. V. P. Roberto Cameracensi noſtri Ordinis in Provincia Valloniæ Sacerdoti, quatenus, ſervatis ſervandis, typis mandare valeat Opus à ſe elaboratum, cui titulus eſt: *Aurifodina Univerſalis Scientiarum divinarum atque humanarum*, &c. jàm à duobus idoneis Patribus, quibus id à nobis demandatum fuerat, reviſum, & approbatum. Datum in Conventu noſtro Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis de Urbe, hac die 9. Februarii 1679.

F. Stephanus Miniſter Generalis.

CONSENSUS R. P. PROVINCIALIS.

CUm R. admodùm P. Stephanus a Cæsena Generalis Ordinis noſtri, licentiam miſerit V. P. Roberto Cameracensi, Typis mandandi Opus à ſe compoſitum, aſſignaveritque duos Theologos Provinciæ noſtræ ad id examinandum & approbandum; libenter conſentio illius impreſſioni, quam noſtræ Religioni honorabilem fore haud ambigo. Datum in Conventu noſtro Vallencenenſi 12. Octobris 1679.

F. Antoninus Orchiacensis Provincial. ind.
Provinciæ Gallo-Belgicæ F. Min. Capucin.

APPROBATIO THEOLOGORUM ORDINIS.

NOtum omnibus ſacio, quòd, ſecundùm impoſitam mihi obedientiam à Reverendiſſ. Patre Generali legendi & examinandi Opus à V. P. Roberto Cameracensi collectum, illud attentè, atque integrè pervolverim, quæque in illo emendanda judicavi, emendaverim, nihilque in illo contra fidem, moreſque à Sancta Romana Eccleſia, receptos, nec contrà intentionem, & monita R. P. Generalis quidpiam repererim. Cæterùm hoc Opus omnibus verbi Dei Præconibus perutile fore ſpero, qui in illo maximam ſelectarum Sententiarum Sanctorum Patrum copiam ſine labore reperient, qualem in tota Patrum Bibliotheca multo tempore, & maximis laboribus vix ſibi comparare poſſent: omnia nimirùm ordine alphabetico digeſta ſub multiplici titulorum varietate, undè plurima, & optima ad quodlibet ſubjectum apta deduci poſſunt. Jam à multis annis tale Opus ab aliquo fieri deſideraveram, licèt enim plures ſint libri, qui huic Operi ſimile aliquid tractaverint, plurima tamen in illis deſunt quæ in hoc Opere affatim ſuppeditantur, præſertim fida & accurata citatio locorum & Authorum, ex quorum ſcriptis authenticis deſumptæ fuerunt ad verbum Sententiæ. Itaque librum hunc non ſolùm utilem, ſed etiam Ordini noſtro honorificum judico; omnibuſque qui Sanctorum Patrum volumina pervolvunt, gratiſſimum fore confido. Ita ſecundùm injunctam mihi à R. P. Generali obedientiam cum omni veritate & ſinceritate eſſe teſtor. Datum Bruxellis 27. Decembr. 1677.

F. Mansuetus Neocaſtrenſis, Capuc.
Aulæ Regiæ Concionator ind.

EX commiſſione Reverendiſſ. P. Generalis evolvi lib. 20 Sententiarum à V. P. Roberto Cameracensi collectarum, & infatigabili labore per ordinem digeſtarum: & conſultis fontibus ſuper fidelitate & ſinceritate textuum, de quibus vel leviſſimè dubitabam, correctiſque & deletis quæ corrigenda vel delenda judicavi: hocce teſtimonium præbeo. Opus hoc hortus eſt amœnitatis in quo omnis generis flores ſpirant ſuavitatem odoris, in quo apis argumentoſa colliget farraginem mellis: Nemo ſpiritualis vitæ ſtudioſus, ac myſticæ doctrinæ avidus, hoc opus perleget, quin ibi reperiat delicias ſpiritus in quibus delectetur ſuper mel & favum Opus hoc pharetra eſt cœleſtium jaculorum, quibus & confodiantur hæreſum errores, & penetrentur diaboli verſutæ illuſiones & propulſentur inſanæ mundi opiniones. Opus hoc firmamentum eſt Chriſtianarum virtutum: hic inſtruitur prudentia, hîc ſtabilitur juſtitia, hic roboratur fortitudo, hîc adversùs cupiditatem munitur temperantia: hic vivificatur fides, ſpes excitatur & charitas inflammatur. Opus hoc verè non immeritò *Aurifodina* intitulatur, in quo ubertas aurea omnis doctrinæ ſpeculativæ, practicæ, & myſticæ reperitur; in quo nihil probis moribus adverſum, nihil communi S. Romanæ Eccleſiæ ſenſui contrarium continetur: & quod effundi per totum orbem meretur ad univerſalis Eccleſiæ utilitatem & Seraphicæ Religionis honorem. Ita cenſeo. Datum Anghiæ 2. anni 1678.

F. Franciscus Leodius Capuc.
Concionator, Lector ind.

VIdi & approbavi.

I. Grandin.

CATALOGUS PONTIFICUM SANCTORUM, PATRUM, Philoſophorum, Oratorum, atque Poëtarum, ordine alphabetico concinnè diſtributus.

Ex quibus, omnes hujus Operis Sententiæ, diligentiſſimè, ac fideliſſimè excerptæ ſunt.

PONTIFICES SUMMI, ET CONCILIA.

A.

ADrianus, Romanus. *Floruit anno* 795.
S. Alexander I. Romanus, Martyr. *Floruit anno* 130.
S. Anacletus, Græcus, Martyr. *Floruit anno* 112.
S. Anaſtaſius II. Romanus. *Floruit anno* 498.
Antherius, Græcus. *Floruit anno* 237.

C.

S. CAlixtus, Romanus, Martyr. *Floruit anno* 225.
S. Clemens, Romanus, Mart. *Floruit anno* 102.
S. Cornelius, Romanus, Martyr. *Floruit anno* 254.
Concilium Agathenſe in Gallia Narbon *Celebrat anno.* 506.
Concilium Aurelianenſe in Gallia. *Celebrat. anno* 510.
Concilium Eliberitanum in Boetica. *Celebratum an.* 305.
Concilium Carthaginenſe V. *Ibidem, celebr. anno* 401.
Concilium Moguntinenſe. *Ibidem, celebratum ann.* 813.
Concilium Maſliconenſe. *Ibidem, celebr. an.* 580.
Concilium XII. Toletanum *Ibidem, celebr. anno* 681.
Concilium Triburienſe in Germania *Celebr. an* 1035.
Concilium Trident. edit Lugdun. in Gallia. *Celebr. an.* 1545.

D.

S. DAmaſus, Hiſpanus. *Floruit anno* 384.

E.

S. ELeutherius, Græcus, Martyr. *Floruit anno* 195.
S. Evariſtus, Græcus. Mart. *Flor. an.* 121.
S. Eugenius I. Romanus. *Floruit anno* 654.

F.

S. FAbianus, Romanus, Mart. *Floruit anno* 238.
S. Felix, Romanus, Mart. *Floruit anno* 275.

G.

S. GElaſius Afer. *Flor. anno* 496.
S. Gregorius Magnus, Eccleſiæ Doctor eximius, & Roman. *Edit. Baſil. anno* 1551. *flor. anno* 603.

H.

S. HOrmiſdas, Campanus. *Floruit anno* 523.

I.

INnocentius II. Romanus. *Floruit anno* 1143.
S. Innocent. III. Agnaninus. *Editionis Colon. anno* 1552. *& floruit anno* 1216.
Joannes VII. Græcus *Floruit anno* 707.
Joannes VIII. Romanus. *Floruit anno* 882.
S. Julius, Romanus. *Floruit anno* 351.

L.

S LEo I. Etruſcus *Flor. anno* 460.
S. Leo X Romanus. *Flor. anno* 1520.
S. Lucius Romanus, Martyr. *Floruit anno* 256.

M.

S MArcellus, Roman. Mart. *Floruit anno* 307.
S. Martinus, Etruſcus. Martyr. *Floruit anno* 653.

N.

S. NIcolaus I. Romanus. *Flor. anno* 867.

P.

S. PAſchalis I. Romanus. *Floruit anno* 824.
S. Pelagius I. Romanus. *Floruit anno* 559.
S. Pius I. Aquileïenſis. *Floruit anno* 167.

S.

S. STephanus, Romanus, Mart. *Flor. anno* 260.
S. Symmachus, Sardus. *Flor. anno* 513.
Synodus VIII. *Celebrata anno* 869.

T.

S. TEleſphorus, Græcus, Mart. *Flor. anno* 153.

V.

URbanus I. Romanus, Martyr. *Flor. anno* 224.
Urbanus IV. Trecenſis in Gallia. *Edit. Colon. anno* 1618. *apud Bibl. Patrum, flor. anno* 1264.

Z.

S. ZEphyrinus, Rom. Mart. *Flor. an.* 221.

SS. PATRES, ET ALII CHRISTIANI.

A.

B. ALanus de Rupe, Ord. Prædicat. *Edit. Colon.* 1624.
S. Albertus Magnus, patriâ Suevus, Ord. Prædic. Epiſcop. Ratiſponenſis. *Floruit anno* 1250.
S. Ambroſius, Mediolanenſis Epiſcop. ac Eccleſiæ Doctor. *Edit. Pariſiis floruit anno* 397.
S. Anaſtaſius Antiochenus Patriarch *Flor. anno* 599.
S. Anſelmus Italus, Archiepiſc. Cantuarienſis, Ord. Bened. *Floruit anno* 1106.
S. Antoninus Florent. Archiep. Ord. Prædicat. *Edit. Pariſ. à Joanne Petit. Floruit anno* 1459.
S. Antonius Abbas. *Apud Bibl. Patr. edit. Colon. anno* 1615. *Flor. anno* 358.
S. Antonius de Padua, Ord. Minor. *Floruit anno* 1231.
S. Apollonius, Senator Rom. Mart. *Floruit anno* 189.
S Arſenius Abbas, mortuus eſt ætatis ſuæ 121. *anno* 440.
S. Aſterius, Amaſeæ Epiſc. *Apud Bibl Patr. edit Colon.* 1618.
S. Athanaſius Magnus, Alexand. Epiſc. *Flor. anno* 372.
S. Athanaſius Conſtantinop Patriarcha.
S. Auguſtinus Africanus, Epiſc. Hypponenſis, & Eccleſiæ Doctor. *Edit. Baſil. an.* 1529. *Floruit anno* 430.

B.

S. BAſilius Magnus, Archiep. Cæſareæ. *Edit. Antuerp. an.* 1616. *Floruit anno* 378.
S. Baſilius, Seleuciæ Archiep. *Apud Bibl. Patr. edit. Colon.* 1618. *floruit anno* 448.
V. Beda, Presbyt. Anglus. *Edit. Colon.* 1612. *flor. an* 776.
Bellarminus, nomine Robertus, Cardinalis, ex Societ. Jeſu. *Vide* Robertus.
S. Benedictus, Abbas, & Ord. fundator *Floruit anno* 543.
S. Bernardinus Senenſis, Ord Min. *Floruit anno* 1444.
S. Bernardus, Abbas Clarævallenſis. *Edit. Antuerp anno* 1576. *flor. anno* 1153.
V. Bloſius, nomine Ludovicus, Lætienſis Abbas. *Edit. Colon. anno* 1589. *floruit an.* 1566.
S. Boetius, Philoſophus, Mart. *Floruit anno* 526.
S. Bunaventura, Card. & Albenſis Epiſc. ac Eccleſiæ Doct. Ord. Minor. *Edit. Moguntiæ, anno* 1609. *flor. anno* 1274.
S Bruno, Carthuſianorum fundator. *Edit. Colon. anno* 1611. *Floruit anno* 1101.

C.

S. CÆſarius Arelat. Epiſc. *Floruit anno* 540.
Caſſiodorus, Monachus Ord. S. Bened. ex Senatore Romano. *Edit. Pariſ. à Joan. Petit. anno* 1519. *flor. an* 576.
Clemens Alexandrinus. *Edit. Baſil. anno* 1556. *flor. anno* 196.
S. Cyprianus, Martyr, Carthaginenſis Epiſc. *Edit. Antuerp. an.* 1568 *flor. anno* 260.
S. Cyrillus Alexandrinus Epiſc. *Floruit anno* 444.
S. Cyrillus Hieroſolymit. Archiep. *Floruit anno* 386.

D.

S. DIadochus, Photices Epiſc. *Flor. anno* 626.
Didymus Alexandrinus, & præceptor D. Hieronym. *Floruit anno* 394.
S. Dionyſius Alexandrinus Epiſc. *Flor. an.* 266.
S. Dionyſ. Areopag. Mart. & primus Pariſ. Ep. *Flor. an.* 120.
Dionyſ. Carthuſianus, *Edit. Pariſ.* 1539. *floruit anno* 1471.
S. Dorothæus, Abbas. *Floruit anno* 283.

E.

S. EDmundus, Anglus, Cantuarienſ. Archiep. *Flor. an.* 1240.
S. Eligius Gallus, Noviomenſis Epiſc. *Flor. anno* 660.
S. Ephræm. Syrus. *Flor. anno* 378.
S. Epiphanius Palæſtinus, Conſtantiæ Cypri Epiſc. *Edit. Baſil. anno* 1534. *floruit anno* 403.
Evagrius Ponticus. *Floruit anno* 389.
S. Eucherius, Lugdun. Epiſc. *Floruit anno* 470.
S. Euſebius Cæſarienſis. *Floruit anno* 325.
S. Euſebius Emiſſenus. *Flor. anno* 350.

F.

S. FRanciſcus Aſſiſias, fundator Min. *Edit. Antuerpiæ. an.* 1623. *flor. anno* 1226.

Franciſcus Titelman. Belga Haſſellenſis. Ord. Min. Capucinorum. *Edit. Antuerp. anno* 1547. *Flor. anno* 1553.

S. Fulgentius Afer, Epiſc. Ruſpenſis. *Floruit an.* 529.

G.

S. GAudentius, Brixianus Epiſc. *Floruit anno* 396.

Gerſon, nomine Joannes, Cancellarius Pariſienſis. *Floruit anno* 1429.

Gillebertus de Hoylandia Anglus, Ord. Ciſtercienſis. *Floruit anno* 1200.

Gloſſa decretalis, apud Gratianum.

Gloſſa ordinaria & Interlinealis. *Edit. Lugdun. anno* 1599.

Gratianus in decretis. *Floruit anno* 1151.

S. Gregorius Nazianz. Epiſc. *Edit. Pariſ. an.* 1583. *flor. an.* 380.

S. Gregorius Neocæſar. Epiſc. dict. Taumat. *Floruit an.* 266.

S. Gregorius Nyſſen. Epiſc. *Flor. anno* 395.

H.

HAymo, Halberſtatenſ. Epiſc.

Heſychius, Hieroſolymit. Epiſc. *Flor. anno* 609.

S. Hieronymus, Dalmata, Presbyter, Eccleſiæ Doctor. *Edit. Baſil. an.* 1553. *flor. an.* 420.

S. Hilarius, Pictavienſ. Epiſc. *Edit. Pariſ. anno* 1510. *floruit anno* 367.

S. Hildephonſus, Toletan. Archiep. *Floruit anno* 667.

Hugo à S. Victore, Ord. Canon. Regular. *Edit. Moguntiæ, anno* 1617. *floruit anno* 1140.

Hugo Cardinal. Burgundus. *Edit. Colon. anno* 1621. *floruit anno* 1262.

I.

IDiota, vir Doctiſſimus, qui ob humilitatis ſingulare inſigne, nomen proprium celavit. *Flor. anno* 1310.

S. Ignatius Mart. Antiochenus Epiſc. *Floruit anno* 110.

S. Ildephonſus. *Vide* Hildephonſus.

Joannes Caſſian. Scyta. *Edit. Atrebat. anno* 1628. *floruit anno* 435.

S. Joannes Chryſoſtom. Antioch. Conſtant. Epiſc. *Edit. Baſil.* 1547. *floruit anno* 407.

S. Joannes Climachus, Monachus. *Floruit anno* 560.

S. Joan. Damaſc. *Edit. Pariſ. anno* 1604. *flor. anno* 260.

Joannes Gerſon, Pariſienſis Cancell. *Floruit anno* 1429.

Joannes Saresberienſis, Epiſc. Carnotenſis. *Flor. anno* 1140.

Joannes Thrithemius, Spanhemenſis Abbas. *Edit. Moguntiæ, anno* 1605. *floruit anno* 1519.

S. Irenæus, Aſianus, Epiſc. Lugdun. & Mart. *Edit. Baſil. anno* 2548. *floruit anno* 205.

S. Iſidorus, Hiſpalenſis Epiſc. *Edit. Pariſ.* 1601. *floruit an.* 636.

S. Iſidorus Peluſiota. *Floruit anno* 430.

S. Juſtinus, Philoſop & Mart. *Flor. anno* 165.

S. Juſtus, Orgelitanus Epiſc. *Floruit anno* 538.

L.

LActantius Firmian. Africanus. *Edit. Baſil. anno* 1521. *floruit anno* 316.

S. Laurentius Juſtinianus, Protopatriarcha Venetus. *Edit. Lugdun. anno* 1627. *floruit anno* 1455.

V. Ludovicus Bloſius, Abbas Lætienſis. *Edit. Colon. anno* 2589. *floruit anno* 1566.

M.

S. MAcharius, Ægyptius ſenior.

Magiſter Sententiarum, *ſeu* Petrus Lombardus, Epiſc. Pariſienſis. *Floruit anno* 1161.

S. Maximus, Conſtantinop. Mart. *Floruit anno* 660.

S. Maximus, Taurinenſis Epiſc. *Floruit anno* 467.

S. Methodius, Patarenſis Epiſcopus. *Floruit anno* 847.

Minutius Felix Romanus. *Floruit anno* 211.

N.

S. NIlus, Abbas & Mart. *Floruit anno* 445.

O.

S. ODilo, Abbas Cluniacenſis. *Floruit anno* 1048.

Origenes, Presbyter Alexandr. *Edit. Pariſ. anno* 1604. *floruit anno* 256.

P.

S. PAcianus, Barcinon. Epiſc. *Floruit anno* 360.

S. Paulinus, Romanus, Epiſc. Nolanus. *Flor. anno* 431.

Petrus Bleſenſis, Cancellar. in Anglia. *Floruit anno* 1177.

Petrus Cellenſis Abbas. *Flor. anno* 1181.

S. Petrus Chryſolog. Epiſc. Ravennas. *Floruit anno* 450.

S. Petrus Damian. Cardinal. *Edit. Lugd. an.* 1623 *flor. an.* 1072.

Petrus Lombardus, *ſeu* Magiſter Sententiarum, Epiſc. Pariſ. *Floruit anno* 1161.

S. Petrus Mauritius, dictus Venerabilis, Abbas Cluniac. IX.

Philo Judæus. *Edit. Baſil. anno* 1554. *floruit anno* 58.

S. Proſper, Rhegienſis Epiſcopus. *Floruit anno* 466.

Prudentius, Hiſpan. Poëta. *Floruit anno* 396.

R.

RAbanus, Moguntiæ Epiſc. Ord. Benedict. *Flor. anno* 855.

S. Remigius, Rhemenſis Epiſc. *Floruit anno* 533.

Richardus à S. Victore, Canon. Regular. *Edit. Colon. anno* 1621. *floruit anno* 1148.

Robertus Bellarm. Card. è Societ. Jeſu. *Floruit anno* 1620.

S. Rorbertus de Sorbona, *Floruit anno* 1253.

Rupertus, Tuitienſis Abbas. *Edit. Colon.* 1528. *flor. anno* 1128.

S.

SAlvianus, Marſilienſis Epiſc. *Floruit anno* 442.

S. Serapion, Thmucos Epiſc. *Floruit anno* 360.

S. Sidonius, Avernenſ. Epiſc. *Floruit anno* 482.

S. Syneſius, Cyrenenſis Epiſc. *Floruit anno* 410.

T.

TErtullianus Afer, Carthag. Presbyter. *Edit. Pariſ. anno* 1580. *floruit anno* 220.

Thalaſſius, Monachus. *Floruit anno* 626.

S. Theodoretus Cyrenſ. Epiſc. *Edit. Colon.* 1617. *flor. an.* 454.

Theophylactus, Byſantinus, Bulgariæ Archiep. *Edit. Baſil. anno* 1554. *floruit anno* 1071.

S. Theophilus. Alexandrin. Epiſc. *Floruit anno* 399.

S. Theophilus, Antiochenus Patriarcha. *Floruit anno* 170.

S. Thomas Aquinas, Eccleſ. Doct. Ord. Prædic. *flor. an.* 1274.

Thomas à Kempis, Colon. Canonic. Regul. *flor. anno* 1471.

S. Thomas à Villanova, Ord. Eremit. D. Auguſt. Archiep. Valentin. *floruit anno* 1555.

V.

S. VAlerianus, Epiſc. Cemellenſis. *floruit anno* 1181.

S. Vincentius Ferrar. Ord. Præd. *Edit. Lugdun. anno* 1528. *floruit anno* 1419.

Vincentius Lyrinenſis. *floruit anno* 434.

Vitæ SS. Patrum, *Edit. Antuerp. an.* 1615.

Z.

S. ZEno, Mart. Veronenſis Epiſc. *flor. an.* 260.

AUTHORES PAGANI.

A.

ANtiſthenes Philoſoph. *Edit. Gandav. anno* 1546. *floruit anno* 3566.

Ariſtippus Philoſoph. *Edit. Gandav.* 1546 *flor. anno mundi* 3566.

Ariſtoteles Philoſophus, *Floruit anno mundi* 3566.

B.

BIas Philoſoph. *Edit. Gandav. anno* 1546. *floruit anno* 3365.

C.

CAio Poëta. *Edit. Gandav. anno* 1546 *floruit anno mundi* 3740.

Chilo Lacedemon. *Edit. Gandav. anno* 1546 *flor. an. mundi* 3365.

Cicero, Orator *Floruit anno mundi* 3900

Cleobulus Lindius, Philoſoph. *Edit. Gandav. anno* 1546 *flor. anno* 3365.

D.

DIogen. Cynic. Philoſ. *Edit. Gandav. anno* 1546 *flor. anno mundi* 3566

E.

EPictetus Phrygius, Philoſoph. *Floruit anno Chriſti* 21.

H.

HYppocrates Medicus. *Floruit anno mundi* 3519.

M.

MImus Publianus. *Edit. Gandav.* 1546 *flor. an. mundi* 3519.

P.

PEriander Corinthius, Philoſ. *Edit. Gandav.* 1546. *flor. an. mundi* 3555.

Pittacus Mytilenæus, Philoſ. *Edit. Gand.* 1546 *flor. anno mundi* 3565.

Plato Athenienſ. Philoſ. *Edit. apud Henric. Stephanum, an.* 1578 *floruit anno mundi* 3566.

Plinius II. Novocomenſis. *Edit. Antuerp. anno* 1542 *flor. anno Chr.* 195.

S.

SEneca, Philoſ. *Edit. Genev. anno* 1620 *floruit anno Chriſti* 67.

Sixtus Philoſophus Pithagoricus

Socrates Philoſ. *Edit. Gandav.* 1546 *flor. anno mundi* 3519.

Solon Athenienſ. Philoſ. *Edit. Gandav. anno* 1546 *floruit an. mundi* 3365.

T.

THales Mileſius, Philoſ. *Edit. Gandav. an.* 1546 *flor. an. mundi* 3366.

Themiſtocles Philoſ. *Edit. Gandav. anno* 1546. *flor. an. mundi* 3490.

Theophraſtus Philoſ. *Edit. Gandav. anno* 1546. *floruit anno mund.* 3566.

Triſmegiſtus Philoſ. *Floruit anno mundi* 2630.

V.

VAlerius Maximus. *Floruit anno Chriſti* 20.

Z.

ZEno Citienſis, Philoſ. *Edit. Gandav. an.* 1546. *floruit an. mundi* 3566.

AURIFODINA UNIVERSALIS SCIENTIARUM DIVINARUM ATQUE HUMANARUM.

Abbas.

ETYMOLOGIA EJUS.

COLLECTOR. *Abbas venit ab Abba, quod eſt dictio Syra, ſignificans Patrem, & Græcè* Ἀββᾶ *dicitur.*

DEFINITIO EJUS.

COLLECTOR. *Abbas eſt ſummus Monaſterii gubernator, qui ætate, eruditione, pietate, Patris vice cœnobiis eſt, aut eſſe debet.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANTONIN. SI quis Abbas cautus in regimine, humilis, caſtus, miſericors, diſcretus, ſobriuſque non fuerit; ac divina præcepta verbis, & exemplis non oſtenderit, à ſuo arceatur honore. *S. Antonin. in ſua ſumma Part. 3. titulo 16. cap. 7. ante med. folio* 251. *columna* 2.

2. Abbates pro humilitate Religionis in Epiſcoporum poteſtate conſiſtunt: Et ſiquid extra Regulam fecerint, ab Epiſcopis corrigantur. *Ibidem circa med.* &c.

S. AUGUSTIN. 3. Præſules illuminare debent verbo, paſcere exemplo, & ſovere egentes beneficio. *S. Auguſt. ſerm.* 40. *ad frat. in Eremo in princip. pag.* 974. *litt. C. tom.* 10.

S. BENEDICT. 4. Abbas, qui præeſſe dignus eſt monaſterio, ſemper meminiſſe debet quod dicitur: & nomen majoris, factis implere. *In Regula cap.* 2. *Init.*

5. Abbas nihil extra præceptum Domini debet aut docere, aut conſtituere, vel jubere: ſed juſſio ejus, vel doctrina, fermentum divinæ juſtitiæ in diſcipulorum mentibus conſpergatur. *Ibidem.*

6. Ordinatus Abbas cogitet ſemper quale onus ſuſcepit, & cui redditurus eſt rationem villicationis ſuæ: ſciatque ſibi oportere prodeſſe magis quam præeſſe. *Ibidem. cap.* 64. *ante med.*

7. Studeat Abbas plus amari, quam timeri. *Ibidem cap.* 64. *poſt med.*

S. BERNARDUS. 8. Pro Abbatiis, aliiſque dignitatibus ita impudenter hodiè decertatur; ut Eccleſiarum reditus in ſuperfluitatis & vanitatis uſus diſſipentur. *S. Bernard. ſerm. ſup. Qui habitat. in fine. fol.* 80. *columna* 3. *litt. I.*

9. Sic te ſtabilem in loco exhibeas, ut Abbati ſubjici non contemnas: ſic obedias ſubjectus Abbati, ut ſtabilitatem non amittas. *Epiſt.* 7. *ad Adam monach. longè ante med. fol.* 208. *columna* 1. *litt. B.* S. BERNARDUS.

10. Monachum facit profeſſio, Prælatum neceſſitas: ut autem non præjudicet neceſſitas profeſſioni, accedat, non ſuccedat, prælatio monachatui. *Epiſt.* 42. *ad Henricum Archiepiſc. Senonenſem. poſt med. fol.* 218. *columm.* 1. *litt. C.*

11. Promotio Abbatis, emancipatio filii eſt. *Epiſt.* 87. *ad Ogerium Canonicum Regularem, in med. fol.* 218. *col.* 4. *K.*

12. Decet caput Eccleſiæ, non ſolùm habere ſanitatem, ſed & ſanæ decorem. *Epiſt.* 127. *poſt med. fol.* 238. *col.* 2. *F.*

13. Animæ quæ ſanæ ſunt, portari non indigent: ac per hoc, nec onus ſunt. Quoſcumque de tuis inveneris triſtes, puſillanimes, murmuroſos, ipſorum te Patrem, ipſorum te noveris eſſe Abbatem. *Proſec.*

14. Conſolando, exhortando, increpando agis opus tuum, portas onus tuum; & portans, ſanas quos ſanandos portas. *Epiſt.* 73. *ad Rammaldum Abbatem. in med. fol.* 223. *col.* 1. *A.*

15. Super fratrum tranſgreſſiones, non ſuper Patrum traditiones conſtituitur, qui Abbas eligitur; mandatorum cultor, & ultor vitiorum. *De Præcepto, & diſpenſ. longè poſt init. fol.* 290. *col.* 3. *litt. I.*

16. Mentior ſi non vidi Abbatem ſexaginta equos, & eo ampliùs in ſuo ducere comitatu: dicas, ſi videas eos tranſeuntes, non Patres eſſe Monaſteriorum, ſed dominos caſtellorum: non rectores animarum, ſed Principes Provinciarum. *In Apologia poſt med. fol.* 307. *col.* 1. *B.*

17. Abbas non ſupra Regulam eſt, cui ſemel & ipſe ſpontanea ſe profeſſione ſubmiſit. *De Præcepto, & diſpenſ. longe poſt init. fol.* 290. *col.* 3. *lit.* 1.

18. Ad Prælationis ſtatum non congruit accedere, niſi perfectum. *In Apologia pauperum. Reſponſ.* 1. *cap.* 3. *ante finem. pag.* 390. *col.* 2. *lit. E. tom.* 7. S. BONAVENT.

19. Abbatibus de rebus Eccleſiaſticis alienare, & obligare abſque permiſſu, & ſubſcriptione Epiſcopi CONCILIUM AURELIAN.

Digitized by Google

nihil liceat. *Concilium Aurelianenſe apud Gratianum in Decretis cauſa* 12. *quaſt.* 2. *Part.* 2. *canone Abbatibus. fol.* 226. *col.* 3.

S. Eligius. 20. Dùm timeo de me, & dùm formido de animabus mihi commiſſis duplici timore, ac dolore conſumor. *Homil.* 12. *in princ. tom.* 7. *Biblioth. Patr. pag.* 248. *columna* 2. *litt. H. edit. coloniæ* 1618.

Glossa decretalis. 21. Abbas potiùs eſt nomen officii, quàm dignitatis. *Apud Gratianum, fol.* 54. *colum.* 4. *Edit. Lugdun.* 1540.

22. Ille verè & benè Præpoſitus eſt ſuæ domui, qui familiam ſuam benè gubernat verbo & exemplo. *Ibidem fol.* 52. *col.* 1.

S. Gregor. Magn. 23. Quid ſunt aliud labentium dignitatum infulæ, niſi pulvis? *Libr.* 2. *in* 1. *Regum cap.* 1. *longe poſt med. ſuper illud. ſuſcitans de pulvere egenum. colum.* 1265. *litt.* C. *tom.* 2.

24. Defuncto Abbate cujuſcunque congregationis, non extraneus niſi de eadem converſatione eligatur: quem ſibi propriâ voluntate, concors fratrum ſocietas elegerit, *libr.* 7. *in Regiſtro indict.* 1. *cap.* 18. *Epiſt.* 18. *ad Marianum Epiſcop. Ravennatem ante med. col.* 910. *litt. D. Tom.* 2.

25. Si quid, dum quis Abbatis fungitur officio, acquiſivit: non ſuum, ſed Monaſterii ipſius eſſe cognoſcat. *Libr.* . *in Regiſtro. indict.* 3. *cap.* 1. *Epiſt.* 1. *ad Romanum defenſorem in fine. colum.* 1008. *litt. A. tom.* 2.

26. Valdè mirum eſt, quòd tu qui Abbas diceris eſſe, adhuc Monachus non ſis. *Libr. in Regiſtr. Indict.* 4. *cap.* 42. *ad Urbicum Abbatem in fine col.* 1073. *litt. D. tom.* 2.

27. Caveant Monachi, ne potentiâ Regum, vel Antiſtitum convicti, in electione Abbatis loco Paſtoris, ſuſcipiant tyrannum. *Lib.* 12. *in Regiſtr. indict.* 7. *cap. ultim. col.* 1185. *lit. A. ante med. tom.* 2.

28. Uniuſcujuſque Præſulis mentem, curarum denſitas vaſtat. *Lib.* 1. *Dialogi cap.* 4. *ante finem. col.* 1335. *lit.* C. *verbo quid.*

29. Abbatem cuique Monaſterio, non alium, quàm dignum moribus, atque actibus diſciplinæ monaſticæ, communi conſenſu congregatio tota popoſcerit, te volumus ordinare. *Lib.* 4. *in Regiſtro indict* 13. *Epiſt.* 43. *ad Caſtorium Epiſcop. Ariminenſem. cap* 87. *ante med. col.* 810. *lit, B. tom.* 2.

Hugo a Sancto Victore. 30. Tutior eſt Abbatis obedientia, quàm Regis juſſio. *In clauſtro animæ cap.* 11. *paulò poſt med. pag.* 36. *lit. D. tom.* 2.

Hugo Card. 31. Abbas in laborem cum Monachis ire debet, & etiam intereſſe capitulo, Refectorio, & Oratorio. *Sup. lib.* 4. *Regum cap.* 6. *in princ. fol.* 290. *colum.* 3. *tom.* 1.

32. Abbates, qui pro ſapientia ſua ſe magnificant, & attollunt, non curantes quod vinea eorum deſerta ſit omni bono, pejores ſunt tyrannis. *Super Iſajam, cap.* 16. *fol.* 40. *col.* 2. *tom.* 3.

33. Abbas illis, qui poſt lapſum laudabiliter converſantur: & quod malè fecerunt, ſtrenuè emendaverunt, ſæpè majora committit. *Prof.*

34. Hoc autem facit Abbas, quia ſæpè contingit quod illi, qui non ita ceciderunt, negligentes ſunt: & alii, qui poſt lapſum redierunt, magis ſunt ſtudioſi. *Super Luc. c.* 15. *fol.* 227. *col.* 2. *tom.* 6.

35. Procurator Abbatiæ, qui per cupiditatem ſitit, nihil aliud intendit facere in Abbatia, quàm trahere, & haurire aquam, ideſt, multiplicare terrenam ſubſtantiam, in detrimentum pauperum. *Sup. Ioan. cap.* 4. *fol.* 304. *col.* 2. *tom.* 6.

Joannes Cassian. 36. Non quiſquam Abbas conventiculo fratrum præeſſe conceditur, priuſquàm non ſolùm univerſis facultatibus ſuis reddatur externus, ſed ne ſui quidem ipſius ſe eſſe dominum, vel poteſtatem habere cognoſcat. *Lib.* 2. *inſtit. cap.* 3. *in princip. pag.* 19.

37. Nullus Congregationis fratrum Abbas profuturus eligitur, priuſquam quid obtemperaturis oporteat imperari, obediendo didicerit: & quid junioribus tradere debeat, inſtitutis ſeniorum fuerit aſſecutus. *Ibidem circa med.*

38. Tantùm eſt Abbatis tranſire præceptum, ut legas: quantum ſi contemnas, ut dormias. *In collat.* 4. *Abbatis Danielis. cap.* 20. *ſub finem. pag.* 386.

39. Tunc digniſſimè prælatus Abbas vocatur, quando vita & doctrina ſuos ſubditos antecedit: ut ſanctior ſit omnibus apud Deum, non apud ſe, & doctior judicio aliorum, non ſuo. *In cap.* 2. *Regulæ S. Bened. poſt init. p.* 213. *col.* 2. Joannes Thritem.

40. Oportet Abbatem eſſe in lege divina doctum, & in moribus ſanctum, ut capaces inſtruat verbo, & rudes ducat exemplo. *Ibidem.*

41. Studeat Abbas nomen majoris, quo præ cæteris fulget, factis implere: ut ſicut major eſt authoritate, ità quoque excellentior fiat virtute. *Ibid. poſt. init. p.* 214. *col.* 1.

42. Valdè, deteſtabile eſt in Abbate, ſi mala ſua vita præpediente non audeat ſubditis miniſtrare pabulum vitæ, ideſt verbum ſalutis. *Ibidem.*

43. Oportet ut virtute plenus ſit, qui Abbatis fungitur officio, ut ſi nota fiat ejus hominibus converſatio, ipſe irreprehenſibilis inveniatur. *Ibidem.*

44. Meminiſſe debet Abbas, quod dicitur, quia nomen habet ſanctitatis, & hoc factis adimplere. *Ibidem.*

45. Noverit ſe maximis irretitum periculis Abbas, qui actione nomini malè aut negligenter vivendo quomodolibet contradicit. *Ibid. longe poſt init. pag.* 214. *col.* 2.

46. O quàm damnabilis præſumptio Abbatiam concupiſcere, & operibus ſuis pravis nomen majoris maculare. *Ibidem.*

47. Vices Chriſti Abbati committuntur. *In cap.* 2. *Regulæ S. Bened. verbo vices in princ. pag.* 215. *col.* 1.

48. Prima cauſa ſubverſionis Religionis, eſt negligens Abbas. *Ibidem ante med. pag.* 215. *col.* 2.

49. Quomodo audet Abbas corrigere in ſubdito, quod incorrectum deprehendit in ſemetipſo? *Ibidem.*

50. O Abba cæce, dux cæcorum, propria oris ſententia te feris: ſi vices Chriſti agis, quare non facis ut Chriſtus? *Ibidem.*

51. O quàm grave onus ſuſcipit, qui culmen Abbatis aſcendit. *Ibidem.*

52. Multis te periculis noveris irretitum, & in omni ſalutis actione penitus impeditum, dùm Abbatis dignitate videris inſignem. *Ibidem.*

53. Pericula tua ſi noſceres, aut Abbas non eſſes, aut invitus Abbas fieres, aut factus humiliter viveres. *Ibidem.*

54. Quomodo vices Chriſti gerit Abbas in monaſterio, qui magno apparatu equitat hinc inde vagando in ſeculo? certè Chriſti vices non implet, qui adhuc mundi hujus amatoribus placet. *Ibidem in medio pag.* 216. *colum.* 1.

55. Abbates noſtri nomen ſuum tanquam indignum judicantes, gratioſi domini vocantur. *Profec.*

56. O vanitas inſana, filius pauperis fortè ſutoris Abbas factus, Dominus gratioſus nominatur: & quod in ſeculo ſub diabolo non potuit habere locupletè, hoc in monaſterio obtinet ſub Chriſto paupere. *Ibidem poſt med. pag.* 216. *col.* 1. & 2.

57. Caveat Abbas, neque unquam aliter vivat, & aliter doceat. *In cap.* 2. *Regulæ S. Bened. verbo Fidelis. ante med. pag.* 217. *col.* 2.

58. Oves paſtorem ſequuntur, & ſubditi Abbatem: Quo? ad vitam ſi bonus, ad mortem ſi negligens præcedat. *Ibidem verbo Durus circa med. pag.* 221. *colum.* 1.

59. Melior eſt Abbas ſimplex & rectus ſine doctrina, quàm alta ſapiens, & iniquus ſine vita. *Ibidem verbo Hinc, poſt init. pag.* 226. *col.* 1.

Digitized by Google

JOANNES TRITHEM.

60. Si vis eſſe Abbas, exemplaris ſis in opere, & utilis in ſermone. *Ibid. poſt. med. pag.* 227. *col.* 2.

61. Sit Abbas ſanctus exemplo, facundus dogmate, ſuavis alloquio, ſtabilis mente, favore placens. *Ibid. ſub fin. pag.* 228. *col.* 1.

62. Quidquid Abbas fecerit, hoc ſibi ſubditi faciendum deputant: unde proverbium extat, Abbas dùm teſſeras portat, monachis ludere licet. *Ibidem in fine pag.* 228. *col.* 1.

63. A Regula nec Abbas eximitur. *Ib. verbo Sicut in fine, pag.* 229. *col.* 1.

S. ISIDORUS HISPALENS.

64. Sit pater humilium Abbas, & magiſter ſuperborum. *Ibidem verbo Doctrinam ab initio, pag.* 239. *colum.* 2.

65. Non debet honoris ducatum ſuſcipere, qui neſcit ſubjectis, tramite vitæ melioris, præire. *Lib.* 3. *de ſummo bono, cap.* 34. *ſent.* 1. *pag.* 679. *col.* 1.

66. Plerique ſuæ magis utilitatis cauſa, quàm gregis, præeſſe deſiderant. *Prof.*

67. Nec ut proſint, Præſules fieri cupiunt: ſed magis, ut divites fiant, & honorentur. *Ibidem, &c. Sent.* 5. *pag.* 679. *col.* 1.

68. Ignorantia Præſulum, vitæ non congruit ſubjectorum. *Profec.*

69. Deſinat Præſul locum docendi ſuſcipere, qui neſcit docere. *Ibidem cap.* 35. *Sentent.* 1. *pag.* 679. *colum.* 2.

S. LEO I.

70. Non prærogativa terrenæ originis obtinet unctionem, ſed dignitas cæleſtis gratiæ gignit Antiſtitem. *Serm.* 2. *in die Anniverſalis aſſumpt. ejuſdem ad ſumm. Pontif. munus, ſtatim ab init. fol.* 1. *pag.* 2.

PETRUS BLESENSIS.

71. Si vitæ nequioris eſt Abbas, ei tamen ex charitate obedire oportet. *Epiſt.* 131. *ad quendam Priorem. In Bibliothec. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 807. *col.* 1. *A. edit. Coloniæ Agrippinæ* 1618.

72. Si Monachorum electio, & non ambitio fecit te fratrum tuorum Principem, non tamen abſtulit eſſe fratrem. *Profec.*

73. Subditi te honorant, ſed plus onerant. *Ibidem Epiſt.* 132. *ad quendam Abbatem. in princ. pag.* 808. *col.* 1. *lit. A. B.*

74. Te honor aſſumptus à profeſſione non exemit, ſed ad ejus obſervantiam fortiùs alligavit. *Ibidem, &c. ante med. col.* 1. *lit. B.*

75. Sicut alios dignitate præcellis, ſic vitæ meritis antecedas. *Ibidem poſt med. pag.* 808. *col.* 2. *F.*

76. Abbas in omnibus Chriſti vitam ſtudeat imitari. *Ibidem.*

77. Elegerunt te fratres tui, eſto in illis, quaſi unus ex illis. *Profec.*

78. Ædifica eos verbo, actu, vultu, habitu, & inceſſu.

79. Sic te amabilem exhibeas, & imitabilem, ut tota converſatio tua ædificet alios ad ſalutem.

80. Age quod non ſolùm tibi expedit, ſed quod multis. *Epiſt.* 134. *ad Wilhelmum electum, poſt init. pag.* 809. *col.* 2. *lit. G. apud Bibl. Patr. &c.*

81. Sunt Abbates quærentes potiùs quæ ſua ſunt, quàm quæ JESU-CHRISTI. *Prof.*

82. Hi animarum curâ omninò poſthabitâ, ſummam ſui officii reputant, ſi in ſuam & ſuorum perniciem, poſſeſſiones Monaſterii culturis & ædificiis magnificent, & dilatent.

83. Animarum verò curam, quæ à ſpiritu timoris conceperant fructum ſalutis, quaſi aborſum perniciosè procurant. *Ibidem. Epiſt.* 134. *ad Wilhelmum electum, ante med. pag.* 810. *col.* 1. *lit. B.*

84. Attendite, ô Abbates, vobis, & univerſo gregi veſtro, non Principes, non Domini, ſed forma facti gregis veſtri, animarum medici: immò, ut veriùs loquar, curatores ſentinarum, & ſtercorum purgatores. *Ibidem. De Pœnit. injungenda circa med.* 939. *colum.* 2. *lit. H.*

PETRUS CELLENSIS.

85. Extra Deum nil agas, extra Benedictum nihil præcipias. *Lib.* 2. *Epiſt.* 7. *ad Abbatem Moliſmenſem. in calce. apud Biblioth. Patrum tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 558. *col.* 1. *lit. D. edit. Coloniæ* 1618.

S. PETRUS DAMIANUS.

86. Hæc eſt juſtiſſima lex, ut ſic vivas cum inferiori quemadmodum ſuperiorem vis vivere tecum. *Serm.* 59. *de S. Nicolao, circa med. pag.* 289. *col.* 2. *litt. C. tom.* 2.

87. Abbas per omne quod agit, ad amorem Chriſti debet filios provocare, & fovere. *Opuſc.* 13. *de Perfectione Monachorum cap.* 16. *ante med. pag.* 520. *colum.* 2. *litt. A. tom.* 3.

88. Mox, ut quis Abbas fieri incipit, Monachus eſſe deſiſtit. *Profec.*

89. Et quicumque Abbatizandi culmen efflagitat, nihil eſt aliud, niſi quod Monachum (velut importabile pondus) quærit abjicere. *Opuſc.* 21. *de fuga dignitatum, poſt med. Præfat. pag.* 585. *col.* 2. *lit. B. tom.* 3.

PELAGIUS PAPA.

90. Ille debet Abbas inſtitui, quem ſua congregatio, & poſſeſſionis dominus ordinari popoſcerit. *Ep. ad Melitum ſubdiaconum: apud Gratianum in decretis, Part.* 2. *cauſa* 18. *quæſt.* 2. *Can. Abbatem. fol.* 270. *colum.* 4.

SYMMACHUS PAPA.

91. Viliſſimus computandus eſt, niſi præcellat ſcientiâ & ſanctitate, qui eſt honore præſtantior. *Scribens Laurentio Mediolanenſi Epiſc. apud Gratianum in decretis Part.* 2. *cauſa prima. quæſt.* 1. *can. Viliſſimus. fol.* 118. *col.* 1.

IN VITIS PATRUM.

92. Non habeas familiaritatem cum Abbate, quoniam ex hoc fiduciam ſumes. *Lib.* 5. *Libello* 15. *num.* 85. *pag.* 629. *col.* 1.

93. Facito priùs quod præcipis, ut non tantùm ſubditis tuis præcepta, ſed formulam etiam præbeas, ut tua imitentur exempla. *Lib.* 7. *cap.* 43. *num.* 1. *ſub finem. pag.* 683. *col.* 2.

S. URBANUS PAPA.

94. Nullus Abbas pretium ſumere, vel exigere ab eis, qui ad converſionem veniunt, aliqua pacti obſervatione, vel occaſione præſumat. *Apud Gratianum in Decretis Part.* 2. *cauſa* 1. *queſt.* 2. *can. Nullus, folio* 128. *columna* 4.

Abbatiſſa.

DEFINITIO.

COLLECTOR.

Abbatiſſa eſt monaſterii rectrix, quæ ætate, pietate, & capacitate, Matris vice, cœnobiis eſt, aut eſſe debet.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. BONAVENT.

1. VITA Abbatiſſæ, velut pennatum animal, ad altum ſemper per deſiderium evolet, per verba reſolvat, luceat per exemplum. *Lib.* 1. *Pharetræ cap.* 37. *poſt med. pag.* 121. *columna* 1. *litt. A. tom.* 6. *part.* 1.

2. Abbatiſſæ tales eſſe debent, ut ſubditis, & exemplis ducatum præbeant ſanctæ Religionis. *Ibidem.*

3. Omnis actio Abbatiſſæ, ſemper ſit propter Deum, & de Deo, & in Deum. *Ibidem. ut ante, litt. B.*

S. FRANCISCUS ASSISIAS.

4. Abbatiſſa ſororum omnium conſenſum requirere teneatur. *In Regula prima ſanctæ Claræ cap.* 2. *in principio, pag.* 191. *tom.* 2.

5. Abbatiſſa cogitet quale onus ſuſceperit, & cui reddituræ ſit rationem de grege ſibi commiſſo. *Profec.*

6. Studeat aliis magis præeſſe virtutibus, & ſanctis moribus, quàm ex officio; ut ejus exemplo provocatæ ſorores, potiùs ex amore obediant, quàm timore. *Ibidem cap.* 4. *ante med. pag.* 194. *tom.* 2.

7. Abbatiſſa ita debet eſſe, ut ſit omnium ſororum ancilla. *Ibidem. cap.* 10. *ante med. pag.* 199. *tom.* 2.

S. GREGORIUS MAGNUS.

8. Obeunte Monaſterii Abbatiſſa, non extranea, ſed quàm congregatio ſibi de ſuis elegerit, ordinetur. *Lib.* 6. *in Regiſtro. Indict.* 15. *cap.* 176. *Epiſt.* 12. *ad*

Reſpectam Abbatiſſam Maſſiliæ, non procul ab init. col. 871. *Tom.* 2.

S. GREGORIUS MAGNUS. 9. Juvenculas Abbatiſſas fieri vehementiſſimè prohibemus. *Lib.* 3. *in Regiſtro. Indict.* 12. *cap.* 11. *Ep.* 11. *ad Maximianum Epiſcop. in fine col.* 754. *lit. C. tom.* 2.

S. HIERONYM. 10. Nihil aliud velle, vel nolle alicui liceat, niſi quæ Abbatiſſa mandaverit facienda. *In Regula Monacharum, cap.* 8. *ante med. pag.* 326. *D. tom.* 4.

11. Abbatiſſa moriente, quam communis Sororum voluntas, in Matrem & Abbatiſſam Monaſterii elegerit, Epiſcopus illam benedicendo annulo vice Chriſti ſubarrhet in vero conjugio, ſi ad officium reperiatur idonea. *Ibidem. cap.* 17. *circa finem. pag.* 330. *lit. C.*

HUGO A SANCTO VICTORE. 12. Abbatiſſis licet Sororibus ſuis ſcripturas aperire, & prædicare. *In Annotation. ſup.* 1. *ad Corint. poſt med. pag.* 271. *lit. G. tom.* 1.

Abnegatio in genere.

Vide Renuntiatio.

Abnegatio ſui.

Vide Renuntiatio ſui.

Abſentia.

ETYMOLOGIA EJUS.

COLLECTOR. *Abeſſe dicitur, quaſi abſque eſſe: undè abſentia, quaſi, abſque eſſentia.*

DEFINITIO.

COLLECTOR. *Abſentia eſt carentia præſentiæ.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. NEMO ſibi de abſentia blandiatur; nam præſentior eſt, qui ſe animis inſerit, quàm qui oculis proteſtatur. *Epiſt. lib.* 5. *Epiſt.* 31. *ad Valentinianum Imper. ante finem. col.* 573. *lit. C. tom.* 3.

2. Nullus abſens eſt Deo, niſi qui ſe abſentem fecerit. *Sup. Pſalm.* 36. *longè ante med. colum.* 1302. *A. tom.* 4.

S. ATHANAS. MAGNUS. 3. Paſtorum abſentia, lupis invadendi gregis occaſionem præſtat. *In Apologia ad Imper. Conſtantium, longe ante finem. col.* 327. *D. tom.* 2.

S. AUGUSTIN. 4. Laudatur homo, & amatur abſens. *Lib.* 4. *Confeſſ. cap.* 14. *poſt init. pag.* 69. *B. tom.* 1.

5. Quanta miſeria eſt, longè eſſe ab eo, qui ubique eſt! *Sup. Pſalm.* 99. *in fine Præfat. pag.* 767. *litt. A. tom.* 8.

6. Non amanti uxori præſentia viri moleſta eſt, amanti autem abſentia. *Epiſt.* 120. *ad Honoratum. cap.* 21. *poſt med. pag.* 387. *B. tom.* 2.

7. Homo Deo ſibi præſente, illuminatur: abſente autem, continuò tenebratur. *Lib.* 8. *de Gen. ad litteram cap.* 12. *in med. pag.* 437. *A. tom.* 3.

8. Non regionibus longè eſt quiſque à Deo eſt, ſed affectibus. Amas Deum, propè es: odiſti Deum, longè es: uno loco ſtans & prope es, & longè es. *Sup. Pſal.* 84. *verſ.* 10. *pag.* 642. *D. tom.* 8.

9. Quomodo homo poſitus in ſole cæcus, præſens eſt illi ſol, ſed ipſe ſoli abſens eſt: ſic omnis impius, cæcus eſt corde. *Profec.*

10. Præſens eſt illi ſapientia, ſed cùm cæco præſens eſt, oculis ejus abſens eſt: non quia ipſa illi abſens eſt, ſed quia ipſe ab illa abſens eſt. *Tract.* 1. *ſup. cap.* 1. *Ioan. in fine pag.* 9. *A. tom.* 9.

S. BERNARDUS. 11. Cùm præſtò eſt quod amatur, viget amor: languet, cùm abeſt. *Serm.* 51. *ſup. Cant. ante med. fol.* 175. *col.* 1. *A.*

12. Me miſerum! quòd te careo, quòd te non video, quòd ſine te vivo, pro quo mori, mihi vivere eſt: ſine quo vivere, mori. *Epiſt.* 1. *ad Robertum, circa init. fol.* 204. *col.* 2. *E.*

13. Nec locorum diſtantia, nec corporum mors, vel abſentia disjungere poterit, quos unus ſpiritus vegetat, una charitas ligat. *Epiſt.* 65. *ad Aluiſum Abbatem Acquicintim, prope med. fol.* 221. *col.* 1. *B.* S. BERNARDUS.

14. Etſi facie ignotus nobis, etſi corpore remotus à nobis, amicus tamen es; & amicitia notum jàm nobis, & præſentem te facit. *Epiſt.* 103. *ad quendam, in princip. fol.* 231. *col.* 4. *L.*

15. Quantò memoria alicujus abſentis eſt dulcior, tantò abſentia eſt moleſtior. *Epiſt.* 144. *ad Claravallenſes, in princ. fol.* 240. *col.* 3. *I.*

16. Præſens Deo eſt, qui Deum amat, in quantum amat: in quo enim minùs amat, abſens profectò eſt. *Proſ.*

17. In eo Deum minùs amare convincitur, quòd carnis adhuc neceſſitatibus occupatur.

18. Illa circa corpus occupatio quid eſt, niſi à Deo quædam abſentatio, & abſentatio quid? niſi peregrinatio. *De Precept. & Diſpenſat. non procul à fine. fol.* 294. *col.* 4. *litt. L.*

19. Subtractio rei quam amas, augmentatio deſiderii eſt: & quod ardentiùs deſideras, cares ægriùs. *Serm.* 51. *ſup. Cant. in princ. fol.* 174. *col.* 4. *lit. M.*

20. Mira res! ſæpè cùm incipit Chriſtus cordi dulceſcere, tunc fugit: ut de abſentia ſua faciat nos dulciter dolere. *Homil. de duobus Diſcipulis euntibus in Emaus, longè poſt med. fol.* 48. *col.* 4. *M. in* 2° *volumine.*

21. Tam dulcis eſt Dominus JESUS guſtantibus eum, tam ſpecioſus ad videndum, tam ſuavis ad amplectendum, ut brevis ejus abſentia maxima doloris materia ſit. *In* 2° *volumine. Hom. infr. oct. Epiph. ante med. fol.* 105. *col.* 1. *lit. C.*

22. Si charitas abeſt, nihil prodeſt quidquid adeſt. *In Expoſ.* 2° *ſup. Pſalm.* 118. *capitulo* 3. *verſicul.* 2. *art.* 3. *pag.* 179. *col.* 2. *B. tom.* 1. S. BONAVENT.

23. Verè periculoſa eſt Chriſti abſentia: Chriſto enim abſente Lazarus moritur: Chriſto abſente navis in mari agitatur: Chriſto abſente Thomas dubitat. *Profec.*

24. Chriſtus eſt vita, ideo ipſo abſente anima moritur.

25. Ipſe eſt via, ideò ipſo abſente viator periclitatur.

26. Ipſe eſt veritas, & ideò ipſo abſente dubitatur in fide. *Serm.* 4. *Dom.* 3. *poſt Epiph. prope med. pag.* 46. *col.* 1 *tom.* 3.

27. Si de perſonis abſentibus ſiniſtrè aliquid ſuggeratur, ſemper pro abſentium parte loquendum eſt. *In Speculo Diſcip. part.* 1. *cap.* 31. *circa med. pag.* 551. *col.* 2. *B. tom.* 7.

28. Magnum vitium eſt homini dicere de abſente, quod erubeſceret loqui ſi audiret. *De Inſtit. Novit. part.* 1. *cap.* 23. *pag.* 616. *col.* 2. *C. tom.* 7.

29. Quod ex aliquo natum eſt, etiamſi multo tempore abfuerit, nunquàm tamen ſcintilla propinquitatis extinguitur. *Libr.* 8. *Recognit. non procul ab init. fol.* 124. *pag.* 2. S. CLEMENS PAPA I.

30. Omnia, quæ adverſus abſentes in omni negotio, aut loco aguntur, aut judicantur, omninò evacuentur: quoniam abſentem nullus addicit, nec ulla lex damnat. *Apud Gratian. in Decret. cauſa* 3. *quæſt.* 9. *can. Omnia. fol.* 172. *col.* 2. S. CORNELIUS PAPA.

31. Falſus amor & ſimulatorius, abſentem obliviſcitur, præſenti blanditur. *Proſ.* GILLEBERTUS PORETANUS.

32. Verus amor abſentem deſiderat; præſente lætatur. *Serm.* 40. *ſup. Cant. poſt init. fol.* 36. *col.* 1. *lit. C. inter opera S. Bernardi, volumine* 2.

33. Deus qui ubique eſt, diligentibus præſentior eſt; negligentibus abeſt. *Super Lucam, cap.* 20. *col.* 956. *lit. D. tom.* 5. GLOSSA ORDINARIA.

34. Abſente eo, quem accuſare quiſquam voluerit, GRATIANUS IN DECRET.

Digitized by Google

accuſatori non credatur. *Cauſa* 3. *quæſt.* 9. *Can. Abſentes. fol.* 172. *col.* 1. *part.* 2. *edit. Lugdun.* 1540.

S. Gregorius Magnus. 35. Dura mente abeſſe mors longè creditur, etiam cùm ſentitur. *Lib.* 8. *Moral. cap.* 7. *prope finem. col.* 253. *litt. B. tom.* 1.

36. Amicorum abſentia, quamvis à carnalibus oculis longè eſt, mentis tamen aſpectibus numquàm deeſt. *Lib.* 3. *in Regiſtro indict.* 12. *cap.* 38. *Epiſt.* 38. *ad Marcellum ſcholaſtic. in princ. col.* 770. *D. tom.* 2.

37. Lingua irriſoria amicis præſentibus blanditur, de abſentibus obloquitur. *Lib.* 4. *in Regiſtro Indict.* 13. *cap.* 58. *Epiſt.* 14. *ad Joan. Epiſc. Ravenna. in princ. col.* 779. *C. tom.* 2.

38. O quàm bona eſt charitas, quæ abſentia per imaginem, præſentia menti exhibet per amorem! *Lib.* 4. *in Regiſtro Indict.* 13. *cap.* 95. *Epiſt.* 51. *ad Virgilium Epiſc. Arelatenſem, in princ. col.* 86. *D. tom.* 2.

39. Charitati nil longè eſt, quia quos dividunt loca, jungit epiſtola. *Lib.* 9. *in Regiſtro. Indict.* 4. *in princ. cap.* 61. *Epiſt.* 61. *ad Quirinum Epiſc. col.* 1087. *A. tom.* 2.

40. In ſincera dilectione, nec vires abſentia, nec locum habet oblivio. *Lib.* 9. *in Regiſtro. Ind.* 4. *cap.* 62. *Epiſt.* 62. *ad Aregium Epiſc. Galliæ prope init. col.* 1089. *lit. B. tom.* 2.

41. Abeſſe minimè credendus eſt, qui per dilectionis vinculum animis inhæret. *Ibidem, ante med. lit. B.*

42. Quod animis concordibus longitudo negat itineris, præſtat officium charitatis. *Lib.* 10. *Indict.* 5. *cap.* 1. *Epiſt. ad Dominicum Epiſc. Carthaginenſ. non procul ab init. col.* 1096. *lit. B. tom.* 2.

S. Hieronym. 43. Quid eſt tam præſens inter abſentes, quàm per epiſtolas & alloqui, & audire quos diligas? *Epiſt.* 42. *ad Nitiam, in princ. pag.* 215. *B. tom.* 1.

44. Lingua hominum ad judicia præceps, abſentium vitam ut plurimùm non ceſſat hinc indè corrodere. *In Regula Monachorum, cap.* 21. *in princip. p.* 331. *lit. B. tom.* 4.

45. Cùm dilectio procul abfuerit, fides pariter abſcedit, *Lib.* 3. *ſup. Ep. ad Galatas. cap.* 5. *ſuper illud, Spiritus eſt pax, &c. pag.* 196. *lit. B. tom.* 9.

Hugo a Sancto Victore. 46. Flebo, quia abeſt quod deſidero: flebo, quia adeſt quod non amo. *Super Pſalm.* 41. *cap.* 51. *in princ. pag.* 47. *lit. F. tom.* 1.

S. Joannes Chryſoſtom. 47. Is præſentem Dominum non habet, qui Dominum abeſſe compellit. *Prof.*

48. Nemo abſentiam Chriſti ſuſtinet, niſi qui præſentiam non requirit. *Serm.* 5. *de Reſurr. ante med. col.* 863. *lit. B. tom.* 3.

49. Magiſtri abſentiâ diſcipuli pigriores fiunt; & ſatis ad correctionem ejus præſentia. *Hom.* 14. *in Ep.* 1. *ad Corint. ſup. illud* 5. *Tamquam non venturus ſim. col.* 427. *lit. D. tom.* 4.

S. Petrus Chryſolog. 50. Nihil officit abſentia corporalis, ubi corda fuerint ſociata per fidem. *Serm.* 32. *in princ. pag.* 685. *col.* 1. *lit. B. apud Biblioth. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *edit. Coloniæ* 1618.

S. Petrus Damianus. 51. Abſentibus numquàm detrahas, ſed eos in faciem (prout res dictaverit) competenter objurga. *Epiſt.* 11. *ad Deſiderium Abbatem, ante med. pag.* 34. *col.* 2. *lit. E. tom.* 1.

52. Apud ſeculares, abſentis Monachi authoritas gravis eſt: ſi autem præſens affuerit, nullius judicatur eſſe momenti. *Opuſc. de contempt. ſeculi. cap.* 26. *circa med. pag.* 504. *col.* 2. *B. tom.* 3.

53. Spiritualis quiſque carnalibus abſens quidem timori, præſens autem videtur deſpectui. *Ibidem ut antè.*

54. Præſentibus converſatio tua luceat, abſentibus fama in benedictione redoleat. *Opuſc.* 46. *cap.* 6. *ſub finem. pag.* 709. *col.* 2. *B. tom.* 3.

Salvianus. 55. Plurimi à ſe, etſi loco non abſunt, affectu abſunt: etſi habitatione junguntur, mente disjuncti ſunt. *Lib.* 5. *de Gubernat. Dei in princ. apud Biblioth. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 342. *col.* 1. *lit. C.*

Thomas a Kempis. 56. Perdendo didici, quid habendo poſſedi: indicat dilecti abſentia, quid contulit ejus præſentia. *In Soliloquio cap.* 14. *ſect.* 2. *pag.* 474. *tom.* 2.

57. Quantò aliquid magis deſideratur, tantò ejus abſentia moleſtior eſt. *Serm.* 3. *Dom. prima Advent. ante finem fol.* 8 *col.* 2. S. Vincent. Ferrerius.

58. Abſens nemo judicetur, quia divinæ & humanæ leges hoc prohibent, niſi fuerit abſens ex contumacia: pro præſente namque eum contumacia haberi facit. *Apud Gratianum in Decretis. part.* 2. *cauſa* 3. *quæſt.* 9. *can. Abſens. fol.* 172. *col.* 3. S. Zepherin. Papa.

Sententiæ Paganorum.

59. Ades, abeſſe vis: abes, reverti cupis. *Lib.* 4. *de Arte Rhetor. ad Herennium ante med. col.* 53. *A. tom.* 1. Cicero.

60. Converſari cum amicis abſentibus licet, & quidem quoties velis, quamdiu velis: magis hac voluptate (quæ maxima eſt) fruimur, dùm abſumus. *Prof.* Seneca.

61. Ideò æquo animo ferre debemus abſentiam, quia nemo non multùm etiam præſentibus abeſt.

62. Amicus poſſidendus eſt; hic autem numquàm abeſt, quemcùmque vult, quotidiè videt. *Epiſt.* 55. *ſub finem pag.* 620.

Abſolutio.

Vide Peccatorum remiſſio.

Abſtinentia.

DEFINITIONES ET PRODUCTIONES ET DIVISIONES.

ABSTINENTIA eſt temperantia modificans paſſiones cibi & potus, ſecundùm leges altiores. *Part.* 4. *in deſcript. terminor. cap. Temperantia, poſt init. fol.* 26. *col.* 2. *lit. Q.* Gerson.

Abſtinentia eſt virtus ſpecialis, quâ quis à cibo, quantùm decet, & oportet, habita ratione valetudinis, & propriæ perſonæ, aliarumque perſonarum, cum quibus vivit, ſeſe abſtinet. 2ª, 2æ, *quæſt.* 146. *art.* 1. *in princ. corporis. pag.* 250. *col.* 1. S. Thomas Aquinas.

Abſtinentia ex ſuo nomine, eſt ſubtractio ciborum, 2ª, 2æ, *quæſt.* 146. *art. in princ. corporis pag.* 250. *colum.* 1.

Abſtinentia continentiæ nutrix eſt. *In Exhort. ad Monach. poſt init. col* 830. *lit. A. tom.* 4. S. Athanas. Magnus.

Abſtinentia, ſumma eſt medicina, & corporis ſcilicet, & animæ. *Serm.* 5. *in die Cinerum fructu* 7. *in medio, pag.* 24. *col.* 1. *B. tom.* 1. S. Bernardin. Senensis.

Hæc virtus, quæ abſtinentia non ſolùm delicatorum ciborum, ſed etiam malorum omnium, nuncupatur. *Lib.* 2. *de vita contemplat. cap.* 17. *in med. pag.* 66. *col.* 1. *lit. B. apud Biblioth. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *edit. Coloniæ* 1618. S. Prosper.

Productiones.

Abſtinentia, mater ſanitatis eſt. *Homil.* 1. *de Pœnit. ante finem col.* 843. *lit. D. tom.* 5. S. Joannes Chryſostom.

De abſtinentia prodeunt caſtæ cogitationes, rationabiles voluntates, ſalubriora conſilia. *Serm.* 2. *de Ieiunio decimi menſis. poſt init. fol.* 7. *pag.* 1. S. Leo I.

Divisio.

Duo ſunt abſtinentiæ genera: unum corporale, aliud ſpirituale: unum à potu, & epulis temperare: alterum (quod eſt pretioſius, & ſublimius) motus animi regere atque pacare. *Homil.* 2. *ad Monach. ſub finem, apud Biblioth. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 579. *col.* 2. *lit. G. edit. Coloniæ* 1618. S. Eusebius Emissenus.

Sententiæ Patrum.

1. Abſtinentia minimo cibo ſeipſa fit robuſtior: urbium eſt expugnatrix, & nutrix, & conſervatrix. *Part.* 3. *Serm.* 4. *cap.* 23. *Regina* 6. *pag.* 243. B. Alanus de Rupe.

2. Ille verum abſtinentiam ſervat, & amat, qui non S. Albertus Magnus.

ſolùm libenter abſtinet à delectabilibus, quæ non habet; ſed etiam vitat ſpontè & purè, propter Deum delectabilia quæ habet, & quæ licitè habere poteſt. *De Paradiſo animæ. part. 1. de virtutibus cap. 7. poſt init. pag. 73.*

S. AMBROSIUS. 3. Cibus parſimoniæ, potus abſtinentiæ, docet vitia neſcire, quia docet cauſas neſcire vitiorum. *Lib. 1. de Virginibus poſt med. col. 85. lit. C. tom. 1.*

4. Abſtinentiam indicamus corpori, ut à vitiis magis abſtinere poſſimus. *Serm. ante med. colum. 725. lit. D. tom. 3.*

5. Nihil pulchrius abſtinentiâ, quæ facit etiam juventutis annos ſeneſcere, ut fiat morum ſenectus. *Lib. 10. Epiſt. 82. ad Vercellenſem Eccleſ. longe ante med. col. 659. B. tom. 3.*

6. Abſtinentia, diſciplina eſt caſtimoniæ: diſcimus enim reſecare luxuriam, cupiditates vincere, excludere concupiſcentias, delectationibus corporis obviare. *Lib. 2. de Jacob. cap. 10. circa med. col. 1071. B. tom. 4.*

7. Gula de Paradiſo regnantem expulit, abſtinentia ad Paradiſum revocavit errantem. *De Helia & jejunio cap. 4. circa med. col. 1123. C. tom. 4.*

S. ANASTASIUS MAGNUS. 8. Malis abſtinere, diſciplinæ merces eſt: bona ſupergredi, libertas meriti eſt, non finis imperii. *In Exhort. ad Monach. poſt init. col. 830. D. tom. 4.*

S. ANTONINUS. 9. Apud Deum, non tàm valet abſtinentia ciborum, quàm mortificatio vitiorum. *Part. 1. titulo 3. cap. 7. §. 3. in med. fol. 53. col. 2.*

10. Virtus abſtinentiæ memoriam nutrit, intellectum acuit. *Part. 4. titulo 4. cap. 4. §. 1. circa med. fol. 40. col. 4.*

S. AUGUSTINUS 11. Anima iſtis quæ per corpus accipit carendo, fit melior; cùm ſeſe avertit à carnalibus ſenſibus, & divinis ſapientiæ numeris reformatur. *Lib. 6. de Muſica cap. 14. in fine pag. 272. D. tom. 1.*

12. Carnem veſtram domate jejuniis, & abſtinentiâ eſcæ, quantùm valetudo permitit. *In Regula 3. ad Clericos poſt init. pag. 592. Lit. D. tom. 1.*

13. Bonum eſt cibum cum gratiarum actione ſumere, & quidquid præcepit, edendum eſt: abſtinere autem ab aliquibus (non quaſi à malis, ſed non neceſſariis) non eſt malum: moderari verò eorum uſum, pro neceſſitate, & tempore, propriè Chriſtianorum eſt. *De Eccleſ. dogmat. cap. 66. par. 146. C. tom. 3.*

14. Pro amore caſtigandi corporis, abſtinentibus à vino vel carnibus, nil credere meriti accreſcere; non hoc Chriſtiani, ſed Joviniani eſt. *Ibidem ut antè, cap. 68. pag. 146. D. tom. 3.*

15. Quiſquis meminit illicita ſe commiſiſſe, ſtudeat à licitis abſtinere: & qui prohibita commiſit, ſibimet abſcindat conceſſa. *Prof.*

16. Reprehendat ſe in minimis, qui meminit ſe deliquiſſe in maximis. *De ſpirit. & anima, cap. 57. in princ. pag. 639. D. tom. 3.*

17. Cùm anima ab eſu & potu fuerit liberata, tunc ſe meliùs recognoſcit, ſicut in ſpeculo ſordido non ſe talem homo aſpicit, qualis eſt: ita & ſi eſca & crapula fuerit gravatus, alterum ſe ſentit, quàm eſt, tunc excitatur libido, accenditur ira, inflammatur ſuperbia, generatur luxuria. *De quæſt. veteris & novi Teſtamenti quæſt. 120. in med. pag. 608. D. tom. 4.*

18. Utantur divites conſuetudine infirmitatis ſuæ, ſed doleant aliter ſe non poſſe: meliùs enim poſſent, ſi aliter poſſent: ſi ergo non extollitur pauper de mendicitate, tu quare extolleris de infirmitate. *Proſec.*

19. Utere cibis electis, & pretioſis: quia ſic conſueviſti, quia non aliter potes: & ſi conſuetudinem mutas, ægrotas: conceditur tibi, utere neceſſariis, da pauperibus ſuperflua: utere pretioſis, da pauperibus vilia. *Serm. 5. de verbis Domini ante finem pag. 11. B. tom. 10.*

20. Quid prodeſt vacuare corpus ab eſcis, & animam replere peccatis? *Proſec.*

21. Quid prodeſt vinum non bibere, & iracundiæ veneno inebriari?

22. Quid prodeſt abſtinere à carnibus ad edendum creatis, & malignis obtrectationibus fratrum membra lacerare? *Serm. Dom. 1. Quadrag. & in ord. 64. poſt med. pag. 511. B. tom. 10.* S. AUGUSTINUS

23. O magna & admirabilis abſtinentiæ virtus, per quàm homines filii Dei excelſi efficiuntur; per quam vitia expelluntur, & dæmones; per quam non ſolùm animarum ſalus agitur, ſed etiam corporum ſanitas poſſidetur! *Serm. 31. ad fratr. in Eremo, poſt init. pag. 956. B. tom. 10.*

24. Abſtinete vos à vino; non ſufficit abſtinere, ſed abſtinentes, alios abſtinere doceatis. *Ibidem Sermo 33. poſt med. pag. 959. B.*

25. Non intereſt quid, vel quantum alimentorum pro congruentia hominum, atque perſonæ ſuæ, & pro ſuæ valetudinis neceſſitate, quis capiat, ſed quanta facilitate, atque ſerenitate animi careat, cùm his vel oportet, vel etiam neceſſe eſt carere. *Libro 2. quæſt. Evangel. quæſt. 11. circa med. pag. 241. A. tom. 4.*

26. Abſtinentia ab his quæ nociva ſunt, ſecundum medicam rationem, etiam nobis utilis eſt. *In quæſt. diffusè explicat. quæſt. 55. circa pag. 551. tom. 3.* S. BASILIUS MAGNUS.

27. Bona eſt abſtinentia ciborum, ſed multò melior eſt abſtinentia vitiorum. *Sermo 16. de exemplis Sanctorum, ad Sororem ſuam, in 2. volum. poſt init. fol. 85. col. 1. G.* S. BERNARDUS.

28. Abſtinentia {
Carnem ſuperat.
Luxuriam refrænat.
Frangit motum libidinis.
Diſſolvit virtutem fornicationis.
Ibidem Sermo 24. de Abſtinentia, in princ. fol. 88. col. 1. C.

29. Duplex eſt abſtinentiæ virtus: una intus in mente, altera foris in actu. *Proſec.*

30. Ea quæ in mente eſt, ſemper habenda: ea verò quæ in actu, pro rerum ac temporum qualitate manifeſta eſt. *In libro de Paſſione cap. 42. in 2°, volum. fol. 73. col. 2. lit. D, E, F.*

31. Non poteſt facies eſſe rubicunda cum ſtomacho abſtinentiæ. *In libro de Paſſione cap. 42. verſus finem, in 2°, volum. fol 73 col. 4. M.*

32. Non eſt reputanda abſtinentia, ubi fuerit ventris ſatietas ſubſecuta. *Serm. 24. de Abſtinentia ad Sororem ſuam, poſt init. in 2. volum. fol. 88. col. 1. C.*

33. Venter vacuus in oratione vigilare facit; repletus autem ſomnum infert graviſſimum. *Ibidem.*

34. Caro tunc Deum ſitit, quando per jejunium abſtinet & areſcit. *Ibidem, &c. prope med. fol. 88. col. 2. lit. D.*

35. Abſtinentia vivificat & occidit: vivificat animam, & occidit corpus: ædificat in anima virtutes, & deſtruit vitia corporis. *Ibidem, &c.*

36. Corpus quod abſtinentia frangit, ignis luxuriæ non exurit. *Ibidem in med. fol. 88. col. 2. D.*

37. Ut caſtitas vigeat in mente, caro mactetur abſtinentiæ falce. *Sermo 8. in Cœna Domini in fine, in 2°, volum. fol. 112. col. 3. I.*

38. Leo animal guloſum, dùm bene una die ſe paſcit, per tres dies abſtinendo quieſcit. *Serm. 3. de S. Andrea poſt med pag. 218. col. 1. tom. 3.* S. BONAVENT.

39. Abſtinentia & honeſtas, moderantia & parcitas, & ſobrietas, edulii cohibent nutrimenta. *In Centiloquio, part. 1. ſect. 42. ſub finem pag. 87. col. 1. lit. D. tom. 6. part. 2.*

40. Felix abſtinentia, quæ palato imperat delicato! *In Speculo Diſcip. part. 1. cap. 32. in medio pag. 552. col. 1. D. tom. 7. part. 4.*

41. Cibis caro ſaginata & laſciviens, difficilem ſe, ac moroſam præbet, deſideriis ſpiritus refractaria obluctatur: imbecilla verò, nec nimia copia rerum adjuta, victoriam illi neceſſariò concedit *Hom. 1. de feſtis Paſchalibus ante med. pag. 6.* S. CYRILLUS ALEXANDRIN.

42. Tot annorum circulos tranſegiſti, mundo fruſtrà operam navans, & quadraginta diebus non va-

Digitized by Google

cabis pro anima tua? *Catheſ.* 1. *poſt med. apud Biblioth. Patr. tom.* 4. *pag.* 398. *col.* 2. *G. edit. Coloniæ* 1618.

S. ELAGIUS. 43. Qui cibis abſtinent, & pravè agunt, dæmones imitantur, quibus eſca non eſt, & nequitia ſemper eſt. *Hom.* 11. *in med. apud Biblioth. Patrum tom.* 7. *pag.* 247. *col.* 1. *A. edit. Coloniæ* 1618.

S. EUSEBIUS. EMISSEN. 44. Quàm felix abſtinentia, quæ actione temporaria ſed utilitate perpetua eſt. *Hom. de Pœnit. Ninivitarum ante med. Apud Biblioth. Patrum tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 569. *col.* 2. *E. edit. Coloniæ* 1618.

GLOSSA ORDIN. 45. Abſtinentia non valet, niſi benè corpus edometur, vel ſi nimis atteritur, quia vitia extinguenda ſunt, non caro. *Sup. Iob, cap.* 30. *col.* 290. *F. tom.* 3.

S. GREGORIUS MAGNUS. 46. Replemus refectionibus corpus, ne extenuatum deficiat: extenuamus abſtinentiâ, ne nos repletum premat. *Libro* 4. *Moral. cap.* 30. *poſt med. num.* 41. *col.* 127. *lit. D. tom.* 1.

47. Corpus cibo reficitur, ut ſubſiſtat: refectione laſſeſcens, abſtinentiâ relevatur, ut vigeat. *Libro* 8. *Moral. cap.* 20. *num.* 22. *col.* 267. *D. tom.* 1.

48. Si corpus abſtinentiæ afflictione non atteritur, contra mentem libidinis flamma ſe excitat. *Libro* 13. *Moral. cap.* 6. *ſuper illud Iob* 16. *circumdedit me lanceis ſuis, num.* 9. *col.* 437. *C. tom.* 1.

49. Virtus abſtinentiæ, aut omninò nulla eſt, ſi tantùm quiſque corpus non edomat, quantùm valet: aut valdè inordinata eſt, ſi corpus atterit pluſquàm valet. *Libro* 20. *Moral. cap.* 31. *num.* 30. *col.* 707. *A. tom.* 1.

50. Per abſtinentiam carnis, non caro, ſed carnis vitia ſunt extinguenda. *Ibidem.*

51. Tunc caſtimonia ad perfectum munditiæ candorem ducitur, cùm per abſtinentiam caro fatigatur. *Part.* 2. *Paſtoral. cap.* 3. *in fine, col.* 1240. *B. tom.* 1.

52. Incaſſum per abſtinentiam caro atteritur, ſi inordinatis dimiſſa motibus, mens vitiis diſſipatur. *Part.* 3. *Paſtoral. cap.* 1. *Admonit.* 20. *poſt med. ſuper illud Iſaye.* 58. *Ecce in die jejunii*, &c. *col.* 1285. *D. tom.* 1.

53. Dùm per trecentos, & ſexaginta quinque dies annus ducitur, nos autem per triginta & ſex dies in quadrageſima affligimur, quaſi anni noſtri decimas Deo damus, ut qui nobis ipſis per acceptum annum viximus, authori noſtro nos in ejus decimis, per abſtinentiam mortificemus. *Hom.* 16. *ſuper Evang. poſt med. col.* 373. *D. tom.* 2.

54. Tantò à ſe licita quiſque abſcindere debet, quantò ſe meminit illicita perpetraſſe. *Hom.* 20. *in Evang. ſuper illud Luc.* 3. *facite fructus dignos*, &c. *ante med. col.* 391. *B. tom.* 2.

55. Cogitandum ſummoperè eſt, ut qui ſe illicita meminit commiſiſſe, à quibuſdam etiam licitis ſtudeat abſtinere. *Homil.* 34. *in Evang. poſt med. colum.* 482. *lit. B. tom.* 2.

56. Abſtinentes quaſi cum ſerpente pugnant, quando gulæ appetitum magna virtute deprimunt, ut veneno luxuriæ non inficiantur. *Libro* 5. *in libro Regum, cap.* 1. *poſt init. ſup. illud Geneſ.* 3. *quia callidior erat cunctis, col.* 1479. *A. tom.* 2.

57. Probatio veræ abſtinentiæ non eſt in attenuatione corporis, ſed in perfectione caſtitatis. *Ibidem*, &c. *ſup. illud* 1. *Regum, Et factum eſt cùm veniſſet dies*, &c. *poſt med. col.* 1486. *lit. D. tom.* 2.

58. Gula per abſtinentiam frangitur; ſed abſtinentiam ciborum corporalium habere non poteſt, qui mentem ſpiritualibus cibis non replet. *Ibidem, cap.* 4. *longe ante med. ſup. illud Epheſ.* 6. *Non eſt nobis colluctatio*, &c. 1526. *lit. A. tom.* 2.

59. Abſtinentes ſæpè impatientiæ, ſæpè ſuperbiæ culpa comitatur. *Part.* 3. *Paſtoralis cap.* 1. *Admonit.* 20. *in princip. col.* 1284. B *tom.* 1.

60. Gulæ appetitus, de infirma carne refici appetit: ſed electa mens in abſtinentiæ virtute roborari. *Libro* 5. *in primum Regum, cap.* 1. *poſt init. col.* 1481. *lit.* B. *tom.* 2.

61. Plerique reſiſtere gulæ incipiunt, ſed dùm fatigari abſtinentiæ labore inchoant, ad uſum ſe conſuetæ guloſitatis inclinant. *Ibidem, ut ante col.* 1480. *A. tom.* 2.

62. Abſtinentia res eſt admiranda, quæ ne quis à voluptatibus ſuperetur, aut ventri tanquam avaro, & illiberali ſubjiciatur domino, efficit. *Oratione in funere S. Baſilii, poſt med. pag.* 100. S. GREGORIUS NAZIANZ.

63. Ante annos robuſtæ ætatis, periculoſa eſt Teneris gravis abſtinentia. *Epiſt.* 7. *ad Lætam poſt med. pag.* 56. *C. tom.* 1. S. HIERONYM.

64. Multò melius eſt ſtomachum dolere, quàm mentem: imperare corpori, quàm ſervire: greſſu vacillare, quàm pudicitia. *Epiſt.* 9. *ad Salvinam. ante finem, pag.* 77. *A. tom.* 1.

65. Nonnulli vitam pudicam appetentium, in medio itinere corruunt, dùm ſolam abſtinentiam carnium putant, & leguminibus onerant ſtomachum, quæ moderatè, parceque ſumpta, innoxia ſunt. *Epiſt.* 10. *ad Furiam, circa med. p.* 82. *C. tom.* 1.

66. Quid prodeſt tenuari abſtinentia corpus, ſi animus intumeſcat ſuperbia? *Epiſt.* 14. *ad Celantiam, poſt. med. p.* 113. *A. tom.* 1.

67. Quid virtutis habet, vinum non bibere, & ira atque odio inebriari. *Ibidem.*

68. Tunc præclara eſt abſtinentia, tunc pulchra atque magnifica caſtigatio corporis, cùm animus eſt jejunus à vitiis. *Ibidem.*

69. Sæpè dùm una pars ſe à licitis abſtinet, altera ad illicita delabitur. *Ibidem, poſt med. p.* 114. *C.*

70. Quantò major eſt difficultas expertæ quondam voluptatis illecebris abſtinere, tantò majus & præmium. *Epiſt.* 2. *ad Pammachium, in princip. p.* 101. *B. tom.* 2.

71. Abſtinentia tua & jejunium, eò magis Deo grata ſunt, quò cum ſanctis moribus offeruntur: ut quæ in aliis ſunt umbracula vitiorum, in te ſint ornamenta virtutum. *Epiſt.* 1. *ad Demetriadem, poſt med. pag.* 20. *lit. C. tom.* 4.

72. Abſtinentia tua, pauperum refectione ſit gratior. *Ibidem, poſt med. p.* 20. *D.*

73. Omnis Chriſtianorum vita, indiget abſtinentia. *Epiſt.* 32. *de Quadrageſima, in princip. pag.* 155. *A. tom.* 4.

74. Non abſtinentia tantùm ciborum, quàm mortificatio vitiorum pœnitenti neceſſaria eſt. *Et habetur apud Gratianum in decreto. part.* 2. *de Pœnitentia Diſtinct. Canone Menſuram, fol.* 386. *col.* 2. S. HIERONYM.

75. In omni abſtinentia, hoc ſemper attendendum eſt, ut vitia extinguantur, non caro. *In Regula Divi Auguſtini, c.* 3. *poſt med. p.* 8. *D. tom.* 2. HUGO A SANCTO VICTORE.

76. Abſtinentia regit & reprimit malos motus. *Sup. Gen. cap.* 26. *fol.* 34. *col.* 4. *Myſticè, tom.* 1. HUGO CARD.

77. Unus in omnibus abſtinentiæ finis ſit, ne quis ſcilicet juxtà menſuram capacitatis ſuæ, ſaturitatis oneretur ingluvie. *Libr.* 5. *Inſtitut. cap.* 5. *in fine, pagin.* 108. JOANN. CASS.

78. Summa continentiæ, non ſola temporis ratione, nec eſcarum qualitate tantùmmodò, ſed ante omnia conſcientiæ judicio colligenda eſt. *Ibidem, cap.* 9. *in princip. p.* 117.

79. Integritas mentis, ventris cohæret inediæ. *Ibidem. cap.* 9. *in med. p.* 117.

80. Ad integritatem mentis & corporis conſervandam abſtinentia ciborum ſola non ſufficit, niſi fuerint cœteræ quoque virtutes animæ conjugatæ. *Ibidem, cap.* 10. *in princ. p.* 118.

81. Novit immoderata inedia, non modò mentis labefactare conſtantiam, ſed etiam orationum efficaciam reddere laſſitudine corporis enervatam. *Ibidem, cap.* 9. *in fine p.* 117.

82. Quantò abſtinentia occultiùs exercetur, nulloque hominum teſte perficitur, tantò ſubtiliùs occultatorem ſuum diabolus tentare non deſinit. *Collat.* 8. *Sereni Abbatis, cap.* 1. *paulo poſt. med. p.* 465.

Digitized by Google

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 83. Abſtinentia à cibis propter hoc recepta eſt, ut rigorem carnis refrænet, & equum moderanti facilè parere faciat. *Homil.* 8. *in Geneſ. poſt med. col.* 52. *lit. C. tom.* 1.

84. Continere ſe non poſſe, puſillanimitatis eſt, & negligentiæ. *Hom.* 1. *ſup. Pſalm.* 50. *ante finem, col.* 735. *B. tom.* 1.

85. Ubi ſobrietas lucet, ibi abſtinentia coronatur. *Ibidem, verſus finem, col.* 737. *B. tom.* 1.

86. Non ciborum abſtinentia ſola jejunium operatur, ſed abſtinentia peccatorum. *Hom.* 22. *ad popul. Antiochen. ante med. col.* 199. *D. tom.* 5.

S. JOANNES DAMASC. 87. A cibis abſtinendum eſt, non propter cibos, ſed propter detrimenta, quæ ex his oriuntur. *Lib.* 1. *Paralell. cap.* 7. *poſt med. fol.* 41. *pag.* 1. *A.*

S. ISIDORUS HISPALENS. 88. Quantò corpus inedia frangitur, tantò mens ab illicito appetitu revocatur. *Lib.* 2. *de ſummo bono, cap.* 37. *ſent.* 3. *pag.* 653. *col.* 1.

89. Corpus quod abſtinentia frangit, tentatio non exurit. *Ibidem, cap.* 42. *ſent.* 7. *pag.* 658. *col.* 1.

90. Nemo facilè poterit à ſemetipſo ſpiritus immundos expellere, niſi per abſtinentiam gulæ. *Libr.* 1. *de ſummo bono, cap.* 42. *ſent.* 11. *pag.* 658. *col.* 1.

91. Ille benè abſtinet à cibis, qui & à malis actibus, & à mundi jejunat ambitionibus. *Prof.*

92. Qui autem execrationis ſtudio, non abſtinentiæ voto ab eſcis carnium ſe ſuſpendunt: hi potiùs execrandi ſunt, quia Dei creaturam uſibus humanis conceſſam rejiciunt. *Ibidem, lib.* 2. *cap.* 44. *ſent.* 8. *pag.* 659. *col.* 2.

93. Non eſt corpori adhibenda immoderata abſtinentia, ne dùm amplius gravatur caro pondere inediæ, malum agat poſteà. *Prof.*

94. Et quæ addicitur, ut uſu mali careat, ſimul & boni officium, dùm plus premitur, perdat. *Ibidem, &c. ſent.* 10. *pag.* 659. *col.* 2.

S. ISIDORUS PELUSIOTA. 95. Per continentiam purgari non ſuſtinet, qui ciborum ſuavitates ac delicias quærit. *Ep.* 22. *Peluſiotis Monachis, apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 499. *col.* 1. *A. edit. Coloniæ* 1618.

S. JUSTINUS MART. 96 Anima, dùm cibo & potu malè tractatur, fit melior. *Epiſt. ad Diognetum, in med. apud Biblioth. Patrum, tom.* 2. *pag.* 68. *col.* 3. *D. edit. Coloniæ* 1618.

97. Ab omni appetitu, cupiditateque carnali vacuus Chriſtianus eſſe debet. *Epiſt. ad Zenam poſt init. apud Bibliot. Patrum, &c. pag.* 69. *col.* 1. *lit. D. edit. Coloniæ* 1618.

S. LAURENT. JUSTINIANUS. 98. Abſtinentiæ ſic adhibenda eſt temperies, ut corpus nec ſaturitas excitet, nec inedia immoderata debilitet. *Profec.*

99. Sic abſtinendum eſt, ut non palpet corpus, & reſpirare vix poſſit, ſed ut fracto ejus appetitu, nec in lectionibus, nec in Pſalmis, vel vigiliis ſolito quid minus fiat. *De ligno vitæ, tract.* 2. *De Sobrietate, cap.* 5. *ante finem, pag.* 63. *col.* 2. *A.*

S. LEO I. 100. Fiat refectio pauperis, abſtinentia jejunantis: impendamus virtuti, quod ſubtrahimus voluptati. *Ser.* 2. *de jejunio decimi menſis, poſt med. fol.* 7. *pag.* 1.

101. Quando aliquis ſic à cibo abſtinet, ut etiam à pietate abſtineat, magis ad avaritiam quàm ad continentiam referenda eſt. *Ibidem, Serm.* 4 *poſt med. fol.* 7. *pag.* 2.

102. Non in ſola abſtinentia cibi ſtat noſtri ſumma jejunii, aut infructuosè corpori eſca ſubtrahitur, niſi mens ab iniquitate revocetur. *Serm.* 4. *in Quadrag. in princ. fol.* 32. *pag.* 1.

103. Utilis eſt abſtinentia, quæ parco aſſueta victui, deliciarum cohibet appetitum. *Ibidem, circa med. fol.* 32. *pag.* 2.

PETRUS BLESENSIS. 104. Non tibi videatur abſurdum, ſi propter abſtinentiam aliquando caput doleat, quod ſæpiùs ab ebrietate doluit; ſi rugiat venter, quem frequens ingluvies ſuffocavit. *De Confeſſ. Sacrament. poſt med. apud Biblioth. Patr. tom.* 12 *part.* 2. *pag.* 936. *col.* 2. *H. edit. Colon.* 1618.

PETRUS CELLENSIS. 105. Caro abſtinendo, fit Paradiſus deliciarum: anima contemplando, efficitur ſereniſſimum cœlum. *Lib.* 3. *Epiſt.* 2. *poſt init. apud Bibl. Patrum, tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 563. *col.* 1. *lit. C. edit. Colonia* 1618.

S. PETRUS CHRYSOLOGUS. 106. Abſtinentia eſt hominis prima diſciplina, ſed ad plenam curam, miſericordiæ requirit expenſas. *Ser.* 41. *in med. apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 692. *col.* 1. *B.*

107. Abſtinentia extinguit febrem, ſed areſacta membra longæ febris incendio, niſi largo infundàtur onguento, niſi blandiſſimis rigentur fomentis, niſi juventur medicinæ ſumptu, ad integram ſanitatem redire non poſſunt. *Ibidem.*

S. PETRUS DAMIANUS. 108. Senſuales motus tuos, continentiæ frænis infræna. *Serm.* 58. *de S. Andrea, ante finem, pag.* 288. *col* 1. *A. tom.* 2.

S. PROSPER. 109. Ea abſtinentia, ſpiritualis atque perfecta eſt cenſenda, quæ abſtinentem tàm ab illecebris carnalium voluptatum, quàm à peccatis omnibus facit alienum. *Lib.* 2. *de vita Contemplat. cap.* 17. *in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 66. *col.* 1. *B.*

110. Ille abſtinens vere credendus, qui vitiorum omnium abſtinentiâ liber effectus eſt. *Profec.*

111. Ac reciſis corporeis voluptatibus, elaborat, non ut concupiſcentiam ſuæ carnis exſatiet, ſed ut mortalem vitam neceſſariorum perceptione ſuſtentet. *Ibidem, ante med. &c. ut ante.*

112. Nihil contra abſtinentiam faciunt, qui vinum, non pro ebrietate, ſed tantùm pro corporis ſalute percipiunt: nec hoc eis offert voluptas, ſed permittit infirmitas. *Profec.*

113. Quæ ſi defuerit, à vino eſt abſtinendum: ne vini perceptio (quæ infirmum ſuſtentat) ſanum corpus incendat. *Ibidem, cap.* 22. *à med. pag.* 68. *col.* 1. *lit. A.*

114. Abſtinentiæ fructus ipſam mentem alacrem facit, carnem quoque non uſque ad laſſitudinem fatigatam, ſed ſpiritui ordinatè ſubjectam mobilem reddit. *Ibidem, in fine, pag.* 68. *col.* 1. *lit. B.*

115. Non minùs à cupiditate poſſidendi ſuperflua, quàm à voluptate percipiendi, nobis eſt abſtinendum. *Ibidem cap.* 23. *ſub finem, pag.* 68. *col.* 1. *D.*

116. Sic abſtinere debemus, ut non nos abſtinendi neceſſitati ſubdamus; ne jàm non devoti, ſed inviti rem voluntariam faciamus. *Ibidem cap.* 24. *in princ. pag.* 68. *col.* 2. *lit. E.*

S. PROSPER. 117. Non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt: & parum eſt nemini nocere, niſi ſtudeas multis prodeſſe. *Apud S. Auguſtinum, in fine tomi* 3. *ſentent.* 86. *pag.* 747. *B.*

SALVIANUS. 118. Quid juvat ſtomacho abſtinentia, ſi ſtatim dulcia ſubſequantur? *Lib.* 5. *de Gubernat. Dei, in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 342. *col.* 1. *C.*

S. SIDONIUS. 119. Diſruptum ganea ſtomachum, nulla ſarcire res melius, quàm parſimonia ſolet. *Libr.* 2. *Epiſt* 9. *ad Donidium in calce, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 999. *col.* 1. *D. edit. Coloniæ* 1618.

S. THALASIUS. 120. Mens continentis, templum eſt Spiritus ſancti: guloſi autem mens, corvorum eſt domicilium. *Sentent.* 55. *apud Bibl. Patrum, tom.* 7. *pag.* 275. *col.* 1. *A. edition. Coloniæ* 1618.

S. THOMAS AQUINAS. 121. Ea abſtinentia, quæ ratione eſt gubernata, virtutis nomen, dignitatemque obtinet, 2ª, 2æ. *quæſt.* 146. *art.* 1. *in princ. corporis, pag.* 250. *col.* 1.

THOMAS A KEMPIS. 122. Chriſtus multos habet amatores & ſodales menſæ, ſed paucos ſectatores abſtinentiæ. *In Hortulo roſarum, cap.* 7. *ſect.* 2. *pag.* 517. *to.* 2.

IN VITIS PATRUM. 123. Deliciæ corporales non ſolùm illas putetis, quibus homines ſeculi fruuntur; ſed abſtinenti deliciæ credendæ ſunt omne quidquid cum cupiditate ſumpſerit, etiamſi vile illud ſit, & quod in uſu abſtinentibus eſſe ſolet *Lib.* 2. *de vita Joannis cap.* 1. *longe poſt init. pag.* 451. *colum.* 2.

124. Natura excitat concupiſcentias, ſed jugis & intenta

Digitized by Google

& intenta abſtinentia has extinguit. *Libr. 10. cap. 152. poſt med. pag. 902. col. 2.*

IN VITIS PATRUM. 125. Multùm comedere & bibere, & bene veſtiri poſſumus; abſtinere autem, non valemus. *Ibidem. cap. 168. in fine pag. 906. col. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 126. Abſtinentia cibi, confert febricitanti ſanitatem. 5. *Ethicorum, apud Bedam, tom. 2.*

CICERO. 127. Decet, non ſolùm manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere. *Lib. 1. Officior. ante finem, col. 491. lit. A. tom. 4.*

SENECA. 128. Moleſtum eſt carere aſſuetis voluptatibus, abſtinere à cibo, ſitire, eſurire. *Profec.*

129. Hæc primò abſtinentiâ gravia ſunt, deindè cupiditas relangueſcit ipſis, per quæ cupimus fatigatis, ac deficientibus.

130. Indè moroſus eſt ſtomachus, indè quorum fuit aviditas, odium eſt, deſideriaque ipſa moriuntur. *Epiſt. 78. ante med. pag. 692. tom. 2.*

131. Plures pudore potiùs peccandi, quàm bona voluntate, à prohibitis abſtinent. *Ep. 83. poſt med.* pag. 714. *tom. 2.*

SIXTUS PHILOSOPHUS. 132. Animantium omnium uſus quidem in cibis indifferens eſt; abſtinere verò, rationabilibus eſt. *Sentent. 101. apud Bibl. Patrum, tom. 3. p. 65. col. 1. lit. D. edit. Coloniæ* 1618.

133. Ceſſa à cibo, ede citra ſatietatem. *Ibid. Sentent. 256. pag. 66.* col. 1. *D.*

Vide etiam tit. Virtutum connexio in Specie, verbo Abſtinentia.

Abundantia.

DEFINITIONES, DIVISIONES ET COMPARATIONES.

S. AUGUSTIN. ABUNDANTIA eſt affluentia, & quaſi rei nimiùm exuberantis effuſio. *De Beata vita. Diſputat. 3. dier. poſt med. pag. 357. A. tom. 1.*

S. GREGOR. MAGN. Quid eſt rerum abundantia, niſi pinguedo vitæ præſentis? *Lib. 12. Moral. cap. 22. num. 21. col. 413. lit. C. tom. 1.*

S. THOMAS AQUINAS. Quatuor ſunt, quorum copiâ frequenter afficimur: mulierum abundantia, ciborum affluentia, verborum copia, & malorum adhærentia. *In opuſc. De his quæ impellunt hominem ad regimen. in fine fol.* 107. *pag. 2. tom. 1.*

S. BERNARDUS. Sicut ſecularium rerum affluentia occidit ſtultum ſecularem: ſic poteſt & abundantia ſpiritualis occidere indoctum ſpiritualem. *Serm. 2. Dom. Palmar. poſt init. fol. 32. col. 4. L.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. Sicut magna afflictio magnum gaudium parit, & abundantiam gaudii: ita multa paupertas, multas divitias, & abundantiam parit eleemoſinæ. *Hom. 16. ſup. Ep. 2. ad Corinth. ſup. illud 8. Et profunda paupertas illorum abundavit, &c. circa med. col. 797. lit. D. tom. 4.*

Quemadmodum anguſta paupertas ad multa mala facienda allicit, ita & abundantia. *Ser. 15. ſup. Ep. ad Philippenſ. ante med. col.* 1221. *C. tom. 4.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Cupiditatibus omnis divitiarum abundantia, inopia eſt. *Lib. 10. Ep. 82. ad Vercellenſes, poſt med. col. 667. D. tom. 3.*

2. Cùm nulla vera ſit abundantia ſub ſole; ſi quis abundare velit, abundet in Chriſto. *De Iſaac & Anima, cap. 4. poſt med. col* 1038. *A. tom. 4.*

3. Affectus dives egere non novit: cenſus verò abundans, nequit avari pectus implere. *De Nabuthe cap. 2. poſt init. col. 1107. B. tom. 4.*

S. ANTONIUS DE PADUA. 4. Cùm miſer homo affluit divitiis, ſe dilatat in deliciis *Serm. Dom. inf. oct. Nativ. circa init. fol. 19. pag. 1.*

5. Abundantiâ temporalium infelix anima ita ſuffocatur, ut ſepulta mole conſuetudinis malæ prematur. *Serm. Dominica poſt Paſcha longe ante med. fol. 160. pag. 1.* S. ANTONIUS DE PADUA.

6. Cùm mutabilium bonorum adeſt copia, non eis vir juſtus confidit: ſed cùm ſubtrahuntur, cognoſcit utrùm eum non ceperint. *Prof.* S. AUGUSTIN.

7. Quia plerumque cùm adſunt nobis, putamus quòd non ea diligamus: ſed cùm abeſſe cœperint, invenimur qui ſumus. *De vera Religione cap. 47. in fine, pag. 513. lit. B. tom. 1.*

8. Scire abundare, non niſi eorum eſt, quos abundantia non corrumpit. *De bono conjugali cap. 21. circa med. pag. 557. A. tom. 6.*

9. Ab abundantia egeſtas aliena non eſt. *De beata vita Diſput. 3. diei poſt med. pag. 357. A. tom. 1.*

10. Omnis copia, quæ Deus meus non eſt, egeſtas mihi eſt. *Lib. 13. Confeſſ. cap. 8. in fine, pag. 157. lit. A. tom. 1.*

11. Quantò eſt copioſior divitiis ille, quibus non benè utitur, tantò ardentiùs talia concupiſcit *Libr. 2. quæſt. Evang. quæſt. 29. in fine pag. 244. C. tom. 4.*

12. Majores noſtri ideò copiis omnibus abundabant, quia Deo decimas dabant, & Cæſari cenſum reddebant. *Homiliaram 50. Hom. 48. in med. pag. 375. lit. B. tom. 10.*

13. Quantum ſit impedimentum, quàm grave diſpendium inferat homini abundantia rerum, magis legimus in libro conſcientiæ noſtræ, quàm poſſumus explicare ſermonibus. *Profec.*

14. Numquid non Sodomitarum peccatum fuiſſe legitur, abundantia panis?

15. Numquid non Angeli videntes ſe abundare in puchritudine & ſapientia, ſuperbientes ceciderunt?

16. Numquid non & Patres noſtri, quaſi ratione eadem expulſi ſunt de Paradiſo?

17. Numquid non & mundus ſubmerſus fuit, quando abundantes, & in ſuis abundantiis Deum non cognoſcentes perierunt?

18. Numquid non Ægyptii abundantes, iracundia pleni facti ſunt, & ſubmerſi?

19. Numquid non propter abundantiam, idola in terra facta ſunt?

20. Numquid non Amalech, quia abundabat, id eſt, invidiâ plenus, deſivit in manu Saül?

21. Cogitate quid receperit Holofernes, quid Cæſar, quid Nero, quid Valentinus, quid Conſtantinus, quid Decius, quid Julianus, ex abundantia.

22. Quid valuit Cæſari & Neroni abundantia? quid Aſſuero pecuniæ copia? quid Antiocho ſimulata & palliata in abundantia pœnitentia? *Serm. 40. ad fratres in Eremo, poſt med. pag. 974. D. tom. 10.*

23. Caſtitas cum abundantia & fertilitate ſtare non poteſt. *Ibidem, Serm. 47. poſt med. pag. 987. lit. A. tom. 10.*

24. Non parit gratiam copia mundi, ſed contemptus. *Serm. de Converſ. ad Clericos, cap. 22. circa med. fol. 115. col. 3. H.* S. BERNARDUS.

25. Tali quadam arte ſpargitur æs, ut multiplicetur: expenditur, ut augeatur: & effuſio copiam parit. *In Apologia, verbo Dicitur, in fine fol. 307. col. 2. D.*

26. De ſuperfluenti aliorum copia, naſcitur ægra aliorum inopia. *De interiori domo cap. 26. in fine fol. 328. col. 1. C. in 2. volumine.*

27. Si blado abundas, non diligas cariſtiam: quia ille diligens cariſtiam, cupit eſſe pauperum homicida. *In Epiſt. de cura & regimine rei familiaris ante med. fol. 371. col. 2. lit. D. in 2. volumine.*

28. Qui in abundantia ſobrius eſt, ille eſt terrenus Deus. *Ibidem, poſt med. fol. 371. col. 2. F.*

29. Si, quod naturæ ſatis eſt, replere indigentiam velis, nihil eſt quod fortunæ affluentiam petas. *Libr. 2. de Conſol. Philoſoph. Proſa 5. circa med. pag. 66.* BOETIUS.

30. Divitiarum affluentiâ, rerum penuria creſcit. *In* S. BONAVENT.

Digitized by Google

Apologia pauperum Reſponſ. 3. cap. 3. ante med. pag. 415. col. 2. lit. E. tom. 7. part. 4.

S. BONAVENT.

31. Qui plurimùm auri poſſidet, non abundat, quia nihil eſt quidquid in ſeculo eſt. *In Apologia pauperum, Reſponſ. 3. cap. 2. poſt med. pag. 412. col. 2. A. tom. 7. part. 4.*

S. EPHRÆM.

32. Si abundantiâ delectamur, in egeſtate facilè capiemur. *De perfect. Monachi poſt med. pag. 475. A. tom. 2.*

S. EUSEBIUS CÆSARIENS.

33. Impoſſibile eſt divitiis affluere, & Chriſtum ſequi. *Epiſt. ad Damaſum Papam, longè ante med. apud Divum Hieronym. tom. 4. pag. 347. B.*

GLOSSA ORDIN.

34. Qui abundant in bonis ſpiritualibus, temporalia quantumcumque modica eis ſufficiunt, immò pro divitiis computantur. *Sup. Pſalm. 32. col. 663. C. tom. 3.*

GLOSSA INTERL.

35. Terrenis abundans contra Deum erigitur. *Interlin. col. 179. B. tom. 3.*

36. Abundantia, frequenter extollit; & penuria tolerata divitias cæleſtes acquirit. *Sup. Ep. ad Philipp. cap. 4. Interlin. ſup. illud, Scio abundare, &c. col. 603. lit. B. tom. 6.*

GILBERTUS PORRETANUS.

37. Ubi major abundantia ſpiritus Domini, ibi ubertas uberior. *Serm. 20. ſup. Cantica, ante med. col. 3. lit. I.*

S. GREGORIUS MAGNUS.

38. Abundantia ſuperbiæ vicina eſt. *Hom. 19. ſup. Ezech. poſt med. col. 274. C. tom. 2.*

39. Quem nec abundantia in ſuperbiam elevat, nec in neceſſitate cupiditas irritat, ſcit abundare, ſcit penuriam pati. *Ibidem. poſt med. col. 273. lit. D. tom. 2.*

40. Humiliari & abundare, ſatiari & eſurire, abundare & penuriam pati; ars eſt, & mira diſciplinæ ſcientia, quæ toto cordis adniſu eſt addiſcenda. *Ibidem.*

41. Vir perfectus in abundantia, ſepulchrum ingreditur: quia priùs activæ vitæ opera congregat, & poſtmodum carnis ſeoſum per contemplationem mortuum huic mundo funditùs occultat. *Lib. 6 Moral. cap. 17. num. 28. col. 205. D. tom. 1.*

42. Quantalibet ſit temporalis affluentia, habet finem ſuum terminum mortis. *Lib. 7. in Regiſtro indict. 2. cap. 95. Ep. 95. ad Gulfarem magiſtrum in med. col. 976. A. tom. 2.*

43. Sancti viri omnem præſentis vitæ copiam, inopiam deputant: quia nil extra Deum ſufficit menti, quæ veraciter Deum quærit. *Lib. 22. Moral. cap. 2. ante med. col. 732. A. num. 3. tom. 1.*

44. Non eſt cenſus in crimine, ſed affectus: cuncta enim quæ Deus condidit, bona ſunt. *Ibidem, lib. 10. cap. 17. ſtatim ab initio, col. 369. B. num. 28.*

45. Terrenarum rerum me nec abundantia refovet; authoris autem mei, quemadhuc videre non valeo, vel ſola memoria delectat. *Lib. 18. Moral. cap. 24. ante fin. num. 27. col. 616. A. tom. 1.*

46. Penè ſemper rebus affluentibus elatio ſociatur; quia ſæpè honoris abundantia duritiam dat tumoris. *Lib. 26. Moral. cap. 19. in fine, num. 23. col. 876. lit. A tom. 1.*

47. Solet rerum abundantia tantò magis à divino timore mentem ſolvere, quantò magis hanc exigit diverſa cogitare. *Ibidem, libro 1. cap. 4. circa med. num. 4. col. 4 lit D.*

48. Si abundandi artem ſcire volumus, neceſſe eſt, ut non ſolùm ea quæ vicina ſunt, ſed ea etiam quæ de longinquo veniunt, vitia fugiamus. *Hom. 10. ſup. Ezechiel, poſt med. col. 274. D. tom. 2.*

49. Habens rerum affluentiam, vigilet ne à miſericordiæ largitate torpeſcat, *Ibidem. Hom. 9. ſup. illud 25. Matth. Omni habenti dabitur, &c. ſub finem, col. 347. D.*

50. Qui æternorum bonorum abundantiam aſpicere neſciunt. quò præſentia ardentiùs concupiſcunt, eò aviditùs oblata recipiunt, & non oblata violenter tollunt. *Profec.*

51. Innocentibus inſidiantur, debiles opprimunt, munera accipiunt, juraque pervertunt. *Libro 5. in primum Regum, cap. 2. in princ. colon. 1490. litt. B. tom. 2.*

S. HIERONYM.

52. Non eſt grande, triſti & luridâ facie, poſſeſſionum redditibus abundare, & vile jactare palliolum. *Epiſt. 13. ad Paulinum, circa init. pag. 102. lit. C. tom. 1.*

53. Fluxu rerum, & ubertate copiarum animus ſolvitur, vigor mentis infringitur, virtus corporis enervatur. *In Regula Monachorum cap. 5. in princ. pag. 172. C. tom. 4.*

54. Si quis exiſtimat abundantia ciborum potuumque ſe perfrui, & vacare poſſe ſapientiæ, ſeipſum decipit. *Libr. 2. adverſus Jovinianum ante med. pag. 76. lit. C. tom. 2.*

55. Ciborum abundantia, fomentum eſt vitiorum. *Ep. 32. de Quadrag. ſub finem, pag. 155. B. tom. 4.*

56. Ubertas ſecuritatem, ſecuritas negligentiam, negligentia contemptum parit. *Lib. 6. in Hieremiam, cap. 32. ſup. illud, Qui poſuiſti ſigna, &c. pag. 348. lit. D. tom. 5.*

57. Superbia, ſaturitas, rerum omnium abundantia, otium & deliciæ, peccatum Sodomiticum eſt. *Lib. 5. in Ezech. cap. 16. ſup. illud Luc. 14. Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur, pag. 431. D. tom. 5.*

58. Abundantia ſæpè ſolet generare luxuriam. *In primam Ep. ad Timoth. cap. 5. ſup. illud, Cùm enim luxuriatæ fuerint, pag. 386. A. tom. 9.*

HUGO A SANCTO VICTORE.

59. Melius eſt egeſtatem quantumcumque maximam pati, quàm ſuperabundantia frui. *In Regula D. Auguſtini, cap. 5. ſub finem pag. 9. F. tom. 2.*

60. Abundantia parit ſuperbiam. *Ibidem.*

61. Per divitiarum affluentiam, quod placet impetrari ſolet. *Lib. 1. de Clauſtro Animæ, cap. 4. poſt init. pag. 32. E. tom. 2.*

62. Sunt qui rebus abundant, & tamen pauperes ſunt ſpiritu: & hæc eſt aurea paupertas, quia licèt illis affluant divitiæ, corda tamen nolunt apponere. *Ibidem, cap. 9. in princ. pag. 35. C.*

63. Caro ſemper quærit affluentiam cibi, libertatem otii. *Ibidem, lib. 2. cap. 14. circa med. pag. 46. B. tom. 2.*

64. Affluentiam ciborum comitari ſolet inundatio verborum. *Ibidem, cap. 20. in princ. pag. 49. F. tom. 2.*

HUGO CARD.

65. Abundantia temporalis maximè quieſcere facit malos in peccato. *Sup. Geneſ. cap. 37. fol. 53. col. 1. Allegoricè. tom. 1.*

66. Abundantia temporalis induit, & nutrit vitia. *Ibidem, cap. 41, fol. 58. col. 2. Myſtic. tom. 1.*

67. Abundantia proſperitatis, facit oblivionem præteritæ calamitatis. *Sup. Iſayam, cap. 54. fol. 127. col. 3. tom. 4.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

68. Rerum abundantia, à Deo data his qui non opportunè utuntur, magna ad damnationem acceſſio eſt. *Orat. 5. de fato, ante finem, col. 685. lit. C. tom. 5.*

69. Facultatum multitudo, cauſa fit diſceſſus, diviſionem operatur, concordiam impedit, & cognationis vinculum dirimit. *Hom. 33. in Geneſ. ſup. illud 13. Erat ſubſtantia eorum multa, ante med. col. 273. B tom. 1.*

70. Hi quibus plura affluunt, omnium potiſſimùm ſervi ſunt, & quotidiè umbras ipſas timent: indè naſcuntur inſidiæ, invidentia, odium, doli, calumniæ, rapinæ, & fraudes. *Ibid. Hom. 50. paulò poſt med. col. 404. D.*

71. Pecuniarum abundantia virtuti plurimùm obſtat. *Ibidem, Hom. 66. col. 517. D*

72. Ille cui magna rerum affluit copia, ingens potentia, patriæ ſplendor, majorum nobilitas, ad quem univerſa penè reſpicit civitas, libertatem amiſit, & ſervus omnium abjectiſſimus eſt. *Hom. 59. in Matth. poſt med. col. 496. C. tom. 2.*

73. Fame pauper tabeſcit, tu copiâ rumperis: frater nudo corpore oberrat, tu veſtes veſtibus addis, quæ tineis conſumuntur; quantò ſatiùs foret, ut his egenorum corpora tegerentur? *Hom. 58. ſup. Joan. ante finem, col. 280. C. tom. 3.*

74. Quantò auro omni pretioſior eſt ſanguis, tantò paupertas, quàm abundantia melior. *Ser. ſup. illud Rom. 16. Salutate Priſcam, &c. poſt med. col. 956. B. tom. 3.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 75. Non eſt affluentia, quæ volupeatem parit. *Hom 39. ſup. Epiſt. 1. ad Corinth. poſt med. col. 645. B. tom. 4.*

76. Abundantiâ facultatum non gaudet avarus, ſed ob hoc ipſum dolet, quia poſſidet immenſa. *Ibidem, poſt med. ſup. illud Prov. 11. Qui abſcondit frumenta, col. 645. lit. A. tom. 4.*

77. Non habere divitias, ſed non indigere ut habeas, hæc maxima abundantia eſt. *Hom. 12. ſup. 2. ad Corinth. in fine, col. 777. lit. D. tom. 4.*

78. In neceſſariis nihil ultra uſum inquirere permittitur: in ſpiritualibus autem, magnam abundantiam fieri conſulitur. *Ibidem, Hom. 20. ante med. col. 817. lit. C. tom. 4.*

79. Iniquitatis abundantia, in cauſa eſt cur charitas refrigeratur. *Serm. 9. in Epiſt. ad Epheſ. ſup. illud Mat. 24. Quando abundaverit iniquitas, &c. col. 1014. lit. C. tom. 4.*

80. Abundantia in philautiam ducit animam, corpuſque divellit, proſcindit, laxat, & diſſipat. *Ibidem.*

81. Qui in deliciis & in abundantia vivunt, brutis ſunt pejores: *Serm. 7. ſup. Epiſt. ad Philipp. in fine moralis, col. 1173. D. tom. 4.*

82. Complures ſæpè in abundantia rerum conſtituti, negligentiores facti ſunt, nec proſperitatem illam ferre noverunt. *Ibidem ſerm. 15. ante med. col. 1221. litt. C. tom. 4.*

83. Sanctus æquo eſt ſemper animo, ſive in penuria, ſive in abundantia conſtitutus: neque ex penuria repreſſus, neque ex abundantia diſſolutus. *Ibidem, &c. lit. D.*

84. Ditior eſt ille, qui nihil colligens in affluentia multa conſiſtit, & nullius eget: quàm qui per ſingulos dies exigit, & feſtinat plura colligere, & timet ne aliquid ei deficiat. *Hom. 19. in Ep. ad Hebræos, ante finem, col. 1780. A. tom. 4.*

85. Abundantia ciborum morbum facit, & moleſtias ingerit, & ægritudines generat. *Ibidem, Hom. 29. poſt col. 1848. D. tom. 4.*

86. Abundantia quæ ſe deliciis tradit, abſurdas generat cupiditates. *Ibidem, ante finem, col. 1849. litt. B.*

87. Ex multa copia, procedente tempore, nocumentum ſubnaſcitur. *Hom. 13. in Geneſ. ſup. illud 2. Et erit ſecit Deus, col. 86. D. poſt med. tom. 1.*

S. ISIDORUS HISPALENS. 88. Cui abundantia eſt epularum, ardentis divitia intendat ſupplicium; cujus tanta in inferno inter ignes eſt inopia, quanta hîc epularum fuit copia. *Libr. 2. de ſummo bono, cap. 42. ſent. 8. pag. 658. col. 1.*

S. LEO I. 89. Non minus eſt periculi carere deſideratis, quàm abundare conceſſis. *Serm. 11. Quadrag. paulò poſt init. fol. 38. pag. 2.*

PETRUS BLESENSIS. 90. Ubi copia major exuberat, ibi ſe major moleſtia ſolicitudinum totius perturbativa quietis intrudet. *De charitate, cap. 4. apud Biblioth. Patrum tom. 12. part. 2. pag. 978. col. 1. D. edit. Coloniæ 1618.*

S. PETRUS CHRYSOLOG. 91. Miſerum, quem ubertas ſterilem, abundantia anxium, inhumanum copia, divitiæ fecere mendicum! *Serm. 104. in principio, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 739. col. 2. H. edit. Coloniæ 1618.*

S. PETRUS DAMIANUS. 92. Idcircò Deus omnipotens alios paupertate conſtringit, alios rerum omnium copiâ dilatat: ut & illi habeant undè propria debeant peccata redimere, & iſti undè ſuam valeant inopiam ſuſtentare. *Opuſc. 9. cap. 1. ante med. pag. 472. col. 2. C. tom. 3.*

93. Rerum abundantia, aculeos parit ſolicitudini; ſolicitudo radix eſt anxietatis. *Opuſc. 12. cap. 25. ante med. pag. 504. col. 1. B. tom. 3.*

PHILO JUDÆUS. 94. Copia parata bonorum affluentium parit otium. *De migratione Abrahami poſt init. pag. 544.*

95. Affluunt opes? impartire: nam divitiarum pulchritudo eſt non in crumenis, ſed in egenorum auxilio. *Lib. de Joſeph, poſt med. pag. 751.*

96. Nimia bonarum rerum copia, eſt ingens malorum initium. *De Abrahamo, ante med. pag. 512. tom. 1.*

S. PROSPER. 97. Abundantia communis eſt & bonis & malis: ſed à malis in dextra habetur: à bonis in ſiniſtra reputatur. *Sup. Pſalm. 143. verſu 15. apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 158. col. 1. A. edit. Coloniæ 1618.*

ROBERTUS BELLARMINUS. 98. Divitiæ fluunt, dùm affluunt. *Sup. Pſalm. 61. verſu 10. pag. 374. col. 9.*

99. Securitas ſine abundantia, eſt ſemper egeſtatis: abundantia ſine ſecuritate, eſt abundantia plena timoris, & periculi. *Sup. Pſalm. 147. verſ. 2. pag. 937. col. 1.*

SALVIANUS. 100. Quicumque mali ſunt, ſucceſſu rerum deteriores fiunt, gaudentes ſibi nequitiæ ſtudium benè cedere. *Lib. 1. de Gubern. Dei poſt init. apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 313. col. 2. lit. H. edit. Coloniæ 1618.*

101. Quantùm tibi copiæ acceſſit, tantùm diſciplinæ receſſit. *Libr. 1. ad Eccleſias, in princ. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 366. col. 1. lit. C. edit. Coloniæ 1618.*

TERTULLIAN. 102. Semper abundantia contumelioſa in ſemetipſa eſt. *De habitu muliebri, cap. 7. in princip. pag. 305. A tom. 2.*

S. THOMAS AQUINAS. 103. Abundans divitiarum poſſeſſio, abundantiorem ſolicitudinem ingerit, per quam animus hominis multùm diſtrahitur, & impeditur ne totaliter feratur in Dei obſequium, 2ª, 2ª, *quæſt. 188. art. 7. in corp. circa med. pag. 335. col. 1.*

104. Extra Deum omnis copia, inopia eſt. *In Hortulo Roſarum, cap. 8. ſect. 3. pag. 518. tom. 2.*

105. Abundantia temporalium, occaſio eſt jurgiorum. & mater vitiorum. *De Diſciplina Clauſtralium, cap. 12. in princ. pag. 784. tom. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 106. Quidquid fuerit ſuperabundantius & majus quàm eſſe debeat, hoc malum eſt. *1. Rhetor. & habetur apud Bedam, tom. 2.*

107. Quò quiſpiam magis abundat, eò magis periculis ſubjacet. *Lib. 8. Ethic. ſeu Moral. cap. 1. in princ. col. 701. tom. 2.*

CICERO. 108. Si propter aviditatem pecuniæ nullum quæſtum turpem putas, ſi quotidie fraudas, decipis, poſcis, paciſceris, aufers, rapis, ſi ſocios ſpolias, ærarium expilas, hæc non abundantis, ſed egentis ſigna ſunt. *De Paradoxis, cap. 6. circa init. col. 587. D. tom. 4.*

109. Divitiarum fructus in copia eſt, copiam autem declarat ſatietas rerum, atque abundantia. *Ibidem, circa med. col. 588. C. tom. 4.*

110. Non ſunt bona dicenda, nec habenda, quibus abundantem licet eſſe miſerrimum. *Profec.*

111. Da divitias, honores, imperia, opes, gloriam, ac omnium rerum copiam: ſi fuerit is qui hæc habet, injuſtus, intemperans, hebeti ingenio atque nullo, dubitabiſne tu eum miſerrimum dicere? *Libr. 5. Tuſcul. quæſt. ante med. col. 255. lit. F, G, tom. 4.*

112. Quidquid eſt, quamvis amplum ſit, id certè parùm eſt tùm, cùm eſt aliquid amplius. *Orat. 40. pro Marcello poſt med. col. 802. G. num. 27. tom. 2.*

EPICTETUS. 113. Præſtat perire fame, timoris ac moleſtiæ expertem, quàm copiis omnium rerum circumfluentem, animo vivere perturbato. *In Enchirid. cap. 16. in medio.*

SENECA. 114. Numquàm immodica durarunt, niſi illa moderatrix ratio compeſcuit. *Epiſt. 74. in med. pag. 678. tom. 2.*

115. Exiguum natura deſiderat, opinio immenſum. *Epiſt. 16. poſt med. pag. 551. tom. 2.*

SIXTUS PHILOSOPH. 116. Neminem propterea magni æſtimes, quòd pecuniâ, divitiiſque abundet. *Sentent. 182. apud Biblioth. Patrum, tom. 3. pag. 65. col. 2. H. edit. Coloniæ 1618.*

Vide etiam Tit. Bonum. Sent. 82. Relinquere Sent. 20. Temporale. Sent. 50. 56.

Abuſio, Abuti.

DEFINITIO ET DIVISIO.

S. BASILIUS MAGNUS.

ABuſus, eſt ſumptus ſupra neceſſitatem. *In queſt. diffusè explicat. queſt. 20. in fine, pagina 527. tom. 3.*

HUGO A SANCTO VICTORE.

Duodecim ſunt abuſiones clauſtri, quibus tota Religionis ſumma turbatur: ſcilicet, Prælatus negligens, diſcipulus inobediens, juvenis otioſus, ſenex obſtinatus, Monachus curialis, Religioſus cauſidicus, habitus pretioſus, cibus exquiſitus, lis in capitulo, diſſolutio in choro, irreverentia juxta altare. *De Clauſt. anima lib. 2. cap. 11. pag. 44. tom. 2.*

S. AUGUSTIN. De 12. abuſion. per totum à pag. 563. tom. 9.
S. CYPRIANUS. De 12. abuſion. ſub finem tomi 3.

Duodecim ſunt Abuſiones ſeculi, ſc.
- Sapiens ſine bonis operibus.
- Senex ſine Religione.
- Adoleſcens ſine obedientia.
- Dives ſine eleemoſina.
- Femina ſine pudicitia.
- Dominus ſine virtute.
- Chriſtianus contentioſus.
- Pauper ſuperbus.
- Rex iniquus.
- Epiſcopus negligens.
- Plebs ſine diſciplina.
- Populus ſine lege. *Proſec.*

Prima abuſio eſt, ſi ſine bonis operibus ſapiens, & Prædicator fuerit; qui quod ſermone docet, actibus complere negligit. *cap. 1. pag. 563. B.*

Secunda abuſio eſt, ſi ſine Religione ſenex eſſe inveniatur. *cap. 2. pag. 564. C.*

Tertia abuſio eſt, ſi adoleſcens ſine obedientia deprehenditur, quo mundus à recto rationis ordine depravatur. *cap. 3. pag. 564. D.*

Quarta abuſio eſt, dives ſine eleemoſina, qui ſuperflua uſus ſui (quæ cuſtodienda in poſterum recondit) indigentibus non diſtribuit: per quod efficitur, ut dum in terra quæſita diligenti cura cuſtodit, cæleſtis Patriæ perennem theſaurum amittat. *cap. 4. pag. 565. A.*

Quinta abuſio eſt, femina ſine pudicitia: ſicut enim omnes mores bonos procurat, & cuſtodit in viris prudentia; ſic & in feminis cunctos honeſtos actus nutrit, & fovet, & cuſtodit pudicitia. *cap. 5. pag. 365. B.*

Sexta abuſio eſt, dominus ſine virtute: quia nihil proficit dominandi habere poteſtatem, ſi dominus ipſe non habeat virtutis vigorem. *cap. 6. pag. 566. D.*

Septima abuſio eſt, Chriſtianus contentioſus, qui cùm participationem nominis Chriſti per fidem & baptiſmum ſuſceperit, contra Chriſti dicta, & propoſitum; mundi caduca delectamenta diligit. *cap. 7. pag. 567. A.*

Octava abuſio eſt, pauper ſuperbus, qui nihil habens in ſuperbiam extollitur: cùm è contrà, divitibus ſeculi non ſuperbè ſapere imperatur. *cap. 8. pag. 567. B.*

Nona abuſio eſt, Rex iniquus: etenim Regem non iniquum, ſed correctorem iniquorum eſſe oportet. *cap. 9. pag. 568. D.*

Decima abuſio eſt, Epiſcopus negligens, qui gradus ſui honorem requirit inter homines; ſed miniſterii ſui dignitatem coram Deo, pro quo legatione fungitur, non cuſtodit. *cap. 10. pag. 569. A.*

Undecima abuſio eſt, plebs ſine diſciplina, quæ cùm diſciplinæ exercitationibus non ſervit, communi ſe perditionis laqueo conſtringit; iram enim plebs abſque diſciplinæ vigore, non evadit. *cap. 11. pag. 569. B.*

Duodecima abuſio eſt, populus ſine lege: qui dùm Dei dicta, & legum ſcita contemnit, per diverſas errorum vias prævaricationis laqueum incurrit. *cap. 12. pag. 570. C.*

HUGO CARDI. Sup. Prov. cap. 8 fol. 10. col. 3. tom. 3.

Superbiam deteſtatur ſapientia propter ſex Abuſiones.
- Prima eſt, quia (cùm ſit quid vacuum, & nihilum) omnia vult replere ſe ipſâ; & nullo modo patitur ſe impleri, quia tumor infuſa repellit.
- Secunda eſt, quia plenitudine ſe infundit.
- Tertia eſt, quia etiam pacem ſecum non habet.
- Quarta eſt, quia de pondere proprio aſcendere contendit.
- Quinta eſt, quia omnibus vitiis vult cooperiri, ne appareat.
- Sexta eſt, quia cum ſuo contrario, ideſt cum humilitate, pacem habet, quod eſt abſurdum.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANTONIN.

1. O abuſio perverſa hominum! quia quod cum multo labore per hebdomadam lucrati ſunt, feſtis diebus in tabernis, & ludis, & ſpectaculis impendunt. *Part. 2. titul. 9. cap. 7. §. 4. circa med. fol. 275. col. 3.*

2. Magna abuſio, ut fratres velint habere ſalaria pro officiis ſuis, cùm omnia opera ſua ſint in manibus Prælatorum, ac etiam voluntates. *Part. 3. tit. 16. cap. 12. §. 12. ante finem, fol. 239. col. 3. c. 4.*

S. AUGUSTIN.

3. Vita ita ſubjecta eſt vanitati, ut approbentur hîc falſa pro veris, reſpuantur vera pro falſis: teneantur incerta pro certis, quod abuſio eſt maxima. *In Enchyrid. cap. 21. pag. 113. A, tom. 3.*

4. Juſtè puniuntur, qui licitis abutuntur: abutuntur licitis, qui bona Dei maculant uſibus inconceſſis. *De Spiritu & Anima, cap. 42. circa init. pag. 628. lit. C. tom. 3.*

5. Uſus illicitus, abuſus potiùs, vel abuſio nominandus eſt. *Lib. 1. de Doct. Chriſt. cap. 4. in princ. pag. 5. B. tom. 3.*

S. BERNARDUS.

6. Verè magna abuſio, & magna nimis, ut dives eſſe velit vermiculus vilis; propter quem Deus majeſtatis voluit pauper fieri. *Sermo 3. in die Paſchæ poſt init. fol. 38. col. 1. lit. A.*

7. O abuſio filiorum Adam! parati ad honores, & celſitudines graduum eccleſiaſticorum, ipſis etiam Angelicis humeris formidandos. *Ser. 2. in Aſcenſ. Domini, prope finem. fol. 40. col. 4. lit. K.*

8. Abutentibus bono naturæ gravis perditio eſt, & miſeranda pernicies. *Serm. 13. ſup. Qui habitat, poſt med. fol. 87. col. 1. C.*

9. Mira abuſio! domus ardet, ignis inſtat à tergo, & fugienti prohibetur egredi, evadenti ſuadetur regredi; & hæc ab his, qui in incendio poſiti ſunt. *Epiſt. 111. in med. fol. 234. col. 3. G.*

10. Noli abuti clementiâ, ne potentiâ opprimaris. *Epiſt. 131. ad Mediolanenſes, ante med. fol. 239. col. 1. lit. B.*

11. Poteſtate acceptâ malle in malo, quàm in bono uti, abuti eſt. *Epiſt. 245. ad Eugen. papam, in fine, fol. 260. col. 2. E.*

12. Uſus auri & argenti bonus eſt, abuſio tamen mala. *Lib. 2. de Conſider. ante med. fol. 276. col. 4. M.*

13. Magna abuſio! pauci ad os legiſlatoris, ad manus omnes reſpiciunt: hi importuni ſunt, ut accipiant; inquieti donec accipiant; ingrati ubi acceperint. *Ibid. lib. 4. poſt init. fol. 280. col. 3. H.*

14. Magna abuſio! maxima cura eſt, ut corpus regulariter induatur, & contra regulam ſuis veſtibus anima nuda deſeritur. *In Apologia ad Guillelmum Abbatem, cap. Unde, propè med. fol. 306. col. 4. lit. L.*

15. Magna abuſio! ecce parcitas putatur avaritia; ſobrietas, auſteritas creditur: ſilentium, triſtitia reputatur. *Ibidem cap. Dicitur, fol. 306. col. 2. D.*

16. Magna abuſio! remiſſio diſcretio dicitur: effuſio, liberalitas: loquacitas, affabilitas: cachinnatio, jucunditas; mollities veſtimentorum, & equorum faſtus,

Digitized by Google

honeſtas : lectorum ſuperfluus cultus , munditia. *Ibidem.*

S. BERNARDUS 17. Dominam ancillari, & ancillam dominari, magna abuſio eſt. *De Meditat. cap. 3. ante med. fol. 322. col 4. M.*

18. Auro tectis reliquiis ſaginantur oculi, & loculi aperiuntur. *Prof.*

19. Oſtenditur pulcherrima forma Sancti, vel Sanctæ alicujus, & eò creditur ſanctior, quò coloratior.

20. Currunt homines ad oſculandum reliquias Sanctorum , invitantur ad donandum , & magis mirantur pulchra, quàm ſacra. *In Apologia ad Guillel. Abbatem, cap. Dicitur, in fine, fol. 307. col. 2. D.*

S. BONAVENT. 21. O abuſio maxima ! cùm falſitas nihil valeat, ſicut denarius falſus ad decipiendum , tamen ubique regnat. *Serm. 2. omnium SS. poſt med. pag. 285. col. 1. tom. 3.*

22. Magna abuſio eſt, habere os in choro, & cor in foro. *In Regula Novit. cap. 1. in princ. pag. 623. col. 2. lit. E.*

S. GREGORIUS NAZIANZ. 23. Peſſum eunt quæ bona ſunt, & honeſta : ſine pudore vigent quæ mala ſunt. *Epiſt. 29. ad Eudochium Rhetorem, a med, pag. 415.*

S. HIERONYM. 24. Aurum liqueſcit in litteras, gemmis codices veſtiuntur, & nudus ante fores Chriſtus emoritur. *Epiſt. 22. ad Euſtochium, longe poſt med. pag. 146. C. tom. 1.*

25. Qui ſanitate abutuntur in libidinem, & divitiis in luxuriam; hi benedictiones Dei mutant in maledictionem. *Sup. Malachiam, cap. 2. pag. 292. B. tom. 6.*

26. Si abuteris mundi rebus, ſcias te in ultimo judicandum. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 12. pag. 97. C. tom. 7.*

HUGO A SANCTO VICTORE. 27. Inter abuſiones hujus ſeculi , ſola major eſt ſenis obſtinatio ; qui morti proximus , mortis adventum non exhorret : audit nuntios mortis , & credere non vult eis. *Lib. 2. de Clauſtro Animæ, cap. 15. in princ. pag. 46. D. tom. 2.*

28. Miſerabilior inter alias abuſiones hæc abuſio eſt; ut delicatiùs in Eccleſia, quàm in domo propria vixiſſe convincaris. *Ibidem, cap. 19. in fine, pag. 49. E. tom. 2.*

29. Intolerabilis hæc abuſio, ut ibi litiges, ubi teipſum accuſare debes : ut ibi augeatur culpa, ubi deleri poteſt. *Ib. cap. 21. in princ. pag. 50. lit. G. tom. 2.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 30. Non eſt planta vitis mala, neque vinum malum, ſed illius abuſus. *Hom. 29. in Geneſim. ante med. col. 233. A. tom. 1.*

31. Mulier ab initio, viro par erat dignitate, ſed honore iſto abuſa eſt. *Ibidem poſt med. col. 238. C. tom. 2.*

32. Abuſio vini, & incontinentia eorum qui vino abutuntur, ebrietatem generant. *Hom. 58. ſup. Matth. poſt med. col. 489. C. tom 2.*

33. Abuſus gratiæ Dei, tremere facit *Serm. 19. ſup. Ep. ad Rom. poſt med. col. 229. A. tom. 4.*

34. Qui pecuniis, & voluptatibus , & deliciis immodeſtè abutuntur , omnia corrumpunt *Serm. 23. ſup. Ep. ad Epheſ. prope med. col. 1036. B. tom. 4.*

S. JOANNES DAMASCENUS. 35. Ultra neceſſitatem facta impenſa , abuſus eſt. *Lib. 1. Parallelor. cap. 29. in princ. fol. 23. pag. 1. lit. A.*

S. MAXIMUS MARTYR. 36. Pro certo conſtat , in rebus nihil mali, niſi abuſum : qui ſemper ſolet accidere ex mentis negligentia, circa naturalem agriculturam. *De charitate centuria 3. cap. 4. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 357. col. 2. E. edit. Coloniæ 1618.*

S. PROSPER. 37. Superbus vult ſe credi conſtantem, prodigus liberalem, avarus diligentem , temerarius fortem , inhumanus parcum , guloſus humanum, ignavus quietum, timidus cautum *Profec.*

38. Impudentia fiduciæ ſibi nomen adſcribit, procacitas apellationem libertatis oſtendit, eloquentiam frangit verboſitas , & curioſitatis malum , ſub ſtudii ſpiritualis colore deliteſcit. *Libr. 3. de vita contempl. cap. 1. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 69. col. 2. E. edit. Coloniæ 1618.*

SALVIANUS. 39. Quàm perverſa mundanorum abuſio ! ſi quis ex nobilibus converti ad Deum cœperit, ſtatim honorem nobilitatis amittit. *Profec.* SALVIANUS.

40. Quantus ergo in Chriſtiano populo honor Chriſti eſt; ubi Religio ignobilem facit?

41. Statim ut quis melior eſſe tentaverit deterioris abjectione, ab aliis calcatur.

42. Ac per hoc omnes quodammodo mali eſſe coguntur, ne viles habeantur.

43. Si honoratior quiſpiam Religioni ſe applicaverit , illicò honoratus eſſe deſiſtit.

44. Ubi quis mutaverit veſtem , mutat protinùs dignitatem.

45. Si fuerit ſublimis , fit deſpicabilis : ſi fuerit ſplendidiſſimus, fit viliſſimus : ſi fuerit totus honoris, fit totus injuriæ.

46. Si bonus eſt quiſpiam , quaſi malus ſpernitur : ſi malus eſt, quaſi bonus honoratur. *Lib. 4. de Gubern. Dei ante med. apud Bibl. Patrum , tom. 5. part. 3. pag. 337. col. 1. lit. C. edit. Coloniæ 1618.*

47. Homo qui abutitur poteſtate ſibi datâ, eam amittere meretur, 2ª, 2æ, *queſt. 65. art. 3. in corp. ad primum, pag. 125. colum. 2.* S. THOMAS AQUINAS.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

48. Hominis eſt intemperantis , abuti otio & litteris. *Libro 1. Tuſc. queſt. poſt init. colum. 166. lit. B. tom. 4.* CICERO.

49. Abuſio magna ! temeritas ſub titulo fortitudinis latet : moderatio vocatur ignavia : pro cauto, timidus: in his magno periculo erratur. *Epiſt. 47. ferè in med. pag. 600. tom. 2.* SENECA.

Accedere ad Deum.

DEFINITIO DIVISIONES

ET COMPARATIONES.

ACCEDERE ad Deum, eſt intrare ad ſeipſum : & non ſolùm ad ſe intrare , ſed ineffabili quodam modo in intimis ſeipſum tranſire. *Prof.* HUGO CARD.

Qui intrans, & intrinſecus penetrans ſeipſum tranſcendit, ille veraciter ad Deum accedit. *De Spirit. & Anima, cap. 14. propè finem , pag. 611. C. tom. 3.*

Tribus gradibus ad Deum acceditur. { Primus eſt, abjectio mundi. Secundus eſt, oblivio ſuorum. Tertius eſt , depoſitio ſui. } HUGO CARD. Super Iſai. c. 2. fol. 7. col 4. Myſticè. Tom. 4.

Sicut Luna, quantò propinquior eſt Soli, tantò minor : ita mens humana quantò propinquior eſt Deo, tantò minor eſt ſuo judicio. *Ibidem, cap. 3. fol. 11. col. 4. Myſtice.*

Sicut oculus quantò mundior fuerit, tantò longiùs videt : ſic anima quantò longiùs fuerit à ſolicitudine mundi, tantò ampliùs Deo proximior erit. *Hom. 10. ſup. Matth. oper. imperf. in princ. col. 802. C. tom. 2.* S. JOANNES CHRYSOSTOM.

Sicut dicitur Sol intrare domum , vel exire, in quantum radius ejus pertingit ad domum : ſic dicitur Deus appropinquare ad nos, vel recedere à nobis, in quantum percipimus influentiam bonitatis ejus , vel ab eo deficimus. *Part. 1. queſt. 9. art. 1. in corp. ad 3. pag. 15. colum. 1.* S. THOMAS AQUINAS.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Omnis anima ad Chriſtum accedat , ſive corporalibus ægra peccatis , ſive clavis quibuſdam ſecularis cupiditatis infixa , ſive multis imperfecta virtutibus. *Lib. 1. de Virginibus longè poſt med. col. 110. lit. D. tom. 1.*

2. Nihil pulchrius , nihil voluptuoſius, nihil deſiderabilius, quàm Deo appropinquare. *Lib. 3. Epiſt. 11. ad Irenæum, ante finem, col. 529. C. tom. 3.*

Digitized by Google

3. Deo appropinquare, clareſcere eſt. *Lib.* 10. *Epiſt.* 84. *ad Demetriadem. longè poſt init. col.* 676. *D. tom.* 3.

S. AMBROSIUS. 4. Ad Deum accedite; neminem repellit, niſi qui ſe ab ejus conſpectu putaverit ſequeſtrandum. *Lib.* 3. *de Interpell. cap.* 12. *poſt. med. col.* 1179. *lit. B. tom.* 4.

5. Qui ad Deum conſcendere deſiderat, à minoribus incipit; ut gradatim creſcendo ad majora perveniat. *Sup. Apocal. cap.* 7. *ante med. col.* 3066. *lit. A. tom.* 5.

S. ANSELMUS. 6. Quid faciet Domine ſervus tuus? anhelat videre te, & nimis abeſt facies tua: accedere ad te deſiderat, & inacceſſibilis eſt habitatio tua. *In Proſolog. cap.* 1. *poſt init.*

ANASTAS. II. PAPA. 7. Non loca Creatori noſtro nos proximos faciunt, ſed bona merita. *Apud Gratianum in Decretis. Part.* 1. *diſt.* 40. *fol.* 44. *col.* 1. *can. Non loca.*

S. AUGUSTIN. 8. Ad eum, qui ubique præſens eſt, & ubique totus, non pedibus ire licet, ſed moribus: non ambulando, ſed amando. *Epiſt.* 52. *ad Macedon. ante finem. pag.* 153. *lit. A. tom.* 2.

9. Mens quando contemplatione ad Deum aſcendit, ut eum intelligat, & diligat, imago Dei dicenda eſt. *De Spiritu & Anima. cap.* 34. *in fine. pag.* 623. *lit. A. tom.* 3.

10. Si amaveris terram, peregrinaris à Deo: ſi amaveris Deum, aſcendis ad Deum. *Sup. Pſalm.* 119. *verſu* 5. *Multum incola fuit anima mea. pag.* 976. *C. tom.* 8.

11. Deſiderio bono levamur ad Deum, & deſiderio malo ad ima præcipitamur. *Sup. Pſalm.* 122. *in princ. pag.* 992. *C. tom.* 8.

12. Impoſſibile eſt illis qui negotiis ſecularibus implicati ſunt, ut cor ſemper ſurſum habeant. *Sup. Pſalm.* 5. *in Enarrat. prope finem. pag.* 342. *D. tom.* 8.

13. Creſce in Deo, reficieris ſi acceſſeris: deficies ſi receſſeris. *Tract.* 11. *in Joan. longe ante med. tom.* 9.

14. Si bonis moribus propinquatur Deo, malis moribus receditur à Deo. *Sup. Pſalm.* 94. *non procul ab init. pag.* 730. *D. tom.* 8.

15. Si accedere, eſt credere, qui credit, accedit: qui negat, recedit: non movetur anima pedibus, ſed affectibus. *Tract.* 48. *in Joan. de cap.* 10. *in princ. pag.* 239. *A. tom.* 9.

16. Tantò nobis melius eſt, quantò magis ad illum imus, quo nihil melius eſt. *Epiſt.* 52. *ad Macedonium. ante finem. pag.* 153. *A. tom.* 2.

17. Non ad eum (qui ubique præſens eſt) locis movemur, ſed bono ſtudio, boniſque moribus. *Lib.* 1. *de Doctr. chriſt. cap.* 10. *in fine. pag.* 7. *A. tom.* 3.

18. Recedendo à Deo, homo frigeſcit: accedendo caleſcit: recedendo tenebreſcit: accedendo clareſcit. *Sup Pſalm.* 70. *Concione* 2. *verſu* 21. *Deus, quis ſimilis tibi? pag.* 530. *D. tom.* 8.

19. Non regionibus longè quiſque à Deo eſt, ſed affectibus. Amas Deum? propè es: odiſti Deum? longè es: uno loco ſtans & propè es, & longè es. *Sup. Pſam.* 84. *verſ.* 10. *Verumtamen propè timentes eum. pag.* 642. *D. tom.* 8.

20. Accedamus ad Deum, ut illuminemur; non quomodo acceſſerunt ad eum Judæi, ut tenebrarentur. *Sup. Pſalm.* 33. *circa med. verſ.* 5. *Accedite ad eum, & illuminamini. pag.* 160. *D. tom.* 8. Proſec.

21. Acceſſerunt enim illi ad illum, ut crucifigerent: nos ad eum accedamus, ut corpus, & ſanguinem ejus accipiamus.

22. Ad Deum acceditur, fidem ſectando, corde inhiando, charitate currendo. *Ibidem.*

23. Ubique eſt, qui nullo clauditur loco; noli ab illo averti, & tecum eſt. *Proſec.*

24. Si vis ad eum pervenire, noli piger eſſe: non enim pedibus, ſed affectibus ad eum curris. *Tract.* 36. *in Joan. de cap.* 8. *poſt med. pag.* 191. *lit. A. tom.* 9.

25. Cùm ad vos accedo, non recedo: non recedo undè procedo. *Tract.* 69. *in Joan. de cap.* 14. *in fine pag.* 288. *D. tom.*

26. Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, Deus; quia ſi recedo, cado: ſi accedo, fortior fio. *Sup. Pſalm.* 58. *verſ.* 10. *poſt med. pag.* 408. *C. tom.* 8. S. AUGUST.

27. Ut homo ſit aliquid, convertat ſe ad illum, à quo creatus eſt: accedendo enim ferveſcit: & à quo habet ut ſit, apud illum habet ut ei benè ſit. *Sup. Pſalm.* 70. *Concione* 2. *verſ.* 21. *pag.* 530. *D. tom.* 8.

28. A nullo quolibet homine recedit Deus, niſi priùs ipſe homo ab eo recedat. *De ſalm. docum. cap.* 54. *in princ. pag.* 766. *lit. C. tom.* 4.

29. Quantùm eſt ſuperbum cor hominis, tantùm recedit à Deo: & ſi recedit à Deo, in profundum it. *Proſec.*

30. E contrà cor humile de cælo adducit Deum, ut proximus fiat. Certè altus eſt Deus, ſuper omnes cælos eſt Deus, tu humilia te, & deſcendet ad te. *Sup. Pſalm.* 93. *ante med. verſ.* 13. *Donec fodiatur peccatori fovea. pag.* 723. *lit. A. tom.* 8.

31. Examina teipſum, ex quali vita ad Deum accedas, an dignus ſis. *Proſec.* S. BASIL. MAGNUS.

32. Per ſatisfactionem enim contingit nobis, ad Deum familiaritas & acceſſus. *Concio.* 5. *ſup. Pſalm.* 28. *init. verſ.* 1. *pag.* 79. *tom.* 1.

33. Anima accedens ad Verbum fiducialiter, quantùm intellectu capax eſt, tantùm audax deſiderio. *Serm.* 63. *ſup. Cantica. ante med. fol.* 201. *col.* 2. *E.* S. BERNARDUS.

34. Quantò in cognitione mei proficio, tantò ad cognitionem Dei accedo. *In Meditat. cap.* 1. *in princ. fol.* 322. *col.* 1. *B.*

35. Vide ne ad illum immundus accedas. *Serm.* 2. *in Paſch. poſt med. fol.* 37. *col.* 3. *lit. I.*

36. Accedendum eſt ad Deum, non irruendum; ne irreverens majeſtatis opprimatur à gloria. *Proſec.*

37. Nec locis ſanè accedendum eſt, ſed claritatibus, ipſiſque non corporeis, ſed ſpiritualibus.

38. Qui itaque virtutibus clarior, ille propinquior: eſſe autem clariſſimum, perveniſſe eſt. *Serm.* 31. *ſup. Cant. ante med. fol.* 160. *col.* 3. *lit. I.*

39. Accedere ad Deum per gratiam poteſt, qui recedere peccando potuit. *Ibidem. ſerm.* 82. *ante finem. fol.* 201. *col.* 1. *A.*

40. O quàm bonum eſt (dulciſſime JESU) ad te inhabitantem lucem inacceſſibilem, duce charitate accedere! cui ſi tantum dux noſtra fuerit, nihil manere poterit inacceſſum. *In lib. de Paſſione. cap.* 27. *circa med fol.* 68. *col.* 2. *E. & F. in ſecundo vol.*

41. Accedendum eſt ad cor humillimum altiſſimi JESU, per januam lateris lanceati. *Proſ.*

42. Ibi procul dubio theſaurus ineffabilis deſiderabilis charitatis.

43. Ibi nova devotio invenitur, inde lachrymarum gratia extrahitur, diſcitur manſuetudo, patientia in adverſis, compaſſio in afflictis. *Ibid. cap.* 44. *ante med. fol.* 75. *col.* 1. *B. in* 2. *volum.* S. BERNARDIN.

44. Quantò ampliùs per compaſſionem proximis in neceſſitate ſuccurritur, tantò ampliùs Creatori appropinquatur. *Serm.* 14 *ad Sororem. non longè ab init. fol.* 84. *col.* 4. *lit. L. in* 2. *volum.*

45. Neceſſariò credenda ſunt ea quæ ſunt fidei, ſine quorum credulitate nemo ad Deum accedere poteſt. *Serm.* 13. *fer.* 4. *poſt Dom. Quad. artic.* 2. *cap.* 1. *in princip. pag.* 518. *col.* 1. *lit. D. tom.* 2.

46 Tantò eſt homo à Deo longiùs, quantò in vitiis profundiùs. *Serm.* 3. *Dom.* 2. *Quadrag. in princ. pag.* 69. *col.* 1. *tom.* 3. S. BONAVENT.

47. Veriùs, citiùs & perfectiùs pervenitur ad Deum greſſibus affectionum, quàm pedum. *De* 7. *Itineribus, Itinere* 4. *articul.* 3. *Diſt.* 6. *in med. pag.* 170. *col.* 1. *lit. B. tom.* 7.

48. A Deo qui diſcedit, vitam perdit: qui ad eum incedit, vitam invenit. *Sup. Ep. ad Hebr. cap.* 3. *circa med. pag.* 367. *col.* 2. *tom.* 2. S. BRUNO.

CASSIODOR. 49 Magnus acceſſus ad Deum, eſt cognitio infirmitatis ſuæ. *Sup. Pſalm. 6. verſ. 2. Quoniam infirmus ſum.*

50. Accedite, non dicitur ebrioſis, non adulteris, non ſuperbis: ſed ſobriis, caſtis, atque humilibus Chriſtianis, qui illuminari mereantur. *Profec.*

51. Studendum eſt ergo, ut qui ad Deum accedit, ita ſe humili ſatisfactione moderetur, ut illuminari potiùs, quàm cæcari videatur. *Sup. Pſ. 33. poſt init. verſ. 5. Accedite & illuminamini. fol. 48. col. 4.*

52. Domino proximare non poſſunt, niſi qui ejus regulis obſecundant. *Sup. Pſ. 118. in illud, A lege autem tua longe facti ſunt. fol. 192. col. 2.*

S. DIADOCHUS. 53 Si toto animo ad Deum accedimus, confeſtim animâ & corpore mundamur. *De perfect. ſpirituali. cap. 78. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 756. col. 2. F.*

DIOTMUS. 54. Ab Idolis ſe cuſtodiant, omnes, qui ad Deum verum reverenter accedunt. *Sup. Ep. primam Joan. cap. 5. in calce. apud Biblioth. Patr. tom. 4. pag. 263. col. 1. B. Edit. Coloniæ* 1618.

DIONYS. CARTHUS. 55. Vulnus tui amoris ſanis infligis, ut properent ad te ſauciati, qui torpebant ſani. *De mortific. viviſica. art. 7. in fine fol. 127. pag. 2.*

S. DOROTH. 56. Sancti viri quo Deo propiores fiunt, eò ſe inferiores putant. *Doctrin. 2. de Humilitate. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 768. col. 1. lit. C.*

S. EPHRAM. 57. Si amaritudinem in anima habeas, & illam radicitùs evellere cupis, ad Deum accedas: novit enim medicus dolorem, ac morbum ægrotantis curare. *De pœnitentia longe poſt med. pag. 580. lit. D. tom. 3.*

EVAGRIUS PONTICUS. 58. Homines tùm meliores efficiuntur, cùm ad Deum appropinquant. *De octo vitioſis cogitat. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 926. col. 2. F.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 59. Nullam patitur legem, cui accedere conceſſum eſt uſque ad divinæ imaginis dignitatem. *Hom. de S. Maximo ſub finem. apud Bibl. Patrum. tom. 5. part. 1. pag. 578. col. 2. lit. E.*

GLOSSA ORDIN. 60. Animum ejus, qui proximè Deum accedere velit, non tepeſcere oportet, ſed ſpiritu fervere. *Sup. Levit. cap. 16. col.* 1046. *lit. E. tom.* 1.

61. Qui bonis operibus merentur ſibi regnum cœli, tantò Deo ſunt viciniores, quantò ſanctiores. *Sup. 1. Paralip. cap. 18. in calce. col.* 1094. *lit. C. tom.* 2.

62. Homo vicinior luci divinæ, ſentit quid antè fuit: & quod jam guſtat, ampliùs amat: & quod ſubeſt, judicat: & quò eſt dignior, ſibi videtur indignior, & longè eſſe quò propior. *Sup. Iob. cap. 39. in calce. col.* 382. *lit. D. tom.* 3.

63. Non dixit Propheta: Coram te, ſed, ad te, ut vicinitatem ad Deum oſtenderet. *Sup. Pſalm. 5. verſ. 3. Ad te orabo Domine. col. 469. lit. B. tom. 3.*

GLOSSA INTERL. 64. Quantò ad ſapientiam Dei accedis, tantò à te recedis. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 7. col.* 1790. *E. tom.* 3.

65. Credere oportet accedentem ad Deum, quia ipſe eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. *Sup. Eccleſiaſticum. cap. 1. col. 986. lit. D. tom. 3.*

GLOSSA ORDIN. 66. Ne quis duplici corde accedat ad Deum; quia niſi pœnituerit, in æternum peribit. *Sup. Eccleſiaſticum. cap. 3. ſup. illud, Væ duplici corde. col. 1988. lit. D. tom. 3.*

GLOSSA ORDIN. 67. Humilis non audet appropinquare, ut ad eum Deus appropinquet. *Sup. Luc. cap.* 18. *col.* 937. B. *tom.* 5.

GLOSSA INTER. 68. Sine fide non potes ad Deum accedere. *Sup. Epiſt. ad Hebræos. cap. 11. col. 921. lit.* A. *tom.* 6.

S. GREGOR. MAGN. 69. Non loca, vel ordines Creatori noſtro nos proximos faciunt: ſed ei nos merita bona jungunt, aut mala disjungunt. *Lib. 6. in Regiſtro. Indict. 15. cap. 193. Epiſt. 29. ad Anaſtaſ. Presbit. ante med. col.* 887. *lit.* A. *tom.* 2.

70. Quiſquis ſe apud ſe magnum exiſtimat, aditum ſibi Dei acceſſûs anguſtat. *Lib. 17. Moral. cap. 17. num. 13. col. 576. lit. D. tom.* 1.

71. Acceſſus receſſuſque Dei à mente noſtra minimè cognoſcitur, quouſque rerum alternantium finis ignoratur. *Prof.*

72. Quia & de tentatione incertum eſt, utrum probet, an trucidet.

73. Et de donis nequaquam deprehenditur, utrum hîc deſertos remunerent, an in via nutriant, & ad Patriam perducant. *Lib. 9. Mor. cap. 7. poſt med. num. 11. col.* 301. A.

74. Ad Deum, quaſi tot greſſibus mens accedit, quot bonis moribus proficit. *Prof.* **S. GREGOR. MAGN.**

75. Et tot greſſibus longè fit, quot malis cogitationibus decreſcit. *Lib. 25. Moral. cap. 3. ante finem. col.* 828. *lit.* A. *tom.* 1.

76. Sacrius nihil dari poteſt, quàm id quod quiſque accedere ad conditorem debet. *Prof.*

77. Quid enim ſanctius, quam conſilium accedendi ad Deum? *Lib. 5. in prim. Regum. cap. 4. poſt. med. col.* 1548. *lit.* A. *tom.* 2.

78. Ad vocantem ſe Deus accedit, quando ad contemplativæ vitæ quietem venit. *Ibid. longe poſt med. col.* 1560. *lit. D. & conſequenter.*

79. Ipſe accedentes ad ſe reficit, qui puris mentibus ſemetipſum per contemplationem oſtendit. *Ibidem longe poſt med. col.* 1561. *lit.* A.

80. Niſi quis à ſemetipſo deficiat, ad eum, qui ſupra ipſum eſt, non appropinquat. *Hom. 32. ſup. Evang. ante med. col. 462. D. tom. 2. Prof.*

81. Non valet apprehendere quod ſupra ipſum eſt, qui neſcit mactare quod eſt. *Ibidem.*

82. Os noſtrum omnipotenti Deo tantò longinquum fit, quantò huic mundo propinquum. *Lib. 3. Dialog. cap. 15. ante finem. col.* 1396. A.

83. Illum facit humana deriſio Deo proximum, quem ab humanis pravitatibus vitæ innocentia ſervat alienum. *Lib. 10. Moral. cap. 15. in fine. num. 27. col. 368. lit.* B. *tom.* 1.

S. GREGOR. NAZIAN. 84. Omnis bona, ac Deo accepta anima, à tenebris purgata aut luſtrata, ad ſuum accedit Dominum. *Orat. 6. in funere Cæſarii fratris ſui ante finem. pag.* 47.

S. GREGOR. THAUMAT. 85. Accedere ad Filium nullus poteſt ſine Spiritu ſancto. *In 2. Expoſ. fidei. paulo poſt init. apud Bibl. Patrum. tom. 3. pag. 35. col. 1. D. Edit. Colon.* 1618.

S. HIERON. 86. Quantò quis à terrena cogitatione remotior eſt, tantò Deo vicinior & cœlo. *Epiſt. 8. ante med. pag. 59. lit.* B. *tom.* 4.

HUGO A S. VICTORE. 87. Quàm longè homo eſt à Deo, qui accedere jubetur, ut ſervus Dei fiat! *Profec.*

88. Quàm longè ab eo, ubi Filius eſt, qui nec dum eſſe cœpit ubi ſervus eſt! *Lib. 1. Miſcellan. titul. 69. codicis primi pag. 81. lit. C. tom. 3. ſup. illud Eccl. 2. Fili accedens ad ſervitutem.*

89. Tantò anima longiùs à Deo, qui intus eſt, recedit, quantò avidius ſe ad delectationes exteriores effudit. *Ibidem titul. 77. in princ. pag. 83. lit. C.*

90. Per lumen JESUM acceſſum habuimus ad lumen Patrem: JESUS enim lumen eſt, & Pater JESU lumen. *Lib. 2. in Ieſum cap. cœleſtis Hierarch. longè ab init. pag. 34. lit. D. tom.* 1.

91. Via ad Deum, eſt ſcientia, diſciplina, bonitas. Per ſcientiam itur ad diſciplinam: per diſciplinam, itur ad bonitatem: per bonitatem itur ad beatitudinem. *De Inſtitut. Novit. in fine Prologi. pag. 19. lit. G. tom.* 2.

92. Magna res eſt amor, quo anima fiducialiter accedit ad Deum, Deo conſtanter inhæret, Deum familiariter percunctatur, conſultatque de omni re. *Lib. 4. de Anima cap. 9. circa med. pag. 132. lit. F. tom.* 2.

93. Accedo ad humilem elatus, iratus ad mitem, crudelis ad miſericordem: & tamen patitur humilis elatum, mitis iratum, crudelem miſericors. *Profec.*

94. Accedo ſervus ad Dominum, non amore, ſed timore: non devotione, ſed uſu.

95. Accedo ad Dominum, cujus percuſſi ſervum: ad Patrem accedo, cujus occidi filium: percuſſi ver-

Digitized by Google

bo, occidi exemplo: nec tamen pertimeſco Dominum, nec vereor Patrem.

HUGO A S. VICTORE. 96. Appropinquo ad oſculum pacis, qui priùs reconciliatus accedere debuiſſem ad oſculum fratris. *Lib. 2. de clauſtro Animæ. cap. 23. in princ. pag. 52. lit. E. tom. 2.*

97. Anima, quæ Deum diligit, quibuſdam amoris paſſibus per charitatem ad Deum currit. *Profec.*

98. Charitas via pacis eſt, quia in amore conditoris currens animus, nihil quod lædat invenit. *Sup. Pſalm. 13. cap. 11. pag. 40. lit. B. tom. 1.*

HUGO CARD. 99. Tentat Deum, qui duplici corde venit ad eum. *Sup. Deuteron. cap. 6. in fine fol. 156. col. 1. tom. 1.*

100. Quantò quis vult ad Deum accedere, tantò acriùs, & ſubtiliùs inſurgit diabolus in eum. *Sup. Eccleſiaſtic. cap. 2. in princip. fol. 174. col. 3. tom. 3.*

101. Accede ad Deum ſecundùm quod eſt, & per eum ſecundùm quod factus es. *Sup. Epiſt. ad Galat. cap. 3. fol. 153. col. 4. tom. 7.*

102. Non poteſt homo ad Deum accedere ſine fide; itaque non accedet ad familiaritatem, niſi credat veritati. *Super Epiſt. ad Hebr. cap. 11. fol. 266. col. 2. tom. 7.*

HUGO CARD. Sup. Ep. Jacobi cap. 4. ſup. illud, Appropinquate Deo. fol. 319. col. 3 tom. 7.

103. Appropinquate Deo
- Ut miſeri, ad miſericordem.
- Ut nudi, ad divitem.
- Ut famelici, ad panem.
- Ut infirmi, ad medicum.
- Ut ſervi, ad dominum.
- Ut diſcipuli, ad magiſtrum.
- Ut cæci, ad lumen.
- Ut frigidi, ad ignem.

JOAN. CASS. 104. Multis viis ad Deum tenditur; & ideò unuſquiſque illam, quàm ſemel arripuerit, irrevocabili curſus ſui intentione conficiat, ut ſit in qualibet profeſſione perfectus. *Collat. 14. cap. 6. in fine. pag. 632.*

S. JOAN. CHRYS. 105. Tanta eſt Dei miſericordia, ut ubi viderit voluntatis firmum propoſitum, & ferventi deſiderio hominem ad ſe accedere, non tardat, neque differt, ſed accelerat, ſuamque ſolitam liberalitatem exhibet. *Hom. 27. ſup. Geneſ. 7. Qui effuderit ſanguinem, &c. poſt med. col. 216. lit. D. tom. 1.*

106. Qui relicto diabolo venit ad Chriſtum, difficilè revertitur ad diabolum. *Prof.*

107. Qui nunquam fuit in malis, ſed in innocentia, dum neſcit quid ſit malum, facilè decipitur, & tranſit ad diabolum: ſed ſi expertus fuerit malum, quod invenit, & recordatus fuerit bonum, quod perdidit, compunctus redit ad Deum, undè receſſit. *Hom. 2. oper. imperf. ſup. Matth. poſt med. col. 749. lit. A. tom. 2.*

108. Qui à diabolo accedit ad Deum, nunquam debet ampliùs per illam viam ambulare, per quam venit ad diabolum. *Profec.*

109. Veniſti per viam fornicationis, ambula per viam caſtitatis: veniſti per viam avaritiæ, ambula per viam eleemoſinæ.

110. Si autem per ipſam viam redieris, non accedis ad Chriſtum, ſed iterùm ſub regno vadis diaboli, & fis proditor Chriſti. *Ibidem ut ante. lit.* B.

111. Tametſi Deus nos vocet, expectat tamen ut ſpontè accedamus, ac tum nobis ſuum exhibeat auxilium. *Serm. de verbis Apoſtoli 2. Cor. 4. Habentes autem eundem ſpiritum. circa med. col. 1009. lit. A. tom. 3.*

112. Accedamus ad Deum, & quaſi ante oculos noſtros propoſitis ſingulis peccatis noſtris, etiam pro præteritis peccatorum veniam petamus. *Hom. 44. ſup. Geneſ. circa med. col. 367. lit. D. tom. 1.*

113. Ad Deum cum fervore accedamus, & dilectione quàm vehementiſſima. *Hom. 34. ſup. 1. ad Cor. circa med. col. 514. lit. D. tom. 4.*

114. Sedes gratiæ nunc eſt, non ſedes Judicii: proptereà accedamus cum fiducia, ut accipiamus miſericordiam, qualem quærimus. *Hom. 7. ſup. Ep. ad Hebr. ſub finem, col. 1711. lit. A. tom. 4.*

115. Si nos appropinquamus Deo, in Cœlo ſumus. *Ibid. Hom. 16. in princ. Moralis. col. 1768. lit. A.*

S. JOANNES DAMASC. 116. Quidam etiam ſine ulla adverſitate, divino deſiderio atque amore impulſi ad Deum accedunt, relictis omnibus rebus: at tu tot ærumnis percuſſus, adhuc obſtinatus hæres? *Lib. 1. Parallel. cap. 12. poſt med. fol. 14. pag. 2. lit. D.*

S. ISIDORUS ISPALENS. 117. Non per locorum ſpatia, ſed per affectum bonum, itur ad Deum. *Prof.*

118. Neque enim greſſu pedum, ſed greſſu operum bonorum propinquamus Deo. *Lib. 2, de ſummo bono. cap. 14. ſent. 1. pag. 644. col. 1.*

LACTANT. FIRMIAN. 119. Sequere Deum abjectis oneribus quæ te premunt: libera teipſum compedibus & catenis, ut expeditus ad Deum curras. *Lib. 6. divin. Inſtit. cap. 11. poſt med. pag. 261.*

S. LAURENT. JUSTINIAN. 120. Niſi vocata ad Deum appropiare mens non debet, ne repulſa cum pudore ſternatur. *Part. 1. de Caſto connubio. cap. 19. poſt init. pag. 191. col. 1. C.*

121. Mens virtutibus vacua ad divinum non accedat aſpectum. *Ibid. ante med. pag.* 191. *col.* 2. A.

122. Verus amator quantò magis Deo appropiat, efficitur corde humilior, mente purior, affectu ardentior, & in virtutum exercitatione perfectior. *Part. 2. de compunct. & complanctu cap. 2. in fine. pag. 393. col. 2.* B.

S. LEO. 123. Nemini præſumendum, quia totum quod quærit, invenerit, ne deſinat propinquare, qui ceſſarit accedere. *Serm. 11. de Paſſione Domini. longe ab init. fol. 49. pag. 1. ſup. illud Pſalmi 104. Quærite faciem ejus ſemper.*

LUDOVICUS BLOSIUS. 124. Si vitii morbo periculosè laboras, accede cum fiducia ad cæleſtem medicum, accede ad JESUM, roga ut manum adhibere dignetur. *In canone vitæ ſpiritualis cap. 3. in princ. pag. 3. col. 1.*

S. MACHAR. ÆGYPT. 125. Qui accedunt ad Dominum, debent in ſilentio, pace & tranquillitate multas preces fundere: & cum intentione cordis, & cogitationibus caſtis, eum præ oculis habere. *Hom. 6. in princ. apud Biblioth. Patr. tom. 4. pag. 55. col. 1. lit. D. edit. Col. 1618.*

126. Decet quempiam accedentem ad Dominum, ad id quod bonum eſt ſeipſum cogere, etiamſi repugnet animus. *Ibid. Hom. 19. ante med. pag. 75. col. 2.* F.

127. Qui accedit ad Deum, & reverà cupit eſſe aſſeſſor Chriſti; hujus intentionis gratia debet accedere, ut nihil geſtet veteris hominis. *Ibid. Hom. 44. in princ. pag. 95. col. 2. lit. H.*

S. NILUS. 128. Accede ſine materia ad expertem materiæ, & intelliges minui laqueos adverſariorum. *De Orat. cap. 63. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Col. 1618.*

S. ODILO CLUNIACENS. 129. Creatura quantùm Creatori ſuo per cognitionem eſt vicinior, tantùm de adventu ejus exiſtit lætior. *Serm. 2. de Epiphania ante finem, apud Bibl. Patr. tom. 10. pag. 604. col. 1. lit. A. edit. Colon. 1618.*

PETRUS CELLENSIS. 130. Noli credere pauperiorem futurum Deum, ſi abſceſſeris: neque ditiorem, ſi acceſſeris. *Profec.*

131. Tibi prodeſt acceſſus, tibi obeſt receſſus. *De Panibus. cap. 6. circa med. apud Bibl. Patrum. tom. 12. part. 2. pag. 644. col. 2. lit. G. edit. col. 1618.*

S. PETRUS CHRYSOLOG. 132. Deus ſuſcipit pauperes, ſed divites non repellit: habentes ſuſcipit, & ad ſe attrahit non habentes. *Serm. 28. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 683. col. 2. lit. E. edit. Col. 1618.*

133. Deus peccatorem ſanctificat, eùm propinquat. *Ibid. Serm. 168. poſt init. pag. 782. col. 2. D.*

V. PETRUS MAURITIUS CLUNIACENS. 134. Quantò es à ſecularibus remotior, tantò Deo propinquior. *Epiſt. 20. ad Giſlebertum, poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 23. col. 1. lit. D. edit. Col. 1618.*

PHILO JUDÆUS. 135. Ferendum non videtur, ut ad Deum puriſſimum accedat quis impuram habens animam, niſi mox ſequatur pœnitentia. *Profec.*

136. Quiſquis enim nullius præteriti peccati ſibi conſcius, etiam vetera conatur eluere, accedat bono

Digitized by Google

mima: ſin minus, abſiſtat cùm impurus ſit. *Libr. quod Deus ſit immutabilis, poſt. init. pag.* 412.

S. Prosper. 137. Tantò quis divinis vicinior factus eſt, quantò ſupra humana omnia ſtudio perfectionis aſcendit. *Lib.* 1. *de vita contempl. cap.* 5. *in princ. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *pag.* 53. *col.* 2. *lit. G. edit. Coloniæ.* 1618.

138. Accedendo ad Deum, illuminatur ignorantia, & corroboratur infirmitas; data ſibi & intelligentia, qua videat; & charitate qua ferveat. *Sentent.* 9. *apud Auguſtin. in fine tom.* 3. *pag.* 744. *lit. C.*

139. Non acceditur ad altitudinem Dei, niſi per humilitatem: cui propinquat ſubditus, longè ab eo recedit elatus. *Ibid. ſentent.* 88 *pag.* 748. *lit. C.*

140. Non locorum intervallis acceditur ad Deum vel receditur ab eo: ſed ſimilitudo facit proximum, diſſimilitudo longinquum. *Ibid. ſentent.* 123. *pag.* 749. *lit. A.*

141. Bonum eſt ſursùm habere cor, non tamen ad ſeipſum, quod eſt ſuperbiæ; ſed ad Deum, quod eſt obedientiæ. *Ibidem ſent.* 153. *pag.* 751. *lit. A*

142. Aſceoſionum ad Deum gradus, ſunt pietatis affectus: iter tuum, eſt tua voluntas: amando accedis, negligendo recedis. *Ibidem. ſentent.* 251. *pag.* 755. *lit. B.*

143. Si aliud amas præter Deum, non aſcendis; nec es, niſi ubi eras. *Ibidem ſententia* 341. *pag.* 762. *lit. C.*

Richard. à S. Victor. 144. Vocanti Domino appropinquat, qui dignis pœnitentiæ fructibus Deum de die in diem placat. *Part.* 1. *de poteſtate ligandi atque ſolvendi, cap.* 17. *in fine, pag.* 518. *col.* 1. *B.*

145. Nihil tam propinquum Deo, quàm ejus character, & ſimilitudo. *Sup. Cant. cap.* 2. *poſt med. pag.* 147. *col.* 1. *lit. B. part.* 2.

Robertus Bellarminus. 146. Accedens ad Deum, mundo fit obſcurus. *Serm.* 30. *de Reſur. poſt med pag.* 532. *col.* 2.

147. Accedite ad Deum ſecuri, nolite timere repulſam, exaudiet & recipiet vos: neque patietur rubore confundi facies veſtras. *Ibidem.*

Theodoret. 148. Qui cum fide ad Deum accedit, arcanæ lucis radios ſuſcipit. *Sup. Pſal.* 33. *verſ.* 5. *Accedite ad eum,* &c. *pag.* 90. *col.* 2. *lit. G. tom.* 1.

S. Thomas Aquinas. 149. Quantò quis magis aſcendit in Deum, tantò plus contemnit temporalia. *Sup. Epiſt. ad Hebr. lect.* 2. *ante finem, fol.* 235. *col.* 1.

150. Ad Deum non acceditur paſſibus corporis (cùm ubique ſit) ſed affectibus mentis. *In ſumma part.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 1. *in corp. ad* 5. *pag.* 5. *col.* 2.

151. Mala, quæ nos hìc premunt, ad Deum ire compellunt. *Ibid. part.* 1. *quæſt.* 21. *art.* 4. *in corp. ad* 3. *pag.* 46. *col.* 2. *citat Gregorium.*

Thomas à Kempis. 152. Tantò longinquior fit homo à Deo, & frigidior in ſeipſo; quantò occupatior, & diuturnior in negotio externo. *Medit.* 28. *in Dom. Palm. cap.* 2. *à med. pag.* 588. *tom.* 1.

153. Tantò magis Deo homo appropinquat, quantò ab omni ſolatio terreno longiùs recedit. *Lib.* 3. *de Imit. Chriſti, cap.* 42. *ſect.* 1. *pag.* 399. *tom.* 2.

154. Tantò homo altiùs ad Deum aſcendit, quantò profundiùs in ſe deſcendit, & plus ſibi vileſcit. *Ibidem.*

155. Fili, quantùm à te vales exire, tantùm in me poteris tranſire. *Ibidem, cap.* 56. *in princ. pag.* 414.

156. Accedant ad Jesum indigni, ut fiant digni: accedant mali, ut efficiantur boni: accedant parvi & imperfecti, ut fiant magni & perfecti. *Profec.*

157. Qui morbidus eſt, veniat ut ſanetur: qui tepidus eſt, veniat ut accendatur: qui timidus eſt, veniat ut confortetur.

158. Qui triſtis eſt, veniat ut conſoletur: qui aridus eſt, veniat ut adipe ſpiritus repleatur: qui tædio afficitur, veniat ut gaudio recreetur. *In Soliloq. cap.* 18. *ſect.* 5 *pag.* 489. *tom.* 2.

159. Quantò frequentiùs ad Jesum acceſſeris, tantò tibi dulcior & jucundior apparebit. *Ibidem, cap.* 19. *ſect.* 4. *pag.* 491.

S. Valerian. 160. Nihil eſt tàm Deo proximum, quàm hominem non eſſe corruptum. *Epiſt. ad Monachos circa med. apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 500. *col.* 1. *A.*

In Vitis Patrum. 161. Quantùm homo Deo appropinquaverit, tantùm ſe peccatorem videbit. *Lib.* 3. *num.* 123. *in princ. pag.* 518. *col.* 1.

162. Oportet ſemper moderatè & piè ad Deum accedere, quantùm poteſt unuſquiſque mente progredi, & quantùm poſſunt homines conſequi. *Lib.* 8. *cap.* 43. *circa finem, pag.* 742. *col.* 1.

Sententiæ Paganorum.

Aristoteles. 163. Illud eſt melius, quod optimo propinquius eſt. 1. *de cælo text.* 66. *apud Bedam. tom.* 2.

Cicero. 164. Homines ad Deos nulla re propiùs accedere perſpicuum eſt, quàm ſalutem hominibus dando. *Lib.* 1. *Offic. cap.* 11.

Plato. 165. Qui ad Deum propiùs accedunt, & qualis ſit Deus commonſtrant: ità conſtanter attribuere debent conſentanei Dei naturæ, ut conſtituant Deum reverà eſſe bonum. *Tom.* 2. *Szyzgia* 4. *lib.* 2. *de Republic. poſt med. pag.* 379. *lit. A. E. B.*

Seneca. 166. Subſilire in cælum, ex angulo licet. *Epiſt.* 31. *in fine, pag.* 583. *tom.* 2.

Sixtus Philosophus. 167. Corpus quidem tuum incedat in terra, anima autem ſemper ſit apud Deum. *Sent.* 48. *apud Bibliothec. Patrum, tom.* 3. *pag.* 65. *col.* 1. *lit. A.*

168. Animam de terra fides elevat ad Deum. *Ibid. ſent.* 388. *pag.* 67. *col.* 1. *lit. C.*

169. Anima accedens ad Deum, per Dei verbum eſt. *Ibid. ſent.* 403. *pag.* 67. *col.* 1. *lit. D.*

Vide etiam tit. Apoſtaſia. Sent. 64.

Acceptio Perſonarum.

Vide Perſonarum acceptio.

Accuſatio.

Etymologia ejus.

Definitio.

Accuſatio eſt, peccatum alterius judici indicare. Collector.

Vel

Accuſatio eſt delatio Rei de crimine ad vindictam propter bonum commune. Collector.

S. Isidorus Hispalens. Accusator dicitur, quaſi ad cauſator: quia ad cauſam vocat eum, quem accuſat. *Lib.* 18. *Etymol. cap.* 15. *à medio, pag.* 248. *col.* 2.

Sententiæ Patrum.

Adrian. Pap. 1. Qui non probaverit quod objecerit, pœnam quàm ipſe intulerit, patiatur. *Apud Gratian in decret. part.* 2. *cauſa* 2. *quæſt.* 3. *can. Qui non. fol.* 144. *col.* 2.

2. Omnis, qui aliis falſa intulerit, puniatur, & pro falſitate ferat infamiam. *Ibid. ut ante, cauſa* 5. *quæſt.* 6. *Can. Omnis fol.* 180. *col.* 4.

S. Ambrosius. 3. Plus proficit amica correptio, quàm accuſatio turbulenta; illa pudorem incutit, hæc indignationem movet. *Lib.* 8. *ſup. Luc. cap.* 17. *in princip. ſup. illud, Increpa illum. col.* 1756. *lit. C. tom.* 5.

4. Judicis non eſt, ſine accuſatore damnare: quia & Dominus Judam furem eſſe ſciebat, ſed quia non eſt accuſatus, minimè abjecit. *Sup. Epiſt. ad Rom. cap.* 5. *in princ. col.* 1894. *lit. B. tom.* 5.

S. ANTONIUS DE PADUA.

5. Inclinavit ſe JESUS, ut oſtenderet quòd accuſatio non eſt admittenda cum facilitate. *Prof.*

6. Non enim ſtatim Judex debet porrigere aures cuilibet dicto, nec etiam cum gaudio, ſed cum diſplicentia ſuſcipere. *Serm. in ſabbat. poſt Dom.* 3. *Quadrag.*

S. AUGUSTIN.

7. Cùm homo eloquentiæ famam quærit, adſtans ante hominem judicem, circumſtante hominum multitudine, inimicum ſuum odio immaniſſimo accuſans; vigilantiſſimè cavet, ne quid per linguæ errorem dicat coram hominibus, & ne per mentis furorem hominem auferat ex hominibus non cavet. *Lib.* 1. *Conf. cap.* 18. *in fine, pag.* 53. A. *tom.* 1.

8. Neceſſe eſt eum qui aliquem accuſat, habere alterum quem defendat. *Lib.* 2. *contra Academ. cap.* 9. *prope init. tom.* 1.

9. Qui diſponit arguere, non faciat undè alium nititur accuſare. *Ep.* 178. *poſt. med. tom.* 2.

10. Eò eſt impudentior victus accuſator, quò fit etiam judicii calumniator. *Lib.* 3. *contra Creſcon. cap.* 61. *ante med. tom.* 7.

11. Quis ſibi utrumque audeat ſumere, ut cuiquam ipſe ſit & accuſator & judex? *Hom.* 50. *ex Homil, quinq. cap.* 4. *poſt med. tom.* 10.

12. Accuſare vitia, officium eſt bonorum virorum, & benevolorum, quod cùm malefici agunt, alienas partes agunt. *Lib.* 2. *de ſerm. Domini in monte poſt med. pag.* 826. *lit. C. tom.* 4.

13. Mitior eſt accuſator, quàm qui convincitur ſævire laudator. *Lib.* 4. *contra duas Epiſt. Pelag. cap.* 4. *poſt init. pag.* 621. *lit. A. tom.* 7.

14. Peccata ignorantiæ, vel negligentiæ meliùs accuſantur, ut pereant: quàm excuſantur, ut maneant. *Sup. Pſalm.* 105. *verſ.* 8. *Et irritaverunt eum. pag.* 852. *lit. D. tom.* 8.

15. In confeſſione ſui accuſatio, Dei laudatio eſt. *Serm.* 8. *de verb. Dom. poſt init. pag.* 19. *lit. B. tom.* 10.

16. Sive nos accuſemus, ſive Deum laudemus, bis Deum laudamus, ſi piè nos accuſamus, Deumque laudamus. *Prof.*

17. Quando Deum laudamus, tanquàm eum, qui ſine peccato eſt, prædicamus: quando autem nos ipſos accuſamus, ei per quem reſurreximus, gloriam damus. *Ibid. ut ante.*

18. Clauſum cor habes, & clavem accuſas: accuſas legem, quia percutit libidinem. *Serm.* 4. *de verbis Apoſtoli poſt init. pag.* 178. *lit. C. E. D. tom.* 10.

19. Diabolus accuſator ſanctorum eſt. *In* 50. *Homiliis Hom.* 38. *ante med. pag.* 355. *lit. A. tom.* 10.

20. Plerique nolunt alios accuſare, dùm ſe per illos cupiunt excuſare. *Ibidem Hom.* 50. *poſt med. pag.* 384. *lit. D.*

21. Accuſatur Chriſtus, & tacet: benè tacet, qui defenſione non eget. *Serm.* 1. *fer.* 2. *poſt D. Palm. & in ord.* 117. *in med. pag.* 612. *lit. C. tom.* 10.

22. Fruſtra accuſatur, qui à judice laudatur: imò ipſe ſui accuſator eſt, qui reum dicit, quem leges defendunt. *Ibid. queſt.* 127. *poſt init. pag.* 621. *lit. A.*

23. Nolens ſe eſſe reum, addit potiùs ad reatum, & ſua excuſando peccata, ignorat non ſe pœnam removere, ſed veniam. *De Continent. cap.* 5. *circa med. pag.* 708. *lit. D. tom.* 4.

24. Superbia quærit in alium referre, quod perperam fecit, nuſquam hic ſonat petitio veniæ, nuſquam imploratio medicinæ. *Prof.*

25. Sed accuſatio potiùs, quàm excuſatio vera eſt, ubi mandati divini eſt aperta tranſgreſſio. *Lib.* 13. *de Civitat. Dei. cap.* 14. *circa med. pag.* 257. *lit.* B. *tom.* 5.

26. Eſto accuſator tuus, & Deus erit indultor tuus. *Serm.* 7. *de verb. Dom. in fine, pag.* 18. *lit. D. tom.* 10.

27. Dùm non vult homo ſe accuſare in eo quod fecit, Deum accuſat, à quo factus eſt homo. *Ex Hom.* 50. *Hom.* 11. *poſt init. pag.* 300. *lit. D. tom.* 10.

28. Quamvis vera ſint quædam, non tamen judici facilè credenda ſunt, niſi certis indiciis demonſtrentur. *Ibid. Hom.* 50. *poſt med. pag.* 384. *lit. D.*

29. Nihil tibi valebit calliditas accuſatoris, ubi eſt teſtis conſcientia. *Sup. Pſalm.* 66. *verſ.* 4. *pag.* 475. *lit. B. tom.* 8.

S. BERNARDUS

30. Accuſator falſus reus eſt illius rei, quam alteri conatur impingere. *Epiſt.* 338. *ad Abbatem Balduinum, in fine, fol.* 273. *col.* 1. *lit. A.*

31. Accuſat conſcientia, teſtis eſt memoria, ratio judex, voluptas carcer, timor tortor, oblectamentum tormentum. *In Meditat. cap.* 13. *in fine, fol.* 325. *col.* 1. *lit. C.*

32. Non qui accuſatur, ſed qui convincitur, reus eſt. *Ibidem cap.* 45. *paulò poſt init. fol.* 331. *col.* 1. *lit. A.*

CASSIODORUS.

33. Vir ſixus, purus, innocuus omnea laudat, ſe ſemper accuſat. *De Anima. cap.* 18. *circa init.*

CONCIL. TOLETANUM. 7.

34. Dignum eſt, ut vita innocentis nulla maculetur pernicie accuſatoris. *Profec.*

35. Ideò ſi quis à quolibet criminatur; non antè accuſatus ſupplicio detur, quàm accuſator præſentetur. *apud Gratian. part.* 2. *cauſa* 3. *queſt.* 9. *can. Dignum. fol.* 172. *col.* 3.

S. CORNELIUS PAPA ET MARTYR.

36. Omnia, quæ adverſus abſentes in omni negotio, aut loco aguntur, aut judicantur, omninò evacuentur; quoniam abſentem nullus addicit, nec ulla lex damnat. *Apud Gratian. in decret. part.* 2. *cauſa* 3. *queſt.* 9. *can. Omnia. fol.* 172. *col.* 2.

S. DAMASUS PAPA.

37. Calumniator, ſi in accuſatione defecerit, talionem recipiat. *Apud Gratian. in decret. part.* 2. *cauſa* 2. *queſt.* 3. *can. Calumniator. fol.* 144. *col.* 2.

DIDYMUS.

38. Salutis principium, eſt ſui ipſius condemnatio. *Et habetur apud Joan. Damaſc. lib.* 2. *parallel. cap.* 86. *poſt med. fol.* 99. *pag.* 2. *lit.* B.

S. ELEUTHER. PAPA.

39. Nihil contra quemlibet accuſatum, abſque legitimo & idoneo accuſatore fiat. *Apud Gratian. in decret. part.* 2. *cauſa* 2. *queſt.* 1. *fol.* 136. *col.* 1. *can. Nihil.*

S. FELIX PAPA.

40. Abſente adverſario, non audiatur accuſator. *Apud Gratian. in decret. part.* 2. *cauſa.* 3. *queſt.* 9. *canone Abſente. fol.* 172. *col.* 3.

GLOSS. INT.

41. Evidentia patrati ſceleris, non indiget clamore accuſatoris. *Sup. Geneſ. cap.* 4. *in illud, Vox ſanguinis fratris tui, &c. col.* 116. *lit. E. tom.* 1.

GLOSS. ORD.

42. Veritatem accuſationis comprobat accuſantium concordia. *Sup. Deuter. cap.* 21. *col.* 1583. *lit. A. tom.* 1.

43. Quantò accuſatio impiorum rarior & difficilior eſt, tantò peccandi licentia videtur eis eſſe major. *In Eccleſiaſten cap.* 8. *ſup. illud. Vidi impios ſepultos, col.* 1794. *lit. E. tom.* 3.

GRATIANUS.

44. Manifeſta, accuſatione non indigent. *In Decret. part.* 2. *cauſa* 2. *queſt.* 1. *can. Manifeſta. fol.* 142. *col.* 2. *edit. Lugdun.* 1540.

45. Abſente eo, quem accuſare quiſquam voluerit, accuſatori non credatur. *In Decretis cauſa* 3. *queſt.* 9. *can. Abſente. fol.* 172. *col.* 1.

46. Per ſcriptum nunquam accuſator recipiatur, quia per ſcripturam nullus accuſari poteſt; ſed propria voce, & præſente eo, quem accuſare voluerit. *Ibidem.*

47. Habetur in decretis Sanctorum Patrum ſancitum, non fore canonicum, quemquam judicari, vel damnari, antequam accuſatores canonicè examinatos præſentes habeat. *Ibidem cauſa* 3. *queſt.* 9. *can. Habetur, fol.* 172. *col.* 2.

48. Qui accuſare alium elegerit, præſens per ſe, & non per alium accuſet. *Ibidem cauſa* 3. *queſt.* 9. *can. Qui, fol.* 172. *col.* 3.

49. Magis confert utilitati fraternæ, qui crimen accuſando proſequitur: quàm qui celando fovere nititur. *Ibidem cauſa* 5. *queſt.* 5. *can. Non oſculatur.* §. *Ex his, fol.* 180. *col.* 3.

GRATIANUS.

50. Qui quod intulerit probare non valet, puniendus eſt. *Ibidem cauſa* 5. *quæſt.* 6. *in princ. fol.* 180. *col.* 4.

51. Carnales prohibentur ab accuſatione ſpiritualium; non ſpirituales ab accuſatione carnalium. *Ibid. cauſa* 6. *quæſt.* 1. *can. ſumma.* 5. *Patet. fol.* 182. *col.* 4.

S. GREGORIUS MAGNUS.

52. Cùm perverſi vera mala contra bonos non inveniunt, falſa fingunt: ut aliis derogando, ipſi juſti videantur. *Lib.* 12. *Moral. cap.* 15. *in tit. col.* 415. *lit. C. tom.* 1.

53. Sibimet ipſi jam parcere renuit, qui malum non erubeſcit fateri quod fecit: & qui defendendo accuſari potuit, accuſando ſe celerrimè defendit. *Lib.* 22. *Moral. cap.* 9. *poſt med. num.* 13. *col.* 746. *lit. B. tom.* 1.

54. Perfectæ humilitatis indicium eſt, peccata & ultrò accuſare, & aliis accuſantibus non negare. *Ibid. cap.* 10. *in tit. col.* 746. *litt. D.*

55. Etſi foris reum ſententia non clamat, intus tamen graviter conſcientia accuſat. *Lib.* 32. *Moral. cap.* 7. *num.* 6. *col.* 1100. *lit. C. tom.* 1.

56. Quilibet peccator converſus in fletibus, jam juſtus eſſe inchoat, cùm cœperit accuſare quod fecit. *Hom.* 7. *ſuper. Ezech. in fine, col.* 123. *C. tom.* 2.

57. Sunt nonnulli, qui ſe de nequitia accuſant criminis, & pravitatem non corrigunt voluntatis. *In* 1. *Reg. cap.* 3. *longe poſt med. col.* 1298. *D. tom.* 2.

58. Antiquus hoſtis, cùm quæ accuſet mala, non invenit, ipſa ad malum inflectere bona quærit. *Lib.* 2. *Moral. cap.* 5. *poſt init. num.* 8. *col.* 30. *D. tom.* 1.

59. Qui calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere, quam ſi probaſſet, reus utique ſuſtineret. *Et habetur in decretis Gratiani, part.* 2. *cauſa* 5. *quæſt.* 6. *can. Qui fol.* 180. *col.* 4.

60. Invidi dum bonum quod vident accuſare nequeunt, excæcati malitia, malum quod non vident, ad accuſationem quærunt. *Lib.* 6. *Moral. cap.* 13. *poſt med. num.* 16. *col.* 194. *lit. C. tom.* 1.

61. Malignus ſpiritus cogitationi, locutioni, atque operi noſtro ſemper inſidiis inſiſtit; ſi fortè quid inveniat, undè apud examen æterni judicis accuſator exiſtat. *Lib.* 3. *dialog. cap.* 19. *in fine, col.* 1402. *lit. B. verbo Sine. tom.* 1.

62. Nullius vos ibi lingua implicet, ubi conſcientia non accuſat. *Lib.* 6. *in regiſtro, indict.* 15. *cap.* 178. *Epiſt.* 14. *ad Conſtantium Epiſc. Mediolanenſem. prope init. col.* 873. *A. tom.* 2. *Proſec.*

63. Quem conſcientia defendit, inter accuſatores liber eſt.

64. Liber ſine accuſatione eſſe non poteſt, ſi ſola, quæ interius audit, cunſcientia accuſat.

S. HIERON.

65. Novum malitiæ genus; accuſare quod prodi timeas. *Ep.* 21. *ad Pammach. & Marcellin. lib.* 1. *in princ. pag.* 196. *lit. C. tom.* 2.

66. Mihi etiam vera accuſatio contra fratrem diſplicet: non reprehendo alios, ſed dicu quid ipſe non facerem. *Ibid. ante med. pag.* 200. *lit. C.*

67. In perſonis, non in rebus fit accuſatio. *Ibid. in princ. pag.* 196. *lit. C.*

68. Qui iraſcitur, accuſator ſui eſt. *Ibid. ante med. pag.* 200. *lit. D.*

69. Difficilis eſt accuſatio in majorem: ſi enim peccaverit, non creditur: ſi convictus fuerit, non punitur. *In Eccleſiaſten cap.* 8. *ſup. illud Pſalmi* 9. *Laudatur peccator. &c. pag.* 87. *A. tom.* 7.

HUGO A SANCTO VICTORE.

70. Cùm dicis fratres tuos teipſo eſſe deteriores, deterior factus es tu ipſe. *De clauſtro animæ. lib.* 2. *cap.* 21. *prope init. pag.* 50. *lit. H. tom.* 2

71. Accuſatur Chriſtus coram militibus, & tacet, ut daret exemplum patientiæ: accuſaris & tu, & litigas, ut ſis exemplum perverſitatis & malitiæ. *Ibid. poſt. init. col.* 50. *lit. H.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

72. Multi cum de criminibus accuſantur, magna impudentia in alios ſua delicta transferre nituntur. *Hom.* 63. *in Geneſ. ante med. col.* 491. *lit. A. tom.* 1.

73. Omnis qui ſe cognoſcit, ſui accuſator eſt. *Hom. ſup. Pſ.* 84. *in princ. col.* 754. *lit. B. tom.* 1.

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

74. Omnis qui ſua in hoc ſeculo dolendo peccata accuſat, & fuerit à ſe accuſatus, a Deo erit excuſatus. *Ibidem.*

75. Illa eſt ſui fructuoſa accuſatio, ſi ſubſecuta fuerit correctio: quotidiè enim ſe accuſare, & non corrigere, Deum tentare eſt. *Proſec.*

76. Melius eſt, ut prius ſit correctio, & poſteà accuſatio: quàm præcedat accuſatio, & non ſubſequatur correctio. *Ibidem, ut ante.*

77. Magna humilitas, magna ſapientia, magna prudentia, ut ſciat vivens, ſic ſe poſſe vivere, ut ſibi ſit accuſatus, & Deo excuſatus. *Hom. ſup. Pſalm.* 142. *in fine, col.* 792. *lit. D.*

78. Noli alium accuſare, ſed teipſum ita redde laudabilem, ut omnem meritò accuſationem poſſis effugere. *Hom.* 65. *ſup. Matth. ante finem, col.* 542. *litt. D. tom.* 2.

79. Majora tormenta imminent; ſi cùm alios accuſes, ejuſdem criminis ipſe obnoxius inveniaris. *Ibid.*

80. Nihil tam exitiale peccato, quam peccati accuſatio. *Concio* 4. *de Lazaro mendico. circa med col.* 1359. *lit. B. tom.* 2.

81. Si vis eum, qui injuſtè egit, reum facere, ne accuſes illum, ſed reum te conſtitue. *Hom.* 7. *in Acta Apoſtol. in princ. col.* 488. *litt. C. tom.* 3.

82. Crudelem miſericors, malum bonus, audacem mitis, timidum benignus, glorioſum modeſtus, ſtudioſus ſegnem, pudicus incontinentem accuſat. *Hom.* 2. *ſup. Ep.* 1. *ad Cor. in fine, col.* 336. *lit. D. tom.* 4.

83. Accuſatoris magnanimitas, judicem ſecurum reddit. *Hom.* 19. *in Ep.* 2. *ad Cor. in princ. col.* 811. *lit. B. tom.* 4.

84. Commune crimen eſt, publica injuria, cuique licet accuſare volenti. *Hom.* 1. *ad Popul. Antiochen. ante finem, col.* 24. *lit. B. tom.* 5.

S. MARCELLUS PAPA, ET MARTYR.

85. Non oportet quem libet judicari, vel damnari, priuſquàm legitimos habeat præſentes accuſatores. *Apud Gratian. in decret. cauſa* 3. *quæſt.* 9. *Part.* 2. *can. Non. fol.* 172. *col.* 2.

NICOLAUS PAPA. Scribens Iſmaro Rhemorum Archiepiſc.

86. Neceſſe eſt, ſecundum ſacrarum ſcripturarum documentum, ac ſecundum juſtitiæ tramitem, & accuſatum, & accuſatorem ſimul adeſſe. *Et habetur in decretis Gratiani. part.* 2. *cauſa* 3. *quæſt.* 9. *can. Neceſſe. fol.* 173. *col.* 3.

S. PETRUS CHRYSOLOG.

87. Sine cauſa accuſant peccata, quem paoper excuſat: excuſari non poteſt, quem ſames pauperis accuſârit. *Serm.* 14. *poſt med. apud Bibl. Patrum. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 672. *col.* 1. *lit. B.*

88. Laſcivus diſciplinam, virtutem vitioſus, innocentiam criminoſus accuſat. *Ib. Serm.* 32. *poſt init. pag.* 685. *col.* 1. *lit. D. edit. Coloniæ* 1618.

S. PETRUS DAMIANUS.

89. Juſtus quiſque ſemetipſum, dum ſanctè vivit, accuſat: & ſe accnſando magis magiſque ſanctificat. *Epiſt.* 15. *ad V. Epiſcop. paulo poſt med. pag.* 58. *col.* 2. *lit. D. tom.* 1.

90. Tunc vitiorum omnium barbariem ſternimus, tunc poteſtates aereas invictiſſimè debellamus: ſi & innocenter vivimus, & tamen reos nos, ac peccatis tanquàm obnoxios, accuſamus. *Ibid. poſt med. pag.* 59. *col.* 1. *lit. A.*

PHILO JUDÆUS.

91. Meritò homo divinorum bonorum expers deſcritur, qui dum alium accuſare conatur, imprudens ſeipſum culpat. *De Profugis poſt init. pag.* 626.

S. PROSPERI

92. Fratrum noſtrorum vitia non facilè debemus accuſare, ſed gemere. *Proſec.*

93. Chriſtus utique non accuſavit peccata noſtra, ſed tulit. *Lib.* 2. *de vita contempl. cap.* 6. *prope med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 62. *col.* 2. *lit. F.*

94. Rectus eſt, & benè invocat Deum, qui in omnibus malis quæ patitur, ſe accuſat, non Deum. *Sent.* 72. *& habetur apud Aug. in fine tom.* 3. *pag.* 747. *lit. A.*

95. Sicut repellit Deus peccata ſua defendentem, ſic recipit accuſantem. *Ibidem.*

S. Prosper. 96. Apud juſtum judicem, & miſericordem Deum, qui ſe accuſat, axcuſat. *Ibid. ſent.* 187. *pag.* 752. *lit. D.*

Salvianus. 97. Maxima accuſatrix hominum noxiorum, eſt uſurpatrix innocentiæ arrogantia. *Lib.* 4. *de Gub. Dei poſt med. apud. Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 339. *col.* 1. *A.*

98. Quicunque ſibi ſe excuſat, accuſat Deo. *Ibid. lib.* 4. *ante finem*, *pag.* 382. *col.* 1. *lit. A.*

S. Stephan. Papa, et Martyr. 99. Neganda eſt accuſatis licentia criminandi, priuſquam ſe crimine, quo accuſantur, exuerint. *Apud Gratian. in decret. Part.* 2. *cauſa* 3. *quaſt.* 11. *can. Neganda. fol.* 174. *col.* 1.

Synodus. 8. 100. Non ſolùm ille reus eſt, qui falſam accuſationem de alio profert; ſed etiam is, qui aurem citò criminibus præbet. *Et habetur in decretis apud Gratian. part.* 2. *cauſa* 11. *quaſt.* 3. *can. Non. fol.* 215. *col.* 2.

S. Telesphorus Papa, et Martyr. 101. Accuſatori omninò non credi decernimus, qui abſente adverſario cauſam ſuggerit. *Apud Gratian. in decret. part.* 2. *cauſa* 3. *qu.* 9. *can. Accuſatori fol.* 172. *col.* 1.

S. Theodoretus. 102. Veritatem accuſationis comprobat accuſantium concordia. *Quaſt.* 20. *ſup. Deuteron. in princip. pag.* 45. *col.* 1. *lit. B. tom.* 1.

S. Thomas Aquinas. 103. Publica infamia habet locum accuſatoris. 2. 2. *quaſt.* 66. *art.* 3. *in corp. ad* 2. *pag.* 129. *col.* 2.

Sententiæ Paganorum.

Aristotel. 104. Accuſans debet eſſe melior accuſato. 2. *Politicor. & hab. apud Bedam*, *tom.* 1.

Cicero. 105. Accuſatoris officium eſt, deferre crimina defenſoris, diluere, & propulſare. *Lib.* 4. *de Arte Rhetor. ad Herennium. poſt med. col.* 63. *lit. H. tom.* 1.

106. Innocens ſi accuſatus ſit, abſolvi poteſt: nocens autem, niſi accuſatus fuerit, condemnari non poteſt. *Orat.* 2. *pro Roſcio. ante med. col.* 31. *lit. B. tom.* 2.

107. Non poteſt in accuſando, ſocios verè defendere: qui cum reo criminum ſocietate conjunctus eſt. *Orat.* 4. *pro Cæcilio. circa med. columna.* 67. *lit. B. tom.* 2.

108. Cùm grave eſt accuſari, tùm etiam (ſi falsò accuſeris) non eſt negligendum. *Orat.* 23. *pro Murana. poſt init. col.* 474. *lit. C. num.* 7. *tom.* 2.

Epictetus. 109. Non alios culpemus, ſed noſmetipſos. Alios accuſare in calamitate ſua, hominis eſt ineruditi: ſeipſum, ejus qui erudiri cœpit: nec ſe autem, nec alium, erudití. *In Enchirid. cap.* 10. *poſt med.*

Plato. 110. Bonus vir hominem innocentem haud quaquam ſolet accuſare. *Tom.* 1. *Sizygia* 3. *de Rhetor. poſt med. pag.* 521. *lit D.*

Sixtus Phil. 111. Criminationes adverſus ſapientiæ ſtudioſum noli admittere. *Sent.* 250. *apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pag.* 66. *col.* 1. *lit. C. edit. Coloniæ* 1618.

Vide etiam titul. Confeſſio. per totum. & Conſcientiæ remorſus ſent. 87.

Acedia, & Pigritia.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DESCRIPTIO, DIVISIO, ORIGO, PROPRIETAS, COMPARATIO.

S. Bonavent. Pigritia dicitur, eò quòd pigeat difficultas laboris. *In Centiloq. part.* 1. *ſub finem ſect.* 8. *pag.* 59. *col.* 1. *lit. E. tom.* 5.

Petrus Blesensis. Acedia, quæ græcè ἀκηδία dicitur, eſt ſeculi triſtitia, quando damnis rerum, vel moleſtia corporum ſic afficimur, ut etiam tædeat nos orare, vel legere, vel quippiam hujuſmodi agere *Serm.* 11. *in Quadrag. ſub fin. apud Bibl. Patrum, tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 853. *col.* 2. *lit. F. edit. Coloniæ* 1618.

Definitio et descriptio.

S. Bonavent. Acedia, eſt torpor animi, bonum inchoare negligentis. *In Centiloq. part.* 1. *ſect.* 21. *in princ. pag.* 64. *col.* 1. *lit. D tom* 6.

Acedia, eſt diffidentia de propriis viribus, & auxilio Dei implendi ardua, ſive mandata. *Ibidem.*

Hugo a sancto Victore. Rancor, eſt ex atra bili, aut nimia pigritia virium animi & corporis enervatio. *De fructibus carnis & ſpiritus, cap.* 7. *ante med. pag.* 161. *lit. A. tom.* 2.

Torpor, eſt languentis animi pigritia, remiſſa motio, corporis totius hebetudo. *Ibidem.*

Acedia, eſt ex nimia confuſione animi nata triſtitia, ſive tædium. *Vel*

Acedia, eſt amaritudo animi nimia, quâ jucunditas ſpiritualis extinguitur: & quodam deſperationis principio, mens in ſeipſa ſubvertitur. *Ibid. paulo poſt med. pag.* 161. *lit. B.*

Languor eſt ægræ mentis, deſidia. *Ibid. cap.* 9. *paulo poſt med. pag.* 161. *lit. D.*

Acedia, eſt de virtutum laudabili exercitio, languida utriuſque hominis dejectio. *Ibid. cap.* 10. *in med. pag.* 161. *lit. E.*

Hugo Cardi. Acedia, eſt lepra, quæ quinque vulnera facit: ſcilicet ſomnolentiam, negligentiam, pigritiam, otioſitatem, & timiditatem. *Sup. Luc. cap.* 17. *fol.* 236. *col.* 2. *tom.* 6.

S. Joan. Clim. Acedia, eſt animi remiſſio, mentis reſolutio. neglectio vitæ Monaſticæ, profeſſionis odium, è cellula proditio. *Gradu.* 13. *in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 265. *col.* 1. *lit. D. edit. Coloniæ* 1618.

S. Nilus. Acedia, eſt animi debilitas. *Orat.* 6. *de Acedia, apud Bibliothec. Patrum, tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 971. *colum.* 1. *D. in princ.*

Acedia, eſt languor animæ tolerantiâ carentis. *Aut*

Acedia, eſt deſidia animæ voluptatum amore laborantis. *Ibid. prope med. pag.* 976. *col.* 2. *lit. E.*

Thalassius. Acedia, negligentia eſt animæ. *In Hecatontade* 3. *ſent.* 51. *apud Biblioth. Patrum, tom.* 7. *pag.* 274. *col.* 2. *lit. H.*

S. Thomas Aquinas. Acedia, eſt quoddam tædium operandi, quæ ita deprimit hominis animum, ut nihil ei agere libeat boni. 2. 2. *quaſt.* 35. *art.* 1. *in corp. pag.* 73. *col.* 1.

Acedia, eſt triſtitia de bono ſpirituali. 2. 2. *quaſt.* 36. *art.* 4. *in corp. pag.* 75. *col.* 2.

Plato. Pigritia, eſt fuga ignava laborum. *Sizygia* 6. *de definit. ſub finem, pag.* 416. *lit. A. tom.* 3.

Divisio.

Hugo a Sancto Victore. Eſt triplex pigrorum debilitas. Sunt in oculis cæci, in manibus contracti, in pedibus claudi. *Profec.*

Cæci quia vident, & non intelligunt: contracti, quia congregant, & non diſtribuunt: claudi, quia ad intimam erroris laſciviam declinantes, rectam viam ſalutis non arripiunt. *Lib.* 4. *Miſcellan. codicis* 2. *titul.* 58. *in med. pag.* 208. *lit. F. tom.* 3.

Origo et Productio.

S. Antoninus. Pigritia, eſt filia acediæ. *Part.* 2. *titul.* 9. *cap.* 13. *in princ. fol.* 284. *col.* 3.

S. Edmundus. De acedia naſcuntur malitiæ, rancor, minæ, deſperatio, negligentia, vagatio mentis. *De ſpeculo Eccleſiæ. cap.* 8. *a med. apud Bibl. Patr. tom.* 13. *pag.* 358. *col.* 2. *lit. F. edit. Coloniæ* 1618.

S. Eusebius Emissenus. Pigritiæ mater, infidelitas eſt. *Hom.* 6. *ad Monach. in fine, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 584. *col.* 1. *lit. C. edit. Coloniæ* 1618.

S. Joannes Chrysost. Radix, & mater deſperationis, ignavia eſt: nam ignavia deſperationem parit: nunquàm qui non torpeſcit, in deſperationem proruet. *Epiſt.* 5. *ad Theodor. lapſum ante finem. col.* 1007. *lit. D. tom.* 5.

S. Thomas Aquinas. Quatuor ſunt, quæ ex acedia procedunt: ſcilicet vita triſtis, calamitas, contemptus, egeſtas. *In ſuis opuſc. De vitiis & virtutibus poſt med. fol.* 105. *pag.* 1. *tom.* 1.

S. THOMAS AQUINAS, Ibid ut ante in fine, fol. 105. pag. 2.

Quatuor ſunt, quæ acediam producunt.
- Loca obſcura.
- Quies ſolitaria.
- Rumor diſplicibilis.
- Cogitatio debilis.

Ibidem.

Quatuor ſunt, quæ acediam minuunt.
- Converſari cum deliciis.
- Aſſueſcere cum gaudentibus.
- Inſiſtere convivus.
- Intereſſe dulcibus melodiis.

PROPRIETAS ACEDIÆ.

S. BONAVENT. Acedia horret labores ſomnum amat, fugit aſpera quæque, vitat operationem, otio delectatur. *Lib. 1. de Profect. Religioſ. cap. 32. in princ. pag. 569. col. 2. D. tom. 7.*

S. JOANNES CLIMAC. Acedia eſt in pſalmodia invalida, in oratione imbecillis, in miniſterio ferrea, in opere manuum pigra, in obedientia improba. *Gradu 13. in princ. apud Biblioth. Patrum, tom. 6. part. 2. pag. 265. col. 1. lit. D.*

Acedia totas virtutum opes ſimul deſidiâ diſſipat. *Ibid. circa med. pag. 265. col. 2. E.*

HUGO CARD. & S. HIERON. Pigritia, eſt nutrix paupertatis. & penuriæ. *Sup. Proverb. cap. 6. fol. 13. col. 1. tom. 3. Hieron. lib. 1. in Proverb. cap. 6. pag. 15. B. tom. 6.*

COMPARATIO.

S. ANTONIN. Sicut inſtrumenta artis, cùm non exercentur dim hebetantur & rubiginem contrahentia deſtruuntur: ita & intellectus hebetatur, ſi torpeſcat deſidiâ. *Part. 1. tit. 3. cap. 4. §. 2. in med. fol. 39. col. 2.*

S. AUGUSTIN. Sicut inter ignem & aquam tenenda eſt via, ut nec exuratur homo, nec demergatur: ſic inter apicem ſuperbiæ & deſidiæ, iter noſtrum temperare debemus. *Epiſt. 81. ad Eudoxium Abbat. ante med. pag. 240. lit. C. tom. 2.*

S. BONAVENT. Sicut aſinus indiget pabulo, ne deficiat: onere, ne laſciviat: virga, ne pigre ambulet, vel deviet: ſic pigritia. *Libr. 1. de Profect. Religioſ. cap. 33. poſt med. pag. 570. col. 1. D. tom. 7.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANTONIN. 1. Citò pigreſcit judicium humanum, niſi jugi lectione reparetur. *Part. 1. titul. 3. cap. 4. §. 2. in med. fol. 39. col. 2.*

S. AUGUST. 2. Multò optabilius pigro, inimicum non habere, quam vincere. *Serm. 12. de Verb. Apoſt. ante med. pag. 209. A. tom. 10.*

3. Deſidia, ſegnities, pigritia, vitia ſunt, quibus labor fugitur, cùm labor ipſe, etiam qui eſt utilis, pœna ſit. *Lib. 22. de Civit. Dei, cap. 22. ante med. pag. 479. B. tom. 5.*

4. Noli eſſe piger in labore breviter, & gaudebis inceſſabiliter. *Sup. Pſalm. 93. poſt med. verſu 20. Qui fingis laborem in præcepto, pag. 727. A. tom. 8.*

5. Solus miſer homo acedia ſoporatus, à ſuo officio frequenter recedit: & Dei imaginem in ſe deturpans, in acedia perſeverat. *Serm. 17. ad fratr. in Eremo, in med. pag. 933. A. tom. 10.*

S. BERNARDUS. 6. Cum te acedia affici ſentis, noli propterea diffidere aut deſiſtere à ſtudio ſpirituali, ſed juvantis require manum, trahi te obſecrans. *Serm. 21. in Cant. ante med. fol. 149. col. 3. G.*

7. Piger ad vigilias eſt ſomnolentus, ad iram præceps, ad odium pertinax, ſegnior obtuſiorque ad orationem. *Serm. 54. ſup. Cantica, poſt med. fol. 177. col. 4. lit. L.*

8. Tædium & acediam procul pellit ſanctarum varietas obſervationum. *Epiſt. 78. ante med. fol. 226. col. 1. lit. B.*

9. Remiſſa ſegnities, manſuetudo creditur: & pigritiæ vitium, quietis virtutem imitatur. *In Medit. cap. 11. poſt med. fol. 325. col. 1. A.*

S. BONAVENT. 10. Vade ad formicam ô piger. Satis eſt homini magna confuſio, quod oporteat eum addiſcere à tam parvo, & deſpecto magiſtro. *Titul. 1. Diata, cap. 7. poſt med. pag. 277. col. 2. E. tom. 6.*

11. Contra filias pigritiæ, ſummum remedium eſt, diverſitas occupationum. *Ibidem, in calce pag. 278. col. 2. lit. D.*

12. Pigro, cella carcer eſt. *Lib. de profectu Religioſ. cap. 32. poſt init. pag. 569. col. 2. E. tom. 7.*

13. Gravis acedia eſt, negligenter perſolvere ea quæ quiſque tenetur; gravior, prætermittere; graviſſima, alios impedire. *Ibidem, cap. 33. in fine, pag. 570. col. 1. D.*

14. Ex conſuetudine otii homo mollis, & piger efficitur, ut nihil velit pati, vel facere, niſi quod libet. *Ibidem, lib. 2. cap. 14. in fine, pag. 582. col. 1. lit. A.*

15. Nihil magis eſt acedioſo oneroſum, quam Deo intendere, & his quæ ſpectant ad ſtudium & profectum ſpiritualem. *Lib. 1. de profect. Religioſ. cap. 32. in med. pag. 569. col. 2. E. tom. 7.*

DIONYSIUS CARTHUS. 16. Acedia & otioſitas, diſpergunt univerſarum virtutum divitias. *De Profeſſ. Monaſt. art. 19. ante med. fol. 90. pag. 1.*

17. Acedioſus & piger, ſemper cogitat de lauta ventris ſui repletione, quæritque exteriora ſolatia, ac vana colloquia. *Ibidem.*

S. EPHRÆM. 18. Firmo ac ſtabili corde ſimus; nam virtuti adverſatur ſegnities, & acedia. *De virtute, cap. 4. pag. 297. B. tom. 2.*

19. Vir in torpore dies ſuos tranſigens, ſeipſum decipit. *Ad Monachos Parænesi 34. in princ. pag. 394. lit. E. tom. 2.*

20. Omnibus rebus gravibus atque moleſtis, gravior ac moleſtior eſt pigritia; maximè ſi ſociam habeat perfidiam: nam pleni ſunt fructus ejus veneno mortifero. *De timore Dei poſt med. pag. 528. lit. A. tom. 3.*

21. Piger, nec ſibi eſt utilis, nec proximo. *Ibidem, poſt med. pag. 529. B.*

GILLEBERTUS PORRETANUS. 22. In cœtu & congerie Sanctorum, nil otio vanius, nil anxius acedia, nil tumore turbatius. *Serm. 29. in Cant. poſt med. apud S. Bernardum in 2. volumine fol. 26. col. 2. lit. F.*

GLOSSA ORDINARIA. 23. Pigri eſt cujuſlibet, vitam inſpicere negligentis. *Sup. Proverb. cap. 24. in calce, ſup. illud, Per agrum hominis pigri, col. 1710. D. tom. 3.*

S. GREGORIUS MAGNUS. 24. Sæpè pigras mentes amor ad opus excitat. *Libr. 6. Moral. cap. 17. poſt med. num. 27. col. 25. A. tom. 1.*

25. Sæpè opera bona deſidiâ interveniente deficiunt: quia à fervore, quo cœpta ſunt, frigeſcente amore tabeſcunt. *Ibidem, lib. 9. cap. 17. poſt med. num. 27. col. 316. C. tom. 1.*

26. Dum mens ſecura redditur, in torporem laxatur. *Libr. 1. Moral. cap. 17. in fine, num. 34. col. 18. lit. D. tom. 1.*

27. Dum menti nonnunquam ignavia ſurrepit, prudentia frigeſcit: nam cum ſeſſa torpet, ventura non prævidet. *Ibidem, lib. 2. cap. 27. poſt init. num. 36. col. 55. lit. D.*

28. Dum ſublimia intelligendo in elatione ſe animus erigit, in rebus imis & vilibus gravi hebetudine pigreſcit. *Ibidem, ante med. col. 56. C.*

29. Quid deteſtabilius in vitiis, quàm deſidia acediæ? *Lib. 5. in primum Regum, cap. 1. poſt init. col. 1478. C. tom. 2.*

30. Duo ſunt, quæ in bonis operibus, neceſſe eſt ut ſtudiosè formidentur, deſidia videlicet, & fraus. *Lib. 9. Moral. cap. 17. ante med. col. 314. D.*

31. Torpere quiſque appetit, & laborem ſubire pro Domino (etiam cùm prævalet) refugit. *Hom. 15. ſup. Ezech. poſt med. col. 226. A. tom. 2.*

32. Homo occulta ſuper ſe judicia, quæ preſſus torpore diſſimulat; terrore ſaltem pulſatus expaveſ-

Digitized by Google

cat. *Lib.25. Moral. cap. 7. poſt med. colum.* 834. *A.*

S. GREGORIUS MAGNUS.

33. Acediæ vitium, tædium cordis eſt. *Libr. 5. in primum Regum, cap. 4. longe ante med. col.* 1526, *lit. B. tom.* 2.

34. Acedia à corde depellitur, ſi ſemper bona cœleſtia cogitentur. *Ibidem.*

35. Neſcit mens per torporem veteraſcere, quæ ſtudet per deſiderium ſemper inchoare. *Lib.22. Moral. cap.2. ante finem, col.* 733. *B. tom.* 1.

36. Plerumque piger, dum neceſſaria negligit agere, quædam ſibi difficilia opponit, & in otio torpeſcit. *In Paſtor. part. 3. cap. 1. Admon. 16. paulo ante med. col.* 1279. *A. tom.* 1.

HUGO A SANCTO VICTORE.

37. Excute torporem, qui cœli quæris honorem. *Ser. 53. ante finem, pag.* 169. *G. tom.* 2.

38. Carnales mentes, ne in bono opere ſe exerceant, pigritia ligat. *De Inſtit. Monaſt. ad Novit. cap. 4. in fine, pag.* 20. *E. tom.* 2.

HUGO CARD.

39. Pigri cùm viam pœnitentiæ aggredi cogitant, animadvertunt amaritudinem, & quaſi à ſepibus ſpinarum reſiliunt. *Sup. Proverb. cap.15. ſup. illud, Quaſi a ſepibus ſpinarum. fol. 33. col. 4. tom.* 3.

40. Piger propter pigritiam ſuam, non vult exire de luto ſtercorum vitiorum, ſed permittit ſe putreſcere. *Sup. Eccleſiaſticum, cap. 22. fol. 211. col.1. tom.*3.

JOANN. CASS.

41. Acedia maximè ſolitariis magis experta eſt, & in eremo commorantibus infeſtior hoſtis ac frequens. *Lib. 10. de ſpir. Acediæ, cap. 1. in princ. pag.* 214.

42. Acedia, cùm miſerabilem Monachi obſederit mentem, horrorem loci, faſtidium cellæ, fratrum quoque qui cum eo commorantur, aſpernationem gignit, atque contemptum. *Ibidem, cap. 2. in princip. pag.* 217.

43. Verè ab omni contemplatione, & intuitu ſpiritualium ſenſuum dormitat anima, quæ acediæ telo fuerit ſauciata. *Ibidem, cap. 4. in fine, pag.* 220. *ſup. illud Pſ.* 118. *Dormitavit anima mea præ tædio.*

44. Acediæ effectus in Monacho.

Ibidem, ut ante cap. 2. per totū in ſenſu,

1. Horror loci, in quo commoratur.
2. Faſtidium cellæ.
3. Fratrum aſpernatio, atque contemptus.
4. Inertia, & deſidia ad omne opus.
5. Vagatio extra cellam.
6. Neglectus ſacræ lectionis.
7. Gemitus & ſuſpiria, quod ibi nihil proficiat.
8. Opinio quod alibi ſibi, aliiſque magis prodeſſet.
9. Deſiderium aliis præſidendi, ut proſit plurimis.
10. Deſperatio ſalutis, niſi relicta cella.
11. Laſſitudo corporis, cibique eſuries.
12. Crebra egreſſio, & ingreſſio cellæ.
13. Inquietudo continua.
14. Otioſitas in omni actu ſpirituali.
15. Somnolentia, & ſolatium omne in dormitatione.
16. Viſitationes & ſalutationes ſupervacaneæ.
17. Inviſiones quaſi neceſſariæ Parentum ac Religiorum.
18. Familiaritates periculoſæ.

45. Experimento probatum eſt, acediæ impugnationem, non declinando fugiendam, ſed reſiſtendo ſuperandam. *Ibid. cap. 25. pag. 239. in fine.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

46. Grave malum eſt deſidia; facitque ut facilia videantur difficilia. *Hom. 14. in Ezech. in med. col.* 91. *B. tom.* 2.

47. Torpeſcit virtus, ubi certamen defuerit: & facile hoſtis malitia coaleſcit, ſi pigreſcat animus repugnantis. *Serm. de Interdict. arboris ad Adam, prope med. col.* 539. *lit. D.*

48. Laboris deſidiâ, inſoleſcit hoſtis ſævitia. *Ibid. ut ante in medio col.* 539. *D.*

49. Quidquid homo contra naturam ſuam agit, pigrius agit. *Hom. 54. oper. imperf. ſup. Matth. in med. col.* 1131. *D. tom.* 2.

S. JOANNES CHRYSOTOM.

50. Ignavus acrioribus ſtimulis, ab ignavia excitandus eſt. *Hom. 43. ſup. Ioann. in princ. col.* 210. *C. tom.*3.

51. Qui pigritiæ deditus eſt, ventri vivit, deliciiſque vacat: omnis enim malitiæ fomes, eſt deſidia. *Ibid. paulò poſt med. col.* 211. *D.*

52. Deſes & ſupinus (ſi vel tenuis tentationum aura afflarit) ſtatim commovetur, & decidit. *Hom. 2. ſup. Geneſ. in fine, col.* 12. *C. tom.* 1.

53. Pigra eſt humana vita, & ad perditionem proclivis: non propter naturæ ſuæ opificium, ſed propter voluntatis deſidiam. *Hom. 17. in Ioann. in princ. col.*92. *D. tom.* 3.

54. Deſidia, res inutilis eſt, & fructu carens. *Hom.* 35. in *Acta Apoſt. ab init. col.* 679. *B. tom.* 3.

55. Deſidiâ pejores, timore autem meliores efficimur. *Hom. 2. ſup. Ep. ad Cor. in fine, col.* 336. *C. tom.* 4.

56. Piger multa incaſſum facilè loquitur, multa perperàm agit, & per totam diem nihil operatur, torpet plurimùm. *Ibidem, Hom.5. ante finem, col.* 360. *lit. A.*

57. Spiritus ſanctus in anima remiſſa & ſegni, permanere non ſuſtinet. *Hom. 34. ſup. Ep. ad Hebræos, in Morali ab init. col.* 1876. *D. tom.* 4.

58. Perditionis noſtræ cauſa nulla alia eſt quàm negligentia noſtra, atque deſidia. *Lib. 1. de Compunct. cordis, poſt med. col.* 580. *D. tom.*5.

59. In corde pigri, ut cereus ardet peccatum. *In Serm. de Pœnitent. poſt init. col.* 901. *C. tom.* 5.

60. Qui deſes eſt, & ſupinus, quia nequit ſeipſum, ut decet, moderari, perpetuò perturbationibus & affectionibus obnoxius eſt. *Hom. 9. ſup. Geneſ. prope finem, col.* 59. *lit. A. tom.* 1.

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

61. Omni diabolica operatione pernitioſior eſt immodica mœroris, & acediæ magnitudo. *Lib. 3. de Provident. & habetur apud Joannem Damaſc. lib. 1. Parallel. cap. 23. in princ. fol. 21. pag. 2. A.*

S. JOANN. CLIMACUS.

62. Qui ſeipſum luget, acediam neſcit. *Gradu 13. apud Biblioth. Patrum tom. 6. part. 2. pag.* 265. *col. 1. lit.* D.

63. Vir benè ſubjectus, alienus eſt ab acedia. *Ibidem ut ante.*

64. Acedia Monacho mors eſt, quam in ſe jugiter continet. *Ibidem, circa med. pag.* 265. *col.* 2. *E.*

S. ISIDORUS HISPALENS.

65. Vitium pigritiæ procul ſit: per torporem enim vires & ingenium diffluunt. *Lib.2. de Synonimis, cap.12. in med. pag.* 319. *col.* 1.

66. Natura obſcuratur deſidiâ, deſidia frigeſcit ingenium, torpor exuperat ſenſum, & ſcientiæ lumen extinguit. *Ibidem.*

67. Nihil ignavia turpius, nihil pejus, nihil deterius. *Ibidem, cap. 13. in princ. pag.* 319. *col.* 2.

68. Deſidia in omni opere bono formidanda eſt: Deſidiam enim agimus, quoties per torporem languidè ea, quæ Dei ſunt, operamur. *Lib. 2. de Sum. bono, cap. 10. Sent. 1. pag.* 641. *col.* 2.

69. Veraciter condemnamur, ſi per torporem ea, quæ bona ſunt, agimus. *Ibidem lib. 3. cap. 19. Sent. 4. pag.* 673. *col.* 2.

S. LAURENTI JUSTINIANUS.

70. Fortes acedia deprimit viros, & ſpirituali aſſuetos in bello, frequentiſſimè ea cordis ignavia facit dormitare præ tædio. *Prof.*

71. Ab hac quiſquis fuerit corde poſſeſſus, judicium divinum non metuit, legis mandata negligit, ſuamque ſalutem contemnere hinc videtur.

72. Illi non placet legere, non libet pſallere, orationi vacare, celebrare jejunia, nocturniſque faſtidit intereſſe vigiliis.

73. Amittit quidquid devotionis eſt, quidquid ſpiritualis lętitiæ, quidquid futuræ felicitatis poterat in mente dulceſcere.

74. Et veluti defunctus quodam inſenſibilitatis aggere agnoſcitur eſſe ſepultus. *Part. 2. lib. 1. de ſpirituali Animæ interitu, cap.24. poſt med. pag.*539. *col.* 1. *E.*

S. Nilus. 75. Acediæ affectus iis potiſſimum, qui in ſolitudine degunt, bellum infert. *Orat. 6. de Acedia. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 976. col. 2. H. edit. Coloniæ* 1618.

76. Matrem vitiorum, ignaviam exiſtima: bona enim quæ jàm tenes, deprædatur: quæ verò nondum poſſides, non ſinit acquirere. *Paræneſ. 95. apud Biblioth. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Coloniæ* 1618.

S. Paulinus. 77. Vicina morti labes eſt, torpor animorum. *Epiſt. ad Macharium, ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. pag. 199. col. 2. H. edit. Coloniæ* 1618.

Petrus Bleſenſis. 78. Torpere pigritiâ, nihil aliud eſt, quàm ſuffocare virtutem, nutrire ſuperbiam, viamque conſtruere ad gehennam. *Epiſt. 9. in fine, apud Bibliothec. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 707. col. 2. E. edit. Coloniæ* 1618.

S. Petrus Chryſologus. 79. Homo deſes & ignavus, ſi præſit populis, non ſibi ſoli fit noxius, ſed multis: dum ſequentes ſe, ſuo vitiat & perdit exemplo. *Serm. 106. poſt init. apud Bibl. Patrum tom. 5. part. 2. pag. 741. col. 1. D.*

S. Petrus Damianus. 80. Segnes frange moras, torporis frange catenas. *Epiſt. 23. ad Guillelm. Monach. ante finem. pag. 98. col. 1. B. tom. 1.*

V. Petrus Mauritius Abbas Clun. 81. Acedioſus cellula clauſus, inter frequentias populorum diſcurrit; nundinas, & angiportus ſolicitus mercator oberrat. *Profec.*

82. Fit ei requies tormentum, ſeſſio labor, ſilentium pœna, clauſura infernus.

83. Sic cæcatus lumine mentis, clauſuſque quaſi tenebroſo carcere, rurſus ad molam inquietudinis redit. *Epiſt. 20. ad Giſlebert, circa med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 22. col. 2. lit. E, & F.*

S. Thomas Aquinas. 84. Pigri ſemper allegant impedimenta. *Sup. Epiſt. ad Hebr. cap. 6. lect. 3. in fine, fol. 237. col. 1.*

Sententiæ Paganorum.

Cicero. 85. Eſt in animis omnium ferè, molle quiddam, demiſſum, humile, enervatum quodamodo & languidum: ſi nihil eſſet aliud, nihil eſſet homine deformius, ſed præſtò eſt domina omnium, & regina ratio, ut imperet illi parti animi (quæ obedire debet,) velut ſervo dominus, velut Imperator militi, velut parens filio. *Libr. 2. Tuſc. quæſt. poſt med. colum. 203. lit. B. & C. tom. 4.*

Plato. 86. Non eſt ſegnitie, neque mollitie remittendus animus. *Tom. 2. Syzigia 4. in Dial. primo Alcibiadis, poſt med. pag. 124. D.*

Plinius II. 87. Nihil pigrius delicatis. *Lib. 9. Ep. 32. ad Titianum in fine, pag. 263.*

Seneca. 88. Sæpè quos labor roboraverat, deſidia conſumpſit. *Lib. 1. Controverſ. Controverſ. 8. circa med. pag. 84. tom. 1.*

89. Non putant deſidioſi poſſe fieri, quid quid facere non poſſunt: ex infirmitate ſua de virtute ferunt ſententiam. *Profec.*

90. Luxurioſo frugalitas pœna eſt: pigro ſupplicii loco, labor eſt: deſidioſo ſtudere, torqueri eſt.

91. Multis tormentum eſt, vino carere, aut prima luce excitari: non iſta difficilia ſunt naturâ, ſed nos fluidi & enerves. *Epiſt. 72. poſt med. pag. 666. tom. 2.*

92. Inhoneſta eſt omnis in ullo actu pigritia. *Ep. 74. poſt med. pag. 678. tom. 2.*

93. Citò inerti otio vita torpebit, ſi relinquendum eſt quidquid offendit. *Epiſt. 81. circa init. pag. 701.*

94. Malè mihi eſſe malo, quàm molliter: quia paulatim effeminatur animus, atque in ſimilitudinem pigritiæ (in qua jacet) ſolvitur. *Ep. 82. in princ. pag. 706. tom. 2.*

Sixtus Philoſop. 95. Oratio, vel vota pigri, ſermo vanus. *Serm. 118. apud Bibl. Patrum, tom. 3. pag. 65. col. 2. E. edit. Coloniæ* 1618.

Vide etiam in Titul. Tepiditas.

Acquirere.

DEFINITIO.

Acquiſitio eſt juſta alicujus rei licita comparatio. **Collector.**

Sententiæ Patrum.

S. Ambroſius. 1. QUANTUMVIS acquirat, eget qui ſemper plus concupiſcit. *Lib. 1. Offic. cap. 30. ante finem, col. 22. lit. C. tom. 1.*

2. Liquet ea eſſe perpetua & ſolida, quæ ſincerè potiùs, quàm dolo acquiruntur: ea verò quæ ſimulatione parta ſunt, non poſſe diù permanere. *Ibid. lib. 2. cap. 22. in fine, col. 53. B.*

3. Fructus laboris tui, theſaurus eſt inopi: & duo æra, ſi ſola ſint, cenſus eſt largientis. *Lib. 2. de virginibus ante finem, tom. 1.*

4. Quò plus unuſquiſque acquiſierit, plus ſitit, & quaſi quadam inardeſcit ebrietate cupiditatum ſuarum. *Lib. 10. Epiſt. 82. ad Vercellenſem Eccleſ. poſt med. col. 667. D. tom. 3.*

S. Antonin. 5. Magna bona non acquiruntur, niſi magno labore, aut magno pretio, ſeu valore. *Part. 4. titul. 3. cap. 7. §. 16. in princ. fol. 33. col. 1.*

S. Auguſtin. 6. Nihil mirum eſt, quòd miſeri homines non adipiſcuntur quod volunt (ideſt beatam vitam) illud enim cui comes eſt, & ſine quo eâ nemo dignus eſt, nemoque aſſequitur, rectè ſcilicet vivere, non itidem volunt. *Lib. 1. de Lib. Arb. cap. 14. poſt med. pag. 443. B. tom. 1.*

7. Qui appetit quod adipiſci non poteſt, cruciatur: & qui adeptus eſt quod appetendum non eſt, fallitur: & qui non appetit quod adipiſcendum eſſet, ægrotat. *De Eccleſ. morib. cap. 3. circa init. pag. 520. lit. D. tom. 1.*

8. Divitiæ plus excruciant adeptæ, timore amiſſionis, quàm concupitæ adeptionis ardore. *Epiſt. 121. ad Probam. cap. 2. fere in princip. pag. 398. litt. C. tom. 2.*

9. Velle quod non deceat, idem ipſum miſerrimum: nec tàm miſerum eſt, non adiſpici quod velis; quàm adipiſci velle quod non oporteat. *Ibidem, cap. 5. poſt init. pag. 400. C.*

10. Ibi labor ubi multa acquiruntur & diliguntur, quibus adipiſcendis atque retinendis voluntas non ſatis eſt, quia conſequentem non habet facultatem. *Profec.*

11. Ubi pax, ibi requies: ubi requies ibi finis acquirendi, & nulla cauſa laborandi. *Ep. 45. ad Armentarium, in med. pag. 102. C. tom. 2.*

12. Salus, ſi diligitur, ibi adipiſcenda deſideretur, ubi adepta nihil timetur. *Ibidem, paulo poſt med. pag. 102. lit. D.*

13. Temporale aliquid plus diligitur antequam adipiſcatur, vileſcit autem cùm advenerit: æternum verò ardentiùs diligitur adeptum, quàm deſideratum. *Lib. 1. de Doctr. Chriſt. cap. 38. in med. pag. 14. litt. C. tom. 3.*

14. Nequitia eſt pro bonis mundi laborare ut acquirantur. *De Agone Chriſt. cap. 13. ante med. tom. 3.*

15. Ex diverſo appetitu, diverſus adipiſcendi ſucceſſus eſt. *De 83. quæſt. quæſt. 40. in princ. pag. 387. A. tom. 4.*

16. Quid ſtultius, quàm fidere in vanitate, & laborare ad acquirenda peritura ſine ullo timore amittendi? *De Annotat. in Iob. cap. 31. ante med. pag. 921. lit. A. tom. 4.*

17. Qui perverſè amat cujuſlibet naturæ bonum, etiamſi adipiſcatur, ipſe fit in bono malus, & miſer meliore privatus. *Lib. 12. de Civit. Dei, cap. 8. in fine, pag. 215. A. tom. 5.*

18. Quid prodeſt acquirere in hoc ſeculo quodlibet

Digitized by Google

libet temporale, & tranſitorium: ſive ſit pecunia, ſive ſit voluptas, ſive ſit honor in laude humana? nonne omnia fumus & ventus? nonne omnia tranſeunt & decurrunt? *Tract.* 10. *in Ioann. in cap.* 2. *paulò ante med. pag.* 62. *D. tom.* 9.

S. AUGUSTIN. 19. Temporalia bona difficilè acquiruntur, & acquiſita facilè dilabuntur: & quæ habita ſunt, cum gravi ſolicitudine cuſtodiuntur, & cum dolore amittuntur, & amiſſa cum gravi labore recuperantur. *Lib. de diligen de Deo, cap.* 16. *in fine, pag.* 514. *D. tom.* 9.

20. Quæ eſt iſta animarum inſania, amittere vitam, appetere mortem; acquirere aurum, & perdere cœlum? *De Verb. Domini ſerm.* 25. *in medio pag.* 72. *lit. C. tom.* 10.

21. Gravis acquiſitio, ærumnoſa poſſeſſio eſt. *Ibid. ſerm.* 26. *poſt init. pag.* 259. *tom.* 16.

22. Poſſidere quod cum labore acquiritur, paucorum eſt. *Ibid. in med. pag.* 250. *B.*

23. Avari pro acquirenda pecunia, ſæva atque aſpera multa fortiter tolerant. *Lib.* 4. *contra Iulian. cap.* 3. *ante med. tom.* 7.

24. Quotidiè negotiatores de naufragio nudi evadunt, & iterùm navigant ad periculum propter divitias acquirendas *Ser.* 6. *De plurib. Martyr. in med. pag.* 908. *C. tom.* 10.

25. Terrena diliguntur arctiùs adepta, quàm concupita. *Epiſt.* 34. *ad Paulinum, prope med. pag.* 18. *lit. B. tom.* 2.

26. Cujuſcunque rei adipiſcendæ ſpem quiſque non gerit, aut tepidè amat, aut omninò non amat, quamvis quàm pulchra ſit, videat. *Lib.* 10. *de Trin. cap.* 1. *circa med. pag.* 262. *D. tom.* 3.

27. Qui divitias congregat, & acquiſierit, ſi non prævideat, ſtatim in gulæ & luxuriæ foveam cadit. *Serm.* 15. *ad fratres in Eremo, ſub finem, pag.* 931. *A. tom.* 10.

S. BERNARDUS. 28. Per continentiam caſtitas, per ſocietatem charitas, per obedientiam humilitas acquiritur. *Serm.* 25. *de parvis ſermon. in princ. fol.* 120. *col.* 3. *G.*

29. Is in caſſum laborat in acquiſitione virtutum, qui eas alibi, quàm in Chriſto acquirere quærit. *Serm.* 22. *ſup. Cant. in fine, fol.* 151. *col.* 1. *B.*

30. Quamquàm modicum id quod quiſque cum dolore acquiſierit, cum timore poſſederit, certus quidem non ſit, quando cum dolore amittat, certus autem quòd quandoque amittat. *In tract. de diligendo Deo, verbo Dicto, ante med. fol.* 296. *col.* 4. *M.*

31. Satis delicatè ſe palpat, qui vult ſine labore magno, ſtudioque continuo virtutes acquirere. *De Ordine vitæ, ante finem, fol.* 337. *col.* 4. *lit. M.*

32. Si ſapis, ſi habes cor, ſi tecum eſt lumen oculorum tuorum, deſine jàm ea ſequi, quæ & aſſequi miſerum eſt. *Epiſt.* 103. *ad quendam Abbatem poſt med. fol.* 231. *col.* 4. *lit. M.*

33. Divitiæ cum labore acquiruntur, cum timore poſſidentur, cum dolore amittuntur. *In Serm. de quinque negotiat. ante med. fol.* 359. *col.* 1. *lit. A.*

34. Qui deſiderat quod aſſequi non poteſt, miſer eſt. *In lib. de Amore Dei, verbo, Eſt amor, fol.* 51. *col.* 1. *B. in* 2. *volumine.*

BOETIUS. 35. Non vile quiddam, contemnendumque eſt, quod adipiſci omnium ferè mortalium laborat intentio. *Lib.* 3. *de conſol. Phil. Proſa* 2. *poſt med. pag.* 93.

S. BONAVENT. 36. Adeptio veritatis eſt vera ſecuritas. *Sup. Sapient. cap.* 6. *poſt med. pag.* 362. *col.* 2. *lit. B. tom.* 1.

37. Homines omnibus terrenis adeptis, ardentiores ſunt in acquirendo, quorum acquiſitio plus habet fatuitatis, & indigentiæ, quàm ſoliditatis & ſufficientiæ. *Ser.* 3. *Dom.* 3. *poſt Paſcha, ante med. pag.* 112. *col.* 2. *tom.* 3.

38. Avari quantò plura acquirunt, tantò plura appetunt. *In Ser. SS. Petri & Pauli, in med. pag.* 258. *col.* 1. *tom.* 3.

39. Dives divitias non congregat abſque labore, non tenet abſque metu, non deſerit abſque dolore. *Titul.* 8. *Diata, cap.* 1. *poſt init. pag.* 315. *col.* 1. *E. tom.* 6.

40. Si ad terrena adipiſcenda cor inhiat, ſecurum tranquillumque nullatenus eſſe poteſt: quia aut non habita concupiſcit, ut habeat: aut adepta metuit, ne perdat. *In Collat. de contemptu ſeculi, in princ. pag.* 95. *col.* 1. *C. tom.* 7. — S. BONAVENT. & S. GREGORIUS. Lib. 22. Mor. cap. 10.

41. Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri. *In ſpeculo diſcipl. part.* 2. *cap.* 1. *in fine, pag.* 553. *col.* 2. *lit. D. tom.* 7.

42. Parùm eſt, adipiſci aliquid potuiſſe: plus eſt, quod adeptus es, poſſe ſervare. *Epiſt. ad Rogatianum Epiſcop. poſt init. pag.* 16. *col.* 2. *tom.* 1. — S. CYPRIANUS.

43. Quod laborioſè eſt acquiſitum magis diligitur, ac diligentiùs cuſtoditur. *De Perfect. charit. art.* 25. *in med. fol.* 198. *pag.* 1. — S. DIONYSIUS CARTHUS.

44. Signum manifeſtæ damnationis eſt, in hoc mundo ſua beneplacita aſſequi & acquirere. *Epiſt. ad Damaſc. Pap. de morte D. Hieronymi, quæ eſt.* 61. *apud D. Hieron. tom.* 4. *longè ante med. pag.* 350. *D.* — S. EUSEBIUS CÆSARIENS.

45. O fragilitas humana! exiguum eſt quidquid agis propter ſpem æternorum: Quantumlibet acquiſieris, non deſiſtas: quia adhuc ſupereſt, quod requiras. *Hom. de S. Maximo ante finem, apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 578. *col.* 2. *lit. E. edit. Coloniæ* 1618. — S. EUSEBIUS EMISSEN.

46. O quanti & quàm diuturni labores ſubitò pereunt! quanta bona frequenter jàm acquiſita de manu rapiuntur! dùm id quod acquirere ſtudemus, cuſtodire negligimus. *Ibid. Hom.* 4. *ad Monach. circa med. pag.* 581. *col.* 1. *A.*

47. Futura beatitudo acquiri poteſt, æſtimari non poteſt. *Hom.* 2. *ad Monach. ab init. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 580. *col.* 1. *B. edit. Coloniæ* 1618.

48. Quantò quis de gratia acquirere cœperit, tantò plus conetur & delectetur acquirere: ut acquiſitionis lucrum, acquirendi nutriat appetitum. *Ibidem Hom.* 3. *in fine. pag.* 581. *col.* 1. *D.*

49. Hæc eſt ſpiritualium bonorum ratio, ut cùm ea ſummo labore conſtet acquiri, tàm facilè pereant, ut vix poſſit intelligi. *Ibid. Hom.* 8. *ante med. pag.* 585. *col.* 1. *lit. B.*

50. Hîc homo in vita temporali, quantas ſolicitudines, moleſtias, timores, & mille incommoda ſuſtinet pro rebus temporalibus acquirendis! *In Annot. ſup. Pſalm.* 48. *ante med. pag.* 455. *ſectio* 1. — FRANCISCUS TITELMAN.

51. Magnus eſt, qui magna: parvus, non minimus, qui ſaltem poteſt conſequi, ſeu acquirere mediocria. *Sup. Levit. cap.* 3. *in princ.* 925. *B. tom.* 1. — GLOSSA ORDIN.

52. Avarus cùm multa congeſſerit, arctatur, & anxiatur, qualiter acquiſita cuſtodiat. *Sup. Iob. cap.* 20. *col.* 217. *B. tom.* 3.

53. Fraude acquiſita pecunia, animæ damnum, non lucrum addit: imò plus damni eſt in anima, quàm lucri in arca. *Sup. Proverb. cap.* 12. *in fine, col.* 1646. *lit. E. tom.* 3.

54. Gravis labor eſt, hoc cum magna fatigatione apprehendere, quòd is qui apprehendit noverit diu ſtare non poſſe. *Lib.* 6. *Moral. cap.* 7. *poſt init. col.* 184. *lit. C. tom.* 1. — S. GREGORIUS MAGNUS.

55. Si ad terrena adipiſcenda cor inhiat, ſecurum tranquillumque eſſe nullatenus poteſt: quia aut non habita concupiſcit, ut habeat; aut adepta metuit, ne amittat. *Lib.* 22. *Moral. cap.* 10. *in medio, col.* 748. *A. tom.* 1.

56. Sunt nonnulli, qui dùm præſentis mundi gloriam, ejuſdem mundi actionibus adipiſci non poſſunt, ſpeciem ſanctitatis appetunt. *Lib.* 20. *Moral. cap.* 15. *paulò poſt med. num.* 3. *col.* 683. *A. tom.* 1.

57. Omnis curatio, quantò difficiliùs acquiritur, tantò acquiſita cautiùs cuſtoditur. *Sup. Pſalm. Pœnitent. ſeptem, Pſalm.* 1. *verſ.* 3. *in fine, column.* 538. *lit. C. tom.* 2.

58. Qui poſt terrenam poteſtatem, regni cæleſtis gloriam cupit acquirere: ad faciendum lucrum creatori ſuo, debet enixiùs laborare. *Lib.* 9. *in Regiſtro, indict.* 4. *cap.* 59. *Ep.* 59. *ad Aldibergam reginam Anglor. in princ. col.* 1084. *D. tom.* 2.

S. GREGORIUS MAGNUS.

59. Qui anxiè aliquid in hoc mundo adipiſci deſiderat, plerúmque ad cumulum perditionis ſuæ obtinet. *Libr.* 14. *Moral. cap.* 4. *poſt init. colum.* 454. *lit. A.*

60. Omnes hujus ſeculi dilectores, in terrenis rebus acquirendis fortes ſunt, in cæleſtibus debiles. *Proſec.*

61. Nam pro temporali gloria acquirenda, uſque ad mortem deſudare appetunt, & pro ſpe perpetua, ne parùm quidem in labore ſubſiſtunt.

62. Pro terrenis lucris acquirendis, quaſlibet injurias tolerant, & pro cœleſti mercede, vel tenuiſſimi verbi contumelias ferre recuſant.

63. Sæpè nuditatem, dejectionem, famem pro acquirendis divitiis atque honoribus tolerant: & ad quas adipiſcendas, ſe cruciant.

64. Superna autem laborioſè acquirere, tantò magis diſſimulant, quantò ea tribui tardiùs putant. *Lib.* 19. *Moral. cap.* 16. *poſt. init. num.* 25. *col.* 660. *C. & D. tom.* 1.

65. In damno expenditur, quidquid cum peccato congregatur. *Libr.* 9. *in regiſtro indict.* 4. *cap.* 57. *Ep.* 57. *ad Brunichildem Reginam Franciæ, in fine, col.* 1082. *A. tom.* 2. *Proſec.*

66. Si vultis nihil injuſtè perdere, ſummoperè ſtudete de injuſtitia nihil acquirere, nec habere.

S. HIERONYM.

67. Optimè acquiſita cuſtodies, ſi ſemper requiras: damnum parata ſentient, ſi parare ceſſaveris. *Epiſt.* 1. *ad Demetriadem, ante finem, pag.* 25. *lit. A. tom.* 4.

S. HILAR.

68. Rem ſeculi famulus Dei, non ſine ſeculi ipſius vitiis aſſequetur. *Sup. Matth. can.* 19. *ante finem, fol.* 24. *col.* 2.

HUGO A SANCTO VICTORE.

69. Malè acquirere, aut malè uti acquiſitis, de licito facit illicitum. *De clauſtro animæ lib.* 2. *cap.* 5. *in med. pag.* 42. *lit. F. tom.* 2.

70. Duo ſunt, quæ illicitè acquirere ſolent: ſcilicet cupiditas, & ſuperbia: & duo, quæ malè fruuntur acquiſitis: ſcilicet gula, & luxuria. *Ibidem, prope med. pag.* 42. *lit. F.*

71. Citiùs & utiliùs acquiritur bona conſcientia, quàm ſcientia. *Lib.* 3. *de Anima, cap.* 10. *in titulo, pag.* 114. *G. tom.* 2.

HUGO CARD.

72. Cùm multa quis congregaverit, anxiatur qualiter acquiſita cuſtodiat. *Sup. Iob, cap.* 20. *fol.* 405. *col.* 2. *tom.* 1.

73. Divitias virtutum perdit, qui commodum temporale acquirit. *Sup. Proverb. cap.* 12. *fol.* 27. *colum.* 4. *tom.* 3.

74. Multa acquirere, nec ſuperflua pauperibus erogare, avaritia eſt. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 1. *fol.* 16. *col.* 1. *tom.* 7.

IDIOTA.

75. Divitiarum acquiſitio, magni laboris eſt: poſſeſſio, magni timoris: & amiſſio, magni doloris. *De Contemplat. Amoris Divini, cap.* 33. *apud Biblioth. Patrum, tom.* 10. *pag.* 9. *col.* 2. *lit. H. editionis Coloniæ* 1618.

JOAN. CASS.

76. Quidquid per diligentiam acquiritur, poteſt etiam per negligentiam deperire. *In Collat.* 6. *Theodori Abbat. cap.* 16. *ferè in med. pag.* 426.

S. JOAN. CHRYS.

77. Solent ea, quæ labore, & inquiſitione aliqua inveniuntur, magis inſigi menti: ea verò, quæ facilè acquiruntur, citiùs de corde avolare. *Hom.* 32. *ſup. Geneſ. in princ. col.* 260. *A. tom.* 1.

78. Datis per eleemoſinam parvis, adiſpiſcantur magna. *Ibidem, Hom.* 34. *ante med. colum.* 280. *lit. C.*

79. Sicut avaritia acquiſitioni pecuniarum contraria eſt, ſic cupiditas gloriæ ad acquirendam gloriam parùm conducit. *Hom.* 63. *ſup. Matth. ante fin. col.* 529. *B. tom.* 2.

80. Qui plurima in dies conquirit, majore ſiti compulſus, nunquam ad finem deveniet. *Hom.* 64. *ſup. Matth. poſt med. col.* 533. *D. tom.* 2.

81. Inter divites, de acquiſitione fit zelus. *Hom.* 45. *oper. imperfect. ſup. Matth. à med. col.* 1049. *lit. A. tom.* 2.

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

82. Fraude conquirere, injuſtitia eſt: Naaman qui injuſtitiâ acquiſivit, maximum damnum tulit. *Hom.* 23. *in Ep.* 2. *ad Cor. in med. Moralis, col.* 838. *lit. D. tom.* 4.

83. Fraude acquiſita corrumpuntur; & iſta corruptio incorruptibile facit peccatum. *Serm.* 21. *ſup. Ep. ad Epheſ. in Morali ante finem, col.* 1118. *B. tom.* 4.

84. Ditior eſt ille, qui nihil colligens in affluentia multa conſiſtit, & nullius eget, quàm qui per ſingulos dies acquirit, & feſtinat plura colligere, & timet ne aliquid ei deficiat. *Hom.* 17. *ſup. Ep. ad Hebr. ante finem, col.* 1780. *A. tom.* 4.

85. Contemne tua, ſi quæ Dei ſunt aſſequi cupis. *Proſ.*

86. Deſpice terram, ut cœleſte diripias regnum.

87. Quæcunque in terra acquiſieris, ſervilia ſunt: ſi illa deſpicias, in Regia eris illuſtris.

88. Si ea acquiſita deſpiciamus, Deus illa curabit: ſi ea curare velimus, ipſe illa deſpiciet. *Hom.* 10. *ſup. Ep.* 2. *ad Timot. in Morali poſt init. col.* 1596. *lit. B, C, D, tom.* 4.

89. Quantò quis plura acquiſitione congeſſerit, tantò magis ampliora deſiderat. *Hom.* 2. *ſup. Ep. ad Hebr. in fine, col.* 1674. *D. tom.* 4.

90. Perdidiſti auri libras decem millia, age gratias confeſtim Deo, & centum millia acquiſiviſti, per vocem illam, & gratiarum actionem. *Ibidem, Hom.* 20. *in Morali prope med. col.* 1788. *C.*

91. Diſcipuli, quæ acquiſierunt, cuſtodiunt: quæ verò nec dum didicerunt, diſcendo acquirunt. *Ibidem, Hom.* 24. *in Morali ante finem col.* 1812. *lit. B.*

92. Rejicere parva, ubi magna conſequi non vales, extremæ eſt dementiæ. *Ep.* 5. *ad Theodor. lapſ. ante fin. tom.* 5.

S. JOAN CLIM.

93. Cùm procedis, congregata cuſtodi. *Gradu* 27. *de different. quietis, apud Biblioth. Patrum tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 289. *col.* 1. *B.*

S. ISIDORUS HISPALENS.

94. Graviùs torquetur impius acquirendo commoda, quàm juſtus tolerando adverſa. *Lib.* 3. *de Sum. bono, cap.* 59. *Sent.* 2. *pag.* 689. *col.* 2.

LACTANT. FIRMIAN.

95. Certè nullus labor eſt recuſandus, quo id acquiratur, quod nullo modo poſſit amitti. *Lib.* 6. *Divin. inſtit. cap.* 4. *poſt med. pag.* 243.

S. LEO I.

96. Qui non proficit, deficit: & qui nihil acquirit, nonnihil perdit. *Serm.* 8. *de Paſſione Dom. in fine fol.* 47. *pag.* 1.

PETRUS BLES.

97. Ambitio ad magnarum divitiarum acquiſitionem homines excitat, & ſemper hiatus aperit ampliores. *Epiſt.* 14. *ad Sacellanos Regis Angliæ poſt init. apud Bibl. Patrum, tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 712. *col.* 2. *H. edit. Coloniæ* 1618.

98. Cupienti animo nil grave videtur, nil ambitioſo difficile. *Ibidem, circa med. pag.* 713. *col.* 2. *E.*

99. Ambitioſi rerum temporalium acquiſitioni impendunt quidquid ſciunt, quidquid loquuntur, quidquid faciunt. *Ibidem, poſt med. pag.* 713. *col.* 2. *F.*

100. Venari honores, congregare divitias, & in eis quærere voluptatem, commune vitium eſt, & publicæ ambitionis via. *Ibidem, Ep.* 93. *ad Guillelm. Abb. in princ. pag.* 777. *col.* 1. *B.*

101. Honorabilior eſt contemptus honoris, quàm illius adeptio: acquiſiviſſe, fortunæ fuit; fortitudinis, contempſiſſe. *Epiſt.* 93. *ad Guillelm. Abb. in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 777. *col.* 1. *B. edit. Coloniæ* 1618.

PETRUS CELLENSIS.

102. Melior eſt bona cuſtodia acquiſitorum, quàm impenſa opera acquirendorum. *De Panibus, cap.* 14. *ſub finem, apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 657. *col.* 1. *lit. D.*

S. PETRUS DAMIANUS.

103. Curris ad Indiam, Æthiopiam circuis, maria tranſis, & alium orbem tibi aperis navigando, ut congreges. *Proſec.*

S. PETRUS DAMIANUS. 104. Fugis patriam, ignoras filios, divelleris ab uxore & omnium neceſſitudinum oblitus, quæris, ut acquiras: acquiris ut perdas: perdis ut doleas: theſaurizas, & ignoras cui. *Serm. 59. de S. Nicolao, ante med. pag. 289. col. 2. A. tom. 2.*

105. Amatur acquiſita pecunia, amatur nihilominus acquirenda. *Opuſc. 31. cap. 3. ante med. pag. 623. col. 2. D. tom. 3.*

PHILO JUD. 106. Eſt magna ſtultitia, credere ſe aſſecuturum majora, qui ſpe minorum fruſtratus ſit. *De profugis ante med. pag. 629.*

S. PROSPER. 107. Nihil calamitoſius, nihilque miſerius eo, qui iniquis acquiſitionibus ereſcit. *Lib. 2. de vita contempl. cap. 13. ante med. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 64. col. 2. E.*

108. Accipere volumus, non undè vivamus: ſed undè cenſum noſtrum incrementis damnabilibus augeamus. *Ibidem, cap. 14. in fine, pag. 65. col. 1. A.*

109. Qui Domino ſerviunt, ea bona acquirunt, quæ perire non poſſunt. *Sent. 85. apud D. Auguſt. in fine tom. 3. pag. 747. B.*

SALVIANUS. 110. Quantùm tibi copiæ acceſſit, tantùm diſciplinæ receſſit. *Lib. 1. ad Eccleſ. cathol. circa init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 366. col. 1. C. edit. Coloniæ 1618.*

S. THOMAS AQUINAS. 111. Solicitudo eſt in acquirendo, timor in poſſidendo, dolor in amittendo. *Sup. Ep. 1. ad Tim. cap. 6. lect. 2. circa med. fol. 207. col. 3.*

112. Hoc vitium acquiſitionis rerum temporalium, alios moleſtando & defraudando, adeò periculoſum eſt, quò eſt difficile bona ablata reſtitui. *In Opuſc. ſuis Opuſcul. 7. ſup. Pater noſter, Petit. 4. circa med. fol. 40. pag. 2. tom. 1.*

113. Majori labore acquiritur major merces. *Ibid. Opuſc. 9. de 5. præcepto, verbo, Non occides, fol. 63. pag. 2. tom. 1.*

114. Quidquid acquiritur ut poſſideatur, & juſtè poſſideri non valet, malè acquiritur, & malè poſſidetur: & peccatum in acquirente, & poſſidente generat. *In ſuis Opuſc. tom. 1. de Uſuris, cap. 4. poſt med. fol. 76. pag. 2.*

115. Quatuor ſunt genera hominum divitias acquirentium: ſcilicet fallaces, avari, diſcreti & curioſi. *Ibidem, De Diverſ. hominum, circa med. fol. 107. pag. 1.*

116. Quatuor ſunt, quæ divitias acquiſitas deſtruunt: ſcilicet, bellum, guloſitas, ludus & luxuria. *Ibidem, De Scientiis utilioribus, poſt med. fol. 111. pag. 1.*

117. Quatuor ſunt, quæ abſque labore gravi acquiri non poſſunt: ſcilicet, grandis laus, excellens in moribus ſcientia, magnus cenſus, & potentia. *Ibidem, in fine, fol. 112. pag. 1.*

S. VALERIAN. 118. Quantò plus homo laborat, tantò plus acquirit. *Hom. 2. de arcta Vita, poſt med. apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 478. col. 1. lit. D. edit. Coloniæ 1618.*

119. Verè nihil eſt ſtultius, quàm quærere dubia, & acquirere peritura. *Ibid. Hom. 20. de Avaritia, pag. 498. col. 2. E.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 120. Quod cum majore labore acquiritur, magis diligitur. *9. Ethic. & hab. apud Bedam, tom. 2.*

121. Cùm divitiæ in acquiſitione conſiſtere videantur, omnis acquirentium cura circa acquirendum eſt. *Lib. 1. Politic. cap. 6. prope finem, col. 757. tom. 2.*

CICERO. 122. Malè parta, malè dilabuntur. *Orat. 44. Philippica ſecunda, poſt med. num. 66. colum. 845. lit. C. tom. 2.*

PLIN. II. 123. Nihil æquè gratum eſt adeptis, quàm concupiſcentibus. *Libr. 2. Epiſt. 15. ad Valerianum, in princ. pag. 58.*

SENECA. 124. Tolerabilius eſt faciliuſque, non acquirere, quàm amittere. *De Tranquill. animi, cap. 8. poſt init. pag. 529. tom. 1.*

SENECA. 125. Quid magnifici eſt ſe amare, ſibi parcere, ſibi acquirere? *Lib. 4. De Benef. cap. 14. in fine, pag. 439. tom. 2.*

126. Quidquid longa ſeries multis laboribus acquiſivit, id ſæpè unus dies ſpargit ac diſſipat. *Ep. 91. poſt init. pag. 759. tom. 2.*

127. Quidquid avaris non acquiritur, damnum eſt. *Epiſt. 115. ante finem, pag. 858. tom. 2.*

SIXT. PHILOS. 128. Acquire poſſeſſionem animæ firmam, virtutem. *Sent. 69. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 65. col. 1. B. edit. Coloniæ 1618.*

VALER. MAX. 129. Non eſt neceſſaria (quod poteſt pauperes conſolari) ſolidæ laudis cupidini, anxia divitiarum comparatio. *Libr. 4. de dict. memorabilibus, cap. 4. circa med. pag. 177.*

Actio.

DEFINITIO, DIVISIO, PRODUCTIO, COMPARATIO.

S. ATHANAS. ACTUS eſt naturalis cujuſque rei potentia, & motus. *De Definit. circa med. 799. A. tom. 4.*

S. JOANNES DAMASC. Actio eſt naturalis cujuſque rei vis, ac motus. *Lib. 2. de fide Orthod. cap. 23. in princ. fol. 206. pag. 1. lit. D.*

VEL

Actio eſt vis ea, quâ cujuſque rei natura declaratur. *Ibidem.*

SENEC. Rectè factum eſt, quod irritum nulla vis efficit. *Libr. 1. de Benef. cap. 5. in med. pag. 383. tom. 2.*

S. BONAVENT. Actio in tribus debet eſſe circunſpecta, ut ſit meritoria.
{ Primò, an liceat.
Secundò, an deceat.
Tertiò, an expediat. *Lib. 2. de Profectu Religioſ. cap. 9. in princ. pag. 576. colum. 2. lit. D. tom. 7.*

S. BASIL. MAG. Radix actionum corporis, eſt conſilium in corde. *Conc. 1. ſup. Pſ. 1. verſ. 1. pag. 65. tom. 1.*

SENEC. Ex rectis actionibus, verum bonum oritur. *Ep. 23. poſt med. pag. 566. tom. 2.*

S. AUGUSTIN. Sicut nullus hominum agit rectè, niſi divino adjuvetur auxilio: ſic nullus dæmonum agit iniquè, niſi divino eodemque Dei judicio permittatur. *Libr. 20 de Civitate Dei, cap. 1. ante finem, pag. 402. litt. D. tom. 5.*

S. BASIL. MAGN. Quemadmodum ſplendor lucem ſpontè ſequitur, & unguentum fragrans odor: ſic etiam probarum actionum, utilitas neceſſariò comes eſt. *Et habetur apud Joannem Damaſc. lib. 1. Parall. cap. 11. in princ. fol. 11. pag. 2. A.*

S. BONAVENT. Sicut ex otio deſidia gignitur: ita ex actione deſiderium generatur. *Lib. 3. Phaleræ, cap. 24. poſt med. pag. 186. col. 1. B. tom. 6.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Gravius ſcire quid facias, nec feciſſe quod faciendum cognoveris. *Lib. 2. Offic. cap. 2. poſt med. col. 47. A. tom. 1.*

2. Veritatis ea regula eſt, ut nihil facias commendandi tui cauſa, quò minor alius fiat. *Ibidem, cap. 24. circa med. col. 54. A.*

3. In omnibus actionibus, in quibus tibi es benè conſcia, nunquàm audeas eſſe ſecura. *Epiſt. 84. ad Demetriadem, poſt init. col. 675. lit. C. tom. 3. lib. 10. Epiſt.*

4. Cùm in rectis actibus laudabilis vita ducitur, Dei eſt quod geritur. *Ibidem, ante med. colum. 678. lit. D.*

S. ANSELMUS. 5. Si multa bona geſſiſti, & pauca mala, multùm gaude: ſi multa mala, pauca bona, multùm luge. *De Miſeria hominis, circa med. B.*

Digitized by Google

S. ANSELMUS.

6. Qui bonum quod vult facere, ut melius fiat, diſfert: ſi melius bonum eſt, certum eſt: ſi autem minus bonum, dubium eſt: & perdere minus bonum, minus eſt damnoſum, & irrecuperabile. *Profec.*

7. Conſilium eſt, ut acceleret facere bonum minus, ne nimis expectando majus, non faciat majus, nec minus. *Epiſt. 1. ad Holmandum ante finem, D.*

S. ANTONIN.

8. Inanis eſt actio, quam excludit inopia debitoris. *Part. 2. Titul. 1. de vitiis, cap. 3. §. 5. in princ. fol. 12. col. 4.*

9. Hoc valdè glorioſum eſt, cùm aliquis benè agit inter malè agentes, ubi malè agere conſuevit. *Part. 2. Titul. 3. cap. 4. §. 4. in fine, fol. 131. colum. 2.*

10. Quantò quis meliùs operatur, tantò magis mente à Deo illuſtratur, ad cognoſcendam veritatem in eo quod agere debeat. *Part. 3. Titul. 16. cap. 11. §. 3. circa med. fol. 268. col. 4.*

S. AUGUSTIN.

11. Generalis amor actionis, quæ avertit à vero, à ſuperbia proficiſcitur: quo vitio Deum imitari, quàm Deo ſervire anima maluit. *Lib. 6. Muſica, cap. 13. circa med. pag. 283. A. tom. 1.*

12. In quantùm homo rectè agit, in tantùm bonus eſt: in quantùm autem malè agit, in tantùm malus eſt. *Ep. 54. ad Macedonium, in med. pag. 158. lit. C. tom. 2.*

13. Superbia in rectè factis timenda eſt, ne illa quæ laudabiliter facta ſunt, ipſius laudis cupiditate amittantur. *Epiſt. 56. ad Dioſcor. poſt med. pag. 170. lit. C. tom. 2.*

14. Benè agere, & illicita non prohibere, conſenſus erroris eſt. *Ep. 182. ad Bonifac. in princ. pag. 518. D. tom. 2.*

15. Faciat unuſquiſque, quod ſecundùm fidem ſuam piè credit eſſe faciendum. *Ep. 118. ad Januarium, cap. 3. ante med. pag. 360. C. tom. 2.*

16. Si perfunctoriè res ſacra agitur, nihil apud Deum miſerius, & triſtius, & damnabilius. *Ep. 148. ad Valer. in princ. pag. 442. C.*

17. Attende ſolicitè quid agas, vel quid agere debeas; ſi quid faciendum eſt, facias. *De Spiritu & Anima, cap. 51. poſt med. pag. 633. A. tom. 3.*

18. Si bonum eſt, quod agis: attende quantâ oportet devotione adimpleas. *Ibidem.*

19. Sit actus corporis purus, modeſtus, totius expers inſolentiæ & laſciviæ, levitatis & ignaviæ. *Ibid. cap. 62. in med. pag. 641. A.*

20. Si quod rectè vis agere, non potes: fac velis agere quod rectè potes. *De 21. Sententiis, Sent. 21. in med. pag. 438. D. tom. 4.*

21. Nemo meliùs ordinat quid agat, niſi qui paratior eſt non agere, quod divina poteſtate prohibeatur; quàm cupidior agere, quod humana cogitatione meditatur. *De catechiz. rudibus, cap. 14. ante med. pag. 647. A. tom. 4.*

22. Non quid quiſque faciat, ſed quo animo faciat, conſiderandum eſt. *Lib. 2. de Serm. Dom. in monte, circa med. pag. 820. D. tom. 4.*

23. Si ipſa cordis intentio, quâ facis quod facis, quæ tibi nota eſt, ſordidatur appetitu rerum terrenarum, atque cæcatur; quantò magis ipſum factum (cujus incertus eſt exitus) ſordidum, & tenebroſum eſt? *Ibid. paulò poſt med. pag 821. A.*

24. In actione non amandus eſt honor in hac vita (quoniam omnia vana) ſed opus ipſum, quod per eundem honorem fit, ſi rectè atque utiliter fit. *Lib. 19. de Civit. Dei, cap. 19. in med. pag. 395. B. tom. 5.*

25. Benè facere nemo poteſt, niſi elegerit, niſi amaverit quod eſt in libera voluntate faciendum. *Lib. 2. contra lit. Petiliani, cap. 83. ferè in princ. pag. 91. B. tom 7.*

26. Cætera vitia tantùm in malefactis valent: ſola autem ſuperbia, etiam in rectè factis cavenda eſt. *De Natura & Gratia, cap. 27. circa med. pag. 503. lit. A. tom. 7.*

S. AUGUSTINUS.

27. Quando timore pœnæ, non amore juſtitiæ, fit bonum, nondum benè fit bonum: nec fit in corde, quod fieri videtur in opere, quando mallet homo non facere, ſi poſſet impunè. *Lib. 2. contra duas Epiſt. Pelag. cap. 9. ferè in princ. pag. 605. B. tom. 7.*

28. Tota die vis laudare Deum? quidquid egeris, benè age, & laudaſti Deum. *Sup. Pſ. 34. conc. 2. in fine, pag. 178. C. tom. 8.*

29. Omnium actionum humanarum mater, eſt neceſſitas. *Sup. Pſ. 83. circa med. verſ. 5. Beati qui habitant, &c. pag. 362. D. tom. 8.*

30. Quomodo fortis poterit eſſe in faciendo, qui deficit in audiendo? *Sup. Pſ. 93. verſ. 20. Qui fingis laborem in precepto, pag. 727. A. tom. 8.*

31. Non poteſt fieri, ut habeat mala facta, qui habet bonas cogitationes: facta enim de cogitatione procedunt, nec quiſquam poteſt facere aliquid, aut ad aliquid agendum membra movere, niſi primò præceſſerit juſſio cogitationis. *Sup. Pſ. 148. in præfat. poſt med. pag. 1188. lit. C. tom. 8.*

32. Voluntas prona faciendi, reputatur pro opere facti. *De Honeſt. Mulier. cap. 5. poſt med. pag. 723. B. tom. 9.*

33. Apud Deum anima uniuſcujuſque non eſt diſcernenda nobilitate, ſed opere: nec genere, ſed actione. *Serm. 3. de Nativ. & in ord. 7. in fine, pag. 408. D. tom. 10.*

34. Sæpè ſe aliter habet ſpecies facti, & aliter animus facientis. *Lib. 3. Conf. cap. 9. in med. pag. 63. A. tom. 1.*

35. Niſi humilitas omnia quæcunque benè facimus, & præceſſerit, & comitetur, & conſecuta fuerit, jàm nobis de aliquo bono facto gaudentibus, totum extorguet ſuperbia. *Epiſt. 56. ad Dioſcorum, poſt med. pag. 170. tom. 2.*

36. Antè mortem fieri debet, quod poſſit prodeſſe poſt mortem: non tunc, quando recipiendum eſt quod quiſque geſſerit ante mortem. *De cura pro mortuis, cap. 1. in med. pag. 627. A. tom. 4.*

37. Quidquid boni facimus, ſi id meliùs facere poſſemus, à nobis eſt quòd in culmine boni non ſumus. *De vera & falſa pœnit. cap. 8. paulò poſt med. 742. lit. D. tom. 4.*

38. Ea facta, quæ dubium eſt quo animo fiant, in meliorem partem ſunt interpretanda. *Lib. 2. de Ser. Dom. in monte, poſt med. ſup. illud, Matth. 7. Nolite judicare, &c. pag. 825. A. tom. 4.*

39. Si boni aliquid agis, non pro tranſitoriis, ſed pro æternis id age. *De conſl. vit. & virt. cap. 3. in princ. pag. 708. D. tom. 9.*

40. Occulta quod agis, inquantùm vales: quod ſi ex toto non vales, ſit in animo occultandi voluntas, & non erit de oſtentatione ulla temeritas. *Ibidem, ut ante.*

41. In actione cavenda eſt nequitia. *De Agone, cap. 13. in princ. pag. 545. A. tom. 3.*

42. Nihil fit, niſi omnipotens fieri velit: vel ſinendo ut fiat, vel ipſe faciendo. *Profec.*

43. Non dubitandum Deum facere benè, etiam ſinendo fieri quæcunque malè: non enim hoc niſi juſto judicio ſinit; & profectò bonum eſt, omne quod juſtum eſt.

44. Quamvis ea, quæ mala ſunt, inquantùm mala ſunt, non ſint bona: tamen ut non ſolùm bona, ſed etiam ſint & mala, bonum eſt.

45. Nam niſi eſſet hoc bonum, ut eſſent & mala, nullo modo eſſe ſinerentur ab omnipotente bono.

46. Cui proculdubiò quàm facile eſt quod vult facere; tàm facile eſt, quod non vult eſſe, non ſinere. *In Enchirid. cap. 95. in fine & cap. 96. in princ. pag. 131. A. tom. 4.*

47. Intereſt plurimùm, qua cauſa, quo fine, qua intentione aliquid fiat. *Contra mendac. ad Conſentium, cap. 7. ante med. pag. 27. A. tom. 4.*

Digitized by Google

S. AUGUSTIN. 48. Sæpè quid agendum ſit videmus, nec agimus: quia non delectat ut agamus. *Sup. Pſalm.* 118. *Conc.* 8. *ſup. illud, Concupivit anima mea deſiderare*, &c. *pag.* 924. *C. ſub finem, tom.* 8.

49. Vetus homo aut non facit, aut timore facit, quod facit non amore ſanctitatis, non delectatione caſtitatis, temperantiæ, charitatis, ſed timore. *Serm.* 1. *Dom.* 4. *Quadrageſ. & in ord.* 96. *ante med. pag.* 571. *A. tom.* 10.

50. Fac quod in te eſt, age quod potes, & non deficiet tibi auxilium. *Serm.* 17. *ad frat. in Eremo, ante med. pag.* 932. *D. tom.* 10.

51. Nihil proficit benè operari ex coactione, niſi ex voluntate libera faciatis: qui enim benè faciunt coactè, Deo non ſunt accepta, quæ faciunt. *Ibid. Serm.* 34. *poſt med. p.* 960. *D.*

52. Quam ſpem habere poſſunt, qui mala faciunt: cùm illi perituri ſunt, qui bona non faciunt? *Serm.* 1. *de defunct. & in ord.* 38. *ſtatim à med. pag.* 890. *lit. D. tom.* 18.

S. BASIL. MAGNUS. 53. Unaquæque actio aut ad inferna nos deducit, gravans nos per peccatum: [illegible] ad ſuperna levat, alas nobis addens ad Deum. *Conc.* 7. *ſup. Pſ.* 29. *ante med. verſ.* 3. *pag.* 89. *tom.* 1.

54. Divina lex non actionem, ſed cogitationem judicat. *De virginit. poſt med. pag.* 299. *tom.* 2.

V. BEDA. 55. Nil credas actum, cùm quidquam reſtat agendum. *In Proverb. verbo Nil. pag.* 194. *tom.* 2.

56. Niſi actio bona interdùm abſcondatur, à malignis ſpiritibus (velut à latronibus pecunia oſtenſa) auffertur. *De ſubſtantiis ante med. pag.* 203. *tom.* 2.

S. BERNARDUS. 57. Melior eſt in malis factis humilis confeſſio, quàm in bonis factis ſuperba gloriatio. *Ser. de donis Spir. ſancti, capit.* 2. *in fine, fol.* 127. *col* 3. *H.*

58. Quid prodeſt ſcire quid te oporteat facere, ſi non detur & velle facere? quid ſi velis quidem, ſed minimè poſſis? *Serm.* 74. *ſup. Cant. poſt med. fol* 194. *col.* 3. *lit. I.*

59. Voluntas pro facto reputatur, ubi factum excludit neceſſitas. *Ep.* 77. *ad Hugon. de S. Victore, ante med. fol.* 224. *col.* 1. *F.*

60. Quodcunque bonum ita placet, ut ſi rectè fieri non poſſit, placeat tamen fieri eo etiam modo quo fas non eſt, nimis eſt: ac per hoc, jàm quia benè non fit, non eſt bonum. *Epiſt.* 87. *ad Ogerium canon. regul. ante med. fol.* 228. *col* 3. *G.*

61. Quicunque non agit fideliter & ferventer, quodcunque agit, quod propter hoc non agit, ut ſcilicet Deo ſerviatur; in eo quod agit, otiatur. *De vita ſolit. ad frat. de monte Dei, ante med. fol.* 316. *col.* 2. *E.*

62. In omnibus quæ agis, Deum præſentem cognoſce: quia ubique præſens, cernit quidquid facis. *In Medit. cap.* 6. *in fine, fol.* 324. *col.* 1. *B.*

S. BERNARDUS, & S. GREGOR. Lib. 19. Mor. cap 13. 63. Si tu vis proficere, non reſpicias quid mali faciant alii, ſed quid boni facere ipſe debeas. *De ordine vitæ, ſub finem, fol.* 338. *col.* 1. *B.*

S. BERNARDUS. 64. Perit reverà omne quod agitur, ſi non ſolicitè in humilitate cuſtodiatur. *De Interiori domo, cap.* 41. *in fine, fol.* 330. *col.* 4. *lit. k.*

65. Si quod vivis & ſapis, totum das actioni, conſiderationi nihil; laudo te, in hoc non laudo: certè nec ipſi actioni expedit, conſideratione non præveniri. *Lib.* 1. *de conſider. ante med. fol.* 275. *col.* 1. *C.*

66. Non totum te, nec ſemper debes dare actioni, ſed conſiderationi aliquid tui, & cordis & corporis ſequeſtrare. *Ibid. in med. fol.* 275. *col.* 2. *F.*

67. Semper neceſſe eſt, ut cùm bona agimus, mala quæ fecimus ad memoriam reducamus: ut dùm culpam certè cognoſcimus, numquàm de bono opere incauti lætemur. *Serm* 55. *ad Sororem, in princ. fol.* 95. *col.* 1. *A in* 2. *volumine.*

68. Paſſio eſt quandoque ſananda, non actio condemnanda. *Serm.* 49. *in Cant. ſub finem, fol.* 174. *col.* 1. *lit. B.*

S. BERNARDUS. 69. Honeſtæ hominum actiones, non aliter quàm ab honeſto corde procedunt. *Epiſt. ad quendam ante finem, in* 2. *volumine, fol.* 120. *col.* 1. *C.*

70. Diligenter omne quod faciendum erit, tracta apud te, & cum his qui te diligunt: tracta autem ante factum, quia poſt factum ſera retractatio eſt. *Libr.* 4 *de conſid. circa med. fol.* 261. *col.* 1. *C.*

71. Noli præcipitanter agere, diù conſidera, diligentiùs intuere quid agas. *Profec.*

72. Experire quid poſſis, amicos conſule, ne poſt factum pœnitere contingat. *In declamat. ſup. Ecce nos, prope med. fol.* 310. *col.* 4. *lit. K. L.*

73. Quiſque in omni opere ſuo, hoc dicat ſibi ipſi: Si modò moriturus eſſes, faceres iſtud? *In ſpeculo Monach. in princ. fol.* 340. *col.* 3. *H.*

74. Non eſt bonus qui bonum facit, ſed qui inceſſabiliter facit. *Ser.* 20. *ad Sororem, in fine, fol.* 87. *col.* 1. *C. in* 2. *volumine.*

S. BONAVENT. 75. Dulcior eſt concentus actuum, quàm ſonorum. *Expoſ.* 2. *ſup. Pſalm.* 118. *art.* 1. *in Prologo, pag.* 154. *col.* 1. *A. tom.* 1.

76. Nemo dùm aliquid agit, intendit ad malum, ſed tantùm ad bonum, vel ad id quod æſtimat eſſe bonum, etiamſi non ſit ſibi bonum. *Serm.* 7. *de Apoſt. in princ. pag.* 303. *col.* 1. *tom.* 3.

77. Si ceſſet aliquando actus, nunquàm debet tamen ceſſare affectus. *Serm.* 5. *de uno Confeſſ. & in ordin.* 27. *poſt med. pag.* 334 *col.* 2. *tom.* 3.

78. Bona facere non ſufficit, niſi diſcretè, qualiter, quando, ubi, quare agendum fuerit, videatur. *De ſex alis Seraphim. cap.* 7. *poſt init. pag.* 90. *col.* 1. *B. tom.* 7.

79. Diſcretionis eſt, agenda quæque prævia deliberatione metiri, & non agenda cavere. *Prof.*

80. Qui de futuro nihil præmeditatur, omnia incautus incidit. *In Speculo diſcipl. part.* 1. *cap.* 28. *ante med. pag.* 549. *col.* 1. *E. tom.* 7.

81. Quantùm vis, tantùm facis quod expedit, cùm potes: ſed ſi non facis, non vis. *Libr.* 2. *de Prof. Relig. cap.* 23. *in fine, pag.* 585. *col.* 2. *C. tom.* 7.

82. Ex fine dicitur actus bonus, vel malus. *Libr.* 5. *de Compend. Theol. verit. cap.* 14. *in princ. pag.* 756. *col.* 1. *D. tom.* 7.

83. Si in actionibus finis primus ponatur Deus, & finis ultimus, aliquod temporale, perverſiſſimum eſt. *Ibidem, in fine, pag.* 756. *col.* 2. *A.*

S. CÆSARIUS ARELATENS. 84. Quidquid inviti atque compulſi facimus, noverimus nos ex eo non ſolùm non habere profectum, ſed maximum detrimentum. *Hom.* 28. *ante med. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 775. *col.* 2. *F. edit. Coloniæ* 1618.

S. CYRILLUS ALEXAND. 85. Splendida & admiranda ſunt, quæ ex ingenii ſolertia patrantur egregiè facta. *Hom.* 22. *poſt init. pag.* 326.

DIONYS. CARTHUS. 86. Quemadmodum unum peccatum trahit aliud, ſic una actio virtuoſa diſponit & trahit aliam. *Sup. Epiſt. ſecund. Petri cap.* 1. *art.* 1. *poſt med. fol.* 37. *lit. D.*

S. EUSEBIUS EMISSENUS. 87. Quod agere ſub Præpoſitorum præſentia veremur, ſub Dei oculis committere non timemus. *Hom.* 5. *ad Monach. ſub finem, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 583. *col.* 2. *F.*

88. Maximè ſtudeamus, ut illa quæ in honorem Dei agimus, cum claro agamus animo, cum fidei gaudio, & cum bono devotæ voluntatis affectu. *Ibidem, Hom.* 6. *ante med. pag.* 583. *col.* 2. *H.*

89. Ante omnia caveamus, ut quod nobis agere neceſſe eſt, non agamus inviti. *Ibidem, Hom.* 6. *poſt med. pag.* 585. *col.* 2. *G.*

GLOSS. ORDIN. 90. Omnis actio temeritate & negligentia vacare debet. *Sup. Levit. cap.* 2. *col* 924. *lit. D. tom.* 1.

GLOSSA INTERL. 91. Terrena actio priuſquàm habeatur, fortiter amatur, antequàm fœda cognoſcatur. *Sup. Deuter. cap.* 24. *col.* 1602. *lit. E. tom.* 1.

Digitized by Google

GLOSS. ORD.

92. Quamò meliora agimus, & in optimis converſamur; tantò dæmonibus hæc graviora efficiuntur. *Sup. Joſue cap. 19. col. 124. E. tom. 2.*

93. Quidquid inordinatè agitur, meritum perfectionis amittit. *Proſ.*

94. Quæ enim in honorem ſummi Regis agimus, neceſſe eſt diſcretione judicii, quandò, vel quantùm ſint agenda diſtinguamus. *Sup. 1. Eſdræ, cap. 3. ſup. illud, Singulis per ordinem, col. 1291. lit. B. tom. 2.*

95. Omne bonum, quod facimus, præveniente gratia ſancti Spiritus incipimus, & eadem comitante perficimus. *Ibidem cap. 6. col. 1311. A.*

96. Quidquid boni facis, cum hilaritate fac, & tunc benè facis: ſi autem cum triſtitia facis, fit de te, non tu facis. *Sup. Epiſt. 2. ad Cor. cap. 9. ſup. illud, Hilarem datorem. col. 423. lit. A tom. 6.*

97. In re quæ diſplicet, magna eſt conſolatio, ſi eo ordinante agitur, cui nil, niſi juſtum, placet. *Sup. Job. cap. 1. col. 34. lit. D. tom. 3.*

GLOSSA INTER.

98. Fortia facta Patrum, documenta ſunt filiorum. *Sup. Iudith. cap. 8. col. 1577. lit. B. tom. 2.*

GLOSS. ORD.

99. Non eſt purus, qui mala ageret, ſi liceret. *Sup. Job. cap. 9. in calce col. 134. lit. D. tom. 3.*

GLOS. INTER.

100. Non debet extolli in his, quæ agit, qui neſcit quomodo huc venit, vel quomodo, vel quando exibit. *Sup. Job. cap. 38. col. 315. lit A. tom. 3.*

GLOSS. ORD.

101. Catholicus Deum timens, omnia agit doctorum conſilio, & Scripturarum documento. *Sup. Eccl. cap. 32. col. 2136. lit. D. tom. 3.*

102. Neceſſe eſt, ut non ſolùm intueamur quod agimus, ſed qua diſcretione agimus. *Sup. Hieremiam. cap. 48. col. 873. lit. A. tom. 4.*

103. Si pura intentione, quæ potes, bona agis, opera ſunt lucis, etiamſi non ita hominibus videatur: ſi autem perverſa intentio eſt, pravum eſt quidquid agitur, etſi videatur rectum. *Sup. Matth. cap. 6. in illud, Si fuerit oculus tuus ſimplex, &c. col. 136. lit. F. tom. 5.*

104. Nihil eſt medium; quidquid enim agis, aut ex amore Dei, aut ex ſervitute diaboli. *Ibidem cap. 6. ſup. illud, Aut unum odio habebit, &c. col. 138. lit. D.*

GLOSS. INT.

105. Tantùm boni quis facit, quantùm intendit: tantùm quoque mali, quantùm intendit. *Ibid. ut ante. cap. 12. col. 228. lit. D.*

106. Omne quod agimus, prævenire per ſtudium conſiderationis debemus. *Sup. Luc. cap. 14. col. 900. lit. E. tom. 5.*

GRATIANUS.

107. Nihil agat quiſquam abſque determinatione, nil præſumptivè aſſumat abſque conſilio, ut vitium præſumptionis videatur improbatum, non officium charitatis. *Part. 2. cauſa 9. queſt. 3. in fine Can. Per. fol. 200. col. 3. Citat Martinum Papam, edit. Lugdun. 1540.*

S. GREGOR. MAGN.

108. Nullum eſt bonum quod foris agitur, ſi non pro eo intùs, ante Dei oculos innocentiæ victima in ara cordis immolatur. *Lib. 1. Mor. cap. 20. poſt med. col. 22. lit. C. tom. 1.*

109. Omni cura ſervandus eſt à malitiæ pulvere oculus cordis, ne hoc quod in actione rectum hominibus oſtentat, apud ſemetipſum per vitium pravæ intentionis intorqueat. *Proſ.*

110. Curandum itaque eſt, ne bona noſtra pauca ſint, curandum ne indiſcuſſa; ne aut pauca agentes, inveniamur ſteriles: aut indiſcuſſa relinquentes, vecordes. *Ibidem.*

111. Incaſſùm bonum agitur, ſi ante terminum vitæ deſeratur: quia fruſtrà velociter currit, qui priuſquam ad metas veniat, deficit. *Ibidem cap. 21. in princ. num. 41. col. 23. lit. C. tom. 1.*

112. Benè cœpta cunctis diebus agenda ſunt, ut cùm malum pugnando repellitur, ipſa boni victoria, conſtantiæ manu teneatur. *Ibid. ut ante, col. 23. lit. D.*

113. A qualitate temporis, finis exprimitur actionis. *Ibid. lib. 2. cap. 2. ante med. col. 25. lit. A.*

114. Sæpè dùm quis plus juſto vigilantem ſe in actione exhibet, ipſa actionis ſuæ inquietudine rebus ſubditis pejùs nocet. *Ibid. cap. 26 circa init. n. 35 c 54. lit. C.*

S. GREG MAG.

115. Difficile eſt quempiam magna agere, & apud ſemetipſum de magnis actibus cogitationum fiduciam non habere. *Ibid cap. 27. poſt med. num. 39. col 58. D.*

116. Ille veram orationem Deo exhibet, qui bona, quæ agit, eſſe de miſericordia conditoris cognoſcit. *Ibid. cap. 27. ante finem num. 40. col. 59 lit. C.*

117. Magna vecordia eſt, laborioſa agere, & auræ laudis inhiare. *Lib. 8. Moral. cap. 25. in princ. col. 277. lit. A.*

118. Preci innitendum eſt, cùm recta agimus: ut omne quod rectè vivimus ex humilitate condiamus. *Lib. 9. Moral. cap. 11. ante med. col 305. lit. A. tom. 1.*

119. Tantò quiſque minùs judicem trepidat, quantò in bonis actibus ſolidiùs ſtat. *Lib. 10 Moral. cap 11. poſt med. num. 18 col. 360. lit. B. tom. 1.*

120. Sæpè nonnulli à pravis actibus exire cupiunt, ſed quia eorumdem actuum pondere premuntur, in malæ conſuetudinis carcere incluſi, à ſemetipſis exire non poſſunt. *Lib. 11. Moral. cap. 5. in med. col. 378. lit. B. tom. 1.*

121. Valdè laborioſum eſt cuſtodire, ne mala homo facere audeat, ne in bonis actibus per intentionem titubet; & inter recta opera, ſiniſtra eum cogitatio illudat. *Ibid. cap. 25. ante med col. 397. lit. D.*

122. Omne quod hîc agitur, pœna & miſeria eſt. *Ibid. cap. 26. poſt init. num. 26. ſup. illud Iob. 14. Brevi vivens tempore. col. 399. lit. D.*

123. Actionum meritum, præteritis vitæ qualitas nullatenùs probat. *Lib. 14. Moral. cap. 3. propè init. num. 3. col. 453. lit. B. tom. 1.*

124. Plerumque ex actione ſecularium, confunditur vita Religioſorum. *In Præfat. Moralium. cap. 2. in princ. tom. 1.*

125. Operatur, qui agit bonum quod præcipitur: ſed quod operatus fuerit, non cuſtodit ille, cui hoc ſubrepit quod prohibetur. *Lib. 19. Moral. cap. 13. in princ.*

126. Ille benè agit quæ pia ſunt, qui ſcit priùs ſervare quæ juſta ſunt. *Ibidem cap. 14. ante med. col. 654. lit. C.*

127. Plerumque quem ſanctum bona actio oſtentat, oborta terreni commodi occaſio examinat. *Lib. 20. Moral. cap 15. poſt med col. 683. lit. D. tom. 1.*

128. Qui magna agit (quamvis de ſe humilia ſentiat) ſcit tamen magna eſſe, quæ agit: nam ſi magna eſſe neſcit, ea proculdubiò minimè cuſtodit: quæ dùm cuſtodire negligit, aut in eis minùs proficit, aut ea ſubditus amittit. *Lib. 26. Moral. cap. 28. poſt med. num. 37. col. 891. lit. B. tom. 1.*

129. Amicus veritatis, eſt rectæ amator actionis *Lib. 27. Moral. cap. 8. in princip. col. 907. lit. B. tom. 1.*

130. Tantùm debet actionem populi actiò tranſcendere Præſulis, quantùm diſtare ſolet à grege vita Paſtoris. *In Paſtor. part. 2. cap. 1. in princ. col. 1237. lit. C. tom. 1.*

131. Per momenta temporum, ſæpè merita mutantur actionum. *Lib. 28. cap. 6. poſt med. num. 12. col. 951. lit. C.*

132. Solerter animus ante actionis ſuæ primordia, cuncta debet adverſa meditari. *Lib. 5. Moral. cap. 31. poſt med. num. 32. col. 173. lit. D. tom. 1.*

133. Unaquæque actio intentionem ſuam, quaſi intuentem ſequitur. *Lib. 28. cap 6. poſt med. col. 952. lit. C.*

134. Bonum quod agimus, & Dei eſt, & noſtrum; Dei, per prævenientem gratiam: noſtrum, per obſequentem liberam voluntatem. *Lib. 33 Mor. cap. 20. ante finem, num. 26. col. 1153. lit. A. tom. 1.*

135. Rectè offertur, cùm recta intentione quid agitur. *Proſ.*

136. Qui agere diſſimulat, etiam rectè offerens, peccat. *Lib. 3. Moral. cap. 10. ſtatim à med. col. 72. lit. A. tom. 1.*

137. Plerumque ſi ſcimus bona quæ agimus, ad

Digitized by Google

elationem ducimur: ſi neſcimus, minimè ſervamus. *Proſ.*

S. Gregor. Magnus. 138. Sed contra utraque quid ſupereſt, niſi ut recta quæ agimus, ſciendo neſciamus, ut hæc recta æſtimemus, & minima?

139. Quatenus & ad cuſtodiam ſenſificet animum ſcientia rectitudinis, & in tumorem non elevet æſtimatio minorationis. *Lib. 9. Moral. cap. 13. in princ. col. 307. lit. D. tom. 1.*

140. Omnis homo per id quod malè agit, quid ſibi aliud, quàm conſcientiæ ſuæ carcerem facit? ut hunc animi reatus premat, etiamſi nemo exteriùs accuſet. *Lib. 11. Moral. cap. 5. circa med. col. 378. lit. B. tom. 1.*

141. Magnoperè oportet & bona ſemper agere, & ab ipſis nos bonis actionibus cautè in cogitatione cuſtodire: ne ſi mentem elevant, bona non ſint, quæ non authori militant, ſed elationi. *Lib. 19. cap. 12. in fine, num. 17. col. 652. lit. A. tom. 1.*

142. Cùm ab externis actionibus mens ſopitur, tunc pleniùs mandatorum Dei pondus agnoſcitur. *Lib. 23. Moral. cap. 12. in princ. num. 20. col. 783. lit. C. tom. 1.*

143. Reproborum eſſe proprium ſolet, ſemper prava agere, & nunquàm quæ egerint retractare. *Proſ.*

144. Omne enim quod faciunt, cæca mente pertranſeunt, factumque ſuum, niſi cùm puniti fuerint, non agnoſcunt. *Lib. 24. Moral. cap. 4. poſt med. col. 831. lit. C. tom. 1.*

145. Nequiſſimorum facta, nequiores perverſis patrociniis tuentur. *Lib. 33. Moral. cap. 4. ante med. col. 1130. lit. B. tom. 1.*

146. Quidquid ſuperbia invadente agitur, etiamſi eſſe virtus oſtenditur, non per hoc Deo, ſed ſoli vanæ gloriæ ſervitur. *Lib. 34. Mor. cap. 18. poſt init. num. 18. col. 1191. lit. A. tom. 1.*

147. Quò ampliùs res virtutis ſine humilitate agitur, eò latiùs ſuperbia dominatur. *Ibidem.*

148. Cuncta quæ ab aliis benè geruntur, ſuperbo diſplicent, & ſola ei quæ ipſe, vel pravè egerit, placent. *Proſ.*

149. Semper aliena opera deſpicit, ſemper miratur quæ ipſe facit.

150. Quia & quidquid egerit, egiſſe ſe ſingulariter credit. *Ibidem ut ante, lit. B.*

151. Fiducia magnæ ſecuritatis, eſt ſimplicitas actionis. *In Paſtor. part. 3. cap. 1. Admonit. 12. poſt med. col. 1271. lit. C. tom. 1.*

152. Mentis oculus non recta quæ agit, ſed quæ agere negligit, aſpiciat. *In Paſtor. part. 4. cap. 1. poſt med. col. 1324. lit. C. tom. 1.*

153. Qui bona agere videtur, & per hæc non Deo, ſed hominibus placere deſiderat; intentionis ſuæ faciem deorſùm premit. *Hom. 4. ſup. Ezech. ante finem, ſup. illud, Et facies eorum &c. col. 91. lit. C. tom. 2.*

154. Non eſt magni meriti, ſi quid foris agatur in corpore: ſed magnoperè penſandum eſt, quid agatur in mente. *Ibid. Hom. 10. longè poſt init. col. 156. lit. C.*

155. Miranda actio cum elatione, non elevat, ſed gravat. *Hom. 7. ſup. Evang. in fine. col. 341. lit. D. tom. 2.*

156. Qui perverſis actionibus aſſuetus, operibus iniquitatis invigilat, nequaquàm dignus eſt exauditione, cùm orat. *Sup. Pſ. 5. in fine verſ. 1. col. 586. lit. A. tom. 2.*

157. Non ſufficit benè velle, niſi ſequatur, & facere. *Sup. Pſalm. 7. verſ. 6. in princ. col. 629. lit. A. tom. 2.*

158. Neceſſe eſt ut cùm bona exteriùs agis, hæc interiùs cum magna cautela cuſtodias: ne appetitus placendi hominibus ſubrepat, & omnis labor boni operis incaſſùm fiat. *Lib. 2. in Regiſt. indict. 11. cap. 43. epiſt. 4. ad Boniſac. Epiſc. Rheguinſ. in med. col. 712. lit. D. tom 1.*

159. Omnipotenti Deo reus eſt, qui in omni quod agit purus non eſt. *Ibidem. cap. 100. epiſt. 61. ad Mauritium Auguſtum. in princip. column. 742. lit. A.*

160. Sæpè mala actio præſidentis, valdè nocet ſubditis. *Lib. 6. in Regiſt. indict. 15. cap. 171. Epiſt. 7. ad Mauritium Patricium, poſt med. col. 869. lit. B. tom. 2.* S. Gregor. Magnus.

161. Ubi prava eſt actio, inanis fit oratio. *Lib. 9. in Regiſt. indict. 4. cap. 45. Epiſt. 45. Univerſis Epiſcop. Siciliæ, circa med. col. 1074. lit. D. tom. 2.*

162. Quidquid foris futurum eſt in opere, intùs jam factum eſt in prædeſtinatione. *Lib. 28. Moral. cap. 6. longè poſt init. num. 9. col. 944. lit. C. tom. 1.*

163. Neceſſe eſt, cùm res bona agitur, ut priùs ejus elatio in corde vincatur, ne amaros nequitiæ fructus producat. *Lib. 23. Moral. cap. 5. in fine, column. 774. lit. A.*

164. Dùm mala agere quiſque cœperit, uſu jam deteriùs in hoc quod inchoaverat excreſcit. *Lib. 15. Moral. cap. 5. paulo ante med. num. 4. col. 991. lit. B. tom. 1.*

165. Apud Deum non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur. *Lib. 1. in Regiſt. Indictione 9. cap. 72. Epiſt. 72. ad Gennadium Patricium. circa med. col. 682. lit. D.*

166. Cuſtodienda eſt munditia corporis in ſtudiis bonæ actionis. *Lib. 7. in Regiſt. indict. 2. cap. 126. epiſt. 126. ad Recharedum Regem Viſigothorum, poſt med. col. 1002. lit. B. tom. 2.*

167. Facite quod Dei eſt, & Deus faciet quod veſtrum eſt. *Ibidem lib. 9. indict. 4. cap. 57. epiſt. 57. ad Brunichildem Reginam Francorum, paulo ante med. col. 1082. lit. A. tom. 2.*

168. Magna quæ aguntur, quandoque propter humilitatem ſunt celanda. *Lib. 5. in 1. Regum. cap. 1. poſt init. ſup. illud, Patri ſuo hoc ipſum non indicavit. col. 1522. lit. B. tom. 2.*

169. Tunc benè agere magna quiſque nititur, cùm ea quæ agit, pandere ad oſtenſionem vitat. *Ibid. lib. 5. cap. 4. longè poſt init. col. 1525. lit. B.*

170. Sunt nonnulli, qui idcircò bona facere ſtudent, ut gratiam alienæ operationis obnubilent: nec paſcuntur bono quod faciunt, ſed laude boni, qua cæteros premunt. *Lib. 1. Dialog. cap. 10. ante med. col. 1346. lit. A. tom. 1.*

171. Sanctorum actio ab omni parte circumſpecta eſt, bona deſiderabiliter providens, mala ſolerter cavens. *Hom. 7. ſup. Ezech. non longè ab init. col. 112. lit. D. tom. 2.*

172. Plerumque fit, ut hoc quod cauſa Dei agi creditur, pro ſolis humanis favoribus agatur. *Hom. 32. ſup. Evang. ante med. col. 463. lit. B. tom. 2.*

173. Cùm bona agis, ſemper ad memoriam mala acta revocate: ut dum cautè culpa conſpicitur, nunquàm de bono opere incautè animus lætetur. *Ibidem, Hom. 7. ante finem, col. 341. lit. B. tom. 2.*

174. Omnia age blandè & dulciter, ut & actio tua diſtricta ſit, & lingua mitis. *Lib. 5. in Regiſt. indict. 14. cap. 133. epiſt. 33. ante finem, col. 844. lit. B. tom. 4.*

175. In omni quod agis, inſpectorem cordis appete habere placatum. *Ibidem lib. 8. ind. 3. cap. 36. Epiſt. 36. ad Maximum Epiſc. Salonitan. circa med. col. 1025. lit. B. tom. 2.*

176. Præpoſitorum actio, ſubjectorum magna ſolet eſſe monitio. *Ibidem lib. 12. ind. 6. cap. 8. epiſt. 8. ad Brunichildem Reginam Francor. in princip. col. 1127. lit. D.*

177. Quiſquis nititur magna agere, hæc benè penſare novit, ſi ſemper ſtuduit divinis laudibus imputare. *Lib. 5. in 1. Regum, cap. 4. longè ante med. col. 1530. lit. C. tom. 2.*

178. Pleraque facienda ſunt, ſed utiliùs fiunt ſi congruo tempori reſervantur. *Ibidem poſt med. col. 1547. lit. D.*

179. Deo acceptum eſt, quidquid fit pro viribus. *Orat. 10. in funere S. Baſilii in fine, pag. 108.* S. Gregor. Nazian.

180. Actio ſpeculationis eſt fundamentum. *Orat. 18. de ſtatu Epiſcopali, ſub finem, pag. 165.*

S. GREGOR. NAZ.

181. Hæc actionis eſt natura: agetur, noo aget: immò ſtaom ut acta fuerit, deſinet. *Lib. 5. de Theologia poſt init. pag. 270.*

182. Quod invitè fit, ſtatim moleſtiam affert: quod autem ſpontè, ſatietatem noo admittit, ſed ſemper & graoa & deſiderio vireſcit. *Et habetur apud D. Ioan. Damaſcen. lib. 1. Parall. cap. 58. in med. fol. 33. pag. 1. lit. A.*

S. GREGOR. NYSSEN.

183. Virtutis actio nutrit laborem, vireſque auget. *De vita Moyſi. longè poſt med. col. 151. lit. C.*

S. HIERON.

184. Nequaquam conſiderea quid alii mali faciant, ſed quid boni tu facere debeas. *Epiſt. 4. ad Ruſtic. poſt med. pag. 47. lit. A. tom. 1.*

185. Prudens novit id decere, quod faciat. *Epiſt. 16. ad Principiam. circa med pag. 119. lit. B. tom. 1.*

186. Illud non benè fit, quod occupato animo fit. *Epiſt. 32. ad Paulinum in fine, pag. 198. lit. C. tom. 3.*

187. Ad omnia quæ tibi agenda ſunt, regaliter age, quia Deus tecum eſt. *In quæſt. ſup. libros Regum longè ante med. pag. 234. lit. C. tom. 3.*

188. Conſummatæ ſapientiæ eſt, ſcire quid, quo inſequaris modo, & ad omnem actum præferendo conſilium, nihil facere quod feciſſe pœniteat. *Epiſt. 1. ad Demetriadem, longè poſt med. pag. 22. lit. D. tom. 4.*

189. Melius eſt parva bona cum charitate facere, ſine ſcientia, quàm magnis effulgere virtutibus cum admixoone diſcordiæ. *In Regula Monachorum, cap. 24. ante med. pag. 291. lit. B. tom. 4.*

190. Age, cave, curre, feſtina: Age, ut proficias: cave ne quod accepiſti bonum, incautua & oegligens cuſtos amittas: curre, ut non negligaa: feſtina, ut celeriùs comprehendas. *Ibid. cap. 30. in fine, pag. 295. lit. A.*

191. Nihil tàm facile eſt, quin difficile fiat, quod invitus facias. *Lib. 7. in Ezech. in princ. proœmii. pag. 445. lit. B. tom. 5.*

192. Nihil eſt deterius, & omni vento inanius eo, cui nihil placet, niſi quod ipſe fecerit. *Super Eccleſiaſten. cap. 6. ſup. illud. Melior eſt aſpectus oculorum, pag. 80. lit. C. tom. 7.*

193. Quidquid boni agimos, à Deo deputatur eſſe: & quidquid mali facimus, à nobis eſt. *Sup. Pſ. 25. verſ. 7. Ut audiam vocem laudis, pag. 36. lit. B. tom. 8.*

194. Omnis boni operis ſinia ſemper eſt expectandua: qoia ſicut factum inviti acceptum noo eſt: ita voluntas infructuoſa eſt, habenobus eam ſine facto. *Sup. Ep. 1. ad Cor. cap. 8. ſup. illud, Nunc verò & facto perficite, pag. 137. lit. B. tom. 9.*

S. HILARIUS.

195. Nihil diſſoluto animo, nihil incurioſo agendum eſt. *Sup. Pſalm. 118. poſt med. fol. 51. col. 3.*

196. Plus metit conſcientia, quàm geſta: hæc manum replent, manipulos verò illa ſinu colligit. *Sup. Pſ. 128. poſt med. fol. 94. col. 2.*

HUGO A SANCTO VICTORE.

197. Oculus actionum, intentio eſt. *In Pſal. 24. cap. 33. pag. 44. lit. B. tom. 1.*

198. Sine periculo via actionum curritur, cùm intentio animi charitate duce gubernatur. *Ibidem.*

199. Omnis actio, quæ ſine devotione eſt, mortua eſt. *Hom. 1. ſup. Eccleſiaſtem. poſt med. pag. 59. lit. H. tom. 1.*

200. Quod expedit & decet, illud fiat: quod expedit ad meritum, quod decet ad exemplum. *De quæſt. circa Ep. 2. ad Cor. quæſt. 22. pag. 313. lit. G. tom. 1.*

201. Quiſquis in eo quòd benè agit, intumeſcit: eo ipſo tramite, quo proficit, cadit. *In Regul. D. Auguſt. cap. 2. poſt med. ſup. illud Regula, Nec extollantur, &c. pag. 7. lit. C. tom. 2.*

202. Sine ordine, præſumpoo eſt actio: ſine actione, negligentia eſt ordo: ſine ſcienoa, actus reprehenſibilis eſt, & ordo inuoilia. *In cap. 3. cæleſt. Hierarch. lib. 4. prop. init. ſup. illud Rom. 13. Quæ à Deo ordinata ſunt, pag. 362. lit. G. tom. 1.*

203. Valdè ſolicitua debet eſſe quiſque in bono opere, ut in cunctis quæ agit, ſemper cogitet de extremo fine. *In Regulam D. Auguſt. cap. 11. circa med. pag. 18. lit. D. tom. 2.*

HUGO A SANCTO VICTORE.

204. Stude in iis quæ benè agis, per cuncta irreprehenſibilis apparere. *De Inſtit. Novitior. cap. 10. in princ. pag. 22. lit. H. tom. 2.*

205. Bonum operando ſummum bonum non meretur, niſi is ſolùm, qui id quod facit bonum, propter ſummum bonum operatur. *Profec.*

206. Vis mereri Deum? fac quod facis propter Deum. *De Sacram. lib. 2. part. 13. cap. 11. prope init. pag. 490. lit. E. tom. 3.*

HUGO CARDIN.

207. Nihil facias, undè poſteà pœniteas. *Sup. Sophoniam, cap. 3. fol. 210. col. 1. Myſtice, tom. 5.*

JOANN. CASS.

208. Ea quæ bono inioo fecerimus, obſervatione ſimili cuſtodire nitamur; ne omnes laborum noſtrorum fructus, poſteà irrepens cenodoxiæ morbus evacuet. *Lib. 11. de Spirit. cenodoxia, cap. 18. prope med. pag. 254.*

209. Noo magis res ipſa quæ geritur, quàm gerentis penſatur affectus. *In collat. Abbat. Ioſeph. cap. 20. ſub finem, pag. 709.*

S. JOANNES CHRYSOST.

210. Quidquid pro anima tua feceris, hoc eſt tuum: quod autem non feceris, perdidiſti. *Hom. 15. operis imperf. ſup. Matth. poſt med. col. 846. lit. C. tom. 2.*

211. In omni actu ſive corporali, ſive ſpirituali, agendi virtus ſpes eſt præmii futuri. *Ibidem Hom. 42. ante med. col. 1036. lit. D.*

212. In nomine ſimpliciter Chriſti aliquid agere, ſeductorum eſt: ſed in virtute Chriſti, & in ſpiritu ejus, ſanctorum eſt. *Ibidem, Hom. 46. in fine, col. 1075. lit. A.*

213. Quidquid homo contra naturam ſuam agit, pigriùs agit. *Hom. 54. oper. imperfect. ſup. Matth. in med. col. 1132. lit. D.*

214. Ubi quid gloriæ cauſa geritur, omnia manent vilia. *Hom. 4. in Acta Apoſtol. in fine, col. 474. lit. C. tom. 3.*

215. Quod olim rarum erat, & vix fiebat, id ounc perquàm liberaliter fit. *Ibid. Hom. 19. ante med. col. 575. lit. A.*

216. Omne quod ex neceſſitate fit, minuit mercedem. *Hom. 19. ſup. Epiſt. 2. ad Cor. circa init. ſup. illud, Hilarem datorem diligit Deus, col. 811. lit. D. tom. 4.*

217. Nihil ſic eſt diabolicum, ſicut quippiam ad oſtentationem facere. *Ibid. Hom. 24. circa init. col. 840. lit. D.*

218. Rectè facta, ut humana oon ſint, divino indigent auxilio. *Serm. 1. ſup. epiſt. ad Philip. poſt med. col. 1126. lit. B. tom. 4.*

219. Nihil ita rectè facta evacuat, & in ventum redigit, ſicut memoria bonarum operaoionum: nam duo mala parit, ſegniorea facit, & in arrogantiam extollit. *Ibid. ſerm. 12. in princ. col. 1203. lit. B.*

220. Nihil probia actibus dulciua, nihil ſuavius, nihil jucundius. *Hom. 4. ſup. epiſt. ad Titum, in fine moralit, col. 1626. lit. A. tom. 4.*

221. Qui non vivit in timore, rectè illum agere difficile eſt. *Hom. 15. ad popul. Antiochen. poſt. init. col. 137. lit. D. tom. 5.*

222. Nullus actus, niſi cogitatione præcurrente, conficitur. *Serm. de levium peccatorum periculis, circa med. col. 833. lit. C. tom. 5.*

223. Nihil temerè, nihil ſtultè, ſed omnia recto raoonia judicio exequenda ſunt. *In libro contra Gentiles longe ante med. col. 1045. lit. A. tom. 5.*

224. Feciſti aliquid boni? Cela iſtud, ut Dominus tuus videat, & ipſe laudet: quod ſi jactanter aliquid boni feceris, gloriam ab hominibus recepiſti. *Hom. 2. in Pſ. 50. in med. col. 744. lit. D. tom. 1.*

225. Facere quod neceſſitare debea vel cogeris, hoc non eſt modeſtiæ, ſed debiti. *Hom. 33. ſup. Gen. in fine, col. 277. lit. C. tom. 1.*

226. Impoſſibile eſt, bonum aliquod rectè quempiam agere, noo habita ſuperna gratia. *Hom. 25. ſup.*

Digitized by Google

Gen. ante finem, ſup. illud Geneſ. 8. Et relictus eſt ſolus Noë, col. 198. lit. A. tom. 1.

S. Joannes Chryſoſtom.

227. Tunc tribuitur quod optatur, ſi bonos actus morum probitas comitetur. *Serm. de Moyſe poſt med. col. 569. lit. D. tom. 1.*

228. Ex actionum eminentia nata eſt ſuperbia. *Hom. 3. de verbis Iſaya, poſt med. col. 818. lit. B. tom. 1.*

229. Nunc illud maximè multis dignum eſt lachrymis, quia cùm multi ſint mali, non pudet eos malè agere. *Hom. 82. ſup. Matth. à med. col. 661. lit. C. tom. 2.*

230. Qui malè agit & cogitat, diabolum videt; quia omne malum, diaboli eſt figura. *Hom. 9. oper. imp. ſup. Matth. poſt med. col. 799. lit. D. tom. 2.*

231. Ubi res agitur glorioſa, ibi faciliùs locum invenit gloriationis occaſio. *Ibid. Hom. 13. ante med. col. 827. lit. A.*

232. In omni actu carnali diabolus fraudem facere poteſt, in ſola conſcientia non poteſt fieri dolus. *Ibid. poſt med. col. 830. lit. D.*

S. Joan. Clim.

233. Magnus ille quidem eſt, qui nihil quod factu poſſibile fuerit, facere omiſit: major autem, qui per humilitatem, etiam quæ ultra vires ſunt, agere conatur. *Gradu 26. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 2. pag. 285. col. 1. lit. C.*

S. Joan. Dam.

234. Volentibus nobis benè agere, Deus ad largiendum promptus eſt. *Lib. 1. Parall. cap. 9. in princ. fol. 6. pag. 2. lit. C.*

235. Id quod ſponte fit, omninò vel laudem, vel vituperationem comitem habet, & voluptatem in agendo. *Prof.*

236. Contrà, id quod non ſponte ac voluntariè fit, aut venia, aut miſericordia ſequitur, mœrorque in agendo. *Lib. 2. de fide orthod. cap. 24. ante med. fol. 207. pag. 2. lit. B.*

Joan. Trith.

237. Charior ſemper rei difficulter acquiſitæ poſſeſſio, & bonum quod laborioſè acquiritur, cum majori diligentia cuſtoditur. *Part. 1. tract. 2. de 2. Regione Clauſtralium, art. 3. ante finem, pag. 591. col. 1.*

S. Iſid. Hiſp.

138. Ancipitem diù delibera ſententiam; ante factum cogita diù, ante opus præmeditare diù. *Prof.*

239. Quod vis agere, diù exquire, diù conſidera, & proba: & ſic age, cùm diù cogitaveris, tunc fac quod probaveris. *Lib. 2. de Synonim. cap. 12. in princ. pag 319. col. 1.*

240. In omni actione tene diſcretionem, in nulla re indiſcretus appareas. *Prof.*

241. Perſpice quid, cui aptum ſit tempori: quid, ubi, quando, qualiter, quamdiù facere debeas.

242. Cauſas rerum, & temporum regulas inſpice, ſingulorum operum diſcretiones agnoſce.

243. Diligenter diſtingue omnia quæ agis, qualiter bonum incipias, qualiter citò peragas. *Lib. 2. de Synonim. cap. 16. ante med. pag. 320. col. 2.*

244. Quidquid agis, pro futura age mercede: quidquid agis, non quod ad hujus ſeculi, ſed qood ad vitæ æternæ gloriam proficiat, quæras: ſi enim de actione hîc laus quæritur, illic remuneratio amittitur. *Ibidem, cap. 17. poſt med. pag. 322. col. 1.*

245. Qui malè agere non deſiſtunt, vana ſpe indulgentiam de Dei pietate requirunt, quam rectè quærerent, ſi ab actione prava ceſſarent. *Lib. 2. de ſum. bono cap. 4. ſent. 1. pag. 638. col. 2.*

246. Nihil infelicius, malè agendi felicitate. *Ibidem, lib. 3. cap. 48. ſent. 5. pag. 684. col. 2.*

S. Iſidor. Pel.

247. Spiritalis vitæ iter per actionem potiùs, quàm per ſermonem feliciter cedit. *Lib. 1. epiſt. 14. ad Patrimum Monach. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2.*

Lact. Firm. et Senec.

248. Nihil intereſt quo animo facias, quod feciſſe vitioſum eſt: quia facta cernuntur, animus non videtur. *Lib. 3. divinar. inſtit. cap. 15. poſt med. pag. 117.*

Lact. Firm.

249. Nihil prodeſt cognitio, niſi & actio ſubſequatur. *Ibid. lib. 6 cap. 5. poſt med. pag. 245.*

250. Id juſtè, id piè, id humanè fit, quod ſine ſpe recipiendi feceris. *Ibid. cap. 11. circa med. pag. 256.*

S. Laur. Juſti.

251. Parùm operatur, quamvis multa agat, qui non ampliùs agit affectu, quàm actu. *Part. 2. de diſciplina monaſt. converſat. cap. 6. poſt med. pag. 90. col. 2. lit.* B.

252. Properè agitur, quod libenter auditur. *Part. 1. de ligno vitæ tract. 2. de Patientia, cap. 5. in fine, pag. 17. col. 2. lit. A.*

S. Leo I.

253. Pium eſt agere non indictum, impium negligere prædicatum. *Serm. 3. de Iejun. decimi menſis circa med. fol. 7. pag. 1.*

254. Vicinum eſt rectis actionibus ſuperbiæ malum. *Serm. 4. Quadrag. in med. fol. 32. pag. 2.*

V. Ludov. Bl.

255. Nulla actio tàm modica eſt, quæ ſi ad Deum purè referatur, non multùm proſit animæ. *In ſpeculo ſpirit. cap. 5. in med. pag. 48. col. 1.*

S. Martin. Pap. Mart.

256. Nihil agat quiſquam, &c. *Vide ſup. pag. 29.*

S. Nilus.

257. Conſcientia pro lucerna in actionibus utere: ea enim, quæ in vita bonæ ſint actiones, & quæ malæ, tibi oſtendit. *Paraneſi. 199. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Coloniæ 1618.*

258. Abſque ſcita contemplatione, nihil eorum quæ fiunt, bonum eſt. *Et hab. apud D. Ioan. Damaſc. lib. 3. Parall. cap. 63. fol. 34 pag. 1. lit. C.*

Origen.

259. Nihil fit ſine Deo vel agente, vel permittente. *lib. 3. Periarchon, cap. 2. in fine, pag. 459. lit. E. tom. 1.*

Petrus Bleſ.

260. Nulla actio pia meritoria eſt ad ſalutem, niſi ex Chriſti dilectione procedat. *De Confeſſ. Sacr. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 937 col. 2. lit. F.*

S. Petrus Chryſolog.

261. Deus de cordibus, non de manibus facta metitur: & de ſenſu, non de lucis operatione colligit qualitatem. *Serm. 8. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 668. col. 1. lit. D. edit. Coloniæ 1618.*

S. Petr. Dam.

262. Qui bona agit, & mala ſuſcipit, quidquid ſibi juſtæ retributionis in terra ſubtrahitur, hoc illi in cælo multipliciùs cumulatur. *Lib. 8 epiſt. 6. ad G. virum nobilem, circa med. pag. 127. col. 2. lit. A. tom. 1.*

263. Unum eſt quòd mens cujuſque fidelis debet aſſiduè, & ſolerter attendere, & intra ſemetipſum ſolicita ſemper inquiſitione verſare, ſcilicet utrùm placeat Deo quod agit. *Prof.*

264. Quid enim prodeſt quidquid faciat homo, ſi hoc non placeat Deo? *Lib. 5. ad Clericos epiſt. 3. ad P. Archipresbit. ſub finem, pag. 66. col. 1. lit. A. tom. 1.*

265. Omnia cum licentia ſunt facienda; quia quod ſine licentia fit, vanæ glôriæ deputabitur. *Serm. 58. de S. Andrea. ante fin. pag. 288. col. 1. lit. A tom. 2.*

266. Perdit quod egerat, qui quod faciendum eſt, non conſummat. *Opuſc. 13. de perf. Monach. cap. 1. in fine. pag. 511. col. 1. lit. A. tom. 3.*

Philo Judæus.

267. Quidquid cum Deo fit, meritò laudandum eſt: ſicut quidquid ſine Deo, vituperandum. *Lib. 2. legis Allegor. poſt init. pag. 157. tom. 1.*

S. Proſper.

268. Non res ea nos Deo commendat, quam & inimici Dei faciunt: ſed illud quod non niſi veri Chriſtiani perficiunt. *Lib. 2. de vita contempl. cap. 17. in fine, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. p. 66. col. 1. lit. C. edit. Colon* 1618.

269. Qui omnia quæ benè facit, ſuis viribus adſcribit, quaſi etiam ſine adjutorio Dei ad benè agendum ſibi ſufficiat, nihil ei proderit quidquid boni facit. *Ibid. lib. 3. cap. 1. poſt med. pag. 69. col. 2. lit. H.*

270. Quoties bona agimus, Deus in nobis atque nobiſcum, ut operemur, operatur. *Sent. 22. apud D. Aug. in fine, tom. 3. pag. 744. lit. D.*

271. In bonis actibus vita permanens nunquàm reticet ejus gloriam, quem in ſe gaudet operari. *Sent. 76. apud D. Aug. in fine tom. 3. pag. 747. lit. B.*

272. Non poteſt fieri, ut in mala opera exeant cogitationes bonæ; quoniam hoc actione promitur, quod corde concipitur. *Ibidem, ſent. 81.*

273. Cùm bonum operaris, hilaris operare: nam ſi quid boni triſtis feceris, fit de te magis, quàm facis. *Ibid. ſent. 115. pag. 749. lit. A.*

274. Actio in hac vita pia eſt, Deum colere: & ejus gratiâ contra vitia interna pugnare. *Prof.*

275. Actio

Digitized by Google

S. PROSPER. 275. Actio pietatis eſt, expugnare vitia, atque ut non cedatur, adjutorium Dei affectu religioſo expoſcere. *Ibid. ſent. 294. pag. 758. lit. D.*

276. Plus proculdubio eſt agi quàm regi: qui enim regitur, aliquid agit; & ideò regitur, ut rectè agat: qui autem agitur, agere ipſe aliquid vix intelligitur. *Prof.*

277. Non aliquid in nobis libera voluntas meliùs agere poteſt, quàm ut illi ſe commendet, qui malè agere non poteſt. *Ibid. ſent. 309. pag. 759. lit. B.*

278. Multa bona facit Deus in homine, quæ non facit homo: nulla verò facit homo, quæ Deus non facit, ut faciat homo. *Ibid. ſent. 311. pag. 759. lit. B.*

RICHARD. A S. VICTORE. 279. Quamdiù quis à charitate non deviet, non erit infructuoſum quod egerit: quia meritum non amittit, quidquid ex charitate fit. *Sup. Cantica, cap. 18. pag. 183. col. 1. lit. B. part. 2.*

SALVIANUS. 280. Sicut nihil eſt tàm leve, quod ei non grave ſit, qui invitùs facit: ſic nihil eſt tam grave, quod non ei, qui id libenter exequitur, leve eſſe videatur. *Lib. 1. de Gubernat. Dei poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 324. col. 1. lit. B. edit. Coloniæ* 1618.

281. Quòd non ubique aguntur, quæ priùs acta ſunt, miſeriæ eſt beneficium, non diſciplinæ. *Profec.*

282. Cùm enim ab homine mala res ſola neceſſitate non agitur, ipſa rei turpis cupiditas pro actione damnatur. *Ibid. lib. 6. in med. pag. 349. col. 1. lit. F.*

283. Rectè illi rei factum adſcribitur, quæ ut quid fieret exegit. *lib. 7. de Gubern. Dei circa med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 355. col. 2. G. edit. Colon.* 1618.

S. THOMAS AQUINAS. 284. Nunquàm per liberum arbitrium homo poteſt quoddam bonum facere, ſine adjutorio Dei. *Prof.*

285. In his quæ facimus, quærendum eſt illud propter quod facimus. *Sup. Epiſt. 2. ad Cor. 3. lect. 1. in fine, fol. 108. col. 4.*

THOMAS A KEMPIS. 286. Magis Deus penſat, ex quanto quis agit, quàm opus quod facit: multum facit, qui multum diligit. *Lib. 1. de Imit. Chriſti, cap. 15. ſect. 1. pag. 332. tom. 2.*

287. Benè ſemper agere, & modicum de ſe tenere, humilis animæ indicium eſt. *Ibid. lib. 2. cap. 6. ſect. 3. pag. 352.*

288. Cùm omnia fecerit homo, quæ facienda noverit, nil ſe feciſſe ſentiat. *Ibid. lib. 2. cap. 11. ſect. 4. pag. 358.*

289. Nil magnum tibi videatur ex omnibus quæ agis, nil grande, nil pretioſum & admirabile, nil reputatione appareat dignum, nil altum, nil verè laudabile, & deſiderabile, niſi quod æternum eſt. *Ibid. lib. 3. cap. 4. ſect. 3. pag. 366.*

290. Qui vitiosè agit, generat ſibi malum finem, perdit honorem, deſtruit quietem, invenit dolorem, auget triſtitiam, tollit boni ſaporem. *In Hortulo roſarum, cap. 4. ſect. 1. pag. 515. tom. 2.*

291. Quidquid boni facis, ad laudem Dei facias. *Ibid. cap. 16. in fine. pag. 529.*

292. Vix reperitur actio tam bona, cui aliquid mali non admiſceatur. *De diſcipl. Clauſtrali. cap. 5. in fine, pag. 613. tom. 2.*

293 Sapientis eſt, ordinate vitam ſuam, & debitum actibus ſuis imponere finem. *In Exercit. Spiritual. cap. 1. in fine, pag. 683. tom. 2.*

S. VALERIAN. 294. Boni actus cælo ſerviunt; mali infernis ſedibus deputantur. *Prof.*

295. Cum benè facimus, Chriſti ſumus: cùm mala operamur, in diaboli poteſtatem tranſimus. *Hom. 11. poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 488. col. 1. B.*

296. Juſtis actibus facilè honeſta ſuccedunt. *Ibid. ſub finem pag. 488. col. 2. lit. H.*

IN VITIS PATRUM. 297. Quod ab invito fit, id eſt valdè moleſtum: quod autem eſt voluntarium, etiamſi ſit laborioſum, minorem affert dolorem. *Lib. 9. cap. 28. ante finem, pag. 849. col. 2.*

298. A minore actione uſque ad majorem, quam agit homo, totum in faſtu ejus ponitur, ſive in cogitationibus, ſive in operibus. *In ſent. in fine poſitis ſent. 86. pag. 1000. col. 1.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 299. Facilius eſt aliquid facere, quàm rectè facere. *6. Topicor. cap. 1. & hab. apud Bedam, tom. 2.*

300. Malum facere, eſt facile: bonum autem, difficile. *2. Ethic. cap. 5. & hab. apud Bedam. tom. 2.*

301. Major virtus eſt bona operari, quàm turpia non operari. *4. Ethic. cap. 1. & apud Bedam. tom. 2.*

302. Optimi eſt, optimum facere. *2. de cælo, & hab. apud Bedam, tom. 2.*

303. Non eſt is vir bonus, qui honeſtis actionibus non delectatur. *Lib. 1. de mor. cap. 8. circa med. col. 610. tom. 2.*

304. Ex ſimilibus munerum functionibus atque actionibus, ſimiles actionum habitus oriuntur: itaque danda eſt opera, ut actiones noſtras certo quodam modo conformemus. *Lib. 2. de moribus, cap. 1. ſub finem, edit. Pariſ.* 1565.

305. Quidquid rectè fit, id omne ex virtute fit. *Lib. 4. de moribus, cap. 2. circa med.*

306. Ea quæ vir improbus agit, ab iis diſcrepant, quæ agere oportet: at probus quæ oportet, ea agit. *Lib. 9. Etichor. cap. 8. poſt med. col. 723. tom. 2.*

307. Impoſſibile eſt benè agere eos, qui bona non agant: nulla verò bona actio eſt ſine virtute. *Lib. 7. Polit. cap. 1. in fine.*

CICERO. 308. In omni actione ſuſcipienda, tria ſunt tenenda.
- Primum, ut appetitus rationi pareat, quo nihil eſt ad officia conſervanda accommodatius.
- Deindè, ut animadvertatur, quanta illa res ſit, quam efficere volumus: ut néve major, néve minor cura & opera ſuſcipiatur, quàm cauſa poſtulet.
- Tertium eſt, ut caveamus, ut ea quæ pertinent ad liberalem ſpeciem & dignitatem, moderata ſint. *Lib. 1. Offic. poſt med. col. 490. lit. C tom. 4.*

309. Omnis actio vacare debet temeritate, & negligentia. *Lib. 1. Offic. poſt med. col. 481. lit. D. tom. 4.*

310. Duo maximè in actione ſunt fugienda: ne quid effeminatum & molle, & ne quid durum aut ruſticum fiat. *Ibid. poſt med. col. 487. lit. G. H.*

311. Cogitationem prudentiamque ſequitur actio conſiderata: ita fit, ut agere conſideratè pluris ſit, quàm cogitare prudenter. *Ibid. in fine col. 494. lit. D.*

312. Satis nobis perſuaſum eſſe debet, nihil avarè, nihil injuſtè, nihil libidinosè, nihil incontinenter eſſe faciendum. *Lib. 3. Offic. ante med. col. 522. lit. C. tom. 4.*

313. Homo frugi omnia rectè facit. *Lib. 4. Tuſc. quæſt. ante med. col. 235. lit. C. tom. 4.*

314. Nihil melius, quàm quod factum ſit, faciendum fuiſſe. *Lib. 4. de Arte Rhetor. ad Herenn. ante med. col. 58. lit. C. tom. 1.*

315. Quid ſtultius, quàm quod libenter facias, curare ut id diutiùs facere non poſſis? *Lib. 2. Offic. poſt med. col. 506. lit. E. tom. 4.*

EPICTATUS PHILOSOPH. 316. Ne poſtules ea quæ fiunt, arbitratu tuo fieri: ſed ſi ſapis, ita fieri quæque velis, ut fiunt. *In ſuo Enchiridio, cap. 13. in princ.*

PLATO. 317. Satius eſt exiguum quid benè, quàm malè, ſeu perfunctoriè conficere. *Sizygia 2. de ſcientia poſt med. pag. 187. lit. E. tom. 1.*

318. Actio quæ peccat, atque à recta via abducitur ſine ſcientiæ facultate, inſcitiâ agitur. *Sizygia 2. in Dialogo Protagora poſt med. pag. 357. lit. D. tom. 2.*

319. Omnium actionum finis, eſt bonum: & illius cauſa omnes aliæ res ſunt agendæ. *Sizygia 3. de Rhetorica poſt med. pag. 499. lit. E. tom. 1.*

320. Una quæque actio quatenùs malè agit, mala: quatenus benè, bona eſt appellanda. *Sizygia 4. in Dialogo 1. Alcibiadis, ante med. pag. 115. lit. E. tom. 2.*

321. Si quid rectè feceritis, quod Deo gratum eſt feceritis. *Ibid. ante finem, pag. 134. lit. C.*

322. Nihil magnum, aut mirum facere poteſt, qui

maximis quibuſdam ſceleribus ſe contaminat. *Lib.* 2. *de Rep. poſt med. pag.* 378. *lit. B. tom.* 2.

SENEC.

323. Actiones noſtræ nec pravæ ſint, nec audaces, nec improbæ. *Lib.* 3. *de ira cap.* 7. *prope med pag.* 438. *tom.* 1

324. Sapiens nihil facit, quod non debet: nihil prætermittit, quod debet. *Lib.* 2. *de Clem. c.* 7. *in pr. p.* 488. *c.* 1.

325. Sic fac omnia, tanquàm ſpectet aliquis. *Prof.*

326. Prodeſt ſine dubio cuſtodem præſentem ſibi impoſuiſſe, & habere quem reſpicias, quem intereſſe tuis actionibus judices.

327. Hoc quidem magnificentiſſimum eſt, ſic vivere tanquàm ſub alicujus ſemper præſentis oculis. *Epiſt.* 25. *poſt med. pag.* 571. *tom.* 2.

328. Vir bonus qood honeſtè ſe facturum putaverit, facit: etiamſi laborioſum erit, faciet: etiamſi damnoſum, faciet: etiamſi periculoſum, faciet. *Prof.*

329. Quod verò turpe erit, non faciet: etiamſi pecuniam affert, etiamſi voluptatem, etiamſi potentiam, non faciet. *Epiſt.* 76. *circa med. pag.* 685.

330. Quidquid boni facere potes, tecum eſt. *Epiſt.* 80. *ante med. pag.* 699. *tom.* 2.

331. Majus aut minus ſit (quamvis idem ſit) quod ſit tempore, loco, cauſa. *Ep.* 81 *ante med. pag.* 703. *tom.* 2.

332. Rectè facti, feciſſe merces eſt. *Ep.* 81. *circa med. pag.* 704. *tom.* 2.

333. Virtutem & exercet, & oſtendit recta actio. *Ep.* 94. *poſt. med. pag.* 778. *tom.* 2.

334. Beata vita conſtat ex actionibus rectis: ad actiones rectas præcepta perducunt. *Epiſt.* 95. *poſt init. pag.* 784. *tom.* 2.

335. Nihil intereſt, &c. Vide ſupra, *pag.* 31. *lit. A.*

SENEC. De Morb. in princip. edit. Baſileæ.

336. Nulla laus eſt noo facere, quod facere non poſſis. *Ibidem.*

337. Actio recta non erit, niſi recta fuerit voluntas. *Epiſt.* 95. *poſt med. pag.* 793. *tom.* 2.

338. Omnis virtutis actio, bonum eſt. *Epiſt.* 102. *poſt med. pag.* 816. *tom.* 2.

SIXTUS PHILOSOP.

339. Intellige quæ ſint booa, ut benè agas. *Sent.* 49. *apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pag.* 65. *col.* 1. *A. edit. Colon.* 1618.

340. Quòd Deum Patrem vocas, hujus in actionibus tuis memor eſto. *Ibid. ſent.* 52. *pag.* 65. *col.* 1. *lit. A.*

341. Noo verbum, ſed ratio præcedat actus tuos. *Ibidem. ſent.* 66. *pag.* 65. *col.* 1. *lit. B.*

342. Quæ culpes, facere noli. *Ibid. ſent.* 82. *pag.* 65. *col.* 1. *lit. C.*

343. Delibera priuſquàm agas, & antequàm agas, prævide quale ſit quod futurum eſt. *Ibid. ſent.* 85. *pag.* 65. *col.* 1. *lit. C.*

344. Priuſquam agas quodcunque agis, cogita Deum, ut lux ejus præcedat actus tuos. *Ibid. ſent.* 87. *pag.* 65. *col.* 1. *lit. C.*

345. In omni quod benè agis, authorem eſſe deputa Deum. *Ibid. ſent.* 105. *pag.* 65. *col.* 1. *lit. D.*

346. In actibus tuis, ante oculos pone Deum. *Ibid. ſent.* 215. *pag.* 66. *col.* 1. *lit. A.*

347. Nihil propter ſolam libidinem facias. *Ibid. ſent.* 223. *pag.* 66. *col.* 1. *lit. B.*

348. Si vis cum lætitia animi vivere, noli molta agere: in multis enim actionibus minor eris. *Ibid. ſent.* 253. *pag.* 66. *col.* 1. *C.*

349. Exordium in agendo, à Deo ſume, & quæ agis. *Ibid. ſent.* 278. *pag.* 66. *col.* 2. *lit. E.*

350. Ad omnia quæ agis, Deum invoca teſtem. *Ibid. ſent.* 293. *pag.* 66. *col.* 2. *lit. F.*

351. Quidquid feceris animo malè affecto, pœnitebis. *Ibid. ſent.* 196. *pag.* 65. *col.* 2. *lit. H.*

352. Deus bonos actus homioum confirmat. *Ibid. ſent.* 294. *pag.* 66. *col.* 2. *lit. F.*

253. Malorum actuum, malus dæmon dux eſt. *Ibid. ſent.* 295. *pag.* 66. *col.* 2. *lit. F.*

354. Quidquid egeris cauſa gloriæ, merces facti tui erit. *Ibid. ſent.* 331. *pag.* 66. *col.* 2. *lit. H.*

VALERIUS MAXIM.

355. Multi quid rectum ſit, ſciunt, ſed id facere negligunt. *Lib.* 4. *Dict. Memor. cap.* 5. *in calce, pag.* 183.

Vide etiam Titul. Virtutum connexio in ſpecie, verbo Actio, & Tit. Rectitudo. ſent. 21.

Adhærere.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ALBERTUS MAGNUS.

1. QUI Deo adhæret, verſatur in lumine: qui verò mundo adhæret, in tenebris eſt. *De adhærendo Deo cap.* 3. *circa init.*

S. AMBROS.

2. Plurimùm prodeſt unicuique, booia jungi, quoniam qui congreditur cum ſapientibus, ſapiens eſt: qui autem cohæret imprudentibus, imprudens agnoſcitur. *Lib.* 2. *Offic. cap.* 20. *in princ. col.* 51. *lit. A. tom.* 1.

3. Oſtendunt adoleſcentes, eorum ſe imitatores eſſe, quibus adhæſerint. *Ibidem.*

4. Pulchra copula eſt ſeniorum, atque adoleſcentium: alii teſtimonio, alii ſolatio ſunt: alii magiſterio, alii miniſterio. *Ibid. ante fin. col.* 51. *lit. C.*

5. Nihil pulchrius, nihil voluptuoſius, nihil deſiderabilius, quàm Deo adhærere. *Lib.* 3. *Epiſt.* 11. *ad Irenæum, ante finem, col.* 529. *lit. C. tom.* 3.

6. Plus eſt mente connecti, quàm corpore copulari. *Lib.* 5. *Epiſt.* 31. *ad Valentinian. Imperat. ante finem, col.* 573. *lit. C. tom.* 3.

7. Mens adhærens Deo, corporales delectationes & illecebras hujus ſeculi vincit. *Lib.* 2. *de Abraham, cap.* 7. *poſt med. col.* 1017. *lit. A. tom.* 4.

8. Qui Deo adhæret, perire non poteſt. *Lib.* 6. *ſup. Lucam, cap.* 8. *ſup. illud Medica fides*, &c. *col.* 1703. *lit. D. tom.* 5.

9. Qui deficit ſibi, ut virtuti adhæreat, amittit quod ſuum eſt, accipit quod æternum eſt. *Serm.* 11. *ſup. Pſ.* 118. *verſ.* 1. *in calc. col.* 1509. *lit. B. tom.* 4.

S. AUGUSTINUS.

10. Charitate Chriſto, non pœnæ timore cohæremus. *Epiſt.* 144. *ad Anaſtaſium, poſt med. pag.* 434. *lit. D. tom.* 2.

11. Per amorem Dei, omoes ei adhæremus. *De Spirit. & Anima, cap.* 16 *in med. pag.* 613. *lit. A. tom.* 3.

12. Tamdiù eſt aliquid homo, quamdiù hæret Deo à quo factus eſt homo: nam recedens ab illo, nihil homo eſt. *Sup. Pſ.* 75. *ante med. pag.* 572 *lit. C. tom.* 8.

13. Vis habere gaudium ſempiternum? adhære illi qui ſempiternus eſt. *Tract.* 14. *in Evang. Joan. cap.* 3. *ferè in princ. pag.* 84. *lit. D. tom.* 9.

14. Non eſt ullus ulli medius locus, ut poſſit eſſe, niſi cum diabolo, qui non eſt cum Chriſto. *Lib.* 1. *de peccat. merit. cap.* 28. *ante med. pag.* 459. *lit. B. tom.* 7.

S. BASILIUS MAGNUS.

15. Acerbiſſimus cruciatus (apud eos qui mente præditi ſunt) eſt à Deo ſejungi. *Et hab. apud D. Joan. Damaſc. lib.* 1. *parall. cap.* 12. *in princ. fol.* 13. *pag.* 1. *lit. C.*

S. BERNARDUS.

16. Si cognitæ noo adhæreatur veritati, obſtinatio diabolica eſt. *Serm* 1. *de Adv. in med. fol.* 1. *col.* 2. *lit. F. G.*

17. Adverte homo, quia limus es, & non ſis ſuperbus: quia Deo conjunctus es, & non ſis ingratus. *Serm.* 3. *in vigilia Nativit. poſt med. fol.* 12. *col.* 1. *lit. C.*

18. Quantò quis conjunctior eſt Deo, tantò plenior charitate. *Serm.* 26. *ſup. Cantica ante med. fol.* 154. *col.* 4. *lit. L.*

19. Qui Dei ſunt, libenter junguntur ei: qui autem ex adverſo ſtat, aut Antichriſti eſt, aut Antichriſtus. *Ep.* 124. *ad Hildebert. Turonenſ. Archiep. in princ. fol.* 236. *col.* 3. *lit. I.*

20. Aliorum eſt, Deo ſervire: veſtrum, adhærere. *De vita ſolitaria poſt init. fol.* 314. *col.* 2. *lit. H.*

21. Jungant ſe animis, qui juncti ſunt inſtitutis, invicem ſe foveant, invicem ſe defendant, invicem onera ſua portent. *Epiſt.* 243. *ad Conradum Regem Romanorum, in princ. fol.* 259. *col.* 4. *lit. L.*

22. Sanctior eſt copula cordium, quàm corporum. *Serm.* 5. *de modo bene vivendi ad Sororem poſt med. fol.* 81. *col.* 4. *lit. L. in* 2. *vol.*

SS. BERN. ET BONAVENT. ſup. Luc. 2.

23. Bonis te conjunge. *Ibid ſerm.* 60. *poſt med. fol.* 96. *col.* 2. *lit. F.*

Digitized by Google

S. BONAVENT. 24. Quantò quis malis adhæret, tantò minùs intelligit bona quæ perdit. *In collat. de contemptu ſeculi circa init. pag.* 95. *col.* 1. *lit. D. tom.* 7.

25. Attendenda eſt honeſtis congrua perſonarum honeſtas, & honeſtioribus ſemper adhærendum eſt. *In ſpeculo diſcipl. part.* 1. *cap.* 30. *prope med. pag.* 550. *col.* 2. *lit. D. tom.* 7.

26. Anima propter Deum creata eſt, ut inhæreat ei, & inhærendo ſuavitate ejus fruatur, & fruendo beata ſit. *Lib.* 2. *de perfect. Religioſ. cap.* 46. *prope finem. pag.* 595. *col.* 1. *lit. D. tom.* 7.

27. Qui Deo inhæret, in lumine verſatur: qui autem mundo inhæret, in tenebris eſt. *Ibid. cap.* 72. *poſt med. pag.* 607. *col.* 1. *lit. B.*

28. Qui terrenis inhæret, invenire non poteſt, niſi quod in terrenis latet, ſcilicet amaritudinem. *De* 7. *Itineribus, itin.* 3. *diſt.* 5. *in calce, p.* 158 *col.* 2. *lit. A. tom.* 7.

CÆSAR. AREL. 29. Qui à Deo disjungitur, diabolo ſociatur. *Hom.* 23. *circa med. apud Bibl. Patr. t.* 5. *part.* 3. *pag.* 769. *col.* 1. *lit. A.*

CASSIODORUS. 30. Is divinitati adhæret, qui ſe illi vera fide atque probitate operum conjungit. *Sup. Pſ.* 72. *in fine verſ.* 29. *Mihi adhærere Deo bonum eſt, fol.* 111. *col.* 4.

31. Ille adhæret Deo, qui ſpem ſuam ponit in Domino: quia nihil poteſt eſſe beatius, quàm illi omnia committere, qui novit ſuis congruè profutura præſtare. *Ibidem.*

32. Cor pravum adhærere non poteſt, niſi peccatorum iniquitate diſtortis. *Sup. Pſ.* 100. *circa med. verſ.* 5. *Non adhæſit mihi, fol.* 150. *col.* 3.

S. DOROTH. 33. Quò quiſque magis Deo adhæſerit, eò ſe magis peccatorem agnoſcet, & intelliget. *Doctrina* 14. *de aſſficio. poſt init. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 286. *col.* 1. *lit. D. edit. Colon.* 1618.

34. Quantò Dei charitati adhæremus, tantò & proximi: quantóque proximo, tantò & Deo. *Ibid. Doctrina* 6. *in calce, pag.* 776. *col.* 1. *lit. C.*

GILBERT. PORRET. 35. Bona eſt ſimplicitas, ubi Chriſto adhærens, unus eſt cum illo ſpiritus. *Serm.* 16. *ſup. Cant. poſt med. inter opera D. Bernardi in* 2. *volumine, fol.* 14. *col.* 1. *lit. B.*

36. Pulcherrimus coronæ nexus eſt, quando puritas vitæ, & humilis preſſurarum tolerantia ſibi cohærent. *Ibid. Serm.* 29. *in med. fol.* 26. *col.* 1. *lit. C.*

GLOSS. INT. 37. Qui ſibi adhærent, deſideriis utuntur. *Sup. Job. cap.* 15. *col.* 182. *lit. D. tom.* 3.

38. Non videt Deum, qui terrenis inhæret. *Sup. Pſ.* 5. *in illud, Aſtabo tibi & videbo, col.* 470. *lit. D. tom.* 3.

GLOSS. ORD. 39. Adhærendum nobis eſt, & converſandum cum illis, qui virtutem exercent. *Sup. Pſ.* 119. *col.* 1420. *lit. D. tom.* 3.

S. GREGORIUS MAGNUS. 40. Qui devota mente Deo adhærent, cùm rerum neceſſitas expoſcit, exhibere ſigna ſolent. *Lib.* 2. *Dialog. cap.* 30. *circa med. verbo, Qui devota. columna* 1373. *lit. B. tom.* 1.

41. Mens in Deum immobiliter fixa, cujuſlibet terroris jacula non pertimeſcit. *Lib.* 31. *Moral. cap.* 17. *ante med. col.* 1078. *lit. D. num.* 29. *tom.* 1.

42. Qui ſancto viro adhæret, ex ejus aſſiduitate viſionis, oſu locutionis, exemplo operis accipit, ut accendatur in amorem veritatis: peccatorum ſuorum tenebras fugat, & in deſiderio divinæ lucis inardeſcit. *Hom.* 5. *ſup. Ezech. ante med. col.* 97. *lit. A. tom.* 2.

43. Tantò amatores vitæ mortalis illi arctiùs inhærent, quantò eos largiùs delectatio tranſitoriæ voluptatis infundit. *Lib.* 33. *Moral. cap.* 5. *poſt med. num.* 6. *col.* 1131. *l. D. tom.* 1.

44. Bonorum authori hærere aliter non valemus, niſi cupiditatem à nobis (quæ omnium malorum radix eſt) abſcindamus. *Lib.* 7. *in Regiſtro indict.* 2. *cap.* 110. *Ep.* 110. *ad Syagrium Epiſc. in princ. colum.* 983. *lit. A.*

S. GREG. NAZ. 45. Longè melius eſt, & excellentius, ut quis Deo adhæreat, quàm ut apud terrenos Reges, vel primas partes ferat. *Orat.* 6. *in funere Cæſaris fratris ſui, ante med. pag.* 43.

S. GREG. NYSS. 46. Anima quæ Deo adhæret & conjungitur, ſatiari non poteſt fruitione; & quò copioſiùs fruitione impletur, eò vehementiori viget deſiderio. *Num.* 1. *ſup. Cantica, poſt med. col.* 238. *lit. B.*

HESYCHIUS. 47. Beatus eſt ille, cui ſic adhæret in animo deprecatio JESU, & qui ſine intermiſſione reſonat ipſum in corde; ſicut utitur aer corporibus noſtris, aut flamma candelæ. *In Centuria* 2. *ſent.* 94. *apud Bibl. Patr. tom.* 7. *pag.* 145. *col.* 2. *lit. H.*

S. HILARIUS. 48. Deo adhærens, in via Dei eſt: & qui in via peccati eſt, in via Dei non eſt. *Super Pſ.* 118. *ante med. fol.* 55. *col.* 3.

HUGO CARD. 49. Parùm valet eſſe Dominum adhærentem nobis in vita, niſi & nobiſcum eſſet in morte. *Sup. Geneſ. cap.* 48. *ſub finem, fol.* 71. *col.* 2. *Myſticè, tom.* 1.

50. Tria faciunt adhærere rem alteri rei.
- Funes, ideſt pudor ſeculi.
- Clavi, ideſt timor gehennæ
- Gluten, ideſt charitas. *Sup. Pſ.* 72. *fol.* 167. *col.* 2. *tom.* 2.

51. Adhærendo creaturæ, recedit homo & ſeparatur à Deo. *Sup. Epiſt. ad Galat. cap.* 3. *fol.* 153. *col.* 4. *tom.* 7.

52. Omnis adhæſio alicui, eſt per amorem. *Ibidem, ut ante.*

JOAN. CASS. 53. Hic religioſo principalis debet eſſe conatus, hæc immobilis deſtinatio cordis jugiter affectanda, ut divinis rebus ac Deo mens ſemper inhæreat. *In collat. prima Abbat. Moyſ. cap.* 8. *in princip. pag.* 306.

S. JOANNES CHRYSOST. 54. Qui caducis & inſtabilibus cauſis copulantur, eorum conjunctio perpetua eſſe non poteſt. *Hom.* 61. *ſup. Matth. ante finem, col.* 514. *lit. A. tom.* 2.

55. Qui Chriſti charitate amicis conglutinatur, nunquàm ab amando deſiſtit, nulloque diſſidio disjungitur. *Ibidem.*

56. Rerum natura ſic ſe habet, ut quoties bonus malo conjungitur, non ex bono malus melioretur, ſed ex malo bonus contaminetur. *Hom.* 11. *ex diverſis ſup. Matth. in med. col.* 1167. *lit. B. tom.* 2.

57. Malè cum hoſte conjungitur, qui ſeparari ſententia divina præcipitur: & ſine utilitate ab inimico non ſeparatur, qui pernitioſè hoſti conjungitur. *In ſerm. ſup. Geneſ.* 3. *poſt init. col.* 548. *lit. A. tom.* 1.

58. Nihil ita conglutinat animam, & unit Deo, ut lachrymæ compunctionis. *Hom.* 6. *ſup. Matth. poſt med. col.* 64. *lit. B. tom.* 2.

59. Perdet res quæque quod naſcitur, ſi aliquando æmulo copuletur. *Hom. ſup. illud* 4. *Joan. Veniet hora, quando veri adoratores, &c. ante med. col.* 428. *lit. A. tom.* 3. *Prof.*

60. Si bonus malo connectitur, aut pares redduntur, aut citò ab invicem ſeparantur.

61. Amicitiæ pares aut quærunt, aut faciunt: diverſa verò aut voluntas, aut neceſſitas jungit.

62. Nefas eſt jungere, quod natura copulari non patitur.

63. Vir dejecti animi adhærere diù virtuti non poteſt, quia effugere vitia non valet. *Hom.* 38. *ſup. Epiſt.* 1. *ad Cor. poſt med. col.* 632. *lit. B. tom.* 4.

S. LEO I. 64. Cum inimicis crucis Chriſti nulla conſenſione jungamur, ne impiorum conſortio ſanctitas fidelium polluatur. *Serm. quart. in Quad. in fine, fol.* 33. *pag.* 1.

LUDOVICUS BLOSIUS. 65. Quamdiu alicui rei tranſitoriæ adhæſeris, non poteris Domino perfectè conjungi. *In Canon. vitæ ſpirit. cap.* 14. *in princ.*

S. MACHAR. 66. Pergrata eſt anima, quæ tota penitùs ſeipſam Domino dedicavit, & illi ſoli adhæret. *Hom.* 9. *ſub finem, apud Biblioth. Patrum, tom.* 4. *pag.* 59. *col.* 1. *lit. A. edit. Coloniæ* 1618.

S. MAXIMUS MART. 67. Animus qui Deo copulatur, ſapiens fit & bonus redditur, & potens, & humanus, & miſereſcens, & longanimis. *Prof.*

68. Cæterum diſcedens & non adhærens Deo, aut belluinus fit, voluntatis ſtudioſus factus: aut ferinus, rerum mundanarum gratia cum hominibus hoſtiliter decertans. *De Charit. Centur.* 2. *cap.* 52. *apud Bibl. Patr.*

Digitized by Google

tom. 7. pag. 357. col. 2. lit. G. edit. Coloniæ 1618.

S. NILUS. 69. Nemini contra legem Dei adhæreas. *Paræneſ,* 100. *apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Coloniæ.* 1618.

PETRUS BLESENSIS. 70. Tria ſunt, quibus Deo ſpiritualiter adhæremus: memoria, ſcientia & voluntas. *Prof.*

71. Memoria quodammodo cujuſdam æternitatis capax eſt: ſcientia, notitiæ: voluntas, amoris. *De Amicitia cap. 11. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 971. col. 2. lit. G.*

S. PETRUS CHRYSOLOG. 72. Sicut Domino qui ſe jungit, unus Spiritus eſt: ita qui ſe jungit diabolo, eſt dæmon unus. *Serm. 5. de prodigo. in med. apud Biblioth. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 665. col. 1. lit. C.*

73. Nemo poteſt connecti terræ, & jungi cœlo. *Ibidem, ſerm. 164. circa med. pag. 780. col. 2. lit. F.*

S. PETRUS DAMIANUS. 74. Nunquàm velis alicui in amore eſſe conjunctus, qui à divina fuerit ſocietate diviſus. *Lib. 3. Epiſt. ad Epiſcopos, Epiſt. 3. ad G. Epiſcop. in fine, pag. 46. col. 1. A. tom. 1.*

S. PROSPER. 75. Qui cum Deo ſuo unus eſt ſpiritus factus, nihil aliud agit ſemper, aut cogitat, niſi undè clarior ac nobilior fiat. *Lib. 3. de vita contempl. cap. 17. in fine, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 77. col. 1. lit. B. edit. Coloniæ* 1618.

76. Tantò quiſque eſt Deo conjunctior, quantò plus in eo fuerit gratiæ divinæ, quàm actionis humanæ. *Epiſt. ad Demetriadem, in fine, pag. 190. col. 2. lit. F.*

SS PROSP. ET AUGUSTINUS lib. 6. de Trin. cap. 8. tom. 3. pag. 855. B. 77. In rebus ſpiritualibus, cùm minor majori adhæret (ſicut creatori creatura) illa fit major, quàm erat, non ille: & hoc eſt majus eſſe, quod eſt melius eſſe: quia adhærens creatura creatori, non mole auctior, ſed virtute fit major. *Sent. 60. Et habetur apud D. Aug. in fine, tom. 3. pag. 746. lit. D.*

S. PROSPER. 78. Adhærens Deo, nunquàm à ſuo habitatore deſeritur: & ſi quædam dura & adverſa patiatur, non relinquitur, ſed probatur. *Ibid. ſent. 97. pag. 748. lit. C.*

79. Conſtitutus in terra, Deo jungeris, qui (quæ Deo chara ſunt) diligis. *Ibid. ſent. 251. pag. 755. lit. B.*

80. Vera pax unitatem facit, quoniam qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt. *Ibid. ſent. 369. pag. 764. lit. D.*

S. REMIGIUS. 81. Omnis creatura rationalis (quæ per ſe mutabilis eſt, ac temporalis) ſummoperè elaborare debet quatenùs ei poſſit conjungi & adhærere, qui ſemper idem manet. *Sup. Epiſt. ad Hebr. cap. 1. can. 12. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 997. col. 2. lit. G.*

ROBERTUS BELLARMINUS. 82. Adhærere Deo, certè bonum eſt, utile, jucundum, honorificum. *Sup. Pſ. 72. verſ. 27. pag. 455. col. 1.*

SALVIANUS. 83. Plurimi à ſe, etſi habitatione junguntur, mente disjuncti ſunt. *Lib. 5. de Gubernat. Dei longè poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 343. col. 1. lit. B.*

84. Neceſſe eſt, ut unuſquiſque hominum his in futuro adhæreat conditione, quibus hic adhæſit affectu. *Lib. 1. ad Eccleſ. Catholic. poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 366. col. 2. lit. G. edit. Coloniæ* 1618.

THOMAS A KEMPIS. 85. O quàm jucundè & quàm benè illi eſt, cui adhærere Deo, & ſecretè frui datum eſt. *In hortulo Roſar. cap. 13. ſect. 2. in princ. tom. 2.*

SENECA. 86. Hærebit tibi avaritia, quamdiù avaro convixeris, & adhæſeris. *Profec.*

87. Incendent libidines tuas, adulterorum ſodalitia. *Epiſt. 104. à med. pag. 822.*

Vide Titulum, Societas, virtutum connexio & unitas, & Monachus, ſent. 1.

Adjuvare.

DEFINITIO.

COLLECTOR. *Adjutorium eſt id, quo quis juvatur ad aliquid faciendum, quod ſolus facere non poſſet, vel non niſi difficulter.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. GRANDIS culpa, ſi in cauſam fidelis ceciderit, aut captivitatis ſuorum, aut calumniæ, & non adjuves. *Lib. 1. Offic. cap. 30. ante med. col. 21. C. tom. 1.*

S. AMBROS. 2. Si non poteſt alteri, ſubveniri, niſi alter lædatur: commodius eſt neutrum juvari, quàm gravari alterum. *Ibi. lib. 3. cap. 7. circa init. col. 67. lit. B.*

3. Satis unicuique præſidii eſt, ſi virtus animi non deſit. *De viduis circa med. col. 160. lit. D. tom. 1.*

4. Qui aliis ſubvenit, ſibi conſulit: & in alieno remedio, vulnera ſua curat. *De obitu Theodoſii Imp. ante med. col. 494. lit. B. tom. 3.*

5. Interficere eſt hominem, ei debita negare ſubſidia. *De Tobia, cap. 24. col 1157. lit. B. tom. 4.*

6. Nihil tam ſecundùm naturam, quàm juvare conſortem naturæ. *Lib. 7. ſup. Luc. cap. 10. in illud. Quodcunque ſupererogaveris, &c. col. 1726. lit. D. tom. 5.*

7. Novit juſtus, debere ſe infirmis atque inopibus ſubvenire. *De obitu Theodoſii Imp. ante finem, tom. 3.*

S. AUGUSTIN. 8. Hæc eſt lex divinæ providentiæ, ut nemo à ſuperioribus adjuvetur, qui inferiores non adjuverit. *De vera Relig. cap. 28. poſt med. pag. 502. lit. D. tom. 1.*

9. Eleganter dictum eſſe narratur, cùm quidam ruiſſet in puteum, ubi aqua tanta erat, ut cum magis exciperet ne moreretur, quàm ſuffocaret ne loqueretur: acceſſit alius, eoque viſo miſerans ait: Quomodo illûc cecidiſti? At ille, Obſecro, inquit, cogita quomodo hinc me liberes, non quomodo hûc ceciderim, quæras. *Epiſt. 29. ad Hieronym. in princ. pag. 69. lit. B. tom. 2.*

10. Homines boni in hac vita videntur non parva præſtare ſolatia. *Prof.*

11. Nam ſi paupertas angit, ſi luctus mœſtificat, ſi dolor corporis inquietat, ſi contriſtat exilium, ſi ulla calamitas alia vexat, adſunt boni homines, qui non ſolùm gaudere cum gaudentibus, verùm etiam flere cum flentibus norunt.

12. Salubriter alloqui & colloqui ſciunt, plurimùm illa aſpera leniuntur, relevantur gravia, ſuperantur adverſa. *Epiſt. 121. ad Probam, cap. 2. poſt init. pag. 398. lit. C. tom. 2.*

13. Nihil ſic probat amicum, quemadmodum oneris amici portatio. *De 83. quæſt. quæſt. 71. poſt init. pag. 419. lit. B. tom. 4.*

14. Non eſt amicus, qui amico non ſubvenit. *De Amicitia. cap. 26. poſt med. pag. 782. lit. C. tom. 4.*

15. Eſt juſtum conſilium, ut qui ſe à potentiori adjuvari vult, adjuvet & infirmiorem in quo eſt ipſe potentior. *Lib. 1. de ſerm. Dom. in monte. longè poſt init. pag. 785. lit. A. tom. 4.*

16. Quantò majora ſunt adjutoria contra vim periculorum, laborum, dolorum: tantò fideliora teſtimonia miſeriarum. *Lib. 19. de civit. Dei, cap. 4. ante finem, pag. 385. lit. A. tom. 5.*

17. Non eſt beneficentiæ adjuvando efficere, ut bonum quod majus eſt amittatur. *Ibid. cap. 16. ferè in med. pag. 393. lit. B. tom. 5.*

18. Nemo tribulato libentiùs ſuccurrit, quàm qui tribulationum caſus expertus eſt. *De vita Chriſtiana, cap. 8. poſt init. pag. 611. lit. A. tom. 9.*

19. Dives & pauper duo ſunt ſibi contraria, ſed tamen duo ſunt ſibi neceſſaria: nullus indigeret, ſi ſe invicem ſupportarent, & nemo laboraret, ſi ambo juvarent: pauperis eſt rogare, & divitis erogare. *Serm. 25. de verbis Domini ante fin. pag. 72. lit. C. tom. 10.*

V. BEDA. 20. Qui ſuccurrere perituro poteſt, ſi non ſuccurrat, reus mortis ejus erit. *In ſuis Proverb. verbo, qui, pag. 196. tom. 2*

S. BERNARD. 21. Seductori dat manum, qui dare diſſimulat præceptori. *Serm. 77 ſup. Cant. ante finem, fol. 197. col. 1. lit. C.*

22. Oportet dilatum auxilium venire validiùs, & ſubvenire perfectiùs. *Epiſt. 156. ad Innocent. Pap. in fine, lit. C. fol. 242. col. 2. lit. E.*

23. Cadit aſina, & eſt qui ſublevet eam; perit anima, & nemo eſt qui reputet. *Lib. 3. de Conſider. ante finem, fol. 282. col. 1. lit. A.*

S. BERNARDUS. 24 Bonos fiduſque comes caro ſpiritui bono, quæ ipſum aut ſi onerat, juvat: aut ſi non juvat, exonerat; aut certè juvat, & minimè onerat. *In tract. de diligendo Deo, cap. Sed ſi, poſt init. fol.* 298. *col.* 1. *F.*

25. Eo ſpiritu fratri ægrotanti ſubvenias, quo tibi vis ſubveniri, cum ægrotas. *Proſec.*

26. Ut ob alienam miſeriam miſerum cor habeas, oportet ut tuam prius agnoſcas, ut proximi mentem in tua invenias, & ex te noveris qualiter illi ſubvenias. *De 12. grad. humilit. prope init. fol.* 299. *col.* 4. *lit. M. & fol.* 300. *col.* 3. *H.*

27. Perſectè proximum non diligit, qui illi in neceſſitate non ſuccurrit. *Serm.* 14. *ad Sororem, non longè ab init. in* 2. *volum. fol.* 84. *col* 4. *L.*

S. BONAVENT. 28. O humana miſeria! ô lacbrymabilis defectus amoris! cadit elephas, & eſt qui auxilium ferat: capitur paſſer, & eſt qui ſuccurrat: porcus vociferatur, & invenitur qui adjuvat: ſed ſi cadit homo, non eſt qui adjuvat, nec qui in auxilium vadit. *Ser.* 9. *prope med. pag.* 307. *col.* 2. *tom.* 3.

29. Juvare fratrem cùm indiget, multum utique operi peculiari præponderat. *In ſpeculo diſciplinæ part.* 1. *cap.* 22. *in princ. pag.* 545. *col.* 2. *E. tom.* 7.

CASSIODOR. 30. Periclitantium mos eſt tardum judicare, quamvis celerrimum præſtetur auxilium. *Sup. Pſ.* 69. *in fine, fol.* 84. *pag.* 2. *D.*

S. CLEM. PAP. & MARTYR. 31. Unicuique laïcorum peccatum eſt, niſi invicem ſibi, etiam in his quæ ad communis vitæ uſum pertinent, operam fideliter dederint. *Epiſt.* 1. *longè ante med. fol.* 202. *pag.* 1.

CLEM. ALEX. 32. Inimico ferendum eſt auxilium, ne maneat inimicus: auxilio enim vincitur benevolentia, diſſolvuntur verò inimicitiæ. *Lib.* 1. *Stromat. longè poſt med. fol.* 84. *pag.* 2. *D.*

GLOSSA ORDIN. 33. Si imbecilles eguerint tuæ opis, pro virili potentioribus obſiſte. *Sup. cap.* 36. *colum.* 334. *lit. E. tom.* 3.

S. GREGORIUS MAGNUS. 34. Adjuvare imbecillem, charitatis eſt: velle adjuvare potentem, elationis. *Lib.* 17. *Moral. cap.* 11. *in princ. col.* 570. *A. tom.* 1.

35. Servi Dei, cum pupillis & viduis ſubſidia temporalia, & menſam debent habere communem. *Lib.* 21. *Moral. cap.* 12. *in titulo num.* 13. *colum.* 725. *A. tom.* 1.

36. Qui neſcit lugere quod gravat, non valet proferre quod ſublevat. *Lib.* 31. *Moral. cap.* 18. *paulò ante finem, num.* 33. *col.* 1085. *A. tom.* 1.

37. Ibi adunati æquanimiter portandi ſunt mali, ubi inveniuntur aliqui qui adjuventur boni. *Lib.* 2. *Dialog. cap.* 3. *poſt med. verbo, ut ego, colum* 1355. *lit. D. tom.* 1.

38. Ubi aperta & indubitata neceſſitas eſt, illic non eſt idonea mora conſilii, ſed celeritas ſubventionis. *Proſec.*

39. Ambigua & obſcura melius conſulendo peraguntur, ſed aperta & cognita ſubveniendo, & feſtinando ſublevantur. *Lib.* 5. *in* 1. *Regum, cap.* 4. *ante med. col.* 1535. *A. tom.* 2.

40. Infirma cautela eſt, quæ pietatis adjutorio non munitur. *Libr.* 8. *in Regiſtro indict.* 3. *cap.* 20. *Epiſt.* 20. *ad Joannem Proconſulem, prope init, col* 1016. *A. tom.* 2.

41. Gignit ruinam, ad auxilium res irrationalis proviſa. *Libr.* 7. *in Regiſtro indict.* 2. *cap.* 110. *Ep.* 110. *ad Syagrium, poſt med. col.* 985. *D. tom.* 2.

42. Egentibus auxilio, oportet (in quantum ratio patitur) benigna mente præbere ſubſidium. *Lib.* 1. *in Regiſtro ind.* 9. *cap.* 69. *Ep. ad Petrum Subdiaconum in princ. col.* 681. *A. tom.* 2.

43. Tantùm ſe ab omnipotenti Deo quiſque noverit recepturum, quantùm præcepta ipſius in adjuvando fratre libenter atque conſtanter fuerit executus. *Proſec.*

44. Qui fratrem relictum relevat, apprehenſum erigit, ab omnipotenti Deo ſibi retribui (cui totum impendit) non dubitet. *Libr.* 7. *in Regiſt. indict.* 2. *cap.* 119. *Ep.* 119. *ad Syagrium Epiſc. Auguſtodunenſ. in fine col.* 996. *A. & cap.* 123. *ad Aſclepiadorum, ante med. col.* 997. *D. tom.* 2. — S. GREGOR. MAGN.

45. Veſtrum ſine dubio bonum facitis, ſi bona volentibus opem fertis. *Lib.* 7. *in Regiſtro ind.* 2. *cap.* 118. *Ep.* 118. *poſt med. col.* 995. *A. tom.* 2.

46. Recto ordine proximis auxilia præbemus, quando ad hæc exhibenda, non timore agimus, ſed amore provocamur. *Lib.* 5. *in* 1. *Regum, cap.* 1. *longè ante med. col.* 1482. *D. tom.* 2.

S. GREGORIUS NAZIANZ. 47. Quamdiù vento navigas ſecundo, manum naufrago præbe. *Proſ.*

48. Quamdiù rectè vales, & dives es, afflicto ſuccurre. *Orat.* 17. *de Paupertate, poſt med. pag.* 158.

49. Non ſit homo tibi pecude vilior, quæ in foveam cecidit, vel aberravit; illam enim extrahere & reducere ſtudes. *Ibidem.*

S. HIERONYM. 50. De periculis expectat auxilium, quem curat ignis & ferrum. *Epiſt.* 6. *ad amicum, ante med. pag.* 38. *C. tom.* 4.

51. Impudens eorum poſtulatio eſt, tempore neceſſitatis & anguſtiæ ab eo quærere auxilium, quem in pace contempſerint. *Proſ.*

52. Probet neceſſitas quid poſſint, quos ſecurus antè coluiſti. *Lib.* 1. *in Hierem. cap.* 2. *ſup. illud, Ubi ſunt Dii tui?* &c. *pag.* 268. *A. tom.* 5.

53. Quiſquis in quacunque neceſſitate ſuccurrere proximo morituro poteſt, ſi non fecerit, occidit. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 13. *in illud, Dilectio proximi malum non operatur, pag.* 292. *tom.* 9.

HUGO CARD. 54. Sanctos adjutores tuos in afflictione non invenies, quos habere ſocios in proſperitate noluiſti. *Sup. Iob, cap.* 5. *in princ. fol.* 403. *col.* 2. *tom.* 1.

55. Inops eſt, qui ſine ope amicorum eſt. *Sup. Pſ.* 11. *in illud, Propter miſeriam inopum, fol.* 23. *col.* 3. *tom.* 2.

56. Leviùs fertur, quod cum alio fertur. *Sup Matth. cap.* 5. *fol.* 16. *col.* 3. *tom.* 6.

57. Fratres ſe invicem adjuvant auxilio, conſilio, conſolatione, oratione, ſubſidio. *Sup. Ep.* 2. *ad Cor. cap.* 6. *circa init. fol.* 131. *col.* 2. *tom.* 7.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 58. Hoc fraterni animi, cognati amoris, ſincerique eſt affectus officium, in ſpiritualibus invicem opitulari. *Hom.* 18. *ſup. Joannem, poſt init. col.* 99. *A. tom.* 3.

59. Non eſt modica virtus gaudenti fratri congaudere, ſed major eſt illa, quæ non ſolùm cum lugente luget, ſed etiam quæ in periculis verſanti ſuccurrit. *Ser.* 7. *ſup. Epiſt. ad Rom. in princ. Moralis, col.* 69. *lit. D. tom.* 4.

60. Si videas quemquam malè pati, nihil jàm in eo curioſè ſcruteris; dignus eſt enim quem adjuves, hoc ipſo quòd malè affligitur. *Proſec.*

61. Si enim videas aſinum præfocari, erigis ipſum, & non ſcrutaris cujus ſit, multò magis hominem non oportet ſcrutari cujus ſit.

62. Dei quippè eſt, ſive paganus ſit, ſive Judæus, ſed adjutorio indiget.

63. Cùm in calamitate eſt, & adjutorio indiget: non oportet dicere, quia malus eſt: crudelitatis hoc quippè eſt, inclementiæ, & ſuperbiæ. *Hom.* 10. *ſup. Epiſt. ad Hebr. in med. Moral. col.* 1733. *lit. C. & D. tom.* 4.

S. JOANNES DAMASC. 64. Proximi caſum ne ride; verùm ipſe quidem quàm tutiſſimè poteris, incede: ei autem, qui humi jacet, manum porrige. *Libr.* 1. *Parallel. cap.* 11. *in princ. fol.* 11. *pag.* 2. *B.*

S. ISIDORUS PALUSIOT. 65. Vis tibi Deus opituletur? vide ſi cùm poſſes, ei qui tua ope indigebat, adjumento fueris. *Lib.* 1. *Ep.* 387. *Scolaſtico, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part* 2. *pag.* 512. *col.* 1. *A.*

LACT. FIRM. 66. Deus quoniam pius eſt, animal nos voluit eſſe ſociale: itaque in aliis hominibus noſipſos cogitare debemus. *Proſec.*

LACT. FIRM. 67. Non enim meremur in periculo liberari, ſi non ſuccurrimus : non meremur auxilium, ſi negamus. *Lib. 6. Divinarum Inſtit. cap. 10. ante med. pag. 254.*

68. Succurrendum eſt homini, qui egeat auxilio: nam qui ſe à præſtando auxilio removet, etiam ab accipiendo ſe removeat neceſſe eſt. *Profec.*

69. Nullius ope indigere ſe putat, qui alteri ſuam denegat. *Ibidem, paulo ante finem, pag. 255.*

70. Humanitatis officium eſt, neceſſitati hominis ac periculo ſubvenire : qui oon facit, hominis ſe appellatione deſpoliat. *Ibidem, cap. 11. in princ.*

71. Qui ſuccurrere perituro poteſt, ſi non ſuccurrerit, occidit. *Ibidem, cap. 11. poſt med. pag. 257.*

S. LEO I. 72. Nullo caret pietatis officio, cui ſtudium eſt colere Deum, & juvare conſervum. *Serm. 7. Quadr. in princ. fol. 35. pag. 1.*

S. PETRUS CHRYSOLOGUS. 73. In die mala illi Deus liberator aſſiſtet, qui à malis pauperem liberârit. *Profec.*

74. In anguſtiis illum Deus clamantem audiet, qui pauperem (cùm clamaret) audivit. *Serm. 14. poſt med. apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 672. colum. 1. lit. B.*

75. Homo ſi non habes nummum, da pauperi manum. *Ibidem, Serm. 122. in fine, pag. 753. colum. 2. lit. G.*

76. Fratri qui per compaſſionem non ſubvenit, hunc qui per patientiam oon curat, non per veniam ſanat, ſanus non eſt, ſed ægrotat, infirmatur, viſcera non habet. *Ibidem, Serm. 139. circa med. pag. 763. col. 2. lit. G.*

S. PROSPER. 77. Non facilè inveniuntur in adverſitate præſidia, quæ non fuerint in pace quæſita. *Sent. 188. apud D. Aug. in fine tomi 3. pag. 748. D.*

78. Nemo exigit quidquam ad id in quo ipſe eſt, niſi aliquantulum ad id in quo eſt deſcendat. *Ibidem, Sent. 316. pag. 760. C.*

S. REMIGIUS RHEMENSIS. 79. Omnes Chriſtiani (qui fratres ſunt in fide) debitores ſibi ſunt, ut alter alterius onera portet. *Sup. Epiſt. ad Rom. cap. 15. Canone 27. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 860. colum. 2. lit. F. edit. Coloniæ 1618.*

THEODORET. 80. Omne humanum auxilium, Deo non adjuvante, vanum & inutile eſt. *Sup. Pſ. 107. verſ. penult. pag. 174. col. 1. B. tom. 1.*

S. THOMAS AQUINAS. 81. Magis eſt amicis auxilium dandum ad recuperationem virtutis, quàm ad recuperationem pecuniæ, ſi eam amiſerint. *Secunda ſecundæ, quæſt. 25. art. 6. ad ſecundum, pag. 50. col. 1.*

82. A dilectione proximi deficiunt, qui proximis ſubvenire non curant. *De Perfect. vitæ ſpiritual. cap. 14. circa med. fol. 39. pag. 2. tom. 2. Opuſc.*

THOMAS À KEMPIS. 83. Si portari vis, porta & alium. *Libr. 2. de Imit. Chriſti, ſect. 2. pag. 350. tom. 2.*

84. O frater amande porta, & portaberis : erige cadentem, & erigeris. *De Hortulo roſarum, cap. 15. ſect. 2. pag. 529. tom. 2.*

85. Qui fratri indigenti ſubvenit, JESUM per manum retinet. *Ibidem, cap. 17. in princ. pag. 529.*

S. VALERIAN. 86. Crudelis eſt profectò pietas, quæ ſcit dolere miſeris, & neſcit ſubvenire perituris. *Hom. 7. de Miſericordia, ante fin. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. Hom. 7. col. 2. F.*

87. Nemo eſt, cui non opus ſit potentioris (etiam in maxima ſecuritate) ſuffragium. *Ibidem, Hom. 15. à med. pag. 493. col. 2. E.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOT. 88. Juſtum eſt amicis auxiliari. *2. Rhetor. & hab. apud Bedam, tom. 2.*

89. Ad eos quos adverſa, & iniqua fortuna premit, cupidè & ultrò eundum eſt, nec expectandum uſque dùm voceris. *Lib. 9. de Moribus, cap. 11. ante finem edit. Pariſ. 1565.*

SENECA. 90. Iniquum eſt lapſis manum non porrigere. *Lib. 1. Controverſ. Controv. 1. poſt med. pag. 47. tom. 1.*

91. Nunquàm virtus vitio adjuvanda eſt, ſe contenta. *Libr. 1. de Ira, cap. 9. ante med. pag. 397. tom. 1.*

92. Alium re, alium fide, alium gratia, alium conſilio, alium præceptis ſalutaribus adjuva. *Lib. 1. de Beneſic. cap. 2. in calce, pag. 380. tom. 2.*

93. Generoſi animi, & magnifici eſt, juvare & prodeſſe. *Ibid. Lib. 3. cap. 15. ſub finem, pag. 418.*

94. Eum elige adjutorem, quem magis admireris cùm videris, quàm cùm audieris. *Epiſt. 52. in med. pag. 614. tom. 2.*

95. Infelicem erige, ſubmitte felicitatem. *De Moribus circa med. edit. Baſileæ, pag. 677.*

Vide etiam Titulum, Auxilium divinum, & Dilatio, Sent. 34.

Adoleſcentia.

DIVISIO, CONDITIO ET COMPARATIO.

S. THOMAS AQUINAS. Quatuor ſunt quæ conveniunt adoleſcenti. *Scilicet.*

- In ſerviendo curioſitas.
- In agendis velocitas.
- In dat vis affabilitas.
- In geſtis hilaritas. *Tom. 1. Opuſc. De his quæ diverſis hominibus conveniunt, ante med. fol. 106. pag. 1.*

S. AMBROSIUS. Adoleſcentum bonorum eſt,

- Timorem Dei habere.
- Deferre parentibus honorem.
- Habere ſenioribus reverentiam.
- Caſtitatem tueri.
- Non aſpernari humilitatem.
- Diligere clementiam.
- Amare verecundiam. *Lib. 1. Offic. cap. 17. in princ. col. 10. lit. C. tom. 1.*

SICUT in ſenibus gravitas, in juvenibus alacritas; ita in adoleſcentibus verecundia, velut quadam dote commendatur naturæ. *Ibidem.*

SS. AUGUSTIN. & CYPRIANUS, ſub fine tom. 3. Sicut in ſenibus ſobrietas, & morum perfectio requiritur : ita etiam in adoleſcentibus, obſequium, ſubjectio, & obedientia ritè debetur. *De duodecim Abuſion. cap. 3. in princ. pag. 564. D. tom. 9.*

S. BERNARDUS. Sicut per ſenem vitioſum & fatuum; ita per adoleſcentem inverecundum, & temerarium, Religio ſancta deſtruitur. *De ordine vitæ in princ. fol. 334. col. 2. F.*

Sicut ſuperbia equi indomiti, præcipitio prona eſt : ita laſcivia adoleſcentis indiſciplinati, peccati ruinæ proxima eſt. *Ibidem, ante med. fol. 336. colum. 2. F.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Adoleſcentibus utile eſt, ut claros & ſapientes viros ſequantur : quoniam qui congreditur ſapientibus, ſapiens eſt, & ad inſtructionem plurimùm proficit, & ad probitatis teſtimonium. *Profec.*

2. Oſtendunt enim adoleſcentes eorum ſe imitatores eſſe, quibus adhæſerint : & ea convaleſcit opinio, quòd ab his vivendi acceperint ſimilitudinem, cum quibus converſandi hauſerint cupiditatem. *Lib. 2. Offic. cap. 20. in princ. col. 51. A. tom. 1.*

3. Adoleſcentia ſola eſt invalida viribus, infirma conſiliis, vitio calens, faſtidioſa monitoribus, illecebroſa delitiis. *Lib. 1. de Interpell. cap. 7. in princ. col. 1163. lit. B. tom. 4.*

4. Vicina eſt lapſibus adoleſcentia, quia variarum æſtus cupiditatum fervorem calentis inflammat ætatis. *De viduis longè poſt init. col. 153. lit. C. tom. 1.*

S. ANTONIN. 5. Ætas adoleſcentiæ labore animi, vel corporis exercenda eſt, & authoritati ſenum ſubjicienda. *Part. 4. tit. 4. cap. 10. §. 1. in fine, fol. 52. col. 2.*

6. Debent adoleſcentes ſenes vereri, conſilio eo-

Digitized by Google

rum regi, & exemplo informari. *Ibidem, in ſine, fol.*52. *col.* 3.

S. ANTONIN. 7. Adoleſcentia fervens eſt ad diligendum, ſufferens ad exercendum, congruens ad diſcendum. *Part.* 4. *tit.* 10. *cap.* 5. §. 2. *ante med. fol.* 154. *col.* 1.

S. AUGUSTIN. 8. Adoleſcentibus ita vivendum eſt, ut à venereis rebus, ab illecebris ventris & gutturis, ab immodeſto corporis cultu & ornatu ab inanibus negotiis ludorum, à torpore ſomni atque pigritiæ, ab æmulatione, obtrectatione, invidentia, ab honotum poteſtatumque ambitionibus, ab ipſius etiam laudis immodica cupiditate ſe abſtineant. *Profec.*

9. Adoleſcentes amorem pecuniæ, totius ſuæ ſpei certiſſimum venenum eſſe credant.

10. Nihil eneviter faciant, nihil audacter: neminem oderint, nulla vitia non curare velint.

11. Inimicitias vitent cautiſſimè, ferant æquiſſimè, finiant citiſſimè.

12. Magnoperè obſervent, cum viodicant ne nimiùm ſit: cùm ignoſcunt, ne parùm.

13. Nihil puniatur, quodoon valeat ad melius: nihil indulgeatur, quod vertat in pejus.

14. Suos putent omnes, in quos ſibi poteſtas data fuerit: ita ſerviant, ut eis dominari pudeat: ita dominentur, ut eis ſervire delectet.

15. In omni contractu atque converſatione cum hominibus, nemini faciant quod pati nolunt.

16. Obſequantur dignis, etiam non hoc expectantibus: ſuperbos minus curent, & minimè ſint.

17. Aptè congruenterque vivant, Deum colant, cogitent, quærant fide, ſpe, charitate ſubnixi. *Lib.* 2. *de Ordine, cap.* 8. *per totum, pag.* 338. *lit. C. & D. tom.* 1.

28. Adoleſcens ſine obedientia, adoleſcens ſine diſciplina eſt. *De* 22. *Abuſion. cap.* 3. *in fine, pag.* 565. *lit. A. tom.* 9.

19. Imitentur adoleſcentes Joſeph caſtum, pulchrum corpore, pulchriorem mente: quem caſtitas ſic poſſederat, ut irruentes minæ Dominæ mulieris impudicæ non poſſent eum violare, nec corpore, cujus jàm Deus poſſederat mentem. *De cataclyſmo, cap.* 6. *ante finem, pag.* 677. *B. tom.* 9.

S. BERNARDUS. 20. Senibus mors eſt in januis, adoleſcentibus in inſidiis. *In ſerm. de Converſ. ad Clericos, cap.*14. *in med. fol.* 114. *col.* 3. *H.*

21. Quid amabilius verecundo adoleſcente? quàm pulchra & quàm ſplendida gemma morum eſt verecundia in vita & vultu adoleſcentis: quàm vera & minimè dubia, bonæ nuntia ſpei, bonæ indolis index. *Serm.* 86. *ſup. Cant. in princ. fol.* 203. *col.* 3. *G.*

22. Verboſum adoleſcentem, & ſtudentem eloquentiæ, cùm ſapientiæ ſit inanis, non aliud quàm juſtitiæ hoſtem reputes. *Lib.* 3. *de Conſid. circa med, fol.* 281. *col.* 1. *lit. C.*

23. Tres virtutes ſunt, quæ adoleſcentibus magis congruunt: verecundia, taciturnitas, & obedientia. *De ordine vitæ, in princ. fol.* 334. *col.* 2. *F.*

24. Multa & dura corporis bella ſuſtinet adoleſcentia, & calore ſanguinis inflammata, ut evadere poſſit, omni indiget cuſtodia. *Ibid longe poſt init. fol.* 334. *col.* 4. *lit. I.*

25. Quid tàm indecorum maximè adoleſcenti quàm oſtentatio ſanctitatis? *Ep.* 86. *ſup. Cant in med. fol.* 203. *col.* 3. *lit. H.*

CONCIL. TOLETANUM. 26. Nihil incertius, quàm vita adoleſcentium. *Apud Gratian. in decret. part.* 2. *cauſa* 11. *quæſt.* 1. *fol.* 218. *col.* 4.

GLOSS. ORD. 27. Adoleſcentiæ tempus propter incentiva carnis, lubricum eſt: ſed propter robur ætatis, habile certamini. *Sup. Epiſt.* 1. *Joann. cap.* 2. *col.* 1385. *lit. A. tom.* 6.

S GREGOR. MAGNUS. 28. In adoleſcentia. libido ferveſcere inchoat. *Lib.* 15. *Moral. cap.* 5. *paulò ante med. num.* 4. *colum.* 491. *B. tom.* 1.

29. Periculoſa eſt plerumque in omni negotio, conſiliorum moderatrix adoleſcentia. *De virginitate, cap.* 13. *in med. col.* 679. *A.* S GREGOR. NISSEN.

30. Adoleſceotia multa corporis bella ſuſtinet, & inter incentiva vitiorum, & carnis titillationes, quaſi ignis io lignis viridibus ſuffocatur, & ſuum noo poteſt explicare fulgorem. *Ep.* 2. *ad Nepotianum, poſt init. pag.* 12. *C. tom.* 1. S. HIERONYM.

31. Difficile eſt, quin potiùs impoſſibile, incentivis vitiorum carere adoleſcentem. *Ep.* 9. *ad Salvinam, poſt med. pag.* 77. *A. tom.* 1.

32. Viuum adverſus adoleſcentiam, prima arma ſunt dæmonum. *Profec.*

33. Vinum & adoleſcentia, duplex incendium voluptatis eſt.

34. Quid oleum flammæ adjicimus? quid ardenti corpuſculo ſomenta ignium miniſtramus? *Epiſt.* 22. *ad Euſtochium, longè poſt init. pag.* 137. *A. tom.* 1.

35. Adoleſcentia inſipientiæ copulata eſt. *Sup. Eccleſiaſten cap.*12. *in illud, Adoleſcentia & ſtultitia vanitas eſt. pag.* 97. *D. tom.* 7.

36. Adoleſcentia citò moritur, & voluptas ejus parùm durat, ſed cruciatus æternus eſt. *Sup. Eccleſiaſten cap.* 11. *in fin. fol.* 103. *col.* 1. *tom.* 3. HUGO CARDI

37. Adoleſcentia non eſt contemnenda, quoties Deo dedita conſecrataque fuerit. *Epiſt.* 6. *ad Magneſianos, poſt init. apud Bibl. Patrum, tom.* 1. *pag.* 8. *col.* 2. *lit. G.* S IGNATIUS MARTYR

38. Adoleſcentia per ſe in malum propenſa eſt. *Hom.* 48. *in Geneſ. in fine, col.* 399. *A. tom.* 1. S. JOAN. CHRIS.

39. Nullus eſt morbus moleſtior adoleſcentibus, quàm laſcivia. *Hom.* 2. *de fide Annæ propè fin. col.* 380. *C. tom.* 1.

40. Adoleſcentulis in ludo literarum non tàm placent ſolida, quam picta, quique pulchra potiùs, quàm utilia ſectantur: nec tam agentia diligunt, quàm ſonantia: magiſque gaudent florum amœnitate conſpergi, quàm frugum ubertate nutriri. *In fine prologi Homil. ſup. Matth. col.* 8. *A. tom.* 2.

41. Adoleſcentiæ tempus, ferventior impugnat libido: reliquam verò ætatem, habendi maximè ſolicitat cupido. *Homil.* 20. *ſup. Matth. in princ. col.* 92. *C. tom.* 2.

42. Adoleſcentes non ut eloqui ſciant, ſed ut pecuniam eloquentiâ colligant, eloqui ſtudent. *Profec.*

43. Nam ſi poſſent ditari abſque ulla eloquentia, tunc omne ſtudium eloquentiæ ſqualeret. *Ibid. Hom.* 60. *in fin. col.* 510. *A.*

44. Nihil ita difficile, támque durum ætati huic eſſe poteſt, quàm ſuperare noxias ac mortiferas voluptates. *Profec.*

45. Nihil ita hanc perturbat ætatem, ſicuti corporum amor, veſanaque libido. *Hom.* 4. *ſup. Ep. ad Titum propè med. in illud, Adoleſcentiores hortare, col.* 162. *D. tom.* 4. *& à med. col.* 1622. *A.*

46. In adoleſcentibus tempeſtas acerbior eſt paſſionum, & ratio, quæ vitia gubernet, infirmior. *Ep.* 7. *ad Olympiam, poſt med. col.* 1029. *B. tom.* 5.

47. Adoleſcentum pædagogus, crux eſt. *Hom. de Cruce Dominica, poſt med. col.* 839. *B. tom.* 3.

48. Nulla virtus eſt, quæ in adoleſcentiæ flore graviora certamina perferat, quàm caſtitas: quam videlicet, velut in camino ſurgentis incendii, titillantis illecebræ genuinus ardor impugnat. *Opuſc.* 47. *cap.* 2. *in princ. pag.* 709. *col.* 2. *C. tom.* 3. S. PETRUS DAMIANUS.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

49. Qui adoleſcentium peccatis ignoſci putant oportere, falluntur: propterea quòd ætas illa non eſt impedimento bonis ſtudiis. *Profec.* CICERO.

50. At hi ſapienter faciunt, qui adoleſcentes maximè caſtigant: ut . quibus virtutibus omnem vitam tueri poſſint, eas in ætate maturiſſima velint compara-

Digitized by Google

re. *Lib. 4. de Arte Rhetor. ad Herennium, ante med. col. 54. D. E. tom.* 1.

CICERO. 51. Eſt adoleſceotis majores natu revereri, ex hiſque deligere optimos & probatiſſimos, quorum conſilio atque authoritate nitatur. *Lib. 1. Offic. poſt med. col. 486. F. tom.* 4.

52. Maximè hæc ætas à libidinibus eſt arcenda, exercendaque in labore, & patientia corporis & animi. *Ibid. poſt med. col. 486. G.*

53. Libidinoſa & intemperans adoleſcentia, effœtum corpus tradit ſenectuti. *De Senectute ante med. col. 546. C. tom.* 7.

54. Sicut adoleſcentem, in quo ſenile aliquid ſit: ſic ſenem, in quo aliquid adoleſcentiæ ſit, laudo. *Ibid. ante med. c. l. 548. A.*

55. Faciliùs in morbos incidunt adoleſcentes, graviùs ægrotant, triſtiùs curantur. *Ibidem, poſt med. col. 554. lit. F.*

SENECA. 56. Turpe eſt adoleſcenti, vinci à ſene. *Lib. 5. Contr. Controverſ. 31. ante med. pag. 232. tom.* 1.

57. Fructuoſior eſt adoleſceotia liberorum, ſed infantia dulcior. *Epiſt. 9. ante med. pag. 535. tom.* 2.

58. Bonum in adoleſcente ſignum, eſt verecundia. *Ep. 11. in princ. pag. 538. tom.* 2.

Vide Titul. Ætas & Juventus.

Adorare.

Vide Colere.

Adventus Chriſti.

DIVISIO.

S. ANTONIUS DE PADUA. QUATUOR ſunt Adventus; ſcilicet in carnem, in mentem, in morte, & ad finale judicium. *Projec.*

In carnem, & hic eſt humanæ carnis aſſumptio: in mentem, & hic eſt noſtræ mentis purgatio; & virtutum collatio: in morte, qui eſt corporis & animæ diviſio: in ultimo fine, in quo fiet meritorum diſcuſſio, & malorum punitio. *Serm. 1. Advent. in princ. fol. 1. pag.* 1.

HUGO À SANCTO VICTORE. Triplex eſt Adventus Domini: unus in carnem, unus in ſpiritu, unus in carne. Io carnem veoit factus homo: in ſpiritu venit, quando ſpiritum ſuum ſpiritui noſtro infudit: in carne veniet in judicio. *De quæſt. circa Epiſt. 1. ad Theſſalonic. quæſt. 4. pag. 325. lit. H. tom.* 2.

S. JOAN. CHRYS. Duo ſunt Chriſti Adventus, præteritus & futurus: præteritus, non ut judicaret, ſed ut dimitteret: futurus contrà, noo ut dimittat, ſed judicet. *Hom. 27. ſup. Ioan. poſt init. col. 135. D. tom.* 3.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Chriſtus carne ſumpta maluit in hunc mundum Redemptor venire, quàm judex. *De Obitu Theodoſii Imp. ante med. col. 494. B. tom.* 3.

2. Medicus de cœlo venit, & omnibus opem ſanitatis detulit: ut quicunque perierit, mortis ſuæ cauſas ſibi adſcribat, qui curari noluit, cùm remedium haberet, quòd poſſet evadere. *Lib. 2. de Caïn & Abel, cap. 3. in med. col. 943. B. C. tom.* 4.

3. Venit Chriſtus ad Abraham, venit ad Moyſem, venit ad MARIAM: hoc eſt, venit in ſignaculo, venit in lege, venit in corpore. *Lib. 7. ſup. Luc. cap. 13. in illud, Ecce anni tres ſunt, ex quo venis, col.* 1740 *D. tom.* 5.

4. Sicut primus Adventus Domini, propter redimenda fuit peccata: ita & ſecundus, propter reprimenda erit delicta. *Ibidem, libr. 10. cap. 21. ſup. illud, Cùm videritis circumdari, &c. col. 1777. lit. D.*

S. AMBROSIUS. 5. Non priùs veniet Domious, quàm regni Romani defectio fiat, & appareat Antichriſtus. *Sup. 2. Theſſalonic. cap. 2. init. col. 2046. C. tom.* 5.

S. ANTONIUS DE PAD. 6. Filius exivit à Deo, ut tu exires à mundo: venit ad te, ut ires ad ſe. *Serm. Dom. 6. poſt Paſcha, longe ante med. fol. 160. pag.* 2.

S. BASIL. MAG. 7. Chriſtus apparuit nobis, non io forma Dei (ne id quod debile eſt) conſternaret: ſed in forma ſervi, ut id quod in ſervitutem redactum erat, liberaret. *Conc. 24. de Nativit. Chriſti, ante finem, pag. 251. tom.* 1.

S. ATHAN. MAG. 8. Adventu Salvatoris in carnem, mortis liberatio eſt, & univerſæ creaturæ ſalus. *Orat. 5. contra Arianos, poſt med. col. 110. B. tom.* 1.

S. AUGUST. 9. Non ille diligit Adventum Domini, qui eum aſſerit propinquare: nec ille, qui eum aſſerit non propinquare: ſed potiùs ille, qui eum (ſive propè, ſive longè ſit) ſinceritate fidei, firmitate ſpei, ardore charitatis expectat. *Ep. 80. ad Heſychium, longè poſt init. pag. 229. B. tom.* 2.

10. Vigilare debet omnis Chriſtianus, ne imparatum inveniat eum Domini Adventus: imparatum inveniet ille dies, quem imparatum invenerit ſuæ vitæ hujus ultimus dies. *Ep. 80. ad Heſychium, poſt init. pag. 127. A.*

11. Venit Chriſtus complentur in ejus ortu, vita, dictis, factis, paſſionibus, morte, Reſurrectione, Aſcenſione omnia præconia Prophetarum. *Ep. 3. ad Voluſianum, pag. 9. A. tom.* 2.

12. De Salvatoris Adventu, qui expectatur in fine, tempora dinumerare oon audeo; nec aliquem Prophetam de hac re numerum annorum exiſtimo præfiniſſe, ſed illud potiùs prævalere, quod ipſe Dominus ait, Nemo poteſt cognoſcere tempora, quæ Pater poſuit io ſua poteſtate. *Epiſt. 78. ad Heſychium in princ. pag. 223. A. tom.* 2.

13. Per charitatem venit Deus ad homines, venit io homines, factus eſt homo. *De Spiritu & Anima, cap. 16. in fine, pag. 613. A. tom.* 3.

14. Adventus Chriſti durus eſt duris, mitis eſt piis: vide ergo modò tu qui ſis: ſi durus, licet obi miteſcere: ſi mitis, jàm gaude venturum. *Prof.*

15. Optas ut veniat, quem times ne veniat: corrige te, ut non ores contra te, Adveniat regnum tuum. *Sup. Pſ. 97. in fine, pag. 756. C. tom.* 8.

16. Totus mundus cæcus eſt, omnes cæcos oaſci fecit, qui primum hominem decepit: ideò venit Chriſtus illuminator, quia diabolus fuerat excæcator. *Hom. 43. ex Quinquag. homil. in princ. pag. 365. A. tom.* 10.

17. Homo cecidit, Deus deſcendit: cecidit homo miſerabiliter, deſcendit Deus miſericorditer: cecidit homo cum ſuperbia, deſcendit Deus cum gratia. *Serm. 9. de tempore, & in ord. 13. in princ. pag. 414. D. tom.* 10.

18. Ita inter Deum & homioes Chriſtus mediator, apparuit, ut in unitate perſonæ copulans utramque naturam, & ſolita ſublimaret inſolitis, & inſolita ſolitis temperaret. *Ep. 3. ad Voluſian. ante med. pag. 6. D. tom.* 2.

19. Cùm venerit Dominus, tunc nihil latebit proximum in proximo: nec erit quod ſuis quiſque aperiat, & abſcondat alienis, ubi nullus erit alienus. *Epiſt. 6. ad Italicam viduam, prope init. pag. 17. lit. B. tom.* 2.

20. Maximè propterea Chriſtus advenit, ut cognoſceret homo, quantùm eum diligat Deus: & ideò cognoſceret, ut in ejus dilectionem (à quo prior dilectus eſt) inardeſceret. *De catechizand. rudibus, cap. 4. poſt med. pag. 460. lit. C. tom.* 4.

21. Venit Chriſtus quærere quod perierat, ſanare quod ægrotabat, erigere quod jacebat. *De Prædeſtinat.*

&

Digitized by Google

& gratia, cap. 13. poſt med. pag. 831. lit. A. tom. 7.

S. AUGUSTIN. 22. Ad confortandum cor tuum, venit Chriſtus pati, venit ille mori, venit ille ſputis liniri, venit ſpinis coronari, venit opprobria audire, venit poſtremò ligno configi: omnia hæc ille pro te, tu nihil pro illo, ſed pro te. *De Paſtoribus, cap. 5. ante med. pag. 727. lit. C. tom. 9.*

23. Quæ major cauſa eſt Adventus Domini, niſi ut oſtenderet Deus dilectionem ſuam in nobis? *De Catechizand. rudibus, cap. 4. in princ. pag. 639. B. tom. 4.*

24. Chriſtus JESUS venit in mundum peccatores ſalvos facere: nulla cauſa veniendi Chriſto, niſi peccatores ſalvos facere. *Serm. 9. de verb. Apoſt. in princ. pag. 198. D. tom. 10.*

25. Quid nobis felicius, quàm quando venit quem deſideramus, quando venit quem amamus? ſed timeamus, quia judex noſter erit, qui modò eſt advocatus noſter. *Serm. 3. de temp. & in ord. 116. fer. 2. poſt Dom. Palmar. in med. pag. 615. B. tom. 10.*

26. Si homo non periſſet, filius hominis non veniſſet: ergo perierat homo, venit Deus homo, & inventus eſt homo: perierat homo per liberam voluntatem, venit Deus homo per gratiam liberatricem. *Serm. 8. de verb. Apoſt. in princ. pag. 195. B.*

S. BASIL. MAGNUS. 27. Chriſtus, &c. *Vide pag. 40. Sent. 5.*

V. BEDA. 28. Venio, ut errantes corrigam, & infirmantes adjuvem, & dubitantes in fide confirmem, & benè agentium fructibus perfectis, quaſi ſuaviſſimis dapibus paſcar, & certantes ab hoſtium defendam inſidiis, & victores hoſtium perpetuæ meæ viſionis coronâ remunerem. *Lib. 4. ſup. Cant. cap. 5. ſup. illud, Veni in hortum meum, col. 776. tom. 4.*

S. BERNARDUS. 29. Venit univerſitatis Creator, venit ad homines, venit propter homines, venit homo: non venit, qui aberat; ſed apparuit, qui latebat. *Serm. 3. de Advent. in princ. fol. 2. col. 3. G.*

30. Quantæ inſaniæ, ut poſt tanti Regis adventum aliis quibuſlibet negotiis homines velint, ſeu audeant occupari; & non magis omiſſis omnibus, ſoli ejus cultui vacent? *Ibid. lit. H.*

31. In primo Adventu venit Chriſtus in carne, & infirmitate: in hoc medio, in ſpiritu & virtute: in ultimo, in gloria, & majeſtate. *Ibidem, Serm. 5. in princ. fol. 3. col. 4. K.*

32. Venit medicus ad ægrotos, Redemptor ad venditos, ad errantes via, ad mortuos vita. *Serm. 3. in vigil. Nativ. in princ. fol. 11. col. 2. F.*

33. Magna eſt iſta potentia, ſed plus eſt miranda miſericordia, quòd hic Chriſtus venire voluit, qui potuit ſubvenire. *Ibidem.*

34. Venit Chriſtus, accelerat, appropiat; adeſt, reſpicit, alloquitur. *Profec.*

35. Venit in Angelis, accelerat in Patriarchis, appropiat in Prophetis: adeſt in carne, reſpicit in miraculis, alloquitur in Apoſtolis.

36. Venit Chriſtus affectu & ſtudio miſerandi, accelerat zelo ſubveniendi, appropiat ſemetipſum humiliando: adeſt præſentibus, proſpicit in futuris, loquitur docens, & ſuadens de regno Dei. *Serm. 57. in Cant. in princ. fol. 129. col. 2. D.*

37. In afflictis rebus conſtitutis, tantò ſolet eſſe gratior liberatoris adventus, quantò fuerit diuturnior afflictio. *In lib. de Paſſione, cap. 46. poſt init. fol. 76. col. 1. C. in 2. volumine.*

38. Ideò Dominus celavit nobis tempus ſui Adventus, ut nos longa expectatione incerti ſemper credamus judicem verum eſſe venturum, quia quando venturus ſit, ignoramus. *Ser. 55. de Vigilantia, in princ. fol. 94. col. 4. M. in 2. volumine.*

39. Si perſonam venientis intueor, non capio excellentiam Majeſtatis; ſi attendo ad quos venerit, dignationis magnitudinem expaveſco. *Serm. 3. de Adventu in princ. fol. 3.*

40. Triplici morbo laborabat genus humanum: nativitate, vitâ & morte. Nativitate immunda, vita perverſa, morte periculoſa. Venit Chriſtus, & contra triplicem hunc morbum attulit triplex remedium: natus eſt, vixit, mortuus eſt. *Profec.*

S. BERNARDUS. 41. Nativitas ejus purgavit noſtram, mors illius deſtruxit noſtram, vita ejus inſtruxit noſtram. *In 2. volum. in ſentent. verbo triplici, fol. 129. col. 2. F.*

42. Priuſquàm appareret Dei humanitas, latebat ejus benignitas: apparuerat antè potentia in rerum creatione, apparebat ſapientia in earum gubernatione, ſed benignitas miſericordiæ maximè apparuit in humanitate. *In floribus, lib. 1. cap. 12. in princ.*

S. BONAVENT. 43. Magna humilitas! quia veniendo per carnem, prior, poſterior: dives, egenus: Dominus, ſervus: hæres alienus factus eſt Chriſtus. *Serm. 3. Dom. 4. Advent. in princ. pag. 16. col. 2. tom. 4.*

CASSIODORUS. 44. Quid mirabilius quàm pro ſalute humani generis Deum inconfuſibiliter humanatum, & qui hic judicatus eſt, ipſum ad orbem judicandum eſſe venturum? *Sup. Pſalm. 9. circa init. verſ. 1. Narrabo omnia mirabilia tua. fol. 15. col. 2.*

S. CYRIL. ALEX. 45. Veniet exactis temporibus univerſorum judex, poteſtate præditus & gloria, quæ divinam deceat majeſtatem, comitatu Angelorum ſtipatus, ut reddat unicuique juxta opus ſuum. *Homil. 17. ſub finem, pag. 204.*

S. CYRILLUS HIEROSOLYM. 46. Rex JESUS homines curaturus linteo humanitatis præcinctus venit. *Profec.*

47. Perfectus infantium magiſter parvulus factus eſt parvulis, ut erudiret imprudentes.

48. Cœleſtis panis venit ſuper terram, ut alat eſurientes: Judæorum autem liberi venientem rejecerunt, malè verò venturum expectant. *Catecheſ. 12. in princ. pag. 422. colum. 2. litt. F. tom. 4. Biblioth. Patrum.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 49. Ille veniet ad judicandum nos, qui ſe judicio meminit addictum pro nobis. *Profec.*

50 Ille veniet ad diſcutiendam vitam noſtram, qui eam reſtituit per mortem ſuam. *Homil. 1. de Symbol. ſub fin. apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 1. pag. 553. col. 2. H.*

S. FULGENT. 51. Magnum myſterium dilectiſſimi, magnum divinæ dilectionis indicium! homo Deum contemnens, à Deo diſceſſit: Deus hominem diligens, ad homines venit. *Profec.*

52. Dilexit impium, ut faceret juſtum: dilexit infirmum, ut faceret ſanum: dilexit perverſum, ut faceret rectum. *Serm. 2. de Nativit. Chriſti, poſt med. apud Bibl. Patrum, tom. 6. part. 1. pag. 143. col. 2. F. edit. Coloniæ 1618.*

GLOSS. ORD. 53. Nulla cauſa veniendi fuit Chriſto, niſi quòd peccatores ſalvos faceret: tolle vulnera, & nulla eſt cauſa medicinæ. *Profec.*

54. Venit de cœlo magnus medicus, quia magnus per totum orbem terræ jacebat ægrotus.

55. Ipſe ægrotus genus humanum eſt, quod totum perierat, ex quo peccavit unus in quo erat totum: ideò venit unus ſine peccato, qui ſalvos faceret omnes à peccato.

56. Venit per quod homo erat; nam per quod Deus erat, ſemper hic erat.

57. Hic erat per divinam majeſtatem, venit per humanam infirmitatem: quare venit ex miſericordia, non enim eum de cœlo ad terram merita noſtra, ſed peccata traxerunt. *Sup. Epiſt. 1. ad Tim. cap. 1. ſup. illud, Quia Chriſtus JESUS venit in mundum, col. 689. B. tom. 6.*

S. GREGOR. MAGNUS. 58. Mediator Dei & hominum, homo Chriſtus JESUS, ut culpas noſtræ trangreſſionis extingueret, venit mortalitatis noſtræ flagella tolerare: & qui Patri æqualis eſt per divinitatem, propter nos venit ad flagella per carnem. *Lib. 3. de Moral, cap. 11. poſt init. num. 12. ſup. illud Job. 2. Commoviſti me adverſ. eum, col. 73. lit. C. tom. 1.*

Digitized by Google

S. GREG. MAG. 59. In carne Dominus veniens, fines Eccleſiæ occulti judicii ſubtilitate diſtinxit. *Lib.* 28. *Moral. cap.* 6. *longe poſt init. num.* 9. *col.* 944. *C. tom.* 1.

60. Venit Chriſtus inter homines incarnatus, adverſa appetens, proſpera ſpernens, opprobria amplectens, gloriam fugiens. *Libr.* 30. *Moral. cap.* 15. *poſt med. ſup. illud Job.* 39. *Contemnit multitudinem, col.* 1033. *D. tom.* 1.

61. Vultis Chriſti ſaltus agnoſcere? de cœlo venit in uterum, de utero venit in præſepe, de præſepe venit in crucem, de cruce venit in ſepulchrum, de ſepulchro rediit in cœlum. *Hom.* 29. *ſup. Evang. paulò poſt init. col.* 450. *C. tom.* 5.

62. Terribilem judicem venientem conſidera, & de Adventu illius nunc conſcientia tua contremiſcat, ne tunc ſine cauſa timeat, cùm coram illo cœlum & terra tremuerit. *Lib.* 1. *in Regiſt. ind.* 9. *cap.* 42. *Epiſt.* 45. *ad Petrum Subdiaconum in fine, col.* 671. *A. tom.* 2.

S. HIERON. 63. Si cogitare diem Adventus Domini præ potentia majeſtatis ejus nemo poteſt, ferre quis poterit? *Sup. Malachiam, cap.* 3. *ſup. illud, Quis poterit cogitare diem adventus ejus? pag.* 299. *C. tom.* 6.

HUGO A S. VICTORE. 64. Venit Chriſtus inviſibilis, venit occultus, venit incomprehenſibilis; venit ut tangat te, non ut videatur à te: venit ut admoneat te, non ut comprehendatur à te. *Profec.*

65. Venit, non ut totum infundat ſe, ſed ut guſtandum præbeat ſe: non ut impleat deſiderium, ſed ut trahat affectum: primitias quaſdam porrigit ſuæ dilectionis, non plenitudinem exhibet perfectæ ſatietatis. *De Arrha Animæ in fine, pag.* 150. *litt. G. tom.* 2.

66. Venit Deus homo ad hominem pro homine redimendo, liberando, juſtificando, beatificando. *Profec.*

67. Redimendo de culpa, liberando de pœna, juſtificando per gratiam, beatificando per gloriam. *Serm.* 5. *de Advent. Domini poſt init. pag.* 319. *A. tom.* 2.

HUGO CARD. 68. Chriſtus venit ad oves propter quatuor.
Venit enim perditas quærere.
Venit oneratas exonerare.
Venit eſurientes paſcere.
Venit diſperſas congregare. *Sup. Geneſ. cap.* 38. *fol.* 54. *col.* 4. *Allegoricè, tom.* 1.

69. Venit Deus multis modis.
Ut judex, dùm commiſſa arguit, & condemnat.
Ut Dominus, dùm pœnas irrogat, & minas intentat.
Ut miſericors, dùm delicta condonat, & gratiam dat.
Ut magiſter, dùm ſcientiâ informat.
Ut Pater, dùm gratiam adoptionis, & deſiderium tribuit hæreditatis.
Ut dilectus, dùm magis ac magis ad amorem inflammat. *Sup. Cantica, cap.* 8. *fol.* 135. *col.* 3. *tom.* 3.

70. Nullus humanus ſenſus poterit cogitare, quàm humilis, quàm mitis, quàm patiens fuit Chriſtus in primo adventu: nec quàm inſignis, quàm potens, quàm terribilis venturus ſit in ſecundo. *Sup. Malach. cap.* 3. *fol.* 227. *col.* 3. *tom.* 5.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 71. Cùm totus mundus concluſus in peccatis eſſet, venit Creator univerſitatis, & principia peccantium evacuavit, ut nullus poſtmodùm deſperaret de ſalute. *Hom.* 2. *ſup. Pſalm.* 50. *ante med. col.* 740. *lit. D. tom.* 1.

72. Conſidera quàm ſit audire magnificum, quomodo Deus ſurgens de ſede regali è cœlo venerit ad terras, & ad ipſum deſcenderit infernum, ac in acie dimicans ſteterit. *Hom.* 2. *in Matth. poſt init. col.* 20. *A. tom.* 2.

73. Continuò totus horreſce, cùm Deum veniſſe audis ſuper terras. Valdè auditu mirabile eſt, quòd ineffabilis Deus (qui nec ſermonibus explicari poteſt, nec cogitationibus comprehendi, Patrique per omnia coæqualis) per Virginis ad nos venit uterum, & naſci ex muliere dignatus eſt. *Ibidem, ut ante, B.*

S. JOAN. CHRYS. 74. In primo Adventu Deus venit celatus corpore, ut probaret fideles: in ſecundo autem adventu veniet manifeſtus in gloria, ut remuneret fidem illorum. *Hom.* 49. *oper. imperfecti, ſup. Matth. poſt med. col.* 1098. *D. tom.* 2.

75. In primo Adventu cùm ſit miſericordiæ; in ſecundo Adventu judicii tempus, locum miſericordia non habebit. *Ibidem, Homil.* 52. *ante finem, col.* 1119. *lit. A.*

76. Vis cognoſcere manſuetudinem venientis? conſidera ſpeciem adventus ejus. *Prof.*

77. Non ſedet in curru aureo, pretioſa purpura fulgens, nec aſcendit ſuper fervidum equum, diſcordiæ amatorem, ſed ſedet ſuper aſinam tranquillitatis & pacis amicam.

78. Non autem vides in circuitu ejus ſplendentes gladios, aut cætera ornamenta terribilium armorum: ſed quid? ramos frondentes, teſtimonis pietatis. *Ibidem, Hom.* 37. *ſtatim à medio, col.* 995. *B.*

S. LEO I. 79. Ad Adventum Chriſti omnem convenit hominem præparari, ne quemquam aut ventri deditum, aut curis ſecularibus inveniat implicatum. *Serm.* 8. *de jejun. decimi menſis, in princ. fol.* 10. *pag.* 2.

80. Sicut nullum Dominus à reatu liberum reperit, ita pro liberandis omnibus venit. *Serm.* 1. *de Nativit. in princ. fol.* 11. *pag.* 2.

S. ODILO ABBAS. 81. Creatura quantùm Creatori ſuo per cognitionem eſt vicinior, tantùm de Adventu ejus extitit lætior. *Ser.* 2. *de Epiph. ante fin. apud Bibl. Patr. tom.* 10. *pag.* 604. *col.* 1. *A. edit. Coloniæ* 1618.

S. PETRUS CHRYSOLOG. 82. Deus mitiſſimi paſtoris elegit officium, perſonam Paſtoris induit, ut vagos populos, palantes plebes, diſperſas longè latèque gentes, velut errantes oves in unum paſtor miſericors congregaret. *Profec.*

83. Immò ut nationes feras, prædam mortis, carnis cibum, potum ſanguinis, beſtiarum furorem ſitientes, ad uſum lactis, ad cibum graminis, ad ovium vitam duceret, & redderet lenitatem. *Serm.* 6. *in princ. apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *pag.* 2. *part.* 665. *colum.* 2. *lit. H.*

84. Parvus fuiſſet amor pauperis Chriſti, quòd pauperem ſuſcepiſſet, niſi & paſſiones pauperis ſuſcepiſſet. *Ibid ſerm.* 14. *in med. pag.* 672. *col.* 1. *A.*

S. THOMAS AQUINAS. 85. Venit Chriſtus in mundum.
Primò, ad manifeſtandum veritatē.
Secundò, ut homines à peccato liberaret.
Tertiò, ut per ipſum habeamus acceſſum ad Deum. *In Summa, quæſt.* 40. *art.* 1. *in corp. pag.* 85. *col.* 2.

86. Manna de cœlis deſcendit, gaudeant eſurientes. *Profec.*

87. De vinea cœli botrus erupit, gaudeant ſitientes.

88. Oleum è cœlo effuſum eſt, gaudeant ægrotantes.

89. Inſpiravit Deus ſpiraculum vitæ, reviviſcant morientes.

90. Lapis de monte præciſus eſt, timeant ſuperbientes.

91. Fons ad ablutiones patet, redeant prævaricantes. *In ſuis Opuſc. tom.* 1. *de Humanitate Chriſti, ante med. fol.* 140. *pag.* 1.

92. Chriſtus venit gratis juſtificare peccatores, ſervos facere fratres, captivos hæredes, exules reges. *Ibid, de Paſſione Chriſti ante fin. fol.* 178. *pag.* 2.

THOMAS À KEMPIS. 93. Quoties Miſſa celebratur, & hoſtia verbo Dei conſecratur, toties Deus noſter ad homines venit. *Ser.* 30. *ad Novitios, diviſ.* 10. *pag.* 143. *tom.* 2

Digitized by Google

THOMAS A KEMPIS. 95. Venit Chriſtus non in auro & argento, nec indutus purpura & byſſo, non in equis phaleratis, aut armis ſplendentibus, non in clangore buccinæ & citharæ: ſed in humilitate & paupertate, in manſuetudine & charitate: ut amaretur potiùs, quàm timeretur: ut attraheret magis ad ſe peccatores, quàm fugaret. *Medit. 3. de Adventu, cap. 6. pag. 194. tom. 1.*

96. Venit Chriſtus propter tuam neceſſitatem, ut redimeret quem perditum ſciebat. *Profec.*

97. Venit à peccatis te liberare, & pretioſi ſanguinis ſui effuſione purgare.

98. Venit ignorantiam tuam illuſtrare, & viam veritatis oſtendere.

99. Venit infirmitatem tuam adjuvare, & tolerantiam in adverſis docere.

100. Venit à terrenorum appetitu te revocare, & ad cœleſtia amanda ſuſtollere.

101. Venit virtutes prædicare, & finem vitiis imponere.

102. Venit gratiam infundere, & cœleſtium conſolationum dulcedine te lætificare.

103. Venit omnibus bonis te replere, & ab omnibus malis eripere.

104. Venit æternam beatitudinem tibi donare, & pro te temporalem miſeriam ſuſtinere.

105. Venit omnia ſua tibi conferre, & ſuper omnia dona ſeipſum tibi in perpetuum fruendum præbere.

106. Ut tu æternaliter gauderea, venit ipſe laborem & dolorem ſuſcipere;

107. Ut tu diteſceres, venit de pauperari: ut tu regnares, venit exulare.

108. Venit ad errantem via, venit ad ignorantem veritas, venit ad mortuum vita, venit ad damnatum liberator, venit ad ſeductum conſiliator, venit ad deſperatum ſalvator. *Medit. 3. de Adventu, cap. 7. per totum, pag. 194. tom. 1.*

109. Venit Deus in carne, & nobiſcum eſt humanitate, qui nuſquàm deeſt divinitate. *Medit. 5. de Nativ. cap. 1. in med. pag. 199. tom. 1.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 110. Deus delapſus eſt de cœlo, ut cœtus hominum adeat, verſetur in terris, cum hominibus colloquatur. *Orat. 30. de Haruſpicum reſponſ. in fine num. 62. col. 618. E. tom. 2.*

111. Deus incluſus, corpore humano ſcilicet, venit. *Lib. 1. de divin. natu. poſt med. num. 67. col. 365. C. tom. 4.*

SENEC. 112. Perierat totus orbis, niſi iram finiſſet miſericordia. *Libr. 1. Controverſ. Controverſ. 1. poſt init. pag. 44. tom. 1.*

113. Deus ad homines venit (quod propius eſt) in homines venit. *Ep. 73. in fine pag. 673. tom. 2.*

Vide etiam Titul. Iudicium extremum.

Adverſitas.

DEFINITIO.

COLLECTOR. *Adverſitas eſt Paſſio, vel ægritudo laborioſa egeſtatis, vel alterius mali, vel damni accidentis.*

SENTENTIÆ *PATRUM.*

S. AMBROSIUS. 1. NISI explorentur adverſa, citò occupant: & animum mala inexplorata plùs frangunt. *Lib. 1. Offic. cap. 38. prope med. col. 27. B. tom. 1.*

2. Adverſa tolerare, ſapienti virtutis exercitium eſt: inſipienti, prævaricationis eſt occaſio. *Serm. 42. poſt med. col. 737. A. tom. 3.*

3. Quælibet jacula juſto nocere non poſſunt, cui Deus lux eſt. *De Nabuth. cap. 14. ſub fin. col. 1117. C. to. 4.*

4. Nemo dura putet eſſe, quæ juſta ſunt. *Sup Pſalm. 118. verſ. 2. ſub finem, col. 1537. B. tom. 4.* S. AMBROSIUS.

S. ANTONIN. 5. Nihil homini periculoſius & damnoſius, quàm irruentibus adverſitatibus, dare ſe impatientiæ & deſperationi. *Part. 4. Titul. 3. cap. 7. §. 15 in fine, fol. 33. col. 1.*

S. AUGUSTIN. 6. Proſpera in adverſis deſidero, adverſa in proſperis timeo; quis inter hæc medius locus, ubi non ſit humanæ vitæ tentatio? *Profec.*

7. Væ proſperitatibus hujus ſeculi, ſemel & iterum à timore adverſitatis, & à corruptione lætitiæ.

8. Væ adverſitatibus ſeculi, ſemel & iterum, & tertiò à deſiderio proſperitatis. *Lib. 10. Confeſſ. cap. 28. poſt med. pag. 126. C. tom. 1.*

9. Homo, qui proſperis rebus proficit; aſperis, quid profecerit, diſcit. *De vera Religione, cap. 47. in fine, pag. 513. B. tom. 1.*

10. Non eſſent bona dulcia, ſi non paterentur adverſa. *De 21. Sententiis, Sent. 20. in princ. pag. 438. D. tom. 4.*

11. Adverſitas juſtorum, æternorum ſunt præmia gaudiorum. *Hom. 12. ſup. Apocalypſ. poſt med. pag. 464. C. tom. 9.*

12. Animæ ſuperbæ, & peccatis obnoxiæ, quoties aliqua adverſitate pulſantur, rebelles contra Dominum murmurare præſumunt. *Ser. 2. & in ordine 222. Dom. 13. poſt Trin. in fine pag. 773. B. tom. 10.*

13. Ubi nulla adverſitas turbat, ibi nulla neceſſitas anguſtat, nulla moleſtia inquietat. *De conflict. vitior. & virt. cap. 26. in med. pag. 715. B. tom. 9.*

14. Gaudendum Chriſtianis eſt, dùm rectè converſantes premuntur in hoc ſeculo. *In quæſt. vet. & novi Teſtam. quæſt. 115. longè poſt med. pag. 600. C. tom. 4.*

15. Premunt nos, ſed non opprimunt: urgent nos, ſed non demergunt. *Sup. Pſ. 31. Enarr. 2. verſ. 8. In diluvio aquarum multarum, pag. 133. B. tom. 8.*

16. In omnibus adverſitatibus non inveni tàm efficax remedium, quàm vulnera Chriſti. *In Manuali cap. 22. in princ. pag. 549. B. tom. 9.*

17. Nulla eſt plaga, quæ debeat ab amore Chriſti Chriſtianum ſeparare. *Serm. 60. ad fratr. in Eremo poſt init. pag. 999. B. tom. 10.*

18. Res adverſa, donum eſt admonentis Dei. *Ep. 87. ad Felicit. ante med. pag. 255. A. tom. 2.*

19. Aurum probat ignis, viri verò virtutem conflant vitæ adverſa. *Orat. 16. poſt med. apud Bibl. Patr. to. 5. part. 3. pag. 431. H.* S. BASIL. SELEUCENS.

20. Ultra modum ſunt delicati, qui nulla adverſa volunt pati. *Tom. 2. in ſuis Proverb. verbo ultra, pag. 200.* V. BEDA.

21. Nulla nocebit adverſitas, ſi nulla dominetur iniquitas. *Serm. 13. ſup. Qui habitat, ante fin. fol. 87. col. 2. D.* S. BERNARDUS.

22 Sicut ſtellæ in nocte lucent, in die latent: ſic vera virtus (quæ ſæpè in proſperis non apparet) eminet in adverſis. *Serm. 27. ſup. Cant. paulo poſt med. fol. 156. col. 3. lit. H.*

23. Plaga recens dolore non caret: neque enim occaluit vulnus, nec in tam brevi verſum in inſenſibile eſt. *Libr. 1. de Conſider. in princ. fol. 274. colum. 3. lit. H.*

24. Adverſa carnis, remedia ſunt animi. *Serm. 43. ad Soror. in 2. volum. circa med. fol. 92. col. 1. A.*

25. In omni adverſitate fortunæ, infeliciſſimum genus eſt infortunii, fuiſſe felicem. *Lib. 2. de Conſolat. Philoſ. Proſ. 4. in princ. pag. 56.* BOETIUS.

26. Neceſſaria eſt tolerantia adverſorum; ut qui per temperantiam contemnit mundi proſpera, per tolerantiam portet, & toleret adverſa: ut ſicut non eſt elevatus in proſperis, ita nullis frangatur adverſis. *Serm. 4. & in ordin. 16. ſtatim a med. pag. 316. col. 2. tom. 3.* S. BONAVENT.

27. Perfectius eſt adverſa tolerare patienter, quàm

bonis operibus inſudare. *De Grad. virt. cap. 2. de ſatisfact. in fine. pag. 24. col. 2. lit. E. tom. 7.*

S. Bonavent.

28. Eſto maturus in conſilio, fortis in adverſis, humilis in proſperis. *In Aphabet. Religioſ. lect. 18. pag. 529. col. 1. lit. C. tom. 7.*

29. Noli præſumere in bonis, nec deſperare in adverſis. *Ibid. Lect. 19. pag. 529. col. 1. lit. D.*

Caſſiodor. & Gloss. Ord. col. 1317. lit. C. tom. 3.

30. Deus perfectè diligitur, cùm animus adverſis non movetur, ſed ſpe accenditur. *Sup. Pſ. 114. verſ. 1. Dilexi quoniam, &c.*

Dionysius Carthus.

31. Fructuoſiſſimum ac ſaluberrimum eſt, in præſenti paternè caſtigari, adverſitatibus exerceri, dummodò patienter feratur. *Prof.*

32. Nonne inſipientiæ & nimiæ imperfectionis, imò inſaniæ eſt indicium, non velle adverſitates libenter ſufferre, ſed ſtatim iraſci, indignari, turbari, dejici? *Sup. Epiſt. Iacobi, cap. 1. art. 1. ante med. in illud, Cùm in tentationes varias incideritis, &c. fol. 1. lit. G.*

33. Magis timere debet Chriſtianus ſe non eſſe in ſtatu ſalutis & gratiæ, & ad electorum conſortium non pertinere, dum nil adverſitatis ſibi contingit. *De Mortific. vivifica, in Procmio circa med. fol. 111. pag. 1.*

Francisc. Titelm.

34. Satis ipſa inſtabilitas felicitatis vix momentaneæ perſuadet quòd poſt paululum ſubſequi non rarò ſolet maxima adverſitas. *In Elucid. ſuper cap. 3. Iob. cap. 5. ferè in princ. fol. 56. pag. 1.*

35. Nulla tibi unquàm poteſt nocere hujus temporis adverſitas, ſi in humilitate Deo ſubjectus permaneas. *Ibidem, poſt med. fol. 56. pag. 2.*

Gloss. Int.

36. Per adverſa, virtutum merita pateſiunt. *ſup. Iob. cap. 33. col. 312. lit. E. tom. 3.*

37. In adverſis non ſolùm robur fortitudinis detegitur, ſed & infirmitas humanitatis. *Ibidem.*

Gloss. Ord.

38. Nemo quantum profecerit, niſi inter adverſa cognoſcit. *Sup. Iob. cap. 33. col. 312. lit. E. tom. 3.*

39. Juſti quidquid adverſitatis in ſua converſatione invenerint, non offendunt: quia æternæ ſpei, & æternæ contemplationis ſaltu adverſa tranſiliunt. *In Proverb. cap. 15. ſup. illud, Via juſtorum abſque offendiculo, col. 1669. lit. B. tom. 3.*

S. Gregor. Magn.

40. Magna conſolatio tribulationis eſt, ſi cùm adverſa patimur, authoris noſtri ad memoriam dona revocemus. *Lib. 3. Moral. cap. 7. poſt med. num. 7. col. 69. B.*

41. Sancti viri ſic ſciunt foris adverſa tolerare, ut intùs etiam noverint perverſa corrigere. *Ibidem, cap. 12. circa med. col. 80. lit. B. tom. 1.*

42. Nunquam eſt patientiæ virtus in proſperis: ille autem verè eſt patiens, qui adverſis atteritur, & tamen à ſpei ſuæ rectitudine non curvatur. *Lib. 11. Moral. cap. 17. in princ. col. 392. lit, C. tom. 1.*

43. In hoc mens juſta ab injuſta diſcernitur, quòd omnipotentis Dei laudem & inter adverſa confitetur: quòd non cum rebus frangitur, non cum caſu gloriæ exterioris cadit. *Ibidem.*

44. Toties hìc iniqui via arguitur, quoties ejus proſperitas interveniente adverſitate turbatur. *Lib. 15. Moral. cap. 36. num. 27. tom. 1.*

45. Perfectæ magnitudinis laus, eſt adverſa perpeti: & exteriùs fortiter, & interiùs clementer. *Lib. 22. Moral. cap. 7. in med. num. 12. col. 744. lit. A. tom. 1.*

46. Virtutum niſibus robuſti ex adverſitate proficiunt. *Prof.*

47. Infirmi autem ſæpè in deſideriis ſuis, ſi quæ eis fuerint ex adverſo objecta langueſcunt, & cùm valida tribulatione pulſantur, puſillanimitate deficiunt. *Lib. 26. cap. 10. Moral. in fine, col. 861. lit. D.*

48. Quiſquis adverſitatum tribulatione frangitur, à quo factus eſt minimè contemplatur. *Ibidem.*

49. Proſpera eſt ipſa adverſitas, quæ mentem ab elatione cuſtodit. *Ibid. cap. 28. longè ante finem, col. 892. lit. A.*

50. Adverſa non dejiciunt, quem proſpera nulla corrumpunt. *Lib. 31. Moral. cap. 14. in princ. num. 23. col. 1068. lit. D. tom. 1.*

S. Gregorius Magnus.

51. De ſpe æternæ hæreditatis gaudium ſument illi, quos adverſitas vitæ temporalis humiliat. *In Paſtorali, Part. 3. cap. 1. Admonit. 27. ante finem, col. 1301. D. tom. 1.*

52. Nulla erit maturitatis oſtenſio, ſi contra adverſa omnia non affuerit operis fortitudo. *Hom. 3. ſup. Ezech. ante med. col. 82. A tom. 2.*

53. Adverſitas quæ bonis objicitur, probatio virtutis eſt, non judicium reprobationis. *Lib. 7. in Regiſt. Ind. 2. cap. 126. Epiſt. 126. ad Recharedum Regem ante med. col. 1001. A. tom. 2.*

54. Studendum ſummoperè eſt, ut res aſpera fiat mercedis occaſio. *Lib. 8. Indict. 3. cap. 37. Ep. 37. ad Innocent. Epiſc. tom. 2.*

55. Creatori noſtro in cunctis adverſitatibus gratias referamus, atque de ejus miſericordia confidentes, patienter omnia toleremus; quia ſemper minus patimur, quàm meremur. *Libr. 8. in Regiſt. Ind. 3. cap. 41. Epiſt. 41. ad Dominicum, Epiſc. Carthag. prope med. col. 1028. D. tom. 2.*

56. Magna Dei omnipotentis miſericordia eſt, quando pro bono opere, adverſitatis aliquid in hoc mundo recipitur, ut plena merces in æterna retributione ſervetur. *Libro 9. in Regiſtr. cap. 39. Epiſt. 39. ad Theotiſtam patriciam ante med. col. 1056. D. tom. 2.*

57. Nulla adverſitas dejicit, quem proſperitas nulla corrumpit. *Lib. 20. Moral. cap. 24. in fine, col. 700. C.*

58. Pia mens cùm ſe adverſa ab hominibus perpeti proſpicit, in divinæ gratiæ conſolatione requieſcit. *Libr. 2. Moral. cap. 9. ante med. num. 14. col. 34. lit. D.*

59. Indè contra adverſa omnia fortis efficitur, qui undè ſibi & ſcipſum vincendo dominatur. *Libr. 5. Moral. cap. 13. prope finem, num. 14. col. 147. D. tom. 1.*

60. Qui in amore cœleſtium fixus, ſeculum perfectè deſpexerit, nulla hunc adverſitas dejicit. *Sup. 7. Pſ. Pœnitent. in Pſ. 2. verſ. 13. Sperantem autem in Domino, col. 550. D. tom. 2.*

61. Qui improvidus ab adverſitate deprehenditur, quaſi ab hoſte dormiens invenitur. *Lib. 5. Moral. cap. 31. poſt med. num. 32. col. 173. D. tom 1.*

62. Qui ex adverſitate proximum deſpicit, apertè convincitur, quòd hunc in proſperis non amavit. *Lib. 7. Moral. cap. 10. ante med. col. 222. A. tom. 1.*

63. Dùm cor in adverſis ſperat proſpera, in proſperis formidat adverſa. *Lib. 22. Moral. cap. 10. in fine, num. 14. col. 748. A. tom. 1.*

64. Amore ſeculi adverſa aliqua pati, & vacuum ſimul eſt, & laborioſum. *Profec.*

65. Mens quæ amore ſeculi ex adverſitate afficitur, remunerationis præmio non repletur. *Libr. 8. Moral. cap. 5. circa med. num. 8. colum. 248. lit. B. & C. tom. 1.*

66. Manus Dei aliquando nos nobis per adverſa inſinuat, quæ etiam neſcientes nos in proſperis portat. *Lib. 23. Moral. cap. 19. circa med. col. 794. lit. C. tom. 1.*

67. Dùm adverſitatibus mundi quem diligit, anima morderi cœperit: tunc pleniùs intelligit, quantò illi priùs cum Deo melius fuit. *Lib. 34. Moral. cap. 2. in fin. col. 1170. A. tom. 1.*

68. Eos quos voluntas prava pervertit, plerumque adverſitas corrigit. *Ibidem.*

S. Gregorius Nazianz.

69. Non plaga percuti, grave eſt: ſed ob plagam nequaquàm refrænari, longè eſt graviſſimum. *Orat. 8. ob Patrem Epiſc. poſt med. pag. 61.*

70. Verus Philoſophus in adverſis gloriatur, & ex gravibus materiam facit virtutis. *Orat. 25. circa med. pag. 205.*

71. Adverſitate premi potius eſt, quàm uti rebus ſecundis. *Ep. 50. ad Caſarium, a med. pag. 422.*

S. HIERON.

72. Infelicitatis eſt, adverſa neſcire: ſelicitatis eſt, cum adverſis noſſe congredi, & ſcire pugnare. *Ep. 6. ad Amicum, longè ante finem, pag. 42. lit. C. tom. 4.*

HUGO A SANCTO VICTORE.

73. Perfecta virtus in adverſitate cognoſcitur. *Sup. Pſ. 21. cap. 18. fol. 41. lit. F. tom. 1.*

HUGO CARD.

74. Stultus eſt, qui in adverſis dejicitur, & in proſperis elevatur. *Sup. Job. cap. 5. in princ. fol. 403. column. 2. tom. 1.*

75. Multi ſunt ſtrenui in proſperitate, qui tamen deficiunt in adverſitate. *Sup. Pſalm. 58. fol. 138. col. 4. Moraliter, tom 2.*

76. Adverſitas aperit oculos, ut videat homo, ipſumque illuminat. *Sup. Pſalm. 85. fol. 224. column. 2. tom. 2.*

77. Adverſitas, ſaluti proxima eſt. *Sup. Pſal. 117. fol. 301. col. 4. tom. 2.*

78. Melior eſt adverſitas præſens, quàm proſperitas. *In Eccleſiaſten, cap. 7. ſup. illud, Melior eſt ira riſu. fol. 88. col. 4. tom. 3.*

79. Adverſitas medicamentum eſt. *Sup. Eccleſiaſticum. cap. 2. fol. 174 col. 3. tom. 3.*

80. Brevis afflictio adverſitatis delet, & purgat dolorem maximæ voluptatis. *Ibidem, cap. 11. fol. 193. col. 4.*

81. Juſti quantò ampliùs impetuntur, tantò glorioſiùs coronantur. *Sup. Hierem. cap. 39. fol. 259. col. 2. tom. 4.*

82. Qui ſunt hîc in adverſitate propter Deum, erunt in futuro in proſperitate. *Prof.*

83. Et è converſo, qui ſuot hîc in proſperitate, erunt in futuro in adverſitate. *Sup. Luc. cap. 16. fol. 233. col. 1. tom. 6.*

JOANN. CASS.

84. Frequenter quos ſuperare non potuerunt adverſa, ſecuritas & proſperitas dejecerunt. *In collat. 4. Abbat. Danielis, cap. 6. in fine, pag. 374.*

85. Victoria locum habere non poteſt, abſque adverſitate certaminum. *In collat. 18. Abbat. Piammonis, cap. 13. ſub finem, pag. 739.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

86. Adverſitate frangitur anima obtuſa vituperationibus. *Hom. ſup. illud, Pſal. 9. Patientia pauperum, &c. poſt med. col. 708. lit. C. tom. 1.*

87. Omnis adverſitas, quæ nos ſiue noſtra occaſione tribulat in hoc mundo, baptiſmus ignis eſt. *Hom. 3. oper. imperf. ſup. Matth. poſt med. col. 763. lit. D. tom 2.*

88. Si adverſitatem magnanimiter ſuſtinueris, nihil murmurans contra Deum, imputatur tibi illa afflictio pro peccatis commiſſis. *Ibidem.*

89. Omnis adverſitas, quæ ſubitò hominibus evenit, nimiùm gravis eſt: ſed præviſa, levior invenitur. *Ibid. Hom. 35. poſt init. col. 977. lit. D.*

90. Interdùm conſolatio ab adverſitate vincitur. *Hom. 4. de Patientia Job. ante med. col. 676. lit. A. tom. 1.*

91. Adverſitas bonorum, non eſt ira Dei, ſed admonitio. *Hom. 31. oper. imperfect. ſup. Matth. ante med. col. 941. lit. B. tom. 2.*

92. Adverſis probatur amor, affectio penſatur, examinatur dilectio, charitas intuitur. *Serm. 6. in quinta feria Paſſionis, poſt med. col. 815. lit. B. tom. 3.*

93. Qui non bonis ſolùm operibus ſtudet, ſed etiam adverſitates æquo gratoque ſemper animo perfert, ille proſternit diabolum. *Prof.*

94. Permagnum quidem eſt in ſecundo proſperoque rerum ſtatu, & miſericordiam exercere, & virtuti eſſe deditum: verùm longè tamen majus eſt, adverſitatum afflictionibus ab opere iſto pulcherrimo non deturbari. *Hom. 43. ſup. Epiſt. 1. ad Cor. poſt med. col. 671. lit. A. tom. 4.*

95. Si in rebus adverſis Deo gratias agas, omnium præcipua hæc eſt eleemoſina. *Hom. 4. ſup. Epiſt. 2. ad cor. in Morali circa finem, col. 721. lit. D. tom. 4.*

96. In adverſis ſi fide fueris, & ſpe munitus, futura bona illæſa cuſtodies. *Serm. 24. ſup. Epiſt. ad Epheſ. ante med. col. 1113. lit. D. tom. 4.*

S. JOANNES CHRYSOST.

97. Nihil hâc linguâ ſanctius eſt, quæ in adverſis Deo gratias agit: certè, non inferior eſt linguâ Martyrum, utraque pariter coronatur. *Hom. 8. ſup. Epiſt ad Coloſſenſ. poſt med. col. 1287. lit. B. tom. 4.*

98. Si in hac vita malè patimur, gaudeamus, peccatorum quippè eſt expiatio. *Hom. ſup. Epiſt. ad Hebr. ſtatim ab init. col. 1699. lit. B. tom. 4.*

99. Aſperitas rerum & anguſtiæ, bonis viris acceſſio coronæ ſunt, etiamſi interdùm prolabantur. *Orat. 5, de fato, ante finem, col. 685. lit. C. tom. 5.*

S. ISIDORUS HISPALENS.

100. Sancti plus adverſitatibus ſeculi gaudent, quàm proſperitatibus delectentur. *Lib. 3. de ſum. bono, cap. 16. ſent. 1. pag. 672. col. 1.*

101. Juſtus in adverſis, probari ſe cognoſcat, non dejici. *Ibidem, cap. 58. ſent. 1. pag. 689. col. 2.*

102. Plus proſunt ſaluti adverſitates ſeculi, quàm proſperitates. *Profec.*

103. Nam ex proſperitate, in deterius itur: ex adverſitatis autem dolore, in melius proficitur. *Ibid. ſent. 7. pag. 689. col. 2.*

104. Viri ſancti plus formidant proſpera, quàm adverſa. *Profec.*

105. Quia Dei ſervos proſpera dejiciunt, adverſa verò erudiunt.

106. Ideoque ſancti viri conſtantia, ita portare debet adverſa, ut frangi non queat. *Ibid. ſent. 2. pag. 689. col. 2.*

107. Adverſa corporis, remedia ſunt animæ. *Lib. 2. de Synonim. cap. 6. in princ. pag. 315. col. 1.*

108. Omnis adverſitas, delictorum tuorum meritis excitatur, tua contra te dimicant arma, ſagittis tuis confoderis, telis tuis vulneraris. *Prof.*

109. Per quæ enim peccaſti, per hæc & torqueris: ſecutus es carnem, flagellaris in carne.

110. In ipſa gemis, in qua peccaſti, in qua deliquiſti: ipſa eſt tibi cenſura ſupplicii, quæ fuit cauſa peccati.

111. Undè corruiſti ad vitia, indè luges tormenta.

112. Diſcute conſcientiam tuam, examina te, loquatur tibi cor tuum, conſidera meritum tuum: juſtè argueris, juſtò flagellaris, recto judicio judicaris. *Lib. 1. de Synonim. ante med. pag. 308. col. 2.*

S. LAURENT. JUSTINIANUS.

113. Oculos aperit illata adverſitas quos obtectos ignorantiæ caligine terrena proſperitas poſſidebat. *Lib. de Humil. cap. 3. ante med. pag. 661. col. 2. lit. C. part. 2.*

114. Maximum miſerationis divinæ munus, ac præcipuum humanæ ſpei ſolatium eſt, temporaliter cum Dei filiis adverſitatibus exerceri. *De inter. conflictu, cap. 6. circa finem, pag. 365. col. 1. lit. D. part. 2.*

LUDOVICUS BLOSIUS.

115. Adverſa quæque animam vel corpus gravantia, quomodocumque, aut undecunque adveniant, non aliundè, quàm de manu Domini ſuſcipias. *In brevi Regula Tyronis, verbo Adverſa, pag. 433 col. 2.*

MINUTIUS FELIX.

116. Calamitas ſæpius diſciplina virtutis eſt: ærumnis enim ſuis incliti floruerunt. *In ſuo Octavio ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 10. col. 1. lit. C.*

117. In adverſis Deus unumquemque explorat, & examinat. *Ibidem.*

PETRUS BLES.

118. Si dura ſunt quæ ſentis, reputes te durioribus eſſe dignum. *Epiſt. 134. ad Vuilhelm. electum, poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 810. col. 2. lit. F. edit. Coloniæ 1618.*

119. Expedit tolerari dura, ne veniant duriora. *Ibid. Epiſt. 137. ad Alexand. de S. Albano. ante med. pag. 812. col. 2. lit. F.*

PHILO.

120. Beata ea natura eſt, quæ omnia læto, atque hilari animo excipit: nec ullis omninò rerum eventibus diſcruciatur, ſed tanquàm bonis, & utilibus acquieſcit. *Et habet. apud D. Joan. Damaſc. lib. 3. Parall. cap. 49. in calce fol. 127. pag. 1. lit. B.*

S. PROSPER.

121. Adverſitas hujus ſeculi nos non facit miſeros, ſi vera bona & manſura diligamus. *Sup. Pſ. 138. verſ. 12. pag. 153. col. 1. lit. B. tom. 5. Bibl. Patr. part. 3.*

122. Præſens vita dies eſt belli, quia vel foras, vel intùs nunquàm deeſt adverſitas, cui debeat repugnari. *Ibid. ſup. Pſal. 139. verſ. 8. pag. 154. col. 1. lit. C.*

S. PROSPER. 123. Cuſtodit nos Dominus ab omni malo; non ut nihil patiamur adverſi, ſed ut ipſis adverſitatibus anima non lædatur. *Sent. 30. apud D. Auguſt. in fine, tom. 3. pag. 745. lit. A.*

124. Non facilè inveniuntur in adverſitate præſidia, quæ non fuerint in pace quæſita. *Ibidem, ſent. 188. pag. 748. lit. D.*

125. Periculoſiora ſunt animo ſecura, quàm corpori adverſa. *Ibid. ſent. 199. pag. 753. lit. A.*

RICHARD à S. VICTOR. 126. Quantò juſtus duriùs premitur exteriùs, tantò delectabiliùs gloriatur interiùs. *De Benjamin minore, cap. 35. in princ. pag. 196. col. 1. lit. C. part. 1.*

SALVIANUS. 127. Adverſa nobis per iracundiam Dei veniunt, ſecunda per gratiam. *Lib. 6. de Gubern. Dei poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 350. col. 1. lit. A. edit. Coloniæ.* 1618.

128. Qui corrumpimur rebus proſperis, corrigimur adverſis. *Ibid. ut ante lit. B.*

129. Nequaquàm uti meremur proſperis, qui non corrigimur adverſis. *Ibid. ante fin. pag. 351. colum. 2. lit. E.*

THOMAS à KEMPIS. 130. Quantæ virtutis quiſque fuerit, meliùs patet occaſione adverſitatis. *Lib. 1. de Imitat. Chriſti, cap. 16. in calce, pag. 333. tom. 2.*

131. Neſcit homo quàm bonus ſit & virtuoſus, niſi cùm veraciter vexatus fuerit adverſis. *In Hortulo Roſar. cap. 7. ſect. 2. pag. 517. tom. 2.*

132. Majoris meriti eſt, adverſa pati, quàm bona operari. *De tribus Tabernaculis cap. 3. ſect. 13. in princ. pag. 598. tom. 2.*

133. Qui nihil amat in mundo, leviùs adverſa tolerat. *Ibid. cap. 3. ſect. 14. in calce, pag. 598.*

134. Adverſa patiendo fit {
Homo melior.
Auro pulchrior.
Vitro clarior.
A vitiis purgatior.
Virtutibus perfectior.
Chriſto acceptior.
Sanctis ſimilior.
Hoſtibus fortior.
Amicis charior.
Ad ſui cuſtodiam cautior.
Ad compaſſionem promptior.
Ad humilitatem profundior.
Ad diſcretionem prudentior.
Ad orandum ferventior.
Ad cæleſtia paratior.
Ab inferno ſecurior. *Med. 27. de Chriſti Paſ. cap. 9. ante med. pag. 257. tom. 1.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 135. In infortuniis virtus relucet. *1. Eth. & habetur apud Bedam, tom. 2.*

136. Non eſt ſanè parum ſecundis rebus benè uti: attamen adverſas moderatè perferre, multò majus eſt exiſtimandum. *Lib. 2. Oeconomic. cap. 1. poſt med. col. 914. tom. 2.*

PLATO. 137. Calamitas æquo animo ferenda eſt, & ſi quid humanitùs contigerit, non eſt impatienter lugendum. *Tom. 2. Syzygia 4. in dialogo Menexeni, poſt med. pag. 147. lit. C.*

138 Mortali homini haud facile eſt omnia de animi ſententia ſuccedere, dùm in hac vita verſatur. *Ibidem, lit. D.*

SENECA. 139. Cùm multa bonis viris adverſa eveniunt, nihil accidere bono viro mali poteſt. *In lib. de divina Providentia, cap. 2. in princ. pag. 379. tom. 1.*

140. Adverſarum impetus rerum, viri fortis non vertit animum. *Prof.*

141. Manet in ſtatu, & quidquid evenit, in ſuum colorem trahit. *Ibidem.*

142. Bonus vir, omnia adverſa, exercitationes putat. *Ibidem.*

143. Nihil mihi videtur infelicius eo, cui nihil unquàm evenit adverſi. *Ibid. cap. 3. ante med. pag. 382.* SENECA.

144. Gaudent magni viri aliquando adverſis rebus, non aliter quàm fortes milites bellis. *Ibidem, cap. 4. circa init. pag. 384.*

145. Ipſis Deus conſulit, quos eſſe quàm honeſtiſſimos cupit, quoties illis materiam præbet aliquid animosè fortiterque faciendi. *Ibid. ante med. pag. 385.*

146. Calamitas, virtutis occaſio eſt. *Ibidem.*

147. Magis urgent ſæva inexpertos. *Ibid.*

148. Hos Deus quos probat, amat, indurat, recognoſcit, exercet. *Proſec.*

149. Eos autem quibus indulgere videtur, quibus parcere, molles venturis malis ſervat. *Ibid.*

150. Erratis ſi quem judicatis exceptum: veniet ad illum diù felicem portio. *Prof.*

151. Quiſquis videtur dimiſſus eſſe, dilatus eſt. *Ibid. in med. pag. 385.*

152. Quid miraris bonos viros, ut confirmentur, concuti? *Prof.*

153. Non eſt arbor ſolida, nec fortis, niſi in quam frequens ventus incurſat.

154. Ipſa enim vexatione conſtringitur, & radices certiùs figit. *Ibidem in fine, pag. 387.*

155. Nemo duraret, ſi rerum adverſarum eandem vim aſſiduitas haberet, quàm primus ictus. *De tranquillit. animi cap. 10. poſt init. pag. 532. tom. 1.*

156. Non eſt magni animi ſe rebus proſperis fortem gerere, ubi ſecundo curſu vita procedit: adverſi aliquid incurrat oportet, quod animum probet. *De conſolat. ad Marciam. cap. 6. in princ. pag. 602. tom. 1.*

157. Ut in illa æterna venias, per iſta exeundum eſt. *Ibid. cap. 18. in calce, pag. 614.*

158. Dolor, egeſtas, ignominia, carcer, exilium, cùm ad ſapientem pervenêre, manſueta ſunt. *Epiſt. 85. in calce, pag. 725. tom. 2.*

Vide etiam Titul. Afflictio, Amaritudo, Flagellum, Fortuna, Moleſtia, Tribulatio.

Adulatio.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DESCRIPTIO, DIVISIO, COMPARATIO.

Adulatio dicitur quaſi laudis latio, ſeu laudis elatio; vel anagrammaticè Adulatio, eſt laudatio. COLLECTOR.

DEFINITIO ET DESCRIPTIO.

ADULATIO, venenum eſt. *In Meditat poſt init. lit. A. cap. 1.* S. ANSELM.

Adulatio, eſt cùm quis verbis vel factis inordinatè alteri placere quærit. *Part. 1. Titul. 2. cap. 4. §. 5. poſt med. fol. 26. col. 3.* S. ANTONIN.

Adulatio, eſt quoddam vitium, quo quis quærit alteri placere ex laudatione facta ad ipſum, vel alio actu inordinato. *Part. 2. Titul. 10. cap. 2. §. 1. in princip. fol. 295. col. 4.*

Quid eſt adulatio? niſi fallaci laude seductio. *Hom. 20. quinquaginta homiliarum, in princ. pag. 302. lit. D. tom. 10.* S. AUGUSTIN.

Adulatio, eſt ſermo laudis alicui exhibitus, intentione placendi. *In Centiloquio, part. 1. ſect. 13. in princ. pag. 61. col. 2. lit. A. tom. 6.* S. BONAVENT.

Adulatio eſt, quando quis quoſdam colit, non propter quæ colere oportet, ſed ad captandum terrena. *Serm. 5. ſup. Epiſt. ad Philipp. in fine, col. 1156. lit. A. tom 4.* S. JOANNES CHRYSOST.

Adulatio eſt vitium, quo quis alterum laudat, quando & qualiter & ubi non oportet. *Part. 4. in deſcript. terminor. cap. Juſtitia in med. fol. 27. col. 2. lit. B.* IOAN. GERS.

Adulatio eſt peccatum, quo quis ſupra debitum virtutis modum verbis, vel factis in communi converſa- S. THOMAS AQUINAS.

tione, alicujus commodi conſequendi intentione, alium delectare ſtudet. *Secunda ſecundæ, quæſt. 15. in princip corporis. pag. 308. col. 2.*

PLATO. Adulatio, eſt converſatio ad voluptatem, abſque eo quod optimum eſt, modum excedens. *Sizygia 6. de definit. ante finem, pag. 415. lit. E. tom. 3.*

DIVISIO.

GLOSS. DECR. Adulatur quis tribus modis.
{ Vel attribuendo alicui homini bonum quod non habet.
Vel nimiùm extollendo bonum, quod habet.
Vel approbando malum quod habet.
Apud Gratian. in decretis. fol. 28. col. 4. edit. Lugdun. 1540.

HUGO CARD. Adulatio triplex eſt.
{ Prima eſt, quando bonum, quod habet aliquis ab alio, ſupra id quod eſt extollitur.
Secunda eſt, quando bonum, quod non habet, ei attribuitur.
Tertia eſt, quando malum, quod facit, ſovetur, & dicitur eſſe bonum, & hæc eſt deterior. *Sup. Pſal 9. fol. 20. col. 2. tom. 1.*

Adulatio fit tribus modis.
{ Primò, per mali facti diminutionem.
Secundò, per boni facti magnificationem.
Tertiò, per falſi boni impoſitionem.
Sup. Pſ. 123. fol. 326. col. 2. tom. 2.

COMPARATIO.

S. BONAVENT. Adulatores ſimiles ſunt canibus, qui cùm obviant ſibi invicem, oſculantur ſe in loco immundo. *Titul. 3. Diete, cap. 7. in med. pag. 290. col. 1. lit. A. tom. 6.*

HUGO CARD. Adulator
{ Eſt quaſi Syrena diaboli, trahens in exitium audientes.
Eſt quaſi nutrix diabolica, lactans parvulos Babylonis.
Eſt etiam quaſi incantatrix diaboli, quia de bono facit hominem ſuperbire.
Sup. Proverbia, cap 6. fol. 13. col. 3.

SENEC. Adulatio ſimilis eſt amicitiæ: non imitatur tantùm illam, ſed vincit & præterit. *Profec.*

Apertis & propitiis auribus recipitur, & in præcordia ima deſcendit, eò ipſo gratioſa, quò lædit. *Epiſt. 45. fere in med. pag. 600. tom. 2.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Proſpiciendum eſt, ne adulantibus aperiamus aurem: emolliri enim adulatione, non ſolùm fortitudinis non eſſe, ſed etiam ignaviæ videtur. *Lib. 1. Offic. cap. 42. in fine, col. 30. lit. A. tom. 1.*

2. Divitibus plerique aſſentatoriè gratificantur, ergа verò pauperem nemo aſſentator eſt. *Lib. 3. Offic. cap. 16. poſt med. col. 77. lit. D. tom. 1.*

S. ANSELMUS. 3. Adulator frangit, favor extollit, calumnia pungit. *In Meditat. cap. 4. in princ.*

4. Semper inſidioſa, callida, blanda eſt adulatio. *Sup. Epiſt. ad Rom. cap. 16. ſup. illud, Seducunt corda, fol. 50. col. 4.*

S. ANTONIUS DE PADUA. 5. Omnis qui habet prurientes aures, qui omni verbo credit, qui adulationi libenter aurem bibulam apponit; non homo, ſed brutum animal dignus eſt appellari. *Serm. 1. Pentecoſt. ante fin. fol. 166. pag. 1.*

S. AUGUSTIN. 6. Amici adulantes pervertunt. *Lib. 9. Conf. cap. 8. in fine, pag. 111. lit. B. tom. 1.*

7. Mavult ſeverâ miſericordiâ juſtus emendari, quàm leni adulationis unctione laudari. *Ep. 147. ad Proculianum ante med. pag. 441. lit. A. tom. 2.*

8. Sicut ſæpè ſumenda ſunt & amara ſalubria, ita ſemper vitanda eſt pernicioſa dulcedo. *Lib. 4. de Doctrina Chriſtiana, cap. 5. in fine. pag. 48. lit. D. tom. 3.*

9. Magis optabo à quolibet reprehendi, quàm ab adulante laudari. *Lib. 2. de Trinit. in proœmio poſt med. pag. 184 lit. D. tom. 3.* S. AUGUSTIN.

10. Laudator errans confirmat errorem: & adulans illicit in errorem. *Ibid. in fin.*, &c.

11. Tolerabiliora ſunt amici vulnera, quàm adulantium oſcula. *De Amicitia, cap. 27. in med. pag. 782. lit. C.*

12 Sicut eſt plerumque crudelis, fallax adulatio: ſic ſemper miſericors, juſta correptio. *Lib. 2. contra lit. Petilani. cap. 67. in princ. pag. 86. lit. D. tom. 7.*

13. Malim me miſericordi objurgatione ſanari, quàm blandâ adulatione decipi atque perverti. *Ibid. cap. 103. in fine, pag. 107. lit. A.*

14. Adulantium linguæ alligant animas in peccatis: delectatur enim ea facere, in quibus non ſolùm non metuitur reprehenſor, ſed etiam laudator auditur. *Sup. Pſ. 9. verſ. 24. Quoniam laudatur peccator. pag. 43. lit. A. tom. 8.*

15. Comes eſt voracibus adulatio, & omnibus malis. *Sup. Pſalm. 13. verſ. 5. Linguis ſuis dolosè agebant. pag. 52. lit. D.*

16. Non timebis comminatorem, ſi non amas adulatorem. *Sup. Pſ. 57. poſt init. verſ. 1. Recta judicate, pag. 390. lit. C. tom. 8.*

17. Duo ſunt genera perſecutorum, vituperantium & adulantium: plus perſequitur lingua adulatoris, quàm manus interfectoris. *Super Pſ. 69. in Enarr. ante med. verſ. 3. pag. 514. lit. C. tom. 8.*

18. Falſa laus, adulatio eſt falſi adulatoris. *Sup. Expoſ. Pſ. 140. verſ. 6. Oleum peccatoris, &c. ante med. pag. 1116. lit. D.*

19. Adulatio duplicat linguam. *Hom. 20. quinquaginta homil. in princip. pag. 302. lit. D. tom. 10.*

20. Qui peccantem verbis adulantibus palpat, peccati fomitem ſubminiſtrat. *Serm. 1. Dom. 4. poſt Trinit. & in ord. 202. pag. 741. lit. B. tom. 10.*

21. Adulatio aſſentatoris mulcet, ſed decipit. *Ibid. Serm. 2. Dom. 23. ante med. pag 812. lit. C.*

22. Melius eſt pro veritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione beneficium. *Et habetur in decretis Gratiani part. 2. cauſa 11. quæſt. 3. can. Quiſquis, fol. 215. col. 3.*

23. Adulator clavum figit in oculo ejus cumque conſurgit. *Serm. 16. Dom. 19. poſt Pentecoſt. art. 2. cap. 2. in princ. pag. 255. col. 2. lit. C. tom. 4.* S. BERNARDIN.

24. Adulatio malum nutrit, cùm fit: & dicit eſſe bonum, quod malum fit. *Ibid. poſt init. E.*

25. Si quis te adulatur, venenum propinat, Judas eſt, oſculo te prodit. *Serm. 2. de S. Andrea paulo ante finem, fol. 74. col. 1. lit. A.* S. BERNARD.

26. Largi ſunt luxurioſi ementes auro ventum de ore adulatorum. *Serm. 39. ſup. Cant. ante finem, fol. 167. col. 2. lit. D.*

27. Peſſima vulpes, occultus detractor: ſed non minus nequam, adulator blandus. *Ibid. Serm. 63. ante med. fol. 184. col. 3. lit. I.*

28. Inter amicos contra veritatem nulla debet eſſe meticuloſa palpatio. *Epiſt. 35. ad Magiſtr. Hugon. prope finem. fol. 214. col. 2. lit. D.*

29. Juſtus corripit in miſericordia, peccator adulatur in impietate: ille ut curet, iſte ut occultet quod erat curandum. *Epiſt. 78. ad Suggerium Abbat. S. Dionyſii, circa med. fol. 226. col. 2. lit. E.*

30. Malunt perverſi ſtudere adulationi, quàm veritati. *Serm. 4. Dom. 4. poſt Pentecoſt. ante med. pag. 152. col. 2. tom. 3.* S. BONAVENT.

31. Oleum peccatoris, eſt dilectio ſimulata verborum, quæ adulationibus & blandimentis mentes velut olei pinguedo libenter ingrediens, rigorem veritatis emollit. *Sup. Pſ. 140. verſ. 6. Oleum peccatoris, &c.* CASSIODORUS.

32. Adulatio blanda omnibus applaudit, omnibus

ſalve dicit, prodigos vocat liberales, avaros parcos & ſapientes, laſcivos curiales, garrulos affabiles, obſtinatos conſtantes, pigros maturos & graves: hæc ſagitta leviter volat, & citò infigitur. *In quadam Epiſt. & habetur apud D. Antoninum, part. 2. titulo. 10. cap. 2. §. 1. ſub fin. fol. 296. col. 1.*

S. CYPRIANUS. 33. Auceps temporum, palpator eſt. *Epiſt. 2. ad Donatum, cap. 8. prope finem, pag. 4. col. 2. tom. 1.*

CLEMENS ALEXANDRIN. 34. Philoſophia vera non adulatur. *Lib. 1. Stromat. ante med. fol. 59. pag. 2. lit. E.*

GLOSS. ORD. 35. Adulatores Regum & potentum, ſic faciunt eos vitiis inſanire, ut relinquant timorem divinum. *Sup. 2. Paralipp. cap. 24. col. 1220. in fine, lit. F. Moraliter. tom. 2.*

36. Dæmones ſecum trahunt ad inferni ſupplicia adulatores, & adulationibus eorum acquieſcentes. *Ibid. col. 1222. in fine moraliter.*

GRATIANUS. 37. Quæ eſt iſta juſtitiæ inimica bonitas, palpare criminoſos, & vulnera eorum uſque in diem judicii incurata ſervare? *In decretis, part. 1. Diſtinct. 50. can. ſi quis. §. Ecce, fol. 57. col. 3.*

S. GREG. MAG. 38. Linguæ adulantium, terrenorum hominum mentes; ſi quando bona aliqua proferre conſpiciunt, hæc immoderatiùs laudando corrumpunt. *lib. 31. Moral. cap. 12. ante med. num. 20. col. 1064. lit. C. tom. 1.*

39. Adulatores quique verba loquentium, favoribus extollunt. *Ibid. ut ante, lit. D.*

40. Adulatio, ſi vel ad tempus patienter ſuſcipitur, augetur, & pauliſper demulcet animum, ut à rigore ſuæ rectitudinis molleſcat in delectatione ſermonis: ſed ne creſcere valeat, ſtatim eſt & ſine mora ferienda. *Hom. 11. ſup. Ezech. col. 175. lit. D. tom. 2.*

41. Impinguat caput oleum peccatoris, cum demulcet mentem favor adulantis. *Hom. 12. ſup. Evang. prope med. ſup. illud Pſalm. 140. Oleum peccatoris, &c. col. 358. lit. A.*

42. Tantò majores hoſtes credendi ſunt, quantò magis laudibus adulantur. *Lib. 4. in Regiſt. ind. 13. cap. 82. Epiſt. 38. ad Joan. Epiſc. prope med. col. 804. lit. C. tom. 2.*

43. Qui iniquè agunt, benedicuntur ab eis, qui adulantur peccatoribus, dummodò divites ſint. *Et hab. in decret. Gratiani part. 2. cauſa. 1. quæſt. 1. Can. Multi, in fine, fol. 121. col. 4.*

44. Favor adulantium mentem vanitati intentam, & ſatiat & confortat. *Lib. 5. Moral. cap. 4. longe ante med. col. 1541. lit. D. tom. 1.*

45. Sunt nonnulli, qui dùm malefacta hominum laudibus efferunt; augent quæ increpare debuerunt. *Profec.*

46. Quiſquis malè agentibus adulatur, pulvillum ſub capite, vel cubito jacentis ponit: ut qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quieſcat. *Lib. 18. Moral. cap. 4. poſt med. num. 3. col 586. lit. C. tom. 1.*

47. Quaſi parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur: ut quod illi perverſè agentes ædificant, ipſi adulantes quaſi nitidum reddant. *Ibid. ſub fin. &c.*

48. Lingua adulantium auditoris ſui animam amplectendo necat. *Lib. 1. Dialog. cap. 4. circa med. col. 1333. lit. D. verbo opus, tom. 1.*

49. Moris eſt, ut occupato in multis animo, adulatio valdè ſubrepat, ſi ab ipſo cordis oſtio nequaquàm fuerit citiùs repulſa. *Ibidem.*

S. GREGOR. NANZ. 50. Adulatur inimicus, non ut laudet, ſed ut amarulenter theſauriſet, quo in tempore venenum contra credentes evomere poſſit. *Orat. 3. de pace, & in ordine 15. ante med. pag. 241.*

S. HIERONYM. 51. Ne credas laudatoribus tuis, imò irriſoribus aurem ne libenter accommodes: qui cùm te adulationibus foverint, & quodammodo impotem mentis effecerint, ſi ſubitò reſpexeris, aut ciconiarum deprehendes poſt te colla curvari, aut manu auriculas agitari aſini, aut æſtuantem canis protendi linguam. *Epiſt. 4. ad Ruſticum, poſt med. pag. 47. lit. B. tom. 1.*

52. Ubi vile oluſculum, & cibarius panis, & cibus potuſque moderatus; ubi divitiæ ſupervacuæ, Ubi nulla adulatio. *Epiſt. 9. ad Salvinam, ante med. pag. 74. lit. D. tom. 1.*

S. HIERONYMUS. 53. Cave venenata animalia, quæ de corio tuo ſaturari ventrem ſuum cupiunt: non enim ſuadent quod tibi, ſed quod ſibi proſit. *Epiſt. 10. ad Furiam, poſt init. pag. 80. lit. C. tom. 1.*

54. Rumuſculos & gloriolas, & palpantes adulatores, quaſi hoſtes fuge. *Epiſt. 13. ad Paulinum, paulò poſt med. pag. 103. lit. B. tom. 1.*

55. Ne aſſentationem in neceſſitudine ſuſpiceris, quin potiùs me errare exiſtimato, vel amore labi, quàm amicum adulatione decipere. *Ibid. ante fin. pag. 104. lit. D.*

56. Adulatorum aſſentationes, & noxia blandimenta fallaciæ, velut quaſdam peſtes animæ fuge. *Epiſt. 14. ad Celantiam, in med. pag. 112. lit. B. tom. 1. Prof.*

57. Nihil eſt enim quod tàm facilè corrumpat mentes hominum, nihil quod tàm dulci & molli vulnere animum feriat.

58. In multis, iſto maximè tempore, regnat hoc vitium adulationis; quódque eſt graviſſimum, humilitatis ac benevolentiæ loco ducitur.

59. Eò fit, ut qui adulari neſcit, aut invidus, aut ſuperbus putetur.

60. Eſt ſanè grande & ſubtile artificium, laudare alterum in commendationem ſui, & decipiendo animum ſibi obligare decepti.

61. Quodque hoc maximè vitio agi ſolet, fictas laudes certo pretio vendere. *Ibidem, circa med. pag. 112. lit. C.*

62. Verba adulatorum mollia ſunt, feriunt tamen interiora ventris. *Ibidem.*

63. Adulator, blandus inimicus eſt. *Epiſt. 22. ad Euſtochium, circa init. pag. 135. lit. A. tom. 1.*

64. Adulatoribus noſtris libenter favemus, & quamquam nos reſpondeamus indignos, & calidus rubor ora perſundat, attamen ad laudem ſuam intrinſecùs anima lætatur. *Ibid. circa med. pag. 142. lit. C.*

65. Nos ad patriam feſtinantes, mortiferos Syrenarum cantus ſurda debemus aure tranſire. *Epiſt. 1. ad Paulinum in fine, pag. 16. lit. C. tom. 3.*

66. Adulatores corumpunt fictis laudibus leves animas, & malè credulis mentibus blandum vulnus infigunt. *Epiſt. 1. ad Demetriadem, poſt med. pag. 21. lit. A. tom. 4.*

67. Sæpè adulantium reſiſtimus verbis ad faciem, & in ſecreto mentis favemus. *Ibidem.*

68. Beata mens eſt, quæ perfectè vitium adulationis vincit, & nec adulatur aliquando, nec adulanti credit. *Ibidem.*

69. Non ſic adulandum eſt principibus, ut ſanctarum Scripturarum veritas negligatur: nec generalis increpatio, unius perſonæ injuria eſt. *Lib. 11. in Iſayam, in fine proœmii. pag. 141. lit. B. tom. 5.*

70. Scylleos canes ac mortifera carmina ſyrenarum ſurda aure pertranſeas. *Lib. 2. ſup. Oſeam. in med. proœmii. pag. 20. lit. B. tom. 6.*

71. Adulator & proditor, videntur amicitiæ verba habere, ſed plena ſunt veneno mortifero. *Sup. Pſ. 139. verſ. 3. Venenum aſpidum, &c. pag. 199 lit. A. tom. 8.*

72 Qui adulatores ſunt, ſectantur lucra, quærunt divitias, divitiis affluunt, mollibus veſtiuntur, & in domibus Regum ſunt. *Lib. 2: ſup. Matth. cap. 11. can. 5. num. 102. ſup. illud, Qui mollibus veſtiuntur, pag. 33. lit. A. tom. 9.*

S. HILARIUS. 73. Sermonum jacula deteſtanda ſunt, quæ magis ſub blandimento & adulatione nocitura ſunt. *Sup. Pſ. 54. paulo ante finem, fol. 21. col. 3.*

HUGO A SANCTO VICTORE. 74. Adulator, per dulces ſermones ſeducit. *Sup. Ep. ad Rom. in fine, pag. 268. lit. C. tom 4.*

HUGO CARO. 75. Adulator in proſperis blanditur, in adverſis tacet vel detrahit. *Sup. Judith. cap. 2. in princ. fol. 382. col. 2. tom. 1.*

76. Rarus

HUGO CARD. 76. Rarus ille ſapiens, cui ſapiunt contumeliæ, deſipit adulatio. *Sup. Proverb. cap. 18. fol. 39. col. 4. tom. 3.*

77. Adulatio eſt quaſi faſcinatio, quæ aufert, vel obſcurat viſum ſpiritualem. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 7. ſup. illud, Adulatione decep, fol. 89. col. 1. tom. 3.*

78. Adulatio nihil aliud eſt, quàm quædam veſtis alba, quâ adulatores turpitudines magnatum operiunt, ne videantur ab eis. *Ibidem.*

79. Adulator habet mel in ore ſicut apis, & aculeum in cauda. *Sup. Iſayam, cap. 7. fol. 21. col. 2. Myſticè, tom. 4.*

80. Mos adulatorum & proprium, eſt mentiri. *Sup. 2. Machabaeor. cap. 9. in fine, fol. 259. col. 1. tom. 5.*

81. Adulatores, quædam opercula ſunt latrinarum. *Sup. Epiſt. ad Rom. cap. 9. fol. 53. col. 4. tom. 7.*

82. Lingua diaboli eſt, adulatio: quia adulator eſt os diaboli. *Sup. Epiſt. 2. ad Tim. cap. 2. fol. 225. col. 1. tom. 7.*

83. Non mordere audent illi, nec latrare illi, qui ſunt in curiis, ſed lambere & adulari. *Sup. Epiſt. ad Titum. cap. 1. fol. 231. col. 4. tom. 7.*

84. Adulatur diabolus ſæpè ſicut canis; ſed agnoſcat Chriſtianus alienum eſſe, & adulantem etiam impetat. *Hom. 17. ſup. Acta Apoſtol. in Morali ante finem, col. 585. lit. A. tom. 3.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 85. Adulari, ſeductorum eſt, minarique volentium. *Hom. 2. ſup. Epiſt. 1. ad Theſſalon. in med. col. 1330. lit. D. tom. 4.*

86. Collaudare delinquentes, longè plus eſt, quàm delinquere. *Hom. 2. de David & Saule. in princ. col. 614. lit. C. tom. 1.*

S. JOAN. CLIM. 87. Adulator, eſt
Dæmonum miniſter.
Superbiæ dux.
Compunctionis exterminator.
Bonorum demolitor.
Erroneus Doctor. *Gradu 21. poſt init. apud Bibl. Patrum, tom. 6. part. 2. pag. 273. col. 2. lit. E. edit. Colon. 1618.*

88. Adulator, malus eſt janitor, qui ſæpè ſpiritui mendacii & falſitatis portam aperit. *Part. 4. ſerm. ad Regem. de intent. adulat. poſt init. fol. 152. col. 4. lit. E.*

89. Adulator eſt ſolùm verborum intricator, & cùm ad veritatem dicendam ventum fuerit, per verba duarum facierum exitum quærit. *Ibidem, ante med. fol. 153. col. 1. lit. I.*

LACT. FIRM. 90. Adulari non licet; pernitioſa eſt enim, ac deceptrix adulatio. *In Epitome divinar. Inſt. in fine, pag. 402.*

S. LAURENT. JUSTINIANUS. 91. Adulantium mos eſt, ſemper in proſperitate mulcere; & donec temporalia ſuppetunt, applaudere. *Part. 1. de ligno vita tract. 10. de paupert. cap. 2. ante med. pag. 55. col. 2. lit. B.*

92. Adulator eſt
Amicus in obſequio.
Hoſtis in animo.
Compunctus in verbo.
Turpis in facto:
Lætus ad proſpera.
Fragilis ad adverſa.
Anxius ad opprobria.
Immoderatus ad gaudia.
Facilis ad humana.
Difficilis ad honeſta.
Menſas divitum frequentans.
Pauperum domos declinans. *Ibidem.*

S. LEO I. 93. Noxia cordis delectatio eſt, quæ adulatione lætatur. *Serm. 9. de Jejun. ſeptimi menſis ante med. fol. 75. pag. 1.*

ORIGENES. 94. Cùm aliquis aptus moribus populi, ut placeat is quibus aures pruriunt, loquitur quæ gratanter accipiant; talis conſuit cervicalia ſub omni cubito manus. *Hom. 13. in Ezech. ante med. pag. 395. col. 1. lit. D. tom. 1.*

95. Qui ad voluptatem meditata deportant, & iſta ſemper inquirunt quæ delectent potiùs audientes, quàm convertant à vitiis, faciunt velamina ſuper caput. *Ibid. ut ante lit. E.*

PETRUS BLES. 96. Pluralis locutio, qua uni loquendo mentimur, ſermo adulatorius eſt, longè à ſacro eloquio alienus. *Epiſt. 15. ad Epiſc. Carnotenſ. in calce, apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 716. col. 1. lit. D. edit. Colon. 1618.*

97. Adulatio, peſtis improbiſſima eſt, quæ cùm deprehendatur à paupere, apud divites latenter obrepens, etiam circumſpectum circumvenit & prudentem. *Prof.*

98. Aut enim ſub dilectionis imagine, aut devotionis obtentu, aut alicujus ſimulatione officii ſe adulatio prodigioſa palliat, ut gratiùs acceptetur: venena enim non dantur, niſi melle circumlita. *Epiſt. 70. ad eumdem. circa med. pag. 757. col. 1. lit C. D.*

99. Nimis periculoſum eſt, ad arbitriom palpantis, aut blandientis, laudem obtinere vel perdere. *Epiſt. 132. ad quend. Abbat. poſt med. pag. 808. col. 2. lit. E. apud Bibl. Patr. &c.*

100. Teipſum de te conſule, reſpue blandimenta, adulationibus aures claude. *Profec.*

101. Qui te beatificant, in errorem inducunt. *Ibid. à med. pag. 808. col. 1. lit. D.*

S. PETRUS DAMIANUS. 102. Adulationes dùm blandiloquii ſui ſuavitate demulcent, interiores oculos ne ſolita luce perfruantur, excæcant. *Epiſt. 12. ad Deſiderium Abbat. poſt init. pag. 35. col. 2. lit. B. tom. 1.*

103. Adulator oculis gliſcit, geſtibus innuit, feſtivitatem ſereni cordis ore prætendit. *Opuſc. 22. cap. 1. in med. pag. 590. col. 1. lit. B. tom. 3.*

104. Palpantes adulatores, tanquàm ſerpentini morſus venena devita. *Opuſc. 49. cap. 11. circa med. pag. 719. col. 2. lit. B. tom. 3.*

PHILO JUDÆUS. 105. Adulatorem nemo amicum dixerit: Eſt enim adulatio vitium amicitiæ. *Lib. 2. legis allegor. longè poſt med. pag. 135.*

THOMAS A KEMPIS. 106. Plus nocet blanda laus ſtulti, quàm dura correptio Juſti. *In hortulo Roſar. cap. 8. ſect. 1. in calce. pag. 517. tom. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ANTISTHENES PHILOSOPH. 107. Satius eſt in corvos, quàm in adulatores incidere: illi mortuum exedunt, hi vivum etiam. *In ſent. à medio.*

ARISTOTELES. 108. Sicut aſſentatores omnes, mercenarii quidam ſunt: ſic humiles & demiſſi homines, aſſentatores ſunt. *Lib. de Moribus, cap. 3. poſt med. fol. 45. pag. 1. edit. Pariſ. 1565.*

109. Magna pars hominum aſſentatorum amatrix & cupida eſt. *Ibid. lib. 8. cap. 8. in princ. fol. 90. pag. 1.*

110. Aſſentator, amicus eſt inferior, ſeu qui ab altero ſuperatur: vel certè ſeſe talem eſſe ſimulat, amareque magis, quàm amari. *Ibidem.*

CICERO. 111. Nolo eſſe adulator, ne videar adulator. *Lib. 4. de Arte Rhetor. ad Herennium, ante med. col. 56. lit. E. tom. 1.*

112. Cavendum eſt ne aſſentatoribus patefaciamus aures; neque adulari nos ſinamus, in quo falli facile eſt. *Lib. 1. Offic. poſt med. col. 480. lit. E. tom. 4.*

113. Nulla peſtis in amicitiis major eſt, quàm adulatio, blanditia & aſſentatio. *De Amicitia poſt med. col. 576. lit. F. tom. 4.*

114. Aſſentatio quamquàm pernitioſa ſit, nocere tamen nemini poteſt, niſi ei qui eam recipit, atque in illa delectatur. *Ibid. ante fin. col. 577. lit. D.*

115. Qui non tam virtute prædiri eſſe, quàm videri volunt, hos delectat aſſentatio. *Ibid. ut ante. lit. E.*

116. Semper auget aſſentatio id, quod is ad cujus voluntatem dicitur, vult eſſe magnum. *Ibid. ut ante. lit. F.*

117. Apud quos blanda vanitas valet, admonendi ſunt ut animadvertant, ne callida aſſentatione capiantur. *Profec.*

118. Apertè enim adulantem nemo non videt, niſi qui admodùm eſt excors. *Ibid. &c. lit. F. G.*

PLATO. 119. Adulatoriæ aſſentationes animos emolliunt, atque enervant. *Tom. 2. Sizygia 4. lib. 1. de legibus ante med. pag. 633. lit. D.*

SENECA. 120. Sæpè adulatio dum blanditur, offendit. *Lib. 2. De Ira cap. 28. circa med. pag. 425. tom. 1.*

121. Maluerim veris offendere, quàm placere adulando. *Lib. 2. de Clementia ad Neronem. cap. 2. circa med. pag. 484. tom. 1.*

122. Plurimùm adulator cùm deprehenſus eſt, proficit: perit, ſi latet. *Lib. 4. quæſt. ante med Præfat. pag. 724. tom. 1.*

123. Quò apertior eſt adulatio, eò improbior: quò magis frontem ſuam perfricuit, cecîdit alienam, hoc citiùs expugnat. *Ibidem.*

124. Eò jàm dementiæ venimus, ut qui parcè adulatur, pro maligno ſit. *Ibidem.*

125. Cùm quis ad te adulator acceſſerit, dicito, I. tu. *Ibid. poſt med. pag. 725.*

126. Adulatorum ſermo vitandus eſt, multum enim nocet. *Profic.*

127. Etiamſi non ſtatim officit, ſemina in animo relinquit.

128. Adulatorum ſermo diutiùs hæret, quàm auditur. *Epiſt. 123. circa med. pag. 885. tom. 2.*

129. Citò nobis placemus, ſi invenimus qui nos bonos viros dicat, qui prudentes, qui ſanctos. *Profec.*

130. Non ſumus modica laudatione contenti, quidquid in nos adulatio ſine pudore congeſſit, tanquam debitum prendimus.

131. Optimos nos eſſe, ſapientiſſimos affirmantibus aſſentimur, cùm ſciamus illos ſæpè mentiri.

132. Adeoque indulgemus nobis, ut laudari velimus in id cui contraria cùm maximè facimus. *Epiſt. 59. in med. pag. 632. tom. 2.*

SIXTUS PHIL. 133. Malis qui adulatur, pejores eos facit. *Sent. 141. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 65. col. 2. lit. F.*

VALERIUS MAXIMUS. 134. Felicitatis cultus majore ex parte adulationi, quàm charitati erogatus, certè ſuſpectus eſt. *Lib. 4. Dicter. memorabil. cap. 7. circa init. pag. 188.*

Vide etiam Titul. Blandities, & laus.

Adulterium.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, PRODUCTIO.

S. GREG. MAG. GRæco verbo Mœchus, adulter dicitur, cùm non ſolùm aliena conjux, ſed & mulier videri prohibetur. *Profec.*

Cùm enim turpiter ſolo viſu etiam innupta concupiſcitur, adulterium perpetratur. *Lib. 21. Moral. cap. 9. in princ. num. 9. col. 720. lit. D. tom. 1.*

S. ISID. HISPAL. Quia alter alterius torum commaculavit, adulterii nomen accepit. *Lib. 5. Etymol. cap. 26. circa med. pag. 61. col. 1.*

DEFINITIO.

S. AUGUSTIN. Adulterium eſt fidei violatio, cùm vel propriæ libidinis inſtinctu, vel alienæ conſenſu, cum altero vel altera contra pactum conjugale concumbitur. *De bono conjugali, cap. 4. circa init. pag. 548. lit. D. tom. 6.*

S. BONAVENT. Adulterium eſt luxuria, quâ conjugalis thorus violatur. *Part. 1. Centiloquii, ſect. 24. poſt init. pag. 65. col. 2. lit. A. tom. 6.*

HUGO CARD. Adulterari, eſt thorum alterius violare. *Sup. Marc. cap. 7. fol. 101. col. 2. tom. 6.*

Adulterium, eſt violatio fidei mutuæ caſtitatis, quâ ſe maritus & uxor vi matrimonii obligant. *Sup. Joan. cap. 8. fol. 336. col. 3. tom. 6.*

Adulterium, eſt diviſio corporis à ſuo in non ſuum. *Ibidem.*

Adulter eſt, qui dimiſſa uxore ſua, alii feminæ copulatur, vel qui alterius uxorem cognoſcit. *Sup. Luc. cap. 18. fol. 239. col. 4. tom. 6.*

JOAN. GERS. Adulterium, eſt concubitus illicitus cum perſona ligata matrimonio. *Part. 4. in deſcript. terminor. cap. Temperantia poſt init. fol. 26. col. 2. lit. Q.*

S. ISIDORUS HISPAL. Adulterium, eſt illuſio alieni conjugii. *Lib. 5. Etymol. cap. 26. circa med. pag. 61. col. 1.*

S. THOMAS AQUINAS. Adulterium, eſt injuſtus uſus mulieris alterius. *Sup. Epiſt. ad Epheſ. cap. 5. lect. 2. circa med. fol. 167. col. 2.*

Adulterium eſt determinata luxuriæ ſpecies, qua vir ad alterius uxorem, vel mulier ad virum alterius accedit. *2. 2. Quæſt. 154. art. 8. in princ. corporis, pag. 266. col. 1.*

PRODUCTIONES.

S. JOANNES CHRYSOST. Adulterii radix, curioſus eſt oculorum obtutus. *Sup. Epiſt. ad Galat. cap. 5. poſt med. col. 941. lit. D. tom. 4.*

Adulterii procreatrix, temulentia eſt. *Serm. de concupiſc. vitand. poſt med. col. 808. lit. B. tom. 5. Profec.*

Ex temulentia enim luxuria, ex luxuria adulterium, ex adulterio homicidium oritur. *Ibidem.*

Radix adulterii, concupiſcentia eſt impudica. *Hom. 8. de Pœnit. ante med. col. 882. lit. B. tom. 5.*

Sicut ira mater eſt homicidii: ſic concupiſcentia mater eſt adulterii. *Hom. 12. oper. imperf. ſuper Matth. in princ. col. 813. lit. D. tom. 2.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Adulterium non ſolùm facti colluvione, ſed etiam aſpectus intentione committitur. *Lib. 1. Offic. cap. 50. ante finem. col. 36. lit. C. tom. 1.*

2. Qui alienæ expugnat pudorem, adulterium facit. *Lib. 8. Epiſt. 66. in princ. col. 630. lit. D. tom. 3.*

3. Qui adulterium cordis ignorat, idem utique neſcit corporis adulterium. *Ibid. Epiſt. 77. ad Conſtantium poſt med. col. 649. lit. D.*

4. Eſt velut quidam adulter, incontinens in matrimonio, quia legem Apoſtolicam prævaricatur. *Lib. 10. Epiſt. 82. ad Vercellenſ. Eccleſ. ante med. col. 660. lit. A. tom. 3.*

5. Gravius eſt Religionis adulterum eſſe, quàm corporis. *Serm. 50. in princ. col. 244. lit. C. tom. 3.*

6. Nolite quærere (viri) alienum thorum, nolite inſidiari alienæ copulæ: grave eſt enim adulterium, & naturæ injuria. *Lib. 5. Hexamer. cap. 7. poſt med. col. 859. lit. A tom. 4.*

7. Nemo ſibi blandiatur de legibus hominum, omne ſtuprum adulterium eſt: nec viro licet quod mulieri non licet. *Profec.*

8. Eadem à viro, quæ ab uxore debetur caſtimonia: quidquid in eam, quæ non ſit legitima uxor, commiſſum fuerit, adulterii damnatur crimine. *Lib. 1. de Abraham, cap. 4. ante med. col. 992. lit. C. tom. 4.*

9. Prima adulteræ oculorum tela ſunt, ſecunda verborum. *De Joſeph. cap. 5. ab init. col. 1081. lit. C. tom. 4.*

10. Non ſolùm lubrica, ſed etiam procax, importuna petulans, nec habet quod vereatur adultera. *Profec.*

11. Quia quæ diſpendia pudoris prima non doluit, inſidiatur ut capiat. *Ibid. ante med. col. 1081. lit. D.*

12. Adulterium qui facit, luxuriam exercet, aliena diripit, & portio diaboli eſt. *Sup. Pſ. 118. ſerm. 16. verſ. 1. poſt med. col. 1555. lit. D. tom. 4.*

S. ANTONIN. 13. Licet leges ſeculi non puniant ita maritos ſe miſcentes, ſicut adulteras mulieres: tamen lex Dei & Eccleſiæ æqualiter, & æternaliter punit. *Part. 2. Titul. 1. cap. 1. §. 4. ſtatim à med. fol. 3. col. 2.*

14. Mulier adultera, eſt opprobrium totius parentelæ, deteſtabilis, & abominabilis coram Deo & toto mundo, digna igne temporali, & æterno. *Ibidem in medio, &c. ut ante.*

S. AUGUSTIN. 15. Adulterium, in quantum adulterium eſt, malum opus eſt: plerumque autem de adulterio naſcitur homo, de malo ſcilicet hominis opere, bonum opus Dei. *Lib. 6. Muſica, cap. 11. ante med. pag. 280. lit. C. tom. 1.*

16. Periniquum eſt, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipſe non exhibet. *Lib. 2. de Adulterinis conjugiis, cap. 8. poſt med. pag. 594. tom. 6.*

S. AUGUST. 17. Puto Chriſtianum neminem reluctari, illum adulterum eſſe, qui vel diù languente, vel diù abſente, vel continenter vivere cupiente ſua uxore, alteri commixtus eſt feminæ. *Ibidem, cap. 13. poſt med. pag. 596. lit. D.*

18. Indignarentur mariti, ſi audirent adulteros viros pendere ſimiles adulteris fœminis pœnas: cùm tantò graviùs eos puniri oporteret, quantò magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere feminas. *Ibid. cap. 8. poſt init. pag. 593. lit. B.*

19. Caput mulieris, vir: Ubi ſe agnoſcunt duces, illas autem comites eſſe debere: & ideò cavendum eſt viro, illàc ire vivendo, quà timet ne uxor ſequatur imitando. *Ibidem.*

10. Ubi maritus uxorem de adulterii crimine accuſare non ſinitur, cui moribus ſuis non præbuit caſtitatis exemplum, ita ut ambo damnentur, ſi ambos pariter impudicoa conflictus ipſe convicerit. *Ibidem in med. pag. 594. lit. C.*

21. Intemperans in conjugio, quid aliud niſi quidam adulter uxoris eſt? *Lib. 2. contra Julian. poſt med. pag. 664. lit. C. tom. 7.*

22. Concupiſcentia mala, quaſi ardor eſt ignis: ignis conſumit veſtem, & libido adulterii conſumit animam. *Sup. Pſal. 57. verſ. 8. pag. 397. lit. B. tom. 8.*

23. Qui legitimi jura cubilis tranſgreditur, qui extra conjugem ſuam per mortiferos errat amplexus, reus erit æternæ mortis, quia vilem in ſe habuit ſanguinem Redemptoris. *Serm. 2. feriæ 3. poſt Dom. Palmar. & in ord. 120. poſt med. pag. 619. lit. B. tom. 10.*

24. Planè non dubitaverim dicere, lapſas animas à caſtitate ſanctiore quæ vovetur Deo, adulteris eſſe pejores. *De bono viduit. cap. 11. in princ. pag. 730. lit. C. tom. 4.*

25. Adulterium perpetratur in corpore, quod in corde tantò fit citiùs, quantò eſt cogitatio celerior & nullum impedimentum morarum. *De Natura & gratia, cap. 38. poſt med. pag. 507. lit. A. tom. 7.*

26. Adulterium non poteſt eſſe ſine bono naturæ, nec ideò bonum eſt. *Lib. 3. contra Julianum, cap. 23 in fine, pag. 690. lit. C. tom. 7.*

27. Conjuges & viduæ, & virgines poſſunt eſſe, & pudicæ non eſſe, ſi contaminata voluntate mœchantur. *Ibid. lib. 4. cap. 8. in med. pag. 710. lit. D.*

28. Si cui etiamſi non contingat facultas concumbendi cum conjuge aliena, planum tamen aliquo modo ſit, id eum cupere, & ſi poteſtas detur, facturum eſſe: non minus reus eſt, quam ſi in ipſo facto deprehenderetur. *Lib. 1. de libero arbitr. cap. 3. ſub fin. pag. 436. lit. C. tom. 1.*

29. Conjux, quæ adulterinum animum gerit, etiamſi timore viri non adulterium perpetrat: tamen quod deeſt operi, ineſt voluntati. *Epiſt. 120. ad Honoratum, cap. 21. poſt med. pag. 387. lit. B. tom. 2.*

30. Tu exigis caſtitatem ab uxore, & non vis reddere hoc uxori. *Profec.*

31. Et cùm debeas in virtute præcedere uxorem (quoniam caſtitas virtus eſt) & tu ſub uno impetu libidinis cadis, & vis uxorem tuam victricem eſſe, tu victus jaces.

32. Si caput eſt vir, melius debet vivere vir & præcedere in omnibus bonis factis uxorem ſuam, ut illa imitetur virum, & ſequatur caput ſuum. *De decem chordis, cap. 2. poſt med. pag. 629. lit. B. tom. 9.*

33. Quamdiù David exercitavit ſe, non inſultavit ſibi luxuria: ſed poſtquam in domo otioſus remanſit, laboravit adulterio, & homicidium commiſit. *Serm. 17. ad frat. in Eremo poſt med. pag. 933. lit. A. tom 10.*

S. BASIL. MAG. 34. Omnis non qui adulterium opere commiſit, ſed qui vidit ad concupiſcentiam, jàm adulterium perpetravit. *Profec.*

35. Divina enim lex, non actionem, ſed cogitationem judicat. *De Virginit. poſt med. pag. 299. tom. 2.*

S. BERNARD. 36. Adulterium quocunque modo, quocunque petres animo, turpe flagitium eſt, ac criminale peccatum. *De præcepto & diſpenſ. longè ante med. fol. 291. col. 2. lit. F.*

S. BONAVENT. 37. Mulier adultera, ſicut baſiliſcus ſolo aſpectu interficit hominem. *Titul. 3. Diætæ, cap. 5. in princ. pag. 289. col. 1. lit. D. tom. 6.*

S. CLEM. PAPA. 38. Quid in omnibus peccatis adulterio gravius? ſecundum namque in pœnis obtinet locum. *Epiſt. 1. longè ante med. fol. 202. pag. 2.*

39. Adulterii venenum, cunctis malis pernitioſius eſt. *Ibidem longè ante med. fol. 203. pag. 1.*

CLEM. ALEX. 40. Adulterium, fructus eſt concupiſcentiæ. *Lib. 2. Pædagog. cap. 6. paulò poſt med. fol. 35. pag. 2. lit. F.*

S. CYPRIAN. 41. Adulterium, fraus, homicidium, mortale crimen eſt. *De bono patientiæ, cap. 6. in princ. pag. 318. col. 1. tom. 2.*

42. Adulterium voluptas non eſt, ſed mutua contumelia: nec delectare poteſt, quod & animam interficit, & pudorem. *De bono pudicitiæ, cap. 7. poſt med pag. 423. col. 1. tom. 3.*

FRANC. TITEL. 43. Execrandum maximè & deteſtandum eſt, adulterii vitium. *Profec.*

44. Eſt enim nefas maximum, divinæ & naturali legi maximè adverſum.

45. Eſt maxima iniquitas adverſus proximum, quoniam nulla injuſtitia tam graviter nocet, aut tam grave damnum infert proximo, ut iſta.

46. Quæ id quod in omnibus rebus externis reputatur maximum bonum, homini aufert & violat. *In Elucidat. ſup. cap. 15. Iob. cap. 31. ante med. in illud, Scortum alterius ſit uxor mea, fol. 207 pag. 1.*

47. Meritò comparandum venit adulterium flammæ ignis vehementi, quæ ad conſumptionem uſque devorat illum, qui eo maculatur, & omnem ad radices uſque extirpat legitimam generationem. *Profec.*

48. Nam is, qui adulterio ſe ſubdit, quidquid videtur habere, vel antè habebat boni, quaſi flamma incendii devorante perdit.

49. Subſtantiam, honorem, bonum nomen, amicos, Patronos, & ſi quæ antè in eo fuerunt virtutum opera, vel ſemina aliqua boni, ab adulterii igne peſſimo omnia devorantur.

50 Efficitur denique adulter totus miſer, & ab omnibus deſpectus. *Ibid. ut ante, ſup. illud, Ignis eſt uſque ad perditionem devorans.*

S. GAUDENT. 51. Certè malum nihil eſt, vel in ſpecie, vel in ſexu mulieris: ſed eſt utique malum in voluntate adulteri peccantis. *In tract. de Machabæis ante med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 825. col. 2. lit. F. edit. Coloniæ 1618.*

GRATIAN. 52. Non poteſt fieri, ut mœchari poſſit quis in corpore, niſi mœchetur priùs in corde. *In decretis, part. 2. cauſa 32. quæſt. 5. can. de pudicitia. §. Non poteſt, fol. 366. col. 4.*

S. GREG. MAG. 53. Adulter in carnali coitu non prolem, ſed voluptatem quærit. *Lib. 16. Moral. cap. 25. ante med. num. 28. col. 533. lit. A. tom. 1.*

54. Quis ſanctior David? & tamen ubi devictis hoſtibus, preſſuris caruit, homicidium adulterio incautè ſecurus adjecit. *Sup. 7. Pſalmos pœnitent. in Pſ. 4. circa med. prologi col. 565. lit. B. tom. 2.*

S. HIERONYM. 55. Captivitatis nulla major calamitas eſt, quàm ad alienam libidinem trahi. *Lib. 1. adverſus Iulianum circa finem, pag. 52. lit. D. tom. 2.*

56. In adulterio non idcircò diverſum eſt adulterium, ſi pulchra vel dives, deformis aut pauper, meretrix vel adultera ſit. *Sup. Epiſt. ad Titum, cap. 2. in princ. pag. 252. lit. D. tom. 9.*

S. HILARIUS. 57. Hæc vivorum mors eſt, adulteriis vivere. *Sup. Pſal. 123. in medio, fol. 86. col. 2.*

58. Adulter audiens in adulteros leges, adulterium tunc cogitat: quod agit, timet: & quod timet, poſtea non fugit. *Sup. Pſ. 125. prope med. fol. 88. col. 3.*

JOAN. CASS. 59. Cuidam in adulterii crimine puniendo, ait Diogenes: Quod gratis venditur, morte non emas. *In collat. 13. Abbat. Chærmonis, cap. 5. in fine, pag. 595.*

Digitized by Google

S. JOANNES CHRYSOST. 60. Aſpectus mulieris cum curioſitate factus, adulterium eſt conſummatum. *Hom. 6. in Gen. ante med. ſup. illud Matth. 5. Qui inſpicit mulierem*, &c. *col. 34. lit. D. tom. 1.*

61. Adulter etiamſi omnium oblivisci queat, nunquam tamen ſic in ſolitudine verſatur, quin habens accuſatricem conſcientiam, ſuſpiciones timeat, umbras tremiſcat, perpetuaque in animo ejus tempeſtas eſt. *Ibid. hom. 16. prope med. col. 143. lit. D.*

62. Non tibi Deus oculos effinxit, ut per illos ad animum adulteria tranſmittas; ſed ut creaturas ejus aſpiciens, mireris authorem. *Hom. 17. ſup. Matth. poſt init. col. 168. lit. D. tom. 2.*

63. Multi corpore quidem caſtitati ſtudent, adulterium autem voluntate committunt. *Homil. 32. ſup. Matth. poſt med. col. 952. lit. D. tom. 2. ſup. illud 19. Sunt Eunuchi*, &c.

64. Adulter adulterium committit, & erubeſcit ſi adulter vocetur: dic manifeſto adultero, adulter, ut confundatur; quia quod facit, non ignorat. *Serm. de fide & lege naturæ ante med. col. 903. lit. B. tom. 3.*

65. Adulteri miſeri ſunt, qui modicæ voluptatis gratia & ſervitutem dedecoroſam, & pecuniarum ſumptus, timoréinque continuum, ac vitam ſerunt. *Serm. 12. ſup. Epiſt. ad Rom. poſt init. col. 133. lit. C. tom. 4.*

66. Voluptas in adulterio brevis eſt, & ab ea dolor perpetuus: & veſpere & nocte, in deſerto, in civitate, & quocumque locorum ſemper accuſator (ſcilicet ſtimulus conſcientiæ) ſequitur & angit. *Hom. 22. ſup. Epiſt. 1. ad Cor. circa med. col. 497. lit. B. tom. 4.*

67. Adulterium non tùm ſolùm eſt, quando mulier alteri nupta mœchatur: ſed & quando vir hoc facit, qui uxori alligatus eſt. *Hom. 5. ſup. Epiſt. 1. ad Theſſal. prope med. col. 1354. lit. B. tom. 4.*

68. Qui ſcortari non didicerit, neque mœchari ſciet: qui verò ſcortis fuerit involutus, mox & in adulterium quoque prolabetur. *Ibid. in med. col. 1354. lit. D.*

69. Cæcitas mala eſt adulterium, oculorum eſt morbus, non ſolùm corporis, ſed & animæ. *Hom. 8. de pœnitent. ante med. col. 882. lit. B. tom. 5.*

S. JOANNES DAMASC. 70. Non dicamus, non ſint mulieres: ſed dicamus, non ſint adulteri. *Lib. 3. parall. cap. 28. poſt med. fol. 118 pag. 1. lit. C.*

S. ISIDORUS HISPALENS. 71. Antequàm perficiatur adulterium in opere, jam extat adulterium in cogitatione. *Lib. 2. de ſum. bono. cap. 39. ſent. 14. pag. 655. col. 1.*

72. Ruina adulterii excipitur de contemptu matrimonii. *Ibid. cap. 40. ſent. 10. pag. 656. col. 2.*

73. Adulterium facit, qui præter ſuam ad alteram accedit. *Sup. Exod. cap. 29. circa med. pag. 456. col. 2.*

S. LEO I. 74. Nullus ducat in matrimonium, quam priùs polluit adulterio. *Et hab. apud Gratian. in decret. part. 2. cauſa 31. quæſt. 1. can. Nullus, fol. 357. col. 1.*

ORIGEN. 75. Adulterium diaboli pecunia eſt; diaboli enim in eo imago eſt, & ſuperſcriptio. *Profec.*

76. Commiſiſti adulterium; accepiſti diaboli numiſma. *Hom. 6. in Geneſ. poſt med. pag. 47. col. 2. lit. E. tom. 1.*

S. PROSPER. 77. Niſi ulcera peſſimi amoris, ebullienſque libido rationem animi perturbarent, adulter utique non eſſet. *De Promiſſion. part. 1. cap. 36. ſtatim à med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 25. col. 2. lit. H. edit. Colon. 1618.*

S. THEODORET. 78. Quantò fornicatione adulterium gravius, tantò adulterio cum nuru conſuetudo ſceleratior. *Sect. 8. ſup. Ezechiel. poſt med. in illud, Unuſquiſque nurum ſuam polluebat, pag. 344. col. 2. lit. H. tom. 1.*

S. THOMAS AQUINAS. 79. Nullum vitium ita directè contrariatur dilectioni proximi, ſicut adulterium. *2. 2. quæſt. 170. art. 1. in corp. ad 1. pag. 291. col. 2.*

80. Mulier mœchans eſt ſacrilega, proditrix, furatrix. *Opuſc. 9. de 6. præc. Non mœchaberis, fol. 63. pag. 1. tom. 1.*

S. VALERIAN. 81. Ille adulterii facinus prætermiſſum non putet, qui indulgentiæ lege deprehenſus evaſit. *Hom. 1. de bono diſc. ferè in med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. p. 476. col. 2. l. F.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

82. Cum qua, & quo tempore adulterium facere oporteat, animadvertatur: quia illud admittere, peccare eſt. *Lib. 2. de moribus, cap. 6. ante fin. fol. 17. pag. 2. edit. Pariſ. 1565.* ARISTOTEL.

83. Præcipit lex non committere adulterium, non libidine uti. *Lib. 5. Ethic. cap. 1. circa med. col. 659. tom. 2.*

84. Neceſſe eſt mulierem, quæ ſuum corpus addixerit turpiſſimæ cupiditati, timere damnationem. *Lib. 4. de Arte Rhetor. ad Herennium, ante med. col. 53. lit. E. tom. 1.* CICERO.

85. Si quis cum uxore ſua, tanquam cum aliena, concumbat, adulter erit, quamvis illa adultera non ſit. *De conſtantia ſapient. cap. 7. in med. pag. 548. tom. 1.* SENECA.

86. Abſtinebis ab alieno matrimonio. *De Moribus ante med. edit. Baſilea, pag. 677.*

87. Adulter eſt, in ſuam uxorem omnis impudicus amator ardentior. *Sent. 222. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 66. col. 1. lit. B. edit. Coloniæ 1618.* SIXTUS PHILOSOPHUS.

88. Scito te adulterum eſſe, etiamſi ſolùm cogites de adulterio. *Ibid. ſent. 224. pag. 66. col. 1. lit. B.*

89. Vide etiam Titul. Fornicatio.

Advocatus.

DEFINITIO.

Advocatus eſt, qui in forenſibus ſeu extraneis negotiis præbet litigantibus ſuum patrocinium, verbo vel ſcripto. COLLECTOR.

VEL

Advocatus eſt, qui in judicio apud eum, qui Iuriſdictioni præeſt, deſiderium ſuum vel amici exponit, aut alterius deſiderio contradicit. COLLECTOR.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. SCIAT advocatus non in clamore vocis, nec in forenſis aſſertione patrocinii: ſed in conſcientiæ integritate eſſe innocentiæ defenſionem. *Sup. Pſ. 118. ſerm. 20. verſ. 4. ante med. col. 1594. lit. A. B. tom. 4.* S. AMBROSIUS.

2. Hodiè omnia venalia ſunt, fruſtra apud curiales de teſtimonio conſcientiæ, de venuſtate morum, de torrente eloquentiæ, niſi pretio interveniente confidis. *Profec.* S. ANTONIN.

3. Ego enim credo, me vidiſſe oſtiarios Cerbero duriores: apud inferos tantùm Cerberus (ut aiunt) unus eſt, ſed quot ſunt diverticula curiarum, tot Cerberi: tota autem advocati familia aut mordet, aut latrat.

4. Manus vacua, temeraria petitio eſt apud advocatos, & ipſum ſilentium venale eſt.

5. Cauſidicorum lingua damnifica eſt, niſi eam funibus argenteis vincias. *Part. 3. Titul. 3. cap. 1. §. 9. ante med. fol. 46. col. 3. & 4.*

6. Advocatorum officium eſt, poſtulare judici in cauſis; ſed imitari debent Chriſtum advocatum juſtum, qui juſtè poſtulans exauditur. *Part. 3. Titul. 6. cap. 1. in med. fol. 69. col. 2.*

7. Advocati, qui glorioſè vocis munere lapſa erigunt, fatigata reparant: nec minus humano generi provident, quam ſi clypeis & thoracibus ſeſe, Patriam, pleroſque defendant. *Ibidem in fine*, &c.

8. Non debet judex vendere juſtum judicium, aut teſtis verum teſtimonium, quia vendit advocatus juſtum patrocinium, & juriſperitus verum conſilium. *Epiſt. 54. ad Macedonium, ante fin. pag. 161. lit. B. tom. 2.* S. AUGUSTIN.

9. Quis advocatus, aut ex advocato ita vir optimus facilè reperitur, qui ſuſcepto ſuo, dicat: Recipe quod mihi (cùm tibi malè adeſſem) dediſti; & redde adverſa-

rio tuo quod me agente iniquè abſtuliſti ? *Ibid. in fine pag.* 162. *lit. C.*

S. August. 10. Advocatum miſit tibi Deus, propter illum & per illum confitere, age cauſam tuam, quia defenſor eſt pœnitentis, & petitor veniæ confitentis, & judex innocentis. *Pr ſec.*

11. Verè timere poteris cauſam tuam, ubi advocatus tuus erit judex tuus. *Sup. Pſalm.* 66. *verſ.* 4. *pag.* 475. *B. tom.* 8.

12. Non timeas malum advocatum; ille enim tibi modò advocatus eſt, qui poſteà judex futurus eſt: illic erit & tu, & tua cauſa, ſermo cauſæ tuæ, teſtimonium conſcientiæ tuæ. *Sup. Pſ,* 147. *in princ. Præfat. pag.* 1172. *C. tom.* 8.

13. Vanus & miſer eſt, qui advocatum ſe (cùm litteras neſciat) audet profiteri. *De vita Chriſt. cap.* 6. *ante med. pag.* 610. *C. tom.* 9.

S. Bernardus. 14. Fidelis advocatus, qui non quærit quæ ſua ſunt, facilè obtinet omne quod quærit. *Epiſt.* 78. *ad Suggerium Abbat. S. Dionyſii poſt init. fol.* 225. *colum.* 4. *lit. L.*

15. Diſputationes advocatorum, & pugna verborum, magis ad ſubverſionem, quàm ad inventionem proficiunt veritatis. *Profec.*

16. Hi ſunt qui inſtruunt à quibus ſunt inſtruendi: aſtruunt non comperta, ſed ſua: ſtruunt de proprio calumnias innocentiæ, deſtruunt ſimplicitatem veritatis, obſtruunt judicii vias. *Lib.* 1. *de Conſider. ante fin. fol.* 276. *col.* 1. *A.*

17. Cauſa viduæ intret ad te, cauſa pauperis, & ejus qui non habet quod det. *Ibid*

18. Tanta eſt impudentia nonnullorum advocatorum, ut cùm manifeſtæ ambitionis prurigine ſcateat tota facies cauſæ eorum, non erubeſcant audientiam flagitare, & tamen cauſarum fruſtratorias & venatorias præcidunt dilationes. *Ibid.*

19. Magna abuſio! pauci ad os legiſlatoris, ad manus omnes reſpiciunt: hi importuni ſunt, ut accipiant; inquieti donec accipiant; ingrati ubi acceperint. *Ib. lib.* 4. *poſt init. fol.* 280. *col.* 3. *H.*

20. Advocati docuerunt linguas ſuas grandia loqui, cùm operentur exigua largiſſimi promiſſores, & parciſſimi exhibitores. *Prof.*

21. Blandiſſimi ſunt adulatores, & mordaciſſimi detractores: ſimpliciſſimi diſſimulatores, & maligniſſimi proditores. *Ibidem, ante med.* &c. *ut ante I.*

22. Verboſum adoleſcentem, & ſtudentem eloquentiæ (cùm ſapientiæ ſit inanis) non aliud quàm juſtitiæ hoſtem reputes. *Ibid. circa med. fol.* 281. *col.* 1. *lit. C.*

23. Advocati eligendi ſunt, qui ſtent viriliter pro afflictis, & judicent in æquitate: qui ſint compoſiti ad mores, manſueti ad patientiam, tecti in judicio, in conſilio providi, in agendo ſtrenui, in loquendo modeſti, in zelo ſobrii. *Ibidem, fol.* 281. *col.* 2. *D.*

24. Advocatum vis habere ad Chriſtum? ad MARIAM recurre; exaudiet utique matrem filius. *Lib.* 11. *in floribus, cap.* 6. *in fine.*

25. Quotidie perſtrepunt in palatio leges, ſed Juſtiniani, non Domini. *Profec.*

26 Hæ autem non tàm leges, quàm lites ſunt, & cavillationes ſubvertentes judicium. *Lib.* 1. *de Conſider. ante med. fol.* 275 *col.* 1. *B.*

S. Bonavent. 27. Frequenter inveniuntur in advocatione, injuſtum patrocinium, litis prolongatio, juris ſophiſtica allegatio, injuſtum conſilium. *In ſpeculo Animæ, cap.* 2. *ante finem, pag.* 37. *colum.* 2. *lit. C. tom.* 7. *part.* 3.

Cassiodor. 28. Hi ſunt qui cauſas
- Protendunt adhibiti,
- Impediunt prætermiſſi,
- Faſtidiunt admoniti,
- Obliviſcuntur locupletati. *Sup Pſ.* 73. *verſ.* 11. *Irritat adverſarius nomen tuum.*

Cassiodor. 29. Hi ſunt, qui.
- Emunt lites,
- Vendunt interceſſiones,
- Deputant arbitros,
- Judicanda dictant,
- Dictata convellunt,
- Attrahunt litigaturos,
- Protrahunt audiendos,
- Retrahunt tranſigentes. *Ibidem.*

30. Hi ſunt, qui negant.
- Civitatibus inducias,
- Mercatoribus nundinas,
- Emptoribus menſuras,
- Reverentiam clericis,
- Originem nobilibus,
- Locum prioribus,
- Cunctis jura,
- Diſtinctis privilegia. *Ibidem.*

31. Advocatis nullum genus hominum, ordinum, temporum cordi eſt. *Ibidem.*

32. Hi ſunt.
- In conviviis ſcurræ,
- In exactionibus harpyæ,
- In collocutionibus beſtiæ,
- In quæſtionibus ſtatuæ,
- Ad intelligendum ſaxei,
- Ad judicandum lignei,
- Ad ignoſcendum ferrei,
- Ad amicitias pardi,
- Ad facetias urſi,
- Ad fallendum vulpes,
- Ad ſuperbiendum Tauri,
- Ad conſumendum Minotauri. *Ibidem ut ante.*

Branchetus Titel. 33. Advocatus in cujus labiis & lingua non eſt gratia, qui linguæ facundiam non habet, & labiorum gratiam, non eſt aptus ſua advocatione gravibus rebus tranſigendis. *Sup. Pſalm.* 44. *ante med. verſ.* 3. *Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. pag.* 408.

Gloss. ordin. 34. Militia, mercatio, procuratio ſeu advocatio vix ſine peccato fit. *Apud Gratian. in decret. fol.* 29. *col.* 1. *edit. Lugdun.* 1540.

Gloss. ordin. 35. Perſpicacitas ingenii frequenter Deum & proximum impugnat; ut patet in advocatis, per hanc ſubvertentibus veritatem juſtitiæ. *Sup. Ezech. cap.* 27. *col.* 1278. *F. tom.* 4.

S. Gregorius Magnus. 36. Juſtus advocatus cauſas injuſtas nullo modo ſuſcipit, nec verba durè pro injuſtitia defendit. *Hom.* 7. *ſup. Ezech. in fine, col.* 123. *C. tom.* 2.

Hugo Card. 37. Linguæ malorum advocatorum venenatæ ſunt, duræ & malitioſæ. *Sup. Pſalm.* 63. *fol.* 158. *colum.* 2. *tom.* 2.

38. Advocati, ſunt gentes quæ bella volunt. *Sup. Pſ.* 67. *fol.* 165. *col.* 4. *tom.* 2.

39. Advocati mali in modum ranarum ſunt, de ore diaboli exeuntes. *Sup. Pſ.* 77. *verſ.* 50. *Et ranam,* &c. *fol.* 204. *col.* 3. *tom.* 2.

40. Officium advocatorum eſt, acquirere non habita, & habita defendere. *Ibid.* &c. *col.* 4.

41. Lingua advocati, lingua mendax eſt, quæ omnem veritatem odit. *Sup. Pſal.* 118. *fol.* 317. *colum.* 3. *tom.* 2.

42. Advocati, Rhetores ſunt diaboli, qui cauſas iniquas ſovent potentum; cauſa autem pupilli & viduæ non ingreditur ad eos. *Sup. Proverb. cap.* 9. *fol.* 18. *col.* 3. *tom.* 3.

43. Advocati dicuntur incantatores, quia aures judicum ornatu verborum incantant. *Sup. Iſayam, cap.* 47. *fol.* 106. *col.* 4. *tom.* 4.

44. Vehemens eſt duritia advocatorum, quia nulli parcit nec diviti, nec pauperi, nec juveni, nec ſeni, nec viduæ, nec pupillo, & ideò difficilè ſanabilis eſt. *Ibidem.*

HUGO CARD. 45. Quis medebitur advocato, à diabolo ſerpente percuſſo? valdè difficile eſt. *Ibidem.*

46. Advocatus linguoſus, totus eſt lingua, & lingua diaboli. *Ibidem, cap. 54. ſub finem, fol. 129. col. 4.*

47. Advocatus hoſtes debet confutare, arguere adverſarios, docere ſuos, & eis conſulere in cauſa ſua. *Sup. Joann. cap 16. fol. 381. col. 3. tom. 6.*

48. Hi ſunt, qui cauſas morantur admiſſi, impediunt prætermiſſi, faſtidiunt admoniti, obliviſcuntur ſine ſponſione præmii, dedignantur locupletati. *Sup. Ep. 1. ad Cor. cap. 6. fol. 86. col. 4. tom. 7.*

49. Advocati lingua, eſt lingua ſerpentis, quæ ſemper de terra loquitur. *Ibidem, cap. 13. in princ. fol. 109. col. 1.*

50. Scientia advocatorum ſerpentina, & tortuoſa eſt, quia injurioſè & callidè procedunt advocati, non tamen contra fidem apertè, ſed circa: quia ſub velamine nominis, ſcientiæ ſanctæ nocent; & hæc peſtis latet ſub ſpecie pietatis. *Sup. Ep. ad Timoth. cap. 6. in fin. fol. 222. col. 1. tom. 7.*

51. Advocati mali, ſynagoga ſunt Sathanæ. *Sup. Apocal. cap. 3. fol. 378. col. 2. tom. 7.*

S. INNOCENT. PAP. III. 52. Si fortè pauperum cauſam ſuſcipitis, illos remiſsè fovetis: cùm autem divitum cauſam aſſumitis, illos pertinaciter adjuvatis. *Prof.*

53. Pauperes deſpicitis, divites honoratis: iſtis reverenter aſſurgitis, illos deſpicabiliter conculcatis. *Lib. 1. de contempt. mundi, cap. 4. circa med.*

54. Vos nec gratiam datis nec juſtitiam juſtè redditis: quia niſi venit, non provenit, nec datur niſi vendatur. *Profec.*

55. Sæpè juſtitiam tantùm differtis, quòd litigantibus pluſquàm totum aufertis, quia major eſt ſumptus expenſæ, quàm fructus ſententiæ.

56. Quid autem poteritis illi in diſtricto judicio reſpondere, qui præcipit: Gratis accepiſtis, gratis date?

57. Lucrum in arca, damnum in conſcientia: pecuniam captatis, ſed animam captivatis. *Ibidem, cap. 5. in princ.*

58. Antiqui forenſem eloquentiam, caninam facundiam nuncupabant. *Profec.*

S. ISIDORUS HISPALENS. 59. Eo quòd cauſidici in certaminibus cauſarum omiſſis quæ agunt, veluti canes alterutrum ſeſe lacerant, jurgiaque cauſarum, ad injurias ſuas commutant. *Lib. 3. de ſum. bono, cap. 56. Sent. 2. pag. 688. col. 2.*

60. Res plena diſcriminis eſt in clericis uſus legum: totum enim hominem adeò vendicat, ut eum ſuſpendat à ſpiritualibus, à divinis avellat. *Profec.* PETRUS BLESENS.

61. Periculoſum ita ſe legibus humanis impendere, ut mens per horulam a divinæ legis meditatione jejunet.

62. Nemo ſimul poteſt precari, & orare: petere, & poſtulare: exercere Chriſti miniſterium, & advocati officium: ne dùm in utroque feſtinat, neutrum benè peragat.

63. Bonum eſt ſcire leges, ſed non ad quæſtum, non ad iniquum juris compendium: ſed ad inquiſitionem veritatis, & judicii æquitatem.

64. Hodiè autem ſoli avaritiæ militant patroni cauſarum, illudque quondàm venerabile nomen, & glorioſa poſſeſſio advocati, notabili venalitate vileſcit.

65. Dùm miſer & perditus linguam vendit, lites emit, matrimonia legitima diſſolvit.

66. Amicitias rumpit, ſopitarum litium cineres reſuſcitat, pactiones violat, detractat tranſactiones, privilegia frangit, & in capturam pecuniæ pedicas & retiacula tendens, jura omnia intervertit. *Epiſt. 26. ad quendam ſocium circa med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 725. col. 1. C. & D.*

67. Deberet advocatus, quod gratis accepit, gratis dare: advocare pro pupillo, & vidua, pro utilitate Reipublicæ, pro Eccleſiæ libertate nihil exigens, ſponte oblata ſuſcipiens. *Ibid. ſub finem, pag. 725. col. 2. lit. E.*

68. Legum ſcientia impudica eſt, quæ meretricio more quæſtuaria eſt, & mercalis. *Prof.* PETR. BLES.

69. Quidquid enim ſtudendo congregavit, ad nundinas vanitatis, vili contractu venaliter & impudenter exponit.

70. Hæc vix unquam pacifica eſt, quia ſemper litigat, quæ cum ſopire lites debeat, ſemper cineres litium excitat jàm ſopitos. *Epiſt. 140. ad Petrum Clericum, poſt init. apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 815. col. 2. H.*

71. Plerumque quos cauſa condemnat, mendax pecunia præmio dignos procaciter aſſeverat. *Opuſcul. 12. cap. 29. in fine, pag. 507. col. 1. B. tom. 3.* S. PETRUS DAMIANUS.

72. Advocatorum cùm finiantur actiones, tunc incipiunt dignitates. *Lib. 1. Ep. 11. ad Montium ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 995. col. 1. B. edit. Colonia 1618.* S. SIDONIUS.

73. Ubi pauperum cauſis aliter ſubveniri non poteſt, tenentur advocati eorum ſuſcipere cauſas, & illis patrocinari. *Secunda ſecundæ quæſt. 71. art. 1. in princ. corp. pag. 134. col. 2.* S. THOMAS AQUINAS.

74. Advocatus ſuſcipiens cauſam injuſtam, injuſtè lædit eum contra quem injuſtè patrocinium præſtat. *Ibidem, art. 3. in corp. ad 1. pag. 135. col. 2.*

75. Quatuor ſunt, quæ ab advocatis ſervari congruit, {
Adverſarium patienter audire.
Audita pervigili mente diſcutere.
Diſcuſſis congruenter reſpondere.
Objecta pro parte allegando concludere. *In ſuis Opuſcul. tom. 1. De his quæ diverſis hominibus conveniunt, in princ. fol. 105. pag. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

76. Non tàm ut proſim cauſis elaborare ſoleo, quàm ut ne quid obſim. *Lib. 2. de Orat. poſt med. num. 295. colum. 243. D. tom. 1.* CICERO.

Ædificium { MATERIALE / SPIRITUALE.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. NON ſuperfluas ædificationes aggredi, nec prætermittere neceſſarias, hoc eſt decorum. *Lib. 2. Officior. cap. 21. ſub finem, colum. 52. lit. D. tom. 1.* S. AMBROS.

2. Ad ædificationem bona eſt lex, ſi quis ea legitimè utatur, quia finis ejus eſt charitas. *Libr. 12. Conf. cap. 18. in princ. pag. 146. B. tom. 1.* S. AUGUSTINUS.

3. Perverſa & adverſa corda mortalium, felices res humanas putant, cùm tectorum ſplendor attenditur, & labes non attenditur animarum. *Epiſt. 5. ad Marcellin. poſt med. pag. 15. A. tom. 2.*

4. Ædificare domum, paucorum eſt: deſtruere, multorum. *Sup. Pſ. 51. in princ. expoſit. tom. 8.*

5. Non eſt labor erigere fabricam, & labor eſt tenere linguam. *Serm. 39. de Verb. Dom. in fine, pag. 104. C. tom. 10.*

6. Audire veritatem nihil prodeſt, ſi homo non ſupra petram ædificet. *Profec.*

7. Qui ædificat ſupra petram, ipſe eſt qui audit & facit: qui autem audit, & non facit, ædificat ſuper arenam: qui nec audit nec facit, nihil ædificat.

8. Quomodo qui ædificat ſuper arenam, ruinam ſibi ædificat: ſic ille qui non ædificat ſuper petram, veniente fluvio ſine domo rapitur.

9. Non eſt igitur aliud facere, niſi ædificare, &

ſuper petram ædificare, ideſt, & audire & facere. *Sup. Pſ. 57. in fine, pag.* 400. *D. tom.* 8.

S. AUGUSTIN. 10. Cogitas magnam fabricam conſtruere celſitu nis? de fundamento priùs cogita humilitatis. *Proſ.*

11. Et quantùm quiſque vult ſuperimponere molem ædificii, quantò erit majus ædificium, tantò altius ſodit fundamentum. *Serm.* 10. *de Verb. Dom. poſt init. ſup. illud, Quia mitis ſum & humilis corde. pag.* 22. *D. tom.* 10.

12. Tolle te, tolle inquam te à te, impedis te: ſi tu te ædificas, ruinam ædificas *Serm.* 15. *de Verb. Apoſt. poſt med. pag.* 228. *D. tom* 10

13. Omne quod non ædificat, in periculum vertitur. *Serm.* 3. *ad frat. in Eremo, in princ. pag.* 912. *D. tom.* 10..

14. Si incepiſti ædificare, perfice: ſi non incepiſti, incipe. *Ibidem, Serm.* 8. *poſt med. pag.* 922. *lit.* C. *tom.* 10.

15. Nihil valet ædificium boni operis, niſi columnam fortitudinis amplexeris. *Profec.*

16. Sed ſi columna fortitudinis fracta fuerit, totum ædificium bonorum operum ruit. *Ibid. Serm.* 13. *in fine, pag.* 927. *B. tom* 10.

S. BERNARDUS. 17. Nullus ſermo, qui ædificet ad pietatem, ad virtutes, ad mores optimos, negligenter eſt audiendus. *Serm.* 57. *ſup. Cant. circa med. fol.* 279. *col.* 3. *lit. I.*

18. Quidquid extruxeris extra te, erit inſtar congeſti pulveris, ventis obnoxium. *Lib.* 2. *de Conſid. ante med. fol.* 276. *col.* 3. *H.*

19. Sic in cunctis te habeas, ut ædifices videntes. *In Speculo Monach. paulo ante med. fol.* 340. *colum.* 4. *lit. K.*

20. Si vis ædificare domum, inducat te neceſſitas, non voluntas. *Profec.*

21. Cupiditas enim ædificandi, ædificando non tollitur.

22. Nimia & inordinata ædificandi cupiditas, parit citò, & expectat ædificiorum veoundationem.

23. Turris completa, & arca vacuata, faciunt valdè ſed tardè homioem prudentem. *In Epiſt. de cura & regimine rei familiaris poſt med. in ſecundo volum. fol.* 371. *col.* 2. *lit. F.*

S. BONAVENT. 24. Sicut operibus ædificationis magna debetur corona: ita non ædificantibus magna debetur pœna. *Sup. Luc. cap.* 17. *poſt init. pag.* 207. *colum.* 1. *lit. A. tom.* 2.

25. O quot ſunt hodiè; qui videntur ædificare aurum, argentum, & lapides pretioſos, qui invenient ſe ædificaſſe lignum, fœnum & ſtipulam, opera ſcilicet non ſublimia, ſed modica & purgatione digna! *Serm.* 1. *de S. Laurentio poſt med. pag.* 266. *colum* 1. *tom.* 3.

26. Ædificat, ſed deſtruit: qui quod aliis dicit, ipſe non facit. *Serm.* 2. *de S. Marco, in princ. pag.* 245. *col.* 1. *tom.* 2.

S. CÆSARIUS ARELATENSIS. 27. Duæ civitates conſtruuntur, unam ædificat Chriſtus, alteram diabolus. *Profec.*

28. Unam ædificat humilis, alteram ſuperbus: una humiliatur, ut firmiter ſurgat: altera erigitur, ut infeliciter cadat.

29. In fabrica Chriſti qui ædificantur, de imis levantur ad ſumma.

30. In fabrica verò diaboli, de ſummis ad ima præcipitantur. *Hom.* 18. *ante med. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 763. *col.* 1. *A. & B. edit. Coloniæ* 1618.

S. DOROTH. 31. Tunc ſeſe optimum artificem intelligat, optimum ædificatorem, qui ſecurus propriam domum poteſt ædificare. *Doctrina* 14. *de Ædificio, in med. apud Bibliothec. Patrum, tom.* 4. *pag.* 789. *col.* 2. *H. edit. Colon.* 1618.

S. EPHRÆM. 32. Si ædificare nolis, ædificata ne deſtruas: ſi plantare nolis, plantata ne evellas: ſi quieſcere non velis alios quieſcentes ne pervertas. *De timore Dei ante med. pag.* 517. *E. tom.* 3.

33. Palatia & magna eriguntur ædificia, ut humanis oculis contemplentur, & pauperes in plateis moriuntur incommodis. *Epiſt. ad Damaſ. Pap. de morte D. Hieron. quæ habetur inter opera D. Hieronymi, tom.* 4. *Ep.* 61. *longè ante med. pag.* 348. *D.* S. EUSEBIUS CÆSARIENS.

34. Quantò quis ſenior eſt, tantò plus ſtudere debet ædificationi. *Hom.* 3. *ad Monach. poſt med. apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 581. *col.* 1. *A. edit. Coloniæ* 1618. S. EUSEBIUS EMISSEN.

35. Qui cum plurimorum deſtructione ſe perdidit, cum plurimorum ædificatione ſe redimat. *Ibid. Hom.* 10. *ante med. pag.* 587. *col.* 1. *A.*

36. Frequenter contingit, ut mox poſtquàm ædificatæ fuerint divitum domus, morte abſorbeantur. *Sup. Pſalm.* 48. *poſt med. pag.* 458. *verſ.* 8. *Laborabit in æternum.* FRANCISCUS TITELM.

37. Nonnunquàm priuſquàm ad perfectum ſtructura fuerit perducta, coguntur divites, velint nolint, erecta multis laboribus palatia poſteris derelinquere. *Ibidem.*

38. Non poſſumus ædificare bona, niſi priùs deſtruxerimus mala *Sup. Eccleſiaſten. cap.* 3. *ſup. illud, Tempus deſtruendi, col.* 1765. *C. tom.* 3. GLOSS. ORD.

39. Ædificium non eſt ſtabile, nec domus per rapinam ædificata. *Sup. Eccleſiaſt. cap.* 21. *col.* 2074. *in fine, F. tom.* 3.

40. Non deſtruuntur qui corriguntur, ſed correcti ædificantur. *Sup. Ep.* 2. *ad Cor. cap.* 13. *colum.* 462. *F. tom.* 6.

41. Injuſtis ſemper gravia ſunt verba juſtorum, & quæ ad ædificationem prolata audiunt, hæc quaſi ſuperimpoſitum pondus ferunt. *Lib.* 8. *Moral. cap.* 22. *in princ. col.* 270. *D. tom.* 1. S. GREGOR. MAGNUS.

42. Valdè otioſum eſt doctoris ſtudium, ſi per hoc quod ab illo in terris agitur, cœleſte ædificium non augetur. *Lib.* 3. *in* 1. *Regum, cap.* 5. *in fine, col.* 1387. *D. tom.* 2.

43. Plus conſcientia ſancti amoris ædificat, quàm exercitatio ſermonis. *Hom.* 10. *ſup. Ezech. longè ante med. col.* 157. *C. tom.* 2.

44. Qui vitam ſuam interiùs penſat, & exemplo ſuo foris admonendo alios ædificat: quaſi in corde linguæ calamum tingit, in eo quòd manu verbi proximis exteriùs ſcribit. *Ibidem.*

45. Solidum mentis noſtræ ædificium, prudentia, temperantia, fortitudo, juſtitia ſuſtinent. *Libr.* 2. *Moral. cap.* 27. *in princ. num.* 36. *colum.* 55. *D. tom.* 1.

46. Viri ſancti undè ſe deſtructiores æſtimant, indè locupletiores ad cœleſtis patriæ conſtructionem ſurgunt. *Lib.* 5. *Moral. cap.* 4. *in med. num.* 3. *col.* 134. *B. tom.* 1.

47. Apta ædificationibus de ſilvis ligna ſucciduntur, nec tamen adhuc viridibus ædificii pondus imponitur, niſi eorum viriditatem multorum dierum mora ſiccaverit, & apta ad neceſſarium uſum effecerit. *Profec.*

48. Quæ obſervantia ſi fortè negligitur, citiùs ſuper impoſita mole franguntur, & gignit ruinam ad auxilium res proviſa. *Lib.* 7. *in Regiſt. Indict.* 2. *cap.* 110. *ad Syagr. Epiſc. poſt med. col.* 985. *A. tom.* 2.

49. Dùm in his quibus ædificamur, innitimur, locum ſine dubio deceptionis excludimus. *Ibidem, ſub fin. col.* 986. *C.*

50. Satis noxium atque pernicioſum eſt, ut quæ ædificari debuerant, deſtruantur. *Ibid. Ep.* 117. *ad eundem, cap.* 117. *poſt med. col.* 994. *B.*

51. Quem charitas ædificando non erigit, ſcientia inflando pervertit *Lib.* 8. *Moral. cap* 26 *circa med. num.* 30. *col.* 278. *B. tom.* 1.

52. Multi ædificant parietes, & columnas Eccleſiæ ſubſtruunt, marmora nitent, auro ſplendent laquea- S. HIERON.

ria, gemmis altare diſtinguitur, & miniſtrorum Chriſti nulla electio. *Ep. 2. ad Nepotianum, poſt med. pag.* 15 *A. tom.* 1.

S. Hieronym. 53. Melius eſt Chriſtum veſtire in pauperibus, quàm Eccleſias ædificare, & ebore argentoque valvas, & gemmis aurata diſtinguere altaria, & parietes marmorum cruſtis veſtire. *Ep.* 8. *ad Demetriadem, poſt med.* 69. *A. tom.* 1.

54. Ædificamus quaſi ſemper in hoc ſeculo victuri. *Profec.*

55. Auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita columnarum: & nudus atque eſuriens ante fores noſtras Chriſtus in paupere moritur. *Epiſt.* 12. *ad Gaudentium, ſub finem, pag.* 100. *D. tom.* 1.

56. Inſtar palatii privatorum extructæ ſunt baſilicæ, ut vile corpuſculum hominis pretioſiùs inambulet: qui tecta ſua volunt magis aſpicere, quàm cœlum. *Epiſt.* 18. *ad Marcellam, poſt med. pag.* 130. *C. tom.* 1.

57. Deſtrue vitia, & ædifica virtutes; nihil enim prodeſt ſi deſtruis, & non ædificas: ſi deſtruis vitia, & non ædificas virtutes. *Profec.*

58. In eo enim nullum bonum ædificatum fuit, qui nullum malum deſtruit. *Sup. Pſ.* 33. *verſu* 14. *Diverte à malo, &c. pag* 49. *C. tom.* 8.

59. Si quis non ædificat Eccleſiam Chriſti, iſte nec Apoſtolus, nec Propheta, nec Evangeliſta, nec Paſtor, nec magiſter eſt appellandus. *Sup. Epiſt. ad Epheſ. cap.* 4. *ſup. illud, Dedi quoſdam Apoſtolos, &c. pag.* 223. *D. tom.* 9.

60. Etiamſi non lædamus, & tamen non ædificamus; mali verbi nobis luenda eſt pœna. *Ibid. in fine, pag.* 228. *A.*

Hugo à sancto Victore. 61. Ædificia fratrum non ſuperflua ſint, ſed humilia: non voluptuoſa, ſed honeſta. *Profec.*

62. Utilis eſt lapis in ſtructura, ſed quid prodeſt cælatura? legatur Geneſis in libro, non in pariete.

63. Veſtitur Eva in pariete, pauper autem juxta parietem nudus accubat. *Lib.* 2. *de clauſt. animæ, cap.* 14. *in princ. pag.* 42. *D. tom.* 2.

64. Epiſcopi domos non impares Eccleſiis magnitudine conſtruunt, pictos delectantur habere thalamos, veſtiuntur ibi imagines pretioſis colorum indumentis: pauper autem ſine veſtibus incedit, & vacuo ventre clamat ad oſtium. O mira, ſed perverſa delectatio! *Profec.*

65. Troianos geſtat paries pictus, purpura & auro veſtitos, & Chriſtianis panni negantur veteres.

66. Græcorum exercitui dantur arma, clypeus datur auro ſplendens: pauperi verò ad januam clamanti non porrigitur panis: & ut verum fatear, pauperes ſpoliantur ſæpè, ut veſtiantur lapides & ligna.

67. Ornant prætoria columnis, fores domibus anteponunt, quæ utinam pauperes includerent; & non excluderent. *Lib.* 1. *de Clauſt. animæ, cap.* 1. *prope init. pag.* 30. *E. tom.* 2.

68. Monachi faciunt ſibi clauſtra, quibus homo exterior teneri poſſit: ſed utinam clauſtra facerent, quibùs homo interior ordinatè teneretur. *Ibid. ante med. pag.* 30. *F.*

Hugo Card. 69. Tanta eſt ſtultitia hominum, ut ita ædificent domos, & præparent, & replcant, ac ſi ſemper eſſent victuri. *Profec.*

70. De cœleſti verò domo conſtruenda adcò negligentes ſunt, quaſi non eſſent in ea, niſi per biduum, aut triduum moraturi. *Sup. Eccleſiaſt. cap.* 9. *fol.* 95. *col.* 1. *tom.* 3.

S. Joannes Chrysost. 71. Domus non extruitur, niſi ſit qui ædificet. *Hom.* 3. *ſup. Geneſ. circa med. col.* 15. *C. tom.* 1.

72. Sacerdotes poſiti ſunt ad ornamentum populi, & ad ædificationem ſanctitatis. *Homil.* 43. *oper imp. ſup. Matth. a med. colum.* 1049. *lit. A. tom.* 2.

73. Vis domum Dei ædificare? da fidelibus pauperibus undè vivant, & ædificaſti rationabilem domum Dei: in domibus enim homines habitant, Deus autem in hominibus ſanctis. *Ibid. Hom.* 45. *poſt init. col.* 1058. *D. tom.* 2.

74. O inſipiens homo, quid tibi prodeſt poſt mortem memoria ædificiorum, ſi ubi es torqueris, & ubi non es laudaris? *Ibidem, poſt init. colum.* 1059. *lit. A.* S. Joannes Chrysostom.

75. Si juſta alia bona, & ædificia ſancta fecerit homo, additamentum eſt bonis: ſi autem ſine aliis bonis operibus, paſſio eſt gloriæ ſecularis. *Ibidem.*

76. Si in hac vita ut ſplendidas nobis domos & ſalubres comparemus, magnam pecuniarum vim ædificando anxii conſumimus: qui nobis ſubeundi ſunt labores, ut clariſſimam nobis in cœlis domum ædificemus, ubi lux illa ineffabilis eſt? *Hom.* 55. *ſup. Joan. ante fin. col.* 265. *C. tom.* 3.

77. Omnia ad ædificationem proximi facere, Chriſtianæ vitæ fundamentum eſt. *Hom.* 36. *ſup. Epiſt.* 1. *ad Cor. ſup. illud* 14. *Omnia ad ædificationem fiant, col.* 615. *B. tom.* 4.

78. Sicut ædificare domum, architecti opus eſt, ſic Chriſtiani proximum. *Ibidem.*

79. Deus tibi dedit linguam, ut proximum ædifices: itaque ſi ſermone tuo ædificationem ſubvertis, melius eſt ut taceas. *Serm.* 14. *ſup. Epiſt. ad Epheſ. ante fin. ſup. illud* 4. *Si quis eſt bonus ad ædificationem, col.* 1045. *B. tom.* 4.

80. Qui ſplendidas domos ædificat, poſt tantos labores, tantoſque pecuniarum ſumptus inutiles, miſer eſt. *Profec.*

81. Et quamvis ita laboret, ut immortalem ſervet ſui memoriam, tamen non eſt hoc tàm laudem, quàm crimen ſibi parere.

82. Nam ſtatim ad hæc ſubjungentur plurimarum contumeliarum verba: Domus hæc hujus eſt avari, hujus rapacis, hujus viduarum & orphanorum ſpoliatoris. Hoc non eſt memoriam aſſequi, ſed infamari. *Hom.* 30. *ſup. Geneſ. ante med. ſup. illud* 11. *Et habitaverunt illic. col.* 243. *B. tom.* 1.

83. Nullo modo poterit in anima virtutum ſtructura conſurgere, niſi priùs jacta fuerint veræ humilitatis in corde fundamenta. *Lib.* 12. *de Spirit. ſuperbiæ, cap.* 32. *poſt init. pag.* 192. Joan. Cassi.

84. Magnificus quidem ſtructor es parietum, ſed magnificentior ſis ædificator animarum. *Ser. de Machab. in fin. fol.* 69. *pag.* 1. S. Leo I.

85. Si contigerit tuum ædificium collabi, inſtaura ſtatim opus disjectum: & feliciùs reædifica, quàm priùs ædificaveras. *Profec.* Ludovicus Blosius.

86. Etiamſi bis, etiamſi deciès, etiamſi centies, etiamſi millies & ſæpiùs corruerit, totiès repara, quotiès corruet. *In Speculo Monachor. circa fin. pag.* 768. *col.* 1.

87. Ædifica verbo, actu, vultu, habitu, & inceſſu: ſic te amabilem exhibeas, & imitabilem, ut tota converſatio tua alios ædificet ad ſalutem. *Ep.* 134. *ad Wilhelmum poſt init. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 809. *col.* 2. *G. edit. Coloniæ* 1618. Petrus Bles.

88. Ædifices alios, non ſolùm verbo, ſed opere & exemplo. *Profec.*

89. Ædifices in vultu, aſpectu, geſtu, habitu & inceſſu. *In Tract. de inſtitut. Epiſcopi, ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 942. *col.* 1. *A.*

90. Incaſsùm conatur ædificare faſtigium, qui in arena (quæ diſſilit) collocat fundamentum. *Profec.* S. Petrus Damianus.

91. Qui virtutum lapidibus feſtinat atrium ſublime conſtruere, priùs neceſſe eſt inſolentia carnalium delectationum mortificatione dumeta purgare.

92. Ille benè domum mentis ædificat, qui priùs agrum corporis à ſpinis vitiorum purgat.

93. Alioquin ſi paſſionum carnalium ſentes in carnis agro pullulare ſinuntur, tota intus virtutum ſtructura collabitur. *Libr.* 6. *Ep.* 32. *ad ſuos Eremitas ante med. pag.* 104. *col.* 2. *B. tom.* 1.

94. Omnis ſancti ædificii ſtatus, ſicut Deo operante proficit, S. Prosper.

proficit, ita Deo cuſtodiente conſiſtit. *Sent.* 36. *apud D. Auguſt. in fin. tom.* 3. *pag.* 745. *B.*

S. Prosper. 95. Terrena ædificatio à terra incipit: cœleſtis extructio à ſuperno creſcit exordio. *Ibidem, Sent.* 107. *pag.* 748. *lit. D.*

S. Valerian. 96. Nec ſine Domino, quod bonum eſt ædificari, nec ædificatum ſine Domino poterit cuſtodiri. *Homil.* 11. *ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 488. *col.* 1. *D.*

In Vit. Patr. 97. Qui in taciturnitate ſilentiarii non ædificatur, neque in ejus ſermone ædificabitur. *Lib.* 5. *libello* 15 *num.* 42. *in fine, pag.* 625. *col.* 2.

98. Quid opus eſt alienam domum ædificare, & propriam ſubvertere? *In Sent. in fine poſitis, Sent.* 79. *pag.* 999. *col.* 2.

Sententiæ Paganorum.

Cicero. 99. Cavendum præſertim, ſi ipſe ædifices, ne extra modum ſumptu, & magnificentiâ prodeas. *Libr.* 1. *de Officiis. poſt med. colum.* 490. *num.* 140. *litt. B. tom.* 4.

Seneca. 100. Quidquid longa ſeries multis laboribus, multaque Dei indulgentia ſtruxit, id ſæpè unus dies ſpargit ac diſſipat. *Epiſt.* 91. *poſt init. pag.* 759. *tom.* 2.

Ægritudo.

Vide Infirmitas.

Æſtimatio.

Diviſio.

S. Antonin. Valor rerum tripliciter æſtimatur.
Primò ex ejus virtuoſitate.
Secundò ex ejus raritate.
Tertiò ex ejus complacibilitate. *Parte ſecunda, tit.* 1. *cap.* 16. §. 3. *ante med. fol.* 72. *col.* 2.

S. Thomas Aquinas. Quatuor ſunt, quæ æſtimari non poſſunt, ſc.
Scientia.
Sanitas.
Libertas.
Virtuoſitas. *In ſuis Opuſc. de ſcient. melioribus in fine, fol.* 112. *pag.* 1. *tom.* 1.

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius. 1 QUALES haberi volumus, tales ſimus. *Lib.* 2. *Offic. cap.* 19. *à med. col.* 50. *D. tom.* 1.

S. Antonin. 2. Ubi eſt æſtimatio, vel diſcretio, ibi eſt & electio. *Part.* 1. *titul.* 4. *cap.* 2. § 3. *prope med. fol.* 71. *colum.* 3.

3. Diſcretio æſtimat pretium rei. *Part.* 2. *tit.* 1. *cap.* 16 §. 3. *circa med. fol.* 72. *col.* 3.

4. Sicut magnanimus omnia temporalia, parva æſtimat; ita puſillanimis parva, magna æſtimat. *Part.* 2. *tit.* 4. *cap.* 5. §. 1. *circa med. fol.* 167. *col.* 2.

S. August. 5. Ille juſtè & ſanctè vivit, qui rerum integer æſtimator eſt. *Lib.* 1. *de Doctrina Chriſtiana, cap.* 27. *in principio pag.* 10. *D. tom.* 3.

6. Ille apud Deum plus habet loci, qui plus attulerit non argenti, ſed fidei. *De Ovibus, cap.* 16. *in fine, pag.* 751. *B. tom.* 9.

7. Infirmitas & imperitia, utilia ſolet judicare quæ nociva ſunt, & æſtimare falſa pro veris. *Ex quæſt. veteris & novi Teſtamenti, quæſt.* 127. *ante med. pag.* 621. *D. tom.* 4.

8. Quid vanius eo, qui putat plus valere nummum, quàm Deum? *Sup. Pſ.* 51. *ante fin. verſ.* 7. *Et prævaluit in vanitate ſua, pag.* 347. *B. tom.* 8.

9. Non pro magno haberi debet honor humanus, quia nullius eſt ponderis. *Lib.* 5. *de Civ. Dei, cap.* 17. *poſt med. pag.* 93. *A. tom* 5.

10. Agnoſcat homo quantùm ab illo expectet Deus, & quem tanta dignatione habuit charum, quàm velit eſſe in converſatione pretioſum. *Profec.* S. Augustin.

11. Agnoſcat homo quantùm valeat, & quantùm debeat: & dùm pretium ſuum cogitat, vilis ſibi eſſe deſinat. *Serm.* 1. *fer.* 3. *poſt Dom. Palm. & in ord.* 120. *poſt med. pag.* 619. *B. tom.* 10.

12. Bonorum æſtimatio, ſicut falſis delationibus auferri non poteſt, ita nec adulatoriis favoribus acquiri. *Epiſt.* 122. *in med. fol.* 236. *col.* 2. *F.* S. Bernardus.

13. Qui clero militiam, forum anteponit Eccleſiæ, divinis profectò humana, cœleſtibus præferre terrena convincitur. *Epiſt.* 78. *ad Suggerium Abbat. S. Dionyſ. ante fin. fol.* 226. *col.* 3. *lit. I.*

14. Grande periculum eſt, quemquam audire de ſe ſupra quàm ſentit in ſe. *Epiſt.* 87. *ſub. fin. fol.* 229. *col.* 1. *B.*

15. Totus iſte mundus, ad unius animæ pretium æſtimari non poteſt. *In meditat. cap.* 3. *ante med. fol.* 322. *col.* 4. *M.*

16. Nihil rectè exiſtimat, qui ſeipſum ignorat. *De interiori domo, cap.* 65. *circa med. fol.* 333. *col.* 1. *A.*

17. Optimus æſtimator eſt rerum, qui nil ſuorum ſibi præferendum exiſtimat. *Ser.* 30. *ſup. Cant. poſt med. fol.* 160. *col.* 1. *A.*

18. Noli te homo comparare majoribus, noli te præferre minoribus, noli aliquibus, noli uni: quid ſcis, ſi unus ille (quem fortè viliſſimum atque miſerrimum reputas) melior te non futurus ſit? *Ibid. Serm.* 37. *prope fin. fol.* 166. *col.* 1. *C.*

19. Optimi æſtimatores rerum ſunt, qui magnam de minimis, parvam aut nullam de maximis curam gerunt. *Libr.* 4. *de Conſider. poſt med. fol* 281. *colum.* 4. *lit. M.*

20. Qui ex ſpirituali domo putant ſe aliis meliores, alioſque contemnunt tamquam viliores ſe, peſte illius Phariſæi premuntur. *Lib. de Paſſione Dom. cap.* 29. *in med. in* 2 *volum. fol.* 69. *col.* 2. *lit E.*

21. Tu te depretiaris in ſecreto apud te ipſum veritatis trutina ponderatus, & foris alterius pretii metiens, majori te pondere vendis nobis, quàm ab ipſa accepiſti. *In medit. vitæ Chriſti, cap.* 16. *ante med. pag.* 349. *col.* 1. *A. tom.* 6. *part.* 2. S. Bonavent.

22. Sapiens debet parvipendere quod vile eſt. *Lib.* 2. *de profect. Religioſ. cap.* 44. *in fine, pag.* 594. *col.* 1. *E. tom.* 7.

23. Sicut rarus eſt, aut nullus, qui de ſe malè æſtimari æquanimiter ferat; ita rarus eſt, qui non benè de ſe velit ſentiri, & non diligat æſtimari. *De jejun. & tentat. cap.* 4. *pag.* 463. *col.* 2. *tom.* 3. S. Cyprianus.

24 Popularis exiſtimatio, ſolet dominorum mores ex ſervorum moribus æſtimare. *De duplici martyr. cap.* 2. *poſt med. pag.* 582. *col.* 1. *tom.* 3.

25. Reputa te nullius eſſe valoris, neque exiſtimes quempiam te eſſe gradus inferioris. *De perf. charit. art.* 47. *in med. fol.* 224. *pag.* 1. S. Dionysius Carthus.

26. Futura beatitudo acquiri poteſt, æſtimari non poteſt. *Hom.* 3. *ad Monach. ab init. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 580. *col.* 1. *B. edit. Coloniæ* 1618. S. Eusebius Emissen.

27. Difficilè vilez æſtimat divitias, qui habet. *Sup. Job, cap.* 12. *col.* 152. *D. tom.* 3. Gloss. int.

28. Nec bona æſtimatione ſuperbiamus, nec mala doleamus. *Sup. Epiſt.* 2. *ad Cor. cap.* 6. *col.* 401. *lit. A. tom.* 6. Gloss. ord.

29. Vitæ vera æſtimatio, in virtute eſt operum, non in oſtenſione ſignorum. *Lib.* 1. *Dialog. cap.* 12. *verbo, Ego. col.* 1350. *A. tom.* 1. S. Gregor. Magnus.

30. Qui bona occultè faciunt, cum quibuſdam factis publicè mala de ſe opinari permittunt, in ſe alios per exemplum pravæ æſtimationis occidunt. *Part.* 3. *Paſtoral. cap.* 1. *Admonit.* 36. *ante med. col.* 1318. *D. tom.* 1.

31. Quiſquis ſe apud ſe magnum æſtimat, aditum

ſibi Dei acceſſos anguſtat. *Lib. 17. Moral. cap. 17. poſt med. col. 576. D. tom. 1.*

S. Gregor. Magnus. 32. Magni ſunt meritò humiles æſtimatione. *Lib. 4. cap. 4. in primum Regum circa fin. colum. 1344. lit. C. tom. 2.*

33. Res apud ſeculi ſapientes tanta habetur, quantùm eam extollere poſſunt præclara ingenia. *In prologo 1. Reg. ante med. col. 1202. D. tom. 2.*

34. Qui ſublimis eſt ordinis, ſublimis eſt æſtimatione. *Lib 4. in 1. Reg. cap. 5. poſt med. col. 1464. lit. C. tom. 2.*

35. Valdè difficile eſt, ut is qui ſe ſapientem æſtimat, mentem ad humilitatem reducat. *Lib. 16. Moral. cap. 27. in fine col. 556. D. tom. 1.*

36. Quiſquis introrsùs intumeſcit, in altum ſe apud ſemetipſum ponit. *Proſec.*

37. Sed eò ſe graviùs in infimis deprimit, quò de ſe infima veraciter ſentire contemnit. *Libr. 20. Moral. cap. 18. circa med. num. 23. col. 88. A. tom. 1.*

38. Viri ſancti undè ſe deſtructiores æſtimant, indè locupletiores ad cœleſtis patriæ conſtructionem ſurgunt. *Lib. 5. Moral. cap. 4. in med. num. 3. col. 134. B. tom. 1.*

39. Pravi nil rectum, niſi quod ipſi ſenſerint æſtimant. *Proſec.*

40. Et juſtorum verba eò otioſa æſtimant, quò ſuis hæcſenſibus inveniuot diverſa. *Lib. 10. Moral. cap. 2. circa med. col. 343. D.*

41. Sanctus vir ſicut mala de bonis non æſtimat, ita æſtimare bona de malis recuſat. *Lib. 18. cap. 4. in fin. num. 3. col. 586. D. tom. 1.*

S. Greg. Naz. 42. Facile eſt cuiquam falſa ęſtimatione ſeipſum decipere; & credere ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit penitùs. *Orat. 24. in princ. pag. 198.*

43. Malim cùm recto ſtudeam, vitioſus haberi: quàm vitio indulgens, juſti clareſcere fama. *In ſua poeſi & hab. apud D. Joann. Damaſc. lib. 3. parall. cap. 89. fol. 136. pag. 1. C.*

S. Hieronym. 44. Multos decipit bona de malis exiſtimatio. *Epiſt. 8. ad Riparium, longe poſt med. pag. 144. C. tom. 2.*

45. Malo exiſtimatione periclitari, quàm fide. *Epiſt. 19. ad Pammach. & Ocean. in fine, pag. 193. B. tom. 9.*

46. Quanti ſunt illa æſtimanda, quæ magna: cùm ſic poſſint placere, quæ parva ſunt? *In præfat. Homil. ſup. Cant. ad Damaſum Papam, in fine, pag. 176. lit. C. tom. 3.*

47. Illa quæ novimus, opinari nos potiùs qoàm tenere novimus: & æſtimare magis, quàm ſcire quod verum eſt. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 2. pag. 68. lit. D. tom. 7.*

Hugo à sancto Victore. 48. Verum bonum, non in æſtimatione hominum, ſed in pura conſcientia abſconditum eſt. *Lib. 3. Didaſcali, cap. 15. circa init. pag. 15. lit. F. tom. 3.*

49. Faciliùs exiſtimatur res, cujus fructus agnoſcitur. *Libr. 3. Didaſc. cap. 14. poſt med. pag. 15. lit. D. tom. 3.*

Hugo Card. 50. Nihil periculoſius, quàm ſapientem ſe reputare. *Sup. Prov. cap. 26. fol. 58. colum. 1. Moraliter tom. 3.*

51. Vera rerum æſtimatio ſurgit ex ſapore rerum & cognitione. *Sup. Eccleſiaſten cap. 2. fol. 78. colum. 2. tom. 3.*

52. Invidam animam, non poteſt intrare æſtimatio bona. *Sup. Epiſt. 1. ad Cor. cap. 13. fol. 110. colum 1 tom. 7.*

S. Joannes Chryſoſt. 53. Omnis homo ſecundùm ſe æſtimat alterum, nec poteſt meliùs ſentire de alio, quàm ipſe ſenſerit de ſe. *Proſec.*

54. Fornicarius neminem æſtimat caſtum, & caſtus non facilè de fornicario ſuſpicatur. *Hom. 39. oper. imperf. ſup. Matth. poſt med. colum. 1009. litt. A. tom. 2.*

S. Joannes Chryſoſtom. 55. Perfectum odium & perfectus amor, judicium rerum non cognoſcunt. *Ibidem Hom. 42. poſt med. col. 1042. lit. A. tom. 2.*

56. Sola opinio omnibus rebus pretium facit. *Homil. 17. ſup. Epiſt. 1. ad Tim. ſub fin. col. 1529. lit. D. tom. 4.*

S. Iſidorus Hiſpalen. 57. Qualis haberi vis, talis eſto: profeſſionem tuam & habitu, & inceſſu demonſtra. *Lib. 2. de Synonimis, cap. 8. circa med. pag. 317. col. 1.*

S. Nilus. 58. Oportet incorruptibilium deſiderio flagrantem pro nihilo ducere corruptioni obnoxia. *Paran. 140. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. edit. Coloniæ 1618.*

Petrus Bles. 59. Graviter decipiuntur, qui putant ſe aliquid eſſe, cum nihil ſint. *Ep. 107. ad Amicum ſuum, poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 789. col. 2. H. edit. Coloniæ 1618.*

S. Petrus Chryſolog. 60. Jacens animus plebeius eſt, qui nummulum theſauris regalibus anteponit. *Serm. 22. circa init. apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 677. col. 2. lit. F.*

S. Petrus Damianus. 61. In æſtimationis meæ lancibus graviùs penſat ſanctæ orationis obolus, quàm auri talentum, vel copioſa micantium multitudo gemmarum. *Libr. 6. Epiſt. 1. ad Hugonem Abbat. ante finem, pag. 80. col. 1. tom. 1. lit. B.*

S. Prosper. 62. Aliud eſt, quod in agendo anteponitur: aliud, quod pluris in appetendo æſtimatur. *Sentent. 387. & habetur in fine tomi tertii oper. Div. Auguſtin. pag. 766. lit. D.*

Richard a S. Victore. 63. Nos nihil ſumus, & tamen magna de nobis æſtimamus. *De Baptiſm. Chriſti poſt init pag. 586. col. 2. B. Part. 1.*

Salvianus. 64. Res ſummæ ſalubritatis non eſt minoris pretii per opinionis incertum. *Epiſt. ad Salonium Epiſc. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 365. E. edit. Coloniæ 1618.*

65. Indecorum hoc ſanctæ menti eſt, ut meliorem ſe eſſe æſtimet, comparatione pejorum. *Ibidem, lib. 2. ad Eccleſ. Catholic. poſt init. pag. 368. col. 1. D.*

Thalaſſius. 66. Miſer homo, qui in operibus ſuis, corpus quàm animam, & mundum quàm Deum majoris facit. *Hecatond. prima, ſent. 76. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 272. col. 1. B.*

S. Thomas Aquinas. 67. Ea quæ magna æſtimamus, magis memoriæ inſigimus. *Prima ſecunda quæſt. 47. art. 2. in corp. ad tertium, pag. 80. col. 1.*

68. Pretium rerum venalium non conſideratur ſecundùm gradum naturæ; ſed ſecundùm quòd res in uſum hominis veniunt. *Secunda ſecund. quæſt. 77. art. 7. in corp. ad 3. pag. 142. col. 2.*

Thomas à Kempis. 69. De ſeipſo nihil tenere, & de aliis ſemper benè & altè ſentire, magna ſapientia eſt, & perfectio. *Proſecut.*

70. Si videres alium apertè peccare, vel aliqua gravia perpetrare, non deberes te tamen meliorem æſtimare, quia neſcis quamdiù poſſis in bono ſtare. *Libro primo de Imitatione Chriſti, cap. 2. ſect. 4. pagin. 323. tom. 2.*

In Vitis Patrum. 71. Æſtimationem in conſpectu hominum habere, non bonum eſt: æſtimationes enim iſtæ virtutem non habent: ne ergo velis in æſtimatiooem apud homines haberi, ſed magis fuge. *In Sent. in fine poſitis. Sent. 55. pag. 999. col. 1.*

S. Zeno. 72. Omne genus humanum ſuo interitu, ſuiſque calamitatibus delectatur, viliorem habens animam, quàm pecuniam. *Serm. 2. de Avaritia poſt med. apud Bibliothecam Patrum, tom. 3. pag. 130. col. 1. litt. D. edit. Coloniæ 1618.*

Sententiæ Paganorum.

Ariſtotel. 73. Poſſeſſio pluris ea æſtimanda eſt, quæ pretioſiſſima & chariſſima eſt, atque pulchritudine virtutis ex-

Digitized by Google

cellit. *Lib.4. de Moribus, cap. 2. ante med. fol. 38. pag. 2. edit. Pariſ.* 1565.

ARISTOTEL. 74 Tanti res æſtimanda eſt, non quanti tùm eſſe videtur, cùm eam quis habet, ſed quanti priuſquàm eam haberet, æſtimabat. *Ibidem, lib. 9. cap. 1. in calce fol. 98. pag. 1.*

SENECA. 75. Simplicitate opus eſt, & benigna rerum æſtimatione. *Libr. 2. de Ira, cap. 24. in med. pag. 423. tom. 1.*

76. Sæpè (quod eſt incredibile) de facto, benè exiſtimamus; de faciente, malè. *Ibid. lib. 3. cap. 28. in calce, pag. 453.*

77. Nemo noo benignus eſt ſui judex: indè eſt ut omnia meruiſſe ſe exiſtimet, & in ſolutum accipiat: nec ſatis ſuo pretio ſe æſtimatum putet. *Lib. 2. de benefic. cap. 26. in med. pag. 404. tom. 2.*

78. Vide quàm multi iniqui divinorum munerum mali æſtimatores ſunt. *Ibidem, cap. 29. in princ. pag. 405.*

79. Remove exiſtimationem hominum, dubia ſemper eſt, & in partem utramque dividitur. *Epiſt. 26. in med. pag. 573. tom. 2.*

80. Neminem æſtimamus in eo quod eſt, ſed adjicimus illi & ea quibus adornatus eſt. *Prof.*

81. Atqui cùm voles veram hominis æſtimationem inire, & ſcire qualis ſit, nudum inſpice.

82. Ponat patrimonium, ponat honores, & alia fortunæ mendacia, corpus ipſum exuat.

83. Tunc animum intuere qualis, quantuſque ſit, alieno, an ſuo magnus. *Epiſt. 76. ſub finem, pag. 687. tom. 2.*

84. Si vis aliquem æſtimare, totumque ſcire qualis ſit, faciem ſolve, multum enim mali ſub illa latet. *Ep. 80. in calce, pag. 700. tom. 2.*

85. Temporalia æſtimatione noſtrâ cara ſunt: ſed pretio ſuo vilia. *Profec.*

86. Neſcimus æſtimare res, de quibus non cum fama, ſed cum rerum natura deliberandum eſt.

87. Nihil habent iſta magnificum, quæ æſtimamus, quo mentes in ſe noſtras trahant, præter hoc, quod mirari illa conſuevimus.

88. Non enim quia concupiſcenda ſunt, æſtimatiooe laudantur, ſed concupiſcuntur, quia laudata ſunt.

89. Et cùm ſingulorum error æſtimationis publicum fecerit, ſingulorum errorem facit publicus. *Ep 81. ante fin. pag. 705. tom. 2.*

90. Si libertatem magnò æſtimamus, omnia parvò æſtimanda ſunt. *Epiſt. 104. in calce, pag. 825.*

SIXTUS PHIL. 91. Nihil pretioſum ducas, quod auferre à te poſſit homo malus. *Sentent. 122. apud Biblioth. Patrum, tom. 3. pag. 65. col. 2. E. edit. Coloniæ 1618.*

92. Neminem propterea magni æſtimes, quòd pecunia divitiiſque abundet. *Sentent. 182. pag. 65. col. 2. lit. H.*

93. Non eris ſapiens, ſi te reputaveris ſapientem. *Ibid. Sent. 188. pag. 65. col. 2. H.*

94. Deo ingratus eſt, qui non magni ducit ſapientem. *Ibid. Sent 220. pag. 66. col. 1. B.*

Vide Titul. Affectio. Sent. 2.

Ætas.

ETYMOLOGIA, DIVISIO, COMPARATIO.

COLLECTOR. *Ætas Græcè Iαιια dicitur, quòd eſt Ævitas, & per ſyncopen Ætas nominatur.*

S. ISIDORUS HISPALENS. DICITUR ætas quaſi Ævitas, id eſt, ſimilitudo ævi, nam ævum eſt ætas perpetua. *Libr. 5. Etymol. cap. 38. in med. pag. 66. col. 2.*

DIVISIO.

Septem ſunt ætates, per quas vita præſens diſtinguitur. S. ANTONIN.
- Prima, eſt infantia.
- Secunda, pueritia.
- Tertia, adoleſcentia.
- Quarta, juventus.
- Quinta, virilitas.
- Sexta, ſenectus.
- Septima, decrepita. *Part. 4. tit. 7. cap. 5. §. 6. ferè per tot. fol. 116. col. 3.*

Adoleſcentiæ pueritia, non reditura cedit: juventus adoleſcentiæ, non manſura ſuccedit: finiens juventutem ſenectus, ſenectus autem morte finitur. *Epiſt. 5. ad Marcellinum, poſt init. pag. 12. lit. C. tom. 2.* S. AUGUSTINUS.

In infantia ſperatur pueritia, & in pueritia ſperatur adoleſcentia, & io adoleſcentia ſperatur juventus, & in juventute ſperatur gravitas, & in gravitate ſperatur ſenectus: ſenectus autem aliam ætatem, quam ſperet, noo habet, quia noluit Deus. *Ep. 110. ad Eradium in princ. pag. 332. C. tom. 2.*

Ætas propriè duobus modis dicitur: ſcilicet. S. ISIDORUS HISPALENS.
- Hominis
  - Infantia.
  - Juventus.
  - Senectus.
- &
- Mundi.
  - Prima eſt ab Adam uſque ad Noë.
  - Secunda à Noë, uſque ad Abraham.
  - Tertia ab Abraham, uſque ad David.
  - Quarta à David, uſque ad tranſmigrationem Babylonis.
  - Quinta, ad Adventum Salvatoris in carne.
  - Sexta, quæ nunc agitur, uſquequo mundus iſte finiatur. *Lib. 5. Etymol. cap. 8. in fin. pag. 66. col. 2.*

COMPARATIO.

Velut ex alto undarum jactus aliis atque aliis ſupervenientibus, in littoris extrema franguntur: ita in terminum mortis, ſuccidux alliduntur ætates. *In Epiſt. parænet. ad Valerian. ante med. pag. 775. colum. 1. lit. B. apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 1. Edit. Coloniæ 1618.* S. EUCHERIUS LUGDUNENS.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Non priùs incipit ætas augeri, quàm minui. *Lib. 2. de vocat. gentium, cap. 8. ante med. col. 263. C. tom. 2. Profec.* S. AMBROS.

2. Cui ſi quid adjicitur ſpatii temporalis, noo ad hoc accedit, ut maneat: ſed in hoc tranſit, ut pereat.

3. Perfecta eſt ætas, ubi perfecta eſt virtus. *De obitu Theodoſii imp. poſt init. col. 492. D. tom. 3.*

4. Si ætas ſenectutis, vita ſit immaculata; utique ætas adoleſcentiæ, eſt vita maculoſa. *Lib. 5. Epiſt. 20. ad Horontianum, à med. col. 547. D. tom. 3.*

5. Puerilis ætas nihil ſuum novit, nullos honores ſibi arrogat, præferre ſe alteri ignorat, fraudem neſcit, vindicare ſeſe nec vult, nec poteſt. *Lib. 9. Epiſt. 71. ad Iren. poſt init. col. 938. C. tom. 3.*

6. Morum magis, quàm annorum ætas, eſt conſideranda *Serm. 14. ſup. Pſ. 118. verſ. 4. in med. col. 1539. D. tom. 4.*

7. Ætates quædam ſunt meritorum: nam & ſenectus morum invenitur in pueris, & innocentia infantium reperitur in ſenibus. *Serm. 53. in med. colum. 748. A. tom. 3.*

S. Antonin. 8. Ætas adoleſcentiæ labore animi, vel corporis exercenda eſt, & authoritati ſenum ſubjicienda. *Part. 4. titul. 4. cap. 10. §. 1. in fine, fol 52. col. 2.*

S. Augustin. 9. Nulli nocet pueriliſ ætas, ſi fuerit mente perfectus; nec ſenilis proderit ætas, ſi fuerit parvulus mente vel ſenſu. *Proſec.*

10. Saül, cùm eſſet in ſenili ætate, quia in ſe malignam nequitiam habuit, de culmine regali expulſus eſt. *De ſalutaribus docum. cap. 43. circa med. pag. 761. B. & 762. C. tom. 4.*

11. Cùm accedit una ætas, altera moritur: veniente pueritia moritur infantia: veniente adoleſcentia moritur pueritia: veniente juventute moritur adoleſcentia: veniente ſenectute moritur juventus: veniente morte moritur omnis ætas. *Proſec.*

12. Quot optas gradus ætatis, tot ſimul optas & mortes ætatum. *Sup. Pſalm. 127. poſt medium, verſ. 6. Et videas bona Hieruſalem, &c. pag. 1028. lit. D. tom. 8.*

13. Uterque ſexus, & omnis ætas, habet ſanctorum hominum imitationis exemplum. *In Cataclyſmo, cap. 6. ante fin. pag. 677. B. tom. 9.*

14. Non in annis, ſed in animis eſt perfectio. *De ſalutaribus docum. cap. 43. in princ. pag. 761. B. tom 4.*

15. Perfectus dicitur, non qui in ætate, ſed qui in ſeſe perfectus eſt. *Ibid. circa med. pag. 761. B.*

16. Ætas conjugatorum, eſt ætas præliantium: ipſi enim habent acriorem conflictum, ne libidinibus ſuperentur. *Lib. 1. quæſt. Evangel. quæſt. 9. pag. 233. B. tom. 4.*

17. Sæpè qui major eſt ætate, major eſt iniquitate. *Serm. 36. de Verb. Dom. in fine, pag. 94. litt. C. tom. 10.*

S. Basil. Mag. 18. Nihil differt à puero ſecundum ætatem, is qui puer eſt mente. *Quæſt. 15. quæſt. diffuſo explicat. poſt init. pag. 527. tom. 3.*

S. Bernardus. 19. Omnium ornatus ætatum eſt verecundia, ſed in teneriori ætate ampliùs pulchriúſque enitet. *Serm. 86. ſup. Cant. in princ. fol. 203. col. 2. F.*

20. Genus, ætas, ſcientia, inſolentiæ ſunt fomes, & elationis occaſio. *Epiſt. 42. ad Henricum Senonenſem Archiep. poſt med. fol. 217. col. 2. E.*

21. Matura ætas multis laboribus exercitata, jàm novit per experientiam, quod didicit per ſcientiam. *De ordine vitæ, poſt med. fol. 336. col. 3. I.*

22. Timor verecundus & caſtus, eſt omnium ætatum ornatus, ſed in juvenili ætate ampliùs enitèſcit. *Titul. 6. Diæta ſalutis, cap. 1. ante finem, pag. 304. colum. 2. E. tom. 6.*

Concil. Toletanum. 23. Omnis ætas ab adoleſcentia, in malum prona eſt. *Et hab. in decret. Gratiani Part. 2. cauſa 12. quæſt. 1. in princ. fol. 218. col. 4. edit. Lugdun. 1540.*

Didymus. 24. Prudentiam ætate ponderare minimè convenit. *Et hab. apud D. Joann. Damaſ. lib. 3. parallel. cap. 73. in princ. fol. 133. pag. 2. B.*

S. Eusebius Cæsar. 25. Quantò magis creſcit ætas, tantò magis homo decreſcit. *Epiſt. ad Damaſcen. Pap. de morte D. Hieronymi, poſt med. Et hab. inter opera D. Hieron. tom. 4. pag. 354. D.*

S. Eusebius Emissenus. 26. Citò tranſeunt dies noſtri, utinam benè tranſeant. *Homil. 10. ad Monach. in fine, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 1. pag. 587. col. 2. lit. F. edit. Coloniæ 1618.*

Gloss. decr. 27. Ætatis ratio habenda eſt in pœnitentia. *Apud Gratian. in decretis, fol. 60. col. 4. edit. Lugdun. 1540.*

S. Gregorius Magnus. 28. Sicut in corpore, ita ſunt etiam ætates in mente. *Lib. 11. Moral. cap. 24. in princ. num. 25. col. 397. B. tom. 1.*

29. Nonnulli quò ætate creſcunt, ab innocentia decreſcunt. *Proſec.*

30. Electis cùm foris ætas corporis, intùs (ſi dici liceat) creſcit ætas virtutis. *Lib. 21. Moral. cap. 13. in fin. num. 13. col. 725. C. tom. 1.*

S. Gregor. Magn. 31. Infima ætas, etiam cùm rectè ſapit, ad prædicandum non debet incautè proſilire. *Lib. 11. Moral. cap. 4. poſt med. num. 4. colum. 377. litt. B. tom. 1.*

32. Ætate creſcit, qui in virum perfectum, mentis ætate proficit. *Lib. 2. in primum Regum, cap. 3. poſt med. col. 1315. B.*

S. Gregorius Nazianz. 33. Turpe eſt ſeneſcere ætatem, non ſeneſcere laſciviam. *Orat. 3. de ſancto Lavacro, ante med. pagin. 298.*

S. Greg. Niss. 34. In humano genere, id quod ætatis eſt provectæ, eſt imbecillum: quod autem eſt conſtantis ætatis, eſt immoderatum & inſolens. *Hom. 4. ſup. Eccleſiaſt. ante med. col. 204. B.*

35. Optima eſt ætas, quæ inter juventutem & ſenectutem intercedit. *Ibidem.*

36. Non omnis ætas omnes naturales complectitur operationes, neque per ſimilia nobis procedit vita in ipſis ætatum differentiis: ſed in unoquoque tempore ætatis eſt aliquid aliud congruens ac conveniens. *Hom. 1. ſup. Cantica, poſt init. colum. 234. lit. A.*

S. Hieron. 37. Sentiſne quando infans, quando puer, quando juvenis, quando robuſtæ ætatis, quando ſenex factus ſis? quotidiè morimur, quotidiè commutamur, & tamen æternos nos eſſe credimus. *Ep. 3. ad Heliodor. ſub fin. pag. 27. B. tom. 1.*

38. Magna cœpiſſe, & excelſa ſectari, perfectæ ætatis gradum ſcandere eſt. *Ep. 4. ad Ruſtic. non procul ab init. pag. 43. A. tom. 1.*

39. Citò flores pereunt, citò violas & lilium & crocum, peſtilens aura corrumpit. *Ep. 7. ad Lætam. poſt med. pag. 57. A. tom. 1.*

40. Ætas optata cunctis, non viciniam mortis, quæ debetur mortalibus lege naturæ: ſed caſſa ſpe annorum nobis ſpatia pollicetur. *Ep. 11. ad Gerontiam, poſt med. pag. 92. D. tom. 1.*

41. Ætas mollis & tenera, in utramque partem, flexibilis eſt; & quocunque duxeris, trahitur. *Epiſt. 12. ad Gaudentium, poſt med. pag. 100. lit. C. tom. 1.*

42. Impudicos ſenes, ætas laſciva condemnat. *Ep. 13. ad Paulinum, in princ. pag. 101. B. tom. 1.*

43. Ætatum diverſitas, non mutat corporum veritatem. *Epiſt. ad Euſtochium, longè poſt med. pag. 881. A. tom. 1.*

44 In nullis ætatibus, libido tuta eſt. *Epiſt. 47. de vitando ſuſpecto contubernio, ante finem, pag. 227. A. tom. 1.*

45. Omnis ſpecies hominum vernat in parvulis, floret in juvenibus, viget in perfectæ ætatis viris. *Proſec.*

46. Et repentè dùm neſcit, incaneſcit caput, rugatur facies, cutis priùs extenta contrahitur, & extremo fine (id eſt, in ſenectute) vix moveri poteſt: ita ut non cognoſcatur quis prior fuerit, ſed penè in alium commutetur. *Ep. 17. ad Cyprian. in med. pag. 100. D. tom. 3.*

47. Quamvis ætas longa videatur, tamen comparatione æternitatis brevis eſt. *Ibidem, paulò poſt med. pag. 101. A.*

48. Nullus ſic decrepitæ ætatis, ut non ſe adhuc uno plus anno vivere ſuſpicetur. *Ibidem, poſt med. pag. 103. lit. A*

49. Per infantiam, pueritiam, juventutem ac virilem ætatem, annoſque ultimos ſenectutis mutamur, & currimus: & neſcientes, ad mortis terminos pervenimus. *Lib. 3. ſup. Amos, cap. 6. pag. 100. litt. C. tom. 6.*

50. In parvulis floret ætas, in juvenibus convaleſcit & roboratur, in ſenibus tanquàm in fructibus eſt, & poſtremùm in decrepita ſenectute conficitur. *In Job, cap. 4. in fine, ſup. illud, De mane uſque ad veſperam ſuccidentur, pagina 161. litt. B. tom. 7.*

HUGO CARD. 51. Non ætas temporis, ſed maturitas mentis laudabilis eſt apud Deum. *Profec.*

52. Sicut enim mentis juſtitia, temporis ſupplet defectum: ita maturitas morum, redimit annoſitatem temporum. *Sup. Sapient. cap.* 4. *fol.* 144. *col.* 4. *tom.* 3.

53. Modò eſt ſexta ætas, quæ eſt morientium: ſeptima, quieſcentium: octava ætas, erit reſurgentium. *Sup. Epiſt. ad Rom. cap.* 4. *fol.* 29. *col.* 1. *Moraliter. tom.* 7.

S. JOANNES CHRYSOST. 54. Si fueris ſobrius, nihil te immaturata nocebit ætas: ſi fueris negligens, ſenectus tibi nihil prodeſſe poterit. *Expoſ. in ſuperſcriptionem Pſal.* 50. *longè poſt init. col.* 726. *lit. B. tom.* 1.

55. Non ætas junior aut ſenior collaudatur, ſed actus, & vita, & morum dignitas commendatur. *Serm. de Hieremia Propheta, ante med. col.* 838. *lit. A. tom.* 1.

S. PETRUS DAMIANUS. 56. Ætas cui non ſuccedìtur, finem vitæ proximum comminatur. *Opuſc.* 33. *in fine præfat. pag.* 636. *col.* 1. *lit. B. tom.* 3.

RICHARD. à S. VICTORE. 57. Prima ætas ad diſcendum, ſecunda ad exercitandum, tertia verò prævaler ad diſcernendum. *Lib.* 1. *de Erud. Hom. cap.* 14. *ante med. pag.* 88. *col.* 1. *lit. A. part.* 1.

IN VITIS PATR. 58. Nullo omninò modo inter vitæ annos cenſentur, qui in hujus mundi vanitate conſumpti ſunt. *In vita SS. Barlaam & Joſaphat, cap.* 18. *poſt init. pag.* 282. *col.* 2.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 59. Nihil differt ætate puer, & moribus puerilis. *Primo Ethic. Et hab. apud Bedam, tom.* 2.

CICERO. 60. Nihil ſemper floret, ætas enim ſuccedit ætati. *Orat.* 53. *Philipp.* 11. *in fine. col.* 918. *num.* 39. *tom.* 2.

61. Ita ſenſim ſine ſenſu ætas ſeneſcit: nec ſubitò frangitur, ſed diuturnitate extinguitur. *De ſenect. ante med. num.* 38. *col.* 540. *lit. C. tom.* 4.

62. Breve tempus ætatis ſatis longum eſt ad benè honeſtéque vivendum. *Ibid. poſt med. col.* 555. *lit. B.*

63. Quibus nihil eſt opis ad benè beatéque vivendum, his omnis ætas gravis eſt. *Ibid. poſt init. col.* 541. *lit. B.*

64. Extrema ætas beatior, quàm media, eo quòd authoritatis habeat plus, minus laboris. *Ibid. poſt med. col.* 553. *lit. D.*

65. Ut non omne vinum, ſic non omnis ætas naturæ vetuſtate coaceſcit. *Ibid. poſt med. col.* 554. *lit. D.*

66. Quæ ætas longa eſt, aut quid omninò homini longum? *Lib.* 1. *Tuſc. quæſt. poſt med. col.* 185. *lit. G. tom.* 4.

67. Acta ætas honeſtè ac ſplendidè, tantam affert conſolationem, ut eos qui ita vixerint, aut non attingat ægritudo, aut leviter pungat animi dolor. *Ibid. lib.* 3. *poſt med. col.* 221. *lit. H.*

SENEC. 68. Nihil turpius eſt, quàm grandis natu ſenex, qui nullum aliud argumentum habet, quo ſe probet diù vixiſſe, præter ætatem. *De tranquill. animi, cap.* 3. *circa med. pag.* 515. *tom.* 1.

69. Nemo reſtituet annos, nemò iterùm te tibi reddet. *Profec.*

70. Ibit quæ cœpit ætas, nec curſum aut revocabit, aut ſupprimet: nihil tumultuabitur, nihil admovebit velocitatis ſuæ.

71. Tacta labetur; non illa regitur imperio, non favore longiùs proferet.

72. Sicut juſſa eſt à primo die, curret, nuſquàm divertet, nuſquàm remorabitur. *De Brevitate vitæ, cap.* 8. *in fine, pag.* 566. *tom.* 1.

73. Infantiam in ſe pueritia convertit, pueritiam pubertas, juventutem ſenectus, ſenectutem mors aufert. *De conſol. ad Marciam cap.* 20. *in calce. pag.* 618. *tom.* 1.

74. Fructuoſior eſt adoleſcentia, ſed infantia dulcior. *Ep.* 9. *ante med. pag.* 535. *tom.* 2.

75. Jucundiſſima eſt ætas jàm devexa, non tamen præceps. *Epiſt.* 12. *ante med. pag.* 540. *tom.* 2.

SENEC. 76. Unus dies, gradus eſt vitæ: tota ætas partibus conſtat, & orbes habet circumductos, majores minoribus. *Ibid. circa med. pag.* 541.

77. Clamo mihi ipſe: Numera annos tuos, & pudebit eadem velle, quæ volueras puer. *Epiſt.* 27. *in princ. pag.* 574. *tom.* 2.

78. Non eſt quod exiſtimes ullam ætatem aptiorem eſſe ad bonam mentem, quàm quæ multis experimentis, longa ac frequenti rerum patientia ſe domuit ac exercuit. *Epiſt.* 58. *in fine, pag.* 657. *tom.* 2.

79. Jàm ætas noſtra non deſcendit, ſed cadit. *Epiſt.* 83. *poſt init. pag.* 712. *tom.* 2.

80. Ætas inter externa eſt: quamdiù ſim, alienum eſt: quamdiù vir bonus ſim, meum eſt. *Epiſt.* 93. *à med. pag.* 770. *tom.* 2.

81. Nulla ætas vacavit à culpa. *Epiſt.* 97. *in princip. pag.* 797. *tom.* 2.

82. Unicuique ætati ſua conſtitutio eſt: alia infanti, alia puero, alia ſeni. *Profec.*

83. Alia eſt enim ætas infantis, pueri, adoleſcentis, ſenis: ego tamen idem ſum, qui & infans fui, & puer, & adoleſcens.

84. Sic quamvis alia atque alia cuique ætatis ſuæ conſtitutio ſit, conciliatio tamen conſtitutionis ſuæ eadem eſt. *Epiſt.* 121. *circa med. pag.* 878. *tom.* 2.

85. Non refert quæ ſit hominis ætas, ſed quæ ſit meta. *De remediis fortuitorum, poſt init. edit. Baſileæ, pag.* 282.

Vide etiam Tit. Abſtinentia, ſent. 63. *Mors in genere. ſent.* 163. *Pædagogus. ſent* 9. *Studium ſent.* 34. *Vinum, ſent.* 50.

Æternitas.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

COLLECTOR. *Æternitas græcè dicitur ἀϊδιότης, quaſi Ævuiternitas, ſeu Ævi æternitas.*

DEFINITIO.

S. ATHAN. MAG. ÆTERNITAS, eſt quæ in æternum manet: porrò non omne quod æternum eſt, ſine principio dicitur: omne verò principio carens, etiam æternum dicitur. *De Definit. ante med. col.* 796. *lit. C. tom.* 4.

S. AUGUST. Vera æternitas eſt, ubi temporis nihil eſt. *Tract.* 23. *in cap.* 5. *Joan. poſt med. pag.* 139. *lit. B. tom.* 9.

V. BEDA. Æternitas, eſt incommutabilis ſubſtantia, cui non accedit FUIT, vel ERIT, ſed ſolùm EST. *Sup. Pſ.* 101. *ante fin. col.* 797. *tom.* 8.

BOËTIUS. Æternitas, eſt interminabilis vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio. *Lib.* 5. *de conſol. Philoſ. Proſa* 6. *in princ. pag.* 239.

FRANCISC. TITELM. Æternitas, eſt quaſi momentum unum perpetuò conſiſtens. *Sup. Pſ.* 2. *in med. verſ.* 7. *Ego hodie genuite, pag.* 14. *ſect.* 1.

HUGO CARD. Dicitur æternum, cui certa meta, vel terminus non præfigitur. *Sup. Exod. cap.* 12. *fol.* 82. *col.* 4. *tom.* 1.

S. THOMAS AQUINAS. Æternitas eſt, quæ excludit principium durationis, ſed non principium originis. *In ſumm. part.* 1. *quæſt.* 42. *art.* 2. *in corp. ad* 2. *pag.* 81. *col.* 2.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANSELM. 1. Nondum tota, nondum pura eſt, nondumque plena libertas, quia nondum Æternitas. *Sup. Epiſt. ad Rom. cap.* 8. *ſup. illud, Infelix ego homo, &c. fol.* 50. *col.* 4.

S. ANTONIN. 2. Qui æternitatem non quærit, fugit quod tenet: quia ejus intentio in illa gloria non figitur, quæ ſine fine poſſidetur. *Part.* 1. *Tit.* 6. *cap.* 7. §. 1. *in fine, fol.* 140. *col.* 4.

S. AUGUSTIN. 3. O æterna veritas, & vera charitas, & chara æternitas! tibi ſuſpiro die ac nocte. *Lib.* 7. *Confeſſ. cap.* 10. *in med. pag.* 94. *lit. C. tom.* 1.

Digitized by Google

S. Augustin.

4. Animus nullo modo ſanus exiſtimandus eſt, qui non temporalibus æterna præponit. *Epiſt. 121. ad Probam, cap. 7. circa med. pag. 401. lit. A. tom. 2.*

5. Non ſatiat animam, cui vera & certa ſedes eſt æternitas. *Profec.*

6. Æternum autem ardentiùs diligitur adeptum, quàm deſideratum. *Lib. 1. de Doctr. Chriſtiana, cap. 38. in med. pag. 14. lit. C. tom 51.*

7. Melior eſt temporalis felicitas, quàm miſera æternitas. *Lib. 8. de civit. Dei. cap. 16. propè med. pag. 144. lit. C. tom. 5.*

8. Illi inhia, quo jucundius nihil invenies, quo melius, quo lætius, quo diuturnius: quid enim tàm diuturnum, quàm id quod eſt ſempiternum? *Sup. Pſ. 85. verſ. 4. pag. 649. lit. A. tom. 8.*

9. Æternitas nihil habet motabile; ibi nihil eſt præteritum, quaſi jàm non ſit: nihil eſt futurum, quaſi nondum ſit: ſed non eſt ibi, niſi EST. *Prof.*

10. Non eſt ibi FUIT & ERIT: quia & quod FUIT, jam non eſt: & quod ERIT, oondum eſt: ſed quidqoid ibi eſt, non niſi EST. *Sup. Pſ. 101. concion. 2. circa med. verſ. 25. In generationem & generationem, pag. 790. lit. D. tom. 8.*

11. Centum annorum ſpatium, nulla portio eſt in æternitate. *Profec.*

12. Si enim (verbi gratia) centeſima pars eſſet æteroitatis, prædictum ejus ſpatium vel centuplum ejus ſpatium, vel milluplum, æternitas eſſe deſineret.

13. Quod ratio non finit æternitatis, quæ ſi ullo modo, ullo tempore finiretur, æternitas non eſſet. *De triplici habitac. cap. 3. in fine. pag. 556. lit. C. tom. 9.*

14. Omne æternum, æternitate æternum eſt: oam anima æterna, æternitatis participatione fit. *De 83. quæſt. quæſt. 23. in princ. pag. 380. lit. D. tom. 4.*

15. Omnium rerum præſtantiſſimum eſt, quod æternum eſt. *Profec.*

16. Quid verò æternum eſt, & quod æternitate animùm afficiat, niſi Deus? *Ibidem. quæſt. 35. poſt med. pag. 385. lit. A. B.*

17. Fuiſſe & futurum eſſe, noo eſt in æternitate, ſed eſſe ſolùm, quoniam æterna eſt: nam fuiſſe, & futurum eſſe, non eſt æternum. *Lib. 9. Confeſſ. cap. 10. prope med. pag. 113. lit. A. tom. 1.*

18. Nihil præterit in æterno, & nihil futurum eſt: quia & quod præterit, eſſe deſinit: & quod futurum eſt, nondum eſſe cœpit. *Profec.*

19. Æternitas tantummodo eſt, nec fuit, quaſi jàm non ſit; nec erit, quaſi adhuc noo ſit. *De vera Relig. cap. 49. in fin. pag. 514. lit. D. tom. 1.*

S. Bernard.

20. Æternitatis quandam imaginem perſeverantia præ ſe fert: ſola eſt cui æternitas redditur, vel potiùs, quæ æternitati hominem reddit. *Lib. 5. de conſid. prope finem, fol. 285. col. 1. lit. B.*

21. Æternitas niſi perſeveranter quæſita, minimè invenitur. *Serm. 2. ad fratres, prope finem, fol. 108. col. 4. lit. L.*

22. Æternis inhianti, faſtidio ſunt tranſitoria. *Epiſt. 111. in fin. fol. 234. col. 3. lit. I.*

S. Bonavent.

23. Æternitas optabilis eſt maximè tribus de cauſis: ſc.
- Propter æternitatem hæreditatis, ad ſummum bonum poſſidendum.
- Propter æternitatem tranquillitatis, ad videndum.
- Propter æternitatem jucunditatis, ad fruenduœ. *Sup. Pſ. 118. cap. 21. verſ. 5. art. 4. pag. 267. col. 2. lit. B. tom. 1.*

S. Bonavent. et S. Gregor. Magnus. Lib. 7. Moral. cap. 14. post med.

24. Immenſum eſt, quod ſine termino ſequitur, & parum eſt quidquid finitur. *In collat. de contempt. ſecul. poſt init. pag. 95. col. 2. lit. A. tom. 7.*

S. Bonavent.

25. Quantò æterna magis amantur, tantò perfectiùs cognoſcuntur. *De Itiner. æternit. De Itin. 5. diſt. 1. pag. 171. col. 1. lit. B. tom. 7. part. 3.*

S. Bonavent.

26. O felix mortale genus, ſi ſemper haberet æteroum præ mente bonum, finemque timeret. *In Soliloq. cap. 3. in fin. pag. 118. col. 2. lit. C. tom. 7.*

27. Senſibilis revelatio æternorum, ad æterna allicit. *In itineribus 7. de itin. 5. diſt. 3. in fine. pag. 172. col. 1. lit. B. tom. 7. part. 3.*

28. Corona nec habet principium, neque finem in figura, & ſignificat æternitatem, quæ nec fioe, nec principio clauditur. *Ibid. de itin. 7. Diſtinct. 7. ante med. pag. 183. col. 2. lit. A.*

Dionys. Carthus.

29. In æternitate nihil præteritum eſt, quaſi deſierit: nihil futurum, quaſi nondum ſit: ſed quidquid æternum eſt, ſemper eſt. *Sup. Epiſt. ad Hebr. cap. 1. art. 1. ante med. ſup. illud, Ego hodiè genui te, fol. 113. lit. H.*

30. Æternitas omnis temporis differentiam comprehendit. *Ibidem circa med. ſup. illud, Ero illi in Patrem, fol. 114. lit. A.*

Gloss. ord.

31. Temporalia in hac vita, Deus ad utendum dat: æterna, ad fruendum: illa, undè bona faciamus: iſta, undè boni efficiamur. *Sup. Epiſt. 1. ad Tim. cap. 6. ſup. illud. Qui præſtat nobis abunde, &c. col. 726. lit. F. tom. 6.*

S. Gregorius Magnus.

32. Fuiſſe, vel futurum eſſe æternitas non habet: cui nimirum neque præterita tranſeunt, neque quæ futura veniunt, quia cuncta per præſens videt. *Lib. 4. Moral. cap. 27. prope med. num. 32. col. 119. lit. D. tom. 1.*

33. Spes io æternitatem animum erigit, & idcircò nulla mala exteriùs quæ tolerat, ſentit. *Ibid. lib. 6. cap. 13. poſt med. col. 195. lit. A.*

34. Sancti viri, qui ad æterna cor elevant, quàm breve ſit quod fine clauditur, penſant: & in eorum ſenſibus vileſcit, quod præterit. *Ibid. lib. 8. cap. 8. propè init. col. 253. lit. D.*

35. Omnis homo in hujus vitæ exilio cæcitatis ſuæ tenebris per culpam preſſus, quantalibet vi ad æternitatis lumen iotendat, penetrare non poteſt. *Lib. 3. Moral. cap. 22. in medio, num. 25. col. 113. lit. D. tom. 1.*

36. Parvulus eſt, qui terrena diligit: magnus, qui æterna concupiſcit. *Ibidem, lib. 5. cap. 32. in fine, col. 175. lit. B.*

37. In intentione operis æternitas, in oſu verò temporalitas eſſe debet. *Ibid. lib. 15. cap. 27. propè init.*

38. Bonorum mens, quò duriora pro veritate tolerat, eò æternitatis præmia certiùs ſperat. *Ibid. lib. 10. cap. 12. paulò poſt med. num. 22. col. 362. lit. D.*

39. Quiſquis in ſolo æternitatis deſiderio figitur, nec proſperitate attollitur, nec adverſitate quaſſatur. *Lib. 10. Moral. cap. 22. poſt med. ſuper illud Job. 11. Requieſcet, & non erit, &c. num. 22. col. 365. lit. D. tom. 1.*

40. Cùm auditur æternitas, humano more longa ſibi ſpatia proponuntur: ſed quoties in æternitate ipſa cogitatur, æternitas necdum cognita eſt. *Lib. 16. Moral. cap. 20. in med. col. 543. lit. D. tom. 1.*

41. Æternitas ſine præterito eſt ante ſecula, ſine futuro poſt ſecula, ſine mora longa, ſine præſtolatione perpetua. *Ibid. prope fin. col. 546. lit. C.*

42. Ut beati atque æterni ſimus io æternom, imitemur æternum; quia magna nobis eſt æternitas, imitatio æternitatis. *Ibid. lib. 18. cap. 28. in fin. num. 40. col. 632. A.*

43. Tantò quiſque minùs dolet quòd deſint æterna, quantò magis gaudet quòd adſint temporalia. *Profec.*

44. Et qui minùs dolet quòd deſint temporalia, certiùs expectat ut adſint æterna. *Ibid. lib. 22. cap. 2. ante med. num. 2. col. 732. lit. A.*

45. Locus humani cordis, fit amor æternitatis. *Ibid. lib. 27. cap. 9. ante med. col. 310. lit. B.*

46. Quantò magis æterna cognoſcimus, tantò magis eſſe nos in hujus exilii miſeria dolemus. *Hom. 10. ſup. Ezech. ante finem, col. 169. lit. B. tom. 2.*

47. Hi vitam carnis quaſi permanentem diligunt, qui quanta ſit vitæ ſequentis æternitas, oon attendunt. *Lib. 8. Moral. cap. 8. in princ. col. 253. lit. C. tom. 1.*

S. Greg. Mag.

48. Qui ad appetenda æternitatis atria accenditur, dignum profectò eſt, ut tantò frigeſcat à ſtudio ſeculi, quantò ſurgit ardentior in amorem Dei. *Ibidem.*

49. Tantò nos neceſſe eſt inſtantiùs æterna quærere, quantò à nobis cognoſcimus velociter temporalia fugiſſe. *Lib. 3. Dialog. cap. 38. poſt med. col. 1421. lit. B. tom. 1.*

50. Vera æternitas, & vera immortalitas, non eſt niſi in Deitate Trinitatis: cui quod eſt eſſe, perfectum eſt. *Sup. 7. Pſalm. Pœnitent. in Pſal. 5. verſ. 27. ante med. col. 610. lit. B. tom. 2.*

S. Hieronym.

51. Æternitati comparata, brevis eſt omnium temporum longitudo. *Epiſt. 17. ad Cyprian. paulo ante med. pag. 100. lit. C. tom. 3.*

52. Nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet, quo gloria æternitatis acquiritur. *Epiſt. 1. ad Demetriadem. in fine, pag. 26. lit. C. tom. 4.*

53. Exiguum temporis perituri, æternitatis eſt pretium. *Epiſt. 6. ad Amicum poſt med. pag. 41. lit. A. tom. 4.*

54. Æternum neque initium ut eſſet habuit, neque ceſſare unquàm poteſt eſſe quod eſt. *In Apologiam Pamphili ad Macharium. ante med. pag. 180. lit. C. tom. 4.*

55. Temporalibus æterna ſunt præponenda, caducis ſtabilia, ſolicitis ſecuriora, periculoſis libera, inhonorificis clariora. *In Regula Monachor. cap. 5. in fin. pag. 272. lit. D. tom. 4.*

Hugo a Sancto Victore

56. Magna ſunt afflictionis ſolatia, pretioſa mœroris gaudia, glorioſa certaminis præmia: corporis immortalitas, animæ ſelicitas, utriuſque æternitas. *Lib. 1. Miſcellan. Codicis 2. Titul. 74. prope finem, pag. 140. lit. B. tom. 3.*

S. Ignatius Martyr.

57. Nihil perpetuum, quod videtur: quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna. *Epiſt. 15. ad Romanos ante med. apud Bibl. Patr. tom. 1. pag. 94. col. 2. lit. F. edit. Colon. 1618.*

S. Joannes Chrysost.

58. Nihil vetuſtum apud Deum, nec aliquid novitatis: ſed totum ſempiternum, æternitate plenum, nec initium habens, nec finem. *Hom. ſup. illud Iſaye, Gaude Sion. in princ. col. 836 lit. B. tom. 1.*

S. Isidorus Hispalens.

59. Æternitatis fructus eſt virtus boni operis. *Lib. 2. de ſum. bono. cap. 1. ſent. 1. pag. 637. col. 1.*

S. Isidor. Pel.

60. Nihil divinæ naturæ tàm proprium ac peculiare eſt, nec quod expreſſiùs eam notet, quàm æternitas. *Lib. 3. Epiſt. 18 ad Agathum presb. apud Bibl. Patrum tom. 5. part. 2. pag. 570. col. 1. lit. C.*

Lactant. Firmian.

61. Quibus annis ſaturari poteſt æternitas, cui nullus eſt finis? *Lib. 1. de falſa Relig. cap. 12. in fin. pag. 26.*

62. Temporalia ſunt fugienda, ut ad æterna veniamus. *In Epitome divin. inſtit. in fin. pag. 410.*

S. Prosper.

63. Æterna exultatio eſt ei, qui bono lætatur æterno. *Sent. 90. Et hab. in fin. tom. 3. D. Auguſtini pag. 748 lit. C.*

64. Vera æternitas Dei eſt, qui ſolus habet immortalitatem; quoniam ex nulla ſpecie motûve mutatur. *Ibid. ſent. 183. pag. 748. lit. C.*

65. In quibuſdam æternis, poteſt eſſe aliqua diſtantia: ipſa namque æternitas, abſque diverſitate menſuræ eſt. *Ibid. ſent. 360. pag 763. lit. B.*

Robertus Bellarmin.

66. Summum bonum eſt æterna felicitas: nam felicitas ſine æternitate, eſt felicitas miſera: & æternitas ſine felicitate, eſt æterna miſeria. *Sup. Pſalm. 90. verſ. 16. pag 596. col. 2.*

67. Æternitas malorum, res eſt tàm miſera, ut ſine ea nullum ſupplicium grave, cum ea nullum leve judicari poſſit. *Concione 3. de cruciatibus gehennæ, part. 2. ante finem, pag. 417. col. 1.*

Tertullian.

68. Nihil æternum, niſi poſt reſurrectionem. *De Reſurr. cap. 58. in princ. pag. 706. lit. F. tom. 3.*

Thomas a Kempis.

69. Nihil magnum tibi videatur ex omnibus quæ agis, nil grande, nil pretioſum, & admirabile, nil reputatione appareat dignum, nil altum, nil verè laudabile & deſiderabile, niſi quod æternum eſt. *Lib. 3. de Imitatione Chriſti cap. 4. Sect. 3. pag. 366. tom. 2.*

In Vit. Patr.

70. Omnis labor totius temporis, quo quis hîc degit, nondum unius horæ tormentorum æternitatis gehennæ ſpatium habet. *Lib. 3. de vita Ioannis num. 3. circa med. pag. 493. col. 1.*

Sententiæ Paganorum.

Cicero.

71. Eſt ab infinito tempore æternitas, quam nulla temporum circumſcriptio metitur, ſpatióque qualis ea ſit, intelligi non poteſt. *Lib. 1. de nat. Deorum. ante med. col. 275. lit. F. tom. 4.*

72. Quid videtur ei magnum in rebus humanis, cui æternitatis omnis nota ſit magnitudo? *Lib. 4. Tuſcul. quæſt. circa med. col. 235. lit. E. tom. 4.*

Plato.

73. Erat & erit, æternæ eſſentiæ non rectè attribuimus: dicimus tamen erat, est & erit: at reverà illi est propriè, tantùm quadrat. *Tom. 3. Sizygia 5. in Dialogo Timæi ante med. pag. 34. lit. B.*

Sixtus Philosophus.

74. Immortales crede te manere in judicio honores & pœnas. *Sent. 11. apud Bibl. Patrum, tom. 3. pag. 64. col. 2. lit. F. edit. Coloniæ 1618.*

Vide etiam Titul. Vita æterna.

Affabilitas.

DEFINITIO, COMPARATIO.

S. Antonin.

Affabilitas conſiſtit in ſe habendo humaniter & benignè cum aliis in verbis & geſtis. *Part. 1. Titul. 1. cap. 3. §. 2. circa med. fol. 12. col. 1.*

Gloss. Ord.

Affabilitas, eſt benignitas ac comitas erga omnes; quæ etiam erga illos eſt, qui ſimilium ſunt morum, & erga amicos. *Sup. Epiſt. 1. B. Petri, cap. 3. col. 1328. lit. D. tom. 6.*

Hugo a Sanc. Victore.

Gratia affabilitatis eſt, in qua mutuæ benevolentiæ alterius ad alterum affectuoſus cultus oſtenditur. *De fructu carnis & ſpiritus, cap. 18. prope init. pag. 162. lit. H. tom. 2.*

Joan. Gers.

Affabilitas eſt juſtitia, qua quis inclinatur reddere alteri debitum in verbo, ratione qua eſt animal ſociale. *Part. 4. in deſcriptionibus terminorum, cap. juſtitia, in med. fol. 27. col. 2. lit. B.*

Thomas Aquinas.

Affabilitas eſt quædam ſpecialis virtus, ſecundùm quam inter ſe homines benè diſponuntur, ſimul conviventes. *2. 2. quæſt 114. in princ. corporis, pag. 208. col. 1.*

Plato.

Affabilitas eſt habitus motum blandus & ductu facilis ad hominis amicitiam, habitus benefaciens hominibus. *Tom. 3. Sizygia 6. de Definit. ante med. pag. 412. lit. E.*

Comparatio.

S. Joannes Chrysostom.

Sicut lapis nunquàm oleum fundit, ita neque crudelitas humanitatem. *Hom. 12. ſup. Ioan. in fin. col. 72. lit. B. tom. 3.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius.

1. Affabilitas ſermonis ad conciliandam gratiam valet plurimùm. *Lib. 2. Offic. cap. 19. ante med. col. 50. lit. D. tom. 1.*

S. Bernard.

2. Affabilis ſocius, omnibus eſt officioſus, & nulli oneroſus. *In medit. cap. 4. poſt med. fol. 323. col. 3. lit. G.*

3. Utilis eſt ſemper cuſtodia oris, quæ tamen affabilitatis gratiam non excludat. *Lib. 4. de Conſider. ante finem. fol. 282. col. 1. lit. B.*

4. Non ſemper gladio, ſed ſæpè affabilitate vincitur inimicus. *In Epiſt. de cura & regimine rei familiaris. ante med fol. 371. col 2. lit. D. in 2. volum.*

S. Bonavent.

5. Cunctis eſto benignus, nulli blandus, paucis familiaris, omnibus æquus. *De 4. virt. cardin, poſt med. pag. 224. col. 2. lit. C. tom. 6.*

6. Peſſimum loquendi uſum, quaſi pro affabilitatis

Digitized by Google

ſolatio, ſalutis adverſarius introduxit. *In ſpeculo diſciplin. part. 1. cap. 20. prope finem, pag. 544. col. 2. lit. A. tom. 7. part. 4.*

S. Bonavent. 7. Benignitas & affabilitas facit hominem amabilem, gratum, beneficum, omnibus gratioſum. *Lib. 2. de profect. Religioſ. cap. 11. poſt med. pag. 580. col. 2. lit. C. tom. 7. part. 4.*

8. Non affabilitas opportuna, ſed loquacitas otioſa damnatur. *In ſpeculo diſcipl. part. 1. cap. 20. poſt med. pag. 540. col. 1. lit. E. tom. 7. part. 4.*

S. Eligius. 9. Non impetrabit de divina pietate aliquid in precibus, qui ad precem pauperis non fuerit humanus. *Hom. 11. poſt med. apud Bibl. Patrum, tom. 7. pag. 242. col. 2. lit. E.*

S. Ephræm. 10. Simus affabiles parvis ac magnis, ut vanam effugiamus gloriam, cunctoſque diaboli laqueos. *In illud, Attende tibi. cap. 10. poſt med. pag. 328. liter. C. tom. 2.*

S. Greg. Naz. 11. Affabilem in congreſſibus, ac ſuavem in colloquiis eſſe oportet. *Et hab. apud D. Joan. Damaſc. lib. 1. parall. cap. 35. fol. 26. pag. 1. lit. B.*

S. Hieronym. 12. Solent laſcivi & comptuli juvenes blandimentis, & affabilitate, aditum ſibi ad virgines quærere. *Epiſt. 12. ad Gaudentium, ante finem, pag. 100. lit. D. tom. 1.*

Hugo a S. Victore. 13. Affabilis eſt gravitas, non garrula; aſperitatem monſtrat, ſed non eſt litigioſa. *Lib. 1. de clauſtro animæ, cap. 16. ante fin. pag. 40. lit. D tom. 2.*

14. Affabilitas familiarem facit. *Ibid. lib. 3. cap. 5. poſt init. pag. 56. lit. A.*

15. Nihil magis gratioſum reddit hominem, quàm modeſtia linguæ. *Sup. Eccleſiaſticum, cap. 42. poſt init. ſup. illud, Et inveniet gratiam. fol. 251. col. 4. tom. 3.*

S. Joannes Chrysoſt. 16. Nihil humanitate potentius. *Hom. 3. de David & Saule, poſt med. col. 631. lit. D. tom. 1.*

17. Humanitas quavis ſtolâ magnificentior eſt. *Ibid. Hom. 2. ante med. col. 616. lit. C.*

18. Ne exiſtimemus levem ac vilem eſſe hanc virtutem, nimirùm affabilem ſeſe præbere, atque hominum alloquiis patere. *Et habet. apud D. Ioan. Damaſc. lib. 1. parall. cap. 35. fol. 26. pag. 1. lit. B.*

S. Isid. Hispal. 19. Promptus eſto in affectu, affabilis in ſermone, grato animo omnes affare. *Lib. 2. Etymol. cap. 8. ſtatim ab init. pag. 316. col. 2.*

Petrus Bles. 20. Adſit honeſta, & ſuavis affabilitas. *De Amicitia cap. 22. circa init. apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 975. col. 1. lit. C. edit. Coloniæ. 1618.*

Sententiæ Paganorum.

Cicero. 21. Difficile eſt dictu quantoperè conciliet animos comitas affabilitaſque ſermonis. *Lib. 2. de Offic. circa med. col. 505. lit. B. tom. 4.*

Seneca. 22. Affabilem te, dum vivis, omnibus: deſiderabilem, cùm exceſſeris, reddis. *Lib. 3. de ira. cap. 43. in princ. pag. 461. tom. 1.*

Sixtus Phil. 23. Si benignus ſis erga indigentes, magnus eris apud Deum. *Sent. 45. apud Bibl. Patrum, tom. 3. pag. 65. col. 1. lit. A. edit. Coloniæ 1618.*

24. Verba tua, pietate ſemper plena ſint. *Ibidem, ſent. 214. pag. 66. col. 1. lit. A.*

Affectio.

DEFINITIO, DIVISIO, PRODUCTIO, Comparatio.

S. Augustin. Affectus eſt ſpontanea quædam, ac dulcis ipſius animi ad aliquem inclinatio. *De Spiritu & Anima cap. 50. ante med. pag. 632. lit. C. tom. 3.*

S. Clem. Alex. Affectio, eſt conſervatio benevolentiæ, vel dilectionis. *Lib. 2. Stromat. longè ante med. fol. 79. pag. 1. lit. A.*

Divisio.

S. Bernardin. Eſt affectio, quam caro gignit: & eſt, quam ratio regit: & eſt, quam condit ſapientia. *Profec.*

Prima dulcis, ſed turpis: ſecunda ſicca, ſed fortis: ultima pinguis, & ſuavis eſt. *Serm. 50. ſup. Cant. ante med. fol. 174. col. 2. lit. E.*

V. Beda. Affectio aliquando bona eſt, aliquando mala: ſi mala eſt, vocatur cupiditas: ſi bona eſt, vocatur charitas. *Profec.*

Malam ſequitur pernitioſa delectatio, bonam verò delectatio fructuoſa. *In Pſ. 9. ſup. illud, In laqueo iſto, &c. col. 362. tom. 8.*

Clem. Alex. Tres ſunt animæ affectiones, ignoratio, opinio, ſcientia. *Profec.*

Qui in ignoratione verſantur, ſunt gentes: qui in ſcientia, vera Eccleſia: qui verò in opinione, ii qui ſectantur hæreſes. *Lib. 7. Stromat. ante fin. fol. 156. p. 2. lit. B.*

Hugo a S. Victore. Infiniti ſunt affectus. Eſt affectus dilectionis, cùm mens vivens, vel reminiſcens idquod amat, ſubitò amoris igne corripitur. *Profec.*

Eſt affectus admirationis, cùm aliquid novum & admirabile contemplans, in ſtuporem excitatur.

Eſt affectus congratulationis, cùm acceptabile aliquid, & beneplacitum videns, quadam hilaritate perfunditur.

Eſt affectus humilitatis, quando ex conſideratione infirmitatis ſuæ, ab elatione ſua ſponte comprimitur.

Eſt affectus mœroris, quando ex conſideratione malorum ſuorum quodammodo contabeſcens, infirmatur.

Eſt affectus timoris, quando ex conſideratione imminentium pœnarum concutitur.

Eſt affectus indignationis, quando in odium adverſariorum, ex ipſa iniquitatis eorum magnitudine inflammatur.

Eſt affectus zeli, quando ex amore juſtitiæ, ad deſiderium ultionis accenditur.

Eſt affectus bonæ præſumptionis, quando ex nova aliqua, & ſingulari fiducia, ad vendicandum plus ſolito quippiam animatur. *De modo Orandi, cap. 7. ab init. pag. 156. lit. D. E. & conſequent.*

Productio.

S. Joan. Clim. Affectio vitioſa, & à fornicatione, & ab inani gloria, & ab avaritia, atque à gaſtrimargia, aliis quoque plurimis oritur. *Gradu 26. longè ante med. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 2. pag. 280. col. 2. lit. H. edit. Coloniæ* 1618.

Petrus Bles. Non eſt affectus amor, ſed amoris origo *De Charitate, cap. 49. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 994. col. 1. lit. C.*

Comparatio.

S. Thomas Aquinas. Affectio carnalis eſt ſicut murus, inter Deum & animam. *Profec.*

Sicut oratio pura purificat & illuminat, lætificat, fortificat, & impinguat: ſic carnalis affectio & immunda, mentem inficit & obſcurat, contriſtat, debilitat & ſiccat. *In ſuis opuſc. de periculo familiaritatis, circa init. fol. 124. pag. 1. tom. 1.*

Lact. Firm. Sicut rectè ambulare, bonum eſt: errare autem, malum: ſic moveri affectibus in rectum, bonum eſt: in pravum, malum. *Lib. 6. de vero cultu cap. 16. poſt med. pag. 266.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambros. 1. Affectus tuus, nomen imponit operi tuo. *Lib. 1. Offic. cap. 30. ante med. col. 21. lit. B. tom. 1.*

2. Affectus pretium rebus imponit. *Ibid. lit. D.*

3. Nihil affectu ſapientis ditius, nihil inſipientis egentius. *Lib. 3. Epiſt. 10. ad Simplicianum poſt med. col. 526. lit. C. tom. 3.*

4. Affectus dives egere non novit. *De Nabuth. cap. 2. poſt init. col. 1107. lit. B. tom. 4.*

5. Affectus

S. ANTONIN. 5. Affectus mulieris erga bonos viros, licèt ſanctus, de facili degenerat in carnalem, quia fragilis eſt naturæ. *Part.* 3. *Titul.* 16. *cap.* 1. §. 10. *poſt med. fol.* 238. *col.* 4.

S. AUGUSTIN. 6. Affectus ſine ratione, motus beſtialis eſt ad quæcunque illicita promus. *De Amicitia cap.* 9. *in med. pag.* 777. *lit. B. tom.* 4.

7. Affectus infidus, & inſtabilis, & impuris mixtus ſemper amoribus, ſpiritualis amoris venenum eſt. *Ibid. in fine, &c. ut ante.*

8. Carnalem affectum, & in nobis & in noſtris, militia Chriſtiana, ut perimamus, hortatur. *Epiſt.* 38. *ad Latum circa med pag.* 90. *lit. D. tom.* 2.

9. Prævolat intellectus, & tardè ſequitur, & aliquando nonſequitur humanus atque infirmus affectus. *Sup. Pſalm.* 118. *conc.* 8. *ſub finem, pag.* 924. *lit. C. tom.* 8.

10. Præcedit viſio, & ſequitur affectio. *Tract.* 18. *in cap.* 5. *Joan. in med. pag.* 107. *lit. B. tom.* 9.

11. Nihil ita Deum inclinat ad pietatem & miſericordiam, quemadmodum purus mentis affectus. *De ſpiritu & anima cap.* 50. *ante med. pagin.* 632. *lit. C. tom.* 3.

S. BASILIUS MAGNUS. 12. Non ſolùm à corpore ad animam tranſeunt affectus: ſed etiam ab anima ſumpto initio, & velut per corpora peragantur, in mente perficiuntur. *De Virgin. poſt med. pag.* 289. *tom* 2.

13. Qui animam corpori per affectus commiſcent, utriuſque ad vitam utilitatem malè diſperdunt: dùm & animam ſplendidam ac lucidam exiſtentem, limo carnalium ex voluptate affectuum totam turbant. *Ibid. poſt med. pag.* 290.

V. BEDA. 14. Affectus carnis, niſi mentis jure domantur, unumquemque hominem ducunt ad perditionem. *In ſuit Prov. verbo, Affectus. pag.* 186. *tom.* 2.

S. BERNARD. 15. Affectiones, quæ corrupto corpore paſſionibus diverſis afficiuntur, mitigari nunquàm poſſunt (ne dicam ſanari) donec voluntas unum quærat, & tendat ad unum. *Serm.* 3. *in Aſcenſ. Dom. in princ. fol.* 40. *col.* 4. *lit. M.*

16. Duo ſunt, quæ in nobis purganda ſunt, intellectus & affectus: intellectus, ut noverit: affectus, ut velit. *Ibidem.*

17. Tepidi raró affectiones ſuas dirigunt ad Deum. *Ibid. poſt med. fol.* 41. *col.* 2. *lit. E.*

18. Affectu intellectui, & intellectu affectui repugnãte, vita infernalis eſt. *Ib. Serm.* 6. *ante med fol.* 43. *col.* 2.

19. Affectio in voluntate conſiſtit. *Serm. de triplici judicio, paulo ante med. fol.* 105. *col.* 1. *lit. A.*

20. Ex cordis affectu, non belli eventu, vel periculum, vel victoria Chriſtiani penſatur. *In Serm. ad Milites templi, cap.* 1. *poſt med. fol.* 109. *col.* 3. *lit. I.*

21. In mente ſobria, ferventior affectus eſt. *Serm.* 26. *ſup. Cantica poſt med. fol.* 155. *col.* 1. *lit. C.*

22. Humanum & neceſſe eſt affici erga charos; ſive delectabiliter cùm præſtò ſunt: ſive cùm abſunt, modeſtè. *Ibid. poſt med. fol.* 155. *col.* 2. *lit. F.*

23. Cedit faſtus, ubi invaleſcit affectus. *Ibid. Serm.* 45. *in princ. fol.* 170. *col* 3. *lit. H.*

24. Non expectatur ratio, ubi affectio trahit. *Epiſt.* 12. *ad Carthuſianos. in med. fol.* 211. *col.* 2. *D.*

25. Non poteſt ita affectum exprimere digitus, quomodo vultus. *Epiſt.* 66. *ad Ganfrid. Abbat. poſt init. fol.* 221. *col* 2. *lit. E.*

26. Non opus eſt verborum multitudine, ubi multum urget affectus. *Epiſt.* 317. *ad ſanct. Malachiam Archiepiſc. Hiberniæ. in princ. fol.* 269. *col.* 4. *lit. L.*

27. Cùm improbus affectus ſe aperit, perit effectus. *Ep.* 126. *ad Epiſ. Aquit. ante med. fol.* 237. *col.* 2. *F.*

28. Poteſt ratio, vel voluntas affectui effectum ſubtrahere, ſed non poteſt ipſum affectum evellere. *Epiſt.* 70. *ad Guid. Abbat. ante med. fol.* 221. *col.* 2. *lit. E.*

S. BONAVENT. 29. Affectus contractus inferiùs, & conſtrictus interiùs, ſublevatur ſuperiùs, & dilatatur exteriùs. *Prof.*

30. Contrahit affectum inferiùs timor pœnæ, conſtringit interiùs dolor culpæ: ſublevat ſuperiùs ſpes veniæ: dilatat exteriùs amor juſtitiæ. *Expoſit.* 2. *ſup Pſal.* 118. *Capitul.* 5. *art.* 2. *Verſicul.* 12. *pag.* 207. *col.* 2. *lit. A. tom.* 1.

31. Si ceſſet aliquando actus, nunquàm debet tamen ceſſare affectus. *Serm.* 5. *de uno Confeſſ. & in ord.* 27. *poſt init. pag.* 334. *col.* 2. *tom.* 3. S. BONAVENT.

32. Melior eſt affectus amoris, quàm timoris. *In Faſciculario, cap.* 7. *in fine, pag.* 102. *col.* 4. *D. tom.* 7. *part.* 3.

33. Affectio charitativa, plena eſt jucunditate. *In Itineribus* 7. *itin.* 4. *diſt.* 3. *poſt med. pag.* 161. *col.* 1. *lit. B. tom.* 7. *part.* 3.

34. Quæ inordinatæ affectionis ſunt, non carent periculis. *Sup. Hymn. ad Sextam in fine, fol.* 168. *lit. F.* DIONYSIUS CARTHUS.

35. Quamdiù in nobis carnalium rerum vixerit appetitus, ſpiritualium à nobis ſenſuum elongabitur affectus. *Serm. contra diverſa vitia poſt med. pag.* 594. *col.* 2. *lit. H. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *edit. Colon.* 1618. S. EUSEBIUS EMISSEN.

36. Inſenſibilem penè reddit affectum frequens cura mundi, & quaſi callum quendam menti obducit. *Serm.* 1. *ſup. Cant. ante med. inter opera D. Bernardi in* 2. *vol. fol.* 1. *col.* 3. *lit. G.* GILLEBERTUS PORRETANUS.

37. Affectiones dulces & ſanctæ, ſunt ſponſæ aromata. *Ibid. Serm.* 38. *in princ. fol.* 34. *col.* 2. *lit. F.*

38. Ecce verus Deum amantium affectus, vel cum eo vivere, vel cum eo mori. *Sup. Joan. cap.* 11. *ſup. illud, Et moriamur cum eo. col.* 1200. *lit. E. tom.* 5. GLOSS. INT.

39. Intellectus cùm intenditur, ejus in Deum ardentior affectus aperitur. *Lib.* 20. *Moral. cap.* 22. *prope finem, num.* 24. *col.* 697. *lit. C. tom.* 1. S. GREGORIUS MAGNUS.

40. Affectus ad promerenda cæleſtia tantò ſit capax, quantò fuerit expectando longanimis. *Ibidem.*

41. Quid gravius atque onuſtius eſſe poteſt, quàm affectionem ſeculi prætereuntis perpeti? *Lib.* 1. *Moral. cap.* 7. *prope med. num.* 15. *col.* 9. *lit. C. tom* 1.

42. Affectus terreni in infimis ſunt: ſpirituales in ſublimi. *Lib.* 5. *in* 1. *Reg. cap.* 3. *longè poſt med. col.* 1513. *lit. A. tom.* 2.

43. Ante Dei oculos tot greſſus ponimus, quot affectus movemus. *Lib.* 25. *Moral. cap.* 3. *ſub fin. col.* 828. *lit. B.*

44. Signum veri amoris non eſt in affectione animi, ſed in ſtudio bonæ operationis. *Lib.* 2. *in* 1. *Reg. cap.* 3. *longe poſt init. col.* 1302. *lit. D. tom.* 2.

45. Affectus cordis intenti cæleſtibus, contra carnis bellum fortes milites ſunt. *Ibid. lib.* 5. *cap.* 4. *poſt med. col.* 1557. *lit. D.*

46. Neceſſe eſt, ut in quoſcunque mens trahitur, trahatur affectus. *Epiſt.* 22. *ad Euſtochium, ante med. pag.* 139. *lit. A. tom.* 1. S. HIERONYM.

47. Multa nos facere cogit affectus, & dùm propinquitatem reſpicimus corporum, & corporis, & animæ offendimus Creatorem. *Epiſt.* 6. *ad Fabiolam. ante med. pag.* 57. *lit. B. tom.* 3.

48. Nunquàm in carnalibus affectionibus ita requieſcit animus, ut cruciatu careat. *In Regula Monach. cap.* 18. *in fine, pag.* 285. *lit. B. tom.* 4.

49. Nullus eſt inter eos fidus affectus, quorum diverſa fides eſt. *Lib.* 1. *ſup. Matth. cap.* 10. *can.* 2. *num.* 88. *pag.* 30. *D. tom.* 9. *ſup. illud, Tradet autem frater fratr.*

50. Religioſus nullum affectum ſciat, niſi ejus cujus cultui dedicatus eſt. *Lib.* 1. *ſup. Matth. cap.* 5. *can.* 10. *num.* 27. *pag.* 19. *lit. D. Tom.* 9.

51. Affectus boni animi, ſemper proclivis eſt ad pietatem. *Sup. Geneſ. cap.* 43. *fol.* 62. *col.* 3. *tom.* 1. HUGO CARD.

52. Durum eſt cor ſine affectione. *Sup. Exod. cap.* 8. *in fine fol.* 80. *col* 4. *tom.* 1.

53. Affectus noſter, ſponſus eſt ſummæ ſuavitatis, ſive honeſtatis: ex quorum conjunctione generantur ſancta deſideria, amores caſti, dolores ſalutiferi, fletus dulces, devotio pia. *Sup. Prov. cap.* 2. *fol.* 7. *col.* 1. *tom.* 3.

54. Perniciosi affectus, tela ſunt diaboli. *Hom.* 3. *ſup. Geneſ. ante finem, col.* 17. *lit. B. tom.* 1. S. JOANNES CHRYSOST.

55. Affectionibus imperare, animarum eſt medicina. *Ibid. Hom.* 27. *in fine, col.* 220. *l. A. tom.* 1.

S. IOANNES CHRYSOST. 56. Naturalem affectum vincit interveniens gratia. *Hom. 3. de ſide Annæ ante med. col. 583. lit. D. tom. 1.*

57. Vinculum hujus ſeculi eſt, terrenarum rerum affectio. *Hom. 66. ſup. Joan. in princ. col. 319. lit. A. tom 3.*

58. Affectio obtenebrat ſæpè judicium. *Hom. 28. ſup. Acta Apoſt, circa med. Moralis, col. 636. C. tom. 3.*

59. Sunt multi homines ſic affecti, quaſi nunquàm morituri. *Ibid. Hom. 47. ante med. col. 753. lit. C.*

60. Affectio penſatur periculis. *Serm. 6. Feria 5. Paſſionis. poſt med. col. 815. lit. B. tom. 3.*

61. Magnorum affectuum eſt dilectos invicem habere. *Ser. 8. ſup. Epiſt. ad Rom. in med. Mor. col. 88. lit. D. tom. 4.*

62. Affectus carnis, ſunt deliciæ, ac voluptatum oblectamenta: affectus carnis, ſunt avaritia, & omne peccatum. *Serm. ſup. Epiſt. ad Epheſ. in princ. Moralit, col. 981. lit. A. tom 4.*

63. Ad præſentem vitam nimium affici, alienum eſt à profeſſione Chriſtiana. *Serm. 13. ſup. Epiſt. ad Phil. in princ. col. 1209. lit. A. tom. 4.*

64. Qui affectiones malas ſopit, multa requie fruitur. *Hom. 9. ſup. Geneſ. prope finem. col. 59. lit. A. tom. 1.*

S. IOAN. DAM. 65. Præſtabilius eſt homini ſervum effici, atque adeò ſervorum ſervum, quàm à turbidis animi affectibus in ſervitutem trahi. *Lib. 1. Parall. cap. 12. poſt med. fol. 15. pag. 1. lit. A.*

S. JUSTINUS MART. 66. Animorum affectiones, etiam ex vita declarantur. *Epiſt. ad Zenam. paulo poſt med. apud Bibl. Patrum tom 2. pag. 70. col. 2. lit. G. edit. Coloniæ 1618.*

LACTANT. FIRMIAN. 67. Affectus vitia non ſunt: ſed vitia fiunt, ſi malè utamur affectibus: virtutes, ſi benè. *Lib. 6. de vero cultu, cap. 16. in princ. pag. 266.*

68. Affectus detrahi non poſſunt, quia nobiſcum ſimul nati ſunt. *Ibid. cap 15. in princ. pag. 264.*

69. Tres ſunt affectus, qui homines in omnia facinora præcipites agunt: ira, cupiditas, libido. Ira ultionem deſiderat, cupiditas opes, libido voluptates. *Ibid. cap. 19 prope init. pag 273.*

S. LEO I. PAPA. 70. Ex affectibus piorum, benignitatis menſura taxatur. *Serm 4. Quad. poſt init. fol. 32.*

S MAXIMUS MART. 71. Magnum quiddam eſt, erga res animo non affici: ſed multò majus eſt, erga harum cogitationes multa affectione conturbatum, & quietum perdurare. *Cent. 3. De Charitate, cap. 38. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 356. col. 1. lit. B edit. Coloniæ 1618.*

S. NILUS. 72. Ad virtutem tendentibus magno eſt impedimento rerum affectio terrenarum: animoque, ac ſæpè etiam corpori perniciem affert. *In lib. Aſcetico ante med. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 2 pag. 957. col. 2. lit. F.*

S. PAULINUS. 73. Nunquam in carnalibus affectionibus requieſcit animus: dùm neceſſitudines ſuas aut bonas amat, cum amittendi metu, aut malas odit cum amittendi voto, in utroque miſeriis ſuſtinendis ſemper obnoxius. *Epiſt. ad quendam militem in fine, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 1. pag. 206. col. 2 lit. F.*

PETRUS CELLENSIS. 74. Si vitioſa eſt affectio, improbitas eſt: ſi juſta, virtus eſt, & admittenda. *Lib. 8. Epiſt. 4. in princ. apud Biblioth. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 603. col. 1. lit. B. edit. Coloniæ 1618.*

S. PETR. DAM. 75. Effectum boni operis adhibet, qui pij cordis movet affectum. *Lib. 7. Epiſt. 17. ad Raynerium in fin. pag. 119. col 2. lit. B. tom. 1.*

S. PROSPER. 76. Diverſitas humanæ affectionis, ex diverſitate voluntatis eſt: quæ ſi prava eſt, perverſis erit moribus inquietata: ſi autem recta, non ſolùm non culpabilis affectio hominis erit, ſed etiam laudabilis. *Sent. 151. in fin. tom. 3. oper. D. Aug. pag. 750. lit. D.*

THALASSIUS. 77. Affectiones turpes, mentis vincula ſunt, quibus in carnalibus operibus detinetur. *Hecatontade 3. Sent. 41. apud Biblioth. Patrum, tom. 7. pag. 274. col. 2. lit. G. edit. Coloniæ 1618.*

78. Mens cui affectiones imperant, cogitat quæ non decent. *Ibid. ſent. 4. pag. 274. col. 1. lit. B.*

THALASSIUS. 79. Malæ cogitationis dux eſt affectio: affectionis author, ſenſus: quo ut malè utamur, in cauſa eſt mens. *Ibidem.*

80. Mens affectionibus referta, officina eſt malarum cogitationum. *Ibidem, ſent. 77. pag. 275. col. 1.*

S THOMAS AQUINAS. 81. Quantò quis eſt impetuoſior in interioribus affectibus, tantò difficiliùs refrænatur etiam in exterioribus. *Sup. Ep. ad Tit. cap. 3. lect. 1. poſt init. fol. 220. col. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SENECA. 82. Ille in nos dominatur affectus, qui animum primus intravit. *Lib. 1. controv. controverſ. 8. ante med. pag. 84. tom. 1.*

83. Nihil rationis eſt, ubi ſemel affectus inductus eſt, juſque illi aliquod voluntate noſtra datum eſt: faciet enim de cætero quantùm volet, non quantùm permiſeris. *Lib. 1. de Ira. cap. 8. in princ. pag. 397. tom. 1.*

84. Nulli ſunt tàm feri, & ſui juris affectus, ut non diſciplina perdomentur. *Ibid. lib. 2. cap. 12. a med. p. 416.*

85. Nullus affectus eſt, in quem non ira dominetur. *Ibid. lib. 2. cap. 37. in calce. pag. 432.*

SIXTUS PHILOSOPHUS. 86. Non dominatur mala affectio in mente fidelis. *Sent. 194. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 65. col. 2. lit. H. edit. Coloniæ 1618.*

87. Omnis mala affectio animi, rationi eſt inimica. *Ibid. Sent. 195. pag. 65. col. 2. lit. H.*

88. Quidquid feceris animo malè affecto, pœnitebis. *Ibid. ſent. 196. pag. 65. col. 2. lit. H.*

89. Affectiones pravæ, ægritudinum ſunt initia. *Ibid. ſent. 197. pag. 66. col. 1. lit. A.*

Affectiones 4.or Animi.

DEFINITIO.

COLLECTOR: *Affectiones quatuor ſunt appetitus ſenſitivi motiones, immediate efficientes extraordinariam corporis tranſmutationem.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. SUNT animæ velut quatuor equi, quatuor affectiones; ira, cupiditas, voluptas, timor: quibus furentibus cùm cœperit agi, nequaquam ſe ipſa cognoſcit. *Lib. 1. de Virginibus longe poſt med. col. 110. lit. B. tom. 1.*

S. ANSELMUS. 2. Sunt quatuor affectiones; ſcilicet, gaudium, dolor, ſpes & timor. *Profec.*

3. Primæ duæ ſunt circa præſentia, vel præterita; & aliæ duæ, ſunt circa futura. *De menſuratione crucis, prope med. verbo Sublimitas, lit. G.*

S. AUGUSTIN. 4. Affectiones quatuor animi eadem memoria continet, non illo modo quo eas habet ipſe animus cùm patitur: ſed alio multùm diverſo, ſicut ſe habet vis memoriæ. *Lib. 10. Conf. cap. 15. poſt med. pag. 121. lit. A. tom. 1.*

5. Nequitia eſt mundum iſtum diligere, & ea quæ naſcuntur & tranſeunt concupiſcere, & pro his laborare, ut acquirantur: & lætari, cùm abundaverint; & timere ne pereant: & contriſtari, cùm pereunt. *De Agone Chriſtiano. cap. 13. ante med. pag. 545. liter. A. tom. 3.*

6. Quatuor affectiones, motus animorum ſunt: lætitia, animi diffuſio: triſtitia, animi contractio: cupiditas, animi progreſſio: timor, animi fuga eſt. *Profec.*

7. Diffunderis animo, cùm delectaris: contraheris animo, cùm moleſtaris: progrederis animo, cùm appetis: fugis animo, cùm metuis. *Tract. 46. in cap. 10. Joan. prope fin. pag. 233. lit. A. tom. 9.*

8. Affectus quadripertitus eſſe cognoſcitur: dùm de eo quod amamus, jàm gaudemus, vel gaudendum ſperamus: & de eo quod odimus, jàm dolemus, vel dolendum metuimus. *De Spiritu & Anima, cap. 4. verſus init. pag. 605. lit. A. tom. 3.*

Digitized by Google

S. AUGUSTIN. 9. De concupiſcibilitate, gaudium & ſpes: & de iraſcibilitate, dolor & metus oriuntur. *Ibidem.*

10. Quatuor affectus animi, omnium ſunt vitiorum & virtutum quaſi quædam principia, & communis materia. *Ibidem.*

11. Habet anima affectiones, quibus exercetur ad virtutes: dolor namque de peccato, timor de ſuppliciis, deſiderium de promiſſis, gaudium de præmiis, quædam exercitia ſunt virtutum. *Ibid. cap.* 20. *in princ. pag.* 614. *lit. D.*

12. Voluntas bona, voluntas ſuperni ardoris accenſa, ſive amore, ſive timore, ſive gaudio, ſive triſtitia, quæcunque amara & aſpera ſuſterat, charitas Dei eſt. *De patientia, cap.* 25. *in fin. pag.* 723. *lit. B. tom.* 4.

13. Amor inhians habere quod amatur, cupiditas eſt: id autem habens, eóque fruens, lætitia eſt: fugiens quod ei adverſatur, timor eſt: idque ſi acciderit, triſtitia eſt. *Lib.* 14. *de civit. Dei. cap.* 7. *poſt med. pag.* 250. *lit. C. tom.* 5.

14. Cives ſanctæ civitatis Dei, in hujus vitæ peregrinatione ſecundùm Deum viventes, metuunt cupiuntque, dolent gaudentque; & quia rectus eſt amor eorum, iſtas omnes affectiones rectas habent. *Profec.*

15. Metuunt pœnam æternam, cupiunt vitam æternam: dolent in re, gaudent in ſpe.

16. Metuunt peccare, cupiunt perſeverare: dolent in peccatis, gaudent in operibus bonis.

17. Metuunt tentari, cupiunt tentari: dolent in tentationibus, gaudent in tentationibus. *Ibid. cap.* 9. *in princ. pag.* 252. *lit. C.*

18. Quem non exanimat metus, nec cupiditas eum vaſtat, nec ægritudo macerat, nec ventilat geſtiens, & vana lætitia. *De* 83. *quæſt. quæſt.* 33. *in fine, pag.* 384. *lit. D. tom.* 4.

S. BERNARD. 19. Totum cor in quatuor affectionibus eſt: quid diligas, quid metuas; undè gaudeas, aut contriſteris. *Serm.* 2. *de Quadrag. in med. fol.* 26. *col.* 2 *lit. F.*

20. Iram, metum, cupiditatem, & gaudium, veluti quendam animi currum bonus auriga regit, & in captivitatem redigit omnem carnalem affectum. *Ibidem.*

21. Affectiones quatuor ſunt notiſſimæ; ſcilicet, amor & lætitia, timor & triſtitia. *Profec.*

22. Abſque his non ſubſiſtit humana anima; ſed quibuſdam ſunt in coronam, quibuſdam in confuſionem.

23. In initio timor, deindè lætitia, poſteà triſtitia, in conſummatione amor.

24. De timore & lætitia naſcitur prudentia, & eſt timor cauſa prudentiæ, lætitia fructus.

25. De lætitia & triſtitia naſcitur temperantia, cujus eſt triſtitia cauſa temperantiæ, lætitia fructus.

26. De triſtitia & amore, naſcitur fortitudo, & eſt triſtitia cauſa fortitudinis, amor fructus.

27. De amore & timore, naſcitur juſtitia, & eſt timor cauſa juſtitiæ, amor fructus.

28. Si timorem ſequatur triſtitia, deſperationem generat: ſi amorem lætitia, diſſolutionem. *Serm.* 6. *parvor. Serm. prope med. fol.* 118. *col.* 1. *lit. A.*

29. Habent ſuas voces affectus, per quas ſe etiam, cùm nolunt, produnt: timor meticuloſas, dolor gemebundas, amor placidas, gaudium jucundas. *Serm.* 67. *ſup. Cant. ante med. fol.* 188. *col.* 1. *lit. A.*

BOËTIUS. 30. Tu quoque ſi vis lumine claro cernere verum,
Tramite recto carpere callem: gaudia pelle,
Pelle timorem, ſpemque fugato, nec dolor adſit.
Lib. 1. *de Conſol. Philoſ. Metro* 7. *pag.* 42.

S. BONAVENT. 31. Qui nimis ſeipſum diligit, ſeipſum nimis diligendo plus debito afficitur, circa quod bonum ſperando & gaudendo de ejus præſentia; timendo & dolendo de ejus abſentia. *Sup. Lucam. cap.* 17. *pag.* 215. *col.* 1. *lit. A. tom* 2.

32. Fervor devotionis, eſt crux ſpiritus, cujus quatuor ſunt brachia, ſc. amor, ſpes, timor, & dolor. Spes ſurſum, timor deorſum, amor à dextris, & dolor a ſiniſtris. *Ibidem. cap.* 23. *pag.* 277. *col.* 1. *lit. C. tom.* 2.

S. FULGENT. 33. Animæ proprium eſt, metuere, deſiderare, triſtari & gaudere. *Lib.* 3. *ad Traſimundum Regem. cap.* 21. *prope med. apud Biblioth. Patrum, tom.* 6. *part.* 1. *pag.* 57. *col.* 2. *lit. G.*

S. GREG. MAG. 34. Mens à ſecreti interioris ſecuro gaudio excluſa, modò ſpe dejicitur, modò pavore vexatur, modò deficiendo dolore dejicitur, modò falſa hilaritate relevatur. *Lib.* 8. *Moral. cap.* 20. *circa med. col.* 168. *lit. B. tom.* 1.

35. Modis nos alternantibus; ſemper cupido concutit, metus frangit, lætitia mulcet, dolor affligit. *Ibid. Lib.* 10. *cap.* 9. *circa med. num.* 14. *col.* 355. *lit. D.*

S. HIERONYM. 36. Perturbationes quatuor uno, & non pleno verſiculo, illuſtris Poëta comprehendit: hi metuunt, cupiuntque, hoc de futuro: dolent, gaudentque, hoc de præſenti. *Sup. Joel. cap.* 1. *pag.* 56. *lit. B. tom.* 6.

37. Non ſolùm in deſideriis & cupiditate, continentia neceſſaria eſt: ſed etiam in tribus reliquis perturbationibus, dolore ſcilicet, lætitia & timore. *Lib.* 3. *ſup. Epiſt. ad Galat. cap.* 5. *pag.* 196. *lit. C. tom.* 9.

HUGO CARD. 38. Quatuor ſunt animi affectiones; ſcilicet, timor & amor, dolor & gaudium. *Profec.*

39. Timemus quæ non oportet, amamus quæ non decet: dolemus vanè, gaudemus vaniùs. *Sup. Geneſ. cap.* 46. *fol.* 67. *col.* 2. *Myſticè. tom* 1.

40. Sunt quatuor affectiones: ſcilicet, deſiderium, gaudium, timor & triſtitia: hæ quatuor in anima, quaſi in rota fortunæ in hac vita volvuntur. *Profec.*

41. Nam anima ipſa per timorem aſcendit, jacet deorſum per triſtitiam, ſurgit per deſiderium, ſtat per gaudium. *Sup. Cant. cap.* 8. *fol.* 137. *col.* 2. *tom.* 3.

42. Ferè omnes homines quatuor cordis affectiones: ſcilicet amorem, gaudium, ſpem & timorem, in terrenis figunt. *Sup. Apocal. cap.* 6. *fol.* 386. *col.* 3. *tom.* 7.

JOAN. CASS. 43. Nullatenùs valet vivacitas mentis, abſque alicujus deſiderii vel timoris, gaudii vel mœroris affectione ſubſiſtere, niſi hæc eadem in bonam partem fuerint immutata. *In collat.* 12. *Abbat. Charemonis, cap.* 5. *circa med. pag.* 575.

JOAN. TRIT. 44. Totum cor hominis quatuor affectionibus eſt perverſum, quas ſi ad Deum reducimus, totum cor hominis eſt converſum. *Part.* 1. *tract.* 2. *de Regione* 2. *Clauſtralium. art.* 2. *in fine, pag.* 590. *col.* 1.

S. ISIDORUS HISPAL. 45. Quatuor ſunt qualitates affectionum, quibus mens juſti tædio ſalubri compungitur: hoc eſt, memoria præteritorum facinorum, recordatio futurarum pœnarum, conſideratio peregrinationis ſuæ, & deſiderium ſupernæ patriæ. *Lib.* 2. *de ſum. bono cap.* 12. *ſent.* 4. *pag.* 643. *col.* 1.

PETR. BLES. 46. Quatuor ſunt naturales affectiones; timor, ſpes gaudium, dolor. *Profec.*

47. Timor eſt in fronte, ſpes in capite, gaudium à dextris, dolor à ſiniſtris *Serm.* 19. *de Annunt. B. V. poſt med. apud Biblioth. Patrum, tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 864. *col.* 2. *lit. F.*

PETRUS CELLENS. 48. Quatuor ſunt anguli in anima; timor videlicet & cupiditas, gaudium & dolor. *Profec.*

49. Quia aliquando timore deprimitur, aliquando cupiditate evagatur, aliquando gaudio effertur, aliquando dolore afficitur.

50. Ita mobilitate naturæ ſuæ agitur, ut modò gaudeat, modò doleat, modò cupiat, modò timeat. *De Panibus, cap.* 20. *in med. apud Biblioth. Patrum, tom.* 12. *part.* 2. *pagin.* 664. *col.* 2. *lit. G. edit. Coloniæ* 1618.

51. In anima JESU non fictè, ſed verè quatuor animi affectiones fuerunt, teſte Evangelio, ubi legitur eum exultaſſe, & doluiſſe, & timuiſſe, & voluiſſe. *Ibidem.*

52. Ignis divinus ita quatuor angulos noſtros poſſideat, ut Deum cupiamus, ut Deum timeamus, ut in Deo doleamus, ut cum Deo gaudeamus. *Ibidem, ut ante, lit. H.*

S. PROSPER. 53. Ipſius animæ quatuor eſſe affectiones, quibus

vel ad bona utimur, vel ad mala, antiqui ſubtiliter invenerunt, & eorum inventa probantes poſteri ſuſceperunt. *Lib. 3. de vita contemplat. cap. 18. circa med. apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 77. col. 1. lit. C. edit. Coloniæ* 1618.

S. PROSPER. 54. Quatuor affectiones, vitia eſſe, ſtultitia ſapientium mundi hujus exiſtimat. *Proſec.*

55. Nam ſi timere ac dolere, cupere vel lætari omninò non poſſent, niſi peccatores, aut perditi, rectè non affectus aliqui poſſent dici, ſed morbi.

56. At cùm tales animorum motus inveniantur in Sanctis; quis ita deſipiat, ut eos vitia credat, ex quibus Deo placuerunt illi, qui vitiis pluſquàm cæteri omnes reſtiterunt? *Ibidem, cap. 31. in princ. pag. 80. col. 2. lit. H.*

57. Non has affectiones habendo, ſed eis malè utendo delinquimus. *Proſec.*

58. Quia humanorum affectuum proprietas, hominis indicat naturam: qualitas bonam, vel malam ſignificat voluntatem.

59. Ac ſic motus hi, qui in hominibus affectiones ſunt, iidem ipſi in benè utentibus virtutes, & in malè viventibus paſſiones, ſive perturbationes, aut (ut quidam volunt) ægritudines fiunt. *Ibid. ante med. pag. 81. col. 1. lit. B.*

60. Omninò ibi nullus eſt ſenſus, ubi timendi, vel dolendi, cupiendi ſive gaudendi nullus invenitur affectus. *Ibidem.*

61. Omnes juſti, & tota morum ſanctitate perfecti, timent & cavent, volunt & cupiunt, lætantur & gaudent, triſtantur & dolent. *Proſec.*

62. Sed intereſt multùm quid timeant, aut caveant, velint aut cupiant, undè lætentur aut gaudeant, contriſtentur aut doleant.

63. Metuunt hæreditatem regni cæleſtis amittere, cupiunt ad cæleſtem patriam pervenire, dolent tentati, gaudent de tentationibus liberati.

64. Ac per hoc recta mens rectos habet affectus: perverſos, perverſa. *Ibidem ante fin. pag. 81. col. 1. & 2. lit. D. E.*

RICHARD. à S. VICTORE. 65. In terra nec dolor ſine ſpe, nec gaudium ſine timore eſt. *Tract. 1. de ſtatu inter. hom. cap. 27. ante finem, pag. 52. col. 1. lit. H. part. 1.*

66. Amor & odium, gaudium & dolor, quatuor principales affectiones ſunt: ex quibus cætera omnia, deſideriorum, voluntatum, votorum, affectionumque originem trahunt. *Ibidem, cap. 34. in med. pag. 56. col. 2. lit. C. D.*

RUPERTUS. 67. Magnum & victorioſum eſt, non gaudere de proſperis, nec dolere de adverſis: non ſperare proſpera, nec timere adverſa. *Lib. 5. ſup. Geneſ. cap. 16. in med. fol. 54. pag. 2.*

S. THOMAS AQUINAS. 68. Gaudium, triſtitia, ſpes & timor, quatuor ſunt principales animæ paſſiones. 1. 2. *quæſt. 25. art. 4. in corp pag. 47. col. 2.*

THOMAS à KEMPIS. 69. In nobis eſt materia litis, & diſcordiæ fomes: ſcilicet cupiditas rerum, amor habendi, timor perdendi, dolor boni amiſſi. *Serm. 19. ad Novit. diviſ. 14. pag. 81. tom. 1.*

Afflictio.

DEFINITIO, DIVISIO, COMPARATIO.

CICERO. AFFLICTIO græcè θλίψις dicitur, & eſt ægritudo cum vexatione cordis. *Lib. 4. Tuſc. quæſt. poſt med. col. 238. tom. 4.*

HUGO A S. VICTORE. Afflictio in proſperis, eſt odientis animi cruciatus ex profectu minus ſibi placentis deſcendens. *De fruct. carnis & ſpirit. cap. 5. in med. pagin. 160. lit. G. tom. 2.*

DIVISIO.

HUGO A S. VICTORE.

Quinque de cauſis affliguntur homines.
- Aut propter merita augenda, ut Job.
- Aut ad humilitatem conſervandam, ut Paulus ab Angelo Sathanæ.
- Aut ob peccata corrigenda, ut Maria ſoror Moyſi.
- Aut ad initium damnationis, ut Herodes. *De Allegoriis in Matth. cap. 9. in fine, pag. 228. lit. A. tom. 1.*

Tria ſunt affligentia; videlicet, carcer, captivitas, & infirmitas. *Proſec.*

Gravatur infirmus debilitate & dolore, incarceratus catenis & compedibus, captivus ſervitute & labore. *Lib. 3. de Clauſtro animæ, cap. 10. poſt init. pag. 61. F. tom. 2.*

PETRUS BLESENS. Duo nos affligunt, vitia & flagella: per illa cognoſcimus quid de nobis ſimus; per iſta, quid de mundo ſperare poſſimus. *Ep. 138. ad Gualterum Rothomagenſem Archiepiſc. paulò antè med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 813. col. 2. G. edit. Coloniæ* 1618.

COMPARATIO.

FRANCISC. TITELM. Quemadmodum dulcedinem epularum, qui famem non eſt expertus, neſcit: ita electi non ſatis agnoſcerent magnitudinem divini beneficii, ſi non aliquando permitterentur Dei diſpenſatione in graves incidere afflictiones. *Sup. Pſ. 70. ante finem, verſ. 22. pag. 651. ſect. 1.*

S. JOANNES CHRYSOST. Quemadmodum margarita, etiamſi in cœno obruatur, nihilominùs nativam pulchritudinem retinet: ſic virtus quocumque eam projeceris, ſuam vim exerit, ſive in ſervitute, ſive in carcere, ſive in afflictione. *Hom. 63. ſup. Geneſ. in princ. col. 489. B. tom. 1.*

Sicut aurum igne examinatum, purius redditur: pari modo etiam anima, quæ inter afflictiones verſatur, ſplendidior per illas evadit. *Ser. 3. de Verbis Apoſt. Habentes eumdem ſpiritum, circa med. col. 1026. D. tom. 3.*

Quemadmodum exiguam ſcintillam, ſi in profundam aquam immergas, protinùs extinxeris: ſic quantumvis magna animi afflictio, ſi in bonam incidat conſcientiam, perit, facileque evaneſcit. *Hom. 1. ſup. Epiſt. 2. ad Cor. in princ. Moralis, col. 686. D. tom. 4.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Brevis afflictionis eſt meta, ſed corona fructus perpetui: tolerabilis paſſio, merces inæſtimabilis. *Lib. 1. de Jacob, cap. 6. ante med. col. 1056. D. tom. 4.*

2. Quælibet jacula, juſto nocere non poſſunt, cui Deus lux eſt. *De Nabuthe, cap. 14. ſub finem, colum. 1117. C. tom. 4.*

V. BEDA. 3. Bonorum mens quò duriora pro veritate tolerat, eò certiùs æternitatis præmia ſperat. *In ſuis Prov. verbo Bonorum, pag. 186. tom. 2.*

S. AUGUSTIN. 4. In afflictione mali Deum deteſtantur atque blaſphemant; boni autem precantur & laudant. *Libr. 1. de Civ. Dei, cap. 8. in fine, pag. 7. B. tom. 5.*

5. Cruciatus corporis, malas animas miſerabiliter affligit, bonas autem fortiter purgat. *De Agone Chriſtiano, cap. 7. in fine, pag. 543. A. tom. 3.*

6. Gaudendum Chriſtianis eſt, dùm rectè converſantes premuntur in hoc ſeculo. *In quæſt. veteris & novi Teſtam. quæſt. 215. longè poſt med. pag. 600. C. tom. 4.*

7. Premunt nos, ſed non opprimunt: urgent nos, ſed non demergunt. *Enarr. 2. ſup. Pſ. 31. verſ. 8. In diluvio aquarum, &c. pag. 133. B. tom. 8.*

8. Melius eſt poſt paucas anguſtias ad æternam beatitudinem pervenire, quàm poſt brevem lætitiam ad inferni profunda deſcendere. *Serm. 1. in Vigil. Aſcenſ. & in ord. 173. poſt. init. ſup. illud Matth. 5. Beati qui lugent. pag. 697. A. tom. 10*

9. Nulla eſt plaga, quæ debeat ab amore Chriſti Chriſtianum ſeparare. *Serm. 60. ad frat. in Eremo poſt init. pag. 999. B. tom. 10.*

V. BEDA. 10. Bonorum mens, &c. *vide ante pag. 69.*

Digitized by Google

S. BERNARDUS. 11. Plaga recens dolore non caret : neque enim occaluit vulnus, nec in tam brevi verſum inſenſibile eſt. *De conſid. lib. 1. in princ. fol. 274. col. 3. lit. H.*

12. Hebetis cordis eſt indicium, propriam non ſentire vexationem. *Profec.*

13. Vexatio dat intellectum auditui (ait Iſayas) verum eſt, ſed nimia ſi non fuerit : nam ſi nimia ſit, non planè dat intellectum, ſed contemptum. *Ibid. poſt med. fol. 275. col. 1. A.*

14. In afflictis rebus conſtitutis, tantò ſolet eſſe gratior liberatoris adventus, quantò fuerit diuturnior afflictio. *In lib. de Paſſione, cap. 46. poſt init. fol. 76. colum. 1. lit. A.*

15. Malum, voluptas eſt corporis : bonum verò, afflictio eſt. *Serm. 3. in Nativ. Dom. ante med. ſup. illud Iſay. 7. Reprobare malum & eligere bonum, fol. 16. col. 2. lit. F.*

S. BONAVENT. 16. Pura afflictio revocat à malo, & ſolicitat in bono. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 12. in princ. pag. 337. col. 1. B. tom. 1.*

17. Afflictorum indigentia, dùm pias mentes ad ſubveniendum provocat : etiamſi lingua ſileat, vita clamat. *Sup. Lament. Hierem. cap. 2. poſt med. pag. 426. col. 2. B. tom. 1.*

18. Dùm id quod tenerum eſt affligitur, citiùs ad miſericordiam pietas judicis flectitur. *Ibid. poſt med. pag. 428. col. 2. D.*

19. Magna crudelitas eſt, affligere ægrotantes. *Sup. Luc. cap. 17. poſt init. pag. 207. colum. 1. lit. A. tom. 2.*

20. In omnibus preſſuris gravibus & duris, totum remedium crux eſt. *In laudiſmo de S. Cruce, poſt med. pag. 423. col. 2. C. tom. 6. part. 2.*

21. Quantò afflictio intenſior, tantò magis promptior conſolatio. *De ſtimulo amoris, part. 2. cap. 6. a medio, pag. 214. col. 1. tom. 7.*

CASSIODOR. 22. Amemus afflictiones, quæ faciunt perpetuò felices : nam ſi amaram medici potionem non reſpuimus, ut mereamur temporalem ſuſcipere ſoſpitatem, quis iſtud ſanæ mentis affectare non debeat, quod ſe propter æterna gaudia ſubire poſſe cognoſcat ? *Sup. Pſ. 93. in concluſione, fol. 143. col. 4.*

DYDIMUS. 23. Qui alium malo aliquo mulctare vult, priùs ſeipſum mulctat. *Et hab. apud D. Joan. Damaſc. lib. 2. Parallel. cap. 68. fol. 89. pag. 1. C.*

24. Non ulciſcendi, ſed medendi animo atque ad ſanitatem animæ comparandam, Deus afflictiones immittit. *Et habet. ut ante lib. 3. Parallel. cap. 49. ſub fin. fol. 127. pag. 1. B.*

DIONYSIUS CARTHUS. 25. Magis timere debet Chriſtianus ſe non eſſe in ſtatu ſalutis & gratiæ, & ad electorum conſortium non pertinere : dùm nil afflictionis ſibi contingit. *De Mortific. vivifica, in proœmio circa med. fol. 111. pag. 1.*

FRANCISCUS TITELM. 26. Sicut Deus poteſtatem habet homines affligendi : ita & ſanandi levandique afflictum ab afflictione. *Prof.*

27. Ipſe enim ad ſuæ potentiæ, atque bonitatis gloriam demonſtrandam, & noſtram ſalutem promovendam, nunc afflictionibus hominem ferit : & cùm ſibi viſum fuerit pro ſua gloria, & noſtro profectu expedire, liberat eundem ab afflictionibus quantumvis maximis. *Sup. Job. cap. 5. poſt med. ſup. illud. Ipſe vulnerat & medetur, fol. 56. pag. 1.*

28. In afflictionibus opportunum ſolet, & gratum eſſe liberatoris adjutorium, & jucundum eſſe potentis refugium. *Sup. Pſ. 9. ante med. verſ. 9. pag. 68.*

29. Melius eſt temporaliter affligi, quàm æterna afflictione à Deo feriri. *Sup. Pſalm. 43. poſt med. verſ. 23. pag. 389.*

S. FRANCISCUS ASISSAS. 30. Modica paſſio, gloria infinita. *Tom. 3. Opuſcul. Colloq. 33. pag. 469.*

GLOSS. DECR. 31. Afflictis non debet afflictio addi. *Apud Gratian. in decret. fol. 5. col. 1. edit. Lugdun. 1540.*

GLOSS. ORDIN. 32. Unius afflictio, multorum eſt correctio. *Sup. Levit. cap. 20. col. 1085. B. tom. 1.*

GLOSS. ORD. & HIERON. 33. Felix conſcientia, quæ afflictionis tempore, bonorum operum recordatur. *Sup. 4. Reg. cap. 20. colum. 964. E. tom. 2. & S. Hieronym. lib. 11. in Iſay. cap. 38. pag. 147. A.*

GLOSS. INT. 34. Quem vident homines calamitatibus fatigatum, putant à Deo deſertum. *Sup. Pſ. 70. in illud, Deus dereliquit eum, col. 950. D. tom. 3.*

GLOSSA ORD. 35. Impoſſibile eſt ſcire afflictiones afflictorum homini, qui experimentum afflictionis non habuit. *Sup. Ep. ad Hebr. cap. 4. col. 838. E. tom. 6.*

S. GREGOR. MAGNUS. 36. Hinc unuſquiſque colligat, quid illic ſint paſſuri, quos Deus reprobat : ſi hîc ſic cruciat quos amat. *Profec.*

37. Aut quomodo ferientur, qui in judicio arguendi ſunt : ſi ſic eorum vita premitur, qui ipſo judice teſte laudantur. *Lib. 3. Moral. cap. 5. poſt med. col. 66. lit. C. tom. 1.*

38. Afflicta mens tantò magis ad æternam patriam reditum diligit, quantò in hoc ærumnoſo exilio laborioſiùs vivit. *Lib. 6. Moral. cap. 16. ante med. num. 21. col. 200. B. tom. 1.*

39. Durum eſt appetere quod cruciat, ſequi quod vitam fugat. *Ibidem, lib. 7. cap. 6. prope fin. colum. 216. lit. C.*

40. Mens quæ in Deum forti intentione dirigitur, omne quod in hac vita affligit, requiem putat. *Ibidem, cap. 7. poſt init. col. 217. B.*

41. Deus ab electis ſuis iniquitatum maculas ſtudet temporali afflictione tergere ; quas in eis in perpetuum non vult vindicare. *Ibidem, lib. 9. cap. 17. in fine, num. 27. col. 317 A.*

42. Mala reproborum bonos dùm cruciant, purgant. *Ibidem, lib. 20. cap. 19. ſub fin. colum. 693. D.*

43. Mali bonos magis ab hujus mundi deſideriis expediunt, dùm affligunt. *Profec.*

44. Quia dùm multa eis hîc violenta ingerunt ; feſtinare illos ad ſuperna compellunt. *Ibidem, lib. 26. cap. 9. in princ. num. 9. col. 860. A. tom. 1.*

45. Sicut moderata afflictio lachrymas exprimit, ita immoderata ſubducit : quia mœror ipſe ſine mœrore fit, qui afflicti mentem devorans, ſenſum doloris tollit. *Ibidem, libr. 9. cap. 37. in princ. num. 44. colum. 335. lit. B.*

46. Tantò major fiducia mentem roborat, quantò hanc fortior pro veritate afflictio anguſtat. *Ibid. lib. 10. cap. 12. num. 22. col. 363. A.*

47. Cùm ſit gravius juſtos, quàm injuſtè injuſtos affligere : multò tamen eſt gravius, juſtis pariter & injuſtis nocere. *Ibidem, libr. 15. cap. 19. paulò poſt. init.*

48. Ille perfectè tribuit, qui cum eo quod afflicto porrigit afflicti quoque in ſe animum ſumit. *Ibid. lib. 19. cap. 26. prop. init. col. 701. D.*

49. Veritatis lumen, quod elatis, occupatiſque mentibus abſconditur, afflictis revelatur. *Ibid. lib. 27. cap. 7. poſt med. num. 11. col. 906. C.*

50. Perpendo quid tolero, perpendo quid amiſi : dumque intueor illud quod perdidi, fit hoc gravius quod porto. *Lib. 1. Dialog. in præfat. ante med. col. 1325. C. tom. 1.*

51. Gratum Deo ſacrificium eſt, afflictio contra peccatum. *Homil. 10. in fine, colum. 352. lit. B. tom. 2.*

52. Plerumque mali juſtos, qui eorum ſalvationem appetunt, execrabilis nequitiæ perſecutionibus affligunt. *Sup. 7. Pſal. pœnit. in Pſ. 3. verſ. 20 col 563. D. tom. 2.*

53. Inter humanæ animæ innumerabiles afflictionum moleſtias, nulla eſt major afflictio, quàm conſcientia delictorum. *Ibid. ſup. Pſalm. 7. verſ. 13. in princ. col. 636. C.*

54. Non debet addi flagellatis à Domino afflictio,

ne affligentes culpæ offenſa reſpiciat. *Lib. 2. in Regiſtr. indict. 10. cap. 5. Ep. 5. ad Candidum Epiſc. in princ. col. 689. C. tom. 2.*

S. Gregor. Magn. 55. Servorum Dei humilitas, in afflictionis tempore debet apparere. *Ibid. cap. 24. Ep. 24. ad Euſebium Abbat. ſtatim ab init. col. 698. C.*

56. Afflictio electæ mentis, omnis diabolicæ tentationis peremptorius mucro eſt. *Lib. 5. in primum Reg. cap. 3. ante med. ſup. illud, Afflictus eſt populus, col. 1507. D. tom. 2.*

S. Greg. Naz. 57. Afflictio optimum remedium eſt ad ſalutem. *Orat. 1. de reconcil. Monach. & in ord. 13. poſt med. pag. 132.*

58. Verus philoſophus per afflictiones clareſcit, & ex gravibus materiam facit virtutis. *Orat. 25. circa med pag. 205.*

59. Anima afflicta, Deo vicina eſt. *Ep. 50. ad Cæſarium fratrem, in princ. pag. 422.*

Hayno. 60. Quantò hic quiſque propter juſtitiam duriùs affligitur, tantò dulciùs in cœlo remunerabitur. *Serm. de Martyrib. ante finem.*

Hieronym. 61. Afflictio in ſeculo, materia præmiorum eſt. *Epiſt. ad Euſtochium, ſtatim a med. pag. 177. lit. A. tom. 1.*

62. Incertum eſt utrùm ad Dominum pertineat, quem preſſura mater gloriæ ventilando non purgat, premendo non nutrit, caſtigando non probat, cædendo non curat. *Epiſt. 16. ad Amicum ante med. pag. 37. B. tom. 4.*

63. Militiæ convenit Chriſtianæ excuti afflictionibus, & calamitatibus probari. *Profec.*

64. Ipſius eſt ſub infelicitatibus & anguſtiis feliciter ampliari, ſub preſſuris adoleſcere, & preſſuras pubeſcendo calcare. *Ibidem, circa med. pag. 40. C.*

65. Sancta electorum Eccleſia, afflictionis tempore, proverbium pravis efficitur. *Lib. 2. ſup. Lamentat. Hieremiæ cap. 3. ſup. illud, Factus ſum in deriſum, &c. pag. 363. C. tom. 5.*

66. Felix conſcientia, &c. *vide* pag. 69. *ſupra.*

Hugo a S. Victore. 67. Bonos perſequendo affligere inimicus poteſt, conſumere autem non poteſt. *Homil. 1. in Eccleſiaſten ante fin. ſup. illud 2. Inimicus conſumpſit. pag. 128. C. tom. 1.*

Hugo Card. 68. Crux præſens, ſcala eſt ad gloriam æternam: & è converſo præſens gloria, ſcala eſt ad crucem æternam. *Sup. Geneſ. cap. 40. fol. 57. col. 4. Myſticè, tom. 1.*

69. Afflictio temporalis citò tranſit & evaneſcit, ut ſomnium: quia in veritate non eſt afflictio, ſed umbra, vel ſomnium afflictionis. *Ibidem, cap. 40. fol. 57. col. 2. Moraliter.*

70. Proſperitas malorum temporalis & finem habet, ſicut & afflictio bonorum. *Sup. Job. cap. 4 fol. 402. col. 4. tom. 1.*

71. Sanctos adjutores tuos in afflictione non invenies, quos habere ſocios in proſperitate noluiſti. *Ibid. cap. 5. in princ. fol. 403. col. 2.*

72. Miſerabiliter cruciatur, qui cauſam ſui cruciatus non attendit. *Ibid. cap. 10. fol. 410. col. 4.*

53. Dominus hic permittit bonos affligi, ut ad faciliorem exitum, dùm amor provocat, cruciatus mundi impellat. *Ibid. cap. 35. fol. 444. col. 2.*

74. Afflictio calorem concupiſcentiæ aufert, & cupiditatem ſubtrahit. *Sup. Pſ. 77. fol. 205. colum 3. Moraliter, tom. 2.*

75. Perverſi afflictionem ſuam non ſentiunt, imò delectantur in ea: putantes ſibi benè eſſe, dùm malè eſt. *Sup. Eccleſiaſten, cap. 1. in illud, Perverſi difficile corriguntur, fol. 74. col. 2. tom. 3.*

76. Præſens afflictio, futuræ ſerenitatis indicium eſt. *Sup. Sapient. cap. 11. fol. 158. col. 4. Moraliter, tom. 3.*

77. Brevis afflictio adverſitatis delet & purgat dolorem maximæ voluptatis. *Sup. Eccleſiaſt. cap. 11. fol. 193. col. 4. tom. 3.*

78. Juſti quantò ampliùs impetuntur, tantò glorioſiùs coronantur. *Sup. Hierem. cap. 39. fol. 259. colum. 2. tom. 4.* Hugo Card.

79. Afflictio præſens, non eſt vera afflictio, ſed ficta. *Sup. Ezech. cap. 7. fol. 29. colum. 2. tom. 5.*

80. Corpus affligitur, ſed anima gloriatur. *Sup. Ep. 2. ad Cor. cap. 11. fol. 141. col. 1.*

81. Ille verè malè affligitur, qui proximo ſuo negotium facit. *Hom. 19. ſup. Geneſ. ante fin. col. 139. A. tom 1.* S. Joannes Chrysostom.

82. Afflictiones benè ſenſatæ animæ, feſta ſunt. *Serm. de Job & Abraham, ante fin. col. 701. C. tom. 1.*

83. Momentanea eſt afflictio, ſed perpetua gloria. *Ibid in fine, col. 702. A.*

84. Ubique Deus ad vigilandum Apoſtolos animo præparat, afflictiones quidem ipſis tribuendo, affligere autem poſſe cæteris permittendo: ut tu ex hoc diſcas in afflictionibus eſſe victoriam, & præclara hinc ſtatui trophæa. *Hom. 34. ſup. Matth. ante med. in illud. Matth. 10. Cavete ab hominibus, &c. col. 308. B. tom. 2.*

85. Nihil congrua afflictione melius, purior tunc eſt anima, levior ſubtiliorque tunc eſt, ſublimia videt, ac expedita eſt. *Hom. 26. in Acta Apoſt. in princ. Moral. col. 626. A. B. tom. 3.*

86. Ubique alacritate opus eſt, & multo fervore; regnum enim non aliter acquiritur, niſi per crucem. *Ibid. Hom. 31. ante Morale, in fine, colum. 654. litt. C. tom. 3.*

87. Anima quæ affligitur, non vult in multis eſſe occupationibus, ſed ſolùm quietem amat. *Ibid. Hom. 42. ab init. col. 724. lit. A.*

88 Magnum bonum eſt afflictio, & noſter pædagogus eſt afflictio. *Ibid. in fine, col. 726. B.*

89. Magnum lucrum eſt, generosè ferre afflictiones; eſt enim ſolutio peccatorum, graviter affligi: eſt philoſophiæ ſchola, eſt virtutis doctrina. *Ibid. Hom. 51. in Morali, ante med. col. 779. C.*

90. Ubi afflictio, ibi & conſolatio: ubi conſolatio, ibi & gratia. *Hom. 26. ſup. Epiſt. 2. ad Cor in fine, ante Morale, col. 853. D.*

91. Tunc anima purgatur, cùm propter Deum affligitur; tunc majori fruitur auxilio, gratiamque meretur copioſiorem. *Ibid. in princ. Moralis, col. 854. lit. A. tom. 4.*

92. Magna afflictio, magnum gaudium parit, & abundantiam gaudii. *Ibid. Homil. 16. circa med. colum. 797. lit. D.*

93. Quod auro ignis eſt, hoc animabus afflictio, ſordes purgans, puras reddens, ſplendidas efficiens & hilares. *Ibidem, Hom. 26. poſt init. Moralis, col. 854. lit. D.*

94. Magna eſt afflictionum dignitas, quia conformis fit quiſque morti Chriſti per afflictiones. *Serm. 11. ſup. Ep. ad Philipp. poſt med. in illud 3. Conformis factus morti ejus, colum. 1199. lit. D. tom. 4.*

95. Afflictio vinculum eſt infractum, dilectionis augmentum, compunctionis & pietatis occaſio, atque materia. *Ibidem, Serm. 15. in princ. Moralis, col. 1226. B.*

96. Non ducit ad civitatem cœleſtem via quietis ac recreationis, ſed afflictionis: illa ſpatioſa eſt, iſta anguſta. *Ibidem, circa fin. col. 1228.*

97. Non poteſt fieri, ut afflictiones ſentiat homo ille, qui in afflictionibus gratias agit. *Hom. 8. ſup. Ep. ad Coloſſ. poſt med. col. 1287. B. tom. 4.*

98. Gloria eſt afflictio propter Chriſtum tolerata: & quantò major fuerit, tantò illuſtrior erit gloria. *Hom. 3. ſup. Epiſt. 2. ad Theſſalonic. ante med. in illud, Primum, ut glorificetur nomen Domini. col. 1409. D. tom 4.*

99. Impoſſibile eſt ſcire afflictiones afflictorum eum qui experimentum afflictionis non habuit. *Homil. 7. ſup. Epiſt. ad Heb. poſt med. in illud, Non habemus Pontificem, qui non poſſit compati. colum. 1710. C. tom. 4.*

S. Joannes Chryſoſtom.

100. Quid dulcius quàm me Chriſti afflictionum fieri participem, atque hæc illius gratia perpeti? quid huic ſolatio par eſſe poteſt? *Homil. 1. ſup. 2. ad Cor. ante finem, ſup. illud, Abundat & conſolatio noſtra, col. 685. D. tom. 4*

101. Non quanta eſt afflictio, tanta datur & conſolatio, ſed multò amplior. *Profec.*

102. Non enim afflictionum magnitudinem æquat modus conſolationis, ſed excellit conſolatio, ut ecrtaminum tempus rurſus aliarum corooarum excipiat occaſio.

103. Quid ſimile ob pietatem affligi, & innumeris ſolatiis à Deo refocillari? *Ibidem, in fine ante Morale, col. 686. lit. B. & C.*

104. Nullus communicat Chriſto delicatam agens vitam, nullus (nunquam) iſtorum qui molliter ac diſſolutè vivunt: ſed qui verſatur in afflictione, & qui per anguſtam ingreditur viam, is demùm vicinus adſtat. *Ibid. in princip. Moral. col. 686. C.*

105. Ne doleas cùm affligeris, cogitans primùm quicum habeas ſocietatem: deindè quomodo per afflictiones repurgeris, denique quantùm lucri facias. *Ibid. ut antè lit. D.*

S. Joan. Dam.

106. Non affligi, ſed peccare, malum eſt: hæc demùm afflictio gravis eſt. *Lib. 1. Parallel. cap. 12. in med. fol. 14. pag. 2. A.*

107. Accidit nonnunquàm, ut commodum ad ſalutem pharmacum ſit afflictio. *Ibid. lib. 2. cap. 51. ante med. fol. 81 pag. 1. D.*

S. Iſidorus Hiſpalens.

108. Tunc magis ſunt Dei oculi ſuper juſtos, quando eos affligi ab iniquis providentia ſuperna permittit. *Lib. 3. de Summo bono, cap. 58. Sentent. 3. pag. 689. col. 2.*

109. Afflictio hujus vitæ brevis eſt, & qui affligitur mortalis eſt. *Lib. 1. de Synonimis, ante med. pag. 307. colum. 2.*

Ludovicus Bloſius.

110. Ea crux & afflictio, quam Deus homini imponit, multò ſecuriùs portatur, quàm illa quam homo ex propria voluntate aſſumit. *In Speculo ſpirit. cap. 5. ante med. pag. 48. col. 1.*

111. Deum qui te juſtè quidem, ſed tamen ex amore affligi permittit, magis quàm hominem, qui te affligit, attende. *Libr. 1. Enchirid. parvul. Document. 4. in princ. pag. 152. col. 2.*

112. Qui modò multâ pace malè gaudent, magnis poſtmodùm preſſuris affligentur. *In Apolog. pro Thaulero, cap. 7. ante med. pag. 430. col. 2.*

Minutius Felix.

113. Calamitas ſæpiùs diſciplina virtutis eſt, ærumnis enim ſuis incliti floruerunt. *In ſuo Octavio ante finem, apud Biblioth. Patrum, tom. 3. pag. 10. colum. 1. C. edit. Coloniæ 1618.*

S. Nilus.

114. Fortiter perfer afflictiones, coronæ enim horum ſunt, qui ex eis certamen ſuſtinent. *Paran. 173. apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 2. Edit. Coloniæ 1618.*

Petrus Bleſens.

115. Glorioſum eſt cuilibet Chriſtiano, ſi affligitur; dummodò non ſit turpis, ſed in Chriſto commendabilis afflictionis occaſio. *Ep. 10. ad Capellan. Regis Siciliæ, circa med. apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 708. col. 1. lit. C.*

116. Omnis cordis aut corporis afflictio, citra meritum & fructum ſalutis eſt, ſine patientiæ condimento. *Ibidem, Epiſt. 31. ad Abbat. de Fontanis, circa init. pag. 728. col. 1. D.*

117. Si dura ſunt, quæ ſentis, reputes te durioribus eſſe dignum. *Ibid. Ep. 134. ad Wilhelm. electum poſt med. pag. 810 col. 2. F.*

118. Expedit tolerari dura, ne veniant duriora. *Ibidem, Ep. 137. ad Alexand. de S. Albano ante med. pag. 812. col. 2. F.*

S. Petrus Damianus.

119. Illis jure gaudendum eſt, quibus & pro malis ſuis hîc afflictio temporalis infertur: & pro bonis quæ geſſerunt; præmia in cœlo ſempiterna ſervantur. *Profec.*

S. Petrus Damianus.

120. Fœlix ſanè commercium, preſſuris hîc temporalibus atteri, & in illa poſtmodùm perpetuæ lucis amœnitate lætari. *Ep. 6. ad virum quendam nobiliſſimum, ante med. pag. 127. colum. 1. D. tom. 1.*

121. Tunc leve nobis videbitur omne quod patimur; ſi gravius eſſe perpendimus quod meremur. *Epiſt. 14. ad ſorores ſuas, ante finem, pag. 137. col. 1. A. tom. 1.*

S. Prosper.

122. Labor piorum exercitatio eſt, non damnatio. *Sent. 275. apud Div. Auguſtin. in fine tomi tertii pag. 756. D.*

Richard à S. Victore.

123. Quantò juſtus duriùs premitur exteriùs, tantò delectabiliùs gloriatur interiùs *De Benjamin minore, cap. 35. in princ. pag. 196. col. 1. C. part. 1.*

124. Quantò mundi malis juſti acerbiùs urgentur, quantò gravioribus flagellis atteruntur, tantò ad Dei amorem vehementiùs accenduntur. *Lib. 2. de contemplat. cap. 24. ante med. pag. 260. col. 1. B.*

Salvianus.

125. Nequaquàm nobis dolenda eſt hæc afflictio infirmitatum, quam intelligimus matrem eſſe virtutum. *Lib. 1. de Gubernat. Dei poſt init. ſup. illud 2. Cor. 12. Virtus in infirmitate perficitur. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 324. col. 1. B.*

126. Perſpicuum eſt cuncta quæ affliguntur judicio Dei percuti, ſed tamen propter peccata ſubverti. *Ibid. lib. 7. circa med. pag. 355. col. 2. G.*

S. Sidonius.

127. Quantaſlibet nobis anxietatum pateras vitæ præſentis propinet afflictio, parva toleramus, ſi recordamur quid biberit ad patibulum, qui invitat ad cœlum. *Lib. 9. Epiſt. 4. ad Græcum Epiſcop in calce, apud Bibliothec. Patrum, tom. 5. part. 1. pag. 1035. col. 2. lit. E.*

Thomas à Kempis.

128. Quantò frequentior vexatio tribulantis, tantò laudabilior virtus patientis. *Serm. 5. ad Novitios. Diviſ. 3. pag. 20. tom. 1.*

Sententiæ Paganorum.

Ariſtoteles.

129. In infortuniis virtus relucet. *1. Ethicor. cap. 2. Et hab. apud Bedam tom. 2.*

Plato.

130. Calamitas æquo animo ferenda eſt, & ſi quid humanitùs contigerit, non eſt impatienter lugendum. *Tom. 2. Syzygia 4. in dialogo Menexeni, poſt med. pag. 147. lit. C.*

Seneca.

131. Ipſis Deus conſulit, quos eſſe quàm honeſtiſſimos cupit, quoties illis materiam præbet aliquid animosè fortiterque faciendi. *In lib. de Divina Provid. cap. 4. ante med. pag. 385. tom. 1.*

132. Calamitas, virtutis occaſio eſt. *Ibidem.*

133. Erratis, ſi quem judicatis exceptum: veniet ad illum diù felicem portio: quiſquis videtur dimiſſus eſſe, dilatus eſt. *Ibid. cap. 4. ante med. pag. 385.*

134. Magis urgent ſæva inexpertos. *Ibidem.*

135. Quid miraris bonos viros, ut confirmentur, concuti? *Profec.*

136. Non eſt arbor ſolida nec fortis, niſi in quam frequens ventus incurſat.

137. Ipſa enim vexatione conſtringitur, & radices certiùs figit. *Ibid. in fine pag. 387.*

138. Quædam nos magis torquent, quàm debeant: quædam antè torquent, quàm debeant: quædam torquent, cùm omninò non debeant: aut augemus dolorem, aut fingimus, aut præcipimus. *Ep. 13. ante med. pag. 543. tom 2.*

Sixtus Philoſophus.

139. Grandis impietas in Deum, affligere hominem. *Sent. 88. apud Bibl. Patrum, tom. 3. pag. 65. col. 2. C. edit. Coloniæ 1618.*

Agricultura.

Sententiæ Patrum.

S. Auguſtinus.

1. Agricolarum labor honeſtus & ſanctus eſt. *De Opere Monach. cap. 3. in princ. pag. 558. D. tom. 5.*

S. August. 2. Agricultura omnium artium eſt innocentiſſima. *De Hereſ. ad Quodvult Deum queſt. 46. a medio pag. 14. D. tom. 6.*

S. Gregor. Magnus. 3. Agricola illam ampliùs terram amat, quæ poſt ſpinas uberes fruges profert: quàm eam quæ numquàm ſpinas habuit, & nunquàm fertilem meſſem protulit. *Homil. 34. ſup. Evang. poſt init. col. 475. lit. D. tom. 2.*

S. Ioannes Chrysost. 4. Agricola ſemper tempus meſſis expectat. *Hom. 48. Oper. imperf. ſup. Matth. in princ. colum. 1077. B. tom. 2.*

S. Petrus Damianus. 5. Villicus quantò in commiſſa largiori poſſeſſione beatior, tantò eſt in reddenda ratione miſerior. *Profecut.*

6. Tantòque debet plura cùm reddit; quantò gloriatur, ampliora cùm accipit. *Opuſc. 13. cap. 15. in fine, pag. 520. col. 1. D. tom. 3.*

Philo Judæus. 7. Omnis agricola eſt artifex, quoniam ars eſt agricultura. *Lib. Quòd deterius potiori, &c. poſt med. pagina 246. tom. 1.*

Sententiæ Paganorum.

Aristotel. 8 Agricolæ magis appetunt lucrum, quàm honores. *6. Politicor. & habet apud Bedam, tom. 2.*

9. Agriculturæ poſſeſſio, eſt maximè naturalis & juſta. *Oeconomic. 1 & habet. apud Bedam, tom. 2.*

10. Bos pauperibus eſt pro ſervo. *1. Politic. & habetur apud Bedam, tom. 2.*

11. Delectabilius eſt agricolis laborare, quàm principari. *6. Politicor. & habetur apud Bedam, tom. 2.*

12. Agricolæ, qui neceſſaria non habent, circa opera morantur, & aliena non concupiſcunt. *Ibidem.*

Cicero. 13. Vita hæc ruſtica, quam tu agreſtem vocas, parſimoniæ, diligentiæ, juſtitiæ magiſtra eſt. *Orat. 2. pro Roſcio poſt med. col. 35. A. tom. 2.*

14. Omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius. *Lib. 1. de Offic. ante fin. col. 492. D. tom. 4.*

15. Voluptates agricolarum, nulla impediuntur ſenectute. *De ſenectute, poſt med. colum. 552. lit. B. tom. 4.*

16. Agro bene culto nihil poteſt nec uſu eſſe uberius, nec ſpecie ornatius, nec natura pulchrius. *Ibidem, ut ante, lit. F.*

17. Mea ſententia eſt, haud ſcio an ulla vita poſſit eſſe beatior agricolæ. *Ibid. ut antè, E.*

18. Non ſolùm quidem officio hominum, agrorum cultura eſt ſalutaris: ſed & delectatione & ſaturitate, copiaque rerum omnium, quæ ad vitam hominum pertinent. *Ibidem, lit. E.*

19. Ager quamvis fertilis, ſine tamen cultura fructuoſus eſſe non poteſt. *Libr. 2. Tuſc. quaſt. poſt init. col. 193. B. tom. 4.*

Alacritas.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, Productio, Comparatio.

Collector. *Alacer dicitur quaſi minime lacer, & Alacritas, quaſi non acritas, vel abſque acritate.*

Definitio.

Richard a S. Victore. ALACRITAS, eſt animi ad bonum opus perficiendum, læta & circumſpecta promptitudo. *De fructibus carnis & ſpiritus, cap. 12. prope med. pag. 161. G. tom. 2.*

Plato. Alacritas, eſt declaratio voluntatis promptæ ad agendum. *Tom. 3. Sizygia. 6. de definit. in med. pagina 413. E.*

Productio.

Robertus Bellarm. Alacritas cordis, ex deſiderio & amore naſcitur. *Sup. Pſalm. 80. in princ. pag. 507. col. 1.*

Comparatio.

S. Bonavent. Sicut in ſenibus gravitas, ſic in juvenibus alacritas velut quadam dote naturæ commendatur. *De ordine vitæ, in princ. fol. 334. col. 3. I.*

Sententiæ Patrum.

S. Athanas. 1. Unica ratio vincendi diabolum, eſt lætitia ſpiritualis. *De vita S. Antonii, ante med. colum. 1008. D. tom. 5.*

S. Augustin. 2. Qui dat, ſic ſervet hilaritatem, ut qui accipit non perdat ſecuritatem. *De Amicitia, cap. 25. in fine, pag. 781. B. tom. 4.*

3. Omnia opera veſtra in unum fiant, majori ſtudio, & frequentiori alacritate. *In Regula 3. poſt med. pag. 594. C. tom. 1.*

S. Bernard. 4. Bonus planè eſt, qui ſpiritu alacer, charitate fervens, & pietate devotus. *Serm. 54. ſup. Cant. in princ. fol 177. col. 1. C.*

5. Alacritas laudantium Deum, quendam in terris repræſentat cœleſtis habitationis ſtatum. *Ibid Serm. 11. in princ. fol. 141. col. 1. A.*

S. Bonavent. 6. Promptitudo humiliationis, attenditur in alacritate executionis. *Libr. 2. de profectu Religioſ. cap. 39. in fine, pag. 192. col. 2. A. tom. 7. part. 4.*

7. Maximum inhabitantis gratiæ ſignum, ſpiritualis eſt lætitia, ac alacritas. *In ſpeculo diſcipl. part. 1. cap. 2. ſub finem, pag. 533. col. 2. C. tom 7.*

S. Cyrillus Hierosolym. 8. Miles expectans præmia, alacris eſt in bellum. *Catecheſ. 18. in princ. apud Bibliothecam Patrum, tom. 4. pag. 447. col. 1. litt. B.*

S. Franciscus Assisiar. 9. Servo Dei non convenit exteriùs triſtitiam oſtendere, aut faciem habere turbulentam. *Apophtheg. 18. pag. 428. tom. 3.*

Gloss. ord. 10. Quidquid boni facis, cum hilaritate fac, & tunc benè facis: ſi autem cum triſtitia facis, fit de te, non tu facis. *Sup. Ep. 2. ad Cor. cap. 9. in illud, Hilarem datorem, &c. col 423. A. tom. 6.*

S. Gregorius Nazianz. 11. Qui miſeretur cum alacritate, bonum animi promptitudine duplicatur: quod autem ex triſtitia datur, ingratum eſt & indecorum. *Prof.*

12. Beneficentia cum lætitia, & non cum mœſtitia eſt adornanda. *Orat. 17. de Pauper. ſub fin. pag. 161.*

13. Deus alacritatem ipſam pro magna accepiat commendatone. *Orat. 3. de S. Lavacro, ſtatim à med. pag. 302.*

S. Hieron. 14. Ferventiſſimi in terrenis, frigidiſſimi in cœleſtibus: & ſummam in rebus parvis exhibentes alacritatem, ad majora torpeſcimus. *Ep. 1. ad Demetriadem ante med. pag. 17. B. tom. 4.*

Hugo a Sancto Victore. 15. Alacritas ſecurum hominem reddit. *Lib. 3. de Clauſtro Animæ, cap. 5. poſt init. pag. 56. A. tom. 2.*

Hugo Card. 16. Ut delectet labor & patientia, Dominus dat alacritatem in affectione. *Sup. Geneſ. cap. 48. fol. 70. col. 3. Myſticè, B. tom. 1.*

17. Optimum antidotum contra omnes tentationes, eſt alacritas ſeu lætitia ſpiritualis. *Sup. Epiſt. 1. ad Theſſ. cap. 5. fol. 203. col. 1. tom. 7.*

Joan. Cass. 18. Frequenter per alacritatem ſpiritus, ſaluberrimæ compunctionis fructus emergit. *Collat. 9. Abbat. Iſaac. cap. 27. in princ. pag. 521.*

S. Joannes Chrysostom. 19. Solet alacritas animæ, ſi quando vehementior fuerit, vincere corporis imbecillitatem. *Hom. 41. ſup. Gen. poſt med. col. 341. C. tom. 1.*

20. Nos qui non de terra in terram vocamur ut Abraham, ſed de terra in cœlum; & tamen non eandem ut ille alacritatem obediendo exhibemus, ſed frigidas plerumque & inutiles præteximus cauſas. *Ibid. Hom. 31. ante finem, col. 258. lit. D. tom. 1.*

21. Magnitudo non in multitudine, ſed ex alacritate

eritate dantium judicatur. *Ibidem, homil. 55. poſt med. col. 435. D.*

S. JOANNES CHRYSOST. 22. Hic alacris eſt, qui nimium ſibi non confidit. *Homil. 38. ſup. Epiſt. 1. ad Cor. poſt medium, col. 632. A. tom. 4.*

23. Mentis alacritas, naturam ipſam ſuperat. *Sermo. 13. ſup. Epiſt. ad Epheſ. circa med. col.* 1040. *lit. A. tom. 4.*

24. Qui nihil ultra neceſſariam ſufficientiam requirunt, & in gratiarum actione vivunt, & in omni alacritate ſunt & ſplendore. *Hom. 1. ſup. Ep. ad Coloſſ. ante finem, col. 1237. A tom. 4.*

25. Quemadmodum ignis indiget lignis, ita gratia alacritate hominis opus habet, ut fervere perpetuò poſſit. *Hom. 1. ſup. Ep. 2. ad Tim. ante finem, col. 1537. A. tom. 4.*

26. Progredere, & multa cum alacritate deſcendas ad certamina. *Homil. 67. ad popul. Antiochen. poſt med. col. 430. D. tom. 5.*

S. JOAN. DAM. 27. Adſit animi alacritas, & nihil erit quod impedimentum afferat. *Lib. 3. parall. cap. 26. fol. 115. pag. 2. lit. A.*

S. PETRUS DAMIANUS. 28. Dùm verberibus cingeris, dùm cœleſtis diſciplinæ tunſionibus caſtigaris, non mentem deſperatio deprimat, non querela murmurationis erumpat, non triſtitiæ mœror abſorbeat, non impatientem puſillanimitas reddat: ſed ſemper ſerenitas in vultu, alacritas in mente, gratiarum actio reſultet in ore. *Lib. 8. Ep. 6. ad quendam virum nobiliſſim. ferè in med pag. 127. col. 1. lit. E. tom 1.*

29. Tenuis menſa, cibus aſperior, ſimplicior potus corpus firmant, confirmant animum, & utriuſque hominis ſtatum reddunt alacriorem. *Serm. 56. de S. Martino, ante finem, pag. 283. col. 1. tom. 2.*

PHILO. 30. Beata ea natura eſt, quæ omnia læto atque hilari animo excipit, nec ullis omninò rerum eventibus diſcruciatur, ſed tanquàm bonis & utilibus alacriter acquieſcit. *Et hab. apud Joannem Damaſcenum, lib. 3. Parallel. cap. 49. in calce, fol. 127. pag. 1. B.*

S. PROSPER. 31. Cùm bonum operaris, hilaris operare: nam ſi quid boni triſtis feceris, fit de te magis, quàm facis. *Sentent. 115. Apud D. Auguſt. in fine tomi tertii, pag. 745. A.*

IN VIT. PATR. 32. Mens alacris & ſerena, Spiritus ſancti habitaculum eſt. *Lib. 2. cap. 1. de vita Joannis, ante med. pag. 452. col. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 33. Non poteſt jucundè vivi, niſi ſapienter, honeſtè, juſtèque vivatur: nec ſapienter, honeſtè, juſtè, niſi jucundè. *Lib. 1. de finibus poſt med. col. 70. lit. B. tom. 4.*

34. Non poteſt jucundè vivi, niſi virtute vivatur. *Lib. 3. Tuſc. quæſt. poſt med. col. 219. lit. C. num. 49. tom. 4.*

SENECA. 35. Lætiores videbis, quos nunquàm fortuna reſpexit, quàm quos deſeruit. *De Tranq. Anim. cap. 8. ante med. pag. 529. tom. 1.*

36. Alacres & recti, quocunque res nos tulerit intrepido gradu properemus. *De Conſol. ad Helviam, cap. 8. in calce, pag. 631. tom. 1.*

37. Animus debet eſſe alacer, & fidens, & ſupra omnia erectus. *Epiſt. 23. ante medium, pag. 565 tom. 2.*

38. Philoſophia animum præſtat alacrem. *Ep. 30. poſt init. pag. 579. tom. 2.*

39. Horum qui felices vocantur, hilaritas ficta eſt, aut gravis & ſuppurata triſtitia. *Ep. 80. a med. pag. 700. tom. 2.*

SIXTUS PHILOSOPHUS. 40. Si vis cum lætitia animi vivere, noli multa agere: in multis enim actionibus minor eris. *Sent. 253. apud Bibliothec. Patrum, tom. 3. pag. 66. colum. 1. lit. C.*

Alearum ludus.

Vide Ludus.

Amaritudo.

DEFINITIO.

AMARITUDO, eſt ſpiritualis expers gaudii quædam diſtinctæ mentis ſolitudo; & ex alieno bono ægrotatio. *De fructibus carnis & ſpir. cap. 5. in fine, pag. 160. G. tom. 2.* HUGO A S. VICTORE.

Amaritudo, eſt injucundus, atque inſuavis motus in animo conſidens. *Gradu 8. apud Biblioth. Patr. tom. 6. part. 2. pag. 262. col. 1. edit. Coloniæ 1618.* S. JOAN. CLIM.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Amor Dei omnem amaritudinem vertit in dulcedinem. *Serm. Dominic. 5. poſt Paſcha, poſt init. fol. 154. pag. 1.* S. ANTONIUS DE PAD.

2. Dulcedo hujus ſeculi ad tempus fauces indulcat, ſed in magnam amaritudinem poſteà convertitur. *Sup. Pſ. 123. paulò poſt med. verſ. 4. Torrentem pertranſivit anima noſtra, pag. 1002. C. tom. 8.* S. AUGUSTIN.

3. Melius eſt modica amaritudo in faucibus, quàm æternum tormentum in viſceribus. *De decem chordis, cap. 9. ante med. pag. 633. D. tom. 9.*

4. Ideò Deus felicitatibus terrenis, amaritudines miſcet, ut aliqua quæratur felicitas cujus dulcedo non fallat. *De Verb. Domini, Serm. 29. in med. pag. 79. B. tom. 10.*

5. Si nulla eſſet mortis amaritudo, non eſſet magna Martyrum fortitudo. *Serm. 33. de Verbis Apoſt. poſt med. pag. 278. D. tom. 10.*

6. Dulce eſt peccatum, ſed amara eſt mors. *Hom. 42. de 50. homiliis, poſt med. pag. 364. C. tom. 10.*

7. Amaritudo juſtitiæ, medicamentum eſt virilis ætatis: dulcedo autem juſtitiæ, muſcipula eſt juvenilis temeritatis. *Serm. 2. Dom. 23. poſt Trin. & in ord. 246. ante med. pag. 812. C. tom. 10.*

8. Fallax dulcedo eſt, quam plures atque majores amaritudines conſequuntur. *Lib. 1. de diverſis quæſt. ad Simplician. quæſt. 1. poſt init. pag. 440. lit. D. tom. 4.*

9. Amara eſt veritas, & qui eam amant vel prædicant, ſæpè replentur amaritudine. *Serm. 35. ad fratr. in Eremo, in fine, pag. 964. D. tom. 10.*

10. Peccatoribus panis veritatis amarus eſt. *Sup. Pſ. 5. ante finem, verſ. 12 pag. 20. C. tom. 8.*

11. Ecce in pace amaritudo mea amariſſima: amara priùs, in nece Martyrum: amarior pòſt in conflictu hæreticorum: amariſſima nunc, in moribus domeſticorum. *Serm. 33. ſup. Cant. in fine, fol. 163. col. 3. lit. I.* S. BERNARD.

12. Amara eſt veritas ſine condimento gratiæ. *Ibid. Serm. 14. poſt med. fol. 194. col. 3. H.*

13. Verus amor non habet amaritudinem. *Serm. 13. ad ſororem ante med. fol. 84. col. 3 G. in volum. 2.*

14. Nulla eſt tanta amaritudo, quam non prophetica farina dulcoret, quam non ſapidam reddat ſapientia lignum vitæ. *In Serm. de converſ. ad Clericos, cap. 30. in med. fol. 116. col 4. K.*

15. Quæ voluptas, ubi totum ſibi vendicat amaritudo? *Ep. 310. ad Arnoldum Abbat. Bonæ-vallis, in princ. fol 268. col. 4. M.*

16. Non eſt dignus dulcoris acumine, qui amaritudinis neſcit inviſcari gravamine. *De Diſciplina ſcholarium, & habetur apud Bedam tom. 2. pag. 151. verbo Non eſt.* BOETIUS.

17. Humana felicitas variis amaritudinibus reſperſa eſt. *Sup. 129. Exp. Pſ. 2. in princ. pag. 282. col. 2. D. tom. 1.* S. BONAVENT.

S. Bonavent. 18. Cui ſapit Chriſtus, amarus eſt illi mundus: quia guſtato ſpiritu Chriſti, deſipit omnis caro. *In collat. de contemptu mundi, ante finem, pag.* 96. *col.* 1. *C. tom.* 7. *part.* 3.

19. Qui terrenis inhæret, invenire non poteſt, niſi quod in terrenis latet, ſcilicet amaritudinem. *De* 7. *Itineribus, in itinere tertio art.* 4. *diſt.* 5. *in calce pag.* 158 *col.* 2. *A. tom.* 7.

S. Franciscus Assisias. 20. Guſtanti Deum, omnis delectatio mundi videtur amaritudo. *Tom.* 3. *Opuſcul. Oraculo* 30. *pagina* 505.

Gloss. ordin. 21. Mens juſti ſemper in amaritudine eſt, etiam in proſperis, quam amaritudinem adverſitas ingeminat. *Sup. Iob cap.* 23. *in princ. in illud, In amaritudine eſt ſermo meus, col.* 837. *B. tom.* 3.

22. Satius eſt, fratres, hîc ſuſtinere parvam amaritudinem, & poſteà ad æternam beatitudinem pervenire; quàm hîc habere falſum gaudium, & illîc ſine fine ſupplicium. *Sup. Iſayam, colum.* 469. *lit. C. tom.* 4.

23. Omnis medicina habet ad tempus amaritudinem, ſed fructus doloris ſanitate monſtratur. *Sup. Ezech. cap.* 7. *col.* 1129. *B. tom.* 4.

S. Gregor. Magnus. 24. Cùm juſtus æternæ patriæ quanta ſit dulcedo conſiderat, pro ea præſentis vitæ amaritudines ardenter amat *Lib.* 7. *Moral. cap.* 6. *in fine. col.* 216. *lit. D. tom.* 1.

25. Si mens in Deum forti intentione dirigitur, quidquid ſibi in hac vita amarum ſit, dulce æſtimat. *Ibidem, cap.* 7. *poſt init. col.* 217. *B.*

26. Undiqoc amaritudinibus moodi replemur, & tamen cæca mente carnal s concupiſceotiæ, ipſas amaritudioes amamus. *Homil.* 28. *ſup. Evang. in fine, col.* 443. *A. tom.* 2.

27. Si dulcia vera appetimus, priùs neceſſe eſt, ut hîc amara tol remus. *Lib.* 26. *Moral. cap.* 12. *poſt med. col.* 862. *D. tom.* 1.

28. Vita noſtra ad tempus amareſcat in pœnitentia, ne æternam amaritudinem ſeouat in vindicta. *Hom.* 2. *ſup. Evang. in fine, col* 325. *D. tom.* 2.

29. Amaritudo in poculo diſplicet, ſed reſtituenda per amaritudinem ſalus placet. *Ibid. Hom.* 3. *circa med. col.* 387. *C.*

30. Quid deteſtabilius in vitiis, quàm amaritudo triſtitiæ ſecularis? *Lib.* 5. *in primum Regum, cap* 1. *poſt init. col.* 1478. *C. tom.* 2.

31. Caro delectationibus paſcitur, anima verò amaritudinibus vegetatur. *In* 7. *Pſalmos Pœnit. ſup. Pſal.* 3. *verſ.* 16. *poſt med col.* 561. *B. tom.* 2.

32. Neque electis ſuis Deus in hac vita promiſit gaudia delectationis, ſed amaritudinem tribulationis *Lib.* 9. *in Regiſtro indict.* 4. *cap.* 39. *Ep* 39. *ad Theotiſtam. Patriciam longe poſt init. col.* 1065. *A. tom.* 2. *Profec.*

33. Ut medicinæ more per amarum poculum, ad dulcedioem æternæ ſalutis redeant. *Ibidem.*

34. Si qua præſentis temporis ita agenda eſt lætitia, ut nunquàm amaritudo ſequentis judicii recedat à memoria. *Hom.* 39. *ſup. Evang. ante med. col.* 519. *lit. D. tom.* 2.

S. Hieron. 35. Laudem amaritudo comitatur. *Ep.* 19. *ad Euſtochium in med. pag.* 131. *B. tom.* 1.

36. In omnibus penè rebus humanis, amaritudo præeuntis doloris commendat ampliùs gaudia ſecutura. *Ep.* 5. *ad virginem in exilium miſſam, ante med. pag.* 30. *C. tom.* 4.

37. Optandum eſt etiam quamvis ſit amarum, quod lucrum parit. *Ibid. circa med. pag.* 24. *D.*

38. Radices amaræ ſunt, fructus dulces. *Libr.* 1. *ſup. Hierem. cap.* 1. *pag.* 263. *C. tom.* 5.

39. Quod raritate dulce eſt, aſſiduitate in amaritudinem vertitur. *Lib.* 3. *ſup. Oſeam, cap.* 13. *fol.* 50. *lit. D. tom.* 5.

40. Amaritudo contraria dulcedini eſt. *Lib.* 3. *ſup. Epiſt. ad Epheſ. cap.* 4. *in princ. pag.* 229. *B. tom.* 9.

S. Hieronym. 41. Amaritudo & furor, ſpecies ſunt iræ. *Ibidem.*

Hugo a S. Victore. 42. Veritas malis & imperitis amara eſt. *Sup. Ep. ad Rom. in fine, pag.* 268. *C. tom.* 1.

Hugo Card. 43. Amarus eſt labor operis, niſi adſit pinguedo devotionis. *Sup. Geneſ. cap.* 41. *in princ. fol.* 58. *col.* 1. *Myſtice tom.* 1.

44. Suavitas præſentis proſperitatis, quæ priùs dulciter ſapiebat, per vim tentationis amareſcit. *Sup. Job. cap.* 33. *fol.* 440. *col.* 3. *tom.* 1.

45. Fallacis boni gaudia tantis amaritudinibus admixta ſunt, ut jurè diſplicere debeant. *Sup. Eccleſiaſten cap.* 2. *fol.* 75. *col.* 2. *tom.* 3.

46. Amarior eſt mulier morte, quia amaritudo mortis momentanea eſt, amaritudo autem mulieris æterna, & ideò major. *Ibid. cap.* 7. *ſup. illud, Inveni amariorem morte mulierem, fol.* 91. *col.* 4.

47. Peccata quæ in ſe amariſſima ſunt, dulcia reputantur: & virtutum opera, quæ in ſe dulciſſima ſunt, amara exiſtimantur. *Sup. Iſayam, cap.* 5. *fol.* 15. *col.* 2. *tom.* 4.

48. Mali quod cum ſuavitate hîc biberunt, in morte cum amaritudine evoment. *Sup. Hierem. cap.* 48. *fol.* 269. *col.* 2. *Moraliter tom.* 4.

Idiota. 49. Tota vita præſens & miſera, amaritudinibus reſperſa eſt. *Lib.* 5. *de Contempl. de morte, cap* 6. *in med. apud Bibl. Patrum, tom.* 10. *pag.* 21. *col.* 2. *F. edit. Coloniæ* 1618.

S. Joannes Chrysostom. 50 Amaritudinem dulcedo non patitur. *Hom. ſup. illud Joan.* 4. *Veniet hora quando veri adoratores, &c. ante med. col.* 428. *A tom.* 3.

51. Amaritudo delicti, ipſum intellectum rationemque ſubvertit. *Hom.* 31 *ſup. Ep. ad Hebr. ante med. colum.* 1854. *D. tom.* 4.

Lact. Firm. 52. Amara ſunt vitioſis ac malè viventibus præcepta juſtitiæ *Libr.* 1. *de falſa Religion, cap.* 4. *in fine, pagina* 8

53. Virtutibus amaritudo mixta eſt. *Ibidem, cap.* 2. *poſt init pag.* 2.

54. Omnia amara & gravia, patienter ferenda ſunt. *Lib.* 6. *de vero cultu, cap.* 4. *poſt med. pag.* 243.

S. Prosperi 55. Repudiantur dulcia, deſiderantur amara. *De promiſſion. part.* 2. *cap.* 8. *ante med. apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 21. *col.* 2 *lit. E. edit. Coloniæ* 1618.

56. Sanitatis amiſſæ dulcedinem, languoris amaritudo commendat. *Ibidem, cap.* 19. *ſub finem, pag.* 67. *col.* 1. *lit. A.*

57. Per amaritudinem inferiorum, docetur homo amare meliora; ut viator tendens ad patriam, ſtabulum pro domo diligat. *Sent.* 186. *apud D. Auguſt. in fine tom.* 3. *pag.* 748 *D.*

Prudentius. 58. Non eſt amarum, quo reformatur ſalus. *In Hymno Romani Mart. ante med. verſ.* 503. *pag.* 314.

S. Valerian. 59. Multum verbis honoris accreſcit, ſi dulciſonos organi ſenſus nulla mentis amaritudo confundat. *Hom.* 5. *de Oris inſolentia, a med. apud Bibl. Patrum, tom* 5. *part.* 3. *pag.* 481. *col.* 2. *lit. F. editionis Coloniæ* 1618.

60. Cor ipſum hominis, quamvis ſit vivum & ſapiens, integra prudentia caret, ſi amaritudo fellis infecerit. *Ibid. poſt med. pag.* 481. *col.* 2. *G.*

Sententiæ Paganorum.

Cicero. 61. Amari jucundum eſt, ſi curetur ne quid inſit amari *Lib.* 4. *de Arte Rhet. ad Herennium ante med. col.* 52. *G. tom.* 1.

Valerius Maxim. 62. Divitum frons hilaris, ſed multis intùs amaritudinibus mens eſt referta. *Lib.* 4. *dict. memorab. cap.* 4. *in princ. pag.* 175.

63. Duæ res, quæ hominibus amariſſimæ videntur, ſunt ſenectus & orbitas. *Ibidem, lib.* 6. *cap.* 2. *ante finem, pag.* 265.

Ambitio.

DEFINITIO, DESCRIPTIO, DIVISIO, PRODUCTIO, PROPRIETAS, Comparatio.

HUGO CARD. AMBITIO eſt appetitus honoris, vel dignitatis. *Sup. Prov. cap. 30. fol. 63. col. 1. tom. 3.*

IDIOTA. Ambitio eſt, cùm quis quærit ſui exaltationem, & proximi dejectionem. *In Contemplat. de Amore divino, cap. 25. circa init. apud Bibl. Patr. tom. 10. pag. 7. col. 2. lit. H.*

JOAN. GERS. Ambitio eſt præſumptio impellens in arduum, præſertim ſub dignitatis ratione apprehenſum, neglecto aut non habito merito. *Part. 4. in deſcript. termin. cap. Fortitudo, in princ. fol. 26. col. 4. lit. X.*

RICH. A SANCTO VICTORE. Nihil aliud eſt ambitio, quàm honoris affectatio. *Part. 1. lib. 3. de Erudit. hom. inter. cap. 13. in princ. pag. 173. col. 2. B.*

S. THOMAS AQUINAS. Ambitio eſt vitioſus quidam magnanimitatis exceſſus, quo quiſpiam honorem non debitum, aut debitum quidem, ſed vel ardentiùs, vel ad alium finem quàm oportet concupiſcit. *Secunda ſecundæ quæſt. 131. in Axiomate, pag. 231. col. 2.*

Ambitio peccatum eſt, quo quis inordinatè honorem deſiderat, vel quem non meretur, vel quem non in Deum, ſed ad ſui ipſius tantùm utilitatem refert. *Ibidem, quæſt. 131. art. 1. in princ. corporis, pag. 232. column. 1.*

PLATO. Ambitio eſt habitus animæ pernitioſus, qui profundit omnem ſumptum ob quæſtum honoris abſque ratione. *Tom. 3. Sizygia 6. de Definit. ſub fin. pag. 416. B.*

DESCRIPTIO.

S. BERNARDUS.

Ambitio eſt:
- Subtile malum.
- Secretum virus.
- Peſtis occulta.
- Doli artifex.
- Mater hypocriſis.
- Livoris parens.
- Vitiorum origo.
- Criminum fomes.
- Virtutum ærugo.
- Tinea ſanctitatis.
- Excæcatrix cordium. *Serm. 6. ſup. Qui habitat circa med. fol. 80. column. 2. F.*

DIVISIO.

S. GREGOR. MAGN. Duo ſunt genera hominum ambitioni ſervientium: unum videlicet, quod ſemper ad avaritiam blandimentis utitur linguæ: aliud verò, quod aperta vi intendit rapinæ. *Lib. 20. Moral. cap. 15. poſt init. num. 12. col. 680. D. tom. 1.*

RICH. À SANCTO VICTORE.

Quatuor ſunt ſpecies Ambitionis:
- Prima, affectatio libertatis.
- Secunda, affectatio dignitatis.
- Tertia, affectatio authoritatis.
- Quarta, affectatio poteſtatis. *Part. 1. lib. 3. de Erudit. homin. inter. cap. 13. in princ. pag. 173. colum. 2. lit. C.*

PRODUCTIO, PROPRIETAS.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. Hæreſeon mater, eſt principatus cupiditas. *Sup. Ep. ad Galat. cap. 5. poſt med. col. 9:9 A. tom. 4.*

S. BERNARDUS. Ambitio, mater hypocriſis eſt, latebras amat & tenebras, lucis impatiens eſt. *Proſec.*

Ambitio ſpurcum vitium eſt, in imo jacet; videt tamen omne ſublime, ſed videri ipſa refugit.

Ambitio, cùm prorumpit in impudentiam, efficaciam perdit: & cùm improbus affectus ſe aperit, perit effectus. *Epiſt. 26. ad Epiſcopos Aquitaniæ ante med. fol. 237. col. 2. F.*

S. INNOCENTIUS III. Ambitioſus ſemper eſt pavidus, ne quid dicat, vel faciat, quod in oculis hominum valeat diſplicere. *Proſecut.*

Humilitatem ſimulat, honeſtatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem oſtendit, ſubſequitur & obſequitur.

Cunctos honorat, univerſis inclinat, frequentat curias, viſitat optimates, aſſurgit & amplexatur, applaudit & adulatur.

Promptus eſt & fervidus, ubi placere cognovit: remiſſus & tepidus, ubi putaverit diſplicere.

Improbat mala, deteſtatur iniqua, alia cum aliis probat & improbat, ut judicetur idoneus, ut reputetur acceptus, ut laudetur ab omnibus, ut à ſingulis approbetur.

Et ecce gravem intra ſe ſuſtinet pugnam, difficilemque conflictum: dùm iniquitas pulſat animum, & ambitio continet manum: & quod illa ſuggerit faciendum, hæc fieri non permittit.

Colludunt tamen ad invicem mater & filia, iniquitas & ambitio: nam mater in aperto ſubſiſtit, & filia in occulto non reſiſtit: hæc enim ſibi vindicat publicum, illa ſecretum. *Lib. 2. de contempt. mundi, cap. 26. per totum, pag. 97.*

Ambitioſus libenter agit de principatu, quem ambit, & dicit: O quando principabitur ille, qui ſeverus ſit in juſtitia, pius in miſericordia? *Ibidem.*

Si fortè hac arte non proficit ambitioſus, recurrit ad aliam: advocat Simonem, accedit ad Giezi. *Proſecut.*

Per hunc ab illo nititur emere, quod per ſe non prævalet obtinere: ſupplicat & promittit, offert & tribuit.

Proh dolor! gratiam, quam gratis adipiſci non potuit, per fas & nefas nititur adipiſci.

Nec deſiſtit adhuc, ſed inſtat & invadit violenter honorem, & impudenter arripit dignitatem amicorum ſuffragio, præſidio propinquorum.

Tantoque dominationis inflammatur ardore, tanta libidine præſidendi, ut nec ſchiſma abhorreat, ſcandalum non formidet. *Ibidem, cap. 27. per totum, pag. 99.*

Statim ut ambitioſus promotus eſt ad honorem, in ſuperbiam extollitur, & in jactantiam effrænatur. *Proſecut.*

Nec curat prodeſſe, ſed gloriatur præeſſe: præſumit ſe meliorem, quia crevit in ſuperiorem: at bonum facit, non gradus, ſed virtus: non dignitas, ſed honeſtas.

Priores dedignatur amicos, notos ignorat heſternos, comites contemnit antiquos.

Vultum avertit, viſum extollit, cervicem erigit, faſtum oſtendit, grandia loquitur, ſublimia meditatur.

Subeſſe non patitur, præeſſe molitur: Prælatis infeſtus, ſubditis oneroſus.

Moleſta non ſuffert, concepta non differt: præceps & audax, glorioſus & arrogans, gravis & importunus. *Ibid. cap 30. per totum pag. 104.*

SENECA. Habet hoc vitium omnis ambitio, non reſpicit, ſed aſpicit. *Proſec.*

Non tàm illi jucundum eſt, multos poſt ſe videre; quàm grave, aliquem ante ſe.

Non quos vincat, ſed à quibus vincatur, aſpicit. *Ep. 72. ante med. pag. 671. tom. 2.*

COMPARATIO.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. Sicut avari quamò plura acceperint, tantò pluribus egent: ita ambitioſi ſuperbi quantò majori funguntur honore, tantò plus ambire concupiſcunt. *Hom. 43. ad Popul. Antioch. poſt med. col. 314. D. tom. 5.*

PETRUS BLES. Ambitio, eſt quædam ſimia charitatis. *Proſec.*

Charitas enim patiens eſt pro æternis, ambitio patitur omnia pro caducis.

Charitas benigna eſt pauperibus, ambitio divitibus.

PETRUS BLES. Charitas omnia ſuffert pro veritate, ambitio pro vanitate.

Utraque omnia credit, omnia ſperat: ſed longè diſſimili modo, hæc ad gloriam hujus vitæ, illa ad gloriam ſine fine.

Charitas nunquàm excidit, ambitio nunquàm ſurgit. *Ep. 14. ad Sacellanos Regis Angliæ circa med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 713. col. 2. E.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Potentiæ cupiditas, ſeu ambitio, formam juſtitiæ virilem effeminat. *Profec.*

2. Quomodo enim poteſt pro aliis intervenire, qui ſibi ſubjicere conatur?

3. Quomodo infirmo adverſus potentes poteſt opem ferre, qui ipſi gravem libertati affectat potentiam? *Lib. 1. Offic. cap. 28. in calce, col. 20. A. tom. 1.*

4. Ordinatio mundi à Deo, opera mundi à diabolo: à Deo poteſtatum ordinatio, à diabolo ambitio poteſtatis. *Lib. 4. in Lucam, cap. 4. ſup. illud, Et oſtendit illi omnia regna mundi. col. 1669. D. tom. 5.*

5. Hoc ipſo pernicioſior eſt ambitio, quòd blanda quædam eſt conciliatricula dignitatum. *Prof.*

6. Sæpè quos vitia nulla delectant, quos nulla potuit movere luxuria, nullaque avaritia, ſubruere facit ambitio crimínoſos.

7. Habet enim forenſem gratiam, domeſticum periculum; & ut dominetur aliis, priùs ſervit.

8. Curvatur obſequio, ut honore donetur: & dùm vult eſſe ſublimior, fit remiſſior, cùm in ipſa poteſtate quòd præcellit, alienum eſt. *Ibidem, ut ante, col. 1670. lit. C.*

9. Hoc remedium datur, quo telum ambitionis obtundas, ut ſoli Domino ſervias: caret enim ambitione religioſa devotio. *Ibidem, ut ante, col. 1671. lit. A.*

S. ANTONIN. 10. Adorat & honorat, & ſervit ambitioſus indebitè eum, à quo honorem & dignitatem ſperat. *Part. 2. tit. 3. cap. 5. ferè in princ. fol. 131. col. 2.*

11. Hoc maximum habet vitium ambitioſus, quòd non reſpicit Deum, vel ſe, vel alios: ſed per fas, & nefas, & mille pericula ad dignitatem tendit, quam appetit. *Ibidem, &c. ut antè §. 2. poſt init. fol. 132. colum. 2.*

12. Ambitioſus omnium eſt ſervus, & tributarius. *Ibidem.*

13. Ambitioſus nulli parcit ut regnet, dominium ejus non patitur ſocium. *Ibidem.*

14. Tollit ambitio quietem mentis, inducens multas amaritudines, maximè quando quæritur dignitas, vel quæſita poſſidetur. *Ibidem, ut ante §. 2. poſt med. fol. 133. col. 1.*

S. ANTONIUS DE PADUA. 15. Infelix prorſus ambitio, quæ ambire magna non novit. *Profec.*

16. Caveant ergo ſibi, qui primas cathedras ambiunt, ne ſecundis omninò careant. *Serm. Dom. 2. poſt Paſcha, ante med. fol. 127. pag. 1.*

17. O infelix ambitio! tu qui dignitatis culmen affectas, tuæ gratiæ exitium, tuæ famæ diſpendium, tui corporis periculum inquiris. *Serm. Dom. 17. poſt Trin. poſt med. fol. 293. pag. 1.*

S. AUGUST. 18. Ambitio quid niſi honores quærit & gloriam? cùm ſit præ cunctis honorandus Deus. *Lib. 2. Conf. cap. 6. ante med. pag. 56. D. tom. 1.*

19. Amor laudis & gloriæ, & affectatio dominandi, ſi beſtiarum non ſunt, non tamen earum rerum libidine meliores nos eſſe arbitrandum eſt. *Lib. 1. de lib. arb. cap. 8. poſt med. pag. 439. B. tom. 1.*

20. Gloriæ cupidos videmus, ut ad deſiderata perveniant, adeptiſque non careant, ſoles, imbres, glacies, fluctus & procelloſiſſimas tempeſtates, aſpera & incerta bellorum, immanium plagarum ictus, & vulnera horrenda, non inevitabili neceſſitate, ſed culpabili voluntate perferre. *De patient. cap. 3. in med. pag. 717. B. tom. 4.*

S. AUGUSTIN. 21. Libido iſta dominandi, magnis mali agitat, & conterit genus humanum. *Lib. 3. de Civit. Dei, cap. 14. circa med. pag. 49. A. tom. 5.*

22. Qui contemptor gloriæ, dominationis eſt avidus, beſtias ſuperat, ſive crudelitate vitæ, ſive fluxu luxuriæ. *Ibidem, lib. 5. cap 16. prope medium, pag. 96. lit. C.*

23. Inter bonos & malos diſcrimen nullum eſt, omnia virtutis præmia ambitio poſſidet. *Ibidem, cap. 12. poſt med. pag. 90. D.*

24. Locus ſuperior, ſine quo regi populus non poteſt (etſi teneatur atque adminiſtretur ut decet) tamen indecenter appetitur. *Ibidem, libr. 19. cap. 19. in fine pag. 395. B.*

25. Noluit Chriſtus regnum terrenum cùm ſuperbia, quæ ideò cathedra peſtilentiæ rectè intelligitur: quia non ferè quiſquam eſt, qui careat amore dominandi, & humanam non appetat gloriam. *In 7. Pſalm. Pœnit. ſup. Pſ. 1. in princ. verſ. 1. Et in cathedra peſtilentiæ, &c. pag. 7. A. tom. 2.*

26. Tranſit honor hujus ſeculi, tranſit ambitio: quæ hîc honorant, in morte onerant: quæ hîc relevant, ibi gravant. *Ep. 23. ad Maximum, prope med. pag. 534. C. tom. 2.*

27. Homo cùm dominari appetit (etſi populi ſerviant) ipſa ei dominandi libido dominatur. *Lib. 1. de Civit. Dei, cap. 1. ante med. pag. 3. B. tom. 5.*

28. Diabolus regnat in mundo, cùm ambitio regnat. *Serm. 23. ad fratr. in Eremo, circa med. pag. 941. B. tom. 10.*

29. Honorum continuandorum facultas non eſſet, niſi ambitio prævaleret. *Lib. 1. de Civit. Dei, cap. 31. in princ. pag. 21. B. tom. 5.*

30. Minimè ambitio, niſi in populo avaritia, luxuriaque corrupto, prævaleret. *Ibid.*

S. BASIL. MAG. 31. Diabolicus morbus eſt, ambitionis crimen, quod ſupremæ diaboli malitiæ ſignum eſt. *In conſtitutionib. cap. 9. in princ. pag. 634. tom. 3.*

S. BASIL. SELEUCENS. 32. Regnum cœleſte amantem gloriæ, ſui cupitorem repellit, ambitioſa deſideria rejicit: humilitatis eſt merces, non ambitionis diverſorium. *Orat. 28. ante finem, apud Biblioth. Patrum, tom. 5 part 3. pag. 447. col. 2. F.*

V. BEDA. 33. Ambitio multos mortales falſos fieri cogit. *In ſuis Prov. verbo Ambitio, pag. 186. tom. 2.*

S. BERNARDUS. 34. Ambitionis vanitatem virtus charitatis excludit. *Serm. 1. de Octav. Paſchæ, ante finem, fol. 39. col. 1. lit. D.*

35. Tutiùs ſanè æmulanda ſunt ſolidiora, quàm ſublimiora: & quæ magis virtutem redoleant, gloriam minùs. *Serm. 1. de S. Victore, paulo ante med. fol. 51. col. 4. lit. K.*

36. Ambitionis via, adoratio diaboli eſt: qua videlicet ad honores & gloriam mundi perveniendum ſuis ille adoratoribus pollicetur. *Ser. 6. ſup. Pſ. Qui habitat, poſt med. fol. 80. col. 3. G.*

37. Pro Epiſcopatibus, & Archidiaconatibus, Abbatiis, aliiſque dignitatibus, impudenter hodiè decertatur, ut Eccleſiarum reditus in ſuperfluitatis & vanitatis uſus diſſipentur. *Ibidem, in fine, fol. 80. col. 3. lit. I.*

38. Difficile eſt, ut ex amara radice ambitionis, ſuavis fructus prodeat charitatis. *In Ser. de converſ. ad Clericos cap. 30. in fine, fol. 116 col. 4. K.*

39. Improbè ſatis præeſſe affectas, quibus prodeſſe non curas: & quorum non zelas ſalutem, ſubjectionem nimis ambitioſè vendicas tibi. *Ser. 23. ſup. Cant. ante med. fol. 151. col. 4. K.*

40. Videmus illos, qui jam proprios humeros cupitæ ſarcinæ ſubmiſerunt, non ſolùm non gemere tanquàm ſub onere; ſed inſuper appetere plus onerari. *Profec.*

Digitized by Google

S. BERNARD. 41. Non deterrentur periculis, quæ ambitione cæcati non vident, ſed favoribus ampliùs quos illis invident, provocantur.

42. O infinita ambitio, & inſatiabilis! cùm primos honorum gradus meruerit quis in Eccleſia; meruerit autem vel vitæ merito, vel pecuniæ, ſive etiam carnis & ſanguinis prærogativa: non ideò cor quieſcit, duplici ſemper æſtuans deſiderio, quo utique magis ac magis dilatetur in plura, & ad celſiora ſublimetur.

43. Cùm factus quis fuerit in quacunque Eccleſia Decanus, Præpoſitus, Archidiaconus, aut aliquid hujuſmodi, non contentus uno in una, plures ſibi, immò quotquot valet conquirere honores ſatagit, tàm in una, quàm in pluribus; quibus tamen omnibus, libenter unius præferet Epiſcopi dignitatem.

44. Factus quis Epiſcopus, Archiepiſcopus eſſe deſiderat: quo fortè adepto, rurſus neſcio quid altius ſomnians, laborioſis itineribus, & ſumptuoſis familiaritatibus Romanum ſtatuit frequentare palatium, quæſtuoſas ſibi quaſdam exindè comparans amicitias. *Epiſt.* 42. *ad Henricum Senonenſ. Archiepiſc. poſt med. fol.* 217. *col.* 3. *lit. H.*

45. O nova & exoſa perverſitas, mira ſed cæca ambitio! magis imis, quàm ſummis delectari. *Epiſt.* 78. *ad Suggerium, Abb. S. Dionyſii ante finem, fol.* 226. *col.* 3. *lit. I.*

46. Quò gloria plùs affectatur, eò minùs apprehenditur: ubi deprehenditur affectari, quid tàm ingloriũ, quàm gloriæ cupidum deprehendi? *Epiſt.* 26. *ad Epiſcopos Aquitaniæ ante med. fol.* 237. *col.* 2. *lit. F.*

47. Inclytus erit ambitioſus quamdiù in nocte verſabitur, & donec turpis lucri negotium perambulabit in tenebris. *Ibidem.*

48. Eſt ſobria quædam, & quodammodo oculata ambitio, moliens ſaltem cautè, etſi non caſtè: ſi valet proficere, clam negotia ſua curat: ſin verò, manet in ſe, & pudoris umbram non deſerit. *Ibid. ut ante, col.* 3. *lit. G.*

49. O præceps & frontoſa libido dominandi! ô impatiens & effrænis turpis quæſtus cupiditas! ô ardor intemperans! ô cæca & pudenda ambitio! *Ibid. ut ante, lit. H.*

50. Sævit fruſtrata ambitio, imò deſperata furit. *Ep.* 251. *ad Eugen. Pap. in princ. fol.* 261. *col.* 1. *lit. C.*

51. Nullum venenum, nullus gladius plus formidandus eſt, quàm libido dominandi. *Lib.* 3. *De conſid. poſt init. fol.* 278. *col.* 2. *lit. F.*

52. O ambitio ambientium crux! omnes torquens omnibus placet. *Profec.*

53. Nil acerbiùs cruciat, nil moleſtiùs inquietat, nil tàm apud miſeros mortales celebrius negotiis ejus. *Ibid. longè poſt init. fol.* 278. *col.* 3. *lit. I.*

54. An non limina Apoſtolorum plus jam ambitio, quàm devotio terit? *Ibidem.*

55. Quoties hominibus præeſſe deſidero, toties Deum meum præire contendo. *Hom.* 1. *ſup. Miſſus. ante fin. fol.* 5. *col.* 2. *F.*

56. Infelix prorſus ambitio, quæ ambire magna non novit: quærens de modico creſcere, & de maximo minui. *In Declamat. poſt med. fol.* 312. *col.* 1. *lit. C.*

57. Ambitioſus cupidus laudis humanæ, adeptis dignitatum titulis, ſeu favoribus, nullum exindè capit omninò remedium, ſed deſiderio æſtuat ampliori. *Ibid. ante med. fol.* 310. *col.* 3. *lit. H.*

S. BONAVENT. 58. Quantùm aſcenderunt mali per ambitionem in mundo, tantùm deſcendent per damnationem in inferno. *Serm.* 4. *de Aſcenſ. in fine, pagin.* 125. *column.* 1. *tom.* 3.

59. Non eſt humilis cordis indicium, pretioſa affectare & excelſa ambire. *De ſex alis Seraphim. cap.* 26. *circa med. pag.* 89. *col.* 1. *lit. C. tom.* 7. *part.* 2.

60. Magna ſuperbia eſt, altum ambitione petere gradum: ad alta ſemper diabolus ſuadet, honores ambire, & fugere deſpectum. *In Alphabet. Religioſorum, lect.* 12. *pagin.* 529. *column.* 1. *lit. A. tom.* 7. *part.* 4.

S. CYPRIANUS. 61. Ambitionis ſalſugo, ita bibulam animam occupat, ut per fas & nefas ad loca ſuperiora ſe ingerat. *De Cardinalibus operibus Chriſti ad Cornelium Papam, cap.* 4. *prope finem, pag.* 446. *col.* 2. *tom.* 3.

62. Ad ſuaſionem diaboli, animam vanitati ſubjectam dejicit ambitio. *De jejunio & tentat. cap.* 5. *ante med. pag.* 464. *col.* 1. *tom.* 3.

63. Etiam in ſinu ſacerdotum ambitio dormit, ibi ſub umbra recubat, in ſecreto thalami ſe fraudulenter occultat. *Ibidem, cap.* 6. *propè med. pag.* 465. *col.* 2.

64. Per omnia officia, graduſque diſcurrit, & nihil intentatum ambitio prætermittit. *Ibidem, paulo poſt med. pag.* 465. *col.* 2.

S. EUCHERIUS LUGDUN. 65. Ad dignitatem promiſcuè cum bonis mali ambitione conſcendunt. *Profec.*

66. Non unius meriti viros unus honor ambit, dignoſque & indignos non jàm diſcernit dignitas, ſed confundit. *In Epiſt. Paranetica ad Valerianum, longè poſt init. apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 77. *col.* 2. *lit. H.*

GLOSS. ORD. 67. Ambitioſus quod non poteſt obtinere per potentiam, ſtudet habere per malitiam. *Sup.* 3. *Reg. cap.* 2. *col.* 684. *in fine, lit. F. Moraliter. tom.* 2.

S. GREG. MAG. 68. Quos ſuperbia inflat, ambitio perturbat. *Hom.* 11. *ſup. Evang. ante med. col.* 353. *lit. D. tom.* 2.

69. Sicut locus regiminis deſiderantibus negandus eſt, ita fugientibus offerendus eſt. *Lib.* 6. *in Regiſtro Indict.* 15. *cap.* 169. *Epiſt.* 5. *ad Cyriac. Epiſc. Conſtantinop. paulò poſt init. col.* 864. *lit. A. tom.* 2.

70. Sicut is, qui invitatus renuit, quæſitus refugit, eſt admovendus: ſic qui ultrò ambit, vel qui importunè ſe ingerit, eſt proculdubio repellendus. *Ibid. lib.* 7. *Indict.* 2. *cap.* 110. *Epiſt.* 110. *ad Syagrium Epiſc. poſt init. col.* 983. *lit. C.*

71. Qui nititur ad altiora aſcendere, quid agit niſi ut creſcendo decreſcat: & aſcendendo exteriùs, interiùs ad profunda deſcendat? *Ibidem.*

72. Qui honorem prælationis & dignitatem ambiant, innumeri ſunt: qui verò laborem miniſterii appetant, pauci. *Lib.* 4. *in* 1. *Reg. cap.* 5. *longè ante med. ſup. illud, Et accipies de manu eorum, col.* 1454. *D. tom.* 2.

73. Superbus potentiam quærit, non quò aliis proſit, ſed quò ipſe alteri ſubditus non ſit. *Lib.* 29. *Moral. cap.* 6. *ante med. col.* 969. *lit. B. tom.* 1.

74. Numerari culpæ nequeunt, quæ habendæ poteſtatis amore perpetrantur. *Ibid. lib.* 24. *cap.* 16. *in med. col.* 824. *lit. D.*

75. Cùm mens ſublimitatis culmen arripere ad elationem cogitat, quod foris appetit, intùs immutat. *In Paſtorali. part.* 1. *cap.* 8. *in fine. col.* 1233. *lit. B. tom.* 1.

76. Cùm ſupra modum ſublimitas ambitur, avaritia altitudinis eſt. *Hom.* 16. *ſup. Evang. ante med. col.* 372. *lit. C. tom.* 2.

77. Si recti libraminis examinatione penſetur, dùm improbè ad inanem gloriam locum feſtinat utilitatis quis arripere: eò ipſo magis, quòd honorem quærit, indignus eſt. *Lib.* 7. *in Regiſt. Ind.* 2. *cap.* 110. *Epiſt.* 110. *ad Syagrium Epiſcop. non longè ab init. col.* 983. *lit. C. tom.* 2.

78. Ambitioſorum finis, deſiderium eſt, fulciri divitiis, honoribus extolli, potentum hujus ſeculi familiaritatibus ſublimari. *Lib.* 6. *in* 5. *Reg. cap.* 3. *ante med. col.* 1613. *lit. D.*

S. HIERONYM. 79. Ipſa ambitio à quiete aliena eſt. *Epiſt.* 17. *ad Marcellam ante finem, pag.* 127. *lit. A. tom.* 1.

80. Quotieſcunque te vana ſeculi delectaverit ambitio, ad paradiſum mente tranſgredere. *Epiſt.* 22. *ad Euſtochium in calce, pag.* 150. *lit. C. tom.* 1.

81. Honorum cupido expleri neſcit. *Epiſt.* 1. *ad Demetriad. ante med. pag.* 17. *lit. B. tom.* 4.

HUGO A S. VICTORE. 82. Ambitioſus vult in dignitate potiùs præeſſe, quàm prodeſſe. *De quæſt. ſup. Ep.* 1. *ad Tim. quæſt.* 18. *pag.* 329. *lit. E. tom.* 1.

HUGO A S. VICTORE.

83. Quid ſumma affectas, cùm tu jaceas in imo? conſidera potiùs quid vires tuæ ferre valeant; aptiſſimè incedit, qui incedit ordinatè. *Profec.*

84. Quidam dùm magnum ſaltum facere volunt, in præcipitium incidunt. *Lib. 3. Didaſc. cap. 14. ante med. pag. 15. lit. C. tom. 3.*

85. Age miſer, ſequere ducem tuum: oculi tui ſublime videant, multiplica præbendas; hinc ad Archidiaconatum evola, ad Epiſcopatum aſpira: paulatim aſcendis, ſed non paulatim deſcendes, imò tanquàm fulgur impetu vehementi. *Sup. Geneſ. cap. 1. poſt med. fol. 2. col. 4. Moraliter. tom. 1.*

86. Qui honores ambiunt, à Chriſto recedunt. *Ibid. cap. 11. fol. 15. col. 3. Myſticè.*

HUGO CARD.

87. Multi laudant nomen potentiæ, qui appetunt dominationem. *Sup. Eccleſiaſticum, cap. 17. fol. 201. col. 4. Moraliter. tom. 3.*

88. Ambitio dignitatum ſub ſpecie juſtitiæ palliatur, ſanctitatemque ſimulat. *Sup. Iſay. cap. 58. fol. 139. col. 1. tom. 4.*

S. JOANNES CHRYSOST.

89. Multi ob inanem ambitionem multa auri talenta effundunt, ut aucupentur nominis alicujus celebritatem, quæ ſæpè non uſque ad veſperam durat. *Hom. 20. ſup. Geneſ. ante finem, col. 146. lit. D. & conſequent. tom. 1.*

90. Opus bonum deſiderare, bonum eſt: primatum autem honoris concupiſcere, vanitatis eſt. *Hom. 35. oper. imperf. in Matth. poſt med. col. 986. lit. A.*

91. Deſiderium primatus ex jactantia naſcitur cordis qui autem humilis eſt corde, & indigniorem ſe aliis arbitratur, nunquàm deſiderat ſuperior apparere. *Ibid. ut ante, lit. B.*

92. Primatus fugientem ſe deſiderat, deſiderantem ſe odit. *Ibidem.*

93. In dignitoſis, de ambitione honoris ſurgit invidia. *Ibid. Hom. 43. à med. col. 1049. lit. A.*

94. Grave quiddam eſt ambitio: grave inquam, & quæ animam perdere valeat ambientis. *Hom. 83. ſup. Joan. poſt med. col. 398. lit. B. tom. 3.*

95. Qui præſentibus rebus, & præcipuè magnis inhiat, is vilis eſt & abjecti animi. *Ibidem. Hom. 70. paulò ante med. col. 334. lit. A.*

96. Pecuniarum amor, ambitio dominandi & gloriæ, vincula ſunt & laquei. *Serm. 9. ſup. Epiſt. ad Epheſ. ante finem, col. 1014. lit. A. tom. 4.*

97. Nihil eſt quod Eccleſiam ita divellere queat, ſicut ambitio præſidendi. *Ibid. Serm. 11. in princ. Moral. col. 1026. lit. C.*

98. Anima quæ honoris tenetur appetitu, & gloriam ab hominibus quærit, non videbit regnum cælorum. *Hom. 2. ſup. Epiſt. ad Titum circa med. col. 1612. lit. B. tom. 4.*

99. Qui cum ambitione petit principatum, ſi malè ſui regiminis adminiſtraverit officium, hujuſmodi homo ſibi locum veniæ claudit. *Hom. 34. ſup. Epiſt. ad Philemon. circa med. col. 1874. lit. A. tom. 4.*

100. Nihil ſic in arrogantiam extollere conſuevit, ſicut officiorum ambitio. *Hom. 1. ad Popul. Antioch. non longè à med. col. 16. lit. D. tom. 5.*

101. Ambitio omnia ſubvertit. *Ibidem, Hom. 43. in princ. col. 312. lit. A.*

LACT. FIRM.

102. Ambire, ſimulare aliquid & prætendere, aliud agere videri, cùm aliud agat; præſtare ſe alteri fingere, quod ſibi præſtet; malitioſi, & aſtuti, & fallacis, & ſubdoli eſt. *Lib. 6. de vero cultu, cap. 12. ante medium, pagin. 259.*

103. Ambitio poſtquàm honores, quos voluit, adepta eſt, conſeneſcit. *Lib. 7. de Divino præmio, cap. 10. in princ. pag. 305.*

S. LEO I.

104. Ille verè erit magnus, qui fuerit totius ambitionis alienus. *Epiſt. 55. ad Pulcheriam Auguſtam in med. fol. 117. pag. 1.*

105. Ad honores mundi per ambitionem ſine ſuffragatione temporis, ſine merito laboris, indignum eſt perveniri. *Epiſt. 87. circa medium, fol. 139. pagin. 2.*

S. LEO I.

106. Notari ambitûs ſolent, quos probitatis documenta non adjuvant. *Ibidem.*

107. Ambitioſi totius humilitatis ignari, non ab infimis ſumere incrementum, ſed à ſummis volunt habere principium. *Ibidem.*

S. NILUS.

108. Quò progredi importuna longiùs poteſt ambitio, cùm ad fœdiſſimos quoſque uſus adhibeatur? *In libro Aſcetico ante finem, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 967. col. 2. lit. E.*

ORIGEN.

109. Omnis penitùs adeundi honoris Eccleſiaſtici abſcinderetur ambitio, ſi ſe judicandos potiùs, quàm ſe judicaturos hi qui præeſſe volunt populis, cogitarent. *Lib. 2. in cap. 2. Epiſt. ad Rom. poſt init. pag. 304. col. 1.*

S. PETRUS CHRYSOL.

110. Pauper cenſus, parvis incubans, perdit magna: & inhians temporalibus, deſerit ſempiterna. *Serm. 22. circa init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 677. col. 2. lit. F.*

S. PETRUS DAMIANUS.

111. Ambitioſi avaritiæ & elationis igne ſucceſſi, præeſſe inhiant, prodeſſe non curant. *Lib. 1. Epiſt. 2. ad Gregorium papam, circa init. pag. 2. col. 1. lit. B. tom. 1.*

112. A tramite virtutis aberrat, qui per luxuriantis concupiſcentiæ ambitum, caſtitatis eccleſiaſticæ munditiam fœdat. *Epiſt. 20. ad Cadaloum Antipapam, ante med. pag. 18. col. 1. lit. A.*

113. Væ his, qui reprehenſibiliter vivunt, & locum irreprehenſibiliter vivendi adhuc reprehenſibiliùs concupiſcunt. *Lib. 2. Epiſt. 1. ad Epiſc. Cardinales poſt med. pag. 25. col. 2. lit. C. tom. 1.*

114. Acutiora ſunt auri tela, quàm ferri, & validiùs mentem frangit honoris ambitio, quàm tormentum. *Serm. 66. de S. Columba poſt init. pag. 309. col. 1. lit. B. tom. 2.*

ROBERTUS BELLARM.

115. Omnis Ambitioſus eſt verſipellis: deſcendit, ut aſcendat: repit per humum, ut volet ſuper aërem: ſubjicit ſeipſum, ac ſervit, ut dominetur ac regnet. *Concione 38. de S. Jacobo. part. 1. circa med. pag. 303. col. 2.*

S. SIDONIUS.

116. Per fas nefaſque creſcere affectans, pecuniæ per avaritiam parcus eſt, per ambitum prodigus. *Lib. 1. Epiſt. 11. ad Montium, ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 995. col. 1. lit. B. edit. Coloniæ 1618.*

S. THOMAS AQUINAS.

117. Status pontificalis, non abſque vitio ambitionis deſideratur: & quem appetere, præſumptuoſum eſt. *Tom. 2. Opuſculor. Opuſc. de perfect. vitæ ſpirit. cap. 19. in princ. fol. 45. pag. 2.*

118. Religionis ſtatum aſſumere, laudabile eſt: ad Prælationis autem faſtigium anhelare, nimiæ præſumptionis eſt. *Ibid. circa med. fol. 46. pag. 2.*

119. Prælationis ſtatus, etſi perfectus ſit, tamen abſque vitio concupiſcentiæ appeti non poteſt. *Ibidem, in fine, fol. 47. pag. 1.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO.

110. Miſerrima omninò eſt ambitio, honorumque contentio. *Lib. 1. Offic. poſt med. col. 479. lit. F. tom. 4.*

PLATO.

121. Probro ſummo duci eſt, ambitioſum eſſe. *Tom. 2. Sizygia 4. lib. 1. de Republ. poſt med. pag. 347. lit. B.*

122. Qui de bonore non ſunt ſoliciti, non ſunt ambitioſi. *Ibidem.*

123. Civitatem in qus cives magiſtratus minimè ambiunt, optimè & ab omni ſeditione, & tumultu prorſus liberam incoli neceſſe eſt. *Ibid. lib. 7. ante med. pag. 520. lit. D.*

SENECA.

124. Ambitionis vitium ſingulos occupat. *Lib. 3. de Ira. cap. 2. circa med. pag. 433. tom. 1.*

125. Æquè ambitio non patitur quemquam in eadem menſura honorum conquieſcere. *Lib. 2. de Beneficiis, cap. 27. ante finem. pag. 405. tom. 2.*

126. Non tantùm ambitio inſtabilis eſt, verùm & cupiditas omnis, quia incipit ſemper à fine. *Epiſt. 73. ante med. pag. 671. tom. 2.*

127. Ambitus invida res eſt, vana, ventoſa, nullum-

que habet terminum: tàm ſolicita eſt, ne quem ante ſe videat, quàm ne ſe poſt aliun. *Epiſt.* 84. *ante finem, pag.* 718. *tom.* 2.

SENECA. 128. Nemo aliter quàm ambitioſus Romæ (id eſt in curiis) poteſt vivere. *Epiſt.* 50. *poſt init. pag.* 610. *tom.* 2.

SIXTUS PHILOSOPH. 129. Homo qui verè cognitionem Dei habet, non multa ambitione utitur. *Sent.* 412. *apud Bibl. Patr. tom* 3. *pag.* 67. *col.* 1. *D. edit. Colonia* 1618,

---

Amicitia in genere.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO, DIFFERENTIA, PRODUCTIO, Proprietas, Comparatio.

S. ISIDORUS HISPALENS. AMICUS dicitur quaſi animi cuſtos: per derivationem autem dictus eſt propriè Amicus ab Hamo, ideſt catena charitatis. *Lib.* 10. *Ethymol. verbo Amicus, pag.* 133 *colum.* 2.

DEFINITIO.

S. AMBROSIUS. Quid eſt amicus, niſi conſors amoris, ad quem animum tuum adjungas, atque applices: & ita miſceas, ut unum velis fieri ea duobus? *Lib.* 2. *Offic. cap.* 16. *à med. col.* 77. *C. tom.* 1.

S. ANTONIN. Amicitia vera, perfecta atque completa eſt, quæ fundatur in charitate Dei. *Part.* 4. *tit.* 5. *cap.* 2. §. 8. *circa med. fol.* 87. *col.* 3.

Amicitia eſt fida, inſolubiliſque conjunctio, quæ ſola virtutum parilitate fœderatur. *Ibidem, poſt med. fol.* 87. *col.* 4.

S. ANTONIUS DE PADUA. Amicitia eſt voluntas inter aliquos rerum bonarum, illius qui diligit, cùm ejus qui diligitur pari voluntate conſenſus, & mutuus affectus. *Ser. Dom.* 9. *poſt Trin. poſt med fol.* 249. *pag.* 2.

S. THOMAS AQUINAS. Amicitia, eſt amor mutuæ benevolentiæ, fundatus ſuper aliqoam communicationem. *Secunda ſecund. quæſt.* 23. *art.* 1. *in corp. pag.* 41. *col.* 2.

S. ISIDORUS HISPALEN. Amicitia eſt animorum ſocietas. *Lib.* 3. *de ſum. bono. cap.* 28. *ſent.* 2. *pag.* 677. *col.* 1.

CICERO. Amicitia eſt divinarum humanarumque rerum cum benevolentia & charitate conſenſio. *De Amic. poſt init. col.* 563. *D. tom.* 4.

Amicicia eſt voluntas erga aliqoem, rerum bonarum ipſius cauſa, quem diligit, cum ejus pari voluntate. *Lib.* 2. *de Invent. Rhet. poſt med. colum.* 148. *lit. G. tom.* 1.

PLATO. Amicitia eſt concordia de honeſtis & juſtis, propoſitum ejuſdem vitæ, conſenſio de propoſito & actiooe, conſenſio circa vitæ ſocietatem cum benevolentia. *Tom.* 3. *Suzygia* 6. *de Defin. ante med. pag.* 413. *A. & B.*

DIVISIO.

S. BONAVENT. Amicitiarum genera, communiter loquendo, ſunt tria: eſt enim amicitia malorum cum malis: eſt amicitia bonorum cum bonis, & eſt amicitia bonorum cum malis. *Profec.*

Prima amicitia eſt ſimpliciter mala, ſecunda eſt ſimpliciter bona, tertia poteſt eſſe bona, poteſt & eſſe mala. *Serm.* 10. *in princ. pag.* 308. *col.* 2.

CLEM. ALEX. Triplex eſt genus amicitiæ. Primum (idque optimum ac præſtantiſſimum) eſt, id quod eſt ex virtute: ſecundum, ex remuneratione: tertium, ex conſuetudine. *Libr.* 2. *Stromat. longè poſt med. fol.* 84. *pagina* 1. *lit. C.*

S. THOMAS AQUINAS. Quatuor ſunt genera amicorum præcipuorum; ſcilicet amici fortunæ, amici menſæ, amici fidei, & amici ſervitii. *Profec.*

Primi, fortuna recedente, profugiunt: ſecundi, mensa ceſſante, evaneſcunt: tertii, perdurant perpetuò: ultimi perdurant, ſervitio durante. *Tom.* 1. *Opuſcul. opuſc. de diverſit. homin. in med. fol.* 107. *pag.* 1.

DIFFERENTIA.

Amare & amicum eſſe, diſſimilia ſunt: qui amicus eſt, amat; qui amat, non utique amicus eſt. *Profec.* SENECA.

Itaque amicitia ſemper prodeſt, amor etiam aliquando nocet. *Epiſt.* 35. *in princ. pag.* 587. *tom.* 2.

PRODUCTIO.

Fons & origo amicitiæ, amor eſt: nam amor ſine amicitia eſſe poteſt: amicitia, ſine amore nunquàm. *De Amicit. cap.* 10. *in med. pag.* 778. *C. tom.* 4. S. AUGUSTINUS.

Amicitia ex quodam uſu diligendi cum electione rei (quæ diligenda eſt) & deliberatione procedit. *De Amicit. cap.* 1. *circa med. apud Biblioth. Patrum, tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 968. *col.* 1. *lit. D. edit Colonia* 1618. PETRUS BLESENS.

Fons ſanè & origo amicitiæ, amor eſt, & quaſi genus ad ſpeciem. *Prof.*

Cùm amor ſæpè ſine amicitia ſit, amicitia verò nunquàm ſine amore conſiſtit. *Ib. cap.* 4. *in med. pag.* 969. *colum.* 1. *C.*

Quatuor ſunt quæ amicitiam generant: ſcilicet beneficium, familiaritas, ſimilitudo, facundia, ſive affabilitas. *Tom.* 1. *Opuſc. opuſc. de ſcientiis moribus circa med. fol.* 110. *pag.* 2. S. THOMAS AQUINAS.

PROPRIETAS.

Ea eſt lex amicitiæ, & conditio charitatis, ut amici in mutuis neceſſitatibus ſuos interiores affectus, exteriori operum proſequantur effectu. *Epiſt.* 32. *ad Priorem Cantuarienſem, in princ. apud Biblioth. Patrum, tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 729. *colum.* 1. *lit. B. edit. Colonia* 1618. PETR. BLES.

Veræ amicitiæ eſt, non ſolùm falſa amici ſuſcipere, ſed & inſulſa, aut condire, aut tolerare. *Lib.* 6. *Ep.* 3. *ad S. Bernard. in princ. apud Bibl. Patrum, tom.* 3. *pag.* 120. *col.* 1. *lit. C. edit Colonia* 1618. PETRUS MAURIT. ABB. CLUN.

COMPARATIO.

Sicut habere amicos veros, & eſſe cum eis, eſt quaſi quid beatum: ita eſſe ſine amicitia, eſt quid miſerum. *Part.* 4. *titul.* 5. *cap.* 20. §. 2. *in princ. fol.* 84. *colum.* 4. S. ANTONIN.

Sicut hirundines æſtivo tempore præſtò ſunt, frigore pulſæ recedunt: ita falſi amici ſereno vitæ tempore præſtò ſunt, ſimulatque hyemem fortunæ viderint, devolant omnea. *Lib.* 4. *de Arte Rhetor. ad Herennium, poſt med. col.* 70. *D. E. tom.* 1. CICERO.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Ea amicitia probabilis eſt, quæ honeſtatem tuetur: præferenda ſanè opibus, honoribus, poteſtatibus: honeſtati verò præferri non ſolet, ſed honeſtatem ſequi. *Lib.* 3. *Offic. cap.* 15. *à med. col.* 76. *lit. C. tom.* 1. S. AMBROS.

2. Aperi pectus tuum amico, ut fidelis ſit ſibi, & capias ex eo vitæ tuæ jucunditatem. *Ibidem, cap.* 16: *poſt init. col.* 76. *D.*

3. Defer amico ut æquali, nec te pudeat, ut prævenias amicum officio; amicitia enim ſuperbiam neſcit. *Profec.*

4. Nam ſi amici ſecundæ res amicos adjuvant, cur non & in adverſis amici rebus amicorum adjumentum ſuppetat? *Ibidem, ante med colum* 77. *A.*

5. Si neceſſe eſt, toleremus pro amico, etiam aſpera. *Ibidem.*

6. In adverſis amicus probatur, nam in proſperis amici non videntur. *Profec.*

7. Sicut in adverſis amici patientia, & tolerantia neceſſaria eſt: ſic in proſperis, authoritas congrua. *Ibidem.*

8. Solatium vitæ hujus eſt, habere cui pectus aperias tuum, cum quo arcana participes, cui committas ſecretum cordis. *Prof.*

S. AMBROS. 9. Ut colloces tibi fidelem virum, qui in proſperis gratuletur tibi: in triſtibus compatiatur, in perſecutionibus adhortetur. *Ibidem ante med. col. 77. B.*

10. Hic eſt amicitiæ effectus, non ut fides propter amicitiam deſeratur, ſed ſtabiliatur. *Ibid. in med. col. 77. B.*

11. Non poteſt homini amicus eſſe, qui Deo fuerit infidus. *Ibid. in med. col. 77. C.*

12. Pietatis cuſtos amicitia eſt, & æqualitatis magiſtra, ut ſuperior inferiori ſe exhibeat æqualem, inferior ſuperiori. *Profec.*

13. Inter diſpares enim mores non poteſt eſſe amicitia; & ideò convenire ſibi utriuſque debet gratia. *Ibidem.*

14. Sicut adulationis fugitans amicitia debet eſſe, ita etiam inſolentiæ aliena. *Ibid. in med col. 77. C.*

15. Non vectigalis amicitia eſt, ſed plena decoris, plena gratiæ. *Profec.*

16. Virtus eſt enim amicitia, non quæſtus: quia non pecunia quæritur, ſed gratia: nec licitatione pretiorum, ſed concertatione benevolentiæ. *Ibidem ut ante.*

17. Meliores amicitiæ plerumque ſunt inopum, quàm divitum: & frequenter divites ſine amicis ſunt, quibus abundant pauperes. *Ibid. poſt med. col. 77. D.*

18. Non eſt vera amicitia, ubi eſt fallax adulatio. Divitibus itaque plerique aſſentatoriè gratificantur, erga verò pauperem nemo aſſentator eſt. *Ibidem.*

19. Verum eſt quidquid defertur pauperi, hujus amicitia invidia vacat. *Ibidem.*

20. Qui eſt unanimis, ipſe amicus eſt: quia unitas animorum in amicis eſt; neque quiſquam deteſtabilior eſt, quàm qui amicitiam læſerit. *Ibid. ante finem, col. 78. A.*

21. Inimicus vitari poteſt, amicus non poteſt, ſi inſidiari velit. *Profec.*

22. Illum cavemus, cui non committimus conſilia noſtra: hunc cavere non poſſumus, cui commiſimus. *Ibidem.*

S. ANSELMUS. 23. Nullus ſic cognoſcit amici veri conſcientiam ſicut ille, qui verè gerit amicitiam. *Ep. 9. ad Falconem Epiſc. Belvacenſ. paulò poſt init. lit. A.*

24. Perfecta amicitia eſt, quæ in inimicitiam converti non poteſt. *De ſimilit. cap. 61.*

S. ANTONINUS. 25. Amicitia perfectæ charitatis, propter diſtantiam locorum non ſolvitur. *Part 4. titul. 5. cap. 20. §. 3. poſt med. fol 85. col. 3.*

26. Ille eſt verus amicus, qui vult, & operatur bona exiſtentia, vel apparentia amico ſuo, non propter ſeipſum, ſed gratia amici ſui. *Ibid. §. 8. in princ. fol. 87. col. 2.*

S. ANTONIUS. ABBAS. 27. Corporum noſtrorum amicitia in inſubſtantia, & inconſtantia eſt, quæ movetur ſæpè ab extraneis ventis. *Ep. 7. ad fratres in princ. apud Bibl. Patr. tom. 4 pag. 30 col. 2. lit. F. Edit. Coloniæ 1618.*

S. ASTERIUS. 28 Pura ac ſincera amicitia, humanitatis officia non vendit, gratis præſtat, & citra mercedem. *Hom. in feſtum kalendarum poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 4. p. 705. col. 2. lit. F.*

S. AUGUSTIN. 29. Deus lumen cordis mei; amicitia hujus mundi fornicatio eſt abs te. *Lib. 1. Confeſſ. cap. 13. pag. 51. A.*

30. Amicitia hominum charo nodo dulcis eſt propter unitatem de multis animis. *Lib. 2. Confeſſ. cap. 5. in med. pag. 56. C. tom. 1.*

31. O nimis inimica amicitia, ſeductio mentis inveſtigabilis: cùm dicitur, Eamus, faciamus, & pudet non eſſe impudentem. *Ibid. cap. 9. in fine pag. 58. C.*

32. Amicitia non eſt vera, niſi cùm eam tu agglutinas inter cohærentes tibi charitate. *Lib. 4. Confeſſ. cap. 4. in princ. pag. 66. C. tom 1.*

33. Miſer eſt omnis animus vinctus amicitia rerum mortalium, & dilaniatur cùm eas amittit; & tunc ſentit miſeriam, quâ miſer eſt, & antequàm amittat eas. *Ibid. cap. 6. in princ. pag. 67. A.*

34. Benè quidam dixit de amico ſuo; dimidium animæ meæ. *Ibid. in fine pag. 67. A.* S. AUGUSTIN.

35. Hoc quod diligitur in amicis, ſic diligitur, ut rea ſit ſibi humana conſcientia, ſi non amaverit redamantem: aut ſi amantem non redamaverit, nihil quærens ex ejus corpore præter indicia benevolentiæ. *Ibid. cap. 9. in princ. pag. 68. C.*

36. Solus nullum charum amittit, cui omnes in illo chari ſunt, qui non amittitur. *Ibid. ſub fin. pag. 68. C.*

37. Sicut amici adulantes pervertunt, ſic inimici litigantes plerumque corrigunt. *Lib. 9. Confeſſ. cap. 8. in fine pag. 111. D. tom. 1.*

38. Familiariſſimus amicus, non ſolùm de probabilitate humanæ vitæ; verùm etiam de ipſa Religione concordat cum amico; quod eſt veri amici manifeſtiſſimum indicium. *Lib. 3 contra Academicos cap. 8. in fine, pag. 309. B. tom. 1.*

39. Amici quid aliud quàm unum eſſe conantur? & quantò magis unum, tantò magis amici ſunt. *Lib. 2. de Ordine cap. 18. ſub finem pag. 345. lit. B. tom. 1.*

40. Amici hujus mundi tàm timent ab ejus amplexibus ſeparari, ut nihil eis ſit laborioſius, quàm non laborare. *De vera Relig. cap. 35. in fine pag. 506. D. tom. 1.*

41. Neſcio utrùm Chriſtianæ amicitiæ putandæ ſint, in quibus magis valet vulgare privilegium (obſequium amicos, veritas odium parit) quàm Eccleſiaſticum: fideliora ſunt vulnera amici, quàm voluntaria oſcula inimici. *Ep. 16. ad Hieronym. ante fin. pag. 52. C. tom 2.*

42. O infida in voluntatibus amicorum ſcientia præſentium, ubi nulla eſt præſcientia futurorum! *Ep. 15. ad Hieronym. in med. pag. 41. A. tom. 2.*

43. Ex amico intimo factus inimicus, quærat ſibi potiùs quod fingat aſtutus, non inveniat quod prodat iratus. *Ibid. in fine pag. 42. C.*

44. Nemo poteſt veraciter amicus eſſe hominis, niſi fuerit ipſius primitùs veritatis: quod ſi gratis non fiat, nullo fieri pacto poteſt. *Ep. 52. ad Macedon. in princ. pag. 150 C. tom. 2.*

45. Vera amicitia non penſanda eſt temporalibus commodis, ſed gratuito amore potienda. *Ibidem.*

46. In quibuſlibet rebus humanis, nihil eſt homini amicum ſine homine amico. *Ep. 121. ad Probam. cap. 2. ante med. pag. 398. C. tom. 2.*

47. Non omnis qui parcit, amicus eſt: nec omnis qui verberat, inimicus: meliora enim ſunt vulnera amici, quam voluntaria oſcula inimici. *Ep. 48. ad Vincentium poſt init. pag. 108. D. tom 2.*

48. Nihil ſic probat amicum, quemadmodum oneris amici portatio. *De 83. quæſt. quæſt. 71. poſt init. p. 419. B. tom. 4.*

49. Nullius repudianda eſt amicitia ſeſe ingerentis ad amicitiam copulandam; non ut ſtatim recipiatur, ſed ut recipiendus optetur, atque ita tractetur ut recipi poſſit. *Ibid. poſt med. pag. 420. D.*

50. Illum receptum in amicitiam poſſumus dicere, cui omnia conſilia noſtra refundere audeamus. *Ibidem.*

51. Non erit quiſquam ex amicis certiſſimis felix, niſi fuerit adverſis rebus infelix: ut videlicet alterius amore non fruatur, niſi ſuo dolore vel timore crucietur. *De fide rerum inviſibil. cap. 1. in fine pag. 696. C. tom. 4.*

52. Ut amicorum probetur erga nos charitas, videtur noſtra optanda calamitas. *Ibidem.*

53. Vera amicitia quantò honeſtior eſt, tantò eſt & ſecurior: quantò caſtior, tantò jucundior: quantò liberior, tantò felicior. *De Amicit. cap. 2. in fine pag. 775. A. tom. 4.*

54. Amicitia carnalis, nec deliberatione ſuſcipitur, nec judicio probatur, nec regitur ratione; non modum ſervat, non honeſta procurat, non commoda incommodans proſpicit, ſed ad omnia inconſideratè, indiſcretè, leviter immoderatéque progreditur. *Ibid. cap. 3. paulò ante med. pag. 775. B.*

56. Ubi

S. AUGUSTIN.

56. Ubi vera amcitia eſt, ibi idem velle, & idem nolle: tantò dulcius, quantò ſincerius: tantò ſuavius, quantò ſacratiùs. *Profec.*

57. Hanc amicitiam prudentia dirigit, juſtitia regit, fortitudo cuſtodit, temperantia moderatur. *Ibidem, in fine, pag.* 775. *B.*

58. In rebus humanis nihil ſanctiùs appetitur, nihil quæritur utiliùs, nihil difficiliùs invenitur, nihil experitur dulciùs, nihil fructuoſiùs tenetur, verâ amicitiâ. *Ibidem, cap. 5. in princ. pag.* 776. *C.*

59. Solus omninò eſt, qui ſine amico eſt. *Ibid.*

60. Non eſt validior, vel efficacior vulneribus noſtris medicina, quàm habere, qui omni incommodo occurrat compatiens, omni commodo occurrat congratulans. *Ibid. ante med. pag.* 776. *C.*

61. Amicitia eſt
- Divitibus, pro eleemoſina.
- Exulibus, pro patria.
- Pauperibus, pro cenſu.
- Ægrotis, pro medicina.
- Mortuis, pro vita.
- Sanis, pro gratia.
- Imbecillibus, pro virtute.
- Robuſtis, pro præmio. *De Amicitia, cap. 5. poſt med. pag.* 776. *lit. D. tom.* 4.

62. Fœdus eſt amor, nec amicitiæ dignus, quo tempore aliquid ab amico exigitur. *Ibidem, cap. 7. poſt med. pag.* 777. *A.*

63. Tibi eligendus eſt in amicum, quem non iracundiæ furor inquietet, non inſtabilitas dividat, non conterat ſuſpicio, non verboſitas à debita gravitate diſſolvat. *Ibidem, cap. 15. in princip. pagin.* 779. *lit. B.*

64. Diſſuendæ ſunt amicitiæ, non rumpendæ. *Ibid. in fine, pag.* 779. *lit. B.*

65. Nihil in amicitia fide præſtantius, quæ ipſius nutrix videtur & cuſtos. *Ibid. cap. 19. in princ. pag.* 780. *lit. C.*

66. Fidelis propriè amicus, nihil in amico (quod extra ejus animum ſit) intuetur. *Ibidem, prope med. pag.* 780. *lit. C.*

67. Fides amici in proſperis latet, ſed eminet in adverſis. *Ibidem, in med. pag.* 780. *C.*

68. Amici divitis multi; ſed utrùm veri ſint, interveniens adverſitas probat. *Ibidem, poſt med. pag.* 780. *lit. C.*

69. Detrahere amico, venenum amicitiæ eſt. *Ibid. cap. 13. in fine, pag.* 779. *A.*

70. Amicitia non debet eſſe mercenaria, ſed gratuita. *Ibid. cap. 20. poſt med. pag.* 780. *D.*

71. Circa illum, quem in amicum eligis, probanda eſt diſcretio. *Ibid. cap. 21. circa med. pag.* 780. *D.*

72. Si quis amicus ſine diſcretione fuerit, ſicut navis ſine gubernaculo, pro impetu ſpei inſtabili motu ſemper feretur. *Ibidem, in fine, pag.* 780. *D.*

73. Nihil occultat amicus, ſi verus eſt. *Ibid. cap. 23. in fine, pag.* 781. *A.*

74. Præ omnibus inter amicos, cavenda eſt ſuſpicio, quæ eſt amicitiæ venenum. *Ibid. cap. 24. poſt init. pag.* 781. *A.*

75. Nunquàm tuo te præferas amico; non enim amicitia rectè colitur à quibus æqualitas non ſervatur. *Ibidem, prope med. pag.* 781. *B.*

76. Perde, inquit Salomon, pecuniam propter amicum; ſi enim pecunia perdenda eſt propter amicum, multò magis amici utilitatibus, vel neceſſitatibus conferenda. *Ibid. cap. 25. in princ. pag.* 781. *B.*

77. Non eſt amicus, qui amico non ſubvenit. *Ibid. cap. 26. poſt med. pag.* 782. *C.*

78. Tolerabiliora ſunt amici vulnera, quàm adulantium oſcula. *Ibidem, cap. 27. in medio, pag.* 782. *lit. C.*

79. Sunt amici amicitia (quæ nec amicitia dicenda eſt) quam facit mala conſcientia. *Hom. 38. ex 50. Homiliis in princ. pag.* 354. *D. tom.* 10.

S. AUGUSTIN.

80. Conveniunt duo homines, ambulant ſecum triduo, & jàm nolunt à ſe recedere: eſt quædam amicitiæ dulcedo, ſed iſta amicitia conſuetudinis eſt, non rationis, habent illam & pecora. *Ibid.*

81. Illam legem amicitiæ juſtiſſimam eſſe arbitror, qua præſcribitur, ut non minùs, ita nec plùs quiſque amicum, quàm ſeipſum diligat. *Lib. 1. Soliloq. cap. 3. prope finem pag.* 361. *A. tom.* 1.

82. Fundamentum amicitiæ, Dei amor eſt, ad quem omnia, quæ vel amor ſuggerit, vel affectus cujuſlibet amici, referenda ſunt. *De Amicit. cap. 11. in princ. pag.* 778. *C. tom.* 4.

83. Non deſerit amicum, qui benè optat inimico. *In præfat. Pſ. 31. circa med. pag.* 126. *C. tom.* 8.

84. Agnus, & ovis, & Paſtor, inter ſe amica ſunt. *Tract. 46. in cap. 10. Joan. ante med. pagin.* 231. *lit. A. tom.* 9.

85. Inſipiens valdè eſt, & inexpertus, qui amicitias mulierum procurat. *Ser. 37. ad fratr. in Eremo poſt med. pag.* 966. *D. tom.* 10.

V. BEDA.

86. Amicum res ſecundæ parant, adverſæ probant. *Tom. 2. in ſuis proverb. verbo Amicum pag.* 186.

S. BERNARD.

87. Inter amicos contra veritatem, nulla debet eſſe meticuloſa palpatio. *Ep. 35. ad Magiſtr. Hugonem, prope finem, fol.* 214. *col.* 2. *D.*

88. Occaſio nunquàm deerit ei, qui vult recedere ab amico. *Ep. 126. ad Epiſcopos Aquitaniæ ante fin. fol.* 238. *col.* 1. *B.*

89. Amicus in neceſſitate probatur. *Ep. 125. prope init. fol.* 236. *col.* 4. *M.*

90. Veræ erunt amicitiæ, ſi veritatis fuerint fœderatæ conſortio. *Ep. 78. ad Suggerium Abb. S. Dionyſii, in fin. fol.* 226. *col.* 4. *L.*

91. Etſi facie ignotus nobis, etſi corpore remotus à nobis, amicus tamen es; & amicitia notum jàm nobis & præſentem te facit. *Ep. 103. ad quendam, in princ. fol.* 231. *col.* 4. *L.*

92. Amicitia pauperum, Regum amicos conſtituit: amor paupertatis, Reges: regnum denique cœlorum pauperum eſt, & eſt regiæ poteſtatis beare pro voluntate amicos. *Ibid. ante med. fol.* 231. *col.* 4. *M.*

93. Felix amicorum ſocietas, & amicitia, quâ nihil eſt in rebus humanis pulchrius. *De ordine vitæ, ante med. fol.* 335. *col.* 3. *G.*

94. Vera amicitia nulla occaſione excluditur, nullo tempore deletur: ſed ubicunque ſe verterit tempus, illa firma perſiſtit. *Serm. 13. ad ſororem, ante fin. in 2. volum. fol.* 84. *col.* 4. *k.*

95. Habet vera amicitia nonnunquàm objurgationem, adulationem nunquàm. *Ep. 242. ad Romanos, ante fin. fol.* 259. *col.* 3 *I.*

96. Tene quòd major eſt amicus, qui ſua tribuit, quàm qui ſeipſum offert. *In Ep. de cura & regimine rei familiaris, in med. fol.* 371. *col* 2. *E. in 2. volum.*

97. De verbis eſt magna copia amicorum. *Ibid.*

98. Amicum non reputes, qui te præſentem laudat. *Ibid.* &c.

99. Si conſulis amico, non cures placere ei, ſed rationi. *Ibidem.*

BOETIUS.

100. Pretioſiſſimum genus divitiarum eſt, amicos inveniſſe. *Lib. 2. de Conſol. Philoſ. Proſa 8. in in calce pag.* 85.

101. Amicorum quod ſanctiſſimum quidem genus eſt, non in fortuna, ſed in virtute numeratur. *Ibid. lib. 3. Proſa 2. circa med. pag.* 92.

102. Non præſidio ſunt amici, quos non virtus, ſed fortuna conciliat. *Ibid. Proſa 5. in calce pag.* 107.

103. Quem felicitas amicum fecit, infortunium faciet inimicum. *Ibidem.*

S. BONAVENT.

104. Hodie proh dolor! nulli ſunt amici perſonæ, ſed multi ſunt amici fortunæ. *Serm. 2. de S. Thoma poſt med pag.* 228. *col.* 1. *tom.* 3.

105. Nihil in hac vita dulcius, nihil ſuavius, nihil

Digitized by Google

nihil fructuoſius amicitia bona, nihilque amicitia mala pejus, nihilque damnoſius: ſi tamen amicitia mala, amicitia eſt. *Ser.* 10. *in princ. pag.* 308 *colum.* 2. *tom.* 3.

S. BONAVENT.

106. Amicitia perverſorum eſt arcenda, dùm incipit; ne fortè non poſſit arceri, dùm robur excreverit. *Ibidem, ante med. pag.* 309. *col.* 1.

107. Funiculus triplex difficilè rumpitur, eo quòd trium amicitia ſit firmiſſima, dùm etiam perfecto numero ſit conjuncta. *Ibidem, in med. pag.* 309. *col.* 1.

108. Non credas unquàm amicum tibi fuiſſe, quem videris tibi in adverſitatibus defeciſſe. *Ibidem, circa med. pag.* 309. *col.* 2.

109. Amicus ſimulator, non amicum, ſed dona ſua diligit. *Ibidem.*

110. Malus amicus eſt, qui in vita exiſtit, & in morte deficit. *Serm.* 1. *de uno Martyr. & in ord.* 13. *poſt med. pag.* 314. *col.* 1. *tom.* 3.

S. CLEM. PAP.

111. Amici veri ſemper ſimul ſunt, & licèt corporibus ſeparentur, memoria tamen junguntur. *Lib.* 7. *recognit. paulòpoſt init. fol.* 112. *pag.* 2.

CLEM. ALEX.

112 Inimicum facilius eſt cavere, quàm amicum. *Lib.* 6. *Stromat. longe poſt init. fol.* 128. *pag.* 2. *E.*

S. CYPRIANUS.

113. Quos arctiſſima jungit amicitia, propter ſummum animorum conſenſum, unus animus eſſe dicuntur. *De duplici Martyrio cap.* 3. *ante med. pag.* 583. *col.* 1. *tom.* 3.

DIONYSIUS CARTHUS.

114. O infelix amicitia, quæ illum quem diligit, tacendo & defendendo diabolo tradit: illum verò cui irata eſt reprehendendo, à diabolo abſtrahit. *Sup. Apocalypſ. cap.* 2. *art.* 3. *poſt init. fol.* 104. *C.*

FRANCISCUS TITALM.

115. Quantò gravior eſt querimonia amici patientis, tantò efficacior requiritur conſolatio amici compatientis. *In Annot. ſup. cap.* 3. *Job. ante med. fol.* 44. *pag.* 1.

116. Libertatem amicum alloquendi, & fiduciam amicitia ſuggerit. *Ibidem, paulò poſt med. fol.* 46. *pag.* 1. *Proſec.*

117. Maximè verò tunc amici fertur libertas, cùm in gravi dolore ab amico laborare cernitur.

GILLEBERTUS PORRETANUS.

118. Chariſſimus eſt, qui charitate pleniſſimus eſt. *Serm.* 41 *ſup Cant. ante fin. inter opera D. Bernardi, in* 2. *volum. fol.* 38. *col.* 1. *B.*

S. GREGOR. MAGN.

119. Nec proſperitas amicum indicat, nec adverſitas inimicum celat: ille ſæpè proſperitatis reverentia tegitur, & iste ex confidentia adverſitatis aperitur. *Lib.* 7. *Moral. cap.* 10. *ante med. col.* 222. *A. tom.* 1.

120. Amicus veritatis eſt, rectæ amor actionis. *Libr.* 27. *Moral. cap.* 8. *in princ. col.* 907. *B. tom.* 1.

121. Amicus, animæ cuſtos dicitur. *Ibidem, ut ante lit. C.*

122. Amicorum amiſſio tantò debet tolerabiliùs mentem contriſtare, quantò amiſſuros illos conditio mortalitatis expoſcit. *Lib.* 1. *in regiſtr. indict.* 9. *cap.* 11. *Ep.* 11. *ad Clementinam patriciam tom.* 2.

123. Amicorum abſentia, quamvis à carnalibus oculis longè ſit, mentis tamen aſpectibus nunquàm deeſt. *Ibid. lib.* 3. *Indict.* 12. *cap.* 38. *Ep.* 38. *ad Marcellum ſcholaſtic. in princ. col.* 770. *D. tom.* 2.

124. Cum amicis omnia tractanda ſunt, priùs de ſcipſis. *Ibid. lib.* 1. *indict.* 9. *cap.* 33. *Ep.* 33. *ad Venantium Cancellar. ante finem, col.* 662. *B.*

125. Amici, quem videre non licet, bona amicum paſcit opinio. *Ib. lib.* 7. *indict.* 1. *cap.* 34. *Ep.* 34. *ad Leontium exconſulem in med. col.* 921. *D.*

S. GREG. NAZ.

126. Amico fideli nil pretioſius exiſtit, nec pulchritudo ejus expendi poteſt. *Proſec.*

127. Amicus fidelis protectio fortis eſt, & munitio regia.

128. Amicus fidelis, theſaurus eſt animatus.

129. Amicus fidelis, longè aurum & lapides exſuperat pretioſos.

130. Amicus fidelis, hortus eſt concluſus, fons ſignatus, in tempore apertus & concluſus.

131. Amicus fidelis, pectus eſt refrigerii. *Orat.* 2. *in præſentia S. Baſilii, in princ. pag.* 28.

S. GREGOR. TAUMATURG.

132. Graviſſima eſt calamitas homini adverſa fortuna utenti, carere amico, qui jacentem luctuque afflictum excitet ac recreet. *Sup. Eccleſiaſten cap.* 4. *ſtatim a med. apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pag.* 52. *colum.* 2. *lit. G.*

S. HIERON.

133. Eadem velle, & eadem nolle, ea demùm firma amicitia eſt. *Tom.* 1. *Ep.* 8. *ad Demetriad. poſt med. pag.* 68. *lit. C.*

134. Nihil omninò amico poſcenti dare, amicitiæ diſſimulatio eſt. *Ep.* 12. *ad Gaudentium, in fine, pag.* 101. *A. tom.* 1.

135. In amicia non res quæritur, ſed voluntas: : quia ab inimicis ſæpè præbetur, alterum ſola charitas tribuit. *Ep.* 33. *ad Caſtrucium, in princ. pag.* 204. *lit. D. tom.* 1.

136. Amicitia, quæ deſinere poteſt, vera nunquàm fuit. *Ep.* 41. *ad Ruſin. in fine pag.* 125. *A. tom.* 1.

137. Vera amicitia quod ſentit, diſſimulare non debet. *Ep.* 20. *ad Ruſin. in princ. pag.* 195. *B. tom.* 2.

138. Levius eſt profeſſum inimicum cavere, quàm hoſtem latentem ſub amici nomine ſuſtinere. *Ep.* 21. *ad Pammach. & Marcellin. lib.* 2. *in fin. pag.* 228. *D. tom.* 2.

139. Quæ eſt major inimicitia, quàm amicitias neceſſitate ſociare? *Lib.* 2. *Dialog. adverſus Pelagianos ante med. pag.* 285. *A. tom.* 2.

140. Vera illa neceſſitudo eſt, & Chriſti glutino copulata, quam non utilitas rei familiaris, non præſentia tantùm corporum, non ſubdola & palpans adulatio; ſed Dei timor, & divinarum ſcripturarum ſtudia conciliant. *Ep.* 1. *ad Paulin. in princ. pag.* 5. *A. tom.* 3.

141. Vera amicitia nullo livore comitata in quanto augetur numero, tantò creſcit & robore. *In Regula Monach. cap.* 28. *poſt med. pag.* 294. *C. tom.* 4.

142. Verus amicus & fidelis, protectio eſt fortis, medicamentum vitæ, & immortalitatis. *Lib.* 1. *in Lament. Hierem. cap.* 1. *ſup. illud, Vocavi amicos, pag.* 356. *D. to.* 5.

143 Sunt qui dicuntur amici, ſed magis oſtenduntur inimici, quia ingrediuntur ad inimicitiam, odium & rixam, & convivia denudant: convivæ fiunt & ſocii menſæ, ſed non permanent in die neceſſitatis. *Ibidem ut ante.*

144. Qui propter aliquid eſt amicus, non tàm amicus ejus eſt, quem amare ſe ſimulat (ab amore quippè amicus dicitur) quàm ejus rei quam diligit. *Lib.* 2. *ſup. Michæam, cap.* 7. *pag.* 161. *B. tom.* 6.

145. Interrogatus quidam quid eſſet amicus, reſpondit: Alter ego. *Ibid ut ante C.*

146. Nunc inter amicos rara fides eſt, cùm aliud in labiis, aliud in corde verſatur: venenum animi, linguæ mella tegunt. *Ibidem.*

147. Amici divitum multi: à pauperibus autem, qui videntur eſſe, diſcedunt. *Ibidem.*

148. Amicus diù quæritur, vix invenitur, difficilè ſervatur. *Ibidem, ut ante, D.*

149. Amicitia pares aut accipit, aut facit: ubi inæqualitas eſt, & alterius eminentia, alterius ſubjectio: ibi non tàm amicitia, quàm adulatio eſt. *Ibidem, ut antè lit. D.*

150. Sit amicus eadem anima. *Ibid. ut antè, D.*

151. Nolite credere amicis, ideſt, his hominibus, qui de amicitiis ſectantur lucra: ſi vis vera amicitia delectari, eſto amicus Dei. *Ibid. ut antè* D.

152. Delicata eſt amicitia quæ amicorum felicitates & divitias ſequitur: iſtiuſmodi homines non ſunt amici, ſed ſcipſos diligunt. *Ibid. ut ante. D.*

153. Si quis voluerit tuis miſceri amicitiis, & hunc videris prioris amici pandentem ſecreta, hunc veluti perfidum cave. *Lib.* 2. *Proverb. cap.* 20. *ſup. illud, Et qui revelat myſteria, pag.* 38. *B. tom.* 7.

154. Obſequio putavit Poëta amicos fieri; veritate dempta non tàm obſequium eſt, quàm adulatio: & aſſentationem iſtam clandeſtinas magis inimicitias, quàm amicitias dici debere, perſpicuum eſt. *Lib.* 2. *ſup. Ep. ad Galat. cap.* 4. *in illud, Inimicus vobis factus ſum, pag.* 182. *D. tom.* 9.

Digitized by Google

HUGO A S. VICTORE. 155. Verus amicus ſemper diligit, non in proſperitate tantùm, ſed etiam in adverſitate: ſi amicus fuiſti in proſperitate, dilige in adverſitate. *De Sacram. lib. 2. Part. 13. cap. 11. poſt med. pag. 491. G. H. tom. 3.*

156. Non eſt verus amicus (etiam quando amicus eſſe videtur) qui ſecundùm tempus nutat, & in utramque partem poſt fortunam movetur. *Ibidem, ut antè lit. H.*

157. Verus amicus eſt, qui hominem amat, non pecuniam: amicum, non lucrum. *Profec.*

158. Qui enim propter ſolam pecuniam amicum amat, quamdiù pecunia abundat, amat: quamdiù deficit, dilectio deficit. *Ibidem, ut antè lit. H.*

HUGO CARD. 159. Verè amici fortunæ ſunt, qui cum proſperitate veniunt, & ea recedente recedunt. *Sup. Job, cap. 6. in illud, Neceſſarii mei receſſerunt à me, fol. 405. col. 2. tom. 1.*

160. Inops eſt, qui ſine ope amicorum eſt. *Sup. Pſ. 11. fol. 23. col. 3. tom. 2.*

161. Amicus non eſt, qui particeps omnis fortunæ non eſt. *Sup. Prov. cap. 21. fol. 46. col. 3. tom. 3.*

162. Faciliùs in adverſis probatur amicus, & inimicus: multi enim ſunt amici ſolo nomine, & recedente fortuna inſultant, qui priùs adulabantur. *Sup. Eccleſiaſt. cap. 12. fol. 194. col. 4. tom. 3.*

163. Si verus amicus eſt, in adverſis non deſerit, ſed magis diligit: ſi autem deſerit, non erat verus amicus, ſed amicus fortunæ. *Ibidem.*

164. Ille verus amicus eſt, qui omnia bona ſua amico communicat, & mala ejus facit ſua. *Profec.*

165. Qui verò aliter amat, fictus eſt amicus, & nomine tenùs. *Ibidem, cap. 36. in princ. fol. 242. col. 1.*

166. Magnum malum eſt, & valdè dolendum, quòd ubi fides ſperatur, invenitur malignitas: ubi ſperatur amicitia, invenitur perverſitas. *Ibidem.*

167. Attende & conſidera in animo tuo, qualis ſit qui ſe dicit amicum tuum, antequàm te credas illi. *Ibid. poſt init. fol. 242. col. 2.*

168. Hæc eſt vera amicitia, unio voluntatum. *Ibid. &c. col. 4.*

169. Amicus ventris, eſt inimicus crucis, ideſt, pœnitentiæ. *Sup. Ep. ad Philipp. cap. 3. fol. 185. col. 2. tom. 7.*

IDIOTA. 170. Principium amicitiæ, eſt benè loqui: malè verò dicere, exordium inimicitiarum eſt. *In contempl. de amor. Div. cap. 2. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 10. pag. 1. col. 2. G. edit. Coloniæ 1618.*

JOAN. CASS. 171. Hæc eſt amicitia fida, indiſſolubiliſque conjunctio, quæ ſola virtutum parilitate fœderatur. *Profec.*

172. In his tantùm indirupta poteſt permanere, in quibus unum propoſitum ac voluntas, unum velle ac nolle conſiſtit. *In collat. 16. Abbat. Joſeph. cap. 3. poſt med. pag. 670.*

173. Plena atque perfecta amicitiæ gratia, niſi inter perfectos viros, ejuſdemque virtutis perſeverare non poteſt. *Ibidem, cap. 5. in princ. pag. 673.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 174. Non retineas amicos damni magiſtros, non retineas amicos menſæ magis quàm amicitiæ cupidos: hi omnes niſi deliciis dirumparis, non erunt tibi amici. *Hom. 49. ſup. Matth. in fine, col. 421. A tom. 2.*

175. Ubi gloriæ cupiditas eſt, ibi (quia livor vires ſuas exercet) nulla ſincera poteſt amicitia inveniri. *Ib. Hom. 59. poſt med. col. 497. A.*

176. Amicitia atque neceſſitudo ad nocendum, & ad juvandum plus nonnunquàm efficit, quàm neceſſitas potuiſſet. *Ibid. Hom. 60. in med col. 504. A.*

177. Chriſti causâ difficillimè quemquam invenies, qui amicum ut oportet diligat, ſed omnes ferè ſecularium vinculo rerum inter ſe vinciuntur. *Ibid. Hom. 61. ante finem, col. 513. D.*

178. Qui caducis & inſtabilibus cauſis copulantur, eorum conjunctio perpetua eſſe non poteſt: ſed vel contemptus, vel pecuniarum jactura, vel livor, vel gloriæ cupiditas, vel aliud hujuſmodi amicitia diſſoluta diſſidium inducit: ubi ſi ſpiritualis eſſet radix, nulla res ſecularis eam evelleret. *Ibidem, ante finem, colum. 514. A.* S. JOANNES CHRYSOST.

179. Qui amicum amat quoniam redamatur, ſi quid minùs jucundum ab amico ad eum profectum fuerit, finem amandi fecit. *Profec.*

180. Qui autem Chriſti charitate amicis conglutinatur, nunquàm ab amando deſiſtit, nulloque diſſidio disjungetur. *Ibidem.*

181. Inimicus manifeſtus melior eſt, quàm amicus fictus: ille dùm timetur facilè vitatur: iſte dùm non cognoſcitur, prævalet. *Hom. 42. oper. imperf. ſup. Mat. poſt init. col. 1034. A. tom. 2.*

182. Corruptibilis eſt dilectio carnis, & mendax omnis ſecularis amicitia, quæ divini timoris vinculo non eſt ligata. *Ibidem, Hom. 24. ante fin. colum. 896. lit. C.*

183. Viſitatio amicorum ſemper ſuavis eſt, multò tamen ſuavior tempore luctus, & afflictionis. *Ibidem, Hom. 51. à med. col. 1111. C.*

184. Quæ amicitiæ tantam contrahere unionem poſſet quantam fidei cognatio? *Hom. 14. ſup. Joan. ante fin. col. 81. B. tom. 3.*

185. Talis conſuetudo omnium malignorum, quando aliquem in occulto graviùs lædere volunt, ut illi amicitias fingant. *Homil. 2. oper. imperf. ſup. Matth. in med. col. 746. B. tom. 2.*

186. Qui nullum amicum habet, quamvis ditiſſimus ſit, quamvis omni copia & deliciis abundet, quamvis innumera bona poſſideat, omnibus caret: hujuſmodi vir quam vitam vivet? *Hom. 77. ſup. Joan. ante fin. col. 369. C. tom. 3.*

187. Amicitiæ pares aut quærunt, aut faciunt: diverſa verò aut voluntas, aut neceſſitas jungit. *Hom. ſup. illud Joann. Veniet hora, &c. ante med. col. 428. A. tom. 3.*

188. Amicus officio comprobatur. *Hom. 1. in dictum Joan 15. Vos amici mei eſtis, in med. col. 432. A. to. 3.*

189. Non poteſt amicus exiſtere, qui amicitiæ jura non ſervat. *Ibidem, Hom. 2. in med. col. 434. B.*

190. Amicitia amoris eſt vinculum, undè nominis ducit exordium. *Ibidem*

191. Fruſtra tibi amici nomen imponis, ſi amici juſſa non feceris. *Ibidem.*

192. Vera amicitia, murus eſt qui non rumpitur, nec à diabolo capitur, nedum ab hominibus. *Hom. 40. in Acta Apoſt. poſt med. col. 710. C. D. tom. 3.*

193. Non poteſt in pericula incidere, cui plurimi ſunt amici. *Ibidem.*

194. Magnæ ſapientiæ eſt, poſſe eſſe amicitiæ conditorem. *Ibid. ante finem, col. 711. A.*

195. Nihil ſic facit amicum, ut lingua gratitudinis ſtudioſa. *Ibid. in fine, col. 711. C.*

196. Nihil ita amicos facit ac confirmat, ſicut tribulatio. *Ibid. Hom. 42. in princ. Moralis, col. 723. D.*

197. Inimici ſui amicum nemo in amicitias ſumit; niſi qui amico inimicus eſſe voluerit. *Serm. 1. de Martyribus, ante finem, col. 926. D. tom. 3.*

198. Inimicus etſi me oſculetur, inſuavis eſt: amicus etſi vulneret, amabilis: illius oſculum ſuſpicione plenum eſt, hujus vulnus medicamenti vim habet. *Profec.*

199. Amici ſive juſtè, ſive injuſtè arguant, non opprobare volunt, ſed emendare: inimici autem etſi juſtè reprehendant, non eſt ut corrigant, ſed ut exſibilent. *Hom. 9. in dictum Apoſt. 1. Theſſ. 4. De dormientibus, &c. circa init. colum. 110. A. tom. 2.*

200. Nihil ita facit amicos, ut ſtudium illud proximum honorando vincendi: hac enim ratione & naſcitur dilectio & nata perdurat: non dilectio ſolùm hinc naſcitur, ſed & major honor. *Ser. 31. ſup. Ep. ad Rom. poſt med. col. 245. A. tom. 4.*

Digitized by Google

S. IOANNES CHRYSOST.

201. Amicus cui una propoſita utilitas eſt, & ſalus amici, hanc ſi non curat, etiamſi ſexcenties ſe prædicet amicum, hoſte quolibet magis eſt infenſus. *Hom. 33. ſup. Ep. 1. ad Cor. ante med. col.* 586. *B. tom.* 4.

202. Hæc vera amicitia eſt, non ampliùs amantem, amatumque duos ac diverſos eſſe, ſed unum quendam hominem: quod non aliundè, quàm charitatis vi fieri poteſt. *Ibid. ante med. col.* 587. *A.*

203. Quemadmodùm nemo apud ſeipſum quid habet, neque etiam ſeipſum celare quidquam poteſt, ita neque amicos. *Serm. 9. ſup. Ep. ad Epheſ. in princ. Moralis, col.* 1015. *B. tom.* 4.

204. Nullum tàm certum eſt amicitiæ indicium, quàm non diſſimulare delinquentibus. *Ibid. ſerm. 19. in med. Moralis, col.* 1069. *B.*

205. Nihil his vilius omnibus, qui amici fiunt à menſa & repletione: nihil illa amicitia frigidius, nihil abjectius. *Hom. 1. ſup. Ep. ad Coloſſ. circa fin. col.* 1238. *A. tom.* 4.

206. Vitæ pharmacum, eſt fidus amicus. *Hom. 2. ſup. Ep. 2 ad Theſſ. poſt med col.* 1332. *A. tom.* 4.

207. Nequit ſermone comprehendi, quantam afferat voluptatem amicorum præſentia. *Ibid. ut ante D.*

208. Beneficium petere, & viciſſim accipere, apud verum amicum ſine ſuſpicione licet. *Ibid. D.*

209. Magnum quid eſt amicitia, & quàm magnum ſit, experientia docet. *Ibid. ante fin. col.* 1333. *B.*

210. Omnes voluptates excellit amicitia, & præſenti vita ſuavior amicus eſt. *Ibid. circa fin. col* 1334. *A.*

211. Ex amicitia mundana, fornicatio naſcitur. *Ib. Hom. 4. poſt med. col.* 1349. *B.*

212. Nihil ita humano generi nocere conſuevit, ſicut amicitiam contemnere: & nihil eſt è contrà quod ita res humanas moderetur ac dirigat, ſicut amicitiam omnibus viribus conſequi. *Hom. 2. ſup. Ep. 1. ad Tim. in princ. col.* 1437. *A. tom.* 4.

213. Bonorum omnium amicitia aptiſſimum inſtrumentum eſt. *Hom. 7. ſup. 2. ad Tim. circa med. col.* 1576. *A. tom.* 4.

214. Vis ditari? amicum habeas, & omnium ditiſſimus eris. *Hom. 2. ad Popul. Antioch. poſt med. col.* 33. *A. tom.* 5.

215. Ubi amicitia permanet, nihil facilè creditur, nihil facilè recipitur, quod diſſidium operari poſſit. *Lib. 1. de Compunct. cordis, longe ante med. col.* 570. *C. tom.* 5.

216. Fugiendæ ſunt amicitiæ, ſi offendant: ſi minus probentur, fuge. *Hom. 1. de incomprehenſibili Dei natura, ante finem, col.* 1156. *D. tom.* 5.

217. Quis pejor eſt, inimicus apertus, an qui ſe fingit amicum? *Profec.*

218. Puto quòd melior eſt inimicus apertus, quàm amicus falſus. *Hom. 45. oper. imperf. ſup. Matth. ante fin. col.* 1063. *D. tom.* 2.

219. Amicus germanus ipſa luce jucundior eſt: eſt enim nobis ſolem hunc extingui jucundius, quam amicorum conſuetudine privari. *Profec.*

220. Jucundius eſt in tenebris agere, quàm ſine amicis eſſe. *Hom. 2. ſup. Ep. 1. ad Theſſ. poſt med. col.* 1332. *D. tom.* 4.

221. Non manducare & bibere facit amicitiam (talem namque & latrones habent, & homicidæ) ſed ſi amici ſumus, hæc ad amicitiam nos adducant, quæ nobis utilis ſit. *Hom. 30. ſup. Ep. 1. ad Tim. poſt med. in Morali col.* 1853. *C. tom.* 4.

S. IOAN. DAM

222. Quæ amicis dicuntur (etiamſi contumeliæ ſint) toleranda ſunt. *Lib. 3. Parall. cap.* 105. *fol* 140. *pag.* 2. *D.*

S. ISIDORUS ISPALENS.

223. Tunc verè amicus amatur, ſi non pro ſe, ſed pro Deo ametur. *Prof.*

224. Qui verò pro ſe amicum amat, inſipienter eum amplectitur.

225. Qui intemperanter amicum amat, pro ſe magis illum, quàm pro Deo amat. *Lib. 3. de ſum. bono, cap.* 28. *ſent.* 3. *pag.* 677. *col.* 1.

S. ISID. HISPAN.

226. Amicitia & proſperas res dulciores eſſe facit, & adverſas communione temperat, levioreſque reddit. *Prof.*

227. Quia dùm in tribulatione amici conſolatio adjungitur, nec frangitur animus, nec cadere patitur. *Ibid. cap. 28. ſent. 4. pag. 677. col.* 1.

228. Citò per adverſa fraudulentus patet amicus. *Ibidem, cap. 29. ſent. 1. pag. 677. col. 2. Prof.*

229. Nam in proſperitate incerta eſt amicitia: nec ſcitur utrùm perſona, an felicitas diligatur. *Ibidem.*

230. Sæpè per ſimulationem amicitia colitur, ut qui non potuit apertè decipere, decipiat fraudulenter. *Ibid. cap. 29. ſent. 2. pag. 677. col.* 2.

231. Amicitia certa nulla vi excluditur, nullo tempore aboletur: ubicunque enim ſe verterit tempus, illa firma eſt *Ib. cap. 29. ſent. 4. pag. 677. col.* 2.

232. Rari ſunt amici, qui uſque in finem exiſtant chari. *Profec.*

233. Nam multos à charitate aut adverſitas temporis, aut contentio quælibet actionis avertit.

234. Sæpè per honores quorumdam mutantur & mores: & quos antè conglutinatos charitate habuerunt, poſtquàm ad culmen honoris venerunt, amicos habere deſpiciunt *Ib. cap. 29. ſent. 5. pag. 677. col.* 2.

235. Inter veros amicos, amicitia ex benevolentia oritur: inter fictos, beneficio adjungitur. *Ibidem, cap. 30. ſent. 1. pag. 677. col.* 2.

236. Non ſunt fideles in amicitia, quos munus, non gratia copulat: nam citò deſerunt, niſi ſemper acceperint. *Profec.*

237. Dilectio enim, quæ munere glutinatur, eodem ſuſpenſo diſſolvitur. *Ibid. ut ante ſent.* 2.

238. Illa vera eſt amicitia, quæ nihil quærit ex rebus amici, niſi ſolam benevolentiam; ſcilicet ut gratis amet amantem. *Ibidem.*

239. Plerumque amicitia ex neceſſitate, vel indigentia naſcitur, ut ſit per quem quiſque quod deſiderat, conſequatur. *Profec.*

240. Ille autem eam veraciter quærit, qui nihil egendo eam appetit.

241. Nam illa ex inopia brevis eſt, & fucata: iſta pura, & perpetua. *Ibidem ut ante, ſent.* 3.

242. Amicitia in rebus tantùm bonis habenda eſt: nam qui ea in malo utuntur, non ſibi amici, ſed inimici exiſtunt. *Ibidem, cap. 31. ſent. 1. pag. 677. col.* 2.

S. JUSTINUS MART.

243. Amici omnes colendi ſunt; nec ſolùm amicos faciendus eſt, qui objurgare ſoleat, ſed etiam audiendus. *Ep. ad Zenam, ante med. apud Bibl. Patr. tom. 2. pag. 70. column. 1. A. edit. Colonia* 1618.

S. LAURENT. JUSTIN.

244. Quos felicitas fecit amicos, infortunium inimicos faciet. *Part. 1. de ligno vitæ. tract. 4. de charit. cap. 17. circa init. pag. 34. col. 2. C.*

S. LEO I.

245. Inter homines ea firma amicitia eſt, quam morum ſimilitudo ſociarit, cùm tamen parilitas voluntatum ſæpè in reprobos tendat affectus. *Ser. 1. de jejunio decimi menſis in princ. fol. 6. pag.* 1.

S. MAXIMUS MART.

246. Ille germanus eſt amicus, qui ingruente infortunio tribulationes & difficultates & calamitates una cum proximo, perindè ut ſuas, animi conſternatione & perturbatione tolerat. *De charitate centuria 3. cap. 78. apud Biblioth. Patrum, tom. 7. pag. 361. col. 1. B. edit. Colon.* 1618.

247. Multi ſunt amici, ſed rebus ſecundis ac proſperis, cæterùm tentationis tempore, vix unum invenies. *Ibid. Centuria 4. cap. 94. pag. 365. col. 2. H.*

S. NILUS ABB.

248. Dulcis ille amicus eſt, qui animam paſcit. *Pareneſi 7. apud Biblioth. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Colon.* 1618.

PETRUS BLES.

249. Amicus qui læſus deſinit diligere quem amaverat, amicus in veritate non fuit. *Prof.*

250. Ille longè eſt à lege amicitiæ alienus, qui ſic hodiè amat, ut cras oderit.

251. Sic omni homini amicus, ut nemini fidus: hodiè laudans, cras vituperans: hodiè blandiens, cras mordens: hodiè promptus ad oſcula, cras ad opprobria.

PETRUS BLESENS.

252. Cujus amicitia leviter comparatur, & levi ex ſufflatur offenſa. *De Amicit. cap.* 1 *a med. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 968. *col.* 2. *lit. E. Edit. Coloniæ* 1618.

253. Vera amicitia in ſe ſolida eſt, & in omnibus amici neceſſitatibus, ad omnem compaſſionem & tolerantiam ſe conquadrans, graviùs ex amici compaſſione affligitur, quàm ex paſſione amicus. *Ibid. ſub finem, pag.* 968. *col.* 2. *lit. F.*

254. In rebus humanis nihil dulcius amicitia invenitur, nihil ſanius appetitur, nihil fructuoſius cuſtoditur. *Proſec.*

255. Ipſa propria ſuavitate virtutes alias condit, adverſa temperat, proſpera componit, triſtia jucundat. *Ibid. cap.* 3. *in princ. pag.* 968. *col.* 2. *D.*

256. Homo ſine amicitia non habet cui vitam & affectus ſuos communicet, cui conſcientiæ ſuæ ſinum aperiat, cui ad ſolatium ſuum aliquid de moleſtiis terrentibus evaporet. *Ibidem.*

257. Solus eſt, qui ſine amico eſt: verè dicitur ſolus, quia (ſi ceciderit) non habet ſublevantem. *Ibid. ut ante.*

258. Quanta eſt jucunditas, quanta ſecuritas habere cum quo loquaris, ut tecum? *Proſec.*

259. Cui cordis tui ſecreta committere audeas, quem in ſecretioribus tuis habeas ut teipſum.

260. Cui plena ſecuritate reveles, quantùm in ſtudiis ſpiritualibus à teipſo defeceris, aut profeceris apud Deum. *Ibidem ut ante.*

261. Quid deſiderabilius aut dulcius, quàm ut duorum tanta ſit unio animorum, quod cùm alter corripiatur ab altero, vel laudetur, nulla interveniat ira, nulla ſeditio, nulla inter eos formido criminis, adulationiſve ſuſpicio. *Ibid. ante med. pag.* 969. *col.* 1. *A.*

262. Optima medicina eſt homini, homo: qui ejus remediatur adverſis, qui ejus condeſcendit incommodis, qui gravia levigat, qui amici onera, quaſi juncto humero ſimul portat. *Proſec.*

263. Nec enim verus amicus impatientiùs propriam injuriam ſuſtinet, quàm amici. *Ibid. in med. pag.* 969. *col.* 1. *A.*

264. Amicitia quidam gradus eſt hominibus ad Deum. *Ibid. in fine pag.* 969. *col.* 1. *B.*

265. In amicitia vera nihil eſt inhoneſtum, nihil ſimulatorium, nihil lucri temporalis, aut inanis gloriæ venativum. *Proſec.*

266. Non enim amor ille nomine, vel honore amicitiæ dignus eſt, qui alicujus mundanæ utilitatis obtentu contrahitur.

267. Amicitia ſiquidem ipſa ſui cauſa eſt, ipſa ſibi merces, & longè extra fines amicitiæ amor ille ſubſiſtit; quem expectatio ambitioſa, vel ſpes quæſtuaria antecedit. *Ibid. cap.* 4. *in princ. pag.* 969. *col.* 1. *C.*

268. Naturalis amicitia, modeſtiæ legem ſæpè tranſgreditur, Dei, & ſalutis ſuæ obliviſcens ex nimia teneritudine, & affectione. *Ibid. cap.* 5. *circa init. pag.* 969 *col.* 1. *D.*

269. Ex officio contrahitur amicitia, dùm ratione dati & accepti, mutua inter amicos gratia coaleſcit. *Proſec.*

270. Sed timeat quiſquis veræ amicitiæ profeſſor eſt, ne ſub liberalitatis obtentu venenum amicitiæ venalis obrepat.

271. Sanè pura & ſola ratio amicitiæ cauſam præſtat, cùm aliquos divina potiùs authoritate, quàm proprio affectu diligimus. *Ib. ut ante.*

272. Amicitia, quam immunda cupiditas introducit, fraudulenta eſt, nihil certum, nihil ſecurum, nihil ſtabile habet. *Proſec.*

273. Bona hominis amat, non hominem: amorem metitur ex quæſtu, fortunam votis amplectitur, non perſonam.

274. Mercalis eſt hæc amicitia, quæ quantò evidentiùs conſentanea eſt cupiditati, tantò longiùs eſt ab amicitiæ palatio relegata. *Ibid. cap.* 7. *in princ. pag.* 970. *col.* 1. *A.*

275. Non eſt amicitia in quæſtu, nec in aſſentatione, ſed in veritate & fide. *Ibid. a medio pag.* 970. *col.* 1. *lit. B.*

276. Eſt amicitiæ ſinceriſſimus fomes,
- Sinceritas affectionum.
- Mutua obſequela.
- Rerum honeſtarum crebra collatio.
- Parilitas voluntatis.
- Jugis & inviolabilis fides. *Ibid. cap.* 7. *poſt med. pag.* 970. *col.* 1. *C.*

277. Vera amicitia inter bonos tantùm oriri ſolet: inter meliores proficere, inter optimos conſummari. *Ibid. cap.* 8. *in calce, pag.* 970. *col.* 2. *lit. E.*

278. Bona non eſſent, niſi mutuo ſibi quodam amicabili fœdere conſentirent. *Ibid. cap.* 9. *ante med. pag.* 970. *col.* 2. *lit. F.*

279. Erubeſcant veræ nomen amicitiæ profiteri, qui eam vitiorum aſſenſu, vel cooperatione contaminant. *Proſec.*

280. Qui honeſtatis vocabulo abutentes, mutuæ gloriam amicitiæ ſibi ſacrilega præſumptione uſurpant. *Ibid. cap.* 10. *pag.* 971. *col.* 1. *D.*

281. Sunt quatuor vitia, quibus præclarus honor amicitiæ ſæpiùs offuſcatur: ſcilicet, iracundia, inſtabilitas, ſuſpicio atque garrulitas. *Ibid. cap.* 12. *poſt init. p.* 971. *col.* 2. *H.*

282. Nihil amicitiæ magis congruit, quàm quædam pax, & quieta tranquillitas cordis. *Ibid. cap.* 13. *in med. pag.* 972. *col.* 1. *D.*

283. Talem tibi eligas in amicum, qui tuis moribus, & tuæ conveniat honeſtati. *Ib. cap.* 13. *ante fin. pag.* 972. *col.* 2. *E.*

284. Vera amicitia eodem oculo intuetur amicum divitem vel mendicum, fortem aut debilem, ſanum aut ægrum, humilem aut ſublimem. *Ibid. cap.* 14. *in princ. pag.* 972. *col.* 2. *G.*

285. Solidiores inveniuntur plerumque pauperum amicitiæ, quàm magnatum. *Proſec.*

286. Tantò potior eſt erga pauperem amicitia, quantò nulla circa eam ſubeſt adulationis vel ſimulationis occaſio. *Ibidem, cap.* 15. *in med. pag.* 973. *col.* 1. *lit. B.*

287. Diſcretio inter amicos plurimùm neceſſaria eſt: ſicut enim navis ſine remige, ſic ſpiritus amicorum ſine diſcretione. *Ibid. cap.* 16. *in princ. pag.* 973. *col.* 1. *C.*

288. Fovenda eſt amicitia cum exactiſſima ſolicitudine & cautela: in primis omnis ab ea relegetur ſuſpicio, ipſa enim amicitiæ venenum eſt. *Ibid. cap.* 18. *in princ. pag.* 973. *col.* 2. *lit. F.*

289. Sic fovenda eſt amicitia, ut ſit in noſtro ſermone jucunditas, hilaritas in vultu, ſuavitas in moribus. *Ibid. cap.* 18. *ante med. pag.* 973. *col.* 2. *lit F.*

290. Lex amicitiæ eſt, tantò reverentiùs amicum ſuſcipere, quantò majori neceſſitate intelligimus laborare. *Ibid. cap.* 19. *circa init. pag.* 973. *col.* 2. *lit. H.*

291. Hæc eſt amicitia vera, ſtabilis & æterna, quæ ſic tentata eſt, ſic arietibus & machinis pulſata, non mutat, non ſuſpicione movetur, non invidia vel ambitione, non injuriis, non comminationibus vel improperiis laceſſita vacillat. *Ibid. cap.* 19. *in calce, pagin.* 974. *col.* 1. *C.*

292. Optimus amicitiæ comes, & ornamentum pretioſiſſimum, verecundia eſt. *Ibid. cap.* 22. *in princ. pag.* 975. *col.* 1. *B. Proſec.*

293. E diverſo peremptoria ejus eſt inverecundia, & attritæ frontis infrunitas.

294. Amico quod honeſtum eſt ſuadeas apertè, liberè & ſecurè. *Proſec.*

295. Et ſi utilitas ejus exegerit, eundem ne timeas objurgare.

296. Fiat admonitio, non acerba: objurgatio, non

PETRUS BLESENS. contumelioſa: adſit honeſta, & ſuauia affabilitas. *Ibidem cap. 22. circa med. pag. 975. col. 1. C.*

297. Veteris amiritiæ veſtigiis aliqua reverentia ſemper impendenda eſt, niſi eam enormitas reatus eliminet. *Ibid. rap. 25. in calce pag. 976. col. 1. D.*

298. Amicitia vera non eſt, niſi ſuum habeat in Deo fundamentum. *De charitate rap. 1. in princ. apud Bibl. Patr. C. tom. 12. part. 1. pag. 976. col. 2. lit. F. Ed. Coloniæ* 1618.

PETRUS CELLENSIS. 299. Pereat omnis caſus, à quo amicitiæ inferunt occaſus. *Lib. 1. Epiſt. 9. ad Hugonem Senonenſem Archiepiſc. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 547. col. 2. lit. F.*

300. Amicum vel non habet, vel habere ſe non credit, qui fortunam ſuam quamcumque dubitat aperire, aut inſtat tanquàm ab invito aliquid extorquere. *Ibid. Ep. 18. ad Joan. Epiſc. circa med. pag. 550 col. 1. C.*

301. Amicus tàm omnium conſiliorum debet eſſe conſcius, quàm coadjutor in omnibus voluntarius. *Ibidem.*

302. In omni poſſeſſione præcellit amicorum poſſeſſio: poteſt enim parari, ſed comparari non poteſt amicus. *Ibid. lib. 2. Ep. 7. ad Abbatem Meliſmenſem in princ. pag. 557. col. 2. G.*

303. Non perfunctoriè amicus occurrens eſt recipiendus, ſed cum labore quærendus, cum deliberatione admittendus, cum ſtudio retinendus, cum omni vigilantia læſus reconciliandus, cum inſtantia (fortè lapſus) proſequendus, & revocandus. *Ibidem.*

304. Non poſſideas amicum, tanquàm prædium. *Proſer.*

305. Qui in amico requirit non animum, ſed aurum: non fidem, ſed faciem: non mores, ſed veſtes: non naturam, ſed fortunam: causâ propriæ utilitatis, non bonitatis amicum quærit. *Ibid. ut antè, H.*

306. Repentina non omnimodò approbanda eſt amicitia, ſed quæ germinat cognitione, creſcit familiaritate, frondeſcit conſuetudine, germeſcit cordis amplitudine, fructificat perfecta identitate. *Ibid. ut ante lit.* [illegible]

307. Semper in amicitia minùs eſt pollicendum, ampliùs præſtandum. *Ibid. ante med. pag. 558. col. 1. A.*

308. Parciùs laudare amicos, ampliùs amare debemus: ſeveriùs quoque mala eorum corrigere, quàm malè ſana palpando contrectare. *Ibid. Ep. 10. ad Abbatiſſam quandam, poſt init. pag. 559. col. 1. D.*

309. Vera amicitia puritate virginea, & caloria perpetuitate, neque adulteratur, neque refrigeratur: ſed quotidiana renovatione cum ſole ſemper oritur, nec moritur. *Ibid. lib. 9. Ep. 2. ad Praneſtinum Epiſc. poſt med. pag. 609. col. 2. lit. G.*

S. PETRUS CHRYSOL. 310. Si amicos morum facit imitatio, morum ſimilitudo conjungit. *Serm. 103. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 737. col. 1. C.*

S. PETRUS DAMIANUS. 311. Unanimis amicitiæ proprium eſt, ut cum fratre frater, & proſpera communicet & adverſa. *Lib. 6. Ep. 19. ad Rodulph. & Ariprandum Monachos in princ. pag. 92. col. 2. A. tom. 1.*

312. Ille fœdus amicitiæ violat, qui gratis amicum per offenſionis moleſtiam pulſat. *Proſer.*

313. Ille irritum beneficii pactum reddit, quia prior violat amicitiæ ſacramentum. *Opuſc. 4. longe poſt med. pag. 412. col. 2. C. tom. 3.*

314. Malorum cùm incautè amicitiis jungimur, culpis ligamur. *Opuſc. 12. cap. 14. poſt med. pag. 498. col. 2. E. tom. 3.*

PETRUS MAURIT. CLUNIAC. 315. Amicitia res eſt inter mortales admodùm pretioſa: ſed quantò carior, tantò rarior. *Lib. 1. Epiſt. Epiſt. 4. ad Aconem Epiſc. Trecenſ. in princ. apud Bibl. Patr. pag. 15. col. 2. lit. E.*

316. Verus amor honorum ſentit viciſſitudinem, qui in omni caſuum permutatione integram ſemper novit amico ſervare fidem. *Ibid. Ep. 12. ad Guilselm. Archiep. Ebredunenſem. in med. pag. 18. col. 1. C.*

317. Adulatorem nemo amicum dixerit; eſt enim adulatio vitium amicitiæ. *Lib. 2. legis alleger. poſt med. pag. 132.* PHILO JUDÆUS.

318. Non ſanctum eſt, ut de moribus amici citò perperàm ſentias. *Lib. 1. Ep. 11. ad Mentium in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. p. 994. col. 2. G.* S. SIDONIUS.

319. Sinceritas amici in tentatione oſtenditur, quando ſcilicet in neceſſitate communicat. *Hecatontade 1. ſent. 21. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 271. col. 1. C. edit. Coloniæ* 1618. THALASSIUS.

320. Amicum tibi para, virum laboris patientem, & avidum, & in lapſibus tuis præſidium invenies. *Ibid. Hecatontade 3. ſent. 59. pag. 275. col. 1. A.*

321. Felix indiget amicis, non quidem propter utilitatem, (cùm ſit ſibi ſufficiens) nec propter delectationem, quia habet in ſeipſo delectationem: ſed ut eos inſpiciens benefacere delectetur, & ut ab eis benefaciendo adjuvetur. *Part. 1. quæſt. 4. art. 8. in corp. pag. 11. col. 2.* S. THOMAS AQUINAS.

322. Magis eſt amicis auxilium dandum ad recuperationem virtutis, quàm ad recuperationem pecuniæ, ſi eam amiſerint: quantò virtus eſt magis amicitiæ affinis, quàm pecunia. *Secunda ſecundæ quæſt. 25. art. 6. ad 2. pag. 50. col. 1.*

323. Amicus eſt melior, quàm honor: & amari, quàm honorari. *Secund. ſecundæ quæſt. 74. art. 2. in fine corporis pag. 139. col. 2.*

324. Illum dilige, & amicum tibi retine, qui omnibus recedentibus te non relinquet, nec patietur in fine perire. *Lib. 2. de Imit. Christi cap. 7. in princ. pag. 352. tom. 2.* THOMAS À KEMPIS.

325. Amicus tuus eſt, qui in Deo te amat, & propter Deum te tolerat. *Proſ.*

326. Verè illè amicus tibi eſt, qui ſalutem animæ diligit, non qui foris blanditur & applaudit. *De recognit. propriæ fragil. cap. 3. in princip. pag. 740. tom 2.*

327. Hoc eſt amicitias colere, alienam iracundiam moderationis ſtudio ſuſtinere, & ferventes amici animos patientia temperare. *Homil. 10. de Paraſitis, in fine apud Bibl. Patrum, tem. 5. part. 3. pag. 487. colum. 2. lit. H.* S. VALERIAN.

328. Primus dilectionis gradus eſt, charitatis affectum amicitiis nutrire. *Ibid. Hom. 12. ſtatim ab init. pag. 489. col. 1. lit. C.*

329. Amicitia mulierum, magis in facie alludit, quàm in cordibus commoratur. *Serm. 2. de Avaritia, poſt med. apud. Biblioth. Patr. tom. 3. pag. 130. col. 1. edit. Coloniæ* 1618. S. ZENO.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

330. Amicus, eſt alter ego. 9. *Ethic. Et hab. apud Bedam, tom. 2.* ARISTOTEL.

331. Amicus debet ſe tenere ad amicum, ſicut genu ad tibiam. *Ibidem.*

332. Amicorum omnia ſunt communia. *Ibid.*

333. Amicus verus gaudet de bonis, & dolet de triſtibus ſui amici. *Secundo Rhetor. Et hab. apud Bedam tom. 2.*

334. Amicitia res eſt ad vitam degendam maximè neceſſaria. *Lib. 8. de Moribus cap. 1. in princ. fol. 84. pag. 2. Proſec.*

335. Nemo enim eſt, qui ſine amicis vitam ſibi optabilem eſſe ducat, etiamſi cæterorum bonorum omnium copiâ circumfluat. *Ibid. edit. Pariſ.* 1565.

336. In paupertate, cæteriſque rebus adverſis, unicum perfugium eſt, amicos habere. *Ibid. ut ante.*

337. Virorum bonorum, & virtute ſimilium, perfecta amicitia eſt. *Proſec.*

338. Hi enim ſe mutuò ſimiliter bonis affici volunt, qua ſunt boni.

339. Jàm qui bona amicis optant, benéque cupiunt illorum cauſa, ii maximè amici ſunt: manet horum amicitia tamdiù, quamdiù boni ſunt. *Ibidem, cap. 3. circa med. fol. 86. pag. 2. edit. Pariſ.* 1565.

Ariſtotel.

340. Credibile eſt veras amicitias eſſe raras: conſuetudine tamen vitæ opus eſt: ſed verum illud proverbium eſt, multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut homines inter ſe norint. *Prof.*

341. Neque quemquam in amicitiam recipere oportet, priuſquàm alter alteri dignus, qui ametur, dignuſque cui fides habeatur, viſus fuerit.

342. Qui verò citò ea, quæ amicitiæ propria ſunt, inter ſe faciunt: amici illi quidem eſſe volunt, ſed non ſunt tamen, niſi etiam digni ſint qui amentur, idque habeant exploratum.

343. Amicitiæ igitur conciliandæ voluntas celeriter illa quidem ſuſcipitur, ſed non ſtatim amicitia naſcitur. *Ibid. cap. 3. circa fin. fol.* 87. *pag.* 1.

344. Qui in rebus amatoriis non jucundum, ſed utile permutant; cùm minùs amici ſunt, tùm minùs diù in eadem inter ſe voluntate permanent. *Prof.*

345. Quia qui utilitatis cauſa ſunt amici, utilitate ſublatâ dirimuntur: non enim ſe mutuò amabant, ſed emolumentum. *Ibidem, cap. 4. ante medium, fol.* 87. *pag.* 2.

346. Forma evaneſcente, interdùm evaneſcit quoque amicitia. *Ibidem, cap. 4. in princip fol.* 87. *pag.* 1.

347. Sola virorum bonorum amicitis criminationibus & calumniis vacat: mali enim familiaritate mutua non delectantur, niſi aliquam utilitatem alter ab altero percipiat. *Ibidem, cap. 4. circa med. fol.* 87. *pag.* 2

348. Nihil eſt amicorum tàm proprium, quàm vitæ ſocietate conjungi. *Ib. cap. 5. in med. fol.* 88. *pag.* 1.

349. Qui ob virtutem ſunt amici, ſtudent alter de altero benè mereri. *Ib. cap. 12. circa med. fol.* 94. *pag.* 1.

350. Eſt ipſa amicorum præſentia tùm in ſecunda, tùm in adverſa fortuna, ſuavis & jucunda. *Lib. 9. de Moribus, cap. 11. poſt init. fol.* 107. *pag.* 1.

351. Fortuna cùm favet, quid amicis eſt opus? *Ibidem cap. 9. circa init. fol.* 104. *pag.* 2.

Cicero.

352. Qui fortunis alicujus inducti, amicitiam ejus ſecuti ſunt: hi ſimul ac fortuna dilapſa eſt, devolant omnes. *Profec.*

353. Cùm enim receſſit ea res, quæ fuit conſuetudinis cauſa, nihil ſupereſt quare poſſint in amicitia retineri. *Lib. 4. de Rhetorica ad Herennium ante med. col.* 54. *C. D. tom.* 1.

354. Ut idem amici ſemper velint, non eſt viſum certius amicitiæ vinculum, quàm conſenſus & ſocietas conſiliorum & voluntatum. *Orat. 31. pro Plancio ab init. num. 5. col.* 620. *C. tom.* 2.

355. Quæ poteſt eſſe jucunditas vitæ ſublatis amicitiis? quæ porrò amicitia poteſt eſſe inter ingratos? *Ibid. poſt med. num.* 80. *col.* 638. *G.*

356. Amicitiæ locus ubi eſſe poteſt, aut quis amicus eſſe cuiquam, quem non ipſum amet propter ſeipſum? *Lib. 2. de finibus, poſt med. num.* 78. *col.* 94. *A. tom.* 4.

357. Vos hortor, ut ita virtutem locetis, ſine qua amicitia eſſe non poteſt; ut ea excepta nihil amicitia præſtabilius eſſe putetis. *De Amicit. in calce col.* 579. *A. tom.* 4.

358. Ea eſt jucundiſſima amicitia, quam ſimilitudo morum conjugarit. *Lib. 1. Offic. ante med. col.* 474. *C. tom* 4.

359. Ego vos hortor quantùm poſſum, ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis. *Profec.*

360. Nihil eſt tàm naturæ aptum, tàmque conveniens ad res vel ſecundas, vel adverſas: ſed hoc in primis cenſeo, niſi inter bonos amicitiam eſſe non poſſe. *De Amicit. poſt init. col.* 562. *lit. F, G. tom.* 4.

361. Hoc præſtat amicitia propinquitati, quòd ex propinquitate benevolentia tolli poteſt, ex amicitia non poteſt. *Profec.*

362. Sublatâ enim benevolentiâ, amicitiæ nomen tollitur, propinquitatis manet. *Ibid poſt init. col.* 563. *C.*

363. Amicitia res plurimas continet, quocunque te verteris, præſtò eſt: nullo modo, nullo loco excluditur, nunquàm intempeſtiva, nunquàm moleſta eſt. *Profec.* Cicero.

364. Itaque non aqua, non igne magis utimur, quàm amicitiâ.

365. Nam & ſecundas res ſplendidiores facit amicitia, & adverſas patiens communicanſque leviores.

366. Quid dulcius, quam habere eum quo omnia audeas ſic loqui, ut tecum? *Ibid. poſt init. col.* 563. *lit. G, H.*

367. Cùm plurimas & maximas commoditates amicitia contineat, tamen illa nimirùm præſtat omnibus, quòd bonam ſpem prælucet in poſterum. *Profec.*

368. Nec debilitari animos, aut cadere patitur: verùm etiam amicum, qui intuetur, tanquàm exemplar aliquod intuetur ſui.

369. Quocirca & abſentes adſunt, & egentes abundant, & imbecilles valent, & (quod difficilius eſt dictu) mortui vivunt. *Ibid. longè poſt init. col* 564. *A, B.*

370. Amor ex quo amicitia nominata eſt, princeps eſt ad benevolentiam conjungendam. *Ibid. ante med. col.* 564. *H.*

371. In amicitia nihil fictum eſt, nihil ſimulatum: & quidquid illud eſt, verum eſt & voluntarium. *Ibid. ante med. col.* 565. *A.*

372. Nulla excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccaveris. *Profec.*

373. Nam cùm conciliatrix amicitiæ virtutis opinio fuerit, difficile eſt amicitias permanere, ſi à virtute deflexeris. *Ibid. ante med. col.* 567. *A.*

374. Hæc in amicitia lex ſanciatur, ut neque rogemus res turpes, neque faciamus roganti. *Ibid. ante med. col.* 567. *D.*

375. Hæc prima lex in amicitia ſanciatur, ut ab amicis honeſta petamus, & amicorum cauſa honeſta faciamus: nec expectemus dùm rogemur, ſtudium ſemper adſit, cunctatio abſit. *Ibid. circa med. colum.* 568. *lit. B.*

376. Plurimùm in amicitia amicorum benè ſuadentium valet authoritas. *Ibidem.*

377. Solem è mundo tollere videntur, qui amicitiam de vita tollunt: quâ nihil melius habetur, nihil jucundius. *Ibid. circa med. col.* 568 *F.*

378. Quàm multa, quæ noſtri cauſa nunquàm faceremus, amicorum cauſa facimus? *Ibid. poſt med. co.* 570. *D.*

379. Sunt firmi & ſtabiles & conſtantes eligendi, quos amicitia idoneos judicamus. *Profec.*

380. Cujus generis eſt magna penuria, & judicare difficile ſanè eſt, niſi priùs ſit expertum.

381. Experiendum eſt autem in ipſa amicitia: ita præcurrit amicitia judicium, tollitque experiendi poteſtatem. *Ibid. poſt med. col.* 571. *lit. D, E.*

382. Ubi illum invenies, qui honorem amici anteponat ſuo? itaque veræ amicitiæ difficillimè reperiuntur in his, qui in honoribus verſantur. *Ibid. poſt med. col.* 571. *G.*

383. Qui omni in re gravem, conſtantem, ſtabilem ſe in amicitia præſtiterit, hunc maximè ea raro hominum genere debemus judicare, & penè divino. *Profec.*

384 Firmamentum autem ſtabilitatis conſtantiæque ejus, quam in amicitia quærimus, fides eſt: nihil enim ſtabile, quod infidum eſt. *Ibid. poſt med. col.* 572. *A.*

385. Amicitia niſi inter bonos eſſe non poteſt. *Ibid. poſt med. col.* 572. *B.*

386. Maximum eſt in amicitia, ſuperiorem eſſe inferiori. *Ibid. poſt med. col.* 572. *F.*

387. In amicitia ne quid fictum ſit, neve ſimulatum: apertè enim amare, vel odiſſe, magis ingenuum eſt, quàm fronte occultare, ſeu diſſimulare ſententiam. *Ibidem poſt med. col.* 572. *B.*

Cicero. 388. Diſpares mores, diſparia ſtudia ſequuntur, quorum diſſimilitudo ſeparat amicitias. *Ibid. poſt med. col.* 573. *B.*

389. Digni amicitia ſunt, quibus in ipſis ineſt cauſa cur diligantur. *Ibid. poſt med. col.* 574. *D.*

390. Veriſſimus amicus vix unquàm reperitur. *Ibid. poſt med. col.* 574. *E.*

391. Is amicus eſt tanquàm alter idem, qui & ſe ipſe diligat, & alterum acquirat. *Profec.*

392. Cujus animum ita cum ſuo miſceat, ut efficiat penè unum ex duobus. *Ibid poſt med. col.* 574. *F.*

393. Plerique perverſè, ne dicam impudenter, talem amicum volunt, quales ipſi eſſe non poſſunt: quæque ipſi non tribuunt amicis, hæc ab ipſis deſiderant. *Ibid poſt med. col.* 574. *G.*

394. Maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit verecundiam. *Ibid. poſt med. col.* 575. *A.*

395. Pernicioſus error eſt in his, qui exiſtimant libidinum peccatorumque omnium patere in amicitia licentiam. *Profec.*

396. Virtutum amicitia à natura adjutrix data eſt, non vitiorum comes: ut quoniam ſolitaria non poſſit virtus ad ea quæ ſumma ſunt pervenire, conjuncta & conſociata cum altera perveniret. *Ibid. ut antè.*

397. Cùm amicum judicaveris, diligere oportet: non cùm dilexeris, judicare. *Ibid. poſt med. col.* 575. *C.*

398. Monendi amici ſæpè ſunt & objurgandi; & hæc accipienda ſunt amicè, cùm benevolè fiunt. *Prof.*

399. Sed hac in re habenda eſt ratio, & diligentia, primùm ut monitio acerbitate, deindè objurgatio contumelia careat. *Ibid. poſt med. col.* 576. *B, C.*

400. Odium, amicitiæ venenum eſt. *Ibid.* &c. *C.*

401. Monere & moneri, proprium eſt amicitiæ. *Ibid. ut ante. E.*

402. Nulla peſtis in amicitiis major eſt, quàm adulatio, blanditia, & aſſentatio. *Ibid. ut antè. F.*

403. Sine veritate nomen amicitiæ manere non poteſt. *Ibid ut ante. F.*

404. Secerni blandus amicus à vero, & internoſci tàm poteſt adhibita diligentia, quàm omnia fucata & ſimulata, à ſinceris atque veris. *Ibid. ante finem, col.* 577. *A.*

405. Non eſt vera amicitia, cùm alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paratus eſt. *Ibid. ante finem, col.* 577. *F.*

406. Præclarum illud eſt, rectum quoque & verum, ut eos qui nobis chariſſimi eſſe debeant, æquè ac noſmetipſos amemus. *Profec.*

407. Nec optandum quidem eſt in amicitia, ut me ille pluſquàm ſe amet, & ego illum pluſquàm me; plus enim nullo modo poteſt. *Lib.* 3. *Tuſc. quaeſt. poſt med. col.* 224. *D. tom.* 4.

Plato. 408. Nullum majus eſt argumentum improbitatis, ſi tempore neceſſitatis amici deſint: ſed probitatis, ſi adſint. *Ep.* 7. *ad Dionem ante med. tom.* 3. *Syzygia* 6. *pag.* 332. *C.*

Seneca. 409. Quid eſt glorioſius, quàm iram amicitiâ mutare? *lib.* 2. *de ira cap* 34. *in med. pag.* 430. *tom.* 1.

410. Nihil æquè oblectat animum, quàm amicitia fidelis. *Profec.*

411. Quantum bonum eſt, ubi ſunt præparata pectora in quæ tutò ſecretum omne deſcendat!

412. Quorum conſcientiam minùs, quàm tuam timeas.

413. Quorum ſermo ſolicitudinem leniat, ſententia conſilium expediat, hilaritas triſtitiam diſſipet, & conſpectus ipſe delectet. *De tranquil. anim cap.* 7. *in princ. pag.* 528. *tom.* 1.

414. Pro amicis omnia timui, pro me nihil, niſi ne parùm bonus amicus fuiſſem. *Lib.* 4. *quaeſt. poſt med. pag.* 725. *tom.* 1.

415. Sæpè nihil intereſt inter amicorum munera, & hoſtium vota. *Lib.* 2. *Offic. cap.* 15. *in princ. pag.* 397. *tom.* 2.

416. Summa amicitia eſt, amicum ſibi æquare, & utrique ſimul conſulendum eſt. *Ibidem.*

417. Juſta cauſa lætitiæ eſt, lætum amicum videre et juſtior, feciſſe. *Ibid. cap.* 22. *in med. pag.* 402.

418. Si aliquem amicum exiſtimas, cui non tantùndèm credis, quantùm tibi, vehementer erras, & non ſatis noſti vim veræ amicitiæ. *Profec.*

419. Nullum habet majus malum occupatus homo, & ſuis bonis obſeſſus, quàm quòd amicos ſibi putat, quibus ipſe non eſt.

420. Tu verò omnia cum amico delibera, ſed de ipſo priùs.

421. Poſt amicitiam credendum eſt, ante amicitiam judicandum.

422. Diù cogita, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus ſit: cùm placuerit fieri, toto illum pectore admitte: tàm audacter cum illo loquere, quàm tecum. *Ep.* 3. *ante med. pag.* 525. *tom.* 2.

423. Jucundius eſt amicum facere, quàm habere: quomodo artifici jucundius eſt pingere, quàm pinxiſſe. *Ep.* 9. *ante med. pag.* 535. *tom.* 2.

424. Amicos ſecretò admone, palàm autem lauda. *De Moribus ſtatim ab initio, pag.* 677. *edit. Baſilea.*

425. Qui ſe ſpectat, & propter hoc ad amicitiam venit, malè cogitat: quemadmodum cœpit, ſic deſinet. *Profec.*

426. Qui cauſa utilitatis aſſumptus eſt, tamdiù placebit, quamdiù utilis fuerit. *Ibidem.*

427. Amicum paro, ut habeam pro quo mori poſſim: ut habeam quem in exilium ſequar, cujus me morti opponam & impendam. *Ibid. in med. pag.* 535.

428. Errat, qui amicum in atrio quærit, in convivio probat. *Ep.* 19. *ante fin. pag.* 557. *tom.* 2.

429. Converſari cum amicis abſentibus licet, & quidem quotiès velis, quamdiù velis: magis hac voluptate (quæ maxima eſt) fruimur, dùm abſumus. *Profec.*

430. Ideò æquo animo ferre debemus abſentiam, quia nemo non multùm etiam præſentibus abeſt.

431. Amicus animo poſſidendus eſt; hic autem nunquàm abeſt, quemcumque vult quotidie videt.

432. Itaque mecum ſtude, mecum cœna, mecum ambula. *Ep.* 55. *ſub finem, pag.* 620. *tom.* 2.

433. Amicorum præſentia, nos delicatos facit. *Ibid.*

434. Amicorum defunctorum cogitatio, dulcis ac blanda eſt: habui enim illos, tanquàm amiſſurus: amiſi, tanquàm habeam. *Ep.* 63. *circa med. pag.* 636. *tom.* 2.

435. Amicis avidè fruamur, quia quamdiù contingere hoc poſſit, incertum eſt. *Ibidem.*

436. Nihil æquè ægrum reficit, atque adjuvat, quàm amicorum affectus: nil æquè expectationem mortis, ac metum ſurripit. *Ep.* 78. *circa init. pagin.* 691. *tom.* 2.

437. In tribulationibus, quis ſit fidelis cognoſcitur. *Sent.* 190. *apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pag.* 65. *col.* 2. *lit. H.* Sixtus Philosoph.

438. Amicum deputa ſimilem ſimili tantummodo. *Ibid. ſent.* 423. *pag.* 67. *col.* 2. *E.*

439. Cùm deſerta ſit vita hominis, nullius amicitiæ cincta præſidio: tàm neceſſarium ſubſidium temerè aſſumi non debet: ſemel autem apprehenſum rectè ſperni non convenit. *Lib.* 4. *dictor. memorab. cap.* 7. *in princ. pag.* 188. Valerius Maxim.

440. Sanctæ fidei amici, præcipuè in adverſis rebus cognoſcuntur: in quibus quidquid præſtatur, totum à conſtanti benevolentia proficiſcitur. *Ibidem.*

441. Accidit plerumque, quòd infractæ fortunæ homines magis amicorum ſtudia deſiderent, vel præſidii, vel ſolatii gratia. *Ibid. circa init. pag.* 188.

442. Cum Publius Rutilius amici cujuſdam injuſtæ rogationi reſiſteret, atque is per ſummam indignationem dixiſſet: Quid ergo mihi opus eſt amicitia tua, ſi quod rogo non facis? reſpondit, Imò quid mihi

mihi tua, ſi propter te aliquid inhoneſtè facturus ſum? *Ibid. lib. 6. cap. 4. circa med. pag. 276.*

Amicitia Dei.

DEFINITIO.

COLLECTOR. *Amicitia Dei eſt fida & ſalutaris converſatio Dei cum hominibus bonæ voluntatis, cum eorum pari dilectione conſenſus & mutuus affectus.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ALBERTUS 1. FAMILIARIS eſt Dominus ſimplicibus, quibus non dedignatur arcana ſua revelare. *De Paradiſo animæ, part. 1. cap. 30. circa med. pag. 219.*

S. AMBROS. 2. Qui facit mandatum Dei, ejus amicus eſt, hoc honoratur nomine. *Lib. 3. Offic. poſt med. col. 77. D. to. 1.*

S. AUGUST. 3. Si voluntatem Dei noſſe quiſquam deſiderat, fiat amicus Deo. *Profec.*

4. Quia ſi voluntatem hominis noſſe vellet, cujus amicus non eſſet, omnes ejus impudentiam ac ſtultitiam deriderent.

5. Non autem quiſquam efficitur amicus Dei, niſi purgatiſſimis moribus. *Lib. 1. de Geneſ. contra Manich. cap. 2. pag. 562. C. tom. 1.*

6. Deum amat amicum, qui Dei amorem amat in amico. *Lib. 22. contra Fauſt. cap. 78. ante med. pagin. 301. B. tom. 6.*

S. BERNARD. 7. Amicitia pauperum Regum amicos conſtituit, amor paupertatis reges: regnum denique cœlorum, pauperum eſt; & eſt Regiæ paupertatis, beare pro voluntate amicos. *Ep. 103. ad quendam Abb. ante med. fol. 231. col. 4. M.*

8. Qui ſibi diſplicet, Deo placet: & qui ſibi vilis eſt, Deo charus eſt. *De Inter. domo. cap. 28 in fine, fol. 328. col. 2. E.*

9. Quos Deus amat, amicos habet, non ſervos: denique amicus fit de magiſtro: nec enim amicos diſcipulos diceret, ſi non eſſent. *Serm. 59. ſup. Cant. circa init. fol. 181. col. 2. E.*

10. Experimentum divinæ familiaritatis argumentum eſt charitatis. *Expoſit. 2. ſup. Pſ. 118. Art. 1. verſic. 11. pag. 207. col. 1. A. tom. 1.*

S. BONAVENT. 11. Ubi deficiunt amici humani, non deficit verus amicus Chriſtus. *Serm. 4. Dom. 13. poſt. Pentec. poſt med. pag. 181. col. 1. m. 3.*

12. Divina amicitia acquiritur per puritatem innocentiæ, per afflictionem veræ pœnitentiæ, per amorem obedientiæ, per donum patientiæ, per donum miſericordiæ. *Serm. 1. de SS. Philip. & Jacobo poſt init. pag. 246. col. 2.*

13. Per pœnitentiam renovatur homo ad divinam amicitiam, quæ fuerat amiſſa per culpam. *Ibid. circa med. pag. 246. col. 2.*

CLEM. ALEX. 14 Qui Deum colit, ſolus amicus Dei eſt. *Lib. 7. Stromat. circa init. fol. 144. pag. 1. C.*

S. CYPRIANUS. 15. Amicus Chriſti non poteſt eſſe, qui cum inimico Chriſti tenet amicitiam. *De Aleatoribus cap. 3. in fine. pag. 494. col. 2. tom. 3.*

S. CYRILLUS HIEROSOLYM. 16. Ne ſis tantùm pacis tempore JESU amicus, & tempore belli inimicus. *Catecheſi 13. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 429 col. 1. C.*

S. ELIGIUS. 17. Peccando factus Deo inimicus, niſi ſatisfaciendo non poteſt reconciliari, ut fiat amicus. *Hom. 4. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 238. col. 1. D.*

GLOSS. ORD. 18. Sciat qui JESU expetit amicitias, multorum ſibi inimicitias patienter eſſe tolerandas. *Sup. Ioſue cap. 10. in princ. col. 71. B. tom. 2.*

GLOSS. INT. 19. Ecce verus amantium affectus, vel cum eo vivere, vel cum eo mori. *Sup. Ioan. cap. 13. in illud. Eamus & nos, & moriamur cum eo, col. 1200. E. tom. 5.*

S. GREG. MAG. 20. O quanta eſt miſericordia conditoris noſtri! ſervi digni non ſumus, & amici vocamur? *Profec.*

21. Quanta eſt ergo dignitas hominum, eſſe amicos Dei? *Homil. 27. ſup. Evangel. in illud Ioan. 15. Vos amici mei eſtis. poſt init. column. 437. littera B. tom. 2.*

S. GREGORIUS NAZ. 22. Nihil eſt honorabilius amicitia, quæ Deo dileſcit, & à Deo ditatur. *In Apologetico poſt fugæ ſuæ reverſionem in princ. & ante med. pag. 26. & 27.*

S. GREGORIUS NYS. 23. Unum terribile arbitreris, ab amicitia Dei repelli; unum expetibile ſolùm, amicitiam Dei, quâ ſolâ vita hominis perficitur. *De vita Moyſi. in calce, col. 162. E.*

HESYCHIUS. 24. Quiſquis fidelis eſt Deo, hic & ejus amicus invenitur. *Lib. 7. ſup. Levit. cap. 27. ante finem. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 132. col. 1. D.*

HUGO CARD. 25. Chriſtus verus eſt amicus, quia diligit in proſperis & adverſis. *In Prov. cap. 3. ſup. illud, Ne dicas amico tuo. fol. 9. col. 3. Myſtice, tom. 3.*

26 Ille placet Deo, qui factus eſt per gratiam amicus ejus. *Sup. Sapient. capite 4. folio 144. colum. 4. tom. 3.*

27. Ille verus Dei amicus eſt, qui omnia bona ſua aliis communicat, & mala aliorum facit ſua. *Sup. Eccleſiaſtic. cap. 36. in princ. fol. 242. col. 1. tom. 3.*

28. Amicus Dei eſt, quicumque per gratiam reconciliatus, tranſit in filium, id eſt, in ſtatum filiorum, qui eſt perfectorum. *Sup. Hierem. cap. 11. fol. 208. col. 2. tom. 4.*

29. Amici tui, JESU, ſunt omnes fideles, qui bibunt tecum calicem Paſſionis. *Sup. Zachar. cap. 3. fol. 215. col. 2. Myſticè tom. 5.*

30. Amici Dei dicuntur, qui ejus voluntatem inceſſanter cuſtodiunt. *Sup. Lucam cap. 15. fol. 223. col. 1. tom. 6.*

S. HIERONYM. 31. Si vis vera amicitia delectari, eſto amicus Dei. *Lib. 2. ſupra Michaeam, cap. 7. pag. 161. D. tom. 6.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 32. Qui ſibi placet de amicitia Chriſti, propoſitæ reſpondeat conditioni. *Hom. 1. in dictum Ioan. 15. Vos amici mei eſtis. in med. col. 432. A. tom. 3.*

33. Mandatorum Dei obſervatio, amicitiæ eſt confirmatio. *Profec.*

34. Non poteſt quis & amicus eſſe, & mandata contemnere: quia qui contemnit ejus mandatum, amicus eſſe non poterit. *Ibid. in med. col. 432. B.*

35. Erubeſce quiſquis es, erubeſce, qui in amicitias Chriſti vocaris, nec obſequeris: qui familiaris diceris, nec ejus mandatis intendis. *Ibid. poſt med. col. 432. C.*

36. Qui amicitiis Chriſti non vult penſare obſequium, contemptus ſui gratuitum incurret ſupplicium. *Ibid. ut ante. D.*

37. Amari non potes, ſi Chriſtum contemnis: contemni non potes, ſi ſervieris: ſervus non eris, ſi parueris: amicus firmaberis, ſi quæ mandat perfeceris. *Ibid. in fine, col. 433. A.*

38. Amicus ille dignus eſt nuncupari, qui mandata implere contendit Chriſti. *Ibid. ut antè. B.*

39. Pendet amicitiæ Chriſti promiſſio certo conditionis obſequio. *Ib. Hom. 2. ab init. col. 433. C.*

40. Proponitur Chriſti familiaritatis ſublimitas, officiorum fœnore comparanda: cum Domino certa negociatio copulatur, promittit enim, & exigit. *Ib.*

41. Chriſtiano divinæ amicitiæ promittuntur, ut ab eo obſequia debita repetantur. *Profec.*

42. Famulatu dignitas quæritur, officio ſublimitas comparatur, ad amicitiarum verò cœleſtium potentiam, ſervitutis obſequio pervenitur. *Ibidem poſt init. col. 433. D.*

43. O veneranda pietas Chriſti, qui amicitiis invitat, ut ſervitutem extorqueat. *Ibidem ante med. col. 433. D.*

44. Non poteſt ad familiaritatem Chriſti accedere, qui ejus mandata noluerit obſervare. *Ibidem in*

Digitized by Google

S. JOANNES CHRYSOSTOM. *medium*, *colum.* 434. *litera B.*

45. Adoptio amicitiarum Dei, eſt obſervatio mandatorum. *Proſec.*

46. Fruſtrà tibi amici nomen imponis, ſi amici juſſa non feceris.

47. Aut factis quod vocaris, oſtende: aut obſervanti nominis amici vocabulum cede.

48. Prævaricationis crimen incurris, ſi aliud feceris, quâm vocaris, *Ibidem. ut antè*

49. Deus te in familiaritatem vocat, & ſe tibi familiarem exhibuit, antequàm te in familiaritatem vocavit. *Ibid. à med. col.* 434. *C.*

50. Si is, qui reconciliat filius Dei dicitur, quo nomine appellandus eſt, qui eos (qui reconciliantur) amicos facit? *Hom.* 37. *ſup. Acta Apoſt. circa med. col.* 690. *A. tom.* 3.

51. Fides hominem (qui terrenus eſt, ſi convertatur) Deo familiarem efficit. *Hom. de fide & lege naturæ. poſt init. col.* 901. *D. tom.* 3.

52. Licet indignus ſis cum Deo converſari, dignus tamen eris. *Proſec.*

53. Indignus, diutina familiaritate dignus fieri poteſt: quoniam indignum frequens converſatio, dignum reddit. *Hom. in dictum Apoſt. ante finem, col.* 1048. *C. tom.* 3.

54. Præconium gloriæ Dei eſt, quòd inimicos ſalvat: ſed eos, qui poſteaquàm amici facti ſunt, amici perſeverant. *Ser.* 2. *ſup. Ep. ad Epheſ. in princ. Moralis, col.* 960. *tom.* 4.

55. Amicitiæ tibi nomen indulgentia mea, non tua merita contulerunt. *Proſec.*

56. Te amabilem mihi benignitas mea, non tua præſtiterunt officia.

57. Nihil meruiſti, & amicus es: quod mereri incipies, ſi fueris, ut jubeo, obſecutus.

58. Quin imò amicus eſſe non poteris, niſi quod jubeo, ſtudioſè ac benevolè perpetraris. *Hom.* 1. *in dictum Ioan. Vos amici mei eſtis. poſt init. colum.* 431. *B. tom.* 3.

59. O ſtupenda benignitas Dei, ô veneranda pietas Chriſti! quæ ante tibi in amicitias obvenit, quàm te ſibi amicum conſtituit. *Proſec.*

60. Antè ſe tibi Dominus familiarem exhibuit, quàm te in familiaritatem vocavit. *Ibidem Hom.* 2. *poſt med. col.* 434. *D.*

61. Cœleſtis amicitiæ dignitas, mandatorum obſervantia tenetur. *Ibid. in fine, col.* 435. *A.*

62. Non prorſus alia res eſt, quæ perindè declaret, doceátque quis ſit fidelis amans Chriſti, quàm ſi fratrum curam agat, proque eorum ſalute ſolicitudinem gerat. *In Orat. de S. Philogonio, paulo ante med. col.* 933. *A. tom.* 3.

63. Nihil ita eſt amicum Deo, quàm ſi quis eum minimis annumeret: hoc eſt enim caput totius Philoſophiæ, atque faſtigium. *Hom.* 3. *ſup. Mat. ante fin. col.* 33. *B. tom.* 2.

64. O inenarrabilis miſericordia Dei! inimicos, & infinito intervallo ab eo diſtantes, à quibus incomparabili eminentia in omnibus differt, hos amicos & facit, & vocat amicos. *Proſec.*

65. Quid igitur pati non debemus? quid non libenter tolerare pro hac amicitia.

66. Pro amicitia etenim hominum, ſæpè periclitamur: pro Dei autem amicitia, nec pecunias patienter amittimus: quod luctu, & lachrymis, & lamentationibus, ululationibus magnis dignum eſt. *Hom.* 23. *ſup. Epiſt. ad Hebr. in Morali ante med. colum.* 1805. *A. tom.* 4.

S. JOAN DAM. Sapientis timorem ſuperans, atque ad amorem aſſurgens, Dei amicos ac filios, ſervorum loco, nos efficit. *Lib.* 1. *Parall. cap.* 4. *prope medium, folio* 4. *pag* 1. *B.*

S. ISIDOR. PEL. 68. Imperiorum robur ac firmitas, Dei amicitia eſt. *Ep.* 290. *ad Petrum. apud Biblioth. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 562. *col.* 1. *B.*

S. ISIDORUS PELUSIOTA. 69. Si Dei amicus eſſe ſtudes, fac robuſtè prorſus. *Ibidem ut ante.*

LACT. FIRM. 70. Qui voluntatem Dei ſequitur, qui divinam legem obſervat, Deo charus eſt. *De ira Dei, cap.* 17. *circa init. pag.* 354.

LEO I. 71. Magnum eſt hujus muneris ſacramentum, & omnia excedit hoc donum, ut Deus hominem vocet filium, & homo Deum nominet Patrem. *Serm.* 6. *de Nat. Domini poſt med. fol.* 17. *pag.* 1.

LUD. BLOS. 72. Nihil prorſus te ab amicitia Dei alienabit, niſi peccato conſentias. *In ſpeculo ſpirituali cap.* 6. *circa med. pag.* 50.

S. MACHAR. 73. Oportet eum, qui deſiderat amicus eſſe Dei, conſervare ſe à ſordibus peccati. *Hom.* 13. *ſub fin. apud Bibliot. Patr. tom.* 4. *pagin.* 63. *colum.* 2. *H. edit. Coloniæ* 1618.

PETRUS BLES. 74. Amicitia quidam gradus eſt hominibus ad Deum: dilectione enim mediante, homo Deo approximat: dùm ex hominis amico, Dei amicus efficitur. *De Amicitia, cap.* 3. *in fine, apud Bibliot. Patr. tom.* 12. *parte ſecund. pag.* 966. *colum.* 1. *lit. B. edit. Colonia* 1618.

S. PETRUS CHRYSOL. 75. Ad Dei amicitias ſublimatur, qui propter Deum humanas deſpicit mortes, neſcit timores. *Serm.* 101. *in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 737. *col.* 1. *B.*

PHILO JUDÆUS. 76. Sapiens omnis Dei amicus eſt. *Et hab. lib.* 3. *parallel. apud D. Ioan. Damaſcen. cap.* 73. *poſt med. fol.* 133. *pag.* 2. *B.*

THOMAS A KEMPIS. 77. Qui opera virtutum ſic agit exteriùs, ut tamen ſoli Deo in omni cogitatu & actu placere intendat interiùs: is dignè laudandus eſt, & amicus Dei appellandus. *Serm.* 14. *Diviſ.* 10. *pag.* 52. *tom.* 1.

78. Illum dilige, & amicum tibi retine, qui omnibus recedentibus te non relinquet, nec patietur in fine perire. *Lib.* 2. *de Imit. Chriſti cap.* 7. *in princ. pag.* 352. *tom.* 2.

79. Semper miſer eſt, & eget, quidquid habeat, qui Deum amicum non habet. *De valle liliorum cap.* 7. *ſect.* 1. *pag.* 540. *tom.* 2.

80. Juvat valdè pro adipiſcenda Dei amicitia familiariter colloqui per interna mentis verba. *De fideli diſpenſatione. capite tertio, paragrapho* 10. *in princ. pag.* 652. *tom.* 2.

S. VALERIAN. 81. Occurrrendum eſt ſemper Dei amicis, ac ſerviendum. *Hom.* 15. *de bono Martyrii. Statim a med. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 493. *col.* 1. *D. edit. Coloniæ* 1618.

SENTENTIÆ PAOANORUM.

PLATO. 82 Deus amicitiæ author eſt, quippè qui & amicos efficiat, & amicos unà deducat eodem vinculo aptos atque copulatos. *Tom.* 2. *Sizygia* 4. *de Amic. ante med. pag.* 514. *A.*

83. Nullus ſtultus & inſanus, Deo amicus eſt. *Tom.* 2. *Sizygia* 4. *lib.* 2. *de Republ. ſub finem, pag.* 382. *lit. E.*

SIXTUS PHILOSOPHUS. 84. Dignus eſto eo, qui te dignatus eſt filium dicere, & age omnia ut filius Dei. *Sent.* 51. *apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pag.* 65. *col.* 1. *A.*

Amiſſio.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. QUI exiguum habet, non minuit amiſſione, quia nihil eſt quod amittit. *Lib.* 1. *Offic. cap.* 30. *ante finem col.* 22. *C. tom.* 5.

S. AMBROS. 2. Timet ne conceſſa amittat, qui non utenda congeſſit. *De Ioſeph. cap. 4. circa med. col. 180. D. to. 4.*

S. ANTONINUS. 3. Majus damnum eſt in amiſſione unius animæ, quàm mille corporum. *Part. 4. titul. 6. cap. 4. §. 7. in fine, fol. 113. col. 2.*

S. AUGUSTINUS. 4. Miſer eſt omnis animus vinctus amicitia rerum mortalium, & dilaniatur cùm eas amittit, & tunc ſentit miſeriam, quâ miſer eſt, & antequàm amittat eas. *Lib. 4. Confeſſ. cap. 6. in princ. pag. 67. A. tom. 1.*

5. Solus nullum charum amittit, cui omnes in illo chari ſunt, qui non amittitur. *Profec.*

6. Te nemo, Deus noſter, amittit, niſi qui dimittit: & qui dimittit quò it, aut quò fugit, niſi à te placido ad te iratum? *Ibid. cap. 9. in fine, pag. 68. C.*

7. Nemo ſecurus eſt in his bonis, quæ poteſt invitus amittere. *Lib. 2. de lib. arb. cap. 14. in princ. pag. 458. D. tom. 1.*

8. Videtur vincere cùm vincatur, qui ſuperando ad id pervenit, quod cum dolore amiſſurus eſt. *Profecto.*

9. Et vincit cùm vinci videtur, quiſquis cedendo ad id pervenit, quod non amittit invitus.

10. Hoc ſine amore adeſt, quod ſine dolore diſcedit. *De vera Relig. cap 47. in fine. pag. 513. B. tom. 1.*

11. Non eſt in carendo difficultas, niſi cùm eſt in habendo cupiditas. *Lib. 3. de Doctr. Chriſtiana cap. 18. prope finem pag. 38. C. tom. 3.*

12. Sine dolore non pereunt, quæ cum amore poſſeſſa ſunt. *In Enchirid. cap. 68. in fine, pag. 23. D. tom. 3.*

13. Divina Juſtitia eſt, ut qui voluntate amiſit quod amare debuit: amittat cùm dolore, quod amavit. *Prof.*

14. Aliquando amiſſo ſuperiori bono, non ſequitur malum, cùm habetur quod amatum eſt inferiùs bonum.

15. Adhuc bonum eſt, quod quis dolet amiſſum: nam niſi aliquod bonum remanſiſſet in natura, nullus boni amiſſi dolor eſſet in pœna.

16. Per experientiam mali ſcitur bonum: quoniam quid amiſerit, ſentit, cui de bono amiſſo malè fuerit. *Lib. 8. de Geneſ. ad litt. cap. 14. circa med. pag. 438. C. tom. 3.*

17 Boni amiſſione dolendum eſt potiùs, quàm lætandum. *Lib. 19. de Civit. Dei, cap. 13. paulò poſt med pag. 391. B. tom. 5.*

18. Quæ habita ſunt, cum gravi ſolicitudine cuſtodiuntur, & cum dolore amittuntur, & amiſſa cum gravi labore recuperantur. *Lib. de diligendo Deo, cap. 16. in fine, pag. 514. D. tom. 9.*

19. Potes aurum perdere, & nolens: potes domum, potes honores, potes ipſam carnis ſalutem: bonum verò, quo vere bonus es, nec invitus accipis, nec invitus amittis. *Serm. 12. de verb. Dom. ante finem, pag. 38. C. tom. 10.*

20. Quæ eſt iſta animarum inſania, amittere vitam, appetere mortem: acquirere aurum, & perdere cœlum? *Ibid. Serm. 25. in med. pag. 72. C.*

21. Quod habes, cave ne perdas. *Ibid. ſerm. 53. ante med. pag. 139. B.*

22. Illud damnum minimè dicitur, quod aliquis perdit, ne ampliùs perdat. *De Mendacio ad Conſentium, cap. 18. in fine, pag. 18. D. tom. 4.*

23. Sicut lætitia deſerti boni in peccato, teſtis eſt voluntatis malæ: ita dolor amiſſi boni in ſupplicio, teſtis eſt naturæ bonæ. *Lib 19. de Civit. Dei cap. 13. poſt med. pag. 391. lit. B. tom. 5.*

24. Si quis lætetur inaniter, de his rebus lætatur quas poteſt amittere, quare metuat neceſſe eſt, ne amittat. *De 83. quæſt. quæſt. 33. in fine, p. 384. D. tom. 4.*

25. Subſtrahuntur tibi quæ Deus dedit, nunquid ſubſtrahitur qui dedit? *Sup. Pſ. 34. Conc. 1. verſ 3. Salus tua ego ſum, pag. 168. D. tom. 8.*

26. Perde aliquid ut Deo vaces, non litibus perde: ex eo quod perdes, pretium eſt temporis. *Profec.*

S. AUGUSTIN. 27. Quando aliquid amittis, ut aliquid habeas; tunc emis, quod emis: quod habes, emptum eſt: quod amittis, pretium eſt.

28. Quomodo ergo perdis nummos, ut emas tibi aliquid: ſic perde nummos, ut emas tibi quietem.

29. Quantò tempus perdidiſti, tantò melius eſt, ut nummos amittas, & tempus redimas. *De verb. Ap. ſerm. in med. & poſt med pag. 257. A. tom. 10.*

30. Sicut expirat corpus, cùm animam emittit, ita expirat anima, cùm Deum amittit. *Profec.*

31. Deus amiſſus, mors animæ eſt: anima emiſſa, mors corporis: mors corporis neceſſaria, mors animæ voluntaria. *Serm. 6. de verb. Dom. non procul ab init. pag. 12. D. tom. 10.*

S. BASILIUS MAGNUS. 32. Omnia amittere tolerabilius eſt, præter libertatem. *Concione 4. ſup. Pſ. 14. ante med. verſ. 6. p. 76. to. 1.*

S. BERNARDUS 33. Quamquam modicum id quod quiſque cum dolore obtinuerit, certus quidem non ſit quando cum dolore amittet, certus autem, quod quandoque amittet. *In tract. de diligendo Deo, cap. Dicto. ante med. fol. 296. col. 4. M.*

34. Anima quod delectat habere, id etiam perdere timet. *Serm. 82. ſup. Cant. circa med. fol. 200. col. 4. k.*

35. Quod manifeſtando potes amittere, tacendo cuſtodi. *De Inter. domo, cap. 48. in fine, fol. 331. col. 2. F.*

36. Avari pro divitiis, ne amittant, timent: & cùm amittunt dolent. *Serm. ad Clerum in Concil. Rhemenſi prope med. fol. 361. col. 1. D.*

S. BONAVENT. 37. Felix qui perdit pecuniam, ut cum ea perdat miſeriam: infelix, qui perdit vitam æternalem, ne perdat pecuniam temporalem. *Expoſ. 2. ſup. Pſ. 118. cap. 2. verſicul. 3. art. 3. pag. 168. col. 2. D. tom. 1.*

38. Qui ſe perdit, omnia perdit: ideò non prodeſt, ſed obeſt. *Sup. Lucam, cap. 9. ſup. illud, Seipſum autem perdat. pag. 112. col. 2. E. tom. 2.*

39. O cæcitas! triſtatur homo, ſi perdit theſaurum mundi; & non curat, ſi perdit fidem, charitatem, juſtitiam, & patientiam, pretioſum theſaurum Spiritus ſancti. *Serm. 3. fer. 2. Pentec. circa med. pag. 135. col. 2. to. 3.*

40. Si multùm doles pro amiſſione theſauri corporalis, quantum dolorem decet habere pro amiſſione theſauri ſpiritualis? *Serm. 1. de S. Matthæo, circa med. pag. 274. col. 1. tom. 3.*

41. Nullo modo eſt amandum quod abſque dubio eſt perdendum, & doloris eſt finaliter cauſativum. *Serm. 6. de SS. Apoſt. in fine. pag. 302. col. 1. tom. 3.*

42. Si times perdere pecuniam, neceſſariò aliquando amittendam: ſi times corporalem perdere vitam, aliquando (ſive velis, ſive nolis) perdendam: cur non times perdere vitam beatam, vitam ſecuram, vitam omnibus bonis plenam, nec ad tempus, ſed perpetuò duraturam? *Ibid. ſerm. 9. ſub finem pag. 398. col. 1.*

43. Divitiæ diù colliguntur, citò amittuntur. *Lib. 1. de profectu Religioſ. cap. 35. in princ pag. 570. col. 2. C. tom. 7. Part. 4.*

44. Cùm amittis quod amaſti, æſtima quaſi nunquam habueris. *Ibid. cap. 37. paulò ante med. pag. 571. col. 2. B.*

FRANCISCUS TITELM. 45. Qui abſtulit injuſtè alteri quod habebat chariſſimum, dignus eſt, & ipſe quod habet chariſſimum malè perdere. *In Job. cap. 31. ante med. fol. 207. pag. 1.*

46. Omninò ſtultum atque ridiculum eſt, multùm animo commoveri pro rei cujuſlibet ablatione ſeu amiſſione, quam poſt breve momentum, velis, nolis, neceſſariò eſt quiſque perditurus. *Sup. Pſ. 38. circa med. verſ. 9. Fruſtra conturbatur, pag. 336. ſect. 1.*

GLOSS. ORDIN. 47. Quantò major in poſſeſſione commoditas, tantò major in amiſſione dolor. *Sup. Exod. cap. 22. col. 699. A. tom 1.*

48. Boni Catholici magis timent de bonis ſpiritalibus admittendis, quam de corporalibus, ſeu de temporalibus. *Sup. Judith, c. 4. col. 1559. in fine, C. Moral. to. 2.*

M ij

Digitized by Google

S. GREGOR. MAGN.

49. Nunquàm ſine dolore amittitur, niſi quod ſine amore poſſidetur. *Lib. 1. Moral. cap. 4. ſup. Job. 1. Et fuit poſſeſſio ejus*, &c. *prope med. num. 4. col. 4. D. tom. 1.*

50. Magna conſolatio eſt in rerum amiſſione; illa tempora ad mentem reducere, quibus nos contigit res quas perdidimus, non habuiſſe. *Lib. 2. Moral. cap. 12. in med. col. 37. D. tom. 1.*

51. Amiſſio felicitatis, interrogat vim dilectionis. *Lib. 7. Moral. cap. 10. poſt init. col. 221. C. tom. 1.*

52. Quod præſentis vitæ ſolicitudo ordinat, amiſſio diſſipat. *Ibid. cap. 11. prope med. col. 223. D.*

53. Quantò magis quiſque terrena diligit, tantò privari eis vehementiùs pertimeſcit. *Profec.*

54. Sine enim dolore amittitur, quidquid ſine amore poſſidetur. *Lib. 31. Moral. cap. 8. ante med. col. 1052. C. D. tom. 1.*

55. Amicorum amiſſio, tantò debet tolerabiliùs mentem contriſtare, quantò amiſſuros illos conditio mortalitatis expoſcit. *Lib. 1. in Regiſt. Indict. 9. cap. 11. Ep. 11. ad Clementinam Patriciam, tom. 2.*

56. Citiùs bonum perditur, quod non à largiente cuſtoditur. *Lib. 9. Moral. cap. 29. prope finem, num. 38. col. 329. A. tom. 1.*

57. Quantò quiſque plùs cœperit quod amiſit intelligere, tantò plus incipit corruptionis ſuæ ſententiam, quàm ſubivit, lugere. *In 7. Pſalm. Pœnitentiales, ſup. Pſ. 3. verſic. 2. col. 552. A. tom. 2.*

58. Perpendo quòd tolero, perpendo quòd amiſi: dúmque intueor illud quod perdidi, fit hoc gravius quod porto. *Lib. 1. Dial. cap. 1. in med. col. 1326. A. to. 1.*

59. Si vultis nihil injuſtè perdere, ſummoperè ſtudete de injuſtitia nihil habere. *Lib. 9. in Regiſt. Indict. 4. cap. 57. Epiſt. 57. ad Brunichildem Reginam Franciæ in fine, col. 1082. A. tom. 2.*

60. Temporale bonum difficilè habetur, & citò amittitur. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 2. poſt med. col. 1496. D. tom. 2.*

S. GREG. NYS.

61. Lucrum eſt illud perdere, quod ſi quis habeat, id illi damnum affert. *Sup. Eccleſiaſten Hom. 7. ante med. col. 213. A.*

S. HIERON.

62. Melius eſt amittere quod (velimus, nolimus) aliquando periturum eſt, quàm id amittere, pro quo omnia amittenda ſunt. *Ep. 11. ad Gerontiam. poſt med. pag. 92. D. tom. 1.*

63. Lætamur ad nummum, amiſſo verò obolo contriſtamur. *Ep. 18. ad Marcell. ab init. pag. 129. B. tom. 1.*

64. Quo affectu poſſideamus aliquid, docemus cùm id amittimus. *Profec.*

65. Et cupiditatem fruendi, carendi dolor prodit: quem qui in carendo non habuit, in poſſidendo quonam modo habuit? *Ep. 1. ad Demetriadem longe ante med. pag. 15. A. tom. 4.*

66. Quale iſtud bonum eſt, quod ſemper timeas amittere? quod vel auferendum abs te metuas, vel à te relinquendum ſcias: nam etſi nullo eripiatur caſu, vel morte certè perdendum eſt. *Ibid. ante finem pag. 25. A.*

67. Tàm citò perditur, niſi fortiter cuſtodiatur) quod charum habetur & utile. *In regula Monachorum, cap. 18. in princ. pag. 330. D. tom. 4.*

HUGO A SANCTO VICTORE.

68. Quàm magnum damnum incurrit, qui pro rebus tranſeuntibus, hoc undè debet eſſe beatus perdit! *Sup. Regulam D. Auguſtini, cap. 8. ante med. p. 12. E. tom. 2.*

HUGO CARD.

69. Quantò quod poſſidetur, cæteris eſt utilius, tantò amittitur damnoſiùs. *Sup. Exod. cap. 22. in princ. fol. 90. col. 1. tom. 1.*

70. Divitiarum amiſſio nihil aliud eſt, quàm gravis oneris depoſitio. *Sup. Job. cap. 1. in fine, fol. 399. col. 4. tom. 1.*

71. De amiſſione temporalium non eſt dolendum, quia non ſunt noſtra: ſed de amiſſione ſpiritualium, quæ habita faciunt beatum. *Ibid. ut antè.*

IDIOTA.

72. Divitiarum amiſſio, magni doloris eſt. *In contempl. amoris divini. cap. 2. apud Bibl. Patr. to. 10. pag. 9. col. 2. lit. H.*

JOAN. CASS.

73. Quidquid per diligentiam acquiritur, poteſt etiam per negligentiam deperire. *In collat. 6. Theodori Abbat. cap. 16. ferè in med. pag. 426.*

S. JOANNES CHRYSOST.

74. Privatus es pecunia: ſi gratias egeris Deo, mortalem diabolo plagam intuliſti. *Profec.*

75. Sed ſi ad vates abieris pro perditis recuperandis, animam tuam perdis, & aliis deriſio eris, atque iterùm rem perditam malè amittes. *Hom. 5. de patientia Iob. ante med. col. 687. D. tom. 1.*

76. Fide ſervata, etiamſi omnia perdas, omnia tamen cum magnificentia recuperabis. *Hom. 34. ſup. Mat. longe ante med. col. 307. C. tom. 2.*

77. Qui ſecularibus rebus ſervit, & illis deditus in propoſito perſeverat, neceſſe eſt ut ille cœleſtem amittat theſaurum. *Hom. 64. in Mat. poſt med. col. 534. C. tom. 2.*

78. Quod invitus amittis propter Dei timorem, majorem pro illo mercedem habes, quàm ſi illud in eleemoſinam dediſſes. *Hom. 12. oper. imperf. ſup. Mat. a med. col. 819. A. tom. 2.*

79. Si vel parùm argenti amiſeris, id omninò damnum appellas: ſin totos dies in diaboli operibus conſumpſeris, nihil amiſiſſe opinaris. *Prof.*

80. Omnia potiùs ſunt amittenda, quàm tempus: aurum amittis, poterit recuperari: amiſſum autem tempus, nunquàm. *Hom. 57. ſup. Ioan. ante finem, col. 275. A. tom. 3.*

81. Sunt non pauci, qui verbera ferunt, jacturam verò rerum non ferunt. *Profec.*

82. Quia earum gratia cædi mallent, innumeraſque perpeti moleſtias, quàm ex illis quidquam amittere. *Hom. 1. ſup. Epiſt. 2. ad Cor. circa med. col. 688. B. tom. 4.*

83. Perdidiſti auri libras decem millia? age gratias confeſtim Deo, & centum millia acquiſiviſti per vocem illam & gratiarum actionem. *Hom. 20. ſup. Epiſt. ad Hebr. in Moral. prope med. col. 1788. C. tom. 4.*

84. Quod amittitur ut iterùm acquiratur, labore multo indiget: quod autem tenetur ne amittatur, non item. *Ibid. Hom. 21. circa med. col. 1791. D.*

S. ISIDORUS HISPALENS.

85. Quantò contriſtat res perdita, tantò magis lætificat ſi fuerit inventa. *Lib. 2. de ſum. bono. cap. 14. ſent. 5. pag. 644. col. 2.*

86. Qui pluſquàm oportet res tranſitorias diligunt, majorem ſibi ingerunt dolorem rei ablatæ, quàm amorem parturiebant poſſeſſæ. *Profec.*

87. Cum gravi enim dolore amittuntur, quæ cum magno amore habentur.

88. Minùs autem carendo dolemus, quæ minùs poſſidendo diligimus. *Ibid. lib. 3. cap. 59. ſent. 2. pag. 689. col. 2.*

S. JUSTINUS MART.

89. Major Dei metus cauſa eſt, cur ea quæ chara habentur, minimè amittantur. *Profec.*

90. Quò enim præſtantius eſt, & quò charius habetur quod amatur, eò vehementiùs is, qui illud charum habet, ejus amiſſionem timet. *De neceſſariis quibuſdam quæſtion. explicat. 98. apud Bibliot. Patrum, tomo ſecundo, pagina 100. columna ſecunda, lit. H. Edit. Colonia 1618.*

LACT. FIRM.

91. Certè nullus labor eſt recuſandus, quo id acquiratur; quod nullo modo poſſit amitti. *Lib. 6. de vero cultu cap. 4. poſt med. pag. 243.*

PETRUS BLESENS.

92. Malo animam meam perdere, ut cuſtodiam: quàm cuſtodire, ut perdam. *Sup. Iob. cap. 2. poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 924. col. 1. C. edit. Colonia 1618.*

PETRUS CELLENSIS.

93. Nihil in anima poſſeſſione Dei felicius, & Deo ſimilius: nihil in amiſſione miſerius, & Deo diſſimilius. *Lib. 6. Epiſt. Ep. ultima ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. ſecund. pagin. 594. column. 1. lit. C. edit. Colonia 1618.*

S. PETRUS CHRYSOL.

94. Amiſiſſe te non doleas, quod cùm amiſeris, non dolebis. *Serm. 101. poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 737. col. 1. D.*

Digitized by Google

S. PETRUS DAMIANUS. 95. Quæris ut acquiras: acquiris ut perdas · perdis ut doleas. *Serm. 59. de S. Nicolao ante med. pag. 289. col. 2. lit. A. tom. 2.*

S. PROSPER. 96. Boni temporalis amiſſio, ſit exercitium juſti, & injuſti ſupplicium. *Proſec.*

97. Quia juſtus deſiderio cœleſtium captus, omnia temporalia, ſive habeat, ſive amittat, omninò non ſentit.

98. Sed iniquus, quod cum delectatione habuit, ſine dolore non perdit. *Lib. 2. de vita contempl. cap. 13. poſt med. apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 64 colum. 2. lit. G. edit. Coloniæ 1618.*

99. Hoc ſolùm nunquàm amittitur, quod operi pietatis impenditur. *Sent. 98. inter opera D. Auguſt. in fine tom. 3. pag. 748. C.*

100. Poteſt homo invitus amittere temporalia bona, nunquàm verò, niſi volens, perdit æterna. *Ibid. ſent. 205. pag. 753. B.*

101. Id ſolùm rectè diligitur, quod nunquàm benè amittitur. *Ibid. ſent. 264. pag. 756. C.*

TERTULIAN. 102. Si amiſiſti vitæ gaudia; negotiatio eſt aliquid amittere, ut majora lucreris. *Ad Martyres cap. 2. in med. pag. 224. E. tom. 2.*

S. THOMAS AQUINAS. 103. Solicitudo eſt in acquirendo, timor in poſſidendo, dolor in amittendo. *Sup. Ep. 1. ad Tim. cap. 6. lect. 2. circa med. fol. 207. col. 3.*

THOMAS À KEMPIS. 104. Citò perditur cœleſtis theſauri deſiderium in ſilentio acquiſitum, niſi fuerit cum omni diligentia ab extraneis rumoribus cuſtoditum. *Serm. 1. ad Novitios, Diviſ. 3. pag. 7. tom. 1.*

105. Citò poteſt perdi per negligentiam quod multo labore vix tandem acquiſitum eſt per gratiam. *Lib. 1. de Imit. Chriſti, cap. 22. ſect. 6. pag. 340. tom. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 106. Nemo ſua ſponte (ſimpliciter & abſolutè loquendo) rerum ſuarum jacturam facit; ſed ſuæ ac cæterorum ſalutis cauſa omnes faciunt, qui modò ſanæ mentis ſint. *Lib. 3. de Moribus, cap. 1. poſt init. fol. 21. pag. 2. edit. Pariſ. 1565.*

CICERO. 107. Non poſſunt una in civitate multi rem atque fortunas amittere, ut non plures ſecum in eandem calamitatem trahant. *Orat. 13. pro lege Manilia, ante med. num. 19. col. 340. lit. B. tom. 2.*

108. Plus tibi virtus tua dedit, quàm fortuna abſtulit. *Libr. 5. Epiſt. 18. ad Fabium, ante med. col. 80. lit. E. tom. 3.*

109. Nunquàm dicam illum bona perdidiſſe, ſi quis pecus aut ſupellectilem amiſerit. *De Paradoxis cap. 2. poſt init. col. 580. lit D. tom. 4.*

110. Nihil neque meum eſt, neque cujuſpiam, quod auferri, quod eripi, quod amitti poteſt. *Ibid. cap. 4. ſub fin. col. 584. F.*

EPICTETUS PHILOSOPH. 111. Nunquàm te quidquam perdidiſſe dicito, ſed reddidiſſe: filius obiit, redditus eſt. *In ſuo Enchirid. cap. 15. in princ.*

PLATO. 112. Moderatus vir, moderato & quidem amico orbari morte, non prorſus acerbum ducere debet. *Tom. 2. Sizygia 4. lib. 3. de Republ. poſt init. pag. 387. D.*

SENECA. 113. Nihil eripitur, niſi retinenti. *In lib. cur bonis viris, cap. 5. circa med. pag. 388. tom. 1.*

114. Mihi divitiæ ſi effluxerint, nihil auferent. *De beata vita, cap. 22. in fine, pag. 505. tom. 1.*

115. Cogitandum eſt quantò levior dolor ſit non habere, quàm perdere: & intelligamus paupertati eò minorem tormentorum, quò minorem damnorum eſſe materiam. *De tranquill. animi, cap. 8. in princ. pag. 529. tom 1.*

116. Tolerabilius eſt, faciliuſque non acquirere, quàm amittere. *Ibidem, poſt init. pag. 529.*

117. Putabo hunc non eſſe felicem, ſi quem mihi inveneris, cui nihil pereat. *Ibidem, ante medium, pag. 529.*

118. Sapiens nihil perdere poteſt, omnia in ſe repoſuit: nec augeri, nec minui poteſt. *De conſtantia ſapientis, cap. 5. ab init. pag. 546. tom. 1.* SENECA.

119. Ita habe perfectum illum virum, humanis diviniſque virtutibus plenum, nihil perdere. *Proſec.*

120. Bona ejus ſolidis, & inſuperabilibus munimentis præcincta ſunt. *Ibidem, cap. 6. in fine, pagina 547.*

121. Is perdidit, qui citò ſe perdidiſſe credidit. *Lib. 1. de benefic. cap. 3. in princ. pag. 380 tom. 2.*

122. Rerum natura nihil dicitur perdere; quia quidquid illi avellitur, ad illam redit. *Proſec.*

123. Nec perire quidquam poteſt, quod quò excedat, non habet; ſed eò revolvitur, undè diſcedit. *Ibid. lib. 5. cap. 8. ante fin. pag. 462.*

124. Nullum bonum juvat habentem, niſi ad cujus amiſſionem præparatus eſt animus. *Proſec.*

125. Nullius rei facilior eſt amiſſio, quàm quæ deſiderari amiſſa non poteſt. *Epiſt. 4. circa med. pag. 527. tom. 2.*

126. Stilpon capta patria, amiſſis liberis, amiſſa uxore, interroganti Demetrio, nùm quid perdidiſſet: Omnia, inquit, bona mea mecum ſunt, juſtitia, virtus temperantia, prudentia, quod bonum eripi non poteſt. *Ep. 9. ante fin pag. 537. tom. 2.*

127. Quòd periturum eſt, tecum ipſe verſa, & circumſpice, nos agunt in inſaniam, & cum plurimis lachrymis amittimus. *Proſec.*

128. Si diù illud habuiſti, perdis poſtquàm ſatiatus es: ſi non diù, perdis antequàm aſſueſcas.

129. Scies non damnum in his moleſtum eſſe, ſed opinionem damni.

130. Nemo illa periiſſe ſentit, ſed cogitat.

131. Qui ſe habet, nihil perdidit. *Ep. 42. verſus fin. pag. 597. tom. 2.*

132. Id agamus, ut jucunda nobis fiat amiſſorum recordatio. *Ep. 63. poſt init pag. 636. tom. 2.*

133. Habui amicos, tanquàm amiſſurus: amiſi, tanquàm habeam. *Ibid. circa med. pag. 636.*

134. Inæquo eſt dolor amiſſæ rei, & timor amittendæ. *Ep. 98. ante med. pag. 800. tom. 2.*

135. Tàm neceſſe eſt perire, quàm perdere: & hoc ipſum, ſi intelligimus, ſolatium eſt, æquo animo perdere, quod periturum eſt. *Ibidem, circa medium, pag. 801.*

136. Habere, eripitur: habuiſſe, nunquàm. *Ibid. poſt med. pag. 801.*

137. Quid doles amiſiſſe, quod habuiſſe non prodeſt? *Ep. 99. circa init. pag. 801. to. 2.*

Amor in genere.

DEFINITIO, DESCRIPTIO, DIVISIO, DIFFERENTIA, PRODUCTIO,

QUID eſt amor, niſi quædam vita duo aliqua copulans; vel copulare appetens: amantem ſc. & quod amatur? *Lib. de Trin. cap. 10. in princ. pag. 254. C. tom. 3.* S. AUGUSTIN.

Amor eſt delectatio cordis alicujus ad aliquid, propter aliquid per deſiderium percurrens, atque per gaudium requieſcens: per deſiderium in appetendo, & per gaudium in perfruendo. *De ſpir. & anima, cap. 45. poſt med. pag 629. B. tom. 3.*

Amor nihil aliud eſt, quàm vehemens, & benè ordinata voluntas. *De Amore Dei, cap. 7. ante med. fol. 51. col. 3. I. in 2. volum.* S. BERNARD.

Amor eſt connexio & vinculum, quo omnium rerum univerſitas ineffabili amicitia, inſolubilique unione copulatur. *In itineribus 7. in Deum. de itinere 4. Diſtinct. 2. pag. 160. colum. 1. lit. B. tom. 7. part. 3.* S. BONAVENT.

Amor, eſt virtus unitiva amantis cum amante. *Ibid. in fine, pag. 160. col. 2. B.*

Dionysius Carthos. — Amor eſt, mutua animorum unio. *De Perfectione charitatis, art. 6. poſt med. fol. 175. pag. 2.*

Hugo a S. Victore — Amor, eſt bona erga alterum propter ipſum voluntas.

S. Greg. Niss. — Amor eſt intrinſecus inſita in id, quod animo eſt jucundum habitudo, operans per voluptatem & delectationem. *Hom. 8. ſup. Eccleſiaſten, in princ. col. 219. lit. C.*

Idiota. — Amor eſt affectio vehemens cordis & animæ, ac mentis applicatio ad aliquid diligendum. *In Contempl. de amore divino, cap. 1. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 10. pag. 1. col. 1. lit. C.*

Amor eſt quædam vis mutua, & virtus agglutinativa, ſumma movens ad infima & noviſſima. *De Contempl. divini amor. cap. 14. ante med.*

S. Joannes Chrysost. — Amor, eſt animæ vacantis paſſio. *Homil. 40. oper. imperf. ſup. Matth. poſt initium, col. 1012. lit. C. tom. 2.*

Joan. Gers. — Amor animalis, eſt inclinatio vel motus conſurgens ex apprehenſione boni, vel tanquàm boni. *De Paſſione animæ, conſid. 6. in princ. fol. 375. col. 4. lit. T. part. 3.*

Patrus Blesens. — Amur, eſt quædam vis appetitiva rerum, quas ex deſiderio eligimus, & amplectimur ad fruendum. *De Amicitia, cap 1. apud Biblioth. Patr. tom. 12 part. 2. pag. 968. col. 1. D.*

S. Thomas Aquinas. — Amor eſt nexus amantium. *Part. 1. quæſt. 37. art. 1. Arg. 3. pag. 71. col. 2.*

Amor eſt quædam connaturalitas, vel complacentia amantis ad amatum. *1. 2. quæſt. 27. art. 1. in corp. pag. 49. col. 1.*

Amor eſt unio amantis ad amatum. *Ibid. quæſt. 28. art. 1. in corp. pag. 50. col. 1.*

Cicero. — Quid eſt amare, niſi velle bonis aliquem affici quàm maximis? etiamſi ad ſe ex iis nihil redeat. *Lib. 2. de finibus, poſt med. num. 78. col. 94. A. B. tom. 4.*

Descriptio.

S. Thomas Aquinas. — Amor, eſt prima omnium paſſionum. *1. 2. quæſt. 25. art. 2. argum. in contrar. pag. 54. col. 1.*

Divisio.

S. Augustin. — Duas civitates faciunt duo amores: Hieruſalem facit amor Dei, Babyloniam facit amor ſeculi; interroget ergo ſe quiſque quid amet, & inveniet undè ſit civis. *Sup. Pſalm. 64. in Præfat. poſt med. pag. 453. A. tom. 8.*

Duo ſunt amores, mundi & Dei: ſi mundi amor habitat, non eſt quà intret amor Dei: recedat amor mundi & habitet Dei, melior accipiat locum *Tract. 2. in cap. 2. Epiſt. B. Joann. paulo poſt med. pag. 401. B. tom. 9.*

Eſt amor utilis, eſt amor noxius: amor amore impeditur, amor noxius recedat, & amor utilis ſuccedat. *Homiliarum 50. in Homil. 37. in medio, pag. 353. lit. A. tom. 10.*

S. Bonavent. — Amor multiplex eſt, ſc.
- Naturalis, erga ſe.
- Pius, erga parentes.
- Jucundus, erga ſocios.
- Juſtus, erga amicos.
- Violentus, erga inimicos.
- Sanctus, erga Deum. *In Compendio Theologiæ libr. 5. cap. 24. in medio, pag. 760. litt. E. tom. 7.*

Hugo Card. — Quadruplex eſt amor.
- Primus eſt divinus & cæleſtis, qui charitas appellatur, & hic meritorius eſt.
- Secundus, venenoſus, libidinoſus, diabolicus, & hic damnabilis eſt.
- Tertius, carnalis, quo quis carnem propriam, vel parentes diligit: & hic, ſi moderatus ſit, tolerabilis eſt: ſi immoderatus, reprobabilis & damnoſus.
- Quartus, mundanus, qui ſi moderatus ſit licitus eſt, & conceſſus: ſi immoderatus, deteſtabilis, & pernicioſus eſt. *Sup. Cantica in Prologo ante med. fol. 105. col. 3. tom. 3.*

Differentia.

S. Antonin. — Differunt iſta tria, ſcilicet, amor, dilectio & charitas. *Profec.*

Amor importat complacentiam ad rem amatam, & ſic eſt communis nobis & brutis.

Dilectio ſupra amorem addit electionem, & poteſt convenire & bonis & malis.

Charitas autem addit ſupra dilectionem quandam perfectionem, ſeu divinam infuſionem. *Part. 1. tit. 6. cap. 2. §. 1. circa med. fol. 127. col. 1.*

Hugo a S. Victore. — Inter amorem mundi, & amorem Dei, hæc eſt differentia; quòd mundi amor in principio dulcis eſſe videtur, ſed finem habet amarum. *Profec.*

Amor verò Dei ab amaritudine incipit, ſed ultima ejus dulcedine plena ſunt. *Lib. 1. de Arca Noe, Morali, cap. 1. in princ. pag. 296. A. tom. 2.*

Seneca. — Amare & amicum eſſe, diſſimila ſunt: qui amicus eſt, amat: qui amat, non utique amicus eſt. *Profec.*

Itaque amicitia ſemper prodeſt, amor etiam aliquando nocet. *Ep. 35. in princ. pag. 587. tom. 2.*

Productio.

S. Augustin. — Duo ſont rivi, qui de fonte amoris emanant: cupiditas & charitas. *Prof.*

Eſt omnium malorum radix cupiditas, & omnium bonorum radix charitas. *De ſubſtantia dilect. cap. 1. prope, init. pag. 701. A. tom. 4.*

Amor perverſus, ab odio: odium rectum, ab amore eſt. *Homiliarum 50. Hom. 37. circa init. pag. 352. lit. D. tom. 10.*

S. Gregor. Magnus. — Ex timore honor, ex honore ſolet procedere amor. *Sup. Cantica in Prologo, poſt medium, colum. 6. lit. A. tom. 2.*

S. Thomas Aquinas. — Amor, eſt prima radix omnium paſſionum. *1. 2. quæſt. 46. art. 1. in corp. pag. 77. col. 2.*

Amor eſt prima affectio, & omnium affectionum radix. *1. 2. quæſt. 70. art. 3. in corp. circa initium, pag. 119. colum. 2.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius. — 1. Amor verus, conſtantiâ probatur. *Lib. 6. Ep. 40. ad Sabinum in fine. col. 598. C. tom. 3.*

S. August. — 2. Ponderibus ſuis aguntur omnia, & loca ſua petunt: pondus meum amor eſt, eò feror quocunque feror. *Libr. 13. Confeſſ. cap. 9. in medio, pag. 157. A. tom. 1.*

3. Jubet lex æterna avertere amorem à temporalibus, & eum mundatum convertere ad æterna. *Lib. 1. de lib. arbit. cap. 15. circa medium, pag. 444. lit. C. tom. 1.*

4. Hoc ſine amore adeſt, quod ſine dolore diſcedit. *De vera Religion. cap. 47. in fine, pag. 313. lit. B. tom. 1.*

5. Beatus (quantum exiſtimo) neque ille dici poteſt, qui non habet quod amat, qualecumque ſit: neque qui habet quod amat, ſi noxium ſit: neque qui non amat quod habet, etiamſi optimum ſit *De Moribus Eccl. cap. 3. in princ. pag. 520. C. tom. 1.*

6. Nihil eſt tàm durum atque ferreum quod non amoris igne vincatur. *Ibidem, cap. 22. in med. pag. 530. lit. D.*

7. Sine dolore non pereunt, quæ cum amore poſſeſſa ſunt. *In Enchirid. cap. 68. in fine. pag. 124. lit. D. tom. 3.*

8. Non amatur amor, niſi jam aliquid amans: quia ubi nihil amatur, nullus eſt amor. *Prof.*

9. Duo ergo ſunt, cùm ſe quiſque amat: amor, & quod amatur, tunc amans, & quod amatur unum eſt. *Lib. 9. de Trin. cap. 2. prope med. pag. 255. B. tom. 3.*

10. Amans, aliquo amore amat; & amor alicujus amantis eſt. *Ibidem, poſt med. pag. 255. B.*

S. AUGUSTIN.

11. Tanta vis eſt amoris, ut ea quæ cum amore diù mens cogitaverit, eique curæ glutino inhæſerit, attrahat ſecum, etiam cùm ad ſe cogitandum quodammodo redit. *Ibidem, libr.* 10. *cap.* 5. *poſt med. pag.* 265. *lit. A.*

12. Amari aliquid (niſi notum) non poteſt. *Ibid, lib.* 10. *cap.* 1. *prope med. pag.* 262. *C.*

13. Tunc laudandus eſt animus vehementer amans, cùm id quod amat, vehementer amandum eſt. *Ibidem, cap.* 11. *ferè in princ. pag.* 268. *C.*

14. Hi duo amores ſunt, ſcilicet.

- Pecuniæ & charitatis. Quorum
  - Alter ſanctus eſt, alter immundus.
  - Alter ſpecialis, alter privatus.
  - Alter ſubditus, alter æmulus.
  - Alter tranquillus, alter turbulentus.
  - Alter pacificus; alter ſeditioſus.
  - Alter veritatem laudibus præferens, alter quoquomodo laudis avidus.
  - Alter amicabilis, alter invidus.
  - Alter volens proximo quod ſibi, alter ſubjicere proximum ſibi.
  - Alter propter proximi utilitatem regens proximum, alter propter ſuam. *Lib.* 11. *de Geneſ. ad literam, cap.* 15. *prope med. pag.* 471. *A. tom.* 3.

15. Nulla eſt major ad amorem invitatio, quàm prævenire amando: & nimis durus eſt animus, qui dilectionem ſi nolebat impendere, nolit & rependere. *De Catechizand. rudibus, cap.* 4. *prope init. pag.* 639. *B. tom.* 4.

16. Ubi gratior amor eſt, ibi non æſtuat indigentiæ ſiccitas, ſed ubertate beneficentiæ profluit. *Ibidem, circa med. pag.* 640. *C.*

17. Nec qui amat, malum eſt; nec quod amat, malum eſt: nec amor, quo amat, malum eſt: ſed quòd malè amat, malum eſt; & hoc omne, malum eſt. *De Subſtantia dilection. cap.* 2. *in fine, pag.* 701. *lit. B. tom* 4.

18. Vita cordis, amor eſt: impoſſibile eſt ut ſine amore ſit cor, quod vivere cupit. *Ibidem, cap.* 6. *in princ. pag* 702. *D.*

19. Humana mens ſine amore eſſe non poteſt, aut ſeipſam, aut certè aliud aliquid à ſe diligat, neceſſe eſt. *Ibid. ut ante.*

20. Ea eſt vis amoris, ut oculus mentis offerat, quod ardentius mens deſiderat. *De amicit. cap.* 26. *antè med. pag.* 782. *C. tom.* 4.

21. Minus amor habet amoris, ubi ſe ſentit (qui diligit) non amari. *Ibidem, circa med. pagina* 782. *lit. C.*

22. Qui perverſè amat cujuſlibet naturæ bonum, etſi adipiſcatur, ipſe fit in bono malus, & miſer meliore privatus. *Lib.* 12. *de Civit. Dei, cap.* 8. *in fine, pag.* 215. *A. tom.* 5.

23. Omnis creatura & benè poteſt amari, & malè: benè ſcilicet ordine cuſtodito, malè autem ordine perturbato. *Ibidem, lib.* 15. *cap.* 22. *in med. pag.* 285. *lit. A.*

24. Sunt ſordes animi, amor quarumlibet rerum, præter animum & Deum: à quibus ſordibus quantò eſt quis purgatior, tantò verùm facilius intuetur. *De utilitate credendi, cap.* 16. *antè med. pag.* 76. *lit. C. tom.* 6.

S. AUGUSTIN.

25. Si ubi eſt timor operetur labor, ubi erat labor erit & amor. *Lib.* 2. *de Adulterinis conjug. cap.* 13. *in fine, pag.* 597. *A. tom.* 6.

26. Verè felix eſt, qui, non ſi id habet quod amat, ſed ſi id amet quod amandum eſt. *Proſec.*

27. Multi miſeri ſunt magis habendo quod amant, quàm carendo: amando res noxias miſeri, habendo ſunt miſeriores. *Sup. Pſal.* 26. *Enarr.* 2. *longè poſt init. verſ.* 7. *pag.* 89. *A. tom.* 8.

28. Quiſquis amat carnaliter, neceſſe eſt ut cum zelo peſtifero amet. *Sup. Pſal.* 33. *poſt init. verſ.* 3. *pag.* 158. *D. tom.* 8.

29. Non recuſetur labor, ſi adeſt amor; quoniam, qui amat, non laborat: omnis enim labor, non amantibus gravis eſt. *Tract.* 48. *ſup. Evang. Joan. de cap.* 10. *in princ. pag.* 239. *A. tom.* 9.

30. Non minus amori lingua ſerviat, quàm timori. *Ibidem, tract.* 123. *de cap.* 21. *in med. pag* 385. *lit. B.*

31. Omnia ſæva & immania, prorſus facilia, & propè nulla efficit amor. *Proſec.*

32. Quæ dura ſunt laborantibus, eiſdem ipſis miteſcunt amantibus. *Serm.* 9. *de verb. Dom. poſt med. pag.* 22. *C. tom.* 10.

33. Animus velut pondere, amore fertur quocunque fertur. *Ep.* 89. *ad Hilariam, longè poſt init pag.* 258. *lit. C. tom.* 2.

34. Quod non propter ſe amatur, non amatur. *Libr.* 1. *Soliloq. cap.* 13. *ſtatim ab initio, pag.* 366. *C. tom.* 1.

35. Impatiens eſt animus, nec lachrymis modus ſit, niſi amori detur quod amatur. *Ibidem, lib.* 2. *cap.* 1. *in princ. pag* 368. *C.*

36. Pudeat cùm alia non amentur, niſi quia bona ſunt, eis inhærendo non amare bonum ipſum, undè bona ſunt. *Lib.* 8. *de Trin. cap.* 3. *paulo poſt med. pagina* 248. *A. tom.* 3.

37. Nullum bonum perfectè noſcitur, quod non perfectè amatur. *Proſec.*

38. Neque ut ſola mens poteſt cognoſcere, ita & amare ſola poteſt. *De* 83. *quæſt. quæſt.* 35. *poſt med. pag.* 385. *A. tom.* 4.

39. Nullomodo ſunt oneroſi labores amantium, ſed etiam ipſi delectant. *Proſ.*

40. In eo quod amatur, aut non laboratur, aut & labor amatur. *De bono viduitatis, cap.* 21. *in fine, pag* 735. *B. tom.* 4.

41. Amor inhians habere quod amatur, cupiditas eſt: id autem habens, eoque fruens, lætitia eſt: fugiens quod ei adverſatur, timor eſt: idque ſi acciderit, triſtitia eſt. *Lib.* 14. *de Civit. Dei, cap.* 7 *poſt med. pag.* 250. *C. tom.* 5.

42. Amate, ſed quid ametis, videte. *Proſ.*

43. Amor vacare non poteſt: quid enim de quoquam homine, etiam malè operatur, niſi amor?

44. Da mihi vacantem amorem, & nihil operantem: flagitia, adulteria, facinora, homicidia, luxurias omnes, nonne operatur? *In Præfat. Pſ.* 31. *circa med. pag.* 126. *C. tom.* 8.

45. Amor ipſe non ita ſentitur eſſe, cùm non prodit indigentia; quoniam non ſemper præſtò eſt, quod amatur. *Libr.* 10. *de Trin. cap.* 12. *in fine, pag.* 269. *A. tom.* 3.

46. Si amare piget, ſaltem redamare non pigeat. *De Catechizand. rudibus, cap.* 4. *in princ. pag.* 639. *B. tom.* 4.

47. Amor perverſus animæ, abundat: amor autem rectus, valdè paucorum eſt. *Ex Homiliis* 50. *Hom.* 37. *in med. pag.* 353. *A. tom.* 10.

48. Homines mali, mundus vocantur, ex eo quod illum amant. *Proſec.*

49. Amando Deum, efficiuntur dii: amando mundum, mundus dicuntur. *Serm.* 24. *de Nativitat. & in*

Digitized by Google

ord. 28. *in princ. pagin.* 435. *lit. B. tom.* 10.

S. AUGUSTIN. 50. Viæ Dei duræ ſunt timori, leves amori. *De natura & gratia, cap.* 70. *in princip. pag.* 518. *lit. D. tom.* 7.

51. Quæ vides, bona putas, falleris, ſanus non es, nimia febre phreneticus factus es: verum non eſt, quod amas, vanitas eſt, inſania mendax eſt. *Sup. Pſal.* 39. *antè med. verſ.* 6. *Non reſpexit in vanitates, &c. pag.* 237. *B. tom.* 8.

V. BEDA. 52. Quàm tenebroſus amor, quo lucis ſpernitur author? *Tom.* 2. *in Proverb. ſuis. verbo. Quam pag.* 197.

S. BERNARD. 53. Præceps amor, nec judicium præſtolatur, nec conſilio temperatur, nec pudore frænatur, nec rationi ſubjicitur. *Serm.* 9. *ſup. Cant. paulò poſt init. fol.* 139. *col.* 3. *G.*

54. Cùm præſtò eſt quod amatur, viget amor; languet, cùm abeſt. *Ibidem, Serm.* 51. *ante med. fol.* 175. *col.* 1. *A.*

55. Amor intemperans pudorem, modum, & conſilium neſcit. *Ibidem, Serm.* 73. *in princ. fol.* 193. *col.* 2. *lit. D.*

56. Amor reverentiam neſcit: ab amando quippè amor, non ab honorando denominatur. *Prof.*

57. Honoret ſanè qui horret, qui ſtupet, qui metuit, qui miratur, vacant hæc omnia penès amantem.

58. Amor ſibi abundat, amor ubi venerit, cæteros in ſe omnes traducit, & captivat affectus.

59. Propterea qui amat, amat, & aliud novit nihil.

60. Ipſe qui honori meritò, meritò ſtupori & miraculo eſt, amari tamen plus amat. *Ibidem, Ser.* 83. *ante med. fol.* 201. *col.* 2. *E.*

61. Suſpectus eſt amor, cui aliud adipiſcendi quàm in Deo ſpes ſuffragari videtur: infirmus eſt, qui fortè ſpe ſubtracta aut extinguitur aut minuitur: impurus eſt, qui & aliud cupit. *Ibidem, poſt med. fol.* 201. *colum.* 3. *lit. G.*

62. Purus amor mercenarius non eſt: purus amor, de ſpe vires non ſumit, nec tamen diffidentiæ damna ſentit. *Ibidem.*

63. Ubi amor eſt, labor non eſt, ſed ſapor: quoniam amanti nihil difficile eſt. *Lib.* 5. *in floribus, cap.* 26. *ante finem, & Serm.* 85. *ſup. Cantica circa med. fol.* 202. *col.* 4. *M.*

64. Flagrans ac vehemens amor, cùm ſe intra ſe cohibere non valet, non attendit quo ordine, qua lege, quave ſerie, ſeu paucitate verborum ebulliat, dummodo ex hoc nullum ſui ſentiat detrimentum. *Profecnt.*

65. Interdùm nec verba requirit, interdùm nec voces omninò ullas, ſolis ad hoc contentus ſuſpitiis. *Ser.* 67. *in Cantic. ante med. fol.* 188. *col.* 1. *A.*

66. Non eſt ſincerus amor, ubi dubietatis ſcrupulus ſuſpicionis fæcem retinet. *Epiſt.* 178. *ad Innocent. Papam, in princ. fol.* 245. *col.* 4. *L.*

67. Ars eſt artium, ars amoris: cujus magiſterium ipſa ſibi retinuit natura. *De natura amoris divini, cap.* 1. *in princ. fol.* 52. *col.* 3. *H. in* 2. *volum.*

68. Sine Deo, amarus eſt omnis amor. *Ep. ad quendam, in princ. fol.* 119. *col.* 4. *K. in* 2. *volumine.*

69. Quidquid propter aliud amare videaris, id planè amas, quò amoris finis pertendit, non per quod tendit. *In tract. de diligendo Deo, verbo Dicto, in princ. fol.* 296. *col.* 4. K.

70. Nullus ibi apparet labor, ubi verus eſt amor. *Serm.* 13. *de Cœna Domini, ante med. fol* 118. *col.* 3. *lit. G.*

71. Cuncti amori libenter obediunt, & ejus jugo colla ſubmittunt: perverſi, perverſo: lubrici, lubrico: ſancti, ſancto: caſti, caſto, & quilibet in deſiderio ſuo. *Ibidem, ut antè.*

S. BONAVENT. 72. Nullo modo eſt amandum, quod abſque dubio eſt perdendum, & doloris eſt finaliter cauſativum. *Serm.* 6. *de SS. Apoſt. in fin. pag.* 303. *col.* 1. *tom.* 3.

73. Quod cor amat, ſæpè de eo cogitat: ſæpè enim cogitant vani de carnis deliciis, & ſæpè ſuperbi de eminentiis, & ſpirituales ſæpè de divinis. *Prof.*

74. Homo maximè de eo cogitat, quod præ cæteris amat: ſi de mundo magis, quàm de Deo cogitas; mundum magis, quàm Deum amas. *Serm.* 8. *in princ. ſup. illud, Joann.* 14. *Siquis diligit me. pag.* 305. *col.* 1.

75. Similitudo magna, eſt cauſa magni amoris. *Ib. Ser.* 9. *ante med. pag.* 307. *col.* 1.

76. Amor omnia gravia, levia: & amara, dulcia facit. *Serm.* 2. *de pluribus Confeſſ. & in ord.* 29. *ſtatim à med. pag.* 338. *col.* 2. *tom.* 3.

77. Quid vis, an amare temporalia, & tranſire cum tempore? an Chriſtum amare, & in æternum vivere? *In collat. de contemptu ſeculi poſt init. pag.* 95. *col.* 2. *lit. A. tom.* 7. *part.* 3.

78. Amore tendente in rem amatam nihil velocius, nihil acutius, nihil ſubtilius, aut penetrabilius. *In itineribus* 7. *Itinere* 4. *diſtinct.* 4. *art.* 4. *circa med. pag.* 164. *col.* 2. *B. tom.* 7. *part.* 3.

79. Sæpè ſpiritu amor inceptus, conſumatur carne. *Lib.* 1. *de profectu Relig. cap.* 39. *in princ. pag.* 573. *col.* 1. *B. tom.* 7. *part.* 4.

S. BONAVENT. & S. BERNARD. 80. Non eſt præſentior noſter ſpiritus ubi animat, quàm ubi amat. *De* 7. *itineribus, itin.* 4. *diſt.* 4. *art.* 4. *à medio, pag.* 164. *col.* 2. *C. tom.* 7. *part.* 3. *Bern. de præc. & diſp.*

CASSIODORUS. 81. Ille verus amor eſt, qui veritatis affectum ſic rigida deliberatione cuſtodit, ut omninò execretur quod ei poteſt eſſe contrarium. *Sup. Pſ.* 118. *verſ. Iniquitatem odio habui, &c. fol.* 193. *col.* 2.

S. CÆSARIUS ARELATENSIS. 82. Amor amore vincitur. *Homil.* 10. *poſt init. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 755. *col.* 1. *lit. D. edit. Coloniæ* 1618.

S. CLEM. ALEX. 83. Qui verè aliquid amat, ei vult prodeſſe: quod autem prodeſt, præſtantius eſt. *Lib.* 1. *Pædagogi, cap.* 8. *poſt med. fol.* 24. *pag.* 2. *D.*

S. CYPRIANUS. 84. Non debet contendi quod non licet amari. *De* 12. *Abuſion. cap.* 7. *ante med. pagin.* 600. *colum.* 1. *tom.* 3.

DIONYS. CARTHUS. 85. Amor tranſponit & mutat amantem in amatum. *Sup. Ep. ad Galat. cap.* 2. *art.* 2. *ſub fine. ſup. illud, Vivit verò in me Chriſtus, fol.* 72. *A.*

86. Anima veriùs eſt ubi amat, quàm ubi animat. *Sup. Epiſt. ad Philipp. cap.* 3. *art.* 3. *in fine, fol.* 89. *lit. E.*

87. Ubi amor, ibi oculus: & quod quis ferventiùs amat, in illo magis quieſcit. *De Profeſſione Monaſtica, art.* 5. *poſt init. fol.* 70. *pag.* 2.

GILBERTUS PORRAT. 88. Quantò fuerit expeditior animus, tantò impenſior erit in illud quod amat. *Serm.* 1. *ſup. Cant. ante med. inter opera D. Bernardi volumine ſecundo, fol.* 1. *col.* 2. *lit. F.*

89. Magna vis amoris! ſemper amari ſe præſumit, qui amare ſe ſentit. *Ibidem paulò ante fin. fol.* 2. *col.* 1. *lit. A.*

90. Nunquid ſatis eſt? fortaſſis ſatis, ſed laborantio non ſatis amanti. *Ibidem, Serm.* 2. *poſt med. fol.* 2. *col.* 3. *lit. I.*

91. Amantis anxietas, illum dormire non ſinit. *Ibid. ut ante.*

92. Occaſione accepta, ſuum neſcit amor non exercere negotium. *Ibidem.*

93. Semper amor quem amat, vel præſente ſe oblectat, vel abſentem deſiderat. *Ibidem.*

94. Amor nil magis vult, quàm amare. *Ibid. Serm.* 19. *ante med. fol* 16. *col.* 2. *F.*

95. Nihil gratius amore impenditur, nihil dulcius ſentitur. *Ibidem, &c. colum.* 3. *lit. G.*

GILLEBERTUS PORRETANUS. 96. Amor dulciter optat, & dulciter vivit: dulciter deliciatur, & dulciter dolet. *Ibidem, ut ante fol. 16. col. 3. G. ante med.*

97. Amor faſtidium neſcit, fervidus eſt. *Ibidem, poſt med. fol. 17. col. 1. A.*

98. Nihil amoris tenacius vinculo, nihil trahentius. *Ibidem, Serm. 29. ante med. fol. 26. colum. 1. A.*

99. Falſus amor & ſimulatorius, abſentem obliviſcitur, præſenti blanditur. *Profec.*

100. Verus autem amor, abſentem deſiderat, præſente lætatur. *Ibidem, Serm. 40. poſt init. fol. 36. col. 1. lit. C.*

GLOSS. INT. 101. Multi apud ſe amant, quod in aliis damnant. *Sup. Pſ. 65. col. 864. E. tom. 2.*

GLOSSA ORD. 102. Amor qualiſcunque ſit, vacare non poteſt. *Sup. Pſ. 121. in princ. col. 1429. A. tom. 3.*

103. Obligata anima terreno amore, viſcum habet in pennis, ita ut volare non poſſit. *Ibidem, ut ante. lit. B.*

GLOSS. INT. 104. Sufficit amanti nuntiare, qui non deſerit quem amat. *Sup. Joann. cap. 11. in princ. colum. 1197. A. tom. 5.*

S. GREGOR. MAGNUS. 105. Quod diſponenti breve eſt, longum eſt amanti. *Libr. 13. Moral. cap. 17. in med. num. 22. col. 449. B. tom. 1.*

106. Ibi eſt grande ſtudium defenſionis, ubi & gravior vis amoris. *Lib. 31. Moral. cap. 8. ante med. colum. 1052. C. tom. 1.*

107. Quod valdè mens amat, etiam in ſermone ſæpiùs replicat. *Ibidem, libr. 4. cap. 31. circa init. col. 129. lit. A.*

108. Nimis turpe eſt non imitari quod ſumus: noſtra ſunt, quæ (etſi imitari non poſſumus) amamus in aliis, & amantium fiunt, quæque amantur in nobis. *Part. 3. Paſtoralis, cap. 1. Admonit. 11. in medio, col. 1269. B. tom. 1.*

109. Dilatus amor ex ipſa ſua dilatione proficit, & ardenti deſiderio, quaſi (quod negatur) creſcit. *Hom. 19. ſup. Ezech. prope med. col. 270. D. tom. 2.*

110. Vis amoris hoc agere ſolet in animo ut quem ipſe ſemper cogitat, nullum alium ignorare credat. *Homil. 25. ſup. Evang. paulò ante med. colum. 425. A. tom. 2.*

111. Signum veri amoris, non eſt in affectione animi, ſed in ſtudio bonæ operationis. *Libr. 2. in primum Regum, cap. 3. longe poſt init. col. 1302. lit. D. tom. 2.*

112. Quod amamus, reſpicimus. *Lib. 2. Moral. cap. 6. poſt med. num. 10. col. 32. B. tom. 1.*

113. Quid levius, aut unquàm gratius, quàm amor fertur? *Profec.*

114. Quid prætereà grave non leviter tolerat qui amat?

115. Quidquid enim diligitur, cùm magna devotione portatur. *Lib. 5. in primum Regum, cap. 2. circa med. col. 1494. A. tom. 2.*

S. HIERONYM. 116. Debet amor læſus iraſci. *Ep. 1. ad Heliodor. in princ. pag. 1. B. tom. 1.*

117. Amare, filiorum; timere, ſervorum eſt. *Ep. 2. ad Nepotian. circa med. pag. 14. C. tom. 1.*

118. Ama ſcientiam Scripturarum, & carnis vitia non amabis. *Ep. 4. ad Ruſtic. circa med. pag. 45. lit. B. tom. 1.*

119. Philoſophi ſeculi ſolent amorem veterem, amore novo, quaſi clavum clavo expellere. *Prof.*

110. Illi vitium vitio, peccatumque peccato medicantur: nos autem amore virtutum, vitia ſuperemus. *Ibid. poſt med. pag. 46. lit. C. D.*

121. Amorem monilium atque gemmarum, ſericarumque veſtium transfer ad amorem ſcientiæ Scripturarum. *Ep. 10. ad Furiam, poſt med. pag. 82. lit. D. tom. 1.*

122. Difficile eſt humanam animam aliquid non

amare; & neceſſe eſt ut in quoſcunque mens trahitur, trahatur affectus. *Ep. 22. ad Euſtoch. longè ante med. pag. 139. B. tom. 1.*

123. Amor ordinem neſcit. *Ep. 43. ad Chromatium, in fine, pag. 217. B. tom. 1.* S. HIERONYM.

124. Nemo poteſt duobus amoribus poſſideri: ſi carnis amator es, amorem ſpiritus non capis. *Homil. 1. ſup. Cant. poſt init. pag. 177. B. tom. 3.*

125. Hoc habet impatiens amor, ut quæ deſiderat, ſemper invenire ſe credat. *Prof.*

126. Ignorat judicium, ratione multoties caret, modum neſcit, nec aliud cogitare poteſt, quàm quod diligit. *Ep. 10. ad Paulam & Euſtoch. de Aſſump. B. M. poſt med. pag. 74. C. tom. 4.*

127. Amor non accipit de impoſſibilitate ſolatium, neque ex difficultate remedium. *Ibidem.*

128. Amantium cæca ſunt judicia. *Lib. 3. ſup. Oſeam, in fin. procœmii pag. 37. B. tom. 5.*

129. Reverentia ſine amore, magis ſervilis eſt: & amor ſine reverentia, puerilis eſt. *De Inſtit. Novit. cap. 5. in princ. pag. 20. F. tom. 2.* HUGO A S. VICTORE.

130. Amor acutus eſt, & tranſit omnia, & penetrat donec ad amatum, & in ipſum veniat: nec quieſcit, donec amatum teneat. *Sup. Angelic. Hierarch. lib. 6. cap. 7. ante med. pag. 379. lit. E. F. G. H. tom. 1.*

131. Vita cordis amor eſt, & idcircò omninò impoſſibile eſt, ut ſine amore ſit cor, quod vivere cupit. *Ib.*

132. Ubi amor, ibi oculus; nec tantùm oculi, ſed & aures, & lingua, & cor. *Sup. Prov. cap. 17. fol. 38. col. 4. tom. 3.* HUGO CARD.

133. Amor amatum poſſeſſorem facit amantis. *Sup. Matth. cap. 5. fol. 15. col. 4. tom. 6.*

134. Servi eſt timere, & ex timore operari: filii autem eſt amare, & ex amore omnia facere. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 8. fol. 47. col. 3. tom. 7.*

135. Amor difficultatem non novit, ſed impatiens eſt niſi inveniat quod deſiderat: nec aliud cogitat quàm quod diligit, nec accipit de dilatione ſolatium. *De Contempl. amoris divini, cap. 1. in princ. apud Biblioth. Patr. tom. 10. pag. 1. col. 1. edit. Coloniæ 1618.* IDIOTA.

136. Amor cæteros affectus in ſe ducit & captivat. *Ibid. ante med.* &c.

137. Natura amoris eſt, ſemper amare, proprium poſtponere, commune præferre, diverſa corda unire, extraneum domeſticum facere, corda iracundiâ ignita extinguere. *Ibid. in med. pag. 1. col. 1. D.*

138. Amor confracta ſolidat, depreſſa ſublevat, nutantem animum conſtantem reddit. *Ibid.*

139. Amor docet & addiſcit, & inimicum neſcit. *Ibidem.*

140. Amor laudat, amor reprehendit, amor prava ſuſpicione caret. *Ibidem, circa med. pagin. 1. colum. 1. lit. D.*

142. Ubi amor defuerit, nihil valet quidquid agitur: & contrà omnia valent, quæ cum amore aguntur. *Ibidem,* &c.

141. Amor nunquàm eſt otioſus, ſed ſemper aliquid operatur, ſemper creſcit & augetur. *Ibid. poſt. med. pag. 1. col. 1. D.*

143. Amor vita eſt animæ, & qui non amat mortuus eſt. *Ibidem.*

144. Verus amor non requirit præmium, etſi mereatur. *Ibidem.*

145. Amor facilis res eſt, omnibus ſe exhibet, nulli ſe negat. *Profec.*

146. Capit enim bonus & malus, juvenis & ſenex, vir & mulier, ſanus & infirmus, dives & pauper, ſummus & infimus, liber & ſervus, ſecularis & Religioſus, debilis & fortis.

147. Nec eſt, qui ſe valeat excuſare, quin in alios dirigat radios amoris. *Ibidem.*

148. Qui amat, non laborat. *Ibid. cap. 22. ante med. pag. 7. col. 1. B.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

149. Amans cuncta abrumpit impedimenta, totuſque fit ejus quod amat: & à nullo quod apparet difficile remorari ſe patitur, ſed omnia præterit, nec ſubſiſtit priuſquàm re deſiderata. potiatur. *Hom. 31. ſup. Geneſ. poſt med. col. 256. D. tom. 1.*

150. Amare probatur, qui quod odit exercet: & odiſſe viciſſim qui quod ſe amare mentitur, hoc facit. *Serm. de Moyſe, in fine col. 570. B. tom. 1.*

151. Corpora abſque dolore amari non poſſunt, animæ autem pura ſinceraque voluptate amantur. *Hom. 35. ſup. Matth. in fin. col. 323. C. tom. 2.*

152. Ex magno amore naſcitur zèlos: & ſæpè quod non eſt, illud ſuſpicatur. *Hom. oper. 1 imperf. ſup. Matth. longè poſt med. col. 736. C. tom. 2.*

153. Hæc eſt pugna periculoſa, & hæc eſt glorioſa victoria: qui poterit odiſſe, quod amat: & amare, quod odit. *Ibid. Hom. 35. poſt med. col. 984. A.*

154. Verè non habet ſuper terram quod amet, qui bonum cœleſte in veritate guſtaverit. *Ibid. Hom. 36. in princ. col. 989. B.*

155. Amor animæ non ſentitur in corde, ſed intelligitur: quia amor animæ, indicium ejus eſt. *Ibid. Hom. 42. poſt med. col. 1043. A.*

156. Amare neſcire, turpe eſt. *Ibidem, Hom. 33. ante med. col. 586. B.*

157. Ferâ ſit quis licèt immanior, ſimulac amare cœpit, ove manſuetior evadit. *Ibidem, circa fin. colum 592. lit. B. tom. 4.*

158. Amoris remedium, eſt { Gehennæ memoria. Dei timor. Regni cœlorum deſiderium. *Hom. 7. ſup. 2. ad Cor. ante finem, col. 745. B. tom. 4.*

159. Nihil inutilius viro, qui amore caret. *Ib. Hom. 27. in princ. Moral. col. 860. A.*

160. Amor non eſt neceſſitas: nemo ex neceſſitate, ſed ex libero voluntatis propoſito, ſuaque ſponte amat. *Serm. 2. ſup. Ep. ad Epheſ. poſt init. col. 960. lit. D. tom. 4.*

161. Amantes etiam quæ tuta ſunt, ſuſpecta habent, ex multo dilectionis fervore. *Hom. 4. ſup. 1. ad Theſſal. poſt init. col. 1345. C. tom. 4.*

162. Non fieri poteſt, ut qui amare neſcit, quidquam illuſtre concipiat animo, virilique mente ſit præditus. *Homil. 7. ſup. 2. ad Tim. circa med. Moralis, col. 1576. A. tom. 4.*

163. Amantis maximè eſt, nunquàm ab his (quæ amato complacent) abſiſtere. *Hom. 1. ad Popul. Antiochen. ante fin. col. 23. D. tom. 5.*

164. Vis amari? ama. *Ibidem, Hom. 13. paulò poſt med. colum. 124. A.*

165. Nihil eſt quod non ſuperet amor cum deſiderio. *Ibid. Hom. 64. poſt med. col. 418. D.*

166. Amantium mos eſt, ut amorem ſuum ſilentio tegere nequeant: ſed neceſſariis ſuis & charis produnt, & efferunt. *Lib. 1. de compunct. cordis, longè poſt med col. 576. C. tom. 5.*

S. LAURENT. JUSTIN.

167. Vis amoris hoc ſolet in animo agere, ut quem ſemper ille cogitat, nullum alium ignorare credat. *Part. 1. de ligno vitæ Tract. 4. de Charit. cap. 11. in princ. pag. 31. col. 1. D.*

S. PETRUS CHRYSOL.

168. Nil durum, nil amarum, nil grave, nil lethale computat amor verus. *Proſ.*

169. Quod ferrum, quæ vulnera, quæ pœna, quæ mors amorem prævalent ſeparare perfectum?

170. Amor impenetrabilis eſt lorica, reſpuit jacula, gladios excutit, periculis inſultat, mortem ridet: ſi amor eſt, vincit omnia. *Serm. 40. poſt init. apud Bibliothec. Patrum, tom. 5. part. 2. pagin. 691. colum. 1. lit. C. & D.*

171. Quis eſt, qui timeat volens? quis eſt, qui amet nolens? *Ibidem, Serm. 135. in fine pag. 762. col. 1. lit. A.*

PETRUS MAURITIUS CLUN.

172. Quantò ſincerus amor prolixior, tantò ſuavior eſſe ſolet. *Lib. 6. Epiſt. 37. ad Philipp. Priorem, in med. apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 137. col. 2. G. edit. Coloniæ 1618.*

S. PROSPER.

173. Sapientis eſt, non id amare quod decipit. *Sentent. 130. in fine tomi tertii oper. D. Auguſt. pag. 749. lit. B.*

174. Eſt amor, quo amatur quod amandum non eſt: & iſtum amorem odit in ſe, qui illum amorem diligit, quo amat quod amandum eſt. *Ibid. Sentent. 142. pag. 750. C.*

HUGO A S. VICTORE.

175. Caſtus profectò columbinuſque oculus amor eſt, qui in rebus humano uſui conceſſis, nulla libidine figitur, ſed in tranſitoriis contemplatur æternum. *Part. 1. de Gradib. charit. cap. 3. poſt med. pag. 547. col. 2. C.*

SALVIANUS.

176. Omnia amamus, omnia colimus: ſolus nobis in comparatione omnium Deus vilis eſt. *Libr. 6. de Gubernat. Dei, ante med. pag. 348. col. 2. E. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3.*

177. Semper in amore cautela eſt; nemo enim meliùs diligit, quàm qui maximè veretur offendere. *Ibidem, Epiſt. 4. ad Parentes in fine, pag. 363. col. 2. lit. E.*

THOMAS À KEMPIS.

178. Magna res eſt amor, leve facit omne oneroſum: nam onus ſine onere portat; & omne amarum, dulce ac ſapidum efficit. *Ibidem, lib. 3. cap. 5. ſect. 3. pag. 367. tom. 2.*

179. Quos amor ligavit in culpa, ultrix flamma rotabit in pœna. *In Soliloq. cap. 2. ſect. 3. pag. 448. tom. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES.

180. Omnia amamus, ſed præmia magis. *7. Polit. Et habetur apud Bedam, tom. 2.*

CICERO.

181. Amari jucundum eſt; ſi curetur ne quid inſit amari. *Lib. 4. de arte Rhetor. ad Herennium, ante med. col. 52. G. tom. 1.*

182. Perditiſſima ratio eſt, amorem petere, pudorem fugere, diligere formam, negligere famam. *Ibid. ut antè col. 56. B.*

183. Totus iſte, qui vulgò appellatur amor, tantæ levitatis eſt, ut nihil videam quod putem conferendum. *Lib. 4. Tuſc. quæſt. ante finem, num. 68. col. 243. A. tom. 4.*

PLATO.

184. Maximum hoc eſt, quod verus amor, neque injuriam inſerat ipſe, neque ab alio patiatur: neque Deo, neque à Deo; neque homini, neque ab homine. *Proſ.*

185. Neque vi aliquid patitur, ſi quid patitur (violentia enim amorem minimè tangit) neque quod facit, vi facit, ſed in ſingulis rebus volens obtemperat. *Tom. 3. Sizygia 5. de convivio in med. pagin. 196. lit. B.*

PLINIUS II.

186. Potes odio fortaſsè eſſe nonnullis, etiamſi ipſe non oderis: amari autem, niſi ipſe ames, non potes. *Plin. 2. in Panegyr. pro Trajano Auguſto longè poſt med. pag. 396.*

187. Jucundiſſimum eſt in rebus humanis amari, ſed non minùs amare. *Ibidem, longe poſt medium pagin. 397.*

SENECA.

188. Dabo tibi poculum amatorium ſine herbis, atque veneficiis: ſi vis amari, ama. *Ep. 9. poſt init. pag. 534. tom. 2.*

189. Nihil faciliùs, quàm amor recrudeſcit. *Epiſt. 69. ante med pag. 657. tom. 2.*

190. Æquè facilitas amoris, quàm difficultas nocet: facilitate capimur, cum difficultate certamus. *Ep. 16. ante fin. pag. 860. tom. 2.*

191. Amare ſic incipe, tanquàm non liceat deſinere. *De Moribus in medio, edit. Baſileæ pag. 677.*

SIXTUS PHILOSOPH.

192. Qui amat quod non expedit, nec amabit quod expedit *Sent. 133. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 65. col. 2. lit. F. edit. Coloniæ 1618.*

Amor carnalis.

DESCRIPTIO ET PRODUCTIO.

Deſcriptio.

IDIOTA.

Amor carnalis, eſt
LAQUEUS animæ.
Diſcrimen vitæ.
Mors ſuavis.
Blanda percuſſio.
Interfectio leniens.
Mel felleum.
Pernicies delicata.
Dulce venenum.
Malum ſpontaneum.
Sapida jugulatio.
Omnium rerum calamitas. *De contemplatione amor. divini. cap. 34. ante med. apud Biblioth. Patrum, tom. 10. colum. 1. lit. B. editionis Coloniæ* 1618.

Amor carnalis, eſt
Veræ amicitiæ inimicus.
Ineffugabilis pœna.
Noxium malum.
Naturalis tentatio.
Deſiderabilis calamitas.
Domeſticum periculum.
Mali natura, boni colore depicta.
Continua ſolicitudo.
Indeficiens pugna.
Quotidianum damnum.
Domus tempeſtatis.
Solitudinis & orationis impedimentum.
Continentis viri naufragium.
Adulterii vas.
Pernitioſum prælium.
Pondus graviſſimum. *Ibidem, circa med.*

ROBERTUS BELLARM. Amor carnalis nihil eſt aliud, quàm viſcum quoddam tenaciſſimum. *Conc. 32. Dom. 4. poſt Paſch. ante fin. pag. 254. colum. 2.*

Productio.

S. AUGUSTIN.

Ex amore rerum vanarum atque noxiarum, oriuntur

Mordaces curæ.	Sævitia.
Perturbationes.	Nequitia.
Mœrores.	Luxuria.
Formidines.	Petulantia.
Inſana gaudia.	Impudentia.
Diſcordiæ.	Impudicitia.
Lites.	Fornicationes.
Bella.	Adulteria.
Inſidiæ.	Inceſta.
Iracundiæ.	Stupra.
Inimicitiæ.	Immunditiæ.
Fallacia.	Sacrilegia.
Adulatio.	Hæreſes.
Fraus.	Blaſphemiæ.
Furtum.	Perjuria.
Rapina.	Oppreſſiones innocentium.
Perfidia.	Calumniæ.
Superbia.	Circumventiones.
Ambitio.	Prævaricationes.
Invidia.	Falſa teſtimonia.
Homicidia.	Iniqua judicia.
Parricidia.	Violenta latrocinia.
Crudelitas.	

Lib. 22. de Civit. Dei, cap. 22. ab initio, pagin. 479. tom. 5.

Sententiæ Patrum.

S. AUGUSTIN. 1. Blanditiæ laſcivientium amari volunt. *Libr. 2. Confeſſ. cap 6. in medio. pag. 57. A. tom. 1.*

2. Amor mundi, amor ſeculi, cupiditas dicitur. *In Præfat. Pſ. 31. circa med. pag. 126. C. tom. 8.*

3. Amor mundi allicit, & decipit, & ad mortem conducit. *In Manuali, cap. 27. in fine pag. 551. B. tom. 9.* S. AUGUSTIN.

4. Amor rerum terreoarum, viſcus eſt ſpiritalium pennarum. *Serm. 33. de verbo Dom. poſt med ſup. illud 1. Joan. 2. Nolite diligere mundum. pag. 87. tom. 10.*

5. Quæ vides, bona putas: falleris, ſanus non es, nimiâ febre phreneticus factus es. Verum non eſt, quod amas, vanitas eſt, inſania mendax eſt. *Sup. Pſ. 39. ante med. verſ. 6. Non reſpexit in vanitates. pag. 237. B tom. 8.*

6. Amas ſeculum, abſorbebit te: amatores enim ſuos vorare novit, non portare. *Serm. 13. de verb. Dom. ſub. fin. pag. 40. D. tom. 10.*

7. Amor ſeculi, contemptus eſt Dei. *Tom. 2. in Proverb. ſuis, verbo Amor. pag. 186.* V. BEDA.

8. Amor ſeculi theſaurizat morti. *Ibidem.*

9. Per oculos intrat in mentem, impuri ſagitta amoris. *Serm. 23. ad ſoror. poſt init. fol. 87. col. 4. K. in 2. volum.* S. BERNARD.

10. Carnalis amor blanditur, ſed ſub lingua ejus labor & dolor: lachrymatur, ſed inſidiatur. *Ep. 2. ad Fulconem, prope med. fol. 206. col. 1. B.*

11. Fervet in corde tuo amor terrenorum, & moritur in te amor æternorum: mundum diligis, & Deum relinquis. *In ſerm. de Miſeria humana, ab initio fol. 102. col. 3. I. in 2. volum.*

12. Samſon fortiſſimus, qui multas ſæpè hoſtium acies ſtraverat, & aliquoties de vinculis eruperat, confidens de viribus ſuis liquefactus eſt amore Dalilæ. *Lib. 1. de profect. Religion. cap. 39. poſt init. pag. 573. col. 1. C. tom. part. 4.* S. BONAVENT.

13. Mundi amor & Dei, pariter in uno corde cohabitare non poſſunt. *De 12. Abuſ. cap. 7. ante med. pag. 600. col. 1. tom. 3.* S. CYPRIANUS.

14. Non eſt mundus amandus, quia latet hamus in eſca illius amoris. *Prof.* S. FRANCISCUS ASSISIAS.

15. Amor enim mundanorum ſemper producit multos fructus dolorum: & tantò majores dolores tibi inferunt, quantò majorem amorem habes. *Tom. 3. Opuſc. Oraculo 30. pag. 505.*

16. Obligata anima terreno amore, viſcum habet in pennis, ita ut volare non poſſit. *Sup. Pſ. 121. in princ. col. 1429. B. tom. 3.* GLOSS. ORD.

17. Exemplo Judæ filium hominis vendit, qui ejus timore & amore neglecto, caduca amare convincitur & crimінoſa. *Sup. Luc. cap. 22. col. 972. F. tom. 5.*

18. Sicut per odium proximi, ita per amorem mundi extinguitur amor Dei. *Sup. 1. Joan. cap. 2. col. 1385. lit. B. tom. 6.* GLOSS. INT.

19. Qui præ amore præſentis ſeculi, à ſenſu rationis alienus eſt, dùm quidquid pro mundo ſuſtinet, leve deputat, laboris amaritudinem quam tolerat, ignorat. *Lib. 7. Moral. cap. 8. ſub fin. colum. 220. A. tom. 1.* S. GREGOR. MAGN.

20. Qui terrenorum amore vincitur, in Deo nullatenus delectatur. *Ibidem, lib. 18. cap. 8. in princ. col. 590. C. tom. 1.*

21. Obſcœnus amor, non eſt amor, ſed morbus; qui procreatur ex ardenti cujuſdam dipſadis morſu juventutis. *Hom. 8. ſup. Eccleſiaſten ante med. col. 221. lit. A.* S. GREG. NISS.

22. Ama ſcientiam Scripturarum, & carnis vitia non amabis. *Tom. 1. Epiſt. 4. ad Ruſtic. circa med. pagin. 45. lit. B.* S. HIERON.

23. Carnis amor, ſpiritus amore ſuperatur. *Ibidem, Ep. 22. ad Euſtoch. longè ante med. pag. 139. lit. B.*

24. Impudens amor loquitur nutibus, & quidquid metuit dicere, ſignificabit affectibus. *Ib. Ep. 47. de vitando ſuſpecto contubern. paulò poſt med. pagin. 226. lit. C.*

25. Amor carnalis non judicio, ſed furore ducitur. *Lib. 1. adverſus Jovinian. ante fin. pagin. 52. lit. C. tom. 2.*

26. Nemo poteſt duobus amoribus poſſideri: ſi carnis amator es, amorem ſpiritus non capis. *Hom. 1. ſup. Cant. poſt init. pag. 177. B. tom. 3.*

Hugo a S. Victore. 27. Amor mulieris eſt quaſi quædam vorago mortis, velut unda ſubmergens. *Lib. 1. de Nuptiis carnalib. vitand. in princ. prologi, pag. 166. B. tom. 2.*

28. Amatur in muliere forma, non anima, cùm amor formæ viriles enervet animos. *Prof.*

29. Amor (inquiunt Ariſtoteles & Seneca) formæ, rationis oblivio eſt, & inſaniæ proximus, philtrum fœdum, minimeque conveniens animo ſapientium.

30. Turbat conſilia, altos & generoſos ſpiritus frangit, à magnis cogitationibus, ad humillimas detrahit.

31. Querulos, iracundos, temerarios, durè imperioſos, ſerviliter blandos, omnibus inutiles, etiam ipſi noviſſimè amori facit. *Ibidem, lib. 1. cap. 1. poſt med. pag. 167. lit. B.*

Hugo Card. 32. Quidquid in mundo amatur, carcer animæ eſt: ubi anima miſera amatoris, vinculo amoris recluſa tenetur atque ligata. *Sup. Eccleſiaſt. cap. 2. fol. 75. col. a. to. 3.*

Idiota. 33. Amor carnalis inſatiabilis eſt, quia extinctus reaccenditur: & poſt copiam rurſus inops fit, animumque virilem effœminat. *De Contemplat. amor. div. cap. 34. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 10. edit. Coloniæ 1618.*

34. Amor carnalis inſaniæ eſt proximus; quia præter paſſionem, quam ſuſtinet, nihil ſinit aliud cogitare. *Ibid.*

35. Amor carnalis fœdat pueritiam, perdit juventutem, & incitat ac inquietat emortuam carnem & ſenectutem. *Ibidem, circa med.*

S. Joannes Chrysost. 36. Humanus amor, zelo & invidiâ plenus eſt. *Ser. 23. ſup. Ep. ad Rom. in princ. Moral. col. 260. lit. C. to. 4.*

37. Amat quiſpiam mulierem pulchram atque ſpecioſam, hic quouſque amore ſuo non potitur, furentibus & inſanientibus ſimilis eſt: cùm potitus eſt, amor ille extinguitur. *Hom. 22. ſup. 1. Cor. in fine, col. 498. C. to. 4.*

38. Inſanè amantes, vehementer ſunt zelotypi; & malunt animam effundere, quàm ab ullo rivalium amore ſuperari. *Hom. 6. ſup. 1. ad Theſſ. in med. col. 1360. D. tom. 4.*

S. Prosper. 39. Qui amore terrenorum obſtringitur, non poſſidet, ſed poſſidetur. *Sent. 197. in fin. tom. 3. oper. D. Auguſt. pag. 753. A.*

Richardus à S. Victore. 40. Amor terrenorum ambit infima, & animum quem inflammat, nunquàm quieſcere ſinit. *Part. 1. de different. ſacrificii Abrahæ & Mariæ, ante med. pag. 617. col. 1. C.*

Robert. Bel. 41. Nihil eſt quod ita Spiritus ſancti adventum ac præſentiam impediat, ut amor rerum terrenarum. *Conc. 32. Dom. 4 poſt Paſcha parte poſteriori ante fin. pag. 255. col. a.*

Thomas à Kempis. 42. Nihil ſic maculat & implicat cor hominis, ſicut impurus amor in creaturis. *Lib. 2. de Imit. Chr. cap. 1. in fin. pag. 349. tom. 2.*

Sententiæ Paganorum.

Aristoteles. 43. Nemo amore capitur, qui non fuerit antè formâ ſpecieque delectatus. *Lib. 9. de Moribus, cap. 5. ante med. fol. 101. pag. 1. edit. Pariſ. 1565.*

Cicero. 44. Perditiſſima ratio eſt, amorem petere, pudorem fugere, diligere formam, negligere famam. *Lib. 4. de arte Rhet. ad Herenn. ante med. tom. 1.*

45. Totus iſte, qui vulgò appellatur, amor, tantæ levitatis eſt, ut nihil videam quod putem conferendum. *Lib. 4. Tuſc. quæſt. ante fin. num. 68. tom. 4.*

Senec. 46. Conciliari, niſi cum turpi ratione, amor turpium non poteſt. *Ep. 29. ſub fin. pag. 578. tom. 2.*

Amor Dei.

DEFINITIO, DIFFERENTIA, PRODUCTIO, COMPARATIO.

Definitio.

Dionysius Carthus. AMOR Dei eſt pura & ſpiritualis dilectio, qua ſuper omnia diligimus Deum, & noſipſos in Deo. *De fructuoſa temporis deductione, art. 11. poſt med. fol. 107. pag. 1.*

Amor Dei, eſt virtutum regina. *De perfect. charit. art. 25. in med. fol. 198. pag. 1.*

Differentia.

Dionysius Carthus. Amor privatus, & divinus differunt: amor privatus, eſt omnium vitiorum origo: amor autem divinus, omnium bonorum eſt radix. *Prof.*

Minoratio privati amoris, eſt augmentatio, ſeu profectus amoris divini.

Plena autem privati amoris evulſio, eſt perfecta divini amoris adeptio. *De fructuoſa temporis deductione, art. 11. poſt init. fol. 106. pag. 1. & 2.*

Amare ſe in ſe, ſeu amor privatus: & amare ſe in Deo, ſeu amor divinus, penitùs contrariantur, & ſe mutuo expellunt ac deſtruunt. *De mortificat. vivifica art. 3. poſt init. fol. 115. pag. 1.*

Productio.

S. Bonavent. O felix amor! ex quo oritur ſtrenuitas morum, puritas affectionum, ſubtilitas intellectuum, ſanctitas deſideriorum, claritas operum, fœcunditas virtutum, dignitas meritorum, ſublimitas præmiorum & honorum. *In Soliloq. cap. 1. in fine, pag. 113. col. 1. B. tom. 7.*

Dionysius Carthus. Ex Dei amore, procedit caſtitas, caſtigatio corporis, refrænatio deſideriorum carnalium, patientia in adverſis, amor injuriarum, increpationum, & correctionum. *Prof.*

Ex Dei amore, oritur obedire in omnibus, velle ſubeſſe, nolle præeſſe, ſeipſum deſpicere, ab aliis deſpici velle.

Ex amore Dei, naſcitur operibus pœnitentiæ inſudare, omne tempus fructuosè dedocere, bona pro malis rependere, in divinis alacriter laborare.

Ex amore Dei, procedit ſibi ipſi non parcere, nec blandiri, injuriantibus, increpantibus, accuſantibus, detrahentibus nunquàm iraſci, contriſtari, nec ſe vindicare.

Ex amore Dei producitur, paupertate, inopia, dejectione gaudere, in Dei laudibus, orationibus, meditationibus delectari, ac immorari. *De fructuoſa temporis deductione, art. 11. poſt med. fol. 107. pag. 1.*

Comparatio.

S. Augustin. Sicut amor immundus inflammat animam, & ad terrena concupiſcenda, & peritura ſectanda vocat perituram, & in ima præcipitat, atque in profunda demergit: ſic amor ſanctus ad ſuperna elevat, & ad æterna inflammat, & ad ea quæ non tranſeunt, neque moriuntur, excitat animam, & de profundo inferni levat ad cœlum. *Sup. Pſ. 121. in princ. Enarrat. pag. 948. D. tom. 8.*

Dionysius Carthus. Sicut Deus eſt in univerſis ac ſingulis in infinitum melior, pulchrior, dulcior, ſapientior atque perfectior: ſic ipſe in omnibus infinitè, ac prorſus incomparabiliter amabilior eſt. *De fructuoſa temporis deductione, art. 13. in princ. fol. 109. pag. 1.*

Quemadmodùm ignis ſursùm movetur, & calor ſolis vapores trahit in altum: ſic fervidus amor Dei mentem amantis excitat, movet & erigit ſursùm ad Deum. *De profectu ſpiritali, art. 6. in fin. fol. 148. pag. 1.*

Sententiæ Patrum.

S. Anselm. 1. Per timorem, venitur ad amorem: timendus eſt Deus, ut Dominus: amandus ut Pater. *In Meditat. cap. 5. circa med.*

2. Fac precor me Domine guſtare per amorem, quod guſto per cognitionem. *In Medit. redempt. hum. cap. 7. propè init.*

S. Antonin. 3. Divinus amor extaſim facit. *Part. 3. tit. 31. cap. 3. §. 2. in fine, fol. 431. col. 3.*

S. Antonius de Padua. 4. Amor Dei omnem amaritudinem vertit in dulcedinem. *Serm. Dom. 5. poſt Paſcha, poſt init. fol. 154. pag. 1.*

S. Augustin. 5. Minùs te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. *Lib. 10. Conf. cap. 29. in med. pagin. 126. lit. C.*

6. O amor, qui ſemper ardes, & nunquàm extingueris, accende me. *Ibidem, in fin. pag. 126. C.*

S. AUGUST. 7. Deus amore petitur, amore quæritur, amore pulſatur, amore revelatur, amore denique in eo permanetur. *De moribus Eccleſ. cap. 17. in med. pag. 528. C. tom. 1.*

8. Quid mirum, ſi omnibus medullis conceptus Dei amor, & tyranno, & carnifici, & dolori, & corpori, & ſexui, & affectui reſiſtat? *Ibid. cap. 23. poſt med. pag. 531. A.*

9. Hæc eſt requies cordis noſtri, cùm in Dei amore per deſiderium figitur. *De ſpiritu & Anima, cap. 14. in fine pag. 612. C. tom. 3.*

10. Suge, ſuge, & bibe dulcoris inenarrabilem ſuavitatem: immergere, & replere, quia amor Dei deficere neſcit, ſi tu non incipias faſtidire. *De ſubſtantia dilectionis cap. 3. in fine, pag. 207. C. tom. 4.*

11. Ille feliciter amat, qui Deum amat: & tantò feliciùs, quantò ampliùs, quia ſummum & unum bonum ſolus eſt Deus. *Ibid. cap. 6. prope init. pag. 702. lit. D.*

12. Si amator Dei eſſe vis, ſinceris medullis, caſtiſque ſuſpiciis ipſum dilige, ipſum ama, illi flagra, illi inhia, quo jucundius nihil invenies, quo melius, quo lætius, quo diuturnius. *Sup. Pſ. 85. verſ. 4. pag. 649. A. tom. 8.*

13. Amat ſemper Deus, ſive blandiatur, ſive minetur. *Sup. Pſ. 91. prope init. pag. 701. B. tom. 8.*

14. Quantùm in te creſcit amor Dei, tantùm creſcit pulchritudo: quia ipſa charitas, eſt animæ pulchritudo. *Tract. 9. in Ep. Ioan. de cap. 4. poſt med. pag. 439. A. tom. 9.*

15. Serò te amavi pulchritudo tàm antiqua, & tàm nova: ſerò te amavi: & tu intus eras, & ego foris: & ibi te quærebam, & in iſta formoſa, quæ feciſti, deformis irruebam: mecum eras, & ego tecum non eram. *Lib. Soliloq. animæ, cap. 31. poſt init. pag. 535. B. tom. 9.*

16. Amandus ſolus Deus eſt, omnis verò iſte mundus, ideſt, omnia ſenſibilia contemnenda. *De Moribus Eccleſ. cap. 20. in fine, pag. 529. B. tom. 1.*

17. Quis cunctari poteſt, quin ſeſe amet, qui amator eſt Dei? *Ibid. cap. 26. in princ. pag. 532. C. tom. 1.*

18. Nullus certior gradus ad amorem Dei fieri poteſt, quàm hominis ergà hominem charitas. *Ibidem.*

19. Amat Deus, ut ametur: & cùm amat, nihil aliud vult, quàm amari: ſciens ipſos amore beatos, qui ſe amaverint. *De ſpiritu & anima, cap. 36. poſt med. pag. 625. A. tom. 3.*

20. Summum amare bonum, ſumma eſt beatitudo: qui enim Deum amat, bonus eſt: ſi bonus, ergo beatus. *De ſalutarib. documentis, cap. 1. in princ. pag. 750. D. tom. 4.*

21. Anima quæ amat Deum, nil aliud poteſt cogitare, nil loqui, cætera contemnit, omnia faſtidit. *Proſec.*

22. Quidquid meditatur, quidquid loquitur, amor fit, amorem redolet, ita amor Dei eam ſibi vendicavit. *In Manuali cap. 20. in princ. pag. 548. D. tom. 9.*

23. Qui vult habere notitiam Dei, amet. *Ibid. prope med. pag. 549. A.*

24. Fruſtrà accedit ad legendum, ad meditandum, ad prædicandum, ad orandum, qui Deum non amat. *Ibidem.*

25. Amor Dei, amorem animæ parit, & eam intendere ſibi facit. *Ibidem.*

26. Anima Deum amans, cunctis ſuis renuntiat affectionibus, & tota ſoli incumbit amori, ut poſſit reſpondere amori, in reddendo amore. *Ibid.*

27. Quantùm eſt ad illud fontis perenne profluvium, non pari ubertate concurrunt amor & amans, anima & Deus, Creator & creatura: tamen ſi ex toto ſe amat, nihil deeſt ubi totum eſt. *Ibid. in medio.*

28. Non timeat anima, quæ Deum amat: paveat, quæ non amat. *Ibid. in med. &c.*

29. Anima Deum amans fertur votis, trahitur deſideriis diſſimulat merita, majeſtati oculos claudit, aperit voluptati. *Ibid. in med. &c.* S. AUGUST.

30. Amore Dei, anima ſecedit & excedit à corporeis ſenſibus, ut ſeſe non ſentiat, quæ Deum ſentit. *Ibid. poſt med. &c.*

31. Amor dat familiaritatem Dei, familiaritas auſum, auſus guſtum, guſtus famem. *Ib. in fine.*

32. Anima quæ Deum amat, aſcendit ſemper. *Ibid. cap. 24. in fine. pag. 550. D.*

33. Amor Dei { Mentem illuminat.
Conſcientiam mundat.
Animam lætificat.
Deum demonſtrat. }

34. Deus odit, & amat, odit tua, amat te: odit quod feciſti, amat ipſe fecit. *Proſec.*

35. Quæ ſunt tua, niſi peccata? & quis es tu, niſi quod fecit Deus?

36. Negligis quod factus es, amas quod feciſti: amas extra te opera tua, negligis in te opus Dei. *Serm. 54. de verb. Dom. ſtatim à med. pag. 142. D. tom. 10.*

37. Amando Deum, homines efficiuntur Dii: amando mundum, mundus dicuntur. *Serm. 24. de Nativ. Dom. & in ord. 28. in princ. pag. 435. B. tom. 10.*

38. In perenni gaudio nihil gratius, nihil dulcius habent Sancti, perfecto amore Dei. *Serm. 1. Quinquag. & in ord. 53. poſt med. pag. 492. D. tom. 10.*

39. Poteſt aliquis mihi dicere, Non poſſum jejunare: nunquid poteſt dicere, Non poſſum amare? *Serm. 1. fer. 6. poſt Dom. Quinquag. & in ord. 59. paulò poſt init. pag. 500. D. tom. 10.*

40. Nulla eſt plaga, quæ debeat ab amore Chriſti Chriſtianum ſeparare. *Serm. 60. ad Fratr. in Eremo poſt init. pag. 999. B. tom. 10.*

41. Quantò ſolertiùs quiſquam divinis obtemperat juſſis, tantò dulciùs Dei amorem concipit. *Lib. 1. ſup. Prov. cap. 3. col. 646. tom. 4.* V. BEDA.

42. Amor divinus, cùm mentem occupaverit, totam igne ſuaviſſimæ dilectionis accendit. *In ſententiis cap. Sunt. fol. 130. col. 2. E.* S. BERNARD.

43. Cor repletum amore Chriſti, facilè ad omnem de eo ſermonem compungitur. *Proſec.*

44. Nihil audit libentiùs, nihil legit ſtudioſiùs, nihil frequentiùs recolit, nihil ſuaviùs meditatur. *Serm. 20. ſup. Cant. poſt med. fol. 148. col. 4.* K

45. Non poteſt capere ignitum eloquium, frigidum pectus: quomodo ergo Græcè loquentem intelliget, qui Græcum non novit? vel Latinè loquentem, qui Latinus non eſt? ſic lingua divini amoris, ei qui non amat, barbara eſt. *Ibid. ſerm. 79. paulò poſt init. fol. 198. col. 1. B.*

46. Non ſine præmio diligitur Deus, etſi abſque præmii intuitu diligendus ſit: vacua namque vera charitas eſſe non poteſt, nec tamen mercenaria eſt. *Proſecut.*

47. Verus amor ſeipſo contentus eſt: habet præmium ſed id quod amatur, non requirit præmium, ſed meretur.

48. Præmium amanti non proponitur, amanti debetur, perſeveranti redditur.

49. Deum amans anima, aliud præter Deum ſui amoris præmium non requirit: aut ſi aliud requirit, illa pro certo Deum non diligit. *In tract. de diligendo Deo, cap. Dicto. circa init. fol. 296. col. 4.* K. L.

50. Ratio docet amorem, & amor illuminat rationem, & ratio cedit in affectum amoris, & amor acquieſcit cohiberi terminis rationis. *De Natura divini amoris, cap. 8. poſt init. fol. 54. col. 4. in 2. vol.*

51. Amat Deus, nec aliundè hoc habet, ſed ipſe eſt undè amat: & ideò vehementiùs, quia non amorem tàm habet, quàm hoc eſt ipſe. *Serm. 59. ſup. Cantica circa init. fol. 181. col. 2. E.*

52. Amor Dei dignitatis eſt neſcius, dignatione dives, affectu potens, ſuaſu efficax. *Proſec.*

S. BERNARD.

53. Qoid violentis, triumphat de Deo? Amor.

54. Quid tamen tàm non violentum? Amor eſt: quæ eſt iſta vis, quæſo, tàm violeota ad victoriam, tàm victa ad violentiam? *Serm. 64. ſup. Cant. circa fin. fol. 185. col. 3. I.*

55. Flagrans ac vehemens amor, præſertim divinus, cùm ſe intra ſe cohibere oon valet, non attendit quo ordine, qua lege, quave ſerie, ſeu paucitate verborum ebulliat, dummodò ex hoc occultum ſui ſentiat detrimentum. *Profec.*

56. Interdùm nee verba requirit, ioterdùm oec voces omninò ullas, ſolis ad hoc contentus ſuſpiriis. *Ibid. ſerm. 67. ante med. fol. 188. col. 1. A.*

57. Reverà quis fidus veruſve animæ amor, niſi is quo veritas adamatur? *Profec.*

58. Rationis ſum compos, veritatis ſum capax: ſed utinam non forem, ſi amor veri defuerit. *Ibidem. Serm. 77. poſt med. fol. 197. col. 1. B.*

59. O amor præceps, vehemens, flagrans, impetuoſe! qui præter te aliud cogitare non ſinis, faſtidis cætera, contemnis omnia præter te, te contentus. *Prof.*

60. Confundis ordines, diſſimulas uſum, modum ignoras: totum quod ópportunitatis, quod rationis, quod podoris, quod conſilii, judiciive videtur, triumphas io temetipſo, & redigis in captivitatem. *Ibidem ſerm. 79. in princ. fol. 198. col. 1. A.*

61. Amor ſanctus non eſt verbo æſtimandus, aut lingua, ſed opere & veritate. *Profec.*

62. Amor iſte ubique loquitur, & ſi quis horum quæ leguntur, copit adipiſci notitiam, amet.

63. Alioquin fruſtrà ad audiendum legendumve amoris carmeo, qui non amat, accedit. *Ibidem ut antè. B.*

64. Amor Dei ſuo defectu plus proficit, ſua ignorantia plus apprehendit. *De natura divini amoris cap. 8. ab init. fol. 54. col. 4. K.*

65. Deus noo modò amans, ſed etiam amor eſt, & ſolam amoris vicem requirit, & fidem, quidni ametur amor? *Lib. 5. in floribus, cap. 27. poſt init.*

66. Non ſum ſecurus à ſecuri, ſi abſque amore Dei inveniar. *Ibid. ut antè circa med.*

67. Sapientia eſt Deus, & vult ſe amari, non ſolùm dulciter, ſed & ſapienter. *Serm. 19. ſup. Cant. in fine, fol. 148. col. 1. C.*

68. Valdè omnioò mihi amandus eſt Dominus Jesus, per quem ſum, vivo & ſapio. *Ibid. ſerm. 20. in princ. fol. 148. col. 1. C.*

69. Juſtus quis eſt, oiſi qui amanti ſe Deo vicem rependit amoris? *Ep. 107. ad Thomam præpoſitum poſt med. fol. 233. col. 2. F.*

70. Quid tàm amabile, quàm amor ipſe, quo amas, & quo amaris? *Lib. 5. de Conſid. ante fin. fol. 285. col. 1. B.*

71. Præſens Deo eſt, qui Deum amat, in quantum amat: in quo enim minùs amat, abſens profectò eſt. *Profec.*

72. Io eo minus Deum amare convincitur, qui carnis adhuc neceſſitatibus occupatur. *De Præcepto & diſpenſ. non longè à fine fol. 294. col. 4. L.*

73. Amat veraciter Deum, ac per hoc quæ Dei ſunt, qui amat caſtè, & caſto non gravatur obedire mandato. *In tract. de diligendo Deo. verbo Occaſione.in med. fol. 267. col. 3. I. Prof.*

74. Amat juſtè, qoi mandatum juſtum libenter amplectitur: & amor iſte meritò gratus eſt Deo, quia gratuitus. *Ibid.*

75. Vita vera hominis, amor Dei eſt. *De vita ſolitaria ad Fratr. poſt med. fol. 318. col. 4. K.*

76. Amorem Dei fides concipit, ſpea parturit, charitas format, & vivificat. *Ibidem.*

77. Amor Dei, vel amor Deus, Spiritus ſanctus eſt amori hominis ſe infundens, afficit eum ſibi. *Ibidem.*

78. Amorem Dei in homine, ex gratia genitum, lactat lectio, meditatio paſcit, oratio confortat & illuminat. *Ibidem.* S. BERNARD.

79. Verus amor ad te ſolùm eſt, Domine, in quo ſolo eſt quidquid verè eſt, ubi quieta & ſecura ſtatio. *De Amore Dei in 2. volum. verbo O amor. in fine fol. 51. col. 2. F.*

80. Recedat omnis zelotypia, ne tecum aliquid amem, quod propter te non amem: cùm verò propter te aliquid amo, non illud amo, ſed te: propter quem amo quod amo. *Ibid. verbo Recedat, in princ. fol. 51. col. 2. F.*

81. Beati verè, & onicè, & ſingulariter & perfectè beati, qui verè & perfectè amant Deum. *Ibid. verbo Habet, in princ. fol. 51. col. 4. L.*

82. Amor Dei, nunquàm eſt otioſus: ſi verè eſt amor, magna operatur: ſi verò non operatur, noo eſt amor. *Serm. 51. ad Sororem poſt med. in 2. volum. fol. 93. col. 3. I.*

83. O felix amor, beate amor! qui te habent, beati ſunt: qui te habent, felices ſunt. *Profec.*

84. Nimis eſt felix, nimis eſt beatus, cujus tantùm eſt dilectio Chriſtus. *Serm. 9. in Cœna Dom. ante med. fol. 113. col. 1. B. in 2. volum.*

85. Certè nimis eſt avarus, cui noo ſufficit Chriſtus. *Ibid. ſerm. 7. ante fin. fol. 112. col. 1. C.*

86. Perfectè vult amari, qui ſolus vult diligi: non vult conſortem habere in amore, qui parem non habet io dilectionis retributione. *Ibid. ſerm. 8. circa med. fol. 112. col. 3. H.*

87. Amor Dei totus dulcis, totus delectabilis; ſuum poſſeſſorem non cruciat, ſed delectat: non enervat, ſed roborat: cuncta terrona ſubſannat, ſola cœleſtia captat. *Ibid. ſerm. 13. prope fin. fol. 118. col. 2. D.*

88. Nullus ibi apparet labor, ubi verus eſt amor. *Ibid. ſerm. 14. ante med. fol. 118. col. 3. G.*

89. Omnia prætereunt, præter amare Deum. *Sup. Pſ. 114. poſt init. pag. 144. col. 1. D. tom. 1.* S. BONAVENT.

90. Poteſt homo dicere, Non poſſum jejunare, non poſſum ad ſanctum Jacobum ire, non poſſum res meas pauperibus dare, & in Monaſterio Deo ſervire: ſed ounquàm poteſt dieere, Non poſſum amare. *Serm. 1. de Evangeliſtis & in Ord. 11. ante med. pag. 310. col. 2. tom. 3.*

91. Cor amantis, caminus eſt Dei inflammantis. *Serm. 2. fer. 2. poſt Paſcha in princ. ſup. illud Luc. 24. Nonne cor noſtrum ardens erat, &c. pagin. 97. colum. 2. tom. 3.*

92. Amore Dei nihil ſuavius, nihil dulcius, oihil dignius. *Serm. 2. Dom. 2. poſt Paſcha in fine. pag. 109. col. 1. tom. 3.*

93. Nihil ad partum boni operis ſic bominem orget, ſicut amor Dei in cordis utero cooceptus. *Serm. 3. in die Pentec. in fine, pag. 128. col. 2. tom. 3.*

94. Tres ſpirituales ſagittas mittere ſolet Chriſtus, videlicet timoris, doloris, amoris. *Profec.*

95. Timor pœnam, dolor culpam, amor gloriam reſpicit. *Ibid. ſerm. 7. in fine, pag. 130. col. 2.*

96. Amor Dei his quatuor nutritur in homine, ſcilicet puris meditationibus, caſtis ſermonibus, ſanctis operibus, & veris mentis humiliationibus. *Serm. 2. de S. Laurentio ante med. pag. 267. col. 1. tom. 3.*

97. Si verè Deum amas, eſt inquirendum à corde, à lingua, ab opere. *Profec.*

98. A corde, quia quod cor amat, ſæpè de eo cogitat: ſi enim ſæpè de Deo non cogitas, Deum te verè amare non eredas.

99. Si de mundo magis, quàm de Deo cogitas: mundum magis, quàm Deum amas.

100. 2. Si Deum amas, à lingua requiras: lingua enim libenter nominat id quod cor amat: ergo qui plus de mundo fatur, quàm de Deo: magis mundum, quàm Deum amare comprobatur.

101. 3. Si Deum amas, ab opere tuo requiras: non enim poteſt ignis eſſe in paleis, & non ardere: ergo

S. BONAVENT. nec ignis divini amoris in corde & opere poteſt vacare.

102. Impoſſibile eſt, ut operari renuat, & magna non agat, qui plenis affectibus Deum amat. *Serm.* 8. *de SS. Apoſt. in princ. ſup. illud Ioan.* 14. *Si quis diligit me. pag.* 305. *col.* 1. *tom.* 3.

103. Deus tantò minùs amatur, quantò plus extranei amoris ei aliquid admiſcetur. *Ibid. poſt med. pag.* 305. *col.* 1.

104. Non poteſt Deus perfectè amari, niſi ſolus: nec aliquid cum eo extraneum diligatur, quod non propter ipſum ametur. *Ibidem.*

105. Noo aliud à nobis Deus requirit, quàm amorem: ergo ſi jejunare non potes, ama Deum ex toto corde, & accipe ſummum regnum. *Profec.*

106. Nunquid amare non potes? quomodo diligis autum, & non potes diligere ſummum bonum? *Ibid. in fine pag.* 306. *col.* 2.

107. Ad Deum amandum inducit natura, mandat Scriptura, impellit gratia, & allicit gloria. *Ibidem.*

108. Quid amore Dei nobilius? quid melius? quid fructnoſius? *Serm.* 9. *poſt med pag.* 308. *col.* 1.

109. Vitam nihil ita facit claram, ut Dei amor. *Lib.* 2. *Pharetra, cap.* 25. *ante fin. pag.* 141. *col.* 2. *A. tom.* 6. *part.* 1.

110. Quos amor vetitatis afficit, refectio conſolationis paſcit. *In Soliloq. cap.* 2. *poſt med. pag.* 116. *col.* 1. *C. tom.* 7. *part.* 3.

111. Verus amor nullum patitur medium inter ſe & objectum, quod eſt Deus. *De* 7. *itineribus. Itin.* 4. *Diſt.* 6. *poſt init. pag.* 170. *col.* 1. *B. tom.* 7. *part.* 3.

112. Quantò æterna magis amantur, taoiò perfectiùs cognoſcuntur. *Ibid. Itin.* 5. *Diſt.* 1. *pagin.* 171. *col.* 1. *B.*

113. Amor divinus omne velum removet, & omnem veritatem docet. *Ibid. Itin.* 5. *diſt.* 4. *in fine, pag.* 172. *col.* 2. *B.*

114. Quid amore Dei melius? quid nobilius? quid utilius? quid ſuavius? *De ſtimulo amoris part.* 2. *cap.* 12. *in fine pag.* 217. *col.* 2. *E. tom.* 7. *Part.* 3.

115. Amore Dei nihil utilius homini, nihil delectabilius, nihil oobilius. *Ibid. part.* 3. *cap.* 2. *in fine, pag.* 219. *col.* 2. *D.*

116. Quantò perfectiùs Deus cognoſcitur, tantò ardentiùs amatur. *Lib.* 2. *de profectu Religioſ. cap.* 64. *pag.* 601. *col.* 1. *D. tom.* 7. *part.* 4.

117. Amor Dei, cum pura intelligentia conditus, inebriat mentem. *Ibid. cap.* 72. *pag.* 606. *col.* 2. *E. poſt med.*

118. Quantò amor Dei vehementior, & intelligentior, & lucidior, tantò validiùs mentem in ſe rapit. *Ibid. poſt med. pag.* 607. *col.* 1. *A.*

119. Amore Dei nihil poteſt eſſe delectabilius, nihil honorabilius, nihil utilius. *Ibid. cap.* 73. *paulo ante med. pag.* 608. *col.* 1. *E.*

120. Amor Dei eſt omnium affectionum bonarum condimentum: & tantò plus ſapiunt Deo cæteræ virtutum affectiones, quantò plus de hoc habuerint condimento. *Ibid. circa med.* &c. *ut antè.*

121. Noo poteſt eſſe virtus, vel devotio, quæ ex amoris Dei radice non pullulat. *Ibid. in med.* &c. *ut antè.*

122. Ama unum bonum, in quo ſunt omnia, & ſufficit: ibi eſt quod amas, ibi eſt quod deſideras: ibi eſt quidquid amas, ibi quidquid deſideras. *De Perfect. vita ad Sorores, cap.* 8. *ante finem, pag.* 639. *col.* 2. *A. B. tom.* 7. *part.* 4

123. Quantùm quiſque hîc Deum amat, tantùm ibi de Deo gaudebit: ergo multùm ama, ut multùm gaudeas: creſcat io te amor Dei, ut ibi plenè poſſideas gaudium Dei. *Ibid. in fine, pag.* 639. *col.* 2. *C.*

124. Amor Dei eſt dulcedo ſaporis intimi: & quantò ardentiùs amat, tantò ſuaviùs guſtat. *De* 7. *itin. Itin.* 4. *diſt.* 5. *art.* 3. *poſt med. p.* 169. *col.* 1. *C. to.* 7. *part.* 3.

125. Amor Dei eſt gaudium ſpei: quia ubi amor, ibi ſpes: & ubi eſt ſpiritualis amor, ibi eſt ſpirituale gaudium. *Ibid.* S. BONAVENT.

126. Amoris eſt Dei vulnerare, quia intima cordis penetrat. *Lib.* 5. *in Compend. Theol. veritatis, cap.* 25. *in med. pag.* 760. *col.* 2. *E. tom.* 7.

127. Verè ſtultum eſt aliquid plus amare, quàm Deum: ſive parentes ſint, moriuntur: ſive propinqui, non permaneot: ſive amici, mutantur; ſolus eſt autem Deus æternus, & immutabilis parens. *Lib.* 3. *recognition. longè poſt. med. fol.* 73. *pag.* 1. S. CLEM. PAP.

128. Non poteſt anima, quæ Dei amore repleta eſt, aliud aliquid iotueri, niſi quod ad Deum pertinet: nec ſatiari poteſt præ amore ejus, ea quæ ipſi ſcit eſſe placita meditando. *Ibid. longè poſt med. fol.* 76. *pag.* 1.

129. Sicut qui patrem honorat, amat patrem: ita qui Deum honorat, Deum amat. *Lib.* 7. *Stromat. circa init. fol.* 144. *pag.* 1. *C.* CLEM. ALEX.

130. Muodi amor & Dei, pariter in uno corde cohabitare non poſſunt. *De* 12. *Abuſion. cap.* 7. *ante med. pag.* 600. *col.* 1. *tom.* 3. S. CYPRIANUS.

131. Eſt animæ Deum amantis proprium, gloriam Dei ſemper in omnibus quærere. *De Perfect. ſpirituali cap.* 12. *apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 746. *col.* 2. *G. edit. Coloniæ* 1618. S. DIADOCHUS.

132. Qui in ſenſu cordis Deum amat, hic eſt ab eo cognitus. *Profec.*

133. Quantùm quis Dei charitatem in ſenſu animæ capit, tantùm eum Deus amat. *Ibid. cap.* 14. *pag.* 747. *col.* 1. *A.*

134. Dimovet etiam de ſtatu divinus amor, nec ſuos eſſe amantes patitur; ſed eorum etiam, quæ amantur. *De divin. Nomin. cap.* 4. *part.* 1. *ante fin. apud Bibliot. Patrum, tom.* 1. *pag.* 145. *col.* 1. *B.* S. DIONYSIUS AREOPAG.

135. Abſolutè loquendo, & cæteris paribus: innocens plus tenetur Deum amare, pluſque amatur à Deo, quàm peccator converſus. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 5. *art.* 8. *in fine, fol.* 13. *A.* DIONYSIUS CARTHUSIAN.

136. Dùm homo in Chriſti amore ſuccenditur, creſcit & perficitur, moriturque in ſemetipſo: quia non agit ſecundùm privatum amorem, ſed ſecundùm divinæ charitatis inſtinctum, & Chriſti juſſionem. *Sup. Ep. ad Galatas cap.* 2. *art.* 2. *ſub fin. fol.* 72. *A.*

137. Anima divino vulnerata amore languet, ideſt, grandi dolore affligitur præ nimio deſiderio claræ viſionis, & ſuæ expectationis dilatione torquetur. *De profectu ſpirit. art.* 23. *poſt med. fol.* 168 *pag.* 1.

138. Quantò plus Deum amas, tantò pleniùs ipſum habes: & quantò plus eum habes, tantò felicior es. *De perfect. charit. art.* 2. *ante med. fol.* 171. *pag.* 1.

139. Amor Dei modum neſcit, cuncta tranſcendit, nullamque comparationem admittit. *Ibid. art.* 16. *in fine, fol.* 187. *pag.* 2.

140. O amor vulnerans, ô amor ligans, ô amor languorem inducens, ô amor defectum faciens! quando venies ad me, ut ſecundum te amem dominum meum meum? *Ibidem artic.* 17. *ante med. fol.* 188, *pagin.* 1.

141. Verus Dei amor eſt tale quid, quod nemo novit, niſi qui accipit: quod nemo accipit, niſi qui ſollicitè quærit, niſi qui priùs aliquid indè guſtavit. *Profec.*

142. Hoc ipſum amando quæritur, amando invenitur, & non niſi amando poſſidetur. *Ibid. art.* 27. *ante med. fol.* 200. *pag.* 1.

143. Delicatus eſt Dei amor, ſocium non patitur; ſolus cum ſolo eſſe vult. *Ibid. art.* 37. *circa med. fol.* 212. *pag.* 1.

144. Amorem Dei pro eleemoſynis offerre, nobilis eſt prodigalitas: & qui minùs ipſum, quàm denarios reputant, judicarem ego eſſe ſtultiſſimos. *Profec.* S. FRANCISCUS ASSISIAS.

145. Nam ſolius divini amoris inpretiabile pretium

ad regnum comparandum ſufficit : & ejus . qui oos multùm amavit , amor eſt multùm amandus. *Tom 3. opuſc. Oraculo 2. pag.* 498.

FRANCISCUS TITELM.
146. Novit anima , quæ fidelis eſt Dei amatrix, etiam in ſola Dei memoria ſemetipſam oblectare. *Sup. Pſ.* 41. *verſ.* 3. *circa med. pag.* 371. *ſect.* 1.

S GAUDENT.
147. Mentitur ſe amare Chriſtum , qui eum in egeno non diligit. *Tract.* 13. *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 823. *col.* 2. *H. edit. Colonia* 1618.

GILBERTUS PORRET.
148. Quàm durum eſt amanti , animam dimidiare cum Chriſto! *Serm.* 11. *ſup. Cant. in princ. apud D. Bernard. in* 2, *vol. fol.* 9. *col.* 2. *F.*

149. Verè dulcis amor , & ſolus dulcis amor , & omnis dulcis amor , ſed non eſt amor ad amorem Chriſti. *Ibid. ſerm.* 19. *ante med fol.* 16. *col.* 3. *G.*

150. Otioſus debet eſſe timor, ubi tot inſignia Chriſti relucent amoris. *Ibid. poſt med. fol.* 16. *col.* 4. *M.*

151. Amor faſtidium neſcit , fervidus eſt. *Ibidem poſt med. fol.* 17. *col.* 1. *A.*

GLOSS. ORD.
152. Qui Deum verè amat, omni tempore ejus cuſtodit amorem : neque in anguſtia paſſionis deſerit, quem in pacis tranquillitate confeſſus eſt. *Sup. Prov. cap.* 17. *in illud. Omni tempore diligit. col.* 1679. *B. to.* 3.

GLOSS. INT.
153. Præ amoris magnitudine , omnia temporalia ſunt mihi faſtidio. *Sup. Cant. cap.* 5 *in illud, Amore langueo col.* 1860. *D. tom* 3.

154. Sicut mors ſeparat animam à corpore , ſic amor Dei à temporalium amore. *Sup. Cant. cap.* 8. *col.* 1879. *B.*

155. Quantò magis Deus amatur , tantò magis ſuavior reperitur. *Sup. Sapient. cap.* 8. *col.* 1923. *A. tom.* 3.

156. Ecce verus amantium affectus , vel cum Chriſto vivere , vel cum eo mori. *Sup. Ioan. cap.* 11. *in illud, Eamus & nos , & moriamur cum eo, col.* 1200. *E. tom.* 5.

GLOS. ORD.
157. Si Deum amas , gratis ama : ſi verè amas , ipſe ſit merces , quem amas. *Sup. Ep. ad Epheſ. cap.* 3. *col.* 545. *A. tom.* 6.

GLOSS. INT.
158. Sicut per odium proximi , ita per amorem mundi extinguitur amor Dei. *Sup.* 1. *Ioan. cap.* 2. *col.* 1385. *B. tom.* 6.

S. GREG. MAG.
159. Machina mentis eſt vis amoris , quæ hanc dùm à mundo extrahit, in alta ſuſtollit. *Lib.* 6. *Moral. cap.* 17. *poſt med. num.* 27. *fol.* 205. *A tom* 1.

160. Illud apud Deum magis in amore eſt, qui ad ejus amorem plurimos trahit. *Lib.* 14. *Moral. cap.* 22. *prope fin. num.* 23. *col.* 474. *C. tom.* 1.

161. Vilis menti fit ipſa ſalus ſui corporis , quæ transfixa eſt vulnere divini amoris. *Hom.* 15. *ſup. Ezech. longè ante med. col.* 219. *D. tom.* 2.

162. Ille verè amat, cujus mentem delectatio prava ex conſenſu non ſuperat. *Profec.*

163. Nam tantò quiſque à ſuperno amore diſjungitur , quantò inferiùs delectatur. *Hom.* 30. *ſup. Evang. poſt init. col.* 410. *D. tom.* 2.

164. Nunquàm eſt Dei amor otioſus ; operatur etenim magna , ſi eſt : ſi verò operari renuit , amor non eſt. *Ibidem.*

165. Potenter corpus extenuat , qui amore cœleſtium cor inflammat. *Profec.*

166. Quia qui ſpiritualia fortiter diligit , deſideria carnis valenter premit. *Lib.* 5. *in* 1. *Reg. cap.* 4. *longè ante med. col.* 1526. *A. tom.* 2.

167. Quid levius aut unquàm gratius amori , quàm jugum divinæ ſuavitatis? quid grave non leviter tolerat, qui amat? *Ibid. cap.* 2. *ante med. col.* 1493. *C.*

168. Qui Deum amat , ipſum ſolum deſiderat. *In* 7. *Pſalm. Pœnit. ſup. Pſ.* 3. *in med. verſ.* 9. *col.* 557. *A. tom.* 2.

169. Superiora amare , jàm ſursùm ire eſt. *Lib.* 15. *Moral. cap.* 27. *in fine. col.* 510. *D. tom.* 1.

170. Pœna interrogat , ſi quietus quis veraciter amat. *In præfat. expoſ. ſup. Iob. cap.* 3. *ante med. num.* 3. *in capite tomi primi.*

S. GREGOR. MAGN.
171. Præſens vita vileſcere, ideſt, tædere incipit ! cùm conditoris amor dulceſcere cœperit. *Lib.* 9. *Mor. cap.* 23. *in princ. col.* 323. *B. tom.* 1.

172. Qui ad appetenda æternitatis atria accenditur, dignum profectò eſt , ut tantò frigeſcat à ſtudio ſæculi, quantò ſurgit ardentior in amore Dei. *Lib.* 4. *Moral. cap.* 30. *ante med num.* 39. *col.* 126. *C. tom.* 1.

173. Qui in amore Dei cordis calorem non habet, nec etiam vitam quam diligit tenet. *Lib.* 11. *Mor. cap.* 26. *in med. num.* 27. *col.* 400. *C. tom* 1.

174. Mens humana, dum igne amoris excoquitur, ſemper in ſe ſervat claritatem pulchritudinis, quotidiana innovatione fervoris. *Lib* 22. *Moral. cap.* 2. *ante fin. num.* 4. *col.* 733. *B. tom.* 1.

175. Tantò menti tuæ in Cœlo major erit requies , quantò modò ab amore conditoris ſui requies nulla fuerit. *Lib.* 4. *in Regiſtro Indict.* 13. *cap.* 84. *Ep.* 40. *ad Theodor. medic. poſt med. col.* 808. *D. tom.* 2.

176. Studendum eſt, ut amorem Dei quiſque ſibi concilier. *Ibid. lib.* 12. *Ind.* 7. *cap.* 11. *ad Iulian. in fine, col.* 1168. *D.*

S. HIERONYM.
177. Felix illa conſcientia , in cujus corde præter amorem Chriſti , nullus alius verſatur amor. *Ep.* 8. *ad Demetriad. in calce , pag.* 71. *B. tom.* 1.

178. Nihil amantibus durum eſt , & nullus difficilis labor eſt : amemus & nos Chriſtum , & facile videbitur omne difficile. *Epiſt.* 22. *ad Euſtochium ante fin. pag.* 149. *A. tom.* 1.

179. Sanctus amor impatientiam non habet. *Ep.* 6. *adverſus Vigilant. pag.* 126. *C. in fine , tom.* 2.

180. Qui amoris igne hic ardere inchoat , cùm ipſum quem amat, viderit, in amore ejus ampliùs igneſcet. *In Lament. Hierem. lib.* 2. *cap.* 3. *pag.* 365. *D. tom.* 5.

181. Quantò ſolertiùs quiſque divinis obtemperat juſſis , tantò dulciùs ejus amorem concipit. *Lib.* 1. *Proverb. cap.* 3. *pag.* 10. *D. tom.* 6.

182. Qui Deum amat, pacem cum fratribus neceſſe eſt habeat. *Profec.*

183. Nam Deum falſo amore diligit, qui ſcandalizatur in fratre. *Sup. Pſ.* 118. *pag.* 184. *B. tom.* 8.

S. HILARIUS.
184. Per mandatum quod in lege primum eſt, quo Deum ex tota anima , ex tota virtute amare præcipimur, digni illuminatione cognitionis efficimur. *Sup. Pſ.* 118. *ante med. fol.* 54. *col.* 2.

HUGO A SANCTO VICTORE.
185. Ter Petrus Chriſtum negaſſe dicitur , & ne deſperet , ter utrùm amet Chriſtum, à Chriſto Petrus interrogatur. *Profec.*

186. Amas , amas , amas ? amo , amo , amo : paſce, paſce , paſce.

187. Amas Patrem , amas Filium , amas Spiritum ſanctum ? Amo, amo, amo ; corde , ore & opere : paſce , paſce, paſce ; vita, doctrina & exemplo. *Lib.* 4. *de Clauſtro Animæ cap.* 6. *poſt med. pag.* 73. *lit. C. tom.* 2.

188. Amor Dei ubi venerit, cæteros omnes in ſe traducit, & captivat affectus, amor per ſe ſufficit, per ſe placet, & propter ſe. *Profec.*

189. Ipſe eſt meritum, ipſe præmium, ipſe cauſa, ipſe fructus, ipſe uſus. *Lib.* 4. *de Animæ cap.* 9. *poſt init. pag.* 132. *E. tom.* 2.

190. Non vis ô anima habere amorem Dei ſolitarium, noli tamen habere proſtitutum : quæris unicum, quære & unicè electum. *In Soliloq. de Arrha animæ poſt init. pag.* 144. *H. tom.* 2.

IDIOTA.
191. Lucerna fulgoris, eſt verus amor : ardens in mente per deſiderium , & ſplendens in facie per exemplum. *In contempl. divini amoris , cap.* 1. *in princ. apud Biblioth. Patr. tom.* 10. *pag.* 1. *col.* 1. *C. edit. Colonia* 1618.

192. Amor Dei hominem lætificat , & à terrenis ſublevat. *Ibid circa med* &c.

193. Sine amore Dei , nec eleemoſinæ largitio , nec Martyrii ſuſceptio , nec aliquorum bonorum operatio proficere ad ſalutem poteſt. *Ibid poſt med.* &c.

194. Amor

Sniota.

194. Amor Dei homioem perficit, omnia ſuſtinet, omnia paticoter portat. *Ibidem.*

195. Amor Dei non moleſtat, ſed cum exultatione & gaudio ſtringitur, & cum ſecuritate deſideratur. *Ibid. cap. 4. ante med pag. 2. col. 1. D.*

196. Amor Dei
- Libertatem donat.
- Timorem pellit.
- Laborem noo ſenoit.
- Meritum non reſpicit.
- Præmium non requirit.
- Feſſos alleviat.
- Debiles roborat.
- Mœſtos lætificat.
- Eſurientes reficit.
- Deficientes jucundos reddit. *Ibid. in medio, pag. 2. col. 1. D.*

197. Amor Dei, ſons vitæ eſt: nec vivere anima poteſt, quæ non hauſerit ex illo: nec haurire poteſt, niſi præſens fuerit ipſi fonti, ſcilicet Deo, qui eſt fons totius amoris. *Ibidem. poſt med. pag. 2. colum. 2. lit. E.*

198. Amor Dei pectora ſuis radiis illuſtrat, peſtes meotis ſanat, ſecreta cordis illuminat. *Ibidem cap. 5. circa. med. pag. 2. col. 2. lit. G.*

199. Verus Dei amor vacuus eſſe non poteſt, ſed ejus præmium incipienti proponitur, amanti promittitur, & perſeveranti redditur. *Ib. cap. 9. poſt med. pag. 3. col. 2. H.*

200. Labor non ſatigat Dei amorem, tormentum amorem non ſuperat, amor quiete fit inquietior. *Ib. cap. 13. circa med. pag. 4. col. 2. G.*

S. Joannes Chrysost.

201. Nemo ſe fallat, nemo ſe decipiat, Deus & diabolus ab uno pariter amari non poſſunt: aut enim diabolus oditur, aut Deus amatur: ſi amatur diabolus, neceſſe eſt ut Deus contemnatur. *Serm. ſup. illud Gen. 3. Inimicitias ponam, &c. poſt med. col.* 548. *D. tom.* 1.

202. Amor Dei facilè mala, & terribilia depellit. *Hom. 50. ſup. Mat. in princ. col. 421. A. tom. 2.*

203. Nihil tàm alienum à divino amore hominem reddit, nihil tàm facilè in gehennam intrudit, quàm ſuperbiæ inſania. *Hom. 8. in fine col. 55. A. tom. 3.*

204. Non ſic inſanus amator dilectam ſuam amat, ut Deus pœnitentem animam. *Hom. 22. ad Popul. Antioch. ante med. col. 202. tom. 5.*

Joan. Gers.

205. O felix hominum genus, ſi veſtros amicos, amor quo cœlum regitur, regat! *In princ. 2. partis ſermonis ad Regem, fol. 150. col. 3. A. Part. 4.*

S. Isidorus Hispalens.

206. Qui curis terrenis ſe implicat, à Dei amore ſe ſeparat: & qui in rerum amore diligitur, in Deo nullatenùs delectatur. *Profec.*

207. Difficile eſt Deum ſimul & ſeculum diligere, utraque ſimul amari æqualiter non poſſunt. *Lib. 2. de Synonim. cap. 17. circa med. pag. 320. col. 2.*

S. Isidorus Pelus.

208. Chriſti amor imbecillior eſt in eo, cui auri amor valentior extitit. *Lib. 3. Ep. 209. ad Charemonem Diacon. apud Bibl Patr. tom. 5. part. 2. pag. 595. col. 2. H. edit. Coloniæ* 1618.

S. Leo I.

209. Amor directus in Deum, nec inter ſecunda ſuperbit, nec inter adverſa deficit. *Ser 1, de Jejun. 10. menſ. poſt med.*

210. Pius & caſtus animus ita gaudet Deum amare, ut in nullo extra illum cupiat delectari. *Serm. 7. de Jejunio ſeptimi menſis poſt med. fol 74 pag. 1.*

Lud. Blos.

211. Væ homini illi, qui Deum non amat: nunquàm enim verè ſecurus, nunquàm verè tranquillus eſt: vitiis ſervit, vanitatem ſequitur. *In Canone vitæ ſpirituali cap. 15. circa med. pag. 12. col. 2.*

S. Mar. mart.

212. Ille Deum non amat, qui alicui rerum terrenarum mentem habet alligatam. *De charitate, centuria 2. cap. 1. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 352. col 1. B. edit. Coloniæ* 1618.

S. Pet. Dam.

213. Ab amore Dei nulla vos mundi proſperitas retrahat, nulla vos adverſitas frangat. *Serm. 17. de S. Vitali in fine pag. 186. col. 2. A. tom. 3.*

S. Prosper.

214. Amans Deum anima reverà in cœlum à terris emicat, ſumptiſque alis petit ſublimia. *Lib. 1. de victimis ante med. pag. 1132. tom. 2.*

215. Inter multa illecebroſa & multa fallacia Deum amare, paucorum eſt. *Sent. 17. apud D. Aug. in fin. tom. 3. pag. 744. D.*

Richa S. Victore.

216. Quantò mundi malis juſti acerbiùs urgentur, quantò gravioribus flagellis atteruntur, tantò ad Dei amorem vehementiùs accenduntur. *Part. 1. lib. 2. de contempl. cap. 24. ante med. pag. 260. col. 1. B.*

217. Anima Deum amans, amore non ſatiatur, quia Deus amor: quem qui amat, amorem amat: amare autem amorem, circulum facit, ut nullus ſit finis amoris. *De gradibus charit. cap. 2. poſt med. pag. 545. col. 2. B. Part. I.*

218. O bone Deus! quem amare, edere eſt: quomodo amantes te ſic reficis, ut magis eſuriant? niſi quia tu ſimul cibus es, & eſuriens: & qui te non guſtavit, te prorsùs eſurire neſcit; ad hoc ergo cibas, ut eſurire facias. *Ibidem* &c. *C.*

S. Thomas Aquinas.

219. Tantò invenitur voluntas promptior ad fervorem divini amoris, quantò magis ea quæ propter ipſum facimus aut patimur, noſtræ voluntati repugnant. *Tom. 2. Opuſc. de perfect. vitæ ſpirit. cap. 12. poſt med. fol. 36. pag. 1.*

220. Ad provocandum noſtrum amorem in Deum, nihil magis valere potuit, quàm quod Verbum Dei, per quod omnia facta ſunt, ad reparationem naturæ noſtræ eam aſſumeret, ut idem eſſet, & Deus & homo. *Ibid. contra Græcos, Armenos,* &c. *cap. 5. poſt med. fol. 96 pag. 2.*

Thomas à Kempis.

221. Ardenter Chriſtum amare, ipſum tenere eſt. *Medit. 3. de Adventu cap. 4. in princ. pag. 193. tom. 1.*

222. Amans Deum anima ſub Deo deſpicit univerſa. *Lib. 2. de Imit. Chriſti cap. 5. in fine pag. 351. tom. 2.*

223. Amor JESU nobilis ad magna operanda impellit, & ad deſideranda ſemper perfectiora excitat. *Ib. lib. 3. cap. 5. ſect. 3. pag. 367.*

224. Amor Dei vult eſſe ſursùm, nec ullis infimis rebus retineri. *Ibidem*

225. Amor Dei vult eſſe liber, & ab omni mundana affectione alienus, ne internus ejus impediatur affectus. *Ibidem.*

226. Nihil dulcius eſt hoc amore, nihil fortius, nihil altius, nihil jucundius, nihil plenius, nihil melius in cœlo & in terra. *Ibidem.*

227. Amor Dei vigilat, & dormiens non dormitat, fatigatus non laſſatur, arctatus non coarctatur, territus non conturbatur: ſed ſicut vivax flamma & ardens facula, ſurſum erumpit, ſecuréque pertranſit. *Ibid. cap. 5. ſect. 5. pag. 367.*

228. Cùm amor Dei intrat in cor, cuncta tranſitoria de corde recedunt. *In Hortulo Roſar. cap. 4. in fine, pag. 515. tom. 2.*

229. Amor Chriſti eſt
- Jucunditas mentis,
- Paradiſus animæ.
- Excludit mundum.
- Vincit diabolum.
- Claudit infernum.
- Aperit cœlum. *Ibidem capite 16. in princ. pagin.* 528.

230. Nil tibi melius, nil ſalubrius, nil ſuavius, nil jucundius, nil dignius, nil altius, nil felicius, nil perfectius, nil beatius, quàm ardentiſſimè amare Deum. *Profec.*

Hoc centies dico, hoc millies replico, nullum ſtudium elegantius, nullum opus eminentius, quàm amare Deum. *In valle Liliorum cap. 26. in princ. pag. 561. to. 2.*

S. Vinc. Fer. 232. Amor Dei debet eſſe ſicut oleum ſuper aquam in lampade cordis: amor verò creaturarum debet eſſe frigida ſub oleo amoris Dei. *Serm.* 1. *Dom.*13. *poſt Trinit. poſt med. fol.*184. *col.* 2.

Sententiæ Paganorum.

Plato. 233. Magnus Deus eſt amor. *Tom.* 3. *Sizygia* 5. *de convivio ante med. pag.* 178. *A.*

Seneca. 234. Deus colitur & amatur. *Ep.* 47. *ante fin. pag.* 605. *tom.* 2.

Sixtus Philosoph. 235. Culmen pietatis eſt amor Dei. *Sent.* 79. *apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pag.* 65. *col.* 1. *C. edit. Coloniæ* 1618.

236. Sapientum animæ, inſatiabiles ſunt in amore Dei. *Ibid. ſent.* 277. *pag.* 66. *col.* 2. *E.*

237. Non amabis Dominum Deum, niſi habueris in te aliquid ſimile Dei. *Ibidem ſentent.* 422. *pag.* 67. *col.* 2. *E.*

Amor Proximi.

Definitio.

S. Edmundus. 1. Amare hominem in Deo, non eſt aliud niſi amare illum propter unum tale, quod non poteſt amari ſine Deo. *In ſpeculo Eccleſiæ cap.* 30. *ante med. apud Bibl. Patrum, pag.* 366. *colum.* 2. *lit. E. edit. Coloniæ* 1618.

Cicero. Amare proximum nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere, quem amas, nulla utilitate quæſita. *De Amicit. ſub finem, col.* 578. *E. tom.* 4.

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius. 1. Acquirit filium, qui fratrem acquirit amore. *Et habetur apud Bedam tom.* 7. *ſcintillar. cap.* 8. *col.* 375.

S. Anselmus. 2. Plus peccat, qui amorem proximi a corde alterius minuit, quàm qui victum ab ore pauperis rapit. *De ſimilitudinib. cap.* 150. *in princ.*

S. Augustin. 3. Homo proximus eſt tuus; vitium inimicum eſt proximo tuo: tunc amas proximum, ſi oderis quod nocet proximo. *Serm.* 2. *Dom.* 19. *poſt Trin. & in ord.* 237. *in medio, pag.* 797. *A. tom.* 10.

4. Non putes tunc te amare ſervum tuum, quando eum non cædis: aut tunc te amare filium tuum, quando ei non das diſciplinam: aut tunc te amare vicinum tuum, quando eum non corripis: non eſt iſta proximi charitas, ſed languor. *Tract.* 7. *in Ep. Ioan. prope finem pag.* 428. *D. tom.* 9.

5. Noli in homine amare errorem, ſed hominem: hominem enim Deus fecit, errorem ipſius homo fecit: ama illud quòd Deus fecit, noli amare quod ipſe homo fecit. *Profec.*

6. Cùm illud amas, iſtud tollis: cùm illud diligis, iſtud emendas. *Ibidem ut ante.*

7. Non eſt interior literarum ſcientia, quàm ſcripta conſcientia, id ſe alteri non facere, quod nolit pati. *Lib.* 1. *Confeſſ. cap.* 18. *in fine pagin.* 53. *lit. A. tom.* 1.

S. Bernard. 8. Veros amor non habet amaritudinem ſcandali. *Serm.* 13. *ad Sororem. ante med. in* 2. *volum. fol.* 84. *col.* 3. *lit. G.*

9. Tunc amor tuus & temperans erit & juſtus, ſi quod propriis ſubtrahitur voluptatibus, fratris neceſſitatibus non negetur. *In Tract. de diligendo Deo. cap. Amor. circa med. fol.* 297. *col.* 2. *F.*

S. Bonavent. 10. Si culpa malorum ſit odienda, natura tamen eſt amanda. *In Ioan. cap.* 15. *ſup. illud, Mundus vos odit, pag.* 392. *col.* 1. *tom.* 2.

11. Nunquàm amor ſic probatur (ſi ſit verus) ſicut ſi pro amore alterius, alius moriatur. *Serm.* 2. *de S. Andrea poſt med. pag.* 217. *col.* 1. *tom.* 3.

12. Non amabit proximum, qui aurum amat. *Lib.* 2. *Pharetræ cap.* 11. *poſt med. pag.* 132. *col.* 1. *E. tom.* 6. *part.* 1. S. Bonavent.

13. Melior eſt pax divitiis, & temporariorum bonorum poſſeſſio amori fraterno eſt poſtponenda. *Lib.* 5. *Glaphyrorum. in Geneſ. capite* 2. *de Iacob. in med. pag.* 129. S. Cyrill. Alex.

14. Si vis à proximo amari, oſtende te bonum eſſe vel amabilem. *In ſpeculo Eccleſiæ cap.* 30. *in med. apud Bibl. Patr. tom.* 13. *pag.* 366. *col.* 2. *F. edit. Coloniæ* 1618. S. Edmundus.

15. In hoc ſolum cognoſcam, ſi es ſervus Dei, ſi fratrem graviter errantem amare non deſieris. *Tom.* 1. *Opuſc. Ep.* 6. *ad Fratrem Eliam. pag.* 20. S. Franciscus Assisias.

16. Tolerare non poteris, quos amare deſieris. *Ibidem Ep.* 7. *ad Fratrem. Eliam pag.* 22.

17. Amor proximi compaſſionem habet, & quendam nimis ſuavem guſtum, dùm gementibus novit condolere. *Serm.* 19. *ſup. Cant. poſt med. apud D. Bernardum in* 2. *volum. fol.* 16. *col.* 4. *M.* Gillebertus Porretanus.

18. Nihil eſt caſtitas carnis, ſi non adſit mentis ſuavitas in amore proximi. *Sup. Iob. c.* 5. *col.* 67. *A. to.* 3. Glos. ord.

19. Amare amantem, naturæ eſt: non amantem verò cogi beneficiis ad amorem, perfectionis eſt. *Sup. Matth. cap.* 7. *col.* 148. *F. tom.* 5.

20. Non eſt fraternus amor, niſi mutuis ſe præveniant obſequiis. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 12. *col.* 159. *A. tom.* 6.

21. Amant ſe invicem mali, ſed amor iſte tartareus eſt, & pejor quàm diſcordia. *Sup.* 1. *Ioan. cap.* 3. *ſup. illud, Diligamus alterutrum, col.* 1399 *B. tom.* 6. Gloss. int.

22. Nemo aliquem amat, quem non vult eſſe meliorem. *Lib.* 22. *Moral. cap.* 6. *poſt init. col.* 742. *lit. B. tom.* 1. S. Greg. Mag.

23. Tantùm quiſque portat proximum, quantùm amat: ſi enim amas, portas: ſi deſiſti amare, deſiſti tolerare. *Hom.* 15. *ſup. Ezech. ante med. col.* 221. *A. tom.* 2.

24. Si quis quemlibet amat, ſed propter Deum non amat, charitatem non habet, ſed habere ſe putat. *Hom.* 38. *ſup. Evang poſt med. col.* 513. *A. tom.* 2.

25. Ille ſecurus amat, qui propter Deum illum amat, à quo ſe intelligit non amari. *Ibid. ut antè. B.*

26. Sit amor, ſed non emolliens. *Lib.* 1. *in Regiſt. Indict.* 9. *cap.* 24. *Ep.* 24. *ad Ioan. Epiſc. poſt med. col.* 656. *B. tom.* 2.

27. Qui ex adverſitate proximum deſpicit, apertè convincitur, quòd hunc in proſperis non amavit. *Lib.* 7. *Mor. cap.* 10. *ante med. col.* 222. *A. tom.* 1.

28. Inter amantes ſe animos hominum, magnum charitatis familiaritas auſum præbet. *Lib.* 3. *Dialog. cap.* 37. *verbo Ante. col.* 1417. *A. tom.* 1.

29. Minùs proximum amare convincitur, qui non cum eo in neceſſitate illius, etiam ea quæ ſibi ſunt neceſſaria partitur. *Hom.* 20. *ſup. Evang. circa med. col.* 399. *B. tom.* 2.

30. Recto ordine proximis auxilia præbemus, quando ad hæc exhibenda, non timore agimus, ſed amore provocamur. *Lib.* 5. *in* 1. *Regum cap.* 1. *longè ante med. col.* 1482. *D. tom.* 2.

31. Nemo illi quem verè amat, invidet, cujuſvis eum eſſe conſpiciat gloriæ, vel honoris; ſed omnem ejus felicitatem, quaſi ſuam libenter amplectitur. *Sup. priorem ad Cor. cap.* 13. *ſup. illud, Charitas non æmulatur, pag.* 320. *B. tom.* 9. S. Hieronym.

32. Qui amat, quoniam redamatur: ſi quid minùs jucundum ab amico ad eum profectum fuerit, finem amandi illicò facit *Hom.* 61. *ſup. Matth. ante fin. col.* 514. *A. tom.* 2. S. Joannes Chrysostom.

33. Quos verè amamus, nunquàm morſu petimus. *Hom.* 24. *ſup.* 1. *ad Cor. in Mor. circa med col.* 514. *C. to.* 4.

34. Qui amat, beneficium magis impendere, quàm accipere cupit. *Hom.* 1. *ſup. Ep.* 1. *ad Theſſalon. ante finem, col.* 1333. *B. tom.* 4.

S. Joannes Chrysostom. 35. Amori proximi nihil æquiparari poteſt. *Orat. 5. adverſus Iudæos ante med. col. 1136. B. tom. 5.*

S. Nilus Abb. 36. Nihil amori proximi præferas, præterquàm ea, propter quæ charitas Deum non rectè intuetur. *Paræneſi 99. apud Biblioth. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Coloniæ* 1618.

Petrus Blesens. 37. Eum feliciſſimum puta, qui ſic amat omnes, ut mereatur amari ab omnibus. *De Amicit. cap. 18. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 973. col. 2. F. edit. Coloniæ* 1618.

S. Petrus Chrysol. 38. Delicta non videt vis amoris. *Serm. 3. in medio. pag. 633. col. 2. F. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Coloniæ* 1618.

39. Verus amor eſt, feciſſe ſuas anguſtiati anguſtias. *Ibid. ſerm. 14. in med. pag. 672. col. 1. A.*

S. Petr. Dam. 40. Non vos ab amore proximi iracundia dividat. *Serm. 17. de S. Vitali, in fine, pagin. 186. col. 2. A. to. 2.*

Petrus Maur. Cloniac. 41. Verus amor honorum ſentit viciſſitudinem, qui in omni caſuum permutatione integram ſemper novit amico ſervare fidem. *Lib. 1. Ep. 12. ad Guillelm. Archiepiſc. Ebredunenſem. in med. apud. Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 18. col. 1. C.*

Rich. a Sancto Victore. 42. Non poteſt amor eſſe jucundus, ſi non ſit & mutuus: ut ſit qui amorem impendat, & qui amorem rependat. *Lib. 3. de Trin. cap. 3. circa med. pag. 360. col. 2. B. Part. 1.*

Thalassius. 43. Omnes homines amat, qui in eis nihil humanum amat. *Hecatontade 1. ſent. 69. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 272. col. 1. A. edit. Coloniæ* 1618.

S. Thomas Aquinas. 44. Quantò aliquis intenſiùs amatur, tantò faciliùs alia propter ipſum contemnuntur. *Tom. 2. Opuſc. de perf. vitæ ſpirit. cap. 14. ante med. fol. 39. pag. 2.*

In Vit. Patr. 45. Si propriis oculis viderem Sacerdotem Dei, vel aliquem eorum, qui monarchico habitu circumamicti ſunt, peccantem; chlamydem meam explicarem, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur. *Lib. 1. in vita S. Ioan. Eleemoſinarii cap. 35. prope med. pagin. 197. col. 2.*

Sententiæ Paganorum.

Chilo Laced. 46. Amato tanquàm oſurus, oderis tanquàm amaturus. *In ſent. circa med. ſent. 6.*

Cicero. 47. Nihil mihi minùs hominis videtur, quàm non reſpondere in amore iis, à quibus provoceris. *Lib. Ep. ad Brutum. Ep. 1. in princ. col. 602. D. tom. 3.*

48. Præclarum illud eſt, rectum quoque, & verum, ut eos, qui nobis chariſſimi eſſe debeant, æquè ac noſmetipſos amemus. *Profec.*

49. Nec optandum eſt quidem in amicitia, ut me ille plus quàm ſe amet, & ego illum plus quàm me, plus enim nullo pacto poteſt. *Lib 3. Tuſc. quæſt. poſt med. col. 224. D. tom. 4.*

Plato. 50. Qui amat corpus tuum, non amat te: ſed qui amat animum tuum, te amat. *Tom. 1. Sizygia 4. lib. 2. de Repobl. poſt med. pag. 131. C. D.*

Seneca. 51. Illud homini verecundo & probo miſerrimum eſt, ſi eum amare oportet, quem non juvat. *Lib. 2. de Benefic. cap. 18. circa med. pag. 400. tom. 2.*

Sixtus Philosoph. 52. Fundamentum eſt, & initium cultus Dei, amare Dei homines. *Sent. 357. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 67. col. 1. A. edit. Coloniæ* 1618.

Amor Dei & Proximi.

Sententiæ Patrum.

S. Anselmus. 1. Victus animæ, eſt amor Dei & proximi. *De ſimilit. cap. 150. poſt init.*

S. Augustin. 2. Beatus, qui amat te Deus, & amicum in te, & inimicum propter te. *Lib. 4. Conf. cap. 9. in med. pag. 68 C. tom. 1.*

3. Spes de promiſſis, & gaudium de præmiis, faciunt amorem Dei & proximi. *De ſpir. & anima cap. 5. in fine, pag. 606. C. tom. 3.*

S. Augustin. 4. Per amorem Dei, omnes ei adhæremus: per amorem proximi, omnes ad invicem unum ſumus: ut bonum commune omnium, fiat ſingulorum: & quod quiſque in ſe non habet, in altero poſſideat. *Ib. cap. 16. in fine, pag. 613. A.*

5. Per odium mundi & ſui, anima proficiſcitur in amorem Dei & proximi. *Ibid. cap. 4. in med. pag. 605. A. tom. 3.*

6. Ille veraciter amat amicum, qui Deum amat in amico: aut quia eſt in illo, aut ut ſit in illo. *Serm. 5. de Dedicat. & in ord. 256 poſt init. pag 828. D. to. 10.*

7. Nullus certior gradus ad amorem Dei, quàm hominis erga hominem charitas. *De Morib. Eccleſiæ, cap. 26. in princ. pag. 532. C. tom. 1.*

8. Amor Dei, amor proximi, charitas dicitur. *Sup. Pſ. 31. in præfat. pag. 126. C. tom. 8.*

9. Deum amat amicum, qui Dei amorem amat in amico. *Lib. 22. contra Fauſt. cap. 78. ante med. pag. 301. B. tom. 6.*

S. Bonavent. 10. Qui amat proximum, amat Chriſtum, & Chriſtum amando, Chriſto ſe facit ſimilem. *Serm. 9. poſt med. pag. 308. col. 1. tom. 3.*

S. Diadochus. 11. Cùm cœperit quis ſentire copioſè charitatem Dei, tunc incipit ſenſu ſpiritus proximum quoque amare. *De perf. ſpir. c. 15. apud Bib. Patr. to. 4. p. 747. col. 1. B*

Dionysius Carthus. 12. Omnium virtutum regina, origo, motrix ac finis eſt charitas, qua Deus amatur & proximus. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 13. art. 17. non longè à med. fol. 28. A.*

13. Amor fraternus Dei amore eſt condiendus, formandus ac perficiendus, atque ad Dei actualem dilectionem finaliter referendus, *Sup. Ep. 2. B. Petri. cap. 1. art. 1. fol. 36. H.*

S. Edmundus. 14. Ad amorem Dei, qui eſt bonitas, non potes pervenire, niſi per amorem proximi. *In ſpeculo Eccl. cap. 3. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 13. pag. 356. col. 2. E.*

Glos. ord. 15. In amore proximi diſcitur, qualiter conditor debeat amari. *Sup. 3. Reg. cap. 6. col. 729. A. tom. 2.*

S. Gregorius Magnus. 16. Per amorem Dei, amor proximi gignitur: & per amorem proximi, amor Dei nutritur. *Lib. 7. Mor. cap. 10. prope init. num. 11. col. 221. C. tom. 1.*

17. Mens nec ſic pro amore Dei quietem diligat, ut curam proximi, utilitatemque poſtponat: nec ſic pro amore proximi occupationi inſerviat, ut quietem funditùs deſerens, ignem in ſe ſuperni amoris extinguat. *Lib. 6. Mor. cap. 17. ante med. num. 25. col. 203. D. to. 1.*

18. Qui amare Deum negligit, profectò diligere proximum neſcit. *Ibidem.*

19. Amor Dei amorem proximi generat: & amor Dei ex proximi amore coaleſcit. *Ibidem.*

20. Nec amorem Dei præpediat amor proximi, nec amorem proximi abjiciat amor Dei. *Lib. 28. Mor. cap. 6. circa finem, num. 14. col. 954. A. tom. 1.*

21. Ad amorem Dei & proximi plerumque corda audientium plus exempla, quàm verba excitant. *Ho. 39. ſup. Evang. poſt med. col. 523. B. tom. 2.*

22. Vinculum perfectionis, eſt charitas Dei & proximi. *Lib. 5. in 1. Regum, cap. 2. circa med. col. 1494. A. tom. 2*

Hugo Card. 23. Quantò plus quis fulcitur divitiis temporalibus, tantò ampliùs refrigeſcit ab amore Dei, & proximi. *Sup. 3. Reg. cap. 1. fol. 262. col. 4. tom. 1*

24. Quando refrigeſcit charitas ab amore Dei & proximi, convertitur ad amorem ſui. *Sup. 2. ad Tim. cap. 3. circa init. fol. 226. col. 4. tom. 7.*

Idiota. 25. Per amorem proximi cognoſcitur amor Dei conſervari & nutriri. *In contempl. amoris divini, cap. 29. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 10. pag. 9. col. 1. B. edit. Coloniæ* 1618.

S. Joannes Chrysostom. 26. Non poteſt hominem odiſſe, qui Deum amat: nec poteſt Deum amare, qui hominem odit. *Hom. 42. oper. imperf. ſup. Mat. ante fin. col 1044. A. tom. 2.*

Leo I. 27. Virtus & ſapientia fidei Chriſtianæ, amor Dei eſt, & amor proximi. *Serm. 7. Quadr. in princ. fol. 35. pag. 1.*

Thalassius. 28. Amor, ſi totus ordinetur in Deum, amantes inter

ſe, & cum ueo copulat. *Hecatontade* 1. *ſent*. 1. *pag*. 271. *col*. 1. *A. apud Bibl. Patr. tom*. 7. *edit. Colonia* 1618.

Vide etiam Titul. Dilectio Dei, & proximi.

Amor Parentum.

Vide Parentes.

Amor Pecuniarum.

Vide Pecuniarum cupiditas.

Amor ſui.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIFFERENTIA, PRODUCTIO, Comparatio.

ETYMOLOGIA.

S. Clem. Alex.

ΦIΛAYTI'A Græcè, Latinè nimius amor ſui, qui ſemper eſt quibuſlibet cauſa peccatorum. *Lib*. 6. *Stromat. ante med. fol*. 132. *E*.

DEFINITIO.

S. Augustin.

Amare ſe, eſt ſibi præſtò eſſe velle ad fruendum ſe. *Lib*.9. *de Trin. cap*.2. *circa med. pag*.255. *B. tom*. 3.

Dionysius Carthus.

Amor ſui eſt inordinata affectio, quâ homo amat ſe in ſe. *De fructuoſa temporis deductione, art*. 11. *ante med. fol*. 106. *pag*. 2. *Profec*.

Amare ſe in ſe, eſt ea velle, & affectare, quæ ſunt homini delectabilia, & ad propriam inclinationem, & naturam in ſeipſa conſideratam.

Hinc amare ſe in ſe, eſt inordinatum, perverſum, & damnabile. *Ibidem*.

Amor ſui eſt amor inordinatus, & vitioſus ad ſeipſum reflexus. *De Mortific. vivifica. art*. 3. *poſt init. fol*. 115. *pag*. 2.

S. Maximus Abb.

Philavtia eſt affectus, quo aliquis erga proprium corpus afficitur. *De Charit. centuria* 2. *cap*. 8. *apud Bibl. Patr. tom*. 7. *pag*. 352. *col*. 1. *D. edit. Colonia* 1618.

Philavtia eſt amor, quo corpus complectimur, rationi non conſentaneus. *Ib. cent*.3. *cap*.57. *pag*.360. *col*. 1. *B*.

Seneca.

Amor ſui, eſt permanendi, conſervandíque ſe inſita voluntas. *Ep*. 82. *circa med. pag*.209. *tom*.2.

DIFFERENTIA.

Dionysius Carthus.

Amor privatus & divinus differunt: Amor privatus, eſt omnium vitiorum origo: amor autem divinus omnium bonorum eſt radix. *Profec*.

Minoratio privati amoris, eſt augmentatio ſeu profectus amoris divini.

Plena autem privati evulſio, eſt perfecta divini amoris adeptio. *De fruct. temporis deductione. Art*.11. *poſt init. fol*. 106. *pag*. 1. & 2.

Amare ſe in ſe, ſeu amor privatus: & amare ſe in Deo, ſeu amor divinus, penitùs contrariantur, & ſe mutuò expellunt ac diminuunt. *De Mortific. vivifica. art*. 3. *poſt init. fol*. 115. *pag*. 1.

PRODUCTIO.

Dionysius Carthus.

Ex amore ſui, ſtatim procedit concupiſcentia ſenſualis, & omnia vitia carnis. *Profec*.

Ex iſto amore maledicto, procedunt gula, luxuria, oſcula, amplexus, laſcivi affectus, carnalis affectus, libidinoſi contactus, applicatio corporalis. confabulatio vana, mollis & diuturna dormitio.

Ex peſſimo iſto amore, producuntur avaritia, cupiditas, ſolicitudo ſuperflua, fraus, dolus, furtum, rapina, adulatio, quæſtus, theſaurizatio, occupatio, timor perdendi terrena, dolor ſuperfluus de eorum amiſſione.

Ex peſtifero iſto ſui amore, naſcuntur ambitio, deſiderium prælationis, cupido propriæ libertatis, ſimoniaca peſtis blanda promiſſio, prava ſuſpicio, partialitas.

Ex amore iſto damnabili, oriuntur ſimulatio, calliditas, infidelitas, hypocriſis, ſingularitas, complacentia vana, inobedientia, rebellio, contentio, induratio, pertinacia atque ſimilia. *De fruct. temporis deductione art*.11. *ante med. & conſeq. fol*. 106. *pag*. 2.

Idiota.

Amor proprius & privatus, oculum mentis vehementer claudit, & eſt omnium cauſa, radix & fomes malorum. *De contempl. divini amoris cap*.31. *poſt init. apud Bibl. Patr. to*.10. *pag*.9. *col*.2. *E. edit. Colonia* 1618.

Theophilactus.

Multa ſunt Philavtiæ germina: ſcilicet, opinio de ſe magna, arrogantia, ſuperbia, & inanis gloriæ cupiditas ab hac pullulant: pernitioſior autem omnibus, eſt ſuperbia. *Sup. Luc. cap*.18. *in illud. Omnis qui ſe exaltaverit*, &c. *pag*.234. *A*.

Thalassius.

Principium malorum animæ, fuit philavtia: philavtia enim amor eſt corporis ſui. *Hecatontade* 2. *ſent*. 4. *apud Bibl. Patr. tom*. 7. *pag*.272. *col*.2. *F. edit. Colonia* 1618.

Ex affectionibus philavtiæ, tres generales concupiſcentiarum cogitationes trahunt originem: ſcilicet cogitationes gaſtrimargiæ, inanis gloriæ, & avaritiæ. *Hecatontade* 3. *ſent*. 87. *apud Bibl. Patr. tom*.7. *pag*.275. *col*.2. *E*.

S. Thomas Aquinas.

Amor ſui, eſt principium peccandi. *Secunda ſecundæ quæſt*. 21. *art*. 1. *arg*. 2. *pag*.39. *col*. 1.

Sixtus Philosophus.

Ea ſui ipſius amore, injuſtitia naſcitur. *Sent*. 130. *apud Bibl. Patr. tom*. 3. *pag*. 65. *col*. 2 *lit. E. edit. Colonia* 1618.

COMPARATIO.

S. Augustinus.

Sicut nemo eſt, qui non diligat animam ſuam: ſic nemo eſt, qui non amet carnem ſuam. *Hom*. 37. *in medio pag*.353. *A. tom*. 10.

Hesychius.

Sicut non eſt venenum quod ſuperet venenum aſpidis, & baſiliſci: ſic nullum eſt vitium, quod vincat philautiæ vitium. *Cent*.1. *ſent*.100. *apud Bibl. Patr. pag*. 146. *col*. 1. *C*.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Antonin.

1. Amor ſui {
Judicium pervertit.
Offuſcat rationem.
Intellectum obtenebrat.
Inficit voluntatem.
Viam ſaluis obſtruit.
Ignorat Deum.
Proximum neſcit.
Exulat virtutes.
Peccata accumulat.
Suſcitat rixas.
Honores quærit.
Delectatur in hominum cæde.
Rapinam exercet.
Negligit divina mandata.
Corporeos ſenſus effrænat.
Quærit voluptates.
Paradiſum claudit.
Pandit portas inferni.
Civitatem Babylonis animabus replet damnatis. *Part*. 1. *titul*. 1. *cap*.2. §. 5. *ante med. fol*. 9. *col*. 4.

2. Amor ſui ſecundùm ſenſualitatem, eſt ille qui ædificat ſtatum damnationis, creſcens uſque ad contemptum Dei. *Part*. 2. *titul*. 5. *cap*. 13. *in fine, fol* 203. *colum*. 2.

3. Amor ſui inimicatur Deo, proximo injuriatur, in vitio multiplicatur. *Ibidem*.

4. Amor ſui habet ſeipſum ut ultimum finem, & ſic fruitur ſeipſo, & utitur Deo. *Ibid. cap*. 13. §. 1. *in princ. fol*. 203. *col*. 2.

S. Antonius Abbas.

5. Corporum noſtrorum amicitia, in inſubſtantia & inconſtantia eſt, quæ movetur ſæpè ab extraneis ventis. *Ep*. 7. *ad Fratres in princ. apud Bibl. Patr. tom*.4. *pag*. 30. *col*. 2. *F. edit. Colonia* 1618.

S. August.

6. Nimis perversè ſeipſum amat, qui & alios vult errare, ut error ſuus lateat. *Ep*. 7. *ad Marcellin. in princ. pag*.19. *B. tom*.2.

S. Augustin.

7. Quiſquis ſe amat, amor non eſt, niſi cùm amatur ipſe amor. *Lib. 9. de Trin. cap. 2. ante med. pag. 255. tom. 3.*

8. Quis cunctari poteſt quin ſeſe amet, qui amator eſt Dei? *De Morib. Eccleſ. cap. 26. in princ. pag. 532. C. tom. 1.*

9. Fieri non poteſt, ut ſeipſum (qui Deum diligit) non diligat, imò verò ſolus ſe novit diligere, qui Deum diligit. *Profec.*

10. Ille ſe ſatis diligit, qui ſedulò agit, ut ſummo & & vero perfruatur bono. *Ibidem, ut ante.*

11. Neſcio quo inexplicabili modo quiſquis ſe, non Deum amat, non ſe amat: & quiſquis Deum, non ſeipſum amat, ipſe ſe amat. *Tract. 123. in Evang. Joan. in cap. 21. pag. 385. B. tom. 9.*

12. Qui non poteſt vivere de ſe, moritur utique amando ſe: non ergo ſe amat, qui ne vivat ſe amat. *Ibidem.*

13. Mens amare ſeipſam non poteſt, niſi etiam ſe noverit: nam quomodo amat quod neſcit? *Lib. 9. de Trin. cap. 3. in princ. pag. 255. B. tom. 3.*

14. Quantumlibet homo excidat à veritate, manet illi dilectio ſui, & dilectio corporis ſui. *Lib. 1. de Doctr. Chriſtiana, cap. 23. ante med. pagin. 9. lit. B. tom. 3.*

15. Fugax animus ab incommutabili lumine omnium regnatore, id agit, ut ipſe ſibi regnet & corpori ſuo: & ideò non poteſt, niſi & ſe & corpus diligere. *Ibidem.*

16. Dilectio ſui in malo, meliùs odium ſui vocatur. *Ibidem, poſt med. pag. 9. B.*

17. Fit infirmus animus, cùm de mortali corpore cruciatur: neceſſe eſt enim, ut illud diligat, & ejus corruptione prægravetur. *Ibid.*

18. Tantò magis inhæretur Deo, quantò minùs diligitur proprium. *Lib. 12. de Trin. cap. 11. prope init. pag. 283. B. tom. 3.*

19 Qui ſe propter habendum Deum diligunt, ipſi ſe verè diligunt: quia ut ſe diligant, diligunt Deum. *Tract. 83. ſup. Evang. Joann. de cap. 15. in fine, pag. 307. lit. B. tom. 9.*

20. Fecerunt civitates duas amores duo: terrenam ſcilicet amor ſui uſque ad contemptum Dei: cœleſtem verò amor Dei uſque ad contemptum ſui. *Lib. 14. de Civit. Dei, cap. 28. in princ. pag. 266. C. tom. 5.*

21. Te ipſum ſalubriter diligis, ſi pluſquàm te diligis Deum. *De Morib. Eccleſ. cap. 26. ante med. pag. 532. B. tom. 1.*

22. Qui ſe verè diligere novit, Deum diligit: qui verò non diligit Deum, etiamſi ſe diligat, ſe odiſſe dicitur. *Libr. 14. de Trin. cap. 14. poſt init. pag. 310. C. tom. 3.*

23. Qui ſe, non Deum diligit, ſibi adverſatur, & ſeipſum tanquàm ſuus inimicus inſequitur. *Ibid.*

24. Qui amat homines, aut quia juſti ſunt, aut ut juſti ſint amare debet: ſic & ſeipſum amare debet, aut quia juſtus eſt, aut ut juſtus ſit. *Prof.*

25. Qui aliter ſe diligit, injuſtè ſe diligit; quoniam ſe ad hoc diligit, ut ſit injuſtus. *Ibid. Lib. 8. cap. 6. in fin. pag. 251. B.*

26. Sit hominis in animam ſuam amor, ut pereat: odium, ne pereat: ſi malè amaveris, tunc odiſti: ſi benè oderis, tunc amaſti: felices qui oderunt cuſtodiendo, ne perdant amando. *Tract. 51. ſup. Evang. Joan, de cap. 12. ſtatim à medio, pag. 255. B. tom. 2.*

S. Bernard.

27. Sterquilinium vile cuſtodit, qui corpus ſuum cuſtodit. *Serm. 46. de parvis Ser. poſt init. fol. 13. col. 1. lit. C.*

28. Amor tui, tuum contra te judicium fallit. *De 12. gradibus humilit. poſt med. fol. 300. col. 3. I. verbo Inquirimus.*

29. Qualem te amas, talem te vel putes eſſe, vel ſperes fore. *Ibidem.*

S. Bernard.

30. Modi ſe diligendi ſunt quatuor.
- Carnem amare carnaliter.
- Spiritum amare carnaliter.
- Carnem amare ſpiritualiter.
- Spiritum amare ſpiritualiter. *In ſuis ſenteat. in verbo Modi. fol. 135. col. 1. C.*

S. Bonavent.

31. Licèt corpus ſit amandum (eo quod ſit ad beatitudinem ordinatum) ſic tamen eſt amandum, ſicut agricola amat frumentum, qui ut fructificare poſſit, tamdiu illud percutit, quouſque perfectè ſeparetur à paleis. *Vide ibi, ſi cupis, plura. Profec.*

32. Sic eſt corpus amandum, ſicut miles diligit clypeum, quem valdè amat, & manu fortiter ſtringit, ſed contra omnes totus illum exponit, ut gladius ei parcat.

33. Sic eſt amandum corpus, ſicut miles amat equum, quem paſcit & tergit; ſed ei calcaribus non parcit, nec bellaturus à bello ſubtrahit, ſed contra hoſtes ſtare compellit.

34. Sic eſt corpus amandum, ſicut membrum infirmum & putridum, cui non parcit gladius: ſed ſicut ſaluti totius corporis expedit, id incidi permittit, quoties expedire cognoſcit.

35. Ex quibus omnibus apertè colligitur, quod corpus tunc verè amatur, quando pro honore Dei, & pro ſalute animæ ſuæ & proximi ei non parcitur, ſed verberibus & morti exponitur. *Serm. 9. de SS. Apoſt. ab init. pag. 306. col. 2. & pag. 307. col. 1. tom. 3.*

36. Magis ſe, quàm medicum diligit, quem ſolùm ob cauſam ſalutis diligit. *Ibidem, poſt med. pagin. 307. col. 2.*

37. Natura dictat quòd homo plus ſe quàm alterum diligat. *In Lib. 3. Sent. Diſt. 31. art. 3. quæſt. 3. in princ. corporis, pag. 352. col. 1. D. tom. 5.*

S. Dianoch.

38. Quando non ſumus noſtri (id eſt, non amamus nos) tunc ſimiles ſumus ei, qui nos ſibi per charitatem reconciliavit. *De perfect. Spirit. cap. 4. apud Bibl. Patr. tom. 4. pagin. 745. colum. 3. lit. H. editione Colonia 16.8.*

39. Qui ſe diligit, Deum diligere non poteſt: qui verò ſe non diligit propter Deum, hic Deum diligit. *Profec.*

40. Qui enim ſe diligit, gloriam ſuam quærit: qui autem Deum diligit, gloriam authoris ſui diligit. *Ibidem, cap. 12. pag. 746. col. 2. G.*

Dionysius Carthus.

41. Qui ſeipſum in Deo veraciter diligit, privatum prorsùs evellet à corde ſuo amorem. *Sup. Hymnos, in illud tempore ferial. ad Matutin. Et vota ſolvamus tibi, fol. 165. G.*

42. Teipſum non ames, niſi purè in Deo, ſi vis citò copioſum obtinere profectum. *De profeſſione Monaſtica, art. 20. in princ. fol. 91. pag. 1.*

S. Ephræm.

43. Malum quod difficulter curationem admittit, eſt amor ſui ipſius. *De Timore Dei ante med. pag. 519. lit. C. tom. 3.*

Evagrius.

44. Fieri non poteſt, ut qui ſe ſibiipſi addicit, inſons maneat. *Et hab. apud Joan. Damaſc. lib. Parall. cap. 77. in calce, fol. 41. pag. 1. C.*

45. O quàm averſandus & execrandus eſt, cæcus ſui amor, cui omnia odio ſunt. *Et hab. apud Ioan Damaſc. lib. 3. Parall. cap. 111. in calce fol. 143. pagin. 1. lit. C.*

S. Gregor. Magnus.

46. Vehementer claudit oculum cordis amor privatus, ex quo fit, ut hoc quod nos agimus, & grave eſſe non exiſtimamus; ſi plerumque agatur à proximo, nimis nobis execrabile eſſe videatur. *Hom. 4. ſup. Ezech. poſt med. col. 34. A. tom. 2.*

Hugo Card.

47. Omnes magis amatores noſtri, quàm amatores Dei ſumus. *Lib. 3. ſup. Ep. ad Galat. cap. 5. pag. 190. lit. B. tom. 9.*

48. Amor ſui eſt vinculum, quod tenet hominem quaſi ligatum in mundo, vel in peccato. *Sup. Pſ. 131. fol. 333. col. 1. Moralit. tom. 2.*

HUGO CARD. 49. Quando reſrigeſcit charitas ab amore Dei & proximi, convertitur ad amorem ſui. *Sup. 2. ad Tim. cap. 3. circa init. fol. 226. col. 4. tom. 7.*

IDIOTA. 50. Nemo poteſt veraciter ſeipſum amare, qui Deum veraciter non amaverit. *Prof.*

51. Nam Deum amando, ſeipſum amat: Deum autem non amando, ſeipſum non amat. *De Contempl. divini amoris, cap. 31. circa init. apud Bibl. Patrum, tom. 10. pag. 9. col. 2. E. edit. Coloniæ.* 1618.

52. Ille ſolus novit ſe verè diligere, qui veraciter Deum diligit. *Ibidem, in princip. pagin. 6. colum. 1. lit. D.*

53. Quem amatorem potero invenire, qui me diligat, cùm nullum dilexerim, niſi meipſum? *Ibid. ſtatim à med. pag. 9. col. 2. F.*

S. IOANNES CHRYSOST. 54. Impeditur qui ſeipſum nimiùm amat, ne poſſit quod juſtum eſt proſpicere. *Hom. 37. ſup. Matth. circa fin. col. 339. A tom. 2.*

55. Abundantia in philavtiam ducit animam. *Ser. 9. ſup. Epiſt. ad Epheſ. ante finem, colum. 1014. lit. C. tom. 4.*

56. Qui ſeipſum amat, ille in primis eſt, qui ſe non amaſſe convincitur: qui verò fratrem amat, hic maximè ſeipſum amat. *Profec.*

57. Si fratrem deſpicis, teipſum neglexiſti. *Hom. 7. ſup. 2. ad Tim. in fine, ante morale, & poſt med. col. 1573. A. B. tom. 4.*

58. Hinc crudelitas, hinc immanitas ſurgit, cùm quis ſui amator fuerit. *Ibidem, Hom. 8. poſt init. colum. 1579. lit. B.*

S. LEO I. 59. Tantò ampliùs quique ſe amant, quantò ampliùs pro Dei amore ſe non amant. *Ser. 19. de Paſſione ſub fin. fol. 57. pag. 2.*

LUDOVICUS BLOSIUS. 60. Tantùm in te creſcet verus amor Dei, quantùm minuetur pernitioſus amor tui. *In Speculo Spirit. cap. 2. in calce, pag. 43. col. 2.*

S. MAXIMUS MART. 61. Qui omnium affectuum matrem philavtiam, hoc eſt, amorem ſui abjicit, haud difficulter & reliquos Deo adjuvante deponit. *De charitat. centuria 2. cap. 8. apud Bibliot. Patrum, tom. 7. pag. 352. col. 1. lit. D.*

62. Philautiæ affectus, Monacho ſæpè ſuggerit, ut miſereſcens ſuo parcat corpori, ut corpus ſuum curet, eique proſpiciat. *Ibidem, centuria 2. cap. 60. pag. 355. col. 1. C.*

S. PROSPER. 63. Benè ſe amant, qui in ſe opera Dei amant. *Lib. 1. de vocat. gent. cap. 6. in med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 164. col. 1. C.*

64. Amando quiſque excellentiam ſuam, vel paribus invidet, quòd ei coæquentur: vel inferioribus, ne ſibi coæquentur: vel ſuperioribus, quòd eis non coæquetur. *Sent. 292. Habet. in fine tomi tertii D. Auguſt. pag. 758. D.*

65. Amator Dei, amator eſt ſui. *Ibidem, Sent. 353. pag. 762. D.*

66. Quiſquis ſeipſum, non Deum amat, non ſe amat, & quiſquis Deum, non ſeipſum amat, ipſe ſe amat. *Profec.*

67. Qui non poteſt vivere de ſe, moritur diligendo ſe: cùm ergo ille diligitur de quo vivitur, non ſe diligendo magis diligit, qui propterea ſe non diligit, ut eum, de quo vivit, diligat. *Ibidem, Sent. 375. pag. 765. lit. B.*

SALVIANUS. 68. Inconſultus & ſtultus amor eſt, alterius memor, & ſui immemor. *Lib. 3. ad Eccleſ. Cathol. paulo ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 375. col. 2. lit. F.*

S. THOMAS AQUINAS. 69. Quicunque verè ſeipſum diligit, non ſolùm vult ſibiipſi bonum advenire, & malum abeſſe: ſed etiam pro poſſe bona ſibi procurat, & mala repellit. *Tom. 2. Opuſc. de perfect. vitæ ſpiritualis, cap. 13. in fine, fol. 38. pag. 1.*

THOMAS À KEMPIS. 70. Amor ſui plenus eſt timore, & angore: amor ſui inteſtinum malum eſt, qui rarò vincitur, niſi Deus perfectè diligatur. *Meditat. 17. de Amore* JESU, *pag. 233. tom. 1.*

71. Amor ſui cor obſcurat, parit rixas, tollitque profectum. *Ibidem.* THOMAS À KEMPIS.

72. Amatores ſui magis, quàm Chriſti probantur, qui ſua commoda & lucra ſemper meditantur. *Lib. 2. de Imit. Chriſti, cap. 11. ſect. 3. pag. 357. tom. 2.*

73. Amor ſui, læſio ſui eſt. *In hortulo roſarum, cap. 16. in princ. pag. 528. tom. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

74. Suis incommodis graviter angi, non amicum, ſed ſeipſum amantis eſt. *De Amicit. poſt init. col. 561. C. tom. 4.* CICERO.

75. Uſuvenit ut omnium malorum, quibus hominum vita involvitur, nimius ſui amor cauſa exiſtat. *Tom. 2. Syzygia 4. lib. 5. de legibus ante med. pag. 731. E.* PLATO.

76. Quid magnifici eſt, ſe amare, ſibi parcere, ſibi acquirere? *Lib. 4. de Benefic. cap. 14. in fine, pagin. 349. tom. 2.* SENECA.

77. Nimius corporis amor, nos timoribus inquietat, ſolicitudinibus onerat, contumeliis objicit. *Prof.*

78. Honeſtum ei vile eſt, cui corpus nimis charum eſt.

79. Agatur ejus cura diligentiſſimè; ita tamen, ut cùm exiget ratio, cùm fides, mittendum in ignem ſit. *Ep. 14. circa init. pag. 545. tom. 2.*

80. Amor ſui, animum excæcat. *Epiſt. 109. ante fin. pag. 839. tom. 2.*

Amor inimici.

Vide Dilecti inimici.

Angelus.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DESCRIPTIO, DIFFERENTIA. Comparatio.

ÆTYMOLOGIA.

NUNTII græcè Angeli dicuntur, quo nomine generali univerſa illa ſuperna civitas nuncupatur. *Lib. 5. de Geneſi ad litt. cap. 39. in princ. pag. 408. C. tom. 3.* S. AUGUSTIN.

Angelus ideò dicitur, quia Dei ſententias hominibus ἀγγέλλει, hoc eſt, nuntiat: & Archangelus nuncupatur, quòd Angelis ἄρχει, ideſt, imperat, ſive præeſt. *Homil. 3. De incomprehenſibili Dei natura, poſt med. col. 1173. C. tom. 5.* S. JOANNES CHRYSOST.

Angelus nuntius dicitur, & proculdubiò Angelus eſt nuntius; nec quilibet, ſed divinus nuntius, per quem divinæ voluntatis beneplacitum cognoſcimus. *Part. 1. lib. 5. cap. 13. ante med. pag. 322. col. 2. B.* RICH. A S. VICTORE.

DEFINITIO ET DESCRIPTIO.

Angelus imago eſt Dei, latentis lucis declaratio, ſpeculum nitidum, perlucidiſſimum, integrum, incorruptum, non inquinatum, quo recipit univerſam (ſi fas eſt dictu) figuræ divinæ bonitatis pulchritudinem. *De divin. Nomin. cap. 4. part. ultima, circa med. apud Bibl. Patr. tom. 1. pag. 147. col. 1. B.* DIONYS. AREOPAG.

Angelus ſignaculum ſimilitudinis Dei dicitur, ut quò in eo ſubtilior eſt natura, eò in illo imago Dei ſimiliùs inſinuetur expreſſa. *Hom. 34. ſup. Evang. longè ante med. col. 477. C. tom. 2.* S. GREGOR. MAGN.

Angelus eſt eſſentia intelligens, perpetuo motu atque arbitrii libertate prædita, corporis expers. *Lib. 2. de fide orthodox. cap. 3. in princ. fol. 174. pag. 2. C.* S. JOAN. DAM.

S. Joan. Dam. Angelus natura ſua eſt rationis particeps, intelligens, arbitriique libertate præditus. *Ibidem.*

Sixtus Phil. Angelus, miniſter eſt Dei ad hominem. *Sentent.* 29. *apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pag.* 64. *col.* 2. *H.*

Differentia.

S. Gregor. Magnus. Virtutes vocantur illi ſpiritus, per quos ſigna, & miracula frequentiùs fiunt. *Prof.*

Poteſtates vocantur hi, qui hoc potentius cæteris in ſuo ordine perceperunt, ut eorum ditioni virtutes adverſæ ſubjectæ ſint; quorum poteſtate refrænantur, ne corda hominum tantùm tentare prævaleant, quantùm volunt.

Principatus vocantur, qui ipſis quoque bonis Angelorum ſpiritibus præſunt, qui ſubjectis aliis dùm quæ ſunt agenda diſponunt, eis ad explenda divina miniſteria principantur.

Dominationes vocantur, qui etiam poteſtates principatuum diſſimilitudine alta tranſcendunt. *Homil.* 34. *ſup. Evang. circa med. colum.* 478. *D. tom* 2.

S. Joannes Chrysost. Duo ſunt Angeli permanentes cum hominibus, ſcilicet bonus & malus: quamdiu circa nos eſt Angelus bonus, nunquàm nos in tentationem poteſt impellere Angelus malus. *Prof.*

Secundum diſpenſationem Dei recedit à nobis aliquantulum Angelus bonus; magis autem non recedit, ſed abſcondit ſe, inviſibilem ſe reddens ante Angelum malum, ut det illi licentiam tentandi, & ſtans expectat tentationis eventum. *Hom.* 5. *oper. imperf. ſup. Matth. circa finem, col.* 585. *A. tom.* 2.

Sunt Angeli lucis, & Angeli tenebrarum: Angeli lucis habent fiduciam loquendi, & Deo aſſiſtunt: Angeli autem tenebrarum, ſunt diaboli tenebroſi ac feroces. *Prof.*

Et multos diabolus ſic decepit, perſona in ſe accepta, & non factus Angelus lucis. *Hom.* 14. *ſup. Ep.* 2. *ad Cor. circa init. in illud* 11. *Transfiguratur in Angelum lucis, col.* 840. *D. tom.* 4.

Quamvis multùm interſit inter Angelos & homines, verumtamen propinquos eos nobis facit Deus, ut penè dicere videatur, quia nobis laborant, propter nos diſcurrunt, nobis ſuo funguntur officio. *Hom.* 3. *ſup. Ep. ad Hebr. poſt med. col.* 1678. *A. tom.* 4.

Comparatio.

S. Joan. Dam. Ut fumus apes in fugam vertit, & fœtidus odor columbas pellit: ſic etiam lutoſum ac fœtidum peccatum, cuſtodem noſtrum Angelum fugat. *Lib.* 1. *Parall. cap.* 12. *circa init. fol.* 13. *pag.* 2. *D.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius. 1. Angeli ſine zelo nihil ſunt, & ſubſtantiæ amittunt prærogativam, niſi eam zeli ardore ſuſtentent. *Ser.* 18. *ſup. Pſ.* 118. *verſ.* 3. *col.* 1572. *A. tom.* 4.

S. Antonin. 2. Non eſt timendum nobis, quia etſi adverſarii multi, tamen plures ſunt adjutores, & fortiores Angeli pro nobis prœliantes. *Part.* 3. *titul.* 31. *cap.* 5. §. 1. *ſtatim a med. fol.* 434. *col.* 2.

3. Diſcurrit Angelus medius inter dilectam & dilectum: obſecrans illum, excitans illam; efferens vota, afferens dona, & præcipuè in myſterio Miſſæ. *Ibidem,* §. 2. *circa med fol.* 434. *col.* 4.

4. Cuſtodia Angelorum divinitùs toti humano generi ad auxilium conceditur: qua nec infideles, nec ipſe Antichriſtus privabitur; etſi ut non juventur ad ſalutem, tamen retrahantur à quibuſdam malis. *Ibid.* §. 4. *ſub fin. fol.* 438. *col.* 3.

S. Athanas. Magnus. 5. Poſtremi omnium ſunt Angeli, qui & hominum pædagogi ſunt cenſendi. *De communi eſſentia ſub finem, col.* 650 *C. tom.* 3.

S. Augustin. 6. Per Angelos, Deus Patribus locutus eſt, & apparuit. *Lib.* 3. *de Trin. cap.* 11. *in fine, pag.* 209. *A. tom.* 3.

7. Creatura ſpiritalis & intellectualis, perfecta & beata (qualis Angelorum eſt) quantùm attinet ad ſeipſam, quo ſit ſapienſque ac beata, non niſi intrinſecùs adjuvatur æternitate, veritate, charitate Creatoris. *Lib.* 8. *de Gen. ad lit. cap.* 25. *poſt med. pagin.* 442. *lit. C. tom.* 3.

8. Angeli, niſi per charitatem non vivunt. *De Spir. & Anima, cap.* 38. *in fine, pag.* 626. *C. tom.* 3. S. Augustin.

9. Superbia dæmones ex Angelis fecit: humilitas homines ſanctis Angelis ſimiles facit. *De ſalutarib. document. cap.* 18. *in fine, pag.* 764. *D. tom.* 4.

10. Angelica creatura, omnia cætera, quæ Deus condidit, naturæ dignitate præcedit. *Lib.* 11. *de Civ. Dei, cap.* 15. *in fin. pag.* 199. *B. tom.* 5.

11. Magna Dei miſericordia neceſſaria eſt, ne quiſquam, cùm bonos Angelos amicos ſe habere putat, habeat malos, dæmones amicos fictos: eoſque tantò nocentiores, quantò aſtutiores ac fallaciores patiatur inimicos. *Ibidem, Lib.* 19. *cap.* 9. *prope med. pag.* 388. *lit. C.*

12. Magnificentia quædam eſt in Angelis, & tanta potentia, ut ſi faciant Angeli quidquid poſſunt, ſuſtinere homo non poſſit. *Sup. Pſ.* 95. *poſt med. verſ.* 6. *Confeſſio & pulchritudo,* &c. *pag.* 740. *D. tom.* 8.

13. Diſcant pagani adorare Deum: Angelos volunt adorare, Angelos imitentur, & illum adorent, qui ab Angelis adoratur. *Sup. Pſalm.* 96. *paulò poſt medium, verſ.* 8. *Adorate eum omnes Angeli ejus. pag.* 749. *B. tom.* 8.

14. Spiritus, Angeli ſunt; & cùm ſpiritus ſunt, non ſunt Angeli: cùm mittuntur, fiunt Angeli. *Proſecutor.*

15. Angelus officii nomen eſt, non naturæ. *Sup. Pſal.* 103. *longè poſt med. verſ.* 5. *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus. pag.* 814. *C. tom.* 8.

16. Præpoſiti ſunt Angeli cœlorum ſuper poteſtates aëreas. *Sup. Pſ.* 103. *concione* 4. *poſt med. verſ.* 28. *Draco ad illudendum ei. pag.* 837. *A. tom.* 8.

17. Sancti Angeli ſicut permanendi habent æternitatem, ita cognoſcendi facilitatem, & requieſcendi felicitatem. *Libr.* 11. *de Civ. Dei, cap.* 31. *in fine, pag.* 208. *D. tom.* 5.

18. Sancti Angeli ſine difficultate nos adjuvant, quoniam ſpiritalibus motibus, puris & liberis imbuti, non laborant. *Ibid.*

19. Innoteſcunt Angelis, qui ſunt apud Deum, petitiones noſtræ, ut quodammodo eas offerant Deo, & de his conſulant: & quod Deo jubente implendum eſſe cognoverint, hoc nobis vel evidenter vel latenter apportent. *Ep.* 121. *ad Probam. cap.* 9. *in fine, pag.* 402. *D. tom.* 2.

20. Angelos ita Deus creavit, ut præ ſeipſis illum diligerent, cujus ſe tales creatos opere cognoviſſent, cùm eorum, ut tales fierent, nulla merita præceſſiſſent. *De fide ad Petrum, cap.* 2. *ante med. pagin.* 156. *lit. C. tom.* 3.

21. Unaquæque res viſibilis in hoc mundo habet poteſtatem Angelicam ſibi præpoſitam. *Lib.* 83. *quæſtionum, quæſt.* 79. *in princ. pag.* 425. *A. tom.* 4.

S. Bernard. 22. Angelis ſuis Deus mandavit de te. Quantam tibi debet hoc verbum inferre reverentiam, afferre devotionem, conferre fiduciam? *Proſec.*

23. Reverentiam, pro præſentia: devotionem, pro benevolentia: fiduciam, pro cuſtodia. *Serm.* 12. *Sup. Pſ. Qui habitat. in med. fol.* 86. *col.* 2. *F.*

24. In quovis diverſorio, in quovis angulo, Angelo tuo reverentiam habe: adeſt igitur, & adeſt tibi: non modò tecum, ſed etiam pro te: adeſt ut protegat, adeſt ut proſit. *Ibidem, circa med.* &c.

25. Quotiès graviſſima cernitur urgere tentatio, & tribulatio vehemens imminere: invoca cuſtodem tuum, ductorem tuum, adjutorem tuum in opportunitatibus, in tribulatione. *Ibidem, ante finem, fol.* 86. *col.* 3. *lit. I.*

26. Si vis habere miniſterium Angelorum, fuge con-

S. Bernard. ſolationes ſeculi. *Ibidem. Serm. 4. ante med. fol. 79. col. 3. lit. H.*

27. Quid ſub tantis cuſtodibus timeamus? nec ſuperari, nec ſeduci, minùs autem ſeducere poſſunt, qui cuſtodiunt nos in omnibus viis: fideles ſunt, prudentes ſunt, potentes ſunt; quid trepidamus? *Ibid. ſerm. 12. poſt med. fol. 87. col. 3. H.*

28. O ſi quis haberet oculos apertos, quos orando Propheta puero revelavit, videret qua cura, quo ve tripudio interſunt Angeli cantantibus, adſunt orantibus, inſunt meditantibus, ſuperſunt quieſcentibus, ordinantibus & procurantibus præſunt. *Epiſt. 78. ad Suggerium Abbat. S. Dionyſii, non longè à med. fol. 226. col. 1. lit. C.*

S. Bonavent. 29. Magna eſt dignitas animarum, quia unicuique deputati ſunt duo Angeli: unus bonus ad cuſtodiendum, alius malus ad tentandum. *Sup. Pſ. 108. ante med. pag. 141. col. 1. A. tom. 1.*

30. Angeli ſunt ſpecula pura, & clariſſima. *In Sap. cap. 7. poſt med. pag. 344. col. 1. C. tom. 1.*

31. Gaudent Angeli de pœnitentia peccatoris, quia deſtruitur culpa, reſtituitur juſtitia, confutatur dæmonum ſuperbia, efficax efficitur Angelorum cuſtodia, reparatur Eccleſia, placatur ira divina, & reſtauratur Hieruſalem ſuperna. *Sup. Lucam, cap. 15. in illud, Gaudium erit coram Angelis, &c. pag. 188. col. 2. lit. B. tom. 2.*

32. Prima ſanctorum Angelorum diſpoſitio, magis ſimilem habet igneam proprietatem, ideſt, charitatem. *Serm. 1. de Angelis, poſt init. pag. 278. colum. 1. tom. 3.*

33. Angeli nos in via perfectionis dirigunt, ipſi ducunt, ipſi deducunt, ipſi reducunt. *Prof.*

34. Nullus ergo debet timere, nullus debet aut formidare magna aggredi, cùm habeat tales duces, tales adjutores. *Serm. de S. Michaële poſt med. pag. 277. col. 1. tom. 3.*

35. Quid formidat imbecillis animus Chriſtiani, cui tot Deus contulit præſidia Poteſtatum? *Prof.*

36. Non paveas ergo repentino terrore irruentes contra te impiorum poteſtates, cùm Angelorum præſidio ſis munitus. *Serm. 1. de Angelis, circa med. pag. 278. col. 1. tom. 3.*

37. Archangelorum officium eſt, illuminare, purgare, & perficere, & ſublimia ſecreta hominibus revelare, nec-non & dæmones à nobis refrænando fugare. *Prof.*

38. Angelorum autem proprium eſt, quos cuſtodiunt, ad Dei reverentiam excitare, ſemper (peccantibus) pœnitentiam perſuadere, & malos à maleficiis revocare. *Ibidem, in fine, pagin. 279. colum. 1. tom. 3.*

39. Quod magis mirabile eſt, Angeli etiam obſtinatis & perfidis effectum ſuæ cuſtodiæ non ſubtrahunt. *Ibidem.*

40. Quis in tot malis, in tantis periculis, tantiſque diaboli tentamentis, tot mundi periculis, & fallacibus blandimentis, & carnis tam innumeris incendiis poſſet eſſe ſecurus, ſi non eſſet cuſtos Angelus? *Serm. 2. de Angelis, in princ. pag. 359. col. 1. tom. 3.*

41. Si vis Angelum tibi ſemper aſſiſtere, non ceſſes ſemper orare. *Serm 4. de Angelis, circa med. pag. 362. col. 1. tom. 3.*

42. Quis tot mala, quæ caro ſuggerit, mundus ingerit, & dæmon impingit, portare poſſet, ſi Angeli non juvarent? *Prof.*

43. Quis etiam audeat deſperare, & non viriliter agere, cùm tàm ſtrenuos milites noſcat ſibi aſſiſtere? *Ibidem, ſub fin. pag. 362 col. 1.*

44. Sicut Angeli aſſiſtunt patientibus, ſic reſiſtunt vanè de ſe gloriantibus. *Ibidem, in fine, pagin. 362. col. 2.*

45. Homo viator committitur Angelicæ cuſtodiæ, ut per ſuſtentationem, & auxilium Angelicum, & per ſubſidium operationis ejus poſſit de bono in melius aſcendere. *In libr. 2. Sent. diſt. 11. part. 1. quæſt. 2. in fine, pag. 141. col. 1. D. tom. 4.*

S. Bonavent. 46. Paratior eſt bonus Angelus ad conſervandum in bono, quàm ſit malus Angelus ad præcipitandum in malum. *Ibidem, Diſtinct. 11, art. 2. quæſt. 1. circa med. pag. 143. col. 1. E.*

47. Angelorum ruina reſtaurabitur per ſalvandos. *Lib. 2. in Compendio Theol. veritatis, cap. 24. pagin. 712. col. 1. A. tom. 7.*

48. Antichriſtus habebit Angelum, non ad promotionem ſuam, ſed ad accuſationem. *Ib. cap. 18. in principio, pag. 710. col. 1. D.*

49. Angelus non eſt ſuſceptibilis pœnitentiæ, undè nec veniæ *Ibid. cap. 25. pag. 712. col. 1. B.*

S. Clem. Papa. 50. Uniuſcujuſque gentis Angelus eſt, cui credita eſt gentis ipſius diſpenſatio à Deo. *Lib. 1. Recognit. poſt med. fol. 46. pag. 2.*

Clem. Alex. 51. Per gentes & civitates, ſunt diſtributæ Angelorum præfecturæ. *Lib. 6. Stromat. ante finem, fol. 142. pag. 2. lit. E.*

Didymus. 52. Angeli cuſtodiunt ſanctos viros, & eis auxiliantur. *Sup. Ep. 2. Petri, cap. 2. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 4. pagin. 254. column. 2. lit. F. edition. Coloniæ* 1618.

Dionysius Carthusian. 53. Sicut unuſquiſque habet Angelum bonum pro ſui cuſtodia, in tota hac vita, ita & Angelum malum pro ſua exercitatione. *Sup. Ep. Jacobi, cap. 4. art. 6. circa med. fol. 14. C.*

54. Angeli ſancti, orantibus, pſallentibuſque aſſiſtunt, & eos exhilarant. *Ibidem, cap. 5. art. 7. poſt med. fol. 17. lit. F.*

Franciscus Titelm. 55. Angelus ad hominum auxilium & protectionem deputatus, atque deſtinatus, ſeſe immittit, ſeſeque diffundit; & velut caſtrametatur per circuitum eorum, ne poſſint ad illos nocendum accedere adverſarii *Sup. Pſalm. 33. poſt init. pag. 276. verſ. 7. Immittet Angelus, &c. ſect. 1.*

Gilbertus Porret. 56. Angelus fuit in Annunciatione, Angelus in Nativitate Chriſti, Angelus in Baptiſmate, Angelus apparuit oranti, teſtis eſt reſurgenti, aſtat aſcendenti. *Serm. 21. ſup. Cant. ante med. apud S. Bernard. in 2. vol. fol. 18. col. 4. lit. K.*

S. Gregor. Magnus. 57. Beati Angeli ab omni pœna anxietatis longè ſunt: & ne ſit in deſiderio anxietas, deſiderantes ſatiantur: ne autem ſit in ſatietate faſtidium, ſatiati deſiderant: & deſiderant ſine labore, quia deſiderium ſatietas comitatur: & ſatiantur ſine faſtidio, quia ipſa ſatietas ex deſiderio ſemper accenditur. *Lib. 18. Moral. cap. 28. poſt med. num 39. col. 630. D. tom. 1.*

58. In cœlum tanta aſcenſura creditur multitudo hominum, quanta multitudo remanſit Angelorum. *Hom. 34. in Evang. circa med. col 479. C. tom. 2.*

59. Angelus ſua malitia cecidit, hominem verò aliena proſtravit. *Lib. 4. Moral. cap. 10. in princ. colum. 99. lit. C.*

60. Sancti Angeli interni amoris vinculo conditori ſuo conjuncti ſunt. *Libr. 2. in primum Regum, cap. 1. col. 1261. A. tom. 2. ſup. illud, Et infirmi accincti ſunt robore.*

61. Beatiſſimi Angeli ſic ſunt in æternitate ſolidati, ut ab ea cadere nunquàm poſſint. *Ibid.*

62. Is qui propter nos minor Angelis ſibi extitit, æquales nos Angelis virtute ſuæ minorationis fecit. *Lib. 17. Mor. cap. 8. circa med. col. 908. B. tom. 1.*

63. Certa Angelorum miniſteria, diſpenſandis quibuſque gentibus ſunt prælata. *Lib. 17. Mor. cap. 8. poſt init. col. 566. A. tom. 1.*

64. Angelus, qui Moyſi apparuiſſe deſcribitur, modò Angelus, modò Dominus memoratur. *Prof.*

65. Angelus videlicet, propter hoc quod exteriùs loquendo ſerviebat: Dominus autem dicitur, quia interiùs præſidens loquendi efficaciam miniſtrabat. *In præfat. ſuper Job, cap. 1. ante finem, num. 2. tom. 2.*

66. Etſi Sathan beatitudinem perdidit, naturam tamen

tamen Angelis ſimilem non amiſit. *Lib. 2. Moral. cap. 2. ſub finem, num. 3. col. 26. B. tom. 1.*

S. Gregor. Magnus. 67. Vox Angelorum, eſt in laude conditoris ipſa admiratio intimæ contemplationis. *Ibid. cap. 4. ante med. num. 5. col. 28. C.*

S. Greg. Naz. 68. Angeli purè puro miniſtrant. *Orat. 16. ad Subditos, ſub fin. pag. 148.*

Gloss. Ord. 69. Adeſt unicuique noſtrûm Angelus bonus, qui regat, moneat: qui pro actibus noſtris corrigendis, & miſerationibus expoſcendis, quotidiè videat faciem Dei. *Sup. num. cap. 25. col. 1372. D. tom. 1.*

70. Angelici ſpiritus, nobis in cuſtodiam miſſi, malignos ſpiritus excludunt. *Sup. Judith. cap. 13. col. 1596. F. tom. 2.*

71. Cœleſtes virtutes, à laude Dei non ceſſant: non quòd miniſterio eorum egeat, ſed ut bonitatem ſuam oſtendat, ſibiipſi eos appropriavit *Sup. Pſ. 148. in fin. col. 1584. D. tom. 3.*

S. Hieronym. 72. In diverſa miniſteria Angeli mittuntur, maximéque ad eos, qui purgatione indigent; & ob priſtina peccata, aliqua ex parte ſuppliciis purgari merentur. *Ep. 20. ad Damaſum Papam, poſt med. pag. 118. D. tom. 3.*

73. Legimus quàm ſæpè ad funera & ad ſepulturas quorumlibet Sanctorum Angelos adveniſſe, & exequiis eorum obſequia præſtitiſſe: nec non & animas electorum uſque ad cœlos cum hymnis & laudibus detuliſſe. *Epiſt. 10. ad Paulam & Euſtoch. de Aſſumpt. B. M. ante med. pag. 71. A. tom. 4.*

74. Duplex Angelorum officium eſt: aliorum, qui juſtis præmia tribuunt: aliorum, qui ſingulis præſunt cruciatibus. *Sup. Danielem, cap. 7. in illud, Millia millium miniſtrabant ei, pag. 587. C. tom. 5.*

75. Magna dignitas animarum; ut unaquæque habeat ab ortu nativitatis in cuſtodiam ſui Angelum delegatum. *Lib. 3. ſup. Matth. cap. 18. Canone 10. num. 181. pag. 54. B. tom. 9. ſup. illud, Quia Angeli eorum,* &c.

76. Qui hoſpitem non habet Deum, nec Angelorum præſidia poſſidet. *Lib. 3. ſup. Hiere. cap. 17. pag. 305. B. tom. 5.*

S. Hilarius. 77. Angeli præſunt fidelium orationibus, quas quotidie Deo offerunt. *Sup. Matth. Can. 18. paulo ante med. ſup. Videte ne contemnatis unum de puſillis iſtis. fol. 22. col. 4.*

Hugo a S. Victore. 78. Angelus purus eſt naturâ, fidelis cuſtodiendo, reconciliator gratioſus, obediens exequendo, contemplativus fruendo, activus nuntiando. *Libr. 4. de propriet. rerum, cap. 1. prope med. pag. 303. lit. A. tom. 2.*

Hugo Card. 79. Angeli tàm boni, quàm mali, diligenter nos inſpiciunt. *Sup. Geneſ. cap. 1. fol. 2. colum. 4. Moraliter, tom. 1.*

S. Joannes Chrysost. 80. Magnum eſt cœlum, ſed non ita ut Angelus: decorus eſt ſol, ſed excelſior Archangelus. *Ser. de Jejuniis, &c. ante med. col. 527. D. tom. 1.*

81. Angelis facientibus, ipſe facere videtur, qui dat illis faciendi præceptum, & poteſtatem. *Hom. 5. oper. imperf. ſup. Matth. in fin. col. 785. C. tom. 2.*

82. Omnis juſtus cuſtoditur ab Angelis, ne fortè in occaſionem offenſionis incurrat pes converſationis ipſius. *Hom. 18. oper. imperf. ſup. Matth. circa med. col. 863. A. tom. 2. ſup. illud Pſalm. 90. In manibus portabunt te.*

83. Angelus hoc ipſum quod Angelus eſt, non tantùm eſt virtutis præmium, quantùm naturæ proprietas. *Ibidem, Hom. 27. poſt med. col. 915. D.*

84. Parùm abeſt quin Angelos charitas alumnos ſuos reddat. *Prof.*

85. Nam qui ira, qui invidia vacat, & omni prorsùs ſæviori affectu liber eſt, hominis deinceps naturam exceſſiſſe, & in Angelicam mentis tranquillitatem tranſlatus eſſe videri poteſt. *Hom. 33. ſup. 1. ad Cor. ante med. col. 588. B. tom. 4.*

86. Hoc eſt Angelicæ functionis officium, ad ſalutem noſtram miniſterium Deo perſolvere. *Homil. 3. ſup. Epiſt. ad Hebr. poſt med. colum. 1678. lit. A. tom. 4.*

S. Joannes Chrysostom. 87. Intellige quantus nobis honor exiſtit, ut ſicut ad amicos, ita miniſtros Angelos ſuos deſtinet Deus. *Ib. ut ante, lit. C.*

88. Unicuique noſtrûm Angelus aſſidet. *Ibid. Hom. 14. in fine, Moral. col. 1759. A.*

S. Joan. Dam. 89. Angeli prout à ſummo opifice deſtinati & collocati ſunt, certas terræ partes cuſtodiunt, genteſque & Regiones tuentur, ac res noſtras gubernant, nobiſque opem ferunt. *Lib. 2. de fide Orthod. cap. 3. poſt med. fol. 175. pag. 1. B.*

S. Isidorus Hispalens. 90. Angelorum nomen officii eſt, non naturæ: nam ſecundùm naturam, ſpiritus nuncupantur. *Profec.*

91. Quando enim de cœlis ad annuntiandum hominibus mittuntur, ex ipſa annuntiatione Angeli nominantur. *Lib. 1. de Sum. bono, cap. 10. ſent. 1. pag. 622. col. 2.*

92. Natura Angelorum mutabilis eſt, quia ineſt illis mutabilitas in natura, ſed facit eos incorruptos charitas ſempiterna. *Ibidem.*

93. Ante omnem creaturam mundi, creati ſunt Angeli: & ante omnem creationem Angelorum, diabolus conditus eſt. *Ibidem, cap. 10. ſent. 3. pagin. 622. col. 2.*

94. Bonorum Angelorum numerus, qui poſt ruinam Angelorum malorum eſt diminutus, ex numero electorum hominum ſupplebitur; qui numerus ſoli Deo eſt cognitus. *Ibidem, cap. 10. ſent. 13. pag. 623. col. 2.*

95. Inter Angelos diſtantia poteſtatum eſt, & pro graduum dignitate, miniſteria eiſdem ſunt diſtributa. *Profec.*

96. Aliique aliis præferuntur tam culmine poteſtatis, quàm ſcientia virtutis. *Ibidem, cap. 10. ſent. 14. pag. 623. col. 2.*

97. Angeli in Verbo Dei cognoſcunt omnia, antequàm in re fiant, & quæ apud homines adhuc futura ſunt. *Ibidem, cap. 10. ſent. 17. pag. 623. col. 2.*

98. Angeli ſanctitate amiſſa, non tamen amiſerunt vivacem naturæ Angelicæ ſenſum. *Profec.*

99. Triplici enim modo ſcientiæ actionumve vigent; ſubtilitate naturæ, experientia temporum, revelatione ſuperiorum poteſtatum. *Ibidem.*

100. Boni Angeli ad miniſterium ſalutis humanæ deputati ſunt, ut curas adminiſtrent mundi, & regant anima juſſu Dei. *Prof.*

101. Mali verò Angeli apoſtatæ, ad miniſterium vindictæ Dei mittuntur: qui tamen divina poteſtate coercentur, ne noceant quantùm cupiunt. *Ibid. cap. 10. ſent. 18. pag. 623. col. 2.*

102. Singulæ gentes, præpoſitos Angelos habere creduntur: omnes verò homines, Angelos habere probantur. *Ibidem, cap. 10. ſentent. 20. pagin. 624. colum. 1.*

S. Isidor. Pel. 103. Angelorum claſſes, ut conſervæ naturæ, ea quæ nondum præſentia ſunt, ignorant. *Lib. 1. Ep. 195. ad Orionem Monach. apud Bibliothec. Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 496 col. 2. G.*

S. Justinus Mart. 104. Omnes quidem Angeli, & qui præſunt, & qui parent, munus neceſſarium & in cælis, & in terra, hominum cauſa exequuntur. *Prof.*

105. Qui autem id negotii ac muneris acceperunt, ut cuſtodes hominum ſint & comites, eorum ſemper augetur numerus, & nunquàm diminuitur. *De neceſſariis quibuſdam quæſt. explicat. 3. apud Bibl. Patr. tom. 2. pag. 9. col. 1. D.*

Lact. Firm[…] 106. Miſit providens Deus ab initio Angelos, ad tutelam, cultumque generis humani. *Lib. 2. de Origin. erroris cap. 15. in princ. pag. 86.*

S. Laurent. Justin. 107. Maximum profectò divinæ miſerationis indicium eſt, quòd cœlorum ad nos deſtinaverit dominus cives, qui nos in hujus vitæ naufragio periclitari non ſinant. *Part. 2. Serm. de vita ſolitar. cap. 16. ante fin. pag. 497. col. 1. E.*

Google

LUDOVICUS BLOSIUS. 108. Tanta agilitas & pernicitas Angeli eſt, ut celeriùs moveatur, atque tranſeat, quàm fulgur emicet. *Lib. 2. Enchirid. parvulorum. cap. 12. poſt med. pag. 181. col. 1.*

S. MAXIMUS MART. 109. Angeli eſt, nihil prorsùs particularium etiam ignorare. *De charit. centuria 3. cap. 34. apud Bibl. Patr. tom. 7. pagin. 359. column. 1. lit. A. edition. Colonia* 1618.

S. NILUS. 110. Reverere Angelos magis, quàm homines: multi enim nobis adſunt, & ab omni turpi actione recedunt. *Paraneſ. 153. apud Bibliothec. Patrum. tom. 5. part. 2.*

ORIGEN. 111. Angelorum miniſteria hominibus non deſunt: Angeli enim Dei aſcendunt & deſcendunt ad filium hominis. *Prof.*

112. Perquirunt & curiosè agunt, quid in unoquoque noſtrûm inveniant, quod offerant Deo.

113. Vident & perſcrutantur uniuſcujuſque noſtrûm mentem, ſi habeat aliquid tale, ſi tàm ſanctum aliquid cogitet, quod Deo mereatur offerri. *Hom. 9. ſup. Levitic. poſt med. pag. 79. col. 1. C. tom. 1.*

114. Adeſt unicuique noſtrûm, etiam minimis qui ſunt in Eccleſia Dei, Angelus bonus, Angelus Domini: qui regat, qui moveat, qui gubernet: qui pro actibus noſtris corrigendis, & miſerationibus expoſcendis, quotidiè videat faciem Patris, qui in cœlis eſt. *Homil. 20. ſup. Num. poſt med. pag. 158. col. 1. I. tom. 1.*

115. Agunt Angeli diem feſtum, lætantes ſuper iis, qui refugientes conſortia dæmonum per exercitia virtutum, Angelicis ſe feſtinant ſociare conſortiis. *Ibidem, Hom. 23. poſt init. pag. 162. col. 2. L.*

116. Preces noſtras offerunt ſancti Angeli Deo: non quaſi neſciat is, qui omnia novit, antequàm fiant; ſed ut teſtes efficiantur ſanctitatis, atque pietatis. *Lib. 1. in Job ante med. ſup. illud Tob. 12. Cùm orares tu & Sara, &c. pag. 237. col. 1. C. tom. 1.*

117. Unicuique duo aſſiſtunt Angeli; alter juſtitiæ, alter iniquitatis. *Prof.*

118. Si bonæ cogitationes in corde fuerint, & in animo juſtitia pullulârit: haud dubium quin nobis loquatur Angelus Domini: ſi verò mala fuerint noſtro corde verſata, loquitur nobis Angelus diaboli. *Hom. 12. in Luc. poſt med. pag. 141. col. 1. B. tom. 2.*

PETRUS CELLENSIS. 119. Angeli, Martyres in perſecutione protegunt, ne deficiant à fide: confeſſores in pace, ne tepeſcant à charitate. *Lib. 1. de Tabernaculo Moſaico, ante finem expoſitionis myſticæ apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 681. col. 2. E.*

120. Tanquàm fratres & amicos honoremus Angelos, ut quorum & patrocinio adjuti laqueum ſcandali caveamus, & quorum vehiculo ſublevati, patriam repetamus. *Ibidem, ſub fin. pagin. 681. colum. 2. H.*

PETRUS BLESENS. 121. Supplementum Angelicæ ruinæ, ex ſolis virginibus fieri veriſimile eſt; cùm alii tanta non accedant ad Angelos affinitate. *Serm. 18. in Aſſumpt. B. M. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 880. col. 2. lit. H.*

122. Injurias Angelis quotidiè inferimus, dùm cuſtodiæ eorum refragamur. *Prof.*

123. Patienter tamen ſuſtinent, nec læſi nos lædunt, immò mitiùs compatiuntur nobis. *Ibidem, Serm. 33. in feſto omnium SS. poſt med. pag. 890. col. 1. A.*

S. PETRUS DAMIANUS. 124. Angeli licèt à nobis frequenter injurias patiantur, ſuſtinent tamen, nec minor illorum eſt cuſtodia, immò major ſolicitudo; cùm boni cuſtodis ſit, infirmis magis, quàm ſanis operam exhibere. *Serm. 47. de Exaltat. S. Crucis, ante fin. pag. 259. colum. 1. lit. D. tom. 2.*

125. Felices, qui juſtè vivunt: quia dùm malignis ſpiritibus inſœnerabiliter obluctantur, Angelicæ fortitudinis auxilio muniuntur. *Opuſc. 23. cap. 4. in fin. pag. 596. col. 2. A. tom. 3.*

126. Nullibi frequentiùs Angelica beatitudo, quàm in Eccleſia credendum eſt, convenire. *Opuſc. 39. cap 4. ſub finem, pagin. 678. colum. 1. lit A. tom. 3.*

RICH. A S. VICTORE. 127. Proh pudor! magis vereris vultum hominum, quàm conſpectum Angelorum. *De Benjamin minore, cap. 47. in med pagin. 204. colum. 2. lit. A. part. 1.*

ROBERTUS BELLARMIN. 128. Mira potentia Angelorum, ut unus Angelus vicem exercitus ſuppleat. *Sup. Pſ. 33. verſ. 7. pag. 184. col. 1.*

RUPERTUS. 129. Angeli etſi ad comparationem noſtri, ſpiritus dicuntur & ſunt: in comparatione tamen Dei, quaſi corporei ſunt. *Lib. 1. ſup. Geneſ. cap. 11. in med. fol. 3. pagin. 2.*

130. Omnium quidem Angelorum pium atque benignum eſſe ſtudium circa genus humanum, multa commendant ſanctarum teſtimonia Scripturarum. *Lib. 5. in Apocalypſ. cap. 8. ſup. illud, Vidi ſeptem Angelos, &c. pag. 73.*

THEOPHYLACTUS. 131. Omnes homines, & maximè fideles ſuos Angelos habent, ne damnum illis fiat à dæmonibus. *Sup. Matth. cap. 18. in illud, Videte ne contemnatis, &c. pag. 56. B.*

THEODORETUS. 132. Singuli homines ſub unius Angeli cura degunt. *Quæſt. 3. in Geneſ. in princ. pagin. 1. colum. 2. lit. G. tom. 1.*

133. A divinis litteris accepimus, Angelos divinis nutibus obtemperare. *Sup. Pſ. 77. verſ. 29. pag. 138. col. 2. G. tom. 1.*

S. THOMAS AQUINAS. 134. In hac vita ſumus ſub Angelis, ſicut ſub tutoribus, in quantum præſunt nobis, & dirigunt nos. *Sup. Ep. 1. ad Cor cap. 15. lect. 3. poſt med. fol. 99. col. 2.*

135. Cogitationes cordium dæmones ſcire non poſſunt, nec Angeli, niſi per revelationem, vel niſi in quantum eas per aliqua ſigna interiora, vel exteriora cognoſcant. *Sup. 2. ſent. diſt. 8. art. 4. ad 5. fol. 218. pag. 2. tom. 2.*

136. Dominationes præcipiunt, poteſtates ordinant & principatus dirigunt. *Part. 1. quæſt. 108. art. 5 in corpore ad tertium pag. 198. col. 1.*

137. Neceſſarium eſt homines ab Angelis cuſtodiri, & in operibus dirigi, cùm multipliciter in ipſis errare illos contingat. *Part. 1. quæſt. 113. art. 1. in corp. pag. 205. col. 1.*

138. Angelorum cuſtodia eſt quædam executio divinæ providentiæ circa homines facta. *Ibidem, art. 2. in corp. pag. 205. col. 2.*

139. Dæmones arcere, ad poteſtates Angelorum maximè pertinet. *Ibidem, art. 3. argum. 3. pagin. 205. col. 2.*

140. Hominibus Angeli ad cuſtodiam deputantur, ut per eos manuducantur ad vitam æternam, & incitentur ad benè operandum, & muniantur contra inſultus dæmonum. *Ibidem, ut ante art. 4. argum. 3. pagin. 206. col. 1.*

141. Cùm cuſtodia Angelorum beneficium commune ſit, non à baptiſmo, ſed à nativitate Angelus homini ad cuſtodiam deputatur. *Ibid. art. 5. in corp. pag. 206. col. 2.*

142. In Angelis pugna quidem eſſe poteſt, non diſcordia voluntatum, ſed meritorum contrarietate pro quibus pugnare dicuntur. *Ibid. art. 8. in corp. pagin. 207. col. 1.*

143. Ad ordinem poteſtatum pertinent omnes Angeli, qui habent propriè præſidentiam ſuper dæmones. *Part. 1. quæſt. 110. art. 1. in corp. in fine. pag. 261. col. 2.*

THOMAS À KEMPIS. 144. Ubicunque fuerit bonus homo occupatus cum Deo, orando, meditando, ſtudendo, ſcribendo, ibi adſunt Angeli ſancti congaudendo, adſunt & dæmones ipſum tentando, & diſtrahendo. *In Hortulo roſar. cap. 14. in princ. pag. 526. tom. 2.*

IN VITIS PATRUM. 145. Angeli Dei ſanctis ac juſtis viris quotidiè famulantur, atque virtute ſuperna, corpora & animæ illorum jugiter illuminantur. *Lib. 1. in vita S. Onuphrii, cap. 5. in fin. pag. 101. col. 1.*

Digitized by Google

IN VIT. PAT.

146. Qui ab hominibus frequentatur, ab Angelis non viſitatur. *Libr. 4. cap. 10. poſt med. pagin.* 541. *col.* 1.

147. Noli mirari, ſi homo cùm ſis, Angelus fieri poſſis: propoſita enim tibi eſt par Angelis gloria, eamque agonotheta noſter certantibus ſpondet. *Lib.* 10. *cap.* 152. *poſt med. pag.* 902. *col.* 2.

Anima.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DESCRIPTIO, DIVISIO, DIFFERENTIA, & Comparatio.

ETYMOLOGIA.

S. ANTONIUS DE PAD.

ANIMA dicta eſt, quaſi ἄνεμος, quod græcè dicitur ventus & motus: eo quòd ſemper ſit in motu proprio, & corpus moveat. *Prof.*

Anima componitur ex ἀνιμω, quod græcè tribuo dicitur, eo quòd tribuat vitam corpori.

Anima dicitur ab ἀνα, ideſt, ſurſum, & αἷμα, quod eſt ſanguis. *Serm. Dom.* 13. *poſt Trinit. ante med. fol.* 255. *pag.* 2.

S. GREG. NAZ.

Anima nomine appellatur fœmineo, cùm tamen ab omni fœminea diſtet natura. *Orat.* 29. *circa medium, pag.* 228.

S. ISIDORUS HISPALENS.

Anima à ventis nomen accepit, undè & ventus græcè ἄνεμος dicitur, quòd ore trahentes aërem, vivere videamur. *Lib.* 11. *Etymolog. cap.* 1. *ſtatim ab init. pagin.* 146. *col.* 2.

DEFINITIO ET DESCRIPTIO.

S. ANASTAS.

Aoima rationalis, eſt ſubſtantia intellectualis uomine carens, & incognita, vitam & compoſitionem corpori ſuppeditans. *In lib. via ducis, cap.* 2. *de Anima, in princ. pag.* 589. *col.* 1. *B. apud Biblioth. Patr. tom.* 6. *part.* 1. *edit. Coloniæ* 1618.

Anima eſt ſubſtantia tenuis à materia & figura immunis, imago & forma Dei, propria ſua actione corpus vivificans. *Ibidem.*

S. ANTONIUS DE PADUA.

Anima eſt ſubſtantia incorporalis, intellectualis, rationalis, inviſibilis, oil habens terrenum in ſe mixtum. *Serm. Dom.* 13. *poſt Trin. ante med. fol.* 255. *pag.* 1.

S. AUGUST.

Anima eſt ſpiritus intellectualis, rationalis, ſemper vivens, ſemper in motus, bonæ malæque voluntatis capax. *De Spir. & Anima, cap.* 13. *in princ. pag.* 610. *C. tom.* 3.

V. BEDA.

Anima eſt quidam ſpiritus conjunctus corpori, idoneitatem diſcernendi, & intelligeodi conferens.

S. BERNARD.

Anima eſt res incorporea rationis capax, vivificando corpori accommodata. *De vita ſolitaria poſt med. fol.* 319. *col.* 3. *H.*

Anima {
Dei inſignita eſt imagine.
Decorata ſimilitudine.
Deſponſata fide.
Dotata ſpiritu.
Redempta ſanguine.
Deputata cum Angelis.
Capax beatitudinis.
Hæres bonitatis.
Particeps rationis. *In Meditat. cap.* 3. *in principio, fol.* 322. *col.* 4. *K.*
}

EVAGRIUS.

Anima eſt viva, ſimplex, & corpore vacans, atque ab oculorum ſenſu remota ſubſtantia, immortalis & ratione ac mente prædita. *De octo vitioſis cogitat. ante finem, apud Bibl. Patr. tom.* 4. *part.* 926. *colum.* 2. *G.*

S. GREG. NISS.

Anima eſt eſſentia generata, eſſentia vivens, intellectualis, corporeis ſenſuum inſtrumentis, vivendi, atque ea quæ cadunt ſub ſenſu habens percipiendi facultatem, quamdiù capax earum rerum natura conſtare videatur. *De Anima & Reſurrect. ante med. col.* 746. *lit. E.*

S. JOAN. DAM.

Anima eſt viva, ſimplex, ac corpore vacans ſubſtantia, immortalis, rationis & intelligentiæ particeps. *Lib.* 2. *de fide Orthodoxa, cap* 12. *ante med. fol.* 195. *pag.* 1. *B.*

ARISTOTEL.

Anima, eſt ſpecies ſpecierum, id eſt, forma formarum. *Tertio de Anima. Et habetur apud Bedam tom.* 2.

PLATO.

Anima immortale quid eſt, & interitus atque omnis corruptionis expers. *Tom.* 1. *Sizygia* 1 *in dialog. Phædonis, poſt med. pag.* 106. *E.*

Anima, eſt quod ipſum ſeipſum movet, cauſa motus vitalis animalium. *Tom.* 3. *Sizygia* 6. *de Defini. circa init. pag.* 411. *lit. C.*

DIVISIO.

S. ANTONIUS DE PADUA.

Sunt tres virtutes animæ; ſcilicet rationalis, concupiſcibilis, iraſcibilis. *Prof.*

Rationali, bona à malis diſcernimus: iraſcibili, mala deteſtamur: concupiſcibili, ipſa bona deſideramus. *Serm. Dom.* 13. *poſt Trin. ante med. fol.* 255. *pagin.* 1.

DIFFERENTIA.

S. AUGUSTINUS.

Dicitur anima, dùm vegetat: ſpiritus, dùm contemplatur: ſenſus, dùm ſentit: animus, dùm ſapit: mens, dùm intelligit: dùm diſcernit, ratio: dùm recordatur, memoria: dùm vult, voluntas. *De Spir. & Anima, cap.* 13. *in princ. pag.* 610. *C. tom.* 3.

S. ISIDORUS HISPALENS.

Inter animam, animum, ſpiritum, & mentem, hoc intereſt; quòd anima, eſt qua vivimus: animus, quo regimur; ſpiritus, quo ſpiramus: mens, qua cogitamus. *Lib.* 1. *de differentiis, Different.* 177. *pagin.* 288. *col.* 1.

Anima, dùm vivificat corpus, anima eſt: dùm ſcit, mens eſt: dùm vult, animus eſt: dùm recolit, memoria eſt: dùm rectum judicat, ratio eſt: dùm ſpirat, ſpiritus eſt: dùm aliquid ſentit, ſenſus eſt. *Libr.* 11. *Etymol. cap.* 1. *poſt init. pag.* 147. *col.* 1.

COMPARATIO.

S. JOANNES CHRYSOST.

Sicut corpus fornicatur, quando cum viro conjungitur: ſic anima fornicatur, quando diaboli voluntatibus ſociatur. *Hom.* 52. *oper. imperf. ſup. Matth. à medio, col.* 1114. *B. tom.* 2.

S. THOMAS AQUINAS.

Terra ſi non colitur, ſpinas & tribulos germinat: ſic anima niſi colatur per gratiam, non germinat niſi tribulos, & punctiones peccatorum. *Opuſc.* 7. *ſup. Pater noſter. Petit.* 1. *ſub finem, fol.* 37. *pag.* 1. *tom.* 1.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS.

1. Cuſtodi interiorem hominem tuum, noli eum quaſi vilem negligere, ac faſtidire, quia pretioſa poſſeſſio eſt. *Prof.*

2. Et meritò pretioſa, cujus fructus non caducus & temporalis, ſed ſtabilis, atque æternæ ſalutis eſt. *Lib.* 1. *Offic. cap.* 3. *circa med. col.* 2. *C. tom.* 1.

3. Imago Chriſti in anima, per incuriam quidem obſcurari poteſt; deleri autem per naturam non poteſt. *In fragmento de fide Reſurr. poſt init. col.* 487. *C. tom.* 3

4. Omnis ſine ſigno anima, indocta, & inerudita eſt, diſciplinarumque neſcia. *Profec.*

5. Quæ autem inſignita eſt, eadem dives operum, & gratiarum opima. *Lib.* 1. *Ep.* 4. *ad Irenæum ſub finem, col.* 514. *A. tom.* 3.

6. Unaquæque anima, videns ſe corporeo iſto clauſam gurguſtio (quæ tamen terrenæ hujus habitationis conſortio non degeneraverit) ingemiſcit gravata corporis hujus conjunctione. *Lib.* 5. *Ep.* 21. *ad Horentianum poſt init. col.* 548. *D. tom.* 3.

7. Dignum eſt, ut anima imago Dei, Deo ſplen-

deat, & indè pulchra, indè ſit compta. *Libr.* 10. *Epiſt.* 84. *ad Demetriadem, poſt med. colum.* 682. *lit. D. tom.* 3.

S. Ambros. 8. Anima ſecundùm ſui naturam, optima eſt: ſed plerumque per irrationabilem ſui partem obnoxia ſit corruptioni, ut inclinetur ad voluptates corporis. *De Iſaac & Anima, cap.* 2. *in fine, col.* 1033. *D. tom.* 4.

9. Anima bona contemnit viſibilia, & ſenſibilia, nec conſiſtit in eis, nec in inſpiciendis his immoratur, & reſidet, ſed aſcendit ad illa æterna, & inviſibilia, & plena miraculi, puro ſenſu ſe piæ mentis attollens. *Ibid. cap.* 3. *in fine col.* 1035. *C. tom.* 4.

10. Illa eſt animæ pura & immaculata virginitas, quæ nullo terrore pœnarum, nullis à fide ſecularis voluptatis illecebris, nullo vitæ amore traducitur. *Lib.* 4. *ſup. Luc. cap.* 4. *col.* 1667. *C. tom.* 5.

11. Hæc eſt animæ noſtræ vitalis ſubſtantia, qua alitur, & paſcitur, & gubernatur: nec quidquam eſt aliud, quod vivere faciat rationabilem animam, quàm eloquium Dei. *Ser.* 7. *ſup. Pſal.* 118. *verſ.* 2. *col.* 1469. *D. tom.* 4.

S. Anselm. 12. In anima tres ſunt naturæ: videlicet ratio, voluntas, & appetitus: Ratio aſſimilatur Angelis, appetitus brutis animalibus, voluntas utriſque. *De ſimilitudin. cap.* 169. *in princ.*

S. Antoninus. 23. Anima pulcherrima eſt in ſui eſſentia, ſed pulchrior adhuc redditur & amabilior ex ornatu virtutum. *Part.* 1. *tit.* 1 *cap.* 1. *prope med. fol.* 4. *col.* 1.

14. Majus damnum eſt in amiſſione unius animæ, quàm mille corporum. *Part.* 4. *titul.* 7. *cap.* 4. §. 7. *in fine, fol.* 113. *col.* 3.

S. Antonius de Pad. 15. Animæ ſponſus eſt Spiritus ſanctus: dùm ipſam ſibi unit, caſtam, & fœcundam reddit: caſtam, mentis puritate; fœcundam, boni operis prole. *Serm. Dom.* 2. *poſt Epiph. ab init. fol.* 31. *pag.* 1.

16. Diabolus animam adamat, cùm ei peccatum ſuggerit: rapit, cùm ipſa anima ſuggeſtioni mente conſentit: dormit cum illa, & virginitate privat, cùm præmeditatam malitiam ad extra in opus producit. *Serm. Dom.* 2. *Quadrag. ſub fin. fol.* 62. *pag.* 2.

17. Anima conglutinatur diabolo, cùm malæ conſuetudinis glutino captiva & ligata tenetur. *Ibid. ut antè.*

18. Anima dicitur tota aurea, in quantum ad imaginem, ac ſimilitudinem Dei facta eſt. *Ser. Dom.* 23 *poſt Trin. poſt med. fol.* 329. *pag.* 2.

19. Anima non illos carnales motus, ut cùm libet
S. Augustin. exerit, ita etiam cùm libet extinguit; non enim ſicut peccatum in ejus poteſtate eſt, ita etiam pœna peccati. *Libr. de Muſica, cap.* 5. *poſt med. pagin* 274. *lit. D. tom.* 1.

20. Magna res eſt ipſa anima, nec ad opprimendos laſcivos motus ſuos idonea ſibi remanet. *Profec.*

21. Valentior enim peccat, & poſt peccatum divina lege facta imbecillior, minùs potens eſt auferre quod fecit. *Ibidem.*

22. Anima iſtis quæ per corpus accipit, carendo fit melior. *Ibidem, cap.* 4. *in fine pagin.* 272. *litt. D. tom.* 1.

23. Oculus animæ, mens eſt ab omni labe corporis pura, id eſt, à cupiditatibus rerum temporalium jàm remota, atque purgata. *Lib.* 1. *Soliloq. cap.* 6. *ferè in princ. pag.* 362. *D. tom.* 1.

24. Habitationem animæ ac patriam, Deum ipſum eſſe credo, à quo creata eſt. *De Quant. anima, cap.* 1. *circa med. pag.* 405. *B. tom.* 1.

25. Sicut tota vita corporis, eſt anima: ſic beata vita animæ, Deus eſt. *Lib.* 2. *de Lib. arb. cap.* 16. *in princ. pag.* 460. *C. tom* 1.

26. Oportet animam & regi à ſuperiore, & regere inferiorem: ſuperior illâ, ſolus Deus eſt: inferior illâ, ſolum corpus, ſi ad omnem, & totam animam intendas. *De Muſica, cap.* 5. *poſt med. pag.* 274. *C. tom.* 1.

27. Tàm potenti natura Deus fecit animam, ut ex ejus pleniſſima beatitudine, quæ in fine temporum Sanctis promittitur, redundet etiam in inferiorem naturam, quod eſt corpus. *Ep.* 56. *ad Dioſc. ante med. pag.* 168. *C.* S. Augustin.

28. Tectorum ſplendor attenditur, & labes non attenditur animarum. *Ep.* 5 *ad Marcellin. poſt med. pag.* 15. *lit. A tom.* 2.

29. Quæ eſt pejor mors animæ, quàm libertas erroris? *Ep.* 166. *in med. pag.* 488. *C. tom.* 2.

30. Nulla eſt creatura ex qua anima facta eſt, quia ex nihilo facta eſt. *Lib.* 10. *de Gen. ad lit. cap.* 9. *in fine, pag.* 456. *D. tom.* 3.

31. Omnis anima indocta, curioſa eſt. *De Agone Chriſtiano, cap.* 4. *in fine, pag.* 541. *C. tom.* 3.

32. Creata eſt anima à Deo, vita à vita, ſimplex à ſimplici, immortalis ab immortali, magna à magno, recta à recto: eò magna, quò capax æternorum: eò recta, quò appetens ſupernorum: eò beata, quò Deo unita. *De Spir. & Anima, cap.* 36. *ante med. pag.* 624. *D. tom* 3.

33. Beata anima, quam Dei pietas reſpicit, humilitas ſubjicit, pœnitentia reducit, juſtitia deducit, obedientia conducit, perſeverantia perducit, devotio introducit, puritas jungit, charitas unit. *Ibidem, ferè in med.* &c.

34. O anima, es
- Onerata peccatis.
- Irretita vitiis.
- Capta illecebris.
- Exilio captiva.
- Corpore carcerata.
- Hærens luto.
- Infixa limo.
- Affixa membris.
- Confixa curis.
- Diſtenta negotiis.
- Contracta timoribus.
- Afflicta doloribus.
- Erroribus vaga.
- Suſpicationibus inquieta.
- Solicitudinibus anxia.
- Advena in terra inimicorum.
- Coinquinata cum mortuis.
- Deputata cum his, qui in inferno erunt.

De Spir. & Anima, cap. 62. *in princ. pag* 640. *D. tom.* 3.

35. Beata anima, cui datum eſt deſuper ut bonum velit, & noverit, & poſſit, quatenùs & voluntas adſit, nec facultas deſit. *Ibid. cap.* 62. *in fine, pag.* 641. *A. tom.* 3.

36. Anima, etſi vitioſa & infirma, melior eſt corpore etiam ſaniſſimo atque firmiſſimo, quoniam ejus natura excellentior eſt. *Lib.* 9. *de Civ. Dei, cap.* 9. *init. pag.* 158. *C. tom.* 5.

37. Anima rationalis ad hoc velle debet, nec dolore moleſtari, nec deſiderio perturbari, nec morte diſſolvi, ut aliquid utile cognoſcat, & ſecundùm eam cognitionem vitam moreſque componat. *Ibid. lib.* 19. *cap.* 14. *prope med. pag.* 392. *C.*

38. Princeps & domina carnis naturaliter anima eſt, quæ domare carnem debet & regere. *Lib.* 2. *contra Julian. poſt med. pag.* 665. *B. tom.* 7.

39. Animæ mortuæ corpus ſepulchrum eſt. *Sup. Pſ.* 87. *poſt med. verſ.* 12. *pag.* 667. *A. tom.* 8.

40. Nihil infirmius anima poſita in mediis tentationibus ſeculi, nihil ea infirmius donec hæreat ſoliditati cœleſti, undè jàm non cadat. *Sup. Pſ.* 122. *poſt med. verſ.* 3. *pag.* 995. *A. tom.* 8.

41. Animam habere & intellectum non habere, hoc eſt, non ſecundùm eum vivere, beſtialis eſt vita. *Profec.*

42. Motùs animæ ſecundum carnem ſe moventis, & in delitias carnales immoderatè diffluere cupientes regit intellectus.

43. Cùm ordinata vita eſt, intellectus animam regit, ad ipſam animam pertinens: non enim aliquid aliud eſt, quàm anima, ſed aliquid animæ eſt intellectus. *Tract.* 15. *in cap.* 4. *Evang. Joan. in med. pag.* 93. *A tom.* 9.

Digitized by Google

S. Augustin.

44. Multi in corporibus vivis animas mortuas portant. *Sup. Apocal. Hom. 3. in princ. pag. 449. B. tom. 9.*

45. O quàm tolerabiliùs canis putridus fœtet hominibus, quàm anima peccatrix Deo: magis infelix iſta Deo, quàm ille homini. *De contrit. cordis cap. 4. ante finem pag. 575. D. tom. 9.*

46. Anima peccatrix, arbor infructuoſa eſt, digna ſecuri & igne, digna ſuccidi & incendi. *Ibidem.*

47. Illorum animæ qui pereunt, ab illis in die Judicii requirendæ ſunt, qui illis exemplum perditionis oſtendunt. *De honeſt. mulier. cap. 2. poſt med. pag. 723. A. tom. 9.*

48. Vis ut ſerviat caro tua animæ tuæ? Deo ſerviat anima tua; debes regi, ut poſſis regere. *Serm. 43. de Verb. Domini ante med. pag. 110. D. tom. 10.*

49. Corpus hominis creatura Dei eſt, & anima hominis creatura Dei eſt: vita corporis anima eſt: vita animæ, Deus eſt. *Serm. 58. de verb. Apoſt. in med. pag. 566. C. tom. 10.*

50. Quàm ſpecioſus eſt animæ nitor! *Serm. 3. de Nativ. & in Ord. 7. poſt init. pag. 406. D. to. 10.*

51. Offertur anima Deo moribus ſanctis, cogitationibus caſtis, operibus fructuoſis. *Ibid. ante med. pag. 407. A.*

52. Apud Deum anima uniuſcujuſque non eſt diſcernenda nobilitate, ſed opere: nec genere, ſed actione. *Ibid. in fine pag. 408. D.*

53. Anima noſtra aut à legitimo rege regitur, aut à tyranno vaſtatur. *Proſec.*

54. Si anima cœperit declinare à Deo, & ea quæ ſunt turpia & inhoneſta ſectari; tunc prudentia carnis (quæ inimica eſt Deo) repudiato rege Chriſto ſubdit infelicia colla tyranno diabolo. *Serm. 5. Dom. 3. Quad. & in ord. 84. ante med. pag. 546. D. tom. 10.*

55. Primum medicamentum animæ ægrotanti, eſt plena & perfecta dilectio. *Serm. 3. Dom. 3. poſt Paſcha, & in ord. 168. in princ. pag. 688. D. tom. 10.*

56. Sic anima infuſa eſt corpori, ut non per membrorum partes partibus ſit diviſa. *Proſec.*

57. Ipſa per oculos videt, audit per aures, per nares odorat, per os guſtat, per membra omnia tangit; & tangendo, lene ab aſpero diſcernit.

58. Interius eſt & exterius, ſuperius & inferius: regendo ſuperior, portando inferior; replendo interior, circumdando exterior.

59. Sic eſt intùs, ut extrà ſit: ſic circumdat, ut penetret: ſic præſidet, ut portet: ſic portat, ut præſideat.

60. Sicut Deus nec creſcentibus creaturis creſcit: nec decreſcentibus decreſcit: ſic anima, nec minutis membris minuitur, nec adauctis augetur. *De Spir. & Anima cap. 35. ante med. & conſequ. pag. 653. B. tom. 3.*

61. Totum quod vivit, hominis anima eſt: cùm autem anima in ſe agit ſe, & ex ſe, & per ſe, ſola mens dici ſolet. *Ibidem cap. 34. poſt init. pag. 622. C. tom. 3.*

62. Anima civitas Hieruſalem meritò appellanda eſt; quia ad fruendum viſione illius ſummæ pacis creata eſt. *Ibid. cap. 37. in princ. pag. 651. A.*

63. Anima hominis figitur in pulchris extra te, Deus, & extra ſe, quæ tamen nulla eſſent, niſi eſſent abs te. *Lib. 4. Confeſſ. cap. 10. in princ. pag. 68. C. tom. 1.*

64. Faſtus elationis, & delectatio libidinis, & venenum curioſitatis, motus ſunt animæ morituræ. *Ib. lib. 13. cap. 21. poſt med. pag. 162. C. tom. 1.*

65. Humana anima quantò in ſenſus declinat, tantò magis ſimiliorem hominem pecori facit. *De Quant. animæ, cap. 28. poſt init. pag. 424. D. tom. 1.*

66. Motibus animæ cùm ratio dominatur, ordinatus homo dicendus eſt. *Lib. 1. de lib. arb. cap. 8. in fine pag. 479. B. tom. 1.*

67. Aſpectus animæ, ratio eſt. *Lib. 1. Soliloq. cap. 6. prope init. pag. 362. D. tom. 1.*

68. Rectè dicitur anima diſcendo quaſi creſcere; & contrà minui dediſcendo. *De Quant. Animæ cap. 19. in principio, pag. 417. A. tom. 1.*

S. August.

69. In anima quædam quaſi naturalia incrementa ſunt, cùm honeſtis & ad benè beatéque vivendum accommodatis diſciplinis augeri dicitur. *Ibid. circa med. pag. 417. A. tom. 1.*

70. Timeat anima corrupta, jàm docta experimento, quòd ignoravit virgo. *De vera & falſa pœnitent. cap. 15. poſt med. pag. 747. B. tom. 4.*

71. Tria ſunt deteriora omni malo; anima peccatoris, quæ nigrior eſt corvo: mali Angeli, qui eam rapiunt: & infernus, in quem ducitur. *Proſec.*

72. Tria verò ſunt, quibus non ſunt meliora: anima Sancti in bonis operibus perſeverans, quæ ſpecioſior eſt ſole: ſancti Angeli, qui eam ſuſcipiunt: & paradiſus in quem ducitur. *De ſalutar. documentis, cap. 50. ab init. pag. 763. B. tom. 4.*

73. Anima ita facta eſt capax majeſtatis tuæ, Deus, ut à te ſolo & à nullo alio poſſit impleri. *In Soliloq. Animæ, cap. 30. in princ. pag. 534. D. tom. 9.*

74. Anima ibi ſentit, ubi videt: ibi ſentit, ubi audit: & ubi ſentit, ibi vivit: & ubi vivit, ibi eſt. *Ep. 3. ad Voluſian. poſt init. pag. 5. B. tom. 2.*

75. Anima recedens a corpore ſecum trahit omnia, ſenſum, imaginationem, rationem, intellectum, intelligentiam, concupiſcibilitatem, & iraſcibilitatem. *De Spirit. & Anima cap. 15. circa med. pag. 612. D. tom. 3.*

76. Sicut expirat corpus, cùm animam emittit: ita expirat anima, cùm Deum amittit. *Proſec.*

77. Deus amiſſus, mors animæ eſt: anima emiſſa, mors corporis: mors corporis, neceſſaria: mors animæ, voluntaria. *Serm. 6. de verb. Domini, non procul ab init. pag. 12. D. tom. 10.*

78. Reus erit non parvi pretii, ſed ſanguinis Chriſti, qui violat, & maculat animam Chriſti ſanguine & Paſſione mundatam. *Proſec.*

79. Hæc tria animam capitaliter occidunt, ſcilicet blaſphemus, homicida, caſtitatis ſuæ proditor. *Serm. 1. fer. 3. poſt Dom. Palm. & in ord. 120. poſt med. pagin. 619. B. tom. 10.*

S. Basilius Seleuc.

80. Animæ alimentum, eſt epulum verborum Dei. *Orat. 16. in princ. apud Bibl. Pat. tom. 5. part. 3. pagin. 431. col. 2. F.*

81. Animæ pabulum, veritatis eſt cognitio, Creatoria intelligentia, divinarum rerum narratione repleri. *Ibidem ut antè.*

S. Bernard.

82. Animæ oculus, intelligentia eſt. *Serm. 5. de Aſſumpt. B. M. circa med. fol. 56. col. 4. K.*

83. Hæc eſt animæ ſuaviſſima & ſaluberrima requies, conſcientia munda, quieta ſecura. *Serm. 2. de omnib. SS. ante finem, fol. 63. col. 4. K.*

84. Sit animæ culcitra conſcientiæ ſuæ puritas, ſit cervical tranquillitas, ſit opertorium ejus ſecuritas: ut in hoc ſtrato dormiat delectabiliter, feliciter requieſcat. *Ibidem.*

85. Tres ſunt ſanctarum ſtatus animarum.
- Primus in corpore corruptibili.
- Secundus ſine corpore.
- Tertius in beatitudine conſummata. *Ib. ſer. 3. in princ.*

86. Mira prorsùs & miſeranda humanarum conditio animarum, quæ licèt tàm multa foris ingenii vivacitate percipiant, nulla tamen perſpicacitate ſemetipſas ſicut ſunt noſſe aut cogitare ſufficiant. *Serm. de cute & oſſibus animæ in princ. fol. 93. col. 2. E.*

87. In recto corpore curva eſt anima: & in corpore manet humanæ animæ ſimilitudo: in anima verò beſtiali ſimilitudine, mutata eſt ſimilitudo Dei. *Serm. de primordiis, paulò poſt init. fol. 95. col. 4. K.*

88. Anima fidei, ipſa dilectio eſt. *Serm. 24. in Cant. poſt med. fol. 152. F.*

89. Erubeſce anima volutari in cœno, quæ de cœlo es. *Ibid. poſt med. pag. 153. col. 2. D.*

S. Bernard.

90. O verè pulcherrima anima, quam etſi infirmum habitantem corpuſculum, pulchritudo cœleſtis admittere non deſpicit, Angelica ſublimitas non reijcit, charitas divina non repellit. *Ibid. ſerm.* 25. *circa med. fol.* 153. *col.* 4. *M.*

91. Tria iſta anima curioſa Dei non ceſſat inquirere: juſtitiam & judicium, & locum habitationis gloriæ ſponſi, tanquàm viam in qua ambulet, cautelam qua ambulet, & ad quam ambulet manſionem. *Ib. ſer.*33. *in princ. fol.* 162. *col.* 2. *D.*

92. Proprium eſt mollis & delicatæ animæ, etiam neceſſarias diſſimulare curas, ne æſtuantes ſolicitudines ſentiat, ſub latibulo diſſimulationis abſcondi. *Ibid. ſerm.* 39. *poſt med. fol.* 197. *col.* 2. *D.*

93. O ſancta anima ſola eſto, ut ſoli omnium ſerves teipſam, quem ex omnibus tibi elegiſti. *Ib. ſer.*40. *ante finem fol.* 167. *col.* 4. *L.*

94. Decor animæ, humilitas eſt. *Serm.*45. *in Cant. in princ. fol.* 170. *col.* 3. *H.*

95. Donec in carne eſt anima, inter ſpinas profectò verſatur; & neceſſe eſt ut patiatur inquietudines tentationum, tribulationumque aculeos. *Ib. ſerm.*48. *in princ. fol.* 172. *col.* 4. *K.*

96. Anima ſi admodum ſponſi vigilet, ſalutabitur ut amica, conſolabitur ut columba, amplexabitur ut formoſa. *Ibid. ſerm.* 57. *circa finem, fol.* 180. *colum.* 1. *lit. B.*

97. Eò anima magna eſt, quò capax æternorum: eò recta, quò appetens ſupernorum. *Profec.*

68. Quæ non quærit, nec ſapit quæ ſursùm ſunt, ſed quæ ſuper terram, non planè eſt recta, ſed curva. *Ibid. ſerm.* 80. *ante med. fol.*198. *col.* 4. *L.*

99. Anima à Deo derelicta, reverti plerumque cupit, & non poteſt; tanta eſt in reditu difficultas. *Ib. ſerm.* 84. *prope med. fol.* 201. *col.* 4. *M.*

100. Pigritanti animæ & laborioſior & periculoſior eſt via, cùm nec odore recreari, nec certa poſſit agnoſcere veſtigia Chriſti longiùs abeuntis. *Ep.* 341. *ad Monachos S. Bertini, non longè a princ. fol.* 173. *col.* 2. *D.*

101. Cadit aſina, & eſt qui ſublevet eam: perit anima, & nemo eſt qui reputet. *Lib.* 4. *de conſider. ante finem, fol.* 282. *col.* 1. *A.*

102. Ita corpori ſervitur, ut anima juguletur: quæ diſcretio, totum dare corpori, & animæ nihil? qualis miſericordia ancillam reficere, & dominam interficere? *In Apolog. ad Guilhelm. Abb. cap. Dicitur. folio* 306. *col.* 2. *D.*

103. Vita Deus animæ eſt, ipſa corporis. *Ad Milites templi cap.* 11. *poſt init. fol.* 171. *col.*2. *F.*

104. Duo loca ſunt animæ rationalis, inferior quem regit, & ſuperior in quo quieſcit inferior, quem regit corpus eſt: ſuperior, in quo requieſcit, Deus eſt. *Serm.* 48. *parvulorum ſerm. in princ. fol.* 123. *colum.* 2. *lit. F.*

105. Ad imaginem Dei facta anima rationalis, cæteris omnibus occupari poteſt, repleri non poteſt: capacem Dei, quidquid Deo minus eſt, non implebit. *In declamat. paulò ante med. fol.* 310. *col.* 3. *I.*

106. Quare animam tuam vilipendis, & ei carnem præponis? dominam ancillari & ancillam dominari, magna abuſio eſt. *In Medit. cap.* 3. *ante med. fol.* 322. *col.* 4. *M.*

107. Totus iſte mundus, ad unius animæ pretium æſtimari non poteſt. *Ibidem.*

108. Anima mole carnis preſſa, ſicut difficilè ad virtutes ſurgit; ita facilè in vitia cadit. *De ord. vitæ. ante finem, fol.* 337. *col.* 4. *M.*

109 Etſi anima minimè, cùm ſit ſpiritus, quantitatem corpoream recipit; tamen confert illi gratia, quod negatum eſt à natura. *Profec.*

110. Creſcit quidem & extenditur, ſed ſpiritualiter: creſcit non in ſubſtantia, ſed in virtute: creſcit & in gloria. *Serm.* 27. *ſup. Cant. poſt med. fol.* 156. *colum.* 4. *lit. K.*

111. Facies animæ, intentio eſt. *Ibid. ſerm.* 40. *ante med. fol.* 167. *col.* 3. *H.* S. Bernard.

112. Anima quod delectat habere, id etiam perdere timet. *Ibid. ſerm.* 82. *circa med. fol.* 200. *colum.* 4. *lit. K.*

113. Anima quò ſibi plus diſplicet in malo quod in ſe videt; eò ſe ardentiùs ad bonum, quod in ſe æquè conſpicit, trahit. *Ibid. ante finem, fol.* 201. *col.* 1. *A.*

114. Eminentiora bona in anima, ſunt dignitas, ſcientia, virtus. *In tract. de dilig. Deo poſt init. fol.* 295. *col.* 2. *E.*

115. Peccatum mors animæ eſt, Jesus vita. *Serm.* 15. *ſup. Cant. in fine, fol.* 145. *col.* 1. *A.*

116. Quantitas cujuſque animæ, æſtimatur de menſura charitatis quam habet: ut verbi gratia, quæ multum habet charitatis, magna ſit: quæ parùm, parva, quæ verò nihil, nihil. *Ibid. ſerm.* 27. *poſt med. fol.* 156. *col.* 4. *L.*

117, Qui amat animam ſuam, perdet eam: perdit eam, ſive ponendo, ut Martyr; ſive affligendo, ut pœnitens. *Ibid. ſerm.* 30. *ante med. fol.* 160. *col.* 2. *D.*

118. Non ſunt naturales cibi animæ; magis famem hi provocant, quàm extinguunt. *In Declamat. ante med. fol.* 310 *col.* 3. *lit. I. ſup. illud. Pſ.* 101. *Oblitus ſum comedere panem meum.*

119. Anima non novit ſe, quæ ſine ſpeculo eſt: ſpeculum mundum & purum totius Religionis, eſt conſcientia. *De Inter. domo. cap.* 23. *in princ. fol.* 327. *col.* 4. *K.*

120. Turpitudo animæ, deformitas eſt corporis. *Sup. Pſ.* 91. *circa med. pag.* 132. *col.* 2. *C. tom.* 1. S. Bonavent.

121. Animæ perfectorum, ſtatim poſt mortem evolant ad cœlum: animæ verò reproborum, ſtatim deſcendunt ad infernum. *Serm. de Animabus in princ. pag.* 286. *col.* 1. *tom.* 3.

122. Veraciter deſponſata eſt anima, quæ veraciter diligit. *Ser.* 4. *Dom. infra Oct. Epiph. in fine, pag.* 37. *col.* 2. *tom.* 3.

123. Anima peccatoris, nigrior eſt corvo: anima autem juſti, candidior eſt columba. *Serm.* 2. *Dom. Palmarum ſub finem, pag.* 83. *col.* 1. *tom.* 3.

124. Anima cùm ad creaturam convertitur, obtenebratur, pejoratur, & deſtruitur. *In Centiloq. part.* 1. *ſect.* 33. *in fine, pag.* 69 *col.* 2. *C. tom.* 6. *part.* 1.

125. Nobilis creatura eſt anima, civitas namque Dei eſt. *De* 7. *donis Spiritusſancti in genere, cap.* 4 *ante med. pag.* 230. *col.* 1. *B. tom.* 6.

126. Anima propter Deum creata eſt, ut inhæreat ei, & inhærendo ſuavitate ejus fruatur; & fruendo beata ſit. *Lib.* 2. *de profectu Religioſ. cap.* 46. *prope fin. pag.* 595. *col.* 1. *D. tom* 7.

127. Anima eò magna eſt, quò capax æternitatis: eò recta, quò naturaliter appetens eſt bonitatis: eò bona, quò particeps eſt divinitatis. *Lib.* 2. *Compend. Theolog. veritatis, cap.* 30. *in fine pag.* 713. *colum.* 2. *B. tom.* 7.

128. O anima debilis & infirma, quæ tàm facilis es ad decipiendum, tàm prona ad cadendum, tàm difficilis ad ſurgendum. *In Soliloq. cap.* 2. *ante med. pag.* 114. *col.* 1. *A. tom.* 7.

129. Anima ſeparata à corpore, adhuc videt, audit, imaginatur, recordatur. *De Anima, cap.* 8. Cassiodor.

130. Qui rationaliter vivit, ſcit quia nihil anima pretioſius. *Lib.* 1. *Recogn. longè poſt med. fol.* 28. *pag.* 1. S. Clem. Pap.

131. Cognoſce animam eſſe ſui juris, ſeu voluntatis liberæ, opus Dei pulcherrimum ſecundùm factoris Imaginem, immortale & incorruptibile. *Catech.* 4. *de ſtatu hom. in princ. apud Bibl. Patr. to.* 4. *p.* 405. *col.* 1. *C.* S. Cyrillus Hierosolym.

132. Omnes animæ tàm virorum, quàm mulierum pulchræ & ſimiles ſunt, ſed membra tantùm corporis diſcrimen faciunt. *Ibid. à med. pag.* 405. *col.* 1. *D.*

133. Non eſt aliquis ordo animarum, quæ ex natura peccent: nec eſt ullus ordo animarum, quæ ex natura juſtè agant.

Google

134. Sed utraque hæc ex voluntate fiunt, quamvis onius ſpeciei & ſimilis ſit in omnibus animabus ſubſtantia. *Ibidem.*

DIONYSIUS CARTHUS. 135. Anima veriùs eſt ubi amat, quàm ubi animat. *Sup. Ep. ad Philip. cap. 3. art. 3. in fine, fol. 89. E.*

136. Omnis anima rationalis, aut eſt ſponſa Dei per fidem, & charitatem, aut certè adultera diaboli per infidelitatem. *Sup. Ep. 1. B. Petri cap. 1. art. 3. paulò poſt med. fol. 23. D.*

137. Tantò anima intentiùs occupatur circa operationem unius potentiæ, quantò plus in aliarum actibus potentiarum remittitur. *Sup. Acta Apoſt. cap. 9. art. 9. ante med. fol. 78. A.*

138. In hoc conſiſtit animæ rationalis nobilitas, per quam cunctis terrenis & irrationalibus creaturis excellentior nobiliorque eſt, quòd habet ſibi impreſſam ſummæ & adorandæ ſuperbenedictæque Trinitatis imaginem. *De profectu ſpirit. artic. 12. in princ. fol. 153. pagin. 2.*

139. Animæ ornamenta ſunt,
- Bonæ & mundæ cogitationes.
- Virtuoſæ affectiones.
- Ædificatoria verba.
- Meritoria opera.
- Aſpirationes ferventes
- Sinceræ & affectuoſæ contemplationes. *Ibid. art. 20. poſt med. fol. 163. pag. 1.*

140. Anima divino vulnerata amore languet, id-eſt, grandi dolore affligitur præ nimio deſiderio claræ viſionis, & ſuæ expectationis dilatione torquetur. *Ibid. art. 23. poſt med. fol. 168. pag. 1.*

S. DOROTH. 141. Anima quò magis peccaverit, eò fit ſemper debilior. *Doctrina 7. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 776. col. 2. H. edit. Coloniæ* 1618.

S. ELIGIUS 142. Animarum vulnera, tantò ſublimiora ſunt, & immedicabilia, quantò natura animæ ſubtilior eſt corpore. *Profec.*

143. Corpus enim videtur, & tangitur; anima verò inviſibilis eſt, & impalpabilis. *Hom. 9. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 244. col. a. G.*

S. EPHRAM. 144. Si quis animam perdat, paſcit diabolum. *Serm. Aſcetico ad Fratres, ante med. pag. 488. A. tom. 2.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 145. In anima tua repoſuit omnia animæ tuæ præſidia Deus tuus; ut undè peccatum egreditur, indè & peccati medicina pereretur: quàm vicinum remedium! quàm ſalubre præſidium! *Hom. 2. de ſymbolo circa init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 554. col. 1. C.*

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 146. Deus animæ anima eſt: videte ergo quàm fœda, & immunda ſit anima ſine Deo. *Tom. 3. Opuſc. ſerm. 2. in princ. pag. 511.*

147. Nihil (proh dolor!) viliori pretio, quàm pretioſam commutamus animam. *Profec.*

148. Illam enim quacunque vel levi occaſione in gehennam detrudimus, & parva vel minima mercede, inæſtimabili Dei gratia ſpoliamus. *Ib. ſer. 6. in calce p. 516.*

FRANCISCUS TITELM. 149. Novit anima, quæ fidelis eſt Dei amatrix, etiam in ſola Dei memoria ſemetipſam oblectare. *Sect. 1. ſup. Pſ. 41. circa med. pag. 371.*

S. GAUDENT. 150. Imperio animæ, carnis conditio obſecundet: nec effrænata licentia, ancilla eijciat dominam ſuam. *Tract. de Machab. in fine. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 126. col. 1. edit. Coloniæ* 1618.

GLOSS. DEC. 151. Anima maribus citiùs infunditur, quàm fœminis. *Apud Gratianum in decretis, fol. 4. col. 4. edit. Lugdun.* 1540.

152. Anima ſine virtutibus corruit. *Ibidem fol. 121. colum. 2.*

S. GREGOR. MAGN. 153. Tantò unaquæque anima fit pretioſior ante Dei oculos, quantò præ amore veritatis deſpectior fuerit ante oculos ſuos. *Profec.*

154. Tantò fit quiſque vilior Deo, quantò pretioſior ſibi: tantò pretioſior Deo, quantò propter eum vilior ſibi. *Lib. 18. Moral. cap. 20. ante ſu em, col. 611. A. ſup. illud Iob. 28. Omne pretioſum vidit.*

155. Recta ſtat anima cùm ſuperna deſiderat, & nequaquàm flectitur ad ima. *Hom. 31. ſup. Evang. ante fin. col. 460. B. tom. 2.* S. GREGOR. MAGN.

156. Unaquæque anima ſancta, hortus concluſus eſt: quia dùm virtutes nutrit, flores gignit: & dùm virtutum exhilaratione ſe reficit, fructus quos generat, eadem cuſtodit. *Sup. Cant. cap. 4. in illud, Hortus concluſus ſoror mea. col. 32. A. tom. 2.*

157. Comedere animæ, eſt ſupernæ lucis contemplationibus paſci. *Lib. 5. Moral. cap. 7. in princ. colum. 137. C. tom. 1.*

158. Animarum verba, ſunt ipſa deſideria. *Lib. 2. Moral. cap. 4. ante med. num. 6. col. 26. D. tom. 1.*

159. Humana anima ex nihilo eſt condita: ex ſe nihilominùs infrà ſe tendit, niſi ad boni deſiderii ſtatum artificis ſui manu teneatur. *Lib. 25. Moral. cap. 4. in med. num. 5. col. 829. B. tom. 1.*

160. Ipſa animarum vis ſubtilitate ſua aliquid prævidet. *Lib. 4. Dialogi cap. 25. in princ. colum. 1440. lit. B. tom. 1.*

161. Anima ex Deo, & divina eſt, & cœleſtis nobilitatis conſors. *In Apolog. de ſua fuga longe poſt init. pag. 5.* S. GREGORIUS NAZ.

162. Omnis bona ac Deo accepta anima poſtquàm à corporis exolvitur vinculis, quamprimùm ad intellectum & contemplationem boni pervenit. *Profec.*

163. Et tanquàm à tenebris purgata aut luſtrata, gaudio quodam admirando lætatur & exultat, ac hilaritate perfuſa ad ſuum accedit Dominum.

164. Paulò verò poſt & cognatam recipiet carnem, cum qua illi conphiloſophabatur, à terra ei & tradita & credita, per modum quem ille novit, qui hæc colligavit, & diſſolvit Deus. *Orat. 6. in funere Cæſarii fratris ſui ante fin. pag. 47.*

165. Animæ dignitas, nihil aliud eſt quàm ratione omnia facere, hoc enim etiam à ſenſibus differt. *De Anima in calce apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 50. col. 2. lit. H.* S GREGORIUS TAUMATURG.

166. Quid pulchrius anima, quæ Dei filia appellatur, & nullos extrinſecùs quærit ornatus? *Ep. 10. ad Furiam, paulò poſt init. pag. 80. C. tom. 1.* S. HIERON.

167. Non auro templa fulgentia, non gemmis altaria diſtincta ſic Deum delectant, ut anima ornata virtutibus. *Ep. 14. ad Celantiam poſt med. pag. 112. C. tom. 1.*

168. Felix anima, cui vitia ſerviunt, virtutes obediunt. *Lib. 3. de Clauſtro animæ cap. 9. ante med. pagin. 60. C. tom. 1.* HUGO A S. VICTORE.

169. O ſi teipſum aſpiceres, ô ſi faciem tuam videres: agnoſceres certè quanta reprehenſione digna es, cùm aliquid extra te amore tuo dignum exiſtimas. *In Solilоq. de Arrha animæ poſt init. pag. 144. lit. F. tom. 2.*

170. In anima nihil eſt ſanctius, nihil nobilius, nihil excellentius imagine divina. *Serm. 2. de Dedicat. Eccleſ. ante med. pag. 316. B. tom. 2.*

171. Nihil eſt quod homini debeat eſſe carius, aut pretioſius anima ſua. *Serm 37. in princ. pag. 347. F. tom. 2.*

172. Certum eſt corporali, & materiali igne animas, etiam nunc ante ſuceptionem corporum cruciari. *Profec.*

173. Si enim dæmonibus, qui ſunt ſpiritus, corporalis ignis præparatus dicitur: quid mirum eſt, ſi animæ à corporibus exutæ corporali igne crucientur?

174. Quid mirum eſt, ſi animæ extra corpora patiuntur; ſi lædantur dùm cæduntur indutæ? cur non lædantur, ſi cædantur exutæ? *Lib. 1. de Sacram. part. 16. cap. 3. circa init. pag. 507. A tom. 3.*

175. Anima filia diaboli per culpam, quæ fuiſti Dei filia per creationem, fias Dei filia per gratiam. *Sup. Geneſ. cap. 24. in illud Gen. 24. Cujus es filia? fol. 31. col. 4. Moraliter tom. 1.* HUGO CARD.

176. Felix eſt anima, quæ aromatibus virtutum

Digitized by Google

condita, in loculo corporis degens quotidie proficiendo perenni vitæ reſervatur. *Ibid. cap. 50. in fine fol. 74. col. 4.*

Hugo Card.

177. Anima peccatrix, meretrix eſt. *Sup. Pſ. 30. fol. 76. col. 1. tom. 2.*

178. Animæ infirmitates multæ ſunt. { Avaritia, eſt quaſi hydropiſis. | Ira, febris. | Superbia, Apoſtema. | Hæreſis vel ſimonia, lepra. | Gola, boliſmus. | Luxuria, hemorroïs. }

179. Omnis infirmitas animæ, aut eſt tenebræ intellectus, aut putredo ſeu infectio affectus. *Sup. Prov. cap. 12 fol. 27. col. 1. tom. 3.*

180. Quidquid in mundo amatur, carcer animæ eſt: ubi anima miſera amatoris vinculo amoris reclusa teoetur atqoe ligata. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 2. fol. 75. col. 2. tom. 3.*

181. Anima vinea eſt, cujus vitis, fides eſt: palmites, virtutes: boirus, bonum opus: vinum, devotio. *Super Cant. cap. 1. in illud, Vineam meam non cuſto divi. fol.* 108. *col. 3. tom.* 3.

Idiota.

182. Animæ ſorot, eſt innocentia. *Lib. 4. contemplat. cap. 1. poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 10. *pag.* 18. *col.* 1. C.

183. Anima per peccatum perjura facta eſt Deo, adultera Chriſto, inimica Spiritui ſancto, virtutibus & gratiis ſpoliata, fide mortua, promiſſione Dei privata. *Ibidem cap. 2. in princ. pag.* 8. *col.* 1. *D.*

Joan. Cass.

184. Pulchritudo vel fœditas animæ, virtutum ſeu vitiorum gignitur qualitate. *In collat. 3. Abb. Paphnutii cap. 8. cir a med. pag.* 360.

185. Nullum animæ gravius poteſt evenire diſpendium, quàm ut per commotionis ſubitam cæcitatem, veri atque æterni luminis claritate privata, ab illius, qui mitis & humilis eſt corde, contemplatione diſcedat. *In collat. 19. Abbat. Ioannis cap. 14. poſt med. pag* 760.

S. Joannes Chrysostom.

186. Illa ſunt verè bona opera animæ, quæ ex electione fiunt: animæ enim bonum opus eſt, virtutem eligere, & malitiam fugere. *Profec.*

187. Animæ bonum opus eſt, ut ne plura quàm oportet concupiſcat, & facultates tribuat indigentibus. *Hom. 39. in Geneſ. ante fin. col.* 327. *B. tom.* 1.

188. Anima ſemel malitia capta, ſtultior cunctis efficitur. *Hom. 7. ſup. Matth. in illud 2. Interrogate diligenter de puero. ante med. col.* 71. *D. tom* 2.

189. Anima priuſquàm peccet, divino auxilio confortata, domina eſt corporis ſui, & quaſi libera & regina ſedet in throno cordis ſui, & gubernat corpus ſuum, quaſi palatium ſuum. *Profec.*

190. Anima verò gravibus peccatis obnoxia, fit debilis & infirma, & ut ancilla corporis ſui, carni ſubjecta eſt, & tunc noo quod vult anima, caro facit: ſed quod caro coegerit, hoc anima facit. *Hom. 15. oper. imperf. ſup. Matth. ante finem col.* 848. *D. tom.* 2.

191. Proſperitate corrumpitur anima, dùm delectatur humanis laudibus: adverſitate frangitur, obtuſa vituperationibus. *Hom. ſup. illud Pſ. 9. Patientia pauperum, &c. poſt med. col.* 708. *C. tom.* 1.

192. Anima hominis fidelis, ſponſa eſt Chriſti: infidelis autem, meretrix eſt. *Hom. 30. oper. imperf. ſup. Matth. poſt init. in illud Iſaiæ 1. Quomodo facta eſt meretrix civitas, col.* 932. *D. tom.* 2.

193. Unius animæ perditio, tantam habet jacturam, ut nulla ratio poſſit æſtimare. *Hom. 3. in Acta Apoſt. poſt med. col.* 464 *D. tom.* 3.

194. Animam non habes hominis, ô homo! cùm calcitres aſinorum more: cùm laceſſitus effereris, ut cameli: cùm mordeas, ut urſi: cùm rapias, ut lupi: cùm fureris, ut vulpes: cùm ſis doloſus, ut ſerpentes: cùm impudens ſis, ut canes. *Hom. 6. in Epiſt. 2. ad Cor. in Morali ante med. col.* 733. *C tom.* 4.

S. Ioannes Chrysost.

196. Quoties non adeſt vehemens timor Dei, mortua ſit anima oeceſſe eſt, ac mortuis infelicior. *Ibid. circa med. col.* 734. *A*

196. Anima repurgata argento facta eſt lucidior, & ultra ſolem refulgens, accipit radios à gloria ſpiritus, & hos viciſſim ex ſe remittit. *Ibid. Hom. 7. ſub finem, col.* 741. *D.*

197. Animæ propinquitas tantò eſt exactior, quantò ſimplicior, & non diverſarum ſpecierum. *Serm. 9. ſup. Ep. ad Epheſ. poſt med. col.* 1013. *B. tom.* 4.

198. Animæ pulchritudo eſt modeſtia, fortitudo, & juſtitia. *Ibid. ſerm. 24. ante finem. in Morali colum.* 1117. *lit. B.*

199. Non aureis vaſis Deus eget, ſed aureis animabus. *Hom. 60. ad pop. Antioch. poſt init. col.* 398. *C. tom.* 5.

200. Nihil eſt qood animæ poſſit æquiparari, ne univerſus quidem mundus. *Profec.*

201. Etſi immenſas pecunias pauperibus eroges, plus tamen effeceris, ſi unam converteris animam. *Hom. 3. ſup. 1. ad Cor. in princ. Moralis, colum.* 343. *D. tom.* 4.

S. Joannes Climac.

202. Anima recta, contubernalis eſt humilitatis: iniqua autem ſuperbiæ eſt adoleſcentula. *Gradu 24. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 2. pag.* 276. *col.* 1. *C.*

203. Raræ ſunt animæ rectæ, & ab omni malitia & nequitia, & ſimulatione, & aſtu alienæ. *Ibid. poſt med. pag.* 285. *col.* 2. *G.*

S. Isidorus Hispalens.

204. Anima moritur, dùm deſerente Deo, de bono in malum mutatur. *Lib. 1. de ſum. boni. cap. 1. ſent.* 2. *pag.* 617. *col.* 1.

205. Vita corporis, anima: vita animæ, Deus: ſicut corpus mortuum eſt ſine anima, ita anima mortua eſt ſine Deo. *Ibid. cap. 12. ſent. 1. pag.* 625. *col.* 1.

206. Ampliùs lætatur Deus de anima deſperata, & aliquandò converſa, quàm de ea quæ nunquàm extitit perdita. *Ibid. lib. 2. cap. 14. ſent. 2. pag.* 644 *col.* 2.

S. Justinus Mart.

207. Anima, dùm cibo & motu malè tractatur, fit melior. *Ep. ad Diognetum, in med. apud Bibl. Patr. tom.* 2. *pag.* 68. *col.* 3. *D. edit. Coloniæ* 1618.

Lact. Firm.

208. Anima in ſtatu ſuo ſemper eſt, ex quo tempore ſpirandi accepit facultatem: & uſque ad ultimum durat, donec emiſſo corporis clauſtro, ad ſedem ſuam revocetur. *Lib. 7. de divino præmio, cap. 12. ante med. pag.* 308.

S. Leo I.

209. Quid prodeſt animæ foris agere quaſi dominam & intus ſervire captivam? *Serm. 8. de Jejunio decimi menſis poſt med. fol.* 10. *pag.* 2.

210. Anima Chriſtiana, quæ verum vivumque Dei templum eſt, omni circumſpectione præcaveat, ne ulla eam macula iniquitatis obfuſcet, aut duplicis cordis ruga dedecoret. *Serm. 3. Quadrag. circa init. fol.* 31. *pag.* 1.

Lud. Blos.

211. Tanta eſt elegantia & formoſitas animæ, quam peccatorum ſordes non deturpant, ut ſi tu eam clarè cernere poſſes, vix ſcires præ admiratione & gaudio, ubinam eſſes. *In Spec. ſpir. cap. 3. poſt init. pag.* 43. *col.* 2.

212. Anima rationalia eò pulchrior eſt, quò innocentior, & virtutibus doniſque cæleſtibus ornatior fuerit. *Lib. 2. Enchirid. parvulor. cap. 12. poſt med. pag.* 182. *col.* 2.

S. Machar.

213. Anima mortua eſt, quæ non geſtat divinum Spiritum: Spiritus enim divinus, eſt animæ vita. *Hom. 30. in med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag.* 88. *col.* 1. *C.*

Origenes.

214. Quantò purior anima redditur, tantò largior ei ſpiritus infunditur. *Lib. 7. in cap. 8. Ep. ad Rom. poſt med. pag.* 366. *col.* 1. *G. tom.* 2.

Petrus Bles.

215. Tutius eſt homini pro Chriſto animam ſuam perdere, ut eam cuſtodiat: quàm cuſtodire, ut perdat. *Ep. 20. ad Criſpin. in fine apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part* 2. *pag.* 721. *col.* 1. *A.*

216. Animæ, ſunt reges corporum. *Ibid. ſerm.* 41. *circa init, pag.* 901. *col.* 1. *B.*

217. Malo

PETRUS BLAZANL. 217. Malo animam meam perdere, ut cuſtodiam: quàm cuſtodire, ut perdam. *Ibid. ſup. Iob cap. 2. poſt init. pag. 924. col. 1. C.*

S. PET. DAM. 218. Anima reproba, fit confuſio tartari: & ſancta, munda atque perfecta, ſpecies paradiſi. *Lib. 2. Ep. 5. ad Hildebrandum & Stephanum Cardinales, circa med. pag. 29. col. 2. A. tom. 1.*

219. Anima ſancta, paradiſus eſt, & deliciarum hortus, cujus inhabitator Deus eſt. *Ibid. ſub finem, pag. 31. col. 1. B.*

220. Cuncta condita omnipotens Deus uſibus hominum tradidit, ſolas autem animas ſuo uſui reſervavit. *Lib. 4. Ep. 2. ad quendam Epiſcopum in med. pag. 45. col. 1. E. tom. 1.*

221. Sicut anima eſt vita corporis, ita & vita animæ Spiritus ſanctus eſt. *Profre.*

222. Et ſicut corpus anima recedente, collabitur: ita & eadem anima, ſi Spiritus vivificator abſceſſerit, neceſſe eſt ut moriatur. *Serm. 21. de Spiritu ſancto prope med. pag. 198. col. 1. C. tom. 2.*

S. PROSPER. 223. Immortalis anima creata in hoc ſtadio mundi, labe vitiata, niſi ſanguine redempta fuerit, abluta̍que ſpiritali unda, decorem collatæ gratiæ inviolata fide ſervaverit, eam in æternam pœnam cum carne victuram, Evangelica fides annuntiat. *De Promiſſ. part. 3. in prologo apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 5. col. 1. C. edit. Coloniæ* 1618.

224. Anima rationalis ſuperioribus inferiora præponens, non poteſt regere quod regebat, quia regi noluit à quo regebatur. *Sent. 74. apud D. Auguſt. in fine tomi tertii pag.* 747.

225. Rationalis anima eſt domina corporis ſui: quæ inferiori non benè imperabit, niſi ſuperiori ſe Deo tota charitatis ſubjectione ſervierit. *Ibid. ſent. 194. pag. 753. lit. A.*

226. Anima recedens à luce Juſtitiæ, quantò magis quærit quod inveniat contra Juſtitiam, tantò plùs repellitur à lumine veritatis, & in tenebroſa demergitur. *Ibid. ſent. 220. pag. 754. C.*

227. Anima rationalis in ea debet regi, quæ ſpiritalium natura maximè excellunt, & quæ ſursùm ſunt ſapiunt. *Ibid. ſent. 282. pag. 757. B.*

228. Anima carnalia appetens, feminæ comparatur non habenti rectorem virum, qui eſt intellectus, cujus eam oportet ſapientia gubernari. *Ibid. ſent. 332. pag. 761. A.*

S. REMIGIUS. 229. Anima quæ liberata eſt à peccatis, Chriſto debet adhærere. *Sup. Epiſt. ad Roman. cap. 7. poſt init. Canone 3. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 829. col. 2. G. edit. Coloniæ* 1618.

THALASSIUS. 230. Obcœcata anima, etiam dùm vapulat, non ſentit, benefactoremque cognoſcere renuit. *Hecatontade 2. ſent. 61. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 273. col. 2. lit. E.*

IN VIT. PATR. 231. Ut corpora nitro, vel aliis hujuſmodi lenimentis abluuntur à ſordibus: ita animæ, languoribus aliiſque hujuſmodi caſtigationibus purificantur. *Lib. 2. capite 1. de vita Ioannis longè poſt init. pagina 451. col. 2.*

232. Quia fragilis eſt anima, antè armetur, quàm inquinetur. *In ſent. in fine poſitis. ſent. 26. pagina 997. colum. 2.*

S. ZENO. 233. Omne genus humanum ſuo interitu, ſuiſque calamitatibus delectatur, viliorem habens animam quàm pecuniam. *Serm. 2. de Avaritia poſt med. apud Bibliot. Patr. tom. 3. pagina 130. colum. 1. lit D. edit. Coloniæ* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 234. Anima non eſt alterabilis. *Sept. Phyſico. & habet. apud Bedam, tom. 2.*

235. Anima intelligit quando vult, ſed non ſentit quando vult. *Secund. de Anima, & hab. apud Bedam, tom. 2.*

ARISTOTEL. 236. Anima infunditur corpori juſſu Dei. *Lib. de propriet. elementor. Et hab. apud Bedam tom. 2.*

237. Anima pretioſior eſt corpore in omni poſſeſſione. *Sept. Politic. Et hab. apud Bedam, tom. 2.*

PLATO. 238. Anima, quæ è corporis vinculo eſt ſoluta, vel virtute ornata eſt, vel vitio contaminata. *Prof.*

239. Illa quæ propria voluntate aſſiduáque conſuetudine divinæ virtuti adhæſit fortiùs, & ſimilis ei (cui adhærebat) facta eſt, in locum & ſanctiorem & meliorem commigrat. *Syzygia 4. lib. 10. de legibus poſt med. pag. 904. D. E. tom. 2. Prof.*

240. Quæ autem contrario modò affecta eſt, in contrarium locum proficiſcitur, & contrariam ibi vitam vivit.

241. Hoc nimirùm eſt judicium Dei, qui cœleſti ſolio reſidet, ut animæ quæ deteriores ſunt, ad deteriores: quæ meliores, ad meliores diſcedant.

242. Neque tu unquàm, neque quiſquàm alius adeò precibus valere poſſe apud Deum arbitretur, ut ſe ab hoc Judicio eximat, hocque tribunal declinet. *Ibid.*

SENECA. 243. Volo intueri pretia ſanguinis animarum veſtrarum. *Lib. 7. de benefic. cap. 9. ante med. pag. 509. tom. 2.*

244. Anima nullo honeſtamento eget ipſa & magnum ſui decus eſt, & corpus ſuum conſecrat. *Epiſt. 66. in princ. pag. 644. tom. 2.*

245. Velamentum animæ, corpus eſt: cui ut quandam veſtem natura circumdedit. *Ep. 92. ante med. p. 764.*

SIXTUS PHILOSOPH. 246. Certus eſto, quòd animam tuam fidele depoſitum acceperis à Deo. *Sent. 18. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 64. col. 2. G. edit. Coloniæ* 1618.

247. Anima purificatur Dei verbo per ſapientiam. *Ib. ſent. 21. pag. 64. col. 2. G.*

248. Corpus quidem tuum incedat in terra, anima autem ſemper ſit apud Deum. *Ibid. ſent. 48. pag. 65. col. 1. A.*

249. Anima illuſtratur recordatione Dei. *Ibid. ſent. 89. pag. 65. col. 1. C.*

250. Donec in deſideriis eſt caro, anima ignorat Deum. *Ibid. ſent. 128. pag. 65. col. 2. E.*

251. Ægritudo animæ, eſt malitia: animæ autem mors, injuſtitia & impietas. *Ibid. ſent. 190. pag. 66. col. 1. A.*

252. Quantùm laboras pro corpore, ſi tantùm labores pro anima, ſapiens eris. *Ibid. ſent. 291. pag. 66. col. 2. F.*

253. Anima mala Deum fugit. *Ibid. ſent. 301. pag. 66. col. 2. F.*

254. Qualia ſtudia geſſerit anima corpus inhabitans, tales habebit teſtes in judicio. *Ibid. ſent. 337. pag. 66. col. 2. H.*

255. Immundam animam ſibi dæmones immundi vendicant. *Ibid. ſent. 338. pag. 66. col. 2. H.*

256. Animam mors non perdit, ſed mala vita. *Ib. ſent. 384. pag. 67. col. 1. C.*

257. Animam de terra fides elevat ad Deum. *Ibid. ſent. 388. pag. 67. col. 1. C.*

258. Sapientis anima audit Deum, ſapientis anima aptatur à Deo, ſapientis anima ſemper eſt cum Deo. *Ibid. ſent. 401. pag. 67. col. 1. D.*

TRISMEGIST. 259. Anima in corpus humanum lapſa, ſi quidem mala perſeveraverit, non guſtabit immortalitatis quidquam. *Lib. de poteſt. & ſap. Dei, cui titulus Pimander, cap. 10. ante med.*

260. Anima mali dæmonis ritu corrupta, ſeipſam ignorans, monſtris deformibus ſervit, corpus ſuum velut onus infectum circumfert, non præſidens corpori, ſed ſubjugata. *Ibidem.*

Vide etiam Tit. Accedere. ſent. 33. Adhærere. ſent. 26. 44. Amor Dei. ſent. 21. 26. 28. 29. 30. 32. Appetere. ſent. 28. Cadere. ſent. 56. 63. 96. Opus. ſent. 44. 99. Quærere. ſent. 66. 67. Redemptio humana. ſent. 62. 110. Salus animæ. per totum Spiritus. ſent. 610. Verbum Dei. ſent. 47. 60. Virtus. ſent. 71. Vitium. ſent. 119. 161.

Animus.

DIFFERENTIA, COMPARATIO.

S. ISIDORUS HISPALENS.

INTER animam, animum, ſpiritum & mentem hoc intereſt: quòd anima eſt, quâ vivimus; animus, quo regimur: ſpiritus, quo ſpiramus; mens, quâ cogitamus. *Lib. 1. de different. different. 177. pag.* 288. *col.* 1.

COMPALATIO.

GLOSS. ORD.

Animus juſti ſimilis eſt grano, quod flante vento remanet: animus impii ſimilis paleæ, quam ventus huc illucque defert. *Sup. Pſ. 1. col.* 437. *B. tom.* 3.

HUGO A S. VICTORE.

Sicut oculus paſcitur ex ſpecie, ſic animus paſcitur ex cogitatione. *Lib. 4. de Arca Noë morali cap.* 8. *poſt med. pag.* 216. *C. tom.* 2.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS.

1. Unuſquiſque ſibi ipſum animum ſuum ſeverum Judicem ſui, ultorem ſceleris, & vindicem criminis habet. *Lib. 7. Ep. 44. ad Conſtantium poſt init. col.* 603. *C. tom.* 3.

2. Animus victus illecebris, totum hominem carneum facit. *Sup. Ep. 1. ad Cor. 5. poſt init. col.* 1894. *C. tom.* 5.

3. Animus culpæ author eſt, caro miniſtra. *Lib. 2. de pænitent. capite 14. in princ. columna 179. lit. A. tom.* 1.

S. ANTONIUS DE PAD.

4. Animus diſtentus per multa, multis laceretur curis neceſſe eſt. *Serm. 1. Pentec. in calce, folio* 167. *pag.* 1.

S. AUGUSTIN.

5. Miſer eſt omnis animus vinctus amicitia rerum mortalium. *Lib. 4. Confeſſ. cap. 6. in princ. pag. 67. A. tom.* 1.

6. Nihil eſſe ſentio quod magis ex arce dejiciat animum virilem, quàm blandimenta fœminea. *Lib. 1. Soliloq cap. 10. circa med. pag. 364. C. tom.* 1.

7. Æternam legem mundis animis fas eſt cognoſcere, judicare autem non fas eſt. *De vera Relig. cap. 31. circa finem, pag. 504. D. tom.* 1.

8. Animus nullomodo ſanus exiſtimandus eſt, qui non temporalibus æterna præponit *Ep. 121. ad Probam. cap. 7. circa med. pag. 401. A. tom.* 2.

9. Cùm ſeipſo ſibi, quaſi ſuo bono, animus gaudet, ſuperbus eſt. *Ep. 56 ad Dioſcor. ante med. pagina* 168. *lit.* C.

10. Laudandus eſt non attractus ad opus ſerviliter animus, ſed liberaliter & ſpontè devotus. *Lib. 2. ſup. Exod. quæſt. 170. in fine, pag. 124. D. tom.* 4.

11. Ingenuus animus nihil magis erubeſcendum æſtimat, quàm rogare. *De Amicit. cap. 25. poſt med. pag. 781. B. tom.* 4

12. Animus malè ſibi conſcius, dùm ſibi videtur nullam pœnam pati, credit quòd non judicet Deus: & ſic auferuntur judicia Dei à facie ejus, cùm hæc ipſa ſit magna damnatio. *Sup. Pſ. 9. poſt med. verſ. 27. Auferuntur Iudicia tua. pag. 43. B. tom.* 8.

13. Tormenta animi non ſentit, qui non proficit. *Sup. Pſ. 29. poſt med. pag. 101. A. tom.* 8.

14. Pereant argumenta Philoſophorum, qui negant in ſapientem cadere perturbationes animorum. *Tract. 60. in Evang. Ioan. de cap. 13. circa med. pag. 275. B. tom.* 9.

15. Animus à lege vinci debet. *Ex queſtion. vet. & novi teſtam. queſtion. 109. ante finem, pag. 578. D. tom.* 4.

16. Animi egeſtas, nihil aliud eſt quàm ſtultitia. *De beata vita diſput. tertia diei ante med. pag. 355. B. tom.* 1.

17. Melior eſt animus cùm obliviſcitur ſui, præ charitate incommutabilis Dei. *Lib. 1. de lib. arbit. cap. 25. in med. pag. 488 D. tom.* 1.

18. Fit infirmus animus cùm de mortali corpore cruciatur. *Lib. 1. de Doctr. Chriſtiana cap. 23. poſt med. pag. 9. B. tom.* 3.

19. Melior eſt animi æquitas, quàm corporis ſanitas. *Lib. 19. de Civit. Dei, cap. 13. poſt med. pag. 391. B. tom.* 5.

20. Pœna ſua ſibi eſt, omnis inordinatus animus. *Lib. 1. Confeſſ. cap. 2. in fine pag. 50. D. tom.* 1.

21. Ubi homo Deo non ſervit, nullomodo poteſt juſtè animus corpori imperare. *Lib. 19. de Civit. Dei, cap. 21. circa med. pag. 396. D. tom.* 5.

S. BERNARDUS.

22. Quid indecentius, quàm curvum recto corpore gerere animum? *Serm. 24. ſup. Cant. poſt med. fol. 153. col. 2. D.*

23. Non eſt vir fortis, cui non creſcit animus in ipſa rerum difficultate. *Ep. 256. ad Eugen. Papam in principio fol. 262. col. 3. I.*

24. Semper in robuſto & vegeto corpore animus mollior, atque tepidior jacet: & rursùm, in corpore debili & infirmo, fortior viget promptiorque ſpiritus. *Epiſt. 253. ad Garinum Abbat. poſt med. fol. 262. colum. 2. F.*

25. Talis animus comprobatur, qualis ſermo oſtenditur. *De Interiori domo cap. 43. prope med. fol. 330. col. 4. L.*

26. Inverecundis oculis, & laſcivia ſermonibus, libidinoſus animus deprehenditur. *De ordine vitæ longè poſt init. fol. 334. col. 4. L.*

27. Vox quædam animi eſt, corporis motus: ſæpè enim per inceſſum proditur qualis ſit animus. *Ibidem ut antè. M.*

BOETIUS.

28. Probis animis proprium decus, aliena non decerpit improbitas. *Lib. 4. de conſol. Philoſ. proſa 3. poſt init. pag.* 168.

S. CYRILLUS ALEX.

29. Animus in nobis eſt, quo nihil habet omnis natura fœcundius, in quo inſunt omnia ſemina virtutum. *Profec.*

30. Quique occultis incrementis, telluris inſtar, cupiditates ad honeſtiſſima quæque capeſſenda ſubmittit. *Hom. 6. de Feſtis Paſchal. circa med. pag.* 62.

DIONYSIUS CARTH.

31. Generoſus eſt animus hominis, & faciliùs ducitur, quàm trahitur. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 12. art. 16. in princ. fol. 26. A.*

GILLEBERTUS PORRETANUS.

32. Animum cura implicat, quies explicat. *Serm. 1. ſup. Cant. ante med. apud D. Bern. in 2. vol. fol. 1. col. 3. G.*

33. Vultus animi interpres eſt, & ab intimo affectu habitum trahit. *Ibid. ſerm. 10. in princ. fol. 8. col. 4. lit. M.*

34. Quantò fuerit expeditior animus, tantò impenſior erit in illud quod amat. *Ibidem.*

GLOSS. ORD.

35. Animus dolentis, cogente mœſtitia per diverſa deſideria vagatur. *Profec.*

36. In nocte diem, in die veſperam deſiderat: quia dolor non ſinit placere quod adeſt, & jàm hoc expertus grave, conſolante deſiderio aliud expectat, ſed nec ſic dolor finitur. *Sup. Iob. cap. 7. col. 104. F. tom.* 3.

S. GREGOR. MAGN.

37. Solerter animus ante actionis ſuæ primordia cuncta debet adverſa meditari. *Lib. 1. Moral. cap. 4. col. 5. B. tom.* 1.

38. Tantò animus à laboris afflictione ſubtrahitur, quantò per ſpem ad ſumma ſuſtollitur. *Lib. 6. Mor. cap. 7. circa med. num. 6. col. 183. D. tom.* 1.

39. Mala præſentis vitæ tantò duriùs animus ſentit, quantò penſare bonum quod ſequitur, negligit. *Lib. 10. Moral. cap. 12. in princ. col. 361. A. tom.* 1.

40. Tantò ſe animus ampliùs in cogitatione dilatat, quantò illud eſſe terribile quod imminet penſat. *Lib. 15. Moral. cap. 1. prope init. col. 487. tom.* 1.

41. Sæpè amantis animus, tantò contemplationis munere repletur, ut videre valeat quod loqui non valet. *Ibid. cap. 10. in med.*

Digitized by Google

S. GREGORIUS MAGNUS.

44. Humanus animus multis cogitationibus occupatus, ſæpè ſibimetipſi aliquo modo manet incognitus. *Lib.* 24. *Moral. cap.* 7. *ante med num.* 14. *colum.* 809. *C. tom.* 1.

45. Cùm animus dividitur ad multa, fit minor ad ſingula. *Lib.* 1. *Dialog. cap.* 4. *ante finem*, *col.* 1335. *C. verbo Quid tom.* 1.

46. Animus in viſione Dei raptus, videre ſine difficultate poteſt omne quod infra Deum eſt. *Ib. lib.* 2. *cap.* 35 *in fine*, *col.* 1377. *D.*

HUGO A SANCTO VICTORE.

47. Animus inſtabilis eſt, deficit & proficit, novit & ignorat, meminit & obliviſcitur, modò vult, & modò non vult. *Lib.* 2. *de Anima. cap.* 1. *poſt med. pag.* 96. *D. tom.* 2.

48. Quod animus fideliter conſervat, puritas mentis per bonos mores fideliter ordinat. *De Animæ medicina cap.* 8. *in fine pag.* 141. *C, tom.* 2.

49. Paradiſus voluptatis, rationalis eſt & bonus animus: hujus cultor & cuſtos eſt Deus, vaſtator & deſertor eſt diabolus. *Lib.* 1. *Miſcellan. codicis primi titulo* 70. *in princ. pag.* 76. *D. tom.* 3.

50. Animus amantis & paventis, ad diverſa rapitur: nunc de promiſſione gloriatur, nunc de dilatione conqueritur, nunc ſe derelictum propter pondus tribulationis, nunc ſe ſuſceptum gratulatur propter fiduciam repromiſſionis. *In quoſdam Pſalmos cap.* 51. *in fine ſup. illud Pſ.* 41. *Quare oblitus es mei? pag.* 48. *H. tom.* 1.

HUGO CARD.

51. Affectus boni animi ſemper proclivis eſt ad pietatem. *Sup. Geneſ. cap.* 43. *fol.* 62. *col.* 3. *tom.* 1.

52. Animi boni humores, boni mores ſunt. *Sup. Ep. ad Titum. cap.* 1. *fol.* 231. *col.* 3. *tom.* 1.

S. JOANNES CHRYSOST.

53. Animi vitia, corporis mœrore ſunt demonſtranda. *Profec.*

54. Si vexatus eſt animus, lugeat corpus: quoniam quoties corpus in cauſa eſt, animus mœſtitia condoleſcit. *Hom.* 2. *de lapſu primi hominis poſt med. col.* 544. *B. tom.* 1.

55. Is qui tardus atque tepidus animus eſt, etiamſi multi temporis curricula ad ſui pœnitentiam mereatur, nihil firmum atque robuſtum poterit promereri. *Hom. de Iona Propheta non longè ab initio*, *col.* 842 *D. tom.* 1.

56. Nihil eſt formoſo animo formoſius, nihil jucundius: nam corpora quidem abſque dolore amari non poſſunt, animi autem pura ſinceráque voluptate amantur. *Hom.* 35. *ſup. Matth. in fine col.* 323. *lit. C. tom.* 2.

57. Omnis principatus animi, ſpiritus eſt. *Hom.* 18. *ſup Ep.* 1. *ad Cor. in Morali poſt init. col.* 459. *C. tom.* 4.

58. Animi pulchritudo, etiam in ſenectute multos habet amatores, nec unquàm marceſcit, ſed floret jugiter. *Hom.* 7. *ſup. Ep.* 2. *ad Cor. in fine Moralis*, *col.* 745. *A tom.* 4.

59. Omnes animi motus cedunt affectionibus. *Ib. Hom.* 26. *in princ. Mor. col.* 854. *A. tom.* 4.

60. Sanctus æquo eſt ſemper animo, ſive in penuria, ſive in abundantia ſit. *Serm.* 15. *ſup. Ep. ad Philippenſes, ante med. col.* 1221. *D. tom.* 4.

S. JOAN. DAM.

61. Naturâ corpori animus imperat. *Orat.* 1. *de Imaginibus. in princ. fol.* 453 *pag.* 1. *C.*

S. ISIDORUS HISPALENS.

62. Non erit caro ſubjecta animæ, nec vitium rationi, ſi animus non eſt ſubditus conditori. *Lib.* 1. *de ſum. bono. cap.* 9. *ſent.* 11. *pag.* 622. *col.* 2.

S. JUST. MART.

63. Scabie animus laborat, pleriſque eſt malorum ſuccorum ex aliis colloquiis. *Ep. ad Zenam, paulo ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 2. *pag.* 70. *col.* 1. *B. edit. Coloniæ* 1618.

64. Animorum affectiones etiam ex vita declarantur. *Ibidem paulò poſt med. pagina* 70. *col.* 2. *lit. G.*

65. Is beatus eſt, cujus mundus & purus eſt animus. *Ibid. in fine pag.* 71. *col.* 2. *H.*

LACT. FIRM.

66. Animi officium eſt, ea ſubtiliùs cernere, quæ acies corporalis non poteſt intueri. *Lib. de Orig. erroris cap.* 3. *ante med. pag.* 55.

67. Animus quæritur, & propoſitum ponderatur. *Lib.* 6. *de vero cultu*, *cap.* 12. *poſt med. pag.* 260.

68. Animus eſt ad cogitandum mobilis, ad inveniendum ſolers, ad perſpiciendum facilis, ad diſcendum capax; ut præterita teneat, præſentia comprehendat, futura proſpiciat. *In Epitome divin. Inſtit. cap. Decam. in med. pag* 406.

69. Praviſſimum eſt, cùm ratio corporis recta ſit (quod eſt temporale) ſeipſum verò animum (qui eſt æternus) humilem fieri. *Lib.* 2. *de Orig. erroris*, *cap.* 1. *in fine. pag.* 52.

70. Animi bona, mala ſunt corporis: corporis bona, mala ſunt animi; quibus enervatus animus, extinguitur. *Lib.* 7. *de divino præmio*, *cap.* 5. *circa finem*, *pag.* 258.

71. Animus per ſe multa deſiderat, quæ ad officium fructumve corporis non redundant. *Ibid. cap.* 11. *prope finem pag.* 307.

72. Animus qui ſapit, rector eſt corporis, cui membra obſequuntur tanquàm regi & imperatori. *De Ira Dei cap.* 10. *poſt med. pag.* 345.

S. LEO I.

73. Quantumlibet ſapienter & providè Judex animus ſuis exterioribus præſit, inter ipſas tamen curas atque menſuras regendæ carnis & alendæ, nimis ei ſemper vicina tentatio eſt. *Serm.* 5. *de Iejun. ſeptimi menſis circa init. fol.* 72. *pag.* 2.

74. Animus quem ſub Dei gubernaculis conſtitutum, corporis decet eſſe rectorem, dominationis ſuæ obtineat dignitatem. *Serm.* 4. *Quadrag. circa init. folio* 32. *pag.* 1.

75. Animus cui ſummum bonum, & verum gaudium Deus eſt, inter caſtas ſpiritaleſque delicias in ſapientiæ latitudine, & in veritatis luce verſatur. *Serm.* 8. *de Iejun. ſeptimi menſis circa med. fol.* 74. *pag.* 2.

S. MAX. MART.

76. Animus ex ſeipſo vacuus eſt ſpecie, & charactere. *Centuria* 5. *cap.* 19. *apud Bibl. Patr. tom.* 7. *pag.* 397. *col.* 1. *B.*

S. PAULINUS.

77. Nunquàm in carnalibus affectionibus requieſcit animus, ut cruciatu careat. *Ep. ad quendam militem. in fine. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 206. *col.* 2. *lit. F.*

PETRUS BLESENS.

78. Animos electorum, Deus flagellis interrogat. *Ep.* 138. *ad Gualterum Rothomag. Archiep. paulò ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 813. *col.* 2. *G. edit. Coloniæ* 1618.

PET. CELL.

79. Fidelis ſui ipſius interpres eſt animus. *Ep.* 11. *in princ. apud Bibl. Patr. tom* 12. *part.* 2. *pag.* 568. *col.* 2. *lit. E.*

S. PETRUS CHRYSOL.

80. Jacens animus, plebcius eſt. *Serm.* 22. *circa init. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 677. *colum.* 2. *lit. F.*

PETRUS MAUR. CLUNIAC.

81. Humanus animus ſicut ſemper poteſt habere, quo recidat; ita poteſt habere, quo creſcat. *Libr.* 6. *Epiſt.* 13. *ad Fratres poſt med. apud Bibliothec. Patrum*, *tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 125. *col.* 1. *D. edit. Coloniæ* 1618.

S. PROSPER.

82. In corde animus ſuo tantùm ſenſu dijudicat, & omnes varietates uno motu attingit. *Sent.* 334. *apud D. Auguſt. in fine tom.* 3. *pag.* 762. *B.*

RICH. A S. VICTORE.

83. Regium profectò animum gerit, qui deſideriis ſuis imperare conſuevit. *Lib.* 1. *de erudit. homin. interioris*, *cap.* 2. *circa med pag.* 74. *col.* 1. *A. part.* 1.

TERTULLIAN.

84. Nihil crus ſentit in nervo, cùm animus in cœlo eſt: totum hominem animus circumfert, & quò velit transfert. *Ad Martyres cap.* 2. *in fine*, *pag.* 224. *F. tom.* 2.

S. THOMAS AQUINAS.

85. Tantò perfectiùs animus ad Deum diligendum fertur, quantò magis ab affectu temporalium revocatur. *Tom.* 2. *Opuſc. de perfect. vitæ ſpirit. cap.* 6. *in med. fol.* 26. *pag.* 1.

S. THOMAS AQUINAS. 86. Impeditur animus hominis, ne liberè poſſit Deo vacare, non ſolùm ex amore exteriorum rerum, ſed multò magis ex interiorum paſſionum impulſu. *Ibidem cap. 8. ante med. fol. 28. pag. 1.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 87. Exculto animo, nihil agreſtè, nihil inhumanum eſt. *Lib. 12. Ep. 45. in calce, col. 495. C. tom. 3.*

88. Animos hominum eſſe divinos, iiſque cùm è corpore exceſſerint, aditum in cœlum patere, perſpicuum eſt. *De Amicit. poſt init. col. 562. A. num. 13. tom. 4.*

89. Animus profectus à Deo, cœlum ipſum ſemper appetit. *De conſolat. poſt med. colum. 628. lit. F. tom. 4.*

90. Mihi perſuaderi nunquàm poteſt, eum animum eſſe inſipientem, cùm ex inſipienti corpore evaſit: ſed cum admixtione corporis liberatur purus & integer, eſſe ſapientem. *De ſenectute ante finem, col. 557. B. tom. 4.*

91. Animus nec cùm adeſt, nec cùm diſcedit apparet. *Ibidem ut antè. C.*

92. Omnium rerum animo nihil eſt præſtantius, neque divinius. *De Paradoxis cap. 2. ſub finem, col. 581. F. tom. 4.*

93. Nihil eſt animo velocius; nulla eſt celeritas, quæ poſſit cum animi celeritate contendere. *Profec.*

94. Qui ſi permanet incorruptus, neceſſe eſt ita feratur, ut penetret omne cœlum. *Lib. 1. Tuſc. quaſt. ante med. col. 174. C. tom. 4.*

95. Cultura animi, eſt philoſophia. *Ibid. lib. 2. poſt init. col. 195. C.*

96. Firmandus eſt animus ad dolorem ferendum. *Ibid. ante med. col. 198. E.*

97. Eſt in animis omnium ferè molle quiddam, demiſſum, humile, enervatum quodammodo & languidum. *Profec.*

98. Si nihil eſſet aliud, nihil eſſet homine deformius, ſed præſtò eſt domina omnium, & regina ratio, ut imperet illi parti animi quæ obedire debet, velut ſervo dominus, velut imperator militi, velut parens filio imperat. *Ibid. poſt med. col. 203. B. C.*

99. Animus æger ſemper errat, neque pati, neque perpeti poteſt, cupere nunquam deſinit. *Ibidem lib. 3. poſt init. col. 208. D.*

100. Profectò animi medicina, eſt Philoſophia. *Ibid. poſt init. col. 209. B.*

101. Munus animi eſt, ratione benè uti: & ſapientis animus ita ſemper affectus eſt, ut ratione optimè utatur. *Ibid. ante med. col. 211. E.*

102. Humanus animus decerptus ex mente divina, cum alio nullo, niſi cum ipſo Deo (ſi hoc fas eſt dictu) comparari poteſt. *Ibid. lib. 5. ante med. col. 254. lit. E.*

103. Animi quietus & placatus ſtatus cernitur, cùm perturbatio nulla eſt, qua moveri queat. *Ibid. ante med. col. 250. B. C.*

PLATO. 104. Corpus ſimile eſt ei, quod eſt mortale: animus autem ei, quod eſt divinum: divinum, ut imperet, atque præſit: mortale verò, ut ſubſit atque ſerviat. *Sizygia 1. in dialogo Phædonis, ante med. pag. 80. A. tom. 1.*

105. Si immortalis ſit animus, de illo curam eſſe gerendam conſentaneum eſt: grave igitur erit periculum, ſi quis nunc ipſum animum neglexerit. *Ib. poſt med. pag. 107. C.*

106. Animus, qui ſuum propriumque ordinem, & ornatum habet (ſcilicet virtutum) melior eſt illo, qui ordinis & ornatus virtutum expers eſt. *Tomo primo, Sizygia 3. de Rhetorica poſt med. pagin. 506. lit. D.*

107. Animus utitur corpore tanquàm inſtrumento, ita ut in illud ſummum ipſe obtineat imperium. *Tom. 2. Sizygia 4. in dialog. 1. Alcibiadis. poſt med. pag. 130. A.* PLATO.

108. Omnis animus eſt immortalis. *Tom. 5. Sizygia 5. in dialogo Phæd. ante med. pag. 245. C.*

109. Homini nihil animo aptius eſt ad fugiendum malum; & ad bonum inveſtigandum eligendumque, id omnium optimum eſt *Tom. 2. Sizygia 4. lib. 5. de legibus poſt init. pag. 728. C.*

110. Animus divinâ origine hauſtus eſt, cui nec ſenectus ulla, nec mors eſt. *Suaſor. 6. poſt init. pagin. 23. tom. 1.* SENECA.

111. Fortis eſt animus, ad quæ præparatus venit. *Lib. 3. de Ira, cap. 37. poſt med. pag. 458. tom. 1.*

112. Tantò hominum moderatior eſſe animus debet, quantò vehementiùs nocet. *Lib. 1. de clementia ad Neronem, cap. 19. ante med. pag. 478. tom. 1.*

113. Animi bonum animus inveniat, non oculus. *De vita beata cap. 2. in med. pag. 490. tom. 1.*

114. Summum bonum eſt animus fortuita deſpiciens, virtute lætus. *Ibidem cap. 4. ante med. pag. 492.*

115. Invicta vis animi eſt, perita rerum, placida in actu, cum humanitate multa, & converſantium cura. *Ibid. ut antè.*

116. Tanta animorum imbecillitas eſt, ubi ratio diſceſſit. *De conſtantia ſapientis, cap. 17. circa init. pagina 556.*

117. Anguſtus animus eſt, quem terrena delectant. *De conſolat. ad Helviam. poſt. init. pag. 632. tom. 1.*

118. Animus eſt, qui parva extollit, ſordida illuſtrat, & magna in pretio habita dehoneſtat. *Lib. 1. de benefic. cap. 6. in med. pag. 384. tom. 2.*

119. Cogita in te præter animum nihil eſſe mirabile, cui magno nihil magnum eſt. *Ep. 8. in med. pag. 533. tom. 2.*

120. Animus debet eſſe alacer, & fidens, & ſupra omnia erectus. *Ep. 23. ante med. pag. 565. tom. 2.*

121. Quid aliud eſt animus, quàm quodammodo ſe habens ſpiritus? *Epiſt. 50. a medio pagin. 610. tom. 2.*

122. Indurandus eſt animus, & à blandimentis voluptatum procul abſtrahendus. *Epiſt. 51. poſt init. pag. 611. tom. 2.*

123. Non eſt emolliendus animus. *Ibid. in med. p. 612.*

124. Animus in hoc triſti & obſcuro corporis domicilio incluſus, quoties poteſt apertum petit, & in rerum naturæ contemplatione requieſcit. *Ep. 65. poſt med. pag. 642.*

125. Scire debemus non deformitate corporis fœdari animum, ſed pulchritudine animi corpus ornari. *Ep. 66. paulo poſt init. pag. 644. tom. 2.*

126. Animus noſter ad vera perſpicienda caligat. *Ep. 71. poſt med. pag. 666. tom. 2.*

127. Corpus multis eget, ut valeat: animus ex ſe creſcit, ſe ipſe alit, ſe exercet. *Ep. 80. ante med. pag. 699. tom. 2.*

118. In inſuperabili loco ſtat animus, qui externa deſeruit, & arce ſe ſua vindicat, infra illum omne telum cadit. *Ep. 82. poſt init. pag. 707. tom. 2.*

129. Animus nunquàm major eſt, quàm ubi aliena ſepoſuit; & fecit ſibi pacem, nihil timendo: fecit ſibi divitias, nihil concupiſcendo. *Ep. 87. circa init. p. 729.*

130. Animus niſi purus & ſanctus ſit, Deum non capit. *Ibid. circa med. pag. 733.*

131. Duæ res plurimum roboris dant animo, fides veri & fiducia. *Ep. 94. poſt med. pag. 778. tom. 2.*

132. Valentior omni fortuna animus eſt, in utramque partem ipſe res ſuas ducit, beatæque ac miſeræ vitæ ſibi cauſa eſt. *Profec.*

132. Malus animus omnia in malum vertit, etiam quæ ſpecie optimi venerant.

133. Rectus atque integer, corrigit prava fortunæ, & dura atque aſpera, ferendi ſcientia mollit.

SENECA.

135. Idemque & ſecunda gratè excipit, modeſteque, & adverſa conſtanter atque fortiter. *Epiſt.* 98. *poſt init. pag.* 800. *tom.* 2.

136. Magna & generoſa res eſt humanus animus, qui nullos ſibi poni, niſi communes & cum Deo terminos patitur. *Epiſt.* 102. *poſt med. pag.* 816. *tom.* 2.

137. Si animus ſanus eſt, ſi compoſitus, ſi gravis, ingenium ſobrium erit. *Epiſt.* 114. *circa init. pag.* 850.

138. Animus modò rex eſt, modò tyrannus. *Proſecut.*

139. Rex cùm honeſta intuetur, ſalutem ſibi commiſſi corporis curat, & nihil imperat turpe, nihil ſordidum.

140. Ubi verò impotens, cupidus, delicatus eſt, fit in nomen deteſtabile ac dirum, & fit tyrannus. *Ep.* 114. *ante finem, pag.* 854. *tom.* 2.

141. Si nobis animum boni viri liceret inſpicere, ô quam pulchram faciem, quàm ſanctam, quàm fulgentem videremus! hinc juſtitiâ, illinc fortitudine, hinc temperantiâ prudentiâque lucentibus. *Ep.* 115. *circa init. pag.* 855.

142. Nos animum habere ſcimus: quid ſit animus, ubi ſit, qualis ſit, neſcimus. *Proſ.*

143. Qualis, ad nos pervenit animi noſtri ſenſus, quamvis naturam ejus ignoremus. *Ep.* 121. *circa med. pag.* 878. *tom.* 2.

144. Hominis boni, liber animus eſt, ac rectus, alia ſubjiciens ſibi, ſe nulli. *Epiſt.* 124. *in medio pagin.* 889.

145. Optimus animus, & pulcherrimus, cultor Dei eſt. *De Moribus, ante med. pag.* 677. *edit. Baſilea.*

146. Turpe ſpectaculum præbet animus æger. *Ibid. à med. pag.* 678.

147. Omnium imperitorum animus, maximè tamen muliebris, in lubrico eſt. *De remediis fortuit. ante fin. pag.* 284.

Animi affectus.

Vide Affectus animi.

Animi Paſſio.

Vide Motus animi.

Animi remiſſio.

Vide Remiſſio animi.

Animal.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIFFERENTIA.

ETYMOLOGIA.

S. ANTONIUS DE PAD.

ANIMAL dictum eſt, eo quòd animetur ſpiritu, & moveatur. *Serm. Dom.* 12. *poſt Trinit. poſt med. fol.* 249. *pag.* 2.

S. ISIDORUS HISPALENS.

Animalia latinè, ſive animantia dicta ſunt, eo quòd animentur vita, & moveantur ſpiritu. *Lib.* 12. *Etymol. cap.* 1. *in princ. pag.* 158. *col.* 1.

DEFINITIO.

PLATO.

Animal veriſſimè ſecundùm naturam dici affirmamus, cùm una animi & corporis conſtitutio ita in unum convenit atque coaleſcit, ut unam pariat formam. *Tom.* 2. *Sizygia* 4. *lib.* 13. *de legibus, ante med. pag.* 981. *lit. A. B.*

DIFFERENTIA.

S. THOMAS AQUINAS.

Differunt animal, & rationale: animal dicitur, quòd naturam ſenſitivam habet: rationale verò, quòd naturam intellectivam. *In ſumma part.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 5. *in corpore, pag.* 6. *col.* 2.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS.

1. Vulpes genus animalis eſt fallax, & inſidiis ſemper intentum, rapinâ fraudes exercens, quod nihil tutum, nihil otioſum, nihil patitur eſſe ſecurum. *Serm.* 79. *ante fin. col.* 774. *A. tom.* 3.

S. ANTONIUS DE PADUA.

2. Animal habens magnum cor, timidum eſt: habens verò mediocre, audax eſt. *Serm.* 2. *Dom.* 1. *Quadr. ante med. fol.* 65. *pag.* 1.

S. AUGUSTIN.

3. Quadam perverſitate morum, ac turpitudine homines quodammodo in pecora commutantur: velut avari, in formicas: rapaces, in milvos: ſævi ac ſuperbi, in leones: ſectatores immundæ voluptatis, in ſues. *Lib.* 7. *de Geneſi ad litt. cap.* 10. *in fine, pag.* 424. *C. & ante med.* 423. *D. tom.* 3.

4. Senſu nos multæ beſtiæ ſuperant; mente autem, ratione, ſcientia nos illis Deus præpoſuit. *De quantit. animæ, cap.* 28. *in princ. pag.* 424. *D. tom.* 1.

5. Beſtiæ beſtiis nocent. *Et hab. in Gloſſa, ſup. Gen. cap.* 1. *col.* 29. *B. tom.* 1.

6. Non eſt beſtia ſicut leo, ut uno morſu guttur frangat: ſed beſtiæ plerumque minutæ necant, ſic peccata modica. *De decem chordis, cap.* 11. *circa init. pag.* 636. *G. tom.* 9.

7. Omnia animalia aut utilia nobis ſunt, aut pernitioſa, aut ſuperflua: uſurpato utilia, cave pernitioſa, relinque ſuperflua. *Lib.* 1. *de Geneſi contra Manich. cap.* 16. *poſt med. tom.* 1.

S. BASILIUS MAGNUS.

8. Animalia quæ faciliora ſunt captu, fœcundiora ſunt: quæ verò alia perimunt, paucam ſobolem pariunt. *Homil.* 9. *Hexæm. ſtatim à medio, pagin.* 47. *tom.* 1.

S. BONAVENT.

9. Upupa avis viliſſima tanta ad parentes ſuos compaſſione movetur, ut illis ſeneſcentibus ſolicitè quærat cibum, & eos ſuis pennis confoveat, ne frigore pereant. *Serm.* 3. *de S. Andrea poſt med. pag.* 218. *col.* 2. *tom.* 3.

10. Leo animal guloſum; dùm benè una die ſe paſcit, per tres dies abſtinendo quieſcit. *Ibidem.*

11. Leo valdè glorioſus incedit, animalium rex exiſtens; ſed dùm ad mortem venit, amaras lachrymas fundit. *Serm.* 7. *ante med. pag.* 304. *colum.* 1. *tom.* 3.

12. Leo fortiſſima beſtia, prædæ avida, unguibus & dentibus armata, homini non eſt ſæva, ſed pia. *Proſec.*

13. Undè ſi hominem obvium habet in deſerto, non ſolùm eum non lædit, ſed eum deducit, & viam illi oſtendit, niſi fame nimia laboraverit.

14. Vide ergo quàm crudelis eſt homo, animal naturâ manſuetum, cùm non parcit ei, cui ſæviſſima parcit fera. *Serm.* 4. *de uno Martyr. Et in ord.* 16. *poſt med. pag.* 318. *col.* 1 *tom.* 3.

15. Animal invidia vulneratum, non ſolùm cauſa idonea, ſed etiam levis occaſio excitat in dolorem. *Lib.* 3. *Pharetræ cap.* 43. *in med.* 172. *col.* 1. *lit. D. tom.* 6. *part.* 1.

DIONYSIUS CARTHUS.

16. Beſtia ex naturali inſtinctu regitur, tu homo rationis ductu. *Proſ.*

17. Illa movetur ſenſu, tu intellectu: illa moritur tota, quando caro deficit: tu perpetuò manes, cùm ſpiritus corpus relinquit. *De perfect. Charit. art.* 10. *in princ. fol.* 179. *pag.* 2.

S. GREG. NYS.

18. Animalibus omnibus, aliquid quo ſe conſervent, natura largita eſt. *De homin. opificio, cap.* 7. *ante med. col.* 57.

S. HIERONYM.

19. Tenera adhuc & primæ ætatis animalia, ſine labore domari ſolent. *Proſ.*

S. HIERON.

20. Quantóque citiùs à vagandi libertate diſſueta ſunt, tantò facilius vel colla jugo, vel frænis ora inſueſcunt. *Tom. 4. Epiſt. 1. ad Demetriadem, ante med. pag. 18. lit. C.*

21. Coluber ad bibendum veniens, in aqua venenum deponit; ne eum venenum aqua concretum occidat: nudum hominem timet, veſtitum perſequitur. *Tom. 4. Epiſt. 19. ad Præſidium ſub finem, pag. 119. lit. A.*

22. Viperæ per os coitum faciunt, maſculi mortem contemnunt: femina enim in ipſo coitu, dùm abſorbet ſemen, caput maſculi abſcindit, & ſic eum occidit: ſed cùm conceperit, viſcera illius ab ipſis quos concepit, comeduntur, & ſic matrem occidunt. *Ibid. ut ante.*

HUGO CARD.

23. Pavo habet caput ſerpentis, vocem dæmonis, paſſum latronis, pennam angelicam, carnem imputribilem, cùm eſt ſiccata. *Sup. 3. Reg. fol. 275. colum 1. tom. 1.*

24. Nullum animal eſt audacius equo cæco. *Sup. Proverb. cap. 14. fol. 31. col. 1. tom. 3.*

25. Homo præeſt cæteris animantibus: Aquila eſt Rex avium, leo ferarum, bos jumentorum. *Sup. Ezech. cap. 1. fol. 10. col. 3. tom. 5.*

S. JOANNES CHRYSOST.

26. Beſtiæ naturâ feroces ſunt, & præter naturam manſuetæ: è contrà tu homo præter naturam ferox, naturâ autem mitis. *Prof.*

27. O homo, qui beſtiis id quod naturâ eis ineſt auferre, & quod eorum naturæ adverſum inſerere potes: id quod natura tibi præſtitit, conſervare non potes. *Homil. 9. ſup. Geneſ. prope medium, col. 56. C. tom. 1.*

28. Beneficiorum Dei, animalia etiam partem habent, quæ homini conceſſa ſunt. *Ibid. Homil. 28. longè poſt init. col. 222. C.*

29. Beſtiæ præter naturam eſt, eſſe manſuetum: homini verò præter naturam eſt feritas. *Hom. 3. de David & Saule, ante med. col. 626. A. tom. 1.*

30 Nullum eſt animal, licèt infirmum, quod non pro filiis ſuis defendendis robur aſſumat: neque ita manſuetum, quod abreptis catulis non irritetur, & adverſus rapientem quantâ poteſt virtute ſæviat. *Hom. de natvit. ſeptem Machabaeorum, circa med. col. 852. A. tom. 1.*

3 . Natura viperarum talis eſt: ut cùm momorderit hominem, ſtatim currat ad aquam: ſi autem aquam non invenerit, moritur. *Hom. 3. oper. imperf. ſuper Mat. ante med. col. 759. A. tom. 2.*

32. Præ omnibus animalibus, columba cultrix eſt charitatis. *Ibidem, Homil. 4. ſub finem, colum. 771. lit. C.*

33. Equus homine eſt bellicoſior, aper robuſtior, lepus velocior pavo formoſior, cygnus magis canorus, elephas major, aquila viſu acutior, omnes denique volucres ditiores. *Proſec.*

34. Sed illas omnes homo ſuperat ratione, quando autem ratione non utitur ut oportet, illis pejor eſt. *Serm. 7. ſup. Ep. ad Philipp. in fine Moralis, col. 1174. A. tom 4.*

LACT. FIRM.

35. Fragile eſt omne animal, quod afficitur, & commovetur. *Libr. 2. de Origine erroris, cap. 18. poſt init. pag. 90.*

36. Omne animal, doloris eſt fugiens. *Lib 3. de falſa Sapientia, cap. 8. ante med. pag. 103.*

S. PETR DAM.

37. Serpens fugit hominem nudum, aggreditur eum morſibus, quem cernit indutum. *Lib. 1. Epiſt. 15. ad Alexandrum papam, ante med. pag. 12. colum. 2. A. tom. 1.*

38 Beſtia quælibet ad hoc ſolummodò coit, ut gignat: homo ſolus ad hoc gignit, ut coëat. *Ibidem, poſt med. pag. 14. col. 1.*

39. Caſtor dùm nativo perpendit ingenio, ſe non ob aliud inſectari, niſi pro teſticulis, ut medicinali ferventur induſtriæ præcidendis, ad ſtipitis truncum repentè procurrit; ſeſeque violenter impingens teſticulos projicit; mox itaque longiùs provolans versùs ad venatorem, in duobus ſe pedibus erigit, nec ſe jàm habere, pro quo quæratur, oſtendit. *Ibidem, in fine, pag. 16. col. 1. D.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES.

40. Animal vigilans ſemper laborat. *7. Ethic. Et habet. apud Bedam. tom. 2.*

41. Animalia augentur magis dormiendo, quàm vigilando. *Lib. de ſomno & vigilia. Et habet. apud Bedam, tom. 2.*

43. Natura facit omnia animalia propter finem. *1. Politic. Et hab. apud Bedam tom. 2.*

44. Nullum animal in partu patitur tàm vehementiſſimos dolores, ſicut mulier. *2. Phyſ. & 4. Metaphyſ. Et hab. apud Bedam, tom. 1.*

CICERO.

45. Simulatque natum eſt animal, ipſum ſibi conciliari & commendari incipit ad ſe conſervandum. *Libr. 3. de finibus, ante med. colum. 107. litt. C. num. 16. tom. 4.*

46 Omne animal ſeipſum diligit: & ſimul ac ortum eſt, id agit ut ſe conſervet. *Ibidem, lib. 4. ante med. col. 146. C. num. 24.*

SENECA.

47. Pudeat cum animalibus permutaſſe mores. *Lib. 2. de Ira, cap. 31. poſt med. pag. 428. tom. 1.*

48. Nullum animal moroſius eſt, nullum majore arte tractandum, quàm homo. *Lib. 1. de clementia, cap. 17. in princ. pag. 477. tom. 1.*

49. Pudeat hominem ab exiguis animalibus non trahere mores. *Ibidem, cap. 19. ante med. pag. 478.*

50. Officia etiam feræ ſentiunt, nec ullum tàm immanſuetum animal eſt, quod non cura mitiget, & in amorem ſui vertat. *Lib. 1. de benefic. cap. 3. in princ. pag. 380. tom. 2.*

51. Nullum animal ad vitam prodit, ſine metu mortis. *Ep. 121. poſt med. pag. 879. tom. 2.*

52. Mutum animal ſenſu comprehendit præſentia, præteritorum reminiſcitur, cùm id incidit quo ſenſus admonetur. *Ep. 124. poſt med. pag. 889. tom. 2.*

Antichriſtus.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, ET COMPARATIO.

ETYMOLOGIA.

S. AUGUST.

LATINE Antichriſtus, contrarius eſt Chriſto: non quomodo nonnulli intelligunt, Antichriſtum ideò dictum quòd ante Chriſtum venturus ſit, ideſt, poſt eum venturus ſit Chriſtus: non ſic dicitur, non ſic ſcribitur, ſed Antichriſtus, ideſt, contrarius Chriſto. *Tract. 3. ſup. Epiſt. Joann. de cap. 2. poſt init. 405. A. tom. 9.*

Antichriſtus vocatur, quia Chriſto in cunctis contrarius erit, & Chriſto contraria faciet. *Prof.*

Chriſtus venit humilis, ille veniet ſuperbus: Chriſtus venit humiles erigere, peccatores juſtificare; ille contrà humiles dejiciet, peccatores magnificabit, impios exaltabit.

Semperque vitia, quæ ſunt contraria virtutibus docebit, legem evangelicam diſſipabit, dæmonum culturam in mundum revocabit, gloriam vanam quærens, omnipotentem Deum ſe nominabit. *De Antichriſto, in princ. pag. 816. D. tom. 9.*

DEFINITIO.

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

Quis is eſt Antichriſtus? an Sathanas? nequaquam: ſed homo quiſpiam omnem Sathanæ energiam adeptus. *Hom. 3. ſup. Ep. 2. ad Theſſal. circa med. col. 1410. C. to. 4.*

COMPARATIO.

S. JOANNES CHRYSOST. Sicut tempeſtas ſuſcitat nubila, nubila autem cooperiunt ſolem: ſic impiorum perſecutio ſuſcitabit tranſgreſſionem, tranſgreſſio autem chriſtianitatis obſcurabit candorem. *Hom. 49. oper. imperf. ſup. Matth. poſt med. ſup. illud 24. Sol obſcurabitur, colum.* 1100. *lit. D. tom.* 2.

SENTENTIÆ PATRUM.

ALANUS DE RUPE. 1. Omnium ſcelerum immanitas in uno Antichriſto ita conveniet, ut par illi extiterit nil uſquàm. *Prof.*

2. Cainum longè ſuperabit invidiâ, Nemroth ſuperbiâ, truculentiâ Pharaonem, Adonibeſech crudelitate.

3. Vincet exquiſitâ malitiâ Nabochodonoſorem, Hieroboam & Manaſſem impietate, tyrannide Antiochum, Nicanorem blaſphemiâ.

4. Herode erit fraudulentior, iratior Daciano, Decio crudelior, Judæis ſævior, omni denique immanitate flagitiorum erit immanior. *Part. 4. Serm. 1. cap. 25. Quinquagena 1. poſt init. pag.* 315.

S. AMBROSIUS. 5. Non priùs veniet Dominus, quàm Regni Romani defectio fiat, & appareat Antichriſtus, qui interficiet ſanctos reddita Romanis libertate, ſub ſuo tamen nomine. *Sup. 2. ad Theſſal. cap. 2. circa init. col.* 2046. *C. tom.* 5.

6. Antichriſtus populum chriſtianum à creatore ſuo captivare conabitur, ipſe à præſenti vita captivabitur, & in infernum detrudetur. *Sup. Apoc. cap. 13. poſt med. col.* 1093. *A. tom.* 5.

S. ANSELMUS. 7. Antichriſtus ſimulabit ſe Religioſum, ut ſub ſpecie decipiat pietatis; immò ſe Deum eſſe dicet, & ſe adorare faciet, atque regna cœlorum promittet. *Prof.*

8. Alios donis temporalium divitiarum corrumpet, alios autem cruciatibus, minis, atque terroribus franget, & in omni arte ſeductionis fraudes ſuas exercebit. *Sup. 2. ad Theſſal. cap. 2. poſt med. fol.* 186. *colum.* 2.

9. Illa Antichriſti perſecutio cunctis præteritis major apparebit, quando pius martyr corpus ſuum tormentis ſubjiciet, & tamen antè ejus oculos miracula tortor faciet. *Prof.*

10. Quis enim ad fidem convertatur incredulus, cujus jàm credentis non paveat & concutiatur fides, quando perſecutor pietatis, fiet etiam operator virtutis?

11. Et diabolus ipſe, qui tormentis ſæviet, ut Chriſtus negetur, miraculis provocabit, ut Antichriſto credatur.

12. Sed potens eſt Spiritus Dei corda ſuorum, etiam inter tàm gravia teſtamenta cuſtodire: nam ſignis & prodigiis ſeducentur, qui ſeduci merebuntur. *Ibidem, ut ante.*

S. ANTONIN. 13. Hypocritarum caput Antichriſtus deſignatur, quia peſſimus hominum ille per maximè cum hypocriſi decipiet. *Titulo 4. cap. 7. §. 4. ante med. fol.* 175. *col. 3. part.* 2.

S. AUGUSTINUS. 14. Qui modò tenet, teneat donec de medio fiat, & tunc revelabitur ille iniquus, &c. Docet nos Antichriſtum manifeſtum futurum, ſed quantum temporis iſtud erit, nec ſaltem obſcurè locutus eſt. *Epiſt. 80. ad Heſychium, longè poſt init. pag.* 228. *D. tom.* 2.

15. Illam ſanè noviſſimam perſecutionem, quæ ab Antichriſto futura eſt, præſentia ſua ipſe extinguet JESUS, & eum interficiet. *Lib. 18. de Civ. Dei, cap. 53. in princ. pag.* 376. *D. tom.* 5.

16. Alligatio diaboli, eſt non permitti exercere totam tentationem, quam poteſt vel vi, vel dolo, ad ſeducendos homines in partem ſuam, cogendo violenter, fraudulenterve fallendo. *Prof.*

17. Tunc autem ſolvetur quando & breve tempus erit: nam tribus annis & ſex menſibus legitur totis ſuis, ſuorumque viribus ſæviturus. *Ibidem, libr. 20. cap. 8. poſt init. pagin.* 409. *lit. B.*

S. AUGUSTIN. 18. Non poterunt impii attrahere in partes Antichriſti Sanctos Chriſti, quos Chriſtus viventes inveniet ſuper terram, quando interficiet Antichriſtum ſpiritu oris ſui. *Ibidem, cap. 12. ante med pag.* 414. *C.*

19. Hæc perſecutio noviſſima, quæ futura eſt ab Antichriſto, tribus annis & ſex menſibus erit. *Ibidem, cap. 13. in princ. pag.* 414 *C.*

20. Tantùm qui modò imperat, imperet, donec de medio fiat, ideſt, de medio tollatur: & tunc revelabitur iniquus, quem ſignificari Antichriſtum nullus ambigit. *Ib. cap 9. in med. pag.* 420. *C.*

21. Non veniet ad vivos & mortuos judicandos Chriſtus, niſi priùs venerit ad ſeducendos in anima mortuos adverſarius ejus Antichriſtus. *Ibidem, cap. 19. &c. ut ante.*

22. Tunc ſolvetur Sathanas, & per illum Antichriſtus in omni ſua virtute mirabiliter quidem, ſed mendaciter operabitur: quoniam mortales ſenſus per phantaſmata decepturus eſt, & Deus diabolum facere iſta permittet juſto ipſius judicio, quamvis faciat ille iniquo, malignoque conſilio. *Ibidem.*

23. Antichriſti adversùs Eccleſiam ſæviſſimum regnum, ſed exiguo ſpatio temporis ſuſtinendum, donec Dei ultimo judicio regnum Sancti accipiant ſempiternum. *Ibid. cap. 23. in med pag* 425. *B.*

24. Helias ante adventum judicis ſalvatoris, non immeritò ſperatur eſſe venturus; qui etiam nunc vivere non immeritò creditur. *Ibid. cap. 29. circa init. pag* 431. *A. tom.* 5.

25. In illo judicio, vel circa illud judicium has res didicimus eſſe futuras. Heliam Theſbiten Antichriſtum perſecuturum, Chriſtum judicaturum. *Ibid. cap. 30. prope finem, pag.* 433. *B.*

26. Antichriſtus uſque adeò beatus videbitur hominibus, ut etiam Deus putetur. *Sup. Pſ. 9. poſt med. verſ.* 25. *pag.* 43. *A. tom.* 8.

27. Prima perſecutio Eccleſiæ, violenta fuit; altera perſecutio, fraudulenta eſt, quæ nunc per hæreticos & falſos fratres agitur: tertia ſupereſt per Antichriſtum ventura. *Prof.*

28. Quia nihil periculoſius eſt, quoniam & violenta & fraudulenta erit: vim habebit in imperio, dolum in miraculis. *Ibidem, poſt med. verſ. 31. pag.* 44. *lit. C.*

29. In Antichriſto injuſtitia erit, & verax non erit: quia gloriam ſuam quæſiturus eſt, non ejus à quo miſſus erit; non enim miſſus erit, ſed venire permiſſus. *Tract. 29. ſup. Evang. Joann. de cap. 7. in fin. pag.* 167. *B. tom.* 9.

30. Qui chriſtianus non eſt, Antichriſtus eſt, qui Chriſto eſt contrarius. *In ſpeculo peccatoris, cap. 8. poſt med. pag.* 694. *C. tom.* 9.

31. Antichriſtus diaboli filius, totius malitiæ artifex peſſimus, cùm totum mundum vexaverit, & omnem populum Dei variis pœnis cruciaverit, poſtquàm Heliam & Enoch interfecerit, & cæteros in fide permanentes martyrio coronaverit, ad ultimum veniet ira Dei ſuper illum, quem Dominus JESUS-CHRISTUS interficiet ſpiritu oris ſui. *De Antichriſto, in fine, pag* 818. *D. tom.* 9.

S. BERNARD. 32. Antichriſtus ſe non ſolùm diem, ſed & meridiem mentietur & extolletur ſupra id quod dicitur, aut quod colitur Deus, quem Dominus JESUS deſtruet illuſtratione adventus ſui, ut potè verus & æternus meridies. *Serm. 33 ſup. Cant. in fine, fol. 163. col. 3. lit. I.*

33. Qui Dei ſunt, libenter junguntur ei: qui autem ex adverſo ſtat, aut Antichriſti eſt, aut Antichriſtus. *Epiſt. 124. ad Hildebertum Turonenſ. Archiepiſc. in princ. fol. 236. col. 3. I.*

S. BONAVENT. 34. Antichriſtus erit luxurioſiſſimus, immundiſſi-

mus & ſuperbiſſimns, itaut extollatur ſuper omne quod dicitur Deus. *Serm. 15. in princ. pag. 46. colum. 2. lit. E. tom. 1.*

S. BONAVENT. 35. Vox volucris nocte canentis, eſt prædicatio Antichriſti prædicantis in nocte obſcuritatis & infidelitatis. *Sup. Eccleſiaſten, cap. 12. circa med. pag. 339. col. 1. B. tom. 1. ſup. illud, Conſurget ad vocem volucris.*

S. BONAVENT.

36. Quatuor ſigna adventus Antichriſti.
1. Quando ſenes erunt fatui, & ſine prudentia.
2. Quando Chriſtiani erunt ſine fide.
3. Quando populus erit ſine dilectione.
4. Quando divites erunt ſine miſericordia. *Serm. 1. Dom. 24. poſt Pent. in princip. pag. 211. col. 1. tom. 3.*

37. Quatuor alia ſigna Antichriſti adventus.
1. Quando juvenes erunt ſine reverentia.
2. Quando pauperes erunt ſine humilitate.
3. Quando mulieres erunt ſine verecundia.
4. Quando matrimonium erit ſine continentia. *Ibidem, ante med. pag. 211. col. 2.*

38. Quatuor alia ſigna Antichriſti adventus.
1. Quando clerici erunt ſine honeſtate, & ſanctitate.
2. Quando erunt Religioſi ſine veritate, & auſteritate.
3. Prælati ſine ſolicitudine regiminis, & pietate.
4. Domini terrarum ſine miſericordia, & liberalitate. *Ibid. poſt med. pag. 212. col. 2.*

39. Antichriſtus habebit Angelum, non ad promotionem ſuam, ſed ad accuſationem. *Lib. 2. Compend. Theolog. verit. cap. 18. in princ. pag. 710. col. 1. D. tom. 7. part. 4.*

40. Antichriſtus erit luxurioſus, & in concupiſcentiis fœminarum. *Ibidem, lib. 7. cap. 8. pag. 789. col. 2. C.*

41. Sicut Antichriſtus erit crudelior omnibus perſecutoribus; ita Sancti tunc temporis fortiores erunt omnibus retrò Martyribus. *Ibid. cap. 9. in fin. pag. 790. col. 1. D.*

42. Antichiſtus multos ad ſe trahet; attrahet autem malos per munera, bonos per tormenta, ſimplices per miracula. *Ibidem, cap. 10. in princ. pag. 790. col. 1. E.*

S. EPHRÆM. 43. Antichriſtus erit Apoſtata, naſcetur ex ſpurciſſima & ſalaciſſima muliere, atque veniet ſceleſtiſſimus ille ut fur. *Tom. 1. de Antichriſto poſt med. pag. 212. lit. B.*

44. Ut cunctos decipere poſſit, ſalſus & irreligioſiſſimus impoſtor Antichriſtus, ſe humilem ſimulabit, atque quietum, injuſtitiæ oſorem, averſorem idolorum, magnum pietatis æſtimatorem, benignum, pauperum amatorem. *Ibid.*

FRANCISCUS TITELM. 45. Antichriſtus alliciet attrahetque ad ſe plurimos, partim quidem rerum temporalium abundantia, partim apparenti ſapientia, partim ſignorum falſorum evidentia. *Profec.*

46. Attractos verò capiet, & morte æterna interficiet. *Sup. Pſ. 9. poſt med verſ. 32. Dùm attrahit eum, pag. 85. ſect. 1.*

GLOSS. ORD. 47. Fortis factus fuit conflictus tempore Martyrum, ſed fortior erit tempore Antichriſti. *Sup. Joſue, cap. 6. in fin. col. 44. F. tom. 2.*

GLOSS. INT. 48. Antichriſtus in ſublimi erit, cùm ſe Deum mentietur: ſed tunc ſtultus apparebit, quia per adventum veri judicis deficiet. *Sup. Prov. cap. 30. col. 1738. D. tom. 3.*

GLOS. ORD. 49. Sicut in Chriſto omnis plenitudo bonitatis habitavit, ita in Antichriſto plenitudo malitiæ & omnis iniquitas habitabit. *Profec.*

50. Quia in ipſo erit caput omnium malorum, ſcilicet diabolus, qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. *Sup. 2. ad Theſſal. cap. 2. in illud, Tanquam ſit Deus. col. 672. F. tom. 6* GLOSSA ORD.

51. Poſt mortem Antichriſti, pax erit in Eccleſia, *Sup. Apocalypſ. cap. 8 in princ. col. 1533. A. tom. 6.* GLOSS. INT.

52. Antichriſtus non Angelorum bello, non Sanctorum certamine, ſed per adventum judicis ſolo oris ſpiritu æterna morte ferietur. *Sup. Daniel. cap. 8. col. 1599. G. tom. 4.* GLOSS. ORD.

53. Antichriſtus, qui per meritum nox erit, diem ſe in mundi fine ſimulabit, cùm ſe quaſi Deum hominibus oſtentabit, cùm claritatem ſibi divinitatis fallaciter tribuet. *Lib. 4. Moral. cap 12. prope fin. col. 101. D. tom. 1.* S. GREGOR. MAGNUS.

54. Damnatus ille homo Antichriſtus, quem in fine mundi apoſtata angelus aſſumet ad prædicandum falſitatem ſuam, aſtutos ac duplices, atque hujus mundi ſcientiam habentes electurus eſt. *Lib. 13. Moral. cap. 5. circa med. col. 435. B.*

55. Diabolus in ultimis temporibus illud vas perditionis ingreſſus (quod Antichriſtus vocabitur) nomen ſuum longè latèque diffundere conabitur. *Lib. 14. Moral. cap. 11. prope init. num. 11. col. 460. C. tom. 1.*

56. Antichriſtum nunc unuſquiſque imitatur, cùm de memoria terreni nominis gloriam laudis ſuæ extendere nititur, atque opinione tranſitoria lætatur. *Ibidem.*

57. Antichriſtus tanta contra nos iniquitate effrænabitur, ut etiam electorum corda non parvo pavore feriantur. *Ibid. cap. 12. prope med. col. 461. B.*

58. Antichriſtus tanta ſigna monſtraturus eſt, & crudelia ac dura facturus, ut ad ſtuporem perducat, quos in fine mundi invenerit, & priores patres, qui in ejus expugnationem ſervati ſunt, carnalis mortis dolore transfigat. *Ibidem, cap. 12. poſt med. col. 461. D.*

59. Antichriſtus tanta elatione extolletur, tanta virtute principabitur, tantis ſignis & prodigiis in ſanctitatis oſtenſione elevabitur, ut argui ab homine ejus facta non valeant, quia cum poteſtate terroris adjunget etiam ſigna oſtenſæ ſanctitatis. *Lib. 15. Moral. cap. 36. in princ. num. 28.*

60. Diabolus ab initio mundi multò plures ante ſe traxit, quàm finis mundi habeat, cùm Antichriſtus venerit. *Ibidem, cap. 39. in princ.*

61. Tota virtus diaboli in Antichriſto ſtringitur, qui in fine hujus mundi cauſa omnis erit malitiæ, & quaſi eſſet Deus, immenſitate prodigiorum ſublimis apparebit. *Lib. 32. Moral. cap. 12. in titulo, col. 1107. B. tom. 1.*

62. Quid aliud quàm Antichriſti teſtis eſt, qui perdita authoritate promiſſæ Deo fidei, teſtimonium perhibet errori? *Ibid. cap. 13. in fin. col. 1111. D.*

63. Antichriſtus veniens ipſas etiam ſummas hujus ſeculi poteſtates obtinebit, qui duplici errore ſæviens, conabitur ad ſe corda hominum miſſis prædicatoribus trahere, & commotis poteſtatibus inclinare. *Lib. 33. Moral. cap. 23. ante med, col. 1156. A. tom. 1.*

64. Antichriſtus in extrema judicii commotione, in ſignis & miraculis tantus erit, ut à multis Chriſtus æſtimetur. *Ibidem, cap. 25. in tit. colum. 1161. C. num. 34. tom. 1.*

65. O quanti Antichriſti tentationis tempora non videbunt, & tamen in ejus tentationis procella verſantur! *Prof.*

66. Caïn tempus Antichriſti non vidit, & tamen membrum Antichriſti per meritum fuit.

67. Judas ſævitiam perſecutionis Antichriſti ignoravit, & tamen viribus crudelitatis ejus ſuccubuit avaritia ſuadente.

68. Simon diviſus longè ab Antichriſti temporibus extitit, & tamen ejus ſe ſuperbæ (miraculorum potentiam perversè apperendo) conjunxit doctrinæ. *Lib. 26. Moral. cap. 6. in princ. colum. 968. lit. B. & C. tom. 1.*

S. Hieronym.

69. Antichtiſtus couſurgere habet de populo Judæorum, & tàm humilis erit atque deſpectus, ut ſi ei non detur hooor regius, per inſidias & fraudulentiam obtineat principatum, & brachia pugnantis populi Romani expugnentur ab eo & conteràntur. *In Daniel. cap. 11. ſup. illud, Et ſtabit in loco ejus deſpectus. pag. 601. C. tom. 5.*

70. Antichriſtus ſimulabit caſtitatem, ut plurimos decipiat. *Ibidem, cap. 11. in illud, Et Deum patrum ſuorum, &c. pag. 603. B.*

71. Beatus interfecto Antichriſto dies ſupra numerum præfinitum quadraginta quinque præſtolatur, quibus eſt Dominus atque Salvator in ſua majeſtate venturus. *Prof.*

72. Quare autem poſt interfectionem Antichriſti quadraginta quinque dierum ſilentium ſit, divinæ ſcientiæ eſt: niſi fortè dicamus: dilatio regni Sanctorum, patientiæ comprobatio eſt. *Ibid. cap. 12. ſub fin. ſup. illud, Beatus qui expectat, &c. pag. 606. B.*

S. Hilarius.

73. Quiſquis Chriſtum, qualis ab Apoſtolis eſt prædicatus, negat, Antichriſtus eſt. *In libro contra Arianos propè init. fol. 86. col. 1.*

74. Cavete Antichriſtum; Antichriſtus autem eſt, qui unius divinitatis eſſe Filium cum Patre noo confitetur. *Ibidem, prope fin. fol. 87. col. 1.*

Hugo a S. Victore.

75. Aotichriſtus erit purus homo, quem tamen diabolus ſic poſſidebit, ut omni virtute nequitiæ ſuæ, & omoi iniquitate impleat: ut prorsùs deditus illi & devotus, nihil velit, nihil poſſit, niſi quod diabolus vult & poteſt. *De quæſt. circa Ep. 2. ad Theſſal. quæſt. 8. pag. 327. B. tom. 1.*

Hugo Card.

76. Antichriſtus comparatur lunæ, quæ lucet inferiùs, ſed non ſuperiùs: ita Antichriſtus in terrenis lucebit, ſed non in celeſtibus. *Prof.*

77. Luna de nocte lucet, non de die: ita ipſe peccatoribus lucebit. non juſtis. *Sup. Eccleſiaſticum, cap. 27. fol. 126. col. 1. Myſticè. tom. 3.*

S. Joannes Chrysostom.

78. Falſi Prophetæ poſt Prophetas apparuerunt, & fallaces Apoſtoli poſt Apoſtolos, & poſt Chriſtum Antichriſtus apparebit. *Hom. 47. ſup. Matth. in princ. col. 400. D. tom. 2.*

79. Cùm Antichriſtus venerit. licentiùs omni turpi voluptate iniqui, & qui ſalutem deſperabunt, utentur. *Ibid. Hom. 78. ante med. col. 630. B.*

80. Antichriſtus dicitur abominatio deſolationis, quia multorum Chriſtianorum animas facturus eſt deſolatas à Deo. *Hom. 49. oper. imperf. ſup. Matth. ab init. in illud. 24. Cùm videritis abominationem, &c. colum. 1086. C. tom. 2.*

81. Sacrificium Euchariſtiæ (quod eſt Chriſtianorum) tollendum eſt ab Antichriſto, confugientibus Chriſtianis ante eum per loca deſerta: & non erit, qui aut in Eccleſiam intret, aut oblationes offerat Deo. *Ibid. ut ante lit. D.*

S. Isidorus Hispalens.

82. Antichriſtus templum Hieroſolymis reparare, & omnes veteris legis ceremonias reſtaurare tentabit. *Lib. 8. Etymol. cap. 11. ante med. pag. 110. col. 2.*

83. Antequam Antichriſtus appareat, virtutes ab Eccleſia & ſigna ceſſabuot, quatenus eam quaſi abjectiorem perſequatur audaciùs. *Lib. 1. de ſum. bono, cap. 24. ſent. 4. pag. 633. col. 2.*

84. Omnis qui ſecundum Chriſtianæ profeſſionis normam, aut non vivit, aut aliter docet, Antichriſtus eſt. *Profec.*

85. Plerique autem Antichriſti tempora non viſuri ſunt, & tameo in membris Antichriſti inveniendi ſunt.

86. Antequàm veniat Antichriſtus, multa ei membra præceſſerunt, & pravæ actionis merito caput proprium prævenerunt. *Ibidem, cap. 25. ſent. 5. pagin. 633. col. 2.*

87. Tam mira facturus eſt prodigia & ſigna, dùm venerit, Antichriſtus, ut etiam electis quoddam cordis gignatur ſcrupulum. *Ibid. cap. 25. ſent. 5. pag. 634. col. 1.*

88. Graviùs ſub Antichriſti temporibus contra Eccleſiam deſæviet ſynagoga, quàm in ipſo adventu Salvatoris Chriſtianos eſt perſecuta. *Prof.*

S. Isidorus Hispalens.

89. Dùm in Martyres diabolus jàm exercuerit crudelitatem magnam etiam ligatus, crudelior erit tamen Antichriſti temporibus, quando etiam erit ſolvendus.

90. Nam ſi tanta ligatus facere potuit, quanta ſolutus faciet? *Ibidem, cap. 25. ſent. 6. pag. 634. col. 1.*

91. Rex orietur ex Syria malo ſpiritu genitus, everſor ac proditor generis humani. *Profec.*

92. Hic pugnabit adversùs prophetam Dei, & vincet & interficiet eum, & inſepultum jacere patietur: ſed poſt diem tertium reviviſcet, atque inſpectantibus & mirantibus cunctis rapietur in cœlum. *Lib. 7. de divino præmio cap. 17. non longè ab initio, pag. 317.*

Lact. Firm.

93. Antichriſtus ſe ipſe Chriſtum mentietur & contra verum dimicabit, & victus effugiet, & bellum ſæpè renovabit, & ſæpè vincetur: donec quarto prælio confectis omnibus impiis debellatus & raptus, tandem ſcelerum ſuorum luet pœnas. *Ibid. cap. 19. circa medium, pag. 320.*

Origen.

94. Sicut Chriſtus eſt electa ſagitta Dei, ſic & Antichriſtus ſagitta diaboli. *Hom. 3. ſup. Pſ. 36. poſt init. pag. 281. col. 2. E. tom. 1.*

S. Petrus Damianus.

95. Qui aliena appetit, Chriſtianus non eſt, ſed Antichriſtus. *Lib. 6. Ep. 32. ad ſuos Eremitas, ante med. pag. 104. col. 1. B. tom. 1.*

96. Ex ſcripturis colligitur Aotichriſtum tribus annis & dimidio regnaturum: tempus enim, annus eſt; tempora, duo anni ſunt: tribus igitur annis regnaturus. *Profec.*

97. Deindè divini furoris gladio eſt perimendus, ut & tyrannus omninò diſpereat, & vero Regi creatura ſe univerſa proſternat. *Tom. 3. Opuſc. 59. cap. 2. ſub fin. pag. 773. col. 1. E.*

Robertus Bellarmin.

98. Antichriſtus conſilium ſecretum habebit cum diabolo, quem occultè colet, & aſtuto conſilio finget ſe Chriſtum eſſe, ut Chriſtianos decipiat: & ſimul circumciſionem & ſabbata probabit, ut ſeducat Hebræos. *Sup. Pſ. 82. verſ. 4. pag. 518. col. 1.*

Rupertus.

99. Antichriſtus ut homo, eſt ſeptima: ut diabolus, eſt octava beſtia: etenim ille filius perditionis, ſimul & homo & diabolus eſt. *Lib. 10. in Apocal. cap. 17. ſup illud, Et beſtia quæ erat, &c. pag. 159.*

S. Thomas Aquinas.

100. Antichriſti adventus erit ſecundùm operationem Sathanæ. *In Summa, part. 1. quæſt. 113. art. 4. argum. 3. pag. 206. col. 1.*

101. Antichriſtus omnium malorum hominum caput eſt. *Secund. Secund. quæſt. 8. art. 8. in princ. corporis, pag. 23. col. 1.*

Apoſtaſia.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO, COMPARATIO.

Etymologia.

Collector.

APOSTASIA græcum eſt ἀποστασία, hoc eſt diſceſſio, ſeu defectio.

Hugo Card.

Apoſtaſia dicitur ab ἀπὸ, quod eſt retrò, & θέσις quod eſt poſitio, quaſi retrò poſitus Apoſtata. *Sup. Proverb. cap. 6. fol. 13. col. 2. tom. 3.*

Definitio.

S. Ambrosius.

Apoſtatæ habeantur neceſſe eſt, qui dùm Chriſtum oon recipiunt, rei ſunt violatæ legis ac promiſſi. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 9. in illud, Si fuerit numerus filiorum Iſraël, col. 1854. A. tom. 4.*

S. Bernard.

Homo apoſtata eſt, qui relicto Religionis habitu, ad ſpurcitias carnis & ſeculi, tanquàm canis ad vomitum, eſt reverſus. *Epiſt. 240. ad Hildephonſ. comitem, paulò poſt medium, fol. 258. columna 4. littera L.*

Digitized by Google

S. BONAVENT. Apoſtaſia eſt temerarius à ſtatu fidei, vel obedientiæ, vel Religionis receſſus. *In Centiloq. part. 1. ſect. 26. ante med. pag. 66. colum. 2. lit. B. tom. 6.*

GLOSS. DECR. Apoſtatæ dicuntur retrò abeuntes à fide, Religione, vel clericatu. *Apud Gratian. in decretis fol. 61. col. 2. edit. Lugdun.* 1540.

GLOS. ORD. Apoſtata in fide eſt, qui viam Chriſti & Apoſtolorum deſerit. *Sup. 2. Paralip. cap. 21. in fin. Moral. col.* 1208. *F. tom. 2.*

Apoſtata in Religione eſt, qui regulam deſerit à Patribus obſervatam. *Ibidem.*

Quid eſt apoſtatare, niſi à Deo recedere? & utique qui à Deo disjungitur, diabolo ſociatur. *Sup. Sap. cap. 2. col.* 1893. *C. tom. 3.*

HUGO CARD. Apoſtaſia eſt averſio à Deo, & voluntas non ſubeſſendi. *Sup. Eccleſiaſtic. cap. 10. fol.* 190. *col. 1. & 2. tom. 3.*

DIVISIO.

S. BONAVENT.

Triplex eſt Apoſtaſia.
- Perfidiæ, cùm quis recedit à fide.
- Inobedientiæ, cùm quis recedit à præceptis Eccleſiæ.
- Irregularitatis, cùm quis recedit à Religione clauſtrali, vel clericali. *In Centiloq. part. 1. ſect.* 26. *ante med. pag.* 66. *col. 2. B. tom.* 6.

COMPARATIO.

S. GREGOR. MAGN. Sicut qui à fide recedit, apoſtata eſt: ita qui ad perverſum opus (quod deſeruit) redit, ab omnipotenti Deo apoſtata abſque ulla dubietate deputabitur, etiamſi fidem tenere videatur. *Hom. 9. ſup. Ezech. longè ante med. col.* 141. *A. tom. 2.*

S. THOMAS AQUINAS. Apoſtatæ ſunt ſimiles uxoris Loth, quæ retrò reſpexit, & hoc eſt apoſtatare. *Tom. 2. Opuſc. de perfect. vitæ ſpiritualis, cap. 25. in princ. fol. 57. pag. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANACLET. PAP. 1. Apoſtatæ transgreſſores ſunt ſpontè legis ſuæ, ejuſque violatores. *In decret. Gratiani part. 2. cauſa 3. quæſt. 4. canon. Beatus, fol.* 165. *col. 2.*

2. Omnis Apoſtata refutandus eſt ante reverſionem ſuam, nec in accuſationem rectè agentium, aut in teſtimonium ſuſcipiendus. *Ibid.*

S. AUGUSTIN. 3. Nemo poſitus in monaſterio, fratres, recedat de monaſterio: mementote uxoris Loth. liberata fuit à Sodomis, & in via poſita retrorſum reſpexit: ubi reſpexit, ibi remanſit. *Sup. Pſ. 75. ante fin verſ. penult. Vovete & reddite, pag.* 576. *C. tom.* 8.

4. Judas pœnitens ivit ad Phariſæos, reliquit Apoſtolos, nihil invenit auxilii, ſed augmentum deſperationis, quia ab unitate diviſus erat. *De vera & falſa pœnit. cap. 12. circa init. pag.* 745. *B. tom.* 4.

5. Levis reputaris per tuam apoſtaſiam, cum Juda incurris mentis inſtabilitatem: poſtponis Deum, amittis amicos, ſpiritum & ſpem recuperandi perdis, odio à cunctis haberis, & velut omnibus pejor apoſtata comprobaris. *Serm. 18. ad fratr. in Erem poſt med. pag.* 922. *C. tom.* 10.

6. Apoſtatare nequam eſt, mortale eſt, cum damnatione ſemper vivere eſt. *Ibidem, ſerm. 34. poſt init. pag.* 960 *lit. C.*

7. Pejor eſt deſertor fidei, & ex deſertore oppugnator ejus effectus, quam ille qui nunquàm deſeruit fidem, quam nunquàm tenuit. *Lib. 21. de Civ. Dei, cap. 25. poſt med. pag.* 454. *D. tom.* 5.

8. Si à fide quis ceciderit, à charitate etiam neceſſe eſt cadat: non enim poteſt diligere, quod eſſe non credit. *Lib. 1. de Doctr. Chriſt. cap. 37. poſt med. pag.* 13. *B. tom.* 3.

S. BERNARD. 9. Hoſtilibus manibus, hoſtilibus gladiis ſe exponit quicunque eſt ille, qui fugit à militia Dei. *Prof.*

10. Ac ſi ignoret quoniam hoſtes illi omninò carent miſericordia: crudeles quidem in alienos, multò crudeliores in ſuos, quippè crudeliſſimi in ſeipſos. *Serm. 3. de Dedicat. Eccleſ. in fine fol. 76. colum. 1. lit. C.*

S. BERNARD. 11. Qui in habitu Religionis cor ſeculare gerunt, & quidquid ſecularis conſolationis invenire poſſunt amplectuntur, ſi pudor eorum neget apoſtaſiam corporis, tepor ipſe paulatim ingerit apoſtaſiam cordis. *Ser. 3. ſup. Pſ. Qui habitat in fin. fol. 79. col. 2. F.*

12. Qui à ſocietate recedit, amittit conventuum ſolatia, aberrans facilè ſequitur devia, incurrit ſæpiùs vitæ naufragia. *In Sent. cap. Qui à ſocietate fol.* 131. *col. 3. G.*

13. Erubeſce fugam, & non poſt fugam reverti in prælium, & rursùs pugnare. *Ep. 112. ad Gaufredum Lexovienſem, in fin. fol.* 234. *col. 2. lit. F.*

14. Apoſtata Monachus, ſine regula eſt, nec ordinem tenet, nec tenetur ab ordine. *Ep. 193. ad Magiſtr. Yvonem Cardinalem, in princ fol.* 250. *col. 4. L.*

15. Apoſtaſia ſpiritum extinguit, gratiam intercludit, teporem affert, & Deo ſolet vomitum provocare. *Ep. 108. ad Thomam de S. Audomaro. ante med. fol.* 233. *col. 4. lit. M.*

S. BONAVENT. 16. Homo apoſtata vir inutilis dicitur, qui à fidei veritate averſus, ad perfidiæ falſitatem convertitur. *Prof.*

17. Perversè graditur, cùm ad perverſa dogmata pervenitur. *Expoſ. 2. ſup. Pſ. 118. art. 2. verſicul.* 11. *pag.* 186. *col. 1. B. tom. 1.*

18. Toties prælatus in apoſtaſiæ crimen labitur, quoties præeſſe hominibus delectatur. *In Sap. cap. 6. circa init. pag.* 361. *col. 1. A. tom. 1.*

S. CÆSARIUS ARELATENSIS. 19. Qui à Deo disjungitur, diabolo ſociatur. *Hom. 23. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag.* 769. *col. 1. A.*

S. CYPRIANUS. 20. Quiſquis ab Eccleſia ſegregatus adulteræ jungitur, à promiſſis Eccleſiæ ſeparatur: nec pertinet ad Chriſti præmia: qui relinquit Eccleſiam Chriſti, alienus eſt, prophanus eſt, hoſtis eſt. *De unit. Eccleſ. ante med. tom. 2.*

21. Stare tu & vivere putas poſſe de Eccleſia recedentem? *Ibidem, ante med. tom. 2.*

22. Nemo æſtimet bonos de Eccleſia poſſe diſcedere: triticum non rapit ventus, nec arborem ſolidâ radice fundatam procella ſubvertit. *Ibidem, ante med.*

23. Quidquid à matrice diſceſſerit, ſeorſum vivere, & ſpirare non poterit, ſubſtantiam ſalutis amittit. *Ibidem, ſub finem.*

S. CYRILLUS ALEX. 24. Qui à Deo deficiunt, fit continuò ut rebus carnalibus irretiantur, & immunditiem pro deliciis habeant. *Lib. 3. Glaphyrorum, in Exod. cap. 4. de vitulo conflato, in med. pag.* 279.

S. EUSEBIUS EMISSENUS. 25. Quid prodeſt quòd diſcedis, qui quocunque loco vadas, te tecum portas? meritò diſcederes, ſi quoquàm te fugere poſſes. *Prof.*

26. Dignè aliquis diſcedit, ſi illùc ire poſſit, ubi eum diabolus invenire non poſſit.

27. Non te fallas, non fugis diſcedendo adverſarium de loco ad locum: ſed de vitio ad virtutem, de paſſione ad emendationem: nam ſi eum aliter fugias, ſequetur te; emenda te, & fugiet à te.

28. Quocunque diſcedis, vincula quibus adſtrictus es paſſionum hinc atque indè circumvallant intima tua. *Homil. 3. ad Monachos, ante med. apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 1. pag.* 580. *colum. 1. edit. Coloniæ* 1618.

GLOSS. DEC. 29. Omnis apoſtata excommunicatus eſt. *Apud Gratian. in decret. part. 1. fol. 26 col. 3. edit. Lugdun.* 1540.

GLOSS. ORD. 30. Nemo extra Eccleſiam ſalvatur; qui foras exit, mortis ſuæ reus fit. *Sup. Joſue, cap. 2. col. 21. C. tom. 2.*

GLOSS. INT. 31. Quicunque retrorſum convertitur à fide & veritate, neceſſe eſt ut cadat & moriatur. *Sup. 1. Reg. cap. 4. in fin. col.* 345. *B. tom. 2.*

GLOSS. ORD. 32. Apoſtata à fide in ſua malitia confirmatus, nititur alios fideles trahere ſecum ad infidelitatem. *Sup. 2. Paralip. cap. 21. col.* 1209. *C. Moral. tom. 2.*

33. Apoſtata à Religione ad excuſationem apparentem ſuæ malitiæ nititur fratres illius Religionis diffamare ac ſcandalizare: & ſic quantùm in ſe eſt, eos occidit per ablationem famæ. *Ibid.*

GLOSS ORIN.

34. Apoſtata de Religione non ſolùm ſuſtinet excommunicationem & aculeum conſcientiæ pungentem, ſed etiam corporalem pœnam, majorem quàm in Religione. *Sup. Judith. cap. 3. in calce Moraliter, sol. 1560. E. tom. 2.*

35. Tanta eſt gravitas hujus peccati Apoſtaſiæ, quod vix poteſt homo ad bonum reparari. *Sup. Prov. cap. 6. ſup. illud, Homo apoſtata, &c. col. 1629. lit. C. tom. 3.*

36. Non eſt major apoſtaſia, quàm creaturam à Creatore recedere, quæ diabolo & homini fuit initium perditionis. *Sup. Eccleſiaſtic. cap. 10. in illud. Initium ſuperbiæ, col. 2023. B. tom. 3.*

37. Apoſtatæ de quolibet ſtatu magis formidandi ſunt illis à quibus receſſerunt, quàm alii adverſarii. *Sup. Hierem. cap. 28. col. 820. lit. F. Moraliter tom. 4.*

38. Illi, qui poſt fidem Chriſti perceptam ad apoſtaſiam redierunt, Religionem chriſtianam blaſphemant, & eccleſiaſtico detrahunt cultui. *Sup. 1. Machab. cap. 7. col. 2390. E. tom. 4.*

39. Cum quis Apoſtatas arguit, & damnabiles oſtendit, in timore debet arguere, ne fortè ſibi, ſuiſque aliquid tale contingat. *Sup. Ep. Judæ, col. 1444. lit. E. tom. 6.*

S. GREGOR. MAGNUS.

40. Conſidera quanto periculo in divino judicio dignus eris, qui temetipſum Deo omnipotenti, cui te ſub monachali habitu devoveras, ſubtraxiſti. *Lib. 1. in Regiſt. indict. 9. cap. 33. ad Venantium Cancellarium Italiæ, poſt med. col. 661. D. tom. 2.*

41. In quo habitu fueris, recole: & ſupernæ diſtrictionis animadverſione propoſita, ad quid ſis dilapſus agnoſce. *Ibidem, antè med. col. 661. C.*

42. Unuſquiſque ſuperbus rector, toties ad culpam Apoſtaſiæ dilabitur, quoties præeſſe hominibus delectatus, honoris ſui ſingularitate lætatur. *Lib. 24. Moral. cap. 14. poſt med. col. 823. A.*

43. Si lapſis ad ſuum Ordinem revertendi licentia concedatur, vigor canonicæ procul dubio frangitur diſciplinæ, dùm pro reverſionis ſpe pravæ actionis deſideria quiſque concipere non formidat. *Lib. 4. in Regiſtro indict. 13. cap. 61. Ep. 17. ad Conſtantium Epiſc. Mediola. in princ. col. 782. B. tom. 2.*

44. Poſtquam quis à vera Religione cecidit, redolere per bonæ famæ opinionem ceſſat. *Lib. 3. in 1. Reg. cap. 2. in fin. col. 1345. C. tom. 2.*

S. HIERON.

45. Omnes qui Religione contempta revertuntur ad vomitum ſuum, & perdito nomine filiorum, impudentiſſimi canes appellantur. *Lib. 9. in Iſayam, cap. 30. ſup. illud Defecerunt principes Taneos, pag. 156. A. tom. 5.*

46. Æger curandus eſt, non necandus, ne in apoſtaſiam vertatur. *Sup. 2. ad Theſſal. cap. 3. in illud, Corripite ut fratrem, pag. 381. C. tom. 9.*

HUGO CARD.

47. Homo apoſtata nulli proficit, & multis officit. *Sup. Prov. cap. 6. fol. 13. col. 2. tom. 3.*

48. Mala voluntas, quam Apoſtata in clauſtro habebat, patefacta eſt quando exivit de eo. *Sup. Threnos cap. 1. fol. 287. col. 3. tom. 4.*

49. Apoſtatæ per apoſtaſiam fiunt infames, & nomen ſi quod priùs habuerant, amittunt. *Ibidem.*

S. JOANNES CHRYSOST.

50. Deus non te deſpicit revertentem, qui aliquando horruit deſertorem. *Prof.*

51. Tuos non aſpernabitur reditus, qui ut redeas ſuos demonſtrat affectus.

52. Cupit Deus ignoſcere, deſiderat miſereri deſertoris: prævenit preces, dùm ipſe hortatur, ut homo qui deſeruerit revertatur.

53. Deſertores Deus deſertus invitat, contemnentes revocat, offenſus ſe reis ingerit, ut ignoſcat, atque deſertor redeat. *Ser. de Hieremi. Propheta, ante med. col. 838. C. tom. 1.*

54. Improbum eſt, & magna culpa, nolle per pœnitentiam regredi. *Homil. 68. ſup. Matth. circa med. col. 563. C. tom. 2.*

55. Non ille de Eccleſia exire videtur, qui corporaliter exit; ſed qui ſpiritualiter veritatis eccleſiaſticæ fundamenta relinquit. *Hom. 46. oper. imperf. ſup. Matth. poſt med. col. 1071. D. tom. 2.*

S. JOANNES CLIMAC.

56. Cùm quis reliquerit cellam, dæmones culpat, latétque ſeipſum miſer, quòd dæmon effectus ſit. *Gradu 27. in med. apud Biblioth. Patrum, tom. 8. part. 2. pag. 287. sol. 2. G. edit. Coloniæ 1618.*

JOAN. GERS.

57. Apoſtatat omnis, qui non credit, qui deſperat, qui ſuum præ omnibus judicium anteponit, qui propriam, non Domini voluntatem implere ſatagit. *Part. 3. Tract. 8. ſup. Magnificat. Notula prima, ante med fol. 438. col. 3.*

PETRUS BLESENS.

58. Si vis exire de clauſtro ut obtineas libertatem, devias & aberras: recedens enim à clauſtro, elongaris à Deo. *Epiſt. 13. ad Monach. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 711. colum. 2. lit. H. edit. Coloniæ 1618.*

59. Apoſtata à ſtabilitate quam promiſerat ſumens Religionis habitum, damnabili levitate reſiliens, de cibo ad vomitum, de cælo ad cœnum, de paradiſo ad infernum, de clauſtro ad ſeculum revolavit. *Ep. 88. ad Abbatem Theoberienſem, in princip. apud Bibliothec. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 772. colum. 2. lit. H.*

SALVIANUS.

60. In ſpectaculis quædam apoſtaſia fidei eſt. *Libr. 6. de Gubernat. Dei, ante med. apud Bibliothec. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 348. col. 1. B. C. edit. Coloniæ 1618.*

S. THOMAS AQUINAS.

61. Quicunque à perfectiori ſtatu tranſit ad ſtatum qui non eſt perfectionis, cenſetur apoſtata. *Tom. 2. Opuſc. de perfect. vitæ ſpirit. cap. 25. in princip. fol. 56. pag. 2.*

THOMAS à KEMPIS.

62. Qui bonam congregationem deſerit, quaſi extra portum ſtabilitatis & ſalutis divertens, marinis procellis ſe exponit. *Serm. 2. ad Novit. Diviſ. 3. pagin. 9. tom. 1.*

S. PETR. DAM.

63. Apoſtatarum geſta, pia compaſſione conſultiùs ſunt deflenda, quam conſcribenda. *Opuſc. 12. cap. 11. in fine, pag. 479. sol. 2. A. tom. 3.*

64. Dignum eſt ut ſicut quis ad Deum veniens, aptus ſit regno Dei: ſic à Deo recedens, non aptus ſit poſtmodùm regno Dei. *Opuſc. 16. cap. 2. poſt init. pag. 545. col. 1. B. tom. 3.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SENECA.

65. Inconſtantes, quæ petierant cupidiſſimè loca, cupidiùs deſerunt: & avium modo tranſvolant, citiúſque quàm venerant, abeunt. *Ep. 104. paulo ante med. pag. 821. tom. 2.*

SIXTUS PHIL.

66. Fratrem volentem à fide recedere, hortare ne faciat: & ſi inſanabilis ſit, magis obſerva. *Sentent. 321. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 66. col. 2. lit. F. edit. Colon. 1618.*

Vide etiam Titulum Retrogredi.

Apoſtolus.

ETYMOLOGIA, COMPARATIO.

ETYMOLOGIA.

S. ISIDORUS HISPALENS.

APOSTOLI ſic dicti, quia Apoſtoli in latina lingua miſſi interpretantur: quia ipſos miſit Chriſtus evangelizare ad illuminationem omnium gentium. *Lib. 2. de Offic. Eccleſiaſtico, cap. 5. ante med. pag. 597. col. 2.*

Apoſtoli miſſi interpretantur, hoc enim eorum nomen indicat: nam ſicut græcè ἄγγελοι, latine nuntii vocantur; ita græcè Apoſtoli, latinè miſſi appellantur. *Lib. 7. Etymol. cap. 9. in princ. pag. 97. col. 2.*

COMPARATIO.

S. JOANNES CHRYSOST.

Stellis majores ſunt Apoſtoli, ſtellæ in cœlo ſunt, Apoſtoli ſuper cœlos: ſtellæ de igne inſenſibili, Apoſtoli de

igne intelligibili: ſtellæ noctu lucent, in die obſcurantur, Apoſtoli in die & in nocte ſuis radiis (hoc eſt virtutibus) effulgent. *Prof.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. Stellæ orto ſole obſcurantur, Apoſtoli ſole juſtitiæ reſplendente, ſua claritate luceſcunt: ſtellæ in Reſurrectione cadent ſicut folia, Apoſtoli in Reſurrectione rapientur in aera nubibus. *Serm. de Pent. in princ. col.* 873. *lit. B. C. tom.* 3.

Sicut nubes bajulant pluviam, & effundunt eam ſuper terram: ſic Apoſtoli (qui nubes dicuntur) accipiunt verba à Deo, & effundunt ſuper rationabilem terram. *Hom.* 20. *oper. imperf. ſup. Matth. colum.* 877. *C. tom.* 2.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUST. 1. Ex imperitiſſimis, ex abjectiſſimis, ex pauciſſimis illuminantur, nobilitantur, multiplicantur præclariſſima ingenia, cultiſſima eloquia, mirabileſque peritias acutorum, facundorum, atque doctorum ſubjugant Chriſto. *Ep.* 3. *ad Voluſian. ante finem, pag.* 9. *A. tom.* 2.

2. Fidei imperator clementiſſimus, per conventus celeberrimos populorum atque gentium, ſedeſque ipſas Apoſtolorum arce authoritatis munivit Eccleſiam. *Prof.*

3. Et per pauciores piè doctos, & verè ſpiritales viros copioſiſſimis apparatibus, etiam invictiſſimæ rationis armavit. *Epiſt.* 56. *ad Dioſcorum, ante fin. pag.* 173. *B. tom.* 2.

4. Apoſtoli nihil à Chriſto diverſum docuerunt *Lib.* 1. *de conſenſu Evang. cap.* 16. *in titulo, pag.* 268. *D. tom.* 4.

5. Cœlorum nomine Apoſtoli Chriſti ſignificati ſunt, quòd in eis Deus præſideret, ut Evangelium annuntiaret. *Ibidem, cap.* 30. *circa med. pag.* 275. *B.*

6. Domine tu mihi lavas pedes? inquit Apoſtolus: tu, mihi? quid eſt tu? quid eſt mihi? cogitanda ſunt potiùs, quàm dicenda: ne fortè quod ex his verbis aliquatenùs dignum concipit anima, non explicet lingua. *Tract.* 56. *ſup. Evang. Joann. in princ. de cap.* 13. *pag.* 269. *A. tom.* 9.

7. Non invidere nos oportet Apoſtolis, ſed Apoſtolos imitari. *Serm.* 5. *de verb. Apoſt. poſt init. pag.* 182. *D. tom.* 10.

8. Tanta ſub Apoſtolis fraternitatis dilectio fuit, ut tunc in conventu ſuo non inveniretur indigentia. *Ib. Ser.* 25. *circa med. pag.* 258.

9. Fidelior factus eſt Petrus poſt quàm fidem ſe perdidiſſe deflevit, atque ideò majorem gratiam reperit, quàm amiſit. *Ser.* 2. *de Cathedra S. Petri, & in ord.* 16. *in princ. pag.* 852. *C. tom.* 10.

10. Dùm inſidiatur Petrus gregibus æquoreis piſcium in mari, ipſe in rete incidit Salvatoris: fit de prædone prædatio, de piſcatore piſcatio, de pyrata captivitas. *Ser.* 4. *SS. Petri & Pauli ab initio, & in ord.* 28. *pag.* 870. *C. tom.* 10.

11. Diſcurrunt per univerſum mundum Petrus & Paulus, duo ſplendidiſſimi negotiatores, portantes coram gentibus pretioſa fidei mercimonia. *Proſec.*

12. Circumferunt enim aromata juſtitiæ, thura divinæ venerationis, incenſum compunctionis, balſamum caſtitatis. *Serm.* 5. *SS. Petri & Pauli, & in ordine* 29. *ante med. pag.* 871. *B. C. tom.* 10.

S. BERNARD. 13. Meritò Apoſtolis ſanctis attribuitur, quod in Sapientiæ libris legitur: Hi ſunt viri miſericordiæ, ſive quia miſericordiam conſecuti, ſive quia miſericordia pleni, ſive quia miſericorditer à Deo nobis donati ſunt. *Ser.* 3. *SS. Petri & Pauli in princ. fol.* 49. *col.* 2. *F.*

14. Si ſanctus Petrus poſt tàm gravem lapſum ad tantam rediit eminentiam ſanctitatis; quis de cætero deſperet, ſi tantùm egredi voluerit à periculis? *Ibidem, circa med. fol.* 49. *col.* 3. *H.*

15. Tria inveniuntur in Petro: fidei unitas, pœnitentiæ veritas, amoris ſoliditas. *In ſent. cap. Tria, fo.* 131. *col.* 2. *F.*

S. BONAVENT. 16. Apoſtoli fortes fuerunt in bello, non molles in ſerico. *Tom.* 2. *ſup. cap.* 7. *Luc. pag.* 86. *col.* 2. *ſup. illud, Quid exiſtis videre hominem mollem?* &c.

17. Fuerunt Apoſtoli ſolidiſſimi ſicut cœli, nulli cedentes penitùs paſſioni. *Serm.* 3. *de Apoſt. ante med. pag.* 297. *col.* 2. *tom.* 3.

S. CLEM. PAP. 18. Apoſtolorum eſt docere, non diſcere. *Lib.* 2. *recognit. ante med. fol.* 43. *pag.* 2.

DIONYSIUS CARTHUSIAN. 19. Apoſtoli magis illuminati Chriſti myſteria clariùs conſpexerunt, multipliciùſque noverunt, quàm vates Moſaicæ legis. *Sup.* 2. *B. Petr. cap.* 1. *art.* 1. *ante fin. fol.* 38. *A.*

GLOSS. INT. 20. Qui aliis præſunt, in terra Apoſtoli, in cœlo Archangeli ſunt. *Sup.* 1. *ad Cor. cap.* 8. *col.* 259. *A. tom.* 6.

GLOSS. ORD. 21. Primus character Apoſtoli, eſt patientia, omnia dextrè ac ſtrenuè ferre. *Sup.* 2. *ad Cor. cap.* 12. *in illud, Signa Apoſtolatus mei, col* 452. *E. tom.* 6.

S. GREGORIUS MAGNUS. 22. Plus nobis Thomæ infidelitas ad fidem, quàm fides credentium diſcipulorum profuit. *Homil.* 26. *ſup. Evang. paulo poſt med. col.* 433. *A. tom.* 2.

23. Sancti Apoſtoli virtutibus emicant, miraculis coruſcant. *Ibid. Hom.* 30. *paulo ante fin. col.* 455. *D.*

24. Petrus priùs ancillæ vocem requiſitus timuit: poſt adventum ſancti Spiritus, vires principum cæſus premit. *Ibid. poſt med. col.* 454. *C.*

25. Apoſtoli, mundi hujus poteſtatibus contraire non præſumpſiſſent, niſi eos ſancti Spiritus fortitudo ſolidaſſet. *Ibid. poſt med. col.* 454. *B.*

26. Sanctus Petrus tantò vires perſequentium patiendo fortiter deſtruxit, quantò inter adverſa nullis tortoribus ceſſit. *Lib.* 28. *Moral. cap.* 6. *longè poſt med. num.* 12. *col.* 951. *A. tom.* 1.

27. Poſt reſurrectionem Thomas electus ille diſcipulus defuit, ut poſtea veniens audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet, palpans crederet. *Proſec.*

28. Non hoc caſu, ſed divina diſpenſatione geſtum eſt; nam dubitando & palpando teſtis factus eſt veræ reſurrectionis. *Hom.* 26. *ſup. Evang. paulo poſt med. col.* 433. *A. tom.* 2.

S. HIERONYM. 29. Apoſtolus, medicus ſpiritualis eſt. *Tom.* 1. *Ep.* 22. *ad Euſtochium longe poſt init. pag.* 137. *A.*

30. Nemo Apoſtolis pauperior fuit, & nemo tantùm pro Domino dereliquit. *Ep.* 35. *ad Exuperantium, ante fin. pag.* 210. *C. tom.* 1.

31. Apoſtolorum fidem Judæ proditio non deſtruxit. *Ep.* 6. *adverſ. Vigilantium, paulo poſt med. pag.* 124. *C. to.* 2.

32. Apoſtoli ſalvis inter ſe amicitiis diſſenſerunt. *Ep.* 22. *ad Ruffin. ſtatim ab initio, pag.* 231. *B. tom.* 2.

33. Piſcatores illiterati mittuntur ad prædicandum, ne fides credentium non virtute Dei, ſed eloquentia atque doctrina fieri putaretur. *Lib.* 1. *ſup. Matth. cap.* 4. *can.* 7. *num.* 19. *ſup. illud, Venite poſt me* &c. *pag.* 17. *C. tom.* 9.

34. Apoſtoli doctores veræ Religionis, qui inſtituebant omnia providentia Dei gubernari, ſeipſos oſtenderunt nihil cogitare de craſtino. *Ibid. cap.* 10. *can.* 2. *num.* 82. *ſup. illud, Nolite poſſidere aurum, pag.* 29. *D.*

35. Quomodò prophetæ habuerunt aliqua quæ Apoſtolos non habuiſſe credendum eſt: ſic è contrario pro opportunitate temporis, & pro Evangelii prædicatione habuerunt. Apoſtoli magis notum myſterium Chriſti. *Libr.* 2 *ſup. Epiſt. ad Epheſ. cap.* 3. *pag.* 216. *D. tom.* 9.

S. HILARIUS. 36. O! in nuncupatione novi nominis felix Eccleſiæ fundamentum, dignaque ædificatione illius petra, quæ infernas leges, & tartari portas, & omnia mortis clauſtra diſſolveret. *Prof.*

37. O beatus cœli janitor! cujus arbitrio claves æterni aditus traduntur, cujus terreſtre judicium præjudicata authoritas ſit in cœlo. *Sup Matth. can.* 16. *circa med. in illud, Tu es Chriſtus fili Dei vivi, fol.* 21. *col.* 1.

HUGO A S. VICTORE. 38. Sancti Apoſtoli candidiores ſunt nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſaphyro pulchriores. *Ser.* 7. *in feſto Apoſt. ante fin. pag.* 320. *F. tom.* 2.

39. Nubes ſunt Apoſtoli pluentes per prædicationem, protegentes per orationem, coruſcantes per virtutem, volantes per contemplationē. *Ib. circa med. f.* 320. *E. t.* 2.

HUGO CARD.

40. Apoſtoli dicuntur cœli,
- Quia ſunt alti.
- Quia ſemper volvuntur, & nun quàm retrocedunt
- Quia licet moveantur, nunquàm tamen laſſantur.
- Quia moventur ordinatè.
- Quia ab eis deſcendit pluvia doctrinæ.

Sup. Pſ. 8 *fol.* 16. *col.* 2 *tom.* 2.

41. Apoſtoli conſcii fuerunt ſecretorum Chriſti. *Sup. Pſ.* 18. *in princ. fol.* 39. *col.* 4. *tom.* 2.

42. Apoſtoli carnem, & mundum, & diabolum vicerunt, capta præda generis humani à diabolo ablati. *Super Iſayam, cap.* 9. *fol.* 25. *col.* 2. *tom.* 4.

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

43. Chriſtus per undecim piſcatores illiteratos & idiotas, omnem ſibi orbem conciliavit. *Hom.* 28. *ſup. Geneſ. poſt med. col.* 226. *D. tom.* 1.

44. Illiterati, Idiotæ & piſcatores, qui neque os aperire audebant, Philoſophorum obturaverunt ora, & tranſcurrerunt orbem quaſi alati, ſeminantes veritatia ſermonem, & Chriſti leges ubique plantantes. *Ibidem.*

45. Liberari à putredine peccatorum, Chriſti eſt virtutis: ut autem non ad illam iterùm revertantur, Apoſtolorum curæ eſt ac laboris. *Hom.* 15. *ſup. Matth. in med. col.* 141. *C. tom.* 2.

46. Apoſtoli fluctibus totius orbis in ſe pariter irruentibus, tyrannorum ſcilicet atque populorum, Judæorum atque Gentilium, & ſuorum & alienorum, & diaboli prorsùs & dæmonum, cumque omnis mota eſſet machina, rupe firmiùs conſtiterunt, & omnia iſta domuorunt. *Ibid. Hom.* 25. *in med. col.* 239. *D. tom.* 2.

47. Apoſtolos magnos præcipuè effecit, verus ac non ſimulatus gloriæ atque pecuniæ contemptus. *Ib. Hom.* 47. *poſt med. col.* 404. *A.*

48. Si Apoſtoli facti honoribus Apoſtolatus ſui fruiti ſunt, ſine dubio apoſtolicum cupierunt honorem, ſed minimè, manifeſtum enim eſt, quod tunc non apoſtolicum cupierunt honorem, ſed quæſtum apoſtolici operis & laboris. *Hom.* 7. *oper. imperf. ſup. Matth. circa med. in illud, Venite poſt me & faciam vos, &c. col.* 790. *C. tom.* 2.

49. Apoſtoli ſedes Dei ſunt: non eſt modica gloria Apoſtolorum, ut ſermones eorum ſedeant in hominibus fidelibus, ſicut Chriſti ſermones. *Profec.*

50. Quia in ſermonibus Apoſtolorum, vita omnium conſiſtit, ſicut in ſermonibus Chriſti. *Ibidem, Hom.* 33. *poſt med. ſup. illud Pſ.* 46. *Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam. col.* 966. *B.*

51. Apoſtoli apoſtolatus, putatur honor eſſe ipſius Apoſtoli: verè autem non eſt, ſed miniſterium ejus honor ipſius eſt. *Profec.*

52. Apoſtolus laudem non habebit apud Deum, quia Apoſtolus fuit, ſed ſi opus apoſtolatus ſui benè implevit. *Ibidem Hom.* 35. *ante finem, columna* 988. *lit. A. E. C.*

53. Beatus Paulus blaſphemus, beatus Matthæus raptor: ille perſecutor, iſte fraudator: ſed blaſphemus non permanſit blaſphemus, ſed factus eſt Apoſtolus: & fraudator non permanſit raptor, ſed Evangeliſta factus eſt. *Hom.* 13. *ex variis locis in Matth. in med. col.* 1171. *A. tom.* 2.

54. Quis Juda beatior erat? ſed factus eſt proditor: quis miſerior Paulo? ſed vas electionis conſtitutus eſt: quis Matthæo pejor? ſed Apoſtolis eſt connumeratus: quis Simone abjectior? ſed factus eſt omnium laudabiliſſimus. *Hom.* 68. *ſup. Matth. poſt med. col.* 564. *tom.* 2.

55. Apoſtoli priùs vitæ exemplis docebant; deindè verbis. *Hom.* 1. *in Acta Apoſt. ante med. col.* 441. *lit. C. tom.* 3.

56. Maximum eſt miraculum, abſque miraculis orbem terrarum à duodecim pauperibus & illiteratis hominibus attrahere. *Ibid. paulò ante med. col.* 442. *D. tom.* 3.

S. JOANNES CHRYSOST.

57. Vocare Apoſtolos ruſticos, indoctos & illiteratos, pauperes, abjectos, imprudentes, obſcuros: non ſunt hæc maledicta in Apoſtolos, ſed gloria; quòd tales viri toto orbe clariores apparuerunt. *Hom.* 3. *ſup.* 1. *ad Cor. poſt med. col.* 342. *B. tom.* 4.

58. Nihil habebant Apoſtoli, & tamen omnia poſſidebant: quid hac voce honeſtius, quid beatius, quid completius? *Ibid. Hom.* 15. *in med. col.* 440. *A.*

59. Apoſtoli ſpreta ſervili domo, calcatiſque divitiis, Domini ſui imperio potiti ſunt. *Hom.* 10. *ſup.* 2. *ad Tim. in Moral. poſt init. col.* 1596. *C. tom.* 4.

60. Apoſtolus membrum & vaſculum eſt corporis Chriſti, ab ipſo cuncta recipiens, qui quaſi per venas & arterias (ſermonis videlicet) æternam vitam in omnes percurrere facit. *Serm.* 11. *ſup. Ep. ad Epheſios, in fine ante morale, col.* 1026. *C. tom.* 4.

S. ISIDORUS HISPALENS.

61. In ipſis Apoſtolis plus erat mirabilis virtus operum, quàm virtus ſignorum. *Lib.* 1. *de ſum. bono. cap.* 24. *ſent.* 1. *pag.* 633. *col.* 2.

S. LEO I.

62. Felices (ſancte Apoſtole) lachrymæ tuæ, quæ ad diluendam culpam negationis, virtutem ſacri habuêre baptiſmatis. *Serm.* 9. *de Paſſione Domini in fine, fol.* 48. *pag.* 5.

S. MACHAR.

63. Apoſtoli erant ſoles emittentes radios in omnes partes mundi. *Hom.* 14. *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 64. *col.* 2. *E. edit. Coloniæ* 1618.

S. MAXIMUS TAUR.

64. Clavis Cœli, lingua eſt Petri: quia ſingulorum merita cenſendo Apoſtolus unicuique regnum cœlorum aut claudit, aut aperit. *Hom.* 1. *de SS. Petro & Paulo, propè med. pag.* 32. *col.* 1. *C. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1.

ORIGENES.

65. Chriſtianis Apoſtolicorum dictorum chara eſſe debet authoritas. *Hom.* 7. *in Levit. poſt med. pag.* 87. *col.* 1. *A. tom.* 1.

S. PETRUS CHRYSOL.

66. Apoſtoli pauperes cenſu, loco humiles, viles arte, obſcuri vita, labore communes, addicti vigiliis, fluctibus mancipati, negati honoribus, injuriis dati, præſidio retis ſolo piſcium captu victum, veſtitumque conquirebant. *Profec.*

67. Erant cenſu pauperes, ſed innocentia locupletes: loco humiles, ſed ſanctitate ſublimes: viles arte, ſed ſimplicitate pretioſi: obſcuri vita, ſed vitæ merito perlucentes.

68. Erant labore communes, ſed propoſito ſingulares: addicti vigiliis, ſed ad cæleſtes victorias jam vocati.

69. Fluctibus mancipati, ſed fluctibus non demerſi: negati honoribus, ſed ditati magis honoribus, non negati.

70. Injuriis dati, ſed injuriis non relicti: captores piſcium, ſed piſcatores hominum jam decreti. *Serm.* 28. *in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 683. *col.* 1. *lit. C. D.*

S. PETRUS DAMIANUS.

71. Omnes Sancti Apoſtoli unius privilegii dignitatem, unius faſtigii celſitudinem, nec diſparem cœleſtis gratiæ comprobantur habere virtutem. *Serm.* 41. *de S. Bartholomæo, poſt init. pag.* 241. *col.* 2. *D. tom.* 2.

72. Ut firmam ſpem peccatoribus Chriſtus daret, non illos ad Apoſtolatus culmen elegit, qui credebantur inter homines juſti, & aliqua ſanctitate videbantur inſignes, ſed vel ignaros Juſtitiæ, vel etiam peccatores. *Serm.* 51. *de S. Matthæo in fine, pag.* 271. *col.* 1. *C. tom.* 2.

ROBERTUS BELLARM.

73. Verè Apoſtoli primi Eccleſiæ filii ſunt, qui toti orbi terrarum leges dederunt, quod nullus temporalis Monarcha facere potuit. *Sup. Pſ.* 44. *verſ.* 18. *pag.* 282. *col.* 2.

RUPERTUS

74. Licet Prophetæ omnes ſanctè & juſtè vixerint, eorum tamen merita Apoſtolorum dignitas excellit; qui non ſolùm rectè vixerunt, ſed etiam ipſum Dominum (quem illi à longè prædixerant) corporali præſentia viderunt. *Lib.* 12. *in Apocal. cap.* 21. *pag.* 187.

THEOPHILACTUS. 75. Primus character Apoſtoli, eſt patientia. *Sup. Ep. 2. ad Cor. cap. 12. in illud, In omni patientia, pag. 592. lit. A.*

S. THOMAS AQUINAS. 76. Majores miniſtri in Eccleſia, ſunt Apoſtoli, ad quorum officium tria pertinent: authoritas gubernandi, facultas docendi, & poteſtas miracula faciendi. *Sup. 1. ad Cor. cap. 12. lect. 3. ante finem fol. 90. col. 4.*

77. In Apoſtolatu duo ſunt, ſcilicet altitudo poteſtatis, & claritas ſapientiæ. *Sup. 1. ad Timoth. cap. 1. lect. 1. in princ. fol. 197. col. 2.*

THEODORET. 78. Apoſtoli contumeliis affecti benedicebant, vexati calumniis obſecrabant, & cùm exiſtimarentur quaſi excrementa mundi, ſe omnium adhuc illuviem, & ſordes fatebantur. *Lib. 4. ſup. Cant. in illud, Deſpectione deſpiciens eum, pag. 265. col. 1. A. tom. 1.*

Apparere, ſeu Videri.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUST. 1. NON ab hominibus videri nefas eſt, ſed ideò hoc agere ut videaris ab hominibus, nefas eſt. *De ſerm. Dom. in monte lib. 2. longe poſt init. pag. 811. A. tom. 4.*

2. Quiſquis ſe vult videri quod non eſt, hypocrita eſt. *Ibid. poſt init. pag. 809. B.*

3. Superbus (quod pejus eſt) Juſtum ſe vult videri, cùm non ſit. *Sup. Pſ. 121. circa med. verſ. 4. pag. 988. D. tom. 8.*

S. BERNARD. 4. Mirabilem te apparere, & contemptibilem reputare, hoc ipſis virtutibus mirabilius judico. *Serm. 23. ſup. Cant. ante med. fol. 142. col. 4. L.*

5. Quid perverſius, quidve indignius, quàm ut indè velis videri melior, undè videris deterior? *Proſec.*

6. Mirabile jactantiæ genus, ut non poſſis putari ſanctus, ſi non appareas ſceleratus. *Ibid. ſerm. 16. poſt med. fol. 145. col. 4. L.*

7. Hæretici ita in malum bonorum, boni apparere ſtudent, mali nolunt, ut plùs liceat malignari. *Ibidem ſerm. 66. in princ. fol. 186. col. 3. H.*

8. Mali, boni videri, non eſſe: mali non videri, ſed eſſe volunt. *Proſec.*

9. Mali ſunt, & boni videri volunt; ne ſoli ſint mali: mali videri timent, ne parùm ſint mali. *Ibid. in princ. fol. 186. col. 3. G.*

10. Cùm ſis Chriſto deſponſata, ſi ante oculos hominum vis apparere; non es caſta, ſed adultera. *Serm. 64. ad ſororem ante med. fol. 97. col. 2. E. in ſecundo volumine.*

11. Noli alter apparere foris, quàm te invenis intùs. *Serm. 42. ſup. Cant. poſt med. fol. 169. col. 1. C.*

S. BONAVENT. 12. Sicut gallina ſtatim cantat, cùm poſuerit ovum: ſic ſuperbus & hypocrita, ſtatim vult videri, cùm fecerit aliquod opus bonum. *Tit. 1. Dieta, cap. 3. circa med. pag. 274. col. 1. D. tom. 6. part. 1.*

13. Noli aliter apparere foris, quàm te invenis intùs. *In Medit. vita Chriſti, cap. 16. ante med. pag. 349. col. 1. A. tom. 6. part. 2.*

14. Tutius eſt velle latere, quàm apparere. *In ſuo Alphabeto Religioſ. lect. 15. pag. 529. col. 1. lit. B. tom. 7. part. 4.*

S. CYRILLUS HIEROSOLYM. 15. Imitatur virtutem improbitas, & zizania contendit triticum videri, quæ quidem ſpecie quadam tritico aſſimilatur, guſtu autem à ſentientibus facilè diſcernitur. *Catecheſ. 4. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 403. col. 1. D. edit. Coloniæ 1618.*

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 16. Nunquàm qui vult apparere, poteſt venire ad contemplationem. *Et habetur apud B. Bonavent. tom. 1. ſerm. 20. in Hexam, poſt med. pag. 61. col. 2. A.*

GLOSSA ORD. 17. Non prohibetur videri, ut Deus laudetur: ſed videri, ut ipſi homines laudentur. *Sup. Matth. cap. 6. in princ. ſup. illud, Ut videamini ab eis, &c. col. 123. lit. B. tom. 5.*

18. Non eſt nefas videri, ſed appetere videri. *Ibid. col. 125. A.* GLOSS. ORD.

19. Non appetas ultrà videri, quàm es, ut poſſis ultrà eſſe, quàm videaris. *Lib. 4. in Regiſtro. Indict. 13. cap. 58. Ep. 14. ad Ioan. Epiſc. Ravennatem prope finem, col. 780. B. tom. 2.* S. GREGOR. MAGN.

20. Sciunt inter magna, quæ oſtendunt magni, per jactantiam non apparere. *Lib. 4. in 1. Reg cap. 4. longè poſt med. col. 1433. B. tom. 2.*

21. Omnes qui in hoc mundo videri aliquid volunt, denſis cogitationum tumultibus in corde comprimuntur. *Lib. 4. Moral. cap. 28. in princ. num. 33. col. 120. C. tom. 1.*

22. Omnes ſancti etiam hoc ipſum videri refugiunt quod eſſe meruerunt. *Lib. 18. Moral. cap. 7. poſt init. num. 5. col. 588. C. tom. 1.*

23. Nonnulli deſpectis cæteris videri appetunt. *Ib. lib. 23. cap. 4. poſt init. col. 769. D.*

24. Quaſi ſub ſtudio conſulendi libido erumpit apparendi. *Proſec.*

25. Non enim curat loquendo quid proſit, ſed quid appareat. *Ibid. cap. 5. circa med. num. 11. colum. 773. lit. C.*

26. Tantò pejùs ante Dei oculos luxurioſus exiſtit, quantò magis ante oculos hominum caſtus apparet. *Ibid. lib. 28. cap. 4. in fine, col. 942. C.*

27. O miſeri! qui affectantes laudes hominum, in ſemetipſis diſſipant fructus laborum: cúmque ſe oſtendere alienis oculis appetunt, damnant quod agunt. *Ibid. lib. 8. cap. 30. ante med. num. 57. col. 284. B.*

28. Cùm perverſi vera mala contra bonos non inveniunt, falſa fingunt: ut aliis derogando, ipſi juſti videantur. *Ibid. lib. 12. capite 15. in titulo, col. 415. C.*

29. Tantò quiſque ampliùs intùs ſtultus fit, quantò conatur exteriùs ſapiens videri. *Ibid. lib. 18. cap. 25. in princ. col. 616. C.*

30. Eſſe Chriſtianum grande eſt, non videri. *Tom. 1. Ep. 13. ad Paulin. poſt med. pag. 104. C.* S. HIERONYM.

31. Non videri doctus, ſed eſſe diſcas, vel quæras. *Lib. 3. Didaſc. cap. 14. in fine, pag. 15. E. tom. 3.* HUGO A SANCTO VICTORE.

32. Si voluerimus magni ac mirabiles videri, non modò non tales erimus, verùm etiam cæteris omnibus abjectiores futuri ſumus. *Hom. 66. poſt med ſup. Matth. col. 549. D. tom. 2.* S. IOANNES CHRYSOST.

33. Præcipuum vitium juvenile eſt gloriatio, quæ ampliùs vult videri, quàm eſt: aut in toto vult videri non eſſe qualis eſt. *Hom. 33. oper. imperf. ſup. Mat. ab init. col. 955. D. tom. 2.*

34. Vis apparere ſanctus? circa vitam tuam eſto auſterus, circa alienam autem benignus. *Ibid. Hom. 43. in med. col. 1048. C. tom. 2.*

35. O hypocrita! ſi bonum eſt eſſe bonum, ut quid non vis eſſe quod vis apparere? *Proſec.*

36. Si verò malum eſt eſſe malum, ut quid vis eſſe quod non vis apparere?

37. Quod turpe eſt apparere, turpius eſt eſſe: quod autem formoſum eſt apparere, formoſius eſt eſſe.

38. Eſto quod appares, aut appare quod es. *Ibid. Hom. 45. in princ. col. 1058. A, B.*

39. Satius & expetibilius eſt cœlo, non terræ; Deo, non hominibus admirabilem apparere. *Hom. 41. ſup. Ioan. ante finem, col. 407. A. tom. 3.*

40. Tales eſſe quales apparent, juſtorum eſt. *Hom. 8. ſup. 2. ad Cor. poſt init. col. 746. D. tom. 4.*

41. Fuge videri, quod eſſe meruiſti. *Lib. 2. de Synonym. cap. 11. circa finem pag. 319. col. 1.* S. ISIDORUS HISPAL.

42. Eſſe quàm videri præſtantius eſt. *Lib. 3. Epiſt. 374. ad Archontium Presbyt. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 617. col. 2. E.* S. ISIDOR. PEL.

43. Neſcit Deum, & ſemetipſum prorsùs ignorat, qui ante oculos hominum apparere deſiderat. *Part. ſecund. de Regim. Prælat. cap. 12. ante med. pag. 582. col. 1. A.* S. LAURENT. JUSTIN.

S. Prosper. 44. Hypocritæ magni ſtudent videri, non fieri. *Lib. 2. de Vita contempl. cap. 4. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part 3. pag. 61. col. 2. H. edit. Coloniæ* 1618.

Tertullian. 45. Pudicitiæ Chriſtianæ ſatis non eſt eſſe, verùm & videri. *De cultu fœminarum, cap. 13. ante med. pag. 316. D. tom. 2.*

S. Thomas Aquinas. 46. Cæteris deſpectis appetere ſingulariter videri, ſuperbia eſt. *Secunda ſecundæ quæſt. 162. art. 4. in princ. corporis, pag. 280. col. 2.*

Thomas à Kempis. 47. Nemo ſecurè apparet, niſi qui libenter latet. *De Imit. Chriſti cap. 20. ſect. 2. pag. 337. tom. 1.*

Sententiæ Paganorum.

Aristotel. 48. Non omne quod apparet, verum eſt. *Quart. Metaph. textu 7. Et habetur apud Bedam, tom. 2.*

Cicero. 49. Virtute ipſa non tàm multi præditi eſſe, quàm videri volunt. *De Amicit. ante finem, col. 577 E. tom. 4.*

Epict. 50. Ne quid eſſe videri velis; quòd ſi quid aliis eſſe videaris, ipſe tibi diffidito. *In ſuo Enchyrid. cap. 18. ante med.*

Plato. 51. In hoc unum omni ſtudio tibi incumbendum eſt, ne malus, ſed potiùs vir bonus videaris. *Tom. 1. Sizygia 2. de ſcientia circa med. pag* 176. *B.*

52. Homo ſimplex & ingenuus eſt, qui malit eſſe revera bonus, quam videri. *Tom 2. Sizygia 4. lib. 2. de Republ. ante med. pag.* 361. *C.*

Sixtus Philosoph. 53. Satage non videri, ſed eſſe juſtus: certum eſt enim non eſſe eum, qui videri vult eſſe. *Sent. 57. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 65. col. 1. D. edit. Coloniæ* 1618.

54. Fidelis eſſe magis, quàm videri ſtude. *Ibidem ſent. 179. pag. 65. col. 2. H.*

55. Si quid dederis, ut hominibus innoteſcas, non homini, ſed propriæ libidini præſtitiſti. *Ibid. ſent. 332. pag. 66. col. 2. H.*

Seneca. 56. Non majus quàm es, videri velis. *De quatuor virtutibus circa med. pag. 474. edit. Baſileæ.*

Apparitio,

DEFINITIO, DIVISIO.

Definitio.

Gloss. Int. APPARERE dicitur illud, quod inſolitum eſt. *Sup. Acta Apoſt. cap. 1. col. 969. A. tom. 6.*

Hugo Card. Apparitio propriè eſt ſubita, & inviſibilis rei viſibilis exhibitio. *Tom. 6. ſup. Matth. cap. 1. fol. 6. col. 1.*

Divisio.

S. Bonavent. Conſidera quadruplicem Chriſti apparitionem. Apparet in mundo gratia Salvatoris: in anima, miſericordia juſtificatoris: in judicio, juſtitia ultoris: in cœlo, gloria remuneratoris. *Serm. 1. de Circumciſione in princ. pag. 29. col. 1. tom. 3.*

Hugo Card.

Decem Chriſti apparitiones.
- Prima, Mariæ Magdalenæ.
- Secunda, eidem.
- Tertia, Petro.
- Quarta, duobus diſcipulis.
- Quinta, ipſis reverſis in Hieruſalem, & decem Apoſtolis abſente Thoma.
- Sexta, poſt octo dies omnibus Apoſtolis.
- Septima, ad mare Tyberiadis.
- Octava, omnibus undecim in Galilæa.
- Nona, in cœnaculo ipſis cœnantibus.
- Decima, in monte Oliveti. *Sup. Mat. cap. 28. in calce, fol. 89. col. 4. tom. 6.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambros. 1. Perturbamur & à noſtro alienamur affectu, quando perſtringimur alicujus ſuperioris poteſtatis occurſu. *Lib. 1. ſup. Luc. cap. 1. in illud, Apparuit illi Angelus. col. 1627. C. tom. 5.*

S. Augustin. 2. Tanta erat evidentia veritatis, quâ JESUS diſcipulis ſuis apparebat, ut eorum non ſolùm negare, ſed nec dubitare quidem ullus auderet. *Tract. 123. ſup. Evang. Ioan. de cap. 21. in princ pag. 384. C. tom. 9.*

S. Bernard. 3. Quibus Deus apparet, nil videre deſiderabilius volunt, nil poſſunt delectabilius. *Serm. 31. in Cant. ab initio, fol. 160. col. 3. G.*

4. Priuſquàm appareret Dei humanitas, latebat ejus benignitas. *Profec.*

5. Apparuerat antè potentia in rerum creatione, apparebat ſapientia in earum gubernatione, ſed benignitas miſericordiæ maximè apparuit in humanitate. *Lib. 1. in floribus, cap. 12. in princ.*

S. Bonavent. 6. Apparitio Domini, coruſcationi ſulguris comparatur, quia manifeſta. *Sup. cap. 17. Lucæ, ſup. illud, Sicut fulgur coruſcans, pag. 212. col. 2. B. tom. 2.*

Glos. Ord. 7. Dæmones communiùs apparent magis in tenebris & in ſolitudine, quàm in luce vel ſocietate, quia ſunt ſpiritus tenebrarum. *Sup. Num. cap. 23. col. 1341. C. tom. 1.*

8. Apparitio quæ apparet per dæmones cultoribus ſuis, communiter fit per abſtractionem à ſenſibus, & cum aliqua horribili paſſione corporis. *Prof.*

9. In apparitionibus autem ex parte Dei, talis paſſio in corporibus horribilis non fit. *Ibid. ut antè.*

S. Gregorius Magnus. 10. Ad hoc Dominus apparuit in carne, ut humanam vitam admonendo excitaret, exempla præbendo accenderet, moriendo redimeret, reſurgendo repararet. *Lib. 21. Moral. cap. 5. paulo ante med. col. 717. B. tom. 1.*

S. Joannes Chrysostom. 11. Non poteſt anima cum à corpore abſceſſerit apud nos hic errare: eo quòd poſt exitum à corpore in locum quendam certum animæ deducuntur; undè redire ſponte ſua non poſſint, niſi ipſe Deus permittat. *Hom. 29. ſup. Matth. oper. perf. circa med. tom. 2. edit. Antuerp.* 1614.

Luo. Blos. 12. Bono ſpiritu apparente, ſolet homo in initio timore corripi, ſed mox gaudium, & conſolationem recipit. *Profec.*

13. Malo verò ſe exhibente, timor incuſſus permanet, vel etiam augetur in anima.

14. Quando dæmon ſeſe in Angelum lucis transfigurat, anima in principio quidem exhilaratur; poſteà tamen confunditur, tenebriſque repletur.

15. Si ergo videndo viſionem aliquam dubites, donec certior fias, Deum non offendis, etiamſi viſio ſancta & divina ſit. *In Speculo ſpirit. cap. 11. ante finem, pag. 64. col. 2.*

Theodnizactus. 16. Anima egreſſa, in mundo non errat, ſcilicet ex ſe citra Dei voluntatem. *Sup. Matth. cap. 8. in illud E monumentis egreſſi erant, pag. 25. A.*

S. Thomas Aquinas. 17. Frequens Chriſti apparititio ſufficiebat ad certificandum diſcipulos de veritate Reſurrectionis. *In ſua Summa, part. 3. quæſt. 55. art. 3. in corp. adi. pag. 115. col. 1.*

S. Vinc. Fer. 18. Chriſtus in ſua Reſurrectione primò apparuit Virgini MARIÆ matri ſuæ. *Part. 2. ſerm. 1. in Paſch circa med. fol. 2. col. 2.*

Aristotel. 19. Non omne quod apparet, verum eſt. 4. *Metaphyſ. text. 7. Et habetur apud Bedam, tom. 2.*

Appetere.

ETYMOLOGIA, ET DEFINITIO.

Etymologia.

Collector. *Appetere dicitur quaſi aptè petere.*

Definitio.

S. Thomas Aquinas. APPETITUS eſt quædam inclinatio animi in aliquid ſibi ſimile & conveniens. *Prima ſecunda quæſt. 8. art. 1. in corp. pag. 18. col. 2.*

Digitized by Google

S. Anastas. Appetitio eſt concupiſcentis partis in anima motio. *In lib. via ducis, cap. 2. de verbo circa med. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 1. pag. 590. col. 1. A. edit. Coloniæ* 1618.

S. Augustin. Appetitus naturalis eſt vis in animante movendis avidè ſenſibus attributa. *De ſpirit. & anima cap. 37. in fine. pag. 626. C. tom. 3.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambros. 1. Si appetitus rationi obediat, facilè id quod deceat in omnibus officiis conſervari poteſt. *Lib. 1. Offic. cap. 24. in princ. col. 15. B. tom. 1.*

S. Antonin. 2. Qui aliquid appetit ultra vires ſuas, & non ſibi proportionatum, ſtultus eſt. *Part. 2. tit. 3. cap. 5. §. 3. poſt med. fol. 133. col. 4.*

S. Augustin. 3. Humanus appetitus ſi carnis voluptatibus paſcitur, carnalis, ſive animalis nominatur: ſi ſpiritualibus deſideriis delectatur, ſpiritualis nuncupatur. *De ſpiritu & anima, cap 37. in fine, pag. 626. C. tom. 3.*

4. Plus velle quàm ſat eſt, avarorum eſt. *Lib. 3. de lib. arb. cap. 17. in med. pag. 480. D. tom. 1.*

5. Appetere voluptates corporis, & vitare moleſtias, ferinæ vitæ omnis actio eſt. *Lib. 1. de lib. arb. cap 8. in med. pag. 439. B. tom. 1.*

6. Quiſquis appetit quod appetendum non eſt, tametſi id non appeteret, niſi ei videretur bonum, tamen errat. *Profec.*

7. Errare neque ille poteſt, qui nihil appetit, neque ille qui hoc appetit, quod deberet appetere. *Ibid. lib. 2. cap. 9. circa med. pag. 454. D. tom. 1.*

8. Qui appetit quod adipiſci non poteſt, cruciatur: & qui adeptus eſt quod appetendum non eſt, fallitur: & qui non appetit quod adipiſcendum eſſet, ægrotat. *De morib. Eccleſiæ, cap. 3. circa init. pag. 520. D. tom. 1.*

9. Omnia hîc cupidiùs quàm prudentiùs appetuntur. *Ep. 82. circa init. tom. 2.*

10. Appetuntur ardentiùs, quæ vetantur. *Ep. 200. ad Aſellicum. poſt init. pag. 525. B. tom. 2.*

11. Ex diverſis viſis, diverſus appetitus animarum eſt: ex diverſo appetitu, diverſus adipiſcendi ſucceſſus. *De 83. quæſt. quæſt. 40. in princ. pag. 387. lit. A. tom. 4.*

12. Appetitio beatæ vitæ, Philoſophis Chriſtianiſque communis eſt. *Tract. de Epicureis, cap. 3. ante med. pag. 601. B. tom. 6.*

13. Ad appetenda cœlorum regna plus valet mentis humilitas, quàm præſentium divitiarum temporalis paupertas. *De 12. abuſion. cap. 8. poſt med. pagina 568. C. tom. 9.*

S. Bernard. 14. Appetere de humilitate laudem, humilitatis non eſt virtus, ſed ſubverſio. *Serm. 16. in Cant. poſt med. fol. 145. col. 4. L.*

S. Gregor. Magn. 15. Ille hujus mundi veraciter mala ſentit, qui ejus bona inhianter appetit. *Lib. 6. Moral. cap. 7. paulo ante med. col. 184. D.*

S. Bernard. 16. Appetitus in corde prurit, ſed ſub te eſt; niſi ſponte ceſſeris, nihil nocebit. *In ſerm. de ſex tribulat. ſtatim à medio, in 2. volum. fol. 103. col. 4. L.*

17. Oportet reprimere, quem extinguere non poſſumus appetitum. *Ibid. ſerm. de triplici genere cogitat. circa med. fol. 104. col. 4. K.*

S. Bonavent. 18. Appetitus cœleſtium, parit contemptum terreſtrium. *Expoſ. 2. ſup. Pſal. 118. cap. 2. art. 3. verſ. 3. pag. 168. col. 1. C. tom. 1.*

19. Naturale eſt ſummum bonum appetere. *Serm. 2. de ſancto Thoma, in princ. pagina 227. columna 1. tom. 3*

20. Avari quantò plura acquirunt, tantò plura appetunt. *Serm. Ss. Petri & Pauli in med. pag. 258. col. 1. tom. 3.*

21. Qui cœleſtem gratiam appetunt, magna tranquillitate vivunt. *In collat. de contempt. ſæculi, in princ. pag. 95. col. 1. E. tom. 7.*

S. Cyprianus. 22. Nihil appetere jàm, nihil deſiderare de ſæculo poteſt; qui ſæculo major eſt. *Epiſt. 2. ad Donat. cap. 10. poſt init. pag. 5. col. 1. tom. 1.*

S. Diadochus. 23. Unumquodque ſibi cognatum, & congenium omninò appetit: anima quidem (ut corporis expers) cœleſtia bona: corpus verò (ut è terra) terrenas voluptates. *De perfect. vitæ ſpirit. cap. 24. apud Bibl. Patr. tom. 4. 748. col. 1. B.*

24. Nihil eorum, quæ in mundo ſunt expetit, qui divina charitate nutritur & alitur. *Ibidem, cap. 90. pag. 759. col. 2. F.*

Dionysius Carthusian. 25. Non tantùm in rebus pretioſis atque majoribus, ſed etiam in minoribus valdè offenditur Deus, ſi ultrà quàm appeti debeant, appetantur. *Sup. Apoc. cap. 18. art. 19. poſt med. fol. 134. B.*

S. Eusebius Emissen. 26. Quamdiu in nobis carnalium rerum vixerit appetitus, ſpiritualium à nobis ſenſuum elongabitur affectus. *Ser. contra diverſa vitia, poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 594. col. 2. H.*

Gloss. ord. 27. Quo nondum potiti ſumus, ardentiùs appetimus. *Sup. Hierem. cap. 2. in princip. col. 589. lit. B. tom. 4.*

S. Gregor. Magnus. 28. Anima humana, quæ ad Deum appetendum facta eſt; quidquid infrà Deum appetit, minus eſt; jure ei non ſufficit, quod Deus non eſt. *Lib. 26. Moral. cap. 28. circa med. col. 890. D. tom. 1.*

29. Ille hujus mundi, *&c. vide ſup. pag.* 136.

30. Omnes qui illicita appetunt, denſis cogitationum tumultibus in corde comprimuntur. *Lib. 4. Moral. cap. 28 in princ. num. 33. col. 120. tom. 1.*

31. Qui ad appetenda æternitatis atria accenditur, dignum profectò eſt, ut ab hoc temporalitatis amore laſſetur. *Ibidem, cap. 30. ante med. num. 39. col. 126. lit. C.*

32. Stultè appetuntur, quæ ab appetitoribus ſuis non poterunt diù teneri. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 2. poſt med. col. 1496. C. tom. 5.*

33. Sæpè animus fallitur, ut quod voluptuosè appetit, neceſſarium ſuſpicetur. *Lib. 9. Moral. cap. 40. ante fin. col. 341. D. tom. 1.*

34. Curvum cor eſt, cùm ima appetit. *Lib. 24 Moral. cap. 11. in med. col. 820. B. tom. 1.*

S. Hieron. 35. Ardentiùs appetitur, quidquid eſt rarius. *Tom. 2. Ep. 6. adverſus Vigilantium, circa med. pag. 124. C.*

36. Omne quod ratum eſt, plus appetitur. *Tom. 2. Ep. 45. ad Evagrium ſub fin. pag. 329. B.*

Hugo a S. Victore. 37. Nihil ſine cauſa appeti debet. *De Scripturis, cap. 13. in princ. pag. 5. A. tom. 1.*

38. Prava mens quantò magis foris tranſitoria appetit, tantò ampliùs intùs à deſiderio æternorum conticeſcit. *In Threnos, ante med. pagin. 116. lit. A. tom. 1.*

39. Plus appetit carnalis voluntas, quàm neceſſitas. *In Regul. S. Auguſtini cap. 1. pag. 6. A. tom. 2.*

40. Quantò quiſque minùs appetit, tantò beatior exiſtit. *Ibid. cap. 4. poſt med. pag. 8. H.*

Hugo Card. 41. Ægris (quibus ſpes revivendi eſt) nequaquàm quæ appetunt conceduntur: deſperatis autem, omne quod appetunt, non negatur. *Sup. Hierem. cap 12. fol. 211. col. 2. & 3. Moralit. tom. 4.*

S. Innocent. Pap. III. 42. Tria maximè ſolent homines appetere, opes, voluptates, honores. *Prof.*

43. De opibus prava, de voluptatibus turpia, de honoribus vana procedunt. *Lib. 2. de contempt. mundi, cap. 1. in princ.*

S. Joannes Chrysost. 44. Humanum genus non poteſt ſubſiſtere intra ſuos limites, ſed ampliùs concupiſcens, majora ſupra ſe appetit: & hoc eſt quod humanum genus potiſſimum perdit. *Hom. 3. ſup. Geneſ. poſt init. col. 242. B. tom. 1.*

45. Ubi ſatietas fuerit, non poteſt eſſe appetitus: abſente verò appetitu, quomodò poteſt adeſſe voluptas? *Homil. 55. ad Popul. Antioch. poſt init. col. 371. C. tom. 5.*

46. In

S. Joan. Dam. 46. In hominibus, ut potè ratione prædita, naturalis appetitio non tàm ducit, quàm ducitur. *Libr. 2. de fide Orthod. cap. 22. poſt med. fol. 204. pag. 1. lit. A.*

S. Isidorus Hispalens. 47. Primum unicuique eſt, ſcire quid appetat: ſecundum verò eſt, ut id quod appetit comprehendat. *Lib. 1. de ſumm. bono. cap. 17. ſent. 5. pag. 629. col. 2.*

48. Quantò corpus inedia frangitur, tantò mens ab illicito appetitu revocatur. *Ibid. lib. 2. cap. 37. ſent. 3. pag. 653. col. 2.*

49. Quid ſecurius in hac vita, quàm bujus ſæculi nihil appetere? *Ibid. lib. 3. cap. 16. ſent. 7. pagin. 672. colum. 2.*

S. Just. Mart. 50. Ab omni appetitu carnali vacuus Chriſtianus eſſe debet. *Ep. ad Zenam poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 2. pag. 69. col. 1. D. edit. Coloniæ* 1618.

Lact. Firm. 51. Voluptates, opes, potentias, honores, atque omnia quæ pro bonis habentur, non appetere, officia ſunt virtutis. *Lib. 3. de falſa ſapientia cap. 11. in fine pag.* 109.

S. Leo I. 52. Non licet appeti, quod non licet concupiſci. *Epiſt. 55. ad Pulcheriam Auguſtam, non longè ab initio fol. 116. pag. 2.*

S. Nilus. 53. Ne appetas bona, quorum uſus præterit, & poſſeſſio perit. *Paræneſ. 242. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2.*

S. Pet. Dam. 54. Quid in hac vita laborioſius, quàm terrenis deſideriis æſtuare? quid quietius atque ſuavius, quàm hujus ſæculi nihil pr orsùs appetere. *Lib. 2. Ep. 5. ad Hildebrand. & Stephan. Cardinales. poſt med. pag. 30. col. 1. A. B. tom. 1.*

55. Qui aliena appetit, Chriſtianus non eſt, ſed Antichriſtus. *Lib. 5. Ep. 32. ad ſuos Eremitas ante med. pag. 104 col. 1. B. tom. 1.*

S. Prosper. 56. Sapientis eſt hoc appetere quod bonum facit, non id quod decipit. *Sent. 130. apud D. Auguſt. in fine tomi tertii, pag. 749.*

57. Anima carnalia appetens, fœminæ comparatur non habenti rectorem virum, qui eſt intellectus, *Ibid. ſent. 332. pag. 761. A.*

Richard. à S. Victore. 58. Appetitus carnis ſemper in motu eſt, ſemper in tranſitu, ſemper inſtabilis eſt. *Profec.*

59. Accedit & recedit, creſcit atque decreſcit; & ſic ſemper recedit atque decreſcit, ut iterùm redeat & creſcat: & ſic ſemper redit & creſcit, ut iterùm recedat & decreſcat. *Tract. 1. de ſtatu interior. homin. cap. 10. in princ. pag. 40. col. 2. D. part. 1.*

S. Thomas Aquinas. 60. Oportet quòd ultimus finis ita impleat totum hominis appetitum, quòd extra ipſum nihil appetendum relinquatur. *Secunda ſecundæ quæſt. 1. art. 5. in corp. pag. 2. col. 2.*

61. Appetitus boni debet regulari ſecundùm rationem, cujus regulam ſi tranſcendat, erit vitioſus. *Secunda ſecundæ quæſt. 131. art. 1. in corp. ad 1. pagin. 232. col. 1.*

62. Homo per immoderatum appetitum petit ea, quæ ſtatum & conditionem excedunt; non contentus his quæ decent eum. *Profec.*

63. Sicut ſi appetat veſtes, non appetit eas ut miles ſi eſt miles, ſed ſicut Comes: non ut Clericus, ſi eſt Clericus, ſed ſicut Epiſcopus. *Tom. 1. Opuſcul. 7. ſup. Pater noſter. Petit 4. prope med. fol. 40. pag. 2.*

64. Accidit in rebus temporalibus, quod non habitum appetatur, & habitum deſpicitur, & tædium generat, *Ibid. Opuſc. 9. de decem præceptis, verbo, Sicut, fol. 50. pag. 1. tom. 1.*

Thomas à Kempis. 65. Quandocumque homo aliquid inordinatè appetit, ſtatim in ſe inquietus fit. *Lib. 1. de Imit. Chriſti cap. 6. in princ. pag. 326. tom. 2.*

Sententiæ Paganorum.

Aristoteles. 66. Nemo appetit id quod in ſe habet, nec quod ſibi contrarium eſt. *Primo Phyſic. text. 81. Et hab. apud Bedam tom. 2.*

67. Ubicumque eſt ſenſus, ibi eſt appetitus. *Secundo de Anima. Et habetur apud Bedam, tom. 2.* Aristotel.

68. Efficiendum eſt ut appetitus obediant rationi, eamque neque præcurrant propter temeritatem, nec propter pigritiam, aut ignaviam deſerant. *Lib. 1. Offic. poſt med. col. 482. D. E. tom. 4.* Cicero.

69. Illud præſtantiſſimum eſt, appetitum obtemperare rationi. *Ibid. poſt med. col. 490. D.*

70. Is quem appetitio fruſtratur, infortunatus eſt: qui in id incidit quod averſatur, calamitoſus. *In ſuo Enchiridio cap. 6. ante med.* Epictet.

71. Quod amicitia in hominibus eſt, hoc in rebus appetitio eſt. *Ep. 66. circa med. pag. 647. tom. 2.* Seneca.

Vide etiam Tit. Mundus. ſent. 91. Temporale. ſent. 33. Voluptas. ſent. 6. 13. 144.

Arbitrium.

Vide Liberum Arbitrium.

Arduum.

Vide Difficile.

Arrogantia.

DEFINITIO, DIVISIO, PRODUCTIO, COMPARATIO.

Definitio.

Arrogantia eſt, quæ ſibi attribuit bonum quod habet, quaſi à ſe habeat. *Sup. Pſal. 11. in illud, Labia noſtra a nobis ſunt. fol. 23. columna ſecunda, tom. 2.* Hugo Card.

Arrogantia eſt, quæ ſe omnibus aliis præfert; vel quod non habet, falsò ſibi arrogat: vel quod habet, ſibi (ideſt ſuis meritis) adſcribit, vel habere dicit. *Super Prov. cap. 8. in illud, Arrogantiam & ſuperbiam, &c. fol. 16. col. 3. tom. 3.*

Arrogantia eſt vitium, quo quis inclinatur exprimere bonum de ſe quod non habet. *Part. 4. in deſcriptionibus terminorum, cap. Iuſtitia. à medio, fol. 27. col. 3.* Joan. Gers.

Arrogantia eſt per quam aliquis ſupra ſeipſum extollitur. *Secunda ſecundæ quæſt. 112. art. 1. in corp. ad 2. pag. 206. col. 2.* S. Thomas Aquinas.

Arrogantia eſt habitus, qui vendicat & oſtentat bonum, aut bona, quæ ſibi non adſunt. *Tom. 3. Syzygia 6. de definit. ſub finem, pag. 416. A.* Plato.

Divisio.

S. Gregor. Magn.

Quatuor ſunt ſpecies tumoris arrogantium.
- Cùm bonum aut à ſemetipſis babere ſe æſtimant.
- Aut, ſi ſibi datum deſuper credunt, pro ſuis ſe hoc accepiſſe meritis putant.
- Aut cùm jactant ſe habere, quod non habent.
- Aut cùm deſpectis cæteris, ſingulariter videri appetunt habere quod habent.

Lib. 23. Moral. cap. 4. num. 7. col. 769. C. tom. 1.

Productio.

Arrogantia contemptum, ac ſocordiam parit. *Ser. 19. ſup. Epiſt. ad Roman. poſt med. col. 228. D. tom. 4.* S. Joannes Chrysostom.

Arrogantia de ſuperbia generatur. *Lib. 32. Moral. cap. 7. circa med. col. 1100. D. tom. 1.* S. Gregor. Magn.

De ſuperbia naſcitur arrogantia, non de arrogantia naſcitur ſuperbia. *Lib. 2. de ſum. bono. cap. 38. ſent. 9. pag. 654. col. 2.*

Digitized by Google

COMPARATIO.

S. Joannes Chryſoſt. Arrogans ſicut vermis in ſtercore, ſic in ſuis paſſionibus ſemper involvitur. *Hom. 66. ſup. Matth. ante fin. col.* 551. *B. tom.* 2

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Antonin. 1. Arrogans attribuit ſibi illam ſcientiam & virtutem quam non habet. *Profec.*

2. Quærit ex hoc aliis poſſe præeſſe, ſubeſſe renuens, æquari cæteris non ſufferens, adulationibus acquieſcens, ſi aliquis eum non veneratur, impatiens. *Part.* 2. *titulo* 3. *cap.* 3. §. 9. *in princ. fol.* 127. *col.* 2.

3. In abominationem venit humilitas, & in honore maximo habetur elationis arrogantia. *Serm. de vanit. mundi antè med. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 31. *col.* 1. *C. edit. Coloniæ* 1618.

S. Auguſtin. 4. Non ita caveatur arrogantia, ut veritas relinquatur. *In Ioan. Et hab. in decretis Gratiani. Part.* 2. *cauſa* 22. *quæſt.* 2. *Canone Nouita. fol.* 284. *col.* 2.

5. De homine quem falſæ blanditiæ faciunt arrogantem, rectè vulgò dicitur: Crevit caput. *Ep.* 147. *ad Proculianum. ante med. pag.* 441. *A. tom.* 2.

6. Cùm omnis artogantia odioſa eſt, tùm illa ingenii & eloquentiæ multò moleſtiſſima eſt. *Tract.* 58. *ſup. Evang. Ioan. de cap.* 13. *ante med. pag.* 272. *D. tom.* 9.

S. Bernard. 7. Elatum cor, durum & expers eſt pietatis, ignarum compunctionis, ſiccum ab omni rore gratiæ ſpiritualis. *Serm. de nimia fallacia præſentis vitæ poſt init. fol.* 90. *col.* 1. *C.*

8. Genus, ætas, ſcientia, cathedra; & quod majus eſt, primatús prærogativa, inſolentiæ ſunt fomes, & elationis occaſio. *Ep.* 42. *ad Henricum poſt med. fol.* 217. *col.* 2. *E.*

9. Non parcit ſibi arrogans, qui vel ſibi arrogat quod eſt: vel mentitur de ſe quod non eſt. *Epiſt.* 87. *ad Ogerium Canonicum Regularem, ante finem, fol.* 229. *col.* 1. *B.*

10. Arrogans credit qnod audit, laudat quod agit, & quod intendit non attendit. *De* 12. *gradib. humilitatis. gradu* 5. *in princ. fol.* 303. *col.* 2. *F.*

11. Arrogans de alia omni re plus ſibi credit, quàm aliis; de ſe ſolo plus aliis credit, quàm ſibi. *Ibid.*

12. Tantò arrogantes in tartari profunditatem deſcendunt, quantò ſe altiora contingere putaverunt. *Sup. Pſ.* 17. *poſt med. verſ.* 31. *fol.* 26. *col.* 2.

Gloſſ. Ord. 13. Modus arrogantis eſt (cùm diſputatur) de ſcientia, & eloquentia, ſe jactare. *Sup. Iob cap.* 33. *col.* 307. *in fine. C. Moraliter. tom.* 3.

14. Modus arrogantis eſt, ſuam ſcientiam nimis magnificare. *Ibid. cap.* 34. *col.* 317. *in fine. C.*

15. Prædicationem arrogantium nullus admitteret, ſi non aliquid humilitatis imagine permiſcerent. *Ibid. cap.* 34. *col.* 318. *E.*

Gloſſ. Int. 16. Arrogans magis quærit objurgare, quàm refovere, ut ſuperior videatur. *Ibid. cap.* 34. *col.* 320. *D.*

Gloſſ. Ordin. 17. Arrogans majora præſumit & attentat, quàm facultas ſua & decentia ſe extendat. *Ibid. cap.* 40. *col.* 383. *lit. C.*

Gratianus. 18. In arrogantiam (quæ eſt ruina diaboli) incidunt, qui in puncto horæ (nec dùm diſcipuli) fiunt magiſtri. *In decretis part.* 1. *Diſtinct.* 48. *Can. Prohibentur. fol.* 52. *col.* 3.

S. Gregor. Magn. 19. Arrogantes iræ motum deputant, quidquid à Sanctis geritur cenſura diſciplinæ. *Lib.* 26. *cap.* 26. *Moral. prope finem. num.* 34. *col.* 887. *A. tom.* 1.

20. Arrogantes, quia coram Deo conſcientiæ teſtimonium non habent, quærunt coram hominibus teſtimonium vocis alienæ. *Lib.* 26. *Moral. cap.* 18. *paulo poſt med. num.* 20. *col.* 872. *C. tom.* 1.

21. Arrogantes ſæpè falſis vera permiſcent, ut indè eorum mendacio citiùs credatur. *Lib.* 23. *Mor. cap.* 8. *in fine, col.* 778. *A. tom.* 1.

22. Arrogantes charitatis viſcera non habent. *Lib.* 26. *Moral. cap.* 5. *in princ. num.* 4. *column.* 853. *lit. A. tom.* 1.

S. Gregorius Magn. 23. Arrogantia vitium roborat. *Lib.* 8. *Moral. cap.* 30. *propè init. num.* 36. *col.* 283. *C. tom.* 1.

24. Dùm arrogantes magna & ſpiritualia agunt, in oculis ſuis magni ſunt. *Lib.* 4. *in* 1. *Reg. cap.* 4. *circa finem, col.* 1444. *B. tom.* 2.

25. Arrogantes ad loquendum, prolatis laudibus animantur. *Ibid. lib.* 5. *cap.* 4. *longè ante med. col.* 1541. *D. tom.* 2.

26. Arrogans apertè cognoſcitur, ſi non citiùs aliquo velamine pallietur. *Lib.* 26. *Moral. cap.* 18. *ante med. num.* 20. *col.* 871. *D. tom.* 1.

27. Hoc proprium arrogantium vitium eſſe, ſolet, ut & pauca credant, quæ ipſi multa dixerunt: & multa credant, quæ ipſis pauca dicuntur. *Profec.*

28. Qui enim ſua dicere ſemper volunt, aliena audire non poſſunt. *Lib.* 26. *cap.* 17. *circa finem, col.* 870. *A. tom.* 1.

29. Arrogantes ſi non inveniunt voces hominum, quas inhianter expectant, ipſi ſcientiam ſuam laudanter prædicant. *Ibidem cap.* 18. *poſt med. col.* 872. *C.*

30. Sæpè contingit, ut cùm per tumorem mens in altum ducitur, in deſpectu omnium, ſui admiratione ſublevetur. *Lib.* 10. *Moral. cap.* 14. *poſt init. num.* 25. *col.* 367. *A. tom.* 1.

31. Arrogantes cùm ſcientiam accipiunt, nihil ſe accepiſſe æſtimant, ſi hanc eos occultam habere contingat. *Profec.*

32. Nuſquàm ſuum gaudium, niſi in ore hominum ponunt. *Lib.* 23. *cap.* 4. *Moral. ſub finem, num.* 10. *col.* 772. *B.*

33. Sicut labor juſtorum, eſt videre prava, nec corrigere: ita gravis eſt labor arrogantium, ſi quod ſapiunt non oſtendunt. *Ibid. cap.* 5. *in fine col.* 774. *A.*

34. Hoc habet proprium doctrina arrogantium, ut humiliter neſciant inferre quod docent: & recta quæ ſapiunt rectè miniſtrare non poſſint. *Profec.*

35. In verbis enim eorum proditur, quòd cùm docent, quaſi in quodam ſibi videntur ſublimitatis culmine reſidere: eoſque quos docent, ut longè infrà ſe poſitos, veluti in imo reſpiciunt; quibus non conſulendo loqui, ſed vix dominando dignantur. *Ibid. cap.* 7. *in princ. col.* 776. *B.*

36. Arrogantes inflatis ſuis ſermonibus, ſæpè fortia dicta permiſcent: nec conſiderant aliquandò quid juvent, ſed penſant ſtudioſè quid doceant. *Ibid. cap.* 10. *ſtatim à medio, num.* 17. *col.* 780. *D.*

37. Eligit arrogans bona de ſe, vel falſa jactare, ne mala poſſit, vel minima perpeti. *In Paſtor. part.* 3. *cap.* 1. *Admonit.* 10. *poſt init. col.* 1266. *C. tom.* 1.

S. Hieron: 38. Difficiliùs caremus arrogantia, quàm auro & gemmis. *Ep.* 30. *ad Oceanum: in princ. pag.* 197. *lit. B. tom.* 1.

39. Nihil impudentius arrogantia ruſticorum, qui garrulitatem authoritatem putant. *Tom.* 2. *Ep.* 41. *ad Oceanum poſt med. pag.* 324. *C.*

40. Judicium & ruina diaboli, nulli dubium eſt, quin arrogantia ſit. *Ibid. ſub finem, pag.* 325. *A.*

41. Incidunt in arrogantiam diaboli, qui in puncto horæ (necdum diſcipuli) jàm magiſtri ſunt. *Ibidem.*

Hugo a S. Victore 42. Arrogantiæ eſt venditare quæ non habet: & gloriari ex eo quod non acceperit, placendi hominibus cupiditate. *De fruct. carnis & ſpirit. cap.* 4. *poſt med. pag.* 160. *F. tom.* 2.

S. Joannes Chryſoſt. 43. Arrogans de ſuperbia ſe argui non æſtimat, quia ſe humilem putat. *Sup. Iob, cap.* 32. *fol.* 439. *col.* 1. *tom.* 1.

44. Arrogantes licèt docti, tantò à Dei luce longè fiunt, quantò apud ſe humiles non ſunt. *Ibid. cap.* 37. *in fine. fol.* 448. *col.* 4.

45. Nihil arrogantia crudelius reperitur. *Homil. ſup. Pſ.* 122. *prope fin. verſ. ultimo. columna* 790. *lit. D. tom.* 1.

46. Vitium potiſſimum, quod ex arrogantia gigni ſolet, eſt cum aliquis dignum ſe eſſe beneficiis

Google

S. JOANNES CHRYSOSTOM. exiſtimat. *Hom. 26. ſup. Matth. ante finem*, *col.* 248. *D. tom.* 2.

47. O periculoſum vulnus! arrogantia malorum fons eſt. *Hom. 3. de verbis Iſaye, Vidi Dominum, poſt med. col.* 816. *C. tom.* 1.

48. Quid efferris animo, cùm ſis homo, cognatus terræ, ejuſdem ſubſtantiæ cum cinere, tùm natura, tùm animo, tùm actionum delectu? *Profec.*

49. Quid criſtas erigis, homo fumus, & vanitas? *Hom. 4. de verbis Iſaiæ poſt med. col.* 824. *D. tom.* 1.

50. Nihil arrogantia pejus, quæ mentis vires à natura hominibus conceſſas ita dejicit, ut amentes ac animo ſtolidos efficere videatur. *Hom. 59. ſup. Matth. in medio, col.* 405. *B. tom.* 2.

51. Omnis homo elatus, malum ipſum cui ſervit, dominum ſibi facit. *Hom. 1. oper. imperf. ſup. Matth. in med. col.* 724. *D. tom.* 2.

52. Nihil hominem adeò ſtultum facit, quemadmodum arrogantia. *Serm 20. ſup. Ep. ad Rom. in princ. Moralis, col.* 239. *D. tom.* 4.

53. Arrogantia, quæ modeſtiæ metas tranſilit, ſtultos facit ſuperbos. *Ibid. ante med. col.* 240. *B.*

54. Arrogantia bullâ faciliùs rumpitur, aranearum texturâ citiùs ſcinditur, fumo leviùs diſſolvitur. *Ibid. in fine col.* 241. *C.*

55. Prima ingratitudo, arrogantia eſt: aufert enim beneficentiæ donum. *Serm. 5. ſup. Ep. ad Philip. in medio Moralis, col.* 1153. *D. tom.* 4.

56. Qui arrogans eſt, contumelioſus eſt, & percuſſor, & iracundus, & amarulentus, & triſtis: beſtia magis, quàm homo. *Ibid. ſerm. 7. in Morali circa med. col.* 1172. *B.*

57. Nihil ſic in arrogantiam extollere conſuevit, ſicut anima cum libertate vivens. *Hom. 1. ad Popul. Antioch. non longè a medio, col.* 16. *D. tom.* 5.

58. Tantum malum eſt arrogantia, quæ perſuadet ut quiſque ſemet ignoret, poſtquàm multos labores virtutis theſaurum exhaurit. *Hom. 3. de verbis Iſaye poſt init. col.* 813. *A. tom.* 7.

59. Nihil adeò alienum eſt ab anima Chriſtiana ſicut arrogantia. *Serm. 5. ſup. Ep. ad Philipp. in Morali poſt med. col.* 1154. *D. tom.* 4.

S. ISIDORUS HISPALENS. 60. Utilius eſt arroganti in quocumque vitio labi, & humilem poſt caſum Deo fieri, quàm per elationem ſuperbire, gravioremque ruinam & damnationem per ſuperbiam ſumere. *Lib. 2. de ſum. bono. cap. 38. ſent.* 21. *pag.* 654. *col.* 2.

61. Arrogantes nunquàm conſequuntur legendo perfectam ſcientiam. *Profec.*

62. Nam quamvis ſcientea in ſuperficie videantur, medullitùs tamen veritatis arcana non tangunt, quia arrogantiæ nube præpediuntur.

63. Semper enim arrogantes legunt, quærunt, & nunquàm inveniunt. *Lib. 3. de ſum. bono. cap. 11. ſent.* 2. *pag.* 669. *col.* 2.

64. Plerumque utile eſt arrogantibus deſeri à Deo, quatenùs ſuæ infirmitatis conſcii, ad humilitatem redeant, & humiles poſt caſum exiſtant. *Ibid. cap. 23. ſent. 14. pag.* 675. *col.* 2.

LACT. FIRM. 65. Arrogantes ſtulti ſunt, qui putant ſcientiam veritatis conjectura poſſe comprehendi. *Lib. 3. de falſa ſapient. cap. 6. in med. pag.* 100.

S. NILUS ABB. 66. Væ arroganti: nam cùm ſepulchrum ingreſſus fuerit, tùm quiſnam ſit edocetur. *Apud Joann. Damaſcenum, lib. 3. Parall. cap. 96. fol. 137. pag.* 1. *C.*

RICH. A S. VICTORE. 67. Sicut nihil faciliùs erubeſcimus, quàm malitiam: ſic nihil difficiliùs cognoſcimus, vel erubeſcimus, quàm arrogantiam. *Lib. de erudit. hom. interior. cap. 28. in princ. pag. 108. col. 1. D. part.* 1.

68. Arrogantia oculum mentis obnubilat, vel excæcat, ut nec ſeipſum agnoſcere valeat. *Ibidem.*

THEOPHYLACTUS. 69. Arrogans & mentitur, & injuſtè agit. Mentitur, eò quòd de ſe pluſquàm meretur dicit: injuſtè agit, quia alienam, & ſibi non convenientem gloriam rapit. *Sup. Joan. cap. 7. in illud, Hic verax eſt, &c. pag.* 325. *lit. A.*

S. VALERIAN. 70. Quid supereſt illi, niſi damnationis ſententia, cui arrogantia dominatur? *Hom. 14. de bono humilit. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 492. col.* 1. *A. edit. Coloniæ* 1618.

IN VIT. PATR. 71. Arrogans & inflatus, ab Angelo providentiæ derelinquitur. *In Appendice Heraclidis cap. 36. ante med. pag.* 968. *col.* 2.

CICERO. 72. Omnis arrogantia odioſa eſt; ſed illa ingenii, atque eloquentiæ multò moleſtiſſima. *Orat. 4. pro Cæcilio circa med. col.* 67. *B. tom.* 2.

Arrogare ſibi.

DEFINITIO.

COLLECTOR. ARROGARE ſibi eſt bonum quod habetur, vel quod non habetur, ex ſe vel ex meritis ſuis ſibi vendicare.

SANTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Nihil ſanctior plus ſibi arroget, nihil ſibi potentior plus vendicet, nihil uſurpet ditior. *Lib. 2. Offic. cap. 24. a medio, col.* 54. *B. tom.* 1.

2. Mens nihil ſibi arroget; quia ſe regere non poteſt, niſi divino favore ſuffulta ſit. *Lib. 2. de Abraham. cap. 8. circa init. col.* 1018. *A. tom.* 4.

S. AUGUST. 3. Quis eſt hominum, qui ſuam cogitans infirmitatem, audet viribus ſuis tribuere caſtitatem, atque innocentiam ſuam? *Lib. 2. Confeſſ. cap. 7. in med. pag.* 57. *B. tom.* 1.

S. BERNARD. 4. Non parcit ſibi arrogans, qui vel ſibi arrogat, quod eſt: vel mentitur de ſe, quod non eſt. *Ep. 87. ad Ogerium Canonic. Regular. ante finem, fol. 229. col.* 1. *lit. B.*

5. Verè & abſque dubio eo quiſque peſſimus eſt, quò optimus, ſi hoc ipſum quo eſt optimus adſcribat ſibi. *Serm. 84. ſup. Cant. poſt init. fol. 201. columna* 4. *lit. L.*

S. BONAVENT. 6. Liber à culpa non eſt, qui alienum uſurpat officium. *In ſpeculo diſciplinæ, part. 1. cap. 4. prope init. pag.* 35. *col* 2. *A. tom. 7. part.* 4.

CASSIODORUS. 7. Juſtè virtus humana deſeritur, quando datum bonum atque perfectum non largitori Deo, ſed propriis viribus applicatur. *Sup. Pſ. 32. poſt med. verſ.* 16. *fol.* 47. *col.* 4.

S. CYRILLUS ALEX. 8. Humilioris ſortis homo, ſi plus ſibi quàm quod eſt tribuat, cùm riſu dignus ſit, tùm etiam periculis erit obnoxius. *Hom. 4. in feſtis Paſchalib. poſt init. pagina* 28.

S. FULGENT. 9. Nihil tibi boni tanquam tuum aſſignes, ne non accipias quod accipere poteras: & quod acceperas, perdas. *Ep. 6. ad Theodor. cap. 8. pag. 138. col.* 1. *B. apud Bibl. Patr. tom. 6. part.* 1.

10. Deteſtabilis eſt qui ſibi tribuit homo, quod Deus hominibus donat. *Ibidem.*

S. GREG. MAG. 11. Gravis culpa eſt, ſibi hoc hominem arrogare, quod non eſt. *Lib. 12. Moral. cap. 16. in princ. num.* 16. *col.* 417. *C. tom.* 1.

12. Cum Deo contendere eſt, non ei tribuere, ſed ſibi gloriam ſuæ virtutis arrogare. *Lib. 9. Moral. cap. 2. ante med. col.* 292. *A. tom.* 1.

13. Qui accepta dona ſibi arrogat, ſuis contra Deum donis pugnat. *Lib. 9. Moral. cap. 2. in princ. col.* 291. *C. tom.* 1.

14. Si poſt virtutum munera nulla tentatione animus concutitur, has ſe habere ex ſemetipſo gloriatur. *Lib. 8. Moral. cap. 17. ante med. colum. 265. lit. B. tom.* 1.

15. Nihil ſuæ virtuti tribuit, qui bonum quod à conditore habuiſſe ſe intimat, qui ad laudem conditoris narrat, indicans ab ipſo ſe accepiſſe ut bonus eſ-

ſei, à quo accepit ut eſſet. *Lib.* 21. *Moral. cap.* 13. *prope med. num.* 13. *col.* 725. *g. tom.* 1.

S. GREGORIUS MAGN.

16. Sancti viri robur ſuum non deputant, quia quantolibet ingenio fulgeant, nihil ſe eſſe ex ſuis viribus penſant. *Lib.* 22. *Moral. cap.* 2. *ante fin. num.* 4. *col.* 733. *C. tom.* 1.

17. In tantum proficis, in quantum non ſtudueris derogando fratribus tibi arrogare. *Lib.* 4. *in Regiſtro. Indict.* 13. *cap.* 82. *Ep.* 38. *ad Ioan. Epiſcop. ante med. col.* 452. *C. tom.* 2.

S. HIERON.

18. Quicunque tribuit ſibi bonum quod facit, etiamſi nihil videtur mali manibus operari, cordis innocentiam perdit. *Sup. Prov. cap.* 16. *in princ. col.* 1671. *C. tom.* 3.

HUGO CARD.

19. Ne innitaris prudentiæ tuæ; nec tibi, ſed gratiæ Dei adſcribe, ſi quid ſis; ſi quid boni facis. *Sup. Geneſ. cap.* 2. *poſt med. fol.* 5. *col.* 2. *Moraliter tom.* 1.

20. Deo omnia adſcribas, non tibi: vult enim Dominus gloriam ſibi, & homini utilitatem. *Sup. Deut. cap.* 26. *in fine, fol* 168. *col.* 3. *tom.* 1.

21. Deum negat, qui ab eo non recognoſcit quidquid habet boni, ſed ſibi arrogat. *Sup. Iob cap.* 31. *fol.* 437. *col.* 3. *Myſtice tom.* 1.

22. Qui ſapientiam ſibi præ cæteris arrogat, graviter peccat. *Ibid. cap.* 32. *fol.* 438. *col.* 4.

23. Sicut gravis culpa eſt homini, ſibi arrogare quod non eſt: ſic culpa nulla eſt, ſi humiliter dicat quod bonum eſt. *Sup. Iſayam, cap.* 38. *fol.* 83. *col.* 1. *tom.* 4.

24. Impudentiſſimè tibi arrogas gloriam ſine victoria, aut victoriam ſine pugna. *Sup. Ep. ad Hebr. cap.* 10. *fol.* 262. *col.* 2. *tom.* 7.

S. JOANNES CHRYSOST.

25. Nihil de parentum nobilitate quidquam nobis arrogemus, niſi probam eorum vitam ſequamur. *Hom.* 45. *ſup. Matth. ante med. col.* 390. *A tom.* 2.

26. Qui ſibi nihil arrogat, is verè humilis eſt. *Ibid Hom.* 66. *poſt med. col* 550. *B.*

27. Non poterit quiſquam ſibi vendicare, quod Dei eſt, licèt Deus, quod ſuum eſt, homini dignetur adſcribere. *Hom.* 2. *in dictum Ioan.* 15. *Vos amici mei eſtis. in fine, col.* 435. *A. tom.* 3.

S. ISIDORUS HISPAL.

28. Circumſpice temetipſum homo, nihilque tibi arroges de his, quæ in te ſunt, præter peccatum. *Lib.* 3. *de ſum. bono. cap.* 23. *ſent.* 2. *pag.* 675. *col.* 1.

S. JUSTINUS MART.

29. Prudentiam nobis ſolis tribuere, & quaſi vendicare non debemus. *Ep. ad Zenam. in med. apud Bibl. Patr. tom.* 2. *pag.* 70. *col.* 1. *D. edit. Colonia* 1618.

S. LAURENT. JUSTIN.

30. Quanti ſceleris arbitrandus eſt reus, qualive animadverſione æquiſſimè feriendus, qui divinum furari præſumit honorem; & quod ſolius eſt Dei, ſibiipſi nequiter vendicare conatur? *Part.* 2. *de Regimine Prælat. cap.* 12. *poſt init. pag.* 581. *col.* 2 *E.*

31. Qui virtute eſt præditus, neſcit quod Dei eſt, ſibi inaniter arrogare. *Part.* 2. *de Humilit. cap.* 12. *poſt med. pag.* 677. *col.* 1. *C.*

LUD BLOS.

32. Totum Deo tribue, quod bonum & laude dignum eſt, nihil tibi. *In canone vitæ ſpirit. cap.* 8. *circa med. pag.* 7. *col.* 2.

33. Cùm nihil in te ſit propriè tuum, niſi peccatum, tu quidquid boni habes & agis, attribue Dei miſericordiæ ac benignitati, & ne pilum quidem ex his donis Dei tibi aſſumas. *Profec.*

34. Quod ſi quidpiam ex donis Dei tibi adſcripſeris, uſurpaveriſque, latet in te grandis ſuperbia.

35. Odio tibi ſit hæc peſtis pernicioſiſſima, ut non ſolùm non adſcribas tibi aliquid boni, verum etiam malorum omnium, quæ in mundo fiunt, potiùs in te culpam retorqueas. *In Speculo ſpirituali cap.* 8. *poſt init. pag.* 54. *col.* 1.

PETRUS BLESENS.

36. Si noveris te eſſe, qualem laus aliena depingit, non tibi, ſed Deo adſcribe. *Ep.* 132. *ad quendam Abbat. poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 808. *col.* 2. *E. edit. Colonia* 1618.

37. Omnia ſpiritualia exercitii lucra referas ad illius gloriam, qui eſt Rex gloriæ: non tibi arroges. *Profec.*

PET. BLES.

38. Fur enim & latro es, ſi tibi aliquid indè uſurpare præſumas: illuc undè flumina exeunt, revertantur. *Ibid. tract. de Inſtit. Epiſc. ante med. pag.* 942. *col.* 1. *lit. A.*

S. PETRUS CHRYSOL.

39. Chriſtus quidquid ſuarum virtutum eſt, refert ad gloriam Patris: & homo, cujus ſuum nihil eſt, ſibi vendicare laborat. *Serm.* 113. *ante finem, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 746. *col.* 2. *E.*

40. Nemo arroget potentiæ ſuæ, quod non dat niſi Deus. *Ibid. ſerm.* 135. *ſub finem, pag.* 761. *colum.* 2. *lit. H.*

S. PETR. DAM.

41. Nullum inexorabilius perſequitur multitudo, quàm illum qui ſibi multitudinis arrogat principatum. *Serm.* 59. *de S. Nicolao, circa med. pag.* 289. *col* 2. *to.* 2.

PETRUS MAUR. CLUNIAC.

42. Nihil faſtus, nihil dominium, nihil majeſtas: ſed totum ſibi hominem æquitas, totum humilitas, totum ratio vendicet. *Lib.* 6. *Ep.* 46. *ad S. Bernard. ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 143. *col.* 1. *C. edit. Colonia* 1618.

S. PROSPER.

43. Qui omnia, quæ benè facit, ſuis viribus adſcribit, nihil ei proderit quidquid boni facit. *Lib.* 3. *de vita contemplat. cap.* 1. *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 69. *col.* 2.

44. Si quis eſt, qui aliqua ſe habere exiſtimat bona, quorum non Deus largitor ſit, ſed ipſe ſibi author exiſtat, manifeſtum eſt, non Dei ſpiritum habere, ſed mundi. *Ibidem Ep. ad Demetriadem ante med. pag.* 187. *col.* 1. *B.*

45. Nihil ſibi arrogandum: cùm enim in bonis, & rectis actibus laudabilis vita ducitur, Dei eſt quod geritur Dei eſt quod amatur. *Ibid. &c. col.* 2. *F.*

46. Suum conſtituere meritum, ubi divinum ceſſarit auxilium, hæc ſuperbia eſt, omni peccato nocentior, omni genere elationis inſanior. *Ibid. poſt med. pag.* 189. *col.* 2. *H.*

S. REMIGIUS.

47. Apud ſe prudens eſt, & non apud Deum, qui ſapientiam quam habet, non authori omnis ſapientiæ deputat, ſed ſibi ſuiſque meritis & ſtudiis. *Sup. Ep. ad Rom. cap* 12. *Can.* 16. *apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag* 850. *col.* 2 *F. edit. Colonia* 1618.

RICH. A SANCTO VICTORE.

48. Dona Dei ſuis meritis adſcribere, quid tam impium? *Part.* 2. *ſup. Pſ.* 25. *ante fin. pag.* 50 *col.* 1. *D.*

SALVIANUS.

49. Maxima accuſatrix hominum, eſt uſurpatrix innocentiæ arrogantia. *Lib.* 4. *de Gubernat. poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 339. *col.* 1. *A. edit. Colonia* 1618.

50. Sicut optimi cupiunt virtutum univerſarum culmen aſcendere: ſic peſſimi optant, palmas ſibi univerſorum ſcelerum vendicare. *Ibid. lib.* 6. *poſt init. pag.* 346. *col.* 2. *F.*

S. THOMAS AQUINAS.

51. Nullus debet ſibi arrogare, quod Dei eſt. *Secunda ſecundæ quæſt.* 66. *art.* 1. *in princ. pag.* 126. *col.* 2.

52. Ingratus eſt, qui ſibi attribuit quod ab alio habet. *Ibid. quæſt.* 162. *art.* 4. *in corp. ad* 3. *pag.* 280. *col.* 2.

53. Cùm aliquis ex ſua injuſta voluntate ſibi attribuit pluſquàm ſibi debeatur, juſtum eſt ut diminuatur etiam quantùm ad id, quod ſibi debebatur. *Part.* 3. *quæſt.* 49. *art* 6. *in princ. corporis, pag.* 104. *col.* 1.

THOMAS À KEMPIS.

54. Nihil tibi de bono adſcribere debes, nec alicui homini virtutem attribuas, ſed totum da Deo, ſine quo nihil habet homo. *Lib.* 3. *de Imit. Chriſti, cap.* 9. *ſect.* 2. *pag.* 371. *tom.* 2.

55. Nemo quidquam ſibi arroget, ſed de Dei bonitate ſibi porrigi omnia confiteatur. *De fideli diſpenſat. cap.* 3. *§.* 5. *circa med. pag.* 647. *tom.* 2.

S. VALERIAN

56. In quo religioſæ fidei labore profeceris, authori tuæ libertatis aſſignes, non tibi. *Hom.* 3. *de arcta vita in fine, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 479. *col.* 2. *lit. E.*

57. Nemo ſapiens Dei beneficia, ſuis virtutibus æſtimet applicanda. *Ibid. Hom.* 7. *de miſericordia, verſus init. pag.* 483. *co.* 2. *E.*

S. VALERIAN. 58. Stultitiæ genus eſt, ut homo ſuum eſſe judicet quod laboravit, qui in alterius poteſtate conſiſtit. *Ibidem, Homil.* 11. *ferè in med. pag.* 488. *col.* 1. *lit. D.*

59. Stultitiæ genus eſt, ut cùm alii debeas vitæ beneficium, tibi adſcribas ornamenta virtutum. *Ibid. in med. pag.* 488. *col.* 2. *E.*

60. Cavendum eſt, ne quando quod ad gloriam boni operis pertinet, noſtris virtutibus adſcribamus. *Ibid. ante fin. pag.* 488. *col.* 2. *H.*

61. Totum perdidit quod laboravit, qui propriis virtutibus fructum ſanctitatis adſcripſerit. *Ibid. in fine, pag.* 489. *col.* 1. *A.*

Santentiæ Paganorum.

ARISTOTELES. 62. Plura quàm adſint, ſibi arrogare, jactantiæ eſt: minùs verò, diſſimulationis: inter hæc igitur medium eſt veritas. *Libr.* 1. *magnor. Moral. cap.* 7. *in calce, tom.* 2.

SENECA. 63. Non tibi adſcribas, quod non eris, nec quod es: nec major quàm es, videri velis. *De* 4. *virtutib. circa med. pag.* 474. *edit. Baſileæ.*

SIXTUS PHIL. 64. Qui electus Dei eſt, facit quidem omnia ſecundùm Deum; fuiſſe autem ſeipſum non jactat. *Sent.* 413. *apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pag.* 67, *col.* 1. *D. edit. Coloniæ* 1618.

Ars.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO.

Etymologia.

S. AUGUST. ARs a ipſa, virtus à veteribus definita eſt: undè ab eo quod græcè ἀρετὴ, dicitur virtus, nomen artis Latinos traduxiſſe putaverunt. *Lib.* 4. *de Civ. Dei, cap.* 21. *ab init. pag.* 71. *B. tom.* 5.

Definitio.

HUGO A SANCTO VICTORE. Ars eſt ſcientia, quæ præceptis regulíſque conſiſtit. *Libr.* 2. *Didaſc. cap.* 1. *verſ. med. pag.* 6. *A. tom.* 3.

Ars mechanica, ideſt adulterina, eſt ſcientia ad quam fabricæ omnium rerum concurrere debent. *Ibid. cap.* 21. *in fin. pag.* 9. *G.*

S. CLEM. ALEX. Ars ſophiſtica eſt poteſtas phantaſtica, ſeu quæ viſione percipitur, verbis falſas opiniones, tanquàm veras ingenerans. *Lib.* 1. *Stromat. ante med. fol.* 60. *pag.* 2. *lit. E.*

S. THOMAS AQUINAS. Ars nihil aliud eſt, quàm ratio recta aliquorum operum faciendorum. 1. 2. *quæſt.* 57. *art.* 3. *in corp. pag.* 95. *col.* 1.

VEL.

Ars eſt recta ratio factibilium. *Ibid. quæſt.* 58. *art.* 2. *in corp. ad* 1. *pag.* 97. *col.* 1.

Divisio.

HUG. A S. VICTORE. Ars mechanica ſeptem ſcientias continet: lanificium, armaturam, navigationem, agriculturam, venationem, medicinam, theatricam. *Lib.* 2. *Didaſc. cap.* 21. *in princ. pag.* 9. *F. tom.* 3.

S. THOMAS AQUINAS.

Quatuor ſunt artes, homines in aſſidua penuria nutrientes.
- Grammatica.
- Dialectica.
- Arithmetica.
- Geometria. *Proſec.*

- Prima, artium eſt principium, ſed ſenſus claudit oſtium.
- Secunda, verum à falſo inſtruit, ſive diſcernit, ſed in perſona eſt ridiculum.
- Tertia, docet numerum, ſed nummorum neſcit computum.
- Quarta, menſuram terræ variat, ſed nummis privata exulat. *Tom.* 1. *Opuſc. de ſcientiis utilioribus in princ. fol.* 109. *pag.* 1.

SENECA. Quator ſunt artium genera: ſunt vulgares & ſordidæ, ſunt ludicræ, ſunt pueriles, ſunt liberales. *Proſec.*

Vulgares ſunt opificum, quæ manu conſtant, & ad inſtruendam vitam occupatæ ſunt; in quibus nulla decoris, nulla honeſti ſimulatio eſt.

Ludicræ ſunt, quæ ad voluptatem oculorum atque aurium tendunt.

Pueriles ſunt, & aliquid habentes liberalibus ſimile, quas ἐλευθερίους Græci, noſtri liberales vocant.

Solæ autem liberales ſunt, immò (ut dicam veriùs) liberæ, cujus curæ victus eſt. *Epiſt.* 88. *circa med. pag.* 740. *tom.* 2.

Sententiæ Patrum.

S. AUGUSTIN. 1. Ars matheſeos evitanda & fugienda eſt: hanc enim aſtutia, & ſubtilitas invenit diaboli. *De quæſt. veter. & novi Teſtamenti, quæſt.* 115. *ferè in princ. pag.* 594. *lit. C. tom.* 4.

2. Uſum artium liberalium aſſequi difficillimum eſt, niſi ei qui ab ipſa pueritia ingenioſiſſimus inſtantiſſimè atque conſtantiſſimè operam dederit. *Lib.* 2. *de Ord. cap.* 16. *in fin. pag.* 344. *C. tom.* 1.

3. Tria ſunt, quæ in unoquoque homine artifice ſpectantur, ut aliquid efficiat: natura, doctrina, uſus: natura ingenio, doctrina ſcientia, uſus fructu dijudicandus eſt. *Lib.* 11. *de Civ. Dei, cap.* 25. *circa med. pag.* 204. *D. tom.* 5.

4. Omnes artifices mali Deum non timentes, pro lucro, vel pro timore damni aut egeſtatis, mentiuntur & perjurant. *Sup. Pſal.* 70. *in en rrat. primæ partis, poſt med. verſ.* 17. *pag.* 524. *D. tom.* 8.

S. BASILIUS MAGNUS. 5. Non fugienda eſt omninò ars, neque in ipſa omnes ſpes ponere conſentaneum eſt. *Quæſt.* 55. *quæſt. diffusè explicat. circa finem, pag.* 551. *tom.* 3.

6. Artium ſtudia unà cum hoc tempore finiuntur. *Epiſt.* 42. *ad Maxim. philoſoph. in med. fol.* 675. *tom.* 4.

7. Sanitatis choragus & princeps, eſt ars medicinæ. *Ibidem, Epiſt.* 80. *ad Euſtathium medic. circa init. pag.* 714.

S. BERNARD. 8. Qui callet ingenio, qui viget arte, qui præeminet intellectu, inſtrumenta ſunt hæc ei tàm vitiorum, quàm virtutum. *Proſ.*

9. Ingenium corpus adaptat, ars naturam informat, intellectus animum facit docibilem. *De vita ſolitar. ad fratr. de Monte Dei, ante med. fol.* 316. *col.* 1. *lit. B.*

S. BERNARD. & S. ISIDORUS HISPALENS. 10. Omnis ars hujus ſeculi, ſtrenuos habet amatores, & ad exequendum promptiſſimos: quare? quia præſentem habet remunerationem. *Proſ.*

11. Ars verò divini timoris multos habet ſectatores tepidos, languidos, & pigritiæ inertia congelatos: ſed hoc fit, quia merces laboris eorum non in præſenti vita, ſed in futura dabitur. *Serm.* 6. *ad ſororem, in medio, in* 2. *volum. fol.* 82. *col.* 1. *C. & Iſidor. Lib.* 2. *de ſum. bono, cap.* 9. *ſent.* 4. *pag.* 641. *colum.* 2.

S. BONAVENT. 12. Aſtrologia eſt magnum religioſis argumentum, tormentumque curioſis. *Lib.* 3. *Pharetra, cap.* 32. *circa med. pag.* 168. *col.* 2. *D. tom.* 6. *part.* 1.

13. Omnis ars mechanica aut eſt ad ſolatium, aut eſt ad commodum. *De reductione artium ad Theolog. in princ. pag.* 1. *col.* 2. *A. tom.* 6. *part.* 1.

S. CYPRIANUS. 14. Non facilè de artibus rectè judicat, qui artes ignorat. *In Præfat. ad Cornelium Papam, de cardinalibus operibus Chriſti, cap.* 2. *in princ. pag.* 444. *col.* 1. *tom.* 3.

DIONYSIUS CARTHUS. 15. Ars artium eſt vivere Deo, & compendioſè proficere. *De Profeſſ. Monaſt. art.* 20. *in princip. folio* 91. *pag.* 1.

GLOSS. ORD. 16. Quilibet catholicus, cùm artem (quam pro communi utilitate didicit) ſuperbiæ, cenodoxiæ, philargyriæ, vel cujuſlibet vitii contagione polluit, ſuo ſe gladio confodit: quia quo defendi ab hoſte debuit, in ipſum

irruit. *Sup. 1. Paralipp. cap.* 10. *column.* 1059. *lit. C. tom.* 2.

GLOSS ORDIN. 17. Licèt ars imitetur naturam, opera tamen artis non aſſequuntur perfectionem operum naturæ. *Sup. Matth. cap. 6. col.* 140. *F. tom.* 5.

18. Quæ ſitie his agi poſſunt vitia hominis ſunt, oon artis: ſicut & in omnibus artibus malè agitur, non ex eis, ſed ex hominibus, ars enim neſcit vitium. *Sup. illud Pſ.* 70. *Quoniam non cognovi litteraturam, col.* 950. *lit. E. tom.* 3.

S. GREGORIUS MAGNUS. 19. Subtiliſſima ars vivendi eſt, culmen tetiere, gloriam premere, ſe eſſe neſcire. *Libr.* 26. *Moral. cap.* 19. *ante finem, num.* 24. *colum.* 876. *lit. A. tom.* 1.

20. Nulla ars doceri præſumitur, niſi inteota priùs meditatione diſcatur. *Part.* 1. *Paſtor. cap.* 1. *in princ. col.* 1227. *A. tom.* 1.

21. Ars artium eſt, regimen animarùm. *Ibid.*

22. Ars, & mira diſciplinæ ſcientia, eſt toto cordis adniſu addiſcenda. *Hom.* 19. *ſup. Ezech. poſt med. col.* 273. *C. tom.* 2.

23. Ad hoc tantùm liberales artes diſcendæ ſunt, ut per inſtructionem illarum divina eloquia ſubtiliùs intelligantur. *Libr.* 5. *in* 1. *Reg. cap.* 3. *longè poſt med. col.* 1517. *tom.* 2.

24. Habens artem quâ regitur, magnoperè ſtudeat, ut uſum atque utilitatem illius cum proximo partiatur. *Hom.* 9. *ſup. Evang. ſub fin. in illud Matth.* 25. *Omni habenti dabitur col.* 347. *D. tom.* 2.

S GREGOR. NISS. 25. Indita eſt naturæ divina quædam ars, quæ res conditas, quaſi nexu quodam ſtabilitas perpetuaret, dupliciqoe vi cunctà moderaretur. *De Hominis opificio, cap.* 1. *in princ. pag.* 51. *B.*

S. HIERONYM. 26. Senectus eorum, qui adoleſcentiam ſuam honeſtis artibus inſtruxerunt, ætate fit doctior, uſu tritior, proceſſu temporis ſapientior, & veterum ſtudiorum dulciſſimos fructus metit. *Tom.* 1. *Ep. ad Nepotian. poſt init. pag.* 12. *C.*

27. Nulla ars abque magiſtro diſcitur. *Tom.* 1. *Ep.* 4. *ad Ruſticum, poſt med. pag.* 46. *D.*

28. Felices eſſeot artes, ſi de illis ſoli artifices judicarent. *In Iſayam in princ. Proœm. lib.* 16. *pag.* 210. *A. tom* 5.

29. Naturale eſt, ut omnes artifices ſuæ artis loquantur exemplis: & unuſquiſque in quo ſtudio trivit ætatem, illius ſimilitudinem proferat. *Sup. Amos, lib.* 1. *cap.* 1. *pag.* 72. *D. tom.* 6.

HUGO A S. VICTORE. 30. Non invenitur inter cæteras artes liberales ars iſta præ aliis liberalis, quâ teneatur cor, quod omni mobili mobilius, quod omni lubrico lubricius eſt. *Lib.* 3. *de Anima, cap.* 13. *in princip. pagin.* 115. *lit. F. tom.* 2.

JOAN. CASS. 31. In omni arte præcedit quidam ſcopus, quem niſi quis omni ſtudio, perſeverantiaque ſervaverit, nec ad finem deſiderati fructus poterit pervenire. *Collat.* 1. *Abbat Moyſis, cap.* 4. *in princ. pag.* 302.

32. Miſerum eſt cujuſlibet artis diſciplinam quempiam profiteri, & ad perfectionem ejus minimè pervenire. *Collat.* 19. *Abbat. Joannis, cap.* 5. *in fine, pag.* 752.

S JOANNES CHRYSOST. 33. Ars quædam liberalis eſt miſericordia; qoid hac arte utilius, atque præſtantius? hæc poſt hanc vitam maximè fulget, in cœlis habet officinam, & non hominem, ſed Deum magiſtrum poſſidet. *Homil.* 53. *ſup. Matth. circa, & poſt med. col.* 448. *A* 449. *B. tom.* 2.

34. Nemioem artis ſuæ podeat, ſed eos tantùm qui otioſam vitam agunt. *Hom.* 5. *ſup.* 1. *ad Cor. in Morali, ante fin. col.* 360. *D. tom.* 4.

35. Qui in qualibet arte oecupatur, non facilè quidquam ſuperfluum, neque verbis, oeque re, tiec cogitationibus ſuſcipiet. *Ibid. ut ante A.*

36. Artis eſt proprium, ad aliquam utilitatem pervenire. *Hom.* 33. *ad Popul. Antioch, in princ. col.* 259. *D. tom.* 5.

S. ISIDOR. ISP. 37. Quantò ampliùs ad quamlibet artem homo conſcendit, tantò magis ad hominem ars ipſa deſcendit. *Lib.* 3. *de ſummo bono, cap.* 9. *ſent.* 3. *pag.* 669. *colum.* 1.

LACT. FIRM. 38. Nulla ars eſt, quæ non ſcientia conſtet. *Libr.* 3. *de falſa ſapient. cap.* 5. *prope init. pag.* 98.

39. Artes diſcuntur, ut exerceantur: exercentur autem, vel ad ſubſidia vitæ, vel ad voluptatem, vel ad gloriam. *Ibidem, cap.* 8. *non longè a med. pag.* 103.

S. NILUS. 40. Nulla ars ſine tempore diſcitur, & ſine præceptore: ars artium ſola, ſine magiſtro percipitur. *In libr. Aſcetico ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 959. *col.* 2. *G. edit. Colon.* 1618.

S. PETRUS CHRYSOLOG. 41. Cuncta quæ natura generat, vel producit, pietas nutrit, induſtria excolit, ars decorat. *Serm.* 132. *ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 760. *col.* 2. *E. edit. Coloniæ* 1618.

S. PROSPER. 42. Ars omnipotentis artificis, & lex omnium artium veritas eſt. *Sent.* 386. *apud D. Auguſt. in fin. tom.* 3. *pag.* 766. *D.*

S. SIDONIUS. 43. Natura comparatum eſt, ut in omnibus artibus, hòc ſit ſcientiæ pretioſior pompa, quò rarior. *Lib.* 2. *Ep.* 10. *ad Heſperiam in calce, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 1000. *col.* 1. *B.*

TERTULLIAN. 44. Nulla ars non alterius artis aut mater, aut propinqua eſt, nihil alterius vacat: tot ſunt artium venæ, quot hominum concupiſcentiæ. *De Idololatr. cap.* 8. *in medio, pag.* 283. *C. tom.* 2.

S. THOMAS AQUINAS. 45. Ars cujus operibus homines poſſunt benè & malè uti, eſt licita. *Secunda ſecund. queſt.* 169. *art.* 2. *in corp. ad* 4. *pag.* 291. *col.* 1.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 46. Ars imitatur naturam inquantum poteſt. 2. *Phyſ. & hab. apud Bed. tom.* 2.

47. Ars ſupplet defectum naturæ. 7. *Politic. & habet. ut ante.*

48. Finis utilis in arte, eſt cognitio. 1. *Ethic. & hab.* &c.

49. Opus ſuum diligit unuſquiſque artifex. 9. *Ethic. cap.* 8. *& hab. ut ante.*

CICERO. 50. Vitioſum eſt, artem vituperare propter ejus vitia. *Lib.* 2. *de Arte Rhet. ad Herennium, poſt med. col.* 26. *F. tom.* 1.

51. Imitetur ars naturam, & qood ea deſiderat, inveniat: quod oſtendit, ſequatur. *Ibidem, lib.* 3. *ante fin. col.* 42. *C.*

52. In omni diſciplina, infirma eſt artis perceptio ſine ſumma aſſiduitate exercitationis. *Ibidem, ſub finem, col.* 43. *C.*

53. Duæ ſunt artes, quæ poſſunt locare homines in ampliſſimo gradu dignitatis: una imperatoris, altera oratoris boni. *Orat.* 23 *pro Murana ante med. col.* 480, *D. num.* 30. *tom.* 2.

54. Omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, & quaſi cognatione quadam inter ſe continentur. *Ibid. Orat.* 26. *pro Archipoeta, in princ. col.* 542. *E. num.* 2.

55. Nulla ars ſine interprete, & ſine aliqua exercitatione percipi poteſt. *Lib.* 7. *Ep.* 19. *ad Trebat. in med. col.* 214. *B. tom.* 3.

56. Ars eſt, philoſophia vitæ. *Lib.* 3. *de finibus circa init. num.* 4. *col.* 104. *C. tom.* 4.

57. Duæ ſunt artes, quibus perfectè ratio & oratio compleatur: una inveniendi, altera diſſerendi. *Ibid. lib.* 4. *poſt init. num.* 10. *col.* 123. *F.*

58. Ars eſt dux certior, quàm natura. *Ibidem,* &c. *lit. H.*

59. Quam quiſque nôrit artem, in hac ſe exerceat. *Lib.* 1. *Tuſc. quæſt. ante med. colum.* 174. *lit. A. tom.* 4

60. Honos alit artes. *Ibid. poſt init. col.* 165. *E.*

PLATO. 61. De omnibus artibus hunc in modum conſtituendum eſt; ut quæ una quadam arte cognoſcimus, altera

minimè cognoſcamns. *Tom.* 1. *Sizygia* 4. *in Iliade poſt med. pag.* 537. *D.*

Plato. 62. Ad hoc nata eſt, atque inſtituta ars: ut quod unicuique commodum eſt atque utile inveſtiget, atque ſuppeditet. *Tom.* 2. *Sizygia* 4. *lib.* 1. *de Republ. circa med. pag.* 341. *D.*

63. Unaquæque ars nullam aliam quampiam utilitatem habet propoſitam, quàm ut maximè ſit abſoluta, & omnibus ſuis numeris perfecta. *Ibid.*

64. Nulla ars ſibi, ſed ei conducit cujus ipſa eſt ars. *Ibidem, poſt med. pag.* 342. *C.*

Seneca. 65. Non eſt ars, quæ ad affectum caſu venit: ſed vera ars, eſt ſapientia. *Epiſt.* 29. *poſt init. pagin.* 577. *tom.* 2.

66. Omnis ars, imitatio eſt naturæ. *Epiſt.* 65. *circa init. pag.* 640.

67. Meritoria artificia ſunt & utilia, ſi præparant ingenium, non detinent. *Prof.*

68. Grammaticus circa curam ſermonis verſatur, circa hiſtorias, circa etiam carmina.

69. Quid horum ad virtutem viam ſternit? quid ex his metum demit, cupiditatem eximit, libidinem frænat?

70. Ad Geometriam tranſeamns, & ad Muſicam: nihil apud illas invenies, quod vetet timere, vetet cupere, quæ quiſquis ignorat, alia fruſtrà ſcit.

71. Videndum eſt, utrùm doceant iſti virtutem, an non: ſi non docent, nec tradunt quidem: ſi docent, philoſophi ſunt.

72. Muſica docet me, quomodo inter ſe acutæ ac graves conſonent voces: quomodo nervorum diſparem reddentium ſonum fiat concordia.

73. Doce me quid ſit pudicitia, & quantum ex ea bonum in corpore, & in animo poſitum ſit.

74. Fac potiùs quomodò animus ſecum meus conſonet, nec conſilia mea diſcrepent.

75. Monſtras mihi, qui ſint modi flebiles: monſtra potiùs quomodò in adverſis non emittam flebilem vocem.

76. Metiri me Geometres docet latifundia, potiùs doceat quomodò metiar quantum homini ſit ſatis.

77. Numerare me docet Arithmetica, & avaritiæ commodare digitos: potiùs doceat nihil ad rem pertinere iſtas computationes; non eſſe feliciorem, ſi quantum habeat, per ſe computare cogatur.

78. Quid mihi prodeſt ſcire agellum in partes dividere, ſi neſcio cum fratre dividere?

79. Quid prodeſt colligere ſubtiliter pedes jugeri, ſi triſtem me facit vicinus potens, & aliquid ex meo abradens?

80. Doces me quomodò nihil perdam ex finibus meis, at ego diſcere volo, quomodo totum hilaris amittam.

81. O egregiam artem! ſcis rotunda metiri, in quadratum redigis quamcumque acceperis formam: intervalla ſiderum dicis, nihil eſt quod in menſuram tuam non cadat.

82. Si artifex es, metire hominis animum: dic quàm magnus ſit, dic quàm puſillus ſit.

83. Scis quæ recta ſit linea: quid tibi prodeſt, ſi quid in vita rectum ſit ignoras?

84. Ad illam artem tranſeamus, qua majores noſtri juventutem exercuerunt; haſtilia jacere, ſudem torquere, equum agitare, arma tractare.

85. Sed nec hæ, nec illæ docent, aluntve virtutem.

86. Quid enim prodeſt equum regere, & curſum ejus fræno temperare, & affectibus effrænatiſſimis abſtrahi?

87. Quid prodeſt multos vincere luctatione, vel cæſtu, & ab iracundia vinci?

88. Hæ viles ex profeſſo artes, quæ manu conſtant, ad inſtrumenta vitæ plurimùm conferunt, ad terrena multùm, ad virtutem nihil.

89. Liberales enim artes non perducunt animum ad virtutem, ſed expediunt, ſed percipiendis locum parant. *Senec, Epiſt.* 88. *ab initio uſque ad med. pag.* 736. *tom.* 2. Seneca.

90. Non eſt ars ſui juris, cui precarium fundamentum eſt. *Ibidem, à med. pag.* 741.

91. Mathematica ſuperficiaria ars eſt, in alieno ædificat, aliena accipit principia, quorum beneficio ad ulteriora perveniat. *Ibidem.*

92. Geometri quidquid in aliorum artibus ſupervacuum erat, tranſtulêre in ſuam: ſic effectum eſt, ut diligentiùs ſciant loqui, quàm vivere. *Ibidem, ſub fin. pag.* 744.

93. Non dat natura virtutem; ars eſt, bonum fieri. *Ep.* 30. *ſub fin. pag.* 757. *tom.* 2.

94. Artium peccata, artificibus pudori ſunt, offenduntque. *Ep.* 97. *ſtatim à medio, pag.* 798. *tom.* 2.

95. Laus alit artes, non laudatio, quæ corrumpit artes. *Ep.* 102. *circa med. pag.* 815. *tom.* 2.

Aſcendere in genere.

DIVSIO ET COMPARATIO.

Diviſio.

Tres ſunt aſcenſus. S. Auguſtin.
- In primo, aſcendimus ab iſtis exterioribus & inferioribus ad nos.
- In ſecundo, aſcendimus ad cor altum.
- In tertio, aſcendimus ad Deum. *Prof.*

- Primus aſcenſus, fit conſideratione mundi, & contemptu.
- Secundus, fit cognitione, & contemptu noſtri.
- Tertius, fit cognitione, & amore Dei.

Quantò ampliùs proficimus, tantò ampliùs aſcendimus: qui enim non aſcendit, deſcendit: & qui non proficit, deficit. *De Spiritu & Anim. cap.* 52. *in princip. pag.* 633. *lit. A. & B. tom.* 3.

Quatuor gradus aſcenſionis ſunt. S. Bernard.
- Primus, ad cor.
- Secundus, in corde.
- Tertius de corde.
- Quartus, ſupra cor. *Prof.*

- In primo, timetur Dominus.
- In ſecundo, auditur conſiliarius.
- In tertio, deſideratur ſponſus.
- In quarto videtur Deus. *Serm.* 4. *parvul. in appendice poſita in calce ſuorum operum, fol.* 372. *colum.* 1. *lit. A.*

Triplex eſt gravitas aſcenſus. Hugo Card.
- Grave eſt aſcendere.
- Gravius eſt, quando aſcenſus eſt lubricus, ſive arenoſus.
- Graviſſimum eſt, quando aſcenſor eſt debilis, & infirmus. *Sup. Eccleſiaſtic. cap.* 25. *fol.* 223. *col.* 2. *tom.* 3. *Myſtice.*

Tres ſunt aſcenſiones.
- Prima, eſt incipientium.
- Secunda, progredientium.
- Tertia, pervenientium. *Sup. Eccleſiaſten in princ. Prologi fol.* 70. *col.* 3. *tom.* 3.

Comparatio.

S. Bernardi. Sicut nemo repentè fit ſummus, ſed gradatim quiſque aſcendit; ſic nemo repentè fit peſſimus, ſed paulatim deſcendit: via eſt enim deſcenſionis, ſicut & aſcenſionis. *De 12. gradib. humilit. cap. Interlucet. prope fin. fol.* 301. *col.* 4. *L.*

S. Joannes Chryſoſt. Sicut volatilia donec altum aërem ſecant, non facilè capiuntur: ita tu donec ad ſuperiora aſcendendo reſpexeris, nec laqueo, nec ullis facilè capieris inſidiis. *Homil.* 55. *ad Populum Antiochen. ante med. col.* 140. *A. tom.* 5.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Aſceodens, directum attolle gradum: nullus indè tutò redit: hinc via, indè ruina eſt: hinc aſcenſus, indè periculum. *Prof.*

2. Aſcendendi quidem labor, ſed deſcendendi periculum. *Lib. 3. Ep. 11. ad Irenaeum, ante fin. col.* 530. *A. tom.* 2.

3. Neſcit ſummum, qui Chriſtum ignorat: in inferno ſemper eſt, qui non aſcendit ad Chriſtum. *De Tob. cap.* 19. *in fine, col.* 1152. *D. tom.* 4.

4. Ille verè aſcendit, qui propria peccata deponit. *Sup. Pſalm.* 118. *verſ.* 3. *Serm.* 16. *in med. col.* 1558. *B. tom.* 4.

S. ANTONIUS DE PADUA. 5. Qui vult aſcendere, ipſum prius deſcendere neceſſe eſt. *Serm. Dom.* 4. *poſt Epiphan. poſt init. folio* 39. *pag.* 2.

S. AUGUSTIN. 6. Tantò glorioſius mens ad ſuperiora promovetur, quantò diligentius ab inferioribus concupiſcentia cohibetur. *De opere Monach. cap.* 32. *in fine, pag.* 571. *A. tom.* 3.

7. Quis tàm beatus, qui in corde ſuo ſemper aſcendat? *Lib.* 4. *contra duas Epiſtolas Pelag. cap.* 11. *ante med. pag.* 633. *B. tom.* 7.

8. Cùm cœperit homo aſcendere, in ipſo exordio aſcenſionis linguas doloſas patitur, blandas ad perniciem, blandas ad malam ſuaſionem. *Prof.*

9. Dicunt enim, quid facis? quare hoc facis? ſervire aliter Deo non potes? ſic blanditur aſcendenti lingua doloſa.

10. Si aſcendere perſeveraveris, vincitur lingua doloſa, & blandiens incipit eſſe apertè ſæviens: & quæ blandiebatur ut ſeduceret; minatur ut terreat. *Sup. Pſ.* 123. *in Expoſ. ante med. verſ.* a. *Cùm iraſceretur, &c. pag.* 1000. *D. tom.* 8.

11. Cùm ab inferioribus ad ſuperiora volumus aſcendere, prius accurrit nobis ſenſus, deindè imaginatio, poſtea ratio, intellectus & intelligentia, & in ſummo eſt ſapientia, quæ Deus eſt. *De Spirit. & Anima, cap.* 11. *ante med. pag.* 608. *D. tom.* 3.

12. Quia bona exteriora diù ſtare noo poſſunt, juſſus eſt homo ab exterioribus ad interiora redire, & ab interioribus ad ſuperiora aſcendere. *Ibid. cap.* 14. *in med. pag.* 611. *B.*

13. Redeamus ad nos, ut poſſimus aſcendere ad nos. *Ibid. cap.* 52. *in princ. pag.* 633.

14. Anima quæ amat, aſcendit ſemper. *In Manuali, cap.* 24. *in fin. pag.* 550. *D. tom.* 9.

15. Aſcendentibus ſursùm versùs; primus actus dicitur animatio; ſecundus, ſenſus: tertius, ars; quartus, virtus: quintus, tranquillitas: ſextus, ingreſſio: ſeptimus, contemplatio. *Profec.*

16. Primus, de corpore, ſecundus per corpus, tertius circa corpus, quartus ad animam, quintus in anima, ſextus ad Deum, ſeptimus apud Deum. *De Quantit. Animæ, cap.* 35. *in princip. pagin.* 433. *lit. A. tom.* 1.

S. BERNARD. 17. Viſcus quidam pravi deſiderii & delectationis terrenæ volare non patitur mentem, & citiùs retrahit, ſi fortè aliquando ſublevetur. *Serm.* 2. *in Vigilia Nativ. ante med. fol.* 10. *col.* 4. *M.*

18. O perverſitas! ô abuſio filiorum Adam, quia cùm aſcendere difficillimum ſit, deſcendere autem facillimum, ipſi & leviter aſceodunt, & difficiliùs deſcendunt; parati ad honores, & celſitudines graduum eccleſiaſticorum, ipſis etiam Angelicis humeris formidandos. *Serm.* 2. *Aſcenſ. prope finem, fol.* 40. *colum.* 4. *lit. K.*

19. Aſcendimus velut duobus pedibus, meditatione & oratione: meditatio ſiquidem quid deſit docet, oratio ne deſit obtinet. *Serm.* 1. *de S. Andrea, in fin. fol.* 73. *col.* 2. *E.*

20. Curramus furſùm, non paſſibus corporis, ſed affectibus, ſed deſideriis, ſed ſuſpiriis. *In Meditat. cap.* 6. *ante medium, folio* 323. *column.* 4. *littera M.*

S. BERNARD. 21. Non deficias, neque tepeſcas, ut gradum perfectionis poſſis aſcendere, ad quem nonniſi multis laboribus pervenitur. *Prof.*

22. Euge, euge frater bone, initia tranſcende, & ad ſuperiora tende.

23. De radice enim ad cacumen, feſtinanti liber patet ingreſſus. *De ordine vitæ poſt med. fol.* 336. *colum.* 3. *lit. I.*

24. Contemplativi alii aſcendunt, & corruunt; alii rapiuntur, & deſcendunt. *In ſententiis, verbo Contemplativis fol.* 133. *col.* 1. *A.*

25. Tantò altiùs ſe quiſque noverit in virtutum gradibus aſcendiſſe, quantò minùs colloquiis humanis delectatur. *In* 2. *volum. de Paſſione, cap.* 27. *in fine, fol.* 68. *col.* 3. *G.*

26. Aſcenſus profectò arduus eſt, & caſſus conatus abſque Dei adjutorio. *Lib.* 5. *in floribus, cap.* 21. *ſtatim ab initio.*

27. Per humilitatem ad ſublimitatem aſcendere, hæc eſt via, & non eſt alia præter ipſam: qui aliter vadit, cadit potiùs quàm aſcendit. *Serm.* 2. *de Aſcenſione, ante finem, fol.* 40. *col.* 4. *K.*

28. Aſcendere non potes, niſi deſcenderis. *Ibid.*

29. Nemo repentè fit ſummus: aſcendendo, non volando apprehenditur ſummitas ſcalæ. *Serm.* 1. *de S. Andrea in fine fol.* 73. *col.* 2. *E.*

30. Si quis ad ſupremum exercitii ſpiritualis gradum pervenerit, aliquid ei de primi gradus imperfectione relinquitur, ut vix ſibi primum videatur adeptus. *In primo volumine, de quatuor modis orandi, ante med. fol.* 101. *col.* 3. *L.*

31. Aut aſcendas neceſſe eſt, aut deſcendas: ſi attentas ſtare, ruas neceſſe eſt. *Ep.* 91. *ad Abbat. Sueſſione congregatos, ante fin. fol.* 230. *col.* 1. *B.*

32. Rariſſima avis in terris eſt, qui de gradu, quem fortè in Religione ſemel attigerit, vel parùm aſcendat. *Epiſt.* 96. *ad Richard. Fontanenſem, circa med. fol.* 230. *col.* 3. *H.*

33. Cùm ratio proficiendo in amorem, furſùm aſcendit, amanti & deſideranti gratia condeſcendit. *De vita ſolitar. ad fratres, poſt med. fol.* 319. *col.* 3. *G.*

S. BONAVENT. 34. Timendum eſt aſceodentibus ſuperbis: ſi enim in monte cœli ſtare non potuit Angelus ſuperbus, quomodo aſcendere poteſt homo ſuperbus? *Ser.* 1. *Dom.* 3. *Quadrag. in princ. pag.* 72. *col.* 1. *tom.* 3.

35. Quantùm aſcenderunt mali per ambitionem in mundo, tantùm deſcendent per damnationem in inferno. *Serm.* 4. *de Aſcenſ. in fine, pag.* 125. *colum.* 1. *tom.* 3.

36. Paulatim aſcendes, ſed non paulatim deſcendes. *Ibid. &c.*

37. Tantò in materialibus aſcenſus eſt altior, quantò id quod aſcendit fuerit levius & purius: ſic & in ſpiritualibus, tantò aſcenſus eſt altior, quantò quod aſcendit, à terrena cupiditate eſt purius, & virtute gratiæ plenius. *Serm.* 4. *Dom.* 4. *poſt Pentecoſt. ante med. pag.* 152. *col.* 2. *tom.* 3.

38. Aſcendere debet homo.
- Ad veritatem, per contemplationem.
- Ad virtutem, per converſationem.
- Ad dignitatem, per vocationem.
- Ad immortalitatem, per reſurrectionem. *Ibidem, Ser.* 2. *Dom.* 16. *in princ. pag.* 188. *colum.* 1.

39. Heu! quàm multi non aſcenſiones ad cœlum, ſed deſcenſiones in infernum diſponunt: de vitio in vitium deſcendentes uſque ad profundum inferni! *Ibidem, non procul a med. pag.* 188. *col.* 2.

40. Heu! multò tàm plures dæmones quàm Angeli, ſcalam prelationis aſcendunt. *Ibidem, poſt med. ſup. illud Geneſ.* 28. *Scalam vidit Jacob, &c. pag.* 188. *column.* 2.

41. Per humilitatem ad ſublimitatem aſcenditur, nec

eſt

eſt alia via præter ipſam: ergo deſcende, ut aſcendas: humiliare, ut exalteris. *Serm. 2. omnium Sanctorum ante med. pag.* 284 *col. 2. tom.* 3.

S. BONAVENT. 42. Aſcendere ad dignitates, non eſt aliud, quàm ſibi præcipitium præparare: & tantò magis, quantò aſcenditur ſublimiùs. *Serm. 7. de SS. Apoſtolis, poſt init. pag.* 303. *col. 2. tom.* 3.

43. Sicut quantò quis plus aſcendit, tantò (dùm cadit) profundiùs ima petit: ſic quantò quis ampliùs deſcendit, tantò ampliùs ſursùm tendit. *Serm. 2. & in ord. 33. poſt med. pag.* 346. *col. 2. tom.* 3.

44. Quando cor terrenarum cupiditatum pondere aggravatur, ſursùm minimè aſcendere poteſt. *In Medit. vitæ Chriſti, cap. 44. poſt init. pag.* 365. *col. 2. B. tom. 6, part.* 2.

DIONYSIUS CARTHUS. 45. Iter tuum, voluntas eſt: amando aſcendis, negligendo deſcendis. *De 7. Itineribus in prologo diſt. 4. in calce, pag.* 138. *col.* 1. *tom.* 7.

46. Niſi quis Paſſionem Chriſti pro fundamento ſibi conſtituerit; quantò altiùs aſcenderit, tantò profundiùs ſe caſurum noverit. *De perfect. charit. art.* 44. *in principio, fol.* 220. *pag.* 2.

S. EUSEBIUS EMISSEN. 47. In tenebris reſidemus, ſi promoveri ceſſamus. *Homil. 1. ad Monach. in princip. apud Bibl. tom. 5. part. 1. pagina* 578. *column. 2. lit. G. editionis Coloniæ* 1618.

48. Si quotidiè in cordibus noſtris ponamus aſcenſus, nulla infirmitate, nulla ætate laſſari poſſumus. *Ibidem, Hom. 3. in fine, pag.* 581. *col. 1. D.*

GLOSS. INT. 49. Quamdiu in hoc ſeculo ſumus, & de Ægypto educimur, paulatim aſcendimus. *Sup. Hieremiam, cap. 2. in illud, Qui aſcendere nos fecit, colum.* 591. *B. tom.* 4.

GLOS. ORD. 50. Congrua aſcenſio eſt, cùm priùs eſt contemptus ſeculi, cui dantur æterna: ſecundus gradus, eſt manſuetudo. *Prof.*

51. Indè mores temperat manſuetudo, & non eſt mitis, qui priùs pauper non fuerit.

52. Impoſſibile eſt enim ſecundum gradum aſcendere, niſi primum aſcenderis. *Sup. Matth. cap. 5. col.* 99. *D. tom.* 5.

S. GREGOR. MAGNUS. 53. Fruſtrà velociter currit, qui priuſquàm ad metas veniat deficit. *Lib. 1. Moral. cap. 21. in princ. num.* 41. *col.* 23. *C. tom.* 1.

54. In cœlum tanta aſcenſura creditur multitudo hominum, quanta multitudo remanſit Angelorum, *Homil. 34. in Evang. circa medium, column.* 479. *lit. C. tom.* 2.

55. Superiora amare, jàm ſursùm ire eſt. *Lib. 15. Moral. cap. 27. in fine, col.* 510. *D. tom.* 1.

56. Nemo infima deſerens, repentè fit ſummus. *Ib. lib. 22. cap. 14. num. 20. col.* 743. *D. prope init.*

57. More viatorum nequaquàm debemus aſpicere, quantùm jàm iter egimus: ſed quantum ſupereſt ut peragamus. *Ibidem, lib. 22. cap. 5. poſt init. col.* 736. *D.*

58. Tutiùs aſcendendo gradimur, ſi ſic metimur ea quæ cernimus, ut etiam ea, quæ procedendo viſuri ſumus, percurrenda eſſe cogitemus. *In prolog. ſup. 1. Reg. ante med. col.* 1202. *D. tom.* 2.

59. Humana mens ſicut malè elevata in infimis premitur, ſic benè preſſa in ſublimibus levatur. *Libro 13. Moral. cap. 11. in fine, colum.* 444. *lit. A. tom.* 1.

60. Mœnia ſupernæ civitatis, niſi humiles non aſcendunt. *Libr. 17. Moral. cap. 17. poſt med. col.* 576. *C. tom.* 1.

61. Solerter eſt intuendum, quòd & aſcenſuri in imo ſe eſſe conſiderant, & caſuri ſemper in præcipitii ſtant. *Ibidem, lib. 29. cap. 9 in fine, num. 16. colum.* 779. *lit. C.*

62. Curvum cor eſt, cùm ima appetit: dirigitur, cum ad ſuperna ſublevatur. *Ibid. cap. 11 in med. col.* 820. *lit. B.*

63. Tantò magis corda hominum aſcendere ad cœleſtia invident, quantò ſe à cœleſtibus per elationis ſuæ immunditiam profectos vident. *Ibid. libr. 2. cap. 25. paulò ante fin. num. 34. col.* 54. *A.* S. GREGOR. MAGNUS.

64. Primus aſcenſionis gradus, eſt timor Domini: ſecundus, pietas: tertius, ſcientia: quartus, fortitudo: quintus, conſilium: ſextus, intellectus: ſeptimus, ſapientia. *Homil. 19. ſuper Ezech. in med in illud Proverb. 9. Initium ſapientiæ, timor Domini, col.* 268. *A. tom.* 2.

65. Pudeat terrena concupiſcere, & dorſa mentium aſcendentibus præbere. *Hom. 31. ſup. Evang. ante fin. col.* 460. *B. tom.* 2.

66. Tantò quiſque graviùs corruit, quantò antequàm caderet, in conſpectu Dei altiùs aſcendit. *In 7. Pſ. Pœnitent. ſup. Pſ. 4 verſ. 3. paulò poſt init. col.* 567. *B. tom.* 2.

67. Quò charitas benignè deſcendit ad infima, eò valenter recurrit ad ſumma. *In Regiſtr. lib. 1. Indict. 9. cap. 24. Ep. 24. ad Joann. Epiſc. Conſtantinop. poſt med. col* 654. *D. tom.* 2.

68. Qui nititur ad altiora aſcendere, quid agit niſi ut creſcendo decreſcat: & aſcendendo exteriùs, interiùs ad profunda deſcendat? *Ibidem, lib. 7. indict. 2. cap. 210. Epiſt. 110. ad Syagrium Epiſcop. poſt init. col.* 983. *C.*

69. Ordinatè ad otdines aſcendendum eſt: nam caſum appetit, qui ad ſumma loci faſtigia poſtpoſitis gradibus, per abrupta quærit aſcenſum. *Ibid. poſt med. col.* 985. *lit. B.*

70. Facilè corpus levabitur in alta cœlorum, ſi non premat ſpiritum ſarcina peccatorum. *Ser. primo de Aſcenſ. in fine.* HAYMO.

71. Quantò ſublimior aſcenſus eſt, tantò lapſus periculoſior. *Tom. 1. Ep. ad Demetriadem ante med. pag.* 65. *lit. B.* S. HIERON.

72. Tamdiù non relabimur retrò, quamdiù ad priora contendimus: at ubi cæperimus ſtare, deſcendimus. *Profec.*

73. Noſtrum non progredi, jàm reverti eſt: ſi volumus non redire, currendum eſt. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriadem, ante fin. pag.* 24. *D.*

74. Curre, feſtina: curre, ut non negligas: feſtina, ut celeriùs comprehendas. *In Regula Monachorum, cap. 30. in fine, pag.* 295. *A. tom.* 4.

75. Raró per gradus dignitatis aſcendit homo, quin multò graviùs non deſcendat. *In Regula Monachorum, cap. 15. in med pag.* 329. *B. tom.* 4.

76. Grandis eſt difficultas de terris ad cœleſtia conſcendere, faciliùs ruimus, quàm conſcendimus: in aſcendendo enim grandis labor eſt, grandis ſudor. *Prof.*

77. Si fuero in primo gradu, ſi in ſecundo, ſi in tertio, ſi in quarto, ſi in decimo; quid mihi prodeſt, niſi ad ſummum pervenero?

78. Fac mihi ſcalam quindecim habere gradus; veni uſque ad quartum decimum, niſi quintum decimum tenuero, quid mihi prodeſt quòd ad quartum decimum veni?

79. Et ſi ad quintum decimum venero, & corruero: major aſcenſus, major ruina eſt.

80. Jejunium, primus gradus eſt aſcenſus: & non ſtatim putemus, quòd ſi jejunaverimus, conſcendamus ad regna cœlorum: jejunia nos ducunt, ſed ſine jejuniis non conſcendimus ad regna cœlorum: ſola non proſunt, cum aliis proſunt.

81. Secundus gradus aſcenſionis eſt, ſeculo renuntiare, nihil de ſeculo quærere, terrena contemnere: nihil eſt, ſolùm terrena dimittere, ſed & vitia animæ dimittere, grande eſt.

82. Si jejunavero (hoc eſt, ſi fuero in primo gradu) ſi dimiſero poſſeſſiones (hoc eſt, ſi fuero in ſecundo gradu) quid mihi prodeſt, ſi rixoſus ſum, ſi iracundus ſum, ſi detractor ſum, ſi invidus ſum?

S. HIERONYM. 83. Arduus aſcenſus eſt, difficilis eſt, deſperatio naſcitur: noli deſperare (ô homo) in quinto decimo gradu, Dominus ſupra eſt, intuetur te, dat auxilium.

84. Si in primo gradu es, & videtur tibi grande eſſe ſpatium inter primum & quintum decimum: noli reſpicere gradum, ſed cœlum aſpice.

85. Dominus incurvavit ſe propter te, humiliavit ſe, ſecurus aſcende. *S. Hieronym. ſup. Pſ. 149. Expoſ. 2. in fine commentarii, verſ. 1. Ad Dominum cùm tribularer clamavi,* &c. *pag.* 215. *A. B. C. tom.* 8.

86. Sunt quidam, qui dùm volunt terminos excedere, & ad alta volitare, in ima merguntur. *Lib. 1. ſup. Matth. cap. 6. can. 5. num. 49. ſup. illud, Reſpicite volatilia,* &c. *pag. 22. B. tom. 9.*

87. Niſi parva fuerint, magna eminere non poſſunt: ad ſumma non ſcandimus, niſi per ima gradiamur. *Poſt init. Proœmii. ſup. Ep. ad Epheſ. pag. 202. B. tom. 9.*

88. Magna gloria eſt, de imis ad ſumma ſcandere, de nihilo ad maximum pervenire, de limo ad cœlum, de ſervitute ad regnum. *Sup. Epiſt. ad Rom. cap. 5. in illud, Non ſolùm autem, ſed & gloriamur. pag. 275. B. tom. 9.*

HUGO A S. VICT. 89. Si aſcendere noſti per devotionem mentis, ſcias & deſcendere per exercitium boni operis: ſi neſcis deſcendere, neſcis conſcendere. *Sup. Pſ. 118. cap. 72. poſt med. pag. 53. A. tom. 1.*

90. Quantò altior eſt aſcenſus, tantò periculoſior eſt caſus. *Prof.*

91. Omnis ſuperbus tantò in imo eſt, quantò in altum ſe erigit.

92. Tantòque profundiùs labitur, quantò excelſiùs elevatur. *In Regul. D. Auguſt. cap. 2. ante med. pag. 6. G. tom. 2.*

93. Sicut per aſcenſus muſicæ, frangis & elevas vocem: ſic per aſcenſus & deſcenſus virtutum, frangas & eleves mentem. *Profec.*

94. Frangas, deſcendens ad compaſſionem proximi: eleves aſcendens ad contemplationem Dei. *Lib. 2. de clauſtro animæ, cap. 22. circa med. pag. 52. lit. C. tom. 2.*

95. Quantò plus quis aſcenderit, tantò perfectior erit. *Libr. 5. Didaſc. cap. 9. paulo poſt init. pagin. 24. D. tom. 3.*

96. Cùm aſcendendi ſemper ſit voluntas, deſcendere tamen aliquando cogit neceſſitas. *Ibid. in fine, pag. 24. lit. F.*

97. Aſcendis cùm diligis, ſurſùm pergis in charitate, quia charitas ſurſùm ducit. *Profec.*

98. Aſcende ergo dùm potes, quantùm potes; nunquàm nimis potes, ubi nunquàm potes totum tuum. *De Sacrament. lib. 2. Part. 13. cap. 8. ante fin. pag. 489. A. B tom. 3.*

HUGO CARD. 99. Chriſti imitatores quantò deſcendunt ad vilia & aſpera, tantò aſcendunt ad gloriam, & delicias Paradiſi. *Sup. Geneſ. cap. 28. folio 38. colum. 3. Myſtice, tom. 1.*

100. Tota vita juſtorum eſt aſcenſus, & tota vita impiorum deſcenſus eſt. *Sup. 1. Regum, cap. 1. in illud Et aſcendebat,* &c. *fol. 219. col. 4. Moraliter. tom. 1.*

101. Sicut in cœlo ſunt ſex ſigna, per quæ aſcendit ſol, & ſex per quæ deſcendit: ſic in quolibet viro (præcipuè ſpirituali) debent eſſe ſex gradus, quibus aſcendat ad Deum, & ſex quibus ad ſui cognitionem deſcendat. *Profec.*

102. Sex gradus, quibus ad Deum aſcenditur.
- Primus, eſt exprobratio peccati.
- Secundus, eſt fletus.
- Tertius, eſt amaritudo pœnitentiæ.
- Quartus, eſt cautela peccati, ac reſiſtentia.
- Quintus, eſt indignatio contra peccatũ.
- Sextus, eſt charitas proximi.

HUGO CARD. 103. Sex gradibus, deſcenditur ad ſui cognitionem.
- Primus, eſt conſideratio ſui.
- Secundus, eſt repreſſio pravorum motuum.
- Tertius, eſt conſideratio propriæ infœcunditatis.
- Quartus, eſt ponderatio peccatorum, & beneficiorum Dei.
- Quintus, eſt remorſus conſcientiæ.
- Sextus, eſt conſideratio naturalium defectuum. *Sup. Pſ. 18 fol. 40. col. 2. tom. 2.*

S. JOANNES CHRYSOST. 104. Quantò major es, tantò magis ſubmitte teipſum: & cùm aſcenderis in altum, opus eſt ut tibi proſpicias ne cadas. *Homil. 4. de verb. Iſaiæ, poſt med. col. 824. C. tom. 1.*

105. Feſtina quò tendis, quò properas perveni, currentis greſſus non retrahat inimicus. *Prof.*

106. Veloces ſequere, tardiores attrahe, pigros deſere, fortiores fortiter imitare. *Serm. de fide, ſpe, & charitate, circa med. col. 984. C. tom. 3.*

107. Nemo repentè fit ſummus; ſed à minimis quiſque inchoat, ut ad majora perveniat. *Et habetur apud Div. Antonin. Part. 4. in prologo poſt init. fol. 2. col. 2.*

S. ISIDORUS HISPALENS. 108. Grandes ſudores perpetimur, ut ad cœlum conſcendere valeamus. *Lib. 2. de ſummo bono, cap. 36. ſent. 1. pag. 653. col. 1.*

109. Sæpè mens ad ſumma ab imis erigitur, & ſæpè à ſummis ad infima pondere carnis inclinata reflectitur. *Ibidem, lib. 3. cap. 15. ſent. 11. pag. 672. col. 1.*

S. LAURENT. JUSTIN. 110. Hæc eſt aſcendendi via regia, ut quicunque ad ſuperiora aſcendit, ſua non negligat interiora. *Profecutio.*

111. Ab exterioribus ad interiora redeat, ut ab interioribus ad ſuperiora conſcendat.

112. Ad ſuperiora mens via eſt, in ſuperioribus verò perpetua pax, imperturbabilis requies, & diuturna tranquillitas.

113. Aſſueſcat ergo habitare in ſe, qui vult aſcendere ſupra ſe. *Part. 1. de caſto connubio cap. 21. circa med. pag. 205. col 1. C.*

114. Aſcenſionis initium eſt, ut relinquas tua, quò quietus tecum habites. *Part. 2. ſerm. de S. Bartholom. ante med. pag. 435. col. 2. B.*

S. PROSPER. 115. Ad cœleſtis Hieruſalem non aſcendunt conſortium, niſi qui toto corde profitentur non proprii operis, ſed divini eſſe muneris quòd aſcendunt. *Sent. 31. apud D. Auguſt. in fine tomi tertii, pag. 745. lit. A.*

116. Aſcendat humana ignorantia per fidem, ut mereatur fides videre quod credit. *Ibidem, ſent. 387. pag. 766. lit. D.*

THOMAS A KEMPIS. 117. Congruus ordo aſcendendi ad Deum eſt, ab inferioribus ſtudiis ad potiora tendere, & rurſùs ad priſtinam infirmitatem humiliter ſe reflectere. *Ser. 2. ad fratr. Diverſ. 2. pag. 148. tom. 1.*

S. VALERIAN. 118. Nunquàm ille benè iter ardui montis aggreditur, cui deſperatio dominatur. *Homil. 3. de Arcta vita, circa init. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 478. col. 2. H.*

IN VITIS PATR. 119. Arbor vitæ eſt in excelſo, & aſcendit ad eam humilitas. *Libr. 5. Libello 15. de Humilit. num. 49. pag. 626. col. 1.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 120. Eſt ad virtutem multus aſcenſus, ut is gloria maximè excellat, qui virtute plurimùm præſtat. *Orat. 31. pro Plancio. poſt med. col. 633. G. num. 60. tom. 2.*

SENECA. 121 Subſilire in cœlum, ex angulo licet. *Ep. 31. in fin. pag. 583. tom. 2.*

122. Vigilandum eſt; niſi properamus, relinquimur. *Ep. 108. poſt med. pag. 834. tom. 2.*

Vide etiam tit. Mundus, ſent. 100. Perfect. ſent. 1. Pœnit. ſent. 199. 214. Profectus, ſent. 6. 10. 13. 43. Virtus ſent. 56. 125.

Aſcenſio Chriſti.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Ambros. 1. SIcut aquila humilia deſerit, alta petit, cœlorum vicina conſcendit: ita & Salvator humilia inferni deſeruit, Paradiſi altiora petiit, cœlorum faſtigia penetravit. *Serm. 62. in med. colum. 757. lit B. tom.* 3.

2. Non ſolùm fidem firmat, ſed etiam devotionem acuit, quòd Chriſtus vulnera ſuſcepta pro nobis cœlo inſerre maluit, abolere noluit, ut Deo Patri noſtræ pretia libertatis oſtenderet. *Libr.* 10. *ſup. Luc. cap.* 24. *in illud, Palpate & videte. col.* 1798. *A. tom.* 5.

S. August. 3. Qui deſcendit, ait Apoſtolus, ipſe eſt & qui aſcendit: quis eſt qui deſcendit? Deus homo: quis eſt qui aſcendit? idem ipſe Deus homo. *Proſec.*

4. Quod pro te ſuſcepit, levavit in cœlum, terrenumque corpus fecit cœleſte.

5. Regnat homo jàm ſuſceptus à Chriſto, ad dexteram Patris ſedens: & ut ſui ab illo regnum accipiant, vocat, invitat, hortatur. *Lib. 4. de Symbolo, cap. 7. pag.* 781. *B. tom.* 9.

6. Aſcendamus cum Chriſto interim corde, cùm dies ejus promiſſus advenerit, ſequemur & corpore. *Ser. 2 de Aſcenſ. & in ord.* 175. *in princ. pag.* 698. *D. tom.* 10.

7. Venit Chriſtus, complentur in ejus ortu, vita, dictis, factis, paſſionibus, morte, Reſurrectione, Aſcenſione, omnia præconia Prophetarum. *Ep. 3. ad Voluſian. pag. 9. A. tom.* 2.

8. Ubi, & quomodo ſit in cœlo corpus Dominicum, curioſiſſimum & ſupervacaneum eſt quærere: tantummodò in cœlo eſſe credendum eſt. *De fide & ſymbolo, cap. 6. in fine pag.* 102. *C. tom.* 3.

9. Dominus aſcendit in cœlum, corpus autem non aſcendit, ſed levatum eſt in cœlum, illo levante, qui aſcendit. *De Agone Chriſtiano, cap. 25. in med pag.* 548. *C. tom.* 3.

10. Solus Chriſtus ſine corruptione implevit uterum matris, quia ſolus pro nobis ſuper cœlos aſcendit, ut ſederet ad dexteram Patris. *Serm. 2. in vigil. Nativit. qui eſt 4. in ordin. ante medium, pagin.* 395. *A. tom.* 10.

11. Reſurrectio Domini, ſpes noſtra eſt: Aſcenſio Domini, gloriſicatio noſt[illegible]eſt. *Ser. 2. de Aſcenſ. & in ord.* 175. *ante med. pag.* 699. *A. tom.* 10.

12. Dominus JESUS-CHRISTUS, dùm humanam conditionem ſideribus importavit, credentibus cœlum patere poſſe monſtravit: & dùm victorem mortis in cœleſtia elevavit, victoribus quò ſequantur oſtendit. *Ibid. Ser. 3. & in ord.* 176. *in princ. pag.* 699. *B.*

13. Aſcenſio Domini Catholicæ fidei confirmatio fuit, ut ſecuri in poſterùm crederemus miraculi illius donum, cujus jam in præſenti percepiſſemus effectum. *Ibidem.*

14. Dùm audis elevatum, agnoſce militiæ cæleſtis obſequium, non auxilium: ſervitium, non ſubſidium: miniſterium, non adjutorium. *Ibid.*

15. Nos Chriſti mors vivificavit, nos reſurrectio erexit, nos aſcenſio conſecravit. *Ibidem, ante finem, pagina* 700. *lit. C.*

S. Bernard. 16. Triformis eſt aſcenſus Domini.
- Victorioſus, quo aſcendit ſuper occaſum.
- Specioſus, quo aſcendit ſuper cœlos cœlorum.
- Glorioſus, quo aſcendit ſuper pennas ventorum. *In ſententiis cap. Triformis fol.* 131. *colum.* 3. *lit. I.*

S. Bonavent. 17. Aſcendit Deus Judæis inſultantibus, dæmonibus trepidantibus, Angelis jubilantibus, Apoſtolis admirantibus *Serm. 4. de Aſcenſ. in princ. ſup. illud Pſ.* 46. *Aſcendit Deus in jubilatione, pag.* 124. *col. 2. tom.* 3.

S. Bonavent. 18. Aſcendit Chriſtus.
- Potenter.
- Patenter.
- Gaudenter.
- Decenter.
- Clementer. *Lib. 4. Compend. Theolog. verit. cap. 24. ante fin. pag.* 751. *col. 1. B. tom.* 7.

Clem. Alex. 19. Pulcherrimum eſt Patri ſpectaculum, filius æternus victor. *In Orat. adhortat. ad Gentes, circa fin. fol. 16. pag. 1. A.*

S. Cyrillus Hierosol. 20. Cùm potentiæ curſum perfeciſſet JESUS, & homines à peccatis redemiſſet, aſcendit rurſùs in cœlos nube ipſum ſuſcipiente: & Angeli quidem aſcendenti aſſiſtebant, Apoſtoli verò aſpiciebant. *Catech. 4. de Aſcenſ. in princ. pag.* 404. *col. 2. G. tom. 4. apud Bibl. Patrum.*

S. Cyprianus. 21. Non manufacto vehiculo, nec auxiliaribus carpentis, non vectoribus Angelis evectus eſt Chriſtus; ſed naturæ divinæ propria uſus virtute, carnem cœlo intulit, & corpus glorificatum Patris conſpectibus præſentavit. *De Aſcenſione Chriſti, cap. 3. ante med. pag.* 486. *col. 2. tom.* 3.

S. Cyprianus & S. Hieronym. 22. Aſcendit Chriſtus ad cœlos, non ubi Verbum Deus ante non fuerat, quippè qui erat ſemper in cœlis, & manebat in Patre, ſed ubi Verbum caro factum ante non ſederat. *Expoſ. ſup Symbol. Apoſt cap. 18. poſt init. in illud, Aſcendit ad cœlos, &c. pag.* 555. *col. 1. tom. 3. & S. Hieron. Ep. 18. ad Rufin. tom. 4. pag.* 111. A.

S. Eusebius Emissen. 23. Aſcenſio Domini, Catholicæ fidei confirmatio fuit *Hom 2. de Aſcenſ. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 571. col. 1. D.*

S. Gregorius Magnus. 24. Chriſtus moriendo docuit mortem non metui: reſurgendo, docuit de vita confidi: aſcendendo, docuit de cœleſtis patriæ hæreditate gloriari *Lib. 27. Mor. cap. 8. circa med. col.* 908. *B. tom.* 1.

25. Redemptor noſter moriendo mortem ſuperavit, eamque reſurgendo conſumpſit, & Reſurrectionis ſuæ gloriam aſcendendo declaravit. *Homil. 29. ſup. Evang. circa med. in illud Marci ultimo, Aſſumptus eſt in cœlum, col.* 446. *C. tom* 2

26. Helias legitur in curru aſcendiſſe, ut videlicet apertè demonſtraretur, quia homo purus adjutorio indigebat alieno. *Proſec.*

27. Redemptor autem noſter non curru, non Angelis ſublevatus legitur: quia is qui fecerat omnia, ſuper omnia ſua virtute ferebatur.

28. Illò etenim revertebatur, ubi erat: & indè redibat, ubi remanebat.

29. Quia cùm per humanitatem aſcenderet in cœlum, per divinitatem ſuam, & terram pariter continebat & cœlum. *Ibid. ut ante lit. D.*

30. Chriſtus homo naſcendo, vitulus moriendo, leo reſurgendo, aquila ad cœlos aſcendendo factus eſt. *Lib. 31. Moral. cap. 19. ante med. col.* 1086. *B. tom. 1. & Hom. 4. ſup. Ezech. paulo poſt init. col.* 90. *B. tom.* 2.

31. Naſcente Domino, videbatur divinitas humiliata: aſcendente verò Domino, eſt humanitas exaltata. *Proſec.*

32. In Nativitate ſua apparuit Deus humilis: in aſcenſione ſua, oſtenſus eſt homo ſublimis. *Hom. 29. ſup. Evang. poſt med. col* 448. A. *tom.* 2.

33. Vultis Chriſti ſaltus agnoſcere? de cœlo venit in uterum, de utero venit in præſepe, de præſepe venit in crucem, de cruce venit in ſepulchrum, de ſepulchro rediit in cœlum. *Ibidem, ante fin. col.* 448. *D.*

S. Hieronym. 34. In Aſcenſione Domini regnum diaboli cecidit, & regnum Chriſti advenit: aſcendente enim eo in cœlis, omnia ſubjecta ſunt ei. *Sup Pſ. 21. verſ. 31. Quoniam Domini eſt regnum, pag.* 31. *D. tom.* 8.

S. Hilarius. 35. Fit caro Verbum, ideſt homo Deus: & qui homo eſt, in cœlis eſt: & qui Deus, de cœlis eſt: aſcendit

deſcendens, ſed deſcendit non deſcendens: eſt qui erat, & quod eſt non erat. *Lib. 10. de Trinit. poſt med. fol.64. col. 4.*

HUGO A S. VICTORE. 36. Quò caput præiſſe conſpicitur, illuc ſubſequi & membra gratulentur. *Lib. 4. de Clauſtro animæ, cap. 32. prope med. pag. 83. C. tom. 2.*

HUGO CARD. 37. Christus aſcendit.
- In Incarnatione.
- In Paſſione.
- In Reſurrectione.
- In Aſcenſione. *Sup. Pſ. 67. fol. 169. col. 1. tom. 2.*

S. LEO I. 38. Qui aſcendit ad cœlos, non deſerit adoptatos. *Serm 2. de Reſurrect. ante med. fol. 59. pag. 2.*

39. Chriſti aſcenſio, noſtra eſt provectio: & quò præceſſit gloria capitis, eò ſpes vocatur & corporis. *Ser. 1. de Aſcenſ. in fine, fol. 60. pag. 2.*

LUDOVICUS BLOSIUS. 40. Ipſe Chriſtus, cùm Deus eſſet, etiam propter nos aſcendit in cœlum. *In canone vitæ ſpirit. cap. 4. ante fin. pag. 4. col. 2.*

S. PETRUS CHRYSOLOG. 41. Aſcendit in cœlos non ſe perferens, non ſe referens, qui nunquàm receſſit è cœlo. *Serm. 58. ſub fin. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 704. col. 1. B. edit. Colon. 1618.*

S. PETRUS DAMIANUS. 42. Aſcendit Salvator in cœlum poteſtativæ virtutis imperio, non Angelorum auxilio fultus. *Serm. 40. de Aſſumpt. B. Mariæ, in princ. pag. 239. colum. 1. lit. D. tom. 2.*

S. THOMAS AQUINAS. 43. Cùm Chriſtus poſt Reſurrectionem vitam immortalem inchoaverit, non decuit eum in terris remanere, ſed ſuper omnes cœlos aſcendere. *Part. 3. Summæ quæſt. 57. art. 1. in princ. corporis, pag. 118. col. 1.*

44. Aſcendit Chriſtus in cœlum, non ſecundùm divinam naturam (quæ nunquàm cœlum deſerüit) ſed ſecundùm quòd homo virtute divinitatis penetravit cœlos. *Ibidem, art. 2. in princip. corporis, pagin. 118. columna 2.*

45. De noſtro fuit, quod filius Dei pependit in cruce: ſed de ſuo, quod aſcendit in cœlum. *Ibidem, art. 2. in fine corporis, pag. 118. col. 2.*

46. In Chriſti Paſſione, fuit hoſtia pura: in Reſurrectione, fuit hoſtia ſancta: in Aſcenſione, fuit hoſtia immaculata *Tom. 2. Opuſc. de expoſit. Miſſæ, quæſt. 4. in princ. fol. 21. pag. 1.*

THOMAS A KEMPIS. 47. O felix & glorioſa Aſcenſio, qua humana natura ſuper omnes Angelos eſt exaltata, & ruina perditorum Angelorum, per numerum electorum hominum Chriſti ſanguine ſignatorum inſtauratur. *Medit. 33. de Chriſti Aſcenſ. cap. 3. in calce, pag. 305. tom. 1.*

48. Corporalis Chriſti Aſcenſio in cœlum, ſpiritalis eſt elevatio mentis in Deum. *Ibid. cap. 4. in princip. pagina 305.*

Aſpectus.

COMPARATIO.

S. ANTONIN. SICUT ex viſu mulieris inardeſcit concupiſcentia viri: ita ex viſu viri, inardeſcit concupiſcentia mulieris. *Part. 3. tit. 16. cap. 1. § 10. in medio fol. 238. col. 3.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Non, vidiſſe, crimen eſt, ſed cavendum ne origo criminis ſit. *Lib. 1. de Pœnitentia, cap. 13. à med. col. 178. C. tom. 1.*

2. Bonus pudor ipſos corporis oculos premere ſic conſuevit, ut ſæpè non videamus etiam quod videmus. *Ibid. poſt med. col. 178. D.*

3. Si qua juvenem petulantibus aſpexit oculis, illius crimen ſolius eſt, quæ malè vidit; non hujus, qui malè ſe nollet videri: nec in eo, qui viſus eſt, culpa eſt. *Lib. de Joſeph cap. 5. in princip. colum. 1081. lit. B. tom. 4.*

S. ANTONIN. 4. Sicut viſus nobilior eſt ſenſus, ita periculoſior. *Part. 1. tit. 2. cap. 2. in princ. 2. §. 2. fol. 23. col. 2.*

5. Viſus ſi non refrænatur, multum inducit ad laſciviam & luxuriam. *Ibid.*

6. Oculus tuus, ſcilicet animæ, nihil beoè videt, ſi ſeipſum non videt. *Part. 1. tit. 3. cap. 7. §. 1. in princip. fol. 51. col. 2.*

7. Cùm mulierem vides, non hominem, non belluam, ſed diabolum eſſe credito. *Part. 2. tit. 4. cap. 5. §. 1. ante med. fol. 167. col 2.*

8. Aſpectus mulierum deſtruit caſtitatem. *Part. 4. tit. 4. cap. 6. §. 2. poſt med. fol. 46. col. 1.*

9. Diabolus offert oculis formas illicitas, quibus facilè incitat ad voluptatem, ut viſu deſtruat caſtitatem. *Part. 4. tit. 13. cap. 3. §. 2. in med fol. 205. col. 2.*

10. Tanta eſt humana fragilitas, ut ad aſpectum ſeu erectionem oculi proſternatur. *Part. 4. tit. 5. cap. 12. §. 2. poſt med. fol. 69. col. 2.*

S. AUGUST. 11. Aſpectus animæ, ratio eſt. *Lib. 1. Soliloq. cap. 6. propè med. pag. 362. D. tom. 1.*

12. Oculi veſtri etſi jaciantur in aliquam fœminarum, figantur in nulla. *In Regul. 3. ante med. pag. 593. A. tom. 1.*

13. Appetere videre fœminas, aut ab ipſis appeti velle, crimino ſum eſt. *Ibidem.*

14. Non ſolùm tacito tactu, ſed affectu quoque & aſpectu appetitur, & appetit concupiſcentia fœminarum. *Ibidem.*

15. Deo vir ſanctus timeat diſplicere, ne velit fœminæ malè placere: illum cogitet omnia videre, ne velit fœminam malè videre. *Ibidem, longe à medio. pag. 593. lit. B.*

16. Impudicus quis adoleſcens ſuavitate alliciente jecit oculos in conjugem alienam, amavit, cupit pervenire, quærit tamen latere, timet apprehendi. *Prof.*

17. Sic enim amat voluptatem, ut plus timeat dolorem. *Ser. 17. de Verbis Apoſt. poſt med. pag. 236. D. tom 10.*

18. Claude oculum, & amittis vitium: claude januam, latronem occides. *Prof.*

19. Claude oculum, & voluntas non erit habendi: claude oculum, & infernum clauſeris in æternum. *Ser. 31. ad fratr. in Eremo, in medio, pag. 956. C. tom. 10.*

20. Ipſa viſio, cauſa cupiditatis eſt, & principium appetitus. *Ibidem.*

21. Qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, id eſt, hoc fine & hoc animo attenderit, ut eam concupiſcat, plenè conſentire libidini eſt. *Lib. 1. de Ser. Dom. in monte ante med. pag. 793. [illegible] tom. 4.*

22. Plus eſt pauperi videre cœlum ſtellarum, quàm diviti tectum inauratum. *Sup. Pſ. 127. ante fin. verſ. 6. pag. 1029. A. tom. 8.*

23. Sobrietas in fœminis, ad terram deponit aſpectum: ebrietas autem amiſſo pudore, inverecundos erigit vultus. *De ſobriet. cap. 3. in princ. pag. 687. B. tom. 9.*

24. Nemo ſe falſa ſecuritate decipiat, ut de ſuis viribus periculoſè præſumat. *Prof.*

25. David ille ſanctiſſimus in mille paſſionibus preſſus vidit mulierem nudam, & adamavit eam, & ſtatim homicidium ſimul fecit & adulterium. *De honeſtate mulier. cap. 2. in med. pag. 722. C. tom. 9.*

S. BASILIUS MAGNUS. 26. Ne te ipſum præter naturam geras, ne terrena circumſpicias, ſed cœleſtia. *Prof.*

27. Homo non in ventrem aſpicit, ſed caput eſt ipſi altum, & ſurſùm verſùs erectum, quo ſupernam contignationem intueatur. *Homil. 11. in Hexam. ante fin. pag. 61. tom. 1.*

V. BEDA. 28. Nil peccant oculi, ſi mens velit his dominari. *In ſuis Proverb. verbo, Nil. pag. 194. tom. 2.*

S. BERNARD. 29. Viſio, occaſio eſt fornicationis. *Serm. 3. ad ſoror. poſt init. fol. 87. col. 4. K. in 2. volum.*

30. Viſio impura oculorum, ſagittas mittit fornicationis in mentem: oculus enim, prima eſt ſagitta fornicationis. *Ibid.*

S. BERNARD. 31. Ut quid audes oculos levare in cœlum, qui peccaſti in cœlum? terram intuere, ut cognoſcas teipſum. *De 12. gradib. humil. gradu, 1. verbo Audi. in princ. fol.* 302. *col.* 1. *A. in* 2. *volum.*

32. Duabus cauſis inculpabiliter oculos levas, ut vel petas auxilium, vel impendas. *Ibidem*, &c. *littera B.*

33. Quid neceſſe eſt, ut videas mulieres? qua neceſſitate? qua utilitate? an ſola curioſitate? *Prof.*

34. Etſi tu otiosè vides, ſed non otiosè videris: tu curiosè ſpectas, ſed curioſiùs ſpectaris. *Ibidem, in fine, &c.*

35. Quid mulierem, tuam mortem, tàm intentè intueris? quid illùc tàm crebrò vagantia lumina jacis? *Ibidem, ut ante verbo Quoque, prope med. fol.* 302. *col.* 1. *C.*

36. Ut temetipſum ſemper aſpicias, ſemper ab omnibus oculos averte. *De vita ſolitar. ad fratr. ante med fol.* 317. *col* 1. *A.*

37. Quaquaversùm nulla curioſitate, quin potiùs neceſſitate aſpicias. *In formula honeſtæ vitæ, paulo poſt med. fol.* 340. *col.* 5. *A.*

S. BONAVENT. 38. Qui continens eſſe vult, debet vanos fugere aſpectus. *Serm.* 2. *de Invent. S. Crucis circa med. pag.* 251. *col.* 2. *tom.* 3.

39. Aſpectus pulchritudinum, & viſus delectabilium, & curioſus aſpectus mulierum cum inordinatione delectationis, periculum grave & probabile peccati mortalis pariunt. *In ſpeculo Animæ, cap.* 3. *paulo poſt med. pag.* 41. *col.* 1. *B. tom.* 7.

40. Nocent mala audita, tentant pulchra viſa, turbant illata vituperia. *In Alphabeto Religioſ. lect.* 17. *pag.* 529. *col.* 1. *C. tom.* 7. *part.* 4.

41. Quomodo tangere licet, quod intueri non licet? *In ſpeculo diſciplinæ, part.* 1. *cap.* 30. *circa med. pag.* 550. *col.* 2. *E. tom.* 7. *part.* 4.

42. Cùm extra domum egredieris, non multùm circumſpicias in plateis, ne fortè videas undè tenteris. *De Inſtit. Novit. part.* 1. *cap.* 35. *pag.* 618. *col.* 1. *tom.* 7. *part.* 4.

CLEM. ALEX. 43. Melius eſt labi pedibus, quàm oculis. *Lib.* 2. *Pædagogi, cap.* 6. *prope init. fol.* 35. *pagin.* 2. *E.*

44. Super omnia averſandus eſt mulierum aſpectus: fieri enim poteſt, ut qui viderit, labatur: ſed fieri non poteſt, ut qui non viderit, concupiſcat. *Ibid. lib.* 3. *cap.* 11. *in fin. fol.* 53. *pag.* 2. *D.*

S. CYRILLUS HIEROSOLYM. 45. Rectis vide oculis, & non erit concupiſcentia. *Catecheſi* 2. *circa init. pag.* 399. *col.* 1. *C. tom.* 4. *apud Biblioth. Patr.*

46. Sic manet in caſtitate homo facies intuens aſſiduè mulierum, ſicut manet palea ſtans in igne. *Ep. ad Auguſtin. longè poſt med. de miraculis D. Hieronymi, & habetur inter opera D. Hieronymi tom.* 4. *Ep. penultima. pag.* 382. *C.*

DIONYSIUS CARTHUS. 47. In oculis laſcivia mentis præſertim apparet, & per corporalem intuitum provocatur libido. *Sup. Ep.* 2. *B. Petri cap.* 2. *art.* 2. *poſt med. fol.* 39. *G.*

S. DOROTH. 48. Conſueſce non circumferre oculos tuós ad aliena & vana: hæc enim deperire faciunt labores omnes monaſticos. *Doctrina* 21. *Reſp.* 3. *in fine. apud Bibl. Patrum, tom.* 4. *pag.* 796. *col.* 1. *lit. A edition. Coloniæ* 1618.

S EUSEBIUS CÆSARIENS. 49. Hi miſerrimi ſunt, qui ad eccleſias properant, non ut divinis interſint myſteriis, ſed ut mulierum contemplentur vultus. *Apud D. Hieron. tom.* 4. *Ep.* 61. *ad Damaſum Pap. de morte D. Hieronymi longè ante med. pag.* 349. *A.*

S EUSEBIUS EMISSEN. 50. Qui mulierem importunis oculis, & mortem ad ſe trahentibus conſpicit, hic in alieno corpore ſacrificans diabolo animam ſuam, toxicato ſpiculo in corde percuſſus eſt. *Homil.* 3. *de Paſch. ſub fin. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 559. *col.* 1. *C. edit. Coloniæ* 1618.

51. Quàm facilè poteſt in puncto temporis evagari velocitas oculi, tàm ſolicitè præcavenda eſt irruentis noxa delicti. *Ibid. Hom.* 4. *Epiph. ante med. pag.* 550. *col.* 2. *E.*

52. Mulierum aſpectum, qui multis occaſio eſt ruinæ, eò ſolicitiùs evitare debemus, quò ſæpiùs videmus per hujuſmodi debilem frangi, & fortem ſpiritum infirmari. *Tom.* 3. *collat.* 6. *de vitando mulierum aſpectu. pag.* 298. S. FRANCISCUS ASSISIAS.

53. Noli in faciem virginis intendere, ne te ſcandalizet vultus ejus. *Tom.* 3. *Opuſc. Apopthegm.* 33. *in fine pag.* 434.

54. Qui ſemper videt, quod ſemper cogitat, & ubi diù ſpontè perſiſtit, ibi etiam cùm noluerit, cadit coactus. *Sup. Lucam. cap.* 13. *col.* 885. *A tom.* 5. GLOSS. INT.

55. Cùm turpiter ſolo viſu etiam innupta concupiſcitur, adulterium perpetratur. *Lib.* 21. *Moral. cap.* 9. *In principio. num.* 9. *col.* 720. *D. tom.* 1. S. GREG MAG.

56. Plerumque res quælibet innocenti mente reſpicitur, ſed ipſo conſpectu animus concupiſcentiæ gladio confoditur. *Prof.*

57. Non ideò David Uriæ conjugem ſtudiosè reſpexit, quia concupiverat: ſed ideò potiùs concupivit, quia incautè reſpexit. *Ibidem cap.* 6. *columna* 718. *lit. A. B.*

58. Intueri non decet, quod concupiſci non licet. *Ibid. cap.* 2. *circa med. col.* 712. *B.*

59. Quod amamus, reſpicimus. *Ibid. lib.* 2. *cap.* 6. *poſt med. num.* 10. *col.* 32. *B.*

60. Mors humanæ & infirmæ mentis eſt, ut cum earum rerum, quas reſpicit, qualitat. varietur. *Prof.*

61. Sæpè ejus judicium cum ipſa præſentis rei ſpecie ducitur, & juxta hoc quod aſpicit intentio illius ſenſuſque formatur. *Ibid lib.* 6. *cap.* 4. *in med. num.* 3. *col.* 179. *D.*

62. Qui libenter immunda videt, ſtatim carnem ad amata concupiſcendo violenter movet. *Lib.* 6. *in* 1. *Reg cap.* 2. *ante med. col.* 1603. *A. tom.* 2.

63. Præceps anima dùm ante non prævidet, ne incautè videat, quod concupiſcat: cæca poſteà incipit deſiderare, quod vidit. *Lib.* 21. *Moral. cap.* 2. *poſt init. num.* 2. *col.* 711. *D. tom.* 1.

64. Multos de mentis gradu deijciunt procacium oculorum aſpectus, animam incitantes, ac per inanem videndi cupiditatem ad inutile ſtudium pertrahentes. *Sup. Eccleſ. cap.* 6. *in fine. apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pag.* 53. *col.* 2. *E. edit. Coloniæ* 1618.

65. Periculosè tibi miniſtrat, cujus vultum frequenter attendis. *Tom* 1. *Epiſt.* 2. *ad Nepotian. ante med. pag.* 13. *B.* S HIERON.

66. Fœminæ nomen tuum noverint, ſed vultum tuum neſciant. *Tom.* 1. *Ep.* 4. *ad Ruſticam poſt med. pag.* 47. *B.*

67. Nullus tutus aſpectus eſt. *Tom.* 2. *Epiſt.* 22. *ad Euſtochium longè ante med. pag.* 138. *C.*

68. Si formis mulierum quiſpiam delectetur, per oculorum feneſtras animæ capta libertas eſt. *Lib.* 2. *adversùs Jovinian. longè ante med. pag.* 75. *B. tom.* 2.

69. Inutile eſt crebrò videre, per quæ aliquando captus ſis. *Ibidem ante med. pag.* 76. *C.*

70. Oculi feneſtræ ſunt mortis, quæ niſi claudantur, ſtatim mors dira ſubintrat. *In Regula Monachor. cap.* 20. *ante med. pag.* 331. *A. tom.* 4.

71. Non liceat videri, quod concupiſci non licet: Sanctus David, in videndo capitur: Dina (ut videret) egreſſa, viſa corrumpitur. *Ibidem.*

72. Victoria non ſperatur in certamine viſus, niſi ex fuga: quoniam niſi fugiat, citò ſuccumbet. *Ibidem in medio pag.* 331. *B.*

73. Cùm per incuriam aſpectus, patefactus fuerit tentationi aditus, vix tranquillitatem inveniet animus turbatus, niſi illi ſubvenerit divinæ pietatis intuitus. *Lib.* 2. *Lament. Hierem. cap.* 3. *ſup. illud, Oculus meus deprædatus eſt. pag.* 367. *D. tom.* 5.

74. Ut cogitationes cordis caſtè ſervare Job po-

tuiſſet, fœdus cum oculis pepigit; ne priùs incautè aſpiceret, quod poſtmodùm invitus amaret. *Ibidem.*

S. HIERONYM.

75. Ut inunda mens in cogitatione ſervetur à laſcivia voluptatis ſuæ, deprimendi ſunt oculi, quaſi quidam raptores ad culpam. *Ibidem ut antè, pagina* 368. *lit. A.*

HUGO à S. VICTORE.

76. Viſus ante alios ſenſus in culpa eſt: Eva primùm vidit, deindè attigit, & tulit, demùm guſtavit: ſi non vidiſſet, nec tetigiſſet, nec guſtaſſet. *In Pſal.* 23. *cap.* 11. *circa med. pag.* 40. *C. tom.* 1.

77. Quiſquis perfectè appetit incentiva vitiorum fugere, ab aſpectu, & vicinitate ipſorum ſe debet alienum facere. *Sup. Regul. D. Auguſt. cap.* 6. *circa med. pag.* 10. *E. tom* 2.

HUGO CARD.

78. Ait Auguſtinus, mulier longè, libido propè: longè fuit quod vidit: in ſe fuit quo cecidit. *Sup. Pſ.* 50. *fol.* 131. *col.* 3. *tom.* 2.

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

79. Aſpectus mulierum nullam habet voluptatem, ſi non acceſſerit uſus, imò major hinc eſt concupiſcentia, & vehementior flamma. *Serm.* 1. *ſup. Ep. ad Coloſſ. poſt med. col.* 1236. *D. tom.* 4.

80. Aſpectus mulieris cum curioſitate factus, adulterium eſt conſummatum. *Hom.* 6. *in Geneſ. ante med. ſup. illud Matth.* 5. *Qui inſpicit mulierem, &c. col.* 34. *D. tom* 1.

81. Aſpectus oculorum non eſt cauſa ruinæ, ſed voluntatis negligentia, & irrefrænata concupiſcentia. *Profec.*

82. Negligens habenas laxat, quemadmodùm auriga neſciens indomitorum equorum ferociam compeſcere, permiſſis frænis & equos currum trahentes, & ſeipſum in præceps ire facit. *Ibid. Hom.* 22. *ante med. col.* 161. *D.*

83. Audiant curioſi, qui pulchritudines curioſè conſiderant alienas, & dicunt: Spectamus quidem, ſed nihil nocemur: David talis ac tantus læſus eſt, & te putas non poſſe lædi? *Expoſit. in ſuperſcript. Pſalmi* 50. *ante med. col.* 730. *A.*

84. Qui dat operam in venuſta corpora curioſiùs intueri, & decoras aucupari facies, talique animam ſpectaculo paſcere, & obſcœnos pulchris etiam vultibus oculos affigere, jàm mœchatus eſt. *Profec.*

85. Qui ſtudet elegantes facies inſpicere, ipſe fornacem ſibi concupiſcentiæ accendit, & captivam facit animam, & ad opus celeriter abit. *Hom.* 17. *ſup. Matth. poſt init. col.* 167. *B. C. tom.* 2.

86. Mulierem formoſam curioſè videns, ſemel quidem & ſecundò & tertiò forſan queas animum continere; ſed ſi frequenter id feceris, fornacemque concupiſcentiæ ſuccendas, profectò capieris. *Ibid. poſt init. col.* 168. *A.*

87. Poſſibile eſt mulierem aſpicere, ut aſpiciunt pudici: ideò ſic aſpicere non aſpectum ipſum, ſed concupiſcentiæ junctum interimit aſpectum: quia ad hoc impudicus aſpicit, ut oblectet aſpectum. *Ibidem ut antè. C.*

88. Non tibi Deus oculos effinxit, ut per illos ad animum adulteria tranſmittas, ſed ut creaturas ejus aſpiciens, mireris authorem. *Ibid. ut antè. D.*

89. Mulier illa quam aſpexiſti, lethalem emiſit in te ſagittam, & ſubitò avolans te reliquit. *Profec.*

90. At ictus remanet, non illa ſpiculum torſit, ſed tu tibi ipſi plagam illam mortiferam intemperanter ſpectans inflixiſti. *Ibid. ante med. col.* 169. *A.*

91. Luxuriâ corruptus & petulans, qui ad omnem corporis formam oculos figit, à dæmoniaco non differt. *Ibid Hom.* 29. *poſt med. col.* 272. *B.*

92. Vitâ eorum, qui corporum formas admirantur, & pulchritudine aliorum tabeſcunt, quid miſerius? quid hac dejectione animi moleſtius? *Ibid. Hom.* 39. *in fine, col.* 355. *C.*

93. Claudendæ ſunt januæ, ne quis aſpiciat quæ videre ocſas eſt. *Ibid. Hom* 72. *ante finem, col.* 392. *D.*

S. JOANNES CHRYSOST.

94. Nihil mali reſpiciat oculus, & factus eſt hoſtia. *Sup. Ep. Pauli ad Rom. ſerm.* 20. *poſt init. col.* 235. *C. tom.* 4.

95. Oculos nobis Deus largitus eſt, non ut impudicè aſpiciamus, ſed ut opera ejus admirati, opificem adoremus. *Sup.* 1. *ad Cor. Hom.* 22. *poſt init. Moralis, col.* 596. *C. tom.* 4.

96. Cùm videris mulierem formoſam, ne hùc intenderis animum quomodo potiaris cupiditate, ſed quomodo libereris à concupiſcentia. *Sup.* 2. *ad Cor. Hom.* 7. *in Morali ante med. col.* 743. *B. tom.* 4.

97. Oculorum eſt, ſimpliciter videre tantùm: exterùm videre perperàm, animi eſt depravati. *Sup. Ep. ad Galat. cap.* 3. *circa init. col.* 917. *D. tom* 4.

98. Adulterii radix eſt, curioſus oculorum obtutus. *Ibid. cap.* 5. *poſt med. col.* 941. *D.*

99. Laqueus maximus eſt, laſcivus aſpectus. *Hom.* 15. *ad Popul. Antioch. circa med. col.* 141. *D. tom.* 5.

100. Nihil aſpectu ſuſpecto turpius. *Ibid. Hom.* 21. *poſt med. col* 193. *A.*

101. Nihil ſic aſpectum, ſicut modeſtia & honeſtas inducere ſolet. *Ibidem.*

102. Aſpectum orties modeſtia, honeſtate, eleemoſina, humanitate, charitate, manſuetudine, benignitate, malorum tolerantia. *Ibid. ut antè. B.*

103. Multò levius eſt à muliebri aſpectu abſtinere, quàm viſa fœmina libidinum incitamenta propulſare. *Profec.*

104. Ipſa oculorum abſtinentia quippiam habere videtur difficultatis, ſed aſpectus ille ſudoris plurimum habet & laboris. *Serm. de Nequitia repulſa, non procul à med. col.* 801. *tom.* 5.

S. JOANNES CLIMAC.

105. Magnus ille eſt, qui nullo aſpectu vulneratur. *Gradu* 15. *poſt init. apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 267. *col.* 1. *D.*

S. JOAN DAM.

106. Maximus laqueus eſt mulieris impudicus aſpectus. *Lib.* 3. *Parall. capite* 28. *poſt med fol.* 118. *pag.* 1. *C.*

107. Facilè fornicationis aquis demergitur, qui formas pulchritudine præſtantes minimè fugit, ſed libenter eas intuetur. *Ibidem in calce, fol.* 118. *pag.* 2. *lit. A.*

S. ISIDORUS HISPALENS.

108. Aſpectus mulieris.
- Concupiſcentiam nutrit.
- Affectum facit.
- Animum titillat.
- Cor vulnerat. *Lib.* 2. *de Synonim. cap.* 4. *circa med. pag.* 314. *col.* 1. *tom.* 2.

109. Si vis eſſe à fornicatione tutus, eſto viſione diſcretus. *Ibid. in med. pag.* 314. *col.* 2.

110. Oculi prima tela libidinis, atque viſio: mens enim per oculos capitur. *Ibidem circa med. &c ut antè.*

S. JUST. MART.

111. Qui bene vivere vult, is non videat multa; nec ſi videat, cernere ſe exiſtimet. *Epiſt. ad Zenam ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 2. *pag.* 69. *col.* 2. *G. edit. Coloniæ* 1618.

LACT. FIRM.

112. Multò præclarius eſt, & homine dignius cœlum potiùs, quàm cælata intueri. *Lib.* 6. *de vero cultu, cap.* 20. *poſt init. pag.* 274.

113. Nihil aſpectû gratum ſit, niſi quod piè, quod juſtè fieri videas. *Ibid. cap.* 21. *poſt med. pag.* 277.

114. Viſus oculorum, intentione animi conſtat. *De opific. Dei cap.* 9. *in princ. pag.* 379.

S. LAURENT. JUSTIN.

115. O quantis concupiſcentiarum ſagittis, ex inordinato oculorum aſpectu impudentis transfigitur cor! *Serm. de vita ſolitar. ante med. pag.* 482. *col.* 2. *A. part.* 2.

S. LEO I.

116. Quid laborat intellectus, ubi eſt magiſter aſpectus? *Ep.* 72. *ad Iuvenal. Epiſc. Hieroſolym. poſt init. fol.* 126. *pag.* 2.

LUD. BLOS.

117. Mulieris faciem curioſo laſcivoque aſpectu ne contempleris. *In Canone vitæ ſpirit. cap.* 30. *circa med. pag.* 26. *col.* 2.

S. NILUS ABB.

118. Mulierum aſpectus, ſagitta eſt veneno illita,

quæ ferit animum, & venenum immittit: & quò diutiùs manet, eò magis vulnus computreſcit. *Orat. 2. de luxuria in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 969. col. 2. G. edit. Coloniæ* 1618.

ORIGENES. 119. Cùm laſciviunt oculi per illicitas concupiſcentias, & per ſpectacula diabolica, quid aliud niſi ignem ſibi congregant? *Hom. 9. in Geneſim. poſt med. pag. 96. col. 2. K. tom. 1.*

S. PETRUS CHRYSOLOG. 120. Vagus oculus, laſcivus intuitus, improbus aſpectus ſuas noo reſpicit ad ruinas. *Profec.*

121. Alienos curru & decurrit ad lapſus, ſua cæcus ad crimina, ad aliena errata perlucet.

122. Malorum ſuorum neſcius, alienorum eſt accuſator, inſpector & teſtis.

123. Suum tepidus ad reatum, ad alterius, & inoocentis excandeſcit examen. *Serm. 139. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 763. col. 2. F. edit. Coloniæ* 1618.

124. Quidquid alii attenderit homo, attendit ſibi: & quantum videbit ipſe alteri, videbit alter ipſi. *Ibid. poſt init. pag. 763. col. 2. G.*

S. PETR. DAM. 125. Mulicbris aſpectus ſpeciem declinemus, ne de conſpecta forma flamma proſiliat, quæ in nobis memis fruteta pervadat. *Opuſc. 52. cap. 5. in princ pag. 738. B. tom. 3.*

PHILO. 126. Formâ conſpectâ, telis cupidinis ſauciatur affectus. *Lib. Quòd deterius &c. poſt med. pagina* 245. *tom. 1.*

127. Poteſt viſus omnes colores formaſque videre; ſed videat quæ luce, non tenebris digna ſunt. *Ibid.*

RUPERTUS. 128. Cùm quinque ſint feneſtræ noſtræ, per quas mors ingreditur (ideſt, quinque ſenſus) in animam tanquàm fur, aut prædo, omnium ad ejuſdem mortis opus, viſus efficaciſſimus eſt. *Lib. 1. in Hierem. cap. 75. poſt med. fol. 367. pag. 2.*

SALVIANUS. 129. Qui totum pervadere vult concubitu, quidquid concupierit aſpectu, equus inſaniens eſt. *Lib. 4. de Gubernat. Dei, longè ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 336. col. 2. G.*

TERTULLIAN. 130. Democritus excæcando ſemetipſum, quòd mulieres ſine concupiſcentia aſpicere non poſſet, incontinentiam emendatione profitetur. *Profec.*

131. At Chriſtianus ſalvis oculis qui fœminam videt, animo adversùs libidinem cæcus eſt. *Tom. 1. in Apolog. adversùs gentes cap. 46. poſt med. pag. 89. B.*

132. Tales oculi volent virginem viſam, quales habet virgo, quæ videri volet. *Profec.*

133. Ejuſdem libidinis eſt, videri & videre: tàm ſancti viri eſt ſuffundi, ſi virginem viderit; quàm ſanctæ Virginis, ſi à viro viſa eſt. *Tom. 2. de virginib. velandis cap. 2. in calce, pag. 366. F.*

134. Mavult fœmina videre, quàm videri. *Ibid. cap. 17. circa med. pag. 373. A.*

S. THOMAS AQUINAS. 135. Dico eſſe gravius illud vitioſè reſpicere, quod eſt gravius concupiſcere vitioſè. *Tom. 1. Opuſc. de modo confitendi, de inobedientia in med. fol. 116. pag. 2.*

THOMAS À KEMPIS. 136. Quid vis videre, quod oon licet habere? *Lib. 1. de Imit. Christi, cap. 20. ſect. 7. pag. 237. tom. 2.*

137. Quandò tu reſpicis ad creaturas, ſubtrahitur tibi aſpectus Creatoris. *Ibid. lib. 3. cap. 42. ſect. 2. pag. 299.*

138. Videntem non ſatiant viſa: & niſi omnia referantur ad laudem Creatoris, inanis eſt omnis viſio videntis. *In Hortulo Roſarum, cap. 10. ſect. 2. pag. 520 tom. 2.*

139. Difficile eſt res pulchras videre, & non affici viſis, imago ſemel inſpecta, & non ſtatim evulſa, aut noxam generat, aut rixam in corde carnali. *In Exercitus Spirit. cap. 4. ſect. 2. in fine, pag. 686. tom. 2.*

IN VIT. PAT. 140. Nihil juvenum animos ita allicere ac demulcere ſolet, ut fœminarum conſpectus. *Lib. 1. in vita St. Barlaam & Ioſaphat, cap. 29. in fine, pag. 313. col. 1.*

141. Perfectus Monachus non reſpicit fœminas. *Lib. 5. libello 4. num. 62. in med. pag. 572. col. 1.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

142. Objecta movent intellectum. *Tertio de Anima, & hab. apud Bedam tom. 2.* ARISTOTEL.

143. Quædam melius eſt non videre, quàm videre. *Duodec. Metaphyſ. text. 5. Et habetur apud Bedam, tom. 2.*

144. In omnibus malis acerbius eſt videre, quàm audire. *Lib. 6. Epiſt. 4. ad Torquat. circa med. col. 89. A. tom. 3.* CICERO.

145. Mihi neutiquàm cor conſentit, cùm oculorum aſpectu. *Lib. 2. Academ. quæſt. ante med. col. 31. D. num. 52. tom. 4.*

146, Decet oon ſolùm manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere. *Lib. 1. Offic. ante finem, col. 491. A. tom. 4.*

147. Viſum nobis accendit Deus ad rerum cœleſtium contemplationem, ſcientiamque comparandam. *Tom. 3. Sizygia 5. in Dialogo Timæi poſt med. pag. 100. C.* PLATO.

148. Non oculus peccat, ſed malè uti oculo, peccatum eſt. *Sent. 9. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 64. col. 2. F. edit. Coloniæ* 1618. SIXT. PHILOS.

Vide etiam tit. Memoria. ſent. 46. Meretricium. ſentent. 49. Mulier ſent. 63. Mundus. ſent. 167. Religioſus. ſent. 85. Verecundia. ſent. 5. Voluptas. ſent. 135

Aſtutia.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, COMPARATIO.

ETYMOLOGIA.

S. REMIGIUS. ASTUTIA dicitur ab haſta, ideſt acumine: eò quòd nimiùm ſit acuta ad decipiendum. *Sup. 2. ad Cor. cap. 4. Canone 2. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 907. col. 1. D.*

DEFINITIO.

S. ANTONIN. Aſtutia propriè eſt cùm quis ad conſequendum aliquem finem bonum vel malum, utitur non veris viis, ſeu mediis, ſed ſimulatis & apparentibus. *Part. 2. tit. 1. cap. 17. §. 1. in princ. fol. 73. col. 4.*

HUGO CARD. Aſtutia eſt omnium operum, artiumque peritia. *Sup. Ep. 2. ad Cor. cap. 13. fol. 144. col. 3. tom. 7.*

S. THOMAS AQUINAS. Aſtutia eſt, qua quis non veris viis, ſed falſis & ſimulatis utitur ad finem ſive bonum ſive malum conſequendum. *Secunda ſecundæ quæſt. 55. art. 3. in princ. corp. pag. 105. col. 1.*

COMPARATIO.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. Sicut qui graves habet oculos, meliùs in loco tenebroſo, quàm in ſole poſitus videt: ſic homo terrenus in terrenis eſt aſtutus, & in ſpiritualibus cæcus. *Hom. 15. oper. imperf. ſup. Matth. poſt med. col. 847. D. tom. 2.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. Ad exquirenda delectationum genera aſtuti ſunt, qui appetentes ſunt voluptatum. *Lib. 2. contra Iulian. ante med. pag. 661. A. tom. 7.*

2. Simplicitas ſine aſtutia, ſtultitia reputatur: aſtutia ſine ſimplicitate, ſuperbia approbatur. *Serm. 4. ad Fratr. in Eremo, poſt init. pag. 913. B. tom. 10.*

3. Quid aſtutius ad decipiendum atque callidius, malitia dæmonum? *Lib. 2. de Civit. Dei, cap. 9. in fine, pag. 28. C. tom. 5.*

S. BASILIUS MAGN. 4. Laudabiliter eſt aſtutus, qui repentè & prudenter proprium bonum invenit: & doloſè ac inſidioſè ſtructas ab aliis fraudes evitat. *Concion. 12. in initio Proverb. poſt med. pag. 203. tom. 1.*

S. BERNARD. 5. Semper eſto vigilans, & contra diaboli tentationes aſtutus. *Serm. 55. ad ſororem ante med. in 2. vol. fol. 95. col. 1. B.*

S. BONAVENT. 6. Proprias conſcientias coinquinant, qui ſcandalizant proximos per argutas aſtutias, & aſtutas verſutias, & verſutas argutias. *Expoſ. 2. ſup. Pſ.* 118. *verſic. 14. cap. 7. art. 2. pag.* 231. *col. 2. B. tom.* 1.

7. Quantò tentans eſt verſutior & callidior, tantò difficilius eſt ejus laqueos & cautelas evadere. *In ſecundum ſent. Diſt.* 21. *Art. 2. quæſt. 3. Argum. 2. pag.* 260. *col. 1. D. tom.* 4.

GLOSS. ORD. 8. Ad ſumendam juſtam de inimicis ultionem, ſæpè doli ſunt probati. *Sup. lib. Iudicum cap. 4. col.* 179. *B. tom.* 2.

9. Ut evaderet David mortis periculum, dedit exemplum utendi cautelis contra malitiam perverſorum. *Sup. 1. Reg. col.* 457. *C. in Morals, tom.* 2.

10. Nullum ſtudium improbum, habet eum Deo commercium. *Sup. Iob. cap. 2. col.* 38 *F. tom.* 3.

11. Diabolus non vi, ſed callidè interficit. *Ibid. cap. 40. col.* 386. *E.*

GLOSS. INT. 12. Aſtutia hæreticorum, omnibus bonis execrabilis eſt. *Sup. Eccleſiaſt. cap. 19. in illud, Et in ipſa execratio, &c. col.* 2065. *B. tom.* 3.

GLOSS ORD. 13. Licet uti cautelis contra cautelas malorum. *Sup. Matth. cap. 21. col.* 352. *F. tom.* 5.

S. GREGOR. MAGN. 14. Omninò metuenda & cavenda eſt hoſtis aſtutia, ne quos aperta nequit tentatione ſubvertere, latente telo ſæviùs valeat trucidare. *Lib. 7. in Regiſt. Indict. 2. cap. 110. Ep. 110. ad Syagrium Epiſc. ante med. col.* 984. *B. tom.* 2.

S. HIERONYM. 15. Ad effugiendam manum Dei, nulla ſuffragatur aſtutia. *Sup. 1. ad Cor. cap. 3. in illud, Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum. pag.* 304. *B. tom.* 9.

HUGO A S. VICTORE 16. Verſutia cordis tantò periculoſior eſt, quantò occultior. *In Threnos Hierem. paulò poſt med. pag.* 119. *E. tom.* 1.

HUGO CARD. 17. Difficillimum eſt, aſtutias diaboli cognoſcere. *Sup. Hierem. cap. 5. fol.* 191. *col. 2. tom.* 4.

S. JOANNES CASSIAN. 18. Hæc eſt ſubtilis inimici verſutia, ut militem Chriſti propriis faciat telis occumbere, quem hoſtilibus armis ſuperare non potuit. *Lib. de ſpiritu Cenodoxiæ, cap. 7. in fine, pag.* 245.

S. JOANNES CHRYSOST. 19. Omnes hypocritæ aſtutiores ſunt cæteris hominibus ſimpliciter viventes, & in aſtutia ſua cogitant quomodo aliquem lædant; & cùm læſerint, ita ſimpliciter ambulant, quaſi nemini nocuerint. *Hom. 45. oper. imperf. ſup. Matth. ante finem. colum.* 1063. *lit. B. tom.* 2.

20. Antiqua & uſitata verſutia diaboli eſt, ut ſemper fallere poſſit, malis ſuis bona miſcere, & venena ſua mellis dulcedine temperare. *Hom. 5. de variis in Matth. ante med. col.* 1147. *D. tom.* 2.

S. JOAN. DAM. 21. Unus hic diaboli aſtus eſt, nimirùm quod plerique homines velut tot ac tantarum ſententiarum obliti, ſupplicii finem ſibiipſis fingant, ut hac ratione audaciùs peccent. *Lib. 1. Parall. cap. 15. ante med fol. 17. pag. 1. D.*

21. Calliditas etſi in probis, ac divinæ legis conſentaneis conatibus probanda eſt, nunquàm tamen inter virtutis ſuavitates cenſeri queat. *Ibid. cap. 25. in calce, fol. 22. pag. 2. B.*

LACT. FIRM. 23. Calliditas & aſtutia in mutis animalibus ſunt; vel cùm inſidiantur aliis & dolo capiunt, ut devorent, vel cùm inſidias aliorum vario genere deludunt. *Lib. 5. de Iuſtitia cap. 18. prope finem, pag.* 224.

S. LEO I. 24. Ad præmia æterna tendentibus, in eo maximè diaboli inſidiatur aſtutia; ut quorum pervertere non poteſt probitatem, ſubruat fidem. *Serm. 9. de Quadr. circa med. fol. 37. pag.* 1.

PETRUS BLESENS. 25. Quantò melior es, tantò vigilantius caveas aſtutias diaboli: qui non magni facit, ſi devoret ſimplices: cibus enim ejus, electus eſt. *Ep. 137. ad Alexand. ante fin. apud Bibl. Patr. to. 12. part. 2. pag.* 813. *col. 1. A.*

S. PET. DAM. 26. Diabolus ubique ſuæ calliditatis aſſignat argutias. *Serm. 60. de Vigilia Natalis Domini ante med. pag.* 291. *col. 2. D. tom.* 2.

S. PROSPER. 27. Reum calliditas ingenii excuſat. *Lib. 2. de vita contemplat. cap. 7. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5 part. 3. pag. 62. col. 2. G.*

CICERO. 28. Quò quis verſutior & callidior fuerit, eò inviſior & ſuſpectior probabitur detracta opinione probitatis. *Lib. 2. de offic. ante med. col.* 502. *lit. B. C. tom.* 4.

Avaritia.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DESCRIPTIO, COMPARATIO. Productio.

ETYMOLOGIA.

S. AUGUSTIN. AVARITIA, græcè φιλαργυρία non in ſolo argento, vel in nummis, ſed in omnibus rebus, quæ immoderatè cupiuntur, intelligenda eſt. *Lib. 3. de lib. arbit. cap. 17. in med. pag.* 480. *D. tom.* 1.

S. ISIDORUS HISPALENS. Avarus ex eo dictus, quòd ſit avidus auri, & nunquàm opibus expleatur: & quantùm plus habuerit, tantùm plus cupiat. *Lib. 10. Etymol. verbo Avarus, pag.* 134. *col.* 1.

Avidus dictus eſt ab avendo, avere enim cupere eſt, hinc & avarus. *Profec.*

Nam quid eſt avarum eſſe, niſi progredi ultrà quàm ſufficit? *Ibid. verbo Avidus pag.* 134 *col.* 1.

DEFINITIO, & DESCRIPTIO.

S. ANSELM. Avaritia eſt peſtis animi, quæ nunquàm aliud dicit, niſi, Accipe. *Sup. Ep. ad Epheſ. cap. 5. fol.* 154. *colum.* 4.

S. ANTONIN. Avaritia eſt immoderatus amor habendi; & hæc immoderantia poteſt eſſe tripliciter: primò in affectione, ſecundò in retentione, tertiò in effectione. *Part. 2. tit. 1. cap. 1. ſub finem, fol. 6. col.* 3.

S. AUGUSTIN. Avaritia cupiditas eſt, cupiditas porrò improba voluntas eſt: improba voluntas, malorum omnium cauſa eſt. *Lib. 3. de lib. Arbit. cap. 17. poſt med. pag.* 480. *D. tom.* 1.

Avaritia eſt vitium, ideſt, qualitas, ſecundùm quam malus eſt animus. *De Perfect. Iuſtitiæ. Ratiocin. 4. ſub finem Reſponſionis, pag.* 966. *C. tom.* 7.

Avaritia eſt funeſta peſtis, virus Eccleſiæ, mater hypocriſis, livoris parens, criminis fomes, virtutum ærugo, tinea largitatis. *Serm. 2. Dom. 1. Quadrag. in fine, pag. 66. col. 2. tom.* 3.

S. BERNARD. Quid eſt avarus? ſui homicida. Quid eſt avaritia? paupertatis timor, ſemper in paupertate vivens. *Epiſt. de cura & regimine rei familiaris poſt init. fol.* 371. *col. 1. C. in 2. volum.*

GLOSS ORDIN. Avarus eſt, qui tenax eſt in largiendo, cupidus in accipiendo. *Sup. Ep. ad Hebr. cap. 13. col.* 955. *lit. A. tom.* 6.

S. GREGORIUS MAGN. Avaritia eſt appetitus non ſolùm pecuniæ, ſed etiam altitudinis, cùm ſuprà modum ſublimitas ambitur. *Homil. 16. ſup. Evangel. ante med. columna* 372. *lit. C. tom* 2.

HUGO A S. VICTORE. Avaritia eſt gloriæ, divitiarum, ſeu quarumlibet aliarum rerum, inſatiabilis & inhoneſta cupiditas. *De fructib. carnis & ſpirit. cap. 8. in princ. pag.* 161. *lit. B. tom.* 2.

S JOANNES CLIMAC. Avaritia eſt idolorum veneratio, infidelitatis filia, ſenectutis vates. *Gradu 16. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 2 pag. 271. col. 1. B. edit. Coloniæ* 1618.

JOAN. GERS. Avaritia eſt vitium, quo quis appetit acquirere, vel retinere contra rectam rationem. *Part. 4. in Deſcript. terminorum, cap. Temperantia circa med. fol. 26. col. 3. lit. S.*

S. THOMAS AQUINAS. Avaritia eſt injuſtus uſus pecuniæ. *Sup. Ep. ad Epheſ. cap. 5. lect. 2. circa med. fol. 167. col. 2.*

Avaritia eſt peccatum, quo quis ſupra debitum modum cupit acquirere, vel retinere divitias. *Secunda ſecunda quæſt.* 118 *in princ. corp. pag.* 211. *col.* 2.

S. ZENO. Avaritia eſt artifex, ac dulce malum, & hominibus univerſis ſemper infeſtum. *Proſec.*

Non habentibus divitias, habendi injicit cupiditatem, habentibus adimit ſatietatem.

Ita omnea in rabiem una tempeſtate præcipitat, ut ubinam ſit major, ignores.

Hanc mediocres, fraudibus excolunt: divites, potentia: Judices, gratiâ: diſerti, mercenariâ ac duplici linguâ.

Reges, ſuperbiâ: negotiatores, aſtutiâ: inani pauperes, voto: cultores Dei, odio ſimulato: totæ autem gentes univerſæque nationes, gladio.

Nunquàm quieta, non die, non nocte, non bello, non pace.

Nunquàm ſatur, lucrorum enormitate miſerior; novum calamitatis eſt genus, quòd tantummodò creſcit, ſeneſcere neſcit.

Non illam parentum pietas frangit, non dulcedo liberorum, non conjugalis affectus, non chara germanitas, non jus amicitiæ, non tener pupillus, non dura viduitas, non miſeranda paupertas, non Dei contemplatio. *Serm. 2. de Avaritia ab initio. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 130. col. 1. A. & B. edit. Coloniæ* 1618.

Avaritia { Eſt {
Libido profunda.
Cupiditas cæca.
Tempeſtas inſana.
Rapacitas ſine fine.
Solicitudo ſine requie.
Ad ſua nunquàm perveniens vota. *Ib. ſerm. 3. ferè per totum pag. 130. col. 2. F.*

Avaritia {
Satiari non novit.
Fidem frangit.
Charitatem negligit.
Juſtitiam negat.
Non cognoſcit affectus.
Jura divina contemnit.
Humana verſutis argumentis excludit, orbem totum, ſi poſſit, ut rapiat.

S. LAURENT. JUSTIN. Avaritiæ æſtus. { Eſt {
Commune malum.
Sitis inextinguibilis.
Infidelitatis filia.
Mater impietatis.
Idolorum ſervitus.
Radix criminum. *Part. 2. de Regim. Prælat. cap. 8. prope med.* 572. *col.* 1. *D.*

CICERO. Avaritia eſt injurioſa appetitio alienorum. *Lib. 4. de Arte Rhetorica ante med. col. 58. F. tom.* 1.

VAL. MAX. Avaritia latentium eſt indagatrix lucrorum, manifeſtæ prædæ avidiſſima vorago, nec habendi fructu felix, & cupiditate quærendi miſerrima. *Lib. 9. Dict. memorab. cap. 4. in princ. pag.* 411.

COMPARATIO.

S. ANTONIUS DE PADUA. Avarus ſimilis eſt calamo, qui à vento cupiditatis circumcirca agitatur, & in exterioribus gloriatur, in interioribus gratia privatur. *Serm. Dom. 3. Quadrag. poſt med. fol. 93. pag.* 2.

Avaritia eſt quaſi amphora, cujus os non clauditur, ſed ſemper eſt apertum in ambitu temporalium. *Ibid.*

S. AUGUSTIN. Avarus rectè comparatur hydropico: ſicut enim ille quantò magis abundat humore inordinato, tantò ampliùs ſitit: ſic iſte quantò eſt copioſior divitiis, quibus non benè utitur, tantò ardentiùs talia concupiſcit. *Lib. 2. quæſt. Evang. quæſt. 29. prope finem, pagina* 244. *C. tom.* 4.

Avarus vir inferno eſt ſimilis; infernus enim quantoſcunque devoraverit, nunquàm dicit ſatis eſt: ſic etſi omnes theſauri confluxerint in avarum, nunquàm ſatiabitur. *De ſalutar. document. capi 30. in fine, pag. 758. D. tom.* 4.

S. BONAVENT. Avaritia comparatur morti & inferno; quia nunquàm ſatiabitur illa occidendo, & ille deglutiendo. *Tit. 1. Diæta cap. 6. in princ. pag. 276. col. 1. D. tom* 6.

Avarus admodum talpæ eſt niger per nequitiam, cæcus per ignorantiam *Ibidem.*

S. GREGOR. MAGN. Hydropicus quò ampliùs biberit, eò ampliùs ſitit: ſic & omnis avarus, ex potu ſitim multiplicat: quia cùm ea quæ appetit adeptus fuerit, ad appetenda alia ampliùs anhelat, *Lib. 14. Moral. cap. 6. in fine, num. 5. col. 456. A.*

Avaritia velut amphora eſt, quæ os cordis in ambitu apertum tenet. *Ibid. cap. 26. poſt init. num. 27. col. 478. C. tom.* 1,

S. INNOCENT. III. Avarus & infernus uterque comedit, & non digerit: recipit, & non reddit. *Lib. 2. de contempt. mundi, cap. 11. poſt init. pag.* 75.

Rectè definit Apoſtolus; Avaritia eſt ſervitus idolorum: ſicut enim Idololatra ſervit ſimulacro, ſic & avarus theſauro. *Proſec.*

Nam ille cultum idololatriæ diligenter amplificat, & iſte cumulum pecuniæ libenter augmentat.

Ille cum omni diligentia colit ſimulacrum, & iſte cum omni cura cuſtodit theſaurum.

Ille ſpem ponit in idololatria, & iſte ſpem conſtituit in pecunia.

Ille timet mutilare ſimulacbrum, & iſte timet minuere theſaurum. *Ibidem ut antè cap. 12. per totum, pag.* 76.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. Avaritia, inſatiabilis eſt ebrietas: ſicut enim ebrii quantò plus vini ingurgitant, tantò magis ad ſitim inflammantur: ſic avari quantò magis ſuas opes augeri vident, tantò & concupiſcentia magis flagrant. *Hom. 22. ſup. Geneſ. poſt med. col. 166. A. tom.* 1.

S. THEOPHIL. ALEX. Imitatur infernum avaritia, nec ſatiari poteſt: ſed quidquid habuerit, plùs requiret: minùs putat ab eo quod cupit, omne quod poſſidet. *Epiſt. Paſchal. 3. ante finem. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 723. col. 1. B. edit. Coloniæ* 1618.

S. ZENO. Avaritia eſt ſimilis igni, arida pabula depaſcenti, quæ niſi finiant, non finitur. *Serm. 2. de Avarit. in princ. apud Bib. Patr. tom. 3. pag. 130. col. 1. A. edit. Coloniæ* 1618.

SENECA. Monſtro ſimilis eſt avaritia ſenilis: quid enim ſtultius eſt, quod dici ſolet, quàm via deficiente viaticum augere? *De Moribus poſt init. pag. 677. edit. Baſilea.*

PRODUCTIO.

S. AUGUSTIN. Radix omnium malorum avaritia eſt, & ſervitus idololatriæ, mater uſuræ, genitrix ſimoniæ, fomes culpæ, æternæ pœnæ via, nutrix gehennæ. *Serm. 48. ad Fratres in Eremo ante med. pagina 989. littera A. tom.* 10.

S. BERNARD. Avaritia & cupiditas ſorores ſunt, ſuperbia verò mater eſt earum; nunquàm ſuperbia fuit ſine cupiditate, nec cupiditas ſine avaritia. *Serm. 44. de Avarit. ad Sororem. poſt med. folio 92. columna 1. littera B. in 2. volumine.*

S. EDMUNDUS. De Avaritia naſcuntur, dolus, perjurium, inquietudo, violentia, & duritia cordis. *In ſpeculo Eccleſiæ cap. 8. a medio. apud Biblioth. Patr. tom. 13. pag. 358. col. 2. F.*

S. GREGORIUS MAGN. De avaritia proditio, fraus, fallacia, perjuria, inquietudo, violentiæ, & contra miſericordiam obdurationes cordis oriuntur. *Lib. 31. Moral. cap. 17. longè poſt med. num. 31. col. 1082. C. tom.* 1.

HUGO à S. VICTORE. Avaritiæ comites ſunt, philargyria, perjuria, violentia, uſura, fraus, rapina & fallacia. *De fruct. carnis & ſpirit. cap. 8. in princ. pag. 161. B. tom.* 2.

HUGO CARD. Avaritia eſt lepra, quæ quinque ulcera facit, ſcilicet invidiam, rixam, ſuperbiam, luxuriam, & iram Dei. *Sup. Luc. cap. 17. fol. 236. col. 2. tom.* 6.

S. THOMAS AQUINAS. Radix omnium malorum eſt avaritia ; & arx malorum, & colophon peccatorum, eſt rabies illa colligendarum divitiarum. *Hom.* 20. *in Geneſ. ante finem, col.* 146. *D. tom.* 1.

Quatuor ſunt, quæ ex Avaritia procedunt.	Rapina. Perjuria. Fraudes. Homicidia. *Tom.* 1. *Opuſc. de vitiis & virt. poſt med. fol.* 105. *pag.* 1.
Quatuor ſunt, quæ Avaritiam inducunt ſcilicet	Penuriæ formido. Senectutis oppreſſio. Alieni invidia. Filiorum copia. *Ibid. ut antè.*
Quatuor ſunt, quæ Avaritiam minuunt; ſcilicet	Divitiarum copia. Salubris juventus. Cùm largis converſatio. Prolis defectus. *Ibid. ut antè.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Jàm ſe immerſit avaritiæ, veluti quædam bonorum ariditas officiorum ; ut homines damnum putent, quidquid præter morem impenditur. *Lib.* 2. *Offic. cap.* 21. *à medio, col.* 52. *B. tom.* 1.

2. Mens avari ſemel vinculis cupiditatis adſtricta, ſemper aurum, ſemper argentum videt, ſemper computat. *Profec.*

3. Gratiùs aurum intuetur, quàm ſolem videt : ipſa ejus oratio, & ſupplicatio ad Dominum, aurum quærit, & vellet ut omnia ei in aurum converterentur.

4. Denique quod poteſt, frumentum in aurum mutat, lana ei aurum efficitur ; omnes fructus ejus, omne negotium, omne quod movetur, in aurum vertitur. *Serm.* 81. *in med. col.* 778. *D. tom.* 3.

5. Avaritia nullum unquam patitur faſtidium ; ſed quantò plus invenerit, tantò ampliùs quærit. *Ibid. ferè in medio, col.* 779. *A.*

6. Avaritia quò plura abſtulerit, eò magis inopem eſſe ſe credit : omnibus invida, ſibi vilis, in ſummis divitiis inops, & affectu extenuat quod cenſu abundat. *Lib.* 1. *de Cain & Abel. cap.* 5. *ante finem, col.* 931. *A. tom.* 4.

7. Servus eſt omnis avarus, qui pro exiguo pecuniæ lucello ſeipſum auctionatur. *Profec.*

8. Timet enim ne congeſta amittat, qui non utenda congeſſit, majore periculo ſerviturus, quò majora quæſivit.

9. Quomodo non mendicus, cui ſunt parva quæ poſſidet? nam etſi mihi dives videatur, nec teſtimoniis ſua vota ſolatur, qui quod optat, neſcit credere. *De Joſeph, cap.* 4. *circa med. col.* 1080. *D. tom.* 4.

10. Inflammatur lucro avaritia, non reſtinguitur. *De Nabuthe, cap.* 2. *in princ. col.* 1107. *A. tom.* 4.

11. Affectus dives egere non novit : cenſus verò abundans nequit avari pectus implere. *Ibid. poſt init. col.* 1107. *B.*

12. Neſcit avarus bona, niſi ea quæ quæſtuoſa ſunt, nominare. *Ibid. cap.* 7. *in med. col.* 1112. *A.*

13. Ipſi avaritiæ rapina eſt ſubdita : & tolerabilius eſt propria profundere, quàm aliena diripere. *Sup. Pſal.* 118. *ſerm.* 16. *verſ.* 8. *poſt med. colum.* 1562. *lit. D. tom.* 4.

14. Omnes avari Giezi lepram cum divitiis ſuis poſſident, & malè quæſita mercede, non tàm patrimonium facultatum, quàm theſaurum criminum coogregarunt æterno ſupplicio & brevi fructu. *Lib.* 4. *ſup. Luc. cap.* 4. *in illud, Multi leproſi erant. colum.* 1674. *C. tom.* 5.

S. ANTONIN. 15. Cætera vitia homine inveteraſcente ſeneſcunt, ſola avaritia juveneſcit. *Part.* 2. *tit.* 1. *cap.* 1. §. 2. *in princ. fol.* 7. *col.* 2.

16. Avarus quantò ampliùs lucratur, tantò magis deſiderat lucrari. *Part.* 2. *titul.* 1. *cap.* 2. §. 1. *ferè in princ. fol.* 9. *col.* 4. S. ANTONIN.

17. Finis avari, eſt augmentatio pecuniæ. *Ibidem circa med. fol.* 10. *col.* 1.

18. Triplex cæcitas eſt avari.	Prima, damnationis. Secunda, derelictionis. Tertia, habitationis. *Ibid.* §. 2. *circa init. fol.* 10. *col.* 2.

19. Miſerabilis eſt avari ſervitus, & infelicitas, ut faciat ſe ſervum divitiarum ad congregandum, undè efficitur ſervus diaboli ad cruciandum. *Ibid.* §. 3. *in princ. fol.* 10. *col.* 4.

20. Sex pravitates reperiuntur in Avaritia.	Prima eſt anguſtia cordis. Secunda, opprobrium vitæ. Tertia, illaqueatio diaboli. Quarta, certitudo damnationis. Quinta, impœnitens malum. Sexta, horribilitas mortis. *Ibidem*; §. 3. *in fine, fol.* 11. *col.* 3.

21. Quantò homo ſeneſcit, tantò difficiliùs ab avaritia ſe ſolvit. *Ibidem cap.* 3. §. 3. *in princ. folio* 12. *colum.* 2.

22. Non aliter ſatiatur cor hominis auro, quàm corpus hominis aura. *Serm. Dom.* 6. *poſt Paſcha longè ante med. fol.* 160. *pag.* 1. DA PADUA.

23. Avarus eſt pauper, quia non pecuniæ, ſed ipſi pecunia imperat : non poſſeſſor eſt, ſed poſſeſſus ; quia cùm multa habeat, parùm ſe credit habere. *Serm. Dominica ſecunda poſt Trinit. ante finem, folio* 180. *pag.* 1.

24. Plus velle quàm ſat eſt, avarorum eſt. *Lib.* 3. *de lib. Arb. cap.* 17. *in med. pag.* 480. *D. tom.* 1. S. AUGUSTIN.

25. Avaritiæ morbus nunquàm meliùs compeſcitur, niſi cùm dies mortis ſine fine meditatur. *De conflictu vitior. & virt. cap.* 16. *prope finem, pagina* 713. *lit. A. tom.* 9.

26. Avarum conſcientia vincit in ſcelere. *Et habetur in decretis Gratiani, part.* 2. *cauſa* 6. *quæſt.* 4. *Can. Quæro. fol.* 183. *col.* 2.

27. Avarus luxurioſuſque ſecundis rebus, populus effectus eſt. *Lib.* 1. *de Civit. Dei, cap.* 31. *in princ. pag.* 21. *B. tom.* 5.

28. Quid èxpectas, ô avare, amplectens onus tuum, & ſarcinam ſub humeros tuos ? quid expectas? quid laboras? quid inhias? quid concupiſcis? nempè ſatiare avaritiam? ô vota inania, & facta nequiſſima! *Profec.*

29. Expectas ergo ſatiare avaritiam? illa te poteſt premere, tu illam non potes ſatiare.

30. An fortè non eſt gravis avaritia? quare ergo te de ſomno excitat, & dormire etiam non ſinit?

31. Et fortaſſe habes cum illa alterum onus pigritiæ, & iſta duo nequiſſima onera, ſecumque pugnantia, premunt te, & dilaniant te.

32. Pigritia dicit, Dormi : avaritia dicit, Surge : pigritia dicit, Noli pati frigidos dies : avaritia dicit, Tolera in mari etiam tempeſtates.

33. Pigritia dicit, Quieſce : avaritia non ſinit quieſcere. *Serm.* 22. *de verb. Apoſt. poſt. init. pag.* 250. *D. tom.* 10.

34. Avaritia noverca dicitur eſſe, & ſummè inimica juſtitiæ. *Serm.* 35. *ad Fratr. in Eremo ab initio, pag.* 961. *A. tom.* 10.

35. Quæ avaritia ſanari poteſt, ſi paupertate filii Dei non ſanatur ? *De Agone Christiano, cap.* 11. *in med. pag.* 544. *D. tom.* 3.

36. Non auri vitium eſt avaritia, ſed hominis perversè amantis aurum juſtitiâ derelictâ, quæ incomparabiliter auro debet anteponi. *Lib.* 12. *de Civit. Dei, cap.* 11. *ante med.*

37. In homine interiore, animus res eſt, rapina actus eſt, avaritia vitium eſt. *De perfect. Juſtit. Reſp.* 4. *poſt med. pag.* 966. *C. tom.*

Digitized by Google

S. Augusт. 38. Undè avari ſunt cæci : quod habet, non habet, & tamen avarus eſt cæcus : quare ? quia credit ſe habere, avarus eſt. *Profec.*

39. Fides eum facit divitem, credendo dives eſt, non videndo.

40. Amas pecuniam, ô cæce, quàm nunquàm videbis, cæcus poſſides, cæcus moriturus es ; quod poſſides, hic relicturus es. *De Diſcipl. Chriſtiana, cap.* 1. *ſub fin. pag.* 626. *C. tom.* 9.

41. Inexplebilis eſt ſola avaritia divitum, ſemperque rapit, & numquàm ſatiatur : nec Deum timet, nec hominem reveretur. *Prof.*

42. Non patri parcit, non matrem agnoſcit, nec fratri obtemperat, nec amico fidem ſervat.

43. Viduam opprimit, pupilli rem invadit, liberos in ſervitium revocat, teſtamentum falſum profert. *Ser.* 25. *de verb. Domini poſt init. pag.* 71. *B. tom.* 12.

44. Quæ eſt iſta animarum inſania, amittere vitam, appetere mortem, acquirere aurum, & perdere cœlum ? *Ibid. in medio pag.* 72. *C.*

45. Non ſolùm avarus eſt, qui rapit aliena : ſed ille etiam avarus eſt, qui cupidè ſervat ſua. *Serm.* 1. *Dom.* 1. *poſt Trinit. & in ordine* 196. *in med. pag.* 734. *lit. C. tom.* 10.

46. Avaritia terretur, quia avarus rapit, ac timet pœnam, & æſtuat in rapinam. *Serm.* 6. *de ſanctis Martyr. & in ord.* 50. *in med. pag.* 908. *C. tom.* 10.

47. Avaritia ſumma inimica eſt Juſtitiæ, patrem neſcit, matrem ignorat, amicos perdit, & ſeipſam relinquit. *Serm.* 35. *ad Fratr. in Eremo. in princ. pag.* 961. *A. tom.* 10.

48. Avaritia, diaboli laqueus eſt. *Ibid. ſerm.* 45. *poſt med. pag.* 984. *C.*

49. Avaritia eſt abyſſus inſatiabilis, quæ nunquàm dicit, Sufficit ; ſemper fameſcit, ſemper dolet, ſemper triſtatur in cunctis. *Ibid. ſerm.* 48. *ante med. pag.* 989. *lit. B.*

50. O peſtis interminablis, ô famelica rabies ! nam omnia ſuis terminis clauduntur, ſola avaritia nullo clauditur fine. *Profec.*

51. O rabiem omni fine carens ! terra ſuis limitibus terminatur, aqua ſuis finibus limitatur, aër ſuo fine concluditur, cœlum ſuis terminis arctatur, ſola avaritia terminum neſcit. *Ibid. in med. pag.* 989. *B.*

S. Asтarius. 52 Avarus propinquis eſt odioſus, famulis gravis, amicis inutilis, exteris difficilis, & vix affabilis, vicinis moleſtus. *Hom. adverſus avarit. ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 703. *col.* 1. *B. edit. Colon.* 1618.

53. Avaritia mater eſt inæqualitatis, immiſericors, inhumana, crudelis. *Ibidem poſt med. pag.* 704. *col.* 2. *lit. E.*

S. Basilius Magnus. 54. Singula quæ augeſcunt, ubi ad juſtam & ſibi propriam magnitudinem pervenerint, augeſcere deſinunt : verùm avarorum argentum, ſimul cum omni tempore adaugetur. *Conc.* 4. *ſup. Pſ.* 14. *poſt med. verſ.* 6. *pag.* 78. *tom.* 1.

55. Avaritiæ ſpecies peſſima eſt, neque ea quæ corrumpuntur, egenis impertiri. *Conc.* 7. *de Avarit. ante finem, pag.* 169. *tom.* 1.

V. Beda. 56. Avarus propriæ cauſa eſt miſeriæ, ingerens ſibi ſitim avaritiæ. *In ſuis Proverb. verbo Avarus. pag.* 186. *tom.* 2.

57. Avarus nihil rectè facit, niſi quòd moritur. *Ibidem ut antè.*

58. Avaritia deſideratis opibus non extinguitur, ſed augetur. *Ibid. verbo Avaritia.*

59. Quis dives ? qui nihil cupit : & quis pauper ? avarus. *Ibid verbo Qui pag* 196.

S. Bernard. 60. Quod ſine miſerabili gemitu dicendum non eſt, Chriſti opprobria, ſputa, flagella, clavos, lanceam, crucem & mortem ; hæc omnia in fornace avaritiæ conflant, & profligant in acquiſitionem turpis quæſtus, & pretium univerſitatis in ſuis marſupiis includere feſtinant avari. *Serm.* 10. *ſup. Cantica, poſt init. fol.* 140. *col.* 2. *lit. E.* S. Bernard.

61. Avari divitiis inſatiabili deſiderio inhiant : pro his, ne amittant, timent : & cùm amittunt, dolent. *Ibidem ut ante.*

62. Avarus terrena eſurit, ut mendicus : fidelis contemnit, ut dominus : ille poſſidendo mendicat : iſte contemnendo ſervat. *Ibid. ſerm.* 21. *poſt med. fol.* 149. *col.* 3. *lit. I.*

63. Avaritia rotis vehitur quatuor vitiorum, quæ ſunt puſillanimitas, inhumanitas, contemptus Dei, mortis oblivio : porrò jumenta trahentia, tenacitas & rapacitas ; & his unus auriga ambobus præſidet, habendi ardor. *Ibid. ſerm.* 39. *ante fin. fol.* 167. *col.* 2. *D.*

64. Tunc malè judicas contra gulam, quando avaritia ligat burſam. *Epiſt. de cura & Regim. rei familiaris poſt init. fol.* 371. *col.* 1. *C. in* 2. *volumine.*

65. Avaritia ſemper odioſos, claros largitas facit. *Lib.* 2. *de conſol. Philoſ Proſa* 5. *poſt init. pag.* 64. Boëтius.

66. Avaritia, avaro nociva eſt. *Serm.* 3. *Dom.* 3. *poſt Epiphan in med. pag.* 45. *col.* 2. *tom.* 3. S. Bonavant.

67. Miſeri avari ſunt, ſicut canes boliſmum patientes, qui nunquàm ſaturari poſſunt. *Serm.* 4. *Dom.* 6. *poſt Pentecoſt. in princ. pag.* 159. *col.* 1. *tom.* 3.

68. Avarus dùm omnia appetit, omnium ſervum ſe facit. *Profec.*

69. Quare avari non poſſunt eſſe beati ? quia nunquàm poſſunt eſſe contenti. *Serm.* 2. *de Cathedra S. Petri ante med. pag.* 237. *col.* 2. *tom.* 3.

70. O ſumma fatuitas avarorum ! quærunt vento & vanitatibus mundanis ſatiari, quia non attendunt quòd nunquàm ſatiari poſſunt : ſed quantò plus acquirunt, tantò plura appetunt, & vacuos ſe eſſe magis inveniunt. *Serm. Ss. Petri & Pauli. in med. pag.* 258. *col.* 1. *tom.* 3.

71. Quæ eſt hæc tanta avaritia, quæ Chriſtianos invaſit, ut eis non ſeminare ſufficiat, non colligere, niſi inſuper uſuris variis, & mercationibus infinitis, quibuſcumque peccatis congregent peritura ? *Serm.* 1. *de plurib. Confeſſ. & in ordine* 28. *in fine, pag.* 337. *col.* 2. *tom.* 3.

72. Avarus quot habet poſſeſſiones, tot habet tumulos, in quibus ſepelit ſeipſum per continuam ſolicitudinem. *Profec.*

73. Quidquid enim fodit, ponit ſupra ſe, quia de omnibus facit Deum. *Titul.* 1. *Diæta, cap.* 6. *in princ. pag.* 276. *col.* 1. *D. tom.* 6.

74. Divitiæ non ſunt avarorum. ſed avari ſunt divitiarum. *Ibid. paulo poſt med. pag.* 276. *col.* 2. *D.*

75. Avarus miſer eſt, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. *Profec.*

76. Miſer eſt, quia divitias cum labore acquirit : miſerabilis, quia cum timore cuſtodit : pauper, quia cum dolore perdit : cæcus, quia nihil aliud reſpicit : nudus, quia nullum aliud bonum facit. *Ibidem, ut antè.*

77. Avarus Deum contemnit, quia plus diligit nummum, vel obolum, quàm Deum. *Ibid. a med. pag.* 276. *col.* 2. *E.*

78. Avarus ſemper eſt ſolitarius, quia nunquàm vult ſocium in pecunia. *Ibidem.*

79. Avaritia facit hominem nudum, ſervum, ſtultum, abominabilem, inſatiabilem, ſolitarium, obliviosum propriæ ſalutis, anguſtioſum & tempeſtuoſum. *Ibid. a medio, pag.* 276. *D. E.*

80. Cor avari eſt quaſi ſovea ſine fundo, quæ quò plus recipit, plus deglutit, ut nunquàm videatur impleta. *Lib.* 2. *de profectu Religioſ. cap.* 45. *circa med. pag.* 594. *col.* 2. *D. tom.* 7. *part.* 4.

81. Hoc eſt efficaciſſimum contra avaritiam remedium, quæ ſicut ignis inſaturabilis, nunquàm dicit, Sufficit : non extinguitur meliùs, niſi cùm materia temporalis ſubſtantiæ penitùs ſubtrahitur. *Ibidem.*

Digitized by Google

S. CÆSARIUS ARELATENSIS. 82. Nihil habere interdùm, res neceſſitatis eſt: nihil per avaritiam cupere virtutis. *Hom. 27. in med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pagin. 772. F. edit. Colonia* 1618.

S. CLEM. PAP. 83. Avaritia homines occaſione præſentis lucri ab æternis ſeparat bonis. *Epiſt. 1. longè poſt init. fol.* 203. *pag.* 2.

S. CYPRIANUS. 84. Minùs avaritiæ moleſtias patitur, qui divitias noo videt. *De ſingularit. Cleric. cap. 3. prope init. pag. 512. col. 1. tom.* 3.

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 85. Ubi eſt paupertas cum lætitia, ibi oec cupiditas, nec avaritia. *Tom. 1. Opuſc. in Exhort. ad Fratres, in fine, cap. 26. pag.* 1.

GLOSSA ORD. 86. Avaritia ſagax eſt, & verſuta, multoſque ſibi ſubjugat. *Sup. Geneſ. cap. 14. in princ. col. 199. lit. B. tom.* 1.

87. Avarus cùm multa congeſſerit, arctatur, & anxiatur, qualiter acquiſita cuſtodiat. *Sup. Iob cap. 20. col. 217. B. tom.* 3.

88. Avaritiam latentem parvulæ rei cupido ſignat. *Sup. Ezech. cap. 8. col. 1139. B. tom.* 4.

89. Avarus multas habet opes, & nullas; quia inutiles ſunt. *Sup. Matth. cap. 13. col. 237. B. tom.* 5.

S. GREGOR. MAGN. 90. Avaritia captivam animam, dùm quaſi delectat, exulcerat. *Profec.*

91. Dùm adipiſcenda quæque cogitationi objicit, ad inimicitias accendit, & dolorem in vulnere non facit: quia æſtuanti animo ex culpa abundantiam promittit. *In Paſtor. part. 1. cap. 11. ante finem, colum. 136. D. tom.* 1.

92. Avari per ſuperbiam, atque inanem gloriam proximos juxtà ſe deſpiciunt: & ſuperiora, quæ ultrà ipſos ſunt, nullatenùs apprehendunt. *Lib. 14. Moral. cap. 26 poſt med. col. 478. C.*

93. Avaritia deſideratis rebus non extinguitur, ſed augetur. *Profec.*

94. Nam more ignis cùm ligna quæ conſumat acceperit, accreſcit: & undè videtur ad momentum flamma comprimi, indè paulò poſt cernitur dilatari. *Ibidem lib. 15. cap. 12. in princ. ſup. illud Iob 20. Nec eſt ſatiatus venter ejus.*

95. Avaritia ex copia non extinguitur, ſed augetur: & ea quæ avaris Deus ad tempus habere permittit, poſtmodùm ſubtrahit; ut jàm ultio incipiat à vivis, quæ perficietur in mortuis. *Ibid. cap. 13. in titulo.*

S. GREG. NISS. 96. Crudelis domina eſt avaritia, nullam enim unquàm requiem ſervientibus ei præbere ſolet; ſed quantò plura diei ac noctis laboribus & cruciatibus imperio dominæ quæritant, cupiditatemque explere conantur, tantò magis anguntur, quaſi nihil fecerint, magiſque inanes ac fameſcentes reperiuntur. *De vita Moyſ. circa med. col. 135. E.*

97. Avaritia ſemper accipit, nunquàm impletur; veloti multiceps quædam fera oribus innumeris inexplebili ventri cibum tranſmittens, cui nulla unquàm lucrandi ſatietas exiſtit: ſed id quod ſemper accipitur, materies atque incitamentum plus habendi cupiditatis fit. *Orat. 5. de Beatitud. poſt med. col. 540. B.*

S. HIERON. 98. Studemus avaritiæ, vivimus quaſi altera die morituri: ædificamus, quaſi ſemper in hoc ſæculo victuri. *Profec.*

99. Auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita columnarum, & nudus atque eſuriens ante fores noſtras Chriſtus in paupere moritur. *Tom. 1. Ep. 12. ad Gaudent. ſub fin. pag. 100. D.*

100. Avaritiæ tibi vitandum malum, non ut aliena noo appetas, ſed quò tua, quæ ſunt aliena, non ſerves. *Tom. 1. Epiſt. 22. ad Euſtoch. longè poſt med. pag. 145. lit. B.*

101. Avaritia nullis expletur opibus: & quantò ampliùs habuerit, plus requirit, & neque copia, neque inopia minuitur. *Tom. 1. Epiſt. 27. ad Euſtoch. poſt med. pag. 178. D.*

102. Multis nomen pauperum, occaſio avaritiæ eſt. *Tom. 1. Ep. 51. de vita S. Hilarionis Eremitæ, ante med. pag. 245. A.* S. HIERONYM.

103. Qui per avaritiæ nequitiam in hac vita multiplicare appetunt, in futuro ab æterno patrimooio exhæredes fiunt. *Lib. 1. ſup. Prov. cap. 20. in illud, Hæreditas ad quam feſtinatur, pag. 38. B. tom* 7.

104. Avarus nunquàm opibus expletur: & quantò plus habuerit, tantò plus cupit. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 5. in illud, Qui diligit argentum, &c. pag. 78. lit. B. tom. 7.*

105. Semper avarus eget, cujus avaritia neque inopia, neque copia minuitur: *Ibidem.*

106. Avarus aurum Deum habet. *Sup. Pſ. 80. verſ. 8. Non erit in te Deus recens. pag. 117. A. tom. 8.*

107. Avarus hilariter dare non novit: in ſcientia autem avarus eſt, qui ſenſum non vult implere, quem cœpit. *Sup. 2. ad Cor. cap. 9. in illud Hilarem datorem diligit Deus, pag. 338. B. tom. 9.*

108. Avarus cariturus ſemetipſo, carcere timet pecuniâ. *Sup. Pſ. 125. ante med. fol. 88. col. 3.* S. HILARIUS.

109. Avarus quantò citiùs ad deſiderium pervenit, tantò citiùs ad tormentum rapitur. *Sup. Iob. cap. 20. ante finem, fol. 423. col. 3. tom. 1.* HUGO CARD.

110. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ, avaritia & luxuria, dicentes Affer, Affer. *Prof.*

111. Prima filia ſemper clamat, Affer aurum & argentum, & poſſeſſiones quibus impleri animam eſt impoſſibile, ſed arcam vel burſam; & ideò ſemper vacua eſt anima avari.

112. Prima filia ſanguiſugæ ſpoliat omnes, ſed ſpoliatur ipſa à ſecunda filia: quia quidquid avaritia colligit luxuria diſpergit. *Sup. Prov. cap. 30. fol. 65. col. 1. & 2. tom. 3.*

113. Avarus non poteſt impleri pecunia octo de cauſis.
- Prima, quia pecunia finita eſt, & venter ſive ſaccus avaritiæ, infinitus.
- Secunda, quia pecunia vanitas eſt, quæ nihil replet.
- Tertia, quia pars pecuniæ cadit in ventrem avari, quem impleri impoſſibile eſt.
- Quarta, quia cupiditas ignis eſt, pecuniæ verò ſunt ligna: & ideò creſcente pecunia, creſcit, & cupiditas.
- Quinta, quia quælibet pars divitiarum ſecum affert aliquid vacui, ideſt, paupertatis & defectus.
- Sexta, quia pecunia non eſt impletiva hujus loci, ideſt, cordis humani.
- Septima, quia nullum corpus ſimul & ſemel poteſt replere duo loca diverſa; ſcilicet mentem avari & burſam ejus.
- Octava, quia fames avaritiæ in corde eſt, cujus cibus eſt pecunia, quæ non in corde, ſed in arca mittitur.

Sup. Eccleſiaſten. cap. 5. in illud, Avarus non impletur pecunia, fol. 85. col. 2. tom. 3.

114. Horrea & cellaria, & ſtabula, & grangiæ, & arcæ, & ſcrinia, ſunt veotres avarorum: & creſcente pecunia, creſcit, & venter avari. *Ibidem* &c.

115. Fames avari non extioguitur, ſicut ſi quis cibum, quem venter eſurit, non in ventrem, ſed in cophinum mitteret, nunquàm famem ventris ſedaret. *Proſecut.*

116. Et ideò omnis avarus ſtultiſſimus eſt, qui mittens pecuniam in burſam, mentem putat replere: ſicut mittens cibum in cophinum, ventrem æſtimat ſatiare. *Ibid. ut antè. col. 3.* &c.

117. Cor avari, quaſi ſaccus pertuſus eſt, & quidquid in eo mittitur, cadit in terram, & ideò non impletur. *Ibidem* &c.

Hugo Card.

118. Avari pleni ſunt loculis, ſed vacui charitate. *Sup. Eccleſiaſticum, cap. 24 folio 217. col. 2. tom 3.*

119. Avaritia ſceptrum eſt diaboli. *Sup. Iſayam, cap. 9. fol. 25. col. 2. tom. 4.*

120. Avaritia glutinum eſt diaboli, quia per ipſum anima radicatur in peccato. *Sup. 1. ad Timoth. cap. 6. fol. 220 col. 3. tom. 7.*

S. Innoc. III.

121. Tantalus ſitit in undis, & avarus eget in opibus: cui tantum eſt quod habet, quantum eſt quod non habet; quia nunquàm utitur acquiſitis, ſed ſemper inhiat acquirendis. *Lib. 2. de contemptu mundi cap. 11. in princ.*

121. Avarus nec patientibus compatitur, nec miſeris ſubvenit, nec egenis miſeretur; ſed offendit Deum, offendit ſeipſum, offendit proximum. *Prof.*

123. Nam Deo retinet debita, proximo denegat neceſſaria, ſibi ſubtrahit opportuna.

124. Deo ingratus, proximo impius, ſibi crudelis. *Ibid. circa med.*

125. Avarus ad petendum promptus eſt, ad dandum tardus, ad negandum frontoſus. *Profec.*

126. Si quid expendit, totum amittit, triſtis, puerulus & moroſus.

147. Solicitus ſuſpirat & anxiatur, dubius habet, invitus expendit.

128. Magnificat datum, ſed vilificat dandum: dat ut lucretur, ſed non lucratur ut det: largus in alieno, ſed parcus in proprio.

129. Gulam evacuat, ut arcam impleat: corpus extenuat, ut lucrum extendat.

130. Manum habet ad dandum collectam, ſed ad recipiendum porrectam. *Ibidem cap. 13. ferè per totum.*

S. Ioannes Chrysost.

131. Ille, qui ſeſe tyrannidi avaritiæ ſubjecerunt, nullum concupiſcentiæ finem ſciunt: ſed quantò plura affluunt, tantò magis flamma creſcit, & caminus ardet validiùs. *Hom. 31. ſup. Geneſ. ante fin. fol. 259. A. tom. 1.*

131. Detergendæ ſunt ſordes avaritiæ largis eleemoſinis, & illis peccata extinguenda. *Ibidem, in fine, folio 259. lit. C.*

133. Excellentis & magnæ inhumanitatis eſt, ſcriniis & arcis includere ſuperflua, & non illis ſublevare proximorum inopiam, ſed potiùs ſinere à rubigine & tinea corrumpi. *Ibidem, Hom. 35. in fine, col. 294. C.*

134. Gravius eſt mentem avaritiæ mancipare, quàm carcere coërceri. *Hom. 21. ſup. Matth. poſt med. col. 205.*

135. Avarus dæmoniacus eſt: quis enim ipſum ligare poterit? certè non timor, non quotidianæ minæ, non exhortationes, non conſilia. *Prof.*

136. Omnia hæc vincula diſrumpit, adjuratque omnes qui eum his vinculis eximere volunt, ne faciant; ſupplicium putans eſſe maximum, non vivere io ſupplicio. *Ibidem, Hom. 29. poſt med. col. 271. C.*

137. Monſtro ab oculis ignem emittente, os cavernæ inſtar habente, pro dentibus acutos enſes geſtante, multo truculentior eſt avarus, in omnes ut mors inſiliens, omnes ut infernus deglutiens, & communis generis hominum hoſtis exiſtens. *Ibid. ante fin. col. 273.*

138. Quid moleſtius avaritia invenitur? quot dolores, quæ magnæ curæ, quot rerum offenſiones, quanta pericula, inſidiæ, pugnæ avaros quotidiè aggrediuntur? *Ibidem, Hom. 39. in fine col. 355. B.*

139. Si animum avari nudum abſque corpore cogitatione perſpexeris, invenies ſicut veſtem mille tineis corroſam, à curis perforatam, à peccatis putrefactam, & habendi ſolicitudine tabeſcentem. *Ibid. Hom. 48. in fin. col. 411. A.*

140. Avarus crudelis eſt, quia cum viderit pauperem, tanta ſui ornatus cura detinetur, ut nec aſpexiſſe quidem videatur: ſed auro atque ſerico ſeipſum ornat, pauperem autem fame deperire ſinit. *Ibidem, Hom. 50. ante fin. col. 428*

141. Avari omnes graviſſimo Judæ morbo laborant. *Ibid. Hom. 81. poſt med. col. 653. D.*

142. Ubique avarus inutilis eſt, nec ad imperandum exercitui, nec ut proſit populo commodus: cur dico in rebus publicis, cùm in privatis etiam inutilis ſit? *Ibid. poſt med. col. 654. C.*

143. Avarus communis omnium eſt hoſtis. *Ibidem, &c. lit. C.*

S. Joannes Chrysostom.

144. Avarus fertilitatem temporum moleſtè fert, & communi felicitate contrahitur, omnemque faſtidit cauſam, undè argentum colligere non poteſt. *Ibid. ante fin.*

145. Avarus cuncta ſuffert, undè duos ſolummodo obolos capere poſſit: Omnes homines tàm pauperes, quàm divites odio proſequitur: pauperes, ne quid ab eo petant: divites, quia quæ illorum ſunt non poſſidet. *Ibid.*

156. Avari incredibilis pleni ſunt immanitatis, pleni io conſervos odii: neque in illis cœleſtis regni amor eſt, neque gehennæ metus, nullus hominum pudor, nulla miſericordia, nulla humanitas; ſed impudentia, temeritas, futurorum omnium contemptus. *Homil. 9. ſup 1. ad Cor. ante finem, colum. 395. litt. A. tom. 4.*

Vide alias novem Sentent. S. Joannis Chrysost. in fine tituli.

157. Avarus libentiùs carnem ſuam traderet, quàm aurum. *Ibidem, Hom. 14. in Morali, poſt med. col. 431.*

158. Avarus nunquàm finem ſuæ imponit cupidati. *Ibid. poſt med. in Morali. col. 432. A.*

159. Nihil poteſt quippiam avaro gravius eſſe cupiditate: quia quod habet, non videtur habere: & tanquàm non habeat torquetur. *Prof.*

160. Siquidem quantò plura congerit, tantò plura deſiderat: & qui plura deſiderat, is pauperior eſt. *Ibid. &c. lit. B.*

161. Avari gehenna, deſiderium eſt. *Ibid. circa fin. col. 432. D.*

162. Si pauper avarus eſt, is gravis inſolens, & ſimulator eſt, timoris & multi ſupplicii plenus. *Ibid. in fin. col. 433. A.*

163. Avaritia fermentum vetus eſt, & quocumque incideris, & in quamcumque domum ingreditur, eam immundam reddit. *Ibidem, Hom. 15. in princ. Moral. col. 438. D.*

164. Nihil corruptibilius avaritia; quamvis clavim arcæ ſuæ avarus imponat, quamvis oſtium, quamvis vectem, omnia fruſtra contendit; ſi avaritiam intùs latronem graviſſimum, & quæ omnia auferre poteſt, incluſerit. *Ibid. ut antè.*

165. Avarorum mos eſt, re amata non potiri: habent enim ne fruantur, non ut fruantur. *Ibid. Homil. 22. poſt med. col. 497. D.*

166. Nihil ita bellorum cauſa eſt, ſicut avaritia: nihil tàm pauperem facit, ſive in divitiis ſis, ſive in paupertate. *Ibid. Homil. 23. ante finem Moralis, col. 507. lit. D.*

167. Abundantiâ facultatum non gaudet avarus: ſed ob hoc ipſum dolet, quia poſſidet immenſa. *Ibid. Hom. 39. poſt med. col. 645. A.*

168. Avarus cum avaro nunquàm pacificus erit; quia non aliter quàm duæ beſtiæ ſunt vehementer famelicæ: quæ niſi eſſent ſeparatæ, ſeipſas conſumerent. *Sup. Ep. ad Epheſ. Serm. 9. ante finem, col. 1014. B. tom. 4.*

169. Avaritia corruptio eſt & corruptio omnium peſſima: fruitio tranſit, ſed incorruptibile peccatum manet. *Ibidem, Homil. 14. ante finem Moralis, colum. 1118. lit. A.*

170. Avarus fur eſt & latro; illo etiam tantò pejor, quantò violentior. *Sup. 1. Theſſal. Hom. 10. ante fin. col. 1389. B. tom. 4.*

171. Peſtis eſt avari, inexplebilis appetitus. *Sup. 1. ad Timoth. Hom. 7. circa init. Moralis, col. 1574. A. tom. 4.*

172. Nihil tàm ingratum ſicut avarus. *Ibid. poſt init. &c. lit. B.*

173. Hinc crudelitas, hinc immanitas ſurgit, cùm quis avarus, cupidus ſuique amator, ingratus, laſcivuſque fuerit. *Ibid. Hom. 8. poſt init. col. 1579. B.*

174. Nihil avaritia fœdius, nihil immundius, nihil

Digitized by Google

inſatiabilius. *Sup. Ep. ad Titum, Hom* 3. *in med. Moral. col.* 1618. *D. tom.* 4.

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

175. Avari, quantò plus ſuppetit, tantò pluribus egent: ut qui plurimùm faciunt lucri, iidem ſint maximè deſtituti. *Sup.* 1. *ad Cor. Hom.* 40 *poſt med. col.* 645. *B. tom.* 4.

176. Avarus multa cupiditate ebrius, neque auditu percipit aliquid, quod illi prodeſſe poſſit. *Sup. Ep. ad Hebræos, Homil.* 15. *prope med. Moralis, col.* 1763. *D. tom.* 4.

177. Pauper eſt avarus dives; & quantò ditior eſt, tantò pauperior exiſtit, paupertate quæ reverà paupertas eſt. *Ibid. Hom.* 25. *ante med. Moralis, colum.* 1816. *lit. C.*

S. ISIDORUS HISPALENS.

178. Omni peccato pejor eſt avaritia, & amor pecuniarum. *Lib.* 2. *de ſum. bono, cap.* 41. *ſent.* 3. *pag.* 657. *col.* 1.

LACT. FIRM.

179. Avaritia frangitur, cùm habemus quod ſatis eſt. *In Epitome divinar. Inſtit. verbo Cohibenda, in princ. pag.* 399.

S. LEO I.

180. Divites avari egentiores ſunt omnibus egenis. *Ser.* 5. *de collectis ante med. fol.* 5. *pag.* 2.

181. Nullum eſt in illo corde juſtitiæ veſtigium, in quo ſibi avaritia fecit habitaculum. *Ser.* 19. *de Paſſione Domini, poſt med. fol.* 48. *pag.* 1.

182. Avaritia liberalitate depellitur. *Ser.* 5. *de Jejunio ſeptimi menſis, paulo ante finem, fol.* 73. *pag.* 1.

S. MAXIMUS EPISC.

183. Avaritia cæcitas eſt, errorem Religionis inducit: cæca eſt, quia diverſis fraudum etſi oculata ingeniis, non videt quæ divinitatis ſunt, ſed cogitat quæ cupiditatis ſunt. *Hom.* 2. *de Avarit. circa med. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 42. *col.* 2. *lit. G. edit. Colon.* 1618.

184. Semper avarus alieno utitur, alieno ſe paſcit damno. *Prof.*

185. Eſt illi præda egeſtas alterius, eſt illi lætitia fletus alienus. *Ibidem, in med. pag.* 42. *col.* 2. *G.*

S. NILUS.

186. Væ avaro: divitiæ enim fugiunt. & excipit eum ignis. *Paraneſ.* 219. *apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *part.* 2.

187. Avarus ille habendus eſt, non qui omninò pecunias habet, ſed qui eas amat, atque adipiſci cupit. *Orat.* 3. *de Avarit. ante fin. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 975. *col.* 2. *F.*

188. Avarus in cœlum contendens, huic ſimilis eſt, qui pedibus ſuis vinculo conſtrictus currere conatur. *Ib. in calce, pag.* 975. *col.* 2. *F.*

ORIGEN.

189. Avaritia non ſolùm ebrium, ſed & rabidum hominem reddit. *Hom.* 7. *in Levit. poſt init. pag.* 84. *col.* 2. *lit. L. tom.* 1.

190. In avaritiam lapſus efficitur, eùm homines parùm pecuniæ deſiderant: augeſcente vitio, cupiditas increſcit. *Lib.* 3. *Peri-archon. cap.* 2. *poſt med. pag.* 458. *col.* 1. *G. tom.* 1.

S. PAULINUS.

191. Facilè ſerpit cancer avaritiæ in præcordia nullis miſericordiæ munita viſceribus. *Ep. de Gazophylacio, in principio. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 195. *columm.* 2. *H.*

PETRUS BLES.

192. Vix imponet avaritiæ finem, vitæ finis. *Epiſt.* 141. *ad Gualterum Rhotomag. Archiepiſcop. poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 818. *col.* 1. *B. edit. Coloniæ* 1618.

193. Avaritia ſanguiſuga, ubi ſugere deſinit, mori incipit. *Ibidem, Serm.* 45. *ante finem, pag.* 907. *col.* 1. *lit. D.*

194. Avaritiæ nihil ſatis eſt: avari enim animus dùm ingeſſit id quod non habet, modicum putat quidquid habet. *Ibidem, in fine, pag.* 907. *col.* 2. *E.*

S. PETRUS CHRYSOLOG.

195. Invidus avarus eſt, quando quidquid habet alter, ſe computat perdidiſſe. *Ser.* 4. *de Prodigo, ante finem, apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 2. *pagin.* 664. *col.* 2. *F.*

196. Qui vult avaritiam vincere, divitias proroget, non reponat. *Serm.* 7. *in fine, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pagina* 667. *columm.* 1. *lit. B. editionis Coloniæ* 1618.

S. PETRUS CHRYSOLOGUS.

197. Auri cuſtos, ſervator argenti ſecuritatem non habet, neſcit quietem: & cui deeſt ſecuritas, quies perit: pœna dives eſt ille, non cenſu. *Ibidem. Ser.* 22. *ante med. pag.* 677. *col.* 2. *G.*

198. Miſerum, quem divitiæ fecère mendicum! *Ib. Ser.* 104. *in princ. pag.* 739 *col.* 2. *H.*

199. Avarus ingratus eſt Deo, ſibi nequam, hoſtis pauperum, divitum nota, carcer naturæ. *Ibidem.*

200. Aurum avaritia non eſt; ſed avaritiam non cognovi, niſi per aurum. *Ibid. Ser.* 116. *ante med. pag.* 748. *col.* 2. *G.*

201. Avaritia radix eſt omnium malorum, quæ eùm radicari cœperit in corde, morum diſſipat ornamenta. *Ibidem, Serm.* 162. *in fine, pag.* 779. *colum.* 1. *lit. C.*

S. PETRUS DAMIANUS.

202. Tremit manus avari, cùm tribuit. *Tom.* 3. *Opuſc.* 9. *cap.* 1. *in fine, pag.* 473. *col.* 1. *D.*

203. Nunc avaritia uberiùs pullulat, & tanquàm viroſæ propaginis ramos per totum orbem, feralium vitiorum portenta dilatat. *Ibidem, Opuſc.* 12. *cap.* 29. *in fin. pag.* 507. *col.* 1. *B.*

204. Quomodo tu Chriſtum colis, qui idolum in pecunia veneraris? *Ibidem. Opuſc.* 24. *cap.* 4. *poſt med. pag.* 600. *col.* 1. *D.*

205. Ipſe ab ea quam poſſidet pecuniâ poſſidetur; qui in ea cor figere, eique pervigili deſervire cuſtodia (avaritia dominante) compellitur. *Ibidem, in fine, pag.* 600. *col.* 1. *E.*

206. Nulla putredo vulneris in Dei naribus intolerabiliùs fœtet, quàm ſtercus avaritiæ. *Ibidem, Opuſc.* 31. *cap.* 2. *in princ. pag.* 623. *col.* 1. *C.*

207. Sicut ignem ligna non ſatiant, ſic æſtum avaritiæ pecunia cumulata non ſedat. *Profec.*

208. Sicut flamma fomentis extollitur, ita avaritia dùm lucra cumulantur, augetur. *Ibid. poſt init. pag.* 623. *col.* 1. *D.*

209. Dura certè, & nimis formidoloſa ſententia! ſi enim nihil eſt avaro ſceleſtius, nihil iniquius; non ergo melior parricidis, non præfertur inceſtis, æquatur hæreticis, aſſimulatur idololatris. *Profec.*

210. Sit quilibet caſtus, ſit ſobrius, ſit indigentibus alendis intentus, hoſpitalitati deditus, jejunet, vigilet, diem nocti pſallendo continuet, ſi tamen avarus eſt, totum perdit.

211. Quid proderit non occidere? non mœchari? non rapere? non denique perjurare? immunemque te prorsùs à cunctis criminibus cuſtodire? dummodò ſi à te avaritia non expellitur, nihil te nequius, nihil ſceleſtius reperitur. *Ibidem, ſub finem, pag.* 623. *col.* 2. *lit. B. & C.*

212. Eat avarus, parietes Eccleſiæ conſtruat, ſtudio prædicationis inſiſtat, diſſidentes in pace confœderet, titubantes in catholicæ fidei veritate confirmet, offerendis quotidiè ſacrificiis ſit intentus, à negotiis ſecularibus ſit remotus: donec tamen in eo ardor avaritiæ non extinguitur, omnis flos virtutum ejus exuritur, & nullus eo criminoſior invenitur. *Ibid. cap.* 3. *in princ. pag.* 623. *col.* 2. *C.*

213. Avarum eſſe, nihil eſt aliud quàm amare pecuniam: amatur enim acquiſita pecunia, amatur nihilominùs acquirenda. *Ibidem, ante med. pagin.* 623. *colum.* 2. *lit. D.*

214 Avaritia quaſi biceps eſt coluber, utroque conſuevit ore mordere, utroque peſtiferum virus influere: dùm aut aliena res quæritur, aut habita delectabiliter poſſidetur. *Ibidem, ut antè.*

215. Teterrimum genus eſt eorum avarorum, qui & aliena turpiter ambiunt; & quæ jàm ſui juris ſunt, ſordida tenacitate cuſtodiunt. *Profec.*

216. Pejores ſunt ſcilicet draconibus Babyloniæ, qui licet infinitam auri argentique dicantur ſervare congeriem, nulli tamen propriam diripiunt facultatem: &

contenti quaſi propriis rebus, non inhiant alienis, *Ibid. poſt med. pag. 623. col. 2. D.*

PRUDENTIUS. 217. Omne hominum rapit illa genus, mortalia cuncta.

Occupat interitu, neque enim eſt violentius ullum
Terrarum vitium, quod tantis cladibus ævum
Mundani involvat populi, damnetque gehennæ.

In Pſychomachia de Avarit. & largitatis pugna, ante med. verſ. 40. pag. 50.

ROBERTUS BELLARMIN. 218. Avaritiâ carere debet, qui cupit hæres fieri regni cœleſtis *Sup. Pſ. 14. verſ. 6. pag. 60. col. 1.*

SALVIANUS. 219. Nulla acerbior animarum peſtis, quàm avaritiam ſine fructu miſericordiæ in futura tempora extendere. *Lib. 1. ad Eccleſias Cathol. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 366. col. 1. B.*

220. O avare! aut judicandum à Deo te eſſe non putas; aut reſurrecturum omninò eſſe non credis. *Ibidem, lib. 3. longè ante fin. pag. 378. col. 1. B.*

221. Durum eſt avaris, ut largiantur ſua: totum enim durum eſt, quidquid imperatur invitis. *Ibid. lib. 4. circa fin. pag. 382. col. 1. B.*

S. THEOPHIL. ALEXAND. 222. Cùm avarus infinitas opes congregaverit, materiam æternis ignibus parat. *Ep. Paſchal. 3. ante fin. apud Bibliotb. Patrum, tom. 4. pag. 723. col. 1. A. edit. Coloniæ* 1618.

223. Poſtquàm inſatiabilis furor quæſitis opibus incubuerit, non expletur avaritia, ſed contemnit leges, gehennæ flammas deſpicit, futurum judicii tribunal habet pro nihilo. *Ibidem.*

224. Eget ſemper, qui avarus eſt: neſcit menſuram, cui tantùm deeſt quod habet, quantùm quod non habet.

S. THOMAS AQUINAS. 225. Avarus nec alii, nec ſibi prodeſt: quia non audet uti, etiam ad ſuam utilitatem, bonis ſuis. *Secunda ſecundæ quæſt. 119. art. 3. in corp. ad primum in fine, pag. 515. col. 1.*

S. VALERIAN. 226. Pars mendicitatis eſt, congeſtam ſecretò pecuniam poſſidere. *Hom. 8. de miſericordia. ſtatim à med. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 485. col. 1. C. edit. Coloniæ* 1618.

IN VITIS PATR. 227. Fugiamus matrem omnium malorum avaritiam. *Lib. 10. cap. 152. in fine pag. 902. col. 2.*

228. Species & in hoc errore diaboli eſt, ſub occaſione amoris propriæ generationis in avaritia laborare. *In Appendice Palladii cap. 13. in princ. pag. 988. col. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 229. Avaritia atque illiberalitas inſanabilis eſt. *Lib. 4. de morbus, cap. 1. ante fin. fol. 37. pag. 2. edit. Pariſ.* 1565.

CICERO. 230. Nullum eſt officium tàm ſanctum, quod non avaritia comminuere atque violare ſoleat. *Orat. 1. pro Quinctio poſt init. col. 5. tom. 2.*

231. Quid fœdius? quid immanius? quid contemptius? quid abjectius ex vitiis perſpici poteſt avaritia? *Lib. 1. de Legibus ante finem, col. 433. lit. A. num. 51. tom. 4.*

235. Caput eſt in omni procuratione negotii & muneris publici, ut avaritiæ pellatur etiam minima ſuſpicio. *Lib. 2. de Offic. ante finem, num. 75. col. 321. B. tom. 4.*

233. Nullum vitium tetrius eſt quàm avaritia, præſertim in principibus. *Ibid. ut ante F.*

534. Avaritia ſenilis quid ſibi velit, non intelligo: poteſtne quidquam abſurdius, quàm quò minus viæ reſtat, eò plus viatici quærere? *De Senectute poſt med. col. 554. D. tom. 4.*

235. Avari plus ſemper appetunt, nec eorum quiſquam adhuc inventus eſt, cui quod habet ſatis eſt. *De Paradoxis cap. 6. in fine, col. 590. A. tom. 4.*

SENECA. 236. Tàm deeſt avaro quod habet, quàm quod non habet: deſunt luxuriæ multa, avaritiæ omnia. *Lib. 3. Controverſ. 18. pag. 155. tom. 1.*

237. Avaro nihil nimis; avarus animus nullo ſatiatur lucro. *Epiſt. 94 poſt med. pag. 778. tom. 2.*

238. Hærebit tibi avaritia, quamdiù avaro convixeris & adhæſeris. *Epiſt. 104. à medio, pagin. 822. tom. 2.* SENECA.

239. Deſunt inopiæ multa, avaritiæ omnia. *Ep. 108. poſt init. pag. 831. tom. 2.*

240. In nullum avarus bonus eſt, in ſe peſſimus. *Ibidem.*

241. Nulla avaritia ſine pœna eſt, quamvis ſatis ſit ipſa pœnarum. *Proſec.*

242. O quantum lachrymarum, ô quantum laborum exigit! quàm miſera deſideratis, quàm miſera partis eſt! *Epiſt. 115. ante finem, pagina 858. tom. 2.*

243. Quidquid avaris non acquiritur, damnum eſt. *Ibid. ut antè.*

244. Quæ eſt maxima egeſtas? avaritia. *De Morib. circa med. pag. 677. edit. Baſileæ.*

245. Pecunia non ſatiat avaritiam, ſed irritat. *Ibid. à medio pag. 678.*

246. Nulli mortuo terra tàm gravis eſt, quàm iſtis ſupra quos avaritia urgens terrarum pondus injecit, quibus abſtulit cœlum, quos in imo, ubi illud malum virus latitat, infodit. *Lib. 5. natural. quæſt. cap. 15. in fine, pag. 461.*

247. Muliebrium vitiorum fundamentum, avaritia eſt. *Lib. 5. de declamat. in fine pag. 497.*

248. Quiſquis es avarus, pecuniæ cuſtos immenſæ, cultor ſyllæ, cùm multa quæſieris, poteriſne omnibus frui? *Lib. 3. Controverſ. in princ. 572.*

249. Avarus vultur eſt, cadaver expectat. *Epiſt. 96. à medio, pag. 216.*

250. In nullum avarus bonus eſt, in ſe peſſimus. *De Proverb. pag. 686. col. 1. edit. Baſileæ.*

251. Avarus proculdubio non poſſidet divitias, ſed à divitiis poſſidetur: titulo rex, animo autem pecuniæ miſerabile mancipium. *Lib. 9. dictorum memorabil. cap. 4. in fin. pag. 413.* VALER. MAX.

---

146. Avarus quid plenum ſit, neſcit: ſaturitatem ignorat, omnium denique ita miſerrimus eſt, quemadmodum expers avaritiæ, & oppoſitæ virtuti deditus, omnium eſt beatiſſimus. *Homil. 50. ſup. Matth. ante fin. col. 655. A. tom. 2.* S. JOANNES CHRYSOSTOM.

147. Talis res eſt avaritia, ut amentes, ſtolidos, impudentes, canes pro hominibus: imò verò & canibus pejores, & dæmones è canibus faciat. *Ibid. Hom. 82. ante med. col. 659. C.*

148. Avarus propriam ſalutem negligit, & de aliena incurioſus eſt. *Ibidem, Homil. 84. circa medium, col. 674. C.*

149. Avaritia ſic tetra & tyrannica paſſio eſt, ut omnes qui ei ſerviunt, crudeles efficiat atque atroces. *Ibidem.*

150. Gravis morbus eſt avaritia, qui & oculos cæcat, aures obſtruit, & ferâ ſæviores homines reddit. *Proſecutio.*

151. Non conſcientiam, non amicitiam, non propriæ animæ ſalutem cognoſcere ſinit: ſed in ſervitutem ſibi, quos ſemel cepit, more ſæviſſimi tyranni vendicat. *Sup Joan. Hom. 64. poſt med. col. 312. D. tom. 3.*

152. Avaritia incurabilis morbus, & fera inſuperabilis maximè efficitur: cùm gratias ſibi habendas ſervis ſuis perſuadet, & quantò ei ſerviunt, magis lætantur, & majori afficiuntur voluptate. *Ibid. poſt med. col. 313. A.*

153. Quemadmodùm ſi quis in limpidum fontem ſtercus injiciat, totum immundum reddit: ita ſi divitias avaritia attigerit, omnes fœtore ſuo corrumpit. *Ibidem, Hom. 72. ante fin. col. 345. A.*

154. Nihil gravius ac durius eſt, quàm omnibus eſſe deteſtabilem, viciſſimque omnes odiſſe, nullius conſortio delectari, nunquàm ſaturari, perpetuò ſitire: Hæc omnia, hiſque etiam plura ſuſtinent avari. *Sup. Ep. ad Rom. ſer. 13. circa fin. Moralis, col. 155. C. tom. 4.*

Vide etiam Judas, Sent. 10: Sacrilegium, Sent. 22.

Digitized by Google

Audire.

DIFFERENTIA, COMPARATIO.

S. Bonavent.

Quatuor ſunt auditorum differentiæ.
- Quidam audiunt, ſed non retinent, ut obliviosi.
- Quidam audiunt & retinent, ſed non faciunt, ut deſidioſi.
- Quidam audiunt & retinent & faciunt, ſed non complent, ut negotioſi.
- Quidam audiunt, retinent, faciunt & complent, & hi ſunt ſtudioſi & virtuoſi. *In caput 2. Luc. 8. ſup. illud Exiit qui ſeminat, &c. pag. 93. B. tom. 2.*

Hugo a S. Vict.

Tres ſunt verbi auditores.
- Pigri.
- Activi.
- Contemplativi. *Prof.*

Pigri audiunt, & audita contemnunt: activi audiunt, & auditis obediunt: contemplativi audiunt, & in amplexu obdormiunt.

Pigri torpent, activi laborant, contemplativi quieſcunt.

Pigri ſunt debiles activi fortes contemplativi vacantes. *Lib. 4. Miſcell. codice 2. titul. 58. in princ. pag. 208. F. tom. 3.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambros. & S. Hieronym.

1. Nihil prodeſt audiſſe, niſi ea quæ audieris bona, in memoriæ theſauro repoſueris. *In fragmento de fide Reſurr. ante med. col. 487. C. tom. 3. & Hieronym. lib. 12. in Ezech. cap. 40.*

S. Antonin.

2. Cum magna attentione & affectu audienda eſt prædicatio, & cum ſilentio. *Part. 2. tit. 9. cap. 11. §. 1. in fine, fol. 281. col. 3.*

S. Antonius de Padua.

3. Tria ſunt, quæ depravant auditum ſcilicet.
- Verba elationis.
- Verba detractionis.
- Verba adulationis. *Ser. Dom. 16. poſt Trinit. ante med. fol. 281. pag. 1.*

S. Augustin.

4. Sicut eſt, ut teneatur ad audiendum, delectandus auditor: ita flectendus, ut moveatur ad agendum. *Lib. 4. de Doctr. Chriſtiana, cap. 12. ante med. pag. 54. C. tom. 3.*

5. Non eſt ut hæreat lector, ubi caliget auditor. *Lib. 2. contra Julian. ante med. pag. 660. C. tom. 7.*

6. In annuntiando & in audiendo verbo veritatis, labor eſt. *Sup. Pſal. 32. Concion. 2. in princ. pag. 143. A. tom. 8.*

7. Omnis homo quod audit ſic debet in cor mittere, ut non piger ſit poſteà indè cogitare. *Profec.*

8. Ut quando audit ſit ſimilis manducanti, cùm audita in memoriam revocat; & cogitatione dulciſſima recolit, fiat ſimilis ruminanti. *Sup. Pſ. 46. in medio Præfationis, pag. 292. C. tom. 8.*

9. Quomodo fortis poterit eſſe in faciendo, qui deficit in audiendo? *Sup. Pſ. 93. verſ. 20. pag. 627. lit. A. tom. 8.*

10. Doctrina per malos, palmes in ſepe: botrum inter ſpinas, cautè lege, botrum carpe, ſpinam cave, ne dùm quæris fructum. lacerez manum: & cùm audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem. *Tract. 46. ſup. Evang. Joann. de cap. 10. poſt med. pag. 232. A. & D. tom. 9.*

11. Ubi laboraturus eſt diſputator, non remiſſus debet eſſe auditor. *Ibid. tract. 63. de cap. 13. ante med. pag. 279. B.*

12. Qui audit & benè audit, deficit & proficit: deficit iniquitati, proficit veritati: deficit ſeculo, proficit Deo. *De Diſcipl. Chriſt. cap. 3. in fine, pag. 627. B. tom. 9.*

13. Qui quod diſcit, negligit: & quidquid audit, contemnit ſalutis reus exiſtit quia obſervanda contempſit, & pericula non vitavit. *Serm. 3. de verb. Dom. poſt init. pag. 6. D. tom. 9.*

14. Tolle vanitatem, ſi vis audire veritatem. *Ibidem, Serm 35. in fine. pag. 92. C.* S. Augustin.

15. Non minùs reuz erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quàm ille qui corpus Chriſti in terram cadere negligentiâ ſuâ permiſerit. *Hom. 26. ex 50. homil. ante med. pag. 327. A. tom. 10.*

16. Qui verbum Dei libenter audit, inaurez animæ de patria Paradiſi tranſmiſſas ſe ſuſcepiſſe non dubitet. *Ibidem, ut antè.*

17. Optimus miniſter tuus eſt, qui non magis intuetur hoc à te audire, quod ipſe voluerit: ſed potiùs hoc velle, quod à te audierit. *Lib. 10. de Confeſſ. cap. 26. in fin. pag. 125. B. tom. 1.*

18. Habet ut obedienter audiatur, quantâcunque granditate dictionis majus pondus vita dicentis. *Lib. 4. de Doctrin. Chriſt. cap. 27. in princip. pag. 64. lit. D. tom. 3.*

19. Qui habet in ſe undè audiat, neceſſe eſt gaudeat ad quod audit. *Sup. Ep. Joann. in Præfat. poſt med. pag. 391. B. tom. 9.*

20. Unuſquiſque pro modulo ſuo audiat, & ſicut ſibi conſcius fuerit, ita vel doleat corrigendus, vel gaudeat approbandus. *Profec.*

21. Si ſe deviaſſe invenerit, redeat ut in via ambulet: ſi ſe in via invenerit, ambulet ut perveniat.

22. Nemo ſuperbus ſit extra viam, nemo piger in via. *Sup. Pſalm. 31. in Præfat. poſt init. pagina 124. lit. D. tom. 8.*

23. Audire veritatem nihil prodeſt, ſi homo non ſupra petram ædificet. *Profec.*

24. Qui ædificat ſupra petram, ipſe eſt qui audit & facit: qui autem audit & non facit, ædificat ſuper arenam: qui nec audit nec facit, nihil ædificat.

25. Quomodo qui ædificat ſuper arenam, ruinam ſibi ædificat: ſic ille qui non ædificat ſuper petram, veniente fluvio ſine domo rapitur.

26. Non aliud facere, niſi & ædificare; & ſuper petram ædificare, ideſt, & audire & facere.

27. Tu autem quantum longè es à faciendo, qui tantum fugis ab audiendo? *Sup. Pſ. 57. in fin. pag. 400. D. tom. 8.*

28. In diſcente moleſta eſt cauſa audire velle, quod nolit implere, aures auditu accommodare, & ab opere voluntatem avertere. *Ser. 3. de verb. Dom. non procul ab init. pag. 6. C. & D. tom. 10.*

29. Qui fabulis otioſis, obſcœniſvè carminibus, vel detractionibus aurem libenter aperit, hanc animæ ſuæ portam mortis efficit. *Lib. 2. in Lucam, cap. 7. col. 297. tom. 5.* V. Beda.

30. Jejunet auris nequiter pruriens à fabulis & rumoribus, & quæcunque otioſa ſunt, & ad ſalutem minimè pertinentia. *Serm. 3. Quadrag. in fine, fol. 27. col. 1. A.* S. Bernard.

31. Nullus ſermo qui ædificet ad pietatem, ad virtutes, ad mores optimos, negligenter eſt audiendus. *Ser. 57. ſup. Cantica circa med. fol. 179. col. 3. I.*

32. Secretum conſilium, ſecretum quærit auditum. *Epiſt. 107. ad Thomam præpoſit. circa finem, folio 233. col. 3. I.*

33. Quem delectat audire, alterum loqui provocat. *De ord. vitæ longè ante med. fol. 335. col. 1. B.*

34. Audire quod turpe eſt, pudori maximo eſt. *Ibidem.*

35. Prius formez auditum, quàm lætifices viſum: quid intendis oculum? aurem para. *Prof.*

36. Videre deſideras Chriſtum? oportet te priùs eum audire: immenſa eſt ejus claritas, viſus tuus anguſtus eſt, & non potes ad eam; potes auditu, ſed non aſpectu. *Serm. 28. ſup. Cant. ante med. fol. 157. col. 3. I.*

37. Benignè audiendum eſt, devotè ſuſcipiendum, ſolicitè conſervandum, quidquid ad animarum ſalutem pertinet

pertinet. *Serm. 2. de SS. Petro & Paulo, prope med. fol. 49. col. 1. A.*

S. BERNARD. 38. Nudus ſtabit ante tribunal Chriſti, ut audiat vocem judicii, qui ad vocem conſilii obduravit aures ſuas. *Serm. de verbis Abacuc. ante med. fol. 39. col. 1. A.*

39. Utilius & multò ſalubrius hodiè audire Deum conſulentem, conſolantem, admonentem, docentem, & ut multùm arguentem, increpantem, corripientem; quàm in die illa judicii tàm amara, tàm lugubria, tàm tenebroſa, audire illum judicantem, indignantem, ulciſcentem, ſævientem, condemnantem. *Ib. circa med. ſup. illud, Pſ. 84. Hodie ſi vocem ejus audieritis, &c. f. 93 col. 1 A.*

40. Libentiùs accommoda aurem tuam, cum aliquis laudatur, quàm eùm vituperatur. *De notabili documento. poſt init. fol. 340. col. 2.*

S. BONAVENT. 41. Non aures corporis, ſed mentis quærit Dominus. *De 7. donis Spiritus ſancti, cap. 3. de dono conſilii poſt med. pag. 246. col. 1. E. tom. 6.*

42. Melior eſt auditor humilis ſimpliciter ambulans, quantum ad verbi Dei refricationem; quàm tumidus torquens labia ſua, quantum ad refricationis aſpernationem. *Expoſit. 2. ſup. Pſ. 118. art. 1. verſ. 13. pag. 163. col. 2. C. tom. 1.*

43. Auditor doctrinæ evangelicæ debet eſſe
- Mitis in affatu, per accommodationem auditus.
- Humilis in affectu, per contritionem ſpiritus.
- Fidelis in aſſenſu, per captivationem intellectus. *Sup. Luc in princ. Proœmii pag. 3. col. 2. B. & C. tom. 2.*

44. Non audiatis verba eruditionis divinæ negligenter, ut non curetis: ſed diligenter, ut abundetis, & aliis tribuatis. *Sup. Luc. cap. 8. ſup. illud. Videte quid audiatis. pag 96. col. 2. E. tom. 2.*

45. Quid melius, quid animæ dulcius, quid homini fructuoſius, quàm ut devotè audiat verbum Dei? *Ser. 2. de SS. Evangel. & in ord. 12. ante med. pag. 312. col. 1. tom. 3.*

46. Nemo benè diſcit, ſi doctoris verba non reverenter audit, ſi audita non ſæpè ruminat, & ſi agitata experimento non probat. *Serm. 2. de uno Doctore, & in ord. 31. art. 2. in princ. pag. 342. col. 2. tom. 3.*

47. Carnis auris, ad audiendum tantùm conſiſtit: cordis verò auris, auditu ſimul & intellectu viget. *De 7. donis Spiritus ſancti in ſpecie, cap. 3. de dono fortitud. poſt med. pag. 246. col. 1. E. tom. 6. part. 1.*

48. Delectatio in auditu verbi Dei, eſt ſignum charitatis genitæ. *De Itineribus æternit. Itinere 4. diſtinct. 4. art. 1. poſt med. pag. 162. col. 1. lit. D. tom. 7. part. 3.*

49. Nocent mala audita, tentant pulchra viſa. *In Alphabeto Religioſ. lect. 17. pag. 529. col. 1. C. tom. 7. part. 4.*

50. Tutiùs & humiliùs audis, quàm loqueris. *In ſpeculo diſcipl. part. 1. cap. 20. poſt med. pag. 544. col. 1. E. tom. 7. part. 4.*

S. CÆSARIUS ARELAT. 51. Plebs quæ præpoſitos ſuos ſtudet audire, Deum ſequitur. *Hom. 4. circa init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 747. col. 2. G.*

S. CYPRIANUS. 52. Nihil quidquam prodeſt libenter audire, niſi credulitas auditum confirmet. *Adverſus Judæos, cap. 1. prope init. pag. 573. col. 1. tom. 3.*

53. Auditores doctrinæ dicta facere contemnunt cùm prædicatoris opera, à prædicationis verbis diſcrepare conſpiciunt. *De 12. Abuſion. cap. 1. in princ. pag. 596. col. 2. tom. 3.*

DIONYSIUS CARTHUS. 54. Cuſtoditus ſis auditu, ut rumores libenter non audias. *In Exhort. ad Novitios, art. 2. circa med. folio 4. pagina 1.*

S. EPHRAM. 55. Magna eſt auris feneſtra, per quam mors in mundum ingreſſa, cunctas devoravit gentes ac nationes, & inſatiabilis adhuc remanet. *De morbo linguæ in medio, pag. 100. C. tom. 1.*

56. Qui faſtu mundi ſuperbiunt, præconia veritatis audire non poſſunt. *Sup. Judith. cap. 5. col. 1567. A. tom. 2.* GLOSS. INT.

57. Pœna eſt iniquo tacere; nec patienter audit, qui negligit corrigi. *Sup. Job cap. 11. in princ. col. 141. A. tom. 3.*

58. Qui linguam loquendi cauſa habet, is etiam aures audiendi cauſa nactus eſt. *Ibid. &c. B.* GLOSS. ORD.

59. Nimis tumet, qui putat ſua verba non decenter audiri, niſi à ſapientibus. *Prof.* GLOSS. INT.

60. Auris non quærit ſapientes facere, ſed ſapientibus ſe oſtendere, ut doctus à doctis audiatur. *Ibidem, cap. 34. in princ. ſup. illud, Audite ſapientes, &c. col. 317. lit. B.*

61. Qui ſapientium verba audire negligit, vitam ſuam gubernare non novit. *Sup. Proverb. cap. 1. in illud, Audiens ſapiens, &c. col. 1611. B. tom. 3.* GLOSS ORD.

62. Ne deſideres ejus auſcultare ſermones, qui dulcedine auditores fallit. *Ibid. cap. 23. col. 1703. B.*

63. Rectè humilis auditor inauri aureæ comparatur, dùm libenter increpanti ac docenti aurem accommodat. *Ibidem, cap. 25. ſup. illud, Inauris aurea, &c. colum. 1712. lit. D.*

64. Nihil prodeſt vidiſſe, & audiſſe, niſi commendes memoriæ. *Sup. Ezech. cap. 40. col. 1378. D. tom. 4.* GLOSS. INT.

65. Nullum verbum ſine voce auditur, nec vox ſine intelligentia verbi valet: vox viam verbo præparat, ut audiatur atque recipiatur. *Sup. Matth. cap. 3. in illud, Vox clamantis, &c. 71. A. tom. 5.* GLOSS ORD.

66. Via Domini ad cor dirigitur, cum ſermo ejus diligenter auditur. *Ibidem.*

67. Illi ſoli beati qui audiunt ut mente recondant: & mente recondunt ut opere compleant: & opere implent, ut vitam æternam poſſideant. *Sup. Apocalypſ. cap. 1. in illud. Beatus qui audit, &c. col. 1458. lit. F. tom. 6.*

S. GREGOR. MAGN. 68. Injuſtis ſemper gravia ſunt verba juſtorum, & quæ ad ædificationem prolata audiunt, hæc quaſi ſuperimpoſitum pondus ferunt. *Lib. 7. Moral. cap. 22. in princip. col. 270. D. tom. 1.*

69. Ad ſupernum deſiderium inflammare auditores ſuos nequeunt verba, quæ frigido corde proferuntur. *Ibid. cap. 26. ante med. num. 30. col. 278. B.*

70. Multi vocem prædicationis audiunt, ſed poſt vocem vacui recedunt. *Prof.*

71. Quorum etſi venter comedit, viſcera non replétur.

72. Quia etſi mente intellectum ſacri verbi percipiunt, obliviſcendo aut non ſervando quæ audierint, hæc in cordis viſceribus non reponunt. *Homil. 10. ſup. Ezech. poſt init. in illud, Venter tuus comedit. col. 155. D. tom. 2.*

73. Quidam verbum Dei audientes, non audiunt, quoniam aures ad ſacrùm eloquium ponunt, ſed cor à mundi deſideriis non evellunt. *Hom. 12. ſup. Ezech. circa med. in illud, Qui audit, audiat. col. 189. C. tom. 2.*

74. Quantò ſanctior eſt vita doctoris, tantò fit humilior ſenſus audientis. *Ibidem, Hom. 18. longè ante med. col. 254. D.*

75. Multum cordi ſuo ſeminat, ſed parum infert. qui de mandatis cœleſtibus audiendo multa cognoſcit, ſed negligenter operando pauca fructificat. *Ibidem.*

76. Secundùm capacitatem audientium, contemperare ſe debet lingua doctorum. *Lib 17. Moral. cap. 14. in titulo, col. 572. D. tom. 1.*

77. Qui veraciter quærunt audire quod juſtum eſt, æquanimiter expectant audire quod quærunt. *Ibidem, lib. 24. cap. 7. in fine, col. 813. C.*

78. Humanæ aures verba talia judicant, qualia foris ſonant: divina verò judicia, talia ea audiunt, qualia ex intimis proferuntur. *Ibidem, lib. 26. cap. 7. ante med. num. 7. col. 857. B*

79. Sæpè doctori verbum pro gratia tribuitur auditoris; & ſæpè propter auditoris culpam, ſubtrahitur ſermo doctori. *Profec.*

X

S. Gregor. Magnus. 80. Propter bonos auditores, datur bonus etiam malis ſermo doctoribus: & propter malos auditores, bonis etiam doctoribus ſermo ſubtrahitur. *Ibidem, lib. 30. cap. 18. poſt med. num. 35. col. 1039 D.*

81. Magna Prædicatorum conſolatio eſt, ſubſequens profectus auditorum. *Ibid. lib. 35. cap. 9. poſt med. num. 11. col. 1210. B.*

82. Verbum prædicationis ſemen in corde audientis eſt: & auditor bonus indè profert poſtmodùm magnam meſſem ſcientiæ, undè parvum priùs acceperat ſemen linguæ. *Hom. 3. ſup. Ezech. ante med. col. 83. D. tom. 2.*

83. Ille ſermo ab audiente libenter accipitur, qui à prædicante cum compaſſione animi profertur. *Ibidem, Hom. 11. poſt init. col. 171. C.*

84. Gloria prædicatoris, eſt profectus auditoris. *Ibidem, Hom. 19. poſt init. col. 265. A.*

85. Via Domini ad cor dirigitur, cùm veritatis ſermo humiliter auditur. *Homil. 7. ſup. Evang. in illud Ioann. primo. Dirigite viam Domini: ante med. col. 339. G. tom. 2.*

86. Niſi ſanctus Spiritus cordi adſit audientis, otioſus eſt ſermo doctoris. *Ibid. Hom. 30. ante med. colum. 451. lit. C.*

87. Sapientis viri eſt, breviter audita latiùs penſare. *Lib. 8. in Regiſtro, Indict. 3. cap. 51. Ep. 51. ad Leontium, in fine, col. 1037. D. tom. 2.*

88. Difficile eſt, ut quælibet tecta denuntians prædicator, qui non diligitur, libenter audiatur. *Part. 2. Paſtoralis curæ, cap. 8. prope finem, colum. 1252. lit. A. tom. 1.*

89. Plerumque diſcipuli incaſsùm bona audiunt, cùm ex magiſtri vita mala, & exemplo deſtruuntur. *Lib. 21. Moral. cap. 8. in princ. num. 8. col. 719. C. tom. 1.*

90. Qui ſua dicere ſemper volunt, aliena audire non poſſunt. *Ibidem, lib. 26. cap. 17. circa finem, col. 870. lit. A.*

91. Pravi audire bona patienter nequeunt: & cùm vitæ emendationem negligunt, ad verba ſe reſponſionis accingunt. *Ibidem, lib. 10. cap. 3. in princ. num. 3. col. 344. B.*

92. Neceſſe eſt ut cùm audientium utilitati quis non proficit, mentem ejus fama laudabilis non elevet, ſed fatiget. *Ibidem, libr. 21. cap. 5. poſt med. columm. 740. lit. A.*

93. Aurem cordis terrenarum cogitationum turba dùm perſtrepit, claudit. *Ibid. lib. 23. cap. 12. ſtatim ab initio, num. 20. col. 783. D.*

94. In ſecretario mentis quantò minùs curarum tumultuantium ſonus compeſcitur, tantò amplius vox præſidentis judicis non auditur. *Profec.*

95. Non perfectè homo ſufficit ad utraque diviſus; quia ſi exteriùs auditum aperit, interiùs obſurdeſcit. *Ibidem.*

96. Aurem cordis tumultus ſecularium negotiorum claudit, & quies ſecretæ conſiderationis aperit. *Ibid. in fine, col. 785. B.*

S. Greg. Naz. 97. Auditui janua ponenda eſt, quæ rectè claudatur, & aperiatur. *Orat. 2. in præſentia S. Baſilii circa med. pag. 29.*

98. Famem auditionis verbi dominici pati, miſerrimum eſt. *Orat. 22. circa init. pag. 189.*

S. Hieronym. 99. Nihil aliud anima diſcat audire, niſi quod ad timorem Dei pertinet. *Tom. 1. Ep. 7. ad Lætam ante med. pag. 55. A.*

100. Auditus in Scripturis ſanctis, non eſt iſte qui aures ſonat, ſed qui corde percipitur. *In Præfat. ſup. Ioelem, in medio, pag. 29. A. tom. 3.*

101. Optima ornamenta ſunt aurium, verba Dei: ad ea ſola paratus eſſe debet auditus, eaque pretioſiſſimis lapidibus anteferre. *Tom. 4. Ep. ad Demetriadem, longè poſt med. pag. 23. A.*

S. Hieron. 102. Auditum tuum magis ad bonorum laudem, quàm ad malorum vituperationem accommoda. *Tom. 4. Ep. 14. ad Maurum filiam, ante finem pag. 93. A.*

103. Omnes verbum Dei jubentur audire, ut unuſquiſque pro ſuo modulo & ſenſu intelligat, quid Dominus præcipiat. *Lib. 2. ſup. Ezech. cap. 6. in princ. pagin. 393. B. tom. 5.*

Hugo a S. Vict. 104. Omnes libenter audiunt beati, ſed non omnes libenter audiunt immaculati: tu autem ſi vis eſſe beatus, eſto immaculatus. *Sup. Pſ. 118. cap. 67. in fine, pag. 52. D. tom. 1.*

Hugo Card. 105. Quod utile eſt ſæpè dicere, non debet eſſe pigrum, nec audire moleſtum. *Sup. Deuteron. ſub finem, Prologi fol. 151. col. 2. tom. 1.*

106. Auris bona dicitur, quæ libenter audit bona, & prudenter diſcernit audita, & obedienter operatur intellecta. *Sup. Eccleſiaſticum, cap. 3. ſub finem, fol. 177. col. 3. tom. 3.*

107. Audire vel videre, beatum non facit, ſed cuſtodire. *Sup. Iſayam, cap. 42. fol. 96. col. 2. tom. 4.*

108. Multi auditores ſunt ſicut putrida ligna, quæ ardere non poſſunt, ſed tantum fumare: ſic multi auditores ex prædicatione fiunt pejores, & detrahunt prædicationi & prædicatori. *Sup. Hierem. cap. 5. fol. 191. col. 2. tom. 4.*

109. Melius appretiat Dominus ſermones ſuos audiri, quàm thus & holocauſta offerri. *Ibid. cap. 6. fol. 194. colum. 4.*

110. Frigidiſſimus eſt, quem ignis divini eloquii non incendit. *Ibid. cap. 23. fol. 235. col. 2.*

111. Auditores per prædicationem non formantur in vita, niſi adſit ignis & calor charitatis. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 6. fol. 39. col. 4. tom. 7.*

S. Joannis Chrysostom. 112. Nunc ſermonem audire non quæritis compunctivum, ſed qui delectare ſono valeat, & verborum compoſitione, quòd Eccleſias ſubvertit. *Homil. 38. ad populum Antiochenum poſt init. col. 286. C. tom. 5.*

113. Audire ſolùm & operibus nihil præſtare, nihil prodeſt; nulla porrò utilitas ex auditu eſt, niſi & operum ſequatur impletio. *Hom. 1. ſup. Geneſ. poſt init. col. 2. A. to. 1.*

114. Sicut eſurire, corporalis ſanitatis indicium eſt; ita & ſtudio magno audire divina eloquia, bonæ animi valetudinis certiſſimum eſt argumentum. *Ibidem, Hom. 4. in princ. col. 18. D.*

115. Nihil tantoperè dicenti neceſſarium eſt, ut auditoris benevolentia. *Ibidem, Hom. 45. in princ. col. 371. B. tom. 1.*

116. Si quid dicitur abſque ſcriptura, auditorum cogitatio claudicat, nunc annuens, nunc hæſitans: ubi verò ſcriptura divinæ vocis prodiit teſtimonium, loquentis ſermonem, & audientis animum confirmat. *Homil. ſup. Pſ. 95. ante finem, col. 774. A. tom. 1.*

117. Qui quod audit contemnit, ſalutis reus exiſtit. *Hom. 7. ex variis in Matth. ante med. col. 115. 7. C. tom. 2.*

118. Tu non audis orationem tuam, & Dominum vis audire precem tuam. *Ibid. Hom. 16. poſt med. col. 1186. D.*

119. Omnibus brutis eſt rationis expertior, qui loquentem Deum audire dedignatur. *Prof.*

120. Deo placere, hominis eſt: ſi Deo placere hominis eſt, qui Deum loquentem audire negligit, quanam ratione id aſſequetur? is profectò nihil differt à bellua. *Hom. 1. ſup. Ioan. in fine, col. 20. B. tom. 3.*

121. Fames gravis, fames audiendi verbum Dei. *Hom. 25. in Acta Apoſt. in princ. Moralis, col. 618. D. to. 3.*

122. Non quæritis audire ſermonem, qui compungere poſſit, ſed qui oblectet tinulo ſtrepitu, & verborum compoſitione, quaſi citharœdos & cantores audientes. *Ibid. Hom. 30. in Morali, ante med. col. 649. D.*

123. Quomodo auditor ille non ridiculus, quomodo non adulator & irriſor putabitur magis? dum aſſerit quidem prædicatorem benè dixiſſe, neſcire autem ſe quid dixerit? hoc adulationis eſt. *Ib. poſt med. col. 560. D.*

124. Auditor quando in delitiis agit, oſcitans eſt ac ignavus, & loquente quopiam interturbari ſibi videtur. *Ib. Hom. 42. in princ. Moral. col. 723. D.*

Digitized by Google

S. JOANNES CHRYSOST.

125. Dedit Deus auditum, non ut blaſphema verba, ſed ſalutaria dogmata aceiperentur. *Homil. 22. ſup. 1. ad Cor. poſt init. Moral. colum. 496. C. tom. 4.*

126. Frequenter eadem audire, ſcieotibus prodeſt. *Hom. 9. poſt init. col. 1722. D. Sup. Ep. ad Hebr. in Moralib, tom. 4.*

127. Anima ſemel triſtitia repleta, nihil audire eſt idonea. *Hom. 11. ad Popul. Antioch. paulò poſt init. col. 105. A. tom. 5.*

128. Non abſque periculo vobis erit audiſſe, ſi non acceſſerint opera. *Orat. 5. adverſus Iudaeos, non longe a fine, col. 1145. B. tom. 5.*

JOAN. TRITH.

129. O vanitas vanitatum, quod delectet audire cupimus, non quod ædificet. *Sup. cap. 4. Regula S. Benedicti verbo Sacras. poſt med. pag. 301. col. 1.*

S. ISIDORUS HISPALENS.

130. Bonum quod audieris, dic i bonum quod didiceris, doce. *Lib. 2. de Synonim. cap. 14. in princ. pag. 319. col. 2.*

131. Quidam curioſi delectantur audire quoſlibet ſapientes, non ut veritatem ab eis quærant, ſed ut facundiam ſermonis eorum agnoſcant: more poetarum, qui magis compoſitionem verborum, quàm ſententiam veritatis ſequuntur. *Lib. 2. de ſummo bono, cap. 29. ſent. 13. pag. 650. col. 1.*

S. ISIDOR. PEL.

132. Nihil utilitatis ex audiotione percipitur, cùm operum demonſtratio cum iis quæ dicuntur non concurrit. *Libr. 3. Ep. 398. ad Alypium, apud Bib. Patrum, tom. 5. part. 2. pagina 619. column. 2. lit. H.*

S. JUST. MART.

133. Qui benè vivere vult, is non ſtudeat multa audire: nec, ſi audiat, audire ſe exiſtimet. *Epiſt. ad Zenam, ante med. apud Bibl. Patrum, tom. 2. pag. 69. col. 2. G. editionis Coloniæ 1618.*

134. Audiendus eſt is, qui conſilium dat, non docendus. *Ibid. circa med. pag. 70. col. 1. D.*

LACT. FIRM.

135. Nihil auditu ſuave ſit, niſi quod alit animam, melioremque reddit. *Lib. 6. de vero cultu, cap. 21. poſt med. pag. 277.*

136. Qui rapitur obſcœno auditu, ad impios cultus facilè traducitur. *In Epitome divinar. Inſtit. verb. Cohibenda, non longè à medio, pag. 400.*

S. LAURENT. JUSTIN.

137. Properè agitur, quod libenter auditur. *De ligno vitæ tract. 2. de patient. cap. 5. in fine, pag. 17. colum. 2. A. part. 2.*

S. LEO I.

138. Gravant audita, niſi ſuſcipiantur imitanda. *Serm. in natali SS. 7. Fratrum Machab. prope med. folio 68. pag. 2.*

PETRUS BLESENS.

139. Non audientium, & minor eſt culpa, & tolerabilior pœna. *Profec.*

140. Audientium & non facientium, & major eſt culpa, & intolerabilior pœna.

141. Audientium & facientium, remittitur culpa, & lætantur in gloria. *Serm. 51. in princ. apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 912. col. 2. lit. H. edit. Colon. 1618.*

142. Qui non audit Deum, non auditur à Deo. *Lib. 5. Ep. 3. ad quendam Archipresbyter. ſub fin. pag. 66. col. 2. A. tom. 1.*

S. PETR. DAM.

143. Dùm quis ſua conſtitutus eſt dicere, aliena ſæpè faſtidit audire. *Opuſc. 13. cap. 15. in fine, pag. 520. col. 1 D. tom. 3.*

S. PROSPER.

144. Quomodo aures noſtræ ad voces noſtras, ſic aures Dei ad cogitationes noſtras. *Sent. 81. in fine tom. 3. Operum D. Auguſtini, pag. 747. B.*

145. Tantò magis cavendus eſt is, qui affluit inſipientiæ eloquentia; quantò magis ab eo in his, quæ audire inutile eſt, delectatur auditor. *Ibidem, ſent. 265. pag. 756. C.*

S. REMIGIUS.

146. Honor magiſtrorum, numeroſitas eſt auditorum *Sup. Epiſt. ad Rom. cap. 11. Canone 13. apud Bibliotb. Patrum, pagina 845. colum. 1. lit. D. editionis Coloniæ 16 8.*

147. Ille revera habet aures audiendi, qui ſenſum habet intelligendi & retinendi, & affectum intelligendi, ac promerendi ea, quæ promittuntur. *Prof.*

HUGO A S. VICTORE.

148. Ille namque quodammodo auribus caret, qui de cœleſtibus bonis quæ ſibi promittuntur, curam non habet. *Lib. 1. ſup. Apocalyp. cap. 5. ante fin. in illud, Qui habet aurem, audiat. pag. 226. colum. 2 lit. C. part. 2.*

SALVIANUS.

149. Infructuoſus eſt, & inanis labor, ubi non recipit probationem pravus auditor. *Lib. de Gubernat. Dei poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 331. col. 1. D. edit. Colon. 1618.*

THALASSIUS.

150. Aurem tuam ſpiritualibus ſermonibus frequenter accommoda, & mentem ab immundis cogitationibus elongabis. *Hecatontade 2. ſent. 36. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 273 col. 1. B.*

S. THOMAS AQUINAS.

151. Niſi corda auditorum Spiritus ſanctus repleat, ad aures corporis vox docentium incaſsùm ſonat. *In ſua Summa, part. 1. quæſt. 177. art. 1. in fine corporis, pag. 305. col. 1.*

152. Quatuor ſunt, quæ præcipuè conveniunt auditori, ſc.
- Dicentem audire patienter.
- Audita diſcutere ſapienter.
- Sapida aliis tradere
- Inſipida confeſtim oblviſci. *Tom. 1. Opuſc. de his quæ diverſis homil. conveniunt, in med. folio 106. pag. 1.*

153. Quatuor ſunt, quæ auditum delectant, ſcilicet
- Vox ſuavis.
- Ornata locutio.
- Rumor placidus.
- Honeſta prædicatio. *Ibidem, de ſcientiis utilioribus, ante med. folio 109. pag. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO.

154. Dociles auditores habere poterimus, ſi ſummam cauſæ breviter exponamus, & attentos eos faciamus. *Prof.*

155. Nam docilis eſt is, qui attentè vult audire. *Lib. 1. de Arte Rhetorica, ad Herennium, poſt init. col. 4. tom. 1.*

156. Is maximè docilis eſt, qui attentiſſimè paratus eſt audire. *Libr. 1. de Invent. Rhet. ante med. col. 87. B. tom. 1.*

157. Ita perficiendum eſt (ſi quid agere, aut efficere vis) ut homines te non ſolùm audiant, verùm etiam libenter ſtudioſeque audiant. *Orat. 4. pro Cæcilio, à med. col. 68. A. tom. 2.*

158. Cujus aures veritati clauſæ ſunt, ut verum audire nequeat, hujus ſalus deſperanda eſt. *De Amicitia poſt med. col 576. D. tom. 4.*

159. Effectus eloquentiæ, eſt audientium approbatio. *Lib. 2. Tuſc. quæſt poſt init. col. 193. A. tom. 4.*

PLATO.

160. Auditum creavit Deus, accommodatum inſtrumentum ad ſermones & concentus percipiendos. *Tom. 3. Syzygia 5. in dialogo Timæi, poſt med. pag. 1[illegible]0 C.*

161. Magnas auribus imponas fores. *Tom. 3. Syzygia 5. de convivio poſt med. pag 218. C.*

PLINIUS II.

162. Nihil audio, quod audiſſe pœniteat. *Lib. 1. Ep. 9. ad Minutium Fundanum, in med. pag. 21.*

163. Auditorum intentio relangueſcit, nullis aculeis excitata. *Lib. 2. Ep. 19. ad Cerealem prope med. pag. 65.*

SENECA.

164 Ad rem commoventur auditores, non ad verba compoſita: alioqui nocet illis eloquentia, ſi non rerum cupiditatem facit, ſed ſui. *Ep. 52. in fine pag. 615. tom. 2.*

165. Quidam veniunt ut audiant, non ut diſcant, ſicut in theatrum voluptatis cauſa ad delectandas aures ducuntur. *Prof.*

166. Magnam auditorum partem videbis, cui philoſophi ſchola, diverſorium otii ſit.

167. Non id agunt ut aliqua ſibi vitia deponant, ut aliquam legem vitæ accipiant, ad quam mores ſuos dirigant, ſed ut oblectamento aurium perfruantur.

168. Quidam ad magnificas voces excitantur, & tranſeunt in affectum dicentium, alacres vultu & animo; nec aliter concitantur.

169. Rapit illos inſtigatque rerum pulchritudo, non

verborum otilium ſonitus. *Epiſt.108. poſt init. pag.* 830. *tom.* 2.

SENECA. 170. Facile eſt auditorem concitare ad cupiditatem recti. *Ibid. poſt init. pag.* 831.

171. Quæ negligentiùs audiuntur, minùs percutiunt. *Ibid. ante med. pag.* 381.

172. Adulatorum ſermo diutiùs hæret, quàm auditur. *Ep. 123. circa med. pag.* 885. *tom.* 2.

173. Claudendæ ſunt aures malis vocibus, & quidem primis: nam cùm initium fecerunt, admiſſæque ſunt, plus audent. *Ibidem.*

174. Dicentium eſto tacitus auditor, audientium promptus receptor. *De quatuor virtutibus circa med. pag.* 675. *edit. Baſilea.*

175. Non te moveat dicentis authoritas, nec quis, ſed quid dicat, intendito. *Ibidem, poſt initium, pagina* 674.

176. Io hoc tantùm incumbe, ut libentiùs audias, quàm loquaris. *De Moribus, in princ. pag.* 677. *editionis Baſilea.*

177. Auribus frequentiùs, quàm lingua utere. *Ibidem, poſt med. pag.* 678.

SIXTUS PHIL. 178. Fidelis homo audire quæ oportet magis amat, quàm dicere quæ non oportet. *Sent.* 61. *apud Biblioth. Patrum, tom.* 3. *pagina* 65. *column.* 2. *lit. G. editionis Coloniæ* 1618.

179. Non eſt tutum audire de Deo loqui homines vanæ gloriæ jactantiâ corruptos. *Ibidem, ſent.* 341. *pag.* 66. *col.* 2. *H.*

180. Aures tuas non omnibus committas. *Ibidem, ſent.* 395. *pag.* 67. *col.* 1. *C.*

Vide etiam Tit. Doctrina. Sent. 19. 20. *Prædicatio. Sent.* 23. *Vernas, Sent.* 24. *Virtutum connexio in ſpecie. Sent.* 192. 216. *Zelus. Sent.* 47.

Aula.

Vide Curia.

Aurum.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. AURUM Eccleſia habet, non ut ſervet, ſed ut eroget, & ſubveniat in neceſſitatibus. *Lib. 2. Offi. cap.* 28. *poſt init. col.* 56. *B. tom.* 1.

2. Auri cupiditas, materia perfidiæ eſt. *Lib.* 1. *de Apolog. David, cap.* 4. *poſt med. pag.* 1186. *lit. B. & C. tom.* 4.

3. Laqueus eſt in auro, viſcus in argento, nexus in prædio: dùm aurum petimus, ſtrangulamur: dùm argentum quærimus, in viſco ejus hæremus: dùm prædium invadimus, alligamur. *De bono mortis, cap.* 5. *poſt init.*

4. Non auro redimitur anima, non argento: immò auro amittitur. *Ibidem.*

S. ANTONIUS DE PADUA. 5. Non aliter ſatiatur cor hominis auro, quàm corpus hominis aura. *Ser. Dom. 6. poſt Paſcha, ante med. folio* 160. *pag.* 1.

S. AUGUSTIN. 6. Quàm malè utuntur mali auro! judicia corrumpunt, innocentes opprimunt. *Tract. 27. ſup. Evang. Ioan. de cap. 6. poſt med. pag.* 160. *C. tom.* 9.

7. Aurum eſt, quod ærumna perquirit, quod avaritia cupit, quod ſolicitudo cuſtodit. *Proſec.*

8. Aurum eſt materia laborum, perículoſa res poſſidentium.

9. Aurum eſt enervatio virtutum; aurum malus dominus, proditor ſervus.

10. Aurum eſt, quod nemo tutum habet, niſi qui ſemper abſcondit: aurum eſt quod in perniciem domini fulget.

11. Aurum eſt quod per tenebras quæritur, per tenebras cuſtoditur. S. AUGUSTIN.

12. Aurum eſt cujus inquiſitio damnatos habet, cujus amor Judam facit.

13. Aurum eſt quod ampliùs cruciat, apud quem largiùs fuerit.

14. Aurum eſt quod amanti ſe nihil de ſua poſſeſſione permittit, refundens ei reatum ſuum, cui uſum ſuum negat: gravis acquiſitio, ærumnoſa poſſeſſio. *De Verbis Apoſtoli, Serm.* 26. *poſt init. pagina* 259. *lit. A. tom.* 10.

15. Multò plus fulget fides quàm aurum. Aurum latebris tenebreſcit, animum fides ingenito ſplendore conſpicuat: aurum tutò prodi non poteſt, fides bono publico ſemper fulget. *Ibid. in med. pag.* 250. *B.*

16. Non eſt Epiſcoporum ſervare aurum, & à ſe revocare mendicantis manum. *Et hab. in decret. Gratiani, part. 2. cauſa 12. quaſt. 1. can. Nolo folio* 220. *col.* 1.

17. Pejus eſt non eſſe virtutem quàm non eſſe aurum: auro enim virtus quantò præſtat, tantò eſt virtute quàm auro carere miſerius. *De duabus animabus cap. 6. poſt med. tom.* 6.

18. Melius eſt corruptum aurum, quàm incorruptum argentum. *De Natura boni cap.* 5. *tom.* 6.

19. Sub uno igne aurum rutilat, palea fumat. *De Civ. Dei lib.* 1. *cap.* 8. *ante fin. tom.* 5.

20. Nemo aurum niſi negando ſervavit. *Ibidem, cap.* 10. *ſub finem.*

21. Aurum etiam ſordidum argento licet puriſſimo cariùs æſtimatur. *Ibidem, libr.* 9. *cap.* 9. *poſt init.*

22. Non eſt auri vitium avaritia, ſed hominis perversè amantis aurum, juſtitiâ derelictâ, quæ incomparabiliter auro debuit anteponi. *Ibid. lib.* 12. *cap.* 8. *ante med.*

23. Juſtitiâ deſertâ & aurum amatur ab avaris, nullo peccato auri, ſed hominis. *Ibidem, lib.* 15. *cap.* 22. *circa med.*

24. Amas aurum, noli te illigare auro, quantò melior es quàm aurum, aurum enim terra eſt fulgens, tu autem ut illuminareris à Deo, ad imaginem Dei factus es. *Homil.* 37. *Homiliarum quinquaginta cap.* 4. *poſt med. tom.* 10.

25. Cùm ſit aurum creatura Dei, non tamen Deus fecit aurum ad imaginem ſuam, ſed te: ergo poſuit ſub te aurum. *Ibidem.*

26. Tuum aurum vendit maritus pro neceſſitate ſua: contemptus auri tui, dilectio eſt viri tui. *Ibidem, Homil.* 49. *cap.* 4. *ante fin.*

27. Felix ille habet aurum in arca, iſte Deum in conſcientia: compara nunc & aurum & Deum, arcam & conſcientiam. *Tract.* 25. *in Joann. longe ante fin. tom.* 9.

28. Ad poſſeſſiones fundunt homines aurum, quamvis multùm ament aurum. *Tract.* 3. *ſup. Ep. Joan. longè poſt med. tom.* 9.

29. Acquiſiſti aurum, perdidiſti ſomnum. *Ibidem, tract.* 10. *ante med.*

30. Decus auri aliter laudat Religioſus, aliter avarus: iſte cum pietate venerandi Creatorem, ille cum libidine poſſidendi creaturam. *Lib.* 4. *contra Julian. cap.* 14. *poſt init. tom.* 7.

31. Auri dignitas etiam purgatiſſimi argenti commixtione ſordeſcit. *Lib.* 6. *de Muſica cap.* 14. *in medio, tom.* 1.

32. Aurum probat ignis. *Orat.* 16. *poſt init. apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 431. *col.* 2. *H. edit. Coloniæ* 1618. S. BASILIUS SELEUC.

33. Ubi imperat aurum, judicat argentum, leges canoneſque ſilent, locum ratio & æquitas non habent. *Epiſt.* 166. *ad Innocent. Pap. prope med. fol.* 243. *col.* 4. *K.* S. BERNARD.

34. Aurum & argentum quod ad animi bonum ſpectat, nec bona ſunt; nec mala: uſus tamen ho-

rum bonus, abuſio mala, ſolicitudo pejor, quæſtua turpior. *Lib. 2. de Conſid. ad Eugen. Papam ante med. fol. 276. col. 4. lit. M.*

S. BERNARD. 35. Diabolus laqueum poſuit in auro & argento, & cùm illis malè delectamur, illaqueamur. *Lib. Meditat. cap 14. ante med. fol. 325. col. 2. D.*

S. BONAVENT. 36. Quid eſt aurum, niſi terra rubra? id eſt, parvi ponderis, & nullius valoris. *Sup. Sap. cap. 7. poſt. init. pag. 365. col. 1. A. tom. 1.*

37. Aurum poteſt liquefieri, ſed non in pondere & in valore minui, nec corrumpi: immò aurum fit pulchrius & ſplendidius, dùm ab igne inflammatur. *Serm. 2. de Ss Philippo & Iacobo poſt med. pag. 248. colum. 2. tom. 3.*

38. Magis homines obediunt auro, quàm Chriſto. *Serm. 1. de Ss. Apoſt. ſub finem, pagin. 293. columna 1. tom. 3.*

39. Non amabit proximum, qui aurum amat. *Lib. 2. Pharetræ. cap. 11. poſt med. pag. 132. colum. 1. lit. E. tom. 6.*

40. Qui plurimum auri poſſidet, non abundat; quia nihil eſt quidquid in ſæculo eſt *In Apolog. pauper. Reſp. 3. cap. 2. poſt med pag. 412. col. 2. A. tom. 7.*

S. BRUNO. 41. Omnium metallorum aurum pretioſiſſimum eſt, nec igne minuitur, nec vetuſtate corrumpitur. *De feſtis Ss. de Epiphan. poſt med. pag. 85. col. 2. tom. 3.*

CLEM. ALEX. 42. Si quis auro ornari exiſtimet, is eſt auro inferior, is non eſt ejus dominus. *Lib. 3. Pædagogi, cap. 11 longè poſt init. fol. 51. pag. 1. A.*

S. CYPRIANUS. 43. Non intelligit miſer ſpecioſa eſſe ſibi ſupplicia, auro ſe alligatum teneri: & poſſideri magis, quàm poſſidere divitias. *Lib. 2. Epiſt. 2. ad Donat. ante med.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 44. Argento & Auro
- Appetitur veritas.
- Expugnatur integritas.
- Juſtitia vincitur.
- Innocentia proditur:
- Pietas fideſque violatur. *Hom. 4. Epiphan. ante med.*

S. GREGORIUS MAGNUS. 45. Ubi aurum placet, ibi & vitium. *Lib. 7. ex Regiſtro. Ind. 2. cap. 114. Ep. 114. ad Theoderic. & Theodebert. Reges, poſt init. tom. 2.*

46. Totum auri prophanus amor obtinet. *Ibidem ante med. col. 991. D.*

S. HIERONYM. 47. Auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita columnarum, & nudus atque eſurieos ante fores noſtras Chriſtus in paupere moritur. *Tom. 1. Ep. 12. ad Gaudent. ſub finem, pag. 100. D.*

48. Nos ſuffarcinati auro, Chriſtum pauperem ſequimur. *Tom. 1. Ep. 13. ad Paulin. circa med. pag. 102. lit. C.*

49. Crates ille Thebanus, homo quondam ditiſſimus, cùm ad philoſophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abjecit: nec putavit ſe ſimul poſſe & virtutes & divitias poſſidere. *Tom. 1. Ep. 13. ad Paulin. ferè in princ. pag. 102. C.*

50. Aliena nobis auri argentique ſunt pondera: noſtra poſſeſſio ſpiritualis eſt. *Tom. 1. Epiſt. 22. ad Euſtoch. poſt med. pag. 146. C.*

51. Aurum liqueſcit in litteras, & nudus ante fores Chriſtus emoritur. *Ibidem.*

52. Aurum deponere, incipientium eſt, non perfectorum: fecit hoc Crates Thebanus, fecit & Antiſthenes. *Tom. 1. Ep. 28. ad Lucinum circa med. pag. 193. lit. B.*

53. Difficiliùs caremus arrogantiâ, quàm auro & gemmis. *Tom. 1. Ep. 30. ad Oceanum in princ. pagina 197. lit. B.*

54. Nudus & levis ad cœlum evola, ne alas virtutum auri deprimant pondera. *Tom. 1. Ep. 35. ad Exuperantium. in medio pag. 210. C.*

55. Crimen eſt, caput poſt Chriſmatis ſanctificationem, aut auro, aut gemmis comi. *Tom. 4. Ep. 14. ad Mauritii filiam, in med. pag. 90. C.*

56. Judicio mentis everſo, per aurum libidini mancipatur. *Tom. 4. Ep. 37. ad Pammach. & Occan. poſt med pag. 164. D.* S HIERONYM.

57. Avarus aurum Deum habet. *Sup. Pſ. 80. verſ. 8 pag. 117. A.*

58. Humanus error pretioſiùs nihil auro & gemmis opinatur: hæc ſunt, quæ hominum cupiditates dominatui pretii ſui & honoris ſubdiderunt. *Sup. Pſ. 118. verſ. Feci judicium & juſtitiam, ante finem, folio 73. columna 1.*

59. Auro honeſtas pudicitiæ venalis eſt. *Ibidem.*

60. Nihil habet ſexus uterque pretioſius auro & gemmis: dùm viri poſſe omnia auro volunt, mulieres verò per gemmas fieri ſe exiſtimant pulchriores. *Ibidem.*

61. Laqueus eſt in auro, viſcum in argento: quia qui aurum petit, ſtrangulatur: qui argentum, viſco hæret. *Lib. 1. contempl. de Amore Dei cap. 33. circa med. apud Biblioth. Patrum, tom. 10. pag. 10. lit. A. edit. Coloniæ 1618.* IDIOTA.

62. Aurum & argentum, lapides & gemmæ, in luto ſordeſcunt. *Lib. 2. de contemptu mundi, cap. 37. ante med. pag. 118.* S. INNOC III.

63. Tantò avidior fames accreſcit auri, quantò ſumma lucri major apponitur. *Lib. 7. Cœnob. Inſt. cap. 7. circa med. pag. 168.* JOANNES CASS.

64. Aurum cùm maximè creſcit, tùm maximè inſidiatur poſſidentibus. *Conc. 3. de Lazaro ante medium, tom. 2.* S. JOANNES CHRYSOSTOM.

65. Quid aliud eſt aurum, quàm cœnum? & argentum quid aliud quàm palea? *Hom. 40. ſup. Matth. oper. perf. poſt med. col. 359. D. tom. 2.*

66. Argenti atque auri ſplendor, hominem decipit, timidum, ignavum, mendacem, audaciſſimum, rapacem obtrectatoremque illum conſtituens. *Ibid. Hom. 64 poſt med. col. 534. C. tom. 2.*

67. Aurum de terra naſcitur, ſed non eſt terra: aurum quidem eligitur, terra autem contemnitur. *Hom. 3. ſup. Matth. oper. imperf. in medio, col. 759. tom. 2.*

68. Aurum homines eſſe homines non ſinit: ſed in belluas & dæmones mutat. *Hom. 39. ſup. 1. Cor. poſt med. col. 645. A. tom. 4.*

69. Non aureis vaſis Deus eget, ſed aureis animabus. *Hom. 60. ad Popul. Antioch. poſt med. col. 368. C. tom. 5.*

70. Bonum eſt aurum, verùm ſi indigentibus erogetur: bonum, ſi ex ipſo pauperes nutriantur: bonum, niſi eo quiſpiam inutiliter uti velit, niſi ſervare velit, atque humò ſubruere: ita enim profectò inutile eſt, plerumque detrimenti. *Hom. 7. ſup. 1. Tim. in fine tom. 4.*

71. Auri gratiâ & vigilias & peregrinationes, & altera pericula & odia atque inſidias, & omnia denique tolerant homines: nos pro Deo, ne verbum quidem vel tenue perferre volumus, odiáque ſubire. *Hom. 7. ſup. 2. Tim. circa med. tom. 4.*

72. Quid boni habet aurum? incantatio quædam eſt & præſtigium. *Hom. 10. ſup. 1. Theſſal. circa med. tom. 4.*

73. Omnes in ſtuporem vertuntur, aurum fulgens & ignitum videntes: non auri natura habet per ſe multum fulgoris. *Serm. Quòd regulares fœminæ viris cohabitent, poſt med. tom. 5.*

74. Non luto melius aurum eſſe cogitemus; materiæ namque pretium non ex natura, ſed eſt ex opinione noſtra. *Hom. 21. ad Popul. Antioch. poſt med. tom. 5.*

75. Aurum cepiſti, non ut corpus vincias, ſed ut pauperes ſolvas & enutrias. *Ibidem.*

76. Qui aurum tedigit, gratiam prodigit *Hom. 2. de Avarit. ante med. apud Bibl. Patr. tomi 5. part. 1. pag. 42. col. 2. edit. Coloniæ 1618.* S MAXIMUS EPISC.

S. Petrus Chrysol. 77. Aurum avaritia non eſt; ſed avaritiam non cognovi, niſi per aurum, *Serm.*116. *ante med. apud Biblioth. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 748. *colum.* 2. *lit.* G. *edit. Coloniæ* 1618.

78. Aurum de profundo terræ, anima ab excelſis cœli: melius proindè eſt ad ſedem animæ deferri aurum, quàm in ſepulchro auri anima demergatur. *Ibid. ſerm.* 22. *in medio, pag.* 677. *col.* 2. *H.*

79. Auri cuſtos, ſervator argenti, ſecuritatem non habet, neſcit quietem: & cui deeſt ſecuritas, quies perit: pœna dives eſt ille, non cenſu. *Ibid. ante med. pag.* 677. *col.* 2. *G.*

80. Aurum naturâ grave, gravius fit avaritiâ nimis: hinc eſt quòd plus habentem deprimit, quàm ferentem: & vehementius aggravat corda, quàm corpora. *Ibid. ſerm.* 29. *in princ. pag.* 684 *col.* 1. *A.*

81. Aurum naſcitur in terra profunda, ſectatur ipſa montium fundamenta, per quæ ima venarum cæcia diſcurrit anfractibus: & dùm ſuam ſemper repedat ad naturam, cœleſtes animos ad inferna deponit, obſcurat ſenſus, alta mentium ſemper in terrena demergit. *Ibidem*, &c.

82. Aurum erogare, bonum eſt: reponere, malum: contemnere, validum; fugere, perſecurum. *Ibidem.*

83. Auri furor ardentiùs humano ſervet in pectore, quàm caminus totus igneſcit incendiis: & acriùs homines diſſolvit in terra, quàm ſolvitur in calore flammarum. *Ibidem.*

84. Aurum {
Crudelitatis dominus.
Sævus hoſtis.
Amando lædit.
Nudat vitando,
Ipſum etiam captivat aſpectum.
Fidem frangit.
Violat affectum.
Vulnerat charitatem.
Turbat quietem.
Adimit innocentiam.
Docet furtum.
Suadet fraudem.
Imperat latrocinium. *Ibidem circa med. pag.* 684. *col.* 1. *B.*

85. Intuere quid auro gravius: quod cùm mores hominum perdit, perdit & naturam. *Ibidem in medio. pag.* 684. *col.* 1. *C.*

S. Pet. Dam. 86. Acutiora ſunt auri tela, quàm ferri. *Serm.* 66. *de S. Columba, poſt init. pag.* 309. *columna* 1. *lit. B. tom.* 2.

Prudentius Poeta. 87. Sordet Chriſticolis rutilantis fulva monetæ
—— Effigies, ſordent argenti emblemata. & omnis
—— Theſaurus, nigrante oculis vileſcit honore. *In Pſychomach. de Avaritiæ & largitatis pugna, ante med. verſ.* 73.

S. Valerian. Epiſc. 88. Ceſſet auri deſiderium, nec conjugalis fides perit, nec virginalis integritas erubeſcit. *Hom.* 20. *de Avarit. poſt med apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *edit. Coloniæ* 1618.

89. Nihil clauſum conſtat, quod auro argentoque non pateat. *Ibidem.*

S. Zeno. 90. Qui diligit aurum & argentum, non tantùm Deos colere, ſed eorum mores & actus imitari perſpicuum eſt. *Serm.* 2. *de Avarit. circa med. pagin.* 130. *col.* 1. *C. apud Bibl. Patr. tom.* 3. *edit. Colon.* 1618.

Sententiæ Paganorum.

Chilo Laced. 91 Index aurum, aurum explorat hominem. *In ſent. circa med. ſent.* 5.

Plato. 92. Aurum & argentum, & alia quæ opes eſſe videntur, huic ſoli utilia erunt, qui quomodo ipſis utendum eſt, novit. *Tom* 3. *Syzygia* 6. *in Dialogo de divitiis poſt med. pag.* 403. *A.*

Seneca. 93. Aurum & argentum terrena ſunt pondera, quæ non poteſt amare ſincerus animus. *De conſol. ad Helviam cap.* 11. *poſt med pag.* 636 *tom.* 1.

94. Scito hominem tàm benè culmo, quàm auro tegi. *Ep.* 8. *in medio, pag.* 333. *tom.* 2.

Sixt. Philos. 95. Aurum non eripit animam è malis. *Sent.* 108. *apud Biblioth. Patrum, tom.* 3. *pag.* 65. *col.* 1. *D. edit. Coloniæ* 1618.

Auſteritas Vitæ.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Antonius de Padua. 1. SI Beatus Joannes prænuntiatus ab Angelo ſanctificatus in utero, laudatus à Domino, inter natos mulierum major tanta fuit uſus aſperitate: quid nos in peccato concepti, peccatis onerati, reprobandi à Domino (niſi miſericordia affuerit) quid debemus facere? quanta afflictione, quanta auſteritate nos affligere? *Serm. Domin.* 2. *Adventus in fine, folio* 12. *pag.* 1.

S. August. 2. Quantò auſterior eſt cura vulnerum, tantò medicina eſt ſalubrior peccatorum. *Serm.* 1. *feria* 4. *poſt Dom.* 1. *Quadrag. & in ord.* 69. *in princ. pag.* 517. *B. tom.* 10.

3. Joannes præcurſor Domini locuſtis in Eremo, & agreſti melle nutritur: non animalium carnibus, non volucrum ſuavitatibus paſcitur. *Serm.* 2. *Dom.* 1. *Quadrag. & in ordin.* 65. *in princip. pagina* 512 *lit. C. tom.* 10.

S. Bernard. 4 Laborioſior fortè via videtur inter ardua collium, & aſpera rupium; ſed expertis longè ſecurior & deſiderabilior invenitur. *Serm. in tranſitu S Malachiæ prope finem, fol.* 66. *col.* 4. *L.*

5. Duriùs tractandum eſt corpus, ne rebellet, ne inſoleſcat; ſic tamen, ut ſervire ſufficiat, quia ad ſerviendum ſpiritui datum eſt. *De vita ſolitar. ad Fratres de monte, ante med fol* 216 *col.* 1. *C.*

6 Pudor de præteritis, novæ converſationis temperat auſteritatem *Ep.*78. *ad Suggerium Abbat. S. Dionyſii, ante med fol.* 226. *col* 1. *A.*

7. A ſeipſo in ſeipſum rigida debet eſſe cenſura, & diſtricta ſeveritas. *De natura & dignit. amoris divini, capitul.* 3. *prope med. fol.* 53. *col.* 2. *E. in* 2. *vol.*

S. Bonavent. 8. Vitæ auſteritas, interioris ſanctitatis ſignum eſt. *Sup. Luc. cap.* 1. *pag.* 7. *col.* 2. *C. in illud, Vinum & ſiceram non bibet. tom.* 2.

9. Maximè eos perſequitur diabolus, qui vivunt in auſteritate vitæ. *Sup. Luc. cap.* 4 *in illud, Diabolus receſſit ab illo. pag.* 44 *col.* 2. *E. tom.* 2.

10. Cinis & cilicium ſunt arma pœnitentium. *Ibid. cap.* 10. *ante med pag.* 127. *col.* 1. *tom.* 2.

S. Cæsarius Arelatensis. 11. Auſteriorem ac violentiorem poſcit vis occulta medicinam, ut ulceris magnitudo aut ſectione aut exuſtione ſupercuretur, & dolor dolore pellatur. *Hom.* 1. *circa init. apud Biblioth. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 745. *col.* 2. *edit. Coloniæ* 1618.

12. Si noſmetipſos propria ſeveritate diſtringimus ſententiam futuri Judicis prævenimus. *Projec.*

13 Qui pro peccatis ſibi ipſi non parcit, Deus citò illi indulgentiam tribuit. *Ibid. Hom.* 13. *prope finem, pag.* 759. *col.* 1. *B.*

14. Eos laudo & admiror, qui vitam auſteram delegerunt, & moderatæ vitæ medicamentum aquam appetunt, vinum autem tanquam ignis minas quàm longiſſimè fugiunt. *Lib.* 2. *Pædagogi, cap.* 2. *circa init. fol.* 32. *B.*

Clem. Alex. 15. Beatus Joannes deſpectis ovium pilis, qui delicias redolent, pilos camelorum elegit, & eis ſe veſtiit, ſimplicem vitam & à dolo alienam repræſentans. *Ibidem cap.* 10. *ante finem, fol.* 42. *pag.* 2.

16. Auſteritatem amplectere ab initio, quia rela-

laxationis conſuetudo ounquàm auſteritatem admittit. *Profec.* .

17 Semper enim ædificat, & deſtruit: ſemper peccat & reſipiſcit. *Serm. parenetico a medio pag.* 332. *D. tom.* 2.

S. Eusebius Emissen. 18. Quod tu in te ſeverus agnoſcis, ego propitiùs ignoſcam: quod tu triſtis accuſas, ego lætiùs abſolvam. *Hom. de pœnit. Ninivitar. ſub finem. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 569. *edit. Colonia* 1618.

19. Nihil voluptuoſum, nihil ſuave placet Deo: ſed quod habet aliqoid mordacitatis & ſevepitatis. *Sup. Levit. cap.* 2. *col.* 922. *F. tom.* 1.

Glos. ord. 20. Auſteritas vitæ requiritur io Evangelii prædicatiooe. *Sup. Matth. cap.* 3. *col.* 71. *C. Moraliter tom.* 5.

21. Rigida vita debet declinare mollium palatia, quæ frequentant mollibus indutis adulantes. *Ibid. cap.* 11. *ſup. illud, Ecce qui mollibus veſtiuntur, &c. col.* 206. *E. tom.* 5.

S. Gregorius Magn. 22. Nihil ſibi blandiatur infirmitas, ſed quantò ſibi mali ſit conſcia, tantò in ſe benigniùs ſit ſevera, & quæque in ſe ſeouit diſtrictè ſerienda, piè feriat. *Lib.* 25. *Moral. cap.* 4. *in fine, num.* 6. *columna* 829. *lit. D. tom.* 1.

23. Peccata quæ feriri gehennæ ignibus poſſunt, diſciplinæ verbere ſunt corrigenda. *Hom.* 19. *ſup. Ezech. ante med. col.* 268. *A. tom.* 2.

24. Electi peccata ſua auſteris pœnitentiæ cruciatibus delent. *Lib.* 5. *in* 1. *Reg. cap.* 4 *poſt med. col.* 1552. *B. tom.* 2.

25. Tunc benè converſus peccator cernitur, cùm digna afflictionis auſteritate delere nititur, quod loquendo confitetur. *Ibid. lib.* 6. *cap.* 2. *longè poſt med. col.* 1598. *B.*

26. Gratum Deo ſacrificium eſt, afflictio contra peccatum. *Hom.* 10. *ſup. Evang. in finè, colum.* 352. *B. tom.* 2.

27. Debitum redditur propeccato, cùm peccatores affliguntur, & cruciatu tergere culpas ſatagunt, quas carnis delectatione contraxerunt. *Lib.* 3. *in* 1. *Regum. cap.* 4. *longè poſt init. ſup. illud Pſ.* 50. *Tibi ſoli peccavi. col.* 1355. *B. tom.* 2.

28. Afflictio electæ mentis, omnis diabolicæ tentationis peremptorius mucro eſt. *Ibidem lib.* 5. *cap.* 3. *longè poſt init. ſup. illud, Afflictus eſt populus. columna* 1502 *lit. D.*

29. Grave pondus criminis deponi non poteſt, niſi auſteritate magnæ compoonctionis. *Ibid. cap.* 2. *poſt med. col.* 1494. *D.*

30. Tantò arctiori manu pœnitentiæ mens à pollutione tergenda eſt, quantò ſe per conſenſum conſpicit ſordidiùs inquinatam. *Lib.* 4. *Moral. cap.* 17. *num.* 21. *ſup. illud Iob.* 2. *Involoatur amaritudine, col.* 109. *B. tom.* 1.

S. Greg. Niss. 31. Philoſophica & Chriſtiana vivendi ratio, dura exteriùs atque aſpera ſenſui eſt, intùs autem optimarum pulcherrimarumque rerum plena. *Profec.*

32. Quæ tempore ſuo, cùm matura fuerit, dulciſſimam ſuorum fructuum præſtabit fragrantiam. *De vita Moyſ. poſt med col.* 146. *C. & D.*

S. Hieronym. 33. Rigidam vitam & auſteram, vitare debere aulas regum, & mollium hominum palatia declinare, certum eſt. *Lib.* 2. *in Matth. cap.* 11. *Can.* 5. *num.* 102. *ſup. illud, Ecce qui mollibus veſtiuntur &c. pag.* 31. *A. tom.* 9.

Hugo à S. Victore. 34. Qui carnem ſoam ſupta modum affligit, civem ſuum occidit. *Sup. Regulam D. Auguſt. cap.* 3. *poſt med. in illud Carnem veſtram domate, pag.* 8. *D. tom.* 2.

35. Quantò quiſque arctiùs vivit, tantò beatior exiſtit. *Ibid. cap.* 4. *poſt med. ſup. illud, Nec illos ditiores putent, pag.* 8. *H.*

Hugo Card. 36. Plerique auſteri ſecundùm carnem vilipendi nullatenùs ſuſtinent. *Sup. Geneſ. cap.* 28. *fol.* 38. *col.* 2. *tom.* 1.

37. Converſatio viri juſti ſuavitatem habet mundæ conſcientiæ, & aſperitatem duræ vitæ. *Sup. Tobiam, cap.* 2. *fol.* 375. *col.* 1. *tom.* 1.

Hugo Card. 38. Per vitæ auſteritatem viocitur hoſtis. *Super Pſ.* 34. *fol.* 86. *col.* 1. *Myſtice, tom.* 2.

39. Contingit ſæpè quòd ille qui auſterus & fatuus apparet exteriùs in facie, benignus & ſapiens ſit interiùs in corde. *Sup. Luc. capite* 6. *fol.* 164. *columna* 4. *tom.* 6.

40. Quantò quis melior, & auſterioris vitæ, magis tentatur. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 8. *fol.* 47. *col.* 2. *tom.* 7.

S. Joannes Chrysostom. 41. Jugiter in luctu perſeverato, & in affligendo temetipſum. *Hom,* 4. *ſup.* 2. *ad Cor. in medio Moralis, col.* 721. *B. tom.* 4.

42. Vis apparere ſanctus? circa vitam tuam eſto auſſterus, circa alienam autem benignus: audiant homines te parva mandantem, & grandia videant facientem. *Hom.* 43. *oper. imperf. ſup. Matth. in medio, col.* 1048. *C. tom.* 2.

43. Pœna hic inflicta liberat à pœna furura. *De Lazaro mendico concione* 3. *in medio, col.* 147. *A. tom.* 2.

44. Non eſt vulgaris negotii, refrænare cupiditatem, cohibere ſitim inanis gloriæ, coërcere faſtum, à delitiis temperare, & in aſpera degere diſciplina. *Ibid. poſt med. col.* 1314. *D.*

45. Si diſcipulus es, anguſtam & aſperam incede viam: nec ægrè feras, nec indigneris. *Hom.* 66. *ad Popul. Antioch. poſt med. col.* 427. *A. tom.* 5.

46. Sanguine plena eſſe debet Chriſtiani vita, non alienum effundendo, ſed ſe paratum ſuum effundere præſtando. *Ibid. Hom.* 67. *ante med. col.* 431. *A.*

S. Isidorus Hispalens. 47. Sancti quamdiù in hujus ſæculi vita habitant, deſiderio ſuperni roris, corpus ſuum aridum parant. *Lib.* 2. *de ſum. bono. cap.* 44. *ſent.* 4. *pag.* 659. *col.* 1.

Petrus Bles. 48. Non emollias ordinis rigorem, ut tanquàm privilegiatus velis edere lautiùs, bibere ſapidiùs, cubare molliùs, loqui licentiùs, vigilare parciùs, orare tenuiùs. *Serm.* 31. *de S. Auguſt. in fine. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 886. *col.* 2. *G.*

49. Peccati ſanies non ſolum abſtergenda, ſed abradenda eſt aſperitate doloris. *Ibid. de Confeſſ. ſacramentali. poſt med. pag.* 936. *col.* 2. *H.*

50. Diſciplinæ auſteritas ſola eſt clavis innocentiæ, Religionis anchora, cuſtodia cordis, & peremptoria prorſus appetitus illiciti. *Ibid. in invectiva contra depravatorem ante med. pag.* 946. *col.* 2. *F.*

S. Prosper. 54. Omnes auſteritates, quas inflata vanitas facit tolerabiles, non ſunt ornamenta morum, ſed velamina vitiorum. *Lib.* 3. *de vita contemplat. cap.* 10. *ante finem, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 74. *col.* 1. *edit. Colonia* 1618.

Salvianus. 52. Infirmandum eſt nobis carne, ut optata faciamus: infirmitas enim carnis, vigorem mentis exacuit. *Lib.* 1. *de Gubernat. Dei ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 324. *col.* 2. *G.*

S. Thomas Aquinas. 53. Pœna voluntaria in hac vita ſuſcepta, multò plus purgat, quàm pœna poſt mortem inflicta. *Tom.* 1. *Opuſc. de primo Adventu Chriſti circa med. fol.* 200. *pag.* 2.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

Cicero. 54. Voluptates repudiandæ ſunt, & moleſtiæ non recuſandæ. *Lib.* 1. *de finibus, in medio, col.* 64. *G. num.* 33. *tom.* 4.

Plato. 55. Auſteritas ſolitudinis eſt comes. *Tom.* 3. *Sizygia* 6. *Ep.* 4. *ad Dionem Syracuſanum, in fine, pag.* 321. *lit. B.*

Seneca. 56. Duriùs tractandum eſt corpus, ne animus malè pereat. *Profec.*

57. Cibus famem ſedet, potio ſitim extinguat, veſtis arceat frigus: ſcitote hominem tàm benè culmo, quàm auro tegi. *Ep.* 8. *circa med. pag.* 533. *tom.* 2.

58. Major ſum, & ad majora genitus, quàm ut mancipium ſim mei corporis: quod equidem non alitee aſpicio, qoàm vinculum libertati meæ circumdatum. *Profec.*

Digitized by Google

SENECA. 59. Contemptus corporis ſui, certa libertas eſt. *Ep. 65. ante finem, pag. 643. tom. 2.*

60. Multis tormentum eſt vino carere, aut prima luce excitari: non iſta difficilia ſunt naturâ, ſed nos fluidi & enerves. *Ep. 71. poſt med. pag. 666. tom. 2.*

61. Sis ſeverus non ſævus, ſed hilarem non aſpernans. *De quatuor virtutibus a medio, pag. 675. edit. Baſilea.*

Authoritas.

DEFINITIO.

COLLECTOR. *Authoritas eſt gravitas & eminentia quadam vita probitate, ſcientia, meritis, potentia, vel honoribus parta, cujus gratia cujuſpiam dictis factiſque plurimum deferimus.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. NATURÆ ordo ita ſe habet, ut cùm aliquid diſcimus, rationem præcedat authoritas. *De Morib. Eccleſiæ cap. 2. in princ. pag. 520. C. tom. 1.*

2. Titubabit fides, ſi divinarum Scripturarum vacillat authoritas. *Lib. 1. de Doctr. Chriſt. cap. 37. in medio, pag. 13. B. tom. 3.*

3. Major eſt Scripturæ authoritas, quàm omnis humani ingenii capacitas. *Lib. 2. de Geneſi ad lit. cap. 5. in fine, pag. 367. A tom. 3.*

4. Sanctarum Scripturarum authoritatibus colla ſubdenda ſunt, ut ad intellectum per fidem quiſque perveniat. *Lib. 1. de peccat. meritis & remiſſione, cap. 21. in princ. pag. 446. D. tom. 7.*

5. Humana decet divinis, non divina humanis teſtimoniis confirmari. *De ſobrietate cap. 1. ſtatim a medio, pag. 685. A. tom. 9.*

6. Authoritas Scripturæ fundatiſſima eſt. *Serm. 14. de verbis Apoſt. poſt med. pag. 222. C. tom. 10.*

7. Conantur hæretici authoritatem ſtabiliſſimam fundatiſſimæ Eccleſiæ, quaſi rationis nomine & pollicitatione ſuperare. Omnium hæreticorum quaſi regularis eſt iſta temeritas. *Ep. 56. ad Dioſcor. ante finem, pag. 173. B. tom. 2.*

8. Ad diſcendum neceſſariò dupliciter ducimur, authoritate atque ratione: tempore authoritas, re autem ratio prior eſt. *Lib. 2. de Ordine, cap. 9. in princ. pag. 338. D. tom. 1.*

9. Quamquàm bonorum authoritas imperitæ multitudini videatur eſſe ſalubrior, ratio verò aptior eruditis. *Ib.*

10. Authoritas partim divina eſt, partim humana: ſed vera, firma, ſumma ea eſt, quæ divina nominatur. *Ibid. circa med. pag. 339. A.*

11. Illa authoritas divina dicenda eſt, quæ non ſolùm in ſenſibilibus ſignis tranſcendit omnem humanam facultatem, ſed & ipſum hominem agens, oſtendit ei quouſque ſe propter ipſum depreſſerit. *Ibidem poſt med. pag. 339. A.*

12. In Scripturis ſacris bonorum vita facillimè non diſputationum ambagibus, ſed myſteriorum authoritate purgatur. *Ibid. in fine pag. 339. A.*

13. Humana authoritas plerumque fallit. *Ibidem.*

14. Authoritati credere, magnum compendium eſt, & nullus labor. *De Quantit. animæ cap. 7. ante med. pag. 409. A. tom. 1.*

15. Authoritas fidem flagitat, & rationi præparat hominem. *De vera Relig. cap. 24. in princ. pag. 500. D. to. 1.*

16. Authoritatem ratio penitùs non deſerit, cùm conſideratur cui ſit credendum, & certè ſumma eſt ipſius jàm cognitæ atque perſpicuæ veritatis authoritas. *Ibid. ut antè.*

17. Ipſi rationi purgatioris animæ, quæ ad perſpicuam veritatem pervenit, nullo modo authoritas humana præponitur. *Ibid. cap. 25. in fine, pagina 501. A.*

18. Quod intelligimus, debemus rationi: quod credimus, authoritati: quod opinamur, errori. *De utilitate credendi cap. 11. circa med. pag. 52. D. tom. 6.*

S. BASILIUS MAGNUS. 19. Docentis authoritas, fidem rationi conciliat, attentioreſque diſcipulos reddit. *Et habetur apud D. Ioan. Damaſcen. lib. 1. Parall. cap. 90. in princ. fol. 46. pag. 1. D.*

S. BERNARD. 20. Sic adſit de novitate jucunditas, ut de vetuſtate non deſit authoritas. *In ſerm. exhortatorio ad Milites templi, cap. 11. in fine. fol. 112. col. 2. D.*

21. Authoritate Scripturarum, malè cogitare, malè dicere, & malè facere prohibemur. *In ſuis ſent. capite Authoritate, fol. 130. col. 1. B.*

22. Authoritati matris Eccleſiæ non reluctari, ſummus honos eſt & gloria. *Ep. 185. ad Euſtach. fol. 246. col. 4. K.*

23. Monſtruoſa res eſt ingens authoritas, & nutans ſtabilitas. *Lib. 2. de conſiderat. poſt med. fol. 277. col. 2. E.*

24. Intellectus rationi innititur, fides authoritati, opinio ſola veri ſimilitudine ſe tuetur. *Ibidem lib. 5. longe poſt init. fol. 282. col. 3. lit. I.*

S. BONAVENT. 25. Ex fama minorum, & reverentia majorum, fit homo magnæ authoritatis. *Sup. Sapient. cap. 8. poſt med. pag. 370. col. 1. D. tom. 1.*

26. Magna eſt authoritas Prælatorum, in quorum receptione Deus recipitur; & contemptu, contemnitur. *In Luc cap. 10. ſup. illud, Qui vos ſpernit, &c. pag. 127. col. 2. E. tom. 2.*

27. Authoritas ſacræ Scripturæ excedit omnem certitudinem rationis. *Sup. lib. 1. ſent. in proœmio, Quæſt. 2. in corpore, ſtatim ab initio, pag. 5. col. 1. B. tom. 4.*

28. Non eſt certa authoritas ejus, qui poteſt fallere, & falli. *In Proœmio breviloquii cap. de modo procedendi ſacra Script. pag. 7. col. 2. E. tom. 6. part. 1.*

29. Authoritas præbet fulcimentum fidei, & fides aſſentit authoritati. *Lib. 5. Compendii Theolog. verit. cap. 19. in fine, pag. 758. col. 2. C. & D. tom. 7.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 30. Non te confundat, nec trepidum faciat rerum novitas, ſed ſufficiat tibi omnipotens authoritas. *Hom. 1. de Symbolo ante med. apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 1. pag. 553. col. 1. B.*

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 31. Quid in temerario præceptore authoritas imperandi eſt, niſi gladius in manu furioſi? *Tom. 3. Opuſcul. oraculo 19. pag. 503.*

FRANCISCUS TITELM. 32. Non familiaritate nimia vileſcat authoritas. *In Annot. ſup. cap. 1. Iob. longè ante med. in illud, Et faciebant convivia, &c. fol. 10. pag. 1.*

GLOSS. DICT. 33. Authoritas Sanctorum, quantùm ad ſacram Scripturam exponendam, prævalet papali: quantùm autem ad cauſas definiendas, prævalet authoritas Romanorum Pontificum. *Apud Gratianum in decretis, fol. 20. col. 1. edit. Lugdun. 1540.*

34. Authoritas Canonis, eſt major authoritate Sanctorum. *Ibid. fol. 20. col. 2.*

GLOSS. INT. 35. Quantò eſt in divitibus major authoritas, tantò major eſt inſolentia peccatorum. *Sup. Hieremiam, cap. 5. col. 624. D. tom. 4.*

GRATIANUS. 36. Quantò gradus celſior, tantò major authoritas invenitur. *Part. 1. in decretis diſt. 21. fol. 22. col. 1. Canone, Quamvis in fine, edit. Lugdun. 1540.*

S. GREGOR. MAGNUS. 37. Magna eſt ſervorum Dei in reprehendendis vitiis, ſine perſonarum acceptione authoritas. *Lib. 7. Mor. cap. 15. in tit. num. 22. col. 234. A. tom. 1.*

38. Omne quod loquitur prædicator, ad divinæ authoritatis fundamentum revocet, atque in eo ædificium locutionis ſuæ firmet. *Ibid. lib. 18. cap. 14. prope init. num. 14. col. 601. A. tom. 1.*

39. Ex vera humilitate, ſecura ſemper authoritas naſcitur. *Ibid. lib. 22. cap. 10. circa med. num. 14. col. 746. lit. D.*

40. Quid aliud quàm Antichriſti teſtis eſt, qui perdita authoritate promiſſæ Deo fidei, teſtimonium perhibet errori? *Ibidem lib. 32. cap. 13. in fine, colum. 1106. lit. D.*

41. Canonum

S. GREGOR. MAGNUS. 41. Canonum manet incolumis, atque intemerata ſemper authoritas. *Lib.* 11. *in Regiſtro. Indict.* 6. *cap.* 42. *Ep.* 42. *ad Ioan. Epiſc. Panormitan. col.* 1145. *C. to.* 2.

42. Ipſa authoritas ſanctæ Eccleſiæ, cùm ſine miſericordia eſt, nulla eſt. *Lib.* 6. *in* 1. *Reg. cap.* 3. *poſt med. col.* 1616. *D. tom.* 2.

S. HIERONYM. 43. Maritalis authoritatis umbra, tutamen uxoris eſt. *Tom.* 1. *Ep.* 9. *ad Salvinam. poſt med. pag.* 76. *D.*

44. Non in lege ratio quæritur, ſed authoritas. *Lib.* 2. *Dialog. adverſus Pelagianos longè ante med. pag.* 282. *D. tom.* 2.

45. Perdit authoritatem dicendi, cujus ſermo opere deſtruitur. *Tom.* 2. *Ep.* 41. *ad Oceanum poſt med. pag.* 323. *lit. B.*

46. Nihil impudentius arrogantiâ ruſticorum, qui garrulitatem authoritatem putant. *Ibid. poſt med. pag.* 324. *lit. C.*

47. Magis Scripturæ authoritate ducimur, quàm cujuſlibet eloquentiæ ſecularis. *Tom.* 3. *in quæſt. ſup. Geneſim poſt med. pag.* 110. *D.*

48. Ubi magni viri præcedit authoritas, ceſſet alis omnis interpretatio. *Lib.* 4. *in Iſayam*, *cap.* 10. *pag.* 46. *B. tom.* 5.

49. Majorum ſequere veſtigia, ab eorum authoritate non diſcrepes. *Sup. Eccleſiaſten. cap.* 12. *pag.* 99. *D. tom.* 7.

50. Nonnulli rugata fronte, demiſſo ſupercilio, verbiſque trutinatis, authoritatem ſibi doctorum vendicant. *Lib.* 2. *ſup. Ep. ad Epheſ. cap.* 4. *pag.* 211. *B. to.* 9.

51. Talem te exhibe, ne contemni poſſis; vita enim authoritatem tribuit verbo. *Sup. Ep. ad Titum*, *cap.* 2. *in fine, in illud, Nemo te contemnat. pag.* 394. *D. tom.* 9.

HUGO à S. VICTORE. 52. Authoritas Eccleſiaſtica in omnibus magis imitanda eſt, quàm ratio. *Profec.*

53. Authoritas ſemper obedientiæ & humilitatis eſt, ratio verò nonnunquàm præſumptionis. *Sup. Regul. D. Auguſt. cap.* 3. *poſt med. pag.* 8. *C. tom.* 2.

JOANNES CASS. 54. Sunt nonnulli, quorum etiam (quod eſt lugubrius) major eſt multitudo, qui ignavia ſeneſcentes authoritatem ſibi non maturitate morum, ſed annorum numeroſitate conquirunt. *In collat.* 2. *Abbat. Moyſis*, *cap.* 12. *ferè in princ. pag.* 341.

55. Nunquàm erit efficax inſtituentis authoritas, niſi eam effectu operis ſui cordi affixerit audientis. *In collat.* 11. *Abbat. Charemonis*, *cap.* 4. *pag.* 558.

S. JOANNES CHRYSOST. 56. Ubi ſincerus veritatis atque pietatis eſt alumnus, nuda ſit authoritas. *Hom. in dictum Apoſt.* 1. *Cor.* 15. *Cùm autem ſubjecta fuerint illi omnia. circa med. col.* 991. *B. tom.* 3.

57. Doctoralis authoritas, frequenter inflat ea præditos. *Sup. Ep. ad Galat. cap.* 6. *ante med. col.* 945. *A. to.* 4.

58. Ubi alienæ ſalutis negotium agitur, imperio utatur atque authoritate. *Hom.* 13. *ſup.* 1. *ad Timoth. poſt initium, col.* 1498. *A tom.* 4.

59. Non in omni loco manſuetudine, ſed aliquando authoritate opus eſt, ne utilitas pereat. *Ibidem.*

60. Hoc eſt malorum omnium cauſa, quando rectorum authoritas periit, nulla illis reverentia habetur, nullus honor, nullus metus. *Hom.* 2. *ſup.* 1. *ad Timoth. in princ. Mor. col.* 1543. *D. tom.* 4.

S. JUST. MART. 61. Divinæ authoritati nihil eſt quod non pareat. *In quæſt. à gentibus poſitis. Quæſt. ultima. Reſponſ.* 32. *apud Bibl. Patr. tom.* 2. *pag.* 85. *col.* 1. *C. edit Coloniæ* 1618.

62. Quis neſciat plus eſſe authoritatis in paucioribus doctis, quàm in pluribus imperitis? *Lib.* 1. *de origine errorum, cap.* 10. *in medio*, *pag.* 98.

63. Non valet quidquam ſine divina mortalis hominis authoritas. *Lib.* 5. *de Iuſtitia*, *cap.* 10. *ante med. pag.* 238.

S. LAURENT. JUSTIN. 64. Quidquid dicitur quod Catholicarum authoritate Scripturarum non probatur, à ſanctis non approbatur Eccleſia. *Part.* 2. *de caſto Connubio*, *cap.* 19. *ante med. pag.* 291. *col.* 2. *F.*

ORIGEN. 65. Chriſtianis Apoſtolicorum dictorum chara eſſe debet authoritas. *Hom.* 7. *in Levit. poſt med pag.* 82. *col.* 1. *A. tom.* 1.

RUPERTUS. 66. Nihil dicendum novum, nihil docendum eſt, quod non conſtet authoritate Scripturarum. *Lib.* 2. *in Numeros, cap.* 8 *ante finem*, *fol.* 208. *pag.* 1.

S. THOMAS AQUINAS. 67. Fruſtrà authoritates inducuntur contra eos, qui authoritates non recipiunt. *Contra Græcos*, *Armenos*, &c. *cap.* 1. *in fine*, *fol.* 93. *pag.* 1. *tom.* 1. *Opuſculorum.*

68. Sacræ Scripturæ authoritas, ſuperior eſt omni ratione. *Sup.* 3. *ſent. Diſt.* 1. *quæſt.* 2. *art.* 1. *in contrar. fol.* 17. *pag.* 1.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 69. Omnis authoritas Philoſophiæ conſiſtit in beata vita comparanda. *Lib.* 5. *de finib. poſt med. col.* 161. *G. to.* 4.

70. Non viribus, aut velocitate, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, ſed conſilio, authoritate, ſententia. *De ſenectute ante med. col.* 144. *B. tom.* 4.

SENECA. 71. Non te moveat dicentis authoritas, nec quis, ſed quid dicat intendito. *De quatuor virtut. poſt init. pag.* 674. *edit. Baſileæ.*

PLINIUS II. 72. Sapientis authoritas, pro ratione ſufficit. *Lib.* 1. *Ep.* 8. *ad Pompeium Saturninum in calce. pag.* 10.

Vide etiam Tit. Adoleſcentia, *ſent.* 5. *Ætas. ſent.* 64. *Amicitia in genere. ſent.* 377. *Monachus, ſent.* 181. *Obedientia. ſent.* 57. *Regimen. ſent.* 11. *Sacerdotis dignitas. ſent.* 49. *Sacerdotis officium. ſent.* 41. *Suaſio. ſent.* 29.

Auxilium Divinum.

DEFINITIO.

COLLECTOR. *Auxilium divinum eſt virtus & efficacia, à Deo creaturæ data, ad faciendum id quod abſque eâ, ſola facere non poſſet.*

VEL

Auxilium divinum ſpeciale eſt virtus divina, motióque activa realis, creaturæ intellectuali tranſeunter inhærens: quâ reducitur in actu ſecundo potens ad producendam operationem ſupernaturalem.

VEL

Auxilium divinum eſt donum divinum ſupernaturale actuale, quo creatura intellectualis ad ſalutem æternam tranſitoriè juvatur.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. MENS ſe regere non poteſt, niſi divino favore fulſulta ſit. *Lib.* 2. *de Abraham. cap.* 8. *circa init. col* 1018. *A. tom.* 4.

2. Vita divino gubernaculo deſtituta præcipitatur, & in graviora prolabitur. *Lib. de Cain & Abel. cap.* 9. *ſub finem. col.* 950. *A. tom.* 4.

3. Ibi eſt plus auxilii, ubi eſt plus periculi. *De Ioſeph. cap.* 5. *in fine col.* 1082. *C. tom.* 4.

4. Ubique Domini virtus ſtudiis cooperatur humanis, ut nemo poſſit ædificare ſine Domino, nemo cuſtodire ſine Domino, nemo quidquam incipere ſine Domino. *Lib.* 2. *ſup. Luc. cap.* 3. *in illud Pſ.* 126. *Niſi Dominus cuſtodierit civitatem*, &c. *columna* 1649. *A. tom.* 5.

S. AUGUSTIN. 5. Nihil eſt tàm arduum atque difficile, quod non Deo adjuvante planiſſimum atque expeditiſſimum fiat. *Lib.* 1. *de lib. arbit. cap.* 6. *circa init. pag.* 438. *C. tom.* 1.

6. Hæc eſt lex divinæ providentiæ, ut nemo à ſuperioribus adjuvetur, qui non puro affectu inferiores adjuverit. *De vera Relig. cap.* 28. *poſt med. pag.* 502. *D. tom.* 1.

7. Initium ſalutis noſtræ Deo miſerante habemus; ut acquieſcamus ſalutiferæ inſpirationi, noſtræ poteſtatis eſt: ut adipiſcamur quod acquieſcendo admonitioni cupimus, divini eſt muneris: ut non labamur in

adepto ſaluos munere, ſolicitudinis noſtræ eſt, & cœleſtis pariter adjutorii: ut labamur, noſtræ, poteſtatis eſt & ignaviæ. *De Eccleſiaſt. dogmat. cap. 21. in fine, pag.* 140. *D. tom* 3.

S. Augustin. 8. Ad cœleſtia arcana penetranda, raõo per ſe non ſufficit, niſi à Deo adjuta fuerit. *De Spiritu & Anima, cap.* 37. *poſt med. pag,* 625. *B. tom.* 3.

9. Humana, natura ſine divina ope imbecilla eſt: ad medendum Deum auxiliatorem requirit. *Lib.* 4. *contra duas Epiſtolas Pelag. cap.* 11. *ante med. pag.* 633. *A. tom.* 7.

10. Sine auxilio divino quid fieri poteſt? *Ibid.* &c. *B.*

11. Deſiderare auxilium gratiæ, initium gratiæ eſt. *De Corrept. & gratia, cap.* 1. *poſt med. pag.* 904. *lit. C. tom.* 7.

12. Omnia indigent Domino, & miſera & felicia: ſine illo miſeri non ſublevantur, ſine illo felix non regitur. *Sup. Pſ.* 31. *Concione* 2. *poſt init. verſ.* 5. *pag.* 144 *C. tom.* 8.

13. Ejus in promiſſionibus ſequatur conſilium, cujus in tentationibus precatur auxilium. *Sup. Pſ.* 105. *poſt medium, verſ.* 40. *pag.* 856. C. *tom.* 8.

14. Mandatis rectis atque arduis humana noo obtemperat infirmitas, niſi præveniens Dei adjuvet charitas. *Sup. Pſ.* 118. *Concione* 5. *poſt med. pag.* 917. *lit. B tom.* 8.

15. Deinceps caveat examinantis ſeveritatem, qui clementiam ſubvenientis expertus eſt. *Sup. Pſ.* 24. *in medio, verſ.* 11. *Vniverſæ viæ Domini, miſericordia & veritas, pag.* 79. *A. tom.* 8.

16. Noli timere, adeſt in itinere auxiliator, qui in Ægypto oon defuit liberator. *De Vtilit. pœnit. cap.* 1. *in fine, pag.* 705. *A. tom.* 9.

17. Volo ut velis, ſed non ſufficit quòd velis: adjuvandus es ut plenè velis, & impleas quod velis. *Serm.* 3 *de verbis Apoſt. poſt med. pag.* 176. *C. tom.* 10,

18. Sine protectione Dei oihil es. *Sup. Pſ.* 62. *poſt med. verſ.* 8. *Et in velamento alarum tuarum. pag.* 442. *D. tom.* 8.

19. Niſi auxilio Chriſti, non poteris renovari. *Sup. Pſ.* 66. *circa finem, pag.* 477. *B. tom.* 8.

20. Sicut oculus corporis etiam pleniſſimè ſanus, niſi candore lucis adjutus non poteſt cernere: ſic homo etiam perfectiſſimè juſtificatus, oiſi æterna luce juſtitiæ divinitùs adjuvetur, rectè non poteſt vivere. *De Natura & gratia, cap.* 26. *in fine, pag.* 502. *D. tom* 7.

21. Sanat Deus non ſolùm ut deleat quod peccavimus; ſed ut præſtet etiam auxilium, ne peccemus. *Ibid.*

22. Prævenit Deus ut ſanemur, ſubſequitur ut glorificemur: prævenit ut piè vivamus, ſubſequitur ut cum illo ſemper vivamus. *Ibid. cap.* 32. *prope med. pagin.* 504. *lit. C.*

23. Ille qui præparat voluotatem & cooperando perficit quod operando incepit: quoniam ipſe ut velimus, operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. *De Gratia & lib. arb. cap.* 17. *poſt init. pag.* 897. *A. tom.* 7.

24. In ipſis temporalibus anguſtiis per hominem ſubvenit Deus, ſalus tua ipſe eſt: per Angelum ſubvenit Deus: ſalus tua ipſe eſt. *Sup. Pſ.* 34. *Concion.* 1. *verſ.* 3. *Salus tua ego ſum, pag.* 168. *D. tom.* 8.

25. Cujus lumine illuſtraris, ut candeas: ejus adjutorio fulciris ne cadas. *Tract.* 65. *in Evang. Ioan. de cap.* 13. *in fine, pag.* 283. *A. tom.* 9.

26. Fac quod in te eſt, age quod pôtes, & non deficiet tibi auxilium de Sancto. *Serm.* 17 *ad Fratr. in Eremo, ante med. pag.* 932. *D. tom.* 10.

27. Auxilium meum non ex diviõis, non ex corporalibus occaſionibus, neque ex potentia ac robore meo, neque ex cognitione humana, ſed auxilium meum à Deo eſt. *Concion.* 2. *ſup. Pſ.* 7. *poſt med. verſ.* 11. *pag.* 70. *tom.* 1.

S. Basilius Magnus. 28. Qui à Deo auxilium expectat, decorum non amittit: qui autem decorum non amittit, divino auxilio nunquàm deſtituitur. *In Conſtit. cap.* 1. *poſt med. pag.* 625. *tom.* 3.

S. Bernard. 29. Nulli peccatorum deeſt Chriſtus, nulli deeſt Jesus, nulli deeſt unctio, oulli ſalus. *Serm. de S. Martini circa med. fol.* 70. *col.* 4. *L.*

30. Dilatum auxilium oportet venire validiùs, & ſubvenire perfectiùs. *Ep.* 156. *ad Innocent. Papam, in fine, fol.* 242. *col.* 2. *E.*

31. Eſt quædam prudentia ſcire, quid ex Dei adjutorio poſſis, & ipſi ſervare te inoffenſum, qui te tibi ſervat illæſum. *Tract. de diligendo Deo, cap. Amat. in princ. fol.* 297. *col.* 3. *G.*

32. Cor dùm non curat, nec divinum quærit auxilium, ab amore cœleſtium elongatur, & in amore terreſtrium occupatur. *De Medit. cap.* 9. *poſt init. fol.* 324. *col.* 3. *G.*

33. Per Deum ſum, ſine quo nihil ſum, & nihil facere poſſum. *Ibid. poſt med. fol.* 324. *col.* 3. *H.*

34. Fruſtrà Deum propitiari ſibi quærit, qoi citò placari proximo negligit. *De Interiori domo cap.* 51. *in medio, fol.* 331. *col.* 3. *I.*

35. Meotem quam divinum auxilium deſerit, quæcumque tentatio impetierit, ſubvertit. *Serm.* 2. *ſuper Salve Regina ante med. fol.* 368. *col.* 2. *D.*

36. Fruſtrà oititur quis, ſi oon innititur. *Serm.* 85. *ſup. Cantica, ante med. fol.* 202. *col.* 3. *I.*

37. In afflictis rebus conſtitutis tantò ſolet eſſe gratior liberatoris adveotus, quantò fuerit diuturnior afflictio. *In libro de Paſſione, cap.* 46. *poſt init. fol.* 76. *col.* 1. *C. in ſecundo volumine.*

38. Aſcenſus profectù arduus eſt, & caſſus conatus abſque Dei adjutorio. *Lib.* 5. *in floribus, cap.* 21. *ſtatim ab initio.*

39. Auxilium Dei duplex eſt; correptio & conſolatio: correptio foris exercet, conſolatio viſitat intùs. *Profec.*

40. Illa reprimit inſolentiam, iſta in fiduciam erigit: illa operatur humilitatem, iſta puſillanimitatem conſolatur: illa cautos, iſta devotos facit. *Serm.* 21. *ſup. Cant. ante finem, fol.* 147. *col.* 4. *M.*

41. Omnia illi deſunt, qui oihil ſibi deeſſe putat. *Lib.* 2. *de Conſid. prope med. fol.* 277. *col.* 2. *F.*

S. Bonavent. 42. Deus adjuvat cadentes, infirmos & jacentes. *Expoſ.* 1. *ſup. Pſ.* 118. *in illud? Adjutor in tribulationibus, pag.* 150. *col.* 1. *A. tom.* 1.

43. Deus dicitur propè tribus de cauſis, per inſpiraõonem, per infuſionem, per auxilium. *Ibid. ſup. illud, Prope es tu Domine. pag.* 152. *col.* 1. *E.*

44. Ubi deficiunt amici bumani, non deficit verus amicus Chriſtus. *Serm.* 4. *Dom.* 12. *poſt Pentec. poſt med. ſup. illud Iob.* 19. *Miſeremini mei,* &c. *pag.* 181. *col.* 1. *tom.* 3.

45. Nullus hoſtis timendus eſt, poſtquàm Deum exercituum adjutorem habes. *Serm.* 6. *de Ss. Apoſt. circa med. pag* 302. *col.* 1. *&* 2. *tom.* 3.

46. Cùm diabolus ſit fortiſſimus, & nos infirmi: ipſe ſagaciſſimus, oos ignari: ipſe ſolertiſſimus, nos negligentes & pigri; neceſſe haberemus ſuccumbere, ſi nobis auxilium divinum non adeſſet. *Serm.* 5. *& in ord.* 27. *de uno Confeſſ. in princ. pag.* 334. *col.* 1. *tom.* 3.

47. Homo abſque divino auxilio, oon poteſt reſurgere à peccato. *De Reſurr. à peccato, ante med. pag.* 264. *col.* 2. *C. tom.* 6.

48. Tanta eſt diaboli crudelitas, quòd nos omni bora tranſglutiret, niſi divina protectio nos cuſtodiret. *Titul.* 7. *Dieta, cap.* 3. *poſt med. pag.* 308. *col.* 1. *D. tom.* 6. *part.* 1.

Cassiodor. 49. Tunc adjutoriom poſcimus, quando periculis ſubjacemus, ut aliquo remedio ſublevati calamitates diverſarum poſſimus vincere paſſionum. *Sup. Pſ.* 69. *in princ. verſ.* 1. *fol.* 105. *col.* 1.

50. Humana putat infirmitas elongare Deum, quando ei venire tardat auxilium. *Sup. Pſ.* 70. *ante med. verſ.* 13. *fol.* 106. *col.* 3.

S. CYPRIANUS. 51. Dei eſt, inquam, Dei eſt omne quod poſſumus. *Ep. 2. ad Donatum, cap. 3. prope init. pag. 2. columna 1. tom. 1.*

52. Expectanda non ſunt teſtimonia humana, cùm præcedunt divina ſuffragia. *Ep. 33. ad Clerum, in princ. pag. 61. col. 2. tom. 1.*

S. CYRILLUS ALEX. 53. Nihil obſtat quò minùs nos etiam humanis adminiculis ad bonum utamur, imò laudabile; imploranda verò eſt omninò Dei cura, ſupernumque auxilium. *Lib. 5. Glaphyrorum in Geneſim, cap. 2. de Iacob, circa med. pag.* 128.

54. Sine Deo nihil validum, nihil ſtabile, nihil ſanctum. *In concluſ. exhortat. ad Novitios, cap. Momim in med. fol. 26. pag. 1. & 2.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 55. Quantùm nos addiderimus ad ſtudium, tantùm Deus apponet adjutorium. *Hom. 3. ad Monachos, ſub finem. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag.* 581. *col. 1. D. edit. Colonia* 1618.

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 56. Si adeò indiget una creatura altera; quantò magis creatura ſuo opus habet creatore? *Tom. 3. Opuſc. ſerm. 2. in princ. pag.* 511.

FRANCISCUS TITELM. 57. Quibus parentum deeſt auxilium, copioſiùs adeſt divinum. *Sect. 1. ſup. Pſ. 9. poſt med. verſ.* 38. *Tibi derelictus eſt pauper, pag.* 86.

58. Non eſt ne unus quidem, qui ex ſeſe quidquam operis verè boni Deóque placiti poſſit peragere abſque ſpeciali Dei Salvatoris auxilio. *Sect. 1. ſup. Pſ. 13. circa med. pag.* 121.

59. Illic maximè ſuum ſolet Deus præſtare auxilium, ubi deeſt humanum. *Sect. 1. ſup. Pſ. 9. poſt med. verſ. 38. Tibi derelictus eſt pauper. pag.* 87.

S. FULGENT. 60. Magnum divinæ gratiæ adjutorium eſt, ut illuminata mens hominis ſemper cogitet, & præventam ſe gratuita gratia, & indeſinenter adjuvandam virtute divina. *Lib. 2. de veritate prædeſtinationis, poſt med. apud Biblioth. Patrum, tom. 6. part. 1. pagina 164. colum. 2. lit. H.*

GLOSSA ORD. 61. Qui à divino auxilio nudatus eſt, & vivit in impietate, nihil differt à beſtia. *Sup. 2 Reg. cap. 17. col. 427. B. tom. 2.*

GLOS. INT. 62. Majus eſt auxilium Dei, cùm intùs juvat. *Sup. Pſ. 58. col. 864. E. tom. 3.*

GLOS. ORD. 63. Dum ad probationem divinum auxilium differtur, non aufertur. *Sup. Thren. cap. 3. colum. 908. lit. E. tom. 4.*

S. GREGOR. MAGN. 64. Conditoris protectio & cuſtodia eſt, quod in ſtatu permanemus. *Lib. 23. Moral. cap. 19. circa med. col. 794. B & C. tom. 1.*

65. Quem divina gratia non adjuvat, moleſtia ſuæ corruptionis gravatur. *Sup. Cantica cap. 1. in illud, Trahe me poſt te, col. 8. B. tom. 2.*

66. Omnes divino egent auxilio, quos infelicis vitæ conditio anguſtat. *In 7. Pſalm. Pœnit. ſup. Pſ. 7. verſ. 1. col. 624. C. tom. 2.*

67. Infirma omninò cautela eſt, quæ pietatis adjutorio non munitur. *Lib. 8. in Regiſtro. Indict. 3. cap. 20. Ep. 20. ad Ioan. Proconſulem, prope init. col. 1016. lit. A. tom. 2.*

68. Etiamſi bonæ operationis ſtudio quis floreat, etſi lumine polleat virtutum, non poterit inimici ſuperare nequitiam, niſi divino fuerit fretus præſidio. *In 7. Pſ. pœnit. ſup. Pſ. 7. verſ. 11. in medio, col. 634. B.*

69. Nihil ſumus ſi à conditoris noſtri protectione deſeramur. *Profec.*

70. Quæ nimirùm protectio minùs neceſſaria creditur, ſi ſemper habeatur.

71. Sed utiliter plerumque ſubtrahitur, ut ſibimet ipſi homo, quàm ſine illa nihil ſit, oſtendatur. *Lib. 23. Moral. cap. 19. circa med. columna 794. B. & C. tom. 1.*

72. Humana anima ex nihilo eſt condita, ex ſe nihilominùs infrà ſe tendit, niſi ad boni deſiderii ſtatum artificis ſui manu teneatur. *Ibid. lib. 25. cap. 4. in med. num. 5. col. 829. B. tom. 1.*

73. Manifeſtum eſt, quod niſi Deus ipſe auxiliatus fuerit, & ad ſe clamantes defenderit, hoſtis noſter vinci non poterit. *Lib. 4. in Regiſtro. Indict. 13. cap. 100. Ep. 56. circa med. col.* 823. *C. tom. 2.* S. GREGORIUS MAGN.

74. Tentatis electis, divini auxilii ſplendor valdè vicinus eſt. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 1. ſtatim a medio, colum.* 1484. *B. tom. 2.*

75. Quantumcunque homo egerit & vixerit, concurrerit & comprehenderit, ſive aſſecutus fuerit: ſine adjutorio Domini ſalutem adipiſci, ſive aſſequi non poteſt. *Lib. 2. ſup. Levit. cap. 7. ante med. apud Biblioth. Patrum, tom. 7. pagina 27. columna 1. C. edit. Coloniæ* 1618. HESYCHIUS.

76. Nullum præſtantiùs auxilium in tota vita tua reperies, præterquàm à JESU. *Centuria prima, ſent. 39. apud Biblioth. Patr. tom 7. pag. 137. col. 2. H.*

77. Conſtat in bonis operibus poſt propriam voluntatem, Dei nos niti auxilio: in malis verò, diaboli. *Lib. 1. Dialogor. adverſus. Pelag. paulò poſt init. pag. 261. B. tom. 2.* S. HIERONYM.

78. In ſingulis rebus quas gerimus, Dei utendum eſt adjutorio: & calamum temperare ad ſcribendum, & temperatum pumice terere, manumque aptare litteris, tacere, loqui, ſedere, ſtare, ambulare, currere, comedere, jejunare, flere, ridere & cætera hujuſcemodi, niſi Deus juverit non poterimus. *Ibid. poſt init. pag. 262. C.*

79. Sicut rami & flagella vitium illicò contabeſcunt, cùm fuerint à matrice præciſa: ita omnis hominum fortitudo marceſcit & deperit, ſi à Dei auxilio deſeratur. *Ibid. lib. 3. in medio, pag. 301. B.*

80. Homo à principio conditionis ſuæ, Deo utitur adjutore: & cùm illius ſit gratiæ, quòd creatus eſt, illiuſque miſericordiæ quod ſubſiſtit & vivit: nihil boni operis agere poteſt abſque eo. *Tom. 3. Ep. 17. ad Cyprian. ante med. pag. 99. A.*

81. Superbia contemnentis, Dei auxilio deſeritur. *Ibid. ut ante, in fine, pag. 104. C.*

82. Dei auxilio deſtitutus, inſidiis hoſtium patet. *In Regula Monachorum, cap. 27. in fine, pag. 293. B. tom 4.*

83. Impudens eorum poſtulatio eſt, tempore neceſſitatis & anguſtiæ, ab eo quærere auxilium, quem in pace contempſerint. *Lib. 1. in Hierem. cap. 2. ſup. illud, Ubi ſunt Dii tui? pag. 268. A. tom. 5.*

84. Omnis hominum fortitudo, ſine Dei virtute, imbecilla reputatur, & nihili. *Ibid. lib. 3. cap. 16. ſup. illud, Domine fortitudo mea, pag. 304. A.*

85. Perſpicuum eſt Dei nos ſemper indigere auxilio: & nunquàm poſſe ſufficere quod ſemel datum eſt, niſi quotidie Domini bonitate renovetur. *Ibid. lib. 5. cap. 25. ſup. illud. A tertio decimo anno, &c. pagina 324. lit. C.*

86. Vide quantum ſit auxilium Dei, & quàm fragilis humana conditio, ut hoc ipſum quòd agimus pœnitentiam, niſi nos Dominus ante converterit, nequaquàm implere valeamus. *Ibid. lib. 6. cap. 31. ſup. illud, Converte me & convertar, pag. 342. D.*

87. Omnis Angelorum & hominum fortitudo, ſi non habuerit auxilium Salvatoris, imbecilla probatur & fragilis. *Lib. 1. ſup. Zachar. cap. 4. ſup. illud, Quis deſpexit dies parvos? pag. 249. C. tom. 6.*

88. Divini eſt adjutorii, ut cœpto labori agonis, victoria ſaluſque ſuccedat. *Lib. 2. Proverb. cap. 21. in fine, pag. 40. B. tom. 7.*

89. Incumbit virtuti ſæculi, qui deſperat de adjutorio Dei. *Sup. Marcum, cap. 14. Canon. 2. num. 177. ſup. illud, Vigilate & orate, pag. 109. D. tom. 7.*

90. Sine Chriſto, omnis virtus in vitio eſt. *Lib. 2. ſup. Epiſt. ad Galat. cap. 3. in illud, Iuſtus ex fide vivit. pag. 174. D. tom. 9.*

91. Conſilium hominis ſine divino auxilio infirmum eſt, & inefficax. *Lib. 1. Didaſcal. cap. 9. ante med. pag. 24. D. tom. 3.* HUGO à S. VICTORE.

HUGO CARD.

92. Triplex eſt adjutorium Dei.
- Unum ante pugnam.
- Unum in pugna.
- Alterum poſt pugnam. *Sup. Pſal. 7. in illud, Juſtum adjutorium, &c. fol. 14. col. 3. tom. 2.*

JOAN. CASS.

93. Nulla virtus humana (ſi diutiùs Dei deſeratur auxilium) ſua poterit conſtantia perdurare. *In collat. 4. Abbat. Danielis, cap. 6. circa med. pag. 374.*

94. Humana nihil eſt virtus, ſi eam virtus divina non juverit. *In collat. 12. Abbat. Charemonis, cap. 15. in fine pag. 589.*

95. Sine adjutorio Dei, omninò nihil boni perfici poteſt. *In Collat. 13. Abb. Cherem. cap. 3. in tit. pag. 593.*

96. Non ſolùm actuum, verùm etiam cogitationum bonarum, ex Deo eſt principium. *Ibid. poſt med. pagina 593.*

S. JOANNES CHRYSOST.

97. Cùm deſperatæ ſunt res, tunc Deus ſuccurrit & dirigit omnia. *Hom. 32. ſup. Geneſ. ante med. colum.* 262. *C. tom. 1.*

98. Nihil prodeſt regnum ei, qui ſuperno auxilio deſtituitur; & nihil potentius eſt eo, qui manu Dei adjuvatur. *Ibid. Hom. 35. circa med. ſup. illud, Egreſſus eſt in occurſum. col. 290. B,*

99. Nihil eſt beatius viro ſuperna manu adjuto. *Ibid. Hom. 56. circa finem, col. 445. B.*

100. Quando quis injurias æquo animo & manſuetè tolerat, majori & longiori auxilio divino fruitur. *Ib. Hom. 57. ante med. col. 446. C.*

101. Nihil prorsùs agere poſſumus, niſi supernâ gratiâ ſimus adjuti. *Ibid. Hom. 58. in fine, colum. 463. lit. C.*

102. Vigilans atque ſolicitus, etiam ſpatii dilatione ſupploſa, in ipſis temporis anguſtiis conſtitutus, auxilium facilè benignitatis agnoſcit, & exultans recipit. *Hom. de Jona Propheta non procul ab initio, col. 841. D. tom. 1.*

103. Colonus Dei, diaboli auxilium non requirit, ſed Dei: colonus autem diaboli, etſi auxilium Dei quærit, non invenit. *Hom. 42. oper. imperf. ſup. Matth. ab initio, col 1033. C. tom. 2.*

104. Nihil imbecillius illis, qui à Spiritus ſancti ſunt auxilio deſtituti. *Hom. 65. ſup. Ioan. ante finem, col. 318. B. tom. 3.*

105. Quando aliquid longè præter naturam accidit, idque decorum eſt & utile, profectò conſtat divinam quandam virtutem atque auxilium in eo operatum eſſe. *Hom. 3. ſup. 1. ad Cor. poſt med. columna 342. C. tom. 4.*

106. Nullo ſuperno egere ſe arbitrari auxilio, dementiæ eſt. *Ibid. Hom. 7. poſt med. col. 374. A.*

107. Cùm propter Deum anima affligitur, tunc majori fruitur auxilio. *Hom. 26. ſup. 2. ad Cor. in princ. Mor. col. 854. A. tom. 4.*

108. Auxiliator Deus non eſt otioſi auxiliator, ſed ſimul operantis; non enim auxilium ſuppeditabit dormienti, ſed operanti. *Serm. 21. ſup. Ep. ad Epheſ. in fine Moralis. col. 1098. D. tom. 4.*

109. Rectè facta, ut humana non ſint, divino indigent auxilio. *Ser. 1. ſup. Ep. 1. ad Philip. poſt med. col. 1126. B. tom. 4. ſup. illud 1. Qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet.*

110. Civitas ſuperno deſtituta auxilio, ſolitaria remanet, & omnibus nudata. *Hom. 2. ad Popul. Antioch. poſt init. ſup. illud. Iſaya 6. Facta eſt nobis civitas ut terebinthus. col. 26. B. tom. 5.*

111. Maximum munimen, & inexpugnabilis murus, eſt divinus favor. *Ibid. Hom. 45. in princ. col. 319. lit. B. tom. 5.*

112. Divina ope munito fortius nihil: & deſtituto nihil imbecillius, licèt innumeris exercitibus circumvalletur. *Ibid. ut antè.*

113. Nemo poteſt quidquam generoſum, vel magnum facere, niſi Chriſti potiatur auxilio. *Ibid. Hom. 57. ante finem, col. 385. C.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

114. Tunc anima majori potitur adjutorio, quando majoris indiget auxilii, majoriſque gratiæ. *Ibidem Hom. 96. paulo ante med col. 426. B.*

115. Si facias omnia quæ in te ſunt, ſperare debes & ea quæ à Deo ſunt: aderit namque tibi, ſi tu ipſe priùs non defueris tibi. *Hom. quod nemo læditur niſi à ſemetipſo, ante finem. col 768. B. tom. 5.*

116. Sicut navis fracto gubernaculo illuc ducitur ubi tempeſtas voluerit: ſic & homo divinæ gratiæ auxilio perdito, per peccatum agit quod non vult, ſed quod diabolus vult. *Hom. 37. oper. imperf. ſup. Matth. poſt init. col. 993. A. tom. 2.*

S. JOAN. DAM.

117. Qui Servatoris Dei ope ac præſidio caret, hic ſub hoſtium ac prædonum poteſtate eſt. *Lib. 1. Parall. cap. 12. circa med. fol. 14. pag. 2. B.*

S. ISIDORUS HISPALENS.

118. Nihil poſſunt homines in bonum ſua prævalere virtute, niſi divinæ gratiæ ſuſtententur juvamine. *Lib. 2. de ſum. bono. cap. 5. ſent. 4 pag. 639. col. 1.*

119. Ut pereas, tuo eſt merito: ut ſalveris, meo auxilio. *Ibidem.*

120. In omni opere tuo, Dei auxilium poſce. *Et habetur apud Bedam, tom. 7. in ſuis ſcintillis, cap. 66. col. 446.*

S. ISID. PELUS.

121. Vis tibi Deus opituletur? vide ſi cùm poſſes, ei qui tua ope indigebat adjumento fueris. *Lib. 1. Ep. 387. Scholaſtico. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 512. col. 1. A.*

LACT. FIRM.

122. Deus non eſt tàm immitis hominum contemptor, ut auxilium laborantibus deneget. *De ira Dei, cap. 16. in princ. pag. 353.*

S. LEO I.

123. Ubi veritas eſt magiſtra, nunquàm deſunt divina ſolaria. *Ep. 36. ad Martin. Presbyt. non procul à medio, fol. 105. pag. 1.*

S MACHARIUS.

124. Anima, quæ ſummo ſtudio imploraverit auxilium divinum, conſequetur illud. *Hom. 3. in calce, apud Bibl. Patrum, tom. 4. pag. 49. col. 2. F. edit. Coloniæ 1618.*

S. NILUS.

125. Studium humanum ſine Dei auxilio, finem aſſequi optatum non poteſt. *In libro Aſcetico ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 957. col. 2. F. edit. Colonia 1618.*

126. Magnum quid videtur homo, cùm Dei adeſt auxilium: à quo derelictus, naturæ ſuæ agnoſcit imbecillitatem. *Orat. 8. de ſuperbia. in med. pag. 972. col. 1. B. &c. ut antè.*

127. Qui Deum ſecum habet, omnibus eſt fortior. *Et habetur apud Ioan. Damaſc. lib. 1. Parall. cap. 54. fol. 30. pag. 2. B.*

ORIGENES.

128. Non ſufficit ad perficiendam ſalutem ſola voluntas humana. niſi hæc ipſa voluntas, & quæcumque eſſe poteſt induſtria, divino vel juvetur, vel muniatur auxilio. *Lib. 3. Periarchon cap. 2. poſt med. pag. 455. col. 2. D. tom. 1.*

129. Nihil fit ſine Deo, vel agente, vel permittente. *Ibid. in fine, pag. 458. col. 1. G.*

PET. BLES.

130. Nihil timebit eorum, quæ ſub cœlo ſunt, quem protegit Deus cœli. *Serm. 12. Quadrag. ſub finem, apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 855. col. 1. B. edit. Colonia 1618.*

PETRUS CELLENSIS.

131. Sine Deo, Angelus dæmon efficitur: ſine Deo, homo ad nihilum redigitur: cum Deo Angelus beatificatur: cum Deo, homo glorificatur. *De Panibus, cap. 6. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 644. col. 2. G.*

S. PETRUS DAMIANUS.

132. Ubi magis ex humana ratione diffiditur, illic propenſiùs ſuperna clementia ſubvenitur. *Profec.*

133. Ubi ſolatium deſperamus hominum, divinum plerumque cernimus adeſſe præſidium. *Lib. 7. Ep. 17. ad Raynerium ante med. pag. 118. col. 2. E. tom. 1.*

134. Si qui adversùs vitiorum monſtra confligunt, ſupernæ virtutis auxilio fulciuntur. *Opuſc. 7. cap. 22. circa med pag. 460. col. 1. D. tom. 3.*

S PROSPER.

135. Non tardat auxilium, qui dedit votum. *Sup. Pſ. 101. verſ. 3. pag. 113. col. 1. D. apud Bibl. Patr. to. 5. part. 3.*

S. Prosper. 136. Interior homo, qui ſemper ſibi ſentit reſiſti, ſemper de divino auxilio expectet adjuvari. *Sent.* 18. *in fine tomi 3. operum D. Auguſt. pag.* 743. *D.*

137. Nemo tàm eruditus, nemo tàm doctus eſt, qui ſuperna illuſtratione non egeat. *Ibidem, Sent.* 27. *pag.* 745. *A.*

138. In primo homine patuit, quòd hominis arbitrium valeret ad mortem: in ſecundo autem, quòd Dei adjutorium valeret ad vitam. *Ibidem, Sent.* 255. *pag.* 755. *B.*

139. Natura humana etſi in illa integritate, in qua condita eſt, maneret; nullo modo ſeipſam Creatore ſuo non adjuvante ſervaret. *Ibidem, Sent.* 307. *pag.* 759. *lit. B.*

Robertus Bellarmin. 140. Sicut mortui nihil omninò poſſunt, ita homo ſine Dei adjutorio nihil omninò poteſt. *Sup. Pſ.* 27. *verſ.* 1. *pag.* 136. *col.* 1.

S. Synesius Cyrenens. 141. Deus bonis viris perpetuò, planeque opitulator ac propitius eſt *De Regno ad Arcadium Imperat. poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 5 *part.* 1. *pag.* 51. *col.* 2. *E.*

Theodoretus. 142. Omne hominum auxilium, Deo non adjuvante, vanum & inutile eſt. *Sup. Pſ.* 107. *verſ. penult. pag.* 174. *col.* 1. *B tom.* 1.

S. Thomas Aquinas. 143. Quamdiu adeſt humanum auxilium homo non debet confugere ad auxilium divinum, quia hoc eſſet tentare Deum. *Sup.* 2. *ad Cor. cap.* 11. *lect.* 6. *ſub finem, in illud, Sic effugi manus ejus,* &c. *folio* 126. *col.* 2.

Thomas a Kempis. 144. Quem Deus adjuvare voluerit, nullius perverſitas nocere poterit. *Lib.* 2. *de Imit. Chriſti, cap.* 2. *in princ. pag.* 349. *tom.* 2.

S. Valerian. 145. Nunquàm deſerit Dominus voluntatem Religionis ſtudio florentem; nec deſunt ſolatia divinitatis, ubi ſunt actus bonæ converſationis. *Profec.*

146. Tunc ſanè nos bona deſerunt, cùm deteriora ſuccedunt: quia non dubiè divino auxilio deſtituimur, poſtquàm iniquitatis deſideriis occupamur.

147. Aſſiſtente igitur Deo, ſine dubio dominatio diabolicæ poteſtatis abſentat.

148. Ubi autem virtutum Dominus diſceſſerit, facilè hoſtis aulam vacuæ poſſeſſionis invadit. *Homil.* 11. *ante med. apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 488. *colum.* 1. *C.*

149. Nec ſine Domino quod bonum eſt, ædificari, nec ædificatum ſine Domino poterit cuſtodiri. *Ibidem, ut antè D.*

150. Satis ibi vacillat humanum ſtudium, ubi non requiritur Dei auxilium. *Profec.*

151. Nam non dubiè periclitatur fides, ſi non muniatur patrocinio divinitatis. *Ibid. a medio, pag.* 488. *col.* 2. *lit. F.*

152. Nihil illis fortius ac beatius, qui Deum habent adjutorem. *Libr.* 8. *cap.* 144. *propè med, pagina* 899. *col.* 1. **In vitis Patr.**

153. Hominum virtus, non in natura conſiſtit (hæc enim variabilis eſt) ſed in Dei adjutorio. *Ibidem, in medio, cap.* 899. *col.* 1.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

154. Deus injuriâ vexatis opitulari creditur. *Lib.* 2. *Rhetor. cap.* 5. *in fine tom.* 2. **Aristoteles.**

155. Nihil ſine Deo poteſt quiſquam. *Lib.* 2. *Academic. quæſt. poſt med. num.* 121. *columna* 48. *lit. C. tom.* 4. **Cicero.**

156. In omnibus tàm maximis, quàm minimis debet implorari auxilium Dei. *Tom.* 3. *Syzygia* 5. *in dialogo Timæi, circa med.* **Plato.**

157. Non poteſt res magna ſine adminiculo numinis ſtare. *Epiſt.* 41. *in med. pag.* 595. *tom.* 2. **Seneca.**

158. Nulla ſine Deo mens bona eſt. *Epiſt.* 73. *in fine, pag.* 673. *tom.* 2.

159. Sine Deo non poteris vivere Deo. *Sent.* 205. *apud Bibl. Patrum, tom.* 3. *pag.* 66. *col.* 1. *lit. A. edit. Coloniæ* 1618. **Sixtus Philosoph.**

160. Nefas eſt Deum Patrem invocare, & aliquid inhoneſtum agere. *Ibidem, Sent.* 216. *pagina* 66. *col.* 1. *lit. B.*

161. Si à quodam influxum ſuum Deus ſubtraxerit, deficiente vitâ, in mortem corruent univerſa: cùm verò vivant omnia, unaque ſit vita cunctorum, unus eſt Deus. *Lib. de poteſt. & Sap. Dei, cui titulus Pimander, cap.* 11. *circa med.* **Trismegist.**

162. Juſto homini in Dei religione, & in ſumma pietate, Deus præſidium eſt: Deus enim talem ab omnibus tutatur malis, Pater enim omnium & Dominus, qui ſolus eſt omnia, omnibus ſe libenter oſtendit. *De volunt. divina, cui titulus Aſclepius, cap.* 10. *in medio.*

163. Proſpera negotia, cùm divina ſuffragatione foventur, humana minùs indigent. *Lib.* 4. *dict. memor. cap.* 7. *circa init. pag.* 188. **Valer. Max.**

Vide etiam tit. liberum Arbitrium Sent. 82. 83. 96. 147. 153. *Tentatio. Sent.* 125. *Tribulatio. Sent.* 106. *Victoria in genere. Sent.* 62.

Auxilium humanum.

Vide Adjuvare.

B.

LIBER SECUNDUS.
BAPTISMUS.

Collector. ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO, DIFFERENTIA, ORIGO.

Etymologia.

S. Iſidorus Hiſpalenſ. Baptiſmus græcè βαπτισμὸς dicitur, quod eſt immerſio à βάπτω, immergo.

Baptiſmus græcè, latinè tinctio interpretatur: quia ibi homo Spiritu gratiæ in melius immutatur, & longè aliud quàm erat efficitur. *Prof.*

Priùs enim deformitate peccatorum fœdi eramus, in ipſa tinctione reddimur pulchri dealbatione virtutum. *Lib. 6. Etymol. cap. 19. verbo Baptiſmus, pag.* 82. *columna* 2.

Definitio.

S. Ambroſ. Baptiſmus eſt quaſi diluvium, quo peccata omnia diluuntur, & ſola juſti mens, & gratia reſuſcitatur. *Lib. 2. de Sacramentis, cap. 1. in medio, colum.* 1240. *D. tom.* 4.

S. Antonin. Baptiſmus eſt janua omnium Sacramentorum, ante quod nullum ſuſcipi poteſt vel debet. *Part. 3. titul. 1. cap. 19. §. 12. prope med. fol 19. col. 4.*

S. Baſilius Magnus. Baptiſma eſt:
- Captivorum redemptio.
- Debitorum remiſſio.
- Mors peccati.
- Regeneratio animæ.
- Indumentum lucidum.
- Sigillum Chriſti.
- Vehiculum ad cœlum.
- Regni largitor.
- Adoptionis donum. *Concion. 13. de Baptiſmate in med. pag. 209. tom. 1.*

S. Bonavent. Baptiſmus eſt vitæ ſpiritualis principium, & ſigillum, & cuſtodia, & illuminatio mentis *Part. 3. Centiloquii ſect. 48. in princ. pag. 91. col. 1. E. tom. 6.*

Baptiſmus eſt Sacramentum fidei: ergo ubi deficit fides, deficit baptiſmus. *In 4. ſent. Diſt. 1. art. 1. quæſt. 2. Arg. 2. pagina 61. col. 2. B. tom. 5.*

Baptiſmus eſt Sacramentum fidei, confirmatio ſpei, euchariſtia charitatis. *Lib. 6. Compendii Theolog. veritatis, cap. 5. prope med. pag. 773. col. 1. B. tom. 7.*

S. Greg. Nyſſ. Baptiſma eſt:
- Peccatorum expiatio.
- Remiſſio delictorum.
- Regenerationis cauſa.
- Renovationis origo. *De Baptiſmate poſt init. col. 458. C.*

Hugo à S. Victore. Baptiſmus eſt aqua diluendis criminibus ſanctificata per verbum Dei. *Lib. de Sacram. part. 6. cap. 2. in princ. pag. 453. D. tom. 3.*

Hugo Card. Baptiſmus eſt aſcenſus quo de originali culpa, & filiatione diaboli, in adoptionem filiorum Dei aſcenditur. *Sup. Cant. cap. 3. fol. 122. col. 2. tom. 3.*

S. Joannes Chryſoſt. Baptiſma nihil eſt aliud, quàm interitus ejus qui baptizatur, & illius reſurrectio. *Homil. 9. ſup. Ep. ad Hebr. ante finem, col. 1725. B. tom. 4.*

Petrus Lombardus. Baptiſmus dicitur intinctio, ideſt, ablutio corporis exterior facta ſub forma verborum præſcripta. *Lib. 4. Sent. diſt. 3 in princ. pag. 369. A.*

S. Thomas Aquinas. Baptiſmus eſt animæ ſpiritualis regeneratio, qua configuramur morti Chriſti, in remedium originalis criminis adhibita. *Part. 3. quæſt. 66. art. 9. in princ. corporis, pag. 141. col. 1.*

Catechiſmus Romanus. Baptiſmus eſt Sacramentum, quo ſpiritualiter renaſcimur, & in filios Dei adoptamur.

Diviſio.

Hugo à S. Victore. Sacramentum baptiſmi in tribus conſiſtit: videlicet in factis, in dictis, in rebus *Prof.*

In rebus, ut eſt aqua & oleum: in dictis, ut eſt invocatio Trinitatis: in factis, ut eſt ſubmerſio in aquam & inſufflatio. *Lib. 1. de Sacram. cap. 12. in fine, pag. 256. H. tom 3.*

Differentia.

S. Ambroſius. Baptiſmus Joannis, oculus ſuppliciorum eſt: baptiſmus Chriſti, oculus gratiarum. *Sup. Pſ. 37. ante med. Præfat. colum. 1321. A. tom. 4.*

Multa ſunt genera baptiſmatum, ſed unum baptiſma ſolum eſſe clamat Apoſtolus. *Prof.*

Sunt baptiſmata gentium, ſed non ſunt vera baptiſmata; lavacra enim ſunt, baptiſmata eſſe non poſſunt: caro lavatur, non culpa diluitur, imò contrahitur. *Lib. 2. de Sacram. cap. 1. poſt med. col. 1240. D. tom. 4.*

Hugo à Sancto Victore. Inter baptiſma Joannis & baptiſma Chriſti hæc diſtantia eſt, quod in baptiſmo Joannis per intinctionem aquæ ſolùm Sacramentum dabatur; in baptiſmate vero Chriſti, cum Sacramento etiam res Sacramenti percipitur. *Lib. 2. de Sacram. part. 6. cap. 6. in princ. pag. 456. D. tom. 3.*

Origo.

S. Bonavent. Baptiſmus materialiter inſtitutus eſt, quando filius Dei baptizatus eſt. *Prof.*

Effectivè fuit inſtitutus, quando Chriſtus paſſus eſt: formaliter verò, poſt Reſurrectionem. *In Joann. cap. 3. pag. 323. col. 1. tom. 2.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambroſius. 1. Omnis juſtitia in baptiſmate conſtituta eſt; non aqua omnis ſanat, ſed aqua ſanat, quæ habet gratiam Chriſti. *Prof.*

2. Aliud eſt elementum, aliud conſecratio, aliud opus, aliud operatio: non ſanat aqua, niſi Spiritus ſanctus deſcenderit, & aquam illam conſecraverit. *Lib. 1. de Sacram. cap. 5. circa med. colum. 1239. B. tom. 4.*

3. In baptiſmate quaſi ſpecialiter crucifigeris Chriſto. *Lib. 6. de Sacram. cap. 2. in medio colum. 1254. lit. A. tom. 4.*

4. Mendacium valdè graviſſimum eſt, cùm mentimur ea, quæ in baptiſmate promiſimus. *Sup. Apoc. cap. 14. ante med. col. 3097. B. tom. 3.*

5. Quia poſt baptiſmum inquinamus vitam, baptizemus in lachrymis conſcientiam. *Et habetur apud Bed. tom. 7. in ſcintillis, cap. 6. col.* 380.

S. Auguſtin. 6. Rebaptizare hæreticum hominem, qui hæc ſanctitatis ſigna perceperit, quæ Chriſtiana tradidit diſciplina, omninò peccatum eſt: rebaptizare autem Catholicum, immaniſſimum ſcelus eſt. *Ep. 23. ad Maximinum Epiſcop. poſt init. pag. 533. B. tom. 2.*

7. Baptiſmus corrumpi & adulterari non poteſt, etſi à corruptis & adulteris habeatur. *Lib. 4. contra Donatiſt. cap. 2. poſt init. tom. 7.*

8. Si inter bonos miniſtros, cùm ſit alius alio melior, non eſt melior baptiſmus, qui per meliorem datur; nullo modo eſt malus, qui etiam per malum datur, quando idem baptiſmus datur: & ideò per miniſtros diſpares, Dei munus æquale eſt; quia non illorum, ſed ejus eſt. *Ibid. lib. 3. cap. 6 in calce.*

9. Baptiſmus non eſt hæreticorum, ſed Chriſti. *Ser. de Emerito poſt init. tom. 7.*

10. Quid eſt baptiſmus Chriſti? lavacrum aquæ in verbo. Tolle aquam, non eſt baptiſmus: tolle verbum, non eſt baptiſmus. *Tract. 15. ſup. Joann. poſt initium, tom. 9.*

11. In Eccleſia tantummodò Catholica poteſt unicuique prodeſſe perceptio baptiſmatis, ſi tamen in

Digitized by Google

Eccleſia Catholica benè vivat. *De fide ad Petrum, cap.3. poſt med. pag.* 160. *C. tom.* 3.

S. AUGUSTIN. 12. Firmiſſimè tene, & nullatenùs dubites, non ſolùm homines jàm ratione utentes, verùm etiam parvulos, qui ſive in uteris matrum vivere incipiunt, & ibi moriuntur, ſive cùm de matribus nati ſine Sacramento ſancti baptiſmatis, quod datur in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, de hoc ſeculo tranſeunt, ignis æterni ſempiterno ſupplicio puniendos. *Proſec.*

13. Quia etſi propriæ actionis peccatum nullum habuerint, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione, & nativitate traxerunt. *Ibidem, cap.* 27. *per totum. pag.* 164. *D.*

14. Firmiſſimè tene, & nullatenùs dubites (exceptis illis, qui pro nomine Chriſti ſuo ſanguine baptizantur) nullum hominem accepturum vitam æternam, qui non hìc à malis ſuis fuerit per baptiſmum liberatus. *Ibid. cap.* 30. *in princ. pag.* 165. *A.*

15. Sicut intra Eccleſiam rectè credentibus per Sacramentum baptiſmi ſalus confertur, ſic extra Eccleſiam baptizatis, ſi ad Eccleſiam non redierint, eodem baptiſmo accumulatur pernities. *Ibidem, cap.* 36. *circa init. pagina.* 165. *lit. B.*

16. Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites, non omnes qui intra Eccleſiam Catholicam baptizantur, accepturos eſſe vitam æternam: ſed eos qui percepto baptiſmate rectè vivunt. *Ibid. cap.* 40. *in princ. pag.* 166. *lit. C.*

17. In hæreticis baptiſmus Chriſti (eorum iniquitate & perverſitate damnata, ſivè correcta) agnoſcendus & approbandus eſt. *Lib.* 6. *de baptiſm. contra Donat. cap.* 30. *in fine, pag.* 315. *B. tom.* 7.

18. Baptiſmus Sacramentum eſt gratiæ, ipſa verò gratia abolitio peccatorum eſt; non eſt apud hæreticos baptiſmi gratia. *Ibidem, lib.* 7. *cap.* 19. *in medio pag.* 325. *A.*

19. Nemo renaſcitur in Chriſti corpore, niſi priùs naſcatur in peccati corpore. *Lib.* 1. *de peccator. meritis & remiſſione cap.* 29. *ante med. pag.* 460. *lit. D. tom.* 7.

20. Quantò magis caro peccati baptizanda eſt propter evadendum judicium, ſi baptizata eſt caro ſine peccato propter imitationis exemplum? *Ibidem, cap.* 25. *in princ. pag.* 479. *B.*

21. Sacramentum baptiſmi, Sacramentum regenerationis eſt. *Ibidem, cap.* 27. *in princip. pagina* 480. *lit. D.*

22. Omnes Sacramentum Chriſti accipientes Chriſtiani vocantur, ſed non omnes dignè illo Sacramento vivunt. *Sup. Pſ.* 47. *non procul a medio, verſ.* 8. *pag.* 300. *D. tom.* 8.

23. Baptiſma tale eſt qualis eſt ille, in cujus poteſtate datur: non qualis eſt ille, per cujus miniſterium datur. *Tract.* 5. *ſup. Evang. Joann. de cap.* 1. *ante med. pag.* 28. *C. tom.* 9.

24. Sibi tenuit Dominus baptizandi poteſtatem, ſervis miniſterium dedit. *Ibid. ut ante lit. D.*

25. Pœnitentia ſi in extremo hiatu vitæ advenerit, ſanat & liberat in ablutione baptiſmi; ita quòd nec purgatorium ſentiunt, qui in fine baptizantur. *De vera & falſa pœnit. cap.* 17. *poſt init. pagina* 748. *lit. D. tom.* 4.

26. Baptiſma cœleſte myſterium eſt. *De quæſt. veteris & novi Teſtamenti, part.* 2. *quæſt.* 59. *in princ. pag.* 527. *A. tom.* 4.

27. Sicut ſordes corporeas aqua, ita ſpiritus animam abluit à peccatis: ut quomodo viſibilia viſibilibus, ita & ſpiritualibus proſit Spiritus; ac per hoc ſpiritalis ratio vertitur in baptiſmo. *Ibidem.*

28. Sine pœnitentia nulli profuit baptiſmus, qui peccavit ſpontaneus. *De vera & falſa pœnit. cap.* 8. *circa init. pag.* 742. *C. tom.* 4.

29. Eccleſia paradiſo comparata, indicat nobis poſſe quidem ejus baptiſmum homines etiam foris accipere, ſed ſalutem beatitudinis, extra eam neminem vel percipere, vel tenere. *Lib.* 4. *de baptiſmo contra Donatiſtas, cap.* 1. *in princ. pag.* 277. *A. tom.* 7.

30. Tantum valet baptiſmus per hominem contemptibilem, quantum per Apoſtolum datus. *Ibid. lib.* 5. *cap.* 13. *ante med. pag.* 296. *D.* S. AUGUSTIN.

31. Crux eſt baptiſma; quod ergo crux Chriſto & ſepulchrum, hoc nobis baptiſma factum eſt. *Lib.* 1. *contra Julian. cap.* 2. *poſt med. ſup. illud Rom.* 6. *In Chriſto baptizati ſumus pag.* 647. *A. tom.* 7.

32. In aqua verbum mundat: detrahe verbum, & quid eſt aqua niſi aqua? accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum. *Proſec.*

33. Undè iſta tanta virtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat, niſi faciente verbo? Non quia dicitur, ſed quia creditur: nam & in ipſo verbo, aliud eſt ſonus tranſiens, aliud virtus manens. *Tract.* 80. *ſup. Evang. Ioann. de cap.* 15. *ſub finem, pagina* 303. *lit. B. tom.* 9.

34. Baptizatus eſt quis, navis eſt inſtaurata, ſubuncta, veliticata, miſſa in mare: indiget gubernaculo, quouſque ad portum deſideratum perveniat. *De Cataclyſmo, cap.* 1. *ante med. pag.* 671. *D. tom.* 9.

35. Baptizatus es, mundatus es, unctus es, oleo reſtauratum eſt corpus tuum ad priorem ſtatum primi illius hominis ante peccatum, noli poſtmodùm malè ſecurus eſſe. *Ibidem, cap.* 2. *circa med. pag.* 673. *lit. A.*

36. Non omnes qui tenent baptiſmum, tenent Eccleſiam: ſicut non omnes qui tenent Eccleſiam, tenent & vitam æternam. *Lib.* 5. *de baptiſmo contra Donat. cap.* 16. *in princ. pag.* 279. *B. tom.* 7.

37. Fides & baptiſma duo ſalutis modi ſunt inter ſe cohærentes & inſeparabiles. *Proſec.*

38. Fides enim perficitur per baptiſmum, baptiſmus verò fundatur per fidem. *De Spiritu ſancto, cap.* 12. *in fine pag.* 381. *tom.* 2.

39. Si qua eſt in aqua gratia, non ex aquæ natura eſt, ſed ex præſentia Spiritus ſancti. *Proſec.*

40. Non enim eſt baptiſma ſordium carnis depoſitio, ſed conſcientiæ bonæ ſtipulatio ad Deum. *Ibid. cap.* 15. *poſt med. pag.* 134.

41. Parvulis Chriſtianorum Chriſti intercluditur vita, dùm baptiſmi negatur gratia. *Epiſt.* 240. *ad Hildephonſum comitem fere in princ. folio* 258. *colum.* 4. *lit. K.* S. BERNARD.

42. Adverte ſine dubio homini non baptizato, & mortuo, fidenter de ſola fide ſalutem præſumere, & tribuere indubitanter bonæ voluntati quod defuit facultati. *Proſ.*

43. Sola fides & mentis ad Deum converſio ſine effuſione ſanguinis, & ſine perfuſione aquæ, ſalutem ſine dubio operatur volenti, ſed non valenti, prohibente articulo baptizari. *Ep.* 77. *ad Hugonem de S. Victore ante med. fol.* 224 *col.* 1. *&* 2. *B. & F.*

44. Diluuntur in baptiſmate cuncta peccata, & originaliter tracta, & ignoranter vel ſcienter adjecta. *Lib.* 2. *Pharetra, cap.* 5. *ante med. pag.* 129. *colum.* 1. *lit. D. tom.* 6. S. BONAVENT.

45. Baptiſmus eſt intrantium porta. *Serm.* 3. *de S. Andræa, ante med. pag.* 218. *col.* 1. *tom.* 3.

46. Baptiſmus
- A peccato mundat.
- Pœnam relaxat.
- Rationalem illuminat.
- Concupiſcibilem ad bonum inflammat.
- Iraſcibilem confortat.
- Gratiam tribuit
- Characterem imprimit.
- Fomitem mitigat.
- Poteſtatem diaboli minuit.
- Januam Cœli aperit.
- Templum Chriſti hominem efficit.
- A ſatisfactione exteriori liberat. *Lib.* 6.

Compendii Theolog. veritat. cap. 9. *poſt med. & conſequenter. pag.* 774. *col.* 2. *lit. D.E. tom.* 7.

S. Clem. Pap.

47. Sive juſtus ſit, ſive injuſtus, baptiſmus per omnia illi oeceſſarius eſt. *Prof.*

48. Juſto quidem, ut adimpleatur in eo perfectio, & regeneretur Deo: injuſto verò, ut peccatorum quæ geſſit in ignorantia, remiſſio concedatur. *Lib. 5. Recognit. longè ante finem, fol.* 109. *pag.* 1.

S. Cyprianus.

49. Baptiſma non eſt ubi Spiritus ſanctus non eſt, quia baptiſma eſſe ſine Spiritu ſancto non poteſt. *Ep.* 74. *ad Pompeium, cap.* 2. *in medio, pagina* 192. *col.* 1. *tom.* 1.

50. Peccata purgare, & hominem ſanctificare aqua baptiſmi ſola non poteſt, niſi babeat Spiritum ſanctum. *Ibidem, ut ante.*

51. Fruſtrà baptizari & ſanctificari illic aliquis ſalutari baptiſmo poteſt, ubi conſtat baptizantem baptizandi licentiam oon habere. *Ep.* 76. *ad Magnum cap.* 3. *poſt med. pag.* 209. *col.* 2. *tom.* 1.

52. In aquæ baptiſmo, accipitur peccatorum remiſſio: in ſanguinis baptiſmo, corona virtutum. *De Exhort. Martyrii ad Fortunatum, in fine, pag.* 330. *colum.* 2. *tom.* 2.

S. Cirillus Hyerosol.

53. Si quis non baptizatur, ſalutem non habet, præter ſolos Martyres, qui vel ſine aqua regno cœleſti potiuntur. *Catecheſ.* 3. *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 42. *col.* 2. *lit. F. edit. Colon.* 1618.

54. Duplex eſt baptiſmatis ſalutaris virtus: una, quæ baptizatis donatur per aquam: altera verò, ſanctorum Martyrum in perſecutionibus per proprium ſanguinem. *Prof.*

55. Exivit de latere ſalutari Chriſti ſanguis & aqua, propter eam quæ futura eſſet confeſſionem, & in baptiſmo, & in temporibus Martyrii confirmationis gratiam. *Ibidem, Catecheſ.* 13. *circa medium, pag.* 429. *col.* 1. *B.*

56. Inſufflationes Sanctorum, & nominis Dei invocatio, quæ in baptiſmo fiunt, tanquàm vehementiſſima quædam flamma urit dæmones, & in fugam convertit. *Ibidem, Catecheſi myſtagogica* 2. *ante med. pag.* 452. *col.* 1. *C.*

S. Diadochus.

57. Sathanas ab anima per ſanctum baptiſmum excluditur. *De Perfect. ſpiritual. cap.* 79. *apud Biblioth. Patrum, tom.* 4. *pagina* 756. *colum.* 2. *lit. G.*

S. Gregor. Magnus.

58. Quantùm apud nos valet aqua baptiſmatis, tantùm apud veteres valuit vel pro parvulis ſola fides, vel pro majoribus virtus ſacrificii, vel pro Hebræis myſterium circumciſionis. *Lib.* 4. *Moral. cap.* 3 *prope init. col.* 92.

Haymo.

59. Sicut homo in ventrem matris ſuæ iterùm non poteſt introire, & renaſci: ſic qui baptizatus eſt, rebaptizandus non eſt. *Prof.*

60. Sive enim ab hæretico, ſive à quolibet facinoroſo in nomine ſanctæ Trinitatis baptizatus fuerit, iterùm non eſt baptizandus, ne invocatio tanti nominis videatur annullari.

61. Hoc autem ſacramentum nec malus pejùs, nec bonus meliùs implere poteſt: quia qualiſcunque ſit miniſter exterior, Spiritus ſanctus operator eſt interior. *Serm. Octav. Pentec. ante med.*

S. Hieron.

62. Perfectum baptiſma non eſt, niſi quod in cruce & in Reſurrectione Chriſti eſt. *Tom.* 2. *Ep.* 12. *adverſus Luciferianos, longe ante med. pag.* 178. *D.*

63. Non poteſt fieri ut corpus bapoiſmi recipiat ſacramentum, niſi ante anima fidei ſuſceperit veritatem. *Prof.*

64. Baptizatur autem in nomine Patris, & Filii, & Spiritu ſancti: ut qoorum una eſt divinitas, nna ſit largitio; nomenque Trinitatis, unus Deus. *Lib.* 3. *ſup. Matth. cap.* 28. *in fine, Canon.* 10. *num.* 355. *pag.* 86. *D. in illud, Euntes docete omnes, &c. tom.* 9.

Hugo a S. Vict.

65. In baptiſmo fit remiſſio omnium peccatorum, datur virtus benè operandi, & in bono proficiendi, & in profectu perſeverandi. *In Annotat. ſup. Ep. ad Rom. longè ante med. in illud Rom.* 4. *Merces non imponitur ſecundum gratiam, pag.* 262. *tom.* 1.

66. Baptiſma carnis incentiva extinguit, peccatorum tàm origioalium, quàm actualium labem abluit, innocentiæ candorem reducit: & dùm ſic cœleſtis Patris imaginem reformat, filios adoptionis regenerat. *Lib.* 2. *de Anima, cap.* 50. *ante finem, pagina* 128. *lit. G. tom.* 2.

S. Joannes Chrysoston.

67. Natura viperarum talis eſt, ut cùm momorderint hominem, ſtatim currant ad aquam, ſi autem aquam non invenerint, moriuntur: ſic peccata mortifera committentes currebant Judæi ad baptiſmum. *Hom.* 3. *oper. imperf. ſup. Matth. ante med. col.* 759. *A. tom.* 2.

68. Ubi eſt fides, illic eſt Eccleſia: ubi Eccleſia, ibi Sacerdos: ubi Sacerdos, ibi baptiſmus, ;ubi baptiſmus, ibi Chriſtianus. *Prof.*

69. Ubi fides non eſt, ibi nec Eccleſia: ubi Eccleſia non eſt, ibi oec Sacerdos: ubi Sacerdos non eſt, nec ibi baptiſmus: ubi baptiſmus non eſt, nec Chriſtianus ibi ſit aliquis. *Ibidem, Homil.* 6. *à medio, col.* 788. *A. tom.* 2.

70. In aqua ſemel baptizamur, in igne autem per tentationem penè dùm vivimus. *Prof.*

71. Omnis tribulatio, quæ contingit Chriſtianis ſecundùm carnem, eſt baptiſmus ignis. *Ibidem, Hom.* 3. *poſt med. col.* 764. *A. B.*

72. In baptiſmo præcipua pars eſt Spiritus ſanctus, per quem aqua fit efficax. *Hom.* 1. *ſup. Acta Apoſtol. poſt med. in illud Act.* 1. *Ioannes quidem baptizavit aqua. col.* 445. *B. tom.* 3.

73. Baptiſmi dilatio periculoſa eſt: impoſſibile enim eſt eum qui baptiſmum differt, agere quidquam egregium aut honeſtum. *Ibidem, poſt med. colum.* 447. *lit. A. & B.*

74. Summam bonorum habemus per baptiſmum, remiſſionem peccatorum accipimus, ſanctificatiooem, Spiritus ſancti participationem, adoptionem, vitam æternam. *Ibidem, Hom.* 40. *in princ. Moralis, colum.* 708. *lit. C.*

75. Tametſi fueris Græcus, omnigenam etiam operatus malitiam: licet ſis Scytha, ſis Barbarus, imò ſis ipſa feritas, abſurdior etiam brutis, apporteſque innumera peccatorum onera, ſimul ut baptizatus fueris, omnia illa penitùs eluiſti. *Ser.* 2. *ſup. Ep. ad Rom. poſt med. in illud, Omni credenti; Judæo, &c. col.* 24. *D. tom.* 4.

76. Baptiſma crux eſt, ut & nos quemadmodum Chriſtus mortuus eſt, moriamur. *Ibidem, Serm.* 10. *in fine ante Morale, col.* 106. *B.*

77. Non ad hoc tantùm valet baptiſmus, quòd priora delicta delet, ſed quòd & ad futura cavenda munit. *Ibidem, Serm.* 11. *in princ. col.* 110. *D.*

78. Magnum quiddam baptiſma eſt, ſed ejus magnitudinem, non qui baptizat, ſed qui invocatur in baptiſmate efficit. *Hom.* 3. *ſup.* 1. *ad Cor. paulò ante med. in illud, Quod neminem veſtrum baptizavi, colum.* 339. *D. tom.* 4.

79. Spiritus ſanctus in baptiſmate, velut in fornace recoquit mentem, & peccatum conſumendo, quolibet auro puriùs ſplendentem reddit. *Ibid. Hom.* 40. *poſt init. col.* 649. *D.*

80. Io baptiſmate ſepeliuntur peccata, vivificatur homo; & velut in tabula, in corde illius deſcribitur omnis gratia. *Hom.* 6. *ſup.* 2. *ad Cor. in fine ante Morale col.* 732. *C. tom.* 4.

81. Etſi mollis, etſi fornicator, etſi idolis ſerviens, etſi quid aliud hujuſmodi gerens quiſpiam reperiatur, etſi omni humana deteſtabilitate fuerit prægravatus, cùm illius fontis divinos ſenſerit rivos, Solis radiis mundior elevatur. *Homil. ad baptizandos, ante med. col.* 731. *B. tom.* 5.

S. Joan Dam.

82. Per baptiſmum regeneratio oobis, alterius vitæ initium, & ſignaculum, & præſidium, & illuminatio efficitur. *Lib.* 4. *de fide Orthodoxa, cap.* 10. *in med. fol.* 271. *pag.* 1. *C.*

S. Isid. Hisp.

83. Sola Eccleſia Catholica habet baptiſmum ad ſalutem. *Prof.*

84. Hæreticis

S. Iſid. Hiſp. 84. Hæreticis verò baptiſmus non ad remiſſionem peccatorum, ſed ad ſupplicii teſtimonium datur. *Lib. 1. de ſummo bono, cap. 12. Sent. 1. pag. 632. colum. 2.*

85. Baptiſmus fons & origo omnium gloriarum eſt. *Lib. 2. de Offic. Eccleſiaſticis, cap. 24. circa med. pag. 612. col. 2.*

86. Hæretici ſi in Patris, & Filii, & Spiritus ſancti atteſtatione docentur baptiſma ſuſcepiſſe, non iterùm ſunt baptizandi, ſed ſolo chriſmate, & manus impoſitione purgandi. *Prof.*

87. Baptiſmus enim non eſt hominis meritum, ſed Chriſti, ideoque nihil intereſt hæreticus, an fidelis baptizet.

88. Quod Sacramentum tàm ſanctum eſt, ut nec homicida miniſtrante polluatur.

89. Habet enim hæreticus baptiſmum Chriſti, ſed quia extra unitatem fidei eſt, nihil ei prodeſt: at ubi ingreſſus fuerit, ſtatim baptiſma quod habuerat foris ad perniciem, incipit illi jam prodeſſe ad ſalutem.

90. Quòd enim accipit, approbo: ſed quia foris accipit, improbo.

91. Dùm autem venerit, non mutatur, ſed agnoſcitur.

92. Character eſt enim Regis mei, non error ſacrilegus: recorrigo deſertorem, non muto characterem. *Lib. 2. de Offic. Eccleſiaſt. cap. 24. in fine, pagina 613. col. 1.*

S. Laurent. Juſtin. 93. Baptiſmatis Sacramentum ſemel aſſumptum, nullatenùs reïterari licet. *Part. 2. de perfect. gradib. cap. 3. in medio, pag. 706. col. 2. F.*

S. Leo I. 94. A parvulo recenter nato uſque ad decrepitum ſenem quamlibet corporis ætatem gerens, ſicut nullus prohibendus eſt à baptiſmo, ita nullus eſt qui non peccato moriatur in baptiſmo. *Epiſt. 86. ad Nicetam Aquileienſem Epiſcop. poſt med. fol. 138. pagina 2.*

Petrus Lombardus. 95. Illi qui baptizati ſunt à Joanne neſcientes Spiritum ſanctum eſſe, ac ſpem ponentes in illius baptiſmo, poſteà baptizati ſunt baptiſmo Chriſti. *Lib. 4. ſent. diſtinct. 2. pag. 368. F. in princ.*

96. Si ablutio in baptiſmo fiat ſine verbo, non eſt ibi Sacramentum: ſed accedente verbo ad elementum, fit Sacramentum: non utique ipſum elementum fit Sacramentum, ſed ablutio facta in elemento. *Ibidem. Diſt. 3. pag. 369. A in princ.*

S. Proſper. 97. Immortalis anima creata, in hoc ſtadio mundi, labe vitiata, niſi abluta ſpiritali unda, decoremque collatæ gratiæ inviolata fide ſervaverit, eam in æternam pœnam cum carne ricturam, evangelica fides annuntiat. *De Promiſſionibus part. 1. in prologo, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 5. colum. 1. lit. C. edit. Colon.* 1618.

98. Qui non percepto regenerationis lavacro, pro Chriſti confeſſione moriuntur, tantum eis valet ad abolenda peccata, quantum ſi abluerentur fonte baptiſmatis. *Sent. 149. in fine tomi 3. operum D. Auguſt. pagina 750. D.*

99. Qui gaudes baptiſmi perceptione, vive in novi hominis ſanctitate. *Ibidem, Sentent. 324. pagina 760. lit. D.*

100. Nativitas de Deo & Eccleſia, baptiſmus eſt. *Ibidem, Sent. 330. pag. 761. A.*

101. Quomodo uterus non poteſt repeti, ita nec baptiſmus. *Ibidem.*

Richard. a S. Victore. 102. Infideles & criminoſi baptiſma cum fide ſuſcipientes, ſic abſolvuntur debito damnationis, ut non teneantur debito expiationis. *Profec.*

103. Fideles verò & criminoſi poſt lapſum verè pœnitentes, ſic abſolvuntur debito damnationis, ut tamen teneantur ſub debito expiationis. *Part. 1. de poteſtate ligandi & ſolvendi, cap. 4. in calce, pagin. 512. col. 1. A.*

S. Theodoret. 104. Omninò fieri non poteſt, ut qui ad ſanctiſſimum baptiſmum acceſſerunt, rursùs accedant, & alium baptiſmum aſſequantur. *Lib. 2. ſup. Ep. ad Hebræos cap. 6. poſt init. pagina 115. columna 1. litt. D. tom. 2.*

S. Thomas Aquinas. 105. Baptiſmus non habet virtutem ex intentione noſtra, ſed ex intentione Chriſti. *Profec.*

106. Intentio autem Chriſti eſt, ut baptiſmus illis proficiat, qui in Chriſti fide baptizantur. *Sup. Epiſt. 1. ad Cor. cap. 15. lect. 4. poſt init. folio 100. col. 1.*

Incertis Patr. 107. Citra baptiſmum fieri non poteſt, ut quiſquam bonam ſpem conſequatur, quàmlibet etiam pietate pios omnes antecelluerit. *Lib. 1. de vita SS. Barlaam & Joſaphat, cap. 8. poſt init. pag. 258. col. 1.*

Beatitudo.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DESCRIPTIO, DIVISIO.

Etymologia.

Cassiodor. BEATUS dicitur quaſi benè aptus. *Sup Pſal. Beatus vir.*

S. Iſid. Hiſp. Beatus dictus eſt, quaſi benè auctus, ſcilicet ab habendo quod velit, & nihil patiendo quod nolit. *Lib. 10. Etymol. verbo Beatus. pag 134. col. 2.*

Definitio, Descriptio.

S. Ambroſius. Dico vitam beatam conſiſtere in altitudine ſapientiæ, ſuavitate conſcientiæ, virtutis ſublimitate. *Prof.*

Non enim in paſſione eſſe, ſed victorem eſſe paſſionis, beatum eſt. *Lib. 2. Offic. cap. 5. ante med. col. 48. D. tom. 1.*

S. Antonin. Beatitudo eſt gaudium de veritate, quia ſcilicèt ipſum gaudium, eſt conſummatio beatitudinis. *Part. 4. tit. 7. de ſpe, cap. 7. §. 1. in medio fol. 122. col. 2.*

S. Auguſtin. Beatus non eſt, niſi qui & habet omnia quæ vult, & nihil vult mali. *Lib. 13. de Trin. cap. 5. in fine, pag. 291. B. tom. 3.*

Boëtius. Beatitudo eſt ſtatus bonorum omnium congregatione perfectus. *Lib. 3. de Conſolat. Philoſoph. Proſa 2. circa init. pag. 90.*

S. Bonavent. Beatitudo vera eſt per bonorum congregatorum tranquillam poſſeſſionem, quia ſine pace beatitudo eſſe non poteſt. *Sup. Eccleſiaſten in proœmio poſt init. pag. 294. col. 2. C. tom. 1.*

Vera beatitudo conſiſtit in cognitione ſummæ veritatis, & dilectione ſummæ bonitatis, & in fruitione æternæ jucunditatis. *Lib. 2. de profectu Religioſ. cap. 29. in princ. pagina 388. col. 3. tom. 7. part. 4.*

Cassiodorus. Beatus eſt, qui ſumma ſecuritate ſuffultus in continuata lætitia perſeverat. *Sup. Pſalm. 1. verſ. 1. folio 4. colum. 3.*

S. Greg. Nyss. Beatitudo eſt comprehenſio quædam omnium earum rerum, quæ nomine boni intelliguntur. *Orat. 1. de beatitudin. poſt init. col. 510. C.*

Hugo Card. Beatus eſt, cui omnia optata ſuccedunt. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 1. folio 27. col. 3. Moraliter, tom. 7.*

S. Joannes Chrysostom. Beatitudo non in ſignorum opere & mirabilium ponitur, ſed in expletione mandatorum, & perfectione virtutum. *Lib. 1. de compunct. cordis longè poſt med. col. 580. D. tom. 5.*

S. Thomas Aquinas. Beatitudo eſt bonum perfectum intellectualis naturæ, cujus eſt ſuam ſufficientiam cognoſcere in bono quod habet. *Part. 1. quæſt. 26. art. 1. in corp. pagina 55. col. 1.*

Aristoteles. Beatitudo, functio quædam muneris animi eſt, virtuti undique abſolutæ congruens. *Lib. 1. de Moribus cap. 13. in princ. fol. 11. pag. 1.*

Seneca. Beatum non puta eum eſſe, quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluit: ſed illum, cui bonum omne in animo eſt, erectum & excelſum, & mutabilia calcantem. *Ep. 45. à medio, pag. 600. tom. 2.*

Divisio.

S. Anselmus.

Partes beatitudinis ſunt:
- Pulchritudo.
- Agilitas.
- Fortitudo.
- Libertas.
- Sanitas.
- Voluptas.
- Longævitas.
- Sapientia.
- Amicitia.
- Concordia.
- Honor.
- Poteſtas.
- Securitas.
- Gaudium. *De ſimilitudinibus*, cap. 48. *in principio.*

S. Bonavent. Beatitudo in duobus conſiſtit, in deletione peccati, & in vitatione ſupplicii. *Sup. Pſalm.* 31. *in princip. pag.* 102. *colum.* 1. *C. tom.* 1.

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius. 1. Nihil beatum, niſi quod à peccato alienum ſit, plenum innocentiæ, plenum gratiæ Dei. *Lib.* 2. *Offic. cap.* 3. *in princ. col.* 47. *B. tom.* 5.

S Anselmus. 2. Nullus beatus poteſt eſſe, aut habendo quod non vult, aut non habendo quod vult. *In Dialogo de caſu diaboli, cap.* 12. *in fine.*

S. Augustin. 3. Beatus erit, qui (nulla interpellante moleſtia) de ipſa per quam vera ſunt omnia, ſola veritate gaudebit. *Lib.* 10. *Confeſſ. cap.* 23. *in fine, pagina* 125. *A. tom.* 2.

4. Beatus errare non poteſt. *Lib.* 1. *contra Academicos, cap.* 4. *feri in princ. pag.* 292. *C. tom.* 1.

5. Summo bono aſſecuto & adepto, beatus quiſque fit. *Lib.* 2. *de libero arb. cap.* 9. *circa med. pag.* 454. *D. tom.* 1.

6. Nemo beatus eſt, niſi ſummo bono, quod in ea veritate, quam ſapientiam vocamus, cernitur & tenetur. *Ibidem.*

7. Beatitudine alterius hominis, non fit alter beatus. *Ibidem, cap.* 19. *poſt med. pag.* 463.

8. Beatus (quantum exiſtimo) neque ille dici poteſt, qui non habet quod amat, qualecumque ſit: neque qui habet quod amat, ſi noxium ſit: neque qui non amat quod habet, etiamſi optimum ſit. *De Moribus Eccleſiæ cap.* 3. *in princ. pag.* 250. *C. tom* 1.

9. Ille beatus eſt, qui omnia quæ vult habet, nec aliquid vult quod non decet. *Ep.* 121. *ad Probam, cap.* 5. *in medio pag.* 400. *B. tom.* 2.

10. Qualiſcunque beatitudo eſt, quæ in hac vita quæritur, imò fingitur, dùm immortalitas deſperatur, ſine qua vera beatitudo eſſe non poteſt? *Lib.* 13. *de Trin. cap.* 8. *in princ. pag.* 292. *D. tom.* 3.

11. Appetitio beatæ vitæ, Philoſophis Chriſtianiſque communis eſt. *Tract. de Epicureis, ante med. pag.* 601. *B. tom.* 6.

12. Beati immaculati in via, tanquam ſi diceret: Scio quid velis, beatitudinem quæris: ſi ergo vis eſſe beatus, eſto immaculatus. *Sup. Pſ.* 118. *concion.* 1 *in princ. pag.* 910. *D. tom.* 8.

13. Philoſophi Epicurei cum aliis hujus ſeculi putaverunt non eſſe beatitudinem, niſi ſecundùm carnem vivere, & bonum hominis in voluptate corporis poſuerunt. *Prof.*

14. Philoſophi qui Stoici nuncupati ſunt, quaſi à carne ſe removentes, & totam ſpem beatitudinis ſuæ in anima ſua conſtituentes, poſuerunt ſummum bonum beatitudinis in virtute ſua.

15. Dicebat Philoſophus Epicureus, Mihi frui carne bonum eſt: dicebat Stoicus, Mihi frui mea mente bonum eſt: dicebat Apoſtolus, Mihi autem adhærere Deo bonum eſt.

16. Dicebat Epicureus, Beatus cujus eſt in fructu voluptas carnis ejus: dicebat Stoïcus. Immò beatus cujus eſt in fructu virtus animi ejus: dicebat Apoſtolus, Beatus cujus eſt nomen Domini ſpes ejus.

17. Errat Epicureus, fallitur Stoicus: beatus ergo, cujus eſt nomen Domini ſpes ejus. *Serm* 13 *de verbis Apoſt. in medio, pag.* 213. *B. &* 214. *C. tom.* 10. S. Augustin.

18. Si potens eſt qui mundo imperat, quàm beatus eſt, qui Deum in conſcientia portat! *Ser.* 3. *de Nativ. & in ord.* 7. *poſt init. pag.* 416. *D. tom.* 10.

19. Nemo ſe credat aliquam felicitatem in hoc ſeculo poſſidere: beatitudo hîc parari poteſt, poſſideri non poteſt. *Serm.* 2. *de pluribus Martyr. & in ord.* 46. *in princ. pag.* 903. *B. tom.* 10.

20. Summum amare bonum, ſumma eſt beatitudo: qui enim Deum amat, bonus eſt: ſi bonus, ergo beatus. *De ſalutaribus documentis, cap.* 1. *in princ. pag.* 750. *D. tom.* 4.

21. Omnium certa ſcientia eſt, qui ratione quoquomodo uti poſſunt, beatos eſſe omnes homines velle. *Lib.* 10. *de Civit. Dei, cap.* 1. *in princip. pag.* 166. *A. tom.* 5.

22. Quis unquàm vel poteſt, vel potuit, vel poterit inveniri, qui eſſe nolit beatus? *Sup. Pſ.* 118. *concion.* 1. *in princ. pag.* 910. *D. tom.* 8. *Prof.*

23. Omnes quidem beatitudinem concupiſcunt, ſed quomodo ad eam perveniatur plurimi neſciunt. *Ibid.*

24. Beatus eſt qui ea poſſidet, quæ maximi pretii æſtimantur, qui bonorum quæ auferri non poſſunt particeps eſt. *Sup. Pſal.* 1. *verſ.* 1. *ante med. pag.* 64. *concion.* 1. *tom.* 1. S Basil. Magnus.

25. Nihil ex involuntariis beatum eſt. *Sup. Pſ.* 33. *concion.* 9. *ante med. pag.* 101. *tom.* 1.

26. Primum illud, quod beatum cenſendum eſt, puritas animi noſtri eſt. *Et habetur apud D. Joan. Damaſcen. lib* 2. *Parallel. cap.* 78. *fol.* 91. *pag.* 2. *D.*

27. Non homo, non aurum poterunt dare quidquam beatum, ſed virtute Dei conſiſtit vita beata. *In Proverb. ſuis, verbo Non. pag.* 194. *tom.* 2. V. Beda.

28. Cum Deo homo beatus erit, in cujus conſcientia peccatum inventum non fuerit. *In Medit. cap.* 4. *in princ. fol.* 323. *col.* 2. *D.* S. Bernard.

29. Beati verè, & unicè, & ſingulariter, & perfectè beati, qui verè & perfectè amant Deum. *In lib. de Amore Dei, verbo, Habet in princ. fol.* 51. *col.* 4. *L.*

30. Liquet quàm ſit mortalium rerum miſera beatitudo, quæ nec apud æquanimos perpetua perdurat, nec anxios tota delectat. *Lib.* 2. *de conſol. Philoſ. Proſa* 4. *poſt med. pag.* 60. Boëtius.

31. In his fortuitis rebus beatitudo conſtare non poteſt. *Ibidem, poſt med. pag.* 61.

32. Si beatitudo eſt ſummum naturæ bonum ratione degentis, nec illud eſt ſummum bonum, quod eripi ullomodo poteſt, quoniam præcellit id, quod nequeat auferri. *Ibidem.*

33. Manifeſtum eſt quod ad beatitudinem percipiendam, fortunæ inſtabilitas aſpirare non poſſit. *Ibidem.*

34. Nullo modo præſens vita facere beatos poteſt, quæ miſeros tranſacta non efficit. *Ibidem, in fine, pagina* 62.

35. Diverſo quidem calle omnis mortalium natura procedit, ſed ad unum tamen beatitudinis finem nititur pervenire. *Ibidem, lib.* 3. *Proſa* 2. *circa initium, pagina* 90.

36. Beatum eſſe judico ſtatum, quem præ cæteris quiſque deſiderat. *Ibidem, in medio pag.* 92.

37. Non eſt aliud quòd æquè beatitudinem perficere poſſit, quàm copioſus bonorum omnium ſtatus; nec alieni egens, ſed ſibi ipſe ſufficiens. *Ibid. poſt med. pag.* 93.

38. Quoniam beatitudinis adeptione fiunt homines beati, beatitudo verò eſt ipſa divinitas, divinitatis adeptione fieri beatos manifeſtum eſt. *Prof.*

39. Omnis igitur beatus, Deus eſt: ſed naturâ quidem Deus unus eſt, participatione verò, nihil prohibet eſſe quàm plurimos. *Ibid Proſa* 10. *à med. pag.* 129.

Digitized by Google

BOETIUS. 40. Ad beatitudinem, probra non veniunt. *Ibid. lib. 4. Proſa 2. in calce pag.* 166.

S. BONAVENT. 41. Avari non poſſunt eſſe beati, quia nunquàm poſſunt eſſe contenti. *Profec.*

42. Ille enim ſolus poteſt dici beatus, qui modica habens, eſt illis contentus. *Serm. 2. de Cathedra S. Petri, ante med. pag.* 237. *col.* 2. *tom* 3.

43. Ubi verum bonum deeſt, beatitudo vera eſſe non poteſt. *Serm. 7. de SS. Apoſt. poſt init. pagina* 303. *col.* 2. *tom.* 3.

44. O præclara, exclamat Boëtius, hominum beatitudo, quam cùm adeptus fueris, ſecurus eſſe deſiſtis! *Profec.*

45. Quomodo deliciæ beatum faciunt, quæ ſumptæ faſtidium pariunt, in ventre putreſcunt, & ſæpè ægritudinis & mortis cauſa exiſtunt?

46. Quomodo laſciviæ beatum faciunt, quæ triſtitiam tandem inducunt, vires corporis minuunt, & ad mortem diſponunt?

47. Quomodo honores beatum facere poſſunt, qui quantò hominem ad altiora ſuſtollunt, tantò ei majus præcipitium ingerunt?

48. Quomodo etiam divitiæ hominem beatum faciunt, quæ potiùs eum gladiis prædatorum èxponunt? *Serm. 7. de SS. Apoſt. poſt init. pagin.* 303. *col.* 2. *tom.* 3.

49. Falſa eſt beatitudo & vana, quæ haberi poteſt à malis in mundo. *Ibidem, ante med. pag.* 304. *col.* 1.

50. Multi ſunt qui beatitudinem expectant, & tamen parum de ſe, & multùm de Deo curant. *In lib. 3. ſent. diſtinct. 26. art. 1. quæſt. 1. in fine corporis, pag* 283. *col.* 2. *tom.* 5.

51. Beati & ter beati, multoties beati, qui beata illa potiuntur requie, quemadmodum miſeri & ter miſeri, & infinitè miſeri, qui à beatitudine illa ſeipſos abjiciunt. *Lib. 4. Pharetra cap. 50. circa med. pag.* 198. *col.* 1. *C. tom.* 6. *part.* 1.

52. Non nomen, ſed factum: non verbum, ſed adjectum, facit beatum. *In Alphabet. Religioſ. lect.* 24. *pag.* 329. *col.* 1. *tom.* 7.

53. Fugienda eſt humana beatitudo, amplexanda eſt beatitudo chriſtiana, ſed eſt deſideranda beatitudo divina. *Serm. 7. de SS. Apoſtolis, in fine, pag.* 305. *col.* 1. *tom.* 3.

S. ELIGIUS. 54. Nemo poteſt ad veram pervenire beatitudinem, niſi per fidem. *Hom. 11. poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag.* 246. *col.* 1. *A.*

S. FULGENT. 55. Nullus efficietur beatus, niſi qui malis actibus renuntians, ad Deum fuerit tota cordis humilitate converſus. *Lib. 1. de Remiſſ. peccator. cap. 14. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 1. pag.* 109. *col.* 2. *F.*

S. GREG. MAG. 56. Ille in cujus ſpiritu dolus non eſt, beatus eſt: ille verò in cujus ſpiritu dolus eſt, infelix eſt. *In 7. Pſalmos Pœnitent. ſup. Pſalm. 2. verſ. 3. in princ. col.* 544. *lit. B. tom.* 2.

57. Beatus eſt, quem iniquitas non onerat, non revocat delectatio, non inclinat voluptas, non gravat cupiditas, non deprimit opulentia, non trahit ambitio. *Ibid. ſup. Pſ. 7. verſ. 10. in fine, col.* 633. *C.*

HUG. A S. VICTORE. 58. Omnes libenter audiunt beati, ſed non omnes libenter audiunt immaculati: tu autem ſi vis eſſe beatus, eſto immaculatus. *Sup. Pſ. 118. cap. 67. in fine, pag.* 52. *D. tom.* 1.

59. Quàm magnum damnum incurrit, qui pro rebus tranſeuntibus, hoc undè debet eſſe beatus perdit! *Sup. Regul. Div. Auguſtini, cap. 8. ante med. pag.* 12. *G. tom.* 2.

60. Nemo ſine amore eſſe beatus poteſt. *In Solilog. de Arrha animæ, poſt init. pag.* 144. *F. tom.* 2.

S. IGNATIUS MART. 61. Non dici, ſed eſſe, beatòs facit. *Ep. 6 ad Magneſianos, ante med. apud Bibl. Patr. tom. 1. pag.* 80. *col.* 2. *edit. Colon.* 1618.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 62. Beatitudo eſt, cogitationem improbam prorsùs non admittere. *Hom. 3. de verb. Iſaiæ, ante fin. col.* 818. *D. tom.* 1.

S. JOANNES CHRYSOST. 63. Sive ſervus ſis, ſive pauper atque mendicus, ſive plebeius, ſive peregrinus, nihil te fieri beatum vetat, ſi humilitatis æmulator extiteris. *Hom. 15. ſup. Matth. longe ante med. col.* 135. *C. tom* 2.

64. Quantò rarior invenitur fidelis & prudens, tantò qui inventus fuerit eſt beatior. *Homil. 51. oper. imperf. ſup. Matth. in medio, in illud, Quis ſervus fidelis & prudens? col.* 110. *D. tom.* 2.

65. Ille homo beatus eſt, ſi imperanti animo ſerviat corpus, ſi virtutibus ſubjecta ſint vitia, ſi contraria proſperis cedant, ſi bonis adverſa ſuccumbant. *Homil. 1. in dictum Joann. 15. poſt med. col.* 432. *D. tom.* 3.

66. Ubi beatitudo fuerit, illîc quàm plurima exiſtit gloria: quid enim aliud eſt beatitudo, quàm excellentia quædam, & gloria præmiorum? *Serm. 8. ſup. Ep. ad Rom. ante med. in illud 4. Beati quorum, &c. col.* 80. *A. tom.* 4.

67. Non ab exteriori pulchritudine, ſed à mentis ornatu homines beatos cenſeamus. *Prof.*

68. Solus hic beatus eſt, qui diſciplinam apprehendit cœleſtem, & mutationem nullam ſuſcipit, nec ullam ſuſtinet adverſitatem, ſed continua tranquillitate fruitur. *Homil. 17. ad Populum Antiochenum, poſt med. columna* 160. *lit. D. & Homil. 18. ante finem, col.* 167. *D. tom.* 5.

69. Non pecuniis affluentem, ſed pietate gloriantem, hunc ego beatum puto, etſi innumera patiatur mala. *Ibidem, Hom. 1. poſt med. ſup. illud Pſ. 43. Beatum dixerunt, &c. col.* 20. *C.*

S. ISIDORUS HISPALENS. 70. Omnis qui ſecundùm Deum ſapiens eſt, beatus eſt: beata enim vita, cognitio divinitatis eſt. *Prof.*

71. Cognitio divinitatis, virtus boni operis eſt: virtus boni operis, fructus æternæ beatitudinis eſt. *Lib. 2. de ſummo bono cap. 1. ſent. 1. pag.* 637. *col.* 1.

72. Beatum hominem facit, vita recta cum fide. *Ib. ſent. 14. pag.* 637. *col.* 2.

73. Beatus eſt, qui & rectè credendo benè vivit, & benè vivendo, fidem rectam cuſtodit. *Ibid. cap. 2. ſent. 1. pag.* 637. *col.* 2.

S. JUSTIN. MART. 74. Is beatus eſt, cujus mundus, & purus eſt animus. *Ep. ad Zenam in fine, pag. 71. col. 2. H. apud Bibl. Patr. tom. 2. edit. Colonia* 1618.

LACT. FIRM. 75. Beatitudo perfecta eſſe debet, ut nihil ſit, quod eam vexare, ac imminuere, aut immutare poſſit. *Lib. 3. de falſa Sapient. cap. 12. prope med. pag.* 111.

76. Beati eſſe in hac vita poſſumus, ſi minimè beati eſſe videamur. *Ibid. in fine, pag.* 112.

77. Summum bonum quod beatos facit; non poteſt eſſe niſi in ea Religione atque doctrina, cui ſpes immortalitatis adjuncta eſt. *Ibidem.*

78. Qui vult beatus eſſe, audiat Dei vocem, diſcat juſtitiam, ſacramentum nativitatis ſuæ nôrit, humana contemnat, divina ſuſcipiat, ut ſummum illud bonum, ad quod natus eſt, poſſit adipiſci. *Ibid. cap. 30. prope fin. pag.* 143.

79. Non faciunt beatum vitioſæ & mortiferæ voluptates, non opulentia libidinum incitatrix, non inanis ambitio, non caduci honores: ſed innocentia ſola, ſola juſtitia; cujus legitima & digna merces eſt immortalitas. *Libr. de Ira Dei, cap. 23. poſt medium, pag.* 364.

S. LAURENT. JUSTIN. 80. Beatum illum eſſe dixerim, qui de ſe non qualemcunque, ſed veram cognitionem habere meruerit. *Part. 2. de Humilit. cap. 2. in calce, pag.* 660. *col.* 2. *E.*

S. MAXIMUS MART. 81. Beatus eſt ille animus, qui omnibus rebus poſthabitis, in ſola divina venuſtate & elegantia indeſinenter delicatur. *De Charitate Centuria 1. cap. 19. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag.* 348. *col.* 2. *H. edit. Colonia* 1618.

S. PROSPER. 82. Qui ſummo ſolidoque gaudio inſatiabiliter perfruuntur, ita perfectè beati ſint, ut nec cupiant beatiores ultrà fieri, nec valeant. *Lib. 1. de vita contempl. cap. 3. in fine, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag.* 53. *col.* 1. *C. edit. Colonia* 1618.

S. PROSPER. 83. Ubi eſt ſolicitudo, non eſt abſoluta beatitudo: quæ nequaquàm perfecta credenda eſt, ſi ſecura non fuerit. *Profec.*

84. Nec ſecura erit, niſi omnem ſolicitudinem ſecuritas æterna conſumpſerit.

85. Quapropter qui dicuntur in hac vita beati, ſpe beatitudinis futuræ beati ſunt.

86. Ipſa autem re non hîc, ſed in illa vita beati futuri ſunt, quia ibi omnium beatorum beatitudo perfecta erit.

87. Ubi humana natura ſui gloriam conditoris, & ſuam perfectè beatificata viſura eſt, atque ei ſine ullo defectu ſuæ beatitudinis adhærebit. *Ibidem cap. 9. à medio pag. 55. col. 1. B.*

88. Omnes beati habent quod volunt, quamvis non omnes, qui habent quod volunt, continuò beati ſunt; continuò autem ſunt miſeri, qui vel non habent quod volunt, vel id habent quod non rectè volunt. *Sent. 62. in fine tomi 3. operum D. Auguſtini, pag. 235. B.*

89. Ad beatitudinem hi perveniunt, qui huic ſeculo ante ſeparationem animæ à carne moriuntur. *Ibidem, Sent. 358. pag. 763. A.*

SALVIANUS. 90. Non poſſunt cujuſquam falſo judicio eſſe miſeri, qui ſunt verè ſua conſcientia beati. *Lib. 1. de Gubern. Dei poſt init. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 324. col. 1. lit. A. edit. Coloniæ* 1618.

91. Nulli, ut opinor, beatiores ſunt, quàm qui ex ſententia ſua atque voto agunt. *Ibidem.*

92. Inter quàmlibet dura, nulli beatiores quàm qui hoc ſunt, quod volunt. *Ibidem, poſt init. pag. 324. col. 1. B.*

93. Turpia atque obſcœna ſectantes, etſi juxta opinionem ſuam beati ſunt, quia adipiſcuntur quod volunt, re tamen ipsâ beati non ſunt, quia quod volunt, nolle debuerant. *Ibidem.*

94. Antiqui Philoſophi tantam virtutis vim eſſe voluerunt, ut non poſſit eſſe unquàm vir bonus non beatus: dicentes etiam in cæteris atque ſuppliciis, beatum eſſe virum ſapientem. *Ibidem, ante med. pag. 324. col. 2. E.*

95. Nemo eſt inter homines, qui cùm beatus eſſe valeat, miſer eſſe malit. *Prof.*

96. Nullus profectò, nullus; & ideò ne tu quidem niſi fortè monſtruoſa ſit in te aliqua, & diſcrepans ab humano genere natura: ut ſolus tibi penitùs benè eſſe nolis, ſolus beatitudinem fugias, ſolus ſuppliciis delecteris. *Ibidem, lib. 3. longè ante finem, pag. 378. col. 1. A.*

S. THOMAS AQUINAS. 97. Quidquid eſt deſirdeabile in quacunque beatitudine vel vera, vel falſa, totum eminentiùs in divina beatitudine præexiſtit. *Prof.*

98. De terrena felicitate (quæ conſiſtit in voluptate, divitiis, poteſtate, dignitate & fama) habet gaudium de ſe, & de omnibus aliis pro delectatione.

99. Pro divitiis habet omnimodam ſufficientiam, quam divitiæ promittunt: pro poteſtate, omnipotentiam: pro dignitate omnium regimen: pro fama verò admirationem totius creaturæ. *Part. 1. quæſt 26. art. 4. in corp. pag. 55. col. 2.*

100. Præmium virtutis eſt beatitudo. 1. 2. *quæſt.* 4. *art. 6. in arg. in contrarium, pag.* 10. *col.* 2.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 101. Nemo mortalium quamdiù manet in vita beatus eſt judicandus. *Lib. 1. de Moribus, cap. 10. in princ. fol. 9. pag. 1. edit. Pariſ.* 1565.

102. Beatitudinem firmum quiddam, & propè immutabilè eſſe exiſtimemus. *Ibidem, ante med. folio 9. pag. 2.*

103. Vir profectò beatus, nunquàm miſer futurus eſt: haud facilè tamen beatus dici poterit, ſi in calamitates inciderit. *Ibid. poſt med. fol.* 10. *pag.* 1.

CICERO. 104. Benè ſentire, rectèque facere, ſatis eſt ad benè beateque vivendum. *Libr. 6. Epiſt. 1. ad Torquatum, ante medium, columna* 85. *litera E. tom.* 3.

105. Beata vita ſemper ſtabilis eſt, nec amitti poteſt: nam ſi amitti vita beata poteſt, beata eſſe non poteſt. *Prof.* CICERO.

106. Non enim in aliqua parte, ſed in perpetuitate temporis eſſe vita beata dici ſolet: neque appellatur omninò beata, niſi confecta atque abſoluta. *Lib. 2. de finibus poſt med. col. 96. A. tom. 4.*

107. Omnis authoritas Philoſophiæ conſiſtit in beata vita comparanda. *Ibidem, lib. 5. poſt med. col. 161. G. num.* 87.

108. Profectò nihil eſt aliud benè & beatè vivere, niſi honeſtè & rectè vivere. *De Paradoxis cap. 2. in calce, col.* 581. *H. tom.* 4.

109. Si boni & beati volumus eſſe, omnia adjumenta, & auxilia petamus benè beatèque vivendi. *Lib. 4. Tuſcul. quæſt in calce, col. 246. E. tom. 4.*

110. Illi beati ſunt, quos nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt, nullæ libidines incitant, nullæ futiles lætitiæ exultantes languidis liquefaciunt voluptatibus. *Ibid. lib. 5. ante med. col.* 250. *B.*

111. Quemadmodum ſi quod honeſtum ſit, id ſolùm ſit bonum, ſequatur beatam vitam virtute confici: ſic ſi vita beata in virtute ſit, nihil eſſe niſi virtute bonum. *Ibidem, ante med. col.* 251. *B.*

112. Qui beatus eſt, non intelligo quid requirat, ut ſit beatior: ſi eſt enim quod deſit, ne beatus quidem eſt. *Ibid. ante med. col.* 251. *D. E.*

113. Omne beatum eſt, cui nihil deeſt, & quod in ſuo genere expletum atque cumulatum eſt. *Ibidem, ante med. col.* 254. *E.*

114. Niſi ſtabili, fixo, & permanente bono, beatus eſſe nemo poteſt. *Ibid. ante med. col.* 254. *G.*

115. An dubium eſt, quin nihil ſit habendum in eo genere quo vita beata complectitur, ſi id poſſit amitti? *Prof.*

116. Nihil enim inveteraſcere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata conſiſtit: nam qui timebit, ne quod ex his deperdat, beatus eſſe non poterit. *Ibid. ut ante.*

117. Vir temperans, conſtans, ſine metu, ſine ægritudine, ſine libidine, nonne beatus eſt? *Ibid. ante med. col.* 256. *E.*

118. Beata vita laudabilis eſt, nec quidquam ſine virtute laudabile: beata igitur vita, virtute conficitur. *Ibidem ut ante.*

119. Beatus nemo dici poteſt, extra veritatem projectus. *De Beata vita cap. 5. à medio, pagina* 493. *tom.* 1. SENECA.

120. Ille beatus, qui plenus eſt bona conſcientia. *Ibid. cap. 19. circa init. pag.* 502.

121. Miſer eſt, qui ſe beatiſſimum non judicat, licèt imperet mundo. *Profec.*

122. Non eſt beatus, eſſe ſe qui non putat. *Ep. 9. ante fin. pag. 537. tom 2.*

123. Ut ſis beatus te ſtultum videri ſine. *Prof.*

124. Si vis beatus eſſe, ſine contemnat te aliquis. *Ep. 71. ante med. pag. 663. tom. 2.*

125. Malitia miſeros facit, virtus beatos. *Ep. 81. circa med. pag. 704. tom. 2.*

126. Turpe eſt, beatam vitam in auro & argento reponere. *Ep. 110. in fine pag. 843. tom. 2.*

127. Diſertè & definitè nego fieri poſſe, ut noſtrûm quiſquam felix beatuſque exiſtat, quamdiù in hac mortali vita verſamur. *Prof.* PLATO.

128. Præclara tamen ſpes eſt, futurum ut poſtquàm ex hac vita diſceſſerimus, ea omnia abundè conſequamur, quorum gratia dùm viveremus, vitam optimè inſtituere ſummo ſtudio cupiebamus, ut vita functi felicem hujuſmodi finem adipiſceremur. *Tom. 2. Syzygia 4. libr. 13. de Legibus, in princip. pagina 973. lit. C. D.*

129. Nolens beatus nemo eſt, nec malus volens. *Tom. 3. Syzygia 6. in dialogo de juſto, in med. pag. 374. A.*

SIXTUS PHILOSOPHUS. 130. Beatus vir, cujus animam nemo reprehendit ad Deum euntem. *Sent. 35. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 64. col. 2. H.*

131. Diſce quod oportet ſciri, ut beatus ſis. *Ibid. ſent. 334. pag. 66. col. 2. H.*

Vide etiam Tit. Patientia in genere. Sent. 71. Pænitentia. ſent. 216.

Bellum.

DEFINITIO, DIVISIO, COMPARATIO.

DEFINITIO.

COLLECTOR. BELLUM eſt diſſenſio inter æquales ſeù inæquales, per quam arma juſtè vel injuſtè moventur.

DIVISIO.

S. BONAVENT. Ad juſtum bellum tria ſpecialiter requiruntur, videlicet, Principis authoritas, juſta cauſa & intentio recta. *In ſpeculo animæ, cap. 1. longè ante finem, pag. 34. col. 1. tom. 7. part. 3.*

S. JOANNES CHRYSOST. Bellum triplex eſt.
- Unum ab hoſtibus.
- Alterum à ſeductoribus.
- Tertium à falſis fratribus. *Hom. 76. ſup. Matth. ante med. col. 614. D. tom. 2.*

Tria ſunt bellorum genera.
- Unum commune, cùm exercitus adverſùs inimicos pugnant.
- Secundum, cùm etiam pacis tempore oppugnatur.
- Tertium, cùm unuſquiſque adverſùs ſe bella concitat: hoc omnium acerbiſſimum bellum eſt, ubi periclitatur non corpus, ſed anima. *Hom. 7. ſup. 1. ad Timoth. in princ. col. 1464. C. tom. 4.*

S. ISIDORUS HISPALENS. Quatuor ſunt genera bellorum, ſcilicet, juſtum, injuſtum, civile, & pluſquam civile. *Profec.*

Juſtum bellum eſt, quod geritur de rebus repetitis, aut propulſandorum hoſtium cauſa: nam extra illud, bellum juſtum geri nullum poteſt.

Injuſtum bellum eſt, quod de furore, non de legitima ratione initur.

Civile bellum eſt inter cives orta ſeditio, & concitatio tumultus.

Pluſquàm civile bellum eſt, ubi non ſolùm cives concertant, ſed & cognati: ut frater cum fratre, gener contra Socrum, pater adverſùs filium dimicant. *Lib. 18. Etymolog. cap. 1. verbo Quatuor, pagina 244. columna 1.*

COMPARATIO.

S. AUGUSTIN. Sicut eſt quædam vita ſine dolore, dolor autem ſine aliqua vita eſſe non poteſt: ſic eſt pax quædam ſine bello, bellum verò eſſe ſine aliqua pace non poteſt. *Lib. 19. de Civitate Dei, cap. 13. ante med. pag. 391. A. tom. 5.*

Quemadmodum certantibus ventis, mare concutitur: ſic regibus adverſantibus ſibi, populus regni vexatur. *Hom. 2. oper. imperf. ſup. Matth. ante med. col. 744. B. tom. 2.*

VALER. MAX. Sicut placidum mare ex aſpero, cœlumque ex nubilo ſerenum hilari aſpectu ſentitur; ſic bellum pace mutatum, plurimum affert gaudii. *Lib. 4. dictor. memorab. cap. 2. in princ. pag. 163.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Si in bello juſtitia valet, quantò magis in pace ſervanda eſt? *Lib. 1. Offic. cap. 29. ante med. col. 20. B. tom. 1.*

2. Liquet etiam in bello, fidem & juſtitiam ſervari oportere: nec ullum decorum eſſe poſſe, ſi violetur fides. *Ibidem poſt med. col. 20. C.*

3. Nunquàm David, niſi laceſſitus, bellum intulit: nec unquàm, niſi conſulto Domino, adorſus eſt. *Ib. cap. 35. in med. col. 25. C.*

S. ANTONIN. 4. Qui injuſtum bellum agunt, in omnibus quæ auferunt ab eis contra quos præliantur, rapinam faciunt. *Part. 2. tit. 1. cap. 12. §. 4. in princ. fol. 56. col. 3.*

5. Turpius nihil eſt, quàm cum illo bellum gerere, cùm quo familiariter vixeris. *Part. 2. tit. 4. cap. 8. §. 3. ante med. fol. 177. col. 2.*

6. Quicumque injuſtum bellum ſcienter & voluntariè committit, mortaliter peccat, ultrà alia peccata, quæ ibi committuntur. *Profec.*

7. Nam quidquid accipit ab alia parte, rapina eſt: ſi vulnerat, vel occidit, homicida eſt, & alia mala ei imputantur.

8. Bellum autem eſt juſtum, cùm fit pro repetendis rebus ablatis, aut ulciſcendis injuriis: quando ſcilicet ablatæ ſunt res, vel injuriæ factæ ab aliqua civitate, vel populo, & emendare non vult: propter quod bellum ſumitur, & juſtum cùm fit principis authoritate.

9. Sed cùm fit bellum ex ambitione & avaritia & odio, vel ad dilatandum dominium ſuum, ad augendas divitias, ad deprimendum & exterminandum alios ob odium & invidiam, & hujuſmodi, eſt injuſtum. *Part. 2. tit. 7. de Ira, cap. 7. §. 3. in princ. fol. 240. col. 4.*

10. Quis poſſet enarrare mala, quæ contingunt ex bellis? nonne rapinæ fiunt continuæ? & non ſolùm ab inimicis, ſed etiam ab amicis aufertur. *Profec.*

11. O quot mulieres vituperantur! adulteria, ſtupra, meretricia multa ſequuntur, Confeſſiones, Communiones, & cultus divinus negliguntur.

12. Milites ſacrilegia perpetrant, Eccleſias ſpoliant, ſacra diripiunt, in Eccleſiis ludunt, & ſtabulantur.

13. Sacerdotes contemnunt, agricolas & mercatores prædantur, incendia ponunt in ſegetibus, in domibus, in Eccleſiis.

14. Agri & vineæ incultæ remanent, arbores fructiferæ inciduntur, domus ad habendum ligna pro igne deſtruuntur.

15. Greges & armenta capiuntur, viæ inviæ efficiuntur, ſicque artes & negotiationes pereunt.

16. Blaſphemiæ, detractiones, deriſiones, proditiones pro nihilo habentur.

17. Ludi quantumcunque prohibiti creſcunt, homicidia adduntur, & ſic civitates & caſtra ad ſolitudinem rediguntur. *Ibid. à medio uſque ad finem, folio 241. col. 2. & 3.*

18. Qui bellum ſuſcipit, tria debet ſervare: primò ut virtuosè ſe habeat: ſecundò, ut ab illicitis abſtineat: tertiò ut bellum juſtum ſuſcipiat. *Part. 3. tit. 4. cap. 1. §. 6. in fine, fol. 57. col. 2.*

19. Quicunque injuſtum bellum movet, vel ita juvat, quòd ſine eo non fieret, ultra peccatum mortale quod commiſit, tenetur de omnibus damnis datis his, contra quos bellum movit. *Ibid. cap. 2. §. 1. in princ. fol. 58. col. 2.*

20. Libidine vincendi & conſuetudine bellandi homines redduntur fortiores, animoſiores, & proniores ad ulciſcendum & opprimendum pluſquàm ordo divini juris requirat. *Part. 4. titul. 3. cap. 2. §. 4. poſt init. fol. 26. col. 3.*

21. Frequenter occulto Dei judicio, ſed non injuſto, juſtiores aut minùs mali in bello ſuccumbunt à pejoribus ſuperati. *Ibid. in med. fol. 26. col. 3.*

S. ANTONIUS ABBAS. 22. Vas iſtud in quo ſumus inhabitantes, domus eſt plena bellis. *Ep. 2. ad Fratres paulo ante med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 25. col. 2. E.*

S. AUGUSTIN. 23. Nihil homo juſtus præcipuè cogitare debet, niſi ut juſtum bellum ſuſcipiat, cui bellare fas eſt, non enim omnibus fas eſt. *Lib. 6. quæſt. ſup. Ioſue quæſt. 10. in princ. pag. 203. B. tom. 4.*

24. Noli exiſtimare neminem Deo placere poſſe, qui armis bellicis miniſtrat; in his erat ſanctus David, & plurimi illius temporis juſti. *Ep. ad Bonifac. Et ha-*

betur in Decretis Gratiani, Part. 2. cauſa 23. queſt. 1. Can. Noli. fol. 291. col. 2.

S. AUGUSTIN. 25. Fides quando promittitur, etiam hoſti ſervanda eſt, contra quem bellum geritur, quantò magis amico pro quo pugnatur? *Ibidem*, &c. §. *Fides*.

26. Pacem habere, voluntatis eſt, bellum autem debet eſſe neceſſitatis, ut liberet Deus à neceſſitate, & conſervet in pace. *Profec.*

27. Non enim pax quæritur, ut bellum exerceatur: ſed bellum geritur, ut pax acquiratur.

28. Eſto bellando pacificus, ut eos quos expugnas, ad pacis unitatem vincendo perducas. *Ibidem ut ante*, §. *Pacem*.

29. Hoſtem pugnantem in bello neceſſitas deprimat, non voluntas. *Ibid.* &c. §. *Itaque*.

30. Sicut bellanti & reſiſtenti violentia redditur, ita victoriis capto miſericordia jam debetur. *Ibidem*, &c. §. *Sicut*.

31. Cùm juſtum bellum quis ſuſceperit, utrùm aperta pugna, utrùm inſidiis vincat, nihil ad juſtitiam intereſt. *Ibidem ante med. pag.* 203. *B.*

32. Juſta bella definiri ſolent, quæ ulciſcuntur injurias, ſi qua gens vel civitas, quæ bello petenda eſt, vel vindicare neglexerit, quod à ſuis improbè factum eſt, vel reddere quod per injurias ablatum eſt. *Ibid. in medio*. &c. *ut antè*.

33. In bello ductor exercitus, vel ipſe populus, non ipſe tàm author belli, quàm miniſter judicandus eſt. *Ibid. in fine*, &c.

34. Bellum continuas pugnas non habet, ſed aliquando crebras, aliquando raras, aliquando nullas: bellum eſt tamen quando portæ hoſtibus clauduntur, & quodammodo armata defenſio. *Ibid. quaſt.* 26. *in fine, pag* 209. *A*

35. Non optabile aliquid eſt bellum, ſed pietas laudabilis eſt in bello. *Lib. 7. quaſt. ſup. Iudic. queſt.* 27. *poſt med. pag.* 215. *B. tom.* 4.

36. Inferre bella finitimis, & indè in cætera procedere, ac populos ſibi non moleſtos ſola regni cupiditate conterere, & ſubdere, quid aliud quàm grande latrocinium nominandum eſt? *Lib. 4. de Civit. Dei, cap. 6. in fine, pag* 64. *D. tom.* 5.

37. Belligerare & perdomitis gentibus dilatare regnum, malis videtur felicitas, bonis neceſſitas. *Prof.*

38. Felicitas major eſt vicinum bonum habere concordem, quàm vicinum malum ſubjugare bellantem. *Ibid. cap. 1. circa med. pag.* 69. *B.*

39. Qui bella volunt, nihil aliud quàm vincere volunt, ad glorioſam ergo pacem cupiunt pervenire. *Profec.*

40. Nam quid eſt aliud victoria, niſi ſubjectio repugnantium? quod cùm factum fuerit, pax erit; pacis igitur intentione geruntur & bella.

41. Omnis homo etiam belligerando pacem requirit, nemo autem bellum pacificando. *Ibid. lib. 19. cap. 12. in princ. pag.* 389. *A.*

42. Cùm juſtum geritur bellum, pro peccato contrario dimicatur: & omnis victoria cùm etiam malis provenit, divino judicio victos humiliat, vel emendans peccata, vel puniens. *Ibid. cap. 15. paulò ante med. pag.* 392. *A.*

43. Quid culpatur in bello? an quia moriuntur quandoque morituri, ut dominentur in pace victuri? *Profec.*

44. Hoc reprehendiſſe, timidorum eſt, non religioſorum.

45. Nocendi cupiditas, ulciſcendi crudelitas, impacatus ac implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi; hæc ſunt quæ in bellis jure culpantur. *Lib. 22. contra Fauſtum, cap. 74. ferè in princ. pag.* 299 *A. tom.* 6.

46. Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poſcit, ut ſuſcipiendi belli authoritas atque conſilium penes Principem ſit; exequendi autem juſſa bellica miniſterium, milites debeant paci ſalutique communi. *Ibid. cap. 75. in princ. pag.* 299. *B.*

S. AUGUSTIN. 47. Bellum quod gerendum Deo authore ſuſcipitur, rectè ſuſcipi dubitare fas non eſt, vel ad terrendam, vel ad obterendam, vel ad ſubjugandam mortalium ſuperbiam. *Ibid. ante med.* &c. *ut ante.*

48. In bello imperare, vel pugnare, vel vincere, vel occidi, quis hominum novit cui proſit, aut obſit? cùm hoc tamen conſtet, & cui prodeſt, non niſi per divinum prodeſſe beneficium: & cui obeſt non niſi per divinum obeſſe judicium. *Ibid. cap. 78. in fine, pag.* 301. *B.*

49. Apud Belligeros viros, victus dicitur victor occiſus. *Epiſt. 190. ad Bonifac. ante med. pag.* 520. *D. tom.* 2.

50. Initium ſummæ difficultatis eſt bellum. *De vera Relig. cap. 54. in princ. pag.* 516. *D. tom.* 1.

51. Quantò erit acrior impetus belli, tantò major gloria non cedenti, tantò denſior corona. *Lib. 20. de Civit. Dei, cap. 13. circa med. pag.* 414. *D. tom.* 5.

S. BASILIUS SELEUC. 52. Nihil opus eſt armis, Deo bellum adjovante. *Orat. 15. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag.* 430. *col.* 2. *E. edit. Coloniæ* 1618.

V. BEDA. 53. Bellum optimum agitur, cùm ſpiritus carni adverſatur. *In ſuis Proverb. verbo Bellum. pag.* 186. *tom* 2.

54. Bellator fortis, qui ſe poterit ſuperare. *Ibid.* &c. *verbo Bellator.*

55. Equus paratur ad bellum, ſed à Domino victoria datur. *Ibid. verbo Equus, pag.* 188.

56. Horrida bella gerit, qui pacis fœdera ſpernit. *Ib. verbo Horrida, pag.* 190.

57. Militis cujuſlibet fortitudo non agnoſcitur, niſi in bello. *Ibid. verbo Miles, pag.* 193.

S. BERNARD. 58. Ex cordis affectu, non belli eventu penſatur vel periculum, vel victoria Chriſtiani. *Serm. Exhort. ad Milites Templi, cap. 1. poſt med. fol.* 109. *columna* 3. *lit. I.*

59. Si bona fuerit cauſa pugnantis, pugnæ exitus malus eſſe non poterit. *Ibidem.*

60. Si in voluntate alterum occidendi, te potiùs occidi contigerit in bello, moreris homicida. *Profec.*

61. Si verò voluntate ſuperandi vel vindicandi, fortè occidis hominem, vivis homicida. *Ibid. prope finem, fol.* 109. *col.* 4. *K.*

62. Quis finis fructuſve ſecularis non dico militiæ, ſed malitiæ, ſi & occiſor lethaliter peccat, & occiſus æternaliter perit? *Ibid. cap. 2. in princ. fol.* 109. *colum.* 4. *lit. K.*

63. Quis ô milites, hic tàm ſtupendus error, quis furor hic tàm non ferendus, tantis ſumptibus ac laboribus militare, ſtipendiis verò nullis, niſi aut mortis aut criminis? *Ibidem*

64. Non aliud bella movet, liteſque ſuſcitat, niſi irrationabilis iracundiæ motus, aut inanis gloriæ appetitus, aut terrenæ qualiſcumque poſſeſſionis cupiditas: talibus certè ex cauſis neque occidere, neque occumbere tutum eſt. *Ibidem in fine, fol.* 106. *columna* 4. *lit. I.*

65. Non in multitudine exercitus eſt victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt. *Ibid. cap. 4. in fine, fol.* 110. *col.* 2. *F.*

66. Bellum diſcordias ſuſcitat, Eccleſias vaſtat, ſacra temerat, exaltat iniquos, bonos perſequitur, perimit innocentes. *Ep. 223. ad Epiſcop. Sueſſionenſem, prope finem, fol.* 255. *col.* 2. *F.*

S. BONAVENT. 67. Ad licitum uſum militiæ, oportet quòd concurrat conveniens perſona & cauſa. *Profec.*

68. Perſona ſcilicet indicentis bellum, perſona agentis bellum, & perſona patientis bellum.

69. Perſona agentis, quæ debet eſſe laicus & ſecularis, non Clericus vel Religioſus.

70. Perſona patientis, quæ talis ſit inſolentiæ, ut per bellum ſit compeſcenda.

71. Perſona indicentis bellum, in qua requiritur quòd habeat poteſtatem.

Digitized by Google

S. BONAVENT. 72. Cauſa autem conveniens eſt, cùm eſt pro tutela Patriæ, vel pacis, vel fidei.

73. Quando hæc concurrunt, tunc licitum eſt militare: ſed quando deficit aliquid horum, tunc eſt illicitum.

74. Sæpè enim bellum geritur non pro tutela Patriæ, vel pacis, vel fidei; ſed propter gloriam hominum, vel vindictam, & tunc illicitum eſt militare. *Sup. cap. 2. Lucæ cap. 3. in illud, Nihil amplius quam quod conſtitutum eſt, faciatis. pag. 37. col. 2. A. tom. 2.*

75. Prudentis militis, virique conſtantis & fortis officium eſt, non ſolùm bellum non fugere, ſed & optare bellando victoriam, ut poſſit coronam accipere. *Profec.*

76. Non enim coronatur, niſi qui bellat & vincit. *Serm. 1. de S. Luca in princ. pag. 223. col. 2. tom. 3.*

77. Princeps qui bellum fugit, ſcutum non arripit, arma non induit, ſed vacat laſciviis, non eſt bonus exhortator ad bellum. *Serm. 1. de S. Gregorio, in fine, pag. 242. col. 2. tom. 3.*

78. O crudelitas humana! ò corda dura tygridis lacte nutrita! undè vobis tanta crudelitas? *Profec.*

79. Conſtat quòd Deus crudelitatem prohibet, & miſericordiam docet, & in hominibus crudelitas eſt tanta, ut mutuis vulneribus intra ſe crudeliùs, quàm animalia bruta, pugnent. *Serm. 5. de una Virgine, & in ord. 36. poſt med. pag. 351. col. 1, tom. 3.*

80. Apud veros Dei cultores, bella non crudelitate aut cupiditate geruntur. *In Speculo animæ, cap. 1. ante finem. pag. 34. col. 2. A. tom. 7.*

CASSIODORUS 81. In prælis concitatis, gloria vincentis ſemper apparet: nam virtus probatur latere, quæ non fuerit explorata certamine. *Sup. Pſ. 26. verſ. 6. Si exurgat adverſum me prælium.*

82. Ars bellandi, ſi non præluditur, cùm fuerit neceſſaria, non habetur. *Profec.*

83. Diſcat ergo miles in otio, quod perficere poſſit in bello.

84. Animos ſubitò ad arma non erigunt, niſi qui ſe ad ipſa idoneos præmiſſa exercitatione diſponunt.

85. Geſtiunt vituli certamina, quæ implent ætate robuſta: Catuli in novellis venationibus ludunt.

86. Sic animi hominum, niſi priùs leviter fuerint imbuti, ad hoc quò tendis, idonei nequeunt reperiri.

87. Primordia cuncta pavida ſunt, & aliter timiditas non tollitur, niſi cum rebus neceſſariis novitas abrogatur. *Lib. 1. Epiſt. 39.*

88. Terribilis eſt hominibus belli conflictus, ſi non ſit aſſiduus, & niſi uſu præmuniatur, concertandi ſubitò fiducia non habetur: nam quod in juventute non diſcitur, in matura ætate neſcitur. *Lib. 3. Ep. 3.*

S. CYRILLUS ALEX. 89. Strenuum ſe præbet miles in bello, ſi ante pugnæ labores belli ſtudia præviſione meditetur. *Hom. 16. de Feſt. Paſchal. ante med. pag. 186.*

S. CYRILLUS HIEROSOL. 90. Miles expectans præmia, alacris eſt in bellum: nemo verò tàm indiſcreto Regi militaverit, qui non ſoleat bravia laborum exhibere, ut fruſtrà ſit paratus mori. *Catecheſ. 18. in princ. apud Biblioth. Patr. tom. 4. pag. 447. col. 1. B. edit. Coloniæ 1618.*

DIONYSIUS CARTHUS. 91. Diabolus contra duos bellum movet, unum incitans ut injurias inferat, alium ut injuriis acceptis contumelias reddat. *Profec.*

92. Quem dùm in primo conflictu ſuperare nequivit, interim ab aperto certamine ceſſans, poſt modicum redit, & illum eumdem acriùs quàm ante impugnat de impatientia & vindicta.

93. Bellum grave eſt contra diabolum, quia occultum, quia cum fortiore, quia hoſtis inſidiæ non videntur.

94. Adverſarius nec labore deficit, nec victus aliquando diſcedit, ſed tantò acrior redit, quantò per gratiam Dei debellatus fortiùs fuit. *Sup. Ep. B. Jacobi cap. 4. art. 6. circa med. in illud. Reſiſtite diabolo, fol 14. C.*

S. EPHRÆM 95. Bellum militum breve, ſed Monachi pugna, quoad uſque emigret ad Dominum, durat. *De Adhort. ad pietatem ante med. pag. 72. B. tom 1.*

GLOSS. DECR. 96. Qui fugit in bello publico (ſi bellum juſtum eſt) infamis eſt. *apud Gratian. in decretis, fol. 3. col. 1. edit. Lugdun.* 1540.

GLOSS. INT. 97. Bella à fidelibus non cupiditate, ſed charitate committenda ſunt. *Sup. Geneſ. cap. 14. in fine, col. 206. D. tom. 1.*

GLOSS. ORD. 98. Aliud eſt bella fortiter perpeti, aliud enerviter expugnari: in iſtis excitatur virtus, ne extolli debeant: in illis omnimodo extinguitur, ne ſubſiſtant. *Sup. Numer. cap. 8. in fine, col. 1217. A tom. 1.*

99. Plus valet unus Sanctus orando, quàm innumeri peccatores præliando. *Ibid. cap. 31. in princ. columna 1403. lit. E.*

GLOSS. INT. 100. In bellis humanis numeroſior exercitus præſtat tutiora ſubſidia, ſed non eſt ita in divinis. *Proſecut.*

101. Non enim clarum divinæ virtutis eſt opus, ſi humanis adminiculis fulciatur. *Sup. lib. Iudic. cap. 7. in princ. col. 199. C. tom. 2.*

GLOS. ORD. 102. Non ſolùm bellare, ſed etiam vincere ſine duce, vituperabile eſt. *Sup. Iudith, cap. 14. col. 1592. C. tom. 2.*

GLOSS. INT. 103. Populus armatus ſine Deo, inermis eſt. *Sup. Pſ. 88. col. 1131. A. tom. 3.*

104. Si primò das te Deo, tunc illo juvante & docente fortiter pugnabis. *Sup. Pſ. 143. in princ. ſup. illud, Qui docet manus meas ad prælium, col. 1550. D. tom. 3.*

GLOSSA ORD. 105. In bello non habent homines quos vincant, ſed quos capiant, jàm fame conſumptos. *Sup. Hierem. cap. 32. col. 807. A. tom. 4.*

106. Sancti Angeli diligunt homines juſtum bellum habentes, & eos adjuvant, & perſonam Principis ſpecialiter conſervant. *Sup. 2. Machab. capite 10. tom. 4.*

107. In bellis Principum, tranquillitas diſſipatur, tepeſcit pietas, diſtrictio ſolvitur; qua ſoluta, infirmorum caſtitas violatur. *Sup. 1. ad Timoth. cap. 2. in princ. col. 694. D. tom. 6.*

S. GREGORIUS MAGN. 108. Ille laudabiliter ſpecula emittit, qui priùs hoſtem, quàm feriat, conſpicit. *Lib. 6. Moral. cap. 18. in fine, col 208. A. tom 1.*

109. Nemo vires ſuas in pace cognoſcit: ſi enim bella deſunt, virtutum experimenta non prodeunt. *Profec.*

110. Improvidus miles eſt, qui fortem ſe in pace gloriatur. *Ibidem lib. 23. cap. 18. in princ. colum. 792. lit. D.*

111. Incaſſùm contra exteriores inimicos in campo bellum geritur, ſi intra urbis mœnia civis inſidians habeatur. *Ibid. lib. 30. cap. 13. ante med. num. 26. colum. 1028. lit. C.*

112. Bella carnalia, ſpiritualium bellorum figuram gerunt. *Et habetur in decretis Gratiani, cauſa 23. quæſt. 1. Canon. Niſi. fol. 290. col. 4.*

113. Qui contra vitia ſemper in acie eſt, habet etiam hoc tempore bellum; & fortaſsè graviùs affligitur, cùm non extraneorum ictibus, ſed ſuorum moribus impugnatur. *Lib. 31. Moral. cap. 4. in fine, num. 6. col. 1046. B. tom. 1.*

114. Valida ſunt, & omninò violenta bella carnis. *Lib. 6. in 1. Regum, cap. 1. poſt init. columna 1569. lit. D. tom. 2.*

S. GREG. NAZ. 115. Eſt bellum laudabile, paci à Deo diſcedenti præferendum.. *In Apologet. de ſua fuga poſt med. pagina 19.*

S. HIERONYM. 116. Plus penè bella civilia, quàm hoſtilis mucro conſumpſit. *Tom. 1. Ep. 3. ad Heliodor. ante finem, pag. 27. lit. A.*

117. In bello ea exhortatio maxima eſt, eaque

plurimum authoritatis habet, quæ pugnatorem de viribus ſuis admonet. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriadem, paulò poſt init. pag. 12. D.*

S.Hieronym. 118. Amatori præliorum ornamenta ſunt vulnera. *Tom. 4. Epiſt. 6. ad Amicum poſt med. pagina 40. lit. D.*

Hugo Caro. 119. Miles in bello aut impetit, aut impetitur: qui igitur fortiorem ſe impetit, indiget adjutore: qui autem impetitur, indiget protectore. *Sup. Pſ. 113. fol. 296. col. 2. Moraliter, tom. 2.*

120. Nihil adeò timet hoſtis, quàm ordinationem pugnantium contra ſe. *Sup. Proverb. cap. 24. folio 53. col. 1. tom 3.*

121. Qui ſpiritualia bella non ſenſerunt, nec victorias habuerunt, nec poſſunt loqui victorias, niſi ſicut cæci, qui ſyllogizant de coloribus. *Ibid. cap. 21. fol. 48. col. 2.*

S. Ioannes Chryſoſt. 121. Miles in bellum proficiſcens, non cogitat tantùm vulnera, & cædes, & hoſtium inſidias, & alias ærumnas, ſed & victorias, & triumphos ſibiipſi præſagines, omni armatura (bona ſpe propoſita) ſe munit. *Hom. 25. ſup. Geneſ. ante finem, col. 198. A. tom. 1.*

123. Qui ad bellum tranſmittitur, ad gloriam paratur. *Hom 31. oper. imperf. ſup. Matth. ante med. col. 941. B. tom. 2.*

124. Inter bellatores naſcitur de virtute contentio. *Ibid. Hom. 43. à medio, col. 1049. A.*

125. Non adeò externa, quantùm inteſtina, atque civilia proſternunt bella. *Hom. 42. ſup. Matth. poſt init. in illud 12. Omne regnum in ſe diviſum, &c. col. 369. B. tom. 2.*

126. Neceſſe eſt ex bello victoria coronari, cædéque redeuntem cruentari, ſæpè etiam vulnera referre. *Hom. 43. oper. imperf. ſup. Matth. poſt med. col. 670. D. tom. 2.*

127. Quænam utilitas, ſi pacato orbe, magnaque quiete ubique terrarum obtinente, tu adversùs temetipſum excitare bella non deſinas? *Hom. 7. ſup. 1. Timoth. ante med. col. 1465. A. tom. 4.*

128. Dulce bellum eſt inexpertis. *Hom. 3. in Acta Apoſt. ante finem, col. 465. D. tom. 3.*

129. Cùm armatura bellica muniuntur, cuſtodiæ ponuntur, vigiliæ nocturnæ ſervantur, rogique accenſi undiquè cernuntur, certè apertum hoc cognoſcitur, non pacis ſed belli indicium eſſe. *Serm. 8. ſup. Ep. ad Rom. circa med. Moralis, col. 89. A. tom. 4.*

130. Nulla ſunt arma tàm valida diabolo, quàm pugna, quàm inimicitia, quàm bellum. *Hom. 2. ſup. 2. ad Cor. ante fin. in Morali, col. 704. A. B. tom. 4.*

131. Etſi bellum non ſit, maximè tamen oportet quæ belli ſunt curare, ac meditari. *Profec.*

132. Qui enim in pace ea curat, quæ pugnæ ſunt, terribilis erit ipſo tempore pugnæ. *Hom. 3. ſup. 1. ad Theſſal. poſt med. col. 1340. A. tom. 4.*

Joan. Gers. 133. Impii deſiderant bellum, ut corvus cadaver. *Serm. 1. de Spiritu ſancto poſt med. fol. 101. pag. 2. lit. B. part. 4.*

S. Iſidorus Hiſpalens. 134. Fruſtrà foris agit bellum, qui intus habet periculum. *Lib. 2. de ſum. bono. cap. 42. ſent. 11. pag. 658. columna 1.*

S. Iſid. Pelus. 135. Si hoſtes in bello vincere cupis, Dei metu exercitum ducito. *Profec.*

136. Juſtitia enim hoc affert, ut quis ſtrenuè ac feliciter pugnet: contrà autem injuſtitia hoſtium eſt auxilium. *Lib. 1. Ep. 264. ad Gerontium, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 504. col. 1.*

S. Laur. Juſt. 137. Bellica arripuiſſe arma, & ad prælium recuſare accedere propter metum, valdè ridiculoſum eſt. *Part. 1. de Diſcipl. Monaſtica converſat. cap. 4. in princ. pag. 108. col. 2. C.*

Nicolaus Pap. 138. Si nulla urget neceſſitas, omni tempore eſt à præliis abſtinendum. *Ep. ad Conſulta Bulgarorum. Et habetur in decreto Gratiani, part. 2. cauſa 23. quæſt. 8. Canon. Si nulla, fol. 309. col. 2.*

Pet. Bleſ. 139. Bellorum eventus non eſt in numero, vel audacia robuſtorum, ſed in ejus beneplacito, qui pro ſuæ voluntatis arbitrio univerſa diſponit. *Tract. de Hieroſolymitana peregrinat, ante finem, apud Bibt. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 931. col. 1. B. edit. Coloniæ 1618.*

140. Inhoneſtum eſt, bellum cum eo gerere, quem tuæ familiaritatis ſecretarium habuiſti. *Ibid. de Amicit. cap. 23. prope med. pag. 975. col. 1. H.*

S. Petrus Chryſol. 141. Qui ſine tuba dimicat, miles non eſt; fertur furore, non prælio, virtute non agit, ſed periculo: quærit perire, non vincere. *Profec.*

142. Præliorum peritis militaris tuba perſonat diſciplinam: imperitis, tantùm dat clangorem.

143. Ut magiſtra bellorum dat ſuis vires, hoſtibus dat pavorem. *Serm. 14. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 671. col. 2. G.*

144. Bellicoſus quòd in bello fugit, artis eſt, non timoris. *Ibid ſerm. 150. in medio. pag. 771. col. 2. E.*

S. Proſper 145. Præſens vita, dies eſt belli, quia vel foras, vel intùs nunquam deeſt adverſitas, cui debeat repugnari. *Sup. Pſ. 139. verſ. 8. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 154. edit. Coloniæ 1618.*

146. Nulla eam civitatem bella perturbant, quæ pacis eſt ſepta limitibus, nec aliquid patitur inquietum, in qua nihil eſt à Dei voluntate diverſum. *Ibid. ſup. Pſ. 147. verſ. 3. pag. 161. col. 1. A.*

Salvianus. 147. Compulſus criminibus noſtris Deus, ut hoſtiles plagas de loco in locum ſpargeret. *Profec.*

148. Et cùm ardeant, ut ita dicam, membra hominum peccatorum, curata non ſunt vitia peccantium. *Lib. 7. de Gubern. Dei, circa med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 355. col. 2. E.*

149. Miramur ſi ab hoſte viribus vincimur; non illos naturale robur corporum facit vincere, nec nos naturæ infirmitas vinci: nemo ſibi aliud perſuadeat, nemo aliud arbitretur, ſola nos morum noſtrorum vitia vicerunt. *Ibid. in calce, pag. 359. col. 1. D.*

S. Sidonius. 150. Non dat tot pugna ſocios, quot ſolet menſa convivas. *Lib. 3. Ep. 3. ad Ecdicium, circa med. apud Bib. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 1002. col. 1. lit. B. edit. Coloniæ 1618.*

S. Valerian. 151. Totam cauſam belli finivit, qui authorem pugnæ ſuperavit. *Hom. 20. de Avaritia in fine, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 499. col. 2. F. edit. Coloniæ 1618.*

Sententiæ Paganorum.

Cicero: 152. In pace bellum quæritas, in bello pacem deſideras. *Lib. 4. de Arte Rhetorica ad Herennium, ante med. col. 53. A tom. 1.*

153. Incertus exitus, & anceps fortuna belli: qui verò victor pacis authores diligit, is profectò declarat ſe maluiſſe non dimicare, quàm vincere. *Orat. 40. pro Marcello à medio, columna 801. lit. A. Num. 15. tom. 2.*

154. Sine imperio res militaris adminiſtrari, teneri exercitus, bellumque geri non poteſt. *Orat. 47. Philip. 5. ante med. num. 45. col. 878. G. tom. 2.*

155. Nihil hoc cive tetrius (ſi civis habendus eſt) qui civile bellum concupiſcit. *Orat. 55. Philipp. 13. in princ. num. 2. col. 925. B. tom. 2.*

156. Omnia ſunt miſera in bellis civilibus, ſed miſerius nihil eſt ipſa victoria. *Lib. 4. Ep. 9. ad Marcellum in medio, col. 59. E. tom. 3.*

157. Extremum malorum omnium eſt, civilis belli victoria. *Lib. 9. Ep. 6. ad Varronem in medio, col. 141. A. tom. 3.*

158. Multi ſæpè bella quæſierunt propter gloriæ cupiditatem, atque id in magnis animis ingeniiſque plerumque contingit. *Lib. 1. de Offic. ante med. num. 74. col. 477. C. tom. 4.*

159. Bellum ita ſuſcipiatur, ut nihil aliud niſi pax quæſita videatur. *Ibidem ante medium, columna 478. lit. C.*

160. Nihil

CICERO. 160. Nihil eſt turpius, quàm cum eo bellum gerere, quo cum familiariter vix eris. *De Amicitia poſt med. col. 574. B. tom. 4.*

SENECA. 161. Minus turpe eſt à bello inermem reverti, quàm armatum fugere. *Suaſoria 2. ante med. pag. 9. tom. 1.*

162. Optima civilis belli defenſio, oblivio eſt. *Lib. 5. controverſ. 32. ante med. pag. 236. tom. 1.*

163. Nullum laborem recuſant manus, quæ ad arma ab aratro transferuntur. *Epiſt. 51. à medio, pagina 612. tom. 1.*

164. Pacem cum hominibus habeas, cùm vitiis bellum. *De Moribus ante med. pagina 677. edit. Baſilea.*

VALER. MAX. 165. Si in bello egregium eſt, hoſtem deijcere: non minus laudabile, infelicis ſcire miſereri. *Lib. 5. dict. memor. cap. 1. in medio, pag. 206.*

SENECA. 166. Diù apparandum eſt bellum, ut vincas celerius. *In Proverb. pagina 684. columna 2. D. edit. Baſilea.*

Beneficium in genere.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DESCRIPTIO.

ETYMOLOGIA.

COLLECTOR. *Beneficium dicitur quaſi bonum officium.*

DEFINITIO, ET DESCRIPTIO.

SENECA. BENEFICIUM eſt rectè factum, quod irritum nulla vis efficit. *Lib. 1. de Benef. cap. 5. in principio.*

Beneficium eſt ipſa tribuendi voluntas. *Ibidem.*

Beneficium eſt quod totum ejus cauſa præſtatur in quem confertur. *Profec.*

Ubi aliquis ex eo, aut ſperat quid, aut præparat, non eſt beneficium, ſed conſilium. *Lib. 4. Controverſ. 24. poſt med. pag. 187. tom. 1.*

Quid eſt beneficium? benevola actio tribuens gaudium, capienſque tribuendo, in id quod facit prona, & ſponte ſua parata. *Lib. 1. de benefic. cap. 6. in princ. pag. 384. tom. 2.*

Beneficium eſt opera utilis, ſed non omnis opera utilis, beneficium eſt: quædam enim tàm exigua ſunt, ut beneficii nomen non occupent. *Ibid. lib. 4. cap. 28. ante med. pag. 448.*

Beneficium referre, eſt ultrò quod debeas afferre: vel referre, eſt ad eum à quo acceperis ferre. *Ep. 81. poſt med. pag. 702.*

Quid eſt dare beneficium? Deum imitari. *De Moribus circa med. pag. 677. edit. Baſilea.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Non ſatis eſt benè velle, ſed etiam benefacere: nec ſatis eſt benefacere, niſi id ex bona voluntate proficiſcatur. *Lib. 1. Offic. cap. 30. in princ. col. 20. lit. D. tom. 1.*

2. In beneficio reddendo plùs animus quàm cenſus operatur. *Ibid. cap. 32. ante med. col. 24. A.*

3. Enitendum eſt, ut beneficiis obligemus plurimos, & collatam reſervemus gratiam, ne jure beneficii fiant immemores, qui ſe graviter læſos dolent. *Ibid. lib. 2. cap. 24. in princ. col. 53. D.*

4. Collatio beneficii facta in pauperes, magis quàm in locupletes juvat. *Profec.*

5. Quia dives dedignatur beneficium, & pudet eum debitorem eſſe gratiæ: pauper verò, etſi non habet undè reddat pecuniam, refert gratiam.

6. In quo certum eſt, quòd plus reddat, quàm acceperit; pecunia enim nummo ſolvitur, gratia nunquàm exinanitur.

S. AMBROSIUS. 7. Reddendo vacuatur pecunia, gratia autem & habendo ſolvitur, & ſolvendo retinetur.

8. Quantò igitur apud gratos, quàm apud ingratos melius eſt locare beneficium? *Ibid. lib. 2. cap. 25. circa med. col. 54. C. D.*

S. ANSELMUS. 9. Beneficium tale eſſe debet, ut omnibus proſit. *De ſimilitud. cap. 116. in princ.*

10. Quantò quis ſe reputat indigniorem, tantò magis gratus eſt beneficiis: & quantò gratior, tantò magis laudabilior. *De Menſuratione Chriſti crucis in fine, lit. F.*

S. ANTONIN. 11. Quantò quis recipit majora beneficia, tantò faciens mala magis ingratus eſt. *Part. 2. tit. 3. cap. 9. §. 4. in fine, fol. 145. col. 4.*

S. AUGUSTIN. 12. Ubi gratior amor eſt, ibi non æſtuat indigentiæ ſiccitate, ſed ubertate beneficentiæ profluit. *De Catechizand. rudibus, cap. 4. circa med. pag. 640. C. tom. 4.*

13. Virtus benefacit ei, qui ſibi malum machinatur. *De Amicit. cap. 16. in fine, pag. 780. C. tom. 4.*

14. Tantò ſunt intercedentium & parcentium beneficia gratiora, quantò peccantium juſtiora ſupplicia. *Epiſt. 54. ad Macedonium poſt med. pagina 159. lit. B. tom. 2.*

S. BASILIUS MAGNUS. 15. Beneficiorum gratiæ, ad donantes revertuntur. *Et habetur lib. 3. Parallel. cap. 107. fol. 141. pagina 2. lit. B.*

V. BEDA. 16. Beneficium qui dare neſcit, injuſtè petit. *In ſuis Proverb. tom. 2. verbo Beneficium, pag. 186.*

17. Bonum ſi facere nequeas, non tamen culpes, vel prohibeas. *Ibid. verbo Bonum, &c.*

18. Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter. *Ibid. verbo Inops, pag. 191.*

S. BERNARD. 19. Oportet beneficium, ut verè ſit, eſſe gratuitum: danti itaque rependi quidquam gratius ab accipiente noo poteſt, quàm ſi gratum habuerit, quod gratùs accepit. *Ep. 174 ad Canonicos Lugdunenſes poſt med. fol. 246. col. 2. F.*

20. Minùs libenter beneficium datur, quod minùs gratè, minùſve neceſſariè provenire ſentitur. *Serm. 16. ſup. Cant. poſt med. fol. 145. col. 4. M.*

21. Facta factis compenſari oportet, ſi non rebus & viribus, ſaltem voluntate. *Profec.*

22. Æquabo ergo beneficia votis, quæ factis non poſſum: deſideriis dives ſum, affectibus abundo: & certè verus beneficus ampliùs non requirit. *Ep. 181. ad Haymericum Cancellar in princ. fol. 246. col. 2. E.*

23. Accipiendis indignus eſt, qui fuerit de acceptis ingratus. *Serm. 4. ſup. Qui habitat in princ. fol. 79. col. 3. G.*

24. Nunquid non perit, quod donatur ingrato? *Serm. 51. ſup. Cant. poſt med. fol. 175. col. 2. E.*

S. BONAVENT. 25. Si benefacere benefacientibus, ſolum eſt debitum; & benefacere non benefacientibus, gratuitum: videtur quòd malè facere benefacientibus ſit impium, & crudeliſſimum. *In caput 2. Lucæ, cap. 6. ſup. illud, Si benefeceritis his, &c. pag. 75. columna 2. lit. B. tom. 2.*

26. Eſto gratus in beneficiis. *In Alphab. Religioſ. lect. 18. pag. 529. col. 1. C. tom. 7. part. 4.*

27. Beneficiis ingratus exhibitis, ineptus efficitur exhibendis. *In ſpeculo diſcipl. part. 1. cap. 2. in fine, pag. 533. col. 2. C. tom. 7. part. 4.*

28. Benefacere merenti, juſtum eſt: benefacere nihil merenti, ſed tamen humiliter petenti pium eſt. *Prof.*

29. Benefacere nec promerenti, nec deſideranti, magis pium eſt: benefacere autem contemnenti, & adverſanti, piiſſimum eſt, & non niſi divini cordis eſt. *Lib. 2. de Prof. Relig. cap. 63 poſt med. p. 601. col. 1. A. to. 7. part. 4.*

S. DOROTH. 30. Benefacere proximo, hoc charitatis eſt, & amoris. *Doctrina 18. Reſp. 3. in fine, apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 794. col. 2. G.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 31. Bonum dando non conſumitur, ſed dilatatur: & magis dùm transfertur acquiritur, ac miro modo &

tranſmittitur & retinetur. *Hom. 4. de Epiph. ſub fin. apud Biblioth. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 551. col. 1. C.*

GLOSSA ORD. 32. Benefacere jucundum & placitum Deo eſt: ulciſci verò Deo ingratum eſt. *Sup. Geneſ. cap. 19. in princ. col. 241. D. tom. 1.*

33. Fit ſæpè ut inimicus crebris victus beneficiis, odii ponat rigorem, & calorem charitatis menti apponat. *Sup. Proverb. cap. 25. in illud, Prunas congregabis ſuper caput ejus, col. 1713. C. tom. 3.*

34. Amare amantem, naturæ eſt: non amantem verò cogi beneficiis ad amorem, perfectionis eſt. *Sup. Matth. cap. 7. col. 148. F. tom. 5.*

35. Beneficiatus acceptis beneficiis debet ſe gratum oſtendere, & benefactorem laudare, quamvis hoc benefactor non quærat. *Sup. Marc. cap. 7. in fine, col. 561. A. tom. 5.*

36. Sicut accepta contumelia bonus fit melior, ita malus de beneficio pejor. *Sup. Ioan. cap. 8. col. 1170. D. tom. 5.*

GLOSS. INT. 37. Non eſt fraternus amor, niſi mutuis ſe præveniant obſequiis. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 12. col. 159. A. tom. 6.*

GLOSS. ORD. 38. Vis ulciſci de hoſte? beneficium illi exhibe, tùm acerbiori eum ſupplicio affeciſti. *Ibid. cap. 12. ſup. illud, Carbones ignis congeres, &c. col. 152. E.*

S. GREG. NAZ. 39. Fias infortunato Deus, nihil enim adeò divinum habet homo, quàm benefacere: quamvis ille plus, hic verò minùs benefacit. *Orat. 17. de paupertate, poſt med. pag. 157.*

40. Longè honorabilius eſt beneficium dare, quàm accipere. *Ibid. poſt med. pag. 158.*

41. Beneficentia cum lætitia, & non cum mœſtitia eſt adornanda. *Ibid. ſub finem, pag. 161.*

HUGO à S. VICTORE. 42. Beneficium ſi impendatur occultè, humanæ laudis favorem extinguit. *Lib. 1. de Clauſtro animæ, cap. 13. in fine, pag. 37. H. tom. 2.*

HUGO CARD. 43. Non ſolùm benefac, ſed etiam citò: quia qui citò dat, bis dat: dare neſcit: qui dare tardat. *Sup. Proverb. cap. 3. in illud, Cùm ſtatim poſſis dare, fol. 9. col. 2. tom. 3.*

44. Beneficia vera ex fornace amoris procedunt. *Ibid. cap. 25. fol. 56. col. 3.*

S. IOANNES CHRYSOST. 45. Tàm officioſi in eos ſimus, qui nos offendère, quàm ſumus in eos, qui verè nobis benefaciunt. *Hom. 27. in Gen. ante finem, col. 219. B. tom. 1.*

46. Cordatos beneficia magis, quàm pœnæ alliciunt. *Ibid. Hom. 28. ante med. col. 224. B.*

47. Occaſiones ille dandi exquirit, qui beneficia tribuere conſuevit. *Serm. de Moyſe, poſt med. col. 569. D. tom. 1.*

48. Beneficiis ingratus eſt, qui datorem tumoris arrogantia deſpicit. *Hom. 2. de lapſu primi hominis in fine, col. 545. A. tom. 1.*

49. Tùm fas eſt propria commemorare beneficia, cùm inſignis hinc ſperatur utilitas. *Profec.*

50. Quoties nulla data occaſione jactat quis ac deprædicat ſua in alium beneficia, nihilò potior eſt exprobrante.

51. Qui beneficia ſua commemorat, ut correpto perſuadeat, & malam de ipſo opinionem habentem flectat in diverſum, is curator eſt & beneficus. *Hom. 3. de David & Saule. longe poſt med. columna 633. lit. C. tom. 1.*

52. Optima beneficiorum cuſtos, eſt memoria ipſa beneficiorum, & perpetua gratiarum actio. *Hom. 26. ſup. Matth. a medio, col. 247. C. tom. 2.*

53. Vitium potiſſimum, quod ex arrògantia gigni ſolet, eſt cùm aliquis dignum ſe eſſe beneficiis exiſtimat. *Ibid. ante finem, col. 248. D.*

54. Quò majora quis beneficia conſecutus eſt, eò majori ſubjacet culpæ, ſi nullo beneficiorum acervo victus, in ingratitudine pertinaciter perſeverat. *Ibid. Hom. 53. circa med. col. 447. C.*

55. Omnis inimicitia beneficiorum aſſiduitate compeſcitur. *Hom. 13. oper. imperf. ſup. Matth. poſt init. col. 825. D. tom. 2.* S. JOANNES CHRYSOST.

56. Officiorum aſſiduitate, inimici conciliandi ſunt. *Hom. 58. in Geneſ. ante finem, col. 463. A. tom. 1.*

57. Inimico benefacere, hæc dignitas eſt diſcipulorum Chriſti. *Hom. 14. ſup. Acta Apoſtol. in princ. Mor. col. 542. C. tom. 3.*

58. Talia eſt hominum natura, ut ſtatim beneficiorum obliviſcatur. *Ibid. Hom. 41. in princ. Moralis, col. 714. C.*

59. Beneficium eorum, quibus benefactum eſt, ingratitudo ſubvertit. *Ser. 6. ſup. Ep. ad Rom. poſt med. col. 58. D. tom. 4.*

60. Non qui miniſtrat bonis, ſed qui bona exhibet, is beneficus eſt. *Tom. 8. ſup. 1. ad Cor. poſt med. in Morali, col. 385. A. tom. 4.*

61. Affectus es malè? viciſſim benefacito. *Serm. 16. ſup. Ep. ad Epheſ. in medio Moralis, columna 1057. lit. A. tom. 4.*

62. Si vis ulciſci, iſto modo ulciſcere: malefactis bona repende, ut & ipſum malefactorem debitorem tuum conſtituas, & victoriam feras admirabilem. *Ibidem.*

63. Major utilitas accedit benefacienti, quàm beneficium accipienti. *Serm. 9. ſup. Ep. ad Philipp. poſt med. Moralis, col. 1183. D. tom. 4.*

64. Beneficium petere, & viciſſim accipere, apud verum amicum ſine ſuſpicione licet. *Hom. 2. ſup. 2. ad Theſſal. poſt med. col. 1332. A. tom. 4.*

65. Qui amat, beneficium magis impendere, quàm accipere cupit: non ita gaudet ſibi benefieri, ſicut aliis benefacere. *Ibid. ante fin. col. 1333. B.*

66. Maledixit te quiſpiam; tu illum beneficiis refove, & magnum quid feciſti. *Hom. 3. ſup. 1. ad Timoth. in fine, col. 1448. B. C. tom. 4.*

67. Vis beneficia capere? confer beneficium alteri. *Hom. 13. ad Popul. Antioch. paulò poſt med. colum. 124. A. tom. 5.*

68. Omnis beneficus major eſt, quàm beneficium ejus. *Hom. 3. oper. imperf. poſt med. col. 761. C. tom. 2.*

69. Qui beneficium accipere vult, beneficio dando proximi in ſe benignitatem congerat. *Ep. ad Zenam ſub finem, apud Bibl. Patr. tom. 2. pag. 71. col. 2. F. edit. Coloniæ 1618.* S. JUSTINUS MART.

70. Qui obſequium præſtare neſcit, injuſtè petit, imò etiam in odium cadit. *De contemplat. amoris divini, cap. 2. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 10. pag. 1. col. 2. H. edit. Coloniæ 1618.* IDIOTA.

71. Beneficentia nulla eſt, ubicumque neceſſitas non eſt. *Lib. 6. de vero cultu, cap. 11. in fine pag. 258.* LACT. FIRM.

72. Perit quidquid gratiæ cauſa tribuitur non indigentibus, aut cum fœnore redit. *Ibidem.*

73. Nihil à viro juſto faciendum eſt, niſi quod ſit beneficium. *Ibid. cap. 12. poſt init. pag. 258.*

74. Ibi Juſtitia eſt, ubi ad benefaciendum neceſſitatis vinculum nullum eſt. *Ibid. circa med. pag. 259.*

75. Beneficium ſi referatur, interit atque finitur. *Ibid. poſt init. pag. 258.*

76. Iis maximè laudis eſt benefacere, quos nemo ſperavit eſſe facturos. *Profec.*

77. Qui bonum facit, vel conſanguineo, vel amico, nullam, vel certè non magnam laudem meretur, quia facere debet: qui autem facit alieno & ignoto, is verè dignus eſt laude; quoniam ut faceret, ſola ductus eſt humanitate. *Lib. 6. de vero cultu. cap. 12. ante med. pag. 259.*

78. Quid ab aliis præſtari nobis velimus, optimè novimus: quid autem ipſi aliis debeamus præſtare, neſcimus. *Lib. 3. de Gubern. Dei circa med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 332. col. 2. G.* SALVIANUS.

79. Invidi quando beneficiis afficiuntur, tunc inſaniunt. *Sup. Mat. c. 12. in illud, Cœperunt conſilium, p. 35. B* THEOPHYLACTUS.

THEOPHILACTUS. 80. Qui accepta beneficia non rectè diſpenſat, benefactorem proculdubiò afficit comumelia. *Sup. Ep. ad Hebr. cap.* 10.

S. THOMAS AQUINAS. 81. Non eſt dignus beneficium conſequi, qui de acceptis beneficiis gratias non egit. *Sup. Ep. ad Rom. cap. primo, lect.* 5. *in princ. fol.* 4. *col.* 2.

82. Quatuor ſunt hominum genera faciliter beneficia obliviſcentia: ſcilicet, puer cùm adoleverit humilis cùm ſublimatus fuerit, ſuperbus ſuperbia innodatus, & incarceratus à carcere liberatus. *Tom.* 1. *Opuſcul. de diverſ. homin. in princ. fol.* 106. *pag.* 2.

83. Quatuor ſunt genera hominum, quibus invitia confertur beneficium.	Debitur, cùm ultimo liberatur debito. Puer, cùm verberatur pro delicto. Lethargus, cùm excitatur à ſomno. Phreneticus, cùm curatur à morbo. *Ibidem poſt med. fol.*

107. *pag.* 1.

S. VALERIAN. 84. Coſumunt authorem ſuum beneficia, quæ conſtiterint extorta. *Hom.* 3. *de Arcta vita poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 479. *col.* 1. *D. edit. Coloniæ* 1618.

85. Infinita virtus eſt, odium viciſſe beneficiis. *Profec.*

86. Nam ille inter cæteros palmas perfectæ virtutis obtinet, qui ad vicem veneni, pocula dulci melle componit. *Ibidem, Hom.* 12. *circa init. pag.* 489. *col.* 1. *lit. C.*

S. ZENO. 87. Si quia aggrediatur inimicum beneficiia vincere, continuò ferocitas mitigatur; in invidum autem ſi beneficia conferantur, multò ampliùs inflammatur: & quamò plura fuerit conſecutus, tantò majoribus incendiis conflagratur. *Profec.*

88. Quam feram belluam, quoa venenatos ſerpentes, mores iſti non ſuperant?

89. Canes beneficii memores videas; leones, cæteræque feræ miteſcunt, & vincuntur ad gratiam; ſoli invidi beneficiis graviùs inflammantur. *Serm. de livore ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pag.* 131. *col.* 2. *F. edit. Coloniæ* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 90. Non hominis eſt benefici, facilè beneficium accipere, ſed dare. *Lib.* 4. *de Moribus, cap.* 1. *ante med. fol.* 35. *pag.* 2. *edit. Pariſ.* 1565.

91. Ei, qui beneficium dederit, referendum beneficium eſt: & rursùs is, qui accepit, alterum beneficio provocare debet. *Ibid. lib.* 4. *cap.* 5. *ante med. fol.* 53. *pag.* 2.

92. Magna pars hominum beneficii immemor eſt; mavultque beneficium accipere, quàm dare. *Ibid. lib.* 6. *cap.* 7. *poſt init. fol.* 102. *pag.* 1.

93. Benefactores plus amant beneficiatos, quàm amentur ab eis. 9. *Ethicor. Et habetur apud Bedam, tom.* 2.

94. Juſtum eſt facere gratiam ei, qui gratiam facit. 2. *Rhetor. Et habetur apud Bedam, tom.* 2.

95. Magis tenemur amicis largiri bona, quàm extraneis. 9. *Ethic. & hab. apud Bedam, tom.* 2.

96. Beneficium accipere, ſine labore eſſe conſtat: beneficium autem conferre, difficile. *Lib.* 9. *Ethic. ſeu Moral. cap.* 7. *in fine, col.* 722. *tom.* 2.

97. Virtutis eximiæ eſt, cunctis benefacere. *Lib.* 1. *Rhetor. cap.* 9. *a medio, col.* 1108. *tom.* 2.

CICERO. 98. Illiberale eſt officium, ferere beneficium, ut metere poſſis fructum. *Orat. antequam iret in exilium, in princ. num.* 2. *col.* 952. *E, tom.* 2.

99. Nihil tàm inhumanum, tàm immane, tàm ferum quàm committere, ut beneficio non dicam indignus, ſed victus eſſe videâre. *Orat.* 31. *pro Plancio, poſt med. num.* 81. *col.* 639. *A. tom.* 2.

100. Quid eſt melius aut quid præſtantius beneficentia? *Lib.* 1. *de Natura Deorum, ante finem, num.* 121. *col.* 294. *G. tom.* 4. CICERO.

101. Si in eos quos ſperamus nobis profuturos, non dubitamus beneficia conferre: quales in eos eſſe debemus, qui jàm profuerunt? *Lib.* 1. *de Offic. ante med. num.* 48. *col.* 472. *C. tom.* 4.

102. Benefacta malè collocata, malefacta arbitror. *Ibid. lib.* 2. *poſt med. num.* 62. *col.* 508. *D.*

103. Sublata beneficentia, liberalitas funditùs tollitur, bonitas, & juſtitia. *Ibid. lib.* 3. *ante med. col.* 520. *lit. D.*

104. Odioſum ſanè genus hominum beneficia exprobrantium, quæ meminiſſe debet is potiùs in quem collata ſunt, non commemorare, qui contulit. *De Amicitia poſt med. col.* 573. *B. tom.* 4.

105. Amicos beneficiis fove, quò fiant amiciores: inimicis benefac, quò fiant amici. *In ſentent. ſent.* 1. CLEOBULUS LINDIUS.

106. Gratificandum eſt potiùs pauperi, quàm diviti; ſeni, quàm juveni. *Tom.* 3. *Syzygia* 5. *in dialogo Phædri in princ. pag.* 227. *D.* PLATO.

107. Iraſcitur aliquis: tu contrà, beneficiis provoca. *Lib.* 2. *de Ira, cap.* 34. *poſt med. pag.* 430. *tom.* 1. SENECA.

108. Ubicunque homo eſt, ibi beneficio locus eſt. *De beata vita. cap.* 24. *ante med. pag.* 507. *tom.* 1.

109. Beneficia ſine ullo delectu magis projicimus, quàm damus. *Profec.*

110. Nec facilè dixerim, utrum turpius ſit inficiari, an rependere beneficium. *Lib.* 1. *de benefic. cap.* 1. *circa init. pag.* 378. *tom.* 2.

111. Multos experimur ingratos, plures facimus. *Profec.*

112. Quia alias graves exprobratores, exactoreſque ſumus.

113. Aliàs leves, & quòd paulò poſt muneris ſui pœniteat.

114. Aliàs queruli, & minima momenta calumniantes.

115. Ità gratiam omnem corrumpimus, non tantùm poſtquàm dedimus beneficia, ſed dùm damus. *Ibid. ante med. pag.* 378.

116. Eodem modo beneficium debetur, quo datur, & ideò non eſt negligenter dandum: ſibi enim quiſque debet, quod à negligente accepit. *Profec.*

117. Nec tardè quidem, quia cùm in omni officio magni æſtimetur dantis voluntas; qui tardè fecit, diù noluit. *Ibid. à medio, pag.* 378.

118. Non eſt quod tardiores faciat ad benè merendum turba ingratorum. *Ibid. poſt med. pag.* 379.

119. Demus beneficia, non fœneremus: dignus eſt decipi, qui de recipiendo cogitavit, cùm daret. *Ibid. ante finem, pag.* 379.

120. Magnanimi & boni proprium eſt, non fructum beneficiorum ſequi, ſed ipſa, & poſt malos quoque bonum quærere. *Ibid. ſub finem, pag.* 379.

121. Tunc virtus eſt dare beneficia, non utique reditura, quorum à viro egregio ſtatim fructus perceptus eſt. *Ibid. in fine, pag.* 379.

122. Malim non recipere beneficia, quàm non dare: quia qui non dat, vitium ingrati antecedit *Ibidem.*

123. Qui beneficium non reddit, non magis peccat, quàm qui non dat citiùs. *Ibidem.*

124. Beneficia in vulgus cùm largiri inſtitueris, perdenda ſunt multa, ut ſemel ponas benè. *Ibid.*

125. Nullum beneficium perit, tantùm eroga tu: ſi reddatur aliquid, lucrum eſt: ſi non reddatur, damnum non eſt. *Ibid. cap.* 2. *in medio, pag.* 380.

126. Nunquàm vir bonus de beneficiis factis cogitat, niſi admonitus à reddente: alioquin in formam crediti tranſeunt. *Ibidem*

127. Turpis fœneratio eſt, beneficium expenſum referre. *Ibid. poſt med. pag.* 380.

128. Qui ingratus eſt adversùs unum beneficium, adversùs alterum non erit. *Profec.*

SENECA,

129. Duorum oblitus es ? tertium etiam eorum quæ exciderunt memoriam reducet.

130. Is beoeficium perdidit, qui citò ſe perdidiſſe credidit.

131. At qui inſtat, & onerat priora ſequentibus, etiam ex duro, & immemori pectore gratiam extundit. *Ibid. cap. 3. in princ. pag.* 380.

132. Beneficiis tuis inimicum cinge. *Ibidem.*

133. Non poteſt beneficium manu tangi, animo cernitur. *Ibid. cap. 5. in princ. pag.* 383.

134. Multùm intereſt inter materiam beoeficii, & beneficium : itaque nec aurum, nec argentum, nec quidquam eorum, quæ à proximis accipiuntur, beneficium eſt, ſed ipſa tribuentis voluntas. *Ibidem.*

135. Beneficium etiam amiſſo eo quod datum eſt, durat. *Ibid. in medio, pag.* 383.

136. Omnia quæ falſum beneficii nomen uſurpant, miniſteria ſunt, per quæ ſe voluntas amica explicat. *Ib. poſt med. pag.* 383.

137. Non eſt beneficium id, quod ſub oculos venit, ſed tantùm beneficii veſtigium & nota. *Ibid. in calce, pag.* 383.

138. Beneficium non in eo quod fit, aut datur, conſiſtit : ſed in ipſo dantis aut facientis animo. *Ibid. cap. 9. in principio, pag.* 384.

139. Ingratum eſt beneficium, quòd diù inter manus dantis hæſit, quod quis ægrè dimittere viſus eſt, & ſic dare tanquàm ſi ſibi præriperetur. *Ibid. lib. 2. cap. 1. in princ. pag.* 390.

140. Cùm in beneficio jucundiſſima ſit tribuentis voluntas, qui oolentem ſe tribuiſſe, ipſa cunctatione teſtatus eſt, non dedit. *Ibidem in medio pag.* 390.

141. Gratiſſima ſunt beneficia parata, facilè occurrentia, ubi nulla mora fuit, niſi in accipientis verecundiam. *Ibidem.*

142. Serò beneficium dedit, qui roganti dedit. *Profecut.*

143. Illud beneficinm jucundum, victurumque in animo ſcias, quod obviam venit. *Ibid. cap. 2. in princ. pag.* 391.

144. Quamvis leve & vulgare beneficium ſit, ſi præſtò fuerit, multum ſibi adjicit, gratiamque pretio. *Ibid. poſt. med. pag.* 391.

145. Qui beneficiom paratè fecit, non eſt dubium, quio libenter faciat. *Ibidem.*

146. Non videri beneſeciſſe delectat, ſed benefacere. *Ibidem cap. 10 in med. pag.* 394.

147. Hæc beneficii inter duos lex eſt ; alter ſtatim oblivisci debet dati, alter accepti nunquàm. *Ibid. in fine, pag.* 394.

148. Qui dedit beneficium, taceat : narret, qui accepit. *Ibid. cap. 11. ante med. pag.* 395.

149. Niſi beneficia adjuveris, perdes : parùm eſt dediſſe, fovenda ſunt. *Ibid. poſt med. pag.* 395.

150. Si gratos vis habere quos obligas, noo tantùm des oportet beneficia, ſed & ames. *Ibidem.*

151. Nihil æquè in beneficio dando vitandum eſt, quàm ſuperbia. *Profec.*

152. Non tantùm iogratum, ſed inviſum eſt beneficium ſuperbè datum. *Ibid. in fine pag.* 395.

153. Sunt quædam nocitura impetrantibus, quæ non dare, ſed negare, beneficium eſt. *Ibid. cap. 14. in princ. pag.* 396.

154. Beneficium demus, quod uſu magis, ac magis placeat, quod nunquàm in malum vertat. *Ibidem poſt med. pag.* 397.

155. Quidam non tantùm dant beneficium ſuperbè, ſed etiam accipiunt. *Ibidem, cap. 18. in princip. pagina* 399.

156. Jucundiſſimum eſt ab eo accepiſſe beneficium, quem amare etiam poſt injuriam poſſis. *Ibid. ante med. pag.* 400.

157. Non videtur dediſſe beneficium, qui malo animo profuit, caſus enim, non beneficium eſt, hominis injuria. *Ibid. cap. 19. in medio pag.* 401.

158. Qui gratè beneficium accepit, primam ejus penſionem ſolvit. *Ibid. cap. 22. in calce, pag.* 402.

159. Nullum eſt tàm plenum beneficium, quod non vellicare malignitas poſſit. *Ib. c. 28. in fine pag.* 405. *Prof.*

160. Nullum tàm anguſtum, quod noo bonus interpres extendat.

161. Qui libenter beoeficium accepit, reddidit. *Ib. cap. 30. in calce pag* 407.

162. Qui beneficium dat, vult excipi gratè : habet quod voluit, ſi benè acceptum eſt. *Ibid. cap. 31. in med. pag.* 407.

163. Gratum hominem, ſemper beneficium delectat : ingratum, ſemel. *Ibidem, lib. 3. cap. 17. circa med. pag.* 419.

164. Non eſt beneficium, quod in quæſtum mittitur. *Ibidem, lib. 4. cap. 14 in princ. pag.* 439. *Prof.*

165. Qui beneficium ut reciperet dedit, non dedit.

166. Optimi viri & ingentis animi eſt, tamdiù ferre ingratum, donec fecerit gratum. *Lib. 5. cap. 1. in fine, pag.* 456.

167. Quo quis plura beneficia dedit, beoefioentior eſt. *Ibid. cap. 9. ante med. pag.* 462.

168. Beneficium dare, ſocialis res eſt, aliquem conciliat, aliquem obligat. *Ibidem, cap. 11. in fine pagina* 464.

169. Nullum beneficium eſt, cujus commodum non & proximos tangat, nonnunquàm etiam longiùs poſitos. *Ibidem, cap. 19. ante med. pag.* 472.

170. Non eſt beneficium, niſi quod à bona voluntate proficiſcitur : niſi illud agnoſcit, qui dedit. *Ib. lib. 6. cap. 9. in fine, pag.* 483.

171. Pœnitet accepti beneficii, quem nondum redditi piget. *Ibid. cap. 42. in fine pag.* 502.

172. Quiſquis de accipiendo cogitat, oblitus accepti eſt. *Ep. 73. poſt init. pag. 671. tom* 2.

173. Beneficio vis injuriæ extinguitur. *Ep 81. ante med. pag. 702. tom.* 2

174. Ingratus eſt, qui beneficium reddit ſine uſura. *Ibidem, ante med. pag.* 703.

175. Quid eo miſerius, cui beneficia excidunt, hærent injuriæ ? *Prof.*

176. At contrà ſapientia exornat omne beneficium, ac ſibiipſi commendat, & ſe aſſidua ejus commemoratione delectat.

177. Malis una voluptas eſt, & hæc brevis, dùm accipiunt beneficia, ex quibus ſapienti longum gaudium manet, ac perenne.

178. Non enim illum accipere, ſed accepiſſe delectat. *Ep. 81. poſt med. pag. 704. tom.* 2.

179. Periculoſiſſima res eſt, beneficia in ingratum magna conferre. *Prof.*

180. Nam quia putat turpe, non reddere : ooo vult eſſe, cui reddat. *Ibid. in fine, pag.* 706.

181. Nihil cariùs æſtimamus, quàm beneficium, quamdiù petimus : nihil vilius, cùm accepimus. *Ibid. ante fin. pag.* 705.

182. Cupiditas accipiendorum, oblivionem acceptorum facit : cogitamus, non quid impetratum, ſed quid impetrandum ſit. *Ibidem.*

183. Beneficii accepti nuoquàm oportet oblivisci, dati protinùs. *De Moribus circa med. pag. 677. edit. Baſilea.*

184. Vires tuas amici magis ſentiant beneficiis, quàm iojuriis. *Ibidem a medio, pag.* 678.

185. Hoſtia ſoli Deo acceptabilis, benefacere hominibus pro Deo. *Sent. 41. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 64. col. 1. D. edit. Col.* 1618. SIXTUS PAPA

186. Opta ut benè poſſis facere inimicis. *Ib. Sent. 204. pag. 66. col. 1. A.*

187. Quæ gratis accipis à Deo, præſta gratis, *Ibid. Sent. 233. pag. 66. col. 1. B.*

SIXT. PHILOS. 188. Stude communiter omnibus benefacere. *Ibid. Sent.* 251. *pag.* 66. *col.* 1. *C.*

189. Ne te impediat à benefaciendo homo ingratus. *Ibidem, Sent.* 319. *pag.* 66. *col.* 2. *G.*

190. Qui dat aliquid & imputat, contumeliam magis, quàm beneficium dedit. *Ibid. Sent.* 319. *pag.* 66. *col.* 2. *lit. H.*

VALERIUS MAXIMUS. 191. Perdit & tollit beneficium, quiſquis benè meritò parem referre gratiam negligit. *Lib.* 5. *dict. memorab. cap.* 3. *ante finem, pag.* 226.

PLINIUS II. 192. Eſt ita natura comparatum, ut antiquiora beneficia ſubvertas, niſi illa poſterioribus cumules. *Lib.* 3. *Ep.* 4. *ad Macrinum, poſt med. pag.* 71.

Beneficium Dei.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. MULTÒ crebrior, multòque numeroſior pars illa hominum eſt, cui particulatim quidquid ſuperna largitas donat, accreſcit, ut conferendorum munerum cauſæ de iis, quæ ſunt collata, pariantur. *Lib.* 2. *de vocat. gentium, cap.* 3. *ante fin. volum.* 257. *lit. B. tom.* 2.

2. Plena ſemper & redundantia ſunt divina beneficia, non exiguo conſtricta numero, ſed uberi bonorum coacervata congeſtu. *Lib.* 1. *ſup. Luc. cap.* 1. *in illud, Ne timeas Zacharia. col.* 1627. *D, tom.* 5.

S. AUGUSTIN. 3. Quiſquis tibi enumerat vera merita ſua, quid tibi enumerat, niſi munera tua? *Lib.* 9. *Conf. cap.* 13. *poſt init. pag.* 115. *B. tom.* 1.

4. Multa nobis orantibus tribuis, & quidquid boni antequàm oremus, accipimus, à te accipimus. *Ibid. lib.* 10. *cap.* 31. *circa med, pag.* 127. *A.*

5. Melius judicavit Deus de malis benefacere, quàm mala nulla eſſe permittere. *In Enchirid. cap.* 27. *in medio, pag.* 114. *C. tom.* 3.

6. Tanta eſt erga omnes homines bonitas Dei, ut noſtra velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona; & pro his quæ largitus eſt æterna præmia ſit donaturus. *De Eccleſiaſt. dogmat. cap.* 32. *in medio, pag.* 142. *C. tom.* 3.

7. Quid melius, quid omnipotentius eo, qui cùm mali nihil faciat, benè etiam de malis facit? *De Continent. cap.* 6. *circa med. pag.* 709. *A. tom.* 4.

8. Nemo eſt donis Dei beatus, qui donanti exiſtit ingratus. *De bono vidunt. cap.* 16. *poſt med. pag.* 732. *D. tom.* 4.

9. Magnum beneficium eſt pax, ſed Dei veri beneficium eſt. *Lib.* 3. *de Civit. Dei, cap.* 9. *in medio pag.* 45. *B. tom.* 5.

10. Dona ſua coronat Deus, non merita tua: ſi ergo Dei dona ſunt, bona merita tua, non Deus coronat merita tua, tanquàm merita tua, ſed tanquàm dona ſua. *De gratia, & lib. arbit. cap.* 6. *in fine, pagina* 890. *D. tom.* 7.

11. Caveat homo ne ſit ingratus beneficiis Dei, ejuſque in ſe provocet iracundiam, cujus obedienter & fideliter debet ſuſcipere gratiam. *Sup. Pſ.* 77. *in princip. Præfat. pag.* 585. *B. tom.* 8.

12. Vis ut Deus det ſe tibi? quid ſi quod vis habere, non vult ipſe ut habeas, ut ſe tibi det? impedimenta removet, ut intret ad te, & ſe tibi det. *Prof.*

13. Peccatoribus blaſphemantibus eum quotidiè, dat Deus cœlum & terram, dat fontes, fructus, ſalutem, filios, copias, ubertatem.

14. Si talia peccatoribus dat, quid eum putas ſervare fidelibus ſuis? *Sup. Pſ.* 85. *verſ.* 4. *pag.* 649. *lit. B. tom.* 10.

15. Quidquid promiſit Deus, indignis promiſit, ut non quaſi operibus merces promitteretur, ſed gratia à nomine ſuo gratis daretur: quia & hoc ipſum, quòd juſtè vivit, in quantùm homo poteſt juſtè vivere, non meriti humani, ſed beneficii eſt divini. *Sup. Pſal.* 109. *poſt init. Præfat. pagina* 875. *lit. B. tom.* 8.

16. Cùm aliquando Deus tardiùs dat, commendat dona, non negat. *Prof.* S. AUGUSTIN.

17. Diù deſiderata, dulciùs obtinentur, citò autem data vileſcunt.

18. Pete, quære, inſta, petendo & quærendo creſcit, ut capias: ſervat tibi Deus quòd non vult citò dare, ut & tu diſcas magna magnè deſiderare. *Serm.* 5. *de verbis Domini, ante med. pag.* 10. *C. tom.* 10.

19. Non meo vel ingenio, vel merito, ſed Dei dono ſum, ſi quid laudabiliter ſum. *Ep.* 52. *ad Macedonium, ante med. pag.* 151. *A. tom.* 2.

20. Res proſpera, donum eſt conſolantis; res autem adverſa, donum eſt admonentis Dei. *Ep.* 85. *ad Felicitat. ante med. pag.* 255. *A. tom.* 2.

21. Deus recipit, quod non invenit, & nunquàm amiſit: nunquàm inops eſt, & gaudet lucris: nunquàm avarus, & uſuras exigit: ſupererogatur ipſi, ut debeat; & quis habet quidquam non ſuum? *Prof.*

22. Reddit debita nulli debens, donat debita nihil perdens. *In Meditat cap.* 29. *non procul ab initio, pagina* 490. *C. tom.* 9.

23. Quiſquis beneficia Dei non videt, cæcus eſt: quiſquis videt, nec Deum laudat, ingratus eſt: quiſquis laudanti reluctatur, inſanus eſt. *Lib.* 1. *de Civit. Dei, cap.* 7. *in fine, pag.* 6. *D. tom.* 5.

24. Quis vel mente concipere (non dicam verbis) poſſit & exponere, quanta circa nos ſint Dei noſtri beneficia? *Ser.* 1. *Feriæ* 2. *poſt Dom.* 1. *Quadrag. & in ord.* 67. *ante med. pag.* 514. *D. tom.* 10.

25. Benefacere Deus ſemper paratus eſt, ſed hominum malitiâ prohibetur. *Serm.* 1. *Dom.* 12. *poſt Pent. & in ord.* 219. *poſt med. pagina* 768. *D. tom.* 10.

26. Munificentiſſimus eſt Rex noſter, & indignatur ſi quis parvum quid ab ipſo petat, ſi quis noſtrûm de nihil attinentibus ipſum ſolicitet. *De conſtit. cap.* 1. *circa med. pag.* 624. *tom.* 3. S. BASIL. MAG.

27. Ideò multa quæ Deus dare diſpoſuit, priùs pollicetur, ut ex promiſſione devotio excitetur: ſicque quòd gratis daturus erat, devota oratio promereatur. *Homil.* 4. *ſup. Miſſus, ante finem, fol.* 9. *col.* 4. *lit. M.* S. BERNARD.

28. Onerat nos, cùm exonerat Deus: onerat beneficio, cùm exonerat peccato. *Serm.* 15. *ſup. Qui habitat. paulo poſt init. fol.* 88. *col.* 2. *D.*

29. Magna ſuperbia, & delictum maximum, uti datis tamquàm innatis; & in acceptis beneficiis, gloriam uſurpare beneficii. *In Tract. de diligendo Deo poſt init. fol.* 295. *col.* 3. *G.*

30. De magnis bonis mala oriri non minima ſolent; cùm facti eximii de bonis Domini, utimur donis tanquàm non datis, & non damus gloriam Deo. *Serm.* 88. *ſup. Cant. in princ. fol.* 201. *col.* 4. *L.*

31. Magnum eſt quod à Deo offertur, ſed eò utique libentiùs & feſtinantiùs ſuſcipiendum, & obviis arripiendum manibus cum fervore & hilaritate. *In declamat. ſup. Ecce nos. prope med. folio* 310. *column.* 4. *L.*

32. Quid poteris largitori tuo rependere? dedit te tibi, quando te creavit ut eſſes. *Profec.*

33. Reddidit te tibi, quando recreavit te ut benè eſſes.

34. Dedit in Viaticum tibi corpus & ſanguinem ſuum, ſe verum Deum, & hominem verum, ne in via deficias, & tu quid rependes?

35. Si pro eo quòd dedit tibi, quando te creavit, vicem nequis rependere, pro quid eo rependes, quòd ſe tibi dedit?

36. Certè ſi te millies poſſes rependere, quid eſſes tu in comparatione Dei?

37. Repende tamen quantùm potes, rependete totum illi, qui te totum tibi & dedit & reddidit: & his non contentus, ſe quoque totum dedit tibi. *In lib. de Paſſione, cap.* 30. *poſt med. folio* 69. *col.* 4 *M. & conſeq.*

38. Quoties beneficia Dei recipimus, toties tracti S. BONAVENT.

ſumus. *Serm. 1. Feria 4. Pentecoſt. poſt med. pag.* 138. *col.* 1. *tom.* 3.

S. BONAVENT.

39. Cui Dominus plus benedixit in naturalibus, vel ſpiritualibus, vel temporalibus donis, plus meritò ipſi ſervire debet. *Ser. 2. Dom. 5. poſt Pent. prope med. pag.* 155. *col.* 1. *tom.* 3.

40. Pudeat nos non recordari tantorum beneficiorum, & pudeat nos eum offendere, quem recordamur nobis tanta bona feciſſe. *Ibidem, Serm. 3. ſub finem, pag.* 156. *col.* 1.

41. O ſumma pietas, ſummaque miſericordia Domini Salvatoris, qui cùm tota die offendatur à nobis, non tamen nobis ſua beneficia retrahit. *Serm. Exalt. S. Crucis, poſt med. pag.* 273. *col.* 1. *tom.* 3.

42. Iſte eſt peſſimus & ingratiſſimus, qui plus diabolicis figmentis, quàm divinis beneficiis eſt tractus. *Profec.*

43. Qui plus ſibi complacuit diabolica nequitia, quàm divina benevolentia: magis eligit eſſe ſervus diaboli, quàm Filius Dei. *De Stimulo amoris part. 1. cap. 7. gradu 7. longè ante finem, pag.* 202. *col.* 1. *D. tom.* 7. *part.* 3.

44. Beneficia Dei etſi parva videantur, nobiliſſima & pretioſiſſima ſunt. *Lib. 2. de Profectu Religioſor. cap. 5. poſt init. pag.* 578. *col.* 1. *B. tom.* 7. *part.* 4.

45. Beneficia Dei tàm pretioſa ſunt, quòd nullo pretio ſunt condigna. *Ibidem, cap. 63. in princ. pag.* 600. *col.* 2. *D.*

46. Quanta eſt pietas Dei, illis tanto affectu & ſtudio ſic benefacere, qui beneficia ejus nec agnoſcere, nec conſervare, nec regratiando dignè recipere ſtudent. *Ibidem, poſt med. pag.* 601. *col.* 1. *A.*

47. Deus ad hoc beneficium ſuum protrahit, ut non ſit nobis vile quod donat. *Ibidem, cap. 71. in med. pag.* 605. *col.* 1. *E.*

48. Conſidera quod ipſe benefactor tuus Dominus Deus, ità tibi benefacit, ut nihil à te repetat, nec te, nec aliqua creatura indiget. *In faſciculario, cap 6. in princ. pag.* 101. *col.* 1. *A. tom.* 7.

CASSIODOR.

49. Rectè uti debemus beneficiis divina largitate collatis, ne magis indè pereamus, undè ſublevati fuiſſe cognoſcimur. *Sup. Pſ. 105. poſt med. verſ. 34. fol.* 164. *col.* 2.

S. CLEM. PAP.

50. Quid tàm impium eſt, quàm à Deo beneficium conſequi, & ingratum eſſe? *Lib. 5. recognit. poſt med. fol.* 101. *pag.* 2.

S. CYRILLUS HIEROSOL.

51. Non dat Deus ſancta canibus. *Catecheſ. 1 circa med. apud Biblioth. Patrum, tom. 4. pag. 398. col. 2. edit. Coloniæ* 1618.

S. DIONYSIUS AREOPAG.

52. Divina beneficia digna ſunt ſacris laudibus. *De Eccleſ. Hierarch. cap. 4. in calce, apud Bibl. Patr. tom. 1. pag.* 130. *col.* 2. *F.*

DIONYSIUS CARTHUS.

53. Quantò quis majora à Deo ſuſcipit dona, tantò ampliùs obligatur Deo in omnibus obedire charitate ſincera. *Sup Epiſt. 1. ad Cor. cap. 4. art. 4. circa med. in illud. Quid gloriaris, &c. fol.* 38. *A.*

S. EDMUNDUS.

54. Conſideres ſapienter de bonis, quæ tibi Deus ſæpè fecit, & ſemper plus & plus facit. *Prof.*

55. Quando quotidiè malefacis, te corripit: & quando mereris pœnas, tibi indulget.

56. Quando erras, te corrigit: quando titubas, tunc te docet,

57. Quando eſuris, te paſcit: quando ſitis, te potat.

58. Quando friges, tunc te calefacit: quando cales, te refrigerat.

59. Quando vigilas, te ſaluat: quando dormis, te conſervat.

60. Quando ſurgis, te ſuſtinet: quando cadis, te reparat.

61. Quando ſedes, te tenet: quando ſtas, te portat.

62. Quando vadis, te ducit: quando reverteris, te dirigit.

S. EDMUNDUS.

63. Quando ad eum venis, te ſuſcipit: quando ab illo recedis, te reducit.

64. Quando devias, te revocat: quando malè tibi eſt, te confortat. *In Speculo Eccleſ. cap. 4. apud Biblioth. Patrum, tom. 13. pagina 357. col. 1. B. edit. Coloniæ* 1618.

S. EUCHERIUS.

65. Cùm hîc tàm præclara Deus juſtis pariter & injuſtis tribuat beneficia, qualia ſunt putanda, quæ juſtis reſervat? *Prof.*

66. Conſideremus, qui tanta dedit, quanta reſtituet: qui tàm magnus eſt in donis, quàm magnus erit in præmiis.

67. Si tàm inæſtimabilis eſt munerantis benignitas, quæ erit illa remunerantis?

68. Quàm magna rependet bonis, qui tàm magna largitur ingratis. *Ep. paranetica ad Valerian. in fine, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 778. col. 2. C. D. edit. Colonia* 1618.

S. EUSEBIUS EMISSEN.

69. Magnitudo cœleſtium beneficiorum, anguſtias humanæ mentis excedit. *Hom. 5. de Paſch. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 560. col. 1. A. edit. Colon.* 1618.

70. Beneficium Dei non poteſt cuſtodire, qui neſcit deſiderare. *Ibid. Hom. 11. de Paſcha poſt med. pag.* 566. *col.* 2. *G.*

71. Non vult Deus noſter bona ſua nimia inveniendi facilitate vileſcere; pretioſa enim & concupiſcibilis merces, cupidum & avidum negotiatorem requirit. *Ibidem, Homil. 3. ad Monachos, in princ. pag.* 580. *col.* 1. *A.*

72. Ille Deus tantorum munerum repromiſſor, non vult in ſervitio habere tepidum, deſpicit faſtidioſum, recuſat coactum, reſpuit indevotum. *Profes.*

73. Lentum enim & parùm gratum, quærere gratiam divini muneris, maxima eſt injuria remuneratoris. *Ibidem.*

74. Tantò graviora erunt humana delicta, quantò majora ſe oſtenderint divina beneficia. *Ibidem. Hom. 4. ante fin. pag.* 582. *col.* 1. *B.*

FRANCISCUS TITELM.

75. Nonnunquàm de præteritorum peccatorum magnitudine, multitudine, & fœditate non inutiliter cogitamus, ut magnitudinem divini beneficii, quo ex illis nos liberati ſumus, meliùs valeamus cognoſcere. *Profec.*

76. Non enim plenè cognoſcitur medici curantis beneficium, niſi morbus ipſi fuerit ægrotanti benè cognitus. *Sect. 1. ſup. Pſ. 37. ſub fin. verſ. 19. Et cogitabo pro peccato meo. pag.* 332.

77. Quemadmodum dulcedinem epularum, qui famem non eſt expertus, neſcit: ita electi non ſatis agnoſcerent magnitudinem divini beneficii, ſi non aliquando permitterentur Dei diſpenſatione in graves incidere afflictiones. *Sect. 1. ſup. Pſ. 70. ante finem, pag.* 651.

S. GREGOR. MAGN.

78. Hominem Deus largitate rationis ditat, infuſione gratiæ viſitat, honore collatæ virtutis exaltat. *Profec.*

79. Tantò ab homine Deus poſteà diſtrictiùs pœnas exigit, quantò hunc impenſo munere largiùs prævenit. *Lib. 8. Moral. cap. 16. in medio num. 20. ſup. illud, Iob. 7. Quid eſt homo, &c. columna* 264. *lit. C. tom.* 1.

80. Incaſſum nobis bona conditor tribuit, ſi non omne quod tribuit, ipſe cuſtodit. *Ibid. lib. 9. cap. 29. poſt init. num. 37. col.* 327. *D.*

81. Citiùs bonum perditur, quod non à largiente cuſtoditur. *Ibidem, prope finem num. 38. colum.* 329. *lit. A.*

82. Malorum domos Dominus bonis implet, quia etiam ingratis ſua dona non denegat: ut aut benignitatem conditoris erubeſcant, & ad bonitatem redeant; aut redire omnimodo contemnentes, indè graviùs puniantur. *Ibid. lib. 16. cap. 5. ante finem num. 97. col 52. lit. B.*

83. Nihil ſuæ virtuti tribuit, qui bonum quod à

conditore habuiſſe ſe intimat, indicans ab ipſo ſe accepiſſe ut bonus eſſet, à quo accepit ut eſſet. *Ib. lib.* 21. *cap.* 13. *prope med. num.* 13. *col.* 725. *B.*

S. GREG. MAG. 84. Præveniente gratia & bona voluntate ſubſequente, hoc quod omnipotentis Dei donum eſt, fit meritum noſtrum. *Homil.* 9. *ſup. Ezech. poſt init. col.* 139. *C. tom.* 2.

85. Diabolus quantò majora in hominibus dona conſpicit, tantò hæc auferre ſubtilioribus inſidiis exquirit. *Prof.*

86. Via eſt vita præſens, & tantò quiſque neceſſe eſt, ut inſidiantes ſpiritus caveat, quantò majora fuñt dona, quæ portat. *Lib.* 7. *in Regiſtro, indict.* 2. *cap.* 126. *Epiſt.* 126. *ad Recharedum Regem Viſigothorum, in medio, col.* 1001. *C. tom.* 2.

87. Lege non conſtringitur ſancti Spiritus donum. *Lib.* 1. *Dialog. cap.* 1. *poſt med. verbo, Nequaquam, col.* 1327. *D. tom.* 1.

88. Dùm per occultum tumorem apud ſemetipſum quis extollitur, ejus qui donum tribuit, gratia privatur. *Lib.* 7. *in Regiſtro, indict.* 2. *cap.* 126. *Ep.* 126. *ad Recharedum Regem Viſigothorum, paulò poſt med. col.* 1001. *D. tom.* 2.

89. Neceſſe eſt ut de dono cœleſti, & timendo gaudeas, & gaudendo pertimeſcas. *Ibidem, lib.* 9. *indict.* 4. *cap.* 58. *Epiſt.* 58. *ad Auguſtin. Epiſcop. Anglorum, poſt init. col.* 1082. *D.*

90. Qui accepta dona ſibi arrogat, ſuis contra Deum donis pugnat. *Lib.* 9. *Moral. cap.* 2. *in princ. col.* 291. *C. tom.* 1.

91. Dignum profectò eſt, ut à Dei beneficiis ſit extraneus, cujus nimirùm juſſionibus non vult eſſe ſubjectus. *Ibidem, lib.* 10. *cap.* 11. *ante med. num.* 17. *col.* 359. *A.*

92. Penſandum eſt quanti eſt periculi tranſacta munera cernere, & futura deſperare. *Ibid. lib.* 26. *cap.* 16. *poſt med. num.* 17. *col.* 868. *C.*

93. Dona ad perfectionem plenam non perveniunt, niſi fide, ſpe, & charitate fiat omne quod agitur. *Ibidem, lib.* 1. *cap.* 13. *in fine, col.* 15. *D.*

94. Plerumque mali eò magis contra Deum ſuperbiunt, quò ab ejus largitate, & citra meritum ditantur. *Prof.*

95. Et qui provocari donis ad meliora debuerant, donis pejores fiunt. *Ibidem, lib.* 11. *cap.* 2. *in princ. num* 1. *col.* 374. *A.*

96. Quibus Deus majora bona præſtat, plerúmque contingit ut quædam minora non tribuat, ut ſemper eorum animus habeat undè ſe ipſe reprehendat. *Proſecutio.*

97. Quatenùs dùm appetunt perfecti eſſe, nec poſſunt, & laborant in hoc quod non acceperunt, nec tamen elaborando prævalent, in his quæ accepta habent, ſe minimè extollant.

98. Sed diſcant quia ex ſemetipſis majora bona non habent, qui in ſemetipſis vincere parva vitia non poſſunt.

99. Quia nonnunquàm eis etiam, quibus magna dona tribuit, parva quædam reprehenſibilia relinquit: ut ſemper habeant contra quod bellum gerant, & mentem non erigant. *Lib.* 3. *Dialog. cap.* 14. *ante finem, verbo. Magna, col.* 1393 *C. D. tom.* 1.

100. Cùm augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. *Prof.*

101. Tantò ergo humilior, atque ad ſerviendum Deo promptior quiſque debet eſſe ex munere, quantò ſe obligatiorem conſpicit in reddenda ratione. *Homil.* 9. *ſup. Evang. in princ. col.* 345. *A. tom.* 2.

S. HIERON. 102. Imperium Dei, beneficium eſt. *Tom.* 1. *Ep.* 14. *ad Celantiam ante med. pag.* 111. *A.*

103. Avarus ſum ad accipienda beneficia Dei, nec ille deficit in dando, nec ego ſatior in accipiendo: quantò bibero, tantò plus ſitio. *Tom.* 2. *Ep.* 23. *ad Cteſiphontem, ante med. pag.* 253. *B.*

104. Qui non ſenſerit Deum per beneficia, ſentiet per ſupplicia. *In Regula Monachor. cap.* 19. *circa med. pag.* 286. *D. tom.* 4. S. HIERONYM.

105. Magnitudo cœleſtium beneficiorum, anguſtias humanæ mentis excedit. *Hom. de corpore & ſang. Chriſti in princ. pag.* 300. *D. tom.* 4.

106. Qui per beneficia non ſenſerunt Deum, ſentient per tormenta. *Lib.* 1. *in Hierem. cap.* 2. *pag.* 268. *A. tom.* 5.

107. Talem conditor ſuus abominatur ut reum, quem ſuis beneficiis contemplatur ingratum. *Libr.* 2. *ſup. Prov. cap.* 16. *in illud, Abominatio eſt Domini, &c. pag.* 31. *A. tom.* 7.

108. Magnitudo beneficiorum Dei excitat in ſe magnitudinem charitatis, quæ perfecta confidit, & timere non novit. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 5. *in illud, Charitas Dei diffuſa eſt, &c. pag.* 275. *B. tom.* 9.

109. Immenſa beneficia, immenſis laudibus ſunt celebranda. *Sup. Ep. ad Epheſ. cap.* 3. *in fine, pagin.* 357. *B. tom.* 9.

110. Si dona Dei accipis, quare viciſſitudinem dilectionis non rependis? aut dona illius, ſi potes, reſpue: vel ſi dona illius reſpuere non potes, viciſſitudinem dilectionis repende. *In Soliloq. de Arrha animæ, longè ante med. pag.* 145. *D. tom.* 2. HUG. A S. VICTORE.

111. Si ſentis beneficium, redde debitum: accipis benignitatem, redde charitatem; hoc tribuit, & exigit Deus. *Lib.* 2. *de Arca Noe, in Mor. cap.* 4. *poſt med. pagin.* 202. *C. tom.* 2.

112. Beneficia Dei ex fornace procedunt, quæ calefaciunt cor, & inflammant ad dilectionem. *Sup. Prov. cap.* 25. *fol.* 56. *col.* 3. *tom.* 3. HUGO CARD.

113. Quidquid boni habemus, à te habemus: & ultra multa dona, teipſum nobis dediſti. *De Contempl. amoris Divini, cap.* 2. *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 10. *pag.* 1. *colum.* 2. *lit. H. edit. Colon.* 1618. IDIOTA.

114. Magna verè, atque mirifica ſunt, nec ulli hominum penitùs, niſi his tantùm (qui experti ſunt) Nota, quæ Dominus fidelibus ſuis adhuc in ipſo corruptionis vaſculo conſtitutis, ineffabili largitur liberalitate. *In collat.* 12. *Abbat Cheremonis, cap.* 12. *in princip. pagina* 586. JOAN. CASS.

115. Beneficia Dei, non ſolùm communia, ſed & privatim collata, ſingulis horis conſideranda ſunt. *Proſec.* S. JOANNES CHRYSOSTOM.

116. Conſideratio enim beneficiorum Dei, maximum ſacrificium, & perfecta oblatio eſt, & ad Deum materia fiduciæ. *Hom.* 19. *ſup. Geneſ. ante finem, col.* 58. *B. tom.* 1.

117. Deus beneficia beneficiis cumulat, & divitias bonitatis ſuæ ita omni honore circumdat, ut eas homini præſtet. *Ibidem, Hom.* 14. *poſt med. column.* 92. *D. tom.* 1.

118. Qui beneficia Dei ſecum recogitat, tanti ſtudii & gratitudinis eſt, ut & alia conſequenter mereatur. *Ibid. Homil.* 15. *ante finem, col.* 100. *D.*

119. Diabolus, qui odio & invidia movetur, ferre non poteſt tot ineffabilia beneficia hominibus collata. *Ibidem, Hom.* 19. *non longè à medio, colum.* 136. *lit. A.*

120. Pœnæ & ſupplicia, beneficia ſunt, & Dei erga hominem providentia. *Ibid. Hom* 26. *circa init. col.* 200. *lit. A.*

121. Beneficiorum Dei memoria, idonea eſt magiſtra ad vitam virtute præditam. *Ibidem, ante finem, col.* 207. *D.*

122. Quando Deus aliquem videt, qui gratus eſt de prioribus beneficiis, largiùs, & cumulatiùs ſua dona in illum profundit. *Ibidem, Homil.* 27. *in princip. columna* 209. *B.*

123. Nunquàm obliviſcamur Dei beneficia in nos collata. *Ibidem.*

124. Quemadmodùm maris fluctus enumerari nunquàm poſſunt; ita neque beneficiorum Dei va-

rietas humanæ naturæ collata. *Ibidem, poſt init. colum.* 210. *lit. A.*

S. Joannes Chrysost. 125. Dona excellentia ſunt, & beneficia illius omnem cogitationem tranſcendentia. *Ibidem*, &c. *D.*

126. Memoria beneficiorum Dei ſufficiens eſt ad virtutum labores. *Ibid.* &c. *D.*

127. Communis omnium Dominus priùs benefacit, & multitudine beneficiorum hominis naturam ad ſe allicit, ut beneficiis prioribus excitati ad mandata implenda homines inducantur. *Ibidem, poſt med. colum.* 216. *lit. A.*

128. Beneficiorum Dei animalia etiam partem habent, quæ homini conceſſa ſunt. *Ibidem, Homil.* 28. *longè poſt init. ſup illud, Gen.* 9. *Et omni animæ viventi vobiſcum. colum.* 222. *C.*

129. Cordatos beneficia magis quàm pœnæ alliciunt ad mandatorum obedientiam. *Ibidem, ante med. col.* 224. *lit. B.*

130. Deus non ſolùm benefacere vult, & dona ſua dare: ſed ſolitus eſt ſua beneficia accepturos facere clariores. *Ibidem, Hom.* 38. *ante med. col.* 314. *C.*

131. Deus beneficus & munificus eſt, qui parvis laboribus magna reddit præmia. *Ibidem, Homil.* 40. *in medio.*

132. Talis eſt Dominus, ut ſi quando viderit homines in prioribus gratos, accumulet beneficia: & nunquàm à ſua beneficentia deſiſtat, remunerans eorum gratitudinem. *Ibid. Hom.* 41. *ante med. ſup. illud Gen.* 18. *Apparuit ei Deus*, &c. *col.* 337. *B.*

133. Dei mos eſt dare magna pro parvis, & magna ſæpè attenuat, quando non hilari promptitudine inſumuntur. *Ibidem, Homil.* 42. *ante finem, columna* 352. *lit. D.*

134. Cùm innumeris beneficiis quotidiè Deus nos proſequatur, ſive ea ſciamus, ſive ignoremus, ſive velimus, ſive nolimus: nihil tamen aliud à nobis exigit, quàm habere gratias pro his, quæ nobis facta ſunt; ut pro illa ipſa gratiarum actione, ad ampliora danda provocetur. *Ibidem, Homil.* 52. *circa medium, columna* 414. *lit. B.*

135. Beneficia à Deo præſtita, nec modum poſſunt habere, nec numerum, nec terminum. *Serm.* 2. *de jejuniis in medio, col.* 533. *B. tom.* 1.

136. Immenſitas beneficiorum Dei, ſuperat cogitationes ſenſuum; & innumera multitudo donorum, vincit volubilitatem verborum. *Ibidem, circa med. col.* 533. *B. Proſec.*

137. Si totum vitæ tempus oris obſequia occupent, laudes teneant, gratiarum actiones inſiſtant, non poteris penſare quod debes. *Ibidem.*

138. Quidquid geſſeris, parùm eſt: quidquid feceris, minùs: omne enim meritum breve eſt comparatione donorum. *Proſec.*

139. Numera beneficia ſi potes, & tunc conſidera quid mereris.

140. Cùm divinis muneribus actus proprios meditare, nec dignum te judicabis eo quo frueris, ſi intelligas quid mereris.

141. De beneficiis innumeris divina in te pietate collatis, elige quod libuerit unum, hoc tuum compenſari totum non poterit meritum. *Ibidem, ante fin. lit. D. & conſequenter.*

142. Tanta eſt erga omnes bonitas Dei, ut noſtra velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona, & pro his quæ largitus eſt, æterna præmia ſit daturus. *Hom. de Adam & Eva, in fine, col.* 538. *C. tom.* 1.

143. Magna felicitas hominis, ſi beneficiis reſponderit Creatoris. *Ser. de Moyſe, poſt med. col.* 569. *D. tom.* 1.

144. Ceſſant beneficia, ubi mala non ceſſaverunt facta. *Ibidem, ut ante.*

145. Tunc tribuitur quod optatur, ſi bonos actus morum probitas comitetur. *Ibidem.*

146. Sanctorum animæ Deo magis lætantur authore munerum, quàm ipſis muneribus: non enim propter dona ipſius ſed dona propter illum diligunt. *Hom.* 5. *de fide Annæ, ante med. col.* 599. *D. tom.* 1.

147. Qui Deum habet faventem, omnibus eſt S. Joannes Chrysoston.
potentior. *Homil.* 3. *de David & Saule, ante finem, col.* 634. *A. tom.* 1.

148. Deus liberalitatem ſuam differt, non quia præſtare nolit, ſed quia hominis illum delectat exactio. *Homil.* 23. *ſup. Matth. poſt med. colum.* 220. *lit. D. tom.* 2.

149. Quid Dei liberalitati æquale unquàm inveniri poteſt? Ipſe eſt Pater, ipſe frater, ipſe Dominus, ipſe ſponſus, ipſe nutritor, ipſe veſtis, ipſe radix, ipſe fundamentum, ipſe amicus, membrum, caput, ſoror, mater, univerſa ipſe tibi eſt: quidquid volueris, ipſe eſt, dummodo illi, ut decet, afficiaris. *Ibid. Homil.* 77. *ante finem, col* 626. *D.*

150. Quantò majora beneficia hominibus ſunt conſtituta, tantò graviora peccantibus judicia ſunt. *Homil.* 2. *oper. imperf. ſup. Matth. poſt med. col.* 747. *A. tom.* 2.

151. Qui parvis acceptis beneficiis, parva retulerit, nulla dignus eſt reprehenſione; qui verò in aliquod honoris culmen aſſumptus eſt, ſi vilia minimaque rependit, magnum meretur ſupplicium. *Hom.* 13. *ſup. Joan ante fin. col.* 76. *D. tom.* 3.

152. Benignitas Chriſti beneficiis provocat, ut officia eliciat. *Hom.* 1. *in dictum Joan.* 15. *poſt med. col.* 432. *C. tom.* 3.

153. Donum non eſt accipientis meritum, ſed largitoris liberalitatis gratificatio. *Serm.* 1. *de Verb. Apoſt.* 2. *Cor.* 4. *Habentes autem eundem ſpiritum, ante med. col* 1002. *A. tom.* 3.

154. Beneficia Dei communia ſunt, & tu in hac communitate ſervatus es. *Hom.* 2. *ſup.* 2. *ad Cor. in princip. Moral. col.* 696. *C. tom.* 4.

155. Adeò magna ſunt beneficia Dei, & in tantum humanam omnem expectationem ac ſpem tranſcendunt, ut ea ſæpiùs vix credantur. *Hom* 4. *ſup.* 1. *ad Timoth. in princ. col.* 1448. *D. tom.* 4.

156. Nihil ita nobis utile eſt, ſicut meminiſſe beneficiorum Dei; ſive quæ communiter omnibus, ſive quæ ſeorsùm ſingulis tribuit. *Hom.* 1. *ſup. Ep. ad Titum, ante med. col.* 1601. *A. tom.* 4.

157. Tanta eſt Dei liberalitas, ut ex his quæ dedit accipiens, ſe propria non cenſeat accipere: ſed multa cum largitate, ea reddere polliceatur. *Homil.* 34. *ad populum Antiochen. poſt med ſup. illud Marc.* 9. *Qui calicem aquæ frigidæ dederit*, &c. *colum.* 265. *lit. D. tom.* 5.

158. Omnipotens & ſapiens Deus reipſa comprobat quàm benefaciat ſuis, cùm facit, ut hi etiam qui adhuc in errore verſantur, ſuam virtutem & potentiam addiſcant. *Homil.* 52. *ſup. Geneſ. circa init. col.* 411. *lit. B. tom.* 1.

159. Interdùm peccantibus nobis Deus dona ſua S. Isidorus Hispalens.
non retrahit, ut ad ſpem divinæ propitiationis mens humana conſurgat. *Proſec.*

160. Nam non poteſt converſum ſpernere, qui peccantem ſuis beneficiis provocat ad ſe redire. *Lib* 2. *de ſummo bono, cap.* 5. *Sent.* 1. *pag.* 638. *col.* 2.

161. Cùm quis à Deo aliquod donum accipit, non appetat ampliùs quàm quod meruit: ne dùm alterius membri officium arripere tentat, id quod meruit perdat. *Ibidem, cap.* 5. *Sentent.* 10. *pagina* 639. *col.* 1.

162. Mali Dei dona ideò ad damnationem accipiunt, quia illis non ad Dei laudem, ſed ad ſuam vanitatem utuntur. *Proſ.*

163. Utamur ergo optimè divinis beneficiis, quatenùs & Deum non pœniteat dediſſe, & nobis accepiſſe ſit utile. *Ibid. Sent.* 11. *&c.*

164. Pleriſque Dei dona dantur, perſeverantia verò donorum non datur. *Ibid. Sent. ultima, pag.* 639. *col.* 2.

Lact. Firm.

165. Nihil eſt tam conveniens Deo, quàm beneficentia: nihil autem tam alienum, quam ut ſit ingratus. *De Ira Dei cap. 16. ante med. pag. 353.*

166. Conſtare homini ratio pietatis non poteſt, ſi cœleſtibus beneficiis exſtiterit ingratus. *Lib. 4. de vera Sapientia. cap 3. non procul ab initio pag. 146.*

167. Nemo beneficiis cœleſtibus ſegregatur. *Lib. 5. de juſtitia, cap. 15. ante finem, pag. 219.*

S. Laurent. Justin.

168. Dignum profectò eſt, ut quos divina beneficia non corrigunt, hos varietates temporum, clades diverſæ, aſperitates bellorum, calamitatum preſſuræ ad ſui provehant cognitionem erroris. *Part. 2. de obedient. cap. 6. ante finem. pag. 619. col. 1. B.*

S. Leo. I. Pap.

169. Ingratæ mentis indicium eſt, beneficia tacere divina. *Serm. 1. de Anniverſario die aſſumptionis ſuæ ad Pontificat. in princ. fol. 1. pag. 1.*

170. Muneribus Dei juſte & ſapienter utendum eſt, ne materia boni operis fiat cauſa peccati. *Serm. 5. de collectis, poſt init. fol. 5. pag. 1.*

Petrus Blesens.

171. Confert Deus Chriſtianis magna, adverſa repellendo, dando proſpera, conſervando collata. *Prof.*

172. Repellit adverſa, ne moleſtus ſuccumbamus: largitur proſpera, ut largitorem diligamus: conſervat collata, ne per ingratitudinem à largitoris gratia reſiliamus. *Ser. 17. de Cœna Domini in med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part 2. pag. 862. col. 1. A.*

Petrus Cellensis.

173. Non opes exhauriuntur Dei donantis in diſtributione ſuorum munerum. *De Panibus, cap. 19. in princ. apud Bibl. Patr. tom 12. part. 2. pag. 662. col. 2. G. edit. Coloniæ 1618.*

Petrus Chrysolog.

174. Satis ſibi inimicus eſt, qui hoc ſibi dari non credit, quod tota benignitate largiſſimus promittit indultor. *Serm. 58. in fine, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 704. col. 1. C.*

175. Dei largitas victurum, non moriturum ditat. *Ibidem, Serm. 118. poſt med. pagina 750. column. 2. lit. C.*

S. Petrus Damian.

176. Puſillanimorum diffidentia, facit pauperem Chriſtum: at plena fides, divitem illum & largum in exhibendis muneribus experitur. *Opuſc. 12. de contempt. mundi cap. 8. in fine, pag. 496. col. 2. A. tom. 3.*

Philo Jud.

177. Nihil Deo magis proprium, quam benefacere. *Lib. de plantat. Noe poſt med. pag. 327.*

Rich a S. Victore.

178. Juſtum valdè eſt, ut qui ex divinis muneribus inſolenter intumeſcit, ex propria ruina diſcat, quàm nihil ſit & per ſemetipſum, quàm nihil poſſit. *Part. 1. lib. 2. de Erudit. hominis inter cap. 30. poſt med. pag. 148. col. 2. C.*

179. Qui beneficiis divinis ingratus non fuit, ad majora provehi meretur. *Ibid. cap. 51. circa init. pag. 563. col. 1. A.*

Robertus Bellarmin.

180. Radix omnium bonorum, eſt benevolentia Dei. *Sup. Pſ. 5. verſ. 14. pag. 23. col. 2.*

Rupertus.

181. Habent ſancti hoc proprium omnes, qui in veritate ſanctum habent charitatis Spiritum, ut ita gratulentur de beneficiis, quæ aliis impenſa eſſe perceperunt, quemadmodum & de illis, quæ a Deo ſibimet collata ſunt. *Lib. 1. ſup. Cantica, cap. 1. poſt init. pag. 5. in illud. Trahe me poſt te, &c.*

Salvianus.

182. Ad hoc tantùm data à Deo quiete utimur, ut in ebrietate, ut in luxuria, ut in flagitiis, ut in rapinis, ut in omni ſcelere atque improbitate vivamus. *Profec.*

183. Quaſi verò beneficium datæ quietis, vacatio ſit probroſitatis; & ad hoc inducias tranquillitatis Deo donante capiamus, ut licentiùs ſecuriuſque peccemus.

184. Indigni itaque cœleſtibus donis ſumus, qui beneficiis Dei non benè utimur: & facimus rem bonorum operum, materiam tantùm eſſe vitiorum.

185. Et quæ Deus bona fecit munere pietatis ſuæ, ea nos nobis facimus mala eſſe moribus malis. *Lib. 6. de Gubernat. Dei poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5 part. 3. pag. 350. col. 1. B.*

Salvianus.

186. Munera Dei, blandimenta quædam ſunt *Ibid. ante finem. pag. 351. col. 2. G.*

187. Deus nobis ad hoc bona præſtat, ut boni ſimus: nos è diverſo quoties bona accipimus, mala noſtra cumulamus. *Profec.*

188. Ille nos beneficiis vocat ad probitatem, nos ruimus in improbitatem.

189. Ille beneficiis provocat ad compunctionem, nos ruimus in diſſolutionem. *Ibid. ante finem, pag. 352. col. 1. A.*

190. Officioſiores abſque dubio Deo eſſe debent, quos ſpecialiter Deus abundantiſſima beneficiorum ſuorum dote ditat. *Ibidem, lib. 7. poſt init. pagina 352. col. 2. H.*

191. O bonum, ô pium, ô inæſtimabilis miſericordiæ Dominum! qui ad hoc nobis in præſenti religionis munera tribuit, ut ipſa in nobis poſteà, quæ nunc dat, munera muneretur. *Ibidem, poſt init. pag. 353. col. 1. lit. A.*

192. Agnoſcere munus Dei, & divinis beneficiis benè uti, eſt ut datis ſuis illum honores, à quo data ipſa acceperis. *Lib. 1. ad Eccleſias Catholicas, ante med. apud Bibliothec. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 367. col. 1. A.*

193. Hoc juſtius eſt, ut Dei officiis reſpondere tentemus, quò beneficiis illius magis impares ſumus. *Ibidem, lib. 4. ante med. pag. 380. col. 1. C.*

Theodoret.

194. Non ſolùm id, quod ſumus, nobis dediſti, ſed quod benè ſimus largitus es. *Sup. Pſalm. 8. verſ. 5. Quid eſt homo, &c. in fine, pag. 65. col. 2. E. tom. 1.*

Thomas à Kempis.

195. Tanta ſunt beneficia Dei, ut numerari nequeant, nec ſufficiant explicari. *Serm. 9. ad Novitios, Diviſ. 3. pag. 30. tom. 1.*

196. Dat Deus ſæpè in una hora, quod in tota denegat ſeptimana. *Ibidem, Serm. 14. Diviſ. 7. pagina 51.*

197. Indignus eſt beneficio divino, qui gratias non agit Deo corde devoto. *Medit. 25. de Chriſti paſſione, cap. 4. in princ. pag. 256. tom. 1.*

S. Valerian.

198. Homo tantis Deo beneficiis obnoxius, in parvis officiis invenitur ingratus. *Hom. 3. de arcta vita ante med. apud Bibl Patr. tom. 5. part. 3. pag. 479. col. 1. A. edit. Coloniæ 1618.*

199. Servitii hæc eſt ratio, ut beneficia Chriſti ſemper recolas. *Ibidem, in fine, pagina 479. columna 2. lit. E.*

200. Nemo ſapiens Dei beneficia ſuis virtutibus æſtimet applicanda. *Ibidem, Hom. 7. de miſericordia, circa init. pag. 483 col. 2. E.*

Sententiæ Paganorum.

Aristoteles.

201. Magna pars hominum, beneficii immemor eſt. *Lib. 9. de Moribus cap. 7. poſt init. fol. 102. pagina 1. edit. Pariſ. 1565.*

Seneca.

202. Vide quàm multi iniqui, divinorum munerum mali æſtimatores ſunt. *Lib. 2. de benefic. cap. 29. in princip. pag. 405. tom. 2.*

203. Deus quædam in univerſum humano generi dedit, à quibus excluditur nemo. *Ibid. lib. 4. cap. 27. circa med. pag. 448.*

Sixtus Phil.

204. Primus beneficus eſt Deus; ſecundus eſt is, qui beneficii ejus fit particeps homo. *Sentent. 31. apud Bibl. Patrum, tom. 3. pag. 64. col. 2. H. edit. Coloniæ 1618.*

205. Quod Deus tibi dat, nullus auferre poteſt. *Ibid. Sent. 84. pag. 65. col. 1. C.*

206. Quæ gratis accipis à Deo, præſta gratis. *Ibid. Sent. 233. pagina 66. columna 1. B.*

Trismegist.

207. Quemadmodum homo nequit ſine vita vivere, ita nec Deus vivere poteſt, niſi bona producat: hæc enim Dei vita, hic ejus actus. *Lib. de poteſt, & Sap. Dei, cui titulus Pimander cap. 11. poſt med.*

Benevolentia.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO,

Etymologia.

S. Fulgent. HOc nomen, benevolus, ex benè & velle compoſitum, eſt ſi ergo alteri quiſquam malè velit, in quantum malè vult, benevolus non eſt, ſed malevolus. *Ep. 5. ad Eugyppium, circa med. apud Biblioth. Patr. tom. 6. part. 1. pag. 136. col. 1. C.*

Definitio.

Collector. Benevolentia eſt bonorum erga proximum voluntas.

S. Ambrosius. Benevolentia eſt communis quædam parens omnium, quæ amicitiam connectit & copulat.

S. Augustin. Benevolentia eſt quâ proſumus cui poſſumus. *De Mendacio ad Conſentium, cap. 19. circa med. pag. 19. A. tom 4.*

S. Clem. Alex. Benevolentia nihil eſt aliud, quàm voluntas boni proximi ſui propter illum. *Lib. 1. Pædagogi, cap. 11. in fin. fol. 28. pag. 1 C.*

Gloss. Ord. Benevolentia eſt benignitas ac comitas erga omnes, quæ etiam erga illos eſt, qui ſimilium ſunt morum, & erga amicos *Sup. Ep. 1. B. Petri cap. 3. col. 1328. D. tom. 6.*

Ioan. Gers. Beoevolentia eſt juſtitia, quâ quis inclinatur reddere debitum alteri in animo ſuo, ratione quâ eſt animal ſociale. *Part. 4. in deſcript termin. cap. juſtitia, circa med. fol. 27. col. 2. B*

S Thomas Aquinas. Benevolentia eſt quædam mutua amatio, qoâ amicus eſt amico amicus. 2. 2. *quæſt. 23. art. 1. in corpore, pag. 41. col. 2.*

Benevolentia propriè, eſt actus voluntatis, quo alteri bonum volumus. *Ibidem, quæſt. 27. art. 2. in princ. corp. pag. 57. col. 1.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius. 1. Non ſatis eſt benè velle, ſed etiam benefacere; nec ſatis eſt benefacere, niſi id ex bona voluntate proficiſcatur. *Lib. 1. Offic. cap. 30. in princ. col. 20. D. tom. 1.*

2. Pulchrum eſt benè velle, ut proſis, non ut noceas. *Ibidem, circa init. col. 21. A*

3. Ubi nulla eſt benevolentia, non eſt beneficentia. *Ibidem.*

4. Magna benevolentia, etiamſi nihil conferat, plus exhibet: & cùm in patrimonio nihil habeat, largitur pluribus. *Ibidem, cap. 32. ante med. col. 24. A.*

5. Præſtat benevolentia ſupra ipſam liberalitatem: ditior hæc eſt moribus, quàm illa muneribus. *Ibidem.*

6. Benevolentia conjuncta eſt liberalitati, à qua ipſa liberalitas proficiſcitur. *Ibidem.*

7. Ubi deeſt liberalitas, benevolentia manet. *Ibid. in medio, col. 24. B.*

8. Benevolentia eſt in conſiliis fidelis, in proſperis læta, in triſtibus mœſta, ut unuſquiſque benevolentiæ ſe magis quàm ſapientis credat conſilio. *Ibidem.*

9. Tolle ex uſu hominum benevolentiam, tanquàm ſolem è mondo tuleris. *Profec.*

10. Quia ſine benevolentia uſus hominum eſſe non poteſt: ſicut peregrinanti monſtrare viam, revocare errantem, deferre hoſpitium. *Ibidem, à medio, col. 24. lit. B.*

11. Non mediocris virtus eſt benevolentia, in omnibus eſt tanquàm fons aquæ reficiens ſitientem: tanquàm lumen quod etiam in aliis luceat, nec illis deſit, qui de ſuo lumine aliis lumen accenderint. *Ibidem.*

12. Augetur benevolentia cœtu Eccleſiæ, fidei conſortio, initiandi ſocietate, percipiendæ gratiæ neceſſitudine, myſteriorum communione. *Ibidem, cap. 33. in princ. col. 24. C.*

13. Habet in ſe benevolentia fortitudinem: nam cùm amicitia ex benevolentiæ ſonte procedat, non dubitat pro amico gravia vitæ ſuſtinere pericula. *Ibid in fine, colum. 25. A.*

14. Benevolentia etiam gladium iracundiæ extorquere conſuevit. *Ibidem, cap. 34. in princip. colum. 25. lit. A.* S. Ambros.

15. Benevolentia facit ut amici vulnera utilia magis, quàm voluntaria inimici oſcula ſint. *Ibidem.*

16. Tantum valet benevolentia, ut plerumque pignora vincat naturæ. *Ibidem, in eadem columna 25. lit. B.*

17. Plurimum juvat benevolentia, quæ omnes ſtudet beneficiis amplecti, devincire officiis, oppignorare gratia. *Ibidem, lib. 2. cap. 19. in princip. colum. 50. lit. D.*

18. Nullus cibus eſt benevolentiâ dulcior. *Libr. 1. de pœnitent. cap. 15. ante finem, columna 180. lit. D. tom. 1.*

19. Benevolentia ex amicitia tolli non poteſt, quia ſublatâ benevolentiâ tollitur amicitia. *Part. 4. tit. 5. de Iuſtit. cap. 20. §. 6. prope init. fol. 86. col. 2.* S Antonin.

20. Occurre benevolentiâ, ut non rogatus videaris patrare, quod petitur. *De Amicitia cap. 25. in med. pag. 781. B. tom. 4.* S. Augustin.

21. Minùs magnum eſt erga eum eſſe benevolum, qui tibi mali nihil fecerit. *Prof.*

22. Illud multò grandius, & magnificentiſſimæ bonitatis, ac benevolentiæ eſt, ut ei qui tibi malum vult, & ſi poteſt, facit, tu bonum ſemper velis, faciaſque cùm poſſis. *In Enchirid. cap. 73. in princip. pag. 123 lit. B. tom. 3.*

23. Sicut in benevolentia, bona voluntas; ſic in malevolentia, mala voluntas eſt. *Lib. 4. contra Donatiſtas, cap. 7. in fine tom. 7.*

24. Sola benevolentia ſufficit amanti. *Tract. 8. ſup. Ep. Joan. poſt init. tom. 9.*

25. Agendum in primis eſt, ut benevoli ſimus, ideſt, ut nulla malitia, nullo dolo malo adversùs hominem utamur. *De Morib. Eccleſ. cap. 26. circa med. tom. 1.*

26. Abſque prudentia & benevolentia, non ſunt perfecta conſilia. *Ep. 42. ad Henric. Senonenſ. Archiepiſc. in princ. fol. 215. col. 2. D.* S. Bernard.

27. Benevolentia creatur de benevolentia dantis in animo accipientis. *Ep. 181. ad Haymeric. cancell. in fine, fol. 246. col. 2 F.*

28. Benevolus nil ſibi charius ipſa æſtimat benevolentiâ, qua & benevolus nominatur, & beneficus: benevolentia enim, fructus eſt beneficii. *Ibid. prope med. fol. 246. col. 2. E.*

29. Major ſit benevolentia, qoàm quod datur: quoniam tale erit opus, qualis fuerit intentio. *De Inter. domo, cap. 45. poſt init. fol. 331. col. 1. A.*

30. Non eſt miſericordia, ubi non eſt benevolentia. *Ibid. cap. 45. prope med. fol. 331. col. 1. B.*

31. Perfecta benevolentia, non tantùm debet ſe extendere ad amicos, verùm etiam ad adverſarios. *Super Lucam, cap. 6. ſup. illud, Si diligitis eos, &c. pag. 75. col. 1. C. tom. 2.* S Bonavent.

32. Benevolentia neminem lædit, nulli injuriam facit, nulli maledicit; ſed è converſo benedicit, & ſervit. *Serm. 2. de S. Marco ante finem, pag. 246. col. 1. tom. 3.*

33. In benevolentia ſervi, cognoſcitur benevolentia domini. *Ibidem.*

34. Benevolus ſis omnibus, bonis & malis, & nulli onerosus. *In Alphab. Religioſor. lect. 2. pag. 528. col. 2. D. tom. 7. part. 4.*

35. Quem tenebat invidia, teneat benevolentia. *Homil. 23. in fine, apud Bibliothec. Patrum, tom. 5. part. 3. pagina 769. columna 2. lit. C. edition. Coloniæ 1618.* S Cæsarius Arelatensis.

36. Aoxilio vincitur benevolentia. *Lib. 2. Stromatum, longè poſt med. col. 84. pag. 2. D.* Clemens Alexand.

Digitized by Google

CLEM. ALEX. 37. Pax interſe invicem & benevolentia, res eſt longè optima. *Ibidem, ante med. fol. 77. pag. 1. B.*

S. FULGENT. 38. Homo benevolus, eſt domicilium charitatis. *Epiſt. 5. ad Eugyppium circa med. apud Biblioth. Patr. tom. 6. part. 1. pagina 136. colum. 1. C. edit. Colonia* 1618.

S. JOANNES CHRYSOST. 39. Maximum ſecuritatis pignus, eſt benevolentia. *Homil. 2. de David & Saul, ante med. colum. 617. B. tom. 1.*

40. Qui ſanæ mentis eſt, benevolentiam Dei pluris æſtimat, quàm ullum regnum. *Hom. 5. de fide Annæ, ante med. col. 600. A. tom. 1.*

41. Poſſibile ne eſt, ut benevolentior ſis alteri, quàm tibi? *Hom. 17. oper. imperf. ſup. Matth. in medio, col. 855. D. tom. 2.*

42. Qui alienam in ſe benevolentiam mutuo amore compenſat, vicem rependit. *In Serm. Diligimus omnes. non procul ab initio, col. 788. A. tom. 5.*

S. LEO I. PAP. 43. Mundana benevolentia in his, quos adjuvat, habet finem; Chriſtiana verò benevolentia, in ſuum tranſit authorem. *Serm. 7 Quadrag. poſt med. folio 35. pagina 2.*

44. Benevolentiam Chriſtianam difficultas temporalis non impedit. *Serm. 1. de jejunio decimi menſis, poſt med. fol. 6. pag. 2.*

45. Benevolentia calcat invidiam. *Serm. 5. de jejunio ſeptimi menſis, paulò ante finem, folio 72. pag. 2.*

ROBERTUS BELLARMIN. 46. Radix omnium bonorum, eſt benevolentia Dei. *Sup. Pſ. 5. verſ. 14. pag. 23. col. 2.*

SALVIANUS. 47. Virum bonum charitate & benevolentia ſeptum oportet eſſe, non armis. *Lib. 5. de Gubernat. Dei in fine, apud Bibl. Patr. tom. 5 part. 3. pag. 346. col. 1. A. edit. Colonia* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 48. Benevolentia principium amicitiæ eſt: nec fieri poteſt, ut interſe ſint ulli amici, niſi ante fuerint interſe benevoli. *Lib. 9. de Moribus, cap. 5. circa med. fol.* 101. *pag. 1. edit. Pariſ.* 1565.

CICERO. 49. Sicut aurum igne, ſic benevolentia fide perſpici poteſt. *Lib. 9. Ep. 16. ad Papirium, poſt init. col. 148. B. tom. 3.*

50. Malus eſt cuſtos diuturnitatis, metus: contráque benevolentia, fidelis eſt ad perpetuitatem. *Lib. 2. de Offic. poſt init. num. 23. col. 199. G. tom. 4.*

51. Si exemeris ex rerum natura benevolentiæ conjunctionem, nec domus ulla, nec urbs ſtare poterit. *De Amicitia ante med. col. 564. B. tom. 4.*

PLATO. 52. Ad res benè agendas neceſſarium eſt hominum benevolentiam officiis & comitate demereri. *Tom. 3. Syzygia 6. Epiſt. 4. ad Dionem Syracuſanum, in fine, pag. 321. B.*

SIXTUS PHIL. 53. Si benignus ſis erga indigentes, magnus eris apud Deum. *Sent. 45. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 65. col. 1. A. edit. Colonia* 1618.

Vide etiam tit. Liberalitas in genere, Sent. 20. Miſericordia in genere Sent. 96. Opuſc. Sent. 25. Parentes, Sent. 105.

Benignitas.

Vide Manſuetudo.

Blandities.

DEFINITIO.

HUGO A SANCTO VICTORE. BLANDITIÆ ſunt, cum quadam dulcedine vitioſorum delectaminum ſenſualis extrinſecùs facta exhibitio. *De fructu carnis & ſpiritus, cap. 10 prope finem, pag. 161. F. tom. 2.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. Blanditiæ laſcivientium amati volunt. *Lib. 2. Conf. cap. 6. in med. pag. 57. A. tom. 1.*

2. Nihil eſſe ſentio, quòd magis ex arce dejiciat animum virilem, quàm blandimenta fœminea. *Lib. 1. Soliloq. cap. 10. circa med. pag. 364. C. tom. 1.*

3. De homine, quem falſæ blanditiæ faciunt arrogantem, rectè vulgò dicitur, crevit caput. *Epiſt. 147. ad Proculianum, ante med. pag. 441. A. tom. 2.*

4. Hoſtis ſævit, laudans blanditur, uterque malus: ille iracundus eſt, & iſte in laude ſubdolus. *Profec.*

5. Ille reprehenſor eſt, iſte laudator: ſed & ille in reprehenſione inimicus eſt, & iſte in laude ſubdolus: cave utrumque. *Sup. Pſalm. 93. poſt med. verſ. 20 Convertantur retrorſum, &c. pagina 244. lit. D. tom. 8.*

6. Melius eſt erudiri in virga Patris, quàm in blandimento perire prædonis. *Sup. Pſalm. 88. concion. 2. ferè in princip. verſ. 34. Neque prophano, &c. pag. 636. C. tom. 8*

7. Amat Deus ſemper, ſive blandiatur, ſive minetur. *Sup. Pſ. 91. prope init. pag. 701. B. tom 8.*

8. Cùm cœperit homo aſcendere, in ipſo exordio aſcenſionis linguas doloſas patitur, blandas ad perniciem, blandas ad malam ſuaſionem: dicentes, quid facis? quare hoc facis? ſervire aliter Deo non potes? *Prof.*

9. Sic blanditur lingua doloſa: ſi perſeveraveris, vincitur lingua doloſa, & blandiens incipit eſſe apertè ſæviens: & quæ blandiebatur ut ſeduceret, minatur ut terreat. *Sup. Pſ. 123. in Expoſ. ante med. verſ. 2. Cùm iraſceretur furor eorum, &c. pag. 1000. D. tom. 8.*

10. Seductor, ut vendat, cum amaritudine blanditur: Pater, ut corrigat, ſine felle caſtigat. *Sup. Ep. Joann. tract. 7. de cap. 4. propè finem, pag. 428. D. tom. 9.*

11. Blanditur ſuperbia, ſævit amor. *Ibid. tract. 8. poſt med. pag. 432. D.*

12. Ecce odium blanditur, & charitas litigat: noli attendere verba blandientis; venam inſpice, radicem undè procedat, quære: ille blanditur ut decipiat, iſte litigat ut corrigat. *Ibidem, tract. 10. de cap. 5. poſt med. pag. 444. C.*

13. Quamdiù blanditur iniquitas, dulcis eſt iniquitas, & amara eſt veritas. *Ser. 4. de Verbis Apoſt. poſt med. pag. 180. D. tom. 10.*

14. Blanda allocutio, veniæ eſt poſtulatio. *De 50. Homiliis Hom. 40. poſt med. pag. 359. A. tom. 10.*

15. Quando diabolus blanditur, tunc magis cavendus eſt. *Tract. 10. ſup. Evang. Ioan. de cap. 2. in princ. pag. 60. D. tom. 9.*

16. Meliùs eſt, cùm clamas ore, & dimittis in corde: quàm blandus ore, crudelis in corde. *Ser. 15. de Verb. Domini, in fine pag. 45. A. tom. 10.*

17. Spiritales nec dura frangunt, carnales etiam blanda corrumpunt. *Ser. 2. Quinquag. & in ord. 54. circa med. pag. 494. C. tom. 10.*

V. BEDA. 18. Lenocinia blandientium ſunt venenata. *Lib. 2. ſup. Luc. cap. 7. col 297. tom. 5.*

S. BERNARD. 19. Inter amicos contra veritatem, nulla debet eſſe meticuloſa palpatio. *Ep. 35. ad Magiſtrum Hugonem, prope finem, fol. 214. col. 2. D.*

CASSIODUR. 20. Sæpè quos flamma non terruit, quos ferrum non ſubdidit, neceſſitudinum blandimenta flexerunt. *Sup. Pſalm. 118. verſ. Iniquos odio habui, &c. fol. 189. colum. 1.*

S. CYPRIAN. 21. Malorum blandientium virus occultum eſt. *Profec.*

22. Arridentis nequitiæ facies quidem læta, ſed calamitatis abſtruſæ illecebroſa fallacia. *Ep. 2. ad Donatum cap. 8. ab initio, pag. 4. col. 1. tom. 1.*

23. Qui peccantem blandimentis palpat, peccandi fomitem ſubminiſtrat. *De lapſis cap. 7. in princ. pag. 240. col. 2. tom, 2.*

Gloss. Int. 24. Qualis eſt hoſtis ſæviens, talis eſt blandiens. *Sup. Job, cap. 3. col. 47. A. tom. 3.*

Gloss. ord. 25. Qui blandiuntur, occultè immittunt veneoum. *Sup. Apocal. cap. 9. in illud, Similes ſerpentibus, col. 1555. B. tom. 6*

Gratianus in decretis. 26. Aliorum vitia palpare nullus debet. *Part. 1. diſtinct. 83. Can. Conſentire. §. Sicut, fol. 92. col. 1. edit. Lugdun. 1540.*

S. Gregor. Magn. 27. Dùm ſibi mens ex neceſſitate blanditur, ex voluptate decipitur. *Lib. 30. Moral. cap. 14. ante med. col. 1030. C. tom 1.*

28. Qui à blandiente modò hoſte non vinceris, hunc ſævientein poſtmodùm noo timebis. *Ibidem, lib. 6. cap. 16. ante med. num. 21. col. 199. D. tom. 1.*

29. Blandimenta venenatis verborum ſagittis animas inficiunt. *Lib. 10. in Regiſt. ind. 5. cap. 38. ad Firminum Epiſc. ante med. col. 1114. C. tom. 2.*

Hugo a S. Victore. 30. Blandimenta hæreticorum non ex pietate, ſed ex crudelitate procedunt. *In Threnos poſt med. pag. 122. A. tom. 1.*

Hugo Card. 31. Diabolus plures decipit blanditiis, quàm terroribus. *Sup. Pſ. 60. fol. 253. col. 3. tom. 2.*

Joan. Cass. 32. Parentum pernitioſa blandimenta devitanda ſunt. *In collat. 24. Abbat. Abraha, cap. 12. poſt med. pag. 868.*

S. Joannes Chrysostom. 33. Per Deum ſeveritas vitam, per diabolum blanditia mortem intentat. *Prof.*

34. Apud Deum ſeveritas, ſed benigna: apud diabolum autem blanditia, ſed nociva.

35. Diabolus aut blandimento perſuadet, ut noceat: aut crudelitate deterret, nt perdat. *In Ser. de Geneſi & interdictione arboris ante med. col. 539. C. tom. 1.*

36. Blandiri ut noceat, diaboli eſt: blandiri ut proſit, doctoris. *Homil. 13. ſup. Matth. poſt med. col. 124. C. tom. 2.*

S. Petrus Maur. Clun. 37. Salubrior eſt mordens pietas, quàm mulcens iniquitas. *Lib. 2. Ep. 9. ad Innocent. Papam, poſt med. apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 54. col. 1. D. edit. Coloniæ 1618.*

S. Prosper. 38. Deus blanditur, & minatur: ſi non blandiretur, nulla eſſet exhortatio: ſi non minaretur, nulla eſſet correctio. *Sent. 70. in fine tomi 3. operum D. Auguſt. pag. 747. A.*

Salvianus. 39. Soleot etiam nequiſſimos, quos ſupplicia non correxerunt, blandimeota corrigere. *Lib. 6. de Gubern. Dei, ante finem, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 351. col. 2. F.*

S. Valerian. 40. Inextricabile profectò malum eſt, doloſa conſilia miſcere blanditiis. *Hom. 5. de oris inſolent. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 81. col. 2. G. edit. Coloniæ 1618.*

In vitis Patr. 41. Hujus mundi blandimenta fallaciſſima cum gaudio temporali veoiuot, & cum perpetuo dolore diſcedunt.
- Faciunt momentaneum riſum, ut æternum fletum inſligant.
- Tribuunt fugitivos flores, ut macidiores perſeverantes avertant.
- Mentiuntur ſecuritatem tranſeuotis temporis, ut perpetui ſeculi cruciatibus tradant. *Lib. 1. de Vita S. Eugeniæ cap. 23. in medio.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

Seneca. 42. Non acerba, ſed blanda timeas verba. *De quatuor virtut. circa med. pag. 675. edit. Baſilea.*

43. Habet ſuum venenum blanda oratio. *In Proverb. pag. 685. col. 2. H. edit. Baſilea.*

Vide etiam tit. Meretricium, Sent. 81. Mortificatio. Sent. 17. Mundus. Sent. 10. 28. 34. 35. 36. 118.

Blaſphemia.

DEFINITIO, DIFFERENTIA, ORIGO.

DEFINITIO.

S. Antonin. BLASPHEMIA eſt attribuere Deo, quod ei non convenit: vel removere ab eo, qood congruit. *Part. 1. titul. 2. cap. 4. §. 5. ante medium, folio 26. columna 2.*

S. Augustin. Blaſphemia eſt cùm aliqua mala dicuntur de bonis: itaque jam vulgo blaſphemia oon accipitur niſi mala verba de Deo dicere; de hominibus namque dubitari poteſt, Deus verò ſiue controverſia bonus eſt. *De Moribus Manichæorum, cap. 11. in principio, pagina 545. B. tom. 1.*

Blaſphemia eſt per qoam de Deo ipſo falſa dicuntur: & ideò pejus eſt blaſphemare, quàm pejerare. *Prosec.*

Quoniam pejerando, falſæ rei teſtis adhibetur Deus: blaſphemando autem, de ipſo falſa dicuntur Deo.

Tantò eſt quiſque inexcuſabiliùs ſive perjurus, ſive blaſphemus, quantò magis ea quæ pejerando, vel blaſphemando aſſerunt, falſa noverunt eſſe, vel credunt. *Contra mendacium ad Conſentium, cap. 19. in fine, pag. 37. D. tom. 4.*

Hugo a S. Victore. Blaſphemia eſt cum quadam probroſa irreligioſitate convitioſorum, jaculata in alium maledictio. *De fructu carnis & ſpiritus cap. 6. ante med. pag. 160. H. tom. 2.*

Blaſphemia eſt divini, vel humani oominis diminutio, jurando vel exprohrando facta. *Ibidem.*

Hugo Card. Blaſphemare eſt Deo injuriam irrogare; quod fit cùm Deo attribuitur, quod ei non convenit: & cuoi homo ſibi, quod Dei eſt proprium tribuit; & cùm à Deo removetur, quod ei convenit. *Sup. Matth. cap. 9. fol. 39. col. 2. tom. 6.*

Richard. a S. Victore. Quid eſt blaſphemia, niſi vituperatio divina? *De ſpiritu blaſphemiæ, ante med. pag. 538. col. 2. A. part. 1.*

S. Thomas Aquinas. Blaſphemia eſt per quam homo corde vel ore Deo tribuit, quæ ei noo convenium: vel negat, quæ ei conveniunt. *2. 2. quæſt. 13. art. 1. in princip. corporis, pag. 26. col. 1.*

DIFFERENTIA.

S. Petr. Dam. Si peſſima eſt blaſphemia, neſcio in quo ſit melior Sodomia: illa enim facit hominem errare, illa perire. *Prof.*

Illa à Deo animam dividit, diabolo iſta conjungit: illa de paradiſo ejicit, iſta io tartarum mergit. *Opuſc. 7. cap. 25. poſt med. pag 462. col. 2. A. tom. 3.*

ORIGO.

S. Joan. Clim. Blaſphemia propriè eſt ſuperbiæ germen: nonnunquàm etiam ex judicando in eadem re proximum, ſive etiam ex improba dæmonum invidia naſcitur. *Gradu 26. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 2. pag. 280. col. 2. H. edit. Colonia 1618.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Ambrosius. 1. Pagani & Judæi blaſphematores Dei potiùs dicendi ſunt, quàm laudatores. *Sup. Apoc. cap. 5. ante finem, col. 3045. C. tom 5.*

S. Anselmus. 2. Blaſphemia, mors eſt. *In Medit. poſt init. A.*

S. Antonius de Padua. 3. Qui declinat à bono propoſito, & poſt votum tendit ad vomitum, hic ore blaſphemiæ, & linguæ malleo contundit Chriſtum. *Ser. in die Paraſceves, poſt med. fol. 113. pag. 1.*

S. Augustin. 4. Nabuchodonoſor Rex divino correctus miraculo, piam & laudabilem legem pro veritate conſtituit; ut quicumque diceret blaſphemiam in Deum verum Sidrach, Miſac & Abdenago, cum domo ſua penitùs interiret. *Ep. 50. ad Boniſac. poſt init. pag. 136. D. tom. 2.*

5. Reus erit non parvi pretii, ſed ſanguinis Chriſti qui violat & commaculat animam, Chriſti ſanguine & paſſione mundatam, ut blaſphemus. *Ser. 1. fer. 3. poſt Dom. Palmar. & in ord. 120. poſt med. pag. 619. B. tom. 10.*

6. Blaſphemus animam capitaliter occidit. *Ibidem.*

7. Homines ipſum Deum, & Domioum eorum quotidiè blaſphemare non ceſſant; cùm eis diſplicet quidquid contra eorum voluntatem juſto & occulto judicio facit. *Epiſt. 136. ad Felicem & Hilarium Epiſcopos ante med. pag. 422. C. tom. 2.*

8. Tantò eſt quiſque inexcuſabilior blaſphemus, quantò magis ea, quæ blaſphemando aſſerit, falſa novit eſſe, vel credit. *Contra mendac. cap. 19. in fin. pag. 37. D. tom. 4.*

S. AUGUSTIN.

9. Flagellatus eſt Chriſtus flagellis Judæorum, flagellatur blaſphemiis falſorum Chriſtianorum *Tract. 10. ſuper Evangel. Ioann. de capite 2. ante med. pagina 62. lit. C. tom. 9. ſup. illud, Congregata ſunt in me flagella.*

10. Laudas Deum, quando tibi benè eſt: blaſphemas, quando tibi malè eſt. *Profec.*

11. Quod quidem malè, ſi juſtum, non eſt malè: juſtum eſt autem, quoniam ab illo fit, qui injuſtè facere nihil poteſt. *Sup. Pſ. 32. conc. 1. verſ. 1. Rectos decet collaudatio, pag. 138. C. tom. 8.*

S. BASILIUS MAGN.

12. Otioſum verbum in ſcriptura eſſe dicere, blaſphemia ingens eſt. *Hom. 10. Hexam. poſt med. pag. 54. tom. 1.*

13. Qui peccat, legem quidem violat: ſed qui blaſphemat adversùs ipſum divinum numen, impietatem admittit. *Et habetur apud D. Ioan. Damaſc. lib. 1. Parall. cap. 59. in princ. fol. 33. pag. 1. C.*

S. BERNARD.

14. Bonum ſilentium eſt à blaſphemia. *Serm. de Nativit. B. M. poſt med. folio* 60. *col. 1. C.*

15. Levia commiſſa non curare corrigere, hæc eſt blaſphemia in Spiritum ſanctum: blaſphemia autem irremiſſibilia eſt. *Serm. 1. Converſ. S. Pauli, non longè à medio, fol, 23. col. 2. F.*

S. BONAVENT.

16. Quot blaſphemias homines faciunt, tot lapides in Deum mittunt. *Serm. 4. Dom. Paſſionis, in fine, ſup illud, Tulerunt lapides, &c. pag. 81. col. 1. tom. 3.*

17. Non ita blaſphematur Deus à gentili exiſtente inquinato, ſicut à Chriſtiano corrupto. *Lib. 3. Pharetra cap. 3. §. de Blaſphemia in fine, pag. 158. col. 2. A. tom. 6. part. 1.*

S. CYPRIANUS.

18. Blaſphemiam ingerit religioni, quam colit, qui quod profitetur non impleverit. *De ſingularit. Cleric. cap. 5. poſt init. pag. 523. col 2. tom. 3.*

GLOS. ORD.

19. Nihil horribilius blaſphemia, quæ ponit in cœlum os ſuum. *Sup. Iſayam, cap. 18. col. 190. lit. D. tom. 4.*

S. GREGORIUS MAGN.

20. Obſtinati nonnunquàm deteriores exiſtunt ex verbere; & quod pejus eſt, in blaſphemiæ etiam exaſperationem proſiliunt. *Lib. 26. Moral. cap. 22. prope finem, num. 28. col. 880. D. tom. 3.*

21. Fruſtrà blaſphemia ab exterioribus tollitur, ſi in interioribus vitiorum mater malitia dominatur. *In Paſtorali, part. 3. cap. 1. Admonit. 10. poſt med. ſup. illud, Epheſ. 4. Omnis blaſphemia auferatur, col. 1267. lit. B. tom. 1.*

22. Qui Deum blaſphemare non metuit, non ſolùm linguæ habebit judicem, ſed & cordis. *Lib. 1. in 1. Reg. cap. 2. in med. col. 1249. A. tom. 2.*

23. Qui Deum credere contemnit, audacter blaſphemare non metuit. *Ibidem ante finem, col. 1255. lit. A.*

HESYCHIUS.

24. Qui profundiùs, vel altiùs de Deo diſputare præſumit, pro eo quòd glorioſius quid vult oſtendere, in blaſphemiam cadit. *Lib. 2. ſup. Levit. cap. 1. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 23. col. 1. lit. D.*

S. HIERONYM.

25. Simultas redintegrari poteſt, blaſphemia veniam non meretur *Tom. 2. Ep. 21. ad Pammach. & Marcellin. lib. 1. ante med. pag. 200. C.*

26. Non neceſſe habet convinci, quod ſua ſtatim profeſſione blaſphemum eſt. *Tom. 2. Ep. 23. ad Cteſiphontem, ante fin. pag. 256. D.*

27. Meam injuriam patienter tuli, impietatem contra Deum ferre non potui. *Tom. 2. Ep. 33. adversùs Vigilant. in fine, pag. 314. C.*

28. Nihil horribilius blaſphemia: omne quippè peccatum blaſphemiæ comparatum, levius eſt. *Lib. 7. ſup. Iſayam, cap. 18. pag. 89. A. tom. 5.*

29. Hæretici ſub nomine Chriſti, Chriſtum blaſphemant. *In princip. Proœmii in Iob. pagin. 156. lit. A. tom. 7.*

30. Blaſphemia non ſolùm aperta eſt, & de ira naſcitur: ſed & abſque ira, ſedata mente profertur. *Lib. 3. ſup. Epiſt. ad Epheſ. cap. 4. in illud, Omnis blaſphemia auferatur, pag. 229. C. tom. 9.*

HUGO CARD.

31. Sunt quidam qui Deum laudant & magnificant in proſperitate, ſed blaſphemant in adverſitate. *Super Pſ. 70. fol. 77. col. 3. Moraliter, tom. 2.*

32. Blaſphemat, qui quod Dei eſt uſurpat. *Sup. Luc. cap. 5. fol. 160. col. 4. tom 6.*

33. Blaſphemant Deum, qui aſſerunt de Deo quod non eſt in eo, vel auferunt quod in eo eſt: curioſi in explorando, quæ attingere non poſſunt: & præſumptuoſi in affirmando, quod neſciunt. *Sup. Ep. 1. ad Tim. cap. 6. fol. 219. col. 4. tom. 7.*

S. IOANNES CHRYSOST.

34. Nihil pejus, nihil infelicius, nihil ſceleſtius, nec quidquàm magis impium adversùs Deum, quàm blaſphemia. *Hom. ſup. Pſ. 95. poſt med. col. 769. lit. D. tom. 1.*

35. Non par eſt, ut qui Deum adorat, ſimul puniatur cum eo, qui eum afficit blaſphemia. *Ibid. ante finem, col. 774. C.*

36. Sicut qui rectè vivunt, Deum glorificant: ita qui pravè, proclives ſunt ad blaſphemiam. *Hom. 56. ſup. Ioan. in fine, col. 270. A. tom. 3.*

37. Non ita blaſphematur Deus ab impio Gentili, ſicut à Chriſtiano. *Ibidem Hom. 66. in fine, colum. 321. lit. D.*

38. Rationibus divina velle diſcutere, blaſphemia eſt. *Hom. 5. ſup. 1. ad Timoth. poſt med. col. 1457. lit. A. tom. 4.*

39. Nihil pejus eſt blaſphemia, quæ ingruentem jacturam intendit iis, qui blaſphemare ſolent, & illos inſuper perire facit. *Hom. 1. ad Popul. Antioch. ante finem, col. 24. A. tom. 5.*

40. Si quempiam in bivio & foro Deum blaſphemantem audieris, accede, increpa: & ſi verbera infligere oportet, ne recuſes: ipſius faciem alapa percute, contere os ipſius, percuſſione manum tuam ſanctifica. *Profec.*

41. Et ſi ulli accuſaverint, & ſi in carcerem traxerint, ſequere: & ſi pœnas Judex pro tribunali repopoſcerit, dic cum libertate, quod Angelorum Regem blaſphemavit. *Ibidem.*

42. Aſinus eſt blaſphemus, animi pondus non ferens, cecidit: accede, excita, & per verba, & per facta & per lenitatem, & vehementiam, varia ſit medicina. *Ibid. &c. lit. B.*

43. Blaſphemantium furorem non punire, magnum civitati malum parit. *Ibid. ante med. columna 29. lit. B.*

44. Nihil ita exacerbat Deum, ſicut quando nomen ejus blaſphematur. *Serm. contra Concubinarios poſt med. col. 1358. B. tom. 5.*

45. Qui turpiter blaſphemiis ululat contra Deum, lupus eſt. *Hom. 19. ſup. Matth. ſup. illud 7. Ex fructibus eorum cognoſcetis eos.*

46. Magna blaſphemiæ veſania eſt. *Hom. 3. ſup. 1. ad Tim. circa med. col. 1444. D. tom. 4.*

LUDOVICUS BLOSIUS.

47. Qui de miſericordia deſperat, in Spiritum ſanctum blaſphemus eſt. *In Canone vitæ ſpiritualis, cap. 2. à medio, pag. 2. col. 2.*

S. MAXIMUS MART.

48. Graviter aliquis & enormiter blaſphemavit? ne blaſphemantem odio habeas, ſed ipſam blaſphemiam, & dæmonem illius authorem blaſphemiæ. *Centuria 4. de charitate. cap. 83. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 165. col. 2. E. edit. Coloniæ* 1618.

S. NILUS ABB. MART.

49. Væ blaſphemo; nam lingua ligabitur; & quo modo Judici reſpondere poterit? *Parœneſi 217. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2.*

ORIGENES.

50. Nihil quidquam eſt ſceleratius ac nequius, illicitius quoque ac impudentius Dei blaſphemia. *Lib. 2. in Iob poſt med. pag. 264. col. 2. K. tom. 1.*

PETR. BLES.

51. Qui inter flagella Dei blaſphemant, pœnis præſentibus pœnas gehennales accumulant. *De Charitate, c. 30. in med. apud Bib. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 988. col. 1. C.*

RICHARD. à S. VICTORE. 52. Malignitates blaſphemiæ, præ cæteris blaſphemiis eſt peſſima. *De ſpiritu blaſphemiæ ante med. pagin.* 558. *col.* 1. *D. Part.* 1.

SALVIANUS. 53. Nullum penitùs majoris piaculi crimen eſt, quàm blaſphemandi cauſam gentibus dare. *Profec.*

54. Quicumque enim ſine blaſphemia aliorum graviter erraverit, ſibi tantùm affert damnationem: qui autem alios blaſphemare fecerit, multos ſecum præcipitat in mortem. *Lib.* 4. *de Gubern. Dei, ante finem, apud. Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 341. *col.* 1. *C.*

S. THEODOR. 55. Sacroſanctum Domini Dei nomen ſacrilegorum hominum maledictione violatur. *Ibidem,* &c. *B.*

56. Meritò hiſce de blaſphemia legibus homicidii legem Dominus aptavit: quia blaſphemator creatorem cùm interficere non poſſit, lingua ferit. *Sup. Levitic. quæſt.* 33. *in fine, in illud, Qui nominaverit nomen Domini, morte moriatur, pag.* 34. *col.* 1. *C. tom.* 1.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

PLATO. 57. Si quis impiè quidquam dicit contra Deum, Judices adversùs eum pro ſingulis dictis impiè perpetratis totidem pœnas ſanciant. *Tom.* 2. *Sizygia* 4. *lib.* 10. *de legibus ante fin. pag.* 907. *E. tom.* 2.

SIXT. PHIL. 58. Impius in Deum maledicus, & infeſtus, & contumelioſus eſt. *Sent.* 77. *apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pag.* 65. *col.* 1. *C.*

59. Mortui ſunt apud Deum, per quos nomen Dei maledicitur. *Ibid. ſent.* 165. *pag.* 65. *col.* 2. *G.*

Vide etiam Tit. Laus Dei. ſent. 24. 25. 27. *Murmur. ſent.* 43. 44. *Negotiatio. ſent.* 8.

Bonitas.

DEFINITIO, DIVISIO, PRODUCTIO.

DEFINITIO.

S. BERNARD. BONUS planè eſt qui ſpiritu alacer, charitate fervens, & pietate devotus eſt. *Serm.* 54. *ſup. Cant. in princ. fol.* 177. *col.* 1. *C.*

S. HIERON. Bonitas eſt virtus, quæ prodeſt; ſive virtus ex qua oritur utilitas: aut virtus propter ſemetipſam, aut affectus qui fons ſit utilitatum. *Lib.* 3. *ſup. Ep. ad Galat. cap.* 5. *in illud, fructus ſpiritus,* &c. *pag.* 196. *B. tom.* 9.

SENECA. Bonus eſt, cujus ratio explicita & recta eſt, & ad naturæ ſuæ voluntatem accommodata. *Epiſt.* 76. *circa med. pag.* 684. *tom.* 2

DIVISIO.

HUGO CARD. Sex partes ſunt bonitatis, quæ perficiunt vitam juſti: ſcilicet
- Cogitare bonum,
- Loqui bonum.
- Velle bonum.
- Operari bonum.
- Perſeverare in bono.
- Congratulari bonis. *Sup.* 3. *Reg. cap.* 10. *fol.* 274. *col.* 4. *tom.* 1. *Allegoricè.*

PRODUCTIO.

PET. BLES. Bonitas virtutum mater, malitia origo vitiorum. *Serm.* 31. *in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pagin.* 685. *col.* 2. *E.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANSELMUS. 1. Eò diligentior ad ſtudium bonitatis quilibet efficitur, quò fructus uberior indè provenire probatur. *De ſimilitud. cap.* 43. *in principio.*

2. Quiſquis bonus ſtuduerit eſſe, in bonorum amicitiam tranſibit. *Ibid. poſt med.*

3. Tria ſunt neceſſaria volenti effici bonus; ſcilicet ſcientia, voluntas & uſus. *Ibid. cap.* 52. *in princip.*

S. AUGUSTIN. 4. In quantum homo rectè agit, & piè bonum operatur, in tantum bonus eſt: in quantum autem peccat, & à veritate deviat, in tantum malus eſt. *Ep.* 54. *ad Macedonium, in medio, pag.* 158. *C. tom.* 2.

S. AUGUSTIN. 5. Melior homo eſt, qui voluntate, quàm qui neceſſitate bonus eſt. *De* 83. *quæſt. quæſt. pag.* 378. *lit. C. tom.* 4.

6. Nullo modo fit minor accedente ſeu permanente conſorte poſſeſſio bonitatis; imò poſſeſſio bonitatis tantò fit latior, quantò concordior eam individua ſociorum poſſidet charitas. *Lib.* 15. *de Civit. Dei, cap.* 5. *in medio, pag.* 269. *B. tom.* 5.

7. Bonitas facit amabilem diſciplinam, & diſciplina efficit inculpabilem bonitatem. *De* 50. *Homiliis, Hom.* 4. *in princ. pag.* 285. *B. tom* 10.

8. Bonitas ſine diſciplina, delictorum mater eſt; & diſciplina ſine bonitate, triſtis quædam amaritudo vivendi eſt. *Ibidem,*

9. Bonitas malitiam vincit. *Ibidem in fine, pag.* 286. *lit. D.*

10. Bonitas eſt temperamentum diſciplinæ, & diſciplina condimentum eſt bonitatis. *Ibidem.*

11. Bonus nec bonis extollitur, nec malis frangitur. *Lib.* 1. *de Civit. Dei, cap.* 8. *in medio, pag.* 7. *lit. A. tom.* 5.

12. Melior eſt, qui & bonis ſimul & malis bonus eſt, quàm qui bonis tantùm bonus eſt. *In Manuali cap.* 32. *in fine, pag.* 553. *A. tom.* 9.

13. Non bonus quiſpiam eſt timore pœnæ, ſed amore juſtitiæ. *Epiſt.* 54. *ad Macedonium, circa med. pag.* 159. *A. tom.* 2.

14. Homines boni videntur in hac vita non parva præſtare ſolatia: nam ſi paupertas angit, ſi luctus mortificat, ſi dolor corporis inquietat, ſi contriſtat exilium, ſi ulla calamitas alia vexat, adſint homines boni, plurimùm illa aſpera leniuntur, relevantur gravia, ſuperantur adverſa: ſed ille hoc in eis, & per eos agit, qui ſpiritus ſuos bonos fecit. *Ep.* 121. *ad Probam, cap* 2. *poſt init. pag.* 398. *C. tom.* 2.

15. Nemo bonus eſſe poteſt invitus. *Et habetur in decretis Gratiani, part.* 2. *cauſa* 23. *quæſt.* 6. *Can. vides, fol.* 307. *col.* 4. DIDYMUS ET S. AUGUSTIN.

16. Bonus non eſt, quem malorum improbitas non probavit. *In ſuis proverb. verbo Bonus, pag.* 186. *tom.* 2. V. BEDA.

17. Bonorum æſtimatio, ſicut falſis delationibus auferri non poteſt, ita nec adulatoriis favoribus acquiri. *Ep.* 122. *in medio, fol.* 236. *col.* 2. *F.* S. BERNARD.

18. Non poteſt bonus non eſſe, qui bonis placet. *Epiſt.* 248. *ad Eugenium Papam, prope finem, fol.* 260. *col.* 4. *K.*

19. Minimè pro certo eſt bonus, qui melior eſſe non vult. *Ep.* 91. *ad Abbates Sueſſione congregatos prope finem, fol.* 230. *col.* 1. *B. Profec.*

20. Et ubi incipis nolle fieri melior, ibi etiam deſinis eſſe bonus.

21. Ne te dixeris ſanum, dolentem latera: hoc eſt, ne te dixeris bonum, malis innitentem. *Lib.* 4. *de conſiderat. ante med. fol.* 281. *col.* 1. *A.*

22. Non eſt bonus, qui bonum facit, ſed qui inceſſabiliter facit. *Serm.* 20. *ad Sororem in fine, fol.* 87. *col.* 1. *in* 2. *volumine.*

23. Verè ille homo eſt laudabilis, qui in ſocietate malorum eſt bonus. *Profec.*

24. Sicut ille eſt culpandus, qui malus eſt inter bonos: ita ille laudandus, qui bonus eſt inter malos. *Ib. ſerm.* 60. *circa med. fol.* 95. *col.* 2. *F.*

25. Bonis te conjunge, bonorum conſortium appete, bonorum ſocietatem require. *Profec.*

26. Si fueris bonorum ſocius, converſationis eris & virtutis. *Ibidem poſt med.* &c. *ut antè.*

27. Optimus hodie eſt, qui non eſt nimis malus. *In Præfat. vitæ S. Malachiæ circa med.*

28. Probis animis proprium decus, aliena non de- BOËTIUS.

cerpit improbitas. *Lib. 4. de Conſol. Philoſ. Proſa 3. poſt init. pag. 168.*

BOETIUS. 29. Cùm ultrà homines quemque provehere ſola probitas poſſit, neceſſe eſt ut quos ab humana conditione dejecit, infrà hominis meritum detrudat improbitas. *Ibid. ante finem, pag. 170.*

30. Sæpè illa ſumma providentia profert inſigne miraculum, ut malos mali, & bonos faciant. *Proſec.*

31. Nam dùm iniqua ſibi à peſſimis quidam perpeti videntur noxiorum odio flagrantes, ad virtutis frugem rediêre. *Ibidem, lib. 4. Proſa 6. ante finem, pagina 199.*

32. Magna vobis eſt (ſi diſſimulare non vultis) neceſſitas indicta probitatis, cùm ante oculos agitis Judicis cuncta cernentis. *Ibidem, lib. 5. Proſa 6. in calce, pag. 250.*

S. BONAVENT. 33. Tantò quiſque bonus æſtimandus eſt, quantò plus & puriùs odit malum. *De ſex alis Seraphim, cap. 3. in princ. pag. 84. col. 1. E. tom. 7. part. 3.*

CLEM. ALEX. 34. Vir bonus nunquàm laborat inopia, quamdiù habuerit ſalvam in Deum confeſſionem. *Lib. 3. Pædagogi, cap. 7. in fine, fol. 49. pag. 1. C.*

S. DIADOCHUS. 35. Solus Deus, eſt naturâ bonus: homo autem, ſtudio bonorum morum efficitur bonus. *De Perfect. ſpirituali, cap. 2. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 745. col. 2. F. edit. Coloniæ 1618.*

S. DIDYMUS. 36. Omnis particeps rationis factus eſt homo, ut eſſet probus, & non pravus. *In libro contra Manichæos, poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 267. col. 2. H. edit. Coloniæ 1618.*

37. Ante omnia, quæ in Deo conſiderantur, eſſentialis ejus bonitas incedit. *Et habet. apud D. Ioan. Damaſc. lib. 3. Parall. cap. 100. ſub fin.*

FRANCISCUS TITELM. 38. Non magnum eſt bonum eſſe inter bonos, & cùm bonis bene vivere: ſed inter malos innocentiam tueri, virtutemque non deſerere, hoc opus, hic labor eſt. *Sup. cap. 1. Iob poſt init. in illud, Vir erat in terra Hus. fol. 7. pag. 1.*

39. Boni qui nunc deſpecti ſunt plerumque, in venturo ſæculo æternæ felicitatis ſunt hæreditate ditandi. *In principio argumenti, ſup. Pſalm. 36. ſectione 1. pag. 306.*

GLOSS. DECR. 40. Bonus non eſt. qui malos non tolerat. *In decretis Gratiani, fol. 192. col. 4. edit. Lugdun. 1540.*

GLOSS. ORD. 41. In bonis nihil debet apparere, quod contractum fuerit ex malorum ſocietate. *Sup. Geneſ. cap. 35. col. 368. F. Moraliter tom. 1.*

S. GREGORIUS MAGNUS. 42. Non valde laudabile eſt bonum eſſe cum bonis, ſed bonum eſſe cum malis. *Proſec.*

43. Sicut enim gravioris culpæ eſt inter bonos bonum non eſſe, ita immenſi eſt præconii bonum etiam inter malos extitiſſe. *Lib. 1. Moral. cap. 1. prope init. col. 3. A. tom. 1.*

44. Hi veraciter boni ſunt, qui in bonitate perſiſtere etiam inter malos poſſunt. *Lib. 20. Mor. cap. 29. poſt med. col. 705. D. tom. 1.*

45. Mala reproborum bonos dùm cruciant, purgant. *Lib. 20. Moral. cap. 19. ſub finem, col. 693. lit. D. tom. 1.*

46. Viva lectio eſt, vita bonorum, *Lib. 24. Moral. cap. 6. ante med. num. 9. col. 802. A. tom. 1.*

47. Gravis ſemper eſt pravis moribus vita bonorum. *Lib. 2. Dialogi, cap. 3. poſt init. verbo Recedens, col. 1354. C. tom. 1.*

48. Eſurientem animam, exempla bonorum paſcunt. *Ibid. lib. 1. cap. 11. in fine, verbo Placet, col 1350. lit. C.*

49. Bonus non eſt, qui malos tolerare recuſat. *Hom. 38. ſup. Evang. ante med. col. 510. D. tom. 1.*

50. In Eccleſia nec mali ſine bonis, nec boni ſine malis eſſe poſſunt. *Ibidem.*

S. GREG. NAZ. 51. Probum eſſe præſtat, quàm videri. *In Tetr. Et habetur apud D. Joan. Damaſc. lib. 1. Parall. cap. 66. ante finem, fol. 36. pag. 1. A.*

S. HIERONYM. 52. Bonus eſt Deus, & omnia quæ bonus facit, bona ſint neceſſe eſt. *Tom. 1. Epiſt. 25. ad Paulam. ante med. pag. 158. C.*

HUGO A S. VICTORE. 53. Magis ſunt plangendi, qui à bono deficiunt, quàm qui nunquàm boni fuerunt. *In Threnos ante med. pag. 116. E. ſup. illud 2. Cùm deficeret parvulus, &c. tom. 1.*

54. Bonos facit rerum diſtributio, meliores mundi renuntiatio, optimos autem Religioſis cohabitatio. *Lib. 1. de clauſtro animæ, cap. 17. in princ. pag. 40. lit. F. tom. 2.*

HUGO CARD. 55. Bonitas reſpicit eſſe, juſtitia agere, veritas loqui. *Sup. Ep. ad Epheſ. fol. 177. col. 2. tom. 7.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 56. Bonorum vita, detrimentum eſt peſſimorum. *Serm. de Ioſeph vendito, non procùl ab initio, col. 562. D. tom. 1.*

57. Dat Deus temporalia bonis & malis, ſed ſe non dat niſi tantùm bonis. *Hom. ſup. Pſ. 33. ante finem, col. 722. D. tom. 1.*

58. Chriſtianorum bonitas, malum pro malo non reddit, cùm omnibus pacem habet, non ſe vindicat, pro inimicis orat. *Hom. ſup. Pſ. 118. in princ. col. 782. B. tom. 1. ſup. illud, Bonitatem feciſti, &c.*

59. Chriſtianorum bonitas bonos facit, perfectos conſtituit cives vitæ æternæ. *Ibidem circa med. col. 782. lit. D.*

60. Melius eſt propter bonos, etiam malos fovere; quàm propter malos etiam bonos negligere. *Proſec.*

61. Melius eſt malis juſta præſtare, quàm bonis juſta ſubtrahere. *Hom. 43. oper. imperf. ſup. Matth. poſt init. col. 1646. D. tom. 2.*

62. Non ille eſt bonus, qui quod malum eſt reprehendere poteſt, & bonum laudare: ſed qui reprehenſus in malo, bono animo ſuſcipit reprehenſionem. *Ib. Hom. 45. ante med. col. 1060. B.*

63. Ille verè bonus & juſtus, & ſapiens eſt, qui ſibiipſi Judex fieri poteſt. *Ibidem.*

64. Rerum natura ſic ſe habet, ut quoties bonus malo conjungitur, non ex bono malus melioretur, ſed ex malo bonus contaminetur. *Hom. 11. de diverſis in Matth. in medio, col. 1167. D. tom. 2.*

65. Qui vult bonus fieri, ei nihil impedimento eſt, etſi ex peſſimorum numero anteà fuerit. *Hom. 22. ſup. 1. ad Cor. in Morali poſt init. col. 496. C. tom. 4.*

66. Nemo bonus, malus eſſe ſtudet. *Hom. 1. ſup. 1. ad Tim. in fine Moralis, col. 1436. D. tom. 4.*

LACT. FIRM. 67. Utinam tàm facile eſſet præſtare, quàm facile eſt ſimulare bonitatem. *Lib. 6. de vero cultu, cap. 6. circa med. pag. 247.*

68. Quid bono viro poteſt eſſe tàm calamitoſum, támque contrarium, quàm iræ fræna laxare, quæ illum non ſolùm boni, ſed etiam hominis appellatione diſpoliet? *Ibid. cap. 18. poſt init. pag. 270.*

S. LAURENT. JUSTIN. 69. Bonitatis naturaliter proprium eſt, ſe communicare eò ampliùs, quò perfectior eſt. *Part. 1. de caſto Connubio, cap. 20. in princ. pag. 194. col. 1. E.*

70. Nemo bonus ſecurè cum malis habitat. *Part. 1. de Triumphali Chriſti agone, cap. 6. in med. pag. 299. col. 1. B.*

PET. BLES. 71. Non ſufficit ſi bonus eſt quiſque in ſe, niſi & alios, quantum eſt in ſe, bonos faciat. *Serm. 40. prope finem, apud Bibl. Patr. tom 12. part. 2. pag. 900. col. 2. G. edit. Coloniæ 1618.*

S. PROSPER. 72. Ubi fieri poterunt boni, qui ſunt in bono mali? aut quando benè malis uſuri ſunt, qui malè bonis uti non deſinunt? *Lib. 3. de vita contempl. cap. 9. à medio, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 73. col. 1. C. edit. Coloniæ 1618.*

73. Magnus bonorum labor eſt, mores tolerare contrarios, quibus, qui non offenditur, parùm proficit. *Sent. 122. in fine tomi tertii operum D. Auguſtini, pag. 749. A.*

74. Boni latent, quia bonum ipſorum in occulto eſt, nec viſibile eſt, nec corporale eſt quod diligunt:

& tàm merita eorum ſunt in abſcondito conſtituta, quàm præmia. *Ibid. ſent.* 201. *pag.* 753. *A.*

S. PROSPER. 75. Nullus bonorum inimicum habet, niſi malum, qui ideò eſſe permittitur, ut aut corrigatur, aut per ipſum bonus exerceatur. *Ibidem ſent.* 202. *pagina* 753. *lit. B.*

SALVIANUS. 76. Tanta eſt raritas bonorum, ut penè unus eſſe videatur. *Lib.* 5. *de Gubern. Dei longè poſt init. pag.* 343. *col.* 1. *D. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3.

77. Virum bonum charitate, & benevolentia ſeptum oportet eſſe, non armis. *Ibid. in fine, pag.* 346. *col.* 1. *A.*

78. Si quis vult eſſe ſapiens, ſit bonus: quia nemo verè eſt ſapiens, niſi verè bonus. *Ibid. lib.* 6. *poſt init. pag.* 346. *col.* 2. *F.*

IN VITIS PATR. 79. Nunquàm homo bonus eſt, etiamſi bonus eſſe deſideret, niſi Deus habitaverit in ipſo. *Lib.* 3. *Num.* 128. *in fine, pag.* 519. *col.* 1.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 80. Non eſt is vir bonus, qui honeſtis actionibus non delectatur. *Lib.* 1. *de Moribus, cap.* 8. *circa med. fol.* 7. *pag.* 2. *edit. Pariſ.* 1565.

81. Vir bonus, nunquàm quidquam mali ſponte ſua admittet. *Ibid. lib.* 4. *cap.* 9. *poſt med. fol.* 47. *pag.* 2.

82. Deterrimus ille habendus eſt, qui improbitate & in ſe, & in alios utitur: optimus autem, non qui ſecum & ſibi, ſed qui cum aliis, & erga alios virtutem colit. *Ibidem lib.* 5. *cap.* 1. *in fine. fol.* 49. *pag.* 2.

83. Vir bonus, virtutéque præditus, quà bonus eſt, actionibus virtuti conſentaneis delectatur, offenditúrque contrariis. *Ibid. lib.* 9. *cap.* 9. *circa med.*

84. Impoſſibile eſt prudentem non eſſe bonum. 6. *Ethicor. Et habetur apud Bedam, tom.* 2.

CICERO. 85. Vinci improbos à bonis, fateor eſſe præclarum. *Orat.* 31. *pro Plancio, poſt med. col.* 640. *D. Num.* 88. *tom.* 2.

86. Quid eſt melius, aut quid præſtantius bonitate? *Lib.* 1. *de Natura Deorum, ante finem, num.* 121. *col.* 294. *C. tom.* 4.

87. Si boni volumus eſſe, omnia adjumenta & auxilia petamus benè vivendi. *Lib.* 4. *Tuſc. quæſt. in calce, col.* 246. *E. tom.* 4.

88. Poteſne quiſque in abundantia bonorum, ipſe eſſe bonus? *De Paradoxis cap.* 2. *ab initio, col.* 580. *C. tom.* 4.

PLATO. 89. In hoc unum omni ſtudio tibi incumbendum eſt, ne malus, ſed potiùs vir bonus videaris. *Tom.* 1. *Sizygia* 2. *de ſcientia, circa med. pag.* 176. *B.*

90. Ipſe bonus vir eſt, qui & alios quoque bonos efficere conatur. *Tom.* 1. *Sizygia* 2. *in dialogo Protagora poſt med. pag.* 348. *E.*

91. Si vir fortis eſt bonus, etiam peritus eſt atque intelligens. *Tom.* 2. *Sizygia* 4. *in dialogo Lachetis poſt med. pag.* 194. *D.*

92. Homo ſimplex & ingenuus eſt, qui malit eſſe revera bonus, quàm videri. *Tom.* 2. *Sizygia* 4. *lib.* 2 *de Republica ante med. pag.* 361. *C.*

93. Qui bono animo præditus eſt, bonus eſt. *Ibid. lib.* 3. *poſt med. pag.* 409. *B.*

94. Conandum eſt pro viribus, educationis, ſtudiorum, doctrinarum diligentia, improbitatem repudiare, probitatem capeſſere. *Tom.* 3. *Sizygia* 5. *in dialogo Timæi poſt med. pag.* 87. *B.*

95. Bonitas Dei, fuit cauſa factionis mundi, & origo omnium rerum. *Ibidem ante med. pag.* 34. *C.*

SENECA. 96. Vincit malos pertinax bonitas. *Lib.* 4. *de benefic. capite* 31. *in princ. pagina* 522. *tom.* 2.

97. Pars magna bonitatis eſt, velle fieri bonum. *Ep.* 34. *poſt med. pag.* 587. *tom.* 2.

98. Bonus vir ſine Deo nemo eſt. *Profec.*

99. In unoquoque virorum bonorum, habitat Deus. *Ep.* 41. *in princ. pag.* 594. *tom.* 2.

SENECA. 100. Vir bonus tàm citò nec fieri poteſt, nec intelligi. *Ep.* 42. *in princ. pag.* 596. *tom.* 2.

10.. Non bonitas eſt, peſſimis eſſe meliorem. *Epiſt.* 79. *à medio, pag.* 696. *tom.* 2.

102. Non dat natura virtutem; ars eſt, bonum fieri. *Ep* 90. *ſub finem, pag.* 757. *tom.* 2.

103. Nemo eſt caſu bonus, diſcenda virtus eſt. *Ep.* 123. *in fine, pag.* 887. *tom.* 2.

104. Bonus fruitur bona conſcientia. *De Moribus ante finem, pag.* 678. *edit. Baſileæ.*

105. Bonitas Dei, faciendi mundum cauſa fuit; bonus eſt, bona fecit; bono nulla cujuſquam boni invidia eſt. *Ep.* 65. *ante med. pag.* 641. *tom.* 2.

Vide etiam tit. Bonum Sent. 27. 95. *Malitia Sent.* 18. *Salus animæ. Sent.* 126.

Bonum.

DEFINITIO, DESCRIPTIO, DIVISIO, DIFFERENTIA, ORIGO.

DEFINITIO.

BOETIUS. ID eſt bonum, quo quis adepto, nihil ulteriùs deſiderare queat. *Lib.* 3. *de conſol. Philoſ. Proſa* 2. *circa init. pag.* 90.

PLATO. Bonum eſt quod ſui ipſius gratia eſt. *Tom.* 3. *Sizygia* 6. *de definitionibus ante med. pag.* 413. *A.*

CICERO. Bonum eſt id, quod eſt natura abſolutum. *Lib.* 3. *de finibus ante med. Num.* 33. *col.* 111. *lit. G. tom.* 4.

Quid eſt bonum? ſi quid rectè fit, & honeſtè, & cum virtute, id ſolùm opinor bonum. *De Paradoxis cap.* 2. *poſt init. col.* 580. *E. tom.* 4.

SENECA. Intellige bona eſſe, quibus admixta eſt virtus. *Ep.* 31. *ſtatim à medio, pag.* 582. *tom.* 2.

Id unum bonum eſt, quod nunquàm defringitur. *Ep.* 93. *circa init. tom.* 2.

Bonum, eſt omnis virtutis actio. *Ep.* 102. *poſt med. pag.* 816. *tom.* 2.

Quæramus quid ſit bonum; quidam ita diffiniunt: bonum eſt, quod invitat animos, quòd ad ſe vocat. *Profec.*

Quidam ita diffinierunt: Bonum eſt, quod ad petitionem ſui movet, vel quod impetum animi tendentis ad ſe.

Meliùs illi, qui ſic diffinierunt: bonum eſt, quod ad ſe impetum animi ſecundùm naturam movet.

Vel, bonum eſt, quod ſecundùm naturam eſt, ſi perfectè ſecundùm naturam eſt. *Epiſt.* 119. *circa med. tom.* 2.

DIVISIO.

S. BONAVENT. Bonum commutabile triplex eſt:
- Aut eſt inferius, & hoc eſt carnis.
- Aut exterius, & hoc eſt mundi.
- Aut interius, & hoc eſt excellentia animi. *Profec.*

- Ex primo, efficitur homo voluptuoſus.
- Ex ſecundo, curioſus.
- Ex tertio, præſumptuoſus.

- Primo modo, allicitur ad gulam.
- Secundo, ad avaritiam.
- Tertio, ad pompam, ſive ſuperbiam.

Sup. Luc. cap. 4. *poſt init. in illud, Dixit autem illi diabolus, pag.* 42. *col.* 2. *E. tom.* 2.

S. LAURENT. IUSTIN. Duplex bonum Deus præparavit hominibus; unum videlicet temporale, alterum æternum: præſtitit primum, alterum promiſit. *Part.* 2. *de contemptu mundi, cap.* 9. *in med. pag.* 511. *col.* 1. *E.*

DIFFE-

HÆRETICORUM.

S. BONAVENT. [illegible] temporalium, quando eis cor apponunt. [illegible] bona, mala [illegible], ut ſumptio corporis [illegible] indignè: ſunt quædam bona, bona bonis, ut [illegible] ſacramenta: ſunt quædam bona, bona malis, ut doctrina hæreticorum. *Sup. Pſ. 72. circa med. pag. [illegible] col. 1. lit. D. tom. 1.*

Differentia bonorum:
- Bona gratiæ, ſunt virtutes, ſcientia, & opera de genere bonorum, ut prædicare, jejunare
- Bona naturæ, ſunt nobilitas, pulchritudo, fortitudo, ingenium.
- Bona fortunæ, ſunt dignitates, divitiæ, honores, & cætera quæ ex fortuna dantur. *Lib. 1. de profectu Relig. [illegible], cap. 9. in medio, pag. 563 col. 2. A tom. 7 part 4.*

ORIGO.

S. AMBROS. Omne bonum, à gratia Dei, ſumit originem. *Sup. Ep. ad Ephe. cap. 2. ante med. fol. 146. col 4*

SENECA. Verum bonum ex bona conſcientia, ex honeſtis conſiliis, ex rectis actionibus oritur. *Ep. 23. poſt med. pag. 566. tom. 2.*

Omnium bonorum vis & origo, in ipſa virtute eſt. *Ep. 74. poſt med. pag. 67[illegible]. tom 2.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Omnia bona, divinæ gratiæ, non humanis meritis ſunt adſcribenda. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 1 ante med. fol. 3. col. 2.*

2. Qui bonis alterius arridet, Sanctis conſentit: qui verò invidet, diabolis ſimilis eſt. *De ſimilit. cap. 45. poſt med.*

S. ANTONIN. 3. Quantò quis major eſt in bonis exterioribus, tantò eſt inſtabilior, niſi ſuſtineatur. *Part. 2. tit. 8. de invidia, cap. 5. §. 3. poſt med. fol. 255 col. 2.*

4. Magnum eſt argumentum, quòd ad majora bona illos Deus conſervat, quos præſentibus bonis privat. *Profec.*

5. Quia niſi correptis hæreditatem Deus dare diſponeret, erudire eos per moleſtias non curaret. *Part. 4. tit. 3. cap. 7 §. 9. poſt init. fol. [illegible] 1. col. 4.*

6. Magna bona non acquiruntur, niſi magno labore aut magno pretio, ſeu valore. *Ib. ut ante. §. 16. in princ. fol. 33 col. 1*

S. AUGUST. 7. Volentes gaudere bonis externis, facilè evaneſcunt, & effunduntur in ea quæ videntur, & temporalia ſunt, & imagines eorum cogitatione lambunt. *Lib. 9. Confeſſ. cap 4. poſt med. pag. 109. B. tom. 1.*

8. Non tibi alienis exemplis perſuadendum eſt, quàm fluxa, & fragilia, & plena calamitatum ſint omnia, quæ bona mortales putant: cùm ita ex aliqua parte benè expertus ſis, ut ex te cæteris perſuadere poſſimus. *Lib. 1. contra Academ. cap. 1. poſt med. pag. 289. A. tom. 1*

9. Nemo ſecurus eſt in iis bonis, quæ poteſt invitus amittere. *Lib. 2. de lib. arb. cap. 14. in princ. pag. 458 [illegible]. tom. 1.*

10. Virtutes quibus rectè [illegible], magna bona ſunt: ſpecies autem quorumlibet corporum, ſine quibus rectè vivi poteſt, minima bona ſunt: potentiæ verò animæ ſine quibus rectè vivi non poteſt, media bona ſunt. *Profec.*

11. Virtutibus nemo malè utitur, cæteris autem bonis, id eſt, mediis & minimis, non ſolùm bene, ſed etiam male quiſque uti poteſt. *Ibid. cap. 19. in princ. pag 4[illegible]3. A. tom [illegible]*

12. Bona ſunt, quæ vitiantur: ſed ideò vitiantur, quia non ſunt ſumma bona ſunt

13. Quæ igitur bona ſunt, [illegible] ſunt, quia non ſumma ſunt, non ſunt Deus.

[illegible] quod vitiari non poteſt, Deus eſt: [illegible] bona ex ipſo ſunt, quæ per ſe ipſa [illegible] quia per ſeipſa nihil ſunt: per ipſum autem [illegible] tiantur, partim vitiata ſanantur. *De vera [illegible] cap. 19. poſt med. uſque ad finem, pag. 498. C. tom. [illegible]* S. AUGUSTIN.

15. Nemo invitus benefacit, etiamſi bonum eſt quod facit. *Lib. 1. Confeſſ. cap. 12. in princ. pag. 50. D. tom. [illegible]*

16. Bonorum ſumma Deus eſt, ſummum bonum Deus eſt: neque infrà remanendum eſt, neque ultrà quærendum. *De Moribus Eccleſ. cap. 8. in fine, pag. 523. A. tom. 1.*

1[illegible]. Summum bonum omnino, & quo eſſe aut cogitari nihil melius poteſt, aut intelligendus aut credendus Deus eſt. *De Moribus Manich. cap. 11. ſub finem, pag. 54[illegible]. D. tom. 1.*

18. Bonis terrenis non ſiunt homines boni, ſed aliunde boni facti bene utendo faciunt ut iſta ſint bona. *Ep. 121. ad Probam, cap. 2. poſt init. pag. 198. C tom. 2.*

19. Laxatis curis mutabilium rerum, bona ſtabilia & certa quæramus. *Ep. 123. ad Romanianum, in fine, pag. 455. B. tom. 2.*

20. Bona & mala cùm nullus ambigat eſſe contraria, non ſolùm ſimul eſſe poſſunt, ſed etiam mala omninò ſine bonis, & niſi in bonis eſſe non poſſunt, quamvis bona ſine malis eſſe poſſint. *In Enchirid. cap. 14. ante med. pag. 109. B. tom. 3.*

21. Multa bona præſtantur invitis, quando eorum conſulitur utilitati, non voluntati. *Ibid. cap. 72. in med. pag. 125. B.*

22. Quid tam iniquum, quàm ut benè ſit deſertori boni? *Lib. 8. de Geneſi ad lit. cap. 14. circa med. pagina 438. C. tom. 3.*

23. Pudeat cùm alia non amentur, niſi quia bona ſunt, eis inhærendo, non amare bonum ipſum, undè bona ſunt. *Lib. 8. de Trin. cap. 3. paulo poſt med. pagina 248. C. tom. 3.*

24. Notitia evidentior boni, mali eſt experimentum. *Profec.*

25. Non eſſent bona dulcia, ſi non paterentur adverſa. *De 21. ſent. ſent. 20. in princ. pag. 438. D. tom 4.*

26. Bonum quod obſervando quiſque minus diligebat, ardentiùs diligit comparando. *Ibidem*

2[illegible]. Qui perversè amat cujuſlibet naturæ bonum, etiamſi adipiſcatur, ipſe fit in bono malus, & miſer meliore privatus. *Lib. 12. de Civit. Dei. cap. 8. in fine. pag. 215. A. tom. 5.*

28 Hoc eſt bonum undè ſis juſtitia bonus, ſi habes bonum, undè ſis bonus, fac bonum de bono undè non es bonus. *Serm. 5. de verbis Domini poſt init. pag. 9. B. tom. [illegible]0.*

29 Quid prodeſt plena bonis arca, cum inani conſcientia? *Ibid. ſerm. 12. poſt med. pag. 38. C.*

30. Uſque adeò cæcitas mentis occuluit, uſque adeò ſurdus eſt homo interior, ut omnia bona velit habere præter ſeipſum. *In 50. homiliis, Hom. 25. ante finem, pag. 326. C. tom. [illegible]0.*

31. Bonum quod cum triſtitia fit, Deo non eſt acceptabile: quia ipſe magis eſt inſpector cordis, quàm corporis. *Ser. 61. ad Fratres in Eremo, in fine, pag. 1001. B. tom. 10.*

32 Tantæ dignitatis eſt humana conditio, ut nullum bonum præter ſummum bonum ei ſufficere poſſit. *De Spiritu [illegible] Anima, cap. 14. in medio, pagina 6[illegible]1. lit. B. tom. 3*

3[illegible] Non cognoſcit bona interioris ſenſus, qui jucunditas bonorum exteriorum capitur. *Ib. [illegible] 9. in fin. p. 607.*

34. Nullum bonum perfectè noſcitur, [illegible] non perfectè amatur. *De 83. quæſt. [illegible] poſt med. pa[illegible], lit. A. tom. 4*

35. Ipſa bona, quæ per ſe bona ſunt, [illegible] mali contrahunt, cum exce[illegible]dunt. *D[illegible] vera & [illegible] p[illegible] prope med. pag. [illegible]42. D. tom. 4.*

S. AUGUSTIN. 36. Sicut [illegible] voluntatis [illegible] eſt na[illegible] *pag. 9. B. tom. 3.*

37. S[illegible] eſt. *De Natura boni, cap.* [illegible] *2. lit. D. tom. 6.*

38. Quæ [illegible] ſanus [illegible] nimia ſeb[illegible] non [illegible] ſt. quod amas van[illegible] ſt. inſania [illegible] *te med.* ver[illegible] *Non reſpexit* [illegible] &c *pagina* [illegible] *B. tom. 8.*

39. Bonum quod neque [illegible] neque in deterius commutari poteſt [illegible] *In Medit. cap. 18. circa med. pag. 4*[illegible] *C. tom. 9.*

40. Cur per multa vagaris homuncio, quærendo bona animæ tuæ & corporis? [illegible] ama unum bonum, in quo ſunt omnia bona, & [illegible] *Profec.*

41. Deſidera ſimplex bonum, quod eſt omne bonum, & ſatis eſt.

42. Quid amas caro? quid deſideras anima? ibi eſt quidquid amas, ibi eſt quidquid deſideras. *In Manu li. cap. 34. in princ. pag.* [illegible] *tom. 9.*

43. Non [illegible] hoc à Chriſtiano quæritur, ut malo careat, ſed ut exerceat bonum. *De vita Chriſtiana, cap. 10. in princ. p.* 612. *D. tom. 9.*

44. [illegible] comme[illegible] antur bona, ac laudabiliora [illegible] dùm comparantur malis. *In Enchirid. cap. 11. in princ. pa.* 108. *D. tom. 3.*

45. Nihil boni dicitur, niſi uſque ad mortem in bono perſeveretur. *Serm. 34. ad Fratr. in Eremo, poſt med. pag.* 960. *D. tom.* 10.

46. Bona Eccleſiarum, patrimonium pauperum ſunt. *Ibid. ſerm. 32. ante med. pag.* 957. *B.*

S. BASILIUS. 47. Impoſſibile eſt bonum capeſcere, niſi priùs à malo abſ[illegible] *Et habetur apud D. Ioan. Damaſc. lib. 1. Parall. cap. 30. in medio, fol. 24. pag. 2. C.*

V. BEDA. 48. Bonum ſi facere nequeas, non tamen culpes, vel prohibeas. *Tom. 2. in ſuis Proverb. verbo Bonum, pag.* 185.

S. BERNARD. 49. Quodcunque bonum [illegible] acet, ut ſi rectè fieri non poſſit, placeat tamen ſi [illegible] eo etiam modo quo fas non eſt, nimis eſt [illegible] hoc jam qua[illegible] non ſit, non [illegible] bonum. *Ep. 87. ad Ogerium Canon. Regular. ante med.* [illegible] 228.

50. Eminentiora bona [illegible] ſunt, dignitas, ſcientia, virtus. *In tract. de* [illegible] *Deo, poſt init.* [illegible] 295. *col. 2. E.*

51. Ad bona & m[illegible] præpara, [illegible] die bonorum ſi [illegible] : & in die malorum, ne immemor ſis bonorum. *Serm. 55. ad Sororem, in 2. volumine, in fine, fo.* 95 [illegible] *2. I.*

52. Sicut bonum no[illegible] perſ[illegible] Religio[illegible] *Serm. 3. de Actu Domini circa med. fol. 41. col. 1.*

BOETIUS. 5[illegible] ſt humanarum conditio bonorum, & [illegible] veniat, vel nunquam ſubſ[illegible] *Lib. 1. de* [illegible] *ſa 4. ante med. pagina* 58.

53. F[illegible] num, quod nec [illegible] at habenti. *Ibidem,* [illegible] *pag.* 69.

55. Ho[illegible] quo [illegible] ſe bo[illegible] quid [illegible] oret, ſummum eſſe non poteſt. *Ib.* [illegible] *Proſa 2.* [illegible] 9.

56. [illegible] minum [illegible] bon[illegible] in[illegible] pi[illegible] tas, ſed ad [illegible] abducit. *Ib.* [illegible]

57. Sapiens bonum ſuum non popular[illegible] ore, [illegible] veritat[illegible] *Ibid. Pro*[illegible] *poſt init pa*[illegible]

[illegible] Deus [illegible] nuſſimus. [illegible]

5[illegible] Qu[illegible]

[illegible] bonum [illegible] *pag.* [illegible]

60. [illegible] eſt, [illegible] quod injuſtum eſt, malum. [illegible] 4. *Proſa 4. circa med. pagina* [illegible] 8.

61. Quod bonum eſt, ab omnibus deſideratur. *Ibid. lib. 3. Proſa 11 in fine, pag.* 42.

S. BONAV. 62. Bona temporalia [illegible] ſunt bona infima: naturalia, media; gratuita, ſumma. *Sup. Sap. cap.* [illegible] *in fine, pag. 37. col. 2. B. tom. 1.*

63. Nullus ad bonum convertitur, niſi in bono delectetur. *In Lament. Hieremiæ, cap. 1. poſt med. pag.* 418. *col. 2. B. tom. 1.*

64. Naturale eſt ſummum bonum appetere, & illi placere velle. *Serm. 2. de S. Thoma in princ. pag.* 227. *col. 1. tom 3.*

65. Illa omnia temporalia bona, æternis bonis comparata, ſunt viliſſima ſtercora. *Serm. 1. de SS. Philippo & Iacobo in fine, pag.* 247. *col. 2. tom. 3.*

66. Ubi verum bonum deeſt, beatitudo vera eſſe non poteſt. *Serm. 7. de SS. Apoſtolis poſt init pag.* [illegible] *col. 2. tom. 3.*

67. In omnibus bonis tranſitoriis ſecuritas deeſt, ſine quâ nullum bonum perfectum. *Ibidem.*

68. Bonum deſideratum viſum lætificat: ſed diu expectatum, valdè affligit animam & corpus. *Serm. 1. de uno Martyre, & in ordine 13. ſub finem, pag.* 314. *col. 2. tom. 3.*

69. Nullum eſt bonum irremuneratum, [illegible] llum malum impunitum. *In lib. 1. ſent. Diſt. 40. Art. 2. quæſt. 3. in fine corporis, pag.* 327. *col. 1. D.*

70. Magis prodeſt bonum & delectat quod magis intimum eſt. *De 7. Itineribus æternit. 6. diſt. 3. in fine, pag. 175. col. 2. A. tom.* [illegible]

71. Plus poteſt natura boni, quàm habitus mali quandoquidem illud eſt, hoc verò non eſt, niſi tantùm cùm agitur. *De Perfect. ſpirit. capite 3. apud Bibliothecam Patrum, tom. 4. pag. 745. col 2. G. edit. Coloniæ* 1618.

72. Malorum omnium principium & finis, eſt bonum: boni enim cauſa ſunt omnia, & quæ bona ſunt, & quæ mala. *Profec.*

73. Mala quippe boni deſiderio aguntur: ne[illegible] enim propoſito ſibi m[illegible] facit quæ facit [illegible] ircò n[illegible] ſubſi[illegible] malum, ſed ſubſiſtere videtur, cum boni cauſa [illegible] non ſui fiat. *De divinis nominibus, cap. 4. parte ultima ante finem, apud Biblioth. Patrum, tom. 1. pa.* 148. *col. 1. D.*

74. Neceſſariò bonum omne præc[illegible] tur tentatio: neque bonum dici pote[illegible] ſecundum Deum, niſi approbetur tentatione. *Doctrina 19. prope med. apud Biblioth. Patr. tom. 4. pag. 79. col. 1. lit. A. edit. Coloniæ* 1618.

75. Debet unuſquiſ[illegible] a ſe eradica[illegible] quod mal[illegible] eſt, & inſerre in ſe quod [illegible] eſt. *Homil. 8. longe poſt init. apud Bibl. Patrum tom. 7. pag. 240.* [illegible] *2. lit.* [illegible] *edit. Coloniæ* 1618.

76. Summa bona ſunt quæ nec viſu capi nec [illegible] di [illegible] ne[illegible] prehendi poſſunt. *Hom. 3. ad Monachos in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part pa.* 579. *col.* [illegible] *edit.* [illegible] 1618.

Non vult Deus no[illegible] bona ſua [illegible] di [illegible] te vileſcere [illegible] m[illegible] cupidum & avidum ne[illegible] *princ. pag.* 80. [illegible] *A.*

78. H[illegible] lium bono [illegible] ut cum [illegible] ſummo labore [illegible] pereant, ut [illegible] eligi. *Ibid. Hom. 8.* [illegible] *pag.* [illegible] *col.* [illegible]

[illegible] prima [illegible] mortua & [illegible] bona, [illegible] nt. *A.* [illegible] *in decre*[illegible] 4.

Glos. Int. 80. Plus valet apud pravos malum inolitum, quàm bonum inſolitum. *Sup. Geneſ. cap. 19. in illud, Eo quod increverit clamor, col. 243. E. tom. 1.*

Glos. ord. 81. Bona citiùs pereunt, quæ ante tempus innoteſcunt, ſcilicet animo nondum per humilitatem confirmato. *Sup. Iob, cap. 8. col. 117. B. tom. 3.*

82. Non parva condemnatio eſt, ex bono quod communiter datur, privatè gloriari; ſcire bonum undè cœperit, & neſcire quomodo uti debeat quod accepit. *Ibid. cap. 32. col. 303. C.*

83. Qui abundant in bonis ſpiritualibus, temporalia quantumcúmque modica eis ſufficiunt, imò pro divitiis computantur. *Super Pſalm. 32. col. 663. lit. C. tom. 3.*

84. Non poſſumus ædificare bona, niſi priùs deſtruxerimus mala. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 3. col. 1763. lit. C. tom. 3.*

85. Diligit bonum, qui non invitus & metu legum quòd bonum eſt operatur, ſed dilectione ipſius boni. *Sup. Amos, cap. 5. in illud, Diligite bonum, col. 1872. E. tom. 4.*

86. Conſtat quod à Deo nonniſi bona percipimus, qualiacúmque nobis videantur. *Profre.*

87. Omnia enim electis in bonum cooperantur, & omnium bonorum ſpiritualium diſtributor eſt, ut opera charitatis impleantur. *Sup. Matth. cap. 7. in illud, Noſtis bona data, &c col. 148. F. tom. 5.*

Gloſſa int. 88. Bona æterna non dantur, niſi filiis. *Ibidem.*

89. Bonum non ſeminat, niſi bonus, qui ſemen bonæ voluntatis ad bona opera ſtudet producere. *Ibid. cap. 3. ſup. illud, Qui ſeminavit bonum ſemen, col. 242. C.*

Gloss. ord. 90. Nihil boni habere poteſtis, niſi Deo præveniente & ſubſequente. *Sup. Epiſt. ad Heb. cap. 13. in fine in illud, Faciens in vobis quod placet. col. 961. littera A. tom. 9.*

91. Clauſis oculis videmus bona, quæ mox apertis non invenimus. *Super illud Pſ. 72. Velut ſomnium, col. 973. A. tom. 3.*

S. Gregor. Magn. 92. Plerumque & bona malis, & mala bonis eveniunt, pro eo quod & vera bona bonis, & vera mala malis in æterna retributione ſervantur. *Lib. 14. Mor. cap. 3. prope init. num. 3. col. 453. B. tom. 1.*

93. Penſandum magnoperè eſt; quia bona prodeſſe nequeunt, ſi mala, quæ ſubrepunt, non caventur. *Ibid. lib. 19. cap. 13. in princ. col. 651. C.*

94. Ille verè humilis eſt in bonis, qui non eſt defenſor in malis. *Ibid. lib. 26. cap. 1. poſt init. col. 849. D.*

95. Bona quaſi bona non ſunt, comparatione meliorum. *Ibid. lib. 26 cap. 9. paulo ante med. num. 17. col. 958. C.*

96. Boni indè perfectiùs in bono proficiunt, undè de malo tentantur: mali autem indè ad majus malum deficiunt, undè de bono gloriantur. *Ibid. lib. 34. cap 17. paulò ante finem, col. 1190. C.*

97. Bona tenera, plerumque humana lingua dùm quaſi fortia laudat, extinguit. *Ibid. lib. 30. cap. 9. poſt med. num. 19. col. 1021. C.*

98. Nullum bonum perficitur, niſi in ſummo bono ſolidetur. *Sup. 7. Pſalmos pœnit. Pſ. 1. ante med. col. 535. D. tom. 2*

99. Nihil eſt bonum quod incipitur, niſi perſeveranti fine illud complectatur. *Ibid. Pſ. 2. verſ. 10. poſt med. col. 548. D.*

100. Bona ſumma ſunt, fides, ſpes, & charitas: quæ cùm veraciter habentur, in malo inflecti non poſſunt. *Lib 27. Mor. cap. 27. non procul ab initio, col. 932. D. tom. 1.*

101. Qui æterna bona in vita cogitare noluerunt, in morte æterna mala nunquàm cogitata reperiunt, & ſubitò amittunt bona temporalia, quæ diù tractando tenuerunt. *Ibid. lib. 10. cap. 13. ab initio, col. 364. D.*

102. Sicut auro bona temporalia, ita ſapientiâ bona æterna mercantur. *Ibid. lib 4. cap. 28. poſt med num. 35. col. 123. C.*

103. Bona quæ non authori militant, ſed elationi, bona non ſunt. *Ibid. lib. 19. cap. 12. in fine, num. 17. col. 632. A.* S. Gregorius Magn.

104. Valdè iniqua ſunt, quæ iniqui ſub boni ſpecie moliuntur. *Ibid. lib. 33. cap. 24. poſt med. num. 52. col. 1160. B. tom. 1.*

105. Quiſquis bonum majus ſubire propoſuit, bonum minus quod licuit, illicitum fecit. *In Paſtorali, part. 3. cap. 1. Admonit. 28 in fine. col. 1304. D. tom. 1.*

106. Veſtrum ſine dubio bonum facitis, ſi bona volentibus opem fertis. *Lib. 7. in Regiſt. Indict. 2. cap. 118. Ep. 118. poſt med. col. 895. A. tom. 2.*

107. Mala, quæ pro peccatis noſtris ſæpè patimur (quia per divinam juſtitiam nobis irrogantur) bona ſunt. *Lib. 4. in 1. Reg. cap. 3. in med. col. 1402. B. tom. 2.*

108. In comparatione æternorum bonorum, vana ſunt omnia bona temporalia. *Ibid. lib. 5. cap. 2. poſt med. col. 1496. D.*

109. Temporale bonum difficilè habetur, & citò amittitur. *Ibidem ut ante.*

110. Cùm de manifeſto latens malum naſcitur, ſapienter bonum abſconditur, ne malo ſuperveniente maculetur. *Ibid. cap. 4. poſt init. col. 1522. B.*

111. Multa videntur bona, & non ſunt. *Ibid. poſt med. col. 1547. D.*

112. Quæ per ſe bona ſunt, ſi non benè tractentur boni gratiam amittunt. *Lib. 1. de Theologia, ante med. pag. 232.* S Greg. Naz.

113. Peſſùm eunt, quæ bona ſunt & honeſta: ſine pudore vigent, quæ mala ſunt. *Ep. 29. ad Eudochium Rhetorem a medio pag. 415.*

114. Bonum non cenſetur, neque quod prævenit opportunitatem, neque quod fit tardiùs. *Hom. 4. ſup. Eccleſiaſten. poſt init. col. 203. C. D. Profec.* S Gregorius Nyss.

115. Neque quod menſurâ caret eſt bonum, neque quod eſt importunum: ſed illud eſt bonum, & ex virtute factum, quod per utrumque accipit perfectionem. *Ibidem.*

116. Non ſufficit ſcire quod bonum eſt, niſi cuſtodiatur attentiùs quod electum eſt. *Ep. 22. ad Euſtoch. paulò ante med. tom. 2. pag. 14. B.* S. Hieronym.

117. Minoris peccati eſt ſequi malum, quod bonum putaveris, quàm non audere, quod pro certo noveris. *In Proœmio dialog. adverſus Pelagianos, in fine, pag. 260. D. tom. 2.*

118. Iſta ſola bona ſunt, quæ ſine voluntate nec invenimus aliquando, nec perdimus. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriadem, ante med. pag. 16. C.*

119. Lædunt & ipſa bona, ſi malè portentur. *Tom. 4. Ep. 6. ad Amicum, ante med. pag. 39. A.*

120. Bona non amare, peccati eſt, quanti ſceleris etiam odiſſe? & è contrario mala non fugere, vitii eſt; quantæ impietatis eſt, etiam diligenter inquirere? *Sup. Michæam, cap. 3. fere in princ. in illud, Non veſtrum eſt ſcire judicium. pag. 145. D. tom. 6.*

121. Omne bonum præſentis ſæculi, confuſio eſt: futuri verò perpetua eſt fortitudo. *Sup. Eccleſiaſten, cap. 10. in illud. In fortitudine & non in confuſione. pag. 94. D. tom. 7.*

122. Sic bonis hujus ſæculi fruere, ne aut deſiderio, aut carne delinquas. *Ibid. cap. 12. pag. 97. D.*

123. Bonum omne & veritas, certo fine concluditur: malitia verò atque mendacium, ſine fine ſunt. *Ibid. cap. 12. ſub fin. pag. 100. A.*

124. In eo nullum bonum, qui nullum malum deſtruit. *Sup. Pſ. 33. verſ. 14. Diverte a malo, &c. pag. 49. C. tom. 8.*

125. Nihil bonum eſt, niſi quod æternum eſt: nihil bonum eſt, niſi quod perpetuum eſt. *Profec.*

126. Quodcumque enim finem habet, nec inter bona numerandum eſt. *Sup. Pſ. 91 verſ. 7. pag. 136. C. to. 8.*

127. Etiam bonum non facere, malum eſt. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 13. in illud, Malum non operatur, pag. 293. tom. 9.*

HUGO A S. VICTORE.

128. Deus bonis bona dat, & malis mala dat: & bonis mala, & malis bona. *Profec.*

129 Bonis enim bona dat, ut foveantur: & mala dat, ut exerceantur: & malis mala dat, ut caſtigentur: & bona dat, ut provocentur. *Hom. 12. in Eccleſiaſten. ante finem, ſup. illud: Peccatori dedit, &c. pag. 89. E. to. 1.*

130. Omne quod eſt, bonum eſt; ſed cùm id quod bonum eſt, malè amatur, illud bonum eſt, & hoc malum eſt. *In Decalogum, cap. 4. ante med. pag. 3. E. to. 2.*

131. Nihil bonum eſt, quod melius tollit. *Lib. 3. Didaſc. cap. 14. paulo poſt med. pag. 15. C. tom. 3.*

132. Verum bonum non in æſtimatione hominum, ſed in pura conſcientia abſconditum eſt. *Ibid. cap. 15. prope init. pag. 15. F.*

HUGO CARD.

133. Negantur in hac vita electis bona terrena, quia ægris, quibus ſpes vivendi eſt, nequaquàm cuncta quæ appetunt conceduntur. *Profec.*

134. Dantur autem reprobis bona, quæ in hac vita appetunt, quia deſperatis ægris omne quod deſiderant, non negatur.

135. Ipſi per iter aſperum ad ſalutis patriam redeunt, illi verò per amœna prata ad foveam tendunt. *Super Hierem. cap. 12. fol. 211. col. 2. & 3. Moraliter, tom. 4.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

136. Ut dignus cœleſtibus efficiaris bonis, bona deride præſentia. *Hom. 4. ſup. Matth. in fine, col. 50. B. tom. 2.*

137. Hoc omne bonum eſt, quod proximum reſpicit. *Ibid. Hom. 79 in medio, col. 639. D. ſup. illud Matt. 25. Euge ſerve bone.*

138. Qui gaudet de bonit quæ invenit, & recordatur mala quæ evaſit, difficilè redit ad malum. *Hom. 2. oper. imperf. ſup. Matth. poſt med. col. 749. B. tom. 2.*

139. Sicut homo non poteſt facere bonum, niſi habuerit adjutorium Dei: ſic nec Deus bonum operatur in homine, niſi homo voluerit. *Ibid. Hom. 14. in medio, ſup. illud 6. Fiat voluntas tua. col. 837. D.*

140. Omnia bona mundi triplex interitus tollit, aut à ſemetipſis veteraſcunt, aut ab ipſis dominis luxurioſè viventibus comeduntur, aut ab extraneis dolo, vel vi, vel calumniis, vel quolibet alio modo diripiuntur. *Ibid. Hom. 15. poſt med. ſup. illud, Ubi tinea demolitur, &c. col. 846. B.*

141. Nulla res ſic exterminat bonum, quemadmodum ſimulatum bonum. *Profec.*

142. Manifeſtum malum, quaſi malum fugitur, & cavetur: malum autem ſub ſpecie boni celatum, dùm non cognoſcitur, nec cavetur, ſed quaſi bonum ſuſcipitur, & ideò conjunctum bono exterminat bonum. *Ib. Hom. 19. in princ. col. 867. C.*

143. Omne malum voluit Deus poſſe latere ſub colore boni, & omne bonum voluit eſſe ſub caligine obſcuritatis: ut nec bonum ſine labore inveniatur, nec malum ſine labore evitetur. *Ibid. Hom. 29. in medio, col. 927. lit. D.*

144. Verè non habet ſuper terram quod amet, qui bonum cœleſte in veritate guſtaverit. *Ibid. Hom. 36. in princ. col. 989. B.*

145. Homo ideò ex bono & malo creatus eſt, ut contempto malo ſequatur bonum. *Ibid. Hom. 41 ab initio, col. 1024. D.*

146. Scire bonum & malum, in natura poſitum eſt; facere autem, in voluntate: ideò benè dicere, omnium eſt: benè autem facere, paucorum. *Ibid. Hom. 43. ante med. col. 1047. B.*

147. Omnia bona tunc mercedem habent, cùm debitum finem conſequuntur. *Hom. 76. ſup. Ioan. in princ. col. 359. B.*

148. Bona veri Chriſtiani nullo fine concluduntur. *Hom. 22. ſup. 1. ad Cor. in fine, col. 498. C. tom. 4.*

S. JOAN. DAM.

149. Bonum boni nomen amittit, cùm benè non fit. *Lib. 2. Parall. cap. 99. fol. 103. pag. 2. C.*

150. Bonum quod in expectatione eſt, cupiditatem gignit: quod autem præſtò eſt, voluptatem. *Lib. 2. de fide orthod. cap. 12. in calce, fol. 195. pag. 2. C.*

151. Nihil aliud quidquam præter id quod verè bonum eſt, bonum appellandum eſt. *De SS. Barlaam & Ioſaphat, cap. 2. poſt med. fol. 509. pag. 1. B.*

S. ISIDORUS HISPALENS.

152. Bonum quod audieris, dic: bonum quod didiceris, doce. *Lib. 2. de Synonim. cap. 14. in princ. pag. 319. col. 2.*

153. In bonis immoderatus uſus eſſe non debet, bona enim immoderato uſu noxia efficiuntur. *Ibid. cap. 16. ante med. pag. 320. col. 2.*

154. Omnia creata ex ſua natura bona ſunt, & ex noſtro malo uſu non bona. *Profec.*

155. Si enim benè utantur, & bona & proſpera ſunt: ſi malè, nocent. *Lib. 1. de ſum. bono. cap. 9. ſent. 6. pagina 622. col. 1.*

156. Qui bona mundi diligit, velit nolit, timoris ac doloris pœnæ ſuccumbit. *Ibid. lib. 3. cap. 59. ſent. 2. pag. 689. col. 2.*

LACT. FIRM.

157. Bonum ſine malo in hac vita eſſe non poteſt. *Lib. 6. de vero cultu, cap. 15. ante med. pag. 264.*

158. Bonis brevibus, mala æterna: & malis brevibus, bona æterna ſuccedunt. *Profec.*

159. Conſiderare ergo unumquemque decet, quantò ſatius eſt pro perpetuis bonis mala brevia perferre, quàm ſit pro brevibus & caducis bonis, mala perpetua ſuſtinere. *Ibid. cap. 4. circa med. pag. 242.*

160. Animi bona, mala ſunt corporis: ſcilicet opum fuga, voluptatum interdictio, doloris mortiſque contemptus. *Profec.*

161. Corporis bona, mala ſunt animi: ſcilicet cupiditas, & libido, quibus & opes appetuntur, & ſuavitas variarum voluptatum, quibus enervatus animus extinguitur. *Lib. 7. de divino præmio, cap. 5. paulo ante finem, pag. 258.*

162. Bona temporalia fallacia ſunt, quorum incerta & caduca poſſeſſio eſt. *Ibidem, cap. 27. poſt med. pagina 331.*

S. LAURENT. JUSTIN.

163 Semen boni in homine ſuffocari poteſt ſentibus delictorum; vel diaboli tentationibus (ne fructificet) valet impediri, minimè tamen divelli atque extingui. *Part. 2. de Obedient. cap. 12. poſt med. pag. 628. col. 1. B.*

S. NILUS.

164. Ne appetas bona, quorum uſus præterit, & poſſeſſio periit. *Paræneſi 142. apud Bibl. Patr. tom. 5.*

ORIGENES.

165. Bonorum frequentius, quàm malorum habenda eſt memoria. *Lib. 6. in cap. 6. Ep. ad Rom. poſt med. pag. 357. col. 2. F. tom. 2.*

PELAGIUS PAP.

166. Qui invitum ad bonum cogit, non perſequitur, ſed diligit. *Et hab. in decretis Gratiani, part. 2. cauſa 23. quæſt. 5. Canone, Non vos, fol. 305. col 4.*

PET. BLES.

167. Bona non eſſent, niſi mutuo ſibi quodam amicabili fœdere conſentirent. *De Amicit. cap. 9. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 970. col. 2. F. edit. Coloniæ 1618.*

S. PETRUS CHRYSOL.

168. Bona quàm ſint bona ſcire (niſi malorum cognitione) non poſſumus. *Serm. 131. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 760. col. 1. B. edit. Coloniæ 1618.*

S. PETR. DAM.

169. Omnia bona Dei ſunt, & noſtra: quoniam ille operatur in nobis, qui effectum tribuit operandi. *Op. 36 de divina omnipotentia, cap. 9. in princ. 659. col. 1. E. to. 3.*

S. PROSPER.

170 Corporale bonum quod habent iniqui, ipſorum eſt præmium: quando habent juſti, non eſt eorum præmium, ſed temporale ſolatium. *Lib. 2. de vita contemplat. cap. 13. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 64. col. 2. F. edit. Coloniæ 1618.*

171. Boni temporalis amiſſio fit exercitium juſti, & injuſti ſupplicium. *Ibidem ut ante. G.*

172. Facilè quælibet bona ſine charitate poſſunt perire, quæ non poſſunt ſine charitate prodeſſe. *Lib. 2. de voc. gent. c. 11. in fin. apud Bib. Pat. to. 5. part. 3. p. 177. col. 2. E*

173. Totum bonum quod habemus, ab artifice noſtro habemus: ſed ſi hoc in nobis eſt, quod ipſi fecimus, indè damnabimur: ſi autem hoc quod Deus fecit, indè coronabimur. *Sent. 126. in fine tom. 3. operum D. Auguſtini, pag. 749. B.*

S. PROSPER.

174. Finis boni eſt, non quo conſumitur ut non ſit, ſed quo perficitur ut plenum ſit, undè eſt ſummum bonum. *Ibidem, Sentent.* 159. *pagina* 751. *littera A.*

175. Manifeſtum eſt quoniam bona ſunt, quæ corrumpuntur: quæ ſi bona non eſſent, corrumpi non poſſent: ſi ſumma bona eſſent, incorruptibilia eſſent; ſi autem nulla bona eſſent, quod in eis corrumperetur non eſſet. *Ibid. Sent.* 175. *pag.* 748. *C.*

176. Fidelis in fine temporalis mali, tranſit in perceptionem æterni boni. *Ibidem, Sent.* 272. *pagin.* 756. *lit. D.*

177. Nullo bono alieno eget, qui bono quod fecit non eget. *Ibidem, Sent.* 279. *pag.* 757. *A.*

178. Multa bona facit Deus in homine, quæ non facit homo: nulla verò facit homo quæ Deus non facit ut faciat homo. *Ibidem, Sentent.* 311. *pagina* 759. *lit. B.*

179. Deo nullum hominis bonum eſt impoſſibile, nullum malum inſanabile. *Ibidem, Sent.* 306. *pagina* 759. *lit. A.*

S. REMIGIUS.

180. Deſiderabilium ſuſcipimus bona, quæ citò metuimus auferenda: ſecuriùs verò negligimus quod nos diutiùs poſſidere credimus. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 15. *canon* 24. *apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 860. *col.* 1. *D. edit. Colonia* 1618.

RICHARD. A S. VICTORE.

181. Non poteſt ad perfectum exteriorum bonorum faſtigium pertingere, qui interiorum bonorum dulcedinem nondum meruit guſtando ſentire. *Part.* 1. *Tract.* 2. *de Extermin. mali cap.* 7. *ſub finem, pag.* 17. *col.* 2. *B.*

S THEODORETUS.

182. Maximum profectò bonum eſt, naturam rerum callere, ut ex ea cognitione contemnamus quæ fluxa ſunt, animumque ab omni ſervitute liberum conſervemus. *Serm.* 11. *de fine & judicio, poſt init. pag.* 402. *col.* 1. *B. tom.* 1.

SALVIANUS.

183. Inæſtimabile malum eſt, bonis à Deo datis non bene uti. *Lib.* 1. *ad Eccleſ. Catholicas, in medio, apud Bibliothec. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pagina* 367. *col.* 1. *lit. D.*

S. VALERIAN.

184. Bona temporalia, mala noſtra ſunt, terrenis actibus enutrita. *Prof.*

185. Quibus dùm aliqui nimiùm attentè ſerviunt, bona cœleſtia perdunt. *Hom.* 2. *de Arcta vita, ante med. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pagina* 477. *col.* 2. *H.*

186. Bona noſtra divinitati debemus adſcribere, mala autem humanis moribus imputare. *Prof.*

187. Quia ſicut bona procurante Domino creantur, ita mala diabolo authore naſcuntur. *Ibid. Homil.* 11. *circa init. pag.* 488. *col.* 1. *B.*

188. Tunc ſanè nos bona deſerunt, cùm deteriora ſuccedunt. *Ibidem, ante med. pagina* 488. *columna* 1. *lit. C.*

189. Rogandus ſemper eſt Chriſtus noſter, ut in nobis bona nutriat, & exorandus ut nutrita cuſtodiat. *Ibidem, fere in med. pag.* 488. *col.* 1. *D.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTIPPUS PHILOSOPH.

190. Fortunæ bona varii caſus eripiunt: bona animi, quæ ſola verè bona ſunt, nec incendium, nec naufragium poteſt eripere. *In Sentent. in medio, Sentent.* 2.

ARISTOTELES.

191. Hæc bona ſine virtute integra, atque undique perfecta conſtare nullo modo poſſunt. *Libr.* 4. *de Moribus, cap.* 3. *circa med. folio* 40. *pagina* 2. *edit. Pariſ.* 1565.

192. Quod optabile & expetendum eſt, id bonum eſt: & quò quidque optabilius eſt, eò majus bonum eſt. *Ibidem, lib.* 5. *cap.* 3. *in calce, folio* 52. *pag.* 1. *edit. Pariſ.* 1565.

193. Bonum animæ, eſt optimum bonum. 7. *Politic. & habet. apud Bedam, tom.* 2.

194. In bonis exterioribus non eſt felicitas, quia ipſe felix nullo bono exteriori indiget. *Ibidem* ARISTOTELES

195. Bonum quantò communius, tantò divinius. *Ibidem* 1. *Ethic. &* 2. *Topic.*

196. Bonum & malum, ſunt in rebus: verum & falſum, ſunt in mente. *Ibidem* 6. *Metaph. text.* 8. & 3. *de Anima.*

197. Malum facere, eſt facile: bonum autem, difficile. *Ibid.* 2. *Ethic. cap.* 5.

198. Objectum voluntatis non eſt, niſi bonum. *Ibidem* 3. *Ethicor.*

199. Nullum alterum eſt ex ſe bonum, ſed quodlibet eſt bonum à Deo tantùm eſt. *Lib.* 1. *de Theologia, cap.* 6. *in med. col.* 983. *tom.* 1.

200. Nimium boni eſt, cui nihil eſt mali. *Lib.* 2. *de finibus ante med. num.* 42. *columna* 85. *littera F. tom.* 4. CICERO.

201. Id ſolum bonum eſt, quod rectum, honeſtum ſit. *Ibidem, lib.* 3. *poſt init. columna* 106. *littera C. & E.*

202. Non tàm enitendum, ut bona quæ nobis data non ſunt ſequamur, quàm ut vitia fugiamus. *Lib.* 1. *de Offic. poſt med. col.* 485. *B. tom.* 4.

203. Poteſt-ne bonum cuique malo eſſe, aut quiſque in abundantia bonorum ipſe eſſe bonus? *De Paradoxis, cap.* 2. *ab initio, columna* 580. *littera C. tom.* 4.

204. Nihil bonum, niſi quod honeſtum: nihil malum, niſi quod turpe. *Lib.* 2. *Tuſc. queſt. ante med. col.* 198. *H. tom.* 4.

205. Non ſunt bona dicenda, nec habenda, quibus abundantem licet eſſe miſerrimum. *Ibidem lib.* 5. *ante med. col.* 255. *F.*

206. Nihil benè ſe haberet, niſi omne bonum in honeſtate conſiſteret. *Profec.*

207. Omne bonum lætabile eſt; quod autem lætabile, id prædicandum, & præ ſe ferendum: quod tale autem, id etiam glorioſum: ſi verò glorioſum, certè laudabile; quod autem laudabile, profectò etiam honeſtum: quod bonum igitur, id honeſtum. *Ibid. ante med. col.* 255. *A. B. & E.*

208. Quidquid eſt quod verè bonum ſit, id expetendum eſt: quod autem expetendum, id certè approbandum: quod verò approbandum, id gratum acceptumque eſt habendum. *Profec.*

209. Divitias, cùm quivis (quamvis indignus) habere poſſit, in bonis non numero: quod enim eſt bonum, id non quivis habere poteſt. *Ibidem, ante med. col.* 255. *H. & conſeq.*

210. Omnium actionum finis eſt bonum, & illius cauſa omnes aliæ res ſunt agendæ. *Tom.* 1. *Syzigia* 3. *de Rhetore poſt med. pag.* 499. *E.* PLATO.

211. Omnia quæ bona ſunt, bona eſſe niſi cum aliqua virtus affuerit, mihi neceſſarium eſſe videtur. *Ibid. poſt med. pag.* 506. *D.*

212. Non eſt bonum, quod incremento malum fit. *Lib.* 1. *de Ira: cap.* 13. *ante med. pagina* 401. *tom.* 1. SENECA.

213. Animi bonum animus inventat, non oculus. *De vita beata cap.* 2. *in med. pag.* 490. *tom.* 1.

214. Omne boni principium, ex virtute eſt. *Ibidem, cap.* 6. *in fine, pag.* 493.

215. Summum bonum immortale eſt. *Ibid. cap.* 7. *circa med. pag.* 494.

216. Bona terrena adventitia, & nutum fortunæ ſequentia ſunt: at verò bona ſunt, in quæ non eſt manus injectio. *De conſtantia ſapientis, cap.* 5. *poſt med. pag.* 546. *tom.* 1.

217. Omnia iſta bona, quæ nos ſpecioſa, ſed fallaci voluptate delectant, pecunia, dignitas, potentia, aliaque complura, ad quæ generis humani cæca cupiditas obſtupeſcit, cum labore poſſidentur, cum invidia conſpiciuntur eiſque ipſis quos exornant & premunt, plus minantur quàm proſunt. *De conſolat. ad Polybium cap* 28. *circa med. pag.* 586. *tom.* 1.

SENECA.

218. Stultus eſt, qui nullum fructum eſſe putat bonorum, niſi præſentium. *Ibidem, cap. 29. ab initio, pagina* 587.

219. Quidquid optimum homini eſt, id extra humanam potentiam jacet, nec dari, nec eripi poteſt. *De conſolat. ad Helviam, cap. 8. ſub finem, pagina* 631. *tom.* 1.

220. Nullum bonum juvat habentem, niſi ad cujus amiſſionem præparatus eſt animus. *Ep. 4. circa med. pag.* 527. *tom.* 2.

221. Nullius boni ſine ſocio, jucunda poſſeſſio eſt. *Ep. 6. à medio, pag.* 526. *tom.* 2.

222. Nemo ſolicito bono fruitur. *Ep. 14. in fine, pagina* 548.

223. Id bonum cura, quod vetuſtate ſit melius. *Ep. 15. circa med. pag.* 549. *tom.* 2.

224. Veri boni aviditas tuta eſt. *Epiſt. 23. poſt med. pag.* 566.

225. Qui omne bonum honeſto circumſcripſit, intra ſe felix eſt. *Epiſt. 74 in princ. pag. 673. tom.* 2.

226. Bona illa ſunt vera, quæ ratio dat; ſolida ac ſempiterna, quæ cadere non poſſunt, nec decreſcere quidem, aut minui *Proſec.*

227. Cætera, opinione bona ſunt, & nomen quidem habent commune cum veris, proprietas in illis boni non eſt. *Ibidem, prope med. pag.* 676.

228. Summum bonum nec infringitur, nec augetur, in ſuo modo permanet. *Ibidem poſt med. pag.* 678.

229. Solùm bonum eſt honeſtum, cui modus eſt. *Ep. 76. poſt med. pag. 685. tom.* 2.

230. Bonum ſincerum eſſe debet, & ab omni parte innoxium: non eſt id bonum quod plus prodeſt, ſed quod tantùm prodeſt. *Epiſt. 87. poſt med. pagin.* 735. *tom.* 2.

231. Quid ſtultius turpiuſve, quàm bonum rationalis animi ex irrationalibus nectere? *Epiſt. 92. poſt init. pag.* 763.

232. Mortale eſt omne mortalium bonum: verum autem bonum non moritur, certum eſt, ſempiternumque; hoc unum contingit immortale mortalibus. *Ep 98. circa init. pag.* 801. *tom.* 2.

233. Ut aliquid auri extrahamus, terram pervertimus: ut ſummum bonum occupemus, ſcrutari pectus piget. *In Proverb. pagin. 690. col. 2. lit. V. edition. Baſilea.*

234. Hominis bonum, liber animus eſt ac rectus. *Ep 124. in medio, pag* 889. *tom* 2.

235. Hominis bonum non eſt in homine, niſi cum in illo ratio perfecta eſt. *Ibid.* SENECA.

236. Niſi ubi rationi locus eſt, bonum non eſt. *Ibid. poſt med. pag.* 889.

237. Bonum tunc habebis tuum, cùm intelliges infeliciſſimos eſſe hujus mundi felices. *Ibidem, in calce, pag.* 891.

238. Facillimè bonis frueris, ſi ea vitaveris, quæ vituperaveris. *De Moribus, poſt med. pag. 678. editionis Baſilea.*

239. Intellige quæ ſint bona, ot benè agas. *Sent. 49. apud Bibl. Patrum, tom. 3. pag. 65. col. 1. A. edit. Colonia* 1618. SIXTUS PHILOSOPHUS.

240. Hoc ſolùm ducito, quod bonum eſt. *Ibidem, Sent. 71. pag. 65. col. 1. B.*

241. Hoc ſolum bonum putato; quod Deo dignum eſt. *Ibidem, Sent. 123. pag. 65. col. 2. E.*

242. Quod bonum eſt, hoc ſolum te decere puta. *Ibidem, Sent. 186. pag. 65. col. 2. H.*

243. Bona habere omnes quidem optant; obtinent autem, qui ſemetipſos integrè verbo Dei mancipaɾunt. *Ibidem, Sent. 268. pag. 66. col. 1. D.*

244. Bonum in carne non quæras. *Ibid. Sent. 306. pag. 66. col. 2. F.*

245. Booum in nullo ponitur, niſi in uno Deo: imò ipſum bonum Deus ipſe ſemper. *Lib. de Poteſt. & Sap. Dei, cui tit. Pimander. cap. 6 in princ.* TRISMEGIST.

246. In ſolo Deo, bonum ipſum exiſtit. *Ibidem, in medio.*

247. Bona, quæ opes humanæ vocantur, affluunt ſubitò, repentè dilabuntur: nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt. *Proſ.* VALER. MAX.

248. Itaque neque debeot exiſtimari, neque dici bona, quæ inflictorum malorum amaritudinem deſiderio ſui duplicant. *Lib. 6. dictor. memor. cap. 11. in fine, pagina* 300.

Vide etiam tit. Acquirere. Sent. 18. *Amiſſio. Sent.* 19. *Anima. Sent.* 35. *Beneficium Dei. Sent.* 80. 95. *Jactantia. Sent.* 30. *Incipere. Sent.* 4. 5. 32. 33. 34. 40 73. *Malum Sent.* 16. *Melior. Sent.* 46. 66. *Providentia Dei Sent.* 11. 12. 13. *Proximus. Sent.* 26. *Temporale. Sent* 49. *Viſio Dei. Sent.* 8. *Vita aterna. Sent.* 65. 170. *Voluntas in genere. Sent.* 35.

C

LIBER TERTIUS.

CADERE.

DEFINITIO.

[illegible]. *Caſus eſt effectus extraordinarius, contingentes [illegible] effectum naturaliter producto.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ALBERTUS MAGNUS. 1. HOMO per ſe cadere poteſt, per [illegible] autem nunquam reſurgere poteſt. *De Paradiſo animæ Part. 2. de virtutibus, cap. 24. ante med. pag. 180.*

S. AMBROSIUS. 2. Vicina eſt lapſibus adoleſcentia. *De viduis longè poſt initium columna 155. litera C tom. 1.*

3. Inter omnes lapſus hominum, nulla eſt gravior quàm ſuperborum ruina. *Lib. 10. Ep. 84. ad Demetriadem, ante med. col. 678. C. tom. 3.*

4. Sicut levius eſt de plano corruere, ſic gravius eſt de ſublimi cadere dignitate. *Prof.*

5. Quia ruina, quæ de al[illegible] eſt gravior [illegible] [illegible]liditur. *De Dignit. Sacerd. cap. 3 poſt med. co[illegible] 2[illegible]9. A. tom. 4.*

6. Si Petrus lapſus eſt, qu[illegible], Et ſi alii [illegible] [illegible]vati fuerint, ego non ſcandali[illegible]bor [illegible] quis al[illegible] [illegible] ſe præſumat? *Lib. 10. ſup. Luc. [illegible]. [illegible] illud, [illegible] quid dicas, col. 1787. B. tom. 5*

S. ANSELMUS. & S. AUGUSTIN. 7. O durus & dirus caſus hominis! heu quid perdidit, & quid invenit? quid abſceſſit, & quid remanſit? perdidit beatitudinem ad quam factus eſt, & invenit miſeriam ad quam factus non eſt: abſceſſit ſine quo nihil felix eſt, & remanſit quod per ſe, non niſi miſerum [illegible]. *In Proſologio cap. 1. ante med. & Auguſt. in Manuali, [illegible] in princ. pag. 552. C. tom. 7.*

[illegible]. 8. Graviùs iraſcitur Deus peccanti, qui de propoſito altiori cadit, quàm alio. *Ep. 3. ad Henricum amicum poſt med.*

[illegible]. 9. Quantò quis cadit ab altiori ſtatu virtutis, non citò indè reſurgens, tantò graviùs ruit in omnia mala. *Part. 1. tit. 4. de voluntate [illegible] poſt med. fol. 97. col. 1.*

10. Juſti cadunt, & reprob[illegible]: [illegible] cognoſcunt ubi cadunt, & ideo r[illegible] [illegible] cadunt retrò, & non vident ubi [illegible] ſurgunt. *Part. 2. tit. 16. cap. 10 §. 2 [illegible] l. 1.*

11. Mirari ſolent homines, Cum au[illegible] [illegible]um cadere, [illegible] tamen continuo ſit in [illegible] [illegible]ùs mirandum eſt, ſi [illegible]on [illegible] [illegible] 5. de Juſtitia cap. 12. §. 2. poſt med[illegible] [illegible]lum. 1*

12. [illegible] eſt humana fragilitas ut ad [illegible] [illegible] rb[illegible] [illegible]tatur: ut ad aſpectum [illegible] erectio[illegible] [illegible] [illegible]ſternatur. *Ibidem, ut ant. col. 2.*

13. [illegible] dictum eſſe [illegible]rratur, cum q[illegible] [illegible], ubi aq[illegible] ut eum [illegible] [illegible]tur, q[illegible] caret n[illegible] que [illegible] ut viſo [illegible], it[illegible] modo [illegible]. Ob[illegible], inquit co[illegible]uo [illegible] modo hûc [illegible]. *Ep[illegible] 9. ad Hieronym. in princ. pag. 9.*

14. [illegible] fac[illegible] cœpi, [illegible] tam [illegible] qui [illegible] [illegible] pag. 425 [illegible] 2.

S. AUGUSTIN. 15. Quiſquis ſtat, [illegible] ne cadat, & [illegible] [illegible] reſurgat. *De S[illegible] Animæ cap. 5 [illegible] pag. 61[illegible] A. tom. 3.*

16. C[illegible] cadere dilig[illegible] ſurgere neglig[illegible]. *De ſalutaribus documentis, cap. 65. in princ. pag. [illegible]. lit. C tom. 4.*

17. Audeo dicere ſuperbis eſſe utile [illegible] in [illegible] quod apertum mani[illegible]ſtumque peccatum, un[illegible] ſibi diſpliceant, qui jam ſibi placendo ceciderant. *Proſecutio.*

18. Salubrius enim Petrus ſibi diſplicuit, quando flevit, quàm ſibi placuit, quando præſumpſit. *Lib. 14 de Civitate Dei, cap. 13. in fine pagina [illegible] B. tom. 5.*

19. Meliùs expedit emen[illegible] & corrigi poſt lapſum, quàm in nequitiis permanere. *Lib. 1 contra Julian. cap. 2. longe ante med. pagina 64[illegible] littera A. tom. 7.*

20. Multi cadere volunt cum David, & nolunt ſurgere cum David: non ergo cadendi exemplum propoſitum eſt, ſed ſi cecideris, reſurgendi. *Prof.*

21. Attende, ne cadas: non ſit delectatio minorum, lapſus majorum: ſed ſit caſus majorum tremor minorum.

22. Audiant qui non ceciderunt, ne cadant: audiant qui ceciderunt, ut ſurgant. *Sup. Pſ. [illegible] in princ pag. 331. B. tom. 8.*

23. Nullus in certamine cadit, niſi cu[illegible] fortitudo cadit. *Sup. Pſ. 117 circa med. verſ. 14. Fortitudo mea, &c. pag. 908 C tom. 8.*

24. Quicunque n[illegible] [illegible] ſi[illegible] [illegible] & ille ſtat, qui Deo frui[illegible] [illegible] cadit. *Super Pſ. 121. [illegible] Ex[illegible] 2 St[illegible] tes erant pedes noſtri. pag. 585 B. tom 8.*

25 O quàm feliciter c[illegible] qui poſt l[illegible] feliciùs reſ[illegible]xit. *Lib. de diligendo Deo, cap. 6. in fine, pag. 508. D. tom. 9.*

26. Superbis continentibus expedit cadere, ut in eo ipſo in quo ſe extollunt, humilientur. *Serm. 65. de Verbis Dom. ante [illegible]. pagina 140. C. tom. 1[illegible].*

27. Timenda eſt ruina multitudinis, [illegible] non magnitudinis. *Serm. 1. Dom. Quadrag. & inord. 96. ante fin. pag. 5[illegible] tom. 10.*

28. [illegible] ſicut homo qui ſponte cecidit, ita etiam ſponte [illegible] poteſt, niſi porrectâ dextera Dei. *Lib. 1. de li[illegible] bit. cap. 2[illegible] pagina 464. littera [illegible] tom.*

29. [illegible] n dub[illegible], lapſas [illegible] à caſti[illegible] ore [illegible] quæ [illegible] De[illegible] ſſe [illegible] *bono viduit[illegible] in princip.* [illegible] C.

30. [illegible] cidit, ad [illegible]tum a quo lapſus eſt, non [illegible] ſui [illegible] *Pr[illegible]*.

31. [illegible] enim ben[illegible], qui [illegible] pr[illegible]

32. [illegible] non ſu[illegible] [illegible] eſt [illegible]e, quia [illegible] tur reſurger[illegible] nec pr[illegible] [illegible] quia non alieno certum [illegible] *Contra [illegible]cianum cap. 3. poſt init. pag. 43. B. tom 6.*

V. B[illegible] 33. [illegible] ventis agitatur ingens pinus, & [illegible] turre[illegible] e caſu decidu[illegible]. *Tom. 2. in ſuis Proverb. verb[illegible] pag. 198*

34. S[illegible]bus & lap[illegible], par [illegible] ſt. hi n[illegible] cadant [illegible] ut [illegible] *St[illegible]*

35. Tunc te lapſuru[illegible] formida, cùm [illegible]. *Idem [illegible] pa[illegible].*

36. Nu[illegible] n [illegible] in Ec[illegible], qui non n[illegible] cadat & [illegible] *ſup. P[illegible] medio pag. [illegible]*

S. BERNARD. 3[illegible] [illegible] q[illegible] nt, [illegible]

Vius [illegible] *de Cantico Ezech. ante finem,* [illegible]

S. BERNARDO. 38. [illegible] neque in cœlo, neque in Paradiſo, [illegible] *Pr*[illegible].

39. In [illegible] Angelus ſub præſentia divinitatis, [illegible] de loco voluptatis, Judas in mundo de ſchola [illegible] oris. *Serm. de ligno, fœno & ſtipula, in princ. fol.* 104. [illegible] 3. [illegible]

40. Cadit aſina, & eſt qui ſublevet eam: perit anima, & nemo eſt qui repute[t]. *Lib. 3. de conſider. ante fin. fol.* 282. *col.* 1. *A.*

41. Peccantis lapſus non dono adſcribendus eſt poteſtatis, ſed vitio voluntatis. *Prof.*

42. [illegible] datum fuit voluntati poſſe ſtare ne caderet, non tamen reſurgere ſi caderet. *De gratia & libero arb. ante med.* [illegible] *col.* 2. *F.*

43. Statim [illegible]tur cordis miſeria, ſubtracta divina gratia. *De Medit. cap. 9. ante med. folio* 324. *colum.* 3. *litt. H.*

44. Nullus ſit caſus, quem non meditatio prævenit: nullus ſit caſus, qui te imparatum inveniat. *De Interiori domo, cap. 45. circa med. folio* 331. *columna* 1 *lit. B.*

45. Voluntate ſua cadit, qui cadit; & voluntate ſua ſtat qui ſtat. *Ibidem, cap. 40 folio* 330. *col.* 3. *I.*

46. Uniuſcujuſque [c]aſus tantò majoris eſt criminis, quantò priuſquam caderet, majoris erat virtutis. *Ibid. cap. 50. in fine, fol.* 331. *col.* 3. *H.*

47. F[el]ix homo, qui ſic ambulat, ut non cadat: aut ſi ceciderit, ut ſtatim reſurgat. *Prof.*

48. F[illegible] eſt, qui nunquam cecidit: feliciſſimus autem [illegible] qui cum Deo regnat immunis a caſu. *Ibidem, cap.* 68. [illegible] 5. *I.*

49. A minimis incipiunt, qui in maxima proruunt. *De Ordine* [illegible] *col.* 1. *M.*

50. Qui p[illegible] ca peri[illegible] cito cadit. *Ser.* [illegible] *ad ſororem in ſecundo volumine, in princ. folio* 85 *col.* 2 *G.*

51. Quis non [illegible] ſicut in multis cecidi, ſic & in alia [illegible] cata, niſi omnipotens pietas me conſervaſſ[et]. *Ser. in Vigilia Ss. Petri & Pauli, ab initio folio* 48. *col.* 1 *B*

52. Qui ſuo ſine alie[no] impulſu cadere poteſt, alieno ſine [illegible] re non poteſt. *Serm.* 8[illegible] *ſuper Cantica ante med.* [illegible] 2. [illegible] *H.*

53. Homines aliquando cadere neceſſe eſt dum in hoc ſæculo d[illegible]tur, ſed alii colliduntur, alii non, q[uia] Deus ſu[illegible] manum ſuam. *Ser. 2. ſup. Qui habitat, ante med* [illegible] 4. *col.* 4. [illegible]

54. Septies cadit juſtus, & ſepties reſurgit; ſi tamen cadat in die, ut ſe cadere videat, & ceciſſe ſciat, & reſurgere cupiat, & requirat manum adjuvantis. *Ser.* [illegible] *inp. Cant. poſt init ſup. illud, Proverb. 27 Septies cadit juſtus, folio* 146. [illegible] 2. *F*

[illegible] Aut aſcendas neceſſe eſt, aut deſcendas, [illegible] *Ep. 91. ad Abbates ante fin.* [illegible] *col* [illegible] *B*

5[illegible] Animarum proh dolor! nec caſus [illegible] *Serm.* [illegible] *in Con*[illegible] *propè med. fol.* [illegible] *col* 2. *D.*

S. BON[ave]NT. [5]7. Cauſa mi[illegible] eſt ru[illegible] *Sup. Lament.* [illegible] *ante med.* [illegible] *Porta & tu deſtructa. pagina* [illegible] *columna* [illegible] *C. tom* [illegible]

5[illegible] Nemo ſtat [illegible] nente [illegible] *De* [illegible] *permittente. Ser.* 1 *de S. Amb*[illegible] *ante* [illegible] *tom*

[illegible] Fun[illegible] noſtra in aren[illegible] & [illegible] *Serm.* [illegible] *de Ss. Apoſt*[illegible] *med* [illegible] *tom*

[illegible]

amo[illegible]

inventitur qui [illegible] aut [illegible] vadit. [illegible]

[6]1. Sunt hodie homines cani[illegible] mos eſt, ut ſi unus percutitur, ab o[illegible]tur. *Serm. 9. de Ss. Apoſtolis propè med.* [illegible] 107. [illegible] *tom.* 3.

62. Homo poteſt per ſe corruere, ſed nullatenus poteſt reſurgere ſine adjutorio divinæ gratiæ. *Part. 5. breviloquii cap. 3. in princip. pagina* 33. [illegible] 2. *B. tom.* 6 *part.* 1.

63. O anima debilis & infirma, quæ tam [f]acilis eſt, & tam prona ad cadendum, tam diffi[cilis] ad ſurgendum? *In Soliloquio, cap. 2. ante med. pag.* [illegible]14. *colum.* 1. *A. tom.*

CLEM. [illegible] 64. Hac ſolùm ratione fit, ut quis nunquam labatur, ſi Deum ſibiipſi ſemper adeſſe exiſtimat. *Lib. 3. Pedagogi, cap. 5. in fine folio* 40. *D.*

65. Melius eſt labi pedibus, quàm oculis. *Ibid. lib.* 2. *cap.* 6. *fol.* 35. *pag.* 2. *E.*

S. CYPRIAN. 66. Quàm perniſtioſa res eſt, ad ſequentium lapſum ruina præpoſiti! *Epiſt. 4. circa med. pag.* 12. *col.* 2. *tom.* 1.

67. Nihil tàm ſævum, tàm durum, tàm triſte, quàm ceci[diſſ]e de alto pudicitiæ gradu. *De bono pudicitiæ cap. 4. in fine. pag.* 422. *col.* 1. *tom.* 3.

68. Nunnim præceps eſt, qui tranſire contendit ubi alium conſpexerit ceciſſe. *De ſingular. Clericor. in princ. pag.* 521. *col.* 1. *tom.* 3.

DIONYSIUS CA[RTHUSIANUS]. 69. Quantò aliquis ſeipſum erigit altiùs, inaniúſque extollit, tanto meretur profundius cadere. *Sup. Ep.* [illegible] *man. cap. 1. art. 4. poſt med. fol. 4. G.*

S. EL[illegible] 70. Peccator dùm labitur, de miſericordia Dei præ[ſ]umat, apud quem nullas patitur veniæ moras vera con[verſ]io. *Hom 9. poſt med. apud Biblioth. Patr. tom. 7. pag.* 245. *colum.* 1 *B. edit. Coloniæ* 1618.

S. FU[illegible] CÆSARIENS. [7]1. Qui ſanctior & ſapientior eſt, plus ſemper [ti]meat cadere; nam qui altiùs eſt, cadens, majores caſus recipit. *Epiſt. ad Damaſ. Papam, longè ante med. de mort. D. Hieron. quæ habetur, apud D. Hieronym. tom. 4. Ep.* 61. *pag.* 246. *C.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 72. Difficilè ut non cadere in gravia permittatur, qui minùs gravia non veretur. *Hom. de initio Quadrag. in fin. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag.* 552. *colum.* 1. [illegible] *edit. Colon.* 1618.

FRANC[illegible] TIT[illegible] 73. Si quando contigerit ut juſtus ex humana fragilitate ad caſum declinet, præſervatus erit ne collidatur, ſive confringatur, ut non omninò cadat ad mortem, ſed quàm ociùs reſtituatur in ſtatum priſtinum. *Sect. 2. ſup. Pſalm. 36. poſt med. verſ. 25. Cum ceciderit non collidetur pag.* 313.

74. Aliquando Deus permittit bonos cadere, [ut] reſurgant fortiùs in virtute. *Sup. 4. Reg. cap. 20. col.* 9[illegible] *C. Mor. liter. tom.* 2.

[7]5. Ad cavendum non movet pedem, niſi ſuper[illegible] *Sup. P[ſ].* 120 *col.* 1425 *B. tom.* 3.

7[6]. Cadunt, qui ſibi volunt eſſe fortitudo & laude[m]; [illegible] non cadit, cui Dominus eſt fortitudo & la[us] [illegible] nec Dominus cadere pote[ſt]. *Sup. P[ſ].* [illegible] *Ibid. Everſus ſum ut caderem, columna* 13[illegible] *littera E. tom*

[illegible] Peccanti [illegible] corruere, ſed miſeren[illegible] Dei eſt [illegible] *tom.* [illegible] 9. *B. tom.* 9.

[illegible] Nullum [illegible] quod [illegible] *Ibid* [illegible] 4.

[illegible] *B. Joan.* [illegible] 80. *E. tom.* 6

[illegible] permittit [illegible] qui [illegible] *Sup. Apocal. cap.* [illegible] *tom.*

[illegible] lapſus quoque [illegible]

[illegible]

S. Gregorius Magn.

82. Sæpè qui contemplari Deum quieti poterant, occupationibus preſſi ceciderunt. *Lib.6. Moral. cap.17. in medio, num. 26. col. 204. A. tom. 1.*

83. Mens juſtorum etſi libera eſt à perverſo opere, aliquando tamen corruit in perverſa cogitatione. *Lib. 18. Moral. cap. 5. verſus finem, num. 4. col. 587. C. tom. 1.*

84. De ſtatu ſuo David cadente nemo ſuperbiat, de lapſu etiam ſuo David ſurgente nemo deſperet. *Ibid. lib. 33. cap. 10. prope finem, num. 15. col. 1141. A.*

85. Tantò faciliùs ruina ſequitur, quantò apud ſe quiſque impudentiùs exaltatur. *Ibid. lib. 34. cap 18. ante med. num. 18. col. 1192. B.*

86. Tantò quiſque graviùs corruit, quantò antequàm caderet in conſpectu Dei altiùs aſcendit. *Sup. Pſ. 4. verſ. 3. col. 567. B. tom. 2.*

87. Quid Paradiſo jucundius, quid cœlo ſecurius? & tamen homo ex Paradiſo peccando, & Angelus cecidit è cœlo. *Lib. 6. in Regiſtro cap. 169. Ep. 5. ad Cyriacum Epiſc. Conſtantinop. in medio, indict. 15. columna 865. B. tom. 2.*

88. Cùm allevatur, dejicitur, qui honoribus proficit, & moribus cadit. *Ibidem, lib. 7. indict. 2. cap. 125. Epiſt. 125. ad Leandrum Epiſc. Hiſpaniarum, ante med. ſup. illud Pſal. 72. Dejeciſti eos, dum allevarentur, col. 999. lit. B.*

89. Cùm magni viri cadunt, communi judicio tra-dendi non ſunt, quia priora opera promerentur, ut poſteriorum gravitas levigetur. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 4. poſt med. ſup. illud 1. Ergone Jonathas morietur? col. 1553. B. tom. 2.*

90. Plerùmque alterius caſus, alterius ſolet eſſe cautela. *Lib. 4. in Regiſtro. indict. 13. cap. 100. Epiſt. 56. in princ. col. 823. B. tom. 2.*

91. Dum magna proruunt, minima eriguntur. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 3. ante med. ſup. illud, Cùm adhuc Saul, &c. col. 1509. B. tom. 2.*

92. Angelus ſua malitia cecidit, hominem verò aliena proſtravit. *Lib. 4. Mor. cap. 10. in princ. num. 9. col. 99. C. tom. 1.*

93. In unoquoque lapſu à minimis ſemper incipitur, & ſuccreſcentibus defectibus ad graviora pervenitur. *Ibidem, lib. 31. cap. 9. poſt med col. 1055. B.*

94. Sæpè committunt homines mala, quæ ſciunt; & idcircò permittuntur decipi, ut cadant etiam in mala, quæ neſciunt. *Ibidem, lib. 11. cap. 7. poſt med. col. 381. lit. C.*

95. Clauſis oculis cordis, eò anima præcipitatur in infimis, quò obſcuratur à ſummis. *Ibidem, lib. 26. cap. 8. in fine, col. 859. D.*

96. Anima quæ dùm caderet, volens appetiit: dùm conatur ſurgere, cogitur invita tolerare. *Ibid. lib. 24. cap. 7. poſt med. col. 811. A.*

97. Toties apud Deum labimur, quoties à recto itinere infirmæ cogitationis pede claudicamus. *Lib. 25. Moral. cap. 3. ſub finem. num. 4. col. 28. A. tom. 1.*

98. Omnis qui in peccati mortem ceciderit, non inconvenienter poterit cadaver vocari; cadaver enim à caſu dicitur. *Proſec.*

99. Quaſi exanimis namque jacet, qui juſtitiæ vivificantem ſpiritum oon habet. *Ibidem, lib. 31. cap. 22. à principio. num. 37. col. 1090. D.*

100. Malignus ſpiritus tantò ſibi factum lucrum grande credit, quantò ſanctioris viri animam ad lapſum inclinat. *Lib. 3. dialogi, cap. 7. paulo ante med. col. 1386. B. tom. 1.*

101. Turpe nimis eſt, ibi nos cadere, undè conati ſumus alios levare. *Hom. 18. ſup. Ezech. longe ante med. col. 253. D. tom. 2.*

102. Deus ſtantibus, ſi ceciderint, minatur pœnam: lapſis verò, ut ſurgere appetant, promittit miſericordiam. *Prof.*

103. Illos terret, ne præſumant in bonis: iſtos refovet, ne deſperent in malis.

104. Juſtus es? iram pertimeſce ne corruas: peccator es? præſume de miſericordia ut ſurgas. *Hom. 34. ſup. Evang. poſt med. col. 482. C. tom. 2.* **S. Greg. Magn.**

105. Fructus mundi, ruina eſt: ad hoc enim creſcit, ut cadat; ad hoc cadit, ut germinet: ad hoc germinat, ut quodcunque germinaverit, cladibus coofumat. *Ibid. Hom. 1. circa med. col. 320. B.*

106. Par fructus boni operis eſſe non debet ejus qui in nullis, & ejus qui in quibuſdam facinoribus cecidit, & ejus qui in multis eſt lapſus. *Ibid. Hom. 20. paulo ante med. col. 398. B.*

107. Pravi quique dùm temporali honore ſuffulti foris videntur ſurgere, intùs cadunt. *Prof.*

108. Allevatio enim pravorum, ipſa ruina eſt. *Lib. 1. in Regiſtro. indict. 9. cap. 5. Ep. 5. ad Theotiſtam, in fine, col. 642. C. tom. 2.*

109. Ita ſunt humani lapſus, ut quod in ſpirituali virtute deficit, in carnali vita roboretur. *Lib. 4. in 1. Reg. cap. 1. in fine, col. 1393. B. tom. 2.*

S. Hieronym.

110. Septies cadit juſtus, & reſurgit: ſi cadit, quomodo juſtus? ſi juſtus, quomodo cadit? ſed juſti vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam ſemper reſurgit. *Ep. 46. ad Ruſticum poſt med. pag. 222. C. tom. 1.*

111. Excelſa periculoſiùs ſtant, & citius corruunt quæ ſublimia ſunt. *Sup. Daniel. cap. 3. in princ. pag. 573. col. 2. D. tom. 5.*

112. Non tantùm gloriæ eſt poſt victoriam, quantùm ignominiæ poſt ruinam. *Tom. 1. Ep. 4. ad Ruſtic. non procul ab initio, pag. 43. A.*

113. Rectius fuerat homini ſubiiſſe conjugium, ambulaſſe per plana, quàm ad altiora tendentem, in profundum inferni cadere. *Tom. 1. Ep. 22. ad Euſtochium, poſt init. pag. 136. C.*

114. Non eſt tanti gaudii excelſa tenuiſſe, quanti mœroris de ſublimioribus corruiſſe. *Lib. 13. ſup. Ezech. cap. 44. in fine, pag. 549. B. tom. 5.*

115. Ego peccator ſum, iſte peccator eſt, quid ad te quòd ceciderit? teipſum conſidera, ne cadas. *Prof.*

116. Quid in alterius ruina exultas? nunquid ſi ego cecidero tu ſtabis?

117. Licèt ruina mea ſit ruina fratris; timor tuus eſſe debet, non exultatio.

118. Ille cecidit, lætaris; an triſtis es? reſponde mihi: frater cecidit, aut lætus es, aut triſtis: ſi lætus es, ut quid in alterius ruina lætus es? ſi autem triſtis es, quid circuis, quid aliis narras? triſtitiam tuam Deus videat, & ipſe frater ſentiat, non fratrum aures audiant. *Sup. Pſalm. 119. verſ. 2. A labiis iniquis, &c. pagina 215. D. tom. 8.*

119. Carnale eſt cadere, ſed diabolicum jacere. *Sup. Marc. cap. 14. can. 6. num. 167. pag. 109. C. tom. 9.*

120. Impius poſt caſum oculos aperit, quia quàm malè geſſerit, cognoſcit. *Sup. Pſ. 13. fol. 26. col. 4. Moral. tom. 2.* **Hugo Card.**

121. Habet undè cadat, qui in alto eſt. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 7. fol. 42. col. 4. tom. 7.*

122. Animæ amiſſo decore caſtitatis per lapſum, non inveniunt pinguedinem internæ charitatis, ſed abſque fortitudine virtutum vagantur mobiliter ante faciem diaboli. *Sup. Thren. cap. 1. Moraliter. fol. 286. column. 2. tom. 4.*

123. Permiſit Dominus Petrum cadere multiplici de cauſa ſc.
- Primò, ut confundatur Marcion hæreticus.
- Secundò, ut nemo de ſe præſumat.
- Tertiò, ut plus Chriſto, quàm ſibi credat.
- Quartò, ut ejus comprimatur audacia.
- Quintò, ut Petrus convinceretur.
- Sextò, ut alii inſtruerentur.
- Septimò, ut ſciret Petrus qualiter aliis commiſereretur. *Sup. Matth. cap. 26. fol. 81. col. 4. tom. 6.*

IDIOTA.

124. Cecidiſti, ô nequam,

- De ſublimi in profundum.
- De gratia in peccatum.
- De virtute in vitium.
- De gloria in pœnam.
- De cœlo in infernum.
- De vita in mortem.
- De ſalute in infirmitatem.
- De bono in malum.
- De gaudio in mœrorem.
- De conſolatione in deſolationem.
- De ſecuritate in timorem.
- De felicitate in miſeriam.
- De libertate in ſervitutem. *Lib. 4. Contempl. de Innocentia, cap. 3. in medio, apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 18. col. 2. G. edit. Colonia 1618.*

JOAN. CASS.

125. Nullus repentino lapſu corruit, ſed paulatim per longam incuriam recidens, perit. *Lib. 9. Inſtit. de ſpir. triſtitia, cap. 6. in tit. pag. 210.*

S. JOANNES CHRYSOST.

126. Ne detegamus proximorum lapſus, etſi ab aliis eos didicerimus; ſed ſatagamus, ut nuditas non videatur. *Hom. 29. ſup. Geneſ. paulò poſt medium, in illud 9. Et vidit Cham nuditatem Patris ſui, col. 235. B. tom. 1.*

127. Si abſque compaſſione & miſericordia fratrem lapſum præteris, fortè & te, ſi cecideris, alius ſimiliter præteribit. *Proſ.*

128. Si vis non deſpici ſicubi labaris, ne ipſe deſpexeris alium, ſed magnam præ te fer benignitatem: & theſaurum crede maximum, ſi ſerves fratrem. *Ibidem, Hom. 43. poſt med. col. 359. B. tom. 1.*

129. Quem Deus regit, nec cadere poteſt, nec errare. *Hom. ſup. Pſ. 22. poſt init. col. 709. D. tom. 1.*

130. Juſtus per negligentiam cadit, & peccator cùm deſperaverit, perit. *Hom. 1. ſup. Pſ. 50. poſt init. col. 724. D. tom. 1.*

131. Novimus multos ad ipſius cœli ferè verticem conſcendiſſe, deſerta deviaque coluiſſe, ac denique feminam neque in ſomnis quidem vidiſſe; & tamen negligentia ſuccisis poplitibus corruerunt, & ad voraginem vitiorum venerunt. *Hom. 27. ſup. Matth. poſt med. in illud Pſ. 40. Numquid qui cadit, non reſurget? col. 256. D. tom. 2.*

132. Si ſemper ſtare, & nunquàm cecidiſſe, divinum eſt atque mirabile; quibus eſt laudibus dignus, qui ſe & à caſu recipit, & multò majora perficit intrepidus. *Ibid. ante finem, col. 259. C.*

133. Mirabilius eſt videre hominem, qui dùm vituperatur, quàm hominem, qui dùm depellitur & percutitur, non decidat. *Hom. 88. ſup. Matth. poſt med. col. 699. C. tom. 2.*

134. Omnem jactantiam ſubſeqoitur ruina. *Hom. 5. oper. imperfect. ſup. Matth. poſt med. col. 783. lit. D. tom. 2.*

135. Fortiter cadit quod cadit, propter duas cauſas, aut propter pondus ſuum, aut propter altitudinem ſuam. *Proſ.*

136. Quod enim ponderoſum eſt, etſi de humili loco cadit, fortiter cadit: quod autem de alto cadit propter altitudinem ſpatii, etſi leve fuerit, graviter cadit.

137. Chriſtianus fortiter cadit propter duas cauſas, aut propter magnitudinem peccati, aut altitudinem dignitatis.

138. Sicut quod de alto cadit, grandem ſonum facit, ut audiant omnes: ſic qoi de alto gradu dignitatis cadit, ruina illius ubique auditur. *Ibidem, Hom. 40. ante finem, col. 1022. C. D. & 1023. A.*

139. Graviſſimum eſt in profundum vitiorum decidere: facilius enim eſt cadere, quàm poſt caſum reſurgere. *Homil. 70. ſup. Joan. in princip. col. 332. lit. D. tom. 3.*

140. Quæ in medio certamine corruunt animæ, graviori caſu concutiuntur. *Ibid. Hom. 76. in princip. colum. 359. lit. B.*

S. JOANNES CHRYSOST.

141. Non grave eſt veniſſe in profundum malorum, ſed manere ibi poſtquàm veneris. *Homil. 24. ſup. Acta Apoſt. ab initio, col. 612. D. tom. 3.*

142. Caſus oon tàm gravis eſt, quàm poſt caſum jacere. *Hom. 8. ſup. 1. ad Cor. prope med. Moralis. col. 387. D. tom. 4.*

143. Noli, ſi ſtas, nimiùm tibi confidere: ſed cave ne cadas: nam ſi Paulus, qui omnium firmiſſimus erat, formidavit, longè magis nobis eſt formidandum. *Ibid. Hom. 23. in princ. Moral. col. 504. B.*

144. Cùm aſinum cecidiſſe videtur, omnes manum porrigere, & pariter erigere ſtudent; fratrum verò pereuntium cura habetur nulla. *Hom. 1. ad popul. Antioch. in fine, col. 25. B. tom. 5.*

145. Non cadere grave eſt, ſed poſt lapſum non reſurgere ſathanicum & pernitioſum eſt. *Ibidem, Hom. 22. ante med. col. 203. C.*

146. Si magnus eſt lapſus tuus, major ſit lachrymarum tuarum torrens. *Ibidem, poſt med. col. 207.*

147. Qui ſtare videtur, videat ne cadat: qui verò lapſus eſt, ſurgat; qui cecidit, non confringatur. *Ibidem, ut ante. B.*

148. Facilius eſt caſum cavere, quàm lapſos reſurgere. *Ibidem, Hom. 80. poſt init. col. 475. C.*

149. Non lapsûs & ruinæ cauſa tentatio eſt, ſed inſtabilitas animi & ignavia. *In Hom. Quod nemo lædatur niſi a ſemetipſo, longè poſt med. col. 764. B. tom. 5.*

150. Stantem confidere, & deſperarare jacentem, perditio animarum eſt. *Homil. 10. de pœnit. non procul à fine, col. 900. B. tom. 5.*

151. Maximè refulgentes fuerunt poſt lapſus enormes plerique inventi, qui magnum impetum in malitia præ ſe tulerant. *Epiſt. 5. ad Theodorum lapſum longe poſt med. col. 1002. A. tom. 5.*

152. Non eſt grave cadere luctantem, ſed jacere dejectum: non eſt pernitioſum in prælio vulnerari, ſed poſt vulnus acceptum deſperatione curandi medelam vulneri denegare. *Proſec.*

153. Sæpè athletas videmus poſt frequentes lapſus, & dejectiones plurimas coronatos; militem quoque ſcimus poſt fugas multas, virum fortem fuiſſe, & viciſſe victores. *Ep. 6. ad Theodorum lapſum in princ. col. 1009. A. tom. 5.*

154. Lubricum genus eſt natura mortalis, citò quidem labitur, ſed non ſerò reparatur: & ſicut facilè cadit, ita & velociter ſurgat. *Ibidem, ante med. col. 1011. lit. B.*

155. In profunda cecidiſſe malorum, non eſt impii: ſed poſtquàm ceciderit, contemnere. *Hom. 40. ad popul. Antioch. in princ. col. 295. D. tom. 5.*

156. Peccaſti, pœnitere? millies peccaſti? millies pœnitere. *Proſec.*

157. Si lapſus es, poteris ſurgere: periiſti, ſed poteris ſalvari: fornicatus es, ſed poteris coutinere: mœchatus es, ſed poteris liberari.

158. Occidiſti, ſed pœnitere: mœchatus es, ſed confitere: cecidiſti, ſed reſurge. *Hom. 2. ſup. Pſ. 50. ante med. col. 741. A. B. C. tom. 1.*

159. Si qui ſe ſtare putat, debet timere ne cadat: qui cadit, quomodo non debet ſolicitus eſſe ut valeat reſurgere? *Hom. 10. ſup. Ep. ad Hebr. circa init. col. 1729. A. tom. 4.*

S. JOAN. CLIM.

160. Miſerabile ſanè ſpectaculum, eos in portu naufragium paſſos aſpicere, qui in mari ſervati fuerant. *Gradu 2. in calce. apud Bibliothec. Patrum, tom. 6. part. 2. pag. 246. col. 1. B.*

161. Melius eſt è ſublimi cadere in terram, quàm ex lingua cadere. *Ibid. Gradu 11. in medio, pag. 264. col. 2. lit. G.*

162. Miſerabilis quidem eſt ille, qui corruit: ſed ille longè miſerabilior, qui alteri ruinæ cauſa fuit. *Ibidem,*

163. Lapſus quidem ſubditi, voluntas eſt propria: quieti verò ſolitarii, oratioois intermiſſio. *Ibid. Gradu 27. de differentia quietis, circa med. pag. 289. col. 1. D.*

Digitized by Google

S. JOAN DAM. 164. Proximi caſum ne ride, verùm ipſe quidem quàm tutiſſimè poteris, incede: ei autem, qui humi jacet, manum porrige. *Lib. 1. Parallel. cap. 11. in princip. fol. 11. pag. 2. B.*

JOAN. TRITH. 165. Humanæ fragilitatis eſt cadere, ſed pertinaciæ diabolicę, dejectum in luto ſceleris permanere. *Hom. 13. ad Monach. in princ. pag. 463. col. 1.*

S. ISID. HISP. 166. Studeamus aut non cadere, aut citò converſi à lapſu reſurgere. *Lib. 2. de ſum. bono, cap. 23. ſent. 9. pag.* 648. *col.* 1.

167. Humilitas lapſum non novit, humilitas lapſum nunquàm lapſa eſt. *Et habetur apud Bedam, in ſuis ſententiis cap. 4. col. 278. tom. 7.*

S. ISID. PELUS. 168. Optabilior eſt lapſus è pavimento, quàm à lingua: multi quippè cùm cecidiſſent, reſurrexerunt: ob prolatum autem ſermonem, interierunt. *Lib. 1. Ep. 459. ad Theraſium, apud Bibl. Patrum, tom. 5. pag. 517. col. 2. H. edit. Coloniæ* 1618.

LACT. FIRM. 169. Nec deficiat aliquis, nec de ſe deſperet, ſi aut cupiditate victus, aut libidine impulſus, aut errore deceptus, aut vi coactus, ad injuſtitiæ viam lapſus eſt: poteſt enim reduci ac liberari, ſi eum pœniteat actorum, & ad meliora converſus, ſatis Deo faciat. *Lib. 6. de vero cultu, cap. 24. in princ. pag.* 282.

170. Nemo poteſt eſſe tàm prudens, tàm circumſpectus, ut non aliquando labatur. *Ibidem, ante med. pag.* 282.

171. Plus habent ponderis ad ruinam, quæ ſunt cæteris altiora. *Lib. 7. de divino præmio, cap. 15. poſt med. pag.* 315.

S. LAUR. JUST. 172. Nimiùm præceps eſt, qui tranſire contendit, ubi conſpexerit alium cecidiſſe. *Prof.*

173. Vehementer effrænis eſt, cui non incutitur timor de alieno caſu *In ligno vitæ part. 1. de timore, cap. 4. ante med. pag. 5 col. 1. D.*

174. Faciliùs prudentes labuntur, quàm ſimplices. *Part. 2. de Regim. prælat. cap. 22. ante med. pag.* 608. *col. 2. lit. A.*

LUDOVICUS BLOSIUS. 175. Corruiſti? ſurge: iterùm corruiſti? iterum ſurge: corruiſti tertiò, & quartò, & ſæpiùs? ſurge rurſum, geme, plange, ſuſpira, humiliare, & Deus non te deſeret. *Prof.*

176. Quarè etiamſi centies, etiamſi millies intra unius horulæ ſpatium lapſus fueris, toties reſurge, quoties cadis. *In canone vitæ ſpirit. cap 1. in princ, pag 1. col.* 1.

177. Multos graviter corruere ſinit Deus, ut proprio caſu eruditi meliores reddantur. *Prof.*

178. Nemo tamen poſt ruinam melior reſurgit, quàm futurus erat, ſi non cecidiſſet. *Ib. cap. 3. poſt med. p. 3. col. 2.*

S. MACHAR. 179. Nunquàm humilis labitur, nam undè labi poſſet, qui ſub omnibus eſt? *Hom. 19. ſub fin. apud Bibl. Patr. tom 4. pag. 76. col. 1. C.*

S. NILUS. 180. Qui ex humili loco cadit, celeriter ſurgit: qui autem ex alto decidit, mortis adit periculum. *Orat. 8. de ſuperbia in fine, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 972. col. 1. D. edit. Coloniæ* 1618.

ORIGEN. 181. Ex his qui in ſummo perfectoque conſtiterint gradu, non arbitror quod ad ſubitum quis evacuetur ac decidat, ſed paulatim & per partes defluere eum neceſſe eſt. *Lib. 1. Peri Archon. cap. 3. in calce, pag. 428. col. 1. I. tom. 1.*

PETRUS BLESENS. 182. Cùm omni peccato per pœnitentiam medeamur, ſolus lapſus virginum reſtitutionis remedium non meretur. *Ep. 35. ad Anſelmam ſanctimonialem, in calce, apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 731. column. 1. lit. A. edit. Colon.* 1618.

183. Humanum eſt delinquere, ſed inhumanum atque diabolicum, non à peccato reſurgere. *Ibid. Ep.* 88. *ad Abbat. Theobertenſ. in fine, pag. 773. col. 1. D.*

184. Penſate vos, qui eſtis poſiti in ſuperlativo gradu hominum, ſi tantus eſt lapſus à gradu poſitivo, quàm gravior eſt à ſuperlativo. *Serm. 47. circa init. apud Biblioth. Patr. tom. 11. part. 2. pag. 909. columna 1. lit. D.*

S. PETR. DAM. 185. Deus, quos in perpetuum eligit (ne aliqua elatione ſuperbiant) aliquando cadere permittit. *Ser. 18. de S. Vitali, poſt init. pag. 187. col. 1. tom. 2.*

186. Si adhuc ſtas, præcipitium cave: quod ſi lapſus es, ad unum pœnitentiæ (qui ubique præſtò eſt) manum fiducialiter tende *Opuſc. 7. cap. 24. in fin. pag. 461. col. 2. E. tom. 3.*

187. Inſignis præconii eſt eum, qui corruerat in ruinam, inopinatam reportare victoriam. *Opuſc. 48. cap. 4. circa med. pag. 714. col. 2. A. tom. 3.*

S. PROSPER. 188. Si quis fortè aliqua victus tentatione corruerit, non abſorbeatur triſtitia, nec de Dei miſeratione diffidat. *Lib. 2. de vocat. gentium, cap. 37. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 185. col. 1. C.*

189. Qui de caſu pereuntis exultat, neceſſe eſt ut priùs pereat ipſe, quàm alium perdat, & ab ipſo ea perditio, qua perire alium cupit incipiat. *Lib. 2. de vita Contemplat. cap. 29. in calce, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 80. col. 1. D.*

RICH. A S. VICTORE. 190. Juſtum valdè eſt, ut qui ex divinis muneribus inſolenter intumeſcit, ex propria ruina diſcat, quàm nihil ſit, & per ſemetipſum quàm nihil poſſit. *Part. 1. lib. 2. de erudit. hom. interior. cap. 30. poſt med. pag. 148. col. 2. lit. C.*

SALVIANUS. 191. Licèt quique lapſi ſint, non commorentur in lapſu, nec in volutabris ſuis ſordentium Suum more verſentur, ſed illicò ſurgant. *Prof.*

192. Ac, ſi fieri poteſt, tàm velox ſit remedium reſurgentis, ut vix poſſit veſtigium apparere collapſi. *Lib. 1. ad Eccleſ. Catholic. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part 3. pag. 367. col. 1. C.*

193. Nullus dandus eſt diabolo locus, ut qui ſtantes impulit in ruinam, lapſos præcipitet in mortem. *Ibid. ut ante D.*

S. SERAPION. 194 Qui in parvis labitur, labetur aliquando in majoribus: & qui non eſt ſeductus à parvis, erit ita contra majora munitus & tutus, ut ei reſiſti non poſſit. *Contra Manichæos poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 104. E. edit. Coloniæ* 1618.

S. THOMAS AQUINAS. 195. Non permittit Deus aliquos cadere, quin alios erigat. *Part. 1. quæſt. 23. art. 6. in corp. ad 1. pagina 50. col. 2.*

196. Deus permittit aliquos cadere in peccatum, ut peccatum ſuum agnoſcentes humilientur, & convertantur. 1. 2. *quæſt. 79. art. 4. in corp. pag. 140. col. 2.*

THOMAS À KEMPIS. 197. Multi fortes ceciderunt, quia nimis de ſeipſis præſumpſerunt. *In hortulo Roſar. cap. 9. ſect. 2. pag. 519. tom. 2.*

198. Qui nonquàm cadit, ſolus Deus eſt: quare ergo rides de lapſu alterius? qui ſtas, vide ne cadas, deride lapſum tuum. *Ibidem, cap. 11. in fine, pag.* 521.

IN VITIS PATR. 199. Omni ſtudio ac diligentia provideamus, ne corruamus; neque enim cadere athletam decet, quandoquidem multi cùm cecidiſſent ſeſe erigere minimè potuerunt. *Lib. 1. in vita Barlaam & Joſaphat. cap. 18. ſub fin. pag. 268. col. 1.*

200. Si labi contigerit, ſtatim enitendum eſt ut reſiliamus: & quoties cadere contigerit, toties etiam ſtatim uſque ad extremum vitæ diem curandum eſt ut reſurgamus. *Ibid. in fine, pag. 268. col. 2.*

201. Non eſt novum cadere in luctamine, ſed malum eſt jacere dejectum. *Prof.*

202. Revoca undè extuleras pedem fortiter, te cadente riſit inimicus, ſed fortiorem te ſentiat reſurgentem.

203. Lubricum eſt genus mortalium, ſed ſicut citiùs cadit, ſic iterùm velociùs per Dei adjutorium ſurgit. *Libr. 1. in vita Mariæ neptis Abrahæ cap. 9. ſub finem, pag. 371. col. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 204. Omnibus modis fulciendi ſunt, qui ruunt. *Lib. 3. Tuſcul. quæſt. poſt med. col. 221. G. num. 61. tom 4.*

S. AUGUSTIN. 36. Sicut [illegible] eſt voluntatis m[illegible] eſt natu[illegible] poſt med. pag. 3 [illegible] B. tom [illegible]

[illegible] [b]onum bonum, [illegible] eſt, Deus eſt. De Natura boni, cap. 1 [illegible] 382. lit. D. tom. 6.

38. Quæ [illegible] ſanus non es, nimia [illegible] eſt, quod amas vanita[s] eſt, inſania [illegible] ante med. vers. 6. N[illegible] &c. pagina [illegible] B. tom. 8.

39. Bonum quod neque in [illegible] neque in deterius commutari p[oteſt] D[eus] [illegible] eſt. In Medit. cap. 18. circa med. pag. 4[illegible]4. C. tom. 9.

40. Cur [illegible] multa vagar[is] h[o]muncio, quærendo bona animæ tuæ & corpori tu[o] [illegible] ama unum bonum, in quo ſunt om[nia] bona, & ſ[illegible]. Profec.

41. Deſidera ſimplex [b]onum, quod eſt omne bonum, & ſatis eſt.

42. Quid amas caro [illegible] deſiderat anima? ibi eſt quidquid amas, ibi eſt quidquid deſideras. In Manu li, cap. 3 [illegible] princ. pag. 55[illegible] A. tom. 9.

43. N[illegible] [b]onum hoc à Ch[riſti]ano quæritur, ut malo careat, [illegible] exerceat bonum. De vita Christiana, cap. 10. in princ. [illegible] 61[illegible]. D. tom. 9.

44. E[illegible] commu[nic]antur bona, ac laudabiliora ſunt, dum comparantur malis. In Enchirid. cap. 11. in princ. pag. 108. D. tom. [illegible].

45. N[on] boni dicitur, n[iſi] uſque ad mortem in bono perſeveretur. Serm. 34. ad Fratres in Eremo, poſt med. pag. 960. D. tom. 10.

46. Bona [E]ccleſiarum, patrimonium pauperum ſunt. Ibid. Serm. 23. ante med. pag. 937. B.

S. BASILIUS 47. Impoſſibile eſt bonum capeſcere, niſi priùs à malo abſceſſ[eri]s. Et habetur apud D. Ioan. Damaſc. lib. 2 Parall. cap. 30. in medio, fol. 24 pag. 2. C.

V. BEDA 48. Bonum ſi facere nequeas, non tamen culpes, vel prohibeas. Tom. 2. in uis Proverb. verbo Bonum, pag. 186.

S. BERNARD. 49. Quo[d]cunque bonum [illegible] placet, ut [illegible] rectè fieri non poſſit, placeat t[amen] fieri, [vel] etiam m[o]do quo fas non [illegible] nimis eſt. ac p[illegible] hoc jam quia benè non fi[illegible] [bo]num. Ep. 8[illegible] ad Ogerium Canon. Regular. ante me[d.] [illegible] 28. [illegible]

50. Eminen[illegible] bona [illegible] ſunt, dignitas, ſcientia, virtus. In tract. de [illegible] Deo, poſt init. fol. 295 col. 2. E.

51. A[d] [bo]na & ma[la] [illegible] tuum præpara, ne in die bonorum ſis immemor mal[orum]: & in die malorum, ne immemor ſis bonorum. Serm. 55. ad Sororem, in 2 volumine in fine, fol. 95. c[ol.] 2. E.

52. Sicut bonum noſſe [illegible] & velle, perfecta Religio, vel Reli[gi]oſa perfectio eſt. Serm. 3. de [illegible] Domini [ci]rca med. fol. 41. col. 1. C.

BOETIUS. 5[3]. [illegible] res eſt human[arum] [illegible] conditio bonorum, & [illegible] veniat, vel nunquam ſub[illegible] ſit. Lib. 2. de [illegible] Proſa 4. ante med. pagina 5[illegible]

54. Ego [illegible] um, quo[d] [illegible] eat habenti. Ibidem [P]roſa [illegible] nem pag. 6.

55. Ho[c] [illegible] ſummum [illegible] um, qu[od] [illegible] ſe bona co[illegible] ret, ſummum eſſe non po[teſt]. Ib. lib. [illegible] Pro[ſa] 2. circa init. pag. [illegible]

[5]6. [illegible] minum [illegible] uralis in[illegible] upiditas, ſed ad falſa deve[illegible] abdu[illegible]. I[illegible]

[5]7. Sapiens bonum ſuum non populari [illegible] more, ſ[ed] [co]nſcientiæ veritate [illegible] etur. Ibid. Proſa 6. poſt init. pa[illegible]

[illegible] i ſu[mm]u ſummus De[us] [illegible] eſt pleniſſimus. I[illegible] Prof. [illegible] ante med. pa[illegible]

59. Quo[illegible] bonorum [illegible] natura i[illegible] ante med. pag. 1[illegible]

BOETIUS 60. [B]onum eſt, [illegible] & quod injuſtu[m] eſt, malum. [illegible] 4. Proſa 4. circa med. pagina 1[illegible].

61. Quod bonum eſt, ab omnibus deſideratur. Ibid. lib. 3 Proſa 11 in fine, pag. 142.

S. BONAV. 62. Bona temporalia, ſunt bona infima; naturalia, media; gratuita, ſumma. Sup. Sap. cap. 8. in fine, pag. 371 col. 2. B. tom. 1.

63. Nullus ad bonum convertitur, [niſi] [qui] in bono delectetur. In Lament. Hieremiæ. cap. 1. poſt med. pag. 418. col. 2. B. tom. 1.

64. Naturale eſt ſummum bonum appetere, & illi placere velle. Serm. 2. de S. Thoma in princ. pag. 227 col. 1. tom. 3.

65. Illa omnia temporalia bona, æternis bonis comparata, ſunt viliſſima ſtercora. Serm. 1. de SS. Philippo & Iacobo in fine, pag. 247. col. 2. tom. 3.

66. Ubi verum bonum deeſt, beatitudo vera eſſe non poteſt, Serm. 7. de SS. Apoſtolis poſt init. pag. 303. col. 2. tom. [illegible].

67. In omnibus bonis tranſitoriis ſecuritas deeſt, ſine quâ nullum bonum perfectum. Ibidem.

68. Bonum deſideratum viſum lætificat: ſed diu expectatum, valdè affligit animam & corpus. Serm. 1. de uno Martyre, & in ordine 13. ſub finem, pag. 314. col. 2. tom. 3.

69. Nullum eſt bonum irremuneratum, nullum malum impunitum. In lib. 1. ſent. Diſt. 40. Art. 2. quaſt. 2. in fine corporis, pag. 32[illegible]. col. 1. D.

70. Magis prodeſt bonum & delectat quod magis intimum eſt. De Itineribus itinere 6. diſt. 3. in fine, pag. 175. col. 2. A. tom. 7.

S. [illegible] 71. Plus poteſt natura boni, quàm habitus mali: quandoquidem illud eſt, hoc verò non eſt, niſi tantùm cùm agitur. De Perfect. ſpirit. capite 3. apud Bibliothecam Patrum, tom. 4. pag. 745. col. 2. G. edit. Coloniæ 1618.

[illegible] 72. Malorum omnium principium & finis, eſt bonum: boni enim cauſa ſunt omnia, & quæ bona ſunt, & quæ mala. Profec.

[7]3. Mala quippe boni deſiderio agun[tu]r; nemo enim propoſito ſibi malo facit quæ fac[it]: [illegible] ſubſi[ſtit] malum, ſed ſubſiſtere videtur, cum boni cauſa, non ſui ſiat. De divinis nominibus, cap. 4. parte ultima ante finem. apud Biblioth. Patrum, tom. 1. pag. 148. col. 1. D.

S [illegible] 74. Neceſſariò bonum omne præc[edit] aut ſequitur tentatio: neque bonum dici poteſt ſecundum Deum, niſi approbetur tentatione. Doctrina 19. prope med. apud Biblioth. Patr. tom. 4. pag. 79[illegible] col. 1. lit. A. edit. Coloniæ 1618.

S [illegible] 75. Debet unuſquiſ[qu]e à ſe eradicare quod malu[m] eſt, & inſerre in ſe quod [bo]num eſt. Homil. 8. longè poſt init. apud Bibl. Patrum. tom. 7. pag. 240 [co]l. 2. lit. H. edit. Coloniæ 1618.

[illegible] E[illegible] [7]6. Summa bona ſunt quæ nec [illegible] capi, nec auditu percipi, nec cogit[a]tu [co]mprehen[di] [po]ſſunt. Hom. [illegible] ad Monachos in princ. [a]pud Bi[b]l. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 5[illegible]9. col. [illegible]. H edit. [C]oloniæ 1618.

[7]7. Non vu[lt] Deus no[illegible] bon[a] ſua [illegible] veni[illegible] d[illegible] ac[illegible] tate viléſcer[e] [illegible] pretioſa cum [illegible] p[illegible] m[illegible], cupidum & avidum negot[illegible] requ[illegible] Ibid. [in] princ. pag. 580. col. 1. A.

[7]8. Hæc eſt ſpiritualium bonoru[m] [illegible], ut cùm [illegible] ore conſtet [illegible] pereant, ut [illegible] intelligi. Ibid. Hom. [illegible] pag. 58[illegible].

S. D[illegible] [illegible] q[illegible], mortua [illegible] ta ip[illegible] n bona [illegible] tentiam, [illegible] ut [illegible]. A[illegible] in decr[illegible] [illegible] 4

GLOSS. INT. 80. Plus valet apud pravos malum inolitum, quàm bonum inſolitum. *Sup. Geneſ. cap.* 19. *in illud, Eo quod increverit clamor, col.* 243. *E. tom.* 1.

GLOSS. ORD. 81. Bona citiùs pereunt, quæ ante tempus innoteſcunt, ſcilicet animo nondum per humilitatem confirmato. *Sup. Iob, cap.* 8. *col.* 117. *B. tom.* 3.

82. Non parva condemnatio eſt, ex bono quod communiter datur, privatè gloriari; ſcire bonum undè cœperit, & neſcire quomodo uti debeat quod accepit. *Ibid. cap.* 32. *col.* 303. *C.*

83. Qui abundant in bonis ſpiritualibus, temporalia quantumcúmque modica eis ſufficiunt, imò pro divitiis computantur. *Super Pſalm.* 32. *col.* 663. *lit. C. tom.* 3.

84. Non poſſumus ædificare bona, niſi priùs deſtruxerimus mala. *Sup. Eccleſiaſten. cap.* 3. *col.* 1765. *lit. C. tom.* 3.

85. Diligit bonum, qui non invitus & metu legum quòd bonum eſt operatur, ſed dilectione ipſius boni. *Sup. Amos, cap.* 5. *in illud, Diligite bonum, col.* 1872. *E. tom.* 4.

86. Conſtat quod à Deo nonniſi bona percipimus, qualiacúmque nobis videantur. *Proſec.*

87. Omnia enim electis in bonum cooperantur, & omnium bonorum ſpiritualium diſtributor eſt, ut onera charitatis impleantur. *Sup. Matth. cap.* 7. *in illud, Noſtis bona data, &c. col.* 148. *F. tom.* 5.

GLOSSA INT. 88. Bona æterna non dantur, niſi filiis. *Ibidem.*

89. Bonum non ſeminat, niſi bonus, qui ſemen bonæ voluntatis ad bona opera ſtudet producere. *Ibid. cap.* 13. *ſup. illud, Qui ſeminavit bonum ſemen, col.* 242. *C.*

GLOSS. ORD. 90. Nihil boni habere poteſtis, niſi Deo præveniente & ſubſequente. *Sup. Epiſt. ad Heb. cap.* 13. *in fine in illud, Faciens in vobis quod placet. col* 961. *littera A. tom.* 9.

91. Clauſis oculis videmus bona, quæ mox apertis non invenimus. *Super illud Pſ.* 72. *Velut ſomnium, col.* 973. *A. tom.* 3.

S. GREGOR. MAGN. 92. Plerumque & bona malis, & mala bonis eveniunt, pro eo quod & vera bona bonis, & vera mala malis in æterna retributione ſervantur. *Lib.* 14. *Mor. cap.* 3. *prope init. num.* 3. *col.* 453. *B. tom.* 1.

93. Penſandum magnoperè eſt; quia bona prodeſſe nequeunt, ſi mala, quæ ſubrepunt, non caventur. *Ibid. lib.* 19. *cap.* 13. *in princ. col.* 651. *C.*

94. Ille verè humilis eſt in bonis, qui non eſt defenſor in malis. *Ibid. lib.* 26. *cap.* 1. *poſt init. col.* 849. *D.*

95. Bona quaſi bona non ſunt, comparatione meliorum. *Ibid. libd.* 26 *cap.* 9. *paulo ante med. num.* 17. *col.* 958. *C.*

96. Boni indè perfectiùs in bono proficiunt, undè de malo tentantur; mali autem indè ad majus malum deficiunt, undè de bono gloriantur. *Ibid. lib.* 34. *cap* 17. *paulò ante finem, col.* 1190. *C.*

97. Bona tenera, plerumque humana lingua dùm quaſi fortia laudat, extinguit. *Ibid. lib.* 30. *cap.* 9. *poſt med. num.* 19. *col.* 1021. *C.*

98. Nullum bonum perficitur, niſi in ſummo bono ſolidetur. *Sup.* 7. *Pſalmos pœnit. Pſ.* 1. *ante med. col.* 535. *D. tom.* 2

99. Nihil eſt bonum quod incipitur, niſi perſeveranti fine illud complcatur. *Ibid. Pſ.* 2. *verſ.* 10. *poſt med. col.* 548. *D.*

100. Bona ſumma ſunt, fides, ſpes, & charitas: quæ cùm veraciter habentur, in malo inflecti non poſſunt. *Lib* 27. *Mor. cap.* 27. *non procùl ab initio, col.* 952. *D. tom.* 1.

101. Qui æterna bona in vita cogitare noluerunt, in morte æterna mala nunquàm cogitata reperiunt, & ſubitò amittunt bona temporalia, quæ diù tractando tenuerunt. *Ibid. lib.* 10. *cap.* 13. *ab initio, col.* 364. *D.*

102. Sicut auro bona temporalia, ita ſapientiâ bona æterna mercantur. *Ibid. lib.* 4. *cap.* 28. *poſt med num.* 35. *col.* 123. *C.*

103. Bona quæ non authori militant, ſed elationi, bona non ſunt. *Ibid. lib.* 19. *cap.* 12. *in fine, num.* 17. *col.* 612. *A.* S. GREGORIUS MAGN.

104. Valdè iniqua ſunt, quæ iniqui ſub boni ſpecie moliuntur. *Ibid. lib.* 33. *cap.* 24. *poſt med. num.* 52. *col.* 1160. *B. tom.* 1.

105. Quiſquis bonum majus ſubire propoſuit, bonum minus quod licuit, illicitum fecit. *In Paſtorali, part.* 3. *cap.* 1. *Admonit.* 28 *in fine. col.* 1304. *D. tom.* 1.

106. Veſtrum ſine dubio bonum facitis, ſi bona volentibus opem fertis. *Lib.* 7. *in Regiſt. Indict.* 2. *cap.* 118. *Ep.* 118. *poſt med. col.* 995. *A. tom.* 2.

107. Mala, quæ pro peccatis noſtris ſæpè patimur (quia per divinam juſtitiam nobis irrogantur) bona ſunt. *Lib.* 4. *in* 1. *Reg. cap.* 2. *in med. col.* 1402. *B. tom.* 2.

108. In comparatione æternorum bonorum, vana ſunt omnia bona temporalia. *Ibid. lib.* 5. *cap.* 2. *poſt med. col.* 1496. *D.*

109. Temporale bonum difficilè habetur, & citò amittitur. *Ibidem ut ante.*

110. Cùm de manifeſto latens malum naſcitur, ſapienter bonum abſconditur, ne malo ſuperveniente maculetur. *Ibid. cap.* 4. *poſt init. col.* 1522. *B.*

111. Multa videntur bona, & non ſunt. *Ibid. poſt med. col.* 1547. *D.*

112. Quæ per ſe bona ſunt, ſi non benè tractentur boni gratiam amittunt. *Lib.* 1. *de Theologia, ante med. pag.* 232. S GREG. NAZ.

113. Peſsùm eunt, quæ bona ſunt & honeſta: ſine pudore vigent, quæ mala ſunt. *Ep.* 29. *ad Eudochium Rhetorem a medio pag.* 415.

114. Bonum non cenſetur, neque quod prævenit opportunitatem, neque quod fit tardiùs. *Hom.* 4. *ſup. Eccleſiaſten. poſt init. col.* 203. *C. D. Proſec.* S GREGORIUS NYSS.

115. Neque quod menſurâ caret eſt bonum, neque quod eſt importunum: ſed illud eſt bonum, & ex virtute factum, quod per utrumque accipit perfectionem. *Ibidem.*

116. Non ſufficit ſcire quod bonum eſt, niſi cuſtodiatur attentiùs quod electum eſt. *Ep.* 22. *ad Euſtoch. paulò ante med. tom.* 2. *pag.* 14 . *B.* S. HIERONYM.

117. Minoris peccati eſt ſequi malum, quod bonum putaveris, quàm non audere, quod pro certo noveris. *in Proœmio dialog. adversùs Pelagianos, in fine, pag.* 260. *D. tom.* 2.

118. Iſta ſola bona ſunt, quæ ſine voluntate nec invenimus aliquando, nec perdimus. *Tom.* 4. *Ep.* 1. *ad Demetriadem, ante med. pag.* 16. *C.*

119. Lædunt & ipſa bona, ſi malè portentur. *Tom.* 4. *Ep.* 6. *ad Amicum, ante med. pag.* 39. *A.*

120. Bona non amare, peccati eſt, quanti ſceleris etiam odiſſe? & è contrario mala non fugere, vitii eſt; quantæ impietatis eſt, etiam diligenter inquirere? *Sup. Micheam, cap.* 3. *ferè in princ. in illud, Non veſtrum eſt ſcire judicium. pag.* 145. *D. tom.* 6.

121. Omne bonum præſentis ſæculi, confuſio eſt: futuri verò perpetua eſt fortitudo. *Sup. Eccleſiaſten, cap.* 10. *in illud, In fortitudine & non in confuſione. pag.* 94. *D. tom.* 7.

122. Sic bonis hujus ſæculi fruere, ne aut deſiderio, aut carne delinquas. *Ibid. cap.* 12. *pag.* 97. *D.*

123. Bonum omne & veritas, certo fine concluditur: malitia verò atque mendacium, ſine fine ſunt. *Ibid. cap.* 12. *ſub fin. pag.* 100. *A.*

124. In eo nullum bonum, qui nullum malum deſtruit. *Sup. Pſ.* 33. *verſ.* 14. *Diverte a malo, &c. pag.* 49. *C. tom.* 8.

125. Nihil bonum eſt, niſi quod æternum eſt: nihil bonum eſt, niſi quod perpetuum eſt. *Proſec.*

126. Quodcumque enim finem habet, nec inter bona numerandum eſt. *Sup. Pſ.* 91 *verſ.* 7. *pag.* 136. *C. to.* 8.

127. Etiam bonum non facere, malum eſt *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 13. *in illud, Malum non operatur, pag* 293. *tom.* 9.

HUGO A S. VICTORE. 128. Deus bonis bona dat, & malis mala dat: & bonis mala, & malis bona. *Profec.*

119. Bonis enim bona dat, ut foveantur: & mala dat, ut exerceantur: & malis mala dat, ut caſtigentur: & bona dat, ut provocentur. *Hom. 12. in Eccleſiaſten. ante finem, ſup. illud: Peccatori dedit*, &c. *pag.* 89. *E. to.* 1.

130. Omne quod eſt, bonum eſt; ſed cùm id quod bonum eſt, malè amatur, illud bonum eſt, & hoc malum eſt. *In Decalogum, cap.* 4. *ante med. pag.* 3. *E. to.* 2.

131. Nihil bonum eſt, quod melius tollit. *Lib.* 3. *Didaſc. cap.* 14. *paulò poſt med. pag.* 15. *C. tom.* 3.

132. Verum bonum non in æſtimatione hominum, ſed in pura conſcientia abſconditum eſt. *Ibid. cap.* 15. *prope init. pag.* 15. *F.*

HUGO CARD. 133. Negantur in hac vita electis bona terrena, quia ægris, quibus ſpes vivendi eſt, nequaquàm cuncta quæ appetunt conceduntur. *Profec.*

134. Dantur autem reprobis bona, quæ in hac vita appetunt, quia deſperatis ægris omne quod deſiderant, non negatur.

135. Ipſi per iter aſperum ad ſalutis patriam redeunt, illi verò per amœna prata ad foveam tendunt. *Super Hierem. cap.* 12. *fol.* 211. *col.* 2. & 3. *Moraliter, tom.* 4.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 136. Ut dignus cœleſtibus efficiaris bonis, bona deride præſentia. *Hom.* 4. *ſup. Matth. in fine, col.* 30. *B. tom.* 2.

137. Hoc omne bonum eſt, quod proximum reſpicit. *Ibid. Hom.* 79 *in medio, col.* 639. *D. ſup. illud Matt.* 25. *Euge ſerve bone.*

138. Qui gaudet de bonis quæ invenit, & recordatur mala quæ evaſit, difficilè redit ad malum. *Hom.* 2. *oper. imperf. ſup. Matth. poſt med. col.* 749. *B. tom.* 2.

139. Sicut homo non poteſt facere bonum, niſi habuerit adjutorium Dei: ſic nec Deus bonum operatur in homine, niſi homo voluerit. *Ibid. Hom.* 14. *in medio, ſup. illud* 6. *Fiat voluntas tua. col.* 837. *D.*

140. Omnia bona mundi triplex interitus tollit, aut à ſemetipſis veteraſcunt, aut ab ipſis dominis luxurioſè viventibus comeduntur, aut ab extraneis dolo, vel vi, vel calumniis, vel quolibet alio modo diripiuntur. *Ibid. Hom.* 15. *poſt med. ſup. illud, Ubi tinea demolitur*, &c. *col.* 846. *B.*

141. Nulla res ſic exterminat bonum, quemadmodum ſimulatum bonum. *Profec.*

142. Manifeſtum malum, quaſi malum fugitur, & cavetur: malum autem ſub ſpecie boni celatum, dùm non cognoſcitur, nec cavetur, ſed quaſi bonum ſuſcipitur, & ideò conjunctum bono exterminat bonum. *Ib. Hom.* 19. *in princ. col.* 867. *C.*

143. Omne malum voluit Deus poſſe latere ſub colore boni, & omne bonum voluit eſſe ſub caligine obſcuritatis: ut nec bonum ſine labore inveniatur, nec malum ſine labore evitetur. *Ibid. Hom.* 29. *in medio, col.* 927. *lit. D.*

144. Verè non habet ſuper terram quod amet, qui bonum cœleſte in veritate guſtaverit. *Ibid. Hom.* 36. *in princ. col.* 989. *B.*

145. Homo ideò ex bono & malo creatus eſt, ut contempto malo ſequatur bonum. *Ibid. Hom.* 41 *ab initio, col.* 1024. *D.*

146. Scire bonum & malum, in natura poſitum eſt; facere autem, in voluntate; ideò benè dicere, omnium eſt: benè autem facere, paucorum. *Ibid. Hom.* 43. *ante med. col.* 1047. *B.*

147. Omnia bona tunc mercedem habent, cùm debitum finem conſequuntur. *Hom.* 76. *ſup. Joan. in princ. col.* 359. *B.*

148. Bona veri Chriſtiani nullo fine concluduntur. *Hom.* 22. *ſup.* 1. *ad Cor. in fine, col.* 498. *C. tom.* 4.

S. JOAN. DAM. 149. Bonum boni nomen amittit, cùm benè non fit. *Lib.* 2. *Parall. cap.* 99. *fol.* 103. *pag.* 2. *C.*

150. Bonum quod in expectatione eſt, cupiditatem gignit: quod autem præſtò eſt, voluptatem. *Lib.* 2. *de fide orthod. cap.* 12. *in calce, fol.* 195. *pag.* 2. *C.*

151. Nihil aliud quidquam præter id quod verè bonum eſt, bonum appellandum eſt. *De SS. Barlaam & Ioſophat, cap.* 2. *poſt med. fol.* 509. *pag.* 1. *B.*

S. ISIDORUS HISPALENS. 152. Bonum quod audieris, dic: bonum quod didiceris, doce. *Lib.* 2. *de Synonym. cap.* 14. *in princ. pag.* 319. *col.* 2.

153. In bonis immoderatus uſus eſſe non debet, bona enim immoderato uſu noxia efficiuntur. *Ibid. cap.* 16. *ante med. pag.* 320. *col.* 2.

154. Omnia creata ex ſua natura bona ſunt, & ex noſtro malo uſu non bona. *Profec.*

155. Si enim benè utantur, & bona & proſpera ſunt: ſi malè, nocent. *Lib.* 1. *de ſum. bono. cap.* 9. *ſent.* 6. *pagina* 622. *col.* 1.

156. Qui bona mundi diligit, velit nolit, timoris ac doloris pœnæ ſuccumbit. *Ibid. lib.* 3. *cap.* 59. *ſent.* 2. *pag.* 689. *col.* 2.

LACT. FIRM. 157. Bonum ſine malo in hac vita eſſe non poteſt. *Lib.* 6. *de vero cultu, cap.* 15. *ante med. pag.* 264.

158. Bonis brevibus, mala æterna: & malis brevibus, bona æterna ſuccedunt. *Profec.*

159. Conſiderare ergo unumquemque decet, quantò ſatius eſt pro perpetuis bonis mala brevia perferre, quàm ſit pro brevibus & caducis bonis, mala perpetua ſuſtinere. *Ibid. cap.* 4. *circa med. pag.* 242.

160. Animi bona, mala ſunt corporis: ſcilicet opum fuga, voluptatum interdictio, doloris mortiſque contemptus. *Profec.*

161. Corporis bona, mala ſunt animi: ſcilicet cupiditas, & libido, quibus & opes appetuntur, & ſuavitas variarum voluptatum, quibus enervatus animus extinguitur. *Lib.* 7. *de divino præmio, cap.* 5. *paulò ante finem, pag.* 258.

162. Bona temporalia fallacia ſunt, quorum incerta & caduca poſſeſſio eſt. *Ibidem, cap.* 27. *poſt med. pagina* 331.

S. LAURENT. JUSTIN. 163 Semen boni in homine ſuffocari poteſt ſentibus delictorum; vel diaboli tentationibus (ne fructificet) valet impediri, minimè tamen divelli atque extingui. *Part.* 2. *de Obedient. cap.* 12. *poſt med. pag.* 628. *col.* 1. *B.*

S. NILUS. 164. Ne appetas bona, quorum uſus præterit, & poſſeſſio perit. *Parænes.* 142. *apud Bibl. Patr. tom.* 5.

ORIGENES. 165. Bonorum frequentiùs, quàm malorum habenda eſt memoria. *Lib.* 6. *in cap.* 6. *Ep. ad Rom. poſt med. pag.* 357. *col.* 2. *F. tom.* 2.

PELAGIUS PAP. 166. Qui invitum ad bonum cogit, non perſequitur, ſed diligit. *Et hab. in decretis Gratiani, part.* 2. *cauſa* 23. *quæſt.* 5. *Canone, Non vos, fol.* 305. *col* 4.

PET. BLES. 167. Bona non eſſent, niſi mutuo ſibi quodam amicabili fœdere conſentirent. *De Amicit. cap.* 9. *ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 970. *col.* 2. *F. edit. Coloniæ* 1618.

S. PETRUS CHRYSOL. 168. Bona quàm ſint bona ſcire (niſi malorum cognitione) non poſſumus. *Serm.* 131. *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 760. *col.* 1. *B. edit. Coloniæ* 1618.

S. PETR. DAM. 169. Omnia bona Dei ſunt, & noſtra: quoniam ille operatur in nobis, qui effectum tribuit operandi. *Op.* 36. *de divina omnipotentia, cap.* 9. *in princ.* 659. *col.* 2. *E. to.* 3.

S. PROSPER. 170 Corporale bonum quod habent iniqui, ipſorum eſt præmium: quando habent juſti, non eſt eorum præmium, ſed temporale ſolatium. *Lib.* 2. *de vita contemplat. cap.* 13. *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 64. *col.* 2. *F. edit. Coloniæ* 1618.

171. Boni temporalis amiſſio fit exercitium juſti, & injuſti ſupplicium. *Ibidem ut antè. G.*

172. Facilè quælibet bona ſine charitate poſſunt perire, quæ non poſſunt ſine charitate prodeſſe. *Lib.* 2. *de voc. gent. c.* 11. *in fin. apud Bib. Pat. to.* 5. *part.* 3. *p.* 177. *col.* 2. *E*

173. Totum bonum quod habemus, ab artifice noſtro habemus: ſed ſi hoc in nobis eſt, quod ipſi fecimus, indè damnabimur: ſi autem hoc quod Deus fecit, indè coronabimur. *Sent.* 126. *in fine tomi* 3. *operum D. Auguſtini, pag.* 749. *B.*

S. PROSPER. 174. Finis boni eſt, non quo conſumitur ut non ſit, ſed quo perficitur ut plenum ſit, undè eſt ſummum bonum. *Ibidem, Sentent.* 159. *pagina* 751. *littera A.*

175. Manifeſtum eſt quoniam bona ſunt, quæ corrumpuntur: quæ ſi bona non eſſent, corrumpi non poſſent: ſi ſumma bona eſſent, incorruptibilia eſſent; ſi autem nulla bona eſſent, quod in eis corrumperetur non eſſet. *Ibid. Sent.* 175. *pag.* 748. *C.*

176. Fidelis in fine temporalis mali, tranſit in perceptionem æterni boni. *Ibidem, Sent.* 272. *pagin.* 756. *lit. D.*

177. Nullo bono alieno eget, qui bono quod fecit non eget. *Ibidem, Sent.* 279. *pag.* 757. *A.*

178. Multa bona facit Deus in homine, quæ non facit homo: nulla verò facit homo quæ Deus non facit ut faciat homo. *Ibidem, Sentent.* 311. *pagina* 759. *lit. B.*

279. Deo nullum hominis bonum eſt impoſſibile, nullum malum inſanabile. *Ibidem, Sent.* 306. *pagina* 759. *lit. A.*

S. REMIGIUS. 180. Deſiderabilium ſuſcipimus bona, quæ citò metuimus auferenda: ſecuriùs verò negligimus quod nos diutiùs poſſidere credimus. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 15. *canon* 24. *apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 860. *col.* 1. *D. edit. Coloniæ* 1618.

RICHARD. A S. VICTORE. 181. Non poteſt ad perfectum exteriorum bonorum faſtigium pertingere, qui interiorum bonorum dulcedinem nondum meruit guſtando ſentire. *Part.* 1. *Tract.* 2. *de Extermin. mali cap.* 7. *ſub finem, pag.* 17. *col.* 2. *B.*

S. THEODORETUS. 182. Maximum profectò bonum eſt, naturam rerum callere, ut ex ea cognitione contemnamus quæ fluxa ſunt, animumque ab omni ſervitute liberum conſervemus. *Serm.* 11. *de fine & judicio, poſt init. pag.* 402. *col.* 1. *B. tom.* 1.

SALVIANUS. 183. Inæſtimabile malum eſt, bonis à Deo datis non bene uti. *Lib.* 1. *ad Eccleſ. Catholicas, in medio, apud Bibliothec. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pagina* 367. *col.* 1. *lit. D.*

S. VALERIAN. 184. Bona temporalia, mala noſtra ſunt, terrenis actibus enutrita. *Prof.*

185. Quibus dùm aliqui nimiùm attentè ſerviunt, bona cœleſtia perdunt. *Hom.* 2. *de Arcta vita, ante med. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pagina* 477. *col.* 2. *H.*

186. Bona noſtra divinitati debemus adſcribere, mala autem humanis moribus imputare. *Prof.*

187. Quia ſicut bona procurante Domino creantur, ita mala diabolo authore naſcuntur. *Ibid. Homil.* 11. *circa init. pag.* 488. *col.* 1. *B.*

188. Tunc ſanè nos bona deſerunt, cùm deteriora ſuccedunt. *Ibidem, ante med. pagina* 488. *columna* 1. *lit. C.*

189. Rogandus ſemper eſt Chriſtus noſter, ut in nobis bona nutriat, & exorandus ut nutrita cuſtodiat. *Ibidem, ferè in med. pag.* 488. *col.* 1. *D.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTIPPUS PHILOSOPH. 190. Fortunæ bona varii caſus eripiunt: bona animi, quæ ſola verè bona ſunt, nec incendium, nec naufragium poteſt eripere. *In Sentent. in medio, Sentent.* 2.

ARISTOTELES. 291. Hæc bona ſine virtute integra, atque undique perfecta conſtare nullo modo poſſunt. *Libr.* 4. *de Moribus, cap.* 3. *circa med. folio* 40. *pagina* 2. *edit. Pariſ.* 1565.

192. Quod optabile & expetendum eſt, id bonum eſt: & quò quidque optabilius eſt, eò majus bonum eſt. *Ibidem, lib.* 5. *cap.* 3. *in calce, folio* 52. *pag.* 1. *edit. Pariſ.* 1565.

193. Bonum animæ, eſt optimum bonum. 7. *Politic. & habet. apud Bedam, tom.* 2.

194. In bonis exterioribus non eſt felicitas, quia ipſe felix nullo bono exteriori indiget. *Ibidem* ARISTOTELES

195. Bonum quantò communius, tantò divinius. *Ibidem* 1. *Ethic. &* 2. *Topic.*

196. Bonum & malum, ſunt in rebus: verum & falſum, ſunt in mente. *Ibidem* 6. *Metaph. text.* 8. *&* 3. *de Anima.*

197. Malum facere, eſt facile: bonum autem, difficile. *Ibid.* 2. *Ethic. cap.* 5.

198. Objectum voluntatis non eſt, niſi bonum. *Ibidem* 3. *Ethicor.*

199. Nullum alterum eſt ex ſe bonum, ſed quodlibet eſt bonum à Deo tantùm eſt. *Lib.* 1. *de Theologia, cap.* 6. *in med. col.* 983. *tom.* 1.

200. Nimium boni eſt, cui nihil eſt mali. *Lib.* 2. CICERO. *de finibus ante med. num.* 42. *columna* 85. *littera F. tom.* 4.

201. Id ſolum bonum eſt, quod rectum, honeſtum ſit. *Ibidem, lib.* 3. *poſt init. columna* 106. *littera C. & E.*

202. Non tàm enitendum, ut bona quæ nobis data non ſint ſequamur, quàm ut vitia fugiamus. *Lib.* 1. *de Offic. poſt med. col.* 485. *B. tom.* 4.

203. Poteſt-ne bonum cuique malo eſſe, aut quiſque in abundantia bonorum ipſe eſſe bonus? *De Paradoxis, cap.* 2. *ab initio, columna* 580. *littera C. tom.* 4.

204. Nihil bonum, niſi quod honeſtum: nihil malum, niſi quod turpe. *Lib.* 2. *Tuſc. quæſt. ante med. col.* 198. *H. tom.* 4.

205. Non ſunt bona dicenda, nec habenda, quibus abundantem licet eſſe miſerrimum. *Ibidem. lib.* 5. *ante med. col.* 255. *F.*

206. Nihil benè ſe haberet, niſi omne bonum in honeſtate conſiſteret. *Profec.*

207. Omne bonum lætabile eſt; quod autem lætabile, id prædicandum, & præ ſe ferendum: quod tale autem, id etiam glorioſum: ſi verò glorioſum, certè laudabile; quod autem laudabile, profectò etiam honeſtum: quod bonum igitur, id honeſtum. *Ibid. ante med. col.* 255. *A. B. & E.*

208. Quidquid eſt quod verè bonum ſit, id expetendum eſt: quod autem expetendum, id certè approbandum: quod verò approbandum, id gratum acceptumque eſt habendum. *Profec.*

209. Divitias, cùm quivis (quamvis indignus) habere poſſit, in bonis non numero: quod enim eſt bonum, id non quivis habere poteſt. *Ibidem, ante med. col.* 255. *H. & conſeq.*

210. Omnium actionum finis eſt bonum, & illius PLATO. cauſa omnes aliæ res ſunt agendæ. *Tom.* 1. *Syzygia* 3. *de Rhetore poſt med. pag.* 499. *E.*

211. Omnia quæ bona ſunt, bona eſſe niſi cum aliqua virtus affuerit, mihi neceſſarium eſſe videtur. *Ibid. poſt med. pag.* 506. *D.*

212. Non eſt bonum, quod incremento malum fit. SENECA. *Lib.* 1. *de Ira: cap.* 13. *ante med. pagina* 401. *tom.* 1.

213. Animi bonum animus inveniat, non oculus. *De vita beata cap.* 2. *in med. pag.* 490. *tom.* 1.

214. Omne boni principium, ex virtute eſt. *Ibidem, cap.* 6. *in fine, pag.* 493.

215. Summum bonum immortale eſt. *Ibid. cap.* 7. *circa med. pag.* 494.

216. Bona terrena adventitia, & nutum fortunæ ſequentia ſunt: at verò bona ſunt, in quæ non eſt manus injectio. *De conſtantia ſapientis, cap.* 5. *poſt med. pag.* 546. *tom.* 1.

217. Omnia iſta bona, quæ nos ſpecioſa, ſed fallaci voluptate delectant, pecunia, dignitas, potentia, aliaque complura, ad quæ generis humani cæca cupiditas obſtupeſcit, cum labore poſſidentur, cum invidia conſpiciuntur eiſque ipſis quos exornant & premunt, plus minantur quàm proſunt. *De conſolat. ad Polybium cap.* 28. *circa med. pag.* 586. *tom.* 1.

SENECA.

218 Stultus eſt, qui nullum fructum eſſe putat boonorum, niſi præſentium. *Ibidem, cap. 29. ab initio, pagina 587.*

219. Quidquid optimum homini eſt, id extra humanam potentiam jacet, nec dari, nec eripi poteſt. *De conſolat. ad Helviam, cap. 8. ſub finem, pagina 631. tom. 1.*

220. Nullum bonum juvat habentem, niſi ad cujus amiſſionem præparatus eſt animus. *Ep. 4. circa med. pag. 527. tom. 2.*

221. Nullios boni ſine ſocio, jucunda poſſeſſio eſt. *Ep. 6. à medio, pag. 526. tom. 2.*

222. Nemo ſolicito bono fruitur. *Ep. 14. in fine, pagina 548.*

223. Id bonum cura, quod vetuſtate ſit melius. *Ep. 15. circa med. pag. 549. tom. 2.*

224. Veri boni aviditas tuta eſt. *Epiſt. 23. poſt med. pag. 566.*

225. Qui omne bonum honeſto circumſcripſit, intra ſe felix eſt. *Epiſt. 74. in princ. pag. 673. tom. 2.*

226. Bona illa ſunt vera, quæ ratio dat; ſolida ac ſempiterna, quæ cadere non poſſunt, nec decreſcere quidem, aut minoi. *Profec.*

227. Cætera, opinione bona ſunt, & nomen qoidem habent commune cum veris, proprietas in illis boni oon eſt. *Ibidem, prope med. pag. 676.*

228. Summom bonum nec infringitur, oec augetur, in ſuo modo permanet. *Ibidem, poſt med. pag. 678.*

229. Solùm bonum eſt honeſtum, cui modus eſt. *Ep. 76. poſt med. pag. 685. tom. 2.*

230. Bonum ſincerum eſſe debet, & ab omni parte innoxium: non eſt id bonum qood plus prodeſt, ſed quod tantùm prodeſt. *Epiſt. 87. poſt med. pagin. 735. tom. 2.*

231. Quid ſtultius turpiuſve, quàm bonum rationalis animi ex irrationalibus nectere? *Epiſt. 92. poſt init. pag. 763.*

232. Mortale eſt omne mortalium bonum: verum autem bonum non moritur, certum eſt, ſempiternumque; hoc unum contingit immortale mortalibus. *Ep 98. circa init. pag. 801. tom. 2.*

233. Ut aliquid auri extrahamus, terram pervertimus: ut ſummum bonum occupemus, ſcrutari pectus piget. *In Proverb. pagin. 690. col. 2. lit. V. edition. Baſilea.*

234. Hominis bonum, liber animus eſt ac rectus. *Ep. 124 in medio, pag 889. tom 2.*

235. Hominis bonum non eſt in homine, niſi cum in illo ratio perfecta eſt. *Ibid.* SENECA.

236. Niſi ubi rationi locus eſt, bonum oon eſt. *Ibid. poſt med. pag. 889.*

237. Bonum tunc habebis tuum, cùm intelliges infeliciſſimos eſſe hujus mundi felices. *Ibidem, in calce, pag. 891.*

238. Facillimè bonis frueris, ſi ea vitaveris, quæ vituperaveris. *De Moribus, poſt med. pag. 678. editionis Baſilea.*

239. Intellige quæ ſint bona, ut benè agas. *Sent. 49. apud Bibl. Patrum, tom. 3. pag. 65. col. 1. A. edit. Coloniæ 1618.* SIXTUS PHILOSOPHUS.

240. Hoc ſolùm ducito, quod bonum eſt. *Ibidem, Sent. 71. pag. 65. col. 1. B.*

241. Hoc ſolum bonum putato; quod Deo dignum eſt. *Ibidem, Sent. 123. pag. 65. col. 2. E.*

242. Quod bonum eſt, hoc ſolum te decere pota. *Ibidem, Sent. 186. pag. 65. col. 2. H.*

243. Bona habere omoes quidem optant; obtinent autem, qui ſemetipſos integrè verbo Dei mancipารunt. *Ibidem, Sent. 268. pag. 66. col. 1. D.*

244. Booum in carne non quæras. *Ibid. Sent. 306. pag. 66. col. 2. F.*

245. Bonum in nullo ponitur, niſi in uno Deo: imò ipſum bonum Deus ipſe ſemper. *Lib. de Poteſt. & Sap. Dei, cui tit. Pimander. cap. 6. in princ.* TRISMEGIST.

246. In ſolo Deo, bonum ipſum exiſtit. *Ibidem, in medio.*

247. Bona, quæ opes humanæ vocantur, affluunt ſubitò, repentè dilabuntur: nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt. *Prof.* VALER. MAX.

248. Itaque neque debent exiſtimari, neque dici bona, quæ inflictorum malorum amaritudinem deſiderio ſui duplicant. *Lib. 6. dictor. memor. cap. 11. in fine, pagina 300.*

Vide etiam tit. Acquirere. Sent. 18. Amiſſio. Sent. 19. Anima. Sent. 35. Beneficium Dei. Sent. 80. 95. Jactantia. Sent. 30. Incipere. Sent. 4. 5. 32. 33. 34. 40 73. Malum. Sent. 16. Melior. Sent. 46. 66. Providentia Dei Sent. 11. 12. 13. Proximus. Sent. 26. Temporale. Sent. 49. Viſio Dei. Sent. 8. Vita æterna. Sent. 65. 170. Voluntas in genere. Sent. 35.

C.

LIBER TERTIUS.

CADERE.

DEFINITIO.

[illegible]. *Caſus eſt effectus extraordinarius, contingenter an cum effectus naturaliter producto*

SENTENTIÆ PATRU[illegible]

S. ALBERTUS MAGNUS. 1. HOMO per ſe cadere poteſt, per ſe autem nunquam reſurgere poteſt. *De Paradiſo animæ Part 1. de virtutibus, cap. 24. ante med. pag. 180.*

S. AMBROSIUS. 2. Vicina eſt lapſibus adoleſcentia. *De viduis longè poſt initium columna 155. littera C. tom. 1.*

3. Inter omnes lapſus hominum, nulla eſt [illegible]ravior quàm ſuperborum ruina. *Lib. 10. Ep. 84. ad Demetriadem, ante med. col. 678. C. tom. 3.*

4. Sicut levius eſt de plano [illegible]ruere, ſic gravius eſt de ſublimi cadere dignitate [illegible].

5. Quia ruina, quæ de alto [illegible] gravior[illegible] [illegible]aſu colliditur. *De Dignit. Sacerd. cap. [illegible] poſt med. [illegible] [illegible]-9. A. tom. 4.*

6. Si Petrus lapſus eſt, qui [illegible] [illegible] al[illegible] [illegible]ati fuerint, ego non ſcandalizabor, quis al[illegible] [illegible] [illegible]e præſumat? *Lib. 10. ſup. Luc. [illegible]p. 22 [illegible]p. illud, [illegible] quod dicas, col. 1787. B. tom. 5.*

S. ANSELMUS. & S. AUGUSTIN. 7. O durus & dirus caſus [illegible]minis! heu quid perdidit, & quid invenit? quid abſceſſit, & quid remanſit? perdidit beatitudinem ad quam factus eſt, & invenit miſeriam ad quam factus non eſt: abſceſſit ſine quo nihil felix eſt, & remanſit quod per ſe, non niſi miſerum [illegible] *Proſologio cap. 1. ante med. & Auguſt. in Manuali, [illegible] in princ. pag. 552. C. tom. 7.*

[illegible] 8. Graviùs iraſcitur Deus peccanti, qui de propoſito altiori cadit, quàm alio. *Ep. 3. ad Henricum amicum poſt med.*

S. [illegible] 9. Quantò quis cadit ab altiori ſtatu virtutis, non citò indè reſurgens, tantò graviùs ruit in omnia mala. *Part. 1. tit. 4. de voluntate [illegible] 3 poſt med. fol. 97. col. 1.*

10. Juſti cadunt, & reprobi: j[illegible] [illegible]gnoſcunt ubi cadunt, & ideo [illegible] [illegible] cadunt retrò, & non vident ubi [illegible] [illegible]gunt. *Part. 3. tit. 16. cap. 1* [illegible]

11. Mirari [illegible] homines, C[illegible] [illegible]um cadere [illegible] tamen continu[illegible] [illegible] [illegible]is mirandum [illegible]ſt, [illegible] *5. de Juſtitia cap. 12. [illegible] poſt [illegible] olum. 1.*

12. T[illegible] [illegible]ta humana fr[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]ur; ut ad aſpectu[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] proſt[illegible]r. *Ibidem, ut [illegible] col. 2.*

13. [illegible] dictum [illegible]ratur [illegible] quidam [illegible], ubi [illegible] tant[illegible] [illegible], ut eum [illegible] [illegible]retur q[illegible] [illegible]ares n[illegible] quer[illegible] [illegible] Quomodo [illegible] O[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] *E[illegible] 29. [illegible] Hieronym in princ. pag. 9.* [illegible]

14. [illegible] cæpi, [illegible] c[illegible]m [illegible] me[illegible] qui in Mo[illegible] [illegible]runt: ita non ſum [illegible] pejores q[illegible] qui in Monaſteriis ceciderunt. *[illegible]p. 13[illegible] ad [illegible]lerum, in fine, pag. 425. B. tom. 2.*

S. AUGUSTIN. 15. Quiſquis ſtat, videat ne cadat: & ſi ceciderit, veloc[illegible] [illegible]urgat. *De Spiritu & Anima cap 57. in princ. pag. 637. A. tom. 3.*

16. C[illegible] cader[illegible] di[illegible]gis, ſurgere negligis. *De ſalutaribus documentis, cap. 65. in princ. pag. 772. lit. C. tom. 4.*

17. Aud[illegible]o dicere ſuperbis eſſe utile cadere in aliquod apertum manif[illegible]ſtumque peccatum, undè ſibi diſpliceant, qui jam ſibi placendo ceciderant. *Proſecutio.*

18. Salubrius enim Petrus ſibi diſplicuit, [illegible]ando flevit, quàm ſibi placuit, quando præſumpſit. *Lib 14 de Civitate Dei, cap. 13. in fine pagina [illegible]7. lit. B. tom. 5.*

19. Meliùs expedit [illegible]mendari & [illegible]orrigi poſt lapſum, quàm in nequitiis permanere. *Lib. 1. contr[illegible] [illegible]lian. cap. 2. longe ante med. pagina 641. littera A. tom. 7.*

20. Multi cadere volunt cum David, & [illegible]lunt ſurgere cum David: non erg[illegible] cadendi exempl[illegible] propoſitum eſt, ſed ſi cecideris, reſur[illegible]ndi. *Prof.*

21. Attende, ne cada[illegible] [illegible] non ſit dele[illegible]atio minorum, lapſus majorum: ſed ſit caſus majorum, tremor minorum.

22. Audiant qui non ceciderunt, ne cadant: audiant q[illegible] [illegible]erunt, ut ſurgant. *Sup. Pſ 50. in princ pag. [illegible]1. B. tom. 8.*

23. [illegible] certamine [illegible]adit, niſi cujus [illegible]ndo cadat, [illegible] *med. verſ. 14. Fortitudo mea, &c. pag. [illegible]08. [illegible] tom. 8.*

24. [illegible]uicunque [illegible]on f[illegible] [illegible] [illegible] & ille [illegible]at, qui Deo frui [illegible] [illegible] [illegible] ca[illegible] 1. *Super Pſ. 121. [illegible] in princ E[illegible] [illegible] 2. [illegible]tantes erant pedes noſtri. pag. 585 B. tom 8.*

25. O quàm feliciter [illegible] qui po[illegible] [illegible]pſum felicius re[illegible]urr[illegible]xit. *Lib de diligendo Deo, cap. 6. in fine, pag. 508. D. tom. 9.*

26. Superbis continentibus expedit cadere, ut in eo ipſ[illegible] in quo ſe extollunt, humi[illegible]lentur. *Serm 65 de Verbis Dom. ante fi[illegible] pagina 14[illegible]. C. tom. 1[illegible]*

27. Timenda eſt ruina multitudinis, e[illegible] ſi non magnitudinis. *Serm. 1. Dom. Qui[illegible] [illegible] & in ord. 96. ante fin. pag. 5[illegible]6 [illegible] tom. 10.*

28. No[illegible] [illegible] [illegible] hom[illegible] qui ſponte ce[illegible]it, ita etiam ſpont[illegible] [illegible]urgere poteſt, niſi porrecta dextera Dei. *Lib. 1. de li[illegible] arbit. cap 2[illegible] in fine, pagina 464. littera D. tom. 1*

29. P[illegible] non dub[illegible] [illegible]cer[illegible], lapſus [illegible] à caſu[illegible] [illegible]ore [illegible] qua[illegible] De[illegible] p[illegible] [illegible]no vident. [illegible] *in princip.* [illegible] *tom.* [illegible]

[illegible] cidit, ad [illegible] ſtatum a quo l[illegible]pſu[illegible] eſt, non [illegible] ſui[illegible] [illegible]ara r[illegible] [illegible]r. Pr[illegible]

[illegible] ben[illegible] [illegible] alicno qu[illegible] [illegible]idit pro[illegible]

Nec [illegible] no[illegible] ſu[illegible] dic[illegible] [illegible]us eſt c[illegible], quia [illegible]tur reſurgere, nec propterea [illegible] [illegible]urre[illegible] quia non [illegible]ic no[illegible] ertum eſt [illegible]cidi[illegible]. *Contra F[illegible] [illegible] [illegible]poſt init. pag. 543. B. tom 6.*

V. B[illegible] [illegible] Sæp[illegible] ventis agitatur [illegible]ngens pinus, & [illegible] turr[illegible] [illegible]te caſu decidunt *Tom 2. in ſuis Proverb. verbo [illegible] pag. 198.*

34. [illegible]us & lap[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]da eſt h[illegible] [illegible]ocadunt [illegible] [illegible] [illegible]ut conciti ſu[illegible] [illegible] *S ant* [illegible]

35. [illegible]ne[illegible] lapſuru[illegible] [illegible]imida, c[illegible] [illegible] *Idem verſ* [illegible]

36. [illegible] [illegible] E[illegible] [illegible] qui no[illegible] [illegible]adat & [illegible] *[illegible]up. P[illegible] [illegible] pag.*

S. BERNAR[illegible] [illegible] q[illegible] [illegible] profe[illegible]

Vius [illegible] *Ezech. Ante finem* [illegible] *col.* [illegible]

S. Bernard. 38. Nu[illegible] eſt [illegible] ac in cœlo, neque in Paradiſo, [illegible] *Prof.*

39 In [illegible] enim [illegible] t Ang[e]lus ſub præſentia divinitatis, Adam in Paradiſo de loco voluptatis, Judas in mundo [illegible] ſchola Salvatoris. *Serm. de ligno, fœno & ſtipula, in princ. fol.* 10[illegible] *3 G.*

40 Cadit aſina, & eſt qui ſublevet eam: perit anima, & nemo eſt qui reputet. *Lib. 3. de conſider. ante fin. fol.* 282 *col. 1 A.*

41 P[e]ccantis [i]pſius non dono adſcribendus eſt poteſtatis, ſed vi[ti]o voluntatis. *Prof.*

42. L[ib]eri d[a]tum fuit voluntati poſſe ſtare ne caderet, non tamen reſurgere ſi caderet. *De [g]ratia & libero arb. ante med.* [illegible] *col. 2. F.*

43. Statim la[bi]tur cordis [illegible]ia, ſubtracta divina gratia *De Medit. cap. 9. ante med. folio* 324. *colum. 3. litt. H.*

44. Nu[l]lus ſit caſus, quem non meditatio prævenit: nullus ſit caſus, qui te imparatum inveniat. *De Interiori domo, cap. 45. circa med. folio* 331 *columna 1 lit. B.*

45. Voluntate ſua cadit, qui cadit; & voluntate ſua ſtat qui ſtat. *Ibidem, cap. 40 folio* 330. *col. 3. I.*

46. U[n]uſcuju[s]que [la]pſus tantò majoris eſt criminis, quantò priuſquàm caderet, majoris erat virtutis. *Ibid. cap. 50. in fine,* [fol]. 331. *col. 3. H.*

47 Felix homo, qui ſic ambulat, ut non cadat: aut ſi ceciderit, [u]t ſtatim reſurgat. *Prof.*

48 [illegible] ctor verò eſt, qui nunquàm cecidit, felicisſimus autem eſt, qui cu[m] D[eo] regnat omnium [illegible] caſu *Ibidem, cap. 68* [illegible] *I.*

49 A minimis incipiunt, qui [in] maxima proruunt. *De Ordine* [illegible] *col. 4. M.*

50. Q[ui] [l]oca peri[c]ulo[ſ]a vadit, citò cadit. *Ser.* 1[illegible] *ad* [illegible] *ſecundo volumine, in princ.* [fo]*lio* 85. *col.* [illegible] *G.*

51 Quis non vi[de]t, q[uo]d ſicut in multis cecidi, ſic & in alia poteram cecid[iſſe] [p]eccata, niſi omnipotens pietas me conſervaſſ[et]. *Ser. 1 Vigilia SS. Petri & Pauli,* [illegible] *48. col. 1 B*

52. Qui ſuo ſine alieno impulſu cadere poteſt, alieno ſine ſuo [illegible] p[illegible] *Serm. 85 ſuper Cantica ante med. folio* [illegible]*2. col.* [illegible] *H.*

53. Homines aliquando cadere neceſſe eſt dùm in hoc ſeculo d[illegible]entur: ſed alii colliduntur, alii non, q[uia] Deus ſuppo[nit] manum ſuam. *Ser. 2. ſup. Qui habitat. ante med.* [fol]*io 74. col. 4. K.*

54. Septies cadit juſtus, & ſ[e]pties reſurgit; ſi tamen c[ad]at in die, ut ſe cad[ere] videat, & ce[cidiſſe] il[le] ſciat, & reſurgere cupiat, & requirat manum adjuvantis *Ser.* 1[illegible] *ſup.* [illegible] *poſt init ſup. illud, Proverb 27. Septies cadit juſtus folio 146. c[ol].* 2. *F*

55 Aut aſcendas n[eceſſ]e eſt, aut deſcendas, [illegible] ruas neceſſe [illegible] *p. 91. ad Abbates ante fin* [illegible] *B*

56. [illegible] pe[illegible]or! nec caſus [illegible] *S[er]m. ad* [C]*lerum in Concilio R[he]menſi, prope med. fol. 61.* [illegible] *D.*

S. Bo[illegible] 57. Cauſa [illegible] eſt ru[in]a p[r]æl[at]orum. *Sup. Lamen[t]. Hieremi.* [illegible] *ante me*[illegible] *Porta ejus deſtr*[illegible] *pagina 413. column. 1.* [illegible] *tom. 1.*

58. Nemo ſtat n[illegible] enente: n[illegible] Deo permittente. *Ser 1 de S. Ambro[ſi]o, ant*[illegible] *12*[illegible]*, col* [illegible] *tom.*

Fun[d]at[a] eſt d[o]mus noſtra [i]n arena, & [illegible] minatur [illegible] m [illegible] tur ni[illegible] c[illegible] *S[er]m. de SS. Apo*[illegible] *me*[illegible] *10*[illegible].

[illegible]

am[illegible]

tur [illegible]

[illegible] aux [illegible]

61. [S]unt hodiè homines can[illegible] mos eſt, ut ſi unus percutitur, ab [illegible] tur. *Serm 9. de SS. Apoſtolis prope med.* [illegible] 07. *col. 2. tom. 3.*

62 Homo poteſt per ſe corruere, ſed nullatenus poteſt reſurgere ſine adjutorio divinæ gratiæ *Part. 5. breviloquii cap. 3. in princip. pagina 33.* [col]. *2. B. tom. 6 part. 1.*

63. O anima debilis & infirma, quæ tam facilis eſt, & tam prona ad cadendum, tam di[fficilis] ad ſurgendum? *In Soliloquio, cap. 2. ante med pa[g]. 114. column. 1. A. tom.*

Clem. Alex. 64. Hac ſolùm ratione fit, ut quis nunquàm labatur, ſi Deum ſibipſi ſemper adeſſe exiſtimat. *Lib.* [illegible] *Pedagogi, cap. 5. in fine folio 40. D.*

65 Melius eſt labi pedibus, quàm oculis. *Ibid. lib. 2. cap. 6. fol. 35. pag. 2. E.*

S. Cyprian. 66. Quàm pernicioſa res eſt, ad ſequentium lapſum ruina præpoſiti! *Epiſt 4. circa med. pag. 12. col. 2. tom. 1.*

67. Nihil tàm ſævum, tàm durum, tàm triſte, quàm cecid[iſſe] de alto pudicitiæ gradu. *De bono pudicitiæ cap. 4. in fine. pag 422. col. 1. tom. 3.*

68. Nimiùm præceps eſt, qui tranſire contendit ubi alium conſpexerit cecidiſſe. *De ſingular. Clericor. in princ. pag. 521. col. 1. tom. 3.*

Dionysius Ca[illegible] 69. Quantò aliquis ſeipſum erigit altiùs, inaniùſque extollit, tantò meretur profundius cadere. *Sup. Ep. ad Roman. cap. 1. art. 4. poſt med. fol. 4. G.*

S. Eli[illegible] 70 Peccator dùm labitur, de miſericordia Dei præſumat, apud quem nullas patitur veniæ moras vera con[illegible] *Hom 9. poſt me[d]. apud Biblioth. Patr. tom. 7. pag. 245. column. 1. B. edit. Colonia 1618.*

S. Eusebius Cæsariens. 71. Qui ſanctior & ſapientior eſt, plus ſemper t[i]meat cadere; nam qui altiùs eſt, cadens, majores caſus recipit. *Epiſt. ad Damaſ. Papam, longè ante med. de mort. D. Hieron. quæ habetur, apud D. Hieronym. tom. 4. Ep. 61. pag. 246. C.*

S. Eusebius Emissen. 72. Difficilè ut non cadere in gravia permittatur, qui minùs gravia non veretur. *Hom. de initio Quadrag. in*[illegible] *apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 552. colum. 1.* [illegible] *edit. Colon. 1618.*

[illegible] Tit[illegible] 73. Si quando contigerit ut juſtus ex humana [fragi]litate ad caſum declinet, præſervatus erit ne collidatur, ſive confringatur, ut non omninò cadat ad mortem, [ſed] quantociùs reſtituatur in ſtatum priſtinum. *Sect. 3, ſup. Pſalm. 36. poſt med. verſ. 25. Cum ceciderit non collidetur pag. 31*[illegible].

74. Aliquando Deus permittit bonos cadere, [illegible] reſurgant fortiùs in virtute. *Sup. 4. Reg. cap.* [illegible] *C. Moraliter. tom. 2.*

75. Ad cavendum non movet pedem, [illegible] *Sup. Pſ. 120. col. 1425 B. tom. 3.*

76. Cadunt, qui ſibi volunt eſſe fortitudo & [illegible]tio: [illegible] non cadit, cui Dominus eſt fortitudo & [illegible] t[illegible], [illegible] nec Dominus cadere pote[ſt]. *Sup. Pſ.* [illegible] *illud, Everſus ſum ut caderem, columna* [illegible] *litt.* [illegible] *tom*

[illegible] Peccantis fuit c[orr]uere, ſed miſer[icordiæ] Dei [illegible] *ſup.* [illegible] *cap* [illegible] *l. 979. B. tom. 4.*

[illegible] N[obis] [illegible] quo [c]ecidimus: D[eo], quo ſurgimus. [illegible] *ap 5* [illegible] *4.*

9. [illegible] poſſ[illegible] qu[illegible] bet ſ[illegible] n[illegible] in[illegible] tis: nec [illegible] D[illegible] ſurgunt. [illegible] *B.* [illegible] *in* [illegible] 1380. [illegible] *tom. 6.*

[illegible] u[n] permittit [D]eus [illegible] qui ei [illegible] *Sup. Apocal. cap.* [illegible] *colum. 15* [illegible] *tom.*

[illegible] lapſus qu[illegible] qu[illegible] mod[illegible] *in* [illegible] *Pat*[illegible] [illegible] *Sed* [illegible] *2 c 13. edit*[illegible]

S. GREGORIUS MAGN.

82. Sæpè qui contemplari Deum quieti poterant, occupationibus preſſi ceciderunt. *Lib.6. Moral. cap.17. in medio. num. 26. col. 204. A. tom. 1.*

83. Mens juſtorum etſi libera eſt à perverſo opere, aliquando tamen corruit in perverſa cogitatione. *Lib. 18. Moral. cap. 5. verſus finem, num. 4. col. 587. C. tom. 1.*

84. De ſtatu ſuo David cadente nemo ſuperbiat, de lapſu etiam ſuo David ſurgente nemo deſperet. *Ibid. lib. 33. cap. 10. prope finem. num. 15. col. 1141. A.*

85. Tantò faciliùs ruina ſequitur, quantò apud ſe quiſque impudentiùs exaltatur. *Ibid. lib. 34. cap 18. ante med. num. 18. col. 1191. B.*

86. Tantò quiſque graviùs corruit, quantò antequàm caderet in conſpectu Dei altiùs aſcendit. *Sup. Pſ. 4. verſ. 3. col. 567. B. tom2.*

87. Quid Paradiſo jucundius, quid cœlo ſecurius? & tamen homo ex Paradiſo peccando, & Angelus cecidit è cœlo. *Lib. 6. in Regiſtro cap. 169. Ep. 5 ad Cyriacum Epiſc. Conſtantinop. in medio, indict. 15. columna 865. B. tom. 2.*

88. Cùm allevatur, dejicitur, qui honoribus proficit, & moribus cadit. *Ibidem, lib. 7. indict. 2. cap. 125. Epiſt. 125. ad Leandrum Epiſc. Hiſpaniarum. ante med. ſup. illud Pſal. 72. Dejeciſti eos, dum allevarentur, col. 999. lit. B.*

89. Cùm magni viri cadunt, communi judicio tradendi non ſunt, quia priora opera promerentur, ut poſteriorum gravitas levigetur. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 4. poſt med. ſup. illud 1. Ergone Jonathas morietur? col. 1553. B. tom. 2.*

90. Plerúmque alterius caſus, alterius ſolet eſſe cantela. *Lib. 4. in Regiſtro. indict. 13. cap. 100. Epiſt. 56. in princ. col. 823. B. tom. 2.*

91. Dum magna proruunt, minima eriguntur. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 3. ante med. ſup. illud, Cùm adhuc Saul, &c. col. 1509. B. tom. 2.*

92. Angelus ſua malitia cecidit, hominem verò aliena proſtravit. *Lib. 4. Mor. cap. 10. in princ. num. 9. col. 99. C. tom. 1.*

93. In unoquoque lapſu à minimis ſemper incipitur, & ſuccreſcentibus defectibus ad graviora pervenitur. *Ibidem, lib. 31. cap 9. poſt med col. 1055. B.*

94. Sæpè committunt homines mala, quæ ſciunt; & idcircò permittuntur decipi, ut cadant etiam in mala, quæ neſciunt. *Ibidem, lib. 11. cap. 7. poſt med. col. 381. lit. C.*

95. Clauſis oculis cordis, eò anima præcipitatur in infimis, quò obſcuratur à ſummis. *Ibidem, lib. 26. cap. 8. in fine, col. 859. D.*

96. Anima quæ dùm caderet, volens appetiit: dùm conatur ſurgere, cogitur invita tolerare. *Ibid. lib. 24. cap. 7. poſt med. col. 811. A.*

97. Toties apud Deum labimur, quoties à recto itinere infirmæ cogitationis pede claudicamus. *Lib. 25. Moral. cap. 3. ſub finem. num. 4. col. 28. A. tom. 1.*

98. Omnis qui in peccati mortem ceciderit, non inconvenienter poterit cadaver vocari; cadaver enim à caſu dicitur. *Profec.*

99. Quaſi exanimis namque jacet, qui juſtitiæ vivificantem ſpiritum non habet. *Ibidem, lib. 31. cap. 22. a principio. num. 37. col. 1090. D.*

100. Malignus ſpiritus tantò ſibi factum lucrum grande credit, quantò ſanctioris viri animam ad lapſum inclinat. *Lib. 3. dialogi, cap. 7. paulò ante med. col. 1386. B. tom. 1.*

101. Turpe nimis eſt, ibi nos cadere, undè conati ſumus alios levare. *Hom. 18. ſup. Ezech. longe ante med. col. 253. D. tom. 2.*

102. Deus ſtantibus, ſi ceciderint, minatur pœnam: lapſis verò, ut ſurgere appetant, promittit miſericordiam. *Prof.*

103. Illos terret, ne præſumant in bonis: iſtos refovet, ne deſperent in malis.

104. Juſtus es? iram pertimeſce ne corruas: peccator es? præſume de miſericordia ut ſurgas. *Hom. 34. ſup. Evang. poſt med. col. 482. C. tom. 2.* S. GREG MAGN.

105. Fructus mundi, ruina eſt: ad hoc enim creſcit, ut cadat; ad hoc cadit, ut germinet: ad hoc germinat, ut quodcunque germinaverit, cladibus conſumat. *Ibid. Hom. 1. circa med. col. 320. B.*

106. Par fructus boni operis eſſe non debet ejus qui in nullis, & ejus qui in quibuſdam facinoribus cecidit, & ejus qui in multis eſt lapſus. *Ibid. Hom. 20. paulò ante med. col. 398. B.*

107. Pravi quique dùm temporali honore ſuffulti foris videntur ſurgere, intùs cadunt. *Prof.*

108. Allevatio enim pravorum, ipſa ruina eſt. *Lib. 1. in Regiſtro. indict. 9. cap. 5. Ep. 5. ad Theotiſtam, in fine, col. 642. C. tom. 2.*

109. Ita ſunt humani lapſus, ut quod in ſpirituali virtute deficit, in carnali vita roboretur. *Lib. 4. in 1. Reg. cap. 1. in fine, col. 1393. B. tom. 2.*

110. Septies cadit juſtus, & reſurgit: ſi cadit, quomodo juſtus? ſi juſtus, quomodo cadit? ſed juſti vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam ſemper reſurgit. *Ep. 46. ad Ruſticum poſt med. pag. 222. C. tom. 1.* S. HIERONYM.

111. Excelſa periculoſiùs ſtant, & citius corruunt quæ ſublimia ſunt. *Sup. Daniel. cap. 3. in princ. pag. 573. col. 2. D. tom. 5.*

112. Non tantùm gloriæ eſt poſt victoriam, quantùm ignominiæ poſt ruinam. *Tom. 1. Ep. 4. ad Ruſtic. non procul ab initio, pag. 43. A.*

113. Rectius fuerat homini ſubiiſſe conjugium, ambulaſſe per plana, quàm ad altiora tendentem, in profundum inferni cadere. *Tom. 1. Ep. 22. ad Euſtochium, poſt init. pag. 136. C.*

114. Non eſt tanti gaudii excelſa tenuiſſe, quanti mœroris de ſublimioribus corruiſſe. *Lib. 13. ſup. Ezech. cap. 44. in fine, pag. 549. B. tom. 5.*

115. Ego peccator ſum, iſte peccator eſt, quid ad te quòd ceciderit? teipſum conſidera, ne cadas. *Prof.*

116. Quid in alterius ruina exultas? numquid ſi ego cecidero tu ſtabis?

117. Licèt ruina mea ſit ruina fratris; timor tuus eſſe debet, non exultatio.

118. Ille cecidit, lætaris; an triſtis es? reſponde mihi: frater cecidit, aut lætus es, aut triſtis: ſi lætus es, ut quid in alterius ruina lætus es? ſi autem triſtis es, quid circuis, quid aliis narras? triſtitiam tuam Deus videat, & ipſe frater ſentiat, non fratrum aures audiant. *Sup. Pſalm. 119. verſ. 2. A labiis iniquis, &c. pagina 215. D. tom. 8.*

119. Carnale eſt cadere, ſed diabolicum jacere. *Sup. Marc. cap. 14. can. 6. num. 167. pag. 109. C. tom. 9.*

120. Impius poſt caſum oculos aperit, quia quàm malè geſſerit, cognoſcit. *Sup. Pſ. 13. fol. 26. col. 4. Moral. tom. 2.* HUGO CARD.

121. Habet undè cadat, qui in alto eſt. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 7. fol. 42. col. 4. tom. 7.*

122. Animæ amiſſo decore caſtitatis per lapſum, non inveniunt pinguedinem internæ charitatis, ſed abſque fortitudine virtutum vagantur mobiliter ante faciem diaboli. *Sup. Thren. cap. 1. Moraliter fol. 286. column. 2. tom. 4.*

123. Permiſit Dominus Petrum cadere multiplici de cauſa ſc.
- Primò, ut confundatur Marcion hæreticus.
- Secundò, ut nemo de ſe præſumat.
- Tertiò, ut plus Chriſto, quàm ſibi credat.
- Quartò, ut ejus comprimatur audacia.
- Quintò, ut Petrus convinceretur.
- Sextò, ut alii inſtruerentur.
- Septimò, ut ſciret Petrus qualiter aliis commiſereretur. *Sup. Matth. cap. 26. fol. 81. col. 4. tom. 6.*

S. Joan Dam. 164. Proximi caſum ne ride, verùm ipſe quidem quàm tutiſſimè poteris, incede: ei autem, qui humi jacet, manum porrige. *Lib. 1. Parallel. cap. 11. in princip. fol. 11. pag. 2. B.*

Joan. Trith. 165. Humanæ fragilitatis eſt cadere, ſed pertinaciæ diabolicę, dejectum in luto ſceleris permanere. *Hom 13. ad Monach. in princ. pag. 463. col. 1.*

S. Isid. Hisp. 166. Studeamus aut non cadere, aut citò converſi à lapſu reſurgere. *Lib. 2. de ſum. bono, cap. 23. ſent. 9. pag. 648. col. 1.*

167. Humilitas lapſum non novit, humilitas lapſum nunquàm lapſa eſt. *Et habetur apud Bedam, in ſuis ſententiis cap. 4. col. 278. tom. 7.*

S. Isid. Pelus. 168. Optabilior eſt lapſus è pavimento, quàm à lingua: multi quippè cùm cecidiſſent, reſurrexerunt: ob prolatum autem ſermonem, interierunt. *Lib. 1. Ep. 459. ad Theraſium, apud Bibl. Patrum, tom. 5. pag. 517. col. 2. H. edit. Coloniæ* 1618.

Lact. Firm. 169. Nec deficiat aliquis, nec de ſe deſperet, ſi aut cupiditate victus, aut libidine impulſus, aut errore deceptus, aut vi coactus, ad injuſtitiæ viam lapſus eſt: poteſt enim reduci ac liberari, ſi eum pœniteat actorum, & ad meliora converſus, ſatis Deo faciat. *Lib. 6. de vero cultu, cap. 24. in princ. pag. 282.*

170. Nemo poteſt eſſe tàm prudens, tàm circumſpectus, ut non aliquando labatur. *Ibidem, ante med. pag. 282.*

171. Plus habent ponderis ad ruinam, quæ ſunt cæteris altiora. *Lib. 7. de divino præmio, cap. 15. poſt med. pag. 315.*

S. Laur. Just. 172. Nimiùm præceps eſt, qui tranſire contendit, ubi conſpexerit alium cecidiſſe. *Prof.*

173. Vehementer effrænis eſt, cui non incutitur timor de alieno caſu. *In ligno vitæ part. 1. de timore, cap. 4. ante med. pag. 5 col. 1. D.*

174. Faciliùs prudentes labuntur, quàm ſimplices. *Part. 2. de Regim. prælat. cap. 22. ante med. pag. 608. col. 2. lit. A.*

Ludovicus Blosius. 175. Corruiſti? ſurge: iterùm corruiſti? iterum ſurge: corruiſti tertiò, & quartò, & ſæpiùs? ſurge rurſum, geme, plange, ſuſpira, humiliare, & Deus non te deſeret. *Prof.*

176. Quarè etiamſi centies, etiamſi millies intra unius horulæ ſpatium lapſus fueris, toties reſurge, quoties cadis. *In canone vitæ ſpirit. cap 1. in princ, pag 1. col. 1.*

177. Multos graviter corruere ſinit Deus, ut proprio caſu eruditi meliores reddantur. *Prof.*

178. Nemo tamen poſt ruinam melior reſurgit, quàm futurus erat, ſi non cecidiſſet. *Ib. cap. 3. poſt med. p. 3. col. 2.*

S. Machar. 179. Nunquàm humilis labitur, nam undè labi poſſet, qui ſub omnibus eſt? *Hom. 19. ſub fin. apud Bibl. Patr. tom 4. pag. 76. col. 1. C.*

S. Nilus. 180. Qui ex humili loco cadit, celeriter ſurgit: qui autem ex alto decidit, mortis adit periculum. *Orat. 8. de ſuperbia in fine, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 972. col. 1. D. edit. Coloniæ* 1618.

Origen. 181. Ex his qui in ſummo perfectoque conſtiterint gradu, non arbitror quod ad ſubitum quis evacuetur ac decidat, ſed paulatim & per partes defluere eum neceſſe eſt. *Lib. 1. Peri Archon. cap. 3. in calce, pag. 428. col. 1. I. tom. 1.*

Petrus Blesens. 182. Cùm omni peccato per pœnitentiam medeamur, ſolus lapſus virginum reſtitutionis remedium non meretur. *Ep. 35. ad Anſelmam ſanctimonialem, in calce, apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 731. colum. 1. lit. A. edit. Colon.* 1618.

183. Humanum eſt delinquere, ſed inhumanum atque diabolicum, non à peccato reſurgere. *Ibid. Ep. 88. ad Abbat. Theobertenſ. in fine, pag. 773. col. 1. D.*

184. Penſate vos, qui eſtis poſiti in ſuperlativo gradu hominum, ſi tantus eſt lapſus à gradu poſitivo, quàm gravior eſt à ſuperlativo. *Serm. 47. circa init. apud Biblioth. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 909. columna 1. lit. D.*

S. Petr. Dam. 185. Deus, quos in perpetuum eligit (ne aliqua elatione ſuperbiant) aliquando cadere permittit. *Ser. 18. de S. Vitali, poſt init. pag. 187. col. 1. tom. 2.*

186. Si adhuc ſtas, præcipitium cave: quod ſi lapſus es, ad unum pœnitentiæ (qui ubique præſtò eſt) manum fiducialiter tende *Opuſc. 7. cap. 24. in fin. pag. 461. col. 2. E. tom. 3.*

187. Inſignis præconii eſt eum, qui corruerat in ruinam, inopinatam reportare victoriam. *Opuſc. 48. cap. 4. circa med. pag. 714. col. 2. A. tom. 3.*

S. Prosper. 188. Si quis fortè aliqua victus tentatione corruerit, non abſorbeatur triſtitia, nec de Dei miſeratione diffidat. *Lib. 2. de vocat. gentium, cap. 37. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 185. col. 1. C.*

189. Qui de caſu pereuntis exultat, neceſſe eſt ut priùs pereat ipſe, quàm alium perdat, & ab ipſo ea perditio, qua perire alium cupit incipiat. *Lib. 2. de vita Contemplat. cap. 29. in calce, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 80. col. 1. D.*

Rich a S. Victore. 190. Juſtum valdè eſt, ut qui ex divinis muneribus inſolenter intumeſcit, ex propria ruina diſcat, quàm nihil ſit, & per ſemetipſum quàm nihil poſſit. *Part. 1. lib. 2. de erudit. hom. interior. cap. 30. poſt med. pag. 148. col. 2. lit. C.*

Salvianus. 191. Licèt quique lapſi ſint, non commorentur in lapſu, nec in volutabris ſuis ſordentium Suum more verſentur, ſed illicò ſurgant. *Prof.*

192. Ac, ſi fieri poteſt, tàm velox ſit remedium reſurgentis, ut vix poſſit veſtigium apparere collapſi. *Lib. 1. ad Eccleſ. Catholic. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part 3. pag. 367. col. 1. C.*

193. Nullus dandus eſt diabolo locus, ut qui ſtantes impulit in ruinam, lapſos præcipitet in mortem. *Ibid. ut ante D.*

S. Serapion. 194 Qui in parvis labitur, labetur aliquando in majoribus: & qui non eſt ſeductus à parvis, erit ita contra majora munitus & tutus, ut ei reſiſti non poſſit. *Contra Manichæos poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 104. E. edit. Coloniæ* 1618.

S. Thomas Aquinas. 195. Non permittit Deus aliquos cadere, quin alios erigat. *Part. 1. quæſt. 23. art. 6. in corp. ad 1. pagina 50. col. 2.*

196. Deus permittit aliquos cadere in peccatum, ut peccatum ſuum agnoſcentes humilientur, & convertantur. 1. 2. *quæſt. 79. art. 4. in corp. pag. 140. col. 2.*

Thomas à Kempis. 197. Multi fortes ceciderunt, quia nimis de ſeipſis præſumpſerunt. *In hortulo Roſar. cap. 9. ſect. 2. pag. 519. tom. 2.*

198. Qui nunquàm cadit, ſolus Deus eſt: quare ergo rides de lapſu alterius? qui ſtas, vide ne cadas, deride lapſum tuum. *Ibidem, cap. 11. in fine, pag. 521.*

In vitis Patr. 199. Omni ſtudio ac diligentia provideamus, ne corruamus; neque enim cadere athletam decet, quandoquidem multi cùm cecidiſſent ſeſe erigere minimè potuerunt. *Lib. 1. in vita Barlaam & Joſaphat. cap. 11. ſub fin. pag. 268. col. 1.*

200. Si labi contigerit, ſtatim enitendum eſt ut reſiliamus: & quoties cadere contigerit, toties etiam ſtatim uſque ad extremum vitæ diem curandum eſt ut reſurgamus. *Ibid. in fine, pag. 268. col. 2.*

201. Non eſt novum cadere in luctamine, ſed malum eſt jacere dejectum. *Prof.*

202. Revoca undè extuleras pedem fortiter, te cadente riſit inimicus, ſed fortiorem te ſentiat reſurgentem.

203. Lubricum eſt genus mortalium, ſed ſicut citiùs cadit, ſic iterùm velociùs per Dei adjutorium ſurgit. *Libr. 1. in vita Mariæ neptis Abrahæ cap. 9. ſub finem, pag. 371. col. 2.*

Sententiæ Paganorum.

Cicero. 204. Omnibus modis fulciendi ſunt, qui ruunt. *Lib. 3. Tuſcul. quæſt. poſt med. col. 221. G. num. 61. tom 4.*

SENECA. 205. Si magnus vir cecidit, magnus jacuit. *De Conſol. ad Helviam, cap. 13. in fine, pag. 639. tom. 1.*

206. Quid jaces? ad imum delatus es? nunc eſt reſurgendi locus. *Lib. 3. quæſt. in medio præfationis, pag. 699. tom. 1.*

207. Sæpè majori fortunæ locum fecit injuria: multa ceciderunt, ut altiùs ſurgerent, & in majus. *Ep. 91. poſt med. pag. 760.*

PLINIUS II. 208. Frequentior currentibus, quàm reptantibus lapſus: ſed his non labentibus vis nulla, illis nonnulla vis etiam ſi labantur. *Lib. 9. Epiſt. 26. ad Lupercum, in princip. pag. 257.*

Vide etiam Tit. Adventus. Sent. 17. Apoſtaſia. Sent. 39. 40. Aſcendere. Sent. 61. 70. 89. Auxilium divinum. Sent. 25. Miſericordia Dei. Sent. 6. Mortalis. Sent. 71. Neſcire. Sent. 50. Ordo in genere. Sent. 27. Pauli Encomia. Sent. 1. Pœnitentia. Sent. 200. Prædicatio. Sent. 126. Profectus. Sent. 10. Recidivatio: per totum. Reſurrectio à peccato: per totum. Sacerdos. Sent. 10. Securitas. Sent. 15. Superbia. Sentent. 187. Virginitas. Sent. 103. & 105.

Cæcitas.

DEFINITIO, DIVISIO, PRODUCTIO ET COMPARATIO.

DEFINITIO.

COLLECTOR. CÆCITAS, eſt privatio totalis viſus, etiam oculis retentis.

S. BONAVENT. Cæcitas mentis, eſt voluntas faſtidiens, deſpiciens ſuperiora & ſpiritualia. *Part. 1. Centiloquii. ſect. 24. circa med. pag. 65. col. 2. B. tom. 6.*

DIVISIO.

S. ANTONIN. Triplex cæcitas eſt avari.
- Prima, damnationis.
- Secunda, derelictionis.
- Tertia, habitationis. *Part. 2. tit. 1. cap. 2. §. 2. ferè in princ. fol. 10. col. 2.*

HUGO CARD. Quadruplex eſt cæcitas, ſcilicet.
- Spiritualis.
  - Infidelitas.
  - Invidia.
  - Inobedientia.
  - Ignorantia.
- Corporalis.
  - A natura.
  - Ex ſenio.
  - Ex morbo.
  - Ex auriſia, vel acriſia.

Sup. Iſayam, cap. 42. fol. 96. col. 2. tom. 4.

PRODUCTIO.

S. ANTONIN. Cæcitas mentis, prima eſt filia luxuriæ. *Part. 2. tit. 5. de luxuria, cap. 9. §. 1. in princ. fol. 196. col. 3.*

COMPARATIO.

S. THOMAS AQUINAS. Sicut cæcitas corporalis eſt privatio ejus, quod eſt principium corporalis viſionis: ita etiam cæcitas mentis eſt privatio ejus, quod eſt principium mentalis ſive intellectualis viſionis. *Secunda ſecund. quæſt. 15. art. 1. in princ. corporis, pag. 29. col. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. Tanta eſt cæcitas hominum de cæcitate etiam gloriantium. *Lib. 3. Confeſſ. cap. 3. in medio, pag. 59. B. tom. 1.*

2. Quid iſta cæcitate tenebroſius, ad obtinendam inaniſſimam gloriam errorem hominis aucupari, & Deum teſtem in corde contemnere? *Sup. Ep. ad Galatas, expoſit. capituli 6. in medio pagina 883. littera A. tom. 4.*

3. In rebus humanis tanta cupiditate cæcantur homines, ut non videant. *Sup. Pſal. 123. paulo poſt med. verſ. 4. pag. 1002. C. tom. 8.*

4. Cæcitas contigit in primo homine per peccatum. *Tract. 44. ſup. Evang. Joan de cap. 9. in princ. pag. 221. A. tom. 9.*

5. Cæcitas, eſt infidelitas; & illuminatio, fides. *Ibidem.*

6. Cæcitas ipſa, eſt peccatum: qui ſe putant videre, & medicum non quærunt, in ſua cæcitate permanent. *Ibidem, prope finem, pag. 224. D.*

7. Cæcus non videt foveam, in quam cadit; qui ſponte facit peccatum, videns & ſciens, cæcus eſt, & præcipitio ſe tradit. *De Contritione cordis cap. 8. prope med. pag. 575. C. tom. 9.*

8. Uſque adeò cæcitas mentis occuluit, ut omnia bona velit habere homo præter ſeipſum. *Homil. 25. ante fin. pag. 326. C. tom. 10.*

9. Totus mundus cæcus eſt, omnes cæcos naſci fecit, qui primum hominem decepit: ideò venit Chriſtus illuminator, quia diabolus fuerat excæcator. *Hom. 43. in princ. pag. 365. A. tom. 10.*

10. Rectè dicuntur oculi tantò eſſe ab hac luce longiùs, quantò fuerint cæciores. *Profec.*

11. Quid tàm longè eſt à luce, quàm cæcitas, etiamſi lux præſto ſit, atque oculos perfundat extinctos? *Epiſt. 57. ad Dardanum, ante med. pagina 178. C. tom. 2.*

12. Quis non hominem ſe malit eſſe etiam carne cæcum, quàm belluam videntem? *Lib. 14. de Trin. cap. 14. ante finem, pag. 311. A. tom. 3.*

13. Deum videre, mentis cæcitas non poteſt. *De 83. quæſt. quæſt. 22. in fine, pag. 379. B. tom. 4.*

14. Quàm ſubtiliter ille antiquus hoſtis, cæcitatem ante oculos mentis noſtræ obducit, ne diſcernere valeamus gaudium hujus ſeculi, & gaudia Regis æterni. *De ſalutaribus documentis cap. 11. in princ. pag. 752. D. tom. 4.*

15. Quiſquis beneficia Dei non videt, cæcus eſt. *Lib. 1. de Civitate Dei, cap. 7. in fine, pagina 6. littera D. tom. 5.*

16. Prævaricatorem legis lux deſerit veritatis, qua deſertus fit cæcus. *De natura & gratia cap. 22. in princip. pag. 500. D. tom. 7.*

17. Quomodo homo poſitus in ſole cæcus, præſens eſt illi ſol, ſed ipſe ſoli abſens eſt: ſic omnis ſtultus, omnis iniquus, ſic omnis impius cæcus eſt corde. *Tract. 1. ſup. Evang. de cap. 1. in fine, pag. 9. A. tom. 9.*

18. Cæcus factus eſt Paulus, ut interiore luce cor ejus fulgeret: exterior lux ad tempus ſubtracta eſt, ut interior redderetur. *Ser. 1. Converſ. S. Pauli & in ord. 14. circa med. pag. 850. D. tom. 10.*

19. Samſon dùm cum Philiſtæis pugnavit, non potuit capi ab hoſtibus; ſed poſtquàm dormivit in ſinu fœminæ, & otioſè cum ea remanſit, mox capitur & cæcatur. *Ser. 17. ad fratres in Eremo, poſt med. pag. 933. A. tom. 10.*

S. BERNARD. 20. Felix cæcitas, qua malè quondam illuminati in prævaricatione, tandem in converſione ſalubriter excæcantur. *Ser. 1. in Converſ. S. Pauli prope finem, fol. 23. col. 3. I.*

21. Cæcitas eruditione indiget, & doctrina. *Serm. 11. de parvis ſermonibus. in princ. fol. 118. col. 3. I.*

22. Cauſa cæcitatis, eſt contemptus veritatis. *Ep. 18. ad Petrum Card. ante med. fol. 211. col. 4. L.*

23. Cæcitate fit, ut oculus nequam veritatem non agnoſcat. *De precepto & diſpenſ. poſt med. fol. 293. col. 1. C.*

S. BONAVENT. 24. Quatuor ſunt, quæ animam peccantis excæcatam videre faciunt.
- Tribulationis purgatio.
- Chriſti Incarnatio.
- Veritatis prædicatio.
- Gratiæ inſpiratio. *Serm. 4. Quinquag. in princip. pag. 60. col. 1. ſup. illud Luc. 18. Confeſtim vidit. tom. 3.*

S. Bonavent. 25. Tantò pejor eſt cæcitas mentis, quàm corporis, quantò anima corpus excedit, & longè magis : eo quòd cæcitas carnis, à recta via non excludit, nec impedit; ſed potiùs auxilium tribuit : cæcitas autem mentis viam præcludit, dùm homo qua via eundum ſit, non advertit. *Serm. 2 de Ss. Evangel. & in ord. 12. circa med. pag. 312. col. 2. tom. 3.*

26. Intellectus humanus ſine radio, circa divina eſt quaſi cæcus. *De itineribus æternit. itinere 6. diſt. 5. poſt med. pag. 176. col. 2. C. tom. 7. part. 3.*

27. Ita ratio cæca eſt in anima, quòd nec cognoſcit ſeipſam, cùm ipſa ſit ex iis, quæ oculis carnis videri non poſſunt : & ſic non ſolùm cæca eſt, ſed etiam ſtulta. *Lib. 1. de profect. Relig. cap. 8. poſt med. pagina 563. col. 1. B. tom. 5. part. 4.*

S. Gregorius Magn. 28. Omnis homo in hujus vitæ auxilio cæcitatis ſuæ tenebris per culpam preſſus, quantalibet vi ad æternitatis lumen intendat, penetrare non poteſt. *Lib. 4. Moral. cap. 22. in med. num. 25. columna 113. litera D. tom. 1.*

29. Iniquitas mentem cæcat. *Ibidem, lib. 10. cap. 9. ante fin. col. 356. B.*

30. Fit rectæ retributionis examine, ut qui exteriori negligenter utitur oculo, interiori non injuſtè cæcetur: nam feneſtras luminis, ad tenebras aperit cæcitatis. *Ib. lib. 21. cap. 9. in med. col. 718. B.*

31. Cæcus eſt, qui ſupernæ contemplationis lumen ignorat. *Part. 1. Paſtoral. cap. 11. ante med. col. 1235. B. tom. 1.*

32. Cæcus eſt, qui præſentis vitæ tenebris preſſus, dùm venturam lucem nequaquàm diligendo conſpicit, quo greſſus operis dirigat, neſcit. *Ibidem.*

33. Quantalibet intentione adhuc peregrina mens ſatagat videre lucem æternam ſicut eſt, non valet, quia hanc ei damnationis ſuæ cæcitas abſcondit. *Libr. 4. Moral. cap. 23. in princip. num. 26. columna 114. C. tom. 1.*

34. Peccatoris mens tantò altiùs tenebreſcit, quantò nec damnum ſuæ cæcitatis intelligit. *Ibid. lib. 6. cap. 13. ante fin. num. 17. col. 195. B.*

35. Quanta miſeria ! qui privatus eſt interno lumine, in hac vita diù vult perpeti cæcitatem ſuam. *Ibidem, Lib. 11. cap. 26. ante med. num. 26. col. 400. lit. A.*

36. Lux viſibilis ſi incautè diligitur, à luce inviſibili cor cæcatur. *Ibid. Lib. 22. cap. 2. poſt med. columna 733. lit. A.*

37. Sæpè evenit, ut dùm peccatores ſuperna clementia expectat, in majorem cordis cæcitatem proſiliant. *Ibidem, Lib. 25. cap. 3. circa med. colum. 827. lit. A.*

38. Mens interna non penetrat, quam exteriorum actuum pulvis cæcat. *Lib. 4. in 1. Reg. cap. 2. in fine, col. 1401. B. tom 2.*

S. Hieronym. 39. Meretur cæcitatis ſuæ ſubire ſupplicium, qui parentum vultus vel torvo viſu deſpexerit, & elatis oculis læſerit pietatem. *Tom. 4. Ep. 12. de honorandis parent. ſub finem, pag 79. B.*

40. Amantium cæca ſunt judicia. *Lib. 3. ſup. Oſeam in fine proœmii, pag. 37. B. tom. 5.*

Hugo Card. 41. Cæci ſunt homines, cùm temporalia præponunt ſpiritualibus. *Sup. Geneſ. cap. 21. fol. 26. colum. 4 tom. 1.*

42. Reprobus propria ſponte cæcatus, non videt quod in præſenti patitur, & quod in futuro ſit paſſurus non prævidet. *Sup. Prov. cap. 14. folio 30. col. 3. tom. 3.*

43. Nullum animal audacius equo cæco. *Ibid. folio 31. col. 1.*

44. Multi cæci ſunt, non quia oculos non habeant, ſed quia indè non intuentur, quod debent. *Sup. Iſayam, cap. 42. fol. 96. col. 2. tom. 3.*

45. Cæcus eſt, qui aptus natus eſt videre, & non videt. *Ibidem.*

Hugo Card. 46. Hodiè ferè omnes ſpeculatores ſunt cæci, cæci à providentia & ſcientia. *Sup. Ezech. cap. 3. fol. 16. col. 1. tom. 5.*

S. Joannes Chrysostom. 47. Nihil proſunt corporales oculi, ſi oculi mentis fuerint excæcati. *Hom. 43. ſup. Geneſ. poſt med col. 360. C. tom. 1.*

48. Morbus cæci animo, vitio corporis multò deteſtabilior eſt. *Hom. 70. ſup. Matth. circa med. col. 577. C. tom. 2.*

49. Sicut qui graves habet oculos, meliùs in loco tenebroſo quàm in ſole poſitus videt, ſic homo terrenus in terrenis eſt aſtutus, & in ſpiritualibus cæcus. *Homil. 15. oper. imperf. ſup. Matth. poſt med col. 847. D. tom. 2.*

50. Priùs peccatis plurimis excæcatur homo, & ſic diaboli deceptione ſeducitur, & cadit in mortem. *Ibid. Hom. 19. poſt init. col. 868. D.*

51. Cæcus dicitur non ſolùm qui corporaliter cæcus eſt, ſed etiam per cujus oculos diabolus videt, & non Deus. *Ibid. Hom. 34. ante med. col. 971. D.*

52. Cæcitas ſpiritualis, eſt malitia cordis. *Troſec.*

53. Sicut enim cæcus, non poteſt aſpicere in ſplendorem luminis, ſic homo malignus non poteſt intelligere myſteria pietatis. *Ibidem, Homil. 39. ante fin col. 1009. D.*

54. Indicium cæcitatis, eſt quærere ductores. *Hom. 28. ſup. Acta Apoſtol. ante finem, columna 635. A. tom. 3.*

55. In oculis mentis fit cæcitas cordis, quando animum nullus concutit metus. *Ser. 13. ſup. Ep. ad Epheſ. ante med. col. 1035. B. tom. 4.*

56. Cæcitas cordis non contrahitur aliundè, quàm à ſtupiditate & laſcivia. *Ibid.*

57. Poſt delicias naſcitur cæcitas. *Homil. 1. ad Coloſſ. ante finem, col. 1237. A. tom. 4.*

Lact. Firm. 58. Multi lucem relinquunt, ut in tenebris cæci jaceant. *Lib. 2. de falſa Relig. cap. 1. pag. 4.*

59. Verè cæci ſunt, qui cœleſtia non videntes, & tenebris ignorantiæ circumfuſi, terrena & fragilia venerantur. *Lib. 4. de vera Sapientia, cap. 26. paulo poſt init. pag. 184.*

S. Petrus Damian. 60. Quò cæcus à viſibus vacat, eò quidquid audierit in corde ſubtiliùs verſat : & quia per exteriora quæque non ſpargitur, interioris zeli ſtimulo truculentiùs inflammatur. *Opuſcul. 33. poſt med. pag. 640. col. 2. D. tom. 3.*

Philo Jud. 61. Cæcum vulgus hominum, orbatum eſt luminibus, dùm mala bonis antefert, juſtis injuſta, perturbationes tranquillitati animi, immortalibus mortalia. *Lib. de eo, quòd quis rerum divinarum heres ſit. ante med. pag. 678.*

S. Thalass. 62. Obcæcata anima, etiam dùm vapulat, non ſentit, benefactoremque agnoſcere renuit. *Hecatontad 2. Sent. 61. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 273. col. 2. E. edit. Coloniæ 1618.*

Theophilactus. 63. Mens excæcatur præ ſolicitudine. *Sup. Matth. cap. 6. pag. 20. B.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

Aristoteles 64. Cæcus à nativitate ſapientior eſt ſurdo & muto. *Lib. de ſenſu & ſenſato, & habetur apud Bedam, tom. 2.*

Seneca. 65. Cæci ducem quærunt, nos ſine duce erramus. *Ep. 55. ante med. pag. 610.*

66. Pars innocentiæ eſt, cæcitas : oculi irritamenta ſunt vitiorum, duceſque ſcelerum. *De Remediis fortuitorum, poſt med. pag. 283. edit. Baſilea.*

67. Deteſtabilis erit cæcitas, ſi nemo oculos perdiderit, niſi qui eruendi ſunt. *Lib. de Provid. Dei, cap. 5. in princ. pag. 387. tom. 1.*

Vide etiam Titulus Avaritia, Sentent. 38. 39. & 40.

Calumnia.

Vide Injuria.

Canities.

Vide Senectus.

Cantilena.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Ubi organum vitioſum, ibi & cantus vitioſus. *Sup. Pſ.* 35. *in princ. col.* 1289. *D. tom* 4.

2. Dulcis cantilena, quæ non corpus effœminat, ſed mentem animumque confirmat. *Sup. Pſ.* 118. *ſerm.* 7. *verſ.* 6. *col.* 1474. *B. tom.* 4.

S. AUGUSTIN. 3. Nec bonæ cantilenæ tuæ obſtrepere moribus malis. *Sup. Pſ.* 146. *poſt init. verſ.* 1. *pagina* 1164. *littera C. tom.* 8.

V. BEDA. 4. Qui obſcœnis carminibos aurem libenter aperit, hanc animæ ſuæ portam mortis efficit. *Lib.* 2. *ſup. Luc. cap.* 7. *col.* 297. *tom.* 5.

S. BERNARD. 5. Quid ſunt verba ſecularium mulierum, niſi cantus ſirenarum? *Serm.* 57. *ad Sororem ante finem in* 2. *volumine, fol.* 95. *col.* 4. *M.*

S. BONAVENT. 6. Delectari in cantilenis, aut eſt propter internam devotionem, aut propter internam voluptatem, aut propter quandam curioſitatem. *Profec.*

7. Primo modo, non eſt peccatum: ſecundo modo, eſt peccatum, annexum luxuriæ de proximo: tertio modo, eſt peccatum annexum luxuriæ de remoto. *Sup. Eccleſiaſt. cap.* 1. *in illud, Omni voluptate fruerer, pag.* 304 *col.* 1. *B. tom.* 1.

8. Quàm multæ mulieres cantica diabolica, amatoria & turpia ore decantant: iſta poſſunt tenere atque parare, quæ diabolus docet; & non poſſunt tenere, quæ Chriſtus oſtendit. *Profec.*

9. Quomodo cantica turpia, in tenebras diaboli mittunt; ſic cantica ſancta, Chriſti lumen oſtendunt. *Hom.* 20. *ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 765. *col.* 2. *G. edit. Coloniæ* 1618.

CLEMENS ALEX. 10. Chromaticæ modulationes, harmoniæ, & meretriciæ muſicæ ſont relinquendæ. *Lib.* 2. *Pædagog. cap.* 4. *in fine, fol.* 35. *B.*

S. CYPRIANUS 11. Mulier (quod eſt venenoſius) ſuper cuncta pſallere delectatur, aut canere, cujus cantu tolerabilius eſt audire baſiliſcum ſibilantem. *De ſingularit. Clericorum, cap.* 7. *prope med. pag.* 525. *col.* 1. *tom.* 3.

12. Vocem Deus homini dedit, non ad amatoria cantanda, nec turpia. *De diſciplina & habitu virginum, cap.* 5. *pag.* 229. *col.* 2. *tom.* 2.

S. EPHRÆM. 13. Ubi diabolicæ cantiones ſunt, ibi ira Dei. *Profec.*

14. Ubi citharæ & tibiarum cantus, atque tripudia perſtrepunt, ibi virorum pariter ac mulierum ſunt tenebræ, diabolique feſtum celebratur. *In Encomio ſup. Pſ. in med. pag.* 13. *E. tom.* 1.

S. GREG. NAZ. 15. Occlude verbis turpibus aures tuas, ſoniſque cantuum molliſſimis. *In tetr. Et habetur apud D. Ioan. Damaſc. lib.* 1. *Parall. cap.* 46. *ante med. fol.* 28. *pagina* 1. *lit. B.*

S. GREG. NYS. 16. Mulieris ſonus per fractam cantuum harmoniam evertit auditum, & corda ſeducit. *Hom.* 4. *ſup. Eccleſiaſten. col.* 192. *B. C.*

S. HIERONYM. 17. Anima Chriſtiana cantica mundi ignoret. *Tom.* 1. *Ep.* 7. *ad Latam ante med. pag.* 55. *A.*

18. Quid mihi cum hoc dulci & mortifero carmine ſirenarum? nolo illi ſubjacere. *Tom.* 1. *Ep.* 21. *ad Euſtochium ante med. pag.* 140. *C.*

19. Scylleos canes, ac mortifera carmina ſirenarum ſurda aure pertranſeas. *Lib.* 2. *ſup. Oſeam, in medio proœmii, pag.* 20. *B. tom.* 5.

HUGO CARD. 20 Mulieres vocis blandæ modulationibus multos decipiunt & capiunt. *Sup. Eccleſiaſticum, cap.* 9. *folio* 187. *col.* 4. *Moraliter, tom.* 3.

21. Horæ diaboli ſunt cantilenæ, quas qui audit aut legit, parochianum diaboli ſe oſtendit; & ideò in morte ſepelietur in ejus cemeterio, ſcilicet in inferno. *Sup. Luc. cap.* 16. *fol.* 232. *col.* 1. *tom.* 6.

S. IOANNES CHRYSOST. 22. A meretricum cantibus ſtatim cupidinis flamma incendit auditores, & quaſi non ſufficiat ad inflammandam mentem aſpectus ac facies mulieris, peſtem quoque vocis diaboli invenerunt. *Hom* 69. *ſup. Matth. poſt med. col.* 572. *D. tom.* 2.

23. Quid turpius quam ad oſtium meretriciæ domus hærere cantillantem, pugnis à ſcordo contundi, flere, lugere, ſeipſum deturpare? *Hom.* 37. *ſup.* 1. *ad Cor. in princ. Moralis, col.* 622. *C. tom* 4.

24. Quemadmodum ſordes aures corporis obſtruere ſolent, ſic meretricii cantus aures mentis ſolent obſtruere, atque immundas facere. *Hom.* 38. *ſup. Matth. poſt med col.* 346. *C. tom.* 2.

25. Fornicarii cantus multo magis quàm ſtercora ſunt abominabiles. *Ibidem.*

26. Choreæ & cantilenæ, diabolica colluvies. *Hom.* 12. *ſup. Ep.* 1. *ad Cor. circa med. Moralis, col.* 415. *D. tom.* 4.

27. Ipſæ cantilenæ omnis incontinentiæ plenæ ſunt, quæ innumeras inducunt miſerias: in quibus plurima amici & amatoris, & amicæ & amatæ appellatio verſatur, *Ibid. poſt med. col.* 417. *C.*

28. Virgines omnem exuentes pudorem, & ſuam proijcientes ſalutem, cum impudicis adoleſcentibus ſatanica ſymphonia certatim concinunt. *Ibidem.*

29. Implentur immundo ſpiritu, qui ſatanicas cantiones modulantur. *Serm* 19. *ſup. Ep. ad Epheſ. ante med. in illud* 5. *Implemini ſpiritu, col.* 1071. *lit. D. tom.* 4.

30. Quæ fiſtulis & muſicis inſtrumentis canuntur, nihil aliud ſunt quàm dæmonum cantilenæ. *Serm.* 1. *ſup. Ep. ad Coloſſ. poſt med. col.* 1238. *A. B. tom.* 4.

LACT. FIRM. 31. Carmen compoſitum cum ſuavitate, decipiens capit mentes, & quò voluerit impellit. *Lib.* 6. *de vero cultu, cap.* 21. *prope init. pag.* 277.

32. Qui rapitur cantibus (qui ſenſus ita ſæpè deliniunt, ut etiam ſtatus mentis dulcore perturbetur) ad impios cultus facilè traducitur. *In Epitome divin. Inſtit. verbo Cohibenda, non longè a medio, pag.* 400.

S. PETRUS CHRYSOLOG. 33. Omne quod duri eſt operis ac laboris, dulcis vincit, & afficit cantilena. *Serm.* 10. *in princ. apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 668. *col.* 2. *G. edit. Coloniæ* 1618.

34. Ubi planctus non eſt, ibi eſt empta & mercenaria cantilena. *Ibid. ſerm.* 19. *in fine, pag.* 676. *col.* 1. *A.*

RUPERTUS. 35. Ludicra & laſciva, immò etiam turpia, & dæmonum quoque phantaſmata ſunt, quæ à meretricibus cantantur, quæ eorum ſuavitate maximè ad incitamenta libidinum auditores pelliciunt. *Lib.* 10. *in Apocalypſ. cap.* 18. *ſup. illud, Et vox citharœdorum, &c. pag.* 167.

S. VALERIAN. 36. Quotieſcunque dulci voce mulcetur auditus ad turpe facinus mutatur aſpectus. *Profec.*

37. Nemo inſidioſis cantibus credat, nec ad illa libidinoſæ vocis incitamenta reſpiciat: quæ cùm oblectant, ſæviunt: cùm blandiuntur, occidunt.

38. Iſti ſunt laquei, quibus famulantibus inter cætera vulnera diabolus hominum mortes operatur.

39. Sicut videmus frequenter blandis ſibilis aves decipi, & hebetes feras in laqueum mortis dulcedine vocis impelli: ſic cauſa mortalium eſt, quos dulciſoni cantus cura ſolicitat.

40. In hoc autem proficiunt varietates vocum, ut homo aut capiatur, aut capiat. *Hom.* 6. *de otioſis verbis ſtatim a medio apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag* 482. *col. H. edit. Coloniæ* 1618.

Sententiæ Paganorum.

Ariſtotel. — 41. Melodia iratos, & aliis paſſionibus occupatos ſæpe alleviat, ipſos lætos faciens. 8. *Polit. Et habetur apud Bedam, tom. 2.*

Seneca. — 42. Cantandi ſaltandique nunc obſcœna ſtudia effœminatos tenent. *Lib. 1. Controverſ. ante med. pag.* 38. *tom. 1.*

43. In comeſſationibus noſtris plus cantorum eſt: quàm in theatris olim ſpectatorum fuit. *Epiſt.* 84. *ante finem, pag.* 718. *tom. 2.*

Captivitas.

Vide Carcer.

Captivorum Redemptio.

Vid. Redemptio Captivorum.

Carcer.

Etymologia, Definitio, Deſcriptio.

Etymologia.

Collector. — Carcer dicitur quaſi coarcer, à coërcendo, quòd in eo detenti prohibeatur exire.

Caſſiodorus. — Carcer dictus eſt, quaſi arcer, quòd à ſe arceat exire concluſos. *Sup. Pſ.* 141. *ante finem, verſ.* 10. *fol.* 216. *columna* 4.

S. Iſidorus Hiſpalens. — Carcer dictus eſt, quia eò homines coërcentur, quaſi arcens, ab arcendo ſcilicet. *Lib.* 5. *Etymol. cap.* 27. *ante med. pag.* 62. *col.* 1.

Definitio et Deſcriptio.

Hugo a S. Victore. — Carcer, tenebroſus eſt locus, fœtidus, horribilis, profundus pœnalis & ſolitarius. *Lib.* 4. *de propriet. rerum, cap.* 3. *ante med. pag.* 304. *D. tom.* 2.

S. Joannes Chryſoſtom. — Carcer & captivitas propriè eſt libertatis ablatio. *Hom.* 21. *ſup.* 2. *ad Cor. poſt med. columna* 823. *lit. B tom.* 4.

S. Joan Clim. — Captivitas eſt violens inviti cordis abductio, ſive jugis ad quæcunque ingreſſus, atque optimi noſtri ſtatus exterminium. *Gradu* 15. *poſt med. apud Biblioth. Patr. tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 269. *col.* 2. *edit. Coloniæ* 1618.

Sententiæ Patrum.

S. Ambroſ. — 1. Gravis culpa, ſi juſtus ſit, in captivitate, in carcere propter debitum aliquod, & nihil à te impetret. *Lib.* 1. *Offic. cap.* 30. *ante med. col.* 21. *C. tom.* 1.

2. Non turbentur innocentes cùm falſis criminibus appetuntur, cùm oppreſſa juſtitia traduntur in carcerem: viſitat Deus & in carcere ſuos; & ideò ibi eſt plus auxilii, ubi eſt plus periculi. *De Ioſeph, cap.* 5. *in fine, col.* 1082. *C. tom.* 4.

3. Ipſo exilio clauſtra carceris duriora ſunt. *Sup. Pſ.* 128. *ſerm.* 20. *verſ.* 2. *col.* 1192. *C. tom.* 4.

S. Antonius de Padua. — 4. Carcer eſt hic mundus, & fornax Babylonis. *Ser. Dom.* 22. *poſt Trin. poſt med. fol.* 321. *pag.* 2.

S. Auguſtin. — 5. Conſidera ubi ſis, quid egeris vide, quare patiaris vide, & ibi vides quid patiaris. *Sup. Pſal.* 145. *poſt med. verſ.* 5. *Injuriam patientibus, pag.* 1160. *D. tom.* 8.

6. Si periturus eſt, qui carcerem non viſitavit, quid de illo fiet, qui fortè in carcerem miſit? *Serm.* 1. *de defunctis, & in ord.* 38. *Statim a medio, pag.* 890. *lit. D. tom.* 10.

V. Beda. — 7. Captivitas eſt maxima, ubi animæ captivæ ducuntur. *In ſuis Proverb. verbo Captivitas, pagina* 187. *tom.* 2.

S. Bernard. — 8. Sanè labore tolerabilior eſt carcer hic, & tempore brevior aſſignatur: ubi cùm iratus fuerit Dominus, miſericordiæ recordatur: quàm illic ubi iniquitas inventa ad odium, ſuum habet carcerem; ubi nulla redemptio, ubi nemini licet reſpirare. *In Declamationibus, ante med. fol.* 310. *col.* 2. *D.*

S. Bonavent. — 9. O quanta conſolatio eſſet, ſi carcer captivo aperiretur: aperitur utique carcer culpæ ad evadendum. *Serm.* 10. *de Rogationibus in princ. ſup. illud, Luc.* 11. *Pulſate & aperietur, pag.* 122. *col.* 1. *tom.* 3.

10. Diabolus tenet peccatorem in carcere clauſum, Chriſtus ad aperiendum clavem de cœlo portavit, & amico tuo reliquit; ſed heu diabolus cavet, ne carcer aperiatur, *Ibid. circa med. ſup. illud Matth.* 16. *Tibi claves traditæ ſunt, &c. pag.* 122. *col.* 2.

11. Vincula duriſſimi carceris auferunt facultatem operandi, libertatem ambulandi, poteſtatem liberè agendi, & inferunt neceſſitatem tolerandi. *Serm. de Animabus, circa med. pag.* 286. *col.* 2. *tom.* 3.

12. Carcer malorum deſideriorum, diſciplina eſt. *Part.* 1. *in ſpeculo diſc. cap.* 7. *in princ. pag.* 537. *C. tom.* 7. *part.* 4.

13. Pigro, cella carcer eſt. *Lib.* 1. *de profectu Relig. cap.* 32. *poſt init. pag.* 569. *col.* 2. *E. tom.* 7. *part.* 4.

S. Cyprianus. — 14. Beatum carcerem, quem illuſtravit martyrum præſentia! ô beatum carcerem, qui homines Dei mittit ad cœlum! *Ep.* 81. *ad Rogatianum, cap.* 1. *circa med. pag.* 221. *col.* 4. *tom.* 1.

S. Franciſcus Aſſiſias. — 15. Nihil eum corporis affligit captivitas, cui animæ magna eſt conceſſa libertas. *Tom.* 1. *Prophetia* 4. *pagina* 475.

Gloss. ord. — 16. Ad Principum ſpectat officium, illos quos paterna caſtigatio corrigere non potuit, vinculis & carceribus mancipare. *Sup. Ioſue cap.* 19. *col.* 122. *F. Moraliter, tom.* 2.

Gloss. Int. — 17. Indè nunc homo carcere tenetur, undè audacter eſt transgreſſus. *Sup. Iob, cap.* 10. *column.* 137. *lit. B. tom.* 3.

Gloss. ord. — 18. Carcer duplex eſt; ſcilicet vitiorum, & tribulationum. *Profec.*

19. Primus eſt reproborum, qui mentis operibus injuſtis gravantur, donec carne ſoluti in exteriores tenebras projiciantur æternæ damnationis: ſecundus, eſt juſtorum. *Sup.* 1. *Petri, cap.* 3. *col.* 1332. *E. tom.* 6.

S. Gregor. Magn. — 20. Beatius eſt liberum exire, quàm poſt vincula libertatem quærere. *Lib.* 3. *Moral. cap.* 58. *in princ. col.* 1468. *A. tom.* 1.

21. Quaſi per amœna prata in carcerem pervenit, qui per præſentis vitæ proſpera ad interitum tendit. *Ibid. lib.* 6. *cap.* 4. *circa med. num.* 3. *col.* 179. *D.*

22. Servum Dei non tenet catena ferri, ſed catena Chriſti. *Lib.* 3. *Dialogi, cap.* 16. *ſub finem, verbo Alio, col.* 1398. *D. tom.* 1.

S. Hieronym. — 23. Non omnis qui vinctus eſt, vinctus eſt Chriſti: ſed quicunque pro Chriſti nomine, & pro ejus confeſſione vincitur, ille verò vinctus dicitur Jesu-Christi. *Sup. Ep. ad Philemonem, ſup. illud, Paulus vinctus Chriſti, pag.* 259. *C. tom.* 9.

S. Hilarius. — 24. Gravis eſt captivitas corporalis, quæ jure libertatis amiſſo victorum dominatui ſubditur: & ſerviunt tùm quidem corpora, ſed nequaquàm capitur fidelis animæ libertas. *Super Pſalm.* 125. *ante med. folio* 88. *columna* 3.

25. Captivitatem corporis, religioſæ animæ generoſitas deſpicit. *Ibid. ut ante.*

26. Durum quidem eſt incarcerari, tamen homini non omninò eſt miſerabile: at verò animæ captivitas, quàm infelix eſt. *Ibidem, &c.*

Hugo a S. Victore. — 27. Captivitatem animæ & corporis ſequitur captivitas. *Ibidem.*

28. Manaſſes in carcere poſitus, catenis & compedibus conſtrictus Deum cognovit, quem priùs liber cognoſcere noluit. *Lib.* 2. *de clauſtro animæ, cap.* 35. *circa med. pag.* 46. *G. tom.* 2.

Digitized by Google

Hugo à S. Victore.

29. Tria ſunt quibus gravamur : videlicet carcer, captivitas, & infirmitas : gravatur infirmus debilitate & dolore, incarceratus catenis & compedibus, captivus ſeruitute & labore. *Ibidem, lib. 3. cap.* 10. *poſt init. pag.* 61. *lit. F.*

30. Mundus carcer eſt captivorum, infernus damnatorum. *Lib. 3. Miſcellan. Codic. a tit. 72. circa fin. pag.* 188. *G. tom.* 2.

Hugo Card.

31. Quidquid in mundo amatur, carcer animæ eſt : ubi anima miſera amatoris, vinculo amoris reclusa tenetur atque ligata. *Sup. Eccleſiaſten. cap.* 1. *fol.* 75. *col.* 2. *tom.* 3.

S. Joannes Chrysostom.

32. Quemadmodum margarita etiamſi in cœno obruatur, nihilominùs nativam pulchritudinem retinet : ſic virtus quocunque eam projeceris, ſive in ſervitute, ſive in carcere. *Hom.* 63. *ſup. Geneſ. in princ. col.* 489. *B. tom.* 1.

33. Eat licèt in carcerem innocens, juſtus conijciatur in vincula, in cuſtodiam relegetur : injuria injurioſi eſt; non innocentis : pœna lædentis, non læſi. *Profec.*

34. In carcere nullus appetitur, nullus alieno crimine oneratur : innocens illic tempus expectat, reus judicium.

35. Gaude innocentia & exulta, ſi illic tentaris, proficis : ſi humiliaris, exigeris : ſi pugnas, vincis : ſi occideris, coronaris.

36. Innocentia enim in ſervitute libera eſt, in periculo tuta, in cuſtodia læta. *Serm. de Ioſeph vendita circa fin. col.* 564. *D. & conſeq. tom.* 1.

37. Vita præſens nullo carceri præſtare videtur. *Hom.* 14. *ſup. Matth. circa finem, col.* 132. *C. tom.* 2.

38. Simplex ſi in vinculis & in carcere poſitus eſt, non opus habet cuſtodia, & cuſtode cuſtodia, ſed multa eſt illi laxatio. *Hom.* 7. *ſup. Acta Apoſt. in Morali ante med. col.* 492. *A. B. tom.* 3.

39. Quid carcere pejus, quid crudelius, quid ferocius ? attamen Chriſtiano nihil dulcius illo. *Ibid. Hom.* 36. *ante finem, col.* 683. *A.*

40. Carcer afflictionis locus eſt : ubi mœſtitia, ibi virtus. *Profec.*

41. In carcere humilitas animi eſt, exhortatio & exſtimulatio ad virtutem. *Ibid. Hom.* 44. *in medio, col.* 725. *lit. A.*

42. Veri Philoſophi etiam in vinculis, in carcere, in catena voluptate merâ fruuntur. *Hom.* 38. *ſup.* 1. *ad Cor. ſub finem, col.* 634. *B. tom.* 4.

43. Vinctum eſſe propter Chriſtum illuſtrius eſt, quàm ſive Apoſtolum, ſive doctorem, ſive Evangeliſtam eſſe. *Serm.* 8. *ſup. Ep. ad Epheſios, circa init. col.* 995. *D. tom.* 4.

44. Non caput ita ſplendidum reddit impoſita corona margaritis conſpicua, ſicut catena ferrea, quæ propter Chriſtum in carcere fertur. *Ibid. poſt init. col.* 996. *lit. A.*

45. Sanctis ipſis regiis illuſtrior eſt carcer, ipſo etiam cœlo. *Ibid. ut ante.*

46. Si mihi cum Angelis ſtandum fuiſſet ſursùm, aut cum Paulo vincto, carcerem præoptaſſem. *Ibid. poſt init. col.* 996 *C.*

47. Non ita beatum dico Paulum, eò quòd in paradiſum raptus ſit, ſicut quòd in carcerem eſt conjectus. *Profec.*

48. Non ita beatum æſtimo Paulum, quòd verba audivit ineffabilia, ſicut quòd vincula ſuſtinuit. *Ibid. ut ante, lit. D.*

49. Illud magni honoris eſt, iſtud gloriæ nihil non excellentis, propter Chriſtum incarcerari. *Ibid. ante med. col.* 997. *A.*

50. Nihil catena beatius : nihil melius, quàm malè propter Chriſtum in carcere affici. *Ibid. poſt init. colum.* 996. *lit. C. D.*

51. Si quiſpiam dixiſſet, Elige utrùm velis ; vis eſſe Angelus Petrum ſtimulans ac ſolvens, an Petrus in carcere ſervatus ? Petrus maluiſſem eſſe propter quem Angelus deſcendit. *Ibid. ante med. ſup. illud Act.* 12. *Erat enim vinctus.* &c. *col.* 998. *A.*

S. Ioannis Chrysost.

52. Quanta gloriatio, quanta voluptas, quantus honoris ſplendor, pro Chriſto in carcere vinctum ſe eſſe cognoſcere! *Ibidem ante med.* &c. *C.*

53. Quo pacto illuſtrior ſit ſancti Pauli in carcere virtus, quòd vinctus ipſe vinctos; quando non ſolùm ſeipſum vinctus, ſed & reliquos vinctos abſolvit. *Ibid. ante med. col.* 999. *B.*

54. Ubi carcer, ubi catena, ubi vincula, ubi mors pro Chriſto, ibi certamen bonum : nihil hoc certamine melius, nihil illuſtrius. *Hom.* 9. *ſup.* 2. *ad Timot. ante finem, ſup. illud* 4. *Bonum certamen certavi, colum.* 1589. *A. tom.* 4.

55. Si in captivitate fueris, timor adſit Dei, & nihil erit triſte. *Hom.* 26. *ſup. Ep. ad Hebræos, in Morali ante medium. col.* 1823. *C. tom.* 4.

56. Argenteas catenas ad lucernas in templo ſuſpendis, ipſum autem in carcere vinctum ne vis quidem viſere. *Hom.* 60. *ad popul. Antioch. ante finem, col.* 399. *A. tom.* 5.

Lact. Firm.

57. Proprium juſtorum opus eſt, redimere captivos. *Lib.* 6. *de vero cultu, cap.* 12. *ante med. pag.* 259.

58. Nemo dubitat quin timidi & imbecilli ſit animi, metuere carcerem. *Ibid. cap.* 17. *ſtatim ab init. pag.* 267.

59. Quiſquis carcerem non exhorruerit, fortiſſimos judicabitur. *Ibidem ut antè.*

60. Nemo juſtus poteſt eſſe, qui carcerem timet. *Ibidem in fine, pag.* 269.

61. Qui Deum metuit, nec carcerem metuit. *Ibid. cap.* 17. *ſtatim ab initio, pag.* 267.

62. Virtus pro fide, pro juſtitia nec carcerem perhorreſcit, nec mortem recuſat. *In Epitome divin. Inſtit. cap. Dicam, circa med. pag.* 406.

63. Redimere ab hoſte captivos, magnanimi opus eſt. *Ibid. cap. Dixi, in princ. pag.* 401.

S. Isidorus Hispalens.

64. Diabolus pro ſuo merito aërem, quaſi avis, pro carcere meruit. *Lib.* 3. *de ſum. bono. cap.* 5. *ſent.* 27. *pag.* 665. *col.* 1.

S. Petrus Chrysolog.

65. Juſtum eſt, ut carcer non innocentes teneat, ſed nocentes; pœna non juſtos cruciet, ſed injuſtos. *Ser.* 65. *circa finem. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 710. *col.* 2. *G. edit. Coloniæ* 1618.

Prudentius.

66. Carcer Chriſticolis gradus coronæ eſt. *In Hymno Martyris Fructuoſi, poſt init. pag.* 279.

67. Carcer provehit ad ſuperna cœli. *Ibidem.*

68. Carcer conciliat Deum beatis. *Ibidem.*

Salvianus.

69. Levius eſt captivitatem corporis Chriſtianum, quàm captivitatem animæ ſuſtinere. *Lib.* 6. *de Gubern. Dei poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 350. *col.* 1. *D. edit. Coloniæ* 1618.

70. Melius eſt ſub ſpecie captivitatis vivere liberi, quàm ſub ſpecie libertatis eſſe captivi. *Ibid. lib.* 5. *ante med. pag.* 343. *col.* 2. *E.*

Tertullian.

71. Si recogitemus ipſum magis mundum carcerem eſſe, exiſſe nos è carcere (cùm in carcere ſumus) quàm in carcerem introiſſe intelligemus. *Ad Martyres, cap.* 2. *in princ. pag.* 224. *D. tom.* 2.

72. O vos benedicti de carcere in carcerem tranſlati; habet quidem tenebras, ſed lumen eſtis ipſi : habet vincula, ſed vos ſoluti in Deo eſtis: triſte quid illic ſpirat; ſed vos odor eſtis ſuavitatis. *Ibid. ante med. pagina* 224. *D. tom.* 2.

73. Contriſtetur in carcere, qui fructum ſæculi ſuſpirat : Chriſtianus etiam extra carcerem ſæculo renuntiavit, in carcere autem etiam carceri. *Ibidem,* &c. *E.*

74. Hoc præſtat carcer Chriſtiano, quod Eremus Prophetis. *Ibid. poſt med. E.*

75. Auferamus carceri nomen, ſeceſſum vocemus: etſi corpus includitur, etſi caro detinetur, omnia ſpiritui patent. *Profec.*

76. Vagare ſpiritu, ſpatiare ſpiritu, & non ſtadia opaca aut porticus longas proponens tibi, ſed illam viam quæ ad Deum ducit.

77. Quoties

74. Quoties eam ſpiritu deambulaveris, toties in carcere non eris.

75. Nihil crus ſentit in nervo, cùm animus in cœlo eſt totum hominem animus circumfert, & quo velit transfert. *Ibidem in fine, pag.* 224. *E. F.*

S. Thomas Aquinas. 76. Aër caliginoſus eſt quaſi carcer dæmonibus uſque ad tempus judicii. *Part.* 1. *quæſt.* 64. *art.* 4. *in Arg. ad cont. pag.* 120. *col.* 2.

Sententiæ Paganorum.

Cicero. 77. Longè videtur à carcere, atque à vinculis abeſſe debere, qui ſeipſum jàm eſſe dignum cuſtodia judicaverit. *Orat.* 1. *pro Catilina & in ord.* 19. *poſt med. num.* 19. *col.* 445. *F. tom.* 2

Seneca. 78. Multi in carcere vixerunt, in convivio perierunt. *Lib.* 4. *controv.* 25. *in princ. pag.* 190. *tom.* 1.

79. Dolor, egeſtas, ignominia, carcer, exilium, cùm ad ſapientem pervenère, manſueta ſunt. *Ep.* 85. *in calce, pag.* 725. *tom.* 2.

Vide etiam tit. Mundus. ſent. 6. 80. *Vindicta in genere. ſent.* 87.

Carmen.

SENTENTIÆ PATRU

S. Augustin. 1. ILLÆ innumerabiles & impiæ fabulæ, quibus vanorum plena ſunt carmina Poëtarum, nullo modo Chriſtianæ conſonant libertati. *Ep.* 131. *ad Memorium Epiſcop. poſt init. pag.* 417. *A. tom.* 2.

2. Poëtarum conſuetudo eſt, atque licentia miſcere carminibus ſuis ænigmata fabularum, quibus aliquid ſignificare intelliguntur. *Lib.* 4. *quæſt. ſup. Numeros, quæſt.* 45. *prope fin. pag.* 177. *A tom.* 4.

V. Beda. 3. Qui obſcœnis carminibus aurem libenter aperit, hanc animæ ſuæ portam mortis efficit. *Lib.* 2. *ſup. Luc. cap.* 7. *col.* 297. *tom* 5.

S. Greg. Magn. 4. Carmen in nocte, eſt lætitia in tribulatione. *Lib.* 26. *Mor. cap. in princ. num.* 11. *col.* 862. *B. tom.* 1.

S. Hieronym. 5. Poëtam non poteſt noſſe, niſi qui verſum poteſt ſtruere. *Tom.* 1. *Ep.* 26. *ad Pammachium poſt med. pagina* 165. *lit. A.*

6. Dæmonum cibus eſt, carmina Poëtarum: hæc ſua omnes ſuavitate delectant; & dùm aures verſibus, dulci modulatione currentibus capiunt, animam quoque penetrant, & pectoris interna devinciunt. *Profec.*

7. Verum ubi cum ſummo ſtudio fuerint, ac labore perlecta, nihil aliud niſi inanem ſonum, & ſermonum ſtrepitum ſuis lectoribus tribuunt.

8. Nulla ibi ſaturitas veritatis, nulla refectio juſtitiæ reperitur: ſtudioſi eorum in fame veri, & virtutum penuria perſeverant. *Tom.* 3. *Ep.* 24. *ad Damaſum Papam, ante med. pag.* 129. *A.*

9. Ne legas Poetas, nec in eorum lectione requieſcas. *Ibidem ut antè. B.*

10. Nunc etiam Sacerdotes omiſſis Evangeliis & Prophetiis videmus comedias legere, amatoria Bucolicorum verſuum verba canere, tenere virgilium: & id quod in pueris neceſſitatis eſt, crimen in ſe facere voluptatis. *Ibidem ut ante. B.*

11. Ubi non eſt lætitia mentis, fruſtrà ſonat melodia carminis. *In Orat. Hieremia, ſup. illud, Senes defecerunt, &c. pag.* 375. *D. tom.* 5.

12. Scylleos canes, ac mortifera carmina ſirenarum ſurda aure pertranſeas. *Lib.* 2. *ſup. Oſeam in medio Proœmii, pag.* 20. *tom.* 6.

13. Sicut carmina ſæculi ſunt, ſic & carmina Eccleſiæ, undè laus Dei cantatur, & conſolatio Sanctorum eſt. *Sup. Pſalm.* 54. *in fine Pſalmi* 53. *pagina* 78. *lit. B. tom.* 8.

Hugo a S. Victore. 14. Mundi amatores, qui vocari Chriſtiani volunt, nugas Poëtarum diligunt, & veritatem divinarum Scripturarum, aut negligunt, aut (quod pejus eſt) irrident & contemnunt. *Lib.* 4. *de Arca Noe Morali, cap.* 8 *prope init. pag.* 215. *E. tom.* 2.

S. Isidorus Hispalens. 15. Prohibetur Chriſtianis figmenta legere Poëtarum, quia per oblectamenta inanium fabularum mentem excitant ad incentiva libidinum. *Lib.* 3. *de ſum. bono. cap.* 13. *ſent.* 1. *pag.* 670. *col.* 2.

Lact. Firm. 16. Carmen compoſitum cum ſuavitate decipiens, capit mentes, & quò voluerit, impellit. *Lib.* 6. *de vero cultu, cap.* 21. *prope init. pag.* 277.

17. Aſſueti dulcibus & politis carminibus, communem ſermonem pro ſordido aſpernantur; id enim quærunt, quod ſenſum demulceat. *Ibid. circa med. pag.* 277.

18. Poëtæ officium eſt in eo, ut ea quæ geſta ſunt verè in aliquas ſpecies obliquis figurationibus, cùm decore aliquo converſa traducant. *Lib.* 1. *de falſa Relig. cap.* 11. *ante med. pag.* 21.

19. Carmina ſenſus ita ſæpè deliniunt, ut etiam ſtatus mentis dulcore perturbetur; & qui his rapitur auditu, ad impios cultus facilè traducitur. *In Epitome divin. Inſtit. verbo Cohibenda. Non longè a medio, pag.* 400.

S. Sidonius. 20. Metrum diù infrequentatum duriùs texitur. *Lib.* 9. *Ep.* 15. *ad Gelaſium in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 1040. *col.* 2. *F.*

Sententiæ Paganorum.

Cicero. 21. Ea re poëmata non facio, quia cujuſmodi volo, non poſſum: cujuſmodi poſſum, nolo. *Lib.* 4. *de Arte Rhetorica ad Herennium, circa med. col.* 60. *C. tom.* 1.

22. Si poëma loquens, pictura eſt, pictura tacitum poëma debet eſſe. *Ibidem ut antè. C. D.*

Plinius II. 23. Caſtum eſſe decet pium Poetam. *Lib.* 4. *Ep.* 14. *ad Paternum circa med. pag.* 112.

24. Carmini parva eſt gratia, niſi eloquentia ſit ſumma. *Lib.* 5. *Ep.* 8. *ad Capitonem ante med.* 140.

Seneca. 25. Poëtarum furor, fabulis humanos errores alunt. *De brevita. cap.* 16. *in medio, pag.* 575. *tom.* 1.

26. Carminibus maximè feriuntur animi. *Ep.* 108. *ante med. pag.* 831. *tom.* 2.

Caro.

ETYMOLOGIA, DESCRIPTIO, ET COMPARATIO.

Etymologia.

Hugo Card. CARO dicitur à carendo, vel cadendo: à carendo, caret enim caro ferè omnibus, vel quoad vitam, vel quoad ſuſtentationem, vel quoad indumentum. *Profec.*

Quoad vitam caret, quia indiget Deo, & animâ: quoad eſſe, Deo, quoad benè eſſe, & etiam ut conſervetur in eſſe, quia nec anima eſſe poſſet ſine Deo.

Quoad ſuſtentationem, indiget terræ naſcentibus: quoad indumentum, cæteris animalibus.

Vel caro dicitur à cadendo, quia prona eſt ad lapſum, & ſecum trahit animam ad caſum peccati, & præmittit in præcipitium inferni. *Sup. Pſ.* 77. *Mor. fol.* 203. *col.* 3. *tom.* 2.

Idiota. Dicitur caro à carendo, quia caret omni bono. *Prof.*

Caret ſtatus firmitate, quia modò eſt ſana, modò ægra, modo triſtis, modò læta, modò turpis, modò pulchra, modò vivens, modò mortua.

Caret mentis puritate, & quidquid tangit, aut ſibi ſociatur, maculat.

Caret morum honeſtate, niſi ſtimulis coarctetur. *Lib.* 3. *contemplat. de conflictu carnis, cap.* 2. *a medio, apud Bibl. Patr. tom.* 10. *pag.* 16. *col.* 2. *G. H. edit. Coloniæ* 1618.

Descriptio.

S. Greg. Magn. Quid eſt caro, niſi putredo & vermis? & quiſquis carnalibus deſideriis anhelat, quid aliud quàm vermem

amat ? *Lib.* 16. *Moral. cap.* 29. *in medio, columna* 557. *C. tom.* 1.

S. Hieronym. Omnis caro cinis eſt & fœnum, maſſa putredinis, cibus vermium, & fœtidiſſimum ſtercus. *In Regula Monacharum, cap.* 28 *in medio, pag.* 334. *D. tom.* 4.

Comparatio.

S. Augustin. Sicut tinea devorat, & ſicut ignis lignum, fœnum, ſtipulam couſumit; ita caro rebellis & delicata, animam conſuimit & concremat. *De ſalutar. documentis, capite* 65. *paulo poſt initium, pag.* 772. *G. tom.* 4.

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius. 1. Nunc ſe erigit caro noſtra, nunc ſe deijcit: erigit menti, deijcit poteſtati; & ubi ſe urgeri viderit, conſtantiam deſerit. *Sup. Pſ.* 43. *longè poſt init. col.* 1369. *C. tom.* 4.

2. Noo caro in vitio eſt, ſed ea quibus caro ſolicitatur & fluctuat. *Ibid. poſt med. col.* 1388. *C.*

3. Qui ſecundùm corporis appetentiam vivit, caro eſt. *Sup. Pſ.* 118. *ferm.* 4. *verſ.* 1. *columna* 1446. *lit. C. tom.* 4.

4. Diſcamus cavere quem gerimus.
Hic nobis hoſtis domeſticus.
Hic inimicus gravis eſt noſtri.
Inflammatur vino.
Ardet libidine.
Decore mulieris accenditur.
Spe alitur.
Deſperatione oritur.
Illecebris exuritur.
Non evaporat affectu.
Timore turbatur.
Metu frangitur.
Luxuria mollitur.
Laſcivia diſſolvitur.
Labora afficitur.
Solicitudine fatigatur.
Paſſioue conteritur. *Ibid. ferm.* 11. *verſ.* 7. *in princ. col.* 1514. *B.*

S. Antonin. 5. Sancti viri cavent ſibi à carne, ſicut ab hoſte. *Part.* 1. *titul.* 2. *de potentiis animæ, cap.* 9. §. 2. *ante finem, fol.* 34. *col.* 3.

S. Antonius de Padua. 6. Servus viri juſti, caro eſt: ô quàm felix eſt, qui hunc ſervum ſubjugavit. *Serm. Dom.* 3. *poſt Epiph. in fine, fol.* 38. *pag.* 2.

7. Caro cùm bonis naturæ eſt gravida, & temporalibus opulenta inſurgit in dominam? *Serm. Dom.* 4. *Quadrag. poſt med. fol.* 101. *pag.* 1.

8. Sic de carne uoſtra fit medicina, ſicut de ſerpente theriaca: caro fuit ſerpens in culpa, dabit theriacam in pœna. *Serm. Dom.* 11. *poſt Trinit. ante med. fol.* 240. *pag.* 1. *&* 2.

S. Augustin. 9. Hæc animæ conſuetudo facta in carne propter carnalem affectionem, in Scripturis divinis caro nominatur. *Lib.* 6. *Muſicæ cap.* 11. *circa finem. pagina* 281. *A. tom.* 1.

10. Eſt quædam vita hominis carnalibus ſenſibus implicata, gaudiis carnalibus dedita, carnalem fugitans offcuſionem, voluptatemque carnalem conſectans: hujus vitæ felicitas, temporalis eſt: ab hac vita incipere, neceſſitatis eſt: in ea perſiſtere, voluntatis. *Ep.* 120. *ad Honoratum, cap.* 2. *circa init. pag.* 374. *lit. C. tom.* 2.

11. Non mala eſt caro, ſi malo careat. *De continent. cap.* 8. *poſt med. pag.* 711. *A. tom.* 4.

12. Semper atque ſemper caro noſtra ſubjecta ſit animæ noſtræ, & ſicut ancilla famuletur dominæ ſuæ. *De ſalutaribus docum. cap.* 35. *in princ. pag.* 759. *D. tom.* 4.

13. Caro in malitia ſemper eſt poteus, iu abſtinentia autem, in jejunio, & in vigiliis, & orationibus, ac bonis operibus infirmam ſe eſſe fingit. *Ibid. cap.* 64. *prope med. pag.* 771. *A.*

14. Caro data eſt quaſi animæ bellum, quæ ſi mortificetur, adducit vitam: ſi nutriatur, demergit in foveam. *Ibid.* &c. *B.*

S. Augustin. 15. O caro beſtia crudelis, quid habes, quid gravas animam, quæ nihil deſideraſſet niſi Deo ſervire, ſi tibi inimicæ non ſe junxiſſet. *Proſeq.*

16. Tu autem caro miſera, non ſolùm teipſam occidis, ſed & animam necas.

17. O caro mala quid quæris? quid deſideras? non vis laborem ſuſtinere, non vis inquieta conquieſcere: ſuffocas animam, ut verſa vice tu ſis domina, & illa ancilla. *Ibid. poſt. med. pag.* 771. *B.*

18. Caro cum qua inhabito, ſemper ducere me vult ad peccatum: mecum vult coronari, ſed non mecum decertare. *Ibid. cap.* 65. *poſt med. pag.* 773. *B.*

19. Princeps & domina carnis, naturaliter anima eſt, quæ domare carnem debet & regere. *Lib.* 2. *contra. Iulianum, cap.* 8. *ante medium. pag.* 665. *B. tom.* 7.

20. Quid prodeſt integra caro, mente corrupta? *Sup. Pſ.* 99. *poſt. med. verſ.* 1. *pag.* 770. *D. tom.* 8.

21. Caro benè obediens, ſamula eſt animæ: illa regit, hæc regitur: illa imperat, iſta famulatur. *Sup. Pſ.* 145. *poſt init. verſ.* 1. *pag.* 1156. *C. tom.* 8.

22. Ubi caro imperat, & ſpiritus ſervit, perverſa domus eſt. *Proſeq.*

23. Recta enim domus eſt, ubi vir imperat, fœmina obtemperat: rectus ipſe homo, ubi ſpiritus imperat, caro ſervit. *Tract.* 2. *ſup. Evang. Ioan. de cap.* 1. *ante finem, pag.* 13. *B. tom.* 9.

24. Caro noſtra, jumentum noſtrum eſt: iter agimus in Hieruſalem, plerumque nos rapit caro, & de via conatur excludere; tale ergo jumentum cohibeamus jejuniis. *De Cant. novo, cap.* 3. *in medio, p.* 639. *B. to.* 9.

25. Vis ut tibi ſerviat caro tua? oportet te ſervire Deo tuo: regat te præpoſitus, ut poſſit à te regi ſubjectus: infra te eſt caro tua, ſuprà te eſt Deus tuus. *De utilit. Iejunii. circa med. pag.* 803. *A. tom.* 9.

26. Vis ut ſerviat caro tua animæ tuæ? Deo ſerviat anima tua: debes regi, ut poſſis regere. *Serm.* 43. *de verb. Domini ante med. pag.* 110. *D. tom.* 10.

27. Mens regit, caro regitur: & magis ſum ego in eo quod rego, quàm in eo quod regor. *Serm.* 5. *de verbis Apoſtoli, circa med. pag.* 184. *D. tom.* 10.

28. Caro domanda eſt, ne impinguata, incraſſata & dilatata recalcitret. *Ibid. ſerm* 39. *ante finem, pag* 974. *D.*

29. Qui in carne vivit, in carne ſentit, & dolores carnis fugit in quantum poteſt: vulnera autem animæ prorſùs ignorat, nec medicinam quærit in eis. *De ſpiritu & anima, cap.* 9. *in fine, pag.* 607. *B. tom.* 3.

30. Ille ſecundùm carnem vivit, qui ſecundùm ſeipſum vivit. *Proſeq.*

31. Secundùm ſeipſum vivit qui pergit quò vult, dormit quando vult, & quamdiù vult, qui loquitur quæ vult, & cui vult, & ubi vult: manducat & bibit quando vult, & quantum vult ridet & jucundatur turpiter inter quos vult, & quando vult.

32. Poſtremò quidquid naribus ſuave eſt, quærit: quidquid tactu blandum, quidquid oculis delectabile, quidquid corpori ſuo jucundum exercet & ſequitur, qualiter vult, & quando vult; quia omnia licita & illicita carnaliter vult.

33. Delectatur in veſtimentis pulcherrimis, & equitibus, & armis, ſicut vult, & quando vult: & ſic non ſecundùm Deum, ſed carnaliter vivit & delectatur, & omnia deſideria carnis ſuæ perficit ſicut vult, & quando vult. *De ſalutaribus documentis, cap.* 17. *per totum, pag.* 754. *D. tom.* 4.

34. Carnales etiam blanda corrumpunt. *Serm.* 2. *Quinquag. & in ord.* 54. *circa med. pag.* 494. *C. tom.* 10.

35. Carnalitas vetuſtas eſt, gratia novitas. *Serm.* 2. *fer.* 2. *Pentec. in ord.* 186. *ante med. pag.* 721. *B. tom.* 10.

36. Qualis eſt in oculis hominum, qui inverſis pedibus ambulare videtur; talis eſt in oculis Angelorum, cui caro propria dominatur. *Serm.* 50. *ad Fratres, in Eremo circa med. pag.* 993. *B. &* 994. *C tom.* 10.

Digitized by Google

S. BASILIUS MAGN. 37. Quantò caro humana inferior eſt viribus corporis, tantò ſuperior eſt ſupellectile rationis. *Homil.* 10. *in Hexamer. ante med. pag.* 51. *tom.* 1.

V. BEDA. 38. Incraſſata caro, guſtat cœleſtia rarò. *In ſuis Proverb. verbo Incraſſata, pag.* 191. *tom.* 2.

S BERNARD. 39. Familiare magis nobis eſt carnis noſtræ ſervire vitiis, quàm actiones & paſſiones ejus ordinare. *In ſerm. fer.* 4. *Hebdomada pœnoſa de paſſione ante finem, folio col.* 4. *M.*

40. Hoſtem crudeliſſimum circumferre, & ſuſtentare cogimur, & perimere eum non licet. *Serm.* 3. *de ſeptem panibus in medio. fol.* 51. *col.* 2. *F.*

41. Caro putrida putredini proxima eſt. *Serm.* 4. *in Aſſumpt. B. Mariæ ante med. fol.* 55. *col.* 3. *I.*

42. Motus & titillatio carnis, tribus ex cauſis contingit.
- Ex præcedenti cogitatiooe.
- Ex ventris plenitudine.
- Ex maligni ſpiritus impugnatione.

43. Bonus fidúſque comes caro ſpiritui bono, quæ ipſum aut ſi onerat, juvat; aut ſi oon juvat, exooerat: aut certè juvat, & minimè onerat. *In tract. de diligendo Deo, cap. Sed poſt init. fol.* 298. *col.* 1. *B.*

44. Quare animam tuam vilipendis, & ei carnem præponis? dominam ancillari, & ancillam dominari, magna abuſio eſt. *In Medit. cap.* 3. *ante med. fol.* 322. *col.* 4 *lit. M.*

45. Caro ſuggerit mollia, mundus vana, diabolus amara. *Ibid. cap.* 14. *ante finem, fol.* 325. *col.* 2. *E.*

46. Guſtato ſpiritu neceſſe eſt deſipere carnem. *Ep.* 111. *in fine. fol.* 234. *col.* 3. *I.*

47. Cùm judicium carnis ex anima pendeat, carni nihil poteſt utilius, quàm ſalus animæ provideri. *In Declamat. paulò poſt med. fol.* 311. *col.* 1. *B.*

48. Caro tunc Deum ſitit, quando per jejunium abſtinet, & areſcit. *Serm.* 24. *ad Sororem, prope med. in* 2. *volum. fol.* 88. *col.* 2. *D.*

49. Si carnem tuam ſupra modum affligis, civem tuum occidis? & ſi eam pluſquàm oportet reficis, inimicum tuum nutris. *Ibidem poſt med.* &c. *E.*

50. Adverſa carnis, remedia ſunt animi. *Profec.*

51. Ægritudo carnem vulnerat, mentem curat. *Ibid. ſerm.* 43. *circa med. fol.* 92. *col.* 1. *A.*

51. Carnis tuæ fructus eſt libido, concupiſcentia, invidia, infirmitas, fragilitas, dolor, vermis, putredo fœtens, & fœtidus fœtor. *In ſerm. de Miſeria humana, in* 2. *volumine fol.* 102. *col.* 4. *K.*

53. Caro miſera, inſipiens, cæca, demens & prorsùs inſana caro tranſitorias & caducas quærit conſolationes, immò deſolationes. *Serm.* 6. *de Adventu in fine, fol.* 4 *col.* 2. *F.*

S BONAVENT. 54. Uodè caro ad tempus ſnaviter vivit, indè ſpiritus in æternum interit. *Lib.* 3. *Pharetra, cap.* 17. *in princ. pag.* 162. *col.* 2. *B. tom.* 6.

55. Servire carni mors eſt, cibus vermium, nidus dæmonum, vita peccatorum, fomes morborum, corruptio corporum, inquinatio morum; perditio booorum, acquiſitio malorum & dolorum. *In Alphabet. Religioſor. lect.* 22. *pag.* 529. *col.* 1. *E. tom.* 7. *part.* 4.

S CYPRIANUS. 56. Non eſt caro dictatrix peccati, nec inventrix malitiæ, nec cogitatus format, nec diſponit agenda, ſed officina eſt ſpiritus, qui in ea, & per eam quæcunque affectaverit peragit & conſummat. *In Præfat. ad Cornelium Papam, de cardinalibus operibus Chriſti, cap.* 4. *circa med. pag.* 446. *col.* 1. *tom.* 3.

S. CYRILLUS ALEX. 57. Caro hoſtis eſt & perſecutor noſter, peccati parens. *Lib.* 1. *Glaphyrorum in Deuteron. cap.* 3. *de Militante, ante med. pag.* 351.

58. Si ſuperior ſit caro, turpis eſt atque impurus qui vincitur, cœnóque planè contaminatior. *Profec.*

59. At ſi vincatur illa, ſpirituique ſe ſubmittat, illuſtris ac præoptanda gloria victores manet. *Hom.* 18. *in feſtu Paſchal. poſt init. pag.* 206.

DIONYSIUS CARTHUS. 60. Vitia carnis, delectationes atque tactus, mentem hominis vehementiſſimè cæcant, hominemque beſtiis reddunt conſimilem. *De Profeſſ. Monaſt. art.* 10. *in princ. fol.* 78. *pag.* 1.

S. EUSEBIUS EMISSEN. 61. Nullus nobis tàm occultus inimicus eſt, quàm caro noſtra. *Hom. de pœnit. Ninivitarum ſub finem, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 569. *col.* 2. *G.*

S FRANCISCUS ASSISIAS. 62. Maximus hominis inimicus eſt caro, nihil recogitare novit malorum, ut doleat: nihil prævidere, ut timeat. *Profec.*

63. Studium ejus eſt abuti præſentibus; quod autem pejus eſt, bona cuncta ſibi uſurpat.

64. Ipſa iti ſuam gloriam transfert quod non illi ſed animæ datum eſt, & ſibi impudenter arrogat.

65. Illa de virtutibus laudem, de vigiliis & orationibus favorem carpit extrinſecum, nihil animæ relinquens. *Tom.* 3. *Opuſculorum, oraculo primo, pag.* 497.

GLOSS. DECR. 66. Jumento noſtro adhibere debemus ſaccum, paleam, & flagellum. Saccum ideſt, opera pœnitentiæ: paleam, ideſt, neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem: flagellum, ut caſtigemus ſi exceſſerit. *Apud Gratian. in decretis, fol.* 389. *col.* 2. *edit. Lugd.* 1540.

GLOSS. INT. 67. In terrenis caro quieſcit, ſed ſpiritus deficit. *Sup. Iob, cap.* 11. *col.* 147. *A. tom.* 3.

68. Moderati viri carnem regunt, & ſpiritui ſubdunt. *Sup. Pſ.* 137. *col.* 1504. *D. tom.* 3.

S. GREGORI MAGN. 69. Terrenum fundamentum eſt ſubſtantia carnis. *Lib.* 5. *Moral. cap.* 29. *ante med. num.* 27. *col.* 166. *B. tom.* 1.

70. Quaſi quædam veſtis animæ, caro eſt: ſed hæc veſtis habet tineam ſuam, quia ab ipſa carnalis tentatio oritur, ex qua laceratur. *Ibidem,* &c. *C.*

71. Hi frequenter majores tribulationes ex carne ſuſcipiunt, qui carnis voluptatibus delectantur. *Lib.* 12. *Moral. capite* 14. *in fine, num.* 13. *columna* 414. *lit. A. tom.* 1.

72. Caro nobis aliquando adjutrix eſt in bono opere, aliquando autem ſeductrix in malum. *Homil.* 19. *ſup. Ezechiel. longè ante finem, col.* 275. *A. tom.* 2.

73. Turpe eſt diligere, qoòd conſtat citiùs perire. *Hom.* 3. *ſup. Evang. in fine, col.* 328. *B. tom.* 2.

74. Caro delectationibus paſcitur, anima verò amaritudinibus vegetatur. *Profec.*

75. Sicut carnem dura convulnerant, ita ſpiritum mollia necant. *In ſeptem Pſalm. Pœnit. ſup. Pſ. verſ.* 16. *poſt med. col.* 561. *B. tom.* 2.

76. Sicut carne quieſcente ſpiritus deficit, ita ea laborante convaleſcit. *Ibidem.*

77. Quemadmodùm carnem mollia nutriunt, ita animam dura ad alta ſuſtollunt. *Ibidem.*

78. Dùm quiſque conſiderat, quàm citiùs caro ad pulverem redeat, feſtinè ſuperat hoc, qoòd ſe de carne intùs turpiter impugnat. *Lib.* 3. *Moral. cap.* 17. *in princ. num.* 22. *col.* 86. *D. tom.* 1.

79. Carnis vita per momenta deficit, & tamen carnale deſiderium creſcit. *Ibid. lib.* 10. *cap.* 13. *ab initio, num.* 23. *col.* 364. *D.*

80. Valida ſunt, & omnimò violenta bella carnis. *Lib.* 6. *in* 1. *Reg. cap.* 1. *poſt init. columna* 1569. *lit. D. tom.* 2.

81. Teneat fortem cuſtodiam animi, qoi potenter vult diſpergere motus carnis. *Ibid. cap.* 2. *ante med. col.* 1603. *lit. B.*

S. HIERONYM. 82. Nihil carne humilius, nihil vilius, nihil omni injuriæ paſſionique ſubjectius. *Tom.* 4 *Ep.* 7. *de viro perfecto, longè ante med. pag.* 45. *B.*

83. Caro frigus timet, aſpernatur famem, attenuatur vigiliis, libidinibus exardeſcit, mollia quæque & jucunda deſiderat. *Lib.* 3. *ſup. Ep. ad Galat. cap.* 5. *pag.* 193. *B. tom.* 9.

HUGO A S. VICTORE. 84. Ubi præcedit ſpiritûs elatio, ſequitur carnis turpitudo. *De Orat. Dominica, cap.* 16. *in princ. pag.* 214. *F. to.* 1.

85. Carni providenda ſunt neceſſaria, ne deficiat: & ſuperflua reſecanda, ne ſæviat. *Sup. Ep. ad Rom. ante med. pag.* 263. *E. tom.* 1.

Hugo a Sanc-to Victore.

86. Qui carni ſecundùm voluptatem indulget, de jumento facit Deum ſuum. *Ibidem.*

87. Carni providendum eſt ut ſerviat, non ut ſæviat: ut ſit ancilla, non domina: boſtia fiat vitiorum mortificatione, & vivat virtute. *Ibidem poſt med. pag.* 266. *lit. A.*

88. Sie nutrienda eſt earo, ut ſerviat: ſic domanda, nt non ſuperbiat. *Sup. Regulam D. Auguſt. cap.* 3. *poſt med. pag.* 8. *D. tom.* 2.

89. Caro ſemper quærit affluentiam eibi, libertatem otii. *Proſec.*

90. Neceſſaria impendenda ſunt carni, non ſubtrahenda: ſed ne vacet otio, dùm impenditur cibus, ſequantur quæ conveniunt aſino, virga ſcilicet & onus: virga correctionis, & onus laboris. *Lib.* 2. *de clauſtro animæ, cap.* 14. *circa med. pag.* 46. *B. tom.* 2.

91. Caro fragilis eſt, ſuadet & concupiſcit adversùs ſpiritum, pravos motus gignit, & infirma eſt. *Lib.* 4. *de propriet. rerum, capite* 3. *ante med. pagina* 304. *lit. E. tom.* 2.

92. Tres ſunt tyranni, qui contra noa acies ſuas producunt: diabolus, mundus & caro. *Proſec.*

93. In exercitu diaboli militant vitia: in caſtris mundi, proſpera & adverſa: in ſocietate carnis, deſideria terrena.

94. Ex his tribus duo conjuraverunt tertio, ad ſubverſionem noſtram.

95. Mundus enim & caro diabolo auxilium ferunt contra nos: unus eſt vicinus, alter domeſticus: mundus enim juxta nos, caro nobiſcum.

96. Idcircò confidit diabolus magis in auxilio carnis, quia plus nocet domeſticus hoſtis. *Lib.* 1. *Miſcellan. codicis primi tit.* 195. *pag.* 113. *F. tom.* 3.

Hugo Card.

97. Quantò magis procuratur earo, tantò corruptior efficitur. *Sup. Eccleſiaſten. cap.* 11. *Moraliter fol.* 102. *col.* 1. *tom.* 3.

98. Tàm ſervus, quàm aſinus noſter, eſt noſtra caro, cui debetur cibus ad ſuſtentationem naturæ, virga diſciplinæ ad reprehenſionem laſciviæ, opus & onus ad perfectionem pœnitentiæ. *Proſec.*

99. Debentur illi cibaria, ne deficiat; virga, ne laſciviat: onus, ut proficiat. *Sup. Eccleſiaſticum, cap.* 33. *fol.* 236. *col.* 4. *tom.* 3.

100. Caro igne luxuriæ & avarítiæ cocta, quantò plus lavatur, tantò ſordidior invenitur. *Sup. Iſajam, cap.* 16. *fol.* 40. *col.* 2. *tom.* 3.

101. Nihil viliua quàm à carne vinci, oihil glorioſius quàm carnem vincere. *Sup. Matth. cap.* 4. *fol.* 12. *col.* 2. *tom.* 6.

Idiota.

102. Miſera caro aviditatem edendi commovet, gulam incitat, appetitum provocat, voluptates ingerit. *Lib.* 3. *contempl. de conflictu carnis, cap.* 2 *in princ. apud Bib. Patr. tom.* 10. *pag.* 16. *col.* 2. *F. edit. Coloniæ* 1618.

S. Ignatius Mart.

103. Qui carnales ſunt, ſpiritualia facere non poſſunt: nec qui ſpirituales ſunt, carnalia. *Et habetur apud D. Ioan. Damaſc. lib.* 3. *Parall. cap.* 66. *in princ. fol.* 131. *pag.* 1. *D. edit. Coloniæ* 1618.

Joannes Caſſ.

104. Non eſt nobis adverſarius extrinſecus formidandus, in nobiſmetipſis hoſtis inclnſus eſt. *Proſec.*

105. Non habemus hoſtem nobis extrinſecùs metuendum, ſi ea quæ intra nos ſunt ſpiritui devicta ſubdantur. *Lib.* 5. *de ſpiritu Gaſtrimargiæ, cap.* 21. *in princ. pag.* 126.

106. Quodammodò exire de carne eſt, in corpore commorantem; & ultra naturam eſt, fragili carne circumdatum, carnis aculeos non ſentire. *Lib.* 6. *de ſpiritu fornicat. cap.* 6. *ante med. pag.* 151.

S. Joannes Chryſoſt.

107. Natura carnalis domus diaboli eſt, quia omne malum intùs in carne eſt, quia ſecundùm voluntatem carnis eſt. *Hom.* 5. *oper. imperf. ſup. Matth. poſt init. col.* 774. *C. tom.* 2.

108. Caro non arbitrio ſuo eſt, ſed in malo: condita eſt ſub peccato, & non poteſt bonum velle. *Ibid. Hom.* 12. *ante med. col.* 816. *A.*

S. Joannes Chryſoſtom.

109 Caro inimicum ſuum diligere non poteſt; quia impoſſibile eſt, ut injuriam non ſentiat ſibi illatam. *Ibidem, Hom.* 13. *poſt init col.* 825. *A.*

110. Fieri non poteſt, ut caro nata de vanitate, non ſit vanitatis amatrix. *Ibid. ante med. col.* 828. *B.*

111. Caro adversùs animam certare poteſt, vincere non poteſt, niſi ipſa anima conſenſerit ut vincatur: anima autem adversùs carnem, & certat & vincit. *Ibid. ut antè. C.*

112. Noli, quòd carnem habeas, de victoria & labore pro virtute ſubeunda deſperare. *Proſec.*

113. Carnis natura Paulo non fuit impedimento, quin qualis fuit evaderet: nec Petro, ut cœli claves acciperet.

114. Et Enoch in carne tranſlatus eſt, nuſquàm apparuit: ita & Helias cùm carne raptus eſt.

115. Abraham, & Iſaac, & Jacob in carne claruerunt; & Joſeph in carne impudicam mulierem ſuperavit. *Hom.* 74. *ſup. Ioan. ante finem, col.* 354. *D. & conſeq. tom.* 3.

116. Non decet ut caro imperet, ſed obediendo ſequatur: neque ut vitam dirigat, ſed ut ſpiritûs leges, quibus obtemperet, accipiat. *Serm.* 14. *ſup. Ep. ad Rom. poſt init. col.* 156. *C. tom* 4.

117. Carnalis homo, rebus præſentibus addictus eſt, atque in his perpetuò verſatur. *Hom.* 3. *ſup.* 2. *ad Cor. circa med. col.* 705. *A. tom* 4.

118. Quemadmodùm de his qui virtute clari ſunt, licèt habeat quis corpus, dicere tamen ſolemus, Totus anima eſt: ita & de carnalibus, licèt illis per vitam non deſit anima, dicimus tamen, Totus caro eſt. *Hom.* 13. *ſup.* 1. *ad Timoth. in fine, col.* 1503. *A. tom.* 4.

S. Joannes Clim.

119. Amicus ingratus ac doloſus, caro eſt: & ſi foveatur, ampliùs lædit. *Gradu* 9. *fere in med. apud Bibl. Patr. to.* 6. *part.* 2. *pag.* 263. *col.* 2. *G. edit. Coloniæ* 1618.

S. Isid. Pelus.

120. Si carnis tuæ cupiditas adversùm te furit, ac rabido impetu fertur, ignis futuri memoriam ipſi refrica, & extinguetur. *Lib.* 1. *Ep.* 433. *ad Salomon. apud Bibl Patr. to.* 5. *part.* 2. *pag.* 515. *col.* 2. *F. edit. Colon.* 1618.

S. Laurent. Iustin.

121. Caro pretioſis ac deauratis indumentis cooperta, monilibus ornata, ſertiſque præclaris compoſita, quid aliud eſt quàm caro fœtida, corruptibilis? *Part.* 2. *de Humilitate, cap.* 14. *poſt med. pag.* 680. *col.* 2. *F.*

S. Leo I.

122. Caro eſt ad debitum alenda & fovenda famulatum: non fiat ibi ſervitus, ubi debet eſſe dominatus. *Serm.* 1. *de Reſurr. Dom. ante finem, folio* 58. *pag.* 2.

123. Terra carnis noſtræ, niſi aſſiduis fuerit ſubacta culturis, citò de ſegni otio ſpinas, tribulóſque producit, & partu degeneri dabit fructum non horreis inferendum, ſed ignibus concremandum. *Serm.* 4. *de jejunio Pentecoſt. poſt med. fol.* 66. *pag.* 2.

124. Maximè frænis continentiæ caro moderanda eſt, & quidquid ſublimibus deſideriis obviat, amputandum. *Serm.* 7. *Quadr. ſub finem, fol.* 35. *pag.* 2.

125. Quantúmlibet ſapienter & provide Judex animus ſuis exterioribus præſit, inter ipſas tamen curas atque menſuras regendæ carnis & alendæ, nimis ei ſemper vicina tentatio eſt. *Serm.* 5. *de Iejunio ſeptimi menſis, circa init. fol.* 72. *pag.* 2.

126. Dùm impinguatur caro, torquetur affectionibus & obſcuratur anima. *Centuria* 5. *de virtute & vitio. cap.* 96. *apud Bibl. Patr. tom.* 7. *pag.* 402. *col.* 2. *H. edit. Coloniæ* 1618.

Pet. Bles.

127. Nulla peſtis efficacior eſt ad nocendum, quàm familiaris, & domeſticus inimicus noſter. *Proſec.*

128. Hic eſt ignis in gremio, ſerpens in ſinu, hæc eſt uxor hominis litigioſa, peſſima caro noſtra.

129. Quæ licèt ſit vexata doloribus, repleta illuſionibus, infecta ſordibus, afflicta infirmitatibus.

130. Licèt ſit obnoxia paſſionibus, flagellis trita, plagis cæſa, morti denique deputata.

131. Tamen adhuc aculeis contradictionum hiſpida, rebellis, ſuperba, murmuroſa, queruloſa, contumax, inquieta, in ſuum & animæ conjurat exitium.

Pet. Bles. 132. Nec poſſe ſatisfieri ſibi putat, donec ſe & animam præcipitet in æternæ damnationis abyſſum.

133. Non attendit, infeliciſſima caro, quàm nobilem & quàm neceſſarium ſibi babeat hoſpitem, cujus beneficiis ſuſtentatur, regitur & honeſtatur.

134. Quòd audit, quòd videt, quòd ſentit, quòd intelligit, quòd loquitur, quòd movetur, totum hoſpiti ſuo debet.

135. Cujus auxilio deſtituta fieret quaſi terra ſine aqua, immundum morticinum, vermium cibus, aëris corruptela. *Ep. 11. ad quendam Clericum, in medio, apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 709. columna 2. E. & F.*

136. Noviſſima carnis noſtræ ſunt quinque. Materia vilis, actus humilis, ingreſſus flebilis, ſtatus difficillis, ingreſſus horribilis. *Ibid. Ser. 12. Quadrag. ſub fin. pag. 855. col. 1. A.*

137. Caro Dalila noſtra eſt, domeſticus hoſtis noſter: hunc occidere nobis non licet, imò circumferre & alere nos oportet. *Profec.*

138. Sic autem affligatur, ut ſerviat: ſic tendatur, ne rumpatur. *Ibid. de Confeſſ. Sacramentali, ante finem, pagina 938. columna 1. B.*

S. Petrus Damianus. 139. Quid ſit caro, doceat ipſa caro: quodque perhibet mortua, teſtetur & viva. *Opuſc. 50. cap. 11. in fine, pag. 726. col. 2. A. tom. 3.*

S. Prosper. 140. Verè dominator eſt terræ, qui carnem ſuam regit legibus diſciplinæ. *Sentent. 242. in fine tomi 3. oper. D. Auguſt. pag. 755. A.*

Thalassius. 141. Ne putes mentem à carnis amicitia deſciviſſe, cùm adhuc in his quæ carnis ſunt propria occupetur. *Hecatontade 4. Sent. 2. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 275. col. 2. G. edit. Coloniæ 1618.*

S. Thomas Aquinas. 142. Qui carnales ſunt, non poſſunt niſi ea quæ ſunt carnis & ſanguinis cogitare. *Contra Græcos, Armenos, &c. cap. 3. in princip. folio 93. pagina 2. tom. 2.*

Thomas à Kempis. 143. Quid prodeſt hic carnem delicatè nutrire, & poſtea in inferno graviſſimè torqueri? *In valle liliorum, cap. 24. Sent. 3. pag. 546. tom. 2.*

144. Quantò caro plus premitur, tantò ſpiritus plus elevatur. *De diſciplina Clauſtralium, cap. 12. ſect. 1. pag. 619. tom. 2.*

145. Caro trahit deorſùm, ſpiritus trahit ſurſùm: caro quærit mollia & blanda, ſpiritus ſuadet dura & aſpera. *Prof.*

146. Si ſequeris carnem, deciperis: ſi ſequeris ſpiritum, coronaberis. *In Hoſpitali pauperum, cap. 3. in med. pag. 655. tom. 2.*

In Vit. Pat. 147. Sicut pinguis terra germinat quod in ea abſconſum eſt, ſic & caro pinguis producit vitium. *Et habetur apud Bedam, tom. 7. de Scintillis, cap. 27. col. 412.*

S. Zeno. 148. Omnis caro quamdiù flagitioſis illecebris hujus mundi, ac tenebris feralibus agitatur, profectò pecuina eſt, ac miſero, fragili, deteſtabilique verſatur in jure. *Ser. de Reſurr. poſt med. apud Bibl. Patrum, tom. 3. pag. 135. col. 1. D. edit. Coloniæ 1618.*

149. Caro quaſi quoddam eſt ſpeculum intuentis plenitudine gravidatum, quòd non tàm imaginem ſuam, quàm ejus cujus eſt io uſibus gerit. *Ibidem, &c. col. 2. littera G.*

Sententiæ Paganorum.

Plato. 150. Unicuique adversùs ſeipſum, tanquàm hoſti adversùs boſtem eſt decertandum. *Tom. 2. Syzygia 4. lib. 1. de legibus poſt init. pag. 626. D.*

Seneca. 151. Nihil adhuc conſecutus es, ſi multa effugiſti, te nunquàm. *Lib. 1. quæſt. in præfat. ante med. pag. 647. tom. 1.*

152. Non eſt ſumma felicitatis noſtræ in carne ponenda. *Ep. 74. paulo ante med. pag. 676. tom. 2.*

Sixtus Phil. 153. Donec in deſiderus eſt caro, anima ignorat Deum. *Sent. 128. apud Bibl. Patr. tom. 3. part. 2. pag. 65. column. 2. lit. E. edit. Colon. 1618.*

Sixtus Philosophus. 154. Ex carne nihil oritur bonum. *Ibid. Sent. 263. pag. 66. col. 1. D.*

155. Bonum in carne oon quæras. *Ibid. Sent. 306. pag. 66. col. 2. F.*

Vide etiam tit. Affectio. Sent. 62. Amor. Sent. 141. Appetere. Sent. 50. 57. Cibus. Sent. 147. Corpus. per totum. Damnatio. Sent. 19. Mortificatio. per totum. Occupatio. Sent. 46. Satietas. Sent. 20. Tentatio. Sent. 41. 49. 82. 242. Vanitas. Sent. 58.

Carnem domare.

Vide Domare.

Carnis mortificatio.

Vide Mortificatio.

Caſtigatio.

Vide Correptio.

Caſus.

Vide Cadere.

Caſtitas.

DEFINITIO, DESCRIPTIO, DIVISIO, Differentia, Productio.

Definitio.

S. Ambrosius. QUID eſt caſtitas virginalis, niſi expers contagionis iotegritas? *Lib. 1. de Virgin. ante med. col. 80. B. tom. 3.*

S. Augustin. Caſtitas animi eſt amor ordinatus, oon ſubdeos majora minoribus: minus eſt enim quidquid in corpore, quàm quidquid in animo violari poteſt. *De Mendacio ad Conſentium, cap. 20. circa med. pagin. 19. litt. B. tom. 4.*

S. Bernard. Caſtitas eſt quæ in boc mortalitatis & loco & tempore, ſtatum quendam immortalis gloriæ repræſentat. *Ep. 42. ad Henricum Senonenſem Archiep. longè ante med. folio 215. col. 4. L.*

S. Bonavent. Caſtitas eſt virtus origine cœleſtis. *Lib. 2. de perfect. Religioſ. cap. 52. circa fin. pagin. 597. col. 1. C. tom. 7. part. 4.*

S. Cyprian. Caſtitas munimen invictiſſimum eſt ſanctimoniæ, & expugnatio fortis infamiæ: fortitudinis firmitas, & laſciviæ petulantis infirmitas. *Prof.*

Caſtitas probitatis eſt præſidium, & improbitatis excidium; animæ victoria, & corporis præda.

Caſtitas eſt ubertas gloriarum, & ſterilitas criminum: pronuba ſanctitatis, & repudium turpitudinis.

Caſtitas ſinceritatis eſt indicium, & abolitio ſcandalorum: exercitium continentiæ, & evacuatio tota luxuriæ.

Caſtitas, pax eſt ſecura virtutum, & debellatio inquieta vitiorum: puritatis culmen, & libidinis carcer.

Caſtitas eſt honeſtatis portus, & ignominiæ naufragabilis locus: virginitatis mater, & hoſtis impudicitiæ.

Caſtitas, lorica eſt pudoris, & ſpolium probroſitatis: corruptionis exitium, murus rigoris, & deſtructio vulgaritatis.

S. CYPRIAN. Caſtitas, ſeveritatis eſt gladius, triumphator & diſſolutionis occiſor: armatura virium, & exarmatura fluxorum.

Caſtitas, integritatis eſt dignitas, & fornicationis addictio: claritatis faſtigium, & dedecoris præcipitium.

Caſtitas, voluptas eſt bonorum operum, & afflictio vitiorum: refrigerium pudicitiæ, pœna petulantiæ: acquiſitio triumphorum; & facinorum detrimentum.

Caſtitas, requies eſt ſalutis, & perditionis exilium: vita ſpiritus, & carnis interitus: ſtatus qualitatis Angelicæ, & funus humanæ ſubſtantiæ. *De ſingularit. Cleric. cap.* 22. *ante med. pag.* 537. *col.* 1. *tom.* 3.

DIONYSIUS CARTHUS. Caſtitas eſt repreſſio venereorum, & concupiſcentiæ, ſine impugnatione atque labore. *Sup. Ep. ad Galat. cap.* 5. *poſt med. fol.* 76. *C.*

HUGO A S. VICTORE. Caſtitas eſt munditia corporis, cum integritate mentis. *Lib.* 4. *de anima, cap.* 16. *poſt med. pagin.* 135. *H. tom.* 2.

S. JOAN. CLIM. Caſtitas eſt incorporeæ familiaritas mentis: caſtitas eſt Chriſti jucundum diverſorium, cœleſtiſque clypeus cordis. *Gradu* 15. *in princ. apud Bibl. Patrum, tom.* 6. *part.* 2 *pag.* 267. *col.* 2. *H. edit. Colonia* 1618.

Caſtitas eſt exceſſiva naturæ abnegatio, corporiſque mortalitas, atque corruptibilis ad incorpoream ſpiritualemque ſubſtantiam contentio. *Ibidem, &c. C.*

Caſtus ille eſt, qui amore amorem excluſit, ignemque igne ſpiritus extinxit. *Ibid. &c. C.*

S. THOMAS AQUINAS. Caſtitas eſt virtus, per quam concupiſcentiam caſtigamus quodam rationis moderamine. 1. 2. *quæſt.* 151. *in princ. corporis, pag.* 258. *col.* 1.

DIVISIO.

S. AMBROS. Docemur triplicem caſtitatis eſſe virtutem; unam conjugalem, aliam virginalem, tertiam vidualem. *De viduis ante med. col.* 157. *A. tom.* 1.

DIFFERENTIA.

S. BERNARD. Differunt inter ſe homo pudicus & Angelus, ſed felicitate non virtute: etſi illius caſtitas felicior, hujus tamen fortior eſſe cognoſcitur. *Epiſt.* 42. *ad Henricum Senonenſem Archiepiſcopum, longe ante med. fol* 215. *col.* 4. *L.*

DIONYSIUS CARTHUS. Continentia & caſtitas diſtinguuntur: quoniam continens ſuſtinet concupiſcentias fortes ſed non vincitur: caſtus verò nec ſuſtinet eas, undè nec ſuperatur. *Sup. Ep. ad Galat. cap.* 5. *poſt med. folio* 76. *C.*

S. JOANNES CHRYSOST. Caſtitas carnis, eſt neſcire mulierem: caſtitas ſpiritualis, eſt fidelem eſſe Deo. *Hom.* 15. *oper. imperf. ſup. Matth. paulò ante med. col.* 844. *B. tom.* 2.

S. REMIGIUS. Hoc inter continentiam & caſtitatem diſtat; quia continentia poteſt eſſe conjugatorum, viduarum atque virginum: caſtitas verò, propriè virginum eſt. *Sup. Ep. ad Galat. cap.* 5. *can.* 23. *apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 957. *col.* 1. *D.*

PRODUCTIO.

S. BONAVENT. Caſtitas eſt ſobrietatis filia, qui ergo caſtus eſſe deſiderat, ſtudeat ſobrietati; quia ſine ea, non diù caſtitas eſt ſecura: & cum proficiente proficit, & cum decreſcente decreſcit. *Lib.* 2. *de Perfect. Relig. cap.* 52. *in princ. pag.* 597. *col.* 1. *B. tom.* 7. *part.* 4.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Caſtitas Angelos facit: qui eam ſervavit, Angelus eſt: qui perdidit, diabolus. *Lib.* 1. *de Virgin. poſt med. col.* 85 *B. tom* 5.

2. Habet bonam militiam caſtitas, quæ ſtipendiis militat ſempiternis. *Ibidem, Lib.* 2. *poſt med. columna* 50. *lit D.*

3. Prima caſtitatis victoria eſt, facultatum cupiditates vincere: quia lucri ſtudium, tentamentum pudoris eſt. *Libr.* 5. *Epiſt.* 31. *ad Valentinian. Imperat. ante med. col.* 571. *B tom.* 3.

S. ANTONINUS. 4. Officium ſingulorum ſit chariſſimi, non ſolùm oculos habere caſtos, ſed & linguam. *Part.* 2. *tit.* 3. *cap.* 7. §. 3. *ſub fin. fol.* 139. *col.* 3.

5. Prima janua totius bonitatis in homine, eſt cuſtodia caſtitatis. *Part.* 4. *tit.* 4. *de Temperantia, cap.* 6. §. 1 *poſt init. folio* 44. *col.* 4.

6. Aſpectus mulierum, frequens cum eis colloquium, ſeu contubernium, & munerum hinc indè ſuſceptio, deſtruunt caſtitatem. *Ibidem,* §. 2. *poſt medium, fol.* 46. *col.* 1.

S. ATHANAS. MAGNUS. 7. Ne confidas in tua caſtitate, ne cadas, ſed metuas. *De Virginit. ante finem, col.* 627. *A. tom.* 3.

S. AUGUSTIN. 8. Animorum ritè conjugatorum tantò ſincerior, quantò probatior; & tantò ſecurior, quantò placidior caſtitas perſeverat. *De bono conjugali, cap.* 3. *poſt med. pag.* 548. *C. tom.* 6.

9. Melior eſt caſtitas cælibum, quàm caſtitas nuptiarum. *Ibid. cap* 22 *ante med. pag.* 558. *C.*

10. Caſtitas plus eſt, quàm caſtus: ſi enim caſtitas non eſſet, undè eſſet iſte caſtus non haberet: ſi autem noluerit eſſe caſtus, caſtitas integra perſeverat. *Tract.* 39. *de cap.* 8. *ſup. Evang. Joan. ante finem, pag.* 202. *C. tom.* 9.

11. Imitentur adoleſcentes Joſeph caſtum, pulchrum corpore, pulchriorem mente, quem caſtitas ſic poſſederat, ut irruentes minæ dominæ mulieris impudicæ non poſſent eum violare nec corpore, cujus jàm Deus poſſederat mentem. *De Cataclyſmo cap.* 6. *ante fin. pag.* 677. *B. tom.* 9.

12. Inter omnia Chriſtianorum certamina, ſola dura ſunt prælia caſtitatis; ubi quotidiana pugna, & rara victoria. *De Honeſt. mulier. cap.* 2. *ante med. pag.* 722. *D. tom.* 9.

13. Suſanna mulier inimicos ſuos tacuit, & vicit: tacente lingua, pro ea caſtitas loquitur. *Prof.*

14. Caſtitas Suſannæ affuit in judicio: quæ Evæ defuit in Paradiſo: ibi enim pudori ejus conſuluit, hic ſaluti: ibi ne macularetur pudicitia, hic ne innocentia damnaretur. *Ser.* 2. *fer.* 2. *poſt Dom. Palmar. & in ord.* 118. *ante med. pag.* 613. *B. tom.* 10.

15. Secura eſt de victoria caſtitas, cui eſt judicatura virginitas. *Ibidem, poſt med. pag.* 613. *B.*

16. Caſtitas, Angelica eſt vita, caſtitas hominem cœlo conjungit, Angelis facit civem. *Ser.* 1. *Dom.* 25. *poſt Trin. in princip. pag.* 816. *D. & E. poſt med. pag.* 817. *A. tom.* 10.

17. Pulchra eſt caſta juvenum pudicitia, & Deo amabilis, & ad omne bonum utilis. *Ibidem, circa med. pag* 817. *A.*

18. Caſtitas eſt
- Ornamentum nobilium.
- Exaltatio humilium.
- Nobilitas ignobilium.
- Pulchritudo vilium.
- Solamen mœrentium.
- Augmentum pulchritudini
- Decus Religionis ſanctæ.
- Minoratio criminum.
- Multiplicatio meritorum.
- Dei amica.
- Angelorum cognata.
- Patriarcharum vita.
- Prophetarum corona.
- Apoſtolorum cingulum.
- Martyrum auxilium.
- Confeſſorum vehiculum.
- Virginum ſpeculum.
- Viduarum refugium.
- Cunctorum bonorum gaudium & ſolamen.

Serm. 19. *ad Fratr. in Eremo, circa finem, pag.* 932. *D. tom.* 10.

S. AUGUSTIN. 19. Qui filios habet ſpirituales, vel carnales, nutriat illos in caſtitate Deo, non in fornicatione diabolo. *Ser.1.Dom.25.poſt Trin.circa med.pag.*817.*A.tom.*10.

20. Omnibus caſtitas pernecesſaria eſt, ſed maximè miniſtris Chriſti altaris: tales decet Dominum habere miniſtros, qui nulla contagione carnis corrumpantur, ſed potiùs continentia caſtitatis ſplendeant. *Ib. ſub. fin.pag.*817.*A.*

21. Vera non eſt caſtitas animi fornicantis. *Lib.* 4. *contra Julianum, cap.* 3. *poſt med. pagina* 703. *lit. B. tom.* 7.

22. Quis eſt hominum, qui ſuam cogitans infirmitatem, audet viribus ſuis tribuere caſtitatem ſuam? *Lib.* 2. *Conf. cap.* 7. *in medio, pag.* 57.*B.tom.*1.

23. Multæ cuſtodiæ faciunt fœminam caſtiorem, virum caſtum faciat ipſa virilitas. *Serm.*1. *Dom.*4. *Quadrag. & in ord.* 96. *non longe a medio. pag.*573. *lit. A. tom.* 10.

24. Proditor caſtitatis ſuæ, animam occidit. *Serm.* 1. *fer.* 3. *poſt Dom. Palmar. & in ord.* 120. *poſt med. pag.* 619. *B. tom.* 10.

25. Caſtitas cum abundantia & fertilitate ſtare non poteſt. *Ser.*47. *ad fratr. in Eremo poſt med. pag.*987.*A. tom.* 10.

26. Caſtitas hominem perducit ad gloriam, ad cœlum ſublevat, ſanctis Angelis unit. *Ibid. Ser.*63. *circa med.pag.*1007. *B.*

V. BEDA. 27. Cuſtos caſtitatis, eſt virtus humilitatis. *Tom.* 2. *in ſuis Prov.verbo Cuſtos pag.*187.

S. BERNARD. 28. Continentiâ caſtitatis diluitur quidquid antè luxuria inquinavit. *Ser.*2. *poſt Octav. Epiph. poſt med.fol.* 22. *col* 4. *K.*

29. Periclitatur caſtitas in deliciis. *In Serm exhort.ad milites templi, cap.* 30. *in princip. folio* 126. *columna* 3. *lit. I.*

30. Per continentiam caſtitas acquiritur. *Serm.* 25. *de parvis ſermon. in princ. fol.*120. *col.* 3. *G.*

31. Caſtitatis fructus eſt ſuavitas. *Ser.* 22. *ad Soror. in princ. fol.*87. *col.*2.*F. in* 2. *volumine.*

32. Ut caſtitas vigeat in mente, caro mactetur abſtinentiæ falce. *Serm.*8. *de Cœna Dom. in fin fol.*112.*col.*3. *I. in* 2. *volumine.*

S. BONAVENT. 33. Illi non ſunt dicendi caſti, qui ab opere carnis abſtinent, niſi voluntate caſtus ſit animus, caſtus affectus, & caſti ſint omnes ſenſus. *Serm.* 1. *de S. Ambroſ. ante med. pag* 221. *col.* 2. *tom.* 3.

34. Anima eſt caſta, quando caſta ſunt corda, caſta ſunt verba, & caſta ſunt opera. *Ibidem.*

35. Caſtitas habet pretium ſuper gemmas, & tenet ſolium ſuper ſtellas. *Tit.*4. *Diœta cap.*4. *in princ.pag.*294. *col.* 1. *C. tom.* 6. *part.* 1.

36. Caſtitas eſt theſaurus cum valore charitatis, ideò ſummè amandus; eſt theſaurus in vaſe fragiliſſimo, ideò ſummè conſervandus: eſt theſaurus cum maligniſſimo hoſte. & ideò ſummè timendus. *Ibid. circa med. pag.*294. *col.*2. *B.*

37. Caſtitas corpus mundificat, mentem liberam facit, conſcientiam lætificat, tàm hominibus quàm Angelis amabilem reddit & ſpectabilem. *Lib.* 2. *de Perfect. Religioſ. cap.* 53. *pagina* 597. *columna* 1. *D. E. tom.* 7. *part.* 4.

S. EPHRAM. 38. Caſtitas pulchra poſſeſſio eſt, quæ à feris non vaſtatur, & ab igne non comburitur. *De caſtitate poſt med pag.*126. *A. tom.* 1.

S. EVAGRIUS. 39. Cor caſtum, contemplationum portus eſt. *Et habetur apud D. Joannem Damaſc. lib.* 2. *Parall cap.* 78. *folio* 91 *pag.* 1. *A.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 40. Quid juvat, ſi quiſpiam ſit corpore caſtus, & mente pollutus? *Homil.* 4. *ad Monachos, paulò poſt med. apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 582. *col.* 1. *B. edit. Coloniæ* 1618.

GLOSS. ORD. 41. Caſtimonia carnis, ſæpè caſtimoniam mentis adimit: dum ſegniùs bonis operibus inſiſtunt, quando minùs proſpiciunt, quia caſtimonia abſque aliis bonis non valet; quibus adjunctis, gloriam & decorem acquirit. *Sup. Exod. cap.* 28. *columna* 798. *littera E. tom.* 1.

42. Virginibus ſtultis nihil profert caſtitas carnis, quibus defuit lumen internæ puritatis. *Ibidem.* GLOSS. ORD.

43. Qui caſtitatis virtutem perdit, ut faciat opera tenebrarum, neminem putat ſcire quod agit, & Deum omnium Conditorem fallere ſe credit, cùm vultus Domini ſit ſuper facientes mala. *Sup. Eccleſiaſtic. cap.* 23. *ſub finem, in illud, Tenebræ circumdant me,* &c. *col.* 1088. *D. tom.* 3.

44. Cùm arcem caſtitatis aſcendere nitimur, exemplis præcedentium ſublevamur: quid Joſeph caſtius, qui ad deſiderium petulantis dominæ jugo luxuriæ premi non potuit? *Lib* 27. *Mor. cap.* 5. *poſt med. col.* 901. *B. tom.* 1. S. GREGOR. MAGNUS.

45. Plerumque latet ſuperbia, & caſtitas innoteſcit: atque ideò oſtenſa diù caſtitas, circa vitæ finem perditur; quia cooperta ſuperbia, uſque ad finem incorrecta retinetur. *Ibid. lib.* 34. *cap.* 13. *poſt med. num.* 9. *col.* 1183. *C.*

46. Tunc caſtimonia ad perfectum munditiæ candorem ducitur, cùm per abſtinentiam caro fatigatur. *Part.* 2. *Paſtoral. cap.* 3. *in fine, columna* 1240. *lit. B. tom.* 1.

47. Nulla ſunt cætera bona, ſi occulti judicis oculis, caſtitatis teſtimonio non approbantur. *Lib.*21. *Moral. cap.* 3. *ferè in princ. col.* 713. *C. tom.* 1.

48. Tantò pejùs intùs ante Dei oculos luxurioſus exiſtit, quantò magis ante oculos hominum caſtus apparet. *Ibid. lib.* 28. *cap.*4 *in fine col* 942. *C.*

49. Caſtè vivere volentibus, contra fraudes fornicationis ſpiritûs ſubtiliter vigilandum eſt. *Lib.* 6. *in* 1. *Reg. cap.*1. *poſt init. col.*1569. *D. tom.* 2.

50. Lingua perſonat caſtitatem, & totum corpus præfert impudicitiam. *Tom.*1. *Ep.* 10. *ad Furiam, ante med. pag.* 81. *A.* S. HYERONIM.

51. Arduum eſt iter caſtitatis, ſed magna ſunt præmia. *Tom.* 1. *Ep.* 14. *ad Celantiam, ante finem, pag.* 119. *lit B.*

52. Infida cuſtos eſt caſtitatis, neceſſitas. *Libr.* 1. *adversùs Jovinianum, longè pòſt medium, pagin.*50. *D. tom.* 2.

53. Caſtum animum, nec ætas adoleſcentiæ permovet, nec diligentiùs authoritas. *Tom.* 4. *Ep.* 1. *ad Demetriadem longè ante med. pag.* 14. *D.*

54. Luxurioſo, verbum caſtitatis offenſio eſt. *Tom.* 4 *Ep.* 37. *ad Pammachium & Oceanum, circa med. pag.* 164. *C.*

55. Si caſtum eſſe me ſimulo, & aliud eſt in conſcientia mea: habeo non gloriam mercenarii, ſed ſupplicia peccatoris. *Lib.* 6. *ſup. Iſayam, cap.*16. *in fine, pag.* 84. *A. tom.* 5.

56. Rarò hæreticus diligit caſtitatem, ſed amare ſe ſimulat. *Libr.* 2. *ſup. Oſeam, cap.* 8. *pag.* 28. *lit. C. tom.* 6.

57. Quid tibi prodeſt, ſi caſtus ſis, & ſis invidioſus? *Sup. Pſalm.* 97. *verſ.* 7. *pagina* 144. *C. tom.*8.

58. Illa eſt vera caſtitas, quæ nec mente polluitur. *Sup.* 2. *ad Cor. cap.*6. *ſup. illud, In caſtitate,* &c. *pag.*334. *B. tom.* 9.

59. Animæ amiſſo decore caſtitatis, non inveniunt pinguedinem internæ charitatis, ſed abſque fortitudine virtutum vagantur mobiliter ante faciem diaboli. *Sup. Threnos cap.* 1. *Moraliter. fol.* 286. *columna* 2. *tom.* 4. HUGO CARD.

60. Non habet perpetuam caſtimoniæ puritatem, quiſquis non jugem temperantiæ æqualitatem tenere contentus eſt. *Lib.* 5. *de ſpiritu Gaſtrimargiæ, cap.* 9. *in medio pag.* 117. JOAN. CASS.

61. Nulla virtute tàm propriè carnales homines ſpiritualibus Angelis imitatione converſationis æquantur, quàm merito & gratiâ caſtitatis. *Lib.* 6. *de ſpiritu fornicat. cap.* 6. *poſt med. pag.* 131.

Digitized by Google

JOANNES CASS.

62. Quantò ſublime cœleſteque eſt præmium caſtitatis, tantò gravioribus adverſariorum inſidiis laceſſitur. *Ibidem, cap. 17. in princ. pag.* 161.

63. Mens dùm dormiens adhuc imaginum viſione deluditur, noverit ſe necdum ad integram perfectionem caſtitatis excoctam. *Ibidem, cap. 22. in fine, pag.* 164.

64. Cùm nihil carius ac pretioſius ſit caſtitate, nihil etiam damno ejus damnoſius. *In collat. 12. Abb. Chæremonis, cap. 9. in fine, pag.* 562.

65. Soli, qui experiuntur, agnoſcunt dulcedinem caſtitatis. *Collat.* 12. *Abbat. Chæremonis, cap.* 13. *in titulo pag.* 587.

S. JOANNES CHRYSOST.

66. Caſtitas ſine comitibus ſuis, jejunio videlicet & temperantia, citò laſſeſcit. *In ſubſcript. Pſ. 50. ante fin. col.* 737. *C. tom.* 1.

67. Caſtitas diſcordiæ non convenit, ebrietati, impudicitiæ, iracundiæ, malitiæ, adulationi, ſubdolæ menti, laudibus humanis inhærenti, voluptatibus inſiſtenti, cupiditati, avaritiæ, diſſenſioni, livori, invidiæ, contentioni: his vitiis non conjungitur caſtitas. *Hom. ſup. illud Zach. 6. Ecce vir oriens, prope finem, col.* 848. *tom.* 1.

68. Nulla res ſic caſtitatem mulieris viro commendat, ſicut vita ejus diſciplinata. *Hom. 1. oper. imperf. ſup. Matth. longè poſt med. col.* 736. *B. tom.* 2.

69. Ubi timor Dei eſt, ibi caſtitas eſt: ubi autem non eſt timor Dei, ibi neque caſtitas eſt. *Ibidem.*

70. Homo caſtus ille eſt, non qui non concupiſcit, ſed qui concupiſcentiam ſuam vincit. *Ibid. Hom. 13. ante med. col.* 828. *D.*

71. In matrimonio mox caſtitas delectatur, libido autem quaſi vinculo conjugii colligata torquetur. *Prof.*

72. Primus gradus caſtitatis, ſincera virginitas eſt: ſecundus autem, fidele conjugium. *Ibidem, Hom. 32. poſt init. col.* 947. *D.*

73. Caſtitas via eſt: quæ ducit ad Chriſtum: fornicatio via eſt, quæ ducit ad diabolum. *Ibidem, Hom. 41. poſt med. col.* 1030. *B.*

74. Sanctimonia propriè excellens, dicitur mentis caſtitas. *Hom. 4. ſup. 1. ad Theſſal. à medio, col.* 1348. *D. tom.* 4.

75. Qui caſtum habet cor, ibi diſcumbit Chriſtus. *Hom. de præparatione Adventus Domini paulò ante finem, col.* 848. *A. tom.* 1.

76. Multi corpore quidem caſtitati ſtudent, adulterium autem voluntate committunt. *Hom. 32. oper. imperf. ſup. Matth. poſt med. col. 952. B. ſup. illud 19. ſunt Eunuchi, &c. tom.* 2.

77. Caſtitas res eſt Angelica, per hoc ſolum homines Angelis aſſimilantur. *Hom. 42. ſup. Matth. oper. imperf. ante med. col.* 1037. *D. tom.* 2.

S. JOANNES CLIM.

78. Initium caſtitatis eſt, cogitationibus ſordidis non acquieſcere: medium verò, naturalibus motibus non inquietari: finis autem, mortificare corpus. *Gradu 15. circa init. apud Bibl. Patrum, tom. 6. part. 2. pagina col.* 1. *C. D. edit. Coloniæ* 1618.

79. Caſtitas diſcipulum theologum facit. *Ibid. Gradu 30. poſt med. pag. 293. col. 2. E.*

S. ISID. HISP.

80. Dæmones ſcientes pulchritudinem eſſe animæ caſtitatem, & per hanc hominem Angelicis meritis, è quibus illi lapſi ſunt, coæquari: livore percuſſi invidiæ, injiciunt per ſenſus corporis opus deſideriumque libidinis, ut ſecum quos vicerint glorantes ad tartara ducunt. *Lib. 2. de ſummo bono, cap. 39. Sent. 22. pagin.* 656. *col.* 1.

81. Amanda eſt pulchritudo caſtitatis, cujus deguſtata delectatio, dulcior invenitur quàm carnis. *Profec.*

82. Caſtitas enim fructus ſuavitatis eſt, & pulchritudo inviolata ſanctorum.

83. Caſtitas ſecuritas mentis eſt, ſanitas corporis eſt. *Ibidem, cap. 40. Sent. 5. pag. 656. col.* 1.

S. LEO I.

84. Nihil in omnium virtutum dignitate præſtantius, quàm puritas caſtitatis. *Ser. 4. de Paſſione, prope fin. fol. 43. pag.* 1.

S. PAULINUS

85. Quantò caſtior membris, tantò vicinior ſenſibus: & quantò mundior corde, tantò capacior Chriſti es. *Ep. ad Deſiderium circa med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 198. col. 1. A.*

S. PETR. DAM.

86. Quid prodeſt caſtitas corporis, ſi deſit puritas cordis. *Lib. 8. Ep. 14. ad ſorores ſuas, ante med. pag. 134. col. 2. E. tom.* 1.

87. Nulla virtus eſt, quæ in adoleſcentiæ flore graviora certamina perferat, quàm caſtitas. *Profec.*

88. Quam videlicet velut in camino ſurgentis incendii, titillantis illecebræ genuinus ardor impugnat. *Opuſc. 47. cap. 1. in princ. pag. 709. col. 2. C. tom.* 3.

S. THOMAS AQUINAS.

89. Secunda ad perfectionem via, eſt perpetua caſtitatis obſervatio. *Tom. 2. Opuſc. de perfect. vitæ ſpirit. cap. 8. ante med. fol. 28. pag.* 1.

THOMAS à KEMPIS.

90. Tàm laudabilis eſt virtus caſtitatis, ut eam magnificè extollant etiam incontinentes, & ad confuſionem ſui dignis laudibus honorent. *Ser. 12. ad Novitios. Diviſ. 6. pag. 42. tom.* 1.

91. Nihil ſic hominem ſuper propriam fragilitatem elevat, ſicut virtus caſtitatis. *Ser. 3. ad Fratres. Diviſ. 4. pag. 153. tom.* 1.

92. Otium & deliciæ, prædones ſunt caſtitatis. *Ibid. Ser. 5. Diviſ. pag. 4.* 156.

93. Nulla ætas, nullus quoque ſexus libertatem ſibi caſtitatis audeat polliceri. *Ibid. Diviſ. 7. pag.* 157.

94. Adhibenda eſt cautio magna, pro perſeverantia & cuſtodia caſtitatis, ne unquàm callido tentatori foris aut intus pateat vel minimus acceſſus. *Ibidem, Diviſ. 7. pag.* 158.

95. Dignus eſt locari cum Angelis in cœlis, qui caſtè vivit in terris. *Prof.*

96. Homo enim caſtus, amicus eſt Dei, Angelorum ſocius, virginum cognatus, & ſanctorum civis amatus. *In Hortulo Roſar. cap. 9. ſect. 3. pagin. 519. tom.* 2.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO.

97. Cùm cujuſque animus eſt corruptus, corpus caſtum eſſe non poteſt. *Lib. 4. de Arte Rhetorica ad Herennium ante med. col. 53. F. tom.* 1.

SIXT. POLY.

98. Vir caſtus poteſtatem accepit à Deo, eſſe Filius Dei. *Sent. 53. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 65. col. 1. A. edit. Coloniæ* 1618.

99. Caſtorum vita ſit, tibi honeſtatis exemplum. *Ibid. Sent. 272. pag. 66. col. 1. D.*

Vide etiam tit. Abſtinentia. Sent. 57. Labor. Sent. 27. Laſcivia. Sent. 18. Libido. Sent. 17. Medicina. Sent. 16. Miratio. Sent. 6. Sent. Sent. 4. 5. Vinum, Sent. 20. virtutum connexio.

Catholicus.

ETYMOLOGIA.

HUGO CARD.

CATHOLICUM idem eſt quod univerſale, vel commune. *In Prolog. ſup. Ep. B. Jacobi folio 310. col. 2. tom.* 7.

S. ISIDORUS HISPALENS.

Catholicus univerſalis interpretatur; nam Græci univerſale καθολικὸν vocant. *Lib. 7. Etymol. cap. 14. in medio. pag. 101. col.* 1.

S. PACIANUS

Catholicus græcè Καθολικὸς, ubi unum, vel obedientia omnium nuncupatur. *Ep. 1. ad Sympronianum, circa med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 236. col. 1. A. edit. Coloniæ* 1618.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANTONIUS ABBAS.

1. Eccleſia catholica, domus eſt veritatis. *Ep. 4. ad Fratres, circa init. apud Bibl. Patrum, tom. 4. pag. 28. col. 1. D.*

2. Qui

S. AUGUSTIN. 2. Qui deſperant ſe poſſe in Catholica diſciplina invenire quod quærunt, atteruntur erroribus: & ſi perſeveranter inquirant, ad ipſos fontes, à quibus aberraverunt, poſt magnos labores fatigati atque ſitientes, & penè mortui revertuntur. *Lib. 1. de Geneſi contra Manichæos, cap. 1. in fine pag. 561. tom. 1.*

3. Non affert Scriptura niſi Catholicam fidem rebus præteritis, futuris, & præſentibus. *Lib. 3. de doctr. Chriſtiana, cap. 10. paulo poſt medium, pag. 35. lit. B. tom. 3.*

4. Boni Catholici ſunt, qui & fidem integram ſequuntur, & mores bonos. *Lib. quæſt. Evang. ſup. Matth. quæſt. 11. poſt med. pag. 259. A. tom. 4.*

5. Diſſenſio & diviſio facit hæreticos, pax verò & unitas facit Catholicos. *Lib. 2. contra litteras Petiliani cap. 95. in fine, pag. 102. C. tom. 7.*

6. Fides in Scriptura Catholiciſſima eſt. *Ser. 14. de verbis Apoſt. poſt med. pag. 222. C. tom. 10.*

7. Chriſtianus fidelis, Catholicus eſt à Chriſto probatus. *De Paſtoribus, cap. 13. poſt med. pagin. 734. D. tom. 9.*

8. Hæretici Catholici eſſe nondùm incipiunt, niſi hæretici eſſe deſtiterint. *Lib. contra Fauſtum. Et habet. in decretis Gratiani can. Quid. §. Catholici, folio 297. columna 2.*

9. Omnis Catholicus ſecurus èam partem deteſtatur, cui Eccleſiam univerſalem Apoſtolicis ſedibus roboratam, non communicare cognoſcit. *Et habetur ut antè can. Schiſma. §. Omnis folio 317. col. 3.*

10. A Catholica regula non recedit, qui hæreticum Catholica dogmata mendaciter proferentem, Catholicum credit. *Contra mendac. cap. 3. ante medium tom. 4.*

11. Multi Chriſtiani Catholici vocantur, & ſunt adulteri, avari, ebrioſi, & quid aliud ſanæ doctrinæ adverſatur? *Lib. 20. contra Fauſtum, cap. 23. poſt medium, tom. 6.*

12. Sis talis Catholicus, cui reſiſtere nullus poſſit hæreticus. *Lib. 3. de Anima & ejus orig. cap. 1. poſt med. tom. 7.*

13. Eſto verus non fictus Catholicus, ne te fugiat Spiritus ſanctus. *Ibidem, cap. 2. circa finem.*

14. Mulier Catholica, etiam bis nupta, Virgini hæreticæ præfertur. *Libr. 3. ad Bonif. cap. 5. in medio, tom. 7.*

15. Utrum Catholicum peſſimis moribus, alicui hæretico (in cujus vita præter id quod hæreticus, non inveniunt homines quod reprehendant) præponere debeamus; non audeo præcipitare ſententiam. *Libr. 4. de Baptiſmo, cap. 20. in princip. pagina 288. lit. C. tom. 7.*

16. Catholici ſunt & vocantur, qui cum hæreticis non communicant. *In collat. tertia Diei cum Donatiſtis loco 2. poſt init. pag. 382. D. tom 7.*

S. BERNARD. 17. Longè plus nocet falſus Catholicus, quàm ſi verus appareret hæreticus. *Ser. 65. ſuper Cantica circa med. fol. 186 col. 1. C.*

18. Catholicorum carnalis animaliſve converſatio, nox eſt & tenebræ. *Ibidem, Ser. 75. ante finem, fol. 195. col. 3. I.*

S. FULGENT. 19. Catholici, qui malè vivunt, ſi priuſquam iſtam vitam finiant, non feſtinent ut à mala vita diſcedant, nec ſibi putent ad ſalutem ſufficere Catholicum nomen. *Lib. 1. de Remiſſ. peccat. cap. 26. in medio, apud Bibl. Patr, tom. 6. part. 1. pag. 113. col. 1. A. edit. Colonia 1618.*

GLOSS. ORD. 20. Mali Catholici licet ab Eccleſia non recedant, magis tamen inveniuntur per diverſa vitia ſervire diabolo, quàm per bona opera militare Deo. *Sup. Deuteronom. cap. 17. in principio columna 1555 littera B. tom. 2.*

21. Catholici & hæretici perpetua contentio eſt, quia diſpar intentio: alter enim falſitatem, alter defendit veritatem. *Ibidem, cap. 25. ſup. illud, Et unus contra alterum, columna 1617. littera A.*

22. Bonus Catholicus regno cœleſti dignus, debet habere unctionem Spiritus ſancti in corde per veram fidem, in ore per confeſſionem, in opere per ſanctam converſationem. *Sup. 2. Regum, cap. 2. col. 522. tom. 2. F.* GLOSSA ORD.

23. Quilibet Catholicus eùm artem (quam pro communi utilitate didicit) ſuperbiæ, cenodoxiæ, philargyriæ, vel cujuſlibet vitii contagione polluit, ſuo ſe gladio confodit: quia quo defendi ab hoſte debuit, in ſeipſum irruit. *Sup. 1. Paralipom. cap. 10. col. 1559. C. tom. 2.*

24. Boni Catholici magis timent de bonis ſpiritualibus amittendis, quàm de corporalibus, ſeu de temporalibus. *Sup. Judith. cap. 4. col. 1559. C. Moraliter. tom. 2.*

25. Catholicus Deum timens, omnia agit doctorum conſilio, & Scripturarum documento. *Sup. Eccleſiaſtic. cap. 32. col. 2136. D. tom. 3.*

26. Eſſe Regem (quia ſunt & alii) non mirum eſt: ſed eſſe Catholicum (quod multi alii non merentur) hoc ſatis eſt. *Lib. 5. in Regiſtro indict. 14. cap. 106. Ep. 6. ad Childebertum Regem Francorum, in princ. col. 826. D. tom. 2.*

27. Sicut hæreticorum perfidia bonis moleſtiam generat, & lachrymas: ſic malè vivens Catholicus, eis gravis eſt. *Lib. 2. ſup. Proverb. cap. 10. ſup. illud, Sicut acetum dentibus. pag. 21. C. tom. 7.* S. HIERONYM.

28. Quiſque Catholicus virtute fortis, & ſcientia fidei eruditus eſſe debet. *Sup. Eccleſiaſt. cap. 21. Myſticè fol. 210. col. 2.* HUGO CARD.

29. Prorsùs non opinetur Catholicum, quòd apparuerit Scripturæ ſententiis eſſe contrarium. *Homil. de Adam & Eva in fine, columna 538. littera C. tom. 1.* S. JOANNES CHRYSOSTOM.

30. Gloria & potentia, divitiæ ac nobilitas, cæteraque hujuſmodi nomina apud ſeculares nuda ſunt, apud Catholicos res firmæ atque perpetuæ. *Homil. 59. ſup. Matth. ante finem, columna 497. littera D. tom. 2.*

31. Inſtituta Catholicorum non humana adinvenit ſapientia, ſed gratia ſpiritualis edocuit, & ſunt veriſſimæ ſapientiæ dogmata. *Homil. 1. ſup. 1. ad Timoth. in Morali ab initio, columna 1434. littera C, tom. 4.*

32. Virum Catholicum, ſicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari. *Epiſt. 53. ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinop. paulò poſt init. fol. 114. pag. 2.* S. LEO I.

33. Fruſtrà utuntur Catholico nomine, qui impietatibus non reſiſtunt. *Epiſt. 93. ad Turibium Aſturienſem Epiſcopum, cap. 17. folio 150. pag. 1.*

34. Chriſtianus mihi nomen eſt, Catholicus verò cognomen. *Ep. 1. ad Sympronianum, circa med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 236. col. 1. A.* S PACIANUS.

35. Quod charitate Catholica non utitur, hæretica vanitate diſpergitur. *Sup. Pſ. 138. verſ. 19. pag. 153. col. 2. apud Bibl. Patrum tom 5. part. 3.* S. PROSPER.

36. Putemus, qui ſumus cunctis gentibus religioſiores, debere nos eſſe etiam fortiores. *Lib. 4. de Gubern. Dei, in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 335. col. 1. B. edit. Coloniæ 1618.* SALVIANUS.

37. Quid prodeſſe nobis prærogativa illa religioſi nominis poteſt, quòd nos Catholicos dicimus, cùm ipſi hæretica pravitate vivamus? *Prof.*

38. Si legem Dei non facimus, ſuperflua nobis Catholici nominis præſumptione plaudimus. *Ibidem, lib. 7. ante med. pag. 355. col. 1. C.*

39. Ille eſt verus & germanus Catholicus, qui veritatem Dei, qui Eccleſiam, qui Chriſti Corpus diligit; qui divinæ Religioni, qui Catholicæ fidei nihil præponit, & in fide fixus, ſtabilis permanet. *In ſuo commonitorio cap. 25. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 244. col. 2. edit. Colon. 1618.* VINCENT. LIRIN.

Cavere, Cautela.

DEFINITIO.

JOAN. GERS. CAUTELA eſt prudentia prout adminiculatur ad executionem ex conſideratione, per quæ poſſet præcepti executio præpediri. *Part.4. in deſcript. terminorum, cap. virtus, poſt med. folio 26. col. 1. O.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS 1. Creſcit culpa cùm proditur, nec cavetur. *Lib.1. de Jacob & vita beata, cap.4. in princ. col. 1054. lit. D. tom. 4.*

2. Cavenda prima ſunt vitia, ne in plura deindè graviora proſerpant. *Sup. Pſ. ante med. col. 1278. A. tom. 4.*

S. ANTONIN. 3. Sancti viri cavent ſibi à carne ſicut ab hoſte. *Part. 1. titul. 2. cap. 9. §. 2. ante finem, folio 34. col. 3.*

S. AUGUSTIN. 4. Sicut in cognitione cavendus eſt error, ſic in actione cavenda eſt nequitia. *De agone Chriſtiano, cap. 13. in princ. pag. 545. A. tom. 3.*

5. Nemo dubitat cavendi majoris damni cauſa, patiendum eſſe quod minus eſt. *De Mendacio ad Conſentium, cap.18. in fine, pag. 19. A. tom. 4.*

6. Non ita caveatur arrogantia, ut veritas relinquatur. *Sup. Joan. & hab. apud Gratianum in decretis, Part.2. cauſa 22. quæſt. 2. can. Non ita. folio 284. col. 2.*

S. BERNARD. 7. Qui pavet, cavet: qui negligit, incidit. *Ser. de converſione ad Clericos cap. 5. in fine, folio 113. col. 3. H.*

8. Cave prohibitum, ne perdas conceſſum. *De 12. grad. humil. gradu 1. verbo Quoque. folio 302. col. 1. C.*

S. BONAVENT. 9. Optimè pœnam cavit, qui legem ſervavit: non eſt melior ſempiternæ mortis cautela, quàm ſupernæ legis ſequela. *Expoſ. 2. ſup. Pſ. 118. verſ. 7. capitul. 4. pag. 194. col. 1. C. tom. 5.*

10. Diſcretionis eſt, agenda quæque prævia deliberatione metiri, & non agenda cavere. *Prof.*

11. Qui de futuro nihil præmeditatur, omnia incautus incidit. *Part. 1. ſpeculi diſciplinæ, cap. 28. ante med. pag. 549. col. 1. E. tom. 7.*

12. Qui cavet laqueos, ſecurus erit: qui autem non cavet, eſt aut ſtultiſſimus, aut perverſus. *Ibidem, cap. 30. ante fin. pag. 551. col. 1. B.*

13. Qui vitium cavere deſiderat, vitii occaſionem præcaveat. *Ibidem, cap. 32. ante med. pag. 552. col. 1. C.*

CLEM. ALEX. 14. Inimicum facilius eſt cavere, quàm amicum. *Lib. 6. Stromat. longè poſt init. folio 128. pag. 2. E.*

S. CYRILLUS HIEROSOL. 15. Qui incautus pergit, leviſſimè capitur. *Epiſt. ad Auguſtinum de miraculis D. Hieronymi, quæ eſt penultima tom 4. D. Hieronymi, longè poſt med. pag. 383. A.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 16. Quantò laboramus, tantò cautiores eſſe debemus: proficientibus enim inſidiatur inimicus. *Hom. 5. ad Monachos, poſt med. apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 1. pag. 583. col. 1. D. edit. Coloniæ 1618.*

GLOSS DECR. 17. Deceptus ſemel, cautiùs ſibi cavet. *Apud Gratianum in decretis, folio 408. columna 3. edit. Lugduni 1540.*

GLOSS. ORD. 18. Ut evaderet David mortis periculum, dedit exemplum utendi cautelis contra malitiam perverſorum. *Sup. 1. Reg. cap. 21. columna 457. lit. C. Moraliter. tom. 2.*

19. Expertis vitiorum illecebris difficiliùs cavemus, quàm incognitis. *Prof.*

20. Minoriſque laboris eſt, incognitam cavere carnis voluptatem, quàm rejicere cognitam. *Sup. 2. Eſdræ cap. 5. col. 1361. A. tom. 2.*

GLOSS. INT. 21. Qui mala temporalia ſtultè præcavet, incidet in æterna. *Sup. Job, cap. 20. col. 218. D. tom. 3.*

GLOSS. ORD. 22. Licet uti cautelis contra cautelas malorum inſidiantium bonis. *Sup. Matth. cap. 21. col. 352. F. tom. 5.*

23. Magis cavet, qui ſe videt cognoſci, quàm qui ſe videt ignorari. *Sup. Ep. ad Coloſſ. cap. 4. ſup. illud, Ut cognoſcat quæ circa vos ſunt. columna 634. littera F. tom. 6.*

24. Penſandum magnoperè eſt, quia bona prodeſſe nequeunt, ſi mala quæ ſubrepunt non caventur. *Lib. 19. Moral. cap. 13. in princ. col. 651. lit. C. tom. 1.* S. GREGOR. MAGN.

25. Dùm otioſa verba cavere negligimus, ad noxia pervenimus. *Ibidem. lib. 7. cap. 17. poſt init. col. 237. littera D.*

26. Converſi cavere poſſunt crimina, ſed omnia non poſſunt vitare peccata. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 4. poſt med. ſup. illud, Non relinquamus ex eis virum. col. 1547. A. tom. 2.*

27. Plerumque alterius caſus, alterius ſolet eſſe cautela. *Lib. 4. in Regiſtro indict. 13. cap. 100. Ep. 56. in princ. col. 823. B tom. 2.*

28. Qui in certa mala, dùm quaſi cauti proſpiciunt, in peccatorum ſuorum vinculis incauti retinentur. *Lib. 30. Moralium. cap. 12. ante med. col. 1025. D. tom. 1.*

29. Semper contra occultas inſidias, cautela providenda. *Ibidem. lib. 20. cap. 5. prope init. col. 668. littera B.*

30. Si à circumſpectionis ſolicitudine cor deſtituitur, vulneribus aperitur. *Part. 3. in Paſtorali cap. 1. Admon. 33. non longè ab init. column. 1313. littera A. tom. 1.*

31. Sanctorum actio ab omni parte circumſpecta eſt, bona deſiderabiliter providens, mala ſolerter cavens. *Hom. 7. ſup. Ezech. non longe ab init. col. 112. D. tom. 2.*

32. Tantò debemus cautiùs ambulare, quantò nos ſcimus inter Dei inimicos vivere. *Lib. 8. in Regiſtro indict. 3. cap. 36. Ep. 36. ad Maximum Epiſc. Salonitanum. circa med. col. 1025. B. tom. 2.*

33. Cavendum eſt vulnus, quod dolore curatur. *Tom. 1. Epiſtol. 9. ad Savinam. ante finem. pagin. 77. A.* S. HIERONYM.

34. Aliorum vulnus, noſtra ſit cautio. *Tom. 1. Ep. 10. ad Furiam poſt med. pag. 82. D.*

35. Tantò faciliùs abſtinemus à quocunque delicto, quantò illud magis cavemus. *Tom. 1. Ep. 14. ad Celantiam. longè poſt init. pag. 108.*

36. Levius eſt profeſſum inimicum cavere, quàm hoſtem latentem ſub amici nomine ſuſtinere. *Tom. 2. Epiſt. 21. ad Pammachium & Marcellinum, lib. 2. in fine. pag. 228. D.*

37. Tantò ſolicitiùs cavendus eſt inimicus, quantò apud Deum ditior eſſe cœpiſti. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriadem, longe poſt med. pag. 23. A.*

38. Omnis ſolicitudo tua, omnis intentio, debet eſſe in cuſtodia. *Ibidem longo poſt medium, pagina 24. lit. C.*

39. Inſipiens eſt, qui mala prævidet, ſed non præcavet. *Sup. Deuter. cap. 32. fol. 173. col. 2. tom. 1.* HUGO CARD.

40. Mala præterita defleamus, præſentia expellamus, futura caveamus. *In Prologo ſup. Hierem. fol. 175. col. 2. tom. 4.*

41. Prudens eſt, qui cavet ne fallatur. *Sup. Luc. cap. 1. fol 131. col. 3. tom. 6.*

42. Temerarium eſt non cavere, ubi multa ſunt pericula. *Sup. 2. ad Cor. cap. 13. fol. 144. column. 3. tom. 7.*

43. Felix, quem faciunt aliena pericula cautum. *Sup. Epiſt. ad Rom. cap. 9. Moraliter, folio 54. col. 1. tom. 7.*

44. Oportet hominem ſemper eſſe paratum, & ubique munitum, ut poſſit inſidias malignantium præcavere. *Libr. 1. de contemptu mundi, capite 15. ſub finem.*

45. Qui poſt curam cautus eſt, ſanitatis poſſidet donum. *Hom. 2. de lapſu primi hominis, paulo ante finem, col. 544. B. tom. 1.*

S. Joannes Chryſoſtom. 46. Omnis qui confidens in operibus ſuis, gloriatur & ſecurus eſt, non cavet; qui autem non cavet, ſupplantatur à diabolo, & dejicitur. *Hom. 5. oper. imperf. ſup. Matth. poſt med col. 783. D. tom. 2.*

47. Magna virtus eſt boni cognoſcere malum; & firma tutela eſt ſalutis, ſcire quem caveas. *Ibidem, Hom. 19. in princ. col. 867. C.*

48. In ſimplicitate cavenda eſt ſtultitia, in prudentis verò malignitas. *Hom. 36. ſup. 1. ad Cor in princ. col. 612. A. tom 4.*

49. Cuique ſit experientia, cautelæ magiſtra. *Homil. 15. ad Populum Antiochenum, pauſo ante med. col. 140. C. tom. 5.*

S. Isid. Hisp. 50. Summum bonum eſt, ſcire quid caveas; ſumma miſeria, neſcire. *Lib. 2. de Synonim. cap. 13. a medio, pag. 319. col. 2.*

Lact. Firm. 51. Cautio à metu oritur. *Lib. 6. de vero cultu, cap. 15. prope fin. pag. 265.*

S. Leo I. 52. Ideò miſericors Deus quandam nobis partem prodidit hominum noxiorum, ut manifeſto periculo excitaretur diligentia cautionis. *Ser. 5. de jejunio decimi menſis ſub finem, fol. 9. pag. 1.*

Petrus Blesens. 53. Quantò melior es, tantò vigilantiùs caveas aſtutias Sathanæ. *Ep. 137. ad Alexandr. ante fin. apud Bibl. Patr. pag. 813. colum. 1. A. tom. 15. part. 2.*

Petrus Cellensis. 54. Non imminentia lucroſiùs evitantur pericula, quàm ſi affuerit oculus prævidentiæ, & manus vigilantis cautelæ. *Lib. 2. Ep. 15. in medio, apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pagina 562. columna 1. lit. B. edition. Coloniæ* 1618.

S. Petrus Chrysolog. 55. Diabolus nihil eſſet, ſi eſſent ſolicitiores homines & cautiores. *Serm. 115. poſt init. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 740. col 2. E.*

S. Pet. Maur. 56. Quantò fueris cautior, tantò eris melior. *Lib. 6. Epiſt. 14. ad Euſtachium, ante fin. apud Bibliothec. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 125. col. 2. G.*

S. Thomas Aquinas. 57. Cavere mala, eſt providentiæ: ſed cavere impedimenta extrinſeca, eſt cautionis. 2. 2. *Quæſt. 49. art.* 8. *in corp. ad 2. pag. 79. col.* 2.

Thomas a Kempis. 58. Oportet hominem in initio præcavere malum, ne ſerpens lubricus foramen parvum inveniat, & tandem totum caput cum cauda violenter infigat. *Ser.* 8. *ad Novit. Diviſ. 3. pag. 29. tom. 1.*

59. O quanta fragilitas humana, nunc proponis cavere, & poſt horam agis, quaſi nihil propoſuiſſes. *Libr. 1. de Imit. Chriſti, cap. 55. ſect. 6. pagina* 340. *tom. 2.*

60. Prudens cavet pericula: ſed qui parva non cavet, ad pejora corruet. *In Hortulo Roſar. cap. 12. ſect. 6. pag. 553. tom. 2.*

Seneca. 61. Poteſt fortunam cavere, qui poteſt ferre. *Ep. 98. circa med. pag.* 800. *tom. 2.*

Vide etiam tit. Accuſatio. Sent. 7. Caro. Sent. 4. Perire. Sent. 25. Vitium. Sent. 3. 131.

Cauſa.

DEFINITIO, COMPARATIO.

Aristoteles. CAUSA finalis eſt, cujus gratia aliquid fit, & finis aliarum quæ potiſſima cauſarum. 2. *Phyſic. & hab. apud Bedam, tom. 2.*

Seneca. Cauſa eſt id undè aliquid fit. *Ep. 66. in princ.*

S. Joannes Chrysost. Sicut nihil poteſt ſine radice naſci, ſic nihil poteſt fieri ſine cauſa. *Homil. 19. oper. imperf. ſup. Matth. poſt med. col. 873. B. tom. 5.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Ambros. 1. In cauſa Dei (ubi communionis periculum eſt) etiam diſſimulare, peccatum eſt non leve. *Lib. 5. Offic. cap. 24. in calce, col. 54. B. tom. 1.*

S. Ambrosius. 2. Malè ſe habet cauſa, ubi potior eſt carnis, quàm mentis prærogativa. *Lib. 8. Ep. 64. ad Syagrium Veronenſem Epiſc. poſt med. col. 625. C.*

S. Antonin. 3. Cauſa ſpei, experientia eſt. *Part. 1. tit. 6. cap. 7. circa med. folio 140. col. 1.*

4. Omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur. *Part. 2. tit. 5. cap. 6. ante med. folio 110. col. 4.*

S. Augustin. 5. Ipſe ſibi denegat curam, qui ſuam medico non publicat cauſam. *Epiſt. 188. in princip. pagina 519. B. tom. 2.*

6. Mens humana priùs hæc quæ facta ſunt per ſenſus corporis experitur, eorumque notitiam pro infirmitatis humanæ modulo capit, & deindè quærit eorum cauſas. *Lib. 4. de Geneſi ad lit. cap 32. ferè in princ. pag. 397. A. tom. 3.*

7. Nemo quærat efficientem cauſam malæ voluntatis; non enim eſt efficiens, ſed deficiens: quia nec illa effectio, eſt ſed defectio. *Lib. 12 de Civit. Dei, cap. 7. in princ. pag. 214. D. tom. 5.*

8. Verè timere poteris cauſam tuam, ubi advocatus tuus erit judex tuus. *Sup. Pſ. 66. verſ. 4. pag. 476. lit. C. tom. 8.*

9. Melior eſt cauſa quæ non defenditur & probatur. *Serm. 2. fer. 2. poſt Dom. Palm. & in ord. 118. poſt init. pag. 613. B. tom. 10.*

10. Stultiſſimum eſt, ut cauſa, quæ de neceſſitatibus agitur æternis, inutilitatibus vitæ deficientis committatur extremis. *Ser. 1. fer. 3. poſt Dom. Palmar. & in ord. 120. ante fin. pag. 620 C. tom. 10.*

11. Ubi diſcreta eſt cauſa, certa eſt victoria. *Ser. 6. de pluribus Mart. & in ord. 50. ante finem, pag. 908. C. tom. 10.*

S. Bernard. 12. Non eſt caſu factum, quod rationabilis cauſa commendat. *Homil. 2. ſup. Miſſus. paulò poſt med. folio 6. col. 3. G.*

13. Rerum cauſa, non materia diſcernit. *Ep. 69. ad Guidonem Abbat. in princ. folio 222. col. 1. A.*

14. Par eſſe non debet pœna, ubi diſpar eſt cauſa. *Prof.*

15. Nec diſpar eſſe debet pœna, ubi par eſt cauſa. *Ep. 326. ad Abb. Leſſienſem, pro reconciliatione fratris Roberti. prope med. folio 571. col. 4. K.*

16. Cauſa viduæ intret ad te, cauſa pauperis, & ejus qui non habet quod det. *Lib. 1. de Conſid. ante fin. 576. col. 1. A.*

17. Ubi certior ac facilior cauſæ notio, ibi deciſio tutior expeditiorque eſſe poteſt *Ibid. lib. 3. circa med. fol. 279. col. 2. D*

S. Cyprianus. 18. Uniuſcujuſque cauſa illic audiatur, ubi eſt crimen admiſſum. *Ep. 55. ad Cornelium, cap. 6. poſt init. pag. 116. col. 1. tom. 1.*

S. Eucherius. 19. Removeantur illæ tàm vacuæ, quàm cohærentes ſibi cauſæ, in quibus quoad vivitur, ſtudium mortalium, dùm ſubindè negotiis inchoatur, nunquam finitur. *In Ep. Parænetica ad Valerian. longe poſt init. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 1. pag. 774. col. 2. E. edit. Coloniæ* 1618.

S. Eusebius Emissen. 20. Graves cauſæ, graviores & acriores, & publicas curas requirunt. *Homil. 10. ad Monachos, ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 587. col. 1. A. edit. Coloniæ* 1618.

21. Tolle originem cauſæ, & mox occaſionem removebis offenſæ. *Ibid. Ser. contra diverſa vitia, in med. pag. 594. col. 1. F.*

Gloss. ordin. 22. Novis ſupervenientibus cauſis, novis eſt remediis ſuccurrendum. *In Decretis Gratiani in prologo folio 2. col. 1.*

23. Cauſa eadem diverſos effectus non operatur. *Ibid. folio 30. col. 1.*

Glossa int. 24. Laus eſt in cauſæ bonitate, non in pœnæ acerbitate, cauſa enim facit martyrem, non pœna. *Sup. Pſ. 68. col. 958. D. tom. 3.*

GELASIUS PAP. 25. Viduarum & orphanorum cauſas impenſiùs tueri ab omnibus, divina manifeſtat aſſertio. *Epiſt. ad Gerontium & Petrum Epiſcopos, & habetur apud Gratian. in decretis part. 1. diſtinct. 87. can. Licet. folio 95. col. 4.*

S. GREGORIUS MAGN. 26. In Dei cauſis occupatus, conſolatione fulciri debet, non amaritudine deprimi. *Lib. 12. in Regiſtro indict. 7. cap. 30. Epiſt. 30. ad Petrum Subdiac. ante med. col.* 1178. *A. tom.* 2.

27. Debet uniuſcujuſque mens cauſas ſuas apud Dominum, & cauſas Domini contra ſe ſolicita inquiſitione diſcutere. *Lib.* 25. *Moral. cap. 6. in princ. column.* 830. *C. tom.* 1.

S. HIERONYM. 28. Prima cauſa eſt victoriæ, diligenter cauſam pro qua dicturus es, diſcere. *Tom. 2. Ep. 2. ad Pammachium in princ. pag.* 101. *B.*

HUGO CARD. 29. Aliorum cauſas non priùs dijudices, quàm dignoſcas. *Sup. Eccleſiaſtic. cap. 11. fol. 192. col. 2. tom.* 3.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 30. Homo in cauſa alterius tranquillum cor habet, in ſua autem turbatum. *Hom. 45. oper. imperf. ſup. Matth. ante med. col.* 1059. *D. tom.* 2.

31. Facilè deviat à juſtitia, qui in cauſis nec Deum, ſed homines formidat. *Hom. 15. de variis locis in Matth. in med. col.* 1179. *B. tom.* 2.

32. Noli ſcrutari, ô homo, cauſas proximi tui, ſed quæ tua ſunt. *Hom. 21. ſup. Ep. ad Hebræos: in Morali ante finem, col.* 1795. *A. tom.* 4.

S. ISID. HISP. 33. Pauper an dives ſit, cauſam perſpice, non perſonam. *Lib. 2. de Synonym. cap. 16. circa med. pag.* 319. *col.* 1.

34. Non eſt perſona in judicio obſervanda, ſed cauſa. *Lib. 3. de ſummo bono. cap. 53. in princ. pag.* 687. *col.* 2.

SALVIANUS. 35. Læditur ſcelere perſonali cauſa cunctorum. *Lib. 6. de Gubernat. Dei, in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 346. col. 1. C.*

36. Nemini facilis ſua cauſa ſit, nullus difficiliùs evadit, quàm qui ſe evaſurum eſſe præſumpſerit. *Ibidem, Lib. 4. ad Eccleſ. Catholicas ante finem, pagin.* 382. *col. 1. A.*

TERTULLIAN. 37. Sine cauſa eſt, qui rem non habendo, non habet cauſam. *Lib. 1. adverſus Marcionem, cap. 12. ante med. pag.* 745. *B. tom.* 3.

S. THOMAS AQUINAS. 38. Quantò aliqua cauſa eſt ſuperior, tantò ad plura ſe extendit in cauſando. *Part. 1. quæſt. 65. art. 3. in corp. pag.* 122. *col.* 1.

IN VIT. PAT. 39. Æqualis eſt cauſa Monacho, ſi contra eum qui illi nocuit, cauſare velit, ac ſi contra diabolum. *In Sententiis in fine poſitis Sent. 85. pag. 1000. col. 1.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 40. Non tàm ut proſim cauſis elaborare ſoleo, quàm ut ne quid obſim. *Lib. 2. de Oratore poſt med. num. 295. col 243. D. tom. 1.*

PLATO. 41. Solis & cæterorum aſtrorum motus cauſam Deum eſſe aio. *Tom. 2. Syzygia 4. Lib. 13. de Legibus in medio pag. 983. A.*

Cella.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. BASIL. MAG. 1. NE putes omnes ſalvari, qui in cella degunt, malos & inutiles; non ſic enim res ſe habet. *Proſ.*

2. Multi quidem ad virtuoſam vitam accedunt, pauci verò jugum ipſius ſubeunt. *Ser. 2. Exercitamentorum, ante fin. pag.* 445. *tom.* 2.

3. Perſevera in cella, non dies neque menſes, ſed multorum annorum circuitus, hymnis celebrans Dominum in nocte & in die, imitans opera Cherubim. *Ibidem, in fine.*

S. BERNARD. 4. Cella nequaquàm debet eſſe recluſio neceſſitatis, ſed domicilium pacis: oſtium clauſum, non latebræ, ſed ſecretum. *De vita ſolit. ad fratr. de Monte Dei, longè poſt init. fol. 315. col. 1. A.*

5. Qui ſolitarius non eſt, illi cella non cella; ſed recluſio, & carcer eſt. *Ibidem.*

6. Cellæ & cœli habitatio cognatæ ſunt; quia ſicut cœlum & cella nomen habere videntur ad invicem, & aliquam habere cognationem nominis, ſic & pietatis. *Ibidem, ut ante B.*

7. A cælando cœlum, & cella nomen habere videntur: & quod cælatur in cellis, hoc & in cœlis: quod geritur in cœlis, hoc & in cellis; ſcilicet vacare Deo, frui Deo. *Ibidem, &c. B.*

8. Sancti Angeli Dei cellas habent pro cœlis: & æquè delectantur in cellis ac in cœlis. *Proſ.*

9. Cùm in cella jugiter cœleſtia actitantur, cœlum cellæ, & Sacramenti ſimilitudine, & pietatis affectu, & ſimilis operis effectu, proximum efficitur. *Ibidem, &c. B.*

10. Spiritui oranti, vel etiam à corpore exeunti à cella in cœlum non longa vel difficilis via invenitur. *Ibid. &c. B.*

11. A cella in cœlum ſæpè aſcenditur, vix autem unquàm à cella in infernum deſcenditur; niſi deſcendant viventes, ne deſcendant morientes. *Ibidem, &c. lit. B.*

12. Moriens vix aut nunquàm aliquis à cella in infernum deſcendit; quia vix unquàm aliquis, niſi cœlo prædeſtinatur, in ea uſque ad mortem perſiſtit. *Ibid, &c. C.*

13. Filium gratiæ, fructum ventris ſui cella fovet, nutrit, amplectitur, & ad plenitudinem perfectionis perducit, & colloquio Dei dignum efficit: alienum verò, vel ſuppoſitum abdicat à ſe citiùs & projicit. *Ibid, &c. C.*

14. Cella terra ſancta eſt, & locus ſanctus eſt, in qua Dominus & ſervus ejus ſæpè colloquuntur, ſicut vir ad amicum ſuum. *Ibidem, &c. C.*

15. In cella crebrò fidelis anima verbo Dei conjungitur, ſponſa ſponſo ſociatur, terrenis cœleſtia, humanis divina uniuntur. *Ibid. &c. C.*

16. Sicut templum ſanctum Dei, ſic cella eſt ſervi Dei: nam & in templo, & in cella divina tractantur, ſed crebriùs in cella. *Ibid. &c. C.*

17. Si cui in cella deeſt virtutis conſtantia, ei cella eſt quaſi carcer, aut ſicut viventi ſepultura. *Ibidem, &c. col. 2. D.*

18. Sicut ſtella à ſtella diſtat in claritate, ſic cella à cella in converſatione: ſcilicet, incipientium, proficientium, & perfectorum. *Ibidem, &c. columna 2. lit. E.*

19. Animalem diſcretum, novitium prudentem, inſipientem ſapientem, in cella diu poſſe conſiſtere impoſſibile eſt. *Ibidem, ante medium, folio 315. col. 3. lit. I. & K.*

20. Quicumque in cella non agit fideliter & ferventer, quodcunque agit quod propter hoc non agit, (ſcilicet ut Deo ſerviatur) in eo quod agit, otiatur. *Ibidem, ante medium, folio 316. columna 2. littera E.*

21. Ea die bonus cellita ſe vixiſſe non debet exiſtimare, in qua nihil eorum ſe egiſſe recolit, propter quæ in cella vivitur. *Ibidem.*

22. Omnium bonorum officina eſt cella, & ſtabilis perſeverantia in ea. *Ibidem, ante medium, folio 316. col. 4. K.*

23. Ne horrori tibi ſit tua ſolitudo, & ut tutiùs in cella habites, tres tibi deputati ſunt cuſtodes, ſcilicet Deus, conſcientia & ſpiritualis pater. *Ibidem ante med. fol. 316. col. 4. M.*

24. Hæc ſunt cellarum benè ordinatarum ſancta commercia, ſtudia veneranda, otia negotioſa, quies

operoſa, charitas ordinata. *Ibid. poſt med. fol.* 319. *col.* 2. *lit. F.*

S. BERNARD.

25. Tegat te cella exterior, non abſcondat: noo ut pecces occultiùs, ſed ut tutiùs vivas. *Ibid. circa med. fol.* 317. *col.* 1. *B.*

26. Si vis & verè vis, omnibus horis tàm diei quàm noctis, JESUS tibi in cella præſtò eſt. *Ibid. circa med. fol.* 317. *col.* 2. *F.*

27. Certis horis, certæ lectioni in cella vacandum eſt. *Ibid. circa med. fol.* 317. *col.* 2. *F.*

28. Prudens & Deo deditus animus habere ſe debet in cella ſua, ſicut prudens paterfamilias in domo ſua. *Ib. circa med. fol.* 317. *col.* 4. *L.*

29. Qui ſemetipſum benè ordinat & regit in conſcientia ſua, optimè ſibi credendus & committendus eſt in cella ſua. *Ibid. circa med. fol.* 317. *col.* 4. *L.*

30. Cellæ dignitas, & ſanctæ ſolitudinis ſecretum, non niſi perfectis convenire videtur. *Ibid. circa med. fol.* 317. *col.* 4. *M.*

S. BONAVENT.

31. Pigro cella carcer eſt. *Lib.* 1. *de Profectu Religioſ. cap.* 32. *in princ. pagina* 569. *columna* 2. *littera E tom.* 4.

32. In cella libenter eſto, & aliquid ſemper age, quod ædificet te, vel à majore tibi injungatur. *De Inſt. Novitior. part.* 1. *cap.* 13. *pag.* 615. *columna* 2. *A. tom.* 7. *part.* 4.

33. Cella quaſi cœlum ſit tibi, quâ cœlica cernas. *De modo confitendi cap.* 16. *poſt init. pag.* 655. *col.* 1. *E. tom.* 7. *part.* 4.

DIONYSIUS CARTHUS.

34. Certè beati ſunt, qui profeſſionem ſuam inviolatam obſervant, ſi cellæ debitum reddant. *Sup. Hymnum B. Ioan. Baptiſtæ ſub finem pag.* 158. *D.*

S FRANCISCUS ASSISIAS.

35. Ubicumque ſumus, & ambulamus, habemus ſemper cellam nobiſcum. *Profec.*

36. Corpus enim eſt cella noſtra, & anima eſt Eremita quæ moratur in cella ad orandum & meditandum.

37. Undè ſi anima non manſerit quietè in cella ſua, parum prodeſt religioſo cella manufacta. *Tom.* 3. *Opuſcul. collat.* 22. *circa med. pag.* 341.

S. HIERON.

38. Habeto cellulam pro Paradiſo, ibi varia Scripturarum poma decerpe, his utere deliciis, harum fruere complexu. *Tom.* 1. *Epiſt.* 4. *ad Ruſticum ante med. pag.* 44. *D.*

39 Cellulæ meæ latebras nolo mordaci ſermone reſerare. *Tom.* 2. *Epiſt.* 33. *adverſus Vigilantium pag.* 313. *lit. A.*

JOAN CASS.

40. Puritas animæ non alibi poteſt, niſi in ſilentio, & jugi cellæ perſeverantia conquiri. *Lib.* 10. *de ſpiritu Acediæ, cap.* 3. *in fine, pag.* 219.

41. Jugis cellæ commoratio retinenda eſt; toties enim etiam reverſus quis velut novus in ea, & incipiens habitator titubabit atque turbabitur, quoties ab eadem fuerit evagatus. *Profec.*

42. Illam enim quam in cella reſidens acquiſierat aoimi intenſionem, ſi fuerit relaxata, recuperare rursùs non ſine labore poterit. *In collat.* 6. *Theodori Abbat. cap.* 15. *in princ. pag.* 426.

S. IOANNES CHRYSOST.

43. Cella Abraham vilis & parva erat, & nullum habebat munimen. *Hom.* 17. *ad Popul. Antioch. poſt med. col.* 159. *B. tom.* 5.

S. IOAN. CLIM.

44. Cella ſolitarii concluſio corporis eſt, intúſque habet domicilium ſcientiæ. *Gradu* 27. *circa med. apud Bibl. Patrum, tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 287. *col.* 2. *lit. F. edit. Coloniæ* 1618.

45. Cùm quis reliquerit cellam, dæmones culpat; latétque ſeipſum miſer, quod dæmon effectus ſit. *Ibid. in medio, pag.* 287. *col.* 2. *G.*

46. Claude januam cellulæ corpori. *Ibid. à medio, pag.* 287. *col.* 2. *G.*

47. Si adventu fratrum ad cellam tuam gaudeas, ſcitò teipſum acediæ vacare ſoli, non Deo, *Ibid. Gradu* 27. *circa med. pag.* 289. *col.* 1. *D.*

48. Qui in cellula quieſcit, timorem peperit Domini. *Ibid. poſt med. pag.* 289. *col.* 2. *F.*

S. LAURENTI' JUSTIN.

49. Prudentiſſimè cellulæ eſt ordinata remotio, quatenùs in illa vitiorum declinetur materia, quæ foris exuberat, ſenſuum vitetur illecebra, cordis ſervetur cuſtodia. *Part.* 2. *ſerm. de vita ſolitaria, cap.* 12. *in princ. pag.* 490. *col.* 2. *B.*

50. Cella eſt {
Sponſi reclinatorium.
Virtutum cuſtos.
Tranquillitatis portus.
Additamentum pacis.
Medela vitiorum.
Contemplationis locus.
Tabernaculum fœderis.
Nuptialis thalamus.
Fons irriguus.
Paradiſus deliciarum.
Cœli Janua.
Schola ſcientiæ.
Conſcientiæ cathedra
Magiſtra ſilentii.
Spiritualis polorum ſcala. *Ibid. ante med.*

51. In cella ſi quis abſque corpore perſiſtit, {
Fugit lites.
Neſcit odia.
Detractiooi non vacat.
Temeraria jodicia minimè facit.
Abhorret otium.
Non veretur mortem. *Ibidem ante med. pag.* 490. *col.* 2. *C.*

52. Circumſcribe corpus, ut jugiter commoretur in cella: nunquàm verò permitte (niſi neceſſitate cogente) ut vagetur è clauſtro. *Ibid. cap.* 8. *circa med. pag.* 484. *col.* 1. *B.*

53. Sta perſeverans in cella, contra acediæ ſpiritum arma ſpiritualia arripe, ſcutum fidei, orationis ſpicula, galeam ſpei, loricam longanimitatis, prudentiæ gladio, ac manuum exercitatione hoſtem tuum hunc peſſimum jugulare ſtudeto. *Ibidem cap.* 9. *poſt init. pag.* 485. *col.* 1. *lit. A.*

S. NILUS ABB. MART.

54. Homini libidinoſo mulier una noo ſufficit, nec acedioſo Monacho unica cella. *Orat.* 6. *de Acedia, circa med. apud Biblioth. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 671. *col.* 2. *lit. E.*

S. PETRUS DAM.

55. Cella eſt oegotiatorum cœleſtium apotheca, in quâ illarum mercium ſumma reconditur, quibus terræ viventium poſſeſſio comparatur. *Opuſc.* 11. *cap.* 19. *poſt init. pag.* 489. *col.* 2. *C. tom.* 3.

56. Cella ſpiritualis eſt exercitii mirabilis officina, in quâ certè humana anima Creatoris ſui in ſe reſtaurat imaginem, & ad ſuæ redit originis puritatem. *Profec.*

57. Ubi ſenſus obtuſi ad ſubtilitatem ſui acuminis redeunt, & vitiatæ naturæ azyma ſincerè reparantur. *Ibid. &c. lit. D.*

58. Cella eſt. {
Sacræ militiæ tabernaculum.
Procinctus triumphatoris exercitus.
Campus divini prælii.
Spiritualis arena certaminis.
Angelorum ſpectaculum.
Palæſtra fortiter dimicantium. *Ibidem ante med. pag.* 489. *col.* 2. *E.*

59. Cella eſt conciliabulum Dei & hominum, compitum in carne degentium & ſupernorum *Profec.*

60. Illuc ſuperni cives ad colloquia humana conveniunt, ubi non tàm linguæ carnis verba componunt, quàm ſioe vocis ſtrepitu facunda mentium arcana pateſcunt.

61. Cella conſcientia eſt ſecreti conſilii, quod habet cum hominibus Deus.

62. O quàm pulchra rerum ſpecies, cùm frater in cellula conſtitutus continuas peragit pſalmodias: con-

templatur in cœlo, decurrit etiam per os ejus ordo Pſalmorum. *Ibid. prope med. pag.* 490. *col.* 1. *C.*

S. PETRUS DAMIANUS.

63. Cella teſtis eſt, quantò divini amoris igne cor ferveat, & utrum perfectæ devotionis inſtantia quis Dei faciem quærat. *Ibid. circa med. pag.* 490. *columna* 1. *lit. D.*

64. Cella eſt ergaſtulum, ubi pretioſi lapides poliuntur, quatenus in ſtructura templi cæleſtis poſtmodùm ſine ullo cudentis mallei ſonitu diſponentur. *Ibid. poſt med. pag.* 490. *col.* 1. *E.*

65. O cella Dominicæ ſepulturæ propemodùm æmula, quæ in peccato mortuos ſuſcipis, & per afflatum ſancti Spiritus Deo reviviſcere facis! *Profec.*

66. Tu es ab hujus vitæ turbida vexatione ſepulchrum, ſed cæleſtis vitæ pandis introitum.

67. Te portum tranquillitatis inveniunt, qui naufragium mundani fluctus evadunt.

68. Te potentis medici conclave decernunt, qui vulnerati in prælio hoſtiles manus effugiunt.

69. Mox ut in tui culminis umbram perfecto corde ſeceditur, omnis fauciatæ animæ livor, omnis certè interioris hominis plaga curatur. *Ibid. poſt med. pag.* 490. *col.* 2. *A.*

70. O cella ſpirituale prorsùs habitaculum, quæ de ſuperbis humiles, de guloſis ſobrios, de crudelibus pios, de iracundis mites, de odioſis reddis in fraterna charitate ferventes. *Profec.*

71. Habitator tuus elevat ſe ſuper ſe, quia Deum eſuriens anima à terrenarum ſe rerum obtutibus erigit, & in divinæ ſe contemplationis arce ſuſpendit, à mundi ſe actionibus ſegregat, atque ſe in altum cœleſtis deſiderii pennis librat.

72. Tu otioſæ linguæ frænum, tu luxurioſis renibus nitidæ caſtitatis adhibes cingulum.

73. Tu facis, ut leves quique ad gravitatem redeant, ut jocoſi ſcurrilitatibus parcant, ut vaniloqui ſe ſub diſtricta ſilentii cenſura conſtringant.

74. Tu jejuniorum ac vigiliarum nutrix, tu patientiæ cuſtos, tu puriſſimæ ſimplicitatis magiſtra, ac omninò fraudulentæ duplicitatis ignara.

75. Tu facis ut vagos quoſque Chriſti catena coërceat, ut indiſciplinati moribus à ſua ſe pravitate compeſcant.

76. Tu noſti homines ad perfectionis culmen evehere, atque ad conſummatæ ſanctitatis faſtigium ſublimare.

77. Tu homines à ſemetipſis extraneos reddis, & vaſa vitiorum florere virtutibus facis.

78. Tu es ſpeculum animarum, ubi ſe mens humana perſpicaciter intuens, quod minus eſt impleat: quod ſuperfluum reprimat: quod obliquum dirigat: quòd deforme componat.

79. Tu nuptialis es thalamus, in quo ſancti Spiritus arrha tribuitur, & cœleſti ſponſo fœlix anima fœderatur.

80. Recti diligunt te; & qui te fugiunt, veritatis luce privati, quò greſſus ponere debeant, non agnoſcunt. *Ibid. poſt med. pag.* 490. *col.* 2. *B. C. D.*

81. Licet neſcientibus cella amara videatur in cortice, magnum tamen eſt quòd intrinſecùs latet, cùm perventum fuerit ad ſuavitatem medullæ. *Ibid. ante finem, pag.* 491. *col.* 1. *A.*

82. Conſuetudo facit Monacho cellulam dulcem, vagatio videri facit horribilem. *Profec.*

83. Vagantibus cellula carcer eſt, permanentibus ſuave cubiculum. *Opuſc.* 12. *de contemptu ſeculi, cap.* 25. *in princ. pag.* 504. *tom.* 3.

S. PETRUS MAURITIUS ASS. CLUN.

84. Concluditur intra cellulam deſidioſi mundus univerſus, & anguſtum ſeptum vix unius hominis capax, multarum terrarum urbes, regnaque complectitur. *Lib.* 1. *Ep.* 20. *ad Giſlebertum, ante med. apud Bibliotb. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pagina* 22. *columna* 1. *lit. A. edit. Coloniæ* 1618.

S. PET. MAUR. ASS. CLUN.

85. Acedioſus cellula clauſus, inter frequentias populorum diſcurrit, nundinas & angiportus ſolicitus mercator oberrat. *Profec.*

86. Fit ei requies tormentum, ſeſſio labor, ſilentium pœna, clauſura infernus.

Sic cæcatus lumine mentis, clauſuſque tenebroſo carcere, rursùs ad molam inquietudinis redit. *Ibid. circa med. pag.* 22. *col.* 2. *E. F.*

88. Sit cella tua vacua pecunia, repleta juſtitia, indigens opibus, referta virtutibus. *Ibid. circa med. pag.* 22. *col.* 2. *H.*

89. Ne in cella tua ſpatium relinquas: ut cùm Deus virtutibus ſuis cuncta repleverit, nullus diabolo, nullus acediæ, nullus reliquis vitiis locus ſuperſit. *Ibidem ante fin. pag.* 24. *col.* 1. *A.*

90. Sit tibi cella tua toto mundo latior, jejunium refectio, vigiliæ ſomnus, opus otium, labor requies. *Ibidem ante finem, pag.* 22. *col.* 1. *D.*

91. In cella tuæ recluſionis clauſus, ſit tibi vivifica ſepultura. *Ibid. in fine, pag.* 24. *col.* 2. *E.*

S. THOMAS AQUINAS.

92. Si es Religioſus, ſi pacem quæris, de cella minùs egredieris. *Prof.*

93. Cella quaſi cœlum tibi ſit, quâ cælica cernas.

94. Hic legas, hic ores, mediteris, crimina plangas.

95. Pax eſt in cella, foris autem plurima bella. *Tom.* 1. *Opuſc. circa med. fol.* 127. *pag.* 2.

96. Cellam frequenter diligas, ſi vis in cellam vinariam introduci. *Tom.* 2. *Opuſc. Ep. ad quendam, circa med. fol.* 108. *pag.* 2.

THOMAS à KEMPIS.

97. Fons & origo profectus ſpiritualis, eſt libenter in cella reſidere. *Serm.* 7. *ad Fratr. in princ. pag.* 160. *tom.* 1.

98. In cella invenies, quòd de foris ſæpiùs amittes. *Lib.* 1. *de Imit. Chriſti, cap.* 20. *ſect.* 5. *pag.* 337. *tom.* 2.

99. Cella continuata dulceſcit, & malè cuſtodita tædium generat. *Ibidem.*

100. Si in principio converſionis tuæ benè cellam incolueris, & cuſtodieris, erit tibi poſteà dilecta amica, & gratiſſimum ſolatium. *Ibidem.*

101. Vade ad cellam tuam, & habita ibi, ſitque tibi grave eſſe alibi. *In Soliloq. animæ, cap.* 10. *ſect.* 2. *pag.* 462. *tom.* 2.

102. Claude oſtium domus tuæ, & eris in pace. *In Hortulo Roſar. cap.* 11. *in princ. pag.* 521. *tom.* 2.

103. Vagus & levis moribus, horret diſciplinam & cellam, ſicut avis capturam. *Ibidem, cap.* 11. *ſectione* 2. *pagina* 521.

104. Qui cellam ſuam cuſtodit, & tacet, cùm Jeſu deſertum intrat. *Ibid. cap.* 17. *ſect.* 2. *pag.* 530.

105. Sicut piſcis extra aquam citò moritur, ita Monachus extra cellam leviter diſtrahitur & inquinatur. *Profec.*

106. Nam pretioſa aromata in pyxide clauſa fortiùs fragrant; aperta & oſtenſa, virtutem odoris citiùs amittunt.

107. Quantò ſtudioſius cella inhabitatur, tantò plus placet & amatur. *Profec.*

108. Quantò negligentiùs ſervatur, & rariùs intratur, tantò magis horretur, & faſtiditur.

109. Non eſt cella faſtidium, ſed pacis domicilium.

110. Sicut ſtabili homini cella eſt Paradiſus, ita vago carcer videtur & cippus. *De Diſcipl. Clauſtrali, cap.* 7. *in princ. ſect.* 1. *&* 2. *pag.* 613. *tom.* 2.

111. Qui in cella reſidet, à multis periculis liber eſt; qui autem foris vagatur, innumeris periculis patet. *Ib. cap.* 7. *ſect.* 3. *pag.* 613.

112. Cuſtos cellæ, cuſtos eſt linguæ. *Ibid. cap.* 7. *ſect.* 3. *pag.* 613.

113. Stet in oſtio cellæ pro ſigno notabile breve, quòd te præmoneat exeuntem, & redarguat diù tardantem. *In Exercit. ſpirit. cap.* 2. *ſect.* 2. *pagina* 684. *tom.* 2.

THOMAS à KEMPIS.

114. Cuſtodi diligenter cellam tuam, & cuſtodiet te: tutior locus ſervo Dei in hoc mundo non eſt. *Ibidem, cap. 4. in princ. pag. 685.*

115. Periculoſus ſemper eſt exitus cellæ; manſio ejus, quies devotiſſimæ vitæ. *Ibidem.*

116. Non patitur cella tepidum & otioſum in ſe diù morari. *Ibid. cap. 4. ſect. 3. pag. 686.*

117. Quamdiù ſpiritus tuos rexerit artus, ſit cella requietionis tuæ domus ac tumulus; donec tibi aperiatur Paradiſus cœleſtis. *Profec.*

118. Eſt enim via brevis de cella ad cœlum, ſi in ea cælicam duxeris vitam. *Ibidem.*

119. Bonus cellita eſt
- Civis cœli.
- Amicus Dei.
- Socius Angelorum.
- Cognitor ſecretorum.
- Inſpector ſupernorum.
- Victor tentationum.
- Expulſor dæmonum.
- Bellator vitiorum.
- Contemptor mundanorum.
- Neglector curarum.
- Poſſeſſor quietis.
- Obtentor pacis.
- Amator ſcripturarum.
- Speculator veritatis.
- Guſtator puritatis.
- Continuator orationis.
- Collector meditationis.
- Deſtructor evagationis.

De Diſciplina Clauſtrali cap. 7. in fine, pag. 614. tom. 2.

120. O Monache quid facis in cella? lego, ſcribo, colligo mella: benè dixiſti: nam cella Monachorum in labore & ſtudio librorum fragrare debet. *In Enchiridio Monachor. cap. 1. in medio, pag. 746. tom. 2.*

IN VIT. PATR.

121. Sicut piſcis ex aqua eductus ſtatim moritur, ita & Monachus perit, ſi foris cellam ſuam voluerit tardare. *Lib. 3. num. 109. in fine, pag. 516. col. 2.*

122. Piſcis extra aquam, Monachus extra cellam. *Lib. 5. libello 2. num. 1. in fine, pag. 563. col. 2.*

123. Vade, & ſede in cella tua; & cella tua docebit te univerſa. *Ibid. num. 9. in fine, pag. 564. col. 2.*

124. Cella Monachi eſt caminus ille Babylonius, ubi tres pueri Filium Dei invenerunt. *Profec.*

125. Cella columna nubis eſt, ex quâ Deus locutus eſt Moyſi. *Lib. 5. libello 7. num. 38. pagina 590. columna 1.*

126. In luctu doctrina eſt cellæ: ubi autem luctus non eſt, impoſſibile eſt cuſtodiri mentem. *Profec.*

127. Quando in cella ſum, mecum eſt luctus: cùm autem aliquis ad me venerit, aut cùm egredior de cella non invenio luctum. *Lib. 5. Libello 11. num. 26. poſt med. pag. 610. col. 2.*

128. Cella Monachi, quaſi ſepulchrum. *In ſent. in fine poſitis, ſent. 18. in fine, pag. 997. col. 1.*

129. Cùm in cella ſum, in pace eſt anima mea: cùm autem foris egredior, conturbor. *Ibid. ſent. 25. pag. 997. col. 2.*

130. In cella ſedere, carcer eſt: ideò ſi quis ſedens in cella memoriam ſemper habeat Dei, illi rectè dicet Deus. In carcere eram, & veniſti ad me. *Ibid. ſent. 51. pag. 999. col. 1.*

Certamen.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS.

1. NON poteſt quis præmium accipere, niſi legitimè certaverit: nec eſt glorioſa victoria, niſi ubi fuerint laborioſa certamina. *Lib. 1. Offic. cap. 15. in calce, col. 9. B. tom. 1.*

2. Injuſtus eſt, qui ante quærit præmium, quàm certamen fuerit abſolutum. *Ibidem cap. 16. in princip. columna 9. C.*

3. Gravior eſt pugna ejus qui intùs, quàm illius qui foris dimicat. *Lib. 2. de Apologia David, cap. 4. in calce, col. 1201. B. tom. 4.*

4. Virtus certaminibus approbatur. *Sup. Pſ. 118. ſerm. 10. verſ. 3. col. 1503. D. tom. 4.*

5. Magna eſt miſericordia Dei, quæ certantibus adhibet exhortationis calcaria, ne ſuſcepti certaminis paſſiones in beli formidine derelinquant. *Ibid. ſerm. 10. verſ. 4. in princ. col. 1504. C. D.*

6. Ubi multæ coronæ, ibi multa ſunt certamina. *Ib. ſerm. 20. verſ. 5. in princ. col. 1595. D.*

7. Corona propoſita eſt, ſubeunda ſunt certamina: nemo poteſt, niſi vicerit, coronari: nemo poteſt vincere, niſi antè certaverit. *Lib. 4. ſup. Luc. in illud, Diabolus receſſit ab illo, col. 1671. C. tom. 5.*

8. Tolle Martyrum certamina, tuliſti coronas. *Ibid. ut antè, col. 1672. C.*

S. ANSELMUS.

9. Non pugnatores, ſed victi damnantur. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 8. in illud, Nihil nunc damnationis eſt. fol. 25. columna 2.*

S. AUGUSTIN.

10. Quantò majus periculum fuit in prælio, tantò majus eſt gaudium in triumpho. *Lib. 8. Confeſſ. cap. 3. ante med. pag. 99. B. tom. 1.*

11. Quando pugnatur, Deus apertis oculis ſpectat, & partem quàm inſpicit juſtam ſibi, dat palmam. *Ep. 194. ad Bonifac. in fine, pag. 521. A. tom. 2.*

12. Non debet cùm præliatur infringi, qui vult poſt prælium coronari; vires illo ſubminiſtrante certantibus, qui præparat ineffabilia dona victoribus. *Ep. 133. ad Italicam, poſt med. pag. 419. B. tom. 2.*

13. Multo tolerabilius eſt certamen non cœpiſſe, quàm cœptum reliquiſſe conflictum: & factum ex bono præliatore, vel etiam victore captivum. *De continentia, cap. 14. poſt med. pag. 716. tom. 4.*

14. Quid prodeſt bonum certamen, niſi ſequatur victoria? *De Gratia & libero arbit. cap. 7. ante med. pag. 891. lit. A. tom. 7.*

15. Aliud eſt non pugnare, & eſſe in pace vera atque perpetua: aliud pugnare & vincere: aliud pugnare & vinci: aliud nec pugnare ſed trahi. *Sup. Pſ. 35. ante med. verſ. 4. pag. 180. D. tom. 8.*

16. Nullus in certamine cadit, niſi cujus fortitudo cadit. *Sup. Pſ. 117. circa med. verſ. 14. pagina 980. lit. D. tom. 8.*

17. Inter omnia Chriſtianorum certamina, ſola dura ſunt prælia caſtitatis: ubi quotidiana pugna, & rara victoria. *De Honeſtate mulier. cap. 2. ante med. pag. 722. D. tom. 9.*

18. Ubi fervet pugna, non deſperatur victoria. *Serm. 5. de verbis Apoſt. in med. pag. 184. C. tom. 10.*

19. Nullus legitimè certat, niſi qui in campo uſque ad finem certat; & ſi certat uſque in finem, legitimè certat, ideò meritò coronatur. *Serm. 8. ad Fratr. in Eremo, in princ. pag. 921. B. tom. 10.*

20. Majus patientiæ certamen eſt, quando non viſibilis inimicus perſequendo atque ſæviendo urget in nefas, qui palàm & apertè à non conſentiente vincatur. *De Patientia, cap. 10. poſt med. pagina 719. lit. B. tom. 4.*

21. Pugnare, infirmitatis eſt: quantò enim quiſque vincit faciliùs, tantò pugnat minùs. *Lib. 4. contra Julianum, cap. 2. ante finem, pag. 697. B. tom. 7.*

22. Quale certamen fratres mei, quale certamen, qualis pugna, qualis conflictus! theatrum mundus, ſpectator Deus. *Hom. 9. ante med. pag. 295. littera A. tom. 10.*

23. Reverà fortiùs pugnat, qui contra ſe pugnat. *Serm. 3. de Nativit. & in ord. 7. paulo poſt init. pag. 406. D. tom. 10.*

S. BASILIUS MAGN.

24. Non in certaminibus pro coronis, is qui certamen auſpicatus eſt; ſed qui ſuperat, coronatur. *Conc. 9. contra Iraſcentes in medio, pag. 185. tom. 1.*

S. BASILIUS SELEUC.

25. Univerſa hominum vita, virtutis palæſtra eſt. *Orat. 1. in princ. apud Biblioth. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 409. col. 1. D.*

V. BEDA.

26. Illos expectat gloria, qui glorioſa gerunt certamina. *In ſuis Proverb. verbo Illos, pag. 191. tom. 2.*

S. BERNARD.

27. Non recti, ſed perverſi animi eſt, velle coronari, qui legitimè non certaverit. *Serm. 1. de S. Victore in princ. fol. 52. col. 3. I.*

28. Verè beſtia eſt, verè rationis expers, qui tàm puſillanimis eſt, ut ſolo timore cedat, qui ſola futuri exaggeratione laboris victus, ante conflictum non telo, ſed tuba proſternitur. *Serm. 13. ſup. Qui habitat, in fine, folio 87. columna 2. littera D.*

29. Erubeſce fugam, & non poſt fugam reverti in prælium, & rursùs pugnare. *Ep. 112. ad Gaufridum Lexovienſem in fine, fol. 234. col. 4. lit. K.*

30. Deus nos hortatur ut pugnemus, adjuvat ut vincamus. *Profec.*

31. Certantes in bello ſpectat, deficientes ſublevat, vincentes coronat. *Cap. 14. Meditationum, in fine, fol. 325. col. 2. F.*

32. Moleſta eſt lucta, ſed fructuoſa: quia ſi habet pœnam, habebit & coronam. *De Interiori domo, capite 19. in fine, fol. 327. col. 2. F.*

33. Quid periculoſius quàm ſolum luctari cum antiqui hoſtis verſutiis, à quo videatur, & quem videre non poſſit? *Ser. 3. de Circumciſ. circa med. fol. 19. col. 1. littera B.*

34. Contra inſidias diaboli, & verſutias inimici cum omni vigilantia viriliter dimica. *In 2. volum. ſerm. 55. ad Sororem ante med. fol. 95. col. 1. B.*

35. Surge miles Chriſti, ſurge, excutere de pulvere, revertere ad prælium undè fugiſti, fortiùs poſt fugam præliaturus, glorioſiùs triumphaturus. *Epiſt. 1. ad Robertum ante finem, fol. 205. col. 2. E.*

36. Habet Chriſtus multos milites, qui fortiſſimè cœperunt, ſteterunt, vicerunt: paucos autem, qui de fuga converſi, rursùs ſe periculo ingeſſerint quod declinaverant, rursùs fugarint hoſtes quos fugiebant. *Ibid. &c. E.*

37. Solent fortiſſimi milites audita buccina ante congreſſum trepidare: at ubi ad prælium ventum fuerit, ſpes victoriæ, & timor ne vincantur, reddit intrepidos. *Ibid. in fine, fol. 205. col. 3. G.*

38. Sola cauſa, quâ perdere poſſis victoriam, fuga eſt: fugiendo potes illam amittere, moriendo non potes. *Profec.*

39. Beatus ſi pugnando moriaris, quia mortuus mox coronaberis. *Ibidem ut antè.*

40. Omne rarum, pretioſum eſt: quantò rariores ſunt qui poſt fugam fortiùs præliantur, tantò apparebunt glorioſiores. *Ibidem in fine, fol. 205. col. 2. F.*

41. Finis, non pugna coronat. *In lib. de Paſſione, cap. 14. circa med. in 2. volumine, fol. 64. columna 1. littera B.*

42. Quantò fuerit robuſtior pugna, tantò glorioſior dabitur corona. *Serm. 7. de Cœna Domini poſt med. in 2. volum fol. 112. col. 1. B.*

43. Prælìemur viriliter, ut à Deo coronemur perenniter. *Serm. 12. Pentecoſt. in princ. pag. 133. col. 2. tom. 3.*

S. BONAVENT.

44. Non debet frangi cùm præliatur, qui vult poſt prælium coronari. *Serm. 1. Dom. 10. poſt Pentec. in fine, pag. 169. col. 1. tom. 3.*

45. Prudentis militis virique conſtantis & fortis officium eſt, non ſolùm bellum non fugere, ſed & optare bellando victoriam, ut poſſit coronam accipere: non enim coronatur, niſi qui bellat & vincit. *Serm. 1. de S. Lucia, in princ. pag. 223. col. 2. tom. 3.*

46. Dat Dominus Sanctis pugnam, ut per pugnam veniant ad victoriam, & per victoriam ad coronam *Ibid. poſt init. &c.*

47. Legitimè certare, eſt hoſti non cedere; bellum non tantùm incipere, ſed plenam victoriam obtinere. *Serm. 2. de uno Martyre, & in ord. 14. ante finem, ſup. illud 2. Tim. 2. Qui legitime certaverit. pag. 315. col. 1. tom. 3.*

S. BONAVENT.

48 Legitimè certare
- Primo, eſt mundum perfectè contemnere.
- Secundò, eſt diabolo perfectè reſiſtere.
- Tertiò, eſt ſeipſum perfectè domare. *Profecutio.*

- In primo certamine vincitur avaritia, per amorem altiſſimæ paupertatis.
- In ſecundo ſubjugatur ſuperbia, per appetitum propriæ utilitatis.
- In tertio ſubjugatur laſcivia, per appetitum caſtitatis. *Ibid. ſerm. 3. & in ord. 15. in princ. ſup. illud 2. Tim. 2. Qui legitimè certaverit, pag. 316. col. 1.*

49. Alacriùs certat miles in acie, ſi ducem ſuum ſecum cernit laborem certaminis tolerare. *De ſex alis Seraphicis, cap. 6. paulò poſt init. pag. 88. col. 2. lit. E. tom. 7. part. 3.*

50. Quantò laborioſior eſt pugna, tantò glorioſior corona. *Lib. 2. de Profectu Religioſ. cap. 12. in fine, pag. 581. col. 2. A. tom. 7. part. 4.*

51. Qui perſeverat pugnare, ceſſare neſcit. *De ſex Alis Cherubim. Ala 5. penna 2. pag. 645. col. 2. E. tom. 7. part. 4.*

CASSIODORUS.

52. In præliis concitatis, gloria vincentis ſemper apparet: nam virtus probatur latêre, quæ non fuerit explorata certamine. *Sup. Pſ. 26. verſ. 6. Si exurgat adverſum me prælium, &c.*

53. Bellum grave, quia occultum: pugna difficilis, quia cum fortiore dimicatur, quale eſt cum hoſte confligere, & ejus inſidias non videre. *Profec.*

54. Adverſarius quoque noſter nec labore deficit, nec victus aliquando diſcedit: ſed tantò atrocior redit, quantò eum per divinam gratiam debellari poſſe contigerit. *Sup. Pſ. 55. in princ. verſ. 1. Tota die impugnans, &c. fol. 83. col. 3.*

55. Terribilis eſt hominibus conflictus, ſi non ſit aſſiduus: & niſi uſu præmuniatur, concertandi ſubitò fiducia non habetur. *Lib. 3. Epiſt. 3. circa med.*

S. CYPRIANUS.

56. Martyrum certamen, cœleſte certamen eſt, certamen Dei, certamen ſpirituale, prælium Chriſti. *Ep. 9. ad Martyres & Confeſſores poſt init. pag. 22. columna 1. tom. 1.*

57. Quò longior pugna, eò corona ſublimior. *Ep. 16. ad Moyſem & Maximum prope finem, pag. 36. col. 1. tom. 1.*

58. Honeſtiùs cum ſpiritu, quàm cum carne luctamur: quia carnis complexus fœdas exhalans nebulas, eum qui ſibi adhæſerit aliqua ex parte contaminat, nec libidinum morſus quiſquam evaſit illæſus. *De Jejunio & tent. Chriſti, poſt init. pag. 461. col. 2. tom. 3.*

59. Niſi præceſſerit pugna, non poteſt eſſe victoria: conflictatio in adverſis, probatio eſt virtutis. *De Mortalitate, capite 4. prope med. pagina 298. columna 2. tom. 2.*

S. CYRILLUS ALEX.

60. Oportet nos generoſè ſpiritali armatura adverſùs pravos animi motus exercere bellum. *Hom. 18. de feſtis Paſchal. poſt init. pag. 206.*

S. CYRILLUS HIEROSOL.

61. Omnis qui certat, poſteaquàm abſolvit certamen coronatur, aut contumelia afficitur. *Profec.*

62. Neque priùs Agonotheres decertantes coronat, quàm omnium certaminum finis advenerit: ut poſtremò dijudicans, præmia victoriæ & coronas proferat. *Catech. 18. poſt init. apud Bibl. Patr. tom 4. pag. 447. col. 1. & 2. D. E.*

S. EPHRÆM.

63. Ubi certamina, ibi & præmia: ubi bella, ibi etiam honores: ubi colluctatio, ibi quoque corona. *De Patientia & conſummatione, circa init. pagina 161. littera E. tom. 1.*

64. Quomodo

S. Euſebius Emiſſen.

64. Quomodo prævidere poterimus in ſecreto hoſtem, ſi hunc evitare non valuerimus aperta congreſſione pugnantem? *Profec.*

65. Militia noſtra hoc à nobis requirit, ut non contra alios, ſed contra noſmetipſos quotidie dimicemus. *Hom. 8. ad Monach. in medio, apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 1. pagina* 585. *col.* 1. *littera D. edit. Coloniæ* 1618.

66. Hoſti quem ipſa converſatione provocavimus, in medio certamine manus damus, ſi in fervore quo cœpimus, non perſeveramus. *Ibid. poſt med. pag.* 585. *col.* 2. *F.*

Glossa ord.

67. Providendum eſt ſervis Dei, ne pernitioſa ſecuritate ſibi blandiantur quamdiù hoſtis vivit, ne dùm ſe quaſi victores arbitrantur, per fraudem diaboli pacem promittentis citiùs elidantur. *Sup.* 3. *Reg. cap* 10. *col.* 839. *A. tom.* 2.

Glos. Int.

68. Si primò das te Deo, tunc illo juvante & docente fortiter pugnabis. *Sup. Pſ.* 143. *in princ. ſup. illud, Qui docet manus meas ad prælium, col.* 1550. *D. tom.* 3.

S. Gregorius Magnus.

69. Sine labore certaminis, non eſt palma victoriæ. *Lib.* 3. *Dialogi, cap.* 19. *in fine, col.* 1402. *B. tom.* 1.

70. Quidam ſunt, qui magnos viros pugnantes audiunt, ſed prælia, quæ magni magnificè tolerant, auditu ſciunt, virtute neſciunt. *Lib.* 5. *in primum Regum, cap.* 4. *paulò poſt init. col* 1521. *B. tom.* 2.

71. Affectus cordis intenti cæleſtibus, contra carnis bellum fortes milites ſunt. *Ibid poſt med. col.* 1557. *D. ſup. illud, Congregatóque exercitu.*

72. Quantò graves pugnæ ſpirituales, tantò glorioſæ victoriæ. *Profec.*

73. Quò frequentior acceſſus hoſtium, eò laudabilior numerus triumphorum. *Ibidem ante med. colum.* 1535. *littera D.*

74. Sæpè quem tentationis certamen ſuperare non valuit, ſua deteriùs ſecuritas ſtravit. *Lib.* 2. *Moral. cap.* 27. *circa med. num.* 37. *col* 57. *D. tom.* 1.

75. Electi etſi valenter omnia ſuperant (cùm ſecuritatem pacis internæ deſiderant) gravis eis moleſtia, adhuc habere quod vincant. *Lib.* 4. *Moral. cap.* 30. *poſt med. col.* 127. *D. tom.* 1.

76. Semper eſt ad certamen adverſarii erigendus animus, ſemper contra occultas inſidias cautela providenda. *Lib.* 20. *Moral cap.* 5. *prope init. col.* 668. *B. tom.* 1.

77. Labor protrahitur pugnæ, ut creſcat corona victoriæ. *Ibid. lib.* 26. *cap.* 15. *in medio, col.* 867. *C.*

78. Tantò ſubtiliùs fraudem hoſtium quiſque in belli ſpiritualis certamine poſitus conſpicit, quantò & diſtrictiùs corpus proprium, quaſi quendam hoſtium adjutorem premit. *Profec.*

79. Qui adhuc ſecum enerviter pugnat, fruſtrà contra ſe bella extrà poſita ſuſcitat.

80. Qui enim ſemetipſum carnalibus ſubjugat, quomodo ſpiritualibus vitiis reſultat?

81. Aut quomodo de labore externi certaminis triumphare appetit, qui adhuc apud ſemetipſum domeſtico libidinis bello ſuccumbit? *Ibid. lib.* 31. *cap.* 17. *longè ante med. col.* 1078. *A. tom.* 1.

82. Nullus palmam ſpiritualis certaminis apprehendit, qui non in ſemetipſo priùs per afflictam ventris concupiſcentiam carnis incentiva devicerit. *Profec.*

83. Neque enim ad conflictum ſpiritalis agonis aſſurgitur, ſi non priùs intra noſmetipſos hoſtis poſitus edomatur.

84. Quia ſi non ea, quæ nobis ſunt viciniora proſternimus, inaniter ad ea, quæ longiùs ſunt impugnanda tranſimus.

85. Incaſſùm contra exteriores inimicos in campo bellum geritur, ſi intra ipſa urbis mœnia civis inſidians habeatur.

86. Mens ipſa certantis ſub gravis confuſionis dedecore, à ſpiritualis certaminis congreſſione repellitur, quando infirma in carnis prælio confoſſa ſuperatur.

S. Greg. mag.

87. Nam cùm ſe parvis proſterni conſpicit, confligere majoribus erubeſcit.

88. Nonnulli verò ordinem certaminis ignorantes, edomare gulam negligunt, & jàm ad ſpiritalia bella conſurgunt. *Ibidem lib.* 30. *cap.* 13. *ante med. num.* 26. *col.* 1028. *lit. C.*

89. Qui contra diabolum ad certamen properat, veſtimenta abijciat (ſcilicet omnia terrena) ne ſuccumbat. *Hom.* 32. *ſup. Evang. poſt init. col.* 462. *lit. A. tom.* 2.

90. Vos qui viam vitæ præſentis extra hominum frequentiam arripitis, tantò majora certamina pati neceſſe eſt, quantò ad vos ipſe magiſter tentationum accedit. *Lib.* 7. *in Regiſtro Indict.* 2. *cap.* 53. *Ep.* 53. *paulò poſt init. col.* 950. *D. tom.* 2.

91. Qui diſcutere interna neſciunt, ad locum certaminis pervenire non poſſunt. *Profec.*

92. Locus certaminis eſt, ubi celebris fama magnæ Religionis eſt.

93. Illuc quia ab innumeris curritur, qui vitam deponere veterem, & induere novam concupiſcunt, certaminis locus rectè nuncupatur.

94. Quotidiè enim illic ſpiritualium virtutum exercitus pugnat cum numeroſitate vitiorum. *Lib.* 5 *in* 1. *Reg. cap.* 4. *ante med. col.* 1535. *D. tom.* 2.

S. Hieronym.

95. Quis ſanctorum ſine certamine coronatus eſt? ſolus in deliciis Salomon fuit, & forſitan ideò corruit. *Ep.* 22. *ad Euſtochium ante finem, pag.* 149. *A tom.* 1.

96. Nonne melius eſt brevi tempore dimicare, ferre vallum, arma ſumere, laſſeſcere ſub lorica, & poſteà gaudere victorem, quàm impatientia unius horæ ſervire perpetuò? *Ibidem.*

97. Varia luctæ ſunt genera, ſed una corona victorum eſt. *Tom.* 2. *Ep.* 1. *adversùs Helvidium poſt med. pag.* 83. *B.*

98. Sta in acie, adverſariis armatus obſiſte; ut poſtquàm viceris, coroneris. *Tom.* 2. *Ep.* 6. *adversùs Vigilantium, ſub finem, pag.* 126. *C.*

99. Tu qui contra libidinem pugnas, ſuperari potes, & vincere: ego verò nolo ſpe pugnare victoriæ, ne perdam aliquando victoriam. Cùm fugero non vincar in eo quod fugio, ſed ideò fugio, ne vincar ut vincam. *Ibidem.*

100. Non viribus corporis, ſed charitate animi dimicandum eſt, quæ ſuperari nunquàm poteſt. *Tom.* 2. *Ep.* 8. *ad Riparium in fine, pag.* 130. *C.*

101. Bonum certamen eſt, malis non cedere, ſed mala virtutis bono portare. *Tom.* 4. *Ep.* 6. *ad Amicum, ante med. pag.* 39. *A.*

102. Qui tela formidavit adverſi certaminis, nunquàm meruit nomen ſortiri victoris. *Profec.*

103. Jacentis eſt animi, formidoloſa timere: & inertis eſt, tuta ſectari. *Ibid. circa med. pag.* 40. *C. D.*

104. Caret munere, qui caret & certamine. *Ibid.*

105. A fortiſſimo milite ſemper in acie ſtandum eſt, & quærenda occaſio, quâ virtus eniteſcat excuſſa. *Ibidem*, &c. *D.*

106. Amatori præliorum ornamenta ſunt vulnera. *Ibidem*, &c. *D.*

107. Multi certant, ſed ille ſolus, qui tota virtute vicerit, coronabitur. *Sup.* 2. *ad Tim. cap* 2. *ſup illud, Qui certat in agone*, &c. *pag.* 735. *C. tom.* 6.

S. Hilarius.

108. Glorioſo certamine opus eſt, ut corona victoriæ deferatur. *Sup. Pſ.* 118. *poſt med. fol.* 65. *col.* 1.

Hug. a S. Victore.

109. Vir conſtans eligit pugnare, ut vincat. *Lib.* 3. *Miſcellan. Codicis* 2. *tit.* 31. *in fine, pagina* 175. *littera H. tom.* 3.

110. Nihil adeò timet hoſtis, quàm ordinationem pugnantium contra ſe. *Sup. Prov. cap.* 24. *fol.* 53. *col.* 1. *tom.* 3.

Hugo Caro

111. Stultitia eſt cominùs pugnare cum hoſte, cui ex noſtra propinquitate robur accreſcit, & ex elongatione deficiunt vires. *Sup. Eccleſ. cap.* 97. *col.* 2. *tom.* 3.

HUGO CARD. 112. Stultum eſt laudare pugnantem, quaſi jàm victorem: ille enim qui in certamine benè videtur agere, neſcimus ſi velit. vel poſſit perſeverare. *Sup. Eccleſiaſt. cap.11.fol. 193. col. 2. tom. 3.*

IOAN. CASS. 113. Nunquàm robuſtioribus æmulis colluctari poſſe confidas eum, quem in leviore conflictu conſpexeris ab infirmioribus potuiſſe ſuperari. *Lib. 5. de ſpiritu Gaſtrimargiæ, cap. 11. ante med. pag.* 118.

114. Impoſſibile eſt ſaturum veorem pugnas interioris hominis experiri, nec bellis robuſtioribus attentari dignum eſt eum, qui poteſt deijci leviore conflictu. *Ibid. cap.13. in fine, pag.*120.

115. Sæpè qui in conflictu, atque in acie mortis évaſerunt diſcrimina, trophæis propriis, triumphiſque ſuccumbunt. *Lib. 11. de ſpiritu Cenodoxiæ, cap.11. in fine, pag.* 248.

116. Victoria locum habere non poteſt abſque adverſitate certaminum. *In collat.* 8. *Abbat. Piammonis, cap.13. ſub finem, pag.*739.

S. IOANNES CHRYSOST. 117. Torpeſcit virtus, ubi certamen deſuerit: & facilè hoſtis malitia coaleſcit, ſi pigreſcat animus repugnantis. *Serm. de Geneſi & interdictione Arboris ad Adam, prope med. col.* 539. *D. tom.*1.

118. Sine labore vincitur inimicus, ſi ſit (qui dimicat) vigilans & intentus. *Ibidem.*

119. Vires roborantur exercitatione frequenti. *Ibid.*

120. Laboris deſidia, inſoleſcit hoſtis ſævitia. *Ibid.*

121. Inimicus citò devincitur, ſi qui dimicaturus eſt, prælia meditatur: nemo enim unquàm non ſolicitus hoſtem devincit. *Ibidem.*

122. In mundanis certaminibus, poſt victoriam, coronæ: in Chriſti ſtadiis, ante victoriam coronæ *Serm. de Ioſeph continentia, in princ. col.* 565. *littera C. tom.* 1.

123. Chriſtiane, delicatus es miles, ſi putes te poſſe ſine pugna vincere, ſine certamine triumphare. *Profec.*

124. Exere vires, fortitudine dimica, atrociter in prælio concerta.

125. Chriſtiane, conſidera te, præſente Deo cum hoſte pugnare. Favet ille, ut vincas: favet ut obtineas. Cùm pugnas, adeſt: cùm dimicas, præſens eſt.

126. Chriſtiane certamen tuum, Dei certamen eſt; prælium tuum, Chriſti prælium eſt: quid trepidas, quid formidas, quaſi tua virtute devincas? prende arma, procede in bellum, fortiter dimica, ut dimicanti adſit ille, qui vinci non novit. *Serm. ſup. illud Sap.* 3. *Iuſtorum animæ, ante med. columna* 795. *littera B. & C. tom.* 1.

127. Non poterit miles hoſtem vincere, niſi voluerit atrociter dimicare. *Ibidem in medio*, &c. *D.*

128. In certamine Chriſtiano, aut ſuperſtes miles proſtrato hoſte beatus de prælio redit, aut hoſtem victor moriendo devincit. *Ibidem in medio*, &c. *D.*

129. Caro adversùs animam certare poteſt, vincere non poteſt, niſi ipſa anima conſenſerit, ut vincatur: anima autem adversùs carnem, & certat & vincit. *Hom.* 13. *oper. imperf. ſup. Matth. ante med. columna* 828. *tom.* 2.

130. Hæc eſt pugna periculoſa, & hæc eſt glorioſa victoria, qui poterit odiſſe quod amat, & amare quod odit. *Ibidem Hom.*35. *poſt med. col.*984. *A.*

131. In prælio Chriſti moriendo vivitur, cadendo ſurgitur, & victoria per interitum comparatur. *Hom.3. ex variis locis in Matth. in fine, col.* 1144. *D. tom.* 2.

132. Duas nobis vitas Deus conſtituit: præſentem & futuram: præſentem in certamen poſuit: futuram, in certaminis præmium. *Hom.27. ſup. Ioan. in princ. col.*135. *B. tom.* 3.

133. Quæ in medio certamine corruunt animæ, graviori caſu concutiuntur. *Ibidem Hom.* 76. *in princ. col.* 359. *littera B.*

134. Tempus adeſt certaminis, tu autem ſericis inducris: tempus eſt exercitationis, tempus ſtadii, tu autem quaſi ad pompam teipſum ornâs, & quomodo vinces? *Hom. 7. ſup. Acta Apoſt. poſt med. colum.* 493. *C. tom.* 3.

S. IOANNES CHRYSOST. 135. Tempus belli, tempus certaminis eſt, tu autem ſedes in deliciis. *Ibidem, Hom.27. poſt med. colum.* 632. *littera B.*

136. Ubi carcer, ubi catena, ubi vincula, ubi mors pro Chriſto, ibi certamen bonum eſt, nihil hoc certamine melius, nihil illuſtrius. *Hom.9. ſup.* 2. *ad Tim. ante finem, ſup. illud* 4. *Bonum certamen certavi. col.* 1589. *A. tom.* 4.

137. Certamen eſt vita præſens; eſt igitur opus pugnare, bellum eſt & pugna. *Hom.* 62. *ad Popul Antioch. ante med. col.* 408. *D. tom.*5.

138. Progredere, & multa cum alacritate deſcendas ad certamina. *Ibidem, Hom.* 67. *poſt init. col.* 430. *lit. D.*

139. Non eſt grave pugnantem vulnerari, ſed poſt vulnus deſperare, vulnuſque negligere. *Ibid. Hom.* 80. *in fine, col.* 479. *C.*

140. Monachorum certamen ingens, ac labor multus eſt. *Lib.6. de Sacerdotio, ante med. col.*554. *littera A. tom.* 5.

S. JOAN. CLIM. 141. Odioſum ſane, periculique pleniſſimum eſt, ab ipſo ſtatim conflictus congreſſu flaceſcere luctantem. *Gradu* 1. *circa med. apud Bibl. Patr. tom.6. part.* 2. *pag.* 244. *col.* 1. *C.*

S. JOANNES DAMASC. 142. Qui laborum fructus perſpectos habet, intrepido animo in certamen deſcendit. *Orat. de Transfigurat. poſt med. fol.* 326. *pag.* 2. *A.*

S. ISIDORUS HISPALENS. 143. Illi non habent præmium, qui laboris non habuerint certamen. *Profec.*

144. Eos expectant præmia, in quibus fuerint laborioſa certamina. *Lib.* 2. *de ſum. bono. cap.*39. *ſent.*25. *pag.* 656. *col.* 1.

LACT. FIRM. 145. Nemo poteſt veris armis inſtrui, ſi hoſtem, contra quem fuerit armandus, ignorat. *Profec.*

146. Adverſarium vincere non poteſt, qui in dimicando non hoſtem verum, ſed umbram petit. *Lib.* 3. *de falſa ſapientia, cap.29. in fine, pag.*142.

147. Sapientis ac boni viri non eſt, velle certare, ac ſe periculo committere: quoniam & vincere non eſt in noſtra poteſtate, & eſt anceps omne certamen. *Lib.* 6. *de vero cultu, cap.* 18. *ante finem pag.*272.

S. LAURENT. JUSTIN. 148. In agone poſitis, dolorem mitigat ſpes coronæ. *Part.1. de ligno vitæ, tract.*8. *de ſpe cap.* 2. *poſt init. pag.* 46. *col.* 1. *C.*

149. Bellica arripuiſſe arma, & ad prælium recuſare accedere propter metum, valde ridiculoſum eſt. *Part.* 1. *de Diſcipl. Monaſt. converſat. cap.*4. *in princ. pag.* 108. *col.* 2. *C.*

150. Conſidera ô ſerve nequam, piger & otioſe, quòd in ſtadio certaminis poſitus es: oportet enim te pugnare, alioquin miſerabiliter occideris. *Profec.*

151. Omnis tibi fuga interdicta eſt, & pugnandi indicta neceſſitas. *Ibidem.*

152. Si coronam cupis reportare victoriæ certam, ſpiritualiter certa: adeſt in te qui videat, judicet & coronet. *Part.1. de interiori conflictu cap.* 8. *ante med. pag.* 367. *col.* 2. *B.*

153. Pugnare non deſinat, qui coronari affectat. *De Humilitate, cap.*10. *ante med. pag.* 672. *col.* 1. *littera C. Part.* 2.

S. LEO. I. 154. Ubi in aperto ſunt pugnæ, in manifeſto ſunt & coronæ. *Ser.7. de Iejun. decimi menſis poſt init. fol.*10. *p.*1.

155. Vitâ hæc noſtra in medio præliorum eſt: ſi volumus ſuperare, pugnandum eſt. *Serm.* 1. *Quadrag. in medio, fol.*29. *pag.* 2.

PETRUS CELLENSIS. 156. Tolle pugnam, tolles & victoriam: tolle victoriam, tolles & coronam: tolle coronam, tolles & gloriam. *Lib.* 6. *Ep.* 23. *ad Nicolaum Monachum, poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.*2. *pag.* 593. *col.* 2. *H. edit. Coloniæ* 1618.

S. Petrus Chrysolog.

157. Qui ſine tuba dimicat, fertur furore, non prælio: virtute non agit, ſed periculo: quærit perire, non vincere. *Serm. 14. in princ. apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 2. pagina 671. columna 2. litera G. edit. Coloniæ* 1618.

S. Petrus Damianus.

158. Non ire ad prælium, inglorium eſt: ire autem & ſegniter agere, mortis eſt omninò periculum. *Serm. 74. de ſpirituali certamine, ante med. pag. 325. col. 2. B. tom. 2.*

S. Pet. Maur. Abb. Clun.

159. Solitudinis ſingulare certamen, tantò periculoſiùs agitur, quantò ſeriùs alienum auxilium dimicans præſtolatur. *Lib. 1. Ep. 20. ad Gislebertum, ante med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 21. col. 2. G.*

S. Prosper.

160. In hac vita, quamvis ſtrenuè dimicemus, & adjuvante Domino catervas hoſtium, quibus circumfundimur, proſternamus; tamen ſi ab eis nolimus vinci, nunquàm pugnare deſinamus. *Proſec.*

161. Nec vincentes ſecuros faciunt, viriliter deſudata jàm prælia, ſed magis ſolicitant adverſariorum rediviva certamina. *Lib. 1. de vita contemplat. cap. 1. in med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 52. col. 2. G. edit. Coloniæ* 1618.

162. Tunc eſt tentatio finienda, quando finitur & pugna: & tunc eſt finienda pugna, quando poſt hanc vitam ſuccedit pugnæ ſecura victoria. *Ibidem poſt med. pag. 52. col. 2. G.*

163. Omnes milites Chriſti, qui uſque in finem vitæ præſentis divinitùs adjuti, ſuis hoſtibus infatigabiliter reſtiterunt, laborioſa jàm peregrinatione tranſacta regnant felices in patria. *Ibidem.*

164. Ad magnam utilitatem fidelium materia eſt reſervata certaminum, ut non ſuperbiat ſanctitas, dùm pulſatur infirmitas. *Lib. 1. de vocat. gent. cap. 8. poſt med. apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 165. col. 2. E.*

165. Laudabilius eſt atque felicius pugnantem non potuiſſe vinci, quàm deſidem non potuiſſe tentari. *Ibidem lib. 1. cap. 35. in calce, pag. 185. col. 1. A.*

166. Non coronabitur, niſi qui vicerit: nec vincet, niſi qui certaverit: nec certabit, niſi inimicum habens & ei reſiſtens. *Sent. 213. in fine tomi 3. operum D. Auguſt. pag. 753. B.*

S. Thomas Aquinas.

167. Vita æterna non acquiritur, niſi per pugnam. *Sup. Ep. 1. ad Tim. cap. 6. lect. 3. ante finem, ſup. illud 2. Timoth. capite 4. Bonum certamen certavi. folio 207. columna 4.*

Thomas a Kempis.

168. Nunquàm poterit Dei ſervus vinci certamine, qui æterna bona, vel mala ſemper gerit in mente. *Serm. 1. ad Novitios. Diviſ. 3. pag. 7. tom. 1.*

169. Quantò durior pugna, tantò glorioſior corona. *Serm. 1. ad Novitios, part. 1. Diviſ. 3. pagina 20. tom. 1.*

170. Magnum certamen eſt, ſeipſum vincere. *Ibid. ſerm. 7. diviſ. 2. pag. 26.*

171. Magnus profectò labor eſt, certare quotidiè, ſed præmia maxima vincentibus ſunt promiſſa. *Ibid. ſer. 11. diviſ. 1. pag. 37.*

172. Sine certamine non potes venire ad coronam. *Lib. 3. de Imit. Chriſti, cap. 19. ſententia 4. pagina 380. tomo 2.*

S. Valerian.

173. Partem conſtat eſſe victoriæ, prælium oblato auri pondere redemiſſe. *Hom. 13. circa med. apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 490. col. 2. G. edit. Coloniæ* 1618.

174. Quo faciliùs in acie poſitus ſecurus incedas, ante oculos ponenda ſunt ſemper facta Sanctorum. *Proſec.*

175. Nam in maximis præliis non deſunt pugnatori ſolatia, ſi fortiſſimorum virorum requirantur exempla.

176. Facilè ſupervenientis hoſtis impetum ſuſtinet, quem ad pugnam voluntas armaverit. *Ibid. Hom. 16. de bono Martyrii, poſt med. pag. 494. col. 2. F. G.*

S. Valerian.

177. Ad coronam virtutum non facilè pervenit, qui non legitimo agone certaverit. *Ibid. Hom. 7. ſtatim a medio, pag. 495. col. 2. F.*

178. Non deeſt in quo vincas, ſi pugnare non deſinas. *Ibid poſt med. pag. 495. col. 2. G.*

In vitis Patr.

179. Ubi durior eſt pugna, ibi glorioſior erit & corona. *Lib. 3. num. 9. poſt med. pag. 494. col. 2.*

180. Gloriam agonotheta noſter certantibus ſpondet. *Lib. 10. cap. 152. poſt med. pag. 902. col. 2.*

S. Zeno.

181. Niſi quis hoſtem à quo impugnatur expugnet, nunquàm bonis ſuis poterit uti ſecurus. *Serm. 1. de Geneſi in princ. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 83. col. 2. H. edit. Coloniæ* 1618.

Sententiæ Paganorum.

Cicero.

182. Temerè in acie verſari, & manu cum hoſte confligere, immane quiddam & belluarum ſimile eſt. *Lib. 1. Offic. ante med. col. 478. D. E. tom. 4.*

Plato.

183. Unicuique adversùs ſeipſum, tanquam hoſti adversùs hoſtem eſt decertandum. *Tom. 2. ſizygia 4. de legibus poſt init. pag. 626. D.*

Seneca.

184. Patet exitus, ſi pugnare non vulris, licet fugere. *De divina Provid. cap. 6. circa med. pag. 390. tom. 1.*

185. Nunquàm in rerum honeſtarum certamine ſuperari, turpe eſt, dummodò arma non projcias, & victus quoque velis vincere. *Lib. 5. de benefic. cap. 2. in princ. pag. 456. tom. 2.*

Vide etiam Tit. Chriſtianus. ſent. 136. Conflictus. per totum. Monachus. ſent. 51 Natura. ſent. 45. Præſumptio. ſent. 13. Tentatio. ſent. 11. 117. Victoria ſui. ſent. 35.

Charitas in genere.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DESCRIPTIO, DIVISIO, DIFFERENTIA, Productio, & Comparatio.

Etymologia.

S. Antonin.

CHARITAS dicitur quaſi chareitas, ſeù chara unitas. *Part. 4. tit. 5. de Inſtitia. cap. 21. §. 1. poſt init. fol. 88. col. 3*

S. Bonavent.

Charitas dicitur à Χάρις græcè, quòd idem eſt quod gratia. *Sup. Libr. 3. ſent. Diſt. 27. art. 1. quæſt. 3. in princ. corporis, pag. 302. col. 2. B. tom. 5.*

Dionysius Carthus.

Charitas à caro, ſeu pretioſo, & non à vili nomen accepit. *De perfect. charitatis, art. 6. poſt med. folio 175.*

Definitio et Descriptio.

S. Augustin.

Charitas eſt actio recti itineris, quæ nec frangitur negotio, nec frigida eſt otio, nec turbulenta, nec marcida eſt, nec audax, nec fugax, nec præceps, nec jacens. *Ep. 81. ad Eudoxium Abbatem in fine, pag. 340. lit. D. tom. 2.*

Quid eſt charitas, niſi amor boni? *Lib. 8. de Trin. cap. 10. in princ. pag. 254. C. tom. 3.*

Charitas eſt concordia mentium, & ſocietas electorum, vita beatarum animarum, & Angelorum, quia nec animæ, nec Angeli, niſi per charitatem vivunt. *De ſpiritu & anima, cap. 38. in fine, pag. 626. C. tom. 3.*

Charitas eſt animæ pulchritudo. *Tract. 9 ſup. Ep. B. Ioan. de cap. 4. poſt med. pag. 439. A tom. 9.*

Charitas eſt recta voluntas ab omnibus terrenis ac præſentibus prorsùs averſa. *De laudibus charitatis in medio, pag. 721. B tom. 9.*

Charitas eſt virtus, quâ id quod diligendum eſt, diligitur: hæc in aliis major, in aliis minor, in aliis nulla eſt. *Proſer.*

Pleniſſima verò, quæ non poteſt augeri, quamdiù hîc homo vivit, eſt in nemine: quamdiù autem augeri poteſt, illud quod minus eſt quàm debet, ex vitio eſt. *Ep. 29. ad Hieronym. ante finem, tom 2. pag. 73. A.*

S. AUGUSTIN. Charitas eſt virtus, quæ cùm animi noſtri rectiſſima affectio eſt, ipſa nos Deo conjungit. *De Moribus Eccleſ. cap. 11. poſt med. pag. 525. A. tom. 1.*

S. BONAVENT. Charitas eſt amor inæſtimabiliter habens charum amatum. *Sup. Lib. 1. ſent. Diſt. 10. Dubio 4. in fine, pag. 86. col. 2. E. tom. 4.*

Charitas eſt vinculum non tantum ligans, ſed etiam pondus inclinans: quod enim eſt pondus in corporibus hoc eſt charitas in ſpiritibus, quoniam charitas pondus eſt, & æqus ponderatrix. *Sup. Lib. 3. ſent. Diſt. 29. art. 1. quæſt. 1. in princ. corporis, pag. 324. col. 1. lit. E. tom. 5.*

Charitas eſt bonorum principium, bonorum medium, & bonorum finis. *Lib. 5. in compend. Theolog. veritatis, cap. 26. in princ. pag. 761. A. tom. 7.*

DIONYSIUS CARTHUS. Charitas eſt vinculum perfectionis, ideſt, aliarum virtutum conſervatio, conſummatio, nexus ac ligamentum. *Sup. Ep. ad Coloſſ. cap. 3. art. 3. poſt med. ſup. illud, Quod eſt vinculum perfectionis. fol. 94. A.*

Charitas eſt ſpiritalis, & ſupernaturalis vita animæ, ac participatio admiranda divinæ increatæque vitæ. *Sup. Ep. 1. Ioan. cap. 4. art. 6. ante med. ſup. illud, Charitas ex Deo eſt. fol. 53. B.*

Charitas eſt virtus, quâ unaquæque res habetur tanti quanti eſt habenda. *De perfect. charit. art. 6. circa med. fol. 175. pag. 1.*

Charitas eſt virtutum virtus, & quodammodo omnis virtus, etſi non actu, tamen habitu. *Ibid. in princ. Proœmii, fol. 169. pag. 1.*

Charitas eſt virtus, quæ meliùs experientia, quàm doctrina diſcitur. *Ibidem, art. 6. circa med. folio 175. pagina 1.*

Charitas propriè loquendo, eſt forma habitualis ſuperaddita potentiæ naturali, inclinans ipſam potentiam ad amoris actus. *Ibidem.*

Charitas eſt virtutum forma, ſine quâ nulla vera virtus eſſe poteſt, neque perfecta. *Ibidem circa med. fol. 175. pag. 2.*

Charitas eſt virtutum virtus, inter omnes virtutes tenens principatum: ipſa namque cæteris virtutibus tribuit vigorem, & cunctis bonis operibus præſtat valorem. *Ibid. art. 7. in medio, fol. 175. pag. 2.*

Charitas eſt pondus ſanctuarii, quâ cuncta bona ponderantur in conſpectu Dei. *Ibidem.*

S. EPHRAM. Charitas eſt caput, & ſal omnium virtutum. *De charitate, in medio, pag. 12. A. tom. 1.*

S. FULGENT. Charitas eſt omnium fons, & origo bonorum, munimen egregium, via quæ ducit ad cœlum. *Serm. 4. de S. Stephano in fine, apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 1. pag. 145. col. 2. E. edit. Coloniæ 1518.*

HUGO À S. VICTORE. Charitas eſt motus animi rationalis ad diligendum ſeipſum propter Deum, amicum in Deo, inimicum propter Deum. *Lib. 4. de Anima, cap. 16. prope med. pag. 35. H. tom. 2.*

Charitas eſt mentis affectus, & pius amor ad Deum, & proximum, ferventer & ordinatè porrectus. *De fructu carnis & ſpiritus, cap. 18. in princ. pagina 162. littera G. tom. 2.*

Charitas eſt amor honeſtus, qui ad eum finem dirigitur, ad quem oportet. *In Lib. ſent. tract. 4. cap. 8. in princ. pag. 329. A. tom. 3.*

S. THOMAS AQUINAS. Charitas nobiliſſima quædam eſt inter Deum & hominem amicitia, virtúſque non modò una & ſpecialis atque creata, verum etiam virtutum præſtantiſſima. *Secunda ſecundæ, quæſt. 23. artic. 1. in princip. pagina 41. columna 1.*

Charitas omnium virtutum forma eſt, cùm per ipſam omnium virtutum actus in debitum & ultimum finem ordinentur. *Ibid. quæſt. 23. art. 8. in princ. corporis, pag. 43. col. 2.*

DIVISIO.

GLOSS. ORD. Omnium virtutum prima eſt charitas, quæ in quatuor dividitur partes; in dilectionem Dei, in ſuam uniuſcujuſque, in proximi & inimici. *Sup. Ep. ad Galat. cap. 5. ſup. illud, Fructus ſpiritus eſt charitas. col. 518. D. tom. 6.*

HUGO CARD. Quadruplex eſt charitas.
- Incipiens, quæ naſcitur.
- Proficiens, quæ nutritur.
- Perfecta, quæ roboratur.
- Perfectiſſima, quæ mortem deſiderat.

Sup. Matth. cap. 24. fol. 75. col. 4. tom. 6.

DIFFERENTIA.

S. AUGUSTIN. Paſcit eſurientem charitas, paſcit & ſuperbia: charitas ut Deus laudetur, ſuperbia ut ipſa laudetur. *Profec.*

Veſtit nudum charitas, veſtit & ſuperbia: jejunat charitas, jejunat & ſuperbia: ſepelit mortuum charitas, ſepelit & ſuperbia: omnia opera bona, quæ vult facere charitas & facit, cogitat & ſuperbia. *Tract. 8. ſup. Ep. B. Ioan. de cap. 4. poſt med. pag. 432. C. tom. 9.*

PRODUCTIO.

S. AUGUSTIN. Radix omnium malorum eſt cupiditas, & radix omnium bonorum eſt charitas, & ſimul ambæ eſſe non poſſunt; niſi una radicitùs evulſa fuerit, alia plantari non poterit: ſine cauſa aliquis conatur ramos incidere, ſi radicem non contendit evellere. *Hom. 8. in princ. pag. 292. D. tom. 10.*

HUGO A S. VICTORE. Charitatis comites ſunt
- Gratia.
- Pax.
- Pietas.
- Manſuetudo.
- Liberalitas.
- Miſericordia.
- Indulgentia.
- Compaſſio.
- Benignitas.
- Concordia.

De fructu carnis & ſpiritus cap. 18. in princ. pag. 162. G. tom. 2.

GILLEBERTUS PORRETANUS. Charitas radix eſt, & quaſi rami virtutes cæteræ de illa pullulant: & ideò pinguedinis illius participes eſſe debent. *Serm. 32. ſup. Cant. Et habetur inter opera D. Bern. ante fin. in 2. volum. fol. 29. col. 2. E.*

S. THOMAS AQUINAS. Quatuor ſunt, quæ ex charitate oriuntur.
- Revereri Deum.
- Proximum diligere.
- Relevare oppreſſum.
- Errantem corrigere.

Tom. 1. Opuſc. De vitiis & virt. ante med. fol. 104. pag. 2.

COMPARATIO.

S. AMBROSIUS. Charitas valida eſt ut mors; quia ſicut mors finis peccatorum eſt, ita & charitas. *De Iſaac & Anima cap. 8. circa med. col. 1048. C. tom. 4.*

S. ANTONIUS DE PADUA. Sicut Deus eſt principium omnium, ſic charitas virtus principalis ante omnia debet haberi. *Serm. Dom. 6. poſt Paſcha ante finem, fol. 162. pag. 2.*

S. AUGUSTIN. Sicut mors animam avellit à ſenſibus carnis, ſic charitas à concupiſcentiis carnalibus. *Ep. 29. ad Hieronym. poſt med. pag. 72. C. D. tom. 2.*

V. BEDA. Sicut cibi nihil proſunt abſque ſale, ita omnes virtutes abſque charitate. *Sup. Pſal. 52. poſt med. col. 919. tom. 8.*

S. BONAVENT. Sicut voluntatis curvitas, eſt cupiditas; ſic rectitudo, charitas. *Tom. 1. ſup. Pſ. 118. verſ. 9. cap. 7. art. 4. pag. 228. col. 1. D.*

DIONYSIUS CARTHUS. Sicut liquoribus cunctis ſupernatat oleum, ita ſuper virtutes omnes charitas tenet dominium. *Profec.*

Sicut inter metalla præfulget aurum, ſic inter virtutes charitas omne excellit meritorium. *De Perfect. charitatis, art. 7. poſt med. fol. 175. pag. 2.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. Sicut charitas quoties invaleſcit omnium vitiorum genera extinguit, expellitque: ſic qooties ſe remittit illa, locus ſtatim vitiis fit, ſtatim pullulant mala. *Hom. 44. ſup. 1. ad C*[illegible]*ante med. col. 676. A. tom* 4.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Simulata charitas in his eſt, qui in neceſſitate ſuos deſerunt fratres. *Sup. 2. Cor. 6. in illud, In charitate non ficta. col. 1947. D. tom.* 5.

2. Vera charitas non poteſt malam vitam agere, nec ſimulatam habere fidem. *Sup. 1. ad Tim. cap. 1. poſt init. col 2050. C. tom. 5.*

S. ANSELMUS. 3. Ubi charitas eſt, anguſtia eſſe non poteſt. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 5. ante med. folio* 15. *col.* 3.

4. Per cæterarum virtutum vias ambulare poſſunt & illi qui ad inferiora deſcendunt: quicunque autem viam charitatis ſectantur, ad ſupernam patriam tendunt. *Sup. 1. ad Cor. 12. in fine ſup. illud, Æmulamini chariſmata meliora. fol.* 83. *col.* 3.

5. Omnia bona ſine charitate vilia ſunt, & inotilia: ſed cum charitate, cara ſunt & utilia. *Ib. cap. 13. in illud, Charitas patiens eſt. fol.* 84. *col.* 2.

S. ANTONIUS DE PADUA. 6. Charitas in quatuor maximè conſiſtit. { In cordis compunctione. In gloriæ contemplatione. In proximi dilectione. In propriæ vilitatis recordatione. *Serm. Dom. 22. poſt Trin. poſt med. folio* 323. *pag.* 1.

S. AUGUSTIN. 7. Hæc eſt perfecta juſtitia charitatis, qua potiùs potiora, & minùs minora diligimus. *De vera Relig. cap. 48. in princ. pag. 515. B. tom.* 1.

8. Tantò plenior quiſqoe eſt iniquitatis, quantò inanior charitatis. *Ep. 29. ad D. Hieronym. ante finem, pag. 74. C. tom.* 2.

9. Perfecta charitas nec cupiditatem habet ſeculi, nec timorem: ideſt, nec cupiditatem ut acquirat res temporales, oec timorem oe amittat. *De Agone Chriſtiano, cap. 33. prope medium pagina 551. littera A. tom.* 3.

10. Non fructus eſt bonus, qui de charitatis radice non ſurgit. *De Spiritu & littera cap. 14. ſub fin. pag. 581. A. tom.* 3.

11. Charitatis venenum, eſt ſpes adipiſcendorum aut retinendorum temporalium. *Prof.*

12. Nutrimentum ejus, eſt imminutio cupiditatis; perfectio, nulla cupiditas.

13. Signum profectûs ejus, imminutio timoris: ſignum perfectionis ejus, nollus timor. *De 83. quæſt. quæſt. 36. ferè in princ. pag. 385. B. tom.* 4.

14. Tunc eſt verè opus bonum, cùm à charitate jaculatur agentis intentio; & tanquàm ad locum ſuum rediens, rursùs in charitate requieſcit. *De Catechizandis cap. 11. prope finem, pagina 645. littera A. tom* 4.

15. Otium ſanctum quærit charitas veritatis; negotium juſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis. *Lib. 19. de Civit. Dei, cap. 19. in fine, pag. 395. B. tom.* 5.

16. Charitas Chriſtiana, niſi in unitate Eccleſiæ non poteſt cuſtodiri. *Lib. 2. contra literas Petiliani, cap. 67. poſt med. pag. 89. B tom.* 7.

17. Charitas inchoata, inchoata juſtitia eſt: charitas provecta, provecta juſtitia eſt: charitas magna, magna juſtitia eſt: charitas perfecta, perfecta juſtitia eſt. *De Natura & Gratia cap. 70. in princ. pagina 518. litt. D. tom.* 7.

18. Qui noluerit ſervire charitati, neceſſe eſt ut ſerviat iniquitati. *Expoſ. 2. ſup. Pſ. 18. ſub fin. verſ. 14. pag. 65. B. tom.* 8.

19. Charitas benè operantis, dat ei ſpem bonæ conſcientiæ. *In Præfat. ſup. Pſ. 31. paulo poſt med. pag. 126. C. tom.* 8.

20. Magna via charitas, magnum miraculum habet hæc via, certè quia ſupereminentior eſt, excellentior eſt. *Pref.*

S. AUGUSTIN. 21. Hoc enim ſupereminet, quod excelſum eſt, nihil excellentius eſt via charitatis, & non in illa ambulant, niſi humiles. *Sup. Pſ. 141. longè poſt init. verſ. 3. Et tu cognoviſti ſemitas meas. pagina 1124. littera D. tom.* 8.

22. Charitas margarita pretioſa eſt, ſine qua nihil tibi prodeſt quodcunque habueris; quam ſi ſolam habeas, ſufficiat tibi. *Tract. 5. ſup. Ep. B. Joann. de cap. 3. poſt med. pag. 416. C. tom.* 9.

23. Sine charitate dives pauper eſt, & cum charitate pauper dives eſt. *De Laudibus charitatis, poſt med. pag. 721. B. tom.* 9.

24. Adde charitatem, proſunt omnia: detrahe charitatem, nihil proſunt cætera. *Prof.*

25. Si quæ non ſunt vilia, cara ſunt: quid eſt carius ipſa charitate? *Tract. 9. ſup. Evang. Joan. de cap. 2. circa med. pag. 57. B. tom.* 9.

S. AUGUSTIN. 26. Charitas, quæ deſeri poteſt, nunquàm vera fuit. *Et habetur in decretis Gratiani, part. 2. De pœnit. Diſt. 2. can. Charitas, folio 388. col. 4. Ubi dicit, vera, ideſt perſeverans finalis.*

27. Radicata eſt charitas? ſecurus eſto, nihil mali procedere poteſt. *Ibidem, &c. Canone Radicata.*

28. Charitas io quibuſdam eſt perfecta, in quibuſdam imperfecta; perfectiſſima autem in hac vita haberi non poteſt. *Et habetur in decretis Gratiani. part. 2. diſt. 2. can. Charitas, fol. 391. col. 1.*

29. Charitas non novit creſcere, niſi magis magiſque. *Sup. Pſalm. 91. poſt init. narrat. pagina 701. lit. B. tom.* 8.

S. BASIL. MAG. 30. Qui charitate plenus eſt, tranquillo animo, & ſereniſſimo vultu procedit. *Et habet. apud Bedam. in ſuis ſcintillis, cap. 1. col. 371. tom.* 7.

S. BERNARD. 31. Perfecta charitas, eſt fructus deſiderii. *Ep. 18. ad Petrum Cardinalem, ante medium, folio 211. columna 4. lit. M.*

32. Tunc homo eſt perfectus, quando eſt charitate plenus. *Ser. 5. ad ſoror. prope finem. in 2. volumine folio 81. col. 4. lit. M.*

33. Sine charitate nullum opus perfectum eſt; ipſa enim eſt virtus, de qua dicitur; Qui habet unam, habet omnes: & qui non habet illam, quod habet auſertur ab eo. *De Paſſione Domini, cap. 42. in fine. fol. 74. col. 1. A. in 2. volumine.*

34. Nulla ibi apparet difficultas, ubi eſt charitas. *Serm. 14. in Cœna Domini ante med. folio 118. column. 3. G. in 2. volum.*

S. BONAVENT. 35. Charitas eſt mens & anima omnium virtutum, quia ipſa eſt ſicut anima; & virtutes animæ, ſunt potentiæ. *Tit. 10. Diæta ſalutis, cap. 5. ante finem, pag. 323. col. 1. A. tom.* 6.

36. Nihil prodeſt notitia veritatis, ubi deeſt cuſtodia charitatis. *Sup. Pſ. 118. verſicul. 2. cap. 3. art. 3. pag. 179. B. tom.* 1.

37. Si charitas abeſt, nihil prodeſt quidquid adeſt. *Ibidem.*

38. Sine charitate, homo nihil eſt. *Sup. Sapientiam, cap. 9. ante med. pag. 372. col. 2. tom. A. 1.*

39. Sola charitas piorum virorum eſt, & Sanctorum: cùm cæteræ virtutes bonis & malis communes ſint. *Tom. 3. ſerm. 2. de Ss. Confeſſor. & in ord. 29. in princ. pag. 337. col. 2.*

40. Quid charitate melius, aut pretioſius invenitur? *In ſpeculo diſciplinæ part. 2. cap. 3. prope finem, pag. 555. col. 1. C. tom. 7. part. 4.*

41. Perfecta eſt charitas, quando eſt habitu magna, motu interiori directa, opere exteriori ſolicita, radiec ſtabilita, fervore diſcreta, dulcedine conſolatoria. *Lib. 5. in Compend. Theolog. veritatis, cap. 29. in fine, pag. 761. col. 2. E. tom.* 7.

CLEMENS ALEX. 42. Bona nutrix eſt charitas, quæ copioſum habet viaticum, nempè ſufficientiam. *Lib. 2. pedagogi, cap. 1. ante medium, fol. 30. pag. 1. B.*

S. CYPRIAN. 43. Qui charitatem non babet, Deum non ha-

bet. *Tom. 2. de Vnitate Eccleſia cap. 8. ante medium, pag. 257. col. 1.*

DIONYSIUS CARTHUS. 44. Charitatis eſt, cunctis virtutibus imperare. *De Mortificat. vivifica, art. 4. in princ. folio 117. pag. 1.*

45. Qui charitatem habet, nihil illi deeſt: qui eam neſcit, omni bono deficit. *De perfect. Charitatis art. 4. poſt med. fol. 175. pag. 2.*

S. EPHRÆM. 46. Beatus & ter beatus eſt homo ille reverà, qui in corde puro, & conſcientia non ficta charitatem poſſidet. *Tom. 1. de charitate à medio pag. 12. C.*

47. Miſer atque infelix, qui longè abeſt à charitate: is enim ſomnians, dies ſuos tranſigit. *Tom. 1. de non habente charitatem, in princ. pag. 27. E.*

48. Qui caret charitate,
- Obcæcatus eſt mente.
- Amicus eſt diaboli.
- Inventor improbitatis.
- Pugnarum & contentionum author.
- Maledicorum familiaris.
- Detractorum ſocius.
- Contumelioſorum conſiliarius.
- Invidorum præceptor.
- Superbiæ operator.
- Vas arrogantiæ.
- Adverſarii inſtrumentum. *Ibidem, poſt med. pag. 28. A.*

49. Charitas columna & firmamentum in anima ſancta eſt. *Et habetur apud Bedam, tom. 7. in ſuis ſcintillis cap. 1. col. 372.*

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 50. Ubi eſt charitas & ſapientia, ibi nec timor, nec ignorantia. *Tom. 1. in ſuis admonit. ad fratres, cap. 26. pag. 80.*

S. FULGENT. 51. In charitate qui ambulat, nec errare poterit, nec timere: ipſa dirigit, ipſa protegit, ipſa perducit. *Serm. 4. de S. Stephano, in fine, apud Bibl. Patrum, tom. 6. part. 1. pag. 145. col. 2. E. edit. Coloniæ 1618.*

52. Tantùm augetur charitas, quantùm fuerit imminuta cupiditas: & illum facit charitas liberum, quem non tenuerit cupiditas captivum. *Ibidem, ſer. 6. de charitate, in fine pag. 146. col. 1. A.*

53. Mala voluntas ſuo merito gratiam charitatis aut non accipit, aut amittit. *Ibidem, lib. 1. de veritate prædeſt. circa med. pag. 156. col. 1. B.*

GILLEBERTUS PORRET. 54. Non charitas, ſi bonum ſingulare habet, amat: aut ſi non habet, optat: non vult aliis præcellere, ſed nec ipſum magis habere bonum. *Serm. 19. ſup. Cant. ante med. Et habetur inter opera D. Bernardi in 2. volum. fol. 16. columna 3. lit. I.*

GLOSS. ORD. 55. Ubi charitas deficit, deſiderium mali creſcit. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 7. col. 92. F. tom. 6.*

56. Charitas eſt virtus, quam nihil vincit; nullus ignis, nulli fluctus ſeculi, nulla flumina tentationis eam extinguunt. *Sup. 2. ad Tim. cap. 3. column. 747. lit. B. tom. 6.*

GRATIANUS. 57. Exordia charitatis enutriuntur ut creſcant: & conculcantur ut deficiant. *In ſuis Decretis, part. 2. De Pœnit. diſtinct. 2. can. Charitas. in fine. §. Hæc. folio 387. col. 4. edit. Lugdun. 1540.*

S. GREGORIUS MAGN. 58. Charitas, quæ mater eſt omnium cuſtoſque virtutum, per impatientiæ vitium amittitur. *Part. 3. Paſtoralis cap. 1. Admonit. 10. ſtatim ab initio col. 1266. tom. 1.*

59. Vires quas imperitia denegat, charitas ſubminiſtrat. *Et habet. apud Bedam, tom. 7. in ſuis ſcintillis, cap. 1. col. 371.*

S. HIERON. 60. Menſuram charitas non habet. *Tom. 1. Ep. 17. ad Marcellam, in princ. pag. 123. A.*

61. Omnia ſunt cum labore, ſola charitas ſine labore eſt. *Lib. 3. ſup. Ep. ad Galat. cap 5. ſup. illud, Per charitatem ſervite invicem, pag. 190. B. tom 9.*

62. Charitatis rara poſſeſſio eſt. *Ibidem.*

HUGO A S. VICTORE. 63. Extingue cupiditatem, ſi vis amplecti charitatem. *Lib. 4. de Anima, cap. 12. prope init. pag. 134. A. tom. 2.*

HUGO à S. VICTORE. 64. Ubi charitas eſt, ibi claritas eſt. *De Sacramentis, lib. 2. part. 13. cap. 11. paulo poſt initium, pag. 490. F. tom. 3.*

HUGO CARD. 65. Charitas proficit, aut deficit. Sup. *Geneſ. cap. 26. fol. 35. col. 1. Myſticè tom. 1.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 66. Nihil ita charitati repugnat, ſicut ſuperbia & mentis elatio. *Homil. 60. ſup. Matth. poſt med. col. 506. A. tom. 2.*

67. Cui charitatis diadema incumbit, nihil obſtat quominùs Chriſti diſcipulus verè exiſtimari poſſit. *Homil. 32. ſup. 1. ad Cor. ante finem, columna 582. D. tom. 4.*

68. Charitas ſignum omnium ſignorum eſt maximum, ſi quidem ab hoc noſcitur diſcipulus & aſſecla Chriſti. *Ibidem.*

69. Probrum & dedecus quid ſit, ignorat charitas. *Ibidem, Hom. 33. ante med. col. 586. A.*

70. Ex confidente placidum, ex impudico temperantem charitas reddit. *Ibidem, circa finem, col. 592. lit. B.*

71. Charitas proprium eſt Chriſtianæ Religionis inſigne, per quam diſcipuli Chriſti noſcuntur. *Hom. 6. ſup. Ep. ad Titum, in Morali, ante med. col. 1637. A. tom. 4.*

72. Charitas optimum amoris eſt genus. *Ser. de charitate in princ. col. 781. A. tom 5.*

73. Charitas via quædam eſt ad virtutem proclivior. *Ibidem.*

74. Charitas diſcipulorum Domini indicium eſt, & magnus ſervorum Dei character. *Hom. 1. de incomprehenſibili Dei natura, non longe ab initio, col. 1150. B. tom. 5.*

S. ISID. PELUS. 75. Nil apud Deum tanto in pretio eſt, quàm charitas. *Lib. 1. Ep. 10. ad Euſebium Presbyt. apud Bibl. Patrum tom. 5. part. 2. pag. 478. col. 1. C.*

S. LAURENT. IUSTIN. 76. Nullæ majores ſunt divitiæ, quàm charitatem habere. *Par. 1. in ligno vitæ, Tract. 4. de charitate cap. 4. in med. pag. 26. col. 1. D.*

77. Poteſt qui ſine charitate eſt, aliis prodeſſe, ſibi verò minimè ad meritum futuræ gloriæ; in quam procul dubio quiſquis charitatem non habet, introire non valet. *Pars. 2. de Regimine Prælat. cap. 18. ante fin. pag. 599. col. 2. A.*

LUDOVICUS BLOSIUS. 78. Diverſæ viæ ad charitatem perducunt, & non refert quà incedas, modò ad charitatem pervenias. *In canone vitæ ſpiritualis, cap. 23. in fine, pagina 20. col. 2.*

S. MAXIMUS MART. 79. Impoſſibile eſt, ut aliquis charitatis habitum conſequatur, qui rerum humanarum affectibus adhuc detinetur. *De charitate centuria 1. ſent. 1. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 348. col. 1. D. edit. Coloniæ 1618.*

PETRUS BLESENS. 80. Omnes virtutes in charitate requieſcunt, & ſine charitate nihil eſt virtus: quia ipſa unicuique virtuti exhibet, ut ſit virtus. *De charitate, cap. 11. in princ. apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 980. col. 1. D. edit. Coloniæ 1618.*

S. PETRUS CHRYSOLOG. 81. Sine Deo eſt, qui non habet charitatem. *Ser. 53. in medio, apud Bibl Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 700. col. 2. edit. Coloniæ 1618.*

S. PETR. DAM. 82. Charitas, quæ non eſt occaſionum concuſſa fluctibus, evaneſcit. *Ibidem, ſerm. 162. circa init. pag. 778. col. 2. G.*

83. Melius mihi videtur quemlibet nullam charitatem habere, quàm fingere. *Prof.*

84. Tolerabilius puto charitate vacuum eſſe, quàm ejus plenitudinem ſimulare.

85. Ubi enim nulla charitas eſt, poteſt per divinam gratiam naſci: ubi verò ficta eſt, quò veritatem ſub figmenti colore mentitur, eò aut nunquàm, aut difficiliùs emendatur. *Lib. 6. Ep. 7. ad Alitzonem Abbatem in princ. pag 86. col. 1. D. tom. 1.*

RICH. A S. VICTORE. 86. Sapit ſupra modum cordis palato, quod charitate conditur. *Part. 1. de quatuor gradib. violentæ charit. in princ. pag. 551. col. 2. C.*

Rich. à S. Victore. 87. In ſolis illis charitas regnat, quos amor æternorum inflammat. *Part. 2. ſup. Pſalm. 44. in princ. pag. 79. col. 1. B.*

S. Thomas Aquinas. 88. Charitas meretur augeri, ut aucta mereatur & perfici. *Part. 2. quæſt. 114. art. 8. in arg. in contrar. pag. 219. col. 2.*

89. Nullus verè gaudium habet, niſi exiſtens in charitate. *Tom. 1. Opuſcul. opuſc. 9. de decem præceptis verbo Sicut. folio 50. pag. 1.*

90. Charitas facit hominem magnæ dignitatis. *Ibidem.*

Sententiæ Paganorum.

Cicero. 91. Metus abſit, charitas retineatur. *Lib. 2 Offic. ante med. col. 500. A. tom. 4.*

92. Omnis charitas aut inter duos, aut paucos conjungitur. *De Amicitia poſt init. columna 563. littera D. tom. 4.*

Plinius II. 93. Fruſtra ſe terrore ſuccinxerit, qui ſeptus charitate non fuerit. *In panegyrico de Trajano Imperat. circa med. pag. 361.*

Vide plura in ſequentibus titulis. Etiam tit. Ambitio. ſent. 34. Mirabile. ſent. 41. Oratio. ſent. 104. Scriptura ſacra. ſent. 40. 43. Virtutum connexio in genere. ſent. 17. & in ſpecie verbo Charitas.

Charitas Dei.

DEFINITIO.

S. Antonin. CHARITAS Dei eſt dilectio ſecundum rationem, qua diligitur Deus propter ſeipſum. *Part. 4. titul. 6. de charitate, cap. 1. §. 3. in princip. folio 90. col. 3.*

S. Augustin. Charitas, eſt via Dei ad homines, & via hominum ad Deum. *De ſpiritu & Anima, cap. 16. in fine, pag. 613. A. tom. 3.*

Charitas Dei, eſt recta voluntas ab omnibus terrenis, ac præſentibus prorsùs averſa, juncta Deo inſeparabiliter & unita, igne quodam Spiritus ſancti. *De Laudibus charitatis in medio, pagina 721. B. tom. 9.*

S. Bernard. Charitas Dei, eſt affectio mentis, brachiis amoris Chriſtum adſtringens. *Ser. 5. in Cœna Domini, ante fin. folio 110. col. 4 K. in 2. volum.*

S. Bonavent. Charitas Dei, eſt ordinata & magna voluntas ſerviendi Deo, placendi Deo, fruendi Deo. *Lib. 2. de Profectu Religioſ. cap. 23. in princip. pag. 585. col. 1. D. tom. 7. part. 4.*

Dionysius Carthus. Charitas Dei eſt virtus, qua Deum videre inardeſcit animus, eoque perfrui deſiderat. *De Perfect. charitatis, art. 6. circa med. folio 175. pag. 1.*

Charitas Dei, eſt virtus primam attingens regulam, omnem actum virtuoſum regulantem, ſcilicet Deum. *Ibid. &c. ut antè pag. 2.*

Gilbertus Porretanus. Charitas Dei, ſpeciale quoddam eſt inſigne diſcipulatus Chriſti, & doctrinæ ejus ſingulare indicium. *Ser. 19. ſup. Cant. non longe à medio inter opera D. Bernardi in 2. volumine folio 16. col. 4. L.*

Hugo à Sancto Victore. Charitas Dei, eſt mentis affectus, & piùs amor ad Deum ferventer & ordinatè porrectus. *De fructu carnis & ſpiritus, cap. 18. in princ. pagina 162. lit. G. tom. 2.*

S. Thomas Aquinas. Charitas Dei, nobiliſſima quædam eſt inter Deum & hominem amicitia. *2. 2. quæſt. 23. art. 1. in princ. pag. 41. columna 1.*

Sententiæ Patrum.

S. Antoninus. Nihil dulcius charitate, quæ unit dilectum cum diligente. *Part. 3. titul. 30. cap. 3. §. 1. in fine folio 414. col. 3.*

S. Augustin. 2. Deus bone, nihil blandius eſt aliquid tua charitate. *Lib. 2. conf. cap 6. in medio pag 57. A. tom. 1.*

S. Augustin. 3. O æterna veritas, & vera charitas, & chara æternitas, tu es, Deus. *Ibidem, lib. 7. cap. 10. in medio pag. 94. lit. C.*

4. Non eſt particeps divinæ charitatis, qui hoſtis eſt unitatis. *Epiſt. 50. ad Boniſac. prope finem, pag. 148. D. tom. 2.*

5. Charitate Chriſto, non pœnæ timore cohæremus. *Epiſt. 144. ad Anaſtaſium poſt med. pagina 343. D. tom. 2.*

6. Regnat carnalis cupiditas, ubi non eſt Dei charitas. *In Enchirid. cap. 117. in fine, pagina 136. lit. D. tom. 3.*

7. Dilectio, quæ ex Deo eſt, & ut eſt, propriè Spiritus ſanctus eſt, per quem diffunditur in cordibus noſtris Dei charitas, per quam nos tota inhabitat Trinitas. *Lib. 15. de Trinit. cap. 18. in fine, pag. 330. D. tom. 3.*

8. Quæ impietas ſanari poteſt, ſi charitate Filii Dei non ſanatur? *De Agone Chriſtiano cap. 11. in medio pagin. 544. D. tom. 3.*

9. Per charitatem venit Deus ad homines, venit in homines, factus eſt homo. *Prof.*

10. Per charitatem homines diligunt Deum, eligunt Deum, ad Deum currunt, ad Deum perveniunt.

11. Sic enim familiaris eſt Deo charitas, ut ipſe manſionem habere nolit, ubi charitas non fuerit.

12. Si ergo charitatem habes, Deum habes, quia Deus charitas eſt. *De ſpiritu & anima, cap. 16. in fine, pag. 613. A. tom. 3.*

13. Charitas in ſeipſa repræſentat Trinitatem: hanc ratio ſentit, & pacata requirit: hanc charitas invenit, & videndo beata quieſcit: hanc in præſenti fides ſequitur, ſpes in cœlum uſque comitatur, charitas perenniter amplexatur. *Ibidem, cap. 39. in princip. pagina 626. lit. D.*

14. O charitas, quàm magnas vires habes! de cœlo Deum depoſuiſti. *Prof.*

15. O chara ſanctitas! ô ſancta ac vera charitas! quæ tanta es in terris, quanta eris in cœlis? *De quatuor virtutib. charitatis ante finem, pagina 720. lit. C. tom 9.*

16. Melior eſt animus, cùm obliviſcitur ſui præ charitate incommutabilis Dei. *Lib. 3. de libero arbit. cap. 25. in medio, pag. 488. D. tom. 1.*

17. Qui non dolent de malo proximi, non eſt in eis charitas Chriſti. *Ep 137. ad Clerum ſtatim ab initio, pag. 423. A. tom. 2.*

18. Lex Dei eſt charitas. *De ſpiritu & lit. cap. 17. in medio, pag. 582. C. tom 3.*

19. Quantò major eſt in ſanctis charitas Dei, tantò magis pro eo quòd diligitur, omnia tolerantur. *De Patientia cap. 17. ante med. pag. 721. B. tom. 4.*

20. Voluntas bona, voluntas ſanctitate ſuperni ardoris accenſa, ſive amore, ſive timore, ſive gaudio, ſive triſtitia, quæcunque amara & aſpera ſufferat, charitas Dei eſt. *Ibid. cap. 25. in fine, pag. 723. B.*

21. Gluten charitas Dei eſt, quo glutine agglutinatur anima poſt Deum. *Sup. Pſ. 62. poſt med. verſ. 8. Adhæſit anima mea poſt te pag. 442. D. tom. 8.*

22. Servum te charitas faciat, quia liberum te veritas fecit. *In Expoſ. Pſalmi 99. in princ. pag. 767. lit. B. tom. 8.*

23. Unctio inviſibilis, Spiritus ſanctus eſt; unctio inviſibilis charitas Dei eſt. *Et habet. in decretis Gratiani, part. 2. diſt. 2. can. Unctio fol. 389.*

24. Charitas Dei, eſt aqua, de qua Dominus ait: Qui biberit aquam, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. *Et habetur, ut ante, part. 2. de Pœnit. diſtinct. 2. can. charitas. folio 390. col. 1.*

25. Sine Dei charitate, quomodo quis veram cordis contritionem habere poterit? *Ibidem.*

26. Nullum eſt charitatis Dei dono excellentius: ſolum eſt quod dividit inter filios regni æterni, & filios

perditionis æternæ. *Lib. 15. de Trinit. cap. 18. in princ. pag. 330. C. tom 3.*

S. AUGUSTIN. 27. Quantùm Dei charitas creſcit, timor decreſcit: & quantùm illa fit interior, timor pellitur foras. *Profec.*

28. Major charitas, minor timor: minor charitas, major timor. *Tract. 9. ſup. Ioann. de cap. 4. ante med. ſup. illud, Perfecta charitas foras mittit timorem, pagina 436. D. tom. 9.*

29. Charitas Dei omnium arx eſt virtutum: hæc promiſſio regni, hæc præmium ſummum eſt ſanctorum in cœlo. *Serm. 1. Quinquag. & in ord. 53 poſt med. pag. 492. D. tom. 10.*

V. BEDA: & S. GREG. MAG. 30. Tantò ampliùs peccati rubigo conſumitur, quantò peccatoris cor magno charitatis Dei igne concrematur. *Lib. 3. ſup. Luc. cap. 7. in illud 28. Quia dilexit multum. col. 302. tom. 5. & Greg. Magn. Homil. 33. ſup. Evang. ante med.*

S. BERNARD. 31. Quantò quis conjunctior eſt Deo, tantò plenior charitate. *Serm. 26. ſup. Cantica ante med fol. 154. col. 4. L.*

32. Mens, quam ſemel affecerit Dei charitas, ſoi juris eſſe non ſinitur: metuit quod neſcit, dolet quod non oportet, ſolicitatur pluſquam voluerit, & undè noluerit. *Ep. 47. ad Ramaldum Fulmacenſem Abbat. prope med. fol. 223. col. 1. C.*

33. Non ſine præmio diligitur Deus, etſi abſque præmii intuitu diligendus ſit: vacua namque vera charitas eſſe non poteſt, nec tamen mercenaria eſt. *In tract. de diligendo Deo. verbo Dicto. in princ. fol. 296. col. 4. lit. K.*

34. O quàm bonum eſt, ô dulciſſime JESU! ad te inhabitantem lucem inacceſſibilem duce charitate accedere: cui ſi tantùm dux noſtra fuerit, nihil manere poterit inacceſſum. *Prof.*

35. Cognovit cor tuum, ô dulcis JESU! charitatis lancea vulneratum, viam facere charitati, cui perpetuò non claudetur. *In lib. de Paſſione cap. 27. circa med. in 2. volum. fol. 68. col. 2. E. F.*

36. Quantitas cujuſque animæ æſtimatur de menſura charitatis quam habet: ut verbi gratia, quæ multum habet charitatis, magna ſit: quæ parum, parva: quæ verò nihil, nihil. *Serm. 27. ſup. Cant. poſt med. folio 136. col. 4. L.*

37. Amare in Deo charitatem, habere eſt: ſtudere verò propter Deum amari, charitati ſervire eſt. *Ep. 90. ad Ogerium, Canonic. Regularem, paulo poſt med. fol. 229. col. 4. lit. L.*

38. Fons vitæ, charitas Dei eſt: nec vivere animam dixerim quæ de illo non hauſerit: haurire porrò quomodo poteſt, niſi fuerit præſens ipſi fonti, qui charitas eſt, quæ Deus eſt? *De præcepto & diſpenſ. ſub fin. fol. 294. col. 4. L.*

39. Charitas Dei, Regina virtutum eſt, ad nullius vitii pavet occurſum, dotata ſanguinis Chriſti cenſu, in fronte vexillum bajulans crucis, cunctos adverſarios in fugam convertit, nec eſt qui poſſit reſiſtere viribus ejus. *Ser. 5. in Cœna Domini ante finem, in 2. volum. folio 110. col. 4. K.*

S. BONAVENT. 40. Si Deus charitas eſt, nihil melius charitate, ſi quis manet in charitate, & per conſequens in Deo manet, nihil charitate ſecurius: ſi verò Deus in eo manet, nihil charitate jucundius. *Ser. 2. de plur. Confeſſ. & in ord. 29. in fine, pag. 339. col. 1. tom. 3.*

41. Sicut funiculis naves ad portum trahuntur: ita charitatis vinculo trahuntur homines ad portum ſalutis æternæ. *Serm 2. Pentecoſt. poſt med. pag. 127. columna 2. tom. 3.*

42. Quantò magis creſcit charitas, tantò ſtrictiùs & fortiùs homo alligatur Deo: & quantò ſtrictiùs ſe ſentit alligatum, tantò minùs timet ſeparari. *In libr. 3. ſent. Diſt. 34. Part. 2. art. 2. quæſt. 2. pag. 390. col. 2. lit. B. tom. 5.*

43. Tantæ virtutis eſt charitas Dei, ut ipſa ſola inter virtutes virtus nominata ſit: quam qui habet, dives eſt, & locuples, & beatus. *De perfect. vitæ ad ſorores, cap. 7. in princ. pag. 638. col. 1. lit. E. tom. 7. part. 4.*

44. Tantæ virtutis eſt charitas Dei, ut ipſa claudat infernum, ſola aperiat cœlum, ſola Deo hominem amabilem reddat. *Ibidem.* S. BONAVENT.

45. Qui charitatem Dei non habet, pauper & mendicus eſt, & miſer. *Ibidem.*

46. Charitas Dei quædam venalis eſt pluvia virtutum, ſub qua & beata voluntas germinat, & operatio ſancta fructificat. *Prof.* CASSIODORUS.

47. Patiens eſt in adverſis, temperata in proſperis, humilitate potens, afflictione lætiſſima, inimicis benevola, bonis ſuis ſuperans malos. *Sup. Pſ. 12. circa med. proœmii fol. 19. col. 2.*

48. Ignis eſt charitas Dei, virtutum progreſſionibus creſcens: quæ quantò magis concupiſcitur, tantò efficaciùs amplatur. *Sup. Pſal. 17. ante med. verſ. 9. Et ignis à facie ejus, folio 25. col. 2.*

49. Nihil eorum, quæ in mundo ſunt expetit, qui divina charitate nutritur & alitur. *De Perfect. ſpirituali cap. 90. apud Biblioth. Patrum, tom. 4. pag. 759. col. 2. F. edit. Coloniæ 1618.* S. DIADOCHUS

50. Charitas Dei, cæterarum virtutum vita & forma, vertex & finis, regina & motrix eſt. *Sup. 2. B. Petri cap. 1. art. 1. circa med. ſup. illud, In amore fraternitatis, charitatem, folio 36. H.* DIONYSIUS CARTHUS.

51. Charitas Dei immoderatum & anguſtiantem timorem judicii tantò plus tollit, quantò ipſa plus creſcit, ſinceriorque efficitur. *Sup. 1. B. Joan. cap. 4. art. 6. poſt med. ſup. illud, Ut fiduciam habeamus in die judicii, folio 54. C.*

52. Charitas Dei vita eſt animæ; ſine qua charitate nihil eſt meritorium æternæ vitæ, nec Deo acceptum. *In Exhort. ad Novitios, art. 2. in princ. fol 3. pag. 2.*

53. Charitas Dei eſt
- In incipientibus; ſtudium à peccato recedendi.
- In proficientibus, ſtudium in bono proficiendi.
- In perfectis verò, deſiderium Deo ſemper inhærendi. *De Perf. Charitatis, art. 8. circa med. folio 175. pag. 2.*

54. Charitate Dei adveniente, omnia ſunt ſana: ipſa abſcedente, omnia ſunt inania *Prof.*

55. Sine ipſa nihil validum, cum ipſa totum ſanctum & meritorium. *Ibidem, art. 7. in medio folio 175. pag. 2.*

56. Charitas Dei, eſt gratia gratiarum; charitas eſt ſumma ſummarum omnium meritoriorum. *Ibid. poſt med. &c. ut ante.*

57. Charitas Dei non habetur, ſi non diligatur: nec diligitur, ſi non habeatur. *Ep. 5. ad Eugyppium, circa med. apud Bibl. Patrum, tom. 6. part. 1. pag. 136. col. 1. A. edit. Coloniæ 1618.* S. FULGENT.

58. Totus eſt nobis Chriſtus charitatis illecebra, & incitamentum amoris. *Serm. 19. ſup. Cantica poſt med. in ſecundo volumine operum D. Bernardi, folio 16. col. 4. littera L.* GILLEBERTUS PORRET.

59. Tamdiù charitas recondita debet creſcere, donec totam mentem in ſui perfectionem commutet, ut nihil præter Deum diligat. *Sup. Luc. cap. cap. 13. in illud, Donec fermentaretur, &c. col. 887. B. tom. 5.* GLOSS. ORD.

60. Charitas Dei ſi mentem plenè ceperit, hanc ad innumera opera multiformiter accendit. *Lib. 10. Moral. cap. 4. ſtatim à medio. num. 7. col. 348. littera A. tom. 1.* S. GREGOR. MAGN.

61. Charitate vulnerata ſum, mala ſalus eſt cordis, quod dolorem hujus vulneris neſcit. *Hom. 15. ſup. Ezechielem, longe ante med. ſup. illud. Cant. 2. Vulnerata charitate ego ſum. col. 220. A. tom. 2.*

62. Quiſquis Dei charitatem habet, etiam dona alia percipit: quiſquis charitatem non habet, etiam dona

quæ

quæ perceipiſſe videbatur amitrit. *Homil. 9. ſup. Evang. ante finem in illud Matth. 25. Omni habenti dabitur col.* 347. B. *tom.* 2.

S. GREGOR. MAGN. 63. Ex initio timoris, ad vinculum perducimur magnæ charitatis. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 2. paulò ante med. col.* 1483. *A. tom.* 2.

S. HIERONYM. 64. Sine charitate martyrio ſanguis effuſus, corpus flammis traditum, coronam non habet præmiorum. *Tom. 2. Ep. 21. ad Pammachium & Marcellin. lib. 2. in princ. pag.* 212. C.

65. Suaviſſimus Deo odor eſt charitas. *Sup. Ep. ad Epheſ. cap. 5. in princ. pag. 319. D. tom. 9.*

HUGO A S. VICTORE. 66. O bona charitas, per quam Deum diligimus, Deum eligimus, ad Deum currimus, ad Deum pervenimus, Deum poſſidemus. *De laude charit. circa med. pag. 152. A. tom. 2.*

67. Via es, ô charitas! qualis via? ſuper excellens, ſuſcipiens, dirigens & perducens. *Prof.*

68. Tu mediatrix es, adverſos concilians, disjunctos ſocians, & tantùm diſpares quodammodo coæquans.

69. Deum humilians, nos ſublimans; illum ad ima trahens, nos ad ſumma erigens: ſic tamen ut nec abjecta, ſed pia ſit ejus deſcenſio: nec ſuperba, ſed glorioſa ſit noſtri exaltatio.

70. Magnam ergo vim habes, charitas! tu ſola Deum trahere potuiſti de cœlo ad terras, O quàm forte eſt vinculum tuum, quo & Deus ligari potuit, & homo ligatus vincula iniquitatis diſrupit!

71. Neſcio ſi quid majus in laudem tui dicere poſſim, quàm ut Deum de cœlo traheres, & hominem de terra ad cœlum elevares.

72. Magna virtus tua, ut per te uſque ad hoc humiliaretur Deus, & uſque ad hoc exaltaretur homo. *Ibid. poſt med. pag. 152. B.*

73. In quo charitas Dei eſt, ſemper cogitat quando ad Deum perveniet, quando mundum relinquet, quando ſcandala evadet, quando veram pacem inveniet. *Prof*

74. Semper cor ſurſum habet, & deſiderium in ſuperna elevatum, ſi quando ambulat, ſi quando ſedet, ſi quando agit, ſi quando quieſcit, quidquid egerit, cor à Deo non recedit.

75. Tacens Deum cogitat, loquens nil præter Deum, & quod ad Dei amorem pertinet, loqui deſiderat. *Ibid. ante finem, pag. 152 G.*

HUGO CARD. 76. Charitas Dei latior eſt, quàm Oceanus; nec mirum, quia eum tenet, qui eſt ubique. *Sup. Pſ. 17. verſ. 22. Et eduxit me in latitudinem. tom. 2.*

77. Charitas Dei eſt {
Ignis in deſiderio.
Flamma in gaudio.
Ignis in quærendo.
Flamma in ſapiendo. *Sup. Cant. cap. 8. folio 137. col. 2. tom. 3.*

78. Charitas, quam Deus dat, vel qua diligitur Deus, eſt via directa in proſperis. *Prof.*

79. Quem enim charitas Dei afficit, proſperitas non allicit, nec retrahit. *Sup. 1. ad Theſſal. cap. 3. folio 207. col. 1. tom. 7.*

IOAN CASS. 80. Charitas Dei nos ad amorem Chriſti, & ſpiritualium virtutum fructum mentis ardore ſuccendens, quidquid illis contrarium eſt, toto facit odio deteſtari. *In collat. 11. Abbatis Charemonis, in media pagina* 559.

S. JOANNES CHRYSOST. 81. Quando quis ſauciatur charitatis Dei deſiderio, nihil difficile ſpectat; ſed id quod fuerit plenum periculis, & multa miſeria, leviter fert ut ſuo potiatur deſiderio. *Homil. 55. ſup. Geneſ. ante med. col.* 434. *A. tom.* 1.

82. Charitas Dei eſt muro firmior, adamante ſolidior: & ſi quid aliud commemorare indomitum poſſis, omnia vi ſua charitas vincit. *Hom. 32. ſup. 1. ad Cor. poſt med. col. 580. A. tom. 4. ſup. illud Levit. 19. Diliges Deum tuum,* &c.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 83. Charitas Dei, cœlo terram conjunxit. *Proſecutio.*

84. Charitas Dei, in thorum regalem conſtituit.

85. Charitas Dei, Deum in terris declaravit & oſtendit.

86. Charitas Dei, ex Domino ſervum fecit.

87. Charitas Dei, pro inimicis dilectum, pro odio Deum habentibus filium, pro ſervis Dominum, pro hominibus Deum, pro famulis liberum tradi fecit. *Serm. 9. ſup. Ep. ad Epheſ. in fine Moralis col. 1015. D. tom. 4*

JOAN. CLIM. 88. Probat quidem aurum fornax, ſed charitatem in Deum probat orationis intentiſſima qualitas. *Gradu 28. in calce, apud Bibl. Patrum tom 6. part. 2. pagina 272. col. 1. D.*

S. JOANNES DAMASC. 89. Charitas erga Deum in hoc ſita eſt, ut animus quotidie ſupra vires ſe extendat. *Lib. 1. Parall. cap. 4. ante med. folio 4. pag. 1. B.*

S. ISIDORUS PELUSIOTA. 90. Nil apud Deum tanto in pretio eſt, quàm charitas. *Lib. 1. Ep. 10. ad Euſebium presbyter. apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 478. col. 1. C. edit. Colonia* 1618.

S. LEO I. 91. Si dilectio Deus eſt, nullum debet habere terminum charitas Dei, quia nullo poteſt claudi fine divinitas. *Serm. 10. Quadrag. poſt med. fol. 38. pagina 1.*

S. MAX MART. 92. Qui charitate erga Deum cor affixum habuerit, omnia viſibilia contemnit. *Centuria 1. de charitate. Sent. 6. apud Bibl. Patrum, pag. 348. col. 2. E. edit. Colonia* 1616.

93. Qui mundanis rebus atque negotiis verè atque ex animo renuntiat, divinæ charitatis particeps efficitur. *Ibidem, ſent. 27. pag. 349. col. 1. B.*

94. Qui Dei charitatem in ſe poſſidet, non ſatigatur ſequendo Dominum Deum ſuum. *Ibidem, ſent. 28. pag. 349. col. 1. C.*

S. PATRUM CELL. 95. Charitas Dei uſque ad cœlum, immò & ſupra cœlum, veluti cui lex non eſt poſita, conſcendit: uſque ad infernum, & etiam in infernum ipſum aliquando deſcendit. *Lib. 3. Ep. 11. circa med. apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 598. col. 2. edit. Colonia* 1618.

S. PETRUS CHRYSOLOG. 96. Non habet charitatem Chriſti, qui Chriſto non fideliter credit. *Serm. 119. circa med. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 750. col. 2. G.*

S. PROSPER. 97. Sicut ſine via pervenit nullus quò tendit, ita ſine Dei charitate (quæ via eſt) non ambulare poſſunt homines, ſed errare. *Lib. 3. de vita contempl. cap. 13. in fine, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 75. col. 1. edit. Colonia* 1618.

98. Charitas Dei innovat homines; & ſicut malignitas veteres, ita charitas novos facit. *Sent. 273. in fine tomi 3. operum D. Auguſtini pag. 756. D.*

99. Fortitudinem gentilium mundana cupiditas: fortitudinem autem Chriſtianorum, Dei charitas facit. *Ibidem.*

RICH A S. VICTORE. 100. Charitas Dei vulnerat, charitas ligat, charitas languidum facit, charitas defectum adducit: quid horum non mirum, quid horum non violentum? *Part. 1. de quatuor gradibus violentæ charitatis, ab initio pag. 552. col. 1. B.*

101. Nil dulceſcit, nil ſapit, niſi Dei charitate condiatur. *Ibidem longè ante medium, pagina 554. columna 1. littera A.*

102. Charitas Dei ſemper invenit quod adhuc concupiſcere poſſit, quidquid agat, quidquid ſibi fiat, deſiderium ardentis animæ non ſatiat. *Profec.*

103. Sitit & bibit, bibendo tamen ſitim ſuam non extinguit, ſed quò ampliùs bibit, eò ampliùs & ſitit.

104. Avida enim immò inſatiabilis animæ in charitate ſitis non ſedatur, ſed irritatur, dùm voto ſuo pro voto perfruitur. *Ibidem, ante medium pag. 555. col. 1. A.*

RICH à S. VICTORE. 105. In charitate Dei nihil ſublimius, nihil præclarius invenitur, quàm cùm bonitas ipſa per ſemetipſam diligitur. *Part. 1. de differ. ſacrificii Abraha & Mariæ poſt med. pagina 623. col. 1. B.*

S. THOMAS AQUINAS. 106. Ubi eſt major charitas, ibi eſt majus deſiderium. *Part. 1. quæſt. 12. art. 3. in corp. pagina 20. col. 2.*

107. Inter omnes Theologicas virtutes, charitas (quæ propinquiùs Deum reſpicit, quàm cæteræ) excellentiſſima eſt. *1. 2. quæſt. 66. art. 6. in corp. pagina 211. col. 1.*

108. Charitas cùm fuerit nata, nutritur, quod pertinet ad incipientes: cùm fuerit nutrita, roboratur, quod pertinet ad proficientes: cùm fuerit roborata, perficitur, quod pertinet ad perfectos. *Secunda Secundæ quæſt. 24. art. 9. in Argument. in contrar. pag. 48. col. 2.*

109. Quantò perfectiùs viget in homine charitas Dei, tantò faciliùs animus ejus flectitur, ut diligat inimicum. *Tom. 2. Opuſc. de perf. vitæ ſpiritualis, cap. 14. ante med. fol. 39. pagin. 2.*

THOMAS à KEMPIS. 110. O qui ſcintillam haberet veræ charitatis, profectò omnia terrena ſentiret plena fore vanitatis. *Lib. 1. de Imitatione Chriſti cap. 15. in calce, pagina 332. tom. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 111. Metus abſit, charitas retineatur. *Lib. 2. de Offic. ante med. col. 500. A. tom. 4.*

SIXT. PHIL. 112. Opera charitatis Dei procedant abs te, & tuos ſermonem facito de Deo. *Sent. 348. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 67. col 1. A.*

Vide etiam titul. Amor Dei, & dilectio Dei.

Charitas proximi.

DEFINITIO.

S. ANTONIN. CHARITAS proximi eſt dilectio ſecundùm rationem, quâ diligitur proximus propter Deum, vel in Deo. *Part. 4. tit. 6. de charit. cap. 1. §. 3. in princ. fol. 90. col. 3.*

HUGO A SANCTO VICTORE. Charitas proximi eſt mentis affectus, & pius amor ad proximum ferventer & ordinatè porrectus. *De fructibus carnis & ſpiritus, cap. 18. in princ. pag. 161. G. tom. 2.*

S MAXIMUS MART. Charitatis opus erga proximum eſt operoſa & benigna in proximum ex intimo affectu animi beneficentia, & longanimitas, & perſeverantia. *Centuria 1. de charitate ſent. 40. apud Bibl. Patrum, tom. 7. pag. 349. col. 1. E. edit. Coloniæ 1618.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Charitas non invidet, ſed congaudet: non odit, ſed diligit: non ſuſurrat, ſed objurgat: non detrahit, ſed arguit: non de adverſis proximi gaudet, ſed mœret: non de proſperis afflictionem, ſed conſolationem recipit. *In Precat. 2. ante Miſſam, ante med. col. 1266. C. tom. 4.*

2. Simulata charitas in his eſt, qui in neceſſitate ſuos deſerunt fratres. *Sup. 2. Cor. 6. in illud, In charitate non ficta, col. 1947. D. tom. 5.*

S. ANSELMUS. 3. Charitas eſt exhibenda, non exigenda. *De ſimilitudinibus cap. 179. in fine*

S ANTONINUS 4. Nil dulcius charitate, quæ unit dilectum cum diligente. *Part. 3. tit. 30. cap. 3. §. 1. in fine folio 414. col. 3.*

S. AUGUSTIN. 5. Non eſt interior litterarum ſcientia, quàm ſcripta conſcientia, id ſe alteri facere, quod nolit pati. *Lib. 1. Confeſſ. cap. 18. in fine pag. 53. A. tom. 1.*

6. Charitas redditur, cùm impenditur: debetur autem, etiamſi reddita fuerit: quia nullum eſt tempus quando impendenda jàm non ſit: nec cùm redditur, amittitur; ſed potiùs reddendo multiplicatur. *Proſec.*

7. Habendò enim redditur, non carendo: & cùm reddi non poſſit, niſi habeatur; nec habetur, niſi reddatur; immò etiam cùm redditur ab homine, creſcit in homine: & tantò major acquiritur, quantò pluribus redditur. *Ep. 62. ad Cœleſtin. ante med. pag. 202. C. tom. 2.* S. AUGUSTIN.

8. Non poteſt eſſe verus charitatis impenſor, niſi fuerit benignus exactor. *Ibidem, prope finem pagina 202. lit. C.*

9. Cavendum eſt, ne tempeſtate contentionis ſerenitas charitatis obnubiletur. *Ep. 86. ad Caſulanum, in princ. pag. 245. A. tom. 2.*

10. Quod agit charitas, quò ſibi proſit, utilitas eſt: quod autem agit, ut proſit proximo, beneficentia nominatur. *Lib. 3. de Doctrina Chriſtian. cap. 10. in fin. pag. 35. tom. 3.*

11. Gratanter ſuſcipit oculum columbinum pulcherrima & modeſtiſſima charitas. *Lib. 2. de Trin. in proœmio poſt med. pag. 184. D. tom. 3.*

12. Charitas alios parturit, cum aliis infirmatur, alios curat ædificare, alios contremiſcit offendere, ad alios ſe inclinat, ad alios ſe erigit, aliis blanda, aliis ſevera, nulli inimica, omnibus mater. *De Catechizand. rudibus, cap. 15. ante finem, pagina 648. C. tom. 4.*

13. Habet ſemper undè det, cui plenum pectus eſt charitatis. *Sup. Pſal. 36. Concion. 2. ante med. verſ. 21. pag. 196. D. tom. 8.*

14. Quantò major charitas, tantò majores plagæ de peccatis alienis. *Sup. Pſ. 98. poſt med. verſ. 9 pag. 763. B. tom. 8.*

15. Charitas non de ſacculo erogatur. *Sup. Pſ. 103. Conc. 1. in fine, pag. 815. B. tom 8.*

16. Lex charitatis in via non deſerit comitem, comes fit ei quem ducit in via. *Sup. Pſ. 129. ante med. verſ. 4. pag. 1036. C. tom. 8.*

17. Modò abundat iniquitas, & refrigeſcit charitas fraternitatis, quæ priùs Chriſti amore fervebat. *Ser. 25. de verbis Apoſt. circa med. pagina 258. littera C. tom. 10.*

18. Charitas ſitienti potus eſt, eſurienti cibus, in amaritudine poſitis dulcedo, in triſtitia conſtitutis vera & grata conſolatio. *Ser. 2. Dom. 2. poſt Epiph. & in ord. 42. in fine pag. 462. D. tom. 10.*

19. Gratior eſt Deo pro fratre deprecatio, ubi ſacrificium charitatis offertur. *Ep. 126. ad Antonium, poſt med. pag. 412. D. tom. 2.*

20. Charitas communia propriis, non propria communibus anteponit. *Regula 3. poſt med. pag. 594. C. tom. 1.*

21. Qui non dolent de malo proximi, non eſt in eis charitas Chriſti: qui autem etiam de talibus gaudent, abundat in eis malignitas diaboli. *Epiſt. 137. ad Clerum non longè ab initio, pagina 423. littera A. tom. 2.*

21. Tolle charitatem, odium tenes: omnis enim qui non diligit, odit. *Et habetur in Decretis Gratiani, part. 2. de Pœnitent. diſt. 2. canone Tolle, folio 391. columna 4.*

23. Perfecta proximi charitas hæc eſt, ut quis paratus ſit pro fratribus etiam mori. *Tract. 5. ſup. Ep. Joann. de cap. 3. circa medium pagina 415. littera A. tom. 9.*

24. Quidquid vis, habe; hoc ſolum (ſcilicet charitatem) non habeas, nihil tibi prodeſt: alia ſi non habeas, hoc habe, & impleſti legem. *Ibidem, poſt medium, ſup. illud, Qui non diligit fratrem, &c. pagina 416. C*

25. Bona voluntas, ipſa dicitur proximi charitas: totum ergo habet, qui bonam habet voluntatem. *Proſ.*

26. Si autem ſola deſit, nihil prodeſt quidquid habitum fuerit: ſola ſufficit, ſi adſit; cætera

omnia nihil proſunt, ſi ſola charitas deſit. *Tom. 10. Hom. 8. in medio, pag. 293. B.*

S. AUGUSTIN.

27. Charitas non odii, non rancoris, ſed zelo juſtitiæ gladium correptionis evaginare debet. *Serm. 14. ad fratres in Eremo, ante med. pagin. 928. lit. D. tom. 10.*

S. BERNARD.

28. Per ſocialitatem charitas acquiritur. *Ser. 25. de parvis ſermon. in princip. folio 120. columna 3. littera G.*

29. Charitas quæ ſua quærit tantilla eſt, ut contra mandatum ſavore liqueſcat, pavore deficiat, perturbetur triſtitiâ, avaritiâ contrahatur, protrahatur ambitione, ſuſpitionibus inquietetur, convitiis exagitetur, curis eviſceretur, honoribus tumeat, livore tabeſcat. *Serm. 18. ſup. Cant. circa medium, folio 147. col. 1. C.*

30. Non eſt quòd ſe immiſceat vanitas, ubi totum occupat charitas. *Ibidem, poſt med. folio 147. columna 2. littera F.*

31. Humanum & oeceſſe eſt affici erga charos, ſive delectabiliter, cùm præſtò ſuot: ſive, cùm abſunt, modeſtè. *Ibidem, Serm. 26. poſt med. folio 155. col. 2. lit. F.*

32. Actualis charitas, pia & juſta eſt, non acceptatrix perſonarum, nec pretia conſiderat, ſed hominum neceſſitates. *Ibidem, Serm. 50. circa med. fol. 174. col. 3. H.*

33. Quid dulcius lachrymis charitatis? flet charitas, ſed ex amore, non ex mœrore: flet ex deſiderio, flet cum flentibus. *Ibidem, Serm. 58. circa finem, folio 181. col. 3. C.*

34. O bona mater charitas! quæ ſive ſoveat infirmos, ſive exerceat provectos, ſive arguat inquietos, diverſis diverſa exhibens, ſicut filios diligit univerſos. *Prof.*

35. Cùm arguit, mitis eſt: cùm blanditur, ſimplex eſt: piè ſolet ſævire, ſine dolo mulcere, patienter novit iraſci, humiliter indignari. *Ep. 2. ad Fulconem in princ. fol. 205. col. 3. H.*

36. Mens, quam ſemel affecerit charitas, ſui juris eſſe non ſinitur, compatitur nolens, miſeretur invita *Epiſt. 74. ad Ramaldum Fulmacenſem Abbat. prope med. folio 223. col. 1. C.*

37. Verè dulcis & ſuavis eſt cibus charitas, quæ feſſos allevat, mœſtos lætificat, eſurientes reficit, jucundat reficientes. *Lib. 5. Florum, cap. 25. prope init. & de 12. grad. humilit. cap. Locuturus poſt med. fol. 299. col. 3. I.*

38. A negotio charitatis quantò qoietiores ſumus, tantò minùs quieſcimus: quantoque occupatiores ſumus in illo, tantò nos quietiores ſentimus ex illo. *Epiſt. 90. ad Ogerium Canonic. Regular. in medio folio 229. col. 4. L.*

39. Perire neceſſe eſt hominem, qoi charitatem non habet, etiamſi tradiderit corpus ſuum, ita ut ardeat. *Serm. 2. de S. Michaele non procul ab initio, folio 61. col. 2. D.*

40. Habeat charitas zelum, ſed adhibeat pro tempore modum. *Ep. 25. ad Hugonem Rothomagenſ. Archiep. in fine, folio 213. col. 1. B.*

41. Venturi timor judicii, pio cedit fraternæ charitatis exercitio. *Ep. 78. ad Suggerium Abbat. S. Dionyſii, ante med. folio 226. col. 1. A.*

42. Amare proximum in Deo, charitatem habere eſt: ſtudere verò propter Deum amari, charitati ſervire eſt. *Ep. 90. ad Ogerium Canonic. Regular. paulò poſt med fol. 229. col. 4. L.*

S. BONAVENT.

43. Affectio charitativa plena eſt jucunditate. *De Itineribus æternit. itin. 4. diſtinct. 3. ante med. pag. 161. col. 1. B. tom. 7. part. 3.*

44. Charitatis obſequia libenter ſunt impendenda; charitas enim ſemper reddita, detinet debitorem. *In ſpeculo diſciplinæ part. 2. cap. 6. in medio pagin. 557. col. 1. tom. 7. part. 4.*

S. CYPRIAN

45. Charitas fraternitatis, vinculum eſt, & fundamentum pacis. *De bono patientiæ, cap. 6. poſt init. pag. 318. col. 1. D. tom. 2.*

DIONYSIUS CARTHUS.

46. Charitas proximi qoò perſectior, eò liberaliùs ſe communicat, & effundit, nec quæ ſua ſunt quærit. *Sup. Acta Apoſtolorum, cap. 4 art. 4. ante fin. folio 70. C.*

S. ELIGIUS.

47. Qui per odium & iracundiam radicem in ſe charitatis extinxerit, nihil in eo, undè ad æternam vitam perveniat permanebit. *Homil. 8. longè poſt init. apud Bibl. Patrum, tom. 7. part. 1. pag. 240. col. 2. H. edit. Colonia 1618.*

S. EPHRAEM.

48. Qui proximi charitate deſtituitur, citò excandeſcit, facilè indignatur, & ad odium accenditur. *Profec.*

49. Qui charitatis expers eſt, noo compatitur cadenti, non porrigit manum jacenti, oon admonet errantem, non confirmat fluctuantes. *De non habente charitatem, in medio, tom. 1. pagina 28. littera A.*

S. FULGENT.

50. Charitas oon habetur, ſi non diligatur: nec diligitur, ſi non habeatur. *Epiſt. 5. ad Engyppium, circa med. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 1. pag. 136. col. 2. A. edit. Colon. 1618,*

51. Charitas ſine bona voluntate non poteſt haberi, quia voluntatem in qua charitas fuerit, malam fieri ooo permittit. *Ibidem, ut antè.*

52. Malevolus animus non impendit charitatem alteri, quia non habet ſibi. *Profec.*

53. Cùm autem cœperit habere exordium, ut ita dixerim, charitatis, oec malevolus poteſt eſſe, oec ſterilis.

54. Proprium eſt charitatis proximi (quod ad curſum præſentis attinet vitæ) ut in eo qui eam erogat, creſcat: ab eo autem, qui ſibi tantùm habere voluerit, ſine dilatione diſcedat.

55. Ille igitur eam magis habebit, qui libenter impenderit: quia ſicut eam nec impendere poteſt, nec habere malevolus: ſic oec habet eam quiſquam, oec impendit invitus. *Ibidem, ut antè.*

56. Noo habet charitatem, quam habere deſtitit; quia prodigus debitor noo reddendo perdidit, quam ut ſemper redderet, accepit. *Prof.*

57. Quocirca tunc ſe ooverit perdidiſſe, quod acceperat; dùm non reddiderit, quod debebat. *Ibid. Ser. 6. de charit. in med. pag. 147. col. 2. F.*

58. In opere charitatis eſt quidem alius alio præferendus, nemo tameo eſt à charitatis beneficiis excludendus. *Ibidem.*

59. Charitas ſemper lætatur, quoniam quantùm multiplicatur, tantò largiùs erogatur. *Profec.*

60. Et ideò ſicut adipiſcendo pauperaſcit appetitor iniquitatis, ita reddendo diteſcit redditor charitatis. *Ibidem, in fine pag. 148. col. 1. A.*

61. Mala voluntas ſuo merito gratiam charitatis aut non accipit, aut amittit. *Ibidem, Libr. 1. de veritate prædeſtinat. circa medium, pagina 156. columna 1. B.*

GILLEBERTUS PORRET.

61. Charitas proximi non poteſt cogi, gratis fluit; non neceſſitate, ſed arbitrio fertur, auſtro tameo gratiæ flante. *Serm. 39. ſup. Cant. circa med. in ſecundo volumine operum D. Bernardi folio 35. col. 3. lit. G.*

63. Chariſſimus eſt, qui charitate pleniſſimus eſt. *Ibidem, Serm. 41. ante finem, folio 38. columna 1. lit. B.*

GLOS. INT.

64. Fruſtrà quis pro illo orat, qui fratri debitam charitatem negat. *Sup. Eccleſiaſtic. cap. 28. in illud, Quis exorabit, &c. col. 2117. A. tom. 3.*

GLOS. ORD.

65. Quantum vobis gradus profeſſionis eximior, ita neceſſe eſt, ut cura virtutis ſit uberior, ut etiam non amantes charitatis ſinu amplectamini. *Sup. Luc. cap. 6. in illud, Si diligitis, &c. columna 786. littera F. tom. 5.*

GLOSS. ORD.

66. Quantò major charitas, tantò majores plagæ de peccatis alienis. *Sup. 2. ad Cor. cap. 11. col. 443. lit. B. tom. 6.*

S. GREGORIUS MAGN.

67. Tunc ad alta charitas mirabiliter ſurgit, cùm ad ima proximorum ſe miſericorditer attrahit: & quò benignè deſcendit ad infima, eò valenter recurrit ad ſumma. *Libr. 1. in Regiſtro cap. 4. Epiſt. 24. ad Joan. Epiſc. Conſtantinop. poſt med. columna 654. littera D. tom. 2.*

68. O quàm bona eſt charitas, quæ abſcotia per imaginem, præſentia menti exhibet per amorem. *Profec.*

69. Charitas diviſa unit, confuſa ordinat, inæqualia ſociat, imperfecta conſummat. *Ibid. lib. 4. cap. 95. Ep. 5. in princ. col.* 816. *D.*

70. Charitatis nil longè eſt, quia quos dividunt loca, jungit Epiſtola. *Ibidem, lib. 19. cap. 61. Ep. 61. ad Quirinum Epiſc. in princ. Indict. 4. col.* 1087. *A.*

71. Minùs quàm inter duos, charitas haberi non poteſt. *Hom. 17. ſup. Evang. in princip. columna* 375. *B. tom. 2.*

72. Qui magna carnaliter exhibet, cor molle per compaſſionem in fraterna charitate non habet. *Prof.*

73. Valenter agit, quæ non imitari homines foris poſſint, ſed intus conjungi fraternis mentibus per affectum charitatis neſcit.

74. Fortia agit, quæ Deus reprobat, & affectum charitatis, quem approbat, exhibere non curat. *Lib. 4. in 1. Reg. cap. 3. poſt init. col.* 1401. *D. tom. 2.*

S. HIERONYM.

75. Vera proximi charitas, & nullo violata livore: quantò augetur numero, tantò creſcit & robore. *Sup. Eccleſiaſten, cap. 4. in illud, Meliores duo, quàm unus. pag. 75. D. tom. 7.*

HUGO CARD.

76. Vir ſanctus etiam irriſus & increpatus, à charitate non ceſſat. *Sup. Tobiam cap. 2. in illud, Increpabat eos fol.* 375. *col. 2. tom. 1.*

JOAN. CASS.

77. Nihil præponendum eſt charitati, quia charitate nihil utilius credendum eſt. *Prof.*

78. Omnia itaque etiam quæ putantur adverſa, ſuſcipienda atque toleranda ſunt, ut charitatis paciſque tranquillitas illibata ſervetur. *Collat. 16. Abbat. Joſeph cap. 7. per totum pag. 675.*

79. Charitas fraternitatis ſtabilis atque indirupta non poterit perdurare, niſi inter viros ejuſdem virtutis atque propoſiti. *Ibidem, cap. 24. in fin. pag.* 686.

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

80. Indulgentiſſimum eſt juſtorum genus, qui pro aliorum ſalute quævis ferre libentiſſimè eligunt. *Hom. 24. ſup. Geneſ ante med. col.* 180. *D. tom. 1.*

81. Nihil eſt quod ita omnem malitiam & pariat & firmet, ut interemptio charitatis. *Homil. 16. ſup. Matth. in illud 5. Qui iraſcitur fratri ſuo poſt med. col. 161. tom. 2.*

82. Talenti nomine intelligitur, quidquid in proximorum charitate confertur: ſive illum authoritate potegendo, ſive pecuniis juvando, ſive doctrinâ admovendo, ſive alia quapiam re proximis prodeſſe poſſit. *Hom. 79. ſup. Matth. oper. perf. circa med. col.* 648. *C. tom. 2.*

83. Charitas, quæ Chriſti cauſa fundatur, firma, ſtabilis, atque invicta eſt, nec ulla re conquaſſatur, non obtrectatione, non periculis, non morte, non alia re temporali disjungitur. *Ibidem, Hom. 61. ante finem. col. 514. A.*

84. Nihil charitatem proximi ita continet atque conſervat, ut commiſſorum adverſùs te peccatorum oblivio. *Ibid. Hom.* 80. *antè finem, col.* 648. *D.*

85. Præ omnibus animalibus, columba cultrix eſt charitatis. *Hom. 4. oper. imperf. ſup. Matth. ſub finem, in illud 4. Sicut columbam, &c. col. 771. C. tom. 2.*

86. Vera charitas, vitia non ſentit. *Ibid Hom. 32. poſt init. col. 947. C.*

87. Charitatis natura ſatietatem non admittit, ſed quò magis fruitur dilectis, eò majore flamma accenditur. *Hom. 20. Ex diverſis locis ſup. Mat. in princ. col. to. 2.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

88. Charitas vera eſt, non quando nudis verbis, aut ſalutationibus ſimpliciter, ſed præſidio ipſiſque operibus exprimitur dilectio. *Prof.*

89. Sicut cùm à penuria ſolvitur pauper, ægroti adjuvantur, qui in periculis ſunt liberantur, infortunio preſſis aſſiſtitur, cum flentibus flendo, & gaudentibus gaudendo communicatur. *Ser. 7. ſup. Ep. ad Rom in princ. Moralis col. 69. C. tom. 4.*

90. Nihil nobis auxilio eſſe poteſt, niſi ſumma flagremus in proximum charitate. *Homil. 25. ſup. 1. Cor. in fine Moralis, col. 522. B. tom. 4.*

91. Si mutua ſe charitate omnes complecterentur, non eſſet injuriæ locus, pugnæ, bella, cædes, ſeditiones, rapinæ, fraudes, & mala protinus omnia, nomen etiam ipſum malorum, eliminaretur. *Hom. 32 ſup. 1. ad Cor. poſt med. col. 579. B. tom* 4.

92. Martyrio majus quiddam eſt, charitas proximi. *Ibidem, ut ante. D.*

93. Charitas proximi eſt muro firmior, adamante ſolidior, & ſi quid aliud commemorare indomitum poſſis, omnia vi ſua charitas vincit. *Ibidem, poſt med. col.* 580. *lit. A.*

94. Charitas proximi cum lucro voluptatem ingentem habet, laborem nullum: velut quædam frugi apicula, bona undique collecta in amantis animum comportans. *Ibidem, ut antè. B.*

95. Charitatis fervor quocunque inciderit, omnia perimit atque perrumpit, quæ divinam ſegetem demoliuntur. *Prof.*

96. Ubi charitas eſt, omnia ſublata ſunt mala: non eſt ibi avaritia, malorum radix, nulla ibi elatio eſt.

97. Nulla invidia, nullum crimen locum habet, ubi fuerit vera & germana dilectio.

98. Omnia ibi ſunt levia, ſuavia, mitia: litis aut contentionis nullum ibi veſtigium cernitur, paciſque plena ſunt omnia.

99. Cuncta ſcelera, quæ pacem perturbant: ut ſunt avaritia, rapina, invidia, accuſatio, arrogantia, perjurium, mendacium, ubi charitas proximi fuerit, ſolvuntur. *Hom. 7. ſup. 2 ad Timot. in Morali circa med. col. 1576. A. B. tom.* 4.

100. Charitas nec proximum lædit, nec prava meditatur. *Serm. de Charitate in princ. columna 781. lit. B. tom.* 5.

LACT. FIRM.

101. Summum inter ſe hominum vinculum eſt humanitas, quod quis diſruperit, nefarius & parricida exiſtimandus eſt. *Lib. 6. de vero cultu, cap. 10. prope init. pag.* 253.

102. Conſervanda eſt humanitas, ſi homines rectè dici velimus. *Ibidem, cap. 11. in princ. pag.* 253.

103. Ægros (quibus defuerint, qui aſſiſtunt) curandos, fovendoſque ſuſcipere, ſummæ humanitatis & magnæ operationis eſt. *Ibidem, cap. 12. poſt med. pag.* 260.

PETR. BLES.

104. Charitas nunquàm otioſa eſt, ſemper in alterùm ſe porrigit. *Prof.*

105. Natura nimirùm charitatis eſt, & amare & velle amari.

106. Sicut ignis non poteſt non ardere, ſic charitas non poteſt non amare. *De charit. cap. 32. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 989. col. 1. B. edit. Colon.* 1618.

PETR. CELL.

107. Charitas amicos amplectitur, nec ab amicis arcetur. *Lib. 3. Ep. 11. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 568. column. 2. H.*

S. PETRUS CHRYSOLOG.

108. Non deeſt charitas, ſi non deſit voluntas, ipſa enim ardens voluntas, vocatur charitas. *Ser. 135. in fine. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 762. col. 1. A. edit. Coloniæ* 1618.

109. Paternæ largitatis memor non eſt, qui eſt fraternæ immemor charitatis. *Serm. 4. de Prodigo. poſt medium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. edit. Coloniæ* 1618.

S. PROSPER.

110. Creſcit ſemper facultatis charitas, dùm uſu

major, & largitate fit ditior. *Serm. 95. pag. 748. C. in fine tomi tertii operum D. Auguſtini.*

S. REMIGIUS. 111. Qui fratrem diligere dicitur, ſi non corrigit, cùm eum errare viderit, ſimulatam charitatem erga proximum habere convincetur. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 12. Canon. 9. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 330. col. 1. A. edit. Coloniæ* 1618.

RICH. A S. VICTORE. 112. Charitas poteſt ſponte deſeri, non violenter auferri: offertur omni, aufertur nulli, ut nullus niſi ſuo vitio illa careat. *Part. 1. de gradibus charit. cap. 4. ante med. pag. 549. col. 2. D.*

SALVIANUS. 113. Virum bonum charitate ſeptum oportet eſſe, non armis. *Lib. 4. de Gubern. Dei, in fine, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 346. col. 1. littera A. edit. Coloniæ* 1618.

THOMAS A KEMPIS. 114. Sæpè videtur eſſe charitas, & eſt magis carnalitas: quia naturalis inclinatio, propria voluntas, ſpes retributionis, effectus commoditatis, raro abeſſe volunt. *Lib. 1. de Imit. Chriſti, cap. 15. ſect. 2. pag. 332. tom. 2.*

THALASSIUS. 115. Sub charitatis figmento hypocriſim occultat, qui ore probat, quod apud ſe verè nihil facit. *Hecatontade 1. ſent. 3. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 271. col. 1. A. edit. Coloniæ* 1618.

116. Nihil tàm atrox, nihilque tàm ærumnoſum intentare poſſunt inimici, quod non citrà turbationem ſufferat charitatem poſſidens. *Ibid. ſent. 4. pag. 271. col. 1. B.*

117. Charitatem veram poſſidens adversùs proximum neque ſuſpitiones, neque verbum aliquod admittet. *Ibid. ſent. 6. pag. 271. col. 1. B.*

118. Apud Deum & homines honorem meretur, qui operam ſuam ad charitatis diſſolutionem negat. *Ib. ſent. 7. pag. 171. col. 1. B.*

119. Si cogitationes animo infeſtas deeſſe cupis, ſtude charitati in proximum. *Ibid. ſent. 14. pag. 271. col. 1. littera C.*

120. Ut in cœno aromata non inveniuntur, ita neque charitatis ſuaveolentia in anima injuriarum memori. *Ibid. ſent. 16. pag. 271. col. 1. C.*

S. VALERIAN. 121. Non habet in eo locum ruina vitiorum, qui calcatis odiis integrum charitatis cuſtodit affectum. *Hom. 12. ſtatim a medio, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 489. col. 2. H.*

IN VIT. PATR. 122. Eſca charitatis jejunium non frangit. *Lib. 3. num. 46. in fine, pag. 508. col. 2.*

123. Dixit quidam ſenex ad alterum ſenem habentem charitatem proximi: Lucerna multis lucet, roſtrum tamen proprium incendit. *In Appendice Palladii, cap. 20. num. 9. pag. 995. col. 1.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 124. Omnis charitas aut inter duos, aut inter paucos conjungitur. *De Amicit. poſt init. col. 563. littera D. tom. 4.*

PLATO. 125. Quemlibet hominem decet charitate proximum complecti. *Tom. 1. Sizygia 2. in dialogo Euthydemi ſub fin. pag. 306. D.*

PLINIUS II. 126. Fruſtrà ſe terrore in proximum ſuccinxerit, qui ſeptus charitate non fuerit. *In Panegyrico pro Trajano Auguſto, circa med. pag. 361.*

Vide etiam tit. Amor proximi, & Dilectio proximi. Monaſterium. ſent. 28. Proximus. ſent. 31. Sequi Chriſt. ſent. 67.

Charitas Dei & Proximi.

DEFINITIO.

S. BERNARD. CHARITAS eſt dilectio Dei & proximi; & qui non diligit proximum, ſupereſt ut non diligat Deum. *Ser. 5. de Cœna Domini ſub finem, in 2. vol. fol. 110. col. 4. L.*

HUGO A S. VICTORE. Charitas Dei & proximi, eſt mentis affectus & pius amor ad Deum & proximum ferventer & ordinatè porrectus. *De fruct. carnis & ſpirit. cap. 18. in princ. pag. 162. lit. G. tom. 2.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. Quantò magis regnum cupiditatis deſtruitur, tantò charitatis augetur, Dei ſcilicet & proximi. *Lib. 3. de Doctr. Chriſtiana, cap. 10. in fine, pag. 35. littera B. tom. 3.*

2. Everſa tyrannide cupiditatis, charitas regnat juſtiſſimis legibus dilectionis Dei, & proximi propter Deum. *Ibid. lib. 3. cap. 15. in princ. pag. 37. A.*

3. Amor Dei, & amor proximi, charitas dicitur: amor mundi, & amor ſeculi, cupiditas. Cupiditas refrænetur, charitas excitetur. *In Præfat. ſup. Pſ. 31. circa med. pag. 126. C. tom. 8.*

S. DOROTH. 4. Quantò Dei charitati adhæremus, tantò & proximi: quantóque proximo, tantò & Deo. *Doctrina 6. in calce, apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 776. col. 1. C. edit. Coloniæ* 1618.

S. FULGENT. 5. Sine charitate nec Deus diligi poteſt, nec proximus. *Lib. 2. de veritate prædeſt. ante med. apud Biblioth. Patrum, tom. 6. part. 1. pag. 162. colum 2. lit. H. edit. Coloniæ* 1618.

6. Charitas quæ de cœlo ad terras depoſuit Chriſtum, ipſa Stephanum de terra elevavit ad cœlum. *Prof.*

7. Charitas, quæ præceſſit in Rege, ipſa ſubſequenter refulſit in milite.

8. Stephanus ut nominis ſui coronam meruiſſet accipere, charitatem pro armis habebat, & per ipſam ubique vincebat.

9. Per charitatem Dei, ſævientibus Judæis non ceſſit: per charitatem proximi, pro lapidantibus interceſſit.

10. Per charitatem arguebat errantes, ut corrigerentur per charitatem pro lapidantibus orabat, ne punirentur.

11. Charitatis virtute ſubnixus vicit Saulum crudeliter ſævientem, & quem habebat in terra perſecutorem, in cœlo meruit habere conſortem.

12. Ipſa ſancta & indefeſſa charitas deſideravit orando acquirere, quos nequivit mundo convertere. *Ibidem, ſerm. 4. de S. Stephano circa med. pagina 144. col. 2. lit. H.*

GILLEBERTUS PORRETANUS. 13. Proximi charitas livore, charitas Chriſti timore caret. *Serm. 19. ſup. Cant. non longè à medio, in 2. volumine operum D. Bernardi, fol. 16. col. 4. L.*

HUGO A S. VICTORE. 14. Totam magnitudinem divinorum eloquiorum ſecura poſſidet charitas, quâ Deum & proximum diligimus. *Lib. 4. de Anima, cap. 12. prope init. pag. 134. lit. A. tom. 2.*

HUGO CARD. 15. Charitas ad Deum & proximum, utraque neceſſaria eſt. *Sup. Geneſ. cap. 15. fol. 20. col. 4. Mor. tom. 1.*

16. Alæ ſunt duo brachia charitatis, Dei ſcilicet & proximi. *Sup. Pſ. 54. Moraliter, folio 139. columna 1. tom. 2.*

17. Charitas Dei & proximi refrigeſcit, niſi jugiter nutriatur iſte ignis in altari cordis. *Profec.*

18. Spes apponit ligna in corde, ut nutriatur ignis charitatis Dei & proximi. *Sup. 1. ad Theſſal. cap. 1. fol. 195. col. 2. tom. 7.*

19. Quando refrigeſcit charitas ab amore Dei & proximi, convertitur ad amorem ſui. *Sup. 2. ad Tim. cap. 3. circa init. fol. 226. col. 4. tom. 7.*

S. ISIDORUS HISPALENS. 20. Servat in ſe dilectionem Dei, qui à charitate non dividitur proximi. *Lib. 2. de ſum. bono. cap. 3. ante fin. pagina* 638.

S. ISID. PELUS. 21. Quamvis charitas erga Deum multo major ſit, quàm proximi: tamen ſi cum charitate erga homines connectatur, magis eſplendeſcit. *Lib. 3. Ep. 138. ad Apollonium, Epiſc. apud Bib. Patr. to. 5. part. 2. p. 586. col. 1. C.*

22. In præcepto charitatis, tria invenit homo quæ diligat: Deum, & ſe & proximum. *Profec.*

S. Proſper. 23. Et quia ille in ſui dilectione non errat, qui Deum diligit conſequens eſt ut proximo ad diligendum Deum conſulat, quem jubetur diligere ſicut ſeipſum. *Sent. 162. in fine tom. 3. oper. D. Aug. pag. 751. A.*

Thalassius 24. Mens ſpirituali charitate locuples, nihil quod charitatem non deceat de proximo cogitat. *Hecatontade 1. ſent. 2. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 271. col. 1. lit. A. edit. Coloniæ 1618.*

25. Sola charitas in unam veramque concordiam, Deum, & creaturam cogit. *Ibidem ſent. 5. pag. 271. col. 1. lit. B.*

S. Thomas Aquinas. 26. Quantò perfectiùs viget in homine charitas Dei, tantò faciliùs animus ejus flectitur, ut diligat inimicum. *Tom. 2. Opuſc. de perfect. vitæ ſpirit. cap. 14. ante med. fol. 39. pag. 2.*

Vide etiam tit. Amor Dei & Proximi, & Dilectio Dei & Proximi.

Charitatis Encomia.

SENTENTIÆ PATRUM.

Alanus de Rupe. 1. Charitas eſt
- Meritorum vita.
- Par pretium.
- Sanctorum ſanctitas.
- Animarum flamma.
- Veſtis nuptialis pudorum. *Part. 3. ſerm. 4. Regina 13. pag. 250.*

S. Augustin. 2. Charitas eſt
- Anima litterarum.
- Prophetiæ virtus.
- Sacramentorum ſalus.
- Scientiæ ſoliditamentum.
- Fidei fructus.
- Divitiæ pauperum.
- Vita morientium. *De laudib. charit. circa fin. pag. 722. C. tom. 9.*

3. Quid charitate fortius, non ad tribuendas, ſed ad non curandas injurias? quid illa fidelius, non vanitati, ſed æternitati? *Ibidem.*

4. Charitas
- Inter opprobria ſecura eſt.
- Inter odia benefica eſt.
- Inter iras placida eſt.
- Inter inſidias innocens eſt.
- Inter iniquitates gemens eſt.
- Inter veritates reſpirans eſt. *Ibidem.*

5. Charitas
- In adverſitatibus tolerat.
- In proſperitatibus temperat.
- In duris paſſionibus fortis eſt.
- In bonis operibus hilaris.
- In tentatione tutiſſima.
- In hoſpitalitate latiſſima.
- Inter veros fratres lætiſſima.
- Inter falſos patientiſſima. *Proſec.*

6. Charitas
- In Abel per ſacrificium grata.
- In Noë per diluvium ſecura.
- In Abrahæ peregrinatione fideliſſima.
- In Moyſe inter injurias leniſſima.
- In David tribulationibus manſuetiſſima.
- In tribus pueris blandos ignes innocenter ſpectat.
- In Machabæis ſævos ignes fortiter tolerat.

7. Charitas
- Caſta in Suſanna erga virum.
- In Anna poſt virum.
- In Maria præter virum.
- Libera in Paulo, ad arguendum.
- Humilis in Petro, ad obediendum.
- Humana in Chriſtianis, ad confitendum.
- Divina in Chriſto, ad ignoſcendum.

Ibid. poſt med. pag. 721. B.

8. Quid pretioſius, quid luminoſius, quid firmius, quid utilius, quid ſecurius charitate? *Serm. 50. de verbis Domini, poſt init. pag. 131. A. tom. 10.* S. Augustin.

9. Charitas ſola eſt, quæ vincit omnia, & ſine quâ nihil valent omnia, & quæ ubicunque fuerit, trahit ad ſe omnia. *Ibid. ſerm. 53. in medio, pag. 139. B.*

10. Charitas eſt
- Inquinamenti omnis extranea.
- Corruptionis neſcia.
- Nulli commutabilitati obnoxia.
- Super omnia, quæ carnaliter diliguntur, excelſa.
- Affectionum omnium potentiſſima.
- Divinæ contemplationis avida.
- In omnibus ſemper invicta.
- Summa actionum bonarum.
- Salus morum.
- Finis cæleſtium præceptorum.
- Mors criminum.
- Vita virtutum.
- Virtus pugnantium.
- Palma victorum.
- Anima ſanctarum mentium.
- Cauſa meritorum bonorum.
- Præmium perfectorum.
- Fructuoſa in pœnitentibus.
- Læta in proficientibus.
- Glorioſa in perſeverantibus.
- Victorioſa in Martyribus.
- Operoſa in omnibus omninò fidelibus.

De laudib. charit. in medio, pag. 721. B. tom. 9.

11. Charitas, quæ mater eſt hominum & Angelorum, non ſolùm quæ in terris, ſed etiam quæ in cœlis ſunt, pacificavit: ipſa eſt quæ Deum homini placans, hominem Deo reconciliavit. *Ep. 2. ad Fulconem, in principio. fol. 205. col. 3. H.* S. Bernard.

12. Charitas libertatem donat, timorem expellit, labores non ſentit, meritum non intuetur, præmium non requirit; & tamen plus omnibus urget. *Ep. 143. ad Claravallenſes in fine, fol. 240. col. 3. I.*

13. Virtus charitatis quàm ſit nobiliſſima, quantis præconiis honoranda, quantis laudibus prædicanda, nullâ poteſt exprimi linguâ. *Serm. 2. de plurib. Confeſſ. & in ord. 29. in princ. pag. 337. col. 2. tom. 3.* S. Bonavent.

14. Charitas
- Peccatum expellit.
- Legem cuſtodit.
- Deum homini jungit.
- Mentem virtutibus ornat.
- Perfectionem adducit.
- Gloriam tribuit. *Lib. 5. Compendii Theolog. veritat. cap. 25. in princ. pag. 760. columna 2. lit. D. tom. 7.*

15. Charitate nihil præſtabilius neque in cœlo, neque in terra. *De charit. in medio, pag. 12. A. tom. 1.* S. Ephræm.

S. Greg. Mag. 16. Charitas ſancta
- Cor pacificat.
- Mentem in tentationibus roborat.
- Quietem tribuit.
- Locum præparat ſapientiæ. *Sup. Cant. cap. 1. col. 7. C. tom. 2.*

17. Magiſtra bonorum omnium eſt charitas, quæ nihil ſapit extraneum, nil aſperum, nil confuſum. *Proſec.*

18. Ita exercet corda & corroborat, ut nil grave, nil difficile exiſtimet, ſed fiat totum dulce, quod agitur. *Lib. 7. in Regiſtro, Indict. 2. cap. 112. Ep. 112. ad Syagrium Epiſc. Auguſtodunenſ. in princ. columna 988. lit. B. tom. 2.*

19. Nihil eſt charitate ditius. *Orat. 20. poſt med. p. 179.* S. Greg. Naz.

20. Nihil eſt imperioſius charitate. *Tom. 1. Ep. 14. ad Celantiam poſt init. pag. 108. D.* S. Hieronim.

21. O charitas, quid dicam de te? quomodo laudabo te? ſi ſaperem te, appretiarem te. *Proſec.*

Hugo a S. Victore. 22. Si ſcirem quanti vales, pretium appenderem pro te: ſed excedis anguſtias meas, nec invenire tuum pretium potero penes me; dabo tamen quod habeo, & totum quod habeo dabo.

23. Tu ſola mihi meis omnibus carior, tu ſola mihi utilior, tu ſola ſuavior, tu ſola jucundior: ampliùs delectans, abundantiùs ſatians, tutiùs ſalvans, feliciùs conſervans. *De laude charit. ante med. pag.* 151. *littera E. tom.* 2.

24. Charitas, omnem languorem animæ ſanat, charitas vitiorum omnium radices extirpat, charitas omnium virtutum origo eſt. *Ibidem ante finem*, *pag.* 152. *lit. F.*

25. Charitas
- Mentem illuminat.
- Conſcientiam mundat.
- Animam lætificat.
- Deum demonſtrat. *Ibid. ut antè. G.*

26. Animam, in qua charitas habitat, ſuperbia non inflat, invidia non devaſtat, ira non diſſipat, triſtitia mala non vexat, avaritia non excæcat, gula non inflammat, luxuria non inquinat. *Profec.*

27. Semper munda eſt, ſemper caſta, ſemper quieta, ſemper læta, ſemper pacifica, ſemper benigna, ſemper modeſta, in adverſis ſecura, in proſperis temperata. *Ibidem ut antè. G.*

S. Ioannes Chryſoſt. 28. Transfert naturas rerum charitas, & bona omnia manu ſua tenens, adeſt matre quadam benignior, regina quavis inſtructior. *Profec.*

29. Quæ laborioſa ſunt, levia facit; facilem virtutem, acerbiſſimam eſſe malitiam docet. *Hom.* 32. *ſup.* 1. *ad Cor. poſt med. col.* 580. *C. tom.* 4.

30. Parum abeſt quin Angelos charitas alumnos ſuos reddat. *Ibid. Hom.* 33. *in medio*, *col.* 588. *B.*

31. Charitas non diſſolvitur, non frangitur ferendo: amat enim omnia, & amans odiſſe nunquàm poteſt, quidquid accidat. *Ibidem poſt medium*, *columna* 588. *littera D.*

32. Nihil tàm attrahit, tàm glutinat fortiter, quàm charitas. *Ibid. poſt med. col.* 590. *C.*

33. Magnus eſt doctor charitas, ſatis idoneus qui tollat errores, & mores formet, & è lapidibus homines reddat. *Profec.*

34. Ex confidente placidum, ex impudico temperantem charitas reddit. *Ibid. ſub finem*, *col.* 591. *B. &* 592. *B.*

35. Magiſtra virtutum omnium, eſt charitas. *Ibid. in fine*, *col* 592. *C.*

36. Si habes charitatem, qui plus te habet, te (qui minùs habes) eget: quia donorum omnium ſummum, ſummáque virtutum una eſt charitas. *Ibid. Hom.* 34. *ab initio*, *col.* ·93. *A.*

37. Perfecta totius Philoſophiæ magiſtra, eſt charitas. *Sup. Ep. ad. Galat. cap.* 5. *circa finem*, *col.* 942. *D. tom.* 4.

38. Omnium mater honorum, certa diſcipulorum Chriſti nota, & ea quæ in nobis ſunt bona, omnia complectens eſt charitas. *Hom.* 16. *ſup. Matth. poſt med. col.* 161. *B. tom.* 2.

S. Joan. Clim. 39. Charitas, prophetiæ induſtrix eſt. *Profec.*

40. Charitas, prodigia fieri præſtat.

41. Charitas, illuſtrationis eſt abyſſus.

42. Charitas, fons eſt igneus.

43. Charitas, Angelorum ſtatus eſt, perfectuſque ſæculorum. *Gradu* 30. *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 6 *part.* 2. *pag.* 293. *col.* 2. *F. edit. Coloniæ* 1618.

S. Iſidorus Hiſpalens. 44. Nullum præmium charitate penſatur; charitas enim virtutum omnium obtinet principatum. *Lib.* 2. *de ſum. bono. cap.* 3. *ſent.* 3. *pag.* 638. *col.* 1.

S. Laurent. Juſtin. 45. Charitas theſaurus eſt abſconditus in agro cordis, pro quo emendo univerſa eſſent vendenda. *Part.* 1. *in ligno vitæ*, *tract.* 4. *de charit. cap.* 4. *in princ. pag.* 26. *col.* 1. *B.*

Petrus Celenſis. 46. Cùm ſe charitas extendit, non læditur; cùm ſe ſuperextendit, non rumpitur: ſemper creſcit, nunquàm ſe neſcit. *Profec.*

47. Anni ejus non deficiunt, ſed proficiunt: quò vetuſtior, immò diuturnior (neque enim veteraſcit) eò & clarior.

48. O virtutum virtus! ſemper in me ſic excedas, ut nunquàm decedas: non ſinis decedere, in quo dignaris juſtos exceſſus creare. *Lib.* 3. *Ep.* 11 *circa med. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 568. *col.* 2. *H. edit: Coloniæ* 1618.

49. Charitas de præteritis ſubvenit, non liberat de futuris: charitas neſcit peccare, cùm diligit. *Profec.* S. Petrus Chryſolog.

50. Charitas non eſt charitas, ſi delinquit; charitas cuſtos eſt ſanctitatis. *Serm.* 94. *in fine*, *apud Bibl. Patr. tom.* . *part.* 2. *pag.* 732. *col.* 2. *G.*

51. Charitas nunquàm perit, nunquàm violatur; planè nunquàm, quia charitas, ſi eſt, permanet: ſi non permanet, non eſt. *Ibid. ſerm.* 162. *circa init. pag.* 778. *col.* 2. *F.*

52. Tanta eſt charitas, quæ ſi deſit, fruſtrà habentur cætera: ſi adſit, habentur omnia. *Sent.* 326. *in fine tom.* 3. *operum D. Auguſtini*, *pag.* 760. *C.* S. Proſper.

53. Sicut nihil charitate melius, ſic nihil charitate jucundius. *Part.* 1. *lib.* 3. *de Trin. cap.* 3. *ante med. pag.* 360. *col.* 2. *lit. A.* Rich. a S. Victore.

54. Charitas virtus eſt, non modò una & ſpecialis atque creata, verùm etiam virtutum præſtantiſſima. *Secunda ſecundæ quæſt.* 23. *art.* 1. *in princ. pag.* 41. *col.* 1. S. Thomas Aquinas.

55. Charitas nunquàm eſt otioſa: operatur enim magna & ſublimia; inclinat ſe etiam libenter ad humilia & abjecta, patienter fert aſpera, lætatur inter opprobria. *In Hortulo Roſar. capite* 13. *ſect.* 3. *pagina* 525. *tom.* 2. Thomas a Kempis.

56. Charitas! quàm pia, & quàm opulenta, ô quàm potens! nihil habet, qui te non habet
- Tu Deum in hominē demutare voluiſti. S. Zeno.
- Tu Deum breviatum pauliſper à Majeſtatis ſuæ immenſitate peregrinari feciſti.
- Tu virginali carceri novem menſibus eum religaſti.
- Tu Evam in Mariam redintegraſti, & Adam in Chriſto renovaſti.
- Tu ſacram crucem in ſalutem perdito jàm mundo providiſti.
- Tu mortem (Deum mori docendo) vacuaſti.
- Tu populi cœleſtis animam tenes, cùm ornas pacem, fidem cuſtodis, amplecteris innocentiam, veritatem colis, patientiam diligis, ſpem repræſentas.
- Tu diverſos homines moribus, ætatibus, ditione, ex una natura unum ſpiritum, unum efficis corpus.
- Tu Martyres glorioſos à confeſſione Chriſtiani nominis, nullis tormentis, nulla novitate mortis, nullis præmiis, nullis affectibus, omni ſanè tortore pietatis mordacitate pejoribus ſeparari permittis.
- Tu ut nudum veſtias, nuda eſſe contenta es.
- Tibi fames, ſaginatio eſt.
- Tu ſola rogari non noſti.
- Tu oppreſſos, vel cum diſpendio tui eripis in qualibet anguſtia conſtitutos.
- Tu cæcorum oculus.
- Tu pes claudorum.
- Tu ſcutum fideliſſimum viduarum.
- Tu melior pupillorum, pluſquàm uterque parens.
- Tibi oculos nunquàm ſiccos eſſe, aut miſericordia permittit, aut gaudium.
- Tu tuos ita diligis inimicos, ut inter eos, charoſque tibi quis diſtet, nemo diſcernat.

Tu cœleſtia humanis, humana cæleſtibus jungis arcana.
Tu in Patre imperas, tu in Filio obtemperas, tu in Spiritu ſancto exultas.
Tu cùm in tribus una ſis, nullo pacto divideris.
Tu nulla humanæ curioſitatis calumnia commoveris.
A paterno fonte in Filio tota refunderis, & tamen tota ubi refunderis, nec recedis.
Rectè Deus diceris, quia Trinitatis potentiam ſola convertis. *Serm. de ſpe in fine, apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 116. col. 1. lit. B. & C. edit. Coloniæ 1618.*

CICERO. 57. Charitas eſt una virtus, non ſolùm maxima, ſed etiam mater virtutum omnium reliquarum. *Orat. 31. pro Plancio poſt med. num. 80. col. 638. F. tom. 2.*

Charitatis Qualitates.

EX B. PAULO A DOCTORIBUS EXPOSITÆ.

S. ANSELMUS.

S. ANSELMUS. Sup. 1. ad Cor. cap. 13. fol. 84. col. 2. & 3.

1. CHARITAS *patiens eſt*: ideſt, patientiam ſervans: patientiam verò ſervare, eſt aliena mala æquanimiter perpeti, contra eum quoque, qui mala irrogat, nullo dolore morderi. *Projec.*

2. Nam qui ſic proximi mala portat, ut tamen tacitus doleat, & tempus dignæ retributionis quærat, patientiam non ſervat, ſed ſimulat.

S. GREGOR. MAGNUS. Lib. 10. Moral. cap. 4. ante fin. num. 8. col. 349. C. tom. 1.

3. *Charitas patiens eſt*: quoniam aliena mala æquo animo tolerat.

4. *Charitas patiens eſt*: quia illata à proximis mala æquanimiter portat: quia tranquillam mentem in adverſis ſervat; quia contra tentationes ſæculi & procellas, in Deum fixa perſiſtit immobilis.

S. ANSELMUS.

5. *Charitas benigna eſt*: quia ipſos etiam à quibus mala patitur, amat: quia pro malis bona largiter adminiſtrat.

6. *Charitas benigna eſt*: quoniam miſericorditer ſua bona proximis indigentibus impendit, & proximorum delectatur profectibus.

7. *Charitas non æmulatur*: ideſt, non invidet: quia ubi eſt invidia, ibi fraternus amor eſſe non poteſt.

8. *Charitas non æmulatur*: quia per hoc quod in præſenti mundo nil appetit, invidere terrenis ſucceſſibus neſcit: quoniam alterius bonum diligit ut ſuum.

9. *Charitas non agit perperam*: ideſt, perversè: quia quò ſe in ſolum Dei ac proximi amorem dilatat, quid à rectitudine diſcrepet, ignorat.

10. *Charitas non inflatur*: ideſt, non intumeſcit de temporali felicitate, vel carnis generoſitate, vel ſcientia, vel merito, ſeu qualibet alia re: quia cùm præmium internæ retributionis anxia deſiderat, de bonis ſe exterioribus aut tranſitoriis non exaltat.

11. *Charitas non eſt ambitioſa*: ideſt, cupiens honores ſæculi; quia major aliis eſſe non ambit, nec ſuper cæteros dominari, nec ea ſibi vendicare, quæ ſunt alieni juris.

12. *Charitas non eſt ambitioſa*: quia quò ardenter intùs ad ſua ſatagit, foras nullatenùs aliena concupiſcit.

13. *Charitas non quærit quæ ſua ſunt*: quia cuncta quæ hîc tranſitoriè poſſidet, velut aliena negligit, cùm nihil ſibi eſſe proprium, niſi quod ſecum permaneat, agnoſcit.

14. *Charitas non quærit quæ ſua ſunt*: quia propter aliorum commoda, ſuas utilitates deſerit: nec ſe, ſed alios exaltare ſtudet.

15. *Charitas non irritatur*: ideſt, non provocatur ad iram: quia & injuriis laceſſita ad nullos ſe ultionis ſuæ motus excitat, dùm pro magnis laboribus, majora poſt præmia expectat.

16. *Charitas non cogitat malum*: ideſt, non cogitat quomodo ei qui ſibi facit injuriam, vicem reddat. S. ANSELMUS.

17. *Charitas non cogitat malum*: quia in amore munditiæ mentem ſolidans (dùm omne odium eruit) verſare in animo quod inquinet, neſcit.

18. *Charitas non gaudet ſuper iniquitate*: quia quò ſola dilectione erga omnes inhiat, nec de perditione adverſantium exultat.

19. *Charitas non gaudet ſuper iniquitate*: ideſt, non ei placet ſi quis iniquè paſſus fuerit, vel ipſe, qui ei adverſatur.

20. *Charitas congaudet veritati*: delectatur verbis veritatis, vel operibus veræ ſanctitatis; quia cæteros ut ſe diligens, per hoc quod rectum in aliis conſpicit, quaſi de argumento proprii profectus hilareſcit.

21. *Charitas omnia ſuffert*: quia pro ſpe quietis æternæ, nihil adverſitatis pati recuſat.

21. *Charitas omnia credit*: quia credit omnia de futura vita, non omni ſpiritui credit, ſed Deo credit.

23. *Charitas omnia ſperat*: quia hîc gravia immittuntur, ſperat omnia quæ ſibi dulcia promittuntur.

24. *Charitas nunquam excidit*: ideſt, nunquàm cadit, ſed ſine caſu perſiſtit.

GLOSSA INTERLINEALIS.

GLOSS. INT. Sup. 1. ad Cor. cap. 13. 313. A. tom. 6.

1. *Charitas patiens eſt*: habitu patientiæ in anima.
2. *Charitas benigna eſt*: quia larga egenis.
3. *Charitas non æmulatur*: ideſt, non invidet, quia alterius bonum diligit ut ſuum.
4. *Charitas non agit perperam*: ideſt, non agit perversè, nec malitioſè.
5. *Charitas non inflatur*: ſi proſperè ſuccedit.
6. *Charitas non eſt ambitioſa*: non vult aliis præponi.
7. *Charitas non quærit quæ ſua ſunt*: ideſt, tantùm, vel ablata non repetit.
8. *Charitas non irritatur*: quia non provocatur ad iram.
9. *Charitas non cogitat malum*: non ſolùm non nocet, ſed nec cogitat.
10. *Charitas non gaudet ſuper iniquitate*: ſed dolet videns aliquem ruere.
11. *Charitas congaudet veritati*: ſcilicet operibus juſtitiæ, vel verbis veritatis.
12. *Charitas omnia ſuffert*: in actu, pro veritate.
13. *Charitas omnia credit*: quod veritas ſuadet.
14. *Charitas omnia ſperat*: quæ veritas promittit.
15. *Charitas omnia ſuſtinet*: ideſt promiſſa patienter expectat.

S. HIERONYMUS.

S. HIERONYM. Sup. 1. ad Cor. c. 13. pag. 310. col. 1. B tom. 9.

1. *Charitas patiens eſt*: libenter injurias patitur.
2. *Charitas benigna eſt*: ſemper benevolens.
3. *Charitas non æmulatur*: nunquàm illi, quem verè amat, invidet, cujuſvis eum conſpiciat gloriæ, vel honoris, ſed omnem ejus felicitatem, quaſi ſuam libenter amplectitur.
4. *Charitas non eſt ambitioſa*: major eſſe non ambit, & ſuper fratres non cupit dominari.
3. *Charitas non quærit quæ ſua ſunt*: non quærit quod ſibi tantùm ſit utile, ſed quod multis.
6. *Charitas non irritatur*: non incitatur ad jurgia ab illo quem diligit.
7. *Charitas non cogitat malum*: non ſolùm non facit, ſed ne cogitat quidem.
8. *Charitas non gaudet ſuper iniquitate*: contriſtatur, ſi quem iniquum aliquid vel feciſſe, vel paſſum eſſe conſpexerit.
9. *Charitas congaudet veritati*: ideſt, bonis operibus, vel fidei charitati.

10. *Charitas omnia ſuffert:* omnes ſuffert injurias.
11. *Charitas omnia credit:* ſatisfacienti dat fidem.
12. *Charitas omnia ſperat:* ſperat ejus emendationem.
13. *Charitas omnia ſuſtinet:* quia donec corrigat ſe patienter expectat.

S. JOANNES CHRYSOSTOMUS.

Hom. 33. ſup. Ep. ad Rom. in princ. col. 584. littera B. tom. 4. & conſequenter.

S. Joannes Chryſoſt. 1. CHARITAS *patiens eſt:* hic velut in portu ſedens ſumma ſemper fruitur tranquillitate: injice mulctam, nihil hanc petram movebis: contumeliâ pete, nondum turrim concuſſiſti: plagas incute, nihildum adamantem illum perterruiſti.

2. *Charitas benigna eſt:* quia ſunt, qui patientiâ non quò oportet muniur, ſed ad irritantium ſe vindictam, interim ſeipſos diſrumpunt: nihil ejus vitii charitas habet, ſed benigna eſt.

3. *Charitas non æmulatur:* non invidet, ſed invidiam ſuperat, arrogantiæque morbum coërcet.

4. *Charitas non agit perperam:* non eſt procax, id-eſt, proterva: prudentem namque reddit gravem, conſtantemque.

5. *Charitas non inflatur:* quod admirandum eſt, citrà ſudorem tanta bona ab illa parari, citrà conflictum & cladem trophæum conſtitui.

6. *Charitas non eſt faſtidioſa:* at æquo animo, quod turpe ſibi ducit, perfert: itaut nullius ignominiæ ſenſus ad eam pertingat: probrum & dedecus quid ſit, ignorat: charitas non eſt faſtidioſa, ſed alis aureis, omnium quos complectitur vitia tegit.

7. *Charitas non quærit quæ ſua ſunt:* omnes enim homines amicos eſſe putat, & tamen ſe ſuſcipit indignè, ubi indigna committentem revocare poteſt: ut ſi prodeſſe ignominiâ ſuâ dilectio poſſit, ignominiam non putet.

8. *Charitas non irritatur:* quo pacto irritaretur, quæ ne cogitationi quidem malignæ locum eſſe ſinit?

9. *Charitas non cogitat malum:* nec malum non committit, ſed prorsùs non cogitat: non ſolùm enim non facit, ſed ne ſuſpicatur quidem contra dilectum mali quidquam charitas, tantùm abeſt ut faciat.

10. *Charitas congaudet veritati:* congaudet ſucceſſibus aliorum, ideſt, cùm gaudentibus gaudet, cum flentibus flet: hinc non invidet, hinc non inflatur; alienos enim ſucceſſus, ſuos putat.

11. *Charitas omnia ſuffert:* ſint moleſta licèt, ſint gravia, ſint contumeliæ, ſint verbera, ſit mors, ſit quodviſcunque, omnia ſuffert.

12. *Charitas omnia ſperat:* bona & omnia frugi: non rejicit enim charitas dilectum, ſit malus licèt, adeſt corrigens, proſpiciens, ſtudium impendens.

13. *Charitas omnia credit:* neque ſimpliciter enim ſperat, ſed ingenti amore ſuperata, credit omnia; etiamſi parum rei conceptæ reſpondeant promiſſa bona, ſi moleſtus ille ſit.

14. *Charitas nunquàm excidit:* Non diſſolvitur, non frangitur ferro: amat enim omnia, & amans odiſſe nunquàm poteſt quidquid accidat.

S. PROSPER.

Lib. 2. de vita Contempl. cap. 14. ſub finem, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 75. col. 2. G. edit. Colon. 1618.

S. Proſper. 1. CHARITAS *patiens eſt:* Patientiæ mole benè fundata, inconcuſſum pectus ſævientibus malis opponere ſatagit.

2. *Charitas benigna eſt:* abundantiâ ſanctæ benignitatis affectum bonum ſuum vult cum omnibus habere commune.

3. *Charitas non æmulatur:* non aliquibus ardentibus invidiæ facibus coquitur.

4. *Charitas non agit perperàm:* ſed ſimpliciter cum omnibus, quibus debet, puritas exhibetur.

5. *Charitas non inflatur:* nullo faſtu pernitioſæ vanitatis intumeſcit.

6. *Charitas non eſt ambitioſa:* nihil eorum, quæ ſunt aliena, crimine cupiditatis ambit.

7. *Charitas non quærit quæ ſua ſunt:* niſi piæ communionis bono non quærit.

8. *Charitas non irritatur, non cogitat malum:* nulli malum quibuſlibet irritata injuriis cogitat.

9. *Charitas non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati:* non ſuper alicujus adverſi operis iniquitate, ſed de veritate gaudet.

10. *Charitas omnia ſuffert:* omnes inquietos, vel inquetudines fundatâ animi tranquillitate ſuffert.

11. *Charitas omnia credit:* poſt banc vitam pœnas divinitùs comminatas credit, non metuendo.

12. *Charitas omnia ſperat:* præmia promiſſa ſperat gaudendo.

13. *Charitas omnia ſuſtinet:* revelationem Filiorum Dei deſiderat, fortiter ſuſtinendo. *Proſ.*

14. Charitas eos, in quibus fuerit, omnibus his bonis quæ habet, impertit.

15. Quid illis eſſe poteſt in hac vita perfectius, qui tantis abundant (charitate in ſe regnante) virtutibus?

S. REMIGIUS.

Sup. 1. ad Cor. cap. 13. canon 4. 5. 6. 7. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 891. col. 1. & 2. lit. B. C. D. E. edit. Coloniæ 1618.

1. CHARITAS *patiens eſt:* Tolerando adverſa, quia per tribulationes novit pervenire ad gaudia regni. S. Remigius.

2. *Charitas benigna eſt:* Valdè bona, quia non ſolùm non reddit malum pro bono, ſed inſuper bonum pro malo, cibando & potando inimicum.

3. *Charitas non æmulatur:* ideſt, nulli invidet, aliena felicitate non torquetur.

4. *Charitas non agit perperàm:* ideſt, non agit aliquid perversè, quidquid extrà rectitudinem ſit, quia pravũ eſt.

5. *Charitas non inflatur:* ideſt, non extollitur, & in ſuperbiam non erigitur.

6. *Charitas non eſt ambitioſa:* Omnis qui charitate eſt plenus, non deſiderat, neque cupit poteſtatem ſuper alios exercere, quia major cæteris non vult apparere.

7. *Charitas non quærit quæ ſua ſunt:* ideſt, quod ſibi ſolummodò utile eſt, ſed quod aliis.

8. *Charitas non irritatur:* ideſt, etiamſi læſa fuerit, ad iracundiam non provocatur; nec cogitur ad vindictam, ut malum pro malo reddat.

9. *Charitas non cogitat malum:* ideſt, non ſolùm non facit, ſed nec cogitat, ut alii noceat.

10. *Charitas non gaudet ſuper iniquitate:* ſed potiùs triſtatur, cùm viderit quemlibet per aliquod ſcelus ruere.

11. *Charitas congaudet veritati:* ideſt operibus juſtitiæ, vel etiam illi, qui in veritate, & non fictè fidelis eſt.

12. *Charitas omnia ſuffert:* ſubaudi, adverſa patienter.

13. *Charitas omnia credit:* credit quæ continentur in veteri Teſtamento & novo: vel quæ promittuntur à Deo electis in regno futuro, vera eſſe credit.

14. *Charitas omnia ſperat:* quia niſi crederet, non ſperaret, ſiquidem ſpes eſt expectatio futurorum bonorum.

RICHARDUS A S. VICTORE.

Part. 2. de Gradib. charit. cap. 1. ante med. p. 542. col. 1. D. A.

1. CHARITAS *patiens eſt:* Quia ſola in adverſis non deficit. Rich. a S. Victore.

2. *Charitas benigna eſt:* quia injurias non rependit.

3. *Charitas non æmulatur:* quia eam felicitas aliena non cruciat.

4. *Charitas non agit perperàm:* quia eam conſcientia mala non pungit.

RICHA. S. VICTORE. 5. *Charitas non inflatur:* quia honore non extollitur.
6. *Charitas non eſt ambitioſa :* quia præeſſe noo nititur.
7. *Charitas non quærit quæ ſua ſunt :* quia eam cupiditas non coarctat.
8. *Charitas non irritatur :* quia eam injuria oon provocat.
9. *Charitas non cogitat malum :* quia ſiniſtræ ſuſpicioocs illam non fœdant.
10. *Charitas non gaudet ſuper iniquitate :* quia aliena mala illam non lætificant.
11. *Charitas congaudet veritati :* quia eam errores noo cæcant.
12. *Charitas omnia ſuffert :* quia perſecutiones illam non frangunt.
13. *Charitas omnia credit :* quia perfidiâ non induratur.
14. *Charitas omnia ſperat :* quia deſperatio eam non abſorbet.
15. *Charitas omnia ſuſtinet :* quia eam intolerantia non deijcit.
16. *Charitas nunquàm excidit :* quia mortis ſeparatio illam oon intercidit.

S. THEODORETUS.

Lib. 3. ſup. 1. ad Cor. cap. 13. poſt init. pag. 50. col. 2. F. tom. 2.

S. THEODORETUS. 1. CHARITAS *patiens eſt :* quæ propinquo deſunt, magno & geoeroſo fert animo.
2. *Charitas benigna eſt :* Manſuetudine & probitate utitur.
3. *Charitas non æmulatur :* invidiæ vitium non admittit.
4. *Charitas non agit perperàm :* non curioſè ſcrutatur ea, quæ non attinet.
5. *Charitas non inflatur :* adversùs fratres non erigitur.
6. *Charitas non eſt ambitioſa :* nihil vile & abjectum pro utilitate fratrum facere recuſat, ejuſmodi actionem turpem aut indecoram eſſe ducens.
7. *Charitas non quærit quæ ſua ſunt :* noo quærit ſuam utilitatem, ſed multorum, ut ſalveotur.
8. *Charitas non irritatur :* ſi aliquâ moleſtiâ ab aliquo affecta fuerit, fert toleranter, propter eam quàm habet ad diligendum propenſinnem.
9. *Charitas non cogitat malum :* ignoſcit eis qui erraverunt, exiſtimans ea non eſſe facta malo animi propoſito.
10. *Charitas non gaudet ſuper iniquitate :* quæ injuſta ſunt, odio habet.
11. *Charitas congaudet veritati :* iis quæ booa & honeſta ſunt delectatur.
12. *Charitas omnia ſuffert :* quæ moleſta ſunt propter dilectionem ſuſtinet.
13. *Charitas omnia credit :* à mendacio alienum credit, quem diligit.
14. *Charitas omnia ſperat :* etſi omnia viderit inclinare ad id quod eſt deterius, expectat ejus mutatioocm in melius.
15. *Charitas omnia ſuſtinet :* nihil eorum quæ in ipſam fiunt, poteſt eam à dilectione deijcere.

THEOPHILACTUS.

Sup. 1. ad Cor. cap. 13. pag. 531. lit. A. B. & conſequenter

THEOPHILACTUS. 1. *Charitas patiens eſt :* ideſt, longanimis, quæ loogo & magno eſt animo.
2. *Charitas benigna eſt :* hoc eſt, manſueta, quæ innocentes & candidos mores indicat.
3. *Charitas non æmulatur :* hoc eſt, non invidet: poteſt enim aliquis longanimis eſſe, & interim invidiæ affectu laborare.

4. *Charitas non agit perperàm :* ideſt non præcipitanter agit, ſed prudentem efficit & firmum eum cui ineſt. THEOPHILACTUS.
5. *Charitas non inflatur :* quia etſi omnia bona habeat, humili eſt tamen mente, ſpirituque ſemper prædita.
6. *Charitas non eſt ambitioſa :* hoc eſt, non inflatur ambitu, ſed turpiſſima potiùs cupit propter adamatum, ac ignominiam pati.
7. *Charitas non quærit quæ ſua ſunt :* Proprium enim commodum non quærit, ſed proximi.
8. *Charitas non irritatur :* hoc eſt, non proſilit in iram: vir enim iracundus non eſt boni habitus, non eſt venuſtus, ooo decorus.
9. *Charitas non cogitat malum :* omnia mala patiens, non ſolùm non contra mali qoippiam molitur, ut ſeſe ulciſcatur, ſed ne cogitat quidem.
10. *Charitas non gaudet ſuper iniquitate :* hoc eſt, non exhilaratur, ſi quiſquam injuriâ afficiatur, lædatur, patiaturque malè.
9. *Charitas congaudet veritati :* congaudet probatis: & ſi quando veritas proſperum curſum oanciſcatur, hoc quoque gloriam ſuam arbitratur.
13. *Charitas omnia ſuffert :* & injurias, & plagas, & mortem.
13. *Charitas omnia credit :* quæcumque ſcilicet dixerit dilectus.
14. *Charitas omnia ſperat :* oon deſperat de dilecto, ſed ſperat eum ſemper ad melius promovere.
15. *Charitas omnia ſuſtinet :* Pro dilecto ſtrenuè fert illius deliquia, etiamſi io malitia perſeveret.
16. *Charitas nunquam excidit :* ideſt nunquàm aberrat, ſed omnia perficit, & ad intentum finem perducit.
17. *Charitas nunquàm excidit :* charitas non diſſolvitur, non diſcinditur, neque unquàm deſinit, ſed in futuro quoque ſæculo perdurat,

---

Chorea.

DEFINITIO.

TRIPUDIATUS, ſeu chorea, eſt quidam circuitus: de uno eoim loco moventur choreizantes, & diſcurrentes citò ad eundem redeunt locum. *Profec.* S. ANTONIN.

Illud autem iter diaboli eſt; ipſe enim circuit, quærens quem devoret.

Qui ergo tripudiant, cùm faciant iter diaboli, cum eo ſe reperient io termino inferni.

Noo ſolùm autem ſequuntur tripudiantes iter diaboli, quin immò diabolus ipſe inſidians eis ut aſſeſſor, equo ducit eos. *Part. 2. tit. 6. cap. 6. §. 2. in princ. folio 210. col. 2. & 3.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMASOS. 1. Ibi intuta verecundia eſt, & illecebra ſuſpecta, ubi comes deliciarum eſt extrema ſaltatio: nemo enim ſaltat ſobrius, oiſi qui inſanit. *Lib. 3. de virgin. longè ante med. col. 96. C. tom. 1.*

2. Cùm Joannes prænunoius Chriſti, ſaltatricis optione jugulatus ſit: plus oocuit ſaltationis illecebra, quàm ſacrilegi furoris amentia; deindè præmium ſaltatricia, mora fuit Prophetæ. *Ibidem.*

3. Nihil eſt tàm pronum ad libidines, quàm incondiris motibus, & inhoneſtis ſaltationibus ea, quæ vel natura abſcondit, vel diſciplina velavit, membrorum operta nudare, ludere oculis, rotare cervicem, comam ſpargere. *Ibid. longe ante med. col. 96. D.*

4. Quid ibi verecundiæ poteſt eſſe, ubi ſaltatur, ſtrepitur, concrepatur? *Ibidem.*

5. Saltet, ſed adulteræ filia: quæ verò pudica eſt, quæ caſta eſt, filias ſuas Religionem doceat, noo ſaltationem. *Ibid. longe ante med. col. 97. B.*

S. AMBROSIUS

6. Deliciarum comes, & luxuriæ ludibrium, eſt laſciva ſaltatio. *Lib. 6. Ep. 36. ad Sabinum Epiſc. poſt init. col. 587. C. tom. 3.*

7. Idoli portio eſt, ſaltationibus membra torquere, ita ut cogaris ignorare quod Deus eſt. *Serm. 17. circa init. col.* 808. *C.*

S. ANTONINUS

8. Dicit Hieronymus quod non credit viro, ſi dicat ſe illæſum evaſiſſe à ſpectaculis chorearum. *Part. 2. tit. 6. cap. 6. ſub fin. fol. 220. col. 2.*

S. BASILIUS SELEUC.

9. Non juvenis in choreis ſenem reveretur, neque ſenex (quòd geſtat canos erubeſcens) cum juvenibus confligit. *Orat. 27. in medio, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 446. col. 1. B.*

10. Heu mihi! quantum dolorum eſt, etiam Chriſti ſigillo cohoneſtati & ſpiritalis lavacri filii, diabolicam ſagenam ſaltantes amplectuntur. *Proſer.*

11. Etiam filii gratiæ cum dæmonibus gratiæ inimicis tripudia incunt. *Ibid. poſt med. pag. 446. col. 1. littera C.*

12. Fidei ſymbolum circumfers, & choreas ducis! *Ibidem.*

S. BERNARDIN. SENENS.

13. Stupenda inſania, per totam hebdomadam laborare in operibus licitis, & diem Dominicum polluere & violare ludis, voluptatibus & choreis! *Serm. 10. Dom. 1. Quadrag. art. 2. cap. 1. poſt med. pag. 485. col. 2. C. tom 2.*

S. BONAVENT.

14. Verè beata eſt illa chorea, cujus cœtus infinitus, cujus circuitus æternus, cujus cantus felicitas. *Titulo 10. cap. 6. in princ. pag. 323. col. 2. lit. B. tom. 6. part. 1.*

S. CYRILLUS HIEROSOL.

15. Ne virorum effœminatorum choreas ſecteris. *Catecheſi myſtagogica 1. in med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 451. col. 2. E.*

16. Ubi tripudia perſtrepunt, ibi virorum pariter ac mulierum ſunt tenebræ, diabolique feſtum celebratur. *In Encomio ſuper Pſalmos in medio, pag. 13. littera E. tom. 1.*

S. EPHRÆM.

17. O ſubdola diaboli vafricies! multi hodierno die ſicut apparet, pſallunt Domino, craſtino autem ſtudioſè choreas ducent diabolo. *Prof.*

18. Hodie Chriſtiani, & cras Pagani: hodiè bonæ famæ ac celebres, & cras Gentiles.

19. Hodie Chriſti ſervi, & cras diaboli, cum illo choreas ducentes.

20. Noli ergo hodie pſallere, & cras in tripudiis eſſe.

21. Noli pœnitentiam de peccatis tuis agere, & cras in perditionem animæ in choreis ſaltare, & geſticulari *Ibidem poſt med. pag. 14. A.*

S. FULGENT.

22. Vinum & ſaltatio duplex eſt incendium voluptatis. *Serm. 7. de Herode circa med. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 1. pag. 148. col. 2. C.*

S. HIERONYM.

23. Fidicinas, & pſaltrias, & iſtiuſmodi choreas diaboli, quaſi mortifera proturba ex ædibus tuis. *Tom. 1. Ep. 10. ad Furiam poſt med. pag. 82. D.*

24. Ubi tympana ſonant, tibia clamitat, lyra garrit, cymbalum concrepat, quis ibi timor Dei? *Tom. 2. contra Helvidium ante fin. pag. 14. D.*

HUGO A S. VICTORE.

25. Amant mulieres platearum plauſus, fori ſpectacula, & intereſſe choreis gaudent. *De nuptiis carnalibus vitandis, cap. 1. in fine, pag. 167. E. tom 2.*

26. Luxuriam non reſecat, qui in die Paſchæ, vel Natalis Domini vadit ad choreas. *Sup. Ezech. cap. 16. fol. 59. col. 2. tom. 5.*

27. Ubi ſaltus laſcivus, ibi diabolus: non ad tripudia præbuit Deus pedes, ſed ad modeſtè incedendum: non ut impudenter camelorum modo ſaltemus, ſed ut cum Angelis chorum faciamus. *Prof.*

28. In his tripudiis diabolus ſtat; & à dæmonum miniſtris homines decipiuntur. *Hom. 49. ſup. Matth. paulò ante med. col. 416. A. tom. 2.*

S. JOANNES CHRYSOST.

29. Virgo, quæ ſaltat in publico laſcivorum juvenum ſpectaculo turpiter, ſcorto contemptibilior eſt. *Hom. 12. ſup. 1. ad Cor. poſt med. Moralis, col. 417. D. to. 4.*

S. JOANNES CHRYSOST.

30. Belli tempus eſt, & tu rides, & ludis, & quæ tripudiantium ſunt, uſurpas? *Serm. 27. ſup. Ep. ad Epheſ. poſt init. Moralis, col. 1061. A. tom. 4.*

31. Omninò ignominioſum & turpe eſt, viros ſaltantes ſathanicam pompam in ædes introducere. *Hom. 12. ſup. Ep. ad Coloſſ. à medio, col. 1316. A. tom. 4.*

32. Ubi choreæ & tibicines ſunt, ibi Chriſtus non eſt. *Ibid. ante med. col. 1319. B.*

33. Quid ſathanica pompa ſaltantium injucundius, & moleſtius? ubi omnia ſunt incondita, ibi & omnia ſunt deformia, omnia turpia, omnia injucunda. *Ibid. ut antè. lit. C.*

34. Ubi luctus & lachrymæ melius eſt accedere, quàm ubi choreæ & cymbala. *Hom. 15. ad Popul. Antioch. ante med. ſup. illud Eccleſ. 7. Melius eſt ire in domum luctus. &c. col. 138 B. tom. 5.*

35. Ubi turpia verba, ibi dæmones choreas agunt. *Ibid. Hom. 57. ante med. col. 382. A.*

36. Mulieribus ſaltantibus nihil turpius & inhoneſtius. *Serm. contra Concubinarios poſt med. col. 1359 D. tom. 5.*

37. Chorea diabolica eſt, incendium & fornax concupiſcentiarum, & caſtitatis oppugnatrix. *Hom. 56. ſup. Geneſ. in princ. col. 438. D. tom. 1.*

38. Olim nuſquàm ſuperflua illa & inutilia, nuſquàm diabolica pompa, nuſquàm choreæ, ſed omnis honeſtas. *Ibidem, Hom. 48. circa finem, columna 398. D. tom. 1.*

39. Virgines omnem exuentes pudorem, & ſuam proijcientes ſalutem, cum impudicis adoleſcentibus, impudicis cantilenis ſathanicâ ſymphoniâ certatim concinunt. *Hom. 12. ſup. Ep. ad Rom. poſt med. Moralis, col. 417. C. tom. 4.*

40. Choreæ & cantilenæ, diabolica colluvies eſt. *Ibid. circa med. Moralis, col. 415. D.*

ROBERTUS BELLARMIN.

41. Non exiguum malum eſt, viros cum fœminis choreas ducere, immò nihil pernitioſius. *Profec.*

42. Si poſſunt paleæ ad ignem accedere, & non comburi; & adoleſcens poteſt cum fœminis tripudiare, & non ardere? *Conc. 6. Dom. 3. Advent. poſt med. pag. 42. columna 2.*

43. Quid tibi proderunt ſaltationes & choreæ? quando ſaltaveris diù, quid tandem habebis, niſi laſſitudinem corporis, & ægritudinem animi? *Profec.*

44. Neſcis tu pericula ſaltationum? quàm multas putas iverunt virgines ad choreas, & redierunt meretrices?

45. Ignoras quid acciderit filiæ Herodiadis, quæ ſuis tripudiis cauſa fuit ut lumen orbis magnus ille Joannes extingueretur, & ipſa poſteà. *Conc. 19. Dom. Quinquag. poſt med pag. 140 col. 2.*

46. Ibi ſi cupis currito, ſaltato quantumlibet, ubi neminem offendes, neque ab aliquo offenderis: at cum puellis choreas ducere, & tanto animæ periculo ac detrimento corpus exercere, nulla ratio permittit. *Concion. 2. ſup. Miſſus, part. 2. ante finem, pagina 443. columna 1.*

47. Ubi tripudia exercentur, ibi dæmonum catervas adeſſe, imò & præeſſe dubitari non poteſt. *Ibidem poſt med. pag. 442. col. 2.*

S. VALERIAN.

48. Chorearum inſtrumenta ſunt laquei, quibus famulantibus inter cætera vulnera diabolus hominum mortes operatur. *Hom. 6. de otioſis verbis, ſtatim à medio, apud Bibl. Patr. pag. 482. col. 2. H.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO.

49. Nemo ferè ſaltat ſobrius, niſi fortè inſaniat. *Orat. 23. pro Murena, longè poſt init. num. 13. col. 475. G. tom. 2.*

50. Multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. *Ibidem ut antè.*

SENECA.

51. Cantandi ſaltandique nunc obſcœna ſtudia effœminatos tenent. *Lib. 1. Controverſ. ante med. pag. 38. tom. 1.*

Chorus.

DEFINITIO.

S. Bonavent. CHorus eſt concordia humanarum vocum. *Super Pſ. 87. in princ. pag. 130. col. 1. E. tom. 1.*

Chorus eſt collectio vocum, ſignificátque lætitiam, quæ venit ex concordia vocum & verborum in laudando Deum. *Sup. Luc. cap. 15. in illud, Audivit ſymphoniam & chorum. pag. 193. col. 2. A. tom. 2.*

Caſſiodor. Chorus eſt plurimarum vocum ad ſuavitatis modum temperata collectio. *Sup. Pſ. 150. in medio, verſ. 4. fol. 227. col. 1.*

Gloſſa ord. Chorus eſt multitudo ſimul canentium; & dicitur chorus, quaſi coævorum cantus. *Sup. Exod. cap. 15. col. 626. F. tom. 1.*

Hugo Card. Chorus eſt temperata vocum humanarum collectio. *Sup. Pſ. 150. fol. 355. col. 4. tom. 2.*

Chorus eſt concordia regularis, in quo laudatur Deus. *Sup. Epiſt. ad Hebr. cap. 2. folio 242. columna 2. tom. 7.*

S. Iſid. Hiſp. Chorus eſt multitudo in ſacris locis collecta: & dicitur chorus eò quòd in initio in modum coronæ circa aras ſtarent, & ita antiqui pſallerent. *Lib. 6. Etymol. cap. 19. in princ. pag. 80. col. 2.*

Thomas a Kempis. Chorus eſt Dei & ſanctorum Angelorum locus ſacratus, ubi divinum agitur officium præſentibus Eccleſiæ miniſtris, cum reverentia & devotione pſallentibus. *Tom. 2. de Diſciplina Clauſtrali, cap. 8. in princip. pag. 614.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Ambroſius. 1. Magnum planè unitatis eſt vinculum, in unum chorum totius numerum plebis coire. *In Præfat. ſup. Pſalm. col. 1272. tom 4.*

S. Auguſtin. 2. Concinant lætantes chori, & alternantibus modis dulciſona carmina miſceantur. *Serm. 17. de Nativit. & in ord. 21. in medio, pag. 426. D. tom. 10.*

3. Cantanti in choro voluptas, timenti onus eſt. *Serm. 1. Dom. 4. Quadrag. & in ord. 96. ante med. pag. 571. A. tom. 10.*

4. Canenti chorus conſonando reſpondeat. *Sup. Pſ. 87. in princ. pag. 662. C. tom. 8.*

5. Chorus concordiam ſignificat, quæ in charitate conſiſtit. *Ibidem, &c. D.*

6. Quiſquis æmulator Dominicæ Paſſionis tradiderit corpus ſuum, ut ardeat cantando, ſi charitatem non habeat, non reſpondet in choro. *Ibidem, &c. littera D.*

7. Chorus laudat Deum quando laudat eum pacata ſocietas. *Sup. Pſ. 150. verſ. 3. Laudate eum in choro, prope med. pag. 1204. D. tom. 8.*

8. Vox eſt in choro, flatus in tuba, pulſus in cithara, tanquàm mens, ſpiritus, corpus; ſed per ſimilitudines, non per proprietates. *Ibidem in fine, pag. 1205. littera A.*

S. Bernard. 9. Quoties dixeris verſum in choro tuo, illum qui in choro altero dicitur, dicas ſilenter, & verſus ſingulos ſaltem aliquo pipere conſpergas, meditatione ſcilicet aliqua ſpirituali. *In doctrina ſua in principio, fol. 45. col. 4. L. volumine 2.*

10. Si corpus tuum ſtat in choro, & foris vagatur mens tua, perdis mercedem tuam. *Serm. 52. ad Sororem in princ. fol. 93. col. 4. K. volum. 2.*

S. Bonavent. 11. Quidam pro una inclinatione in choro neglecta, plus accenduntur zelo, quàm pro longa diſtractione in alio Religioſo excitata. *Profec.*

12. Graviùs indignantur pro verſiculo, & rubricula neglecta, quàm pro magna perturbatione cum ſcandalo procurata. *De ſex alis Seraphim, cap. 3. in medio, pag. 85. col. 1. C. D. tom. 7. part. 3.*

13. In choro reverentia tàm interior, quàm exterior eſt habenda. *In ſpeculo Diſcipl. part. 1. cap. 15. in princ. pag. 540. col. 1. B. tom. 7. part. 4.*

S. Bonavent. 14. Impatientis & vani ſignum eſt hominis, opus Dei non poſſe in choro uſque ad finem expectare. *Prof.*

15. Si Monachum (ſancto narrante Gregorio) poſt completum officium continuò recedentem, viſus eſt dæmon à choro retrahere, quid de his, qui nec ipſius expletionem officii præſtolantur? *Ibid. cap. 22. circa med. pag. 546. col. 1. C. D.*

16. Amatores honeſtatis oculos ab inordinata evagatione in choro diligenter cuſtodiunt. *Ibid. cap. 24. in princ. pag. 547. col. 1. E.*

17. Patet quoſdam in ipſo chori deambulatorio ad pedes ſuos palàm fratribus ſpuere, nec pudere. *Ibidem circa med. pag. 547. col. 2. B.*

18. Strenuitas corporis in choro, inertiam fugat torporis, nec dormitationes, quas pigritia nutrit, patitur. *Ibid. cap. 15. paulò poſt init. pag. 540. columna 1. littera D.*

19. Honeſtas in choro in exteriorum actuum gravitate, in corporis decenti & uniformi diſpoſitione accipi poteſt. *Ibid. ante med. pag. 540. col. 2. A.*

20. Diſſolutio in verbis, aut riſu (quibus in choro vaniſſimum eſt diſſolvi) eſt vitanda. *Ib. &c ut ante. B.*

21. Quàm turpe ſit in choro ſuſurrium per importunitatem ſpuendi, ſeu excreandi, ſeu per impetuoſam elevationem, vel depoſitionem ſedilium, palàm eſt. *Ibid. &c. lit. C.*

22. Uniformitas in choro eſt in proſtratione & inclinatione ſpecialiter (quamquàm in aliis generaliter) obſervanda. *Ibidem poſt med. pag. 541. col. 1. A.*

23. Magna abuſio eſt, habere os in choro, & cor in foro. *In Regula Novit. cap. 1. in princ. pag. 623. col. 2. E. to. 7. part. 4.*

24. Sicut tardus acceſſus, ſic ante horam à choro receſſus ſine gravi neceſſitate, arguitur. *Ibid. cap. 22. circa med. pag. 546.*

Dionyſius Carthuſ. 25. Eundo ad chorum, redeundo à choro, reverenter te habe. *In Exhort. ad Novit. art. 2. circa med. fol. 4. pag. 1.*

26. In Eccleſia, in choro tempore divini officii & orationis, refrænandi ac cuſtodiendi ſunt oculi, ne aliquod devotionis, atque internæ recollectionis impedimentum ingerant cordi. *De perfect. ſpirit. art. 5. ante med. fol. 145. pag. 2.*

S. Euſebius Emiſſen. 27. Caveamus, ne fortè hîc in choro, ſolo corpore conſiſtamus, & corda noſtra probentur errare per ſæculum. *Hom. 4. de Epiphan. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 550. col. 1. B.*

S. Hieronym. 28. In choro, omni tempore loqui non decet. *In Regula Monacharum, cap. 22. in fine, pag. 332. D. tom. 4.*

29. Ubicunque chorus eſt, ibi diverſæ voces in unum canticum congeruntur. *Profec.*

30. Quando enim diverſæ chordæ unam vocem efficiunt cantici; ſic & diverſæ voces, cùm ſimul fuerint congregatæ, chorum Domini efficiunt.

31. Ubi enim diſſenſio eſt, ubi invidia, ibi chorus non eſt. *Sup. Pſ. 149. verſ. 3. Laudent nomen ejus in choro. pag. 213. A. tom. 8.*

Hugo à S. Victore. 32. Sunt quidam qui mente vagi, attoniti oculis, habitu diſſoluti, plana parietum proſpicientes perluſtrant; aliud cantant, & aliud cogitant. *Profec.*

33. In choro ſunt corpore, ſed in foro mente. *Lib 2. de clauſtro animæ, cap. 22 in princ. pag. 51. H. tom. 2.*

34. Sit in choro ſevera ſimplicitas, & reverentiæ honeſtas. *Ibid. cap. 23. in fine, pag. 54. A.*

35. Omnibus his horis eadem vox cordis & oris.
Vox eſt grata chori, quando cor concinit ori.
Serm. 13. ſub fin. pag. 324. G. tom. 2.

Hugo Card. 36. Vox eſt apta chori, quando cor congruit ori. *Super Pſ. 97. Moral. fol. 254. col. 4. tom 2.*

S. Joannes Chryſoſt. 37. Monachi illicò poſtquàm lectulo ſplendentes & læti ſurrexerunt, in choro conſtituto integra conſcientia omnes quaſi ab uno conſonanter ore hymnis

diligenter Deum laudant. *Hom. 69. ſup. Matth. à med. col. 570. D. tom. 2.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 38. Theatralis chorus, malorum omnium fons eſt atque origo: chorus verò Monachorum, bonorum. *Ibi ante finem. col. 572. B.*

39. In choro, in navi, in curru, in exercitu, ſi ordinem turbes, omnia perdis. *Hom. 37. ſup. 1. ad Cor. in fin. ante Moral. col. 622. B. tom. 4.*

40. Si ex choro ipſum coryphæum auferas, nequaquàm modulatus chorus, vel ordinatus exiſtet. *Hom, 34. ſup. Ep. ad Hebr. in princ. columna 1872. littera B. tom. 4*

S. ISID. HISP. 41. Feſtinâ cum properatione, omnes ad chorum occurrant, nullique ante expletum officium licet à choro egredi, præter eum, quem neceſſitas compulerit. *In Regula Monachor. cap. 6. in princ. pag. 701. col. 1.*

THOMAS A KEMPIS. 42. Tot ſunt tubæ reſonantes, quot voces in choro alacriter cantantes. *Ser. 1. ad Novit. Diviſ. 2. pagina 6. tom. 2.*

43. Peſſimus aliquorum uſus eſt (& utinam non multorum, quod dicere pudet) qui in lecto diu phantaſiando vigilant, & in choro præ tædio devotionis dormitant. *Ibidem, Ser. 6. diviſ. 1. pag. 22.*

44. Diabolus in choro adeſt citò, ut verſum ex ore torpentis rapiat, & in ſacculum ſuum verborum fragmenta jactet. *Prof.*

45. Sicut enim Angeli ſancti ferventer cantantium preces Deo offerunt, ita omnia verba neglecta & imperfecta diabolus in charta ſua cautè deſcribit. *Ibidem, diviſ. 2. pag. 23.*

46. Mirum eſt, quòd tàm facilè ſentis in choro cantando tædium, & non attædiaris diutiùs fabulando, aut rumores ſæculi audiendo. *Ibidem, ut ante diviſ. 3. pagina 24.*

47. Cogita piger de inferno, & non dormitabis in choro. *Ibidem.*

48. Sicut Angeli in cœlo, ſic Religioſi ordinati ſunt in choro. *De Diſcipl. Clauſtrali cap. 8. in princ. pag. 614. tom. 2.*

49. Sic ſta in choro, quaſi in medio Angelorum ſtares. *Ibidem, &c.*

50. JESUM in choro ſtatue ad dexteram tuam, & MARIAM ad ſiniſtram, & omnes Sanctos in circuitu eorum. *Ibid. &c.*

51. Devotus choralis ſoli Deo, & ſibi intendit, tanquàm in cœleſtem chorum tranſlatus & elevatus eſſet. *Ibidem, cap. 8. ſect. 2. in calce pag. 614.*

52. Non eſt leve peccatum in præſentia Dei & Sanctorum in choro, vago corde ſtare. *Ibidem, ſect. 5. pag. 615.*

53. Sta in choro cum metu & reverentia. *In Exercit. Spirit cap. 5. ſect. 2. pag. 687.*

54. O Clerice, quid facis in choro? lego, canto, crimina ploro. Rectè reſpondiſti: nam chorus Clericorum in canore & jubilo pſalmorum occupari debet, & Deum corde & ore laudare ſicut Angeli in cœlo. *In Enchiridio Monach. cap. 1. in medio, pag. 746. tom. 2.*

SIXTUS PHIL. 55. Bona mens, chorus eſt Dei: mala mens, chorus eſt dæmonum. *Sent. 54. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 65. col. 1. A. edit. Colonia 1618.*

Chriſtianus.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DESCRIPTIO ET COMPARATIO.

ETYMOLOGIA.

S. BERNARD. CHRISTIANI à Chriſto nomen acceperont: & operæ pretium eſt, ut ſicut ſunt hæredes nominis, ita ſint imitatores ſanctitatis. *In ſuis ſent. cap. Chriſtiani, folio 130. col. 3. lit. I.*

S. PETR. DAM. Sicut à chriſmate Chriſtus, ita conſequenter à Chriſto dicitur Chriſtianus. *Serm. 10. de Cœna Domini ſub fin. pag. 170. col. 2. E. tom. 2.*

DEFINITIO ET DESCRIPTIO.

S. ANASTAS. Verus Chriſtianus, eſt rationalis domus Chriſti, ex bonis operibus, piiſque dogmatibus conſtituta. *In libro via ducis cap. 2. de verbo. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 1. pag. 589. col. 2. H.*

S. ATHANAS. MAGN. Chriſtianus eſt vera domus Chriſti & rationalis, per bona opera, & recta dogmata constructa. *Tom. 4. de definit. poſt med. col 824. D.*

S. AUGUSTIN. Chriſtianus nemo rectè dicitur, niſi qui moribus Chriſto coæquatur. *De 12. abuſionibus cap. 7. antè fin. pag. 567. B. tom. 3.*

S. BASILIUS MAGNUS. Quid eſt chriſtianiſmus? ſimilitudo Dei, quantum poſſibile eſt humanæ naturæ. *Prof.*

Si ergo ſuſcepiſti eſſe chriſtianus, feſtina fieri ſimilis Deo, indue Chriſtum. *Hom. 10. Hexamer: ante finem, pag. 55. tom. 1.*

S. GREG NYS. Chriſtianiſmus eſt imitatio divinæ naturæ. *Epiſt. ad Harmonium Epiſc. circa med. col. 392. A.*

JOAN CLIM. Chriſtianus eſt, qui Chriſtum (quantum homini poſſibile eſt) imitari nititur verbis & operibus. *Gradu 1. poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 2. pag. 243. col. 2. littera F.*

S. THOMAS AQUINAS. Chriſtianus dicitur, qui Chriſti eſt, qui fidem habet Chriſti, qui ſpiritu Chriſti ad opera virtuoſa procedit; & ad imitationem Chriſti peccatis moritur. *Secunda ſecundæ quaſt. 125. art. 5. in corpore ad primum pagina 224. col. 2.*

COMPARATIO.

S. AUGUSTIN. Quadrati lapidis ſimilis debet eſſe chriſtianus: in omni tentatione ſua chriſtianus non cadit, etſi impellitur, etſi quà vertitur, non cadit: nam quadratum lapidem, quacumque verteris, ſtat. *Sup. Pſal. 86. ante med. verſ. 1. Fundamenta ejus, &c. pag. 658. lit. D. tom. 8.*

Sicut magnam arborem virere, & fructum non reddere, nihil prodeſt: ſic nihil prodeſt chriſtianum dici, & chriſtiana opera non habere. *Hom. 2. ſup. Apoc. circa init. pag. 448. C. tom. 9.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Omnis chriſtianus liber & ſapiens eſt: quia omnis qui Chriſtum recipit, ſapiens eſt: qui autem ſapiens, liber eſt; omnis igitur chriſtianus Chriſtum recipit, itaque liber & ſapiens eſt. *Lib. 2. Ep. 7. ad Simplicianum circa med. col. 520. A. B. tom. 3.*

2. Chriſtianus, qui mundum non poſſidet, hic totum poſſidet Salvatorem. *Serm. 51. ſub finem, col. 746. B. tom. 5.*

3. Societas Chriſti, eſca eſt chriſtiani. *Serm. 61. circa med col. 756. A. tom. 5.*

S. ANTONIN. 4. Chriſtianus eſt nomen pietatis, juſtitiæ, charitatis, caſtitatis, humilitatis, patientiæ. *Part. 3. tit. de Sacramentis. cap. 2. §. 2. circa med. folio 181. col. 3.*

S. AUGUSTIN. 5. Sub nomine chriſtiano, tàm multæ hæreticorum extiterunt falſitates! *Lib. quaſt. Evang. ſup. Matth. quaſt. 12. ante med. pag. 259. B. tom 4.*

6. Chriſtianus ante profeſſionem debet intelligere operibus magis ſe probandum, quàm nomine. *De quaſt. veter. & novi Teſtamenti quaſt. 126. in fine pag. 620. C. tom. 4.*

7. Qui propter beatitudinem ſempiternam, & perpetuam requiem, quæ poſt hanc vitam Sanctis futuræ promittuntur, vult fieri chriſtianus, ut non eat in ignem æternum cum diabolo, ſed in regnum æternum intret cum Chriſto, verè ipſe chriſtianus eſt. *De catechiſand. rudibus, cap. 17. poſt init pag. 649. B. tom. 4.*

8. Viam Chriſti ſi vis, verè chriſtianus es, ipſe eſt enim chriſtianus, qui non aſpernatur viam Chriſti, ſed vult viam Chriſti. *Sup. Pſ. 36. concion. 2. circa med. verſ. 24. pag. 198. C. tom. 8.*

S. Augustin.

9. Chriſtianus, quòd homo eſt, commune eſt cum multis: quòd Chriſtianus eſt, ſecernitur à multis, & plus ad illum pertinet quòd chriſtianus eſt quàm quòd homo. *Prof.*

10. Nam quòd chriſtianus, renovatur ad imaginem Dei, à quo homo factus eſt ad imaginem Dei: quòd autem homo, poſſet & malus, poſſet & paganus. *Tract. ſup. Evang. Joann. de cap. 1. poſt med. pag. 30. C. tom. 9.*

11. Tota vita chriſtiani boni, ſanctum deſiderium eſt. *Tract. 4. ſup. Ep. B. Joann. de cap. 3. circa med. pag. 411. A. tom. 9.*

12. Chriſtiani nomen ille fruſtrà ſortitur, qui Chriſtum minimè imitatur. *Proſec.*

13. Quid enim tibi prodeſt vocari quod non es, & nomen tibi uſurpare alienum?

14. Sed ſi Chriſtianum te eſſe delectat, quæ Chriſti ſunt, gere, & meritò tibi Chriſtianum nomen aſſume. *De vita Chriſtiana cap. 1. circa med. pag. 607. B. tom. 9.*

15. Chriſtianus juſtitiæ, bonitatis, integritatis, patientiæ, caſtitatis, prudentiæ, humilitatis, humanitatis, innocentiæ, pietatis eſt nomen. *Ibidem, cap. 6. circa med. pag. 610. D.*

16. Non illum chriſtianum putes, in quo nullus chriſtianitatis actus eſt, in quo nulla converſatio juſtitiæ eſt, ſed nequitiæ, impietatis & ſceleris. *Ibidem. cap. 11. in princ. pagina 614. C.*

17. Chriſtianus ille eſt,
- Cujus menſam nullus pauper ignorat.
- Qui inter homines habetur inglorius, ut coram Deo & Angelis ejus glorioſus appareat.
- Cujus conſcientia fidelis, & pura eſt.
- Qui cœleſtia potiùs, quàm terrena deſiderat.
- Qui humana ſpernit, ut poſſit habere divina.
- Qui ad fletum, fletibus alienis provocatur. *Ibidem, poſt med. capitis 14. pagina 617. littera A.*

18. Chriſtianus ille eſt,
- Qui omnibus miſericordiam facit.
- Qui omnium movetur injuria.
- Qui opprimi pauperem ſe præſente non patitur.
- Qui miſeris ſubvenit.
- Qui indigentibus ſæpè ſuccurrit.
- Qui cum mœrentibus mœret.
- Qui dolorem alterius ſicut proprium ſentit. *Ibidem, in medio pag. 616. B.*

19. Qui chriſtianus non eſt, Antichriſtus eſt; non eſt enim chriſtianus, qui vita & moribus Chriſto eſt contrarius. *In ſpeculo peccatoris cap. 8. poſt med. pag. 694. C. tom. 9.*

20. Magnæ felicitatis eſt conditio chriſtianorum, quibus claritudo regni in paupertate poſita eſt. *Serm. 26. de verbis Apoſt. in medio pag. 259. B. tom. 10.*

21. Felicitas magna chriſtianorum eſt, quibus datum eſt, ut paupertate faciant pretium regni cœlorum. *Ibidem.*

22. Qui Chriſtum non habet in ſe, chriſtianus non poteſt dici. *Serm. 13. de Nativit. & in ord. 17. in fine, pag. 421. A. tom. 10.*

23. Ille verè chriſtianus eſt,
- Qui furtum non facit.
- Qui falſum teſtimonium non dicit;
- Qui nec mentitur, nec perjurat.
- Qui adulterium non committit.
- Qui ad Eccleſiam frequenter venit.
- Qui decimas annis ſingulis erogandas pauperibus reddit. *Serm. 2. Dom. 10. poſt Trinit. poſt princip. & in ord. 216. pag. 764. litt. D. tom. 10.*

24. Illi prodeſt quòd chriſtianus dicitur, qui caſtitatem diligit, ebrietatem fugit, ſuperbiam deteſtatur, invidiam, velut venenum diaboli, reſpuit. *Ibid.*

25. Non decet chriſtianum ſeculi lucris inhiare, cui promiſſum eſt regnum cœleſte, ſed ſuo Domino per continentiam condignè vivere. *Ser. 2. Dom. 24. poſt Trin. & in ord. 248. circa med. pag. 815. B. tom. 10.*

26. Non debet eſſe chriſtianus vaniloquax, & arrogans, non mendax, neque injurioſus, non bilinguis, non ſuſurro, neque detractor. *Ibidem.*

27. Chriſtianus debet veritatem ex ore & corde proferre, linguam ſuam à multiloquio temperare, oculos contra vanitatem claudere, auditum à ſcurrilitate & falſitate, imò ab omni eloquio malo avertere. *Ibidem.*

28. Qui pacem cordis, oris, & operis non habet, chriſtianus dici non poteſt. *Ser. 2. ad fratr. in Eremo, in princ. pag. 910. D. tom. 10.*

29. Nihil prodeſt chriſtianum ſe reſpondere verbis, & factis negare, dùm corruptus eſt mente & ſpiritu. *De ſalutaribus docum. cap. 38. poſt med. pagina 760. D. tom 4.*

30. Qui chriſtianus dicitur, Chriſtum ſe habere Dominum profitetur: & verè habet ſi ei in omnibus obſequatur & ſerviat. *Prof.*

31. Chriſti ille non famulus, ſed ſubſannator eſt, & deriſor, qui ejus ſe ſervum dicit, cui ſervire diſſimulat. *De vita Chriſtiana cap. 1. in fine, pag. 608. litt. C. tom. 9.*

32. Non in hoc nobis, qui nomine tantùm chriſtiani dicimur, blandiamur: ſed propter hoc etiam judicandos nos credamus, ſi nobis nomen fruſtrà vendicemus alienum. *Ibidem, cap. 6. in princip. pag. 610, litt. A.*

33. Qui de futuro ſeculo non cogitat, nec propterea chriſtianus eſt, ut id quod in fine Deus promittit, accipiat, nondùm chriſtianus eſt. *De decem chordis cap. 4. fere in princ. pag. 630. C. tom 9.*

34. Quia chriſtianus es, aliquid plus paſſurus es: Chriſtus prædicit labores uſque in finem venturos ipſi ſeculo, & tu vis ab iſtis laboribus exceptum eſſe chriſtianum? *Proſec.*

35. In Chriſto ſit quem vis eſſe chriſtianum. *De Paſtoribus cap. 5. circa med. pag. 727. A. tom. 9.*

36. Chriſtianus fidelis, catholicus eſt à Chriſto probatus. *Ibidem, cap. 13. poſt med. pag. 734. D.*

37. O ingrati gratiæ Dei! ô inimici gratiæ Chriſti, & ſolo vocabulo chriſtiani. *Lib. 4. contra Julianum c. 3. longe poſt init. pag. 690. A. tom. 7.*

38. Quomodo gloriaris te eſſe chriſtianum, ſi nomen habes, & factum non habes? *Prof.*

39. Tu factis oſtende te chriſtianum; nam ſi factis non oſtendis, omnes te chriſtianum vocent, quid tibi prodeſt nomen, ubi res non invenitur? *Tract. 5. ſup. Epiſt. Joann. de cap. 3. ſub fin. pag. 417. B. & 418. C. tom. 9.*

40. Cùm chriſtianus cœperit benè vivere, fervere bonis operibus, mundumque contemnere: in ipſa novitate operum ſuorum patitur reprehenſores & contradictores frigidos chriſtianos. *Serm. 18. de verb. Dom. poſt med. pag. 53. D. tom. 10.*

41. Nemo ſe decipiat, nemo ſe falſa ſpe circumveniat, quia chriſtiani nominis non facit ſola dignitas chriſtianum. *Prof.*

42. Nihil prodeſt quòd aliquis chriſtianus vocatur in nomine, ſi hoc non oſtendit in opere.

43. Nihil prodeſt verbis proferre fidem, & factis deſerere veritatem.

44. Nec Deo placet, ſi ſe quiſque chriſtianum verbis tantummodo eſſe pronuntiat, & opera quæ fieri juſſit Chriſtus implere diſſimulet. *Serm. 1. de defunctis & in ord. 38. poſt med. pagin. 890. lit. D. & 891. A. tom. 10.*

45. Nulla eſt plaga, quæ debeat ab amore Chriſti

chriſtianum ſeparare. *Serm.* 60. *ad fratr. in Eremo. poſt init. pag.* 999. *B. tom.* 10.

V. BEDA. 46. Tepidè viventes chriſtiani, difficiliùs corriguntur, quàm pagani. *Tom.* 2. *in ſuis Proverb. verbo Tepide. pag.* 199.

S. BERNARD. 47. Profeſſio hæc eſt fidei chriſtianæ, ut qui vivit, jam non ſibi vivat, ſed ei qui pro omnibus mortuus eſt. *Serm. de verbis Pſalm.* 23. *poſt med. folio* 165. *col.* 3. *littera I.*

S. BONAVENT. 48. Non fuit olim tanta infectio in paganis, quanta hodiè eſt in chriſtianis. *Serm. de S. Marco circa med. pag.* 245. *columna* 2. *tom.* 3.

49. O ſtultitia chriſtiana, & amicitia falſa ſub chriſtiano nomine palliata! quæ ſub pelle ovis lupinum animum gerit. *Prof.*

50. Quid fraudulenter chriſtianum eſſe te aſſeris, & Chriſtum non imitaris, ſed potiùs in ſuis membris eum perſequeris? *Ser.* 1. *de S. Bartholomæo, ante finem, pag.* 270. *columna* 1. *tom.* 3.

51. Unum tantùmmodò chriſtianus judicat malum, ſolumque formidat Domini cœleſtis offenſam. *Lib.* 1. *Pharetra cap.* 9. *in fine, pag.* 108. *col.* 2. *litt. A. tom.* 6. *part.* 1.

52. Non eſt chriſtianæ dignitatis, in temporalibus exaltari, ſed potiùs deprimi. *Ibidem.*

S. BONAVENT. & S. MAXIMUS EPISC. 53. Tota vita chriſtiani hominis (ſi ſecundùm Evangelium vivat) crux eſt atque Martyrium. *Lib.* 4. *Pharetra cap.* 10. *poſt init. pag.* 179. *col.* 1. *A. tom.* 6. *part.* 1. *Et S. Maxim. Episc. hom de Martyribus circa init.*

CLEM. ALEX. 54. Qui Chriſti ſunt, ſunt chriſtiani. *Lib.* 2. *Stromat. longè ante med. folio* 76. *E.*

S. CYPRIAN. 55. Qui Chriſto non credit, chriſtianus non eſt. *De opere & eleemoſ. cap.* 4. *prope finem, pag.* 307. *col.* 2. *tom.* 2.

S. CYRILLUS HIEROSOL. 56. Non chriſtianus ille eſt, qui pro veritate mori timet. *Epiſt. ad Auguſtin. de miraculis D. Hieronym. longè ante med.*

S. ELIGIUS. 57. Omnis vita chriſtiani ſemper in pœnitentia, & compunctione debet conſiſtere. *Homil.* 6. *in princip. apud Bibl. Patr. tom.* 7. *pag.* 239. *col.* 1. *D.*

58. Multi intra matris Eccleſiæ viſcera ſunt, qui chriſtianitatis nomine cenſentur, ita in exterioribus dati ut nec veram fidem chriſtianorum retineant corde, neque bonis operibus ſe eſſe chriſtianos oſtendant. *Ibid. hom.* 16. *in princ. pag.* 253. *col.* 1. *B.*

S. EUSEBIUS CÆSARIENS. 59. Heu! quot hodiè ſacroſum renati baptiſmate, & chriſtiano funguntur nomine, quibus foret melius non fuiſſe. *Prof.*

60. Eſt enim gehennalis pœna paganorum infinitò minor, quàm malorum chriſtianorum. *Ep. ad Damaſum Papam de morte D. Hieronymi, longè ante med.*

61. Non ſufficit ſolum chriſtiani nomen: chriſtianus es? imitare Chriſtum: fruſtrà chriſtiani habet ille nomen, qui diabolum, non Chriſtum ſequitur. *Ibidem, longè ante med. pag.* 350.

62. Non ſe cogitet chriſtianum, qui pro Chriſto mori ſe non invenit præparatum. *Ibidem.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 63. Qui militiæ chriſtianæ mancipatus dicere ſe præſumit ingenuum, penè eſt ut neget ſe Chriſti ſanguine comparatum. *Prof.*

64. Quid aliud eſt dicere, Liber ſum, quàm ipſi Domino clamare, Nihil tibi debeo? *Homil.* 3. *ad Monach. poſt init. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 580. *col.* 1. *C. edit. Coloniæ* 1618.

S. GREG. MAG. 65. Sunt nonnulli, qui chriſtianitatis nomine cenſentur, ſed chriſtianitatis non habent fidem. *Hom.* 32. *ſup. Evang. poſt med. columna* 465. *B. tom.* 2.

66. Multos peſte propriæ pravitatis obſeſſos ſub chriſtiano nomine, ipſa tranquillitas Eccleſiaſticæ pacis abſcondit: quos tamen ſi levis perſecutionis aura pulſaverit, mox extrà aream, velut paleas, tollit. *Lib.* 25. *Moral. cap.* 10. *num.* 14. *columna* 840. *lit. B. tom.* 1.

S. GREGORIUS MAGN. 67. Chriſtianum decet ut nobilem, plus benignum quàm rigidum: plus miſericordem eſſe, quàm diſtrictum. *Lib.* 7. *in Regiſtro. Indict.* 2. *cap.* 37. *Ep* 37. *ad Anthemium Subdiac. prope fin. col.* 941. *tom.* 2.

68. Si veraciter chriſtianus eſſes, plus Dei judicium, quàm voces hominum timeres. *Ibidem, lib.* 12. *Indict.* 7. *cap.* 30. *Ep.* 30. *ad Petr. Subdiac. ante fin. col.* 1179 *A.*

S. GREG. NAZ. 69. Si ideò chriſtianus vocaris, quia in Deum credis, voceris: ſi autem ideò quia Chriſtum amas, ab ipſo cognominaris; nihil plus illi aliis dabis cognominibus, quàm quæ ab exercitio, vel operatione imponuntur. *Orat.* 28. *poſt med. pag.* 225.

S. GREGOR. NYSS. 70. Tria ſunt, quæ chriſtiani vitam declarant, atque diſtinguunt: actio, ſermo, cogitatio. *De perfectis chriſtiani forma, ante finem, col.* 408. *C.*

S. HIERONYM. 71. Judæorum luctus, chriſtianorum gaudium eſt. *Tom.* 1. *Epiſt.* 3. *ad Heliodorum, ante medium, pag.* 22. *litt. D.*

72. Nihil chriſtiano felicius, cui promittitur regnum cœlorum. *Profec.*

73. Nihil fortius, qui vincit diabolum; nihil imbecillius, qui à carne ſuperatur. *Tom.* 1. *Ep.* 4. *ad Ruſticum in princ. pag.* 42. *D.*

74. Hæc non eſt culpa chriſtiani nominis, ſi ſimulator Religionis in vitio ſit. *Ibidem, ante med. pagina* 44. *lit. C.*

75. Fiunt, non naſcuntur chriſtiani. *Tom.* 1. *Ep.* 7. *ad Lætam. in princ. pag.* 54. *C.*

76. Non quæruntur in chriſtianis initia, ſed finis: Paulus malè cœpit, ſed benè finivit: Judæ laudantur exordia, ſed finis proditione damnatur. *Tom.* 1. *Ep.* 10. *ad Furiam, ante med. pag.* 80. *D.*

77. Eſſe chriſtianum, grande eſt, non videri: & neſcio quomodò plus placent mundo, qui Chriſto diſplicent. *Tom.* 1. *Ep.* 13. *ad Paulinum, poſt med. pag* 104. *litt. C.*

78. Qui chriſtianus eſt, gaudeat: quia qui iraſcitur, non ſe eſſe indicat chriſtianum. *Tom.* 1. *Ep.* 23. *ad Marcellam poſt init. pag.* 154. *D.*

79. Non naſcimur, ſed renaſcimur chriſtiani. *Tom.* 2. *Epiſt.* 6. *adverſus vigilant, circa med. pagina* 123. *litt. A.*

80. Abſit ut de ore chriſtiano ſonet Juppiter omnipotens, & me Hercule, & me Caſtor, & cætera magis portenta, quàm numina. *Tom.* 3. *Ep.* 24. *ad Damaſ. Papam, ante med. pag* 129. *B.*

81. Chriſtiani minimè dici poſſunt, qui nomen primæ humanitatis amittunt. *Tom.* 4. *Ep.* 37. *ad Pammach. & Oceanum, ante med. pag.* 164. *C.*

82. Chriſtiani cœlum debent amare, non terram; & verbo Dei plus obedire, quàm diabolo; & judicium æternum magis timere, quàm hominum. *Ibidem, in fin. pag.* 165.

83. Chriſtiani vita omnibus in ſpeculo poſita eſt. *Tom.* 4. *Ep.* 53. *ad Oceanum, ante finem, pagina* 316. *lit. D.*

HUGO A SANCTO VICTORE. 84. Multi chriſtiani ſunt nomine, pagani tamen ſunt converſatione. *Serm.* 13. *prope med. pag.* 324. *lit. F. tom.* 2.

85. Chriſtianum non ſolùm facit lingua, ſed & conſcientia. *Lib.* 1. *Miſcellan. codicis primi. tit.* 80. *poſt init. pag.* 85. *A tom.* 2.

HUGO CARD. 86. Mali chriſtiani pluſquàm tyranni ſunt, quia bonos interiùs ſpoliant, iſti autem exteriùs deprædantur. *Prof.*

87. Iſti tantùm amore rerum, illi odio virtutum ſævire non ceſſant.

88. Iſti invident quod habemus, illi quòd vivimus: iſti rapiunt exteriora bona, quia placent; illi diſſipant bona interiora, quia diſplicent. *Sup. Iob. cap.* 35. *fol.* 444. *col.* 3. *tom.* 1.

89. Vita chriſtiani non eſt niſi quædam proceſſio à

ſeculo nequam, ad ſeculum beatum. *Sup. Pſalm.* 105. *in fine folio* 279. *col.* 2. *tom.* 2.

HUGO CARD. 90. In his duobus conſiſtit tota chriſtiana doctrina; in cognitione veræ fidei, & in compoſitione morum. *Sup. Eccleſiaſticum cap.* 5. *folio* 180. *col.* 4. *tom.* 3.

91. Hunc ſcito verè chriſtianum eſſe, qui nec metuit, nec concupiſcit. *Ibidem, cap.* 7. *folio* 184. *col.* 1. *tom.* 3.

S. IGNATIUS. MART. 92. Nos decet non modo vocari chriſtianos, ſed eſſe. *Ep.* 6. *ad Magneſianos, ante med. apud Bibliothecam Patrum, tom.* 1. *pag.* 80. *col.* 2. *H.*

93. Chriſtianus homo ſui poteſtatem non habet, ſed Deo vacat. *Ibid. Ep.* 11. *ad Polycarpum Smyrnæ Epiſc. ſub fin. pag.* 89. *col.* 2. *F.*

94. Velim ut non ſolùm dicar chriſtianus, ſed & inveniar. *Ibidem, Ep.* 15. *ad Romanos, ante med. pag.* 94. *col.* 2. *F.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 95. Ubi eſt fides, illic eſt Eccleſia: ubi Eccleſia, ibi Sacerdos: ubi Sacerdos, ibi baptiſmus: ubi baptiſmus, ibi chriſtianus. *Profec.*

96. Ubi fides non eſt, ibi nec Eccleſia: ubi Eccleſia non eſt, ibi nec Sacerdos: ubi Sacerdos non eſt, nec ibi baptiſmus: ubi baptiſmus non eſt, nec chriſtianus ibi ſit aliquis. *Hom.* 6. *oper. imperf. ſup. Matth. à medio col.* 788. *A. tom.* 2.

97. Sicut per bonos chriſtianos Deus glorificatur, ſic per malos blaſphematur. *Ibidem, Hom.* 14. *circa init. col.* 836. *A. tom.* 2.

98. Hæretici ſervi diaboli tunc peſſimè chriſtianitatem corrumpunt, quando ſe ſimulant chriſtianos. *Ib. Hom.* 19. *in princ. col.* 867. *C.*

99. Cùm videris hominem chriſtianum, ſtatim conſidera ſi confeſſio ejus conveniat cum Scripturis, tunc verus eſt chriſtianus: ſi autem non, falſus eſt. *Ibidem, ante med. col.* 870. *C. ſup. illud, Matth.* 7. *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos.*

100. Indicium chriſtianitatis, non ad nomen Chriſti referendum eſt, ſed ad confeſſionem: quia non ſolùm nomen Chriſti chriſtianum facit, ſed etiàm veritas Chriſti. *Ibidem.*

101. Chriſtianus ſi malus evaſerit, pejor ſit quàm ſi fuiſſet Gentilis. *Ibidem, Homil.* 30. *in med. col.* 936. *litt. B.*

102. Nulla probatio poteſt eſſe veræ chriſtianitatis, neque refugium poteſt eſſe verè chriſtianorum aliud, volentium cognoſcere fidei veritatem, niſi Scriptura divina *Ibidem, Hom.* 49. *longè ante med colum.* 1088. *litt. D.*

103. Chriſtiani qui ſunt in chriſtianitate, volentes firmitatem accipere fidei veræ, ad nullam rem fugiant, niſi ad Scripturas. *Ibidem, longè ante med. colum.* 1089. *litt. C.*

104. Fruſtrà tibi chriſtianum nomen imponis, qui Chriſtum in ejus ſervis perſequeris. *Prof.*

105. Fruſtrà affectas vocari, quod operum ſimulatione mentiris.

106. Nomen tuum chriſtianum ſonat, ſed facta Antichriſtum monſtrant. *Hom.* 11. *de diverſis locis in Mat. poſt med. col.* 1168. *A. tom.* 2.

107. Chriſtianos cum traditoribus morari non licet. *Ibidem,* &c.

108. Chriſtianus eſſe (quod dicitur) poterit, ſi quod confitetur, impleverit. *Hom.* 1. *in dictum Ioann.* 15. *in med. col.* 432. *A. tom.* 3.

109. Nihil frigidius Chriſtiano alios non ſalvante. *Hom.* 20. *in Acta Apoſt. prope med. Moralis, col.* 586. *C. tom.* 3.

110. Vita veri chriſtiani eſt in paupertate, in humilitate, in contemptu gloriæ: in temperantia, non in deliciis; in tribulatione, non in remiſſione: in luctu, non in riſu. *Serm.* 20. *ſup. Ep. Pauli ad Rom. poſt med. col.* 238. *A. tom.* 4.

111. Nihil tàm admirabilem chriſtianum, quàm humilitas efficit. *Hom.* 1. *ſup. Ep.* 1. *ad Cor. poſt init. Moralis. col.* 329. *C. tom.* 4.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 112. Nihil eſt quod ita ſit inconcinnum, & alienum à chriſtiano, quàm requiem & recreationem quærere. *Profec.*

113. Nam ad præſentem vitam nimiùm affici, alienum eſt à profeſſione & militia chriſtiana. *Ser.* 13. *ſup. Epiſt. ad Philipp. in princip. columna* 1209. *littera A. tom.* 4

114. Qui indignum aliquid vel dixerit, vel fecerit, aut etiam cogitaverit, Chriſti nomen non legitimè portat. *Homil.* 3. *ſup.* 1. *ad Timoth. prope med. col.* 1444. *B. tom.* 4.

115. Chriſtianus in pauperie conſtitutus, magis quàm in divitiis irradiat. *Hom.* 2. *ſup. Ep. ad Hebr. poſt med. Moralis, col.* 1674. *A. tom.* 4.

116. Plurima ſunt, quæ formam chriſtianitatis exprimunt, ſed plus omnibus ac meliùs, mutuæ charitatis affectus, & pax quæ hominum corda conſociat. *Ibidem, Hom.* 31. *in princ. col.* 1854. *B.*

117. Si chriſtianus es, civitatem non habes ſuper terram; civitatis tuæ opifex, & architectus eſt Deus. *Homil.* 17. *ad populum Antiochenum, poſt med. col.* 159. *B. tom.* 5.

118. Sanguine plenam eſſe decet chriſtiani vitam, non alienum effundendo, ſed ſe paratum, ſuum effundere præſtando. *Ibidem, Homil.* 67. *ante med. col.* 431. *littera A.*

119. Chriſtianus nec privatus ex judice, nec pauper ex divite, nec ex glorioſo eſſe inglorioſus poteſt: ſed opibus ſemper ex ubertate ſit egendo locupletior. *Epiſt.* 6. *ad Theodorum, ante med. ſup. illud Pſalm.* 48. *Qui ubertate divitiarum ſuarum gloriantur. colum.* 1013. *A. tom.* 5.

120. Chriſtianus es: hoc nomen accepiſti, ut Chriſtum imiteris, ejuſque legibus operum exhibitione pareas. *Orat.* 5. *adverſus Judæos. ante finem, col.* 1144. *C. tom.* 5.

121. Ne putetis quòd melior ſit chriſtianus impiè agens, quàm infidelis impius. *Hom.* 45. *operis imperf. ſup. Matth. ante finem, col.* 1063. *D. tom.* 2.

122. Omnes chriſtiani in quibus habitat Chriſtus, ſedes ſunt Chriſti. *Hom.* 23. *ex diverſis locis in Matth. ante med. col.* 1233. *D. tom.* 2.

JOAN. GERS. 123. Unuſquiſque Chriſtianus conſiderare debet ſtatum in quo eſt, videlicet chriſtianitatis. *Part.* 4. *tract. De conſolat. mortis amicorum, conſider.* 9. *in princ. folio* 147. *col.* 3. *P.*

S. ISID. HISP. 124. Non ſe glorietur chriſtianum, qui nomen habet, & facta non habet. *Prof.*

125. Ubi autem ſecutum fuerit opus, certiſſimè ille eſt chriſtianus: quia ſe factis oſtendit chriſtianum, ambulans, ſicut ille ambulavit, à quo & nomen traxit. *Lib.* 7. *Etymol. cap.* 14. *circa med pag.* 111. *col.* 1.

S. ISIDORUS PELUSIOTA. 126. Ecquid chriſtianum te profiteris? ſi autem chriſtianus appellari cupis, quam ob cauſam Epicureo more vitam inſtituis? *Lib.* 2. *Epiſt. ad Maronem, apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 524. *columna* 1. *littera B.*

S. IUSTIN. MART. 127. Ab omni appetitu, cupiditateque carnali vacuus chriſtianus eſſe debet. *Epiſt. ad Zenam, poſt initium, apud Bibl. Patrum, tom.* 2. *pagina* 69. *columna* 1. *littera D.*

S. LEO I. 128. Cùm chriſtianus in ſpiritualibus exercetur, Deus propitiatur, culpa deletur, tentator eliditur. *Serm.* 4. *de jejunio decimi menſis ante medium, folio* 4. *pagina* 2.

129. Agnoſce ô chriſtiane dignitatem tuam, & divinæ conſors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri converſatione recidere. *Serm.* 1. *de Nat. Dom. circa finem, folio* 12. *pag.* 1.

130. Fruſtrà appellamur chriſtiani, ſi imitatores non ſumus Chriſti. *Ibidem, Ser.* 5. *in fine. folio* 16. *pag.* 2.

131. Falſus

Digitized by Google

S. MACHAR. 131. Falſus chriſtianus non eſt chriſtianus, ſed vas erroris & diaboli. *Hom. 15. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pagina 68. col. 2. H.*

132. Signum chriſtianis mi eſt ipſa humilitas. *Ibid. poſt med. pagina 69. columna 1. A.*

133. Summa eſt chriſtianorum dignitas, ac tanta, ut cum ea nihil conferri poſſit. *Ibidem, ante fin. pag. 70. col. 1. A.*

234. Chriſtiani perfecti, qui meruerunt ad gradum perfectionis pervenire, & Regi proximi fieri, cruci Chriſti perpetuò conſecrati ſunt. *Ibidem, Homil. 17. in princ. pag. 72. col. 1. D.*

S. METHODIUS 135. Non omnes qui dicuntur chriſtiani, hi ſunt chriſtiani; pauci enim inveniuntur chriſtiani veri. *In ſuis revelat. cap. 23. apud Bibliothecam Patrum, tom. 3. pag. 386. col. 1. B.*

MINUT. FELIX. 136. Quàm pulchrum ſpectaculum Deo, quando chriſtianus cum dolore congreditur! *Prof.*

137. Cùm adversùs minas, & ſupplicia, & tormenta componitur.

138. Cùm ſtrepitum mortis, & horrorem carnificis irridens, conculcat.

139. Cùm libertatem ſuam adversùs Reges, & Principes erigit: ſoli Deo, cujus eſt, cedit.

140. Cùm triumphator & victor, ipſi qui adversùm ſe ſententiam dixit, inſultat. *In ſuo Octavio ante fin. apud Bibl. Patrum, tom. 3. pag. 10. col. 1. C. D, edit. Coloniæ* 1618.

141. Chriſtianus miſer videri poteſt, non poteſt inveniri. *Ibidem, &c. D.*

S. NILUS 142. Ne recipito chriſtiani hominis formam tantùm, ſed animæ potiùs prudentiam. *Paraneſ. 12. apud Bibliothec. Patrum tom. 5. part. 2. editionis Coloniæ* 1618.

S. PACIANUS. 143. Chriſtianus mihi nomen eſt, catholicus verò cognomen. *Ep. 1. ad Sympronianum, circa med. apud Bibl. Patrum, tom. 4. pag. 236. col. 1. A. edit. Coloniæ* 1618.

S. PROSPER. 144. Chriſtianus per gratiam, quod in natura non habuit, acquiſivit. *Part. 1. de Promiſſ. cap. 20. in fine, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 10. col. 2. H. edit. Coloniæ* 1618.

145. Chriſti nomen à chriſmate eſt, id eſt, ab unctione: quia ideò omnis chriſtianus ſanctificatur, ut intelligat ſe non ſolùm ſacerdotalis & regiæ dignitatis eſſe conſortem, ſed etiam contra diabolum fieri luctatorem. *Sent. 342. in fine tomi 3. operum D. Auguſt. pag. 762. littera C.*

S. REMIGIUS. 146. Omnes Chriſtiani, qui fratres ſunt in fide, debitores ſibi ſunt, ut alter alterius onera portet. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 15. canon. 27. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 860. columna 2. F.*

SALVIANUS. 147. Eſſe nullum omninò arbitror chriſtiani nominis hominem, qui non ſe chriſtianum videri velit. *Lib. 3. de Gubernat. Dei poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 331. col. 1. D.*

148. In tantum vitioſè ab omnibus vivitur, ut propè nullus chriſtianorum ſit, qui non jugiter naufragare videatur. *Ibidem, ante med. pagina 332. columna 1. littera D.*

249. Quid eſt aliud modò penè omnis cœtus chriſtianorum, quàm ſentina vitiorum? *Ibidem, poſt med. pag. 334. col. 1. A.*

150. Nos, qui nos chriſtianos eſſe dicimus, perdimus vim tanti nominis vitio pravitatis. *Profec.*

151. Omninò enim nihil prodeſt nomen ſanctum ſine moribus.

152. Quia vita à profeſſione diſcordans, abrogat illuſtris tituli honorem, per indignorum actuum vilitatem.

153. Et hoc ipſo magis per nomen ſacratiſſimum rei ſumus, qui à ſancto nomine diſcrepamus. *Ibidem, in fine pag. 335. col. 1. A.*

SALVIANUS. 154. Putemus, qui ſumus cunctis gentibus religioſiores, debere nos eſſe etiam fortiores. *Ibidem, lib. 4. in princ. pag. 335. col. 1. B.*

155. Hominis chriſtiani fides cùm ſit fideliter Chriſti mandata ſervare; fit abſque dubio, ut nec fidem habeat qui infidelis eſt, nec Chriſtum credat qui Chriſti mandata conculcat. *Ibidem.*

156. Qui chriſtiani nominis opus non agit, chriſtianus eſſe non videtur. *Profec.*

157. Nomen enim ſine actu, atque officio ſuo, nihil eſt.

158. Quid eſt aliud ſanctum vocabulum ſine merito, niſi ornamentum in luto?

159. In nobis itaque chriſtianum vocabulum, quaſi aureum decus eſt: quo ſi indignè utimur, fit ut ſues cum ornamento eſſe videamur. *Ibidem, ut ante C. D.*

160. Chriſtiani eſſe dicuntur, & non ſunt, qui per flagitia ac turpitudines ſuas nomen Religionis infamant. *Prof.*

161. Hoc ipſo chriſtiani deteriores ſunt, qui meliores eſſe deberent, & non ſunt. *Ibidem, ante finem, pag. 341. col. 1. B. & D.*

162. Non poſſumus quemquam dicere chriſtianum, qui non putat Chriſto eſſe credendum. *Ibid. lib. 2. ad Eccleſ. Catholicas, poſt medium, pagin. 371. columna 1. littera C.*

163. Chriſtianorum omnium bonum, miſericordia ac largitas. *Ibidem, lib. 3. in princ. pag. 372. colum. 2. littera F.*

TERTULLIAN. 164. Si chriſtianus es, crede quod traditum eſt: ſi chriſtianus non es, meritò dixerim, morere: nam & mortuus es, qui non es chriſtianus, non credendo quod creditum chriſtianos facit. *De carne Chriſti cap. 2. in medio pag. 649. C. tom. 3.*

165. Totius chriſtiani nominis, & pondus & fructus, mors Chriſti eſt. *Lib. 3. adverſus Marcionem cap. 8. in med. pag. 804. F. tom. 3.*

THEOPHILACTUS. 166. Chriſtiani eſt, prodeſſe proximo. *Sup. Luc. cap. 15. ſup. illud, Proferte ſtolam primam. pag. 221. B.*

S. THOMAS AQUINAS. 167. Sine fide nullus dicitur fidelis chriſtianus. *Tom. 1. opuſc. opuſcul. 6. de ſymbolo Apoſt. Art. 1. in princ. fol. 12. pag. 2.*

S. ZENO. 168. Tribus in rebus chriſtiani fundamenta conſiſtunt, in ſpe, in fide, in charitate. *Serm. de ſpe in princip. apud Bibl. Patr. tom. 3. pagina 114. colum. 1. littera D.*

Chriſtus.

ETYMOLOGIA.

HUGO CARD. CHRISTUS Græcè dicitur, Meſſias Hebraïcè, Salvator Latinè. *Sup. Matth. cap. 1.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. Chriſtus dictus eſt ab unctione. *Hom. de cruce Dom. poſt med. col. 840. C. tom. 3.*

S. PROSPER. Chriſti nomen à chriſmate eſt, id eſt, ab unctione *Sentent. 342. in fine tomi tertii operum Div. Auguſtini, pag. 762. lit. C.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Chriſtum alloquimur, cùm oramus: Chriſtum audimus, cùm divina legimus oracula. *Lib. 1. Offic. cap. 20. ſub fin. col. 13. B. tom. 1.*

2. Omnia Chriſtus eſt nobis.
Si vulnus curare deſideras, medicus eſt.
Si febribus æſtuas, fons eſt.
Si gravaris iniquitate, juſtitia eſt.
Si auxilio indiges, virtus eſt.
Si mortem times, vita eſt.
Si cœlum deſideras, via eſt.
Si tenebras fugis, lux eſt.
Si cibum quæris, alimentum eſt. *Lib. 3. de virginibus longè poſt med. col. 110. tom. 1.*

S. Ambros.

3. Tu via es Chriſte, veritas, & vita: ſuſcipe nos quaſi via, confirma quaſi veritas, vivifica quaſi vita. *De bono mortis cap. 12. paulò ante med. columna 127. B. tom. 1.*

4. Facite vos dignos videri, quorum in medio Chriſtus ſit: ubi enim pax, ibi Chriſtus, quia pax Chriſtus eſt. Ubi juſtitia, ibi Chtiſtus, quia juſtitia Chriſtus eſt. *Libr. 10. Epiſt. 82. ad Vercellenſ. Eccleſ. poſt initio col. 656. B. C. tom. 3.*

5. Libenter in ſinu Sanctorum quieſcit Chriſtus: ibi ſinus Chriſti eſt, ubi habitaculum eſt virtutum: ibi reclinat caput ſuum, ubi domicilium cœleſtium invenit præceptorum. *Serm. 18. in medio, columna 709. lit. C. tom. 3.*

6. Neſcit ſummum, qui Chriſtum ignorat. *De Tobia cap. 19. in fine, col. 1652. D. tom. 4.*

7. Chriſtus eſt { Homo. Leo. Vitulus. Aquila. } { Homo, quia natus ex Maria eſt. Leo, quia omnibus fortior eſt. Vitulus, quia hoſtia eſt. Aquila, quia Reſurrectio eſt. } *In præfat. ſup. Luc. ſub finem, col. 1620. D. tom. 5.*

8. Voluit Chriſtus deſeri, voluit prodi, voluit ab Apoſtolo ſuo tradi, ut tu ſi à ſocio deſertus, ſi à ſocio proditus fueris, moderatè feras tuum erraſſe judicium, periiſſe beneficium. *Lib. 5. ſup. Luc. cap. 6. in illud, Vocavit diſcipulos ſuos. col. 1686. C. tom. 5.*

9. Societas Chriſti, eſca eſt chriſtiani *Serm. 61. circa med. col. 756. A tom 3.*

S. Antonius de Padua.

10. Chriſtus fuit ſol ſplendens in ſua nativitate, calens in ſua prædicatione, ardens in miraculorum operatione, tepeſcens in ſua paſſione. *Ser. Dom. 11. poſt Trin. circa init. fol. 238. pag. 2.*

S. Augustin.

11. Tota vita Chriſti in terris per hominem, quem ſuſcipere dignatus eſt, diſciplina morum fuit. *De vera Religione cap. 1. circa finem, pagina 497. littera A. tom. 1.*

12. Chriſtus per mala præſentia, docuit nos temperanter proſpera ſeculi hujus contemnere, & fortiter adverſa tolerare, ejus felicitatis mercedem pollicens, quam nemo poſſit à nobis auferre. *Ep. 83. ad Chryſinum in fin. pag. 241. B. tom. 2.*

13. Una perſona Deus, & homo eſt, & utrumque eſt, unus Chriſtus Jeſus: ubique per id quod Deus eſt, in cœlo autem per id quod homo. *Ep. 57. ad Dardanum longe poſt init. pag. 176. D. tom. 2.*

14. Chriſtum cantat {
Et juſtus, ad æquitatem.
Et perjurus, ad fraudem.
Et Rex, ad imperium.
Et miles, ad pugnam.
Et maritus, propter regimen.
Et uxor, propter obſequium.
Et pater, propter præceptum.
Et filius, propter obedientiam.
Et dominus, per dominationem.
Et ſervus, per famulatum.
Et humilis, ad pietatem.
Et ſuperbus, ad æmulationem
Et dives, ut porrigat.
Et pauper, ut ſumat.
Et ebrioſus, ad phialam.
Et mendicus, ad januam.
Et bonus, ut præſtet.
Et malus, ut fallat.
Et chriſtianus venerator.
Et paganus adulator. Omnes Chriſtum cantant, & qua voluntate atque ore cantent, eidem ipſi, quem cantant, rationem ſine dubio reddituri ſunt. *Ep. 42. ad Madaurenſes in medio. pag. 97. B. tom. 2.*
}

15. Non eſt ullus illi medius locus ut poſſit eſſe, niſi cum diabolo, qui non eſt cum Chriſto. *Libr. 1. de peccator. meritis cap. 28. ante med. pag. 459. lit. B. tom. 7.* S. Augustin.

16. Chriſtus eſt Dei ſapientia, & rectus finis omnis intentionis animæ, *Sup. Pſ. 12. in princ verſ. 1. pag. 51. B. tom. 8.*

17. Non ſolùm Chriſtus ſicut magiſter aliquid docuit, ſed ſicut magiſter aliquid non docuit: tanquam magiſter enim ſciebat & docere quod proderat, & non docere quod oberat. *Sup. Pſ. 36. in princ. concion. 1. pag. 186. D. tom. 8.*

18. Minùs peccaverunt Judæi crucifigentes Chriſtum in terra ambulantem, quàm qui contemnunt in cœlo ſedentem. *Sup. Pſ. 68. concion. 2. verſ. 26. pag. 507. B. tom. 8.*

19. Pulcher eſt Chriſtus. {
Pulcher in cœlo.
Pulcher in terra.
Pulcher in utero virginis.
Pulcher in manibus parentum.
Pulcher in miraculis.
Pulcher in flagellis.
Pulcher invitans ad vitam.
Pulcher non curans mortem.
Pulcher deponens animam.
Pulcher recipiens.
Pulcher in ligno.
Pulcher in ſepulchro.
Pulcher in regno.
Pulcher in intellectu. *Sup. Pſal. 44. poſt init in præfat. pag. 273. B. tom. 8.*
}

20. Interiora conſcientiæ videt Chriſtus, ibi amat Chriſtus, ibi alloquitur Chriſtus, ibi punit Chriſtus, ibi coronat Chriſtus. *Sup. Pſ. 44. ante fin. verſ. 15. pag. 284. C. tom. 8.*

21. Ipſe Chriſtus exemplum nobis vivendi propoſuit in hac vita, & præmium vivendi dabit in futura vita. *Sup. Pſalm. 56. poſt init. pagina 381. littera A. tom. 8.*

22. Finis propoſiti noſtri Chriſtus eſt; quia quantumlibet conemur, in illo perficimur: & hæc eſt perfectio noſtra, ad illum pervenire. *Ibidem, &c.*

23. Ubique Chriſtus beatorum Martyrum gloria eſt: vicit vapulando ferientes, patiendo impatientes, diligendo ſævientes. *Sup. Pſ. 117. circa med. verſ. 17. pag. 908. D. tom. 8.*

24. Viam teſtimoniorum Dei nihil citius, nihil certius, nihil brevius, nihilque grandius intelligimus eſſe, quàm Chriſtum, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. *Sup. Pſ. 118. concion. 6. poſt med. pag. 919. B. tom. 8.*

25. Ipſe Chriſtus factus eſt via, vis non pati latrones? viam tibi ſtravit ad Patriam, noli de via recedere: talem viam munivit, ut latro ad te non audeat accedere; tu ab illo noli recedere, & latro ad te non audebit accedere. *Sup. Pſal. 125. in expoſit. poſt init. verſ. 1. pag. 1011. B. tom. 8.*

26. Veritas eſt Chriſtus, totùm verum eſt in Chriſto, vera anima, vera caro, verus homo, verus Deus, vera nativitas, vera paſſio, vera mors, vera Reſurrectio, & vera Aſcenſio. *Tract. 8. ſup. Evang. Ioan. ante med. pag. 51. B. tom. 9.*

27. Ego ſum (inquit Chriſtus) via, veritas, & vita. Ambulare vis? ego ſum via: falli non vis? ego ſum veritas: mori non vis? ego ſum vita. *Ibidem, Tract. 22. de cap. 5. ſtatim à medio, pagina 133. A. tom. 9.*

28. Via noſtra Chriſtus eſt, Chriſtum attende: pati venit, ſed & glorificari: contemni, ſed etiam exaltari: mori, ſed etiam reſurgere; opus te terret, mercedem vide. *Serm. 6 de Verbis Dom. ante finem, pag. 16. D. tom. 10.*

S. AUGUSTIN.

29. Ego ſum (inquit Chriſtus) via, veritas, & vita : tanquàm ſi diceret, Quà vis ire ? ego ſum via : quò vis ire ? ego ſum veritas : ubi vis permanere ? ego ſum vita. *Prоſ.*

30. Via Chriſtus, humilis Chriſtus, veritas Chriſtus & vita, excelſus & Deus. *Ibidem, Ser.* 54. *in princ. pag.* 141. *littera B.*

31. Ego ſum via (inquit Chriſtus) quà redeas, quò redeas, quà intres. *Ibidem, in fine pagina* 143. *A.*

32. Quia Chriſtus ipſe eſt apud Patrem veritas & vita, & non habebamus quà iremus ad veritatem, Filius Dei (qui ſemper veritas, & vita eſt) aſſumendo hominem factus eſt via. *Profec.*

33. Si via Chriſtus eſſe noluiſſet, ſemper erraremus: factus ergo via eſt, quà venias : non tibi dico quære viam, ipſe via ad te venit, ſurge & ambula : ambula moribus, non pedibus. *Ibidem, Serm.* 55. *in fine pag.* 144. *lit. C.*

34. Ipſe Chriſtus tibi eſt via, & patria : ſecundùm hominem via ; ſecundùm Deum patria, ſi fideliter curris, per ipſum vadis, & ad ipſum pervenies. *Serm.* 2. *de Aſcenſione & in ord.* 175. *in fin. pag.* 699. *littera A. tom.* 10.

35. Omnia bona terrena contempſit homo factus Dominus Chriſtus, ut contemnenda monſtraret : & omnia terrena mala ſuſtinuit, quæ ſuſtinenda præcipiebat, ut neque in illis quæreretur felicitas, neque in iſtis infelicitas timeretur. *De Catechiz. rudibus cap.* 22. *poſt med. pag.* 654. *D. tom.* 4.

36. Tantò magis quiſque deſerit Chriſtum, quantò magis diligit quòd improbat Chriſtus. *Lib.* 21. *de Civitate Dei, cap.* 27. *ante med. pagina* 458. *lit. C. tom.* 5.

37. Cathedram habet in cœlo, qui in terra docet. *De Diſcipl. Chriſtiana cap.* 4. *in princ. pag.* 627. *B. tom.* 9.

38. In MARIA Chriſtum pia virginitas peperit : in Anna Chriſtum viduitas parvum grandæva cognovit, in Elizabeth Chriſto conjugalis caſtitas, & anilis fœcunditas militavit. *Ser.* 12. *de Nativ. & in ord* 16. *circa med. pag* 419. *B. tom* 10.

39. Chriſtus modò orat pro nobis, orat in nobis, & oratur à nobis : ut Sacerdos noſter, orat pro nobis : ut caput noſtrum, orat in nobis : ut Deus noſter, oratur à nobis. *Serm.* 4. *de S. Stephano, & in ord.* 4. *ante med. pag.* 834. *C. D. tom.* 10.

S. BASIL. MAG.

40. Omnis actio, omniſque ſermo Salvatoris noſtri JESU-CHRISTI, pietatis ac virtutis regula eſt. *In conſtitut. cap.* 1. *in princ. pag.* 623. *tom.* 3.

S. BASILIUS SELEUCENSIS.

41. Ubi Chriſti memoria, ibi dæmonum eſt pernities. *Orat.* 14. *in fine, apud. Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 429. *columna* 2. *G.*

S. BERNARD.

42. Chriſtus hîc rector fuit morum, in judicio diſcretor meritorum, in regno erit diſtributor præmiorum. *Ser* 2. *de Epiphania in medio fol.* 20 *col.* 3. *H.*

43. Tu es via, veritas, & vita : via in exemplo, veritas in promiſſo, vita in præmio. *Ser.* 2. *de Aſcenſ. in fine, fol.* 40. *col.* 4. *L.*

44. Vita Chriſti, vivendi regula eſt. *Ser. exhort. ad Milites templi cap.* 11 *in princ. fol.* 111. *col.* 2. *E.*

45. Ne mundi gloria, ſeu carnis voluptatibus abducaris, dulceſcat tibi pro his ſapientia Chriſtus. *Prоſ.*

46. Ne ſeducaris ſpiritu mendacii & erroris, luceſcat tibi veritas Chriſtus.

47. Ne adverſitatibus fatigeris, conſortet te virtus Dei Chriſtus. *Ser.* 20. *ſup. Cant. ante med. folio* 148. *col.* 3. *littera G.*

48. Chriſtus factus eſt nobis ſapientia in prædicatione, juſtitia in abſolutione peccatorum, ſanctificatio in converſatione, redemptio in paſſione. *Ibidem, Serm.* 22. *ante med. fol.* 150. *col.* 3. *G.*

49. Ubinam vera prudentia, niſi in Chriſti doctrina? undè vera juſtitia, niſi de Chriſti miſericordia ? ubi vera temperantia, niſi in Chriſti vita ? ubi vera fortitudo, niſi in Chriſti paſſione ? *Ibidem, in fine folio* 151. *col.* 1. *lit. B.* S. BERNARD.

50. Chriſti doctrina ſeminarium eſt prudentiæ, Chriſti miſericordia opus juſtitiæ. Chriſti vita ſpeculum temperantiæ, Chriſti mors inſigne eſt fortitudinis. *Ibidem.*

51. Chriſtus fide concipitur, verbi prædicatione naſcitur, devotione nutritur, amore tenetur. *De inter. domo cap.* 21. *prope finem, folio* 327. *columna* 3. *lit. I.*

52. Chriſtus in carne & per carnem potenter ac patenter operatus eſt mira, locutus ſalubria, paſſus indigna. *Serm.* 6. *ſup. Cant. ante med. folio* 137. *col.* 3. *littera H.*

53. Origo fontium & fluminum, mare eſt : virtutum & ſcientiarum, Dominus JESUS CHRISTUS. *Ibid. Ser.* 13. *in princ. fol.* 142. *col.* 3. *H.*

54. Chriſtus in carnis aſſumptione condeſcendit mihi, in culpæ vitatione conſuluit ſibi, in mortis ſuſceptione ſatisfecit Patri : amicus dulcis, conſiliarius prudens, adjutor fortis. *Ibidem, Serm.* 20. *ante med. folio* 148. *col.* 2. *F.*

55. Mira res ! ſæpè cùm incipit Chriſtus cordi dulceſcere, tunc fugit, ut de abſentia ſua faciat nos dulciter dolere. *Homil. de duobus Diſcipulis euntibus in Emaus, longe poſt med. fol.* 48. *columna* 4. *lit. M. in* 2. *volum.*

56. Chriſtus ipſe eſt, quo nullus major, nullus melior ; quo nullus pulchrior, nullus dulcior, nullus charior. *Serm.* 3. *de Cœna Dom. in princ. fol.* 108. *col.* 3. *I. volum.* 2.

57. Certè nimis eſt avarus, cui non ſufficit Chriſtus. *Ibidem, Serm.* 7. *ante finem, fol.* 112. *columna* 1. *littera C.*

58. Cuncta ſpernit, cuncta deſpicit, omnia ſibi vileſcunt, cui ſolus Chriſtus dulceſcit. *Ibidem, Serm.* 9. *ante med. fol.* 113. *col.* 1. *B.*

59. Nihil charius, nihil dulcius, nihil pretioſius, nihil ſpecioſius Chriſto. *Prоſ.*

60. Ipſe ſalus ſine languore, vita ſine morte, gaudium ſine mœrore, decus ſine fuſcatione, dulcedo ſine amaritudine. *Ibidem, Serm.* 15. *in fine, folio* 119. *col.* 2. *D. volum.* 2.

61. Stultus reputatus fuit Chriſtus, quando receſſit ab appetitu aliorum, ſtultior quando voluit affligi, ſtultiſſimus quando voluit crucifigi : & tamen hæc eſt ſapientia Sanctorum. *Ser.* 2. *in Hexamer. ante med. ſup. illud Prov.* 30. *Stultiſſimus ſum virorum, pagina* 15. *col.* 2. *C. tom.* 1. S. BONAVENT.

62. Chriſtus eſt via, veritas, & vita : ipſe eſt per quem venias, ad quem venias, & quò pervenias. *Sup. Pſ.* 76. *circa med. pag.* 125. *col.* 1. *A. tom.* 1.

63. Chriſtus eſt conſolator & advocatus, conſolator in miſeria, advocatus in cauſa, conſolator ne ſuccumbamus, advocatus ut vincamus *Sup. Pſ.* 118. *Expoſit.* 1. *in illud, Diſcedentes à judiciis, &c. pagina* 150. *columna* 2. *tom.* 1.

64. Chriſtus	Vincit.	Vincit in inferno.
	Regnat.	Regnat in mundo.
	Imperat.	Imperat in Cœlo. *Sup. Pſ.*

140. *Expoſ.* 2. *poſt med. pag.* 288. *col.* 2. *E. tom.* 1.

65. Chriſtus Rex eſt & Sacerdos. Rex, quia nos regit : Sacerdos, quia ipſe ſe pro nobis obtulit. *Expoſ.* 2. *ſup. Pſ.* 149. *ante med. pag.* 292. *col.* 2 *C. tom.* 1.

66. Chriſtus pax eſt noſtra, ſalus, lux, gloria Pax eſt quia mediator : ſalus, quia Redemptor : lux, quia doctor : gloria, quia præmiator. *In cap.* 2. *Lucæ, ſup. illud, Et gloriam plebis tuæ Iſrael, pag.* 29. *col.* 2. *B. tom.* 2.

67. Eſurivit Chriſtus in tentatione, & ſitivit in paſſione ut oſtenderet ſe veram habere humanitatem, & ut invitaret ad paupertatem, & pœnitentiæ pœnalitatem. *Prоſ.*

S. BONAVENT. 68. Eſurivit autem & ſitivit non ſibi, ſed nobis, quibus promeruit refectionem ſpiritualem corporis & ſanguinis ſui, quibus reficimur & potamur. *In cap. 4. Lucæ, poſt initium, pagina 42. columna 2. littera D. tom. 2.*

69. Cathedram habet in cœlo, qui intùs docet corda. *Sup. cap. 19. Lucæ, ante finem, in illud Matth. 23. Magiſter veſter unus eſt Chriſtus, pag. 241. col. 1. tom. 2.*

70. Chriſtus eſt via ad gradiendum, veritas ad inveniendum, & vita ad permanendum. *Serm. 1. Dom. 22. poſt Pentecoſt. poſt medium, pagina 206. columna 1. tom. 3.*

71. Hi toties Chriſtum vendunt, qui quoties ipſum pro aliquo temporali relinquunt. *Ser. 4. Dom. 5. poſt Trinit. circa init. pag. 156. col. 2.*

*71. Chriſtus eſt
- Homo. — Homo, naſcendo.
- Leo. — Leo, ſurgendo.
- Vitulus. — Vitulus, patiendo.
- Aquila. — Aquila, alta petendo.

Serm. 5. Reſurr. Dom. ſub finem, pagina 96. columna 1. tom. 3.

73. Chriſtus eſt
- Princeps fideliſſimus.
- Princeps pacificus.
- Princeps clementiſſimus.
- Princeps juſtiſſimus. *Serm. 2. Dom. 3. poſt Paſcha per totum pag. 111. & 112.*

74. Chriſtus eſt
- Nobilis, ſecundùm carnem.
- Nobilior, ſecundùm animam.
- Nobiliſſimus, ſecundùm divinitatem. *Serm. 3. de Aſcenſ. in princ. pag. 123. col. 2. tom. 3.*

75. Chriſtus eſt via in exemplo per honeſtatem vitæ, veritas in documento per claritatem ſapientiæ, & vita in præmio per æternitatem gloriæ. *Prof.*

76. Eſt via, qoam vis ire per exemplum vitæ: veritas, quam vis invenire per documentum doctrinæ: & vita, in qua vis manere per præmium gloriæ. *Serm. 1. Dom. 22. poſt Trinit. poſt med. ſup. illud Ioan. 14. Ego ſum via, veritas & vita. pag. 206. col. 1. tom. 3.*

77. Chriſtus eſt oſtium, per quod intratur ad notitiam ſanctæ Trinitatis. *De 7. donis ſancti Spirit. in ſpecie de dono intellectus cap. 5. poſt med. pag. 252. col. 2. E. tom. 6. part. 1.*

78. Cui ſapit Chriſtus, amarus eſt illi mundus: quia guſtato ſpiritu Chriſti, deſipit omnis caro. *In collatione de contemptu ſeculi, ante finem, pag. 96. col. 1. C. tom. 7. part. 3.*

79. Chriſtianæ Religionis fundamentum, Chriſtus eſt. *In Apologia pauperum. Reſponſ. 3. cap. 1. in princ. pag. 402. col. 1. B. tom. 7. part. 4.*

80. Chriſtus ſit vita tua, lectio tua, meditatio tua, locutio tua. *Profec.*

81. Chriſtus ſit deſiderium tuum, lucrum tuum, ſpes tua, & merces tua. *In Alphabet. Religioſor. lect. 21. pag. 529. col. 1. D. tom. 7. part. 4.*

S. CÆSARIUS ARELAT. 82. Indumenta Chriſti, merita Sanctorum ſunt. *Homil. 6. ante finem, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 750. col. 2. F.*

CASSIODORUS. 83. Sicut ligat diabolus, qui peccata connectit: ita ſolvit Chriſtus, qui delicta dimittit. *Sup. Pſal. 145. verſ. 6. folio 22. col. 2.*

S. CYPRIANUS. 84. Chriſtus in verbis fuit doctor, & conſummator in factis: docens quid fieret, & faciens quodcunque docuiſſet. *De Lapſis cap. 3. ante med. pag. 239. colum. 1. tom. 2.*

S. CYRILLUS HIEROSOL. 85. JESUS CHRISTUS vocatur duplici nomine, JESUS, propter ſalvationem: CHRISTUS, propter Sacerdotium, quo fungitur. *Catecheſ. 10 circa med. apud Bibl. Patrum, tom. 4. pag. 418. col. 1. D. edit. Coloniæ 1618.*

S. EUSEB. EMISSEN. 86. Nos Chriſti mors vivificavit, nos Reſurrectio erexit, nos Aſcenſio conſecravit. *Homil. 2. de Aſcenſ. ſub finem, apud Bibl. Patrum, tom 5. part. 1. pag. 571. col. 2. G.*

GILLEBERTUS PORRET. 87. Totus eſt nobis Chriſtus charitatis illecebra, & incitamentum amoris. *Serm. 19. ſup. Cant. poſt med. inter opera D. Bernardi volumine 2. folio 16. columna 4. littera M.*

GLOSS. DICL. 88. Chriſtus fuit Imperator & Sacerdos. *Apud Gratian. in decretis fol. 8. col. 4. edit. Lugdun. 1510.*

GLOSS. INT. 89. Chriſtus eſt,
- Virtutum flos.
- Corona Angelorum.
- Sertum electorum. *Sup. Iſaiam, cap. 11. in princ. col. 138. F. tom. 4.*

90. Vita eſt eſſe cum Chriſto, quia ubi Chriſtus eſt, ibi regnum. *Sup. Luc. cap. 23. columna 994. littera D. tom. 5.*

S. GREGORIUS MAGNUS. 91. Chriſtus, homo naſcendo, vitulus moriendo, leo reſurgendo, Aquila ad cœlos aſcendendo factus eſt. *Lib. 31. Moral. cap. 19. ante med. col. 1086. B. Et Hom. 4. ſup. Ezech. ab init. col. 90. B. tom. 2.*

92. Chriſtus,
- Moriendo, docuit mortem non metui.
- Reſurgendo, docuit de vita confidi.
- Aſcendeodo, de cœleſtis patriæ hæreditate gloriari. *Libr. 27. Moral. cap. 8. circa med. col. 908. B. tom. 1.*

S. GREG. NAZ. 93. Agnoſcamus myſterii virtutem, & quâ gratiâ Chriſtus ſit mortuus. *Profec.*

94. Efficiamur ſimiles Chriſto, quandoquidem & Chriſtus ſimilis factus eſt nobis.

95. Efficiamur Dii propter ipſum, nam & ipſe homo factus eſt propter nos: ſuſcepit in ſe quod deterius eſt, ut daret quod eſt melius.

96. Pauper eſt factus, ut nos per ipſius paupertatem divites reddamur.

97. Formam ſervi accepit, ut nos libertate potiamur: deſcendit, ut nos exaltemur.

98. Tentatus eſt, ut nos vincamus: ignominia affectus eſt, ut nos glorificaret: mortuus eſt, ut nos ſalvaret. *Serm. de Paſch. in med. pagina 311.*

99. Chriſtus multis nominibus apellatur.
- Modò verbum.
- Modò virtus.
- Modò ſapientia.
- Modò dextra.
- Modò brachium.
- Modò margarita.
- Modò theſaurus.
- Modò retia.
- Modò aratrum.
- Modò fons.
- Modò Petra.
- Modò lapis angularis.
- Modò Agnus.
- Modò Homo.
- Modò vitulus.
- Modò aquila.
- Modò leo.
- Modò via.
- Modò veritas.
- Modò vita. *Prof.*

100. Nam ob hoc, Verbum nuncupatur; quia ſemper in Patre, & de Patre, & nihil ſine eo Pater juſſit, aut fecit.

101. Virtus dicitur, quia propriè de Deo eſt, & omnis poteſtas Patris in ipſo conſiſtit.

102. Sapientia appellatur, quia non aliundè, quàm de Patre veniens, credentibus arcana cœleſtia reſeravit.

103. Dextera nuncupatur, quia per eum omnia divina opera perfecta ſunt.

Digitized by Google

S. Greg. Naz.

104. Brachium dicitur, quia ab ipſo omnia continentur.

105. Margarita appellatur, ut nihil illo pretioſius habeatur.

106. Theſaurus dicitur, ut in ipſo omnes opes & divitiæ regnorum cœleſtium recouditæ cognoſcantur.

107. Retia uominatur, quia per ipſum & in ipſo de mari ſeculi diverſa Gentium multitudo, more piſcium, per Baptiſmum in Eccleſia congregatur, ubi bonorum malorumque diſcrimen agnoſcitur.

108. Aratrum nuncupatur, quia ſigno crucis ejus dura pectora ſubiguntur.

109. Fons aquæ vivæ appellatur, quia ex eo ſapientium corda cœleſtis aquæ gratia irrigantur.

110. Petra dicitur, quia credentibus ſortitudiuem, incredulia duritiem præſtat.

111. Lapis angularis nominatur, quia utroſque parietes novi & veteris Teſtamenti, ipſe unus & mediator in ſemetipſo continens copulavit.

115. Agnus appellatur, ut innocentia ejus, & paſſio demonſtretur.

113. Homo dicitur, quia ſecundùm carnem propter nos homines naſci dignatus eſt.

114. Vitulus dicitur, quia propter noſtram ſalutem immolari ſuſtiuuit.

115. Aquila nominatur, quia poſt veuerabilem Reſurrectionem, ut Rex alitum ad Patris revolar ſedem.

116. Leo eſt dictus, quia ipſe eſt Rex regum, qui mortem ac diabolum virtutis ſuæ poteſtate comminuit.

117. Via eſt, quia per ipſum ad Patrem acceſſus eſt.

118. Veritas eſt, quia mendacium neſcit.

119. Vita eſt, quia dat vitam, & ipſum hæc univerſa ſignificant. *De fide poſt medium. pagina* 398. *&* 399.

S. Hieronym.

150. Tibi convivium Chriſtus ſit, cogitatio tua Chriſtus, gaudium Chriſtus, deſiderium Chriſtus, lectio Chriſtus, quies Chriſtus. *Tom.* 4. *Ep.* 13. *de* 7. *Ordinibus Gradu ultimo. ſub finem pag.* 86. *lit. D.*

S. Hilarius.

121. Qui erat, naſcitur: qui immutabilis eſt, creſcit ætate: qui impaſſibilis, patitur: qui vivens eſt, moritur, qui mortuus eſt, vivit. *Lib.* 5. *de Trinit. ante med. fol.* 21. *col* 4. *& conſequ.*

122. Ego ſum via, via eſt dux euntium, feſtinantium curſus, ignorantium ſecuritas, & quædam neſcitarum, ac deſideratarum rerum magiſtra. *Ibidem, lib.* 12. *poſt med. fol.* 78. *col.* 5.

Hugo a S. Victore.

123. Chriſtus omnia eſt iu omnibus.
- Vita.
- Virtus.
- Panis.
- Potus.
- Forma.
- Salus.
- Lux.
- Fons vitæ.
- Dux.
- Lex.
- Medicina. *Sup. Ioëlem poſt med. pagina* 145. *lit. H. tom.* 1.

124. Chriſtus
- Deſcendit. — Deſcendit ad mortem.
- Suſcepit. — Suſcepit mortalitatem.
- Suſtinuit. — Suſtinuit paſſionem.
- Vicit. — Vicit mortem.
- Reſtauravit. — Reſtauravit hominem. *In Soliloq. de Arrha animæ poſt med. pagina* 147. *G. tom.* 2.

125. In hac vita Chriſtus eſt rex gratiæ, in gremio miſericordiæ peccatores collocando: iu die judicii erit pluvia ſuper impios cum ſtrepitu ſæviendo. *Profec.*

126. Chriſtus eſt ros (ô peccator) ad ſpem aſcende: Chriſtus eſt pluvia (ô ſuperbe) à tribunali cordis tui deſcende. *Lib.* 2. *Miſcellan. codic.* x. *tit.* 39. *circa init. pagina* 155. *F. tom.* 3.

Hugo Card.

127. Chriſtus nec finem habet, nec principium: ſed & ſine Patre fuit in terris, & ſine Matre in cœlis. *Sup. Geneſ. cap.* 14. *folio* 19. *col.* 3. *tom.* 1.

128. Chriſtus tribus armis, ſc.
- Humilitate.
- Paupertate.
- Vitæ auſteritate.

tres hoſtes devicit.
- Diabolum per humilitatem.
- Carnem per vitæ auſteritatem.
- Mundum per paupertatem. *Sup. Pſal.* 34. *Myſticè folio* 86. *col.* 1. *tom.* 2.

129. Ego ſum via, veritas, & vita, via non errans, veritas non fallens, vita non deficiens. *Prof.*

130. Via ducens, veritas lucens, vita paſcens.

131. Via in exemplo, veritas in promiſſo, vita in præmio.

132. Via errantibus, veritas illuſis, vita mortuis.

133. Via, quà itur, veritas ad quam itur, vita in qua ſtatur. *Sup. Joannem, cap.* 14 *folio* 370. *columna* 1. *tom.* 6.

S. Joannes Chrysost.

134. Ubi Chriſtus eſt, ibi ſunt Angeli, ibi cœlum, ibi lux hac ſolari luce fulgentior. *Hom.* 49. *ſup. Matth. circa finem, col.* 420. *tom.* 2.

135. Ubi Chriſtus medius, magna multitudo eſt. *Homil.* 26. *ſup. Acta Apoſtolorum, in medio, col.* 627. *A tom.* 3.

136. Nihil oneroſum ſentit, cui particeps Chriſtus exiſtit. *Serm. de fide, ſpe & charitate, circa med. col.* 984. *D. tom.* 3.

137. Chriſtus eſt caput, nos corpus: ipſe fundamentum, nos ædificium: ipſe vitis, nos palmites: ipſe ſponſus, nos ſponſa: ipſe paſtor, nos oves: ipſe via, nos viatores. *Homil.* 8. *ſup.* 1. *ad Cor. in princ. Moralis, col.* 386. *D. tom.* 4.

138. Chriſtus voluit pro nobis
- Incarnari.
- Lactari.
- Comedere.
- Bibere.
- Dormire.
- Tentari.
- Laborare.
- Baptizari.
- Flagellari.
- Crucifigi.
- Mori. *Homil.* 21. *ad populum Antioch. ante med. col.* 202. *A. tom.* 5.

139. Chriſtus mortuus eſt ut tibi immortalitatem donaret: eſuriit ut te ſua carne ſatiaret: ſitivit ut te proprio potaret ſanguine. *Profec.*

140. Super aſinum ſedit, ut te ſuper Cherubim ſedere faceret: baptizatus eſt, ut te illuminaret: alapis cæſus eſt, ut te à ſervitio liberaret.

141. Viator factus eſt, ut te ſine labore redderet: navigavit, ut te ſine timore faceret: ex muliere natus eſt, ut prævaricationem Evæ deleret: homo appellatus eſt, ut te Deum vocaret: filius hominis dictus eſt, ut te in filium adoptaret Dei.

142. Accepit quæ erant noſtra, & dedit nobis quæ erant ſua. *Hom. de cruce Dom. in medio col.* 139. *A. tom.* 3.

143. Tota vita Chriſti probris plena fuit. *Hom.* 28. *ſup. Ep ad Hebr. poſt med. col.* 1834. *D. tom.* 4.

Lact. Firm.

144. Chriſtus ſummi Patris filius, templi maximi janua eſt, lucis via, dux ſalutis, oſtium vitæ. *Lib.* 4. *de vera ſapientia. cap.* 29. *in fine pag.* 191.

145. Miſerabilis factus eſt Chriſtus, ignominioſus, & informis, ut miſerabilibus ſpem præbeat. *Ibid. cap.* 16. *in fine verbo græco medio poſt Sybillam.*

S. Leo I.

146. Plus nobis Chriſtus contulit, quàm diabolus abſtulit. *Serm.* 1. *de Aſcenſ. in fine fol.* 60. *pag.* 2.

Ludovicus Blosius.

147. Ipſe Chriſtus, cùm Deus eſſet, etiam homo propter nos fieri voluit, propter nos natus, paſſus & mortuus eſt, propter nos reſurrexit; propter nos aſcendit in cælum. *In canone vitæ ſpiritualis cap.* 4. *ante finem. pag.* 4. *col.* 2.

148. Chriſti vita liber admodum præclarus eſt, doctis, perfectis, atque imperfectis (qui Deo pla-

cere capiunt) communis. *In ſpeculò ſpirit. cap.* 10. *poſt med. pag.* 61. *col.* 1.

S. ODILO. 149. Chriſtus eſt via, veritas, & vita: via rectè gradientium, veritas veritatem amantium, vita benè viventium. *Serm.* 3. *de Purificat. in fine apud Bibl. Patr. pag.* 605. *col.* 1. *A. tom.* 1.

ORIGEN. 150. Chriſtus non ſolùm ſacerdos, ſed & ſacerdotum Sacerdos eſt: & non ſolùm Pontifex, ſed Pontificum Pontifex: nec Sacerdotum Princeps, ſed Princeps Principum Sacerdotum. *Homil.* 6. *in caput* 8. *Levitici ante med. pag.* 82. *col.* 1. *lit.* 1. *tom.* 1.

S. PAULINUS. 151. Chriſtus ab humili poſſidetur, & à mundo corde conſpicitur. *Ep. ad Deſiderium circa med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 198. *col.* 1. *A.*

152. Quantò mundior corde, tantò capacior Chriſti es. *Ibid.*

PETR. BLES. 153. Omnis Chriſti actio, Chriſtiani eſt lectio. *Serm.* 9. *de Purificat. poſt init. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 849. *col.* 2. *H.*

154. Cui Chriſtus ſufficit, nihil deficit. *Ibid. tract. de Hieroſolymitana peregrin. ante finem pag.* 931. *col.* 1. *B.*

S. PETRUS CHRYSOLOG. 155. Chriſtus iraſcitur ut Dominus, contriſtatur ut parens, dolet ut homo, intuetur ut Deus. *Serm.* 32. *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 635. *col.* 2. *F. edit. Coloniæ* 1618.

S. PETRUS DAMIANUS. 156. Chriſtus ſit confabulator tuus, Chriſtus tibi contubernalis ſit & conviva: Chriſtus ipſæ tuæ ſint deliciæ, ipſæ quotidianæ refectionis ſ pulum, ipſe tibi ſint intimæ dulcedinis alimentum. *Profec.*

157. Cum illo ſimul lege, cum illo jugiter pſalle, cum illo denique te in pavimento oratura proſterne.

158. Cum illo te rege. cum illo te dormituram lectulus capiat, cum eodem ſopor inveniat. *Epiſt.* 6. *ad Agnetem Imperatricem. poſt. med. pag.* 113. *col.* 1. *E. tom.* 1.

159. Habeatur Chriſtus in corde, habeatur & in operatione ſignaculum Chriſti, ut ejus in nobis ſemper vivat memoria, & ſubrepentium cogitationum prava compeſcat. *Serm.* 39. *de S. Caſſiano, ante fin. pag.* 238. *col.* 2. *C. tom.* 2.

160. Chriſtus ſit omne quod loquitur, omne quod delectatur, omne quod ſapit, omne quod vivit: Chriſtum ſpiret. Chriſtum flagitet, Chriſtum æſtuet, Chriſtum pronuntiet, Chriſtum aſſidua meditatione pertractet. *Serm.* 73. *de vitio linguæ. in fine pag.* 324. *col.* 2. *B. tom.* 2.

S. PROSPER. 161. Omnis perfectio eſt in Chriſto, ultrà quem non eſt, quò ſe ſpes fidei & charitatis extendat. *Sent.* 190. *in fine tom.* 3. *pag.* 752.

162. Finis legis Chriſtus eſt, in quo lex juſtitiæ non conſumitur ſed impletur. *Ibidem.*

163. Finis fidelium Chriſtus eſt, ad quem cùm pervenerit currentis intentio, non habet quod poſſit ampliùs invenire, ſed habet in quo debeat permanere. *Ibid. Sent.* 206 *pag.* 753.

164. Sic eſt veritas Chriſtus, ut totum verum accipiatur in Chriſto: verum verbum Dei, vera anima, vera caro, verus homo, verus Deus, vera Nativitas, vera Paſſio, vera Mors, vera Reſurrectio. *Ibidem* 325. *pag.* 760. *lit. D.*

RICH A S. VICTORE. 165 Sponſus Chriſtus auditur per memoriam, videtur per intelligentiam, deoſculatur per affectum, amplectitur per applauſum. *Profec.*

196. Auditur per revelationem, videtur per contemplationem, deoſculatur per devotionem, adſtringitur per dulcedinis ſuæ infuſionem. *Part.* 1. *lib.* 4. *de contemplat. cap.* 15. *in medio. pag.* 192. *col.* 8. *C. D.*

167. Chriſtus
- Tenuis eſt in flagellis.
- Tener in miſericordiis.
- Lenis in donis.
- Levis in præceptis.
- Pulcher in exemplis.
- Fragrans in promiſſis.
- Fructuoſus in præmiis. *Part.* 1. *de comparatione Chriſti ad florem, poſt med. pag.* 600. *col* 2. *C.*

S. THOMAS AQUINAS. 168. Chriſtus laborem, ſitim, famem & corporis flagella ſuſtinuit, ne homines voluptatibus, & deliciis inenti, propter aſperitates hujus vitæ, retraherentur à bono virtutis. *Prof.*

169. Ad extremum ſuſtinuit mortem, ne propter mortis timorem aliquis veritatem dereret.

170. Et ne aliquis pro veritate vituperabilem mortem timeret, exprobratiſſimum genus mortis elegit, ſcilicet, Crucis. *Tom.* 2. *opuſc. contra Græcos, Armenos &c. cap.* 7. *ante med. fol.* 100. *pag.* 1.

THOMAS A KEMPIS. 171. Chriſtus
- Ipſe Magiſter eſt omnium.
- Ipſe liber & regula religioſorum.
- Ipſe commentum Monachorum.
- Ipſe textus, & gloſſa decretorum.
- Ipſe forma vitæ Clericorum.
- Ipſe doctrina Laïcorum.
- Ipſe lucerna Fidelium.
- Ipſe lætitia Juſtorum.
- Ipſe gloria Angelorum.
- Ipſe finis & conſummatio omnium deſideriorum ſanctorum. *Serm.* 3. *ad Novitios diviſ.* 7. *pag.* 15. *tom.* 1.

172. Credere in Chriſtum, mente cernere eſt: & ardenter amare, ipſum tenere eſt. *Medit.* 3. *de Adventu cap.* 4. *in princ. pag.* 193. *tom.* 1.

Vide plura de Chriſto juxta titulos de Chriſto indice deſignatos; & venditio. Sent. 4.

Chriſtus

A DIABOLO TENTATUS & incognitus.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. PLenus JESUS Spiritu ſancto agitur in deſertum, conſilio ut diabolum provocaret: nam niſi ille certaſſet, non mihi iſte viciſſet. *Lib.* 4. *in Lucam cap.* 4. *ſup. illud, Ductus eſt* JESUS *in deſertum. col.* 1667. *D. tom.* 5.

2. Qui quadraginta diebus eſurire non potuit, oſtendit ſe non cibum eſurire corporis, ſed ſalutem: ſimul ut adverſarium laceſſeret, Jàm timentem, qui quadraginta dierum jejunio fuerat vulneratus. *Profec.*

3. Et ideò fames Domini pia fraus eſt, ut in quo diabolus majora metuens jàm cavebat, famis ſpecie lactatus tentaret, ut hominem, ne impediretur triumphus. *Ibid. ut ante col.* 1668. 4.

4. Cognoverat diabolus Dei filium eſſe venturum, ſed veniſſe per hanc infirmitatem corporis non putabat. *Profec.*

5. Sic tentat, ut exploret: ſic explorat, ut temet; è contra Dominus ſic eum fallit, ut vincat: ſic adhuc vincit, ut fallat: nam ſi convertiſſet naturam, proderet Creatorem. *Ibidem ſup. illud, Si filius Dei es* &c. *col.* 1668. *B. C.*

S. ANSELMUS. 6. Tentatus eſt Chriſtus in noſtra carne, & expertus eſt miſerias noſtras: tentatus eſt per omnia tentationum genera, quia in tribus illis tentationibus, quas à diabolo pertulit, omnia tentamenta continentur. *Sup. Epiſt. ad Hebr. cap.* 4. *in illud Tentatum autem per omnia,* &c. *fol.* 215. *col.* 2.

S. AUGUSTIN. 7. Dominum Deum tuum adorabis &c. ita calcata eſt ſuperbia, ſubjecta eſt extrema curioſitatis illecebra. *De vera Religione cap.* 38. *circa finem pag.* 508 *C. tom.* 1.

8. Chriſtus diabolo ſe tentandum præbuit, ut ad ſuperandas tentationes hominis mediator eſſet, non ſolùm per adjutorium, verùm etiam per exemplum. *Lib.* 4. *de Trinit. cap.* 13. *ante med. pag.* 217. *A tom.* 3.

9. Chriſtus in deſerto per tria eſt tentatus, in quibus primus homo ſeductus eſt; tentantem ſathanam tribus reſponſionibus vicit. *Profec.*

S. AUGUSTIN. 10. In diaboli tribus reſponſionibus, tota iniquitas: in Chriſti verò tribus reſponſionibus (quibus diabolus repugnatur) tota juſtitia fuit. *Lib. de Mirabilibus ſacræ Scripturæ cap. 6. in princ. pag. 537. A tom. 3.*

11. Tantùm Chriſtus dæmonibus innotuit, quantùm voluit: tantùm autem voluit, quantùm oportuit. *Lib. 9. de Trinit. cap. 21. circa init. pag. 164. littera C. tom. 5.*

12. Dubitavit de Chriſto dæmonum Princeps, eumque tentavit, an Chriſtus eſſet explorans, quantùm ſe tentari ipſe permiſit, ut hominem quem gerebat ad noſtræ imitationis temperaret exemplum *Ibidem ſub finem. pag. 164. lit. D.*

13. Diabolus tentavit, Chriſtus tentatus eſt: tentatus tamen vicit, tentator victus eſt. *Sup. Pſal. 34. concion. 1. verſ. 4. pag. 169. lit. B.*

14. Tentatio Chriſti, noſtra doctrina eſt. *Sup. Pſ. 90. in princip. enarrationis. pag. 687. A tom. 8.*

15. Ideò tentatus eſt Chriſtus, ne vincatur à tentatore Chriſtianus. *Prof.*

16. Ille magiſter in omnibus tentari voluit, quia tentamur; ſicut mori voluit, ſicut reſurgere voluit, quia morituri, & reſurrecturi ſumus. *Sup. Pſ. 90. concion. 2. in princip. pag. 693. B. tom. 8.*

Ve BEDA. 17. Eſurit humilis Deus homo, ne inimico innoteſcat ſublimis homo Deus. *Lib. 1. in Lucam cap. 4. ſuper illud, Poſtea eſurit. col. 259. tom. 5.*

18. Antiquus hoſtis Redemptorem humani generis debellatorem ſuum in mundum veniſſe quidem cognovit, ſed tamen cùm hunc paſſibilem cerneret, omne quod de ejus divinitate ſuſpicatus eſt, ei faſtu ſuæ ſuperbiæ in dubium venit. *Ibidem &c. ſup. illud, Si filius Dei es, &c. col. 259. tom. 5.*

19. Chriſtum dierum quadraginta jejunio fatigatum diabolus hominem cognoverat, nec tentando valebat, an & Dei filius eſſet experiri, ſed poſteà per ſignorum potentiam, filium Dei eſſe ſuſpicatus eſt *Ibid. lib. 2. cap. 4. ſuper illud 14. Sciebat ipſum eſſe Chriſtum, columna 270. tom. 5.*

S. BONAVENT. 20. Tentandi motivum ſumpſit diabolus ex quatuor in Chriſto conſideratis; primum eſt gratiæ plenitudo; ſecundum, loci ſolitudo; tertium, ſuſpicio divinitatis; quartum, inſpectio infirmitatis. *Prof.*

21. Conſideratio plenitudinis gratiæ, per invidiam movit diaboli voluntatem ad tentandum.

22. Conſideratio ſolitudinis, præſtitit tentandi malignitatem.

23. Conſideratio divinitatis, movit tentandi curioſitatem.

24. Inſpectio infirmitatis, præbuit tentandi opportunitatem. *In caput 4. Lucæ circa init. pag. 42. col. 1. D. E. tom. 2.*

25. Noluit Chriſtus ampliùs abſtinere, ne diabolus poſſet percipere. *Ibid. poſt med. ſup. illud, Poſteà eſurit. pag. 42. col. 2. D.*

26. Eſurivit Chriſtus in tentatione, & ſitivit in paſſione, ut oſtenderet ſe veram habere humanitatem, & invitaret ad paupertatem, & pœnitentiæ pœnalitatem: eſurivit autem & ſitivit, non ſibi ſed nobis. *Ibidem.*

27. Nota dolum diaboli in tentando, quia cùm videret Chriſti infirmitatem, & dubitaret de divinitate, voluit divinitatem cognoſcendo cavere, & humanitatem ſeducendo dejicere. *Ibid. ſup. illud, Si filius Dei es, &c. pag. 43. col. 1. lit. B*

28. Chriſtus ſe defendit per Scripturam, in quo celat ſuam ſapientiam, & occultat potentiam, & conſervat juſtitiam: & ſic diaboli ſuggeſtio omninò irrita eſt, quia nec de Deo ſumpſit experientiam, nec hominem pertraxit ad gulam. *Ibidem ſuper illud, Scriptum eſt enim, &c. pag. 43. col. 1. lit. C.*

29. Non innotuit dæmonibus Chriſtus ut ſplendor & lux, ſed per quandam virtutis ſuæ efficaciam. *Profec.*

30. Nolebat enim Dominus nominis ſui cognitionem per dæmones divulgari, tùm quia indigni erant, tùm etiam quia odioſi, tùm etiam quia fraudulenti. *Ibidem ſuper illud, Sciebant ipſum eſſe Chriſtum. pag. 52. col. 1.*

S. BONAVENT. 31. Chriſtus ut exemplo vitæ ſuæ ad reſiſtendum diabolo cæteros efficaciter informaret, voluit à ſpiritu dirigi, deinde a diabolo tentari. *Serm. 2. dom. 1. Quadrag. in princ. pag. 64. col 2. tom. 3.*

32. Primò diabolus tentavit Chriſtum de gula, ut inficiat animæ & corporis puritatem: ſecundò, de vana gloria, ut inducat mundanæ oſtentationis vanitatem: tertiò, de avaritia, ut decipiat per mundanæ pulchritudinis delectabilitatem. *Prof.*

33. Tentationem gulæ vicit abſtinentiâ: tentationem vanæ gloriæ vicit humilitate: & tentationem avaritiæ, vicit paupertate. *Ibidem poſt med. pag. 66. columna 1. lit. C.*

S. CYPRIAN. 34. Si filius Dei es, &c. Non vult fateri, nec præſumit diabolus diffiteri Chriſtum filium Dei, ſed dubiè diſpenſéque conſulens, tendiculas blandis innectit ſermonibus, ut obaudientem ſibi reddat obnoxium, & ſe de compaſſionis ſpecie reddat acceptum. *De jejunio & tentat. Chriſti, capit 3. ante med. pag. 462. colum. 2. tom. 3.*

35. Duplicem inquiſitionem ſinuosâ calliditate diabolus orditur, ut de Chriſto utrùm naturalis filius Dei ſit, ipſo reſpondente certitudinem habeat: ut cùm Deum confeſſus ſe fuerit, abſurdum videatur quod Deus eſuriat; & in quamcumque partem ſe reſponſio verterit, neceſſitas concluſionis occurrat. *Ibid.*

36. O execrabilis diaboli malitia! ô ſtulta nequitia! ô inſenſata verſutia! ô præſumptio excæcata! putabat malignus, quem gula non vicerat, vanâ gloriâ ſuperari. *Ibid. cap. 4. circa med. pag. 463. col. 2.*

S. ELIGIUS. 37. Tentator diabolus ex pharetra malitiæ ſuæ, direxit Chriſto primum ſpiculum gulæ. *Hom. 3. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 236. col. 2. lit. F. Profec.*

38. Dominus verò clypeum jejunii prætendit, & ignitum hoſtis jaculum in ipſo extinxit atque confregit. *Ibidem.*

39. Sicut tentatorem Dominus ſuperavit, ſic te ſuperare docuit *Ibidem ante finem. pag. 237. col. 1. B.*

S EUSEBIUS EMISSEN. 40. Diabolus dùm quærit quem occidere poſſit, invenit quem damnare non poſſit. *Hom 6. de Paſcha in calce. apud Bibl. Patrum tom. 5. part. 1. pag. 562. columna 1. lit. D.*

S. GAUDENT 41. O inenarrabilis Chriſti patientia! qui idcircò tentatorem loqui permittit, ut ſuſcepto homini artem præliandi atque vincendi in ſemetipſo demonſtraret. *Prof.*

42. O effrænis diaboli mandacis audacia! Deum ſentit, & tentat. *In reſponſ. ad Germinium. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 830. col. 2. lit. F. edit. Coloniæ. 1618.*

GLOSS. DECR. 43. Diaboli perfectè Chriſtum Deum eſſe non noverunt, tamen credebant eum eſſe filium Dei. cùm viderunt ambulantem ſuper aquas; cùm autem viderunt eum eſurire, non credebant. *Apud Gratian. in decretis fol. 42. col. 1. edit. Lugd. 1540.*

GLOSS. ORD. 44. Chriſtus quaſi latens in humanitate vicit diabolum, & caro fuit cauſa hujus victoriæ: niſi enim Deus carne obumbraretur, diabolus eum non aggrederetur. *Sup. Cantica cap. 3. col. 1844. F. tom. 3.*

45. Chriſtus non tentatur à diabolo, niſi quia ad deſertum exierit: jejunat ut tentetur; tentatur quia jejunat: ut homo eſurit, ut celetur Deus. *Sup. Matth. cap. 4. ſup. illud, Ut tentaretur à diabolo, columna 80. lit. F. tom. 5.*

46. Infelix hoſtis famem & victoriam ſperavit, atque Adamum videre putavit: cæterùm tanquam ad Adamum acceſſit, ſed Adami Creatorem Adami natura amictum invenit. *Ibid. cap. 4. col. 81. C.*

47. Aliud hoc eſt explorantis eſt, aliud tentantis, dùm Deum confiteri videtur, & hujus diabolus illudere conatur: ſic enim tentat, ut exploret quod veretur: ſic explorat, ut tentando decipiat. *Ibid. cap. 4. col. 82. lit D. ſup. illud, Si filius Dei es.*

GLOSS. ORD.

48. Chriſtus nonniſi poſt Baptiſmum ſe tentari permiſit, inſinuans ad ſe euntes graviores paſſuros tentationes. *Ibid.* &c. *lit. E.*

49. Suadet diabolus eſuriem pane de lapidibus facto relevare, non quòd Chriſti curet ſalutem, ſed ex mutatione cognoſcat virtutem, & ſi purus homo eſſet, panis oblectamento, illuderet eſuriem patienti. *Ibid.*

50. Tribus modis fit tentatio, ſuggeſtione, delectatione, conſenſu: Chriſtus verò ſola ſuggeſtione tentatus fuit, quia delectatio peccati mentem ejus non momordit. *Ibidem.*

51. In deſerto ubi vicit diabolus, ibi vincitur à Chriſto: ubi cecidit homo, ibi reſurgit. *Sup. Marc. cap.* 1. *ſup. illud, Vox clamantis in deſerto. col.* 483. *littera A. tom.* 5.

S. GREGOR. MAGN.

52. Paſſibilem Chriſtum vidit diabolus, non Deum natum, ſed Dei gratia cuſtoditum hominem credidit. *Lib.* 2. *Moral. cap.* 2. *in medio. num.* 23. *col.* 43. *lit. B. tom.* 1.

53. Malignus ſpiritus, cùm Redemptorem noſtrum miraculis coruſcare conſpicit, clamat: Scimus quòd ſis ſanctus Dei: qui hæc dicens cognoſcendo Dei filium pertimeſcit, ſed tamen vim ſupernæ pietatis ignorans (dum paſſibilem conſiderat) hominem purum putat. *Lib.* 3. *Moral. cap.* 11. *ante med. num.* 12. *columna* 74. *littera D. tom.* 1.

54. Chriſtus à ſancto Spiritu in deſertum ductus creditur; ut illic eum ſuus ſpiritus duceret, ubi hunc ad tentandum malignus ſpiritus inveniret. *Hom.* 16. *in Evang. in princ. col.* 371. *lit. D. tom.* 2.

55. Non eſt indignum Redemptori noſtro quòd tentari voluit, qui venerat occidi. *Prof.*

56. Juſtum quippè erat, ut ſic tentationes noſtras ſuis tentationibus vinceret, ſicut mortem noſtram venerat ſua morte ſuperare. *Ibidem poſt init. columna* 372. *lit. A.*

S. GREG. NAZ.

57. Tentatus eſt Chriſtus, ut nos vincamus. *Serm. de Paſch. in medio pag.* 311.

S. HILARIUS.

58. Ita dignum nequitiâ diaboli & ſcelere erat, ut in eo cujus morte, & calamitatibus gloriabatur homine vinceretur, & qui Dei beneficia homini invidiſſet, ante tentationem Deum in homine intelligere non poſſet. *Sup. Matth. Can.* 3. *in princ. fol.* 3. *col.* 3.

59. Tentatur ſtatim poſt Baptiſmum Dominus, tentatione ſua indicans, in ſanctificatis nobis maximè diaboli tentamenta graſſari: quia victoria eſt ei magis exoptata de Sanctis; non enim cibum hominum eſurit, ſed ſalutem. *Ibid. ut antè.*

60. Non erat à Deo diabolus, ſed à carne vincendus, quem utique tentare auſus non fuiſſet, niſi in ea per eſuritionis infirmitatem, quæ ſunt hominis, recognoviſſet. *Ibidem*, &c.

S. HIERONYM.

61. Dic ut lapides iſti panes fiant: Duobus contrariis teneris diabole; ſi ad imperium ejus poſſunt lapides panes fieri, ergo fruſtra tentas eum, qui tantæ potentiæ eſt: ſin autem non poteſt facere, fruſtrà Filium Dei ſuſpicaris. *Lib.* 1. *ſup. Matth. cap.* 4. *Can.* 5. *num.* 16. *pag.* 16. *D. tom.* 9.

62. In omnibus tentationibus hoc agit diabolus, ut intelligat ſi Filius Dei ſit, ſed Dominus ſic reſponſionem temperat, ut eum relinquat ambiguum. *Ibid. ſup. illud, Si Filius Dei es.*

63. Vox diaboli (qui ſemper omnes cadere deorsùm deſiderat.) Mitte te, inquit, deorsùm: perſuadere poteſt, præcipitare non poteſt. *Ibidem*, &c. *ſup. illud, Mitte te deorsùm.*

64. Ridiculè putant quidam dæmones ſcire Filium Dei, & diabolum ignorare, eo quòd minoris malitiæ ſint iſti, quàm ille, cujus ſatellites ſunt. *Profec.*

65. Tàm dæmones quàm diabolus, ſuſpicari magis Filium Dei, quàm noſſe intelligendi ſunt. *Ibidem cap.* 8. *Can.* 5. *num* 68. *ſup. illud. Quid nobis & tibi* JESU *Fili Dei? pag.* 26. *A. tom.* 9.

HUGO CARD.

66. Chriſti tentatio nobis proponitur in exemplum, ut ſicut ipſe ſuperavit omnem tentationem, ita & nos tentationes vincere ſtudeamus. *Sup. Pſ.* 90. *Moraliter fol.* 240. *col.* 2. *tom.* 2.

67. Tentatus eſt Chriſtus ſuggeſtione tantùm, non conſenſu, vel delectatione. *Sup. Matth. cap.* 4. *fol.* 12. *col.* 2. *tom.* 6.

68. Dominus tentatus à diabolo non utitur poteſtate, ſed Scripturarum authoritate; docens magis doctrina, quàm miraculis pugnare. *Ibidem.*

69. Nota impudentiam diaboli, qui etſi victus, non tamen ceſſat, quia videns quòd non poſſit de uno vitio tentare, ſaltem tentat de alio. *Ibid. cap.* 4. *ſup. illud, Iterùm aſſumpſit eum diabolus fol.* 12. *col.* 3. *tom.* 6. *Moraliter.*

70. In duabus tentationibus mitis permanſit Dominus, in tertia exaſperatus eſt, & quaſi iratus dixit; Vade retrò ſathana. *Ibid. cap.* 4. *fol.* 13 *col.* 1.

71. Diabolus tentavit Chriſtum de omnibus, de quibus tentaverat Adam; ſcilicet, de gula, & avaritia, & ſuperbia: & ita tentatus eſt per omnia ut in omnibus vinceretur diabolus ab homine, in quibus vicerat hominem. *Sup. Epiſt. ad Hebr. cap.* 4 *fol.* 246. *columna* 4. *tom.* 7.

S. IGNATIUS MART.

72. Illud, ſi Filius Dei es, tuæ ignorantiæ argumentum eſt: ſi enim id reverà agnoviſſes, ſciviſſes quòd ex æquo poteſt rerum Conditor univerſarum, & facere quod non eſt, & mutare quod eſt. *Prof.*

73. De ventris ingluvie tentas eum, qui omnes nutrit famelicos, & tentas Dominum gloriæ, oblitus ex animi malevolentia. *Ep.* 8 *ad Philipp. poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 1. *pag.* 84. *columna* 1. *lit. B. edit. Coloniæ.* 1618.

JOAN. CASS.

74. Licèt hominem diabolus extrinſecùs in JESU viderat Filium Dei, inveſtigabat dicens: Si Filius Dei es; diabolo contemplatio hominis ſuſpicionem divinitatis eripuit; ut per hoc quod hominem videbat, crederet Deum eſſe non poſſe. *Lib.* 7. *de Incarnat. cap.* 11. *in fine pag.* 1101.

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

75. Manſit in dæmone ſemper, & uſque ad ipſam Domini Crucem ſuſpicio in eum per formidines proprias cumulata pervenit. *Ibid. cap.* 13. *in princ. pag.* 1105.

76. Chriſtus occaſionem diabolo adeundi præbuit, ut priùs ipſe congreſſus, quomodo etiam aliis vinci poſſit oſtenderet. *Hom.* 13. *ſup. Matth. poſt init. ſup. illud,* 4. *Cùm jejunaſſet*, &c. *columna* 119. *lit. B. tom.* 2.

77. Neſciens diabolus manifeſtè arcanum Chriſti diſpenſationis Sacramentum, & quiſnam eſſet, retia tentationis jacere molitur, per quæ ſe abſconditum iſtud atque ſecretum opinatur addiſcere, *Ibid. ut ante ſup. illud, Accedens diabolus, col.* 119. *D.*

78. Chriſtus famem vicit in deſerto, avaritiam ſprevit in mente, vanam gloriam repercuſſit ſuper templum. *Hom.* 6. *oper. imperf. ſup. Matth. à medio columna* 788. *lit. A. tom.* 2.

S. JOANNES DAMASCENUS.

79. Tentatus eſt Chriſtus ac ſuperavit, ut nobis victoriam compararet, naturæque noſtræ frangendi adverſarii vim tribueret. *Prof.*

80. Quò videlicet natura jàm pridem victa, per eoſdem impetus per quos victa erat, victoriam ei, qui olim vicerat, extorqueret. *Lib.* 3. *de fide orthod. cap.* 20. *in med. fol.* 254. *pag.* 2. *B. C.*

JOAN. GERS.

81. Hinc evenit inimicum ſemper diverſas excogitaſſe tentationes, ut certò cognoſceret, eſſet-ne JESUS Deus, aut verus homo: non enim intelligere poterat ipſum ſimul Deum eſſe & hominem. *Prof.*

82. Cùm enim Chriſtus mortem expaveſceret, cùm oraret, & gemeret, & cùm ad paſſionem ligatus poſteà duceretur: Ah, inquit, non hic Deus eſt, nam hoc Deo nunquam fieri poſſet.

83. Sed cùm conſiderabat admirandos caſus reſupinos, & miracula; Certè, inquit, hic Deus eſt, non homo.

84. Millies & millies Sathan in tali fuit diſceptatione

ne & hæſitatione, & propterea tentavit eum in deſerto, nec tamen certior factus fuit, donec de facto poſtmortem ejus ſenſit potentiam & divinitatem ejus. *Part.* 1.

S. Leo I. 85. Ob hoc Dominus ſe tentari à tentatore permiſit, ut cujus munimur auxilio, ejuſdẽ erudimur exemplo. *Proſ.*

86. Vicit enim adverſarium teſtimoniis legis, non poteſtate virtutis; ut hoc ipſo & hominem plus honoraret, & adverſarium plus puniret, cùm hoſtis generis humani non ſolùm quaſi à Deo, ſed etiam quaſi ab homine impugnaretur & vinceretur.

87. Regnavit ergo ille tunc, ut & nos poſteà pugnaremus: vicit ille, & nos ſimiliter vinceremus. *Serm.* 1. *quadrag. ante med.*

88. Cùm ſalvator noſter, qui erat verus Deus, ut verum ſe hominem etiam demonſtraret, & impias opiniones totius erroris excluderet, poſt quadraginta dierum noctiumque jejunium infirmitatis noſtræ in ſe recepiſſet eſuriem, gaviſus diabolus ſignum ſe in eo paſſibilis atque mortalis inveniſſe naturæ ut exploraret potentiam, quam timebat, *Si Filius Dei es,* inquit, &c. *Proſ.*

89. Poterat itaque iſtud omnipotens, & facile erat, ut ad Creatoris imperium, in quam juberetur ſpeciem, cujuſlibet generis natura tranſiret, ſicut cùm voluit in convivio nuptiali aquam mutavit in vinum.

98. Sed hoc magis ſaluriferia diſpenſationibus congruebat, ut nequiſſimi hoſtis aſtutia Deitatis, ſed humilitatis myſterio vinceretur. *Ibid. ſerm. in medio.*

91. A quoniam diabolus dolos ſuos contineat, qui ipſum quoque Dominum majeſtatis auſus eſt calliditatis ſuæ fraude tentare? *Ibid. ſerm.* 3. *in med. fol.* 31 *pag.* 2.

92. Diabolus expaveſcens in Chriſto quadraginta dierum noctiumque jejunium, explorare callidè voluit, utrum hanc continentiam donatam haberet, an propriam, ſi Chriſtus eſſet ejus conditionis, cujus & corporis. *Proſec.*

93. Primò itaque dolo ſcrutatus eſt, an ipſe eſſet ſubſtantiarum Creator, qui rerum corporearum poſſet, in quas vellet, mutare naturas.

94. Secundò, an ſub humanæ carnis ſpecie divinitas obumbrata tegeretur, cui facilè eſſet perviumſibi facere aërem, & terrena per vacuum membra librare.

95. Sed cùm illi Dominus juſtitiam maluiſſet opponere veri hominis, quàm potentiam manifeſtare Deitatis, ob hoc convertit tertiæ fraudis ingenium, ut eum in quo divinæ poteſtatis ſigna ceſſaverant, dominandi cupiditate tentaret & ad venerationem ſui, regna mundi pollicendo traduceret.

96. Sed prudentiam diaboli ſtultam fecit ſapientia Dei: ut ſuperbus hoſtis hominem videns, quem aliquando ſuperaverat, non metueret eum perſequi, quem pro omnibus oportebat occidi. *Ibid. ſerm.* 4. *in med. fol.* 32. *pag.* 2.

S. Maximus Episc. 97. Ecce diabolus tentator trina jàm interrogatione nil proficit: incertus venit, rediit incertior: aggreſſus eſt ut probaret, reprobatus abſceſſit. *Hom.* 1. *quadrag. poſt. medium apud Bibl. Patrum tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 3. *columna* 2. *littera H. edit. Coloniæ.* 1618.

98. Cogitabat apud ſe tanti artifex doli, & dicebat: Si hic ipſe eſt, poterit nunc in panem lapides transformare: quod ſi fecerit, Deum probabo: ſi nequiverit, hominem deprehendam. *Ibid. Hom.* 2. *in princ. pag.* 14. *col.* 1. *lit. C. D.*

S. Petrus Chrysolog. 99. Tunc ſenſit hominem, tunc mortalem credidit, tunc Chriſtum putavit poſſe tentari, quando eum eſurire callidus explorator inſpexit. *Proſ.*

110. Acceſſit tentantis dolo, non obſequentis affectu: acceſſit priùs impudens, quàm receſſit.

101. Lapides eſurienti offert, humanitas talis eſt ſemper inimici; ſic paſcit mortis author, ſic invidus vitæ.

102. Diabole, fallit te proviſio tua: poteſt famem vertere in ſaturitatem, qui poteſt in panem lapides immutare: quid iſti conſilium tuum, cui ſua ſufficit virtus?

103. Diabole, & non prodidiſti, & tuum Dominum non paviſti.

104. Miſer, malos vis eſſe, ſed non potes: cupis tentare, ſed neſcis: eſurienti tenera offerre, non dura debuiſti: famem non aſperis palpare, ſed blandis: inediam non horridis urgere debueras, ſed guloſis. *Serm.* 12. *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 669. *col.* 2. *lit. H. edit Coloniæ* 1618.

105. Tentatio Chriſti, eruditio Chriſtiani eſt. *Sent.* 3. *in fine tomi tertii oper. D. Auguſtini pag.* 748. *lit. D.* S. Prosper.

106. Tentationes noſtras Chriſtus in ſemetipſum admiſit, & vicit, atque vincendo, milites ſuos vincere docuit. *Lib.* 1. *in volumen Evangeliorum. cap* 15. *in princ. fol.* 408. *pag.* 2. Rupertus.

107. Chriſtus poſteà eſuriit, ut daret occaſionem diabolo accedendi & congrediendi ſecum, & ſic proſternat & dejiciat eum, nobiſque victoriam largiatur. *Super Matth. cap.* 4. *circa initium pagina.* 12. *littera A.* Theophilac.

108. Chriſtus ut nobis contra tentationes exemplum & auxilium præſtaret, & qualiter eas ſuperare valeremus, inſtrueret, tentari voluit; *Part.* 3. *quaſt.* 41. *art.* 1. *in principi corporis pagina* 84. *col.* 2. S. Thomas Aquinas.

109. Chriſtum decuit in deſerto tentari, ut hominem de Paradiſo in deſertum ejectum, de exilio liberaret. *Ibid. quaſt.* 41. *art.* 2. *in princ. corp. pag.* 85. *columna* 1.

Chriſti Adventus.

Vide Adventus.

Chriſti Aſcenſio.

Vide Aſcenſio.

Chriſti Crux.

Vide Crux.

Chriſti Humilitas.

Vide Humilitas Chriſti.

Chriſti Incarnatio.

Vide Incarnatio.

Chriſti Nativitas.

Vide Nativitas Chriſti.

Chriſti Paſſio.

Vide Paſſio Chriſti.

Chriſti Paupertas.

Vide Paupertas Chriſti.

Chriſti Reſurrectio.

Vide Reſurrectio Chriſti.

Chriſti Sanguis.

Vide Sanguis Chriſti.

Chriſtum negare.

Vide Negare.

Chriſtum ſequi.

Vide Sequi Chriſtum.

Cibus.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. CIbus parſimoniæ docet vitia oeſcire, qui docet cauſas neſcire vitiorum. *Lib.* 1. *de Virginibus poſt medium*, *columna* 85. *littera C. tom.* 1.

2. Cibus mortem arceat, non delicias miniſtret. *Ibidem lib.* 2. *poſt init. col.* 88. *littera A.*

3. Cibo flamma alitur, ac deficit: cibo excitatur, cibo ſolvitur. *Lib.* 2. *Epiſt.* 82. *ad Vercellenſem Eccleſiam longè, ante medium. col.* 659. *lit. B. tom.* 3.

4. Dulciores poſt famem epulæ fiunt, quæ aſſiduitate faſtidio ſunt, & diurna continuatiooe vileſcunt. *Prof.*

5. Condimentum enim cibi jejunium eſt: quantò avidior appetentia, tantò eſca jucundior. *De Helia & jejunio, cap.* 9. *poſt medium*, *columna* 1127. *littera A. tom.* 4.

S. ANTONIN. 6. Sicut ſumitur medicina non ad delectationem, ſed propter neceſſitatem, ſcilicet ad præſervandum corpus à morte, & cum timore ſumitur ne lædat: ita cibus debet ſumi ad ſuſtentandum corpus oe deficiat, & cum timore oe offendat ex nimia complacentia, *Part.* 2. *tit.* 6. *de gula. cap.* 1. §. 2. *fol.* 210. *col.* 2.

7. Nimietas cibi, calorem naturalem ſuffocat. *Part.* 4. *titul.* 4. *cap.* 4. *parag.* 1. *in princ. fol.* 40. *col.* 4.

8. Nihil eſt quod ſic ſenſum obſtruat, & phantaſiam deordinet, ſicut cibi ſuperfluitas. *Ibidem*, &c. *ſub finem.*

9. Cibus moderatè, & ordinatè ſumptus, munditiam corporis cauſat, omneſqoe ſenſus exteriores puros & immacularos teoet. *Ibid. cap.* 4. §. 2. *circa med. fol.* 41. *col.* 2.

S. AUGUSTIN. 10. Eſurit pauper, eſurit dives: ſaturari quærit pauper, ſaturari quærit dives; ſaturatur pauper de vilibus cibis, ſaturatur dives de pretioſis cibis. *Prof.*

11. Saturitas æqualis eſt, poſſeſſio una eſt, quò ambo volunt pervenire, ſed ille per compendium, ille circuit & vix faſtidioſus ſatiatur.

12. Utantur divites conſuetudine infirmitatis ſuæ, ſed doleant aliter ſe non poſſe: meliùs enim poſſent, ſi aliter poſſent. Si ergo non extollitur pauper de mendicitate, tu quare extolleris de infirmitate?

13. Utere cibis electis, ac pretioſis, quia ſic conſueviſti, quia non aliter potes; & ſi conſoetudinem mutas, ægrotas: conceditur tibi: utere neceſſariis, da pauperibus ſuperflua: utere pretioſis, da pauperibus vilia *Serm.* 5. *de verbis Dom, ante fin. pag.* 11. *lit. B. tom.* 10.

14. Medicamentum famis, cibus eſt. *Hom.* 38. *poſt. med. pag.* 355. *lit. B. tom.* 10.

15. Palato non ſano pœna eſt panis, qui ſano ſuavis eſt, *Lib.* 7. *Confeſſion. cap.* 161. *in princ. pag.* 95. *lit. B. tom.* 1.

17. Fieri non poteſt, ut ſine aliquo vitio cupidinis vel voracitatis pretioſiſſimo cibo ſapiens utatur: inſipiens autem fœdiſſima gulæ flamma in viliſſimum cibum ardeſcat *Lib.* 3. *de doctr. Chriſtiana cap.* 12. *in med. pag.* 36. *lit. D. tom.* 3.

18. Eſcæ nimiæ non ſolùm animas, ſed etiam corpora plurimùm lædunt, & ad infirmitatem perducunt. *De ſalutar. documentis cap.* 36. *in princ. pag.* 759. *lit. B. tom.* 4.

19. Quis eſt qui non cibo rapiatur aliquando extra metas neceſſitatis? *Lib.* 10. *Conf. cap.* 31. *in fine pag.* 128. *lit. C. tom.* 1.

20. Non uſus ciborum, ſed coocupiſcentia refrænanda eſt, *Profec.*

21. Non enim intereſt omninò quid alimentorum ſumas, ut ſuccurras neceſſitati corporis, dummodò congruas in generibus alimentorum his, cum quibus tibi vivendum eſt.

S. AUGUSTIN. 22. Magis autem intereſt noo quid, vel quantum alimentorum pro congruentia hominum, atque perſonæ ſuæ, & pro ſuæ valetudiois neceſſitate quis capiat: ſed quanta facilitate atque ſerenitate animi careat, cùm his vel oportet, vel etiam neceſſe eſt carere. *Lib.* 2. *quæſt. Evangel. Quæſt.* 11. *circa med. pag.* 241. *lit. A. tom.* 4.

23. Memento divertiſſe te ad refectionem, non ad defectionem. *Sup, Pſal.* 34. *conc.* 1. *verſ.* 3. *pag.* 168. *lit. D. tom.* 8.

S. BASILIUS MAGNUS. 24. Venter cibis onuſtus, non dicam ad curſum, ſed ne ad ſomnum quidem aptus eſt; quandoquidem ciborum copia oppreſſus, ne quieſcere quidem ſinitur, ſed multas in utramque partem converſiones efficere cogitur. *Sup. Pſal.* 29. *Et hab.* 1. *Parall. cap.* 77. *in princ. fol.* 40. *pag.* 2. *lit. A. oper. D. Ioan. Damaſc.*

S. BERNARD. 25. Cibos indigeſtus corrumpit corpus, & non outrit. *Serm.* 36. *ſuper Cantic. poſt medium*, *fol.* 165. *col.* 2. *lit. D.*

26. Non potes bibere ſimul calicem Chriſti, & calicem dæmoniorum: calix dæmoniorum crapula & ebrietas eſt, calix Chriſti abſtinentia & ſobrietas. *Epiſtol.* 2. *ad Falconem. ante finem fol.* 206. *columna* 3. *lit. G.*

27. Ubi curioſa ciborum diverſitas oculos pariter paſcit & ventrem, cæleſtis panis jejunam deſerit mentem. *Ibid.* &c. *lit. H.*

28. Ioter prandendum quantùm fauces dapibus, tantùm aures paſcuntur rumoribus. *In Apologia ad Guillemum Abbatem*, *cap. Dicitur ante med. fol.* 306. *col.* 3. *lit. G.*

29. Cibus hominis mutavit ſe in pabulum pecoris, homioe mutato in pecus. *Serm.* 35. *in Cant. circa med. fol.* 164. *col.* 3. *lit. G.*

30. Non ſunt naturales cibi animæ, magis famem provocant, quàm extinguunt: ſed panis animæ, juſtitia eſt. *In declamat ante medium fol.* 310. *columna* 3. *littera I. ſuper illud*, *Pſal.* 101. *Oblitus ſum comedere panem meum.*

31. Obſervandus eſt ſomendi modus & tempus, cibi quantitas & qualitas, ſugienda ſuperflua & adulterina condimeota. *De vita ſolitaria, ante med. fol.* 317. *col.* 3. *lit. I.*

32. Sobrium cibum ſequitur ſobrius ſenſus, ſobriuſque ſomnus *Ibidem*, &c. *col.* 4. *I.*

33. Omnis cibus qui non conditur ſale nominis JESU, infatuatus eſt. *Serm* 1. *de Nativitate Domini prope finem*, *fol.* 341. *columna* 4. *littera K. volum.* 2.

34. Per cibum & potum creſcit luxoria. *Serm.* 24. *ad Sororem poſt med. fol.* 88. *col.* 2. *lit. E.*

35. Ubi venter eſt cibis repletus, ibi eſt ignis luxuriæ ſuccenſus *Ibid.* &c. *lit. D.*

S. BONAVENT. 36. Cibus corporis tria habet, ſcilicet ſoporem, nutrimentum, & maſſam. *Prof.*

37. Sapor delectat, nutrimentum ſuſtentat, maſſa onerat *Expoſ.* 1. *Pſal.* 118. *ſup. illud*, *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua! pag.* 149. *columna* 2. *littera E. tom.* 1.

38. Sicut ignis ex oleo creſcit, ſic libido ex cibis. *Serm.* 1. *de Ss. Philippo & Iacobo, ante med. pag.* 246. *col.* 2. *tom.* 3.

39. Ciborum copiâ ſublimitas impeditur. *Lib.* 2. *Pharetra cap.* 12. *in fin. pag.* 132. *col.* 2. *lit. E. tom.* 6. *part.* 1.

40. Nimia ciborum repletio, pigrum reddit. *Lib.* 1. *de profectu Religioſ. cap.* 36. *pag.* 571. *col.* 1. *B. tom.* 7. *Part.* 4.

41. Nimietas ciborum hebetat intellectum, affectum devotionis obruit, & refrigerat, & agilitas retardatur. *Ibidem.*

S. BONAVENT. 42. Superflua ciborum repletio, in ſomnum ducit. *Ibidem*

43. Mens laſſata nimietate ciborum, perdit orationis vigorem. *In regula Novit. cap. 6. in princ. pag. 626. col. 1. lit. E. tom. 7. part. 4.*

CLEMENS ALEX. 44. Victus qui inundat & obruit ſufficientiam, homini multùm officit, animam ſegnem & inertem reddit, corpus verò valetudinarium, & quod in morbos facilè prolabitur, efficiens. *Lib. 2. Pædag. cap. 1. ante med. col. 30. pag. 1. lit. B.*

CYRILLUS ALEX. 45. Cibis caro ſaginata & laſciviens, difficilem ſe ac moroſam præbet, & deſideriis ſpiritus refractaria obluctatur: imbecilla verò, nec nimia copia rerum adjuta, victoriam illi neceſſariò concedit. *Hom. 1. de feſtis Paſchal. ante med. pag. 6.*

46. Terrenis epulis farcire ventrem, non ut neceſſitati parcamus, ſed ut voluptati ſerviamus, nihil eſt aliud quàm belluarum naturam imitari. *Hom. 5. in feſtis Paſchal. poſt init. pag. 39.*

DIONYSIUS CARTHUS. 47. In cibo & potu moderantiam ſerva, neceſſitatem, non delectationem require. *In Exhort. ad Novit. art. 2. poſt init. fol. 4. pag. 1.*

S. GAUDENT. 48. Utendum eſt ciborum licentiâ, non abutendum: ut ſciamus nos non edendi cauſa eſſe natos, ſed vivendi. *Tract. de Machabæis in fine apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 826. col. 1. D. edit. Coloniæ 1618.*

GLOSS. INT. 49. Meliora ſunt fercula mentis, quàm dapes corporis. *Sup. Act. Apoſt. cap. 6. columna 1040. littera F. tom. 6.*

S. GREG. MAG. 50. Non cibus, ſed appetitus in vitio eſt: undè & lautiores cibi plerumque ſine culpa ſumuntur, & abjectiores non ſine reatu conſcientiæ deguſtantur. *Lib. 30. Moral. cap. 13. paulò ante finem, num. 27. col. 1029. lit. B. tom. 1.*

51. Ea ſumenda ſunt, quæ naturæ neceſſitas quærit, non quæ edendi libido ſuggerit. *Ibid. in fine col. 1030. lit. A.*

52. Manducare & eſurire novit, qui & corpus moderatè reficit, & ad immoderatam ciborum perceptionem ſuggerenti gulæ vitio non conſentit. *Prof.*

53. Juſtum eſt ut reficiatur corpus, ſed iniquum valdè eſt ut refecta caro per ardorem libidinis ad contumeliam ſpiritus excitetur. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 1. longè poſt. init. ſup. illud Philip. 4. Scio manducare & eſurire. col. 1479. B. C. tom. 2.*

54. Panis, alimentum corporis eſt; verbum, mentis: qui corpus ſine mente reficiunt, mente mortui ſunt, carne vivi. *Ibid. Lib. 4. cap. 4. poſt med. ſup. illud, Ut comedas mecum hodie. col. 1433. D.*

55 Cibus confortat, potus hilarat. *Ibidem. Lib. 1. cap. 1. Allegor. ante med. ſup. illud, Poſtquam comederat & biberat. col. 1215. lit. B.*

56. Sæpè cibus non ad refectionem corporis, ſed ad uſum delectationis habetur. *Ibid. &c. Moraliter ſup. illud, Sedete in civitate, &c. col. 1234. lit. B.*

57. Cùm pro neceſſitate cibus ſumitur, in ipſo eſu dùm furtim gula ſurrepit, edendi delectatio permiſcetur. *Profec.*

58. Undè plerúmque contingit, ut refectionem corporis, quàm ſalutis cauſa cepimus, cauſa voluptatis expleamus. *Lib. 35. Moral. cap. 16. circa med. col. 1224. lit. A. tom. 1.*

S. HIERONYM. 59. Cruditas ciborum, parens libidinum eſt. *Tom. 1. Ep. 4. ad Ruſticum, ante med. pag. 44. C.*

60. Modicus ac temperatus cibus, & carni & animæ utilis eſt. *Ibid. ut ante.*

61. Sic comedas, ut ſemper eſurias: ut ſtatim poſt cibum poſſis legere & pſallere. *Tom. 1. Ep. 7. ad Latam. poſt med. pag. 57. lit. A.*

62. Ardor corporum frigidiorum epulis temperandus eſt. *To. 1. Ep. 10. ad Furiam, prope med. pag. 82. C.*

63. Nihil inflammat ſic corpora & titillat membra genitalia, ſicut indigeſtus cibus, ructuſque convulſus. *Ibidem.*

64. Parcus cibus & venter ſemper eſuriens, triduanis jejuniis præfertur. *Profec.* S. HIERONYM.

65. Multò melius quotidiè parùm, quàm raiò ſatis ſumere.

66. Pluvia illa optima eſt, quæ ſenſim deſcendit in terram: ſubitus & nimius imber in præceps arva ſubvertit. *Ibid. ut ante.*

67. Sume cibum, qui famem expellat, non qui augeat luxuriam. *Ibid. poſt. med. pag. 82. lit. D.*

68. Ita tibi ſemper comedendum eſt, ut cibum & oratio ſequatur & lectio. *Tom. 1. Ep. 19. ad Euſtoch. in fin. pag. 131. lit. B.*

69. Plures ſunt, qui cùm vino ſint ſobrii, ciborum largitate ſunt ebrii. *Tom. 1. Ep. 22. ad Euſtoch. longè ante med. pag. 139. lit. B.*

70. Ad orationem tibi nocte ſurgenti, non indigeſtio ciborum ructum faciat, ſed inanitas. *Ibid.*

71. Nec cibi ſumantur, niſi oratione præmiſsâ; nec recedatur à menſa, niſi reddatur Creatori gratia. *Ibid. longè poſt med. pag. 147. B. & tom. 4. in regula Monachor. cap. 14. poſt. init. pag. 280. D.*

72. Ciborum aviditas, avaritiæ mater eſt, & animum quaſi quibuſdam compedibus degravatum in terra tenet. *Lib. 2. adverſùs Iovinianum longè ante med. pag. 75. lit. B. tom. 2.*

73 Si quis exiſtimat abundantia ciborum, potuumque ſe perfrui, & vacare poſſe ſapientiæ, ſeipſum decipit. *Ibid. ante med. pag. 76. lit. C.*

74. Epularum varietates, fomenta avaritiæ ſunt. *Ibid. ante med. pag. 77. lit. B.*

75. Illos potiùs require cibos, quibus anima magis, quàm corpus reficiatur. *Tom. 4. Ep. 14. ad Mauritii filiam ante fin. pag. 93. lit. A.*

76. Ciborum abundantia, fomentum eſt vitiorum. *Tom 4. Ep. 32. de quadrag. ſub fin. pag. 155. lit. D.*

77. Dùm corpus ſaginatur cibo, ſaturetur anima lectione. *In regula Monachar. cap. 37. in princ. pag. 338. lit. C. tom. 4.*

78. In cibo triplex eſt obſervatio, in eo quid ſumat, in eo quantùm ſumat, in eo quomodo ſumat. *Profec.* HUGO A S. VICTORE.

79. In prima luxus arguitur; in ſecunda, curioſitas: in tertia ſuperſtitio notatur. *Inſtitut. Novit. cap. 19. in princ. pag. 28. lit. B. tom. 2.*

80. Aliqui ſuperſtitioſum nimis in præparandis cibis ſtudium adhibent: modò mollia, modò dura, modò frigida, modò calida, modò elixa, modò aſſa, modò pipere, modò allio, modò cumino, modò ſale condita, ſecundùm conſuetudinem prægnantium mulierum deſiderantes. *Ibid. non longè à fine lit. D.*

81. Caro ſemper quærit affluentiam cibi. *Lib. 2. de clauſtr. animæ, cap. 14. circa med. pag. 46. B. tom. 2.*

82. Affluentiam comitari ſolet inundatio verborum. *Ibid. cap. 20. in princ. pag. 49. lit. F.*

83. Sit mediocritas in victu. *Ibid. cap. 23. in fin. pag. 54. littera A.*

84. Cibus datus eſt homini ad veſcendum, non ad luxuriandum. *Sup. Geneſ. cap. 1. fol. 3. col. 3. tom. 1.* HUGO CARD.

85. Semel in die comedere, quaſi vita Angelica eſt: bis, vita humana: pluries, vita jumentina, ſive vita brutorum. *Lib. 2. in 4. cap. Regum Moraliter fol. 245. col. 3. tom. 1.*

86. In cibo aliud quærit gula, aliud natura, aliud voluptas, aliud neceſſitas: natura quærit ſuſtentari, gula deliciari. *Sup. Matth. cap. 5. fol. 16. col. 2. tom. 6.*

87. Contemnitur mediocritas, ſuperfluitas affectatur in diverſitate ſaporum, in varietate ciborum. *Prof.* S. INNOC. III. PAPA.

88. Aviditas neſcit modum, & varietas excedit menſuram: ſed mens gravatur, & ſtomachus turbatur, & ſenſus opprimitur; indè non ſalus, nec ſanitas, ſed morbus & mors. *Lib. 2. de contemptu mundi cap. 17. in fine.*

89. Non qualitas ſola, ſed etiam quantitas eſcarū aciem cordis obtundit, ac mente cum carne pariter impin- IOAN. CASS.

guata noxiuṁ vitio fomitem, igneumque ſuccendit. *Lib. 4. de pir. Gaſtrimargia cap. 5. in fine pag.* 108.

JOANNES CASSIAN.

90. Quibuſlibet eſcis refertus venter, ſeminaria luxuriæ parit, nec prævalet mens diſcretionum gubernacula moderari, ciborum pondere præſocata. *Ibidem cap. 6. in princ. pag.* 113.

91. Non ſola crapula vini mentem inebriare conſuevit, verùm etiam cunctarum eſcarum nimietas vacillantem eam ac nutabundam reddit, omnique integritatis ac puritatis contemplatione diſpolia. *Ibidem.*

92. Faciliùs videmus victos, qui ab eſcis corpulentioribus omnimodis temperent, quas moderatè uſus pro neceſſitate concedit, quàm qui eas ſub infirmitatis occaſione ſumentes menſuram ſufficientiæ cuſtodirent. *Ibid. cap. 7. in princ. pag.* 116.

93. Tantùm eſus indulgeat, quantùm ſufficere ad vivendi uſum temperantiæ diſcretio rigida judicaverit, non quantùm deſiderii appetitus expoſcit. *Ibidem in medio pag.* 116.

94. Eſculentiores cibi, ſicut procurant corporis ſanitatem, ita caſtitatis non adimunt puritatem, ſi cum moderatione ſumantur. *Ibid. poſt med. pag.* 116.

95. Ciborum non ſolùm ſuperfluus appetitus calcandus, ſed etiam ipſi naturæ neceſſarius, tanquam caſtitati contrarius, non ſine cordis anxietate ſumendus eſt. *Ibid. cap. 14. circa med. pag.* 121.

96. Nequaquàm poterimus eſcarum præſentium ſpernere voluptates, niſi mens contemplationi divinæ defixa amore virtutum potens, & pulchritudine cœleſtium delectetur. *Ibid. ſub finem, pag.* 121.

97. Sicut gravis ac ſolidus cibus ſano utilis eſt, ita pernitioſus ægrotanti. *Collat.* 18. *Abbat. Piammonis, cap. 16. circa med. pag.* 742.

S. JOANNES CHRYSOST.

98. Damnoſa mercatio eſt, ſi ſalus pro cibo impenditur. *Serm. de Jacob & Eſau, circa med. col.* 561 *B. to.* 1.

99. Cibus è Paradiſo ejecit, jejunium te reducit. *Serm. de Job & Abraham, ante finem col.* 791. *D. tom.* 1.

100. Melior eſt congruus cibus cum ſanitate, quàm cum moleſtia deliciæ. *Hom. 24. ſup. Acta Apoſtol. circa med. col.* 613. *A. tom.* 3.

101. Nec corpus, nec cibi diaboli ſunt, ſed voluptas ſola, per quam mille mala malignus ille patrat, Sathan. *Hom. 39. ſup. 1. ad Cor, ante finem, col.* 646. *lit. D. tom.* 4.

102. Cibus, non deliciæ, corpori neceſſarius eſt. *Serm. 5. ad Epheſ. in Moralı, circa med. col.* 982. *A. tom.* 4.

103. Nihil profectò aliud eſt ciborum ſuperflua cura, quàm exaggeratio ſtercoris. *Hom. 13. ſup. 1. ad Timoth. in princip. Moralis, columna* 1503. *littera C. tom.* 4.

104. Habet natura modos ſuos, quos ſi quis excedat, & ampliùs quàm illa velit injiciat, non jàm cibus ille alimentum, ſed pernities fit. *Ibid.*

105. Nihil ſic iucundum eſt, ſicut cibus benè digeſtus, & decoctus. *Hom. 29. ſup. Epiſt. ad Titum, poſt med. col.* 1848. *lit. C. tom.* 4.

106. Nihil ſic ſalutem, nihil ſic ſenſuum acumen operatur, nihil ſic ægritudinem fugat, ſicut moderata refectio. *Ibid. &c. lit. D.*

107. Abundantia ciborum morbum facit, & moleſtias ingerit, & ægrititudinem generat. *Ibid.*

108. Quod facit fames, hoc etiam facit plenitudo ciborum, imò multò pejora. *Profec.*

109. Fames in paucis diebus aufert hominem, & liberat ex hac vita pœnali: exceſſus verò ciborum conſumit & putreſacit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturna, & tunc cum morte crudeli conſumit. *Ibidem.*

110. Sufficientia ciborum voluptatem parit, & corpori nutrimentum tribuit, & ſubjectum illud & accommodum ad operationes animæ, beneque compactum & coaptatum reddit. *Ibidem, ante finem, col.* 1849. *littera. A.*

111. Cibus, materies eſt cupiditatibus inhoneſtis. *Ibid.*

112. Quod ſatis eſt, eſt cibus & voluptas. *Profec.* S. JOANNES CHRYSOST.

113. Nihil ita voluptatem parit, ſicut cibus benè digeſtus: nihil ita ſanitatem, nihil ita ſenſuum velocitatem.

114. Sufficiens modus voluptas eſt, & alimentum & ſanitas: plus autem, pernities eſt, & faſtidium, & ægritudo. *Hom. 55. ad Popul. Antioch. ante med. col.* 372. *lit. B. tom.* 5.

115. Voluptas ciborum uſquequo linguam, vel gulam tangit, apparet: cùm autem menſa remota fuerit, vel poſtquam erit cibus abſumptus, ſimilis erit ei, qui nihil illius attigerit. *Hom. 29. ſup. Ep. ad Hebr. circa med. Moralis, col.* 1848. *B. tom.* 4.

116. Tale eſt in ventrem ciborum nimietatem mittere, quale ſi quiſquam eos in cloacam projiciat, magis autem non tale, ſed multò pejus. *Prof.*

117. Hìc enim fimum tantùm operatur ſine tua læſione, illìc autem plurimos morbos, plurimaſque procreat ægritudines. *Ibid. &c. ut antè littera B. C.*

118. Ciborum immoderatio pro fructibus vermes facit. *Ibid. in fine, col.* 1849. *lit. B.*

119. Eſcarum ſatietas, fornicationis eſt mater. *Gradu 14. ante med. pag. 266. col. 1. C. apud. Bibl. Patr. tom. 6. part. 2. edit. Coloniæ.* 1618. S. JOAN. CLIM.

120. A cibis abſtinendum eſt, non propter cibos, ſed propter detrimenta, quæ ex his oriuntur. *Lib. 1. Parall. cap. 77. poſt med. fol. 41. pag. 1. A.* S. JOANNES DAMASCEN.

121. Corpus immoderato cibo noli degravare, ne ex ingluvie in morbum incidas, atque animi vertiginem patiaris, ac voluptatum agmine expugneris. *Ibid. ſub finem fol. 41. pag. 1. B.*

122. Delicatorum ciborum copia degravatus, paſſionum turbini reluctari nullo modo potes. *Ibidem.*

123. Eſcis libido creſcit; ciborum ſaturitas, carnis luxuriam ſuſcitat: edacitatis vitio creſcit carnis tentatio. *Lib. 2. Synonim. cap. 4. in princ. pag. 314. col. 1.* S. ISID. PELUS.

124. Non ad luxuriam vel ad ſatietatem, ſed tantummodò, ut corpus ſuſtentetur, epulis eſt utendum. *Lib. 2. de ſummo bono, cap. 42. ſent. 5. pagm. 657. col. 2.*

125. Cibandus eſt venter, ut animam contineat, non ut corrumpat. *Ibidem.*

126. Qui nimiùm cibis utuntur, quantò magis ventrem paſcunt, tantò ampliùs ſenſum mentis obtundunt. *Ibidem.*

127. Libidinis ignes, ciborum ſomite increſcunt *Ibidem, &c. ſent. 7. pag. 658. col. 1.*

128. Qui in abundantia epularum eſt, ardentis divitis intenda ſupplicium, cujus tanta in inferno inter ignes erat inopia, quanta hìc epularum fuerat copia. *Ibidem, ſent. 8. pag. 658. col. 1.*

129. Non qoalitas ciborum, ſed eorum cupiditas eſt cavenda. *Prof.*

130. Nam ſæpè accuratiùs præpatata ſine gulæ concupiſcentia deguſtantur, & ſæpè abjecta & vilia edendi cupiditate ſumuntur.

131. Sicque fit ut non ſit in culpa ciborum qualitas, ſed illud reputetur in vitium, quod cum deſiderio deguſtatur. *Ibidem, ſent. 12. pag. 658. col. 1.*

132. Per continentiam purgari non ſuſtinet, qui ciborum ſuavitates ac delicias quærit. *Lib. 1. Epiſt. 220. Pelusiotis Monachus, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 499. col. 1. A. edit. Coloniæ* 1618. S. ISID. HISP.

133. Superflua cibi ſumptio, non eſus eſt, ſed ſaturitas & eſt, & appellatur. *Lib. 1. Ep. 383. ad Philagrium, &c. pag. 511. col. 2. F.*

134. Victus non ad voluptatem referendus eſt, ſed ad vivendi alicujus utilitatis cauſa voluntatem. *Ep. ad Zenam, poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 2. pag. 69. col. 2. edit. Coloniæ* 1618. S. JUSTIN. MART.

135. Quotidiano experimento probatur, ciborum nimietate vigorem cordis hebetari. *Serm. 8. de jejunio decimi menſis in princ. folio 10. pag. 2.* S. LEO I.

136. Delectatio edendi, etiam corporum contraria

Digitized by Google

eſt ſaluti, niſi ratio temperantiæ obſiſtat illecebræ: & quod futurum eſt oneri, ſubtrahat voluptati. *Ibidem.*

S. LEO I. 137. Nimietas edaces dedecorat, non cibi natura contaminat. *Serm. 4. Quadrag. poſt medium, folio* 32. *pag.* 2.

138. Cibos eſurientibus apponere, humanæ benignitatis eſt, & ſocialis animi. *Ibidem, ſerm.* 88. *poſt med. fol.* 36. *pag.* 2.

S. NILUS. 139. Cibis utere non dulcibus, ſed ſalutaribus. *Paræneſ.* 18. *apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 2. *edit. Coloniæ* 1618.

140. Cibis veſci natura cogit neceſſariis homines temperatiſſimos. *Prof.*

141. Qui verò rectæ firmæque rationi non acquieſcit, luxuriâ atque libidine corrumpitur. *Ibidem, in libro Aſcetico poſt med. pag.* 965. *col.* 2. *E.*

142. Ventre ciborum copia libidinis incendium excitante, ſpiritus nervi diſſolvuntur. *Ibidem.*

143. Ciborum varietas evertit ac diruit virtutum propugnaculum *Profec,*

144. Suavitas enim condimentorum, tanquam machina bellica proſternit munimenta jam à virtute conſtructa, & firmum ac ſolidum robur ipſius affigit humi. *Ibid.* &c. *G.*

145. Ciborum multitudo mentis ſplendori caliginem offundit. *Ibidem, Orat.* 1. *de gula, ante med. pag.* 969. *col.* 1. *D.*

146. Comede quantùm opus eſt; neque enim moderatus cibus prohibetur: comede igitur cum gratiarum actione, non autem devora. *Prof.*

147. Malum eſt homini erudito ac temperanti, præterquàm opus ſit, veſci. *Et habetur, apud D. Ioann. Damaſc. lib.* 1. *Parallel. cap.* 77. *poſt med. folio* 41. *pag.* 1. *littera B.*

S. PAULINUS. 148. Efficiamur eſca Dei, ne ſimus eſca ſerpentis: edat nos Chriſtus, ne diabolus voret. *Prof.*

149. Cibus Chriſti eſſe non poſſumus, niſi faciamus voluntatem ejus, ut viciſſim & ipſe nobis cibus fiat. *Ep.* 4. *ad Severum, ante med. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 152. *col.* 2. *E.*

S. PROSPER. 150. Quidquid ſine quo poteſt vivi, percipitur, non ſuſtentandæ vitæ, ſed movendæ luxuriæ carnis impenditur. *Lib.* 2. *de Contemp. cap.* 17. *in med. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 66. *col.* 1. *B.*

S. THOMAS AQUINAS. 151. Quantò caro magis fovetur per ciborum affluentiam, & deliciarum mollitiem, tantò hujuſmodi concupiſcentia creſcit. *Tom.* 2. *Opuſc. de perf. vitæ ſpiritualis, cap.* 9. *circa init. folio* 29. *pag.* 1.

152. Cibus & potus ſuperfluus, eſt cauſa luxuriæ. *Sup. Epiſt. ad Epheſ. cap.* 5. *lect.* 7. *in princip. folio* 168. *columna* 3.

SANTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 153. Cibi tàm nimii, quàm pauci valetudinem auferunt: moderati verò faciunt, augent & conſervant. *Lib.* 2. *Ethic. ad Nicomachum cap.* 2. *in medio, col.* 618. *tom.* 2.

CICERO. 154. Eſſe oportet ut vivas, non vivere ut edas. *Libr.* 4. *de Arte Rhetorica, circa med. colum.* 60. *lit. C. tom.* 1.

155. Cibi condimentum eſt fames. *Lib.* 2. *de Finibus poſt medium, columna* 96. *littera H. num.* 90. *tom.* 4.

156. Tantùm cibi adhibendum eſt corpori, ut reficiantur vires, non opprimantur. *De Senect. ante med. col.* 547. *F. tom.* 4.

157. Ne mente quidem uti poſſumus multo cibo repleti: nec unquam mihi placuit bis in die ſaturum fieri. *Lib.* 5. *Tuſcul. quæſt. poſt med. colum.* 266. *D.E. tom.* 4.

SENECA. 158. Cibos pretioſos non eximius ſapor, aut aliqua faucium dulcedo, ſed raritas & difficultas parandi facit. *De Conſolat. ad Helvidiam, cap.* 9. *in fin. pag.* 634. *tom.* 1.

159. Cupiditati nihil ſatis eſt, naturæ ſatis eſt, etiam parùm. *Ibidem.*

160. Non prodeſt cibus, nec corpori accedit, qui ſtatim ſumptus emittitur. *Ep.* 2. *ante med. pagin.* 524. *tom.* 2.

161. Cibus adjutorium corporis eſt. *Ep.* 88. *in med. pag.* 740. *tom.* 2

162. Vis ciborum voluptatem contemnere? exitum ſpecta. *Ep.* 110. *poſt med. pagina* 842. *tom.* 2.

163. Nihil præter cibum natura deſiderat. *Ep.* 119. *poſt med. pag.* 871. *tom.* 2.

164. Ede citrà cruditatem. *De quatuor virtut. circa med. pag.* 474.

165. Victus tibi ex facili ſit; nec ad voluptatem, ſed ad cibum accede. *Ibidem.*

166. Palatum tuum fames excitet, non ſapores. *Ibidem.*

SIXTUS PHIL. 167. Multi cibi impediunt caſtitatem, & incontinentia ciborum immundum facit hominem. *Sent.* 100. *apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pag.* 65. *columna* 1. *D. edit. Coloniæ* 1618.

168. Animantium omnium uſus quidem in cibis indifferens eſt, abſtinere verò rationabilibus eſt. *Ibidem ſent.* 101. *pag.* 65. *col.* 1. *D.*

169. Non cibi, qui per os inſeruntur, polluunt hominem, ſed ea quæ ex malis actibus proſequuntur. *Ibidem.*

170. Ceſſa à cibo, ede citrà ſatietatem. *Ibid. ſent.* 256. *pag.* 66.

171. Paſce animam tuam verbo Dei, & corpus ſimplicibus cibis. *Ibidem, ſent.* 399. *pagina* 67. *colum.* 1. *littera C.*

Vide etiam tit. Abſtinentia, ferè per totum. Auſteritas vitæ. ſent. 3. *Caro. ſent.* 87. *Immunditia. ſent.* 4. *Salus corporis. ſent.* 45. *Sobrietas. ſent.* 20. *Temperantia. ſent.* 4. 17. 23.

Civitas.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

ETYMOLOGIA.

GLOSS. ORD. CIVITAS à converſatione conviventium appellatur. *Sup. Job, cap.* 15. *in illud, Habitabit in Civitatibus, col.* 180. *F. tom.* 3.

HUGO CARD. Civitas dicitur, quaſi civium unitas. *Sup. Sapient. cap.* 9. *folio* 155. *col.* 3. *tom.* 3.

S. ISID. HISP. Cives vocantur eo quod in unum coëuntes vivant, ut vita communis & ornatior fiat & tutior. *Lib.* 9. *Etymol. cap.* 4. *in princ. pag.* 124. *col.* 2.

DEFINITIO.

S. THOMAS AQUINAS. Civitas eſt communitas perfecta. *Prima ſecundæ quæſt.* 90. *art.* 3. *in corp. ad tertium pagin.* 158. *columna* 1.

PLATO. Civitas eſt habitatio multitudinis hominum communibus decretis utentium, quæ ſub eadem lege ſunt. *Tom.* 3. *Sizygia* 6. *de Definit. ante finem, pag* 415. *C.*

S. AUGUSTIN. Civitas eſt ordinata concordia civium. *Lib* 19. *de Civit. Dei. cap.* 13. *in princ. pag.* 391. *A. tom.* 5.

Quid eſt civitas, niſi multitudo hominum, in quoddam vinculum redacta concordiæ? *Ep.* 5. *ad Marcelinum, ante med. pag.* 14. *C. tom.* 2.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBR. 1. Nihil prodeſt muros civitatis munire propugnaculis, & Deum provocare peccatis. *Profec.*

2. Tunc civitatis porta munita eſſe poterit, ſi priùs

in nobis portæ juſtitiæ muniantur. *Ser.* 88. *circa med. col.* 787. *C. tom.* 3.

S. AUGUSTIN.

3. Duas civitates faciunt duo amores : Hieruſalem facit amor Dei, Babyloniam facit amor ſeculi : interroget ergo ſe quiſque quid amet, & inveniet undè ſit civis. *Sup. Pſalm.* 64. *poſt med. Præfat. pag.* 453. *A. tom.* 8.

4. Fecerunt civitates duas, amores duo; terrenam ſcilicet amor ſui uſque ad contemptum Dei : cœleſtem verò, amor Dei uſque ad contemptum ſui. *Libr.* 14. *de Civit. Dei cap.* 28. *in principio, pag.* 266. *littera C. tom.* 5.

5. Quàm plurimæ urbes diù obſeſſæ nec captæ, cuſtodibus ſomno, vinoque ſepultis, ab hoſtibus patefactæ ſunt, & incendiis concrematæ. *De ſobrietate cap.* 3. *poſt med. pag.* 688 *D. tom.* 9.

6. Conſuetudo vel lex civitatis, nulla civis libidine violetur : turpis enim omnis pars eſt, ſuo non congruens univerſo. *Lib.* 3. *Confeſſ. cap.* 8. *in princ. pag.* 62. *C. tom.* 1.

7. Nihil tàm inimicum eſt civitati, quàm injuſtitia: nec omninò (niſi magna juſtitia geratur) ſtare poteſt reſpublica. *Lib.* 2. *de Civit. Dei, cap.* 21. *ante med. pag.* 35. *A. tom.* 5.

8. Paris cives terrenæ civitatis, peccato vitiata natura : cœleſtis verò civitatis cives parit, à peccato naturam liberans gratia. *Ibidem, lib.* 15. *cap.* 2. *ſub finem, pag.* 268. *C.*

9. Civitatibus mors ipſa pœna eſt, ait Cicero, quæ videtur à pœna ſingulos vindicare. *Prof.*

10. Debet enim conſtituta ſic eſſe civitas, ut æterna ſit.

11. Civitas autem cùm tollitur, deletur, extinguitur : ſimile eſt quodammodò (ut magnis parva conferamus) ac ſi omnis hic mundus intereat & concidat. *Ibidem, libr.* 22. *cap.* 6. *poſt medium, pagina* 466. *littera D.*

S. BASILIUS MAGNUS.

12. Civitatis ornamentum eſt jejunium. *Concion.* 1. *de jejun. in fine, pag.* 147. *tom.* 1.

V. BEDA. & S. PETR. DAM.

13. Qualis rector eſt civitatis, tales inhabitantes. *Tom.* 2. *in ſuis Proverb. verbo Qualis. pag.* 196. *Et Petrus Damianus, libr.* 8. *Epiſt.* 2. *in principio, pagina* 123. *columna* 1.

S. BERNARD.

14. Miſera civitas, in qua regnat Herodes, quoniam Herodianæ ſine dubio particeps erit malitiæ, & ad novæ ſalutis ortum Herodiana movebitur turbatione. *Ser.* 3. *de Epiphan. ante medium, folio* 20. *colum.* 4. *littera M.*

15. Inter Babylonem & Hieruſalem nulla pax eſt, ſed bellum continuum : habet utraque civitas regem ſuum, Rex Hieruſalem Chriſtus Dominus eſt : Rex Babylonis, diabolus. *Volum.* 1. *in ſuis ſent. verbo Inter. folio* 133. *col.* 4. *M.*

16. Abſque exercitio fidelium, ſtudioque cuſtodum, non poteſt eſſe ſecura civitas; civitas propter collectionem. *Ser.* 76. *ſup. Cant. poſt med. folio* 196. *col.* 2. *F.*

17. Duæ ſunt civitates: una plena omnibus tormentis, quæ eſt infernus : altera plena omni conſolatione, quæ eſt Paradiſus. *In notabili documento. in fine folio* 340. *col.* 3. *G.*

18. Civitas parva & juxta, ideſt, non à ſeculo; in qua Loth ardente Sodoma ſalvatur, Monaſterium eſt. *Serm. de virginibus ante med. folio* 355. *columna* 3. *lit. I.*

S. CÆSARIUS AREL ATENS.

19. Duæ civitates conſtruuntur : unam ædificat Chriſtus, alteram diabolus. *Profec.*

20. Unam ædificat humilis, alteram ſuperbus.

21. Una humiliatur, ut firmiter ſurgat : altera erigitur, ut infeliciter cadat.

22. In fabrica Chriſti qui ædificantur, de imis levantur ad ſumma.

23. In fabrica verò diaboli, de ſummis ad ima præcipitantur. *Hom.* 18. *ante med. apud. Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 763. *columna* 1. *lit. A. B. edit. Colon.* 1618.

CLEM. ALEX.

24. Sanctorum virorum conſiliis, civitates rectè adminiſtrantur. *Lib.* 2. *Stromat. poſt med. folio* 84. *pag.* 2. *lit. D.*

25. Res bona eſt civitas, quæ regitur lege, ſicut verbo Eccleſia. *Prof.*

26. Res bona eſt civitas, quæ non poteſt circumſideri, nec opprimi tyrannide. *Ibid. lib.* 4. *in fine, fol.* 112. *pag.* 2. *D.*

S. EPHRÆM.

27. Beata civitas, quæ à piis regitur : væ autem civitati, quæ ab impiis dirigitur. *De virtute, cap.* 1. *in princ. pag.* 295 *B. tom.* 2.

GLOSS. ORD.

28. Niſi Magiſtratus ac ſubditi philoſophentur, certum eſt non fore fortunatas civitates. *Sup. Eſther, cap.* 6. *col.* 640. *F. tom.* 2.

29. Nobilitas civitatis magis conſiſtit in populo, quàm in ſpatio. *Sup. Michæam, cap.* 5. *col.* 2065. *C. tom.* 4.

S. GREGORIUS MAGNUS.

30. Mœnia ſupernæ civitatis, niſi humiles non aſcendunt. *Lib.* 17. *Moral. cap.* 17. *poſt medium, col.* 576. *C. tom.* 1.

31. Civitatum nomine non immeritò veræ ſunt fidei Eccleſiæ deſignatæ, quæ in ſingulis mundi partibus poſitæ, unam catholicam faciunt. *Ibid. lib.* 16. *cap.* 23. *poſt med. col.* 550. *D.*

32. Quid prodeſt cuſtodia, quæ penè ubique circumponitur, quando inimicis tota civitas per neglectum loci unius aperitur? *Hom.* 7. *ſup. Ezech. longe poſt initium, col.* 114. *C. tom.* 2.

33. Figuram civitatis ſupernæ Salomonis templum geſtavit. *Sup. Pſal.* 50. *verſ.* 19. *in fine, col.* 582. *D. tom.* 2.

34. Loth in perverſa civitate juſtus fuit, in monte peccavit. *Lib.* 6. *in Regiſt. Indict.* 15. *cap.* 1. 169. *Ep.* 5. *ad Cyriacum Epiſcopum Conſtantinop. circa med. col.* 865. *C. tom.* 2.

S. GREG. NAZ. & S. GREG. TAUM.

35. Sapientia auxilii in civitate plus poteſt, quàm potentiſſimorum hominum acies. *S. Greg. Naz. ſuper Eccleſiaſten. cap.* 7. *à medio pag.* 338. *Et S. Greg. Taumaturg. ſup. eundem locum, &c.*

36. Sapientiam tanti facio, ut parvam etiam civitatem à paucis habitatam, atque adeò à magno Rege cum exercitu circumſeſſam, magnam & frequentem exiſtimem, ſi vel pauperem unum ſapientem virum civem habeat. *Sup. Eccleſiaſt. cap.* 9. *in fine, apud Bibliothec. Patr. tom.* 3. *pag.* 54. *col.* 2. *edit. Colon.* 1618.

S. HIERONYM.

37. Difficile eſt in maledica civitate, non aliquam ſiniſtri rumoris fabulam populum contrahere. *Tom.* 1. *Ep.* 16. *ad Principiam poſt init. pag.* 118. *C.*

38. Cauſa deſertarum urbium Judææ, oblivio Salvatoris eſt. *Lib.* 7. *ſup. Iſayam, cap.* 17. *in illud, In die illa erunt, &c. pag.* 87. *C. tom.* 5.

HUGO A S. VICTORE.

39. Civitates & oppida non tantùm ex ſitu loci amœnitatem recipiunt, ſed etiam ex inhabitantium gratia. *Lib.* 1. *de Clauſtro animæ, cap.* 4. *in princip. pag.* 32. *D. tom.* 2.

JOAN. CASSI.

40. Quantalibet urbs ſublimitate murorum & clauſarum portarum firmitate muniatur, poſterulæ unius quamvis parviſſimæ, proditione vaſtabitur. *Prof.*

41. Quid differt utrùm per excelſa mœnia, & ampla portarum ſpatia, an per anguſti cuniculi latibula pernitioſus hoſtis penetralibus civitatis irrepat? *Libr.* 5. *de ſpiritu Gaſtrimargiæ cap.* 11. *in fine pag.* 118.

S. JOANNES CHRYSOST.

42. Civitas ſi fuerit ſciſſa, diſſolvetur. *Hom.* 42. *ſup. Matth. poſt init. col.* 363. *B. tom.* 2.

43. Civitatis magnitudinem non facit ædificiorum pulchritudo, neque incolarum multitudo, ſed inhabitantium virtus. *Hom.* 33. *ſup. Geneſ. ante med. col.* 273. *A. tom.* 1.

44. Caput & ſumma bonorum civitatis, eſt inhabitantium bonitas. *Ibidem.*

S. IOANNES CHRYSOST.

45. Nihil miſerabilius eſt civitate, quæ licèt præſidiis & muris benè ſit munita, intùs tamen cives foveat proditores. *Ibidem, Hom. 34. circa init. columna* 278. *littera D.*

46. Sancta eſt civitas, ubi nulla malitia, ſed tota concordia, ubi perfecta bonitas, & tota charitas, ubi juſtitia & plena manſuetudo, ubi temperantia & prudentia regnant. *Hom. ſup. Pſalm.* 118. *circa med. col.* 782. *D. tom.* 1.

47. Civitas non ab ædificiis, ſed ab inhabitantibus admiranda redditur. *Hom.* 4. *de verbis Iſaja poſt init. col.* 820. *A. tom.* 1.

48. Mali in majore civitate deteriores & pejores ſunt, quia ibi multæ tumultuum occaſiones. *Hom.* 37. *ſup. Acta Apoſtolorum, ſub finem, col.* 688. *D. tom.* 3.

49. Conſtare ſine pauperibus civitas non poteſt, quia pauperes civitatibus, velut tutelaria quædam numina ſunt. *Hom.* 34 *ſup* 1. *ad Cor. poſt med. col.* 598. *D. tom.* 4.

50. Civitas ſuperno deſtitutæ auxilio, ſolitaria remanet, & omnibus oudata. *Hom.* 2. *ad populum Antioch. poſt init. col.* 26. *B. tom.* 5.

51. Idonea civitatis morum demonſtratio, Monachorum eſt teſtimonium. *Ibidem, Hom.* 17. *ante med. col.* 156. *D.*

52. Civitatis dignitas non eſt quòd ſit metropolis, neque quòd habeat ædificiorum magnitudinem & ornatum, neque quòd habeat multas deambulationes, neque quòd ante alias civitates prædicetur: ſed inhabitantium virtus & pietas, hæc eſt dignitas & ornatus, & tutela civitatis. *Ibidem.*

53. Civitas non habens pios cives, omnium eſt viliſſima, omni villa vilior, & quacunque ſpelunca ignobilior. *Ibidem.*

54. Si chriſtianus es, civitatem non habes ſuper terram, civitatis tuæ opifex, & architectus eſt Deus. *Ibid. &c. D.*

55. Virtus ſola inhabitantes ornat, & illud eſt omni civitate venerabilius. *Ibidem.*

56. Non civitatis magnitudo, ſed animi virtus ornamentum eſt, & munimentum. *Ibidem.*

57. Civitas mulieri formoſæ, & liberæ, & modeſtæ, ſimilis eſſe debet. *Ibidem.*

58. Cùm ſaltantes in civitate videris, potantes, blaſphemantes, jurantes, pejerantes, mentientes, tunc his utere verbis: Væ tibi civitas *Ibidem.*

59. Si forum videris paucos habens viros manſuetos & modeſtos, & moderatos, civitatem illam voca beatam. *Ibidem.*

60. Nihil civitatem paucitas hominum lædere poterit, ſi non deſit virtus. *Profec.*

61. Nihil unquam civitati proderit multitudo, ſi adſit malitia. *Ibidem.*

62. Cùm vis civitatis laudem dicere, ne Daphnen ſuburbanam dicas, nc altitudinem cupreſſorum & multitudinem, nec aquarum fontes, nec multos homines civitatem habitare, nec venalium copiam habere: ſed ſi dicere poſſis virtutem, manſuetudinem, eleemoſinam, orationem, modeſtiam, animi ſapientiam, ex iſtis civitatem commenda. *Ibidem.*

63. Multi in mediis civitatibus ignorati, poſſunt pro aliis placare Deum, quorumque virtus multorum tegere valet malitiam. *Hom.* 42. *ſup. Gen. poſt med. col.* 350 *D. to.* 1.

S. LAUR. JUST.

64. Non eſt tuta in urbibus converſatio.
- Ubi omnium exuberant materiæ peccatorum.
- Ubi elatio regnat.
- Ubi excruciat livor.
- Ubi rixæ conturbant.
- Ubi libido dominatur.
- Ubi divitiæ dilaniant.
- Ubi voluptas blanditur.
- Ubi ſocialis carnalium colligatio animum effœminat. *Part* 1. *de caſto connubio cap.* 6. *poſt med. pag.* 151. *col.* 2. *A.*

S. PETRUS CHRYSOLOG.

65. Simplicitas civem bonum facit. *Serm.* 166. *in princ. apud Bibliothecam Patrum, tom.* 5. *part.* 2. *pagina* 781. *col.* 1. *littera B.*

S. THOMAS AQUINAS.

66. In qualibet civitate ad hoc ut ſit una, quatuor debent eſſe communia: ſcilicet unus gubernator, una lex, eadem inſignia, & idem finis. *Sup. Ep. ad Epheſ. cap.* 4. *lect.* 2. *in princ. folio* 163. *col.* 1.

67. Virtuoſi civis eſt, ut ſe exponat mortis periculo pro totius reipublicæ conſervatione. *Part.* 1. *quaſt.* 60. *art.* 5. *in corpore, pag.* 112. *col.* 1.

68. Impoſſibile eſt, ut bonum commune civitatis benè ſe habeat, niſi cives ſint virtuoſi, adminùs illi, quibus convenit principari. 1. 2. *quaſt.* 92. *art.* 1. *ad* 3. *pag.* 161. *col.* 1.

69. Quatuor ſunt, quæ civitatem ſummè defendunt, ſcilicet pax, ſcientia, amor, & juſtitia. *Tom.* 1. *Opuſc. de ſcientiis intelloribus poſt med. folio* 111. *pag.* 1.

70. Quatuor ſunt urbes cæteris præeminentes, ſcilicet
- Pariſius in Scientiis.
- Salernum in Medicinis.
- Bononia in legibus.
- Aurelia in Authoribus. *Ibidem, &c. pag.* 2.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES.

71. In civitate ſunt tres ſpecies: ſcilicet, divites, pauperes, mediocres; inter quos optimi ſunt mediocres, quia ſemper medium eſt optimum. 4. *Polit. Et hab. apud. Bedam, tom* 2.

72. A mulieribus non regitur civitas. *Ibid.*

73. Melius eſt civitatem regi à viro optimo, quàm lege optima. *Ibidem.*

74. Nunquàm oportet dominum eſſe ſine cuſtodia; ſic nec civitatem. *Ibid. in Oeconom.*

CICERO.

75. Ex quo tempore concordia de civitate ſublata eſt, libertas ſublata eſt, fides ſublata eſt, amicitia ſublata eſt, reſpublica ſublata eſt. *Lib.* 4. *de Arte Rhetorica, ad Herennium, ante med. columna* 52. *littera C. tom* 1.

76. Sicut corpus ſine mente, ſic civitas ſine lege. *Orat.* 14. *pro Cluentio poſt med. num.* 146. *col.* 385. *A. tom.* 2.

77. Ingratus eſt, injuſtuſque civis, qui armorum periculo liberatus, animum tamen retinet armatum. *Orat.* 40. *pro Marcello ſub finem, num.* 32. *col.* 804. *A. tom.* 2.

78. Nihil hoc cive tetrius (ſi civis habendus eſt) qui civile bellum concupiſcit. *Orat.* 55. *Philip.* 13. *in princ. num.* 2. *col* 925. *B. tom.* 2.

79. Tetrum ſpectaculum eſt, oppreſſa ab impiis civitas. *Lib. Epiſt. ad Brutum. Ep.* 15. *ante med. col.* 612. *E. tom.* 3.

80. Prudentiùs urbem Religione, quàm ipſis mœnibus cingitis. *Lib.* 3. *de natura deorum in fine, num.* 95. *col.* 350. *C. tom.* 4.

81. Interceſſor rei malæ, ſalutaris civis eſt. *Lib.* 3. *de legibus ante finem, col.* 460. *G. tom.* 4.

82. Ea eſt ſumma ratio & ſapientia boni civis, commoda civium non divellere, atque omnes æquitate eadem continere. *Lib.* 2. *de Offic. ante fin. col.* 513. *A. tom.* 4.

PLATO.

83. Si ex bonis viris conſtaret civitas, in ea inx certatim eò cives incumberent ne imperarent, veluti hodiè pugnant ut imperent. *Tom.* 2. *Sizygia* 4. *lib.* 1. *de Republ, poſt med. pag.* 347. *D.*

84. Civitatis cuſtodes, ſunt Religioſi. *Ibidem, lib.* 2. *poſt med. pag.* 378. *B.*

85. In ea civitate quæ benè regitur, juſtitia maximè invenitur: in ea verò civitate, quæ peſſimè regitur, injuſtitia. *Ibidem, lib.* 4. *poſt initium, pagina* 420. *lit. B.*

86. Si civitas ita conſtituta ſit, ut legibus moribuſque definiatur, maxima profectò erit, etiamſi mille tantùm habeat cives, qui ad ipſius defenſio-

nem pares eſſe poſſint. *Ibidem, ante med. pag.* 423. *littera A.*

PLATO. 87. Civitatem illam, quæ rectè fuerit legibus moribuſque optimis conſtituta, & ſapientem, & fortem, & temperantem, & juſtam eſſe, perſpicuum eſt. *Ibidem, ante med. pag.* 427. *E.*

88. Civitatem in qua cives magiſtratus minimè ambiunt, optimè & ab omni ſeditioue & tumultu prorsùs liberam incoli neceſſe eſt. *Ibidem, libro 7. ante med. pag.* 520. *littera D.*

89. Nullam unquàm malorum, laborumque quietem fore neceſſe eſt iis civitatibus, quæcunque ſint illæ, in quibus non Deus dominetur. *Tom. 2. Sizygia 4. lib. 4. de legibus, circa med. pag.* 713. *E.*

90. Nulla civitas, neque civis felix eſſe poteſt, niſi juſtitiæ legibus obtemperando cum prudentia vitam traduxerit. *Tom. 3. Sizygia 6. Ep. 7. ad Dionem, circa med. pag.* 335. *D.*

SENECA. 91. Unum eſt ioexpugnabile munimentum civitatis, amor civium. *Lib. 1. de clementia ad Neronem, cap. 19. poſt med. pag.* 479. *tom.* 1.

92. Ubi juſtitia, pax, pudicitia, ſecuritas, dignitas florent, ibi civitas opulenta eſt, & copiâ bonorum omnium abundat. *Ibidem.*

93. Civitatis mores magis corrigit parcitas animadverſionum. *Ibidem.*

94. Officia civis ſi quis amiſerit, hominis exerceat. *De tranquill. animi cap. 3. in medio, pagina* 515. *tom.* 1.

95. Nunquàm inutilis eſt opera civis boni: auditu enim, viſu, vultu, nutu, inceſſuque ipſo prodeſt. *Ibidem, poſt med. pag.* 516.

Clamor.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1 DIFFIDERE eſt de potentia Dei, æſtimare quod in oratione non audiaris, niſi clamaveris. *Profec.*

2. Clament opera tua, clamet fides, clamet affectus, clament paſſiones tuæ, clamet ſanguis tuus. *Libr. 1. de Cain & Abel, cap. 9. ante finem, col.* 935. *lit. D. tom.* 4.

3. Clamat cor noſtrum non ſono corporis, ſed cogitationum ſublimitate, concentuque virtutum. *Sup Pſalm. 118. ſerm. 19. verſ. 1. circa init. columnn.* 1580. *D. tom.* 4.

S. AUGUSTIN. 4. Clamor cordis pulſet ad aures omnipotentis Dei, quia in pura mente placabitur tempore orationis. *De ſalutar. documentis, cap. 27, in fine, pagina* 757. *littera B. tom.* 4.

5. Clamor ad Deum oon eſt voce, ſed corde: multi enim ſilentes labiis, corde clamaverunt: multi ore ſtrepentes, corde averſo nihil impetrare potuerunt. *Proſecutio.*

6. Si ergo clamas, clama intùs, ubi audit Deus *Sup. Pſ. 30. conc. 3. ante finem, verſ. 29. Dùm clamarem ad te, pag.* 122. *D. tom,* 8.

7. Frigus charitatis, ſilentium cordis eſt: flagrantia charitatis, clamor cordis eſt. *Proſec.*

8. Si ſemper manet charitas, ſemper clamas; ſi ſemper clamas, ſemper deſideras. *Sup. Pſ. 37. circa med. verſ. 9. pag.* 217. *A. tom* 8.

9. Aliquando iniquis & perverſis, & à lege deviantibus, & malè viventibus iraſci licet, clamare non licet: cum iraſcimur & clamare noo poſſumus, interiora noſtra turbantur. *Sup. Pſal. 30. conc. 2. verſ. 11. pag.* 14. *C. tom.* 8.

10. Quolibet clamore aures hominum feriat, qui eorde tacet, mutus eſt Deo. *Sup. Pſal. 86. in princ. pag.* 657. *lit. A.*

11. Eſt clamor cordis, magna cogitationis intentio. *Sup. Pſalm. 118. conc. 29. in princ. pag.* 964. *D. tom.* 8.

S. AUGUSTIN. 12. Tunc in toto corde clamatur, quando aliundè non cogitatur. *Ibidem.*

13. Melius eſt cùm clamas ore, & dimittis in corde; quàm blandus ore, crudelis in corde. *De verbis Dom. Serm. 15. ante finem, pagina* 45. *littera A. tom.* 10.

14. Qui clamando tibi perſuaſit, ut non recederes: parcendo clamat, ut redeas. *Tom. 10. Hom. 50. ante fin. pag.* 386. *lit. C.*

S. BONAVENT. 15. Triplex eſt clamor.
- Clamor cordis: undè, Clamavi in toto corde meo.
- Clamor materialis: undè Clama ne ceſſes.
- Clamor mentis, ut Suſanoæ & Moyſis. *Sup. Pſalm. 26. in fine, pagina* 98. *col. 1. D. tom.* 1.

16. Clamare ſignum eſt interdùm diſtantiæ, interdùm inſtantiæ, interdùm perſeverantiæ. *Profec.*

17. Clamat anima velut diſtans, poſteriora conſiderans: clamat velut perſeverans, ad anteriora properans. *Expoſ. 2. ſup. Pſal. 118. verſiculo 1. cap. 10. art. 1. pag. 256. col. 1. B. tom.* 1.

18. Clamare dicitur, qui conteritur: exclamare, qui patitur: inclamare, qui compatitur. *Ibidem, verſiculo 5. art. 1.* &c.

19. Levanda eſt vox orationis cum lachrymis contritionis: levanda eſt autem vox cordis, plus quàm oris. *Serm. 2. Dom. 13. poſt Pentecoſt. poſt med. pag.* 179. *col. 1. tom.* 3.

20. Qui orat debet clamare ſicut clamat parvulus, qui vult ubera: ſicut clamat catulus, cùm ſentit verbera, & ſicut clamat populus, cùm videt pericula. *Tit. 2. Diata cap. 5. in medio pag.* 283. *col. 2. D. tom. 6. part.* 1.

21. Clamoſitas & verborum aſperitas, locutionem plurimùm deturpat. *In ſpeculo diſcipl. cap. 20. prope init. pagina* 543. *columna 2. littera E. tom. 7. part.* 4.

S. BERNARD. 22. Clamamus cordis anxietate, ſtomachi vacuitate, doloris acerbitate, amoris immenſitate. *In Medit. ſup. Salve Regina, circa medium, folio* 120. *col. 3. littera G.*

CASSIODORUS. 23. Magna voce ille clamat ad Dominum, qui quamvis lingua taceat, bonis tamen operibus perſeveranter exclamat. *Sup. Pſalm. 85. ante medium, verſ. 3. Ad te clamavi,* &c. *fol. 131. col.* 2.

24. Ipſe clamor eſt, qui tacitus ad Deum pervenit, & exaudiri facit eos qui bonis operibus conſtanter inſiſtunt. *Sup. Pſ. 4. ante med. verſ. 4. Cùm clamavero ad eum, fol. 8. col* 3.

FRANCISCUS TITALM. 25. Nihil pauperi ſalubrius, quàm clamet ad Dominum multóque hoc illi utilius eſt ſic clamare, quàm ſtatim quod poſtulat accipere. *Sect. 1. ſup. Pſalm. 9. verſ. penult. Deſiderium pauperum exaudivit Dominus. ante fin. pag.* 88.

GILLEBERTUS PORRET. 26. Frequenter vocem eripit oratio vehemens. *Serm. 23. ſup. Cant. ante med. in 2. volum. operum Div. Bernardi fol. 20 col. 3. H.*

GLOSS. ORD. 27. Clamor laudem meretur, qui ex reſipiſcentia eſt profectus. *Sup. Judic. cap. 3. in illud, Clamaverunt ad Dominum,* &c. *columna* 167. *littera C. tom.* 2.

28. Notandum quòd clamor in ſcripturis non magnæ vocis emiſſio, ſed ſcientiæ intelligatur, & intentionis magnitudo. *Super Epiſt. ad Galatas, cap. 4. in illud, In corda veſtra clamantem. columna* 499. *B. tom.* 6.

29. Etſi pauperes patienter ferentes non clamant, merces tamen clamat. *Sup. Ep. B. Jacobi, cap. 5. in princ. col. 1298. E. tom.* 6.

30. Clamorem

S. GREGOR. MAGN. 30. Clamorem ejus, anguſtiæ tempore Deus non audit, qui tranquillitatis tempore in præceptis ſuis ipſe clamantem Dominum non audivit. *Lib.* 18. *Moral. cap.* 7. *circa med. num.* 5. *col.* 589. *C.*

31. Clamor aliquando in bona, aliquando in mala ſignificatione accipitur: clamat enim juſtus cùm operatur juſtitiam ex deſiderio, clamat & impius cùm peccatum adjungit peccato. *Sup.* 7. *Pſalmos Pœnitent. Pſ.* 5. *verſ.* 1. *poſt med. col.* 585. *D. tom.* 2.

32. Qui Deum deſiderat, ad ipſum cordis voce clamare non ceſſat. *Sup.* 7. *Pſalmos Pœnit. Pſ.* 3. *verſ.* 9. *in medio col.* 557. *A.*

33. Qui Deum toto corde deſiderat, confidenter clamat. *Ibidem, Pſalm.* 5. *verſ.* 3. *in princip. col.* 587. *lit. C. D.*

34. Animarum verba, ſunt ipſa deſideria: magnum deſiderium eſt, magnus clamor. *Prof.*

35. Tantò minus clamat quis, quantò minus deſiderat. *Lib.* 2. *Moral. cap.* 4. *ante med. num.* 6. *col.* 28. *D. tom.* 1.

36. Tunc remedium in clamore non inveniet, qui nunc tempus congruum clamoris perdit. *Ibid. lib.* 18. *cap.* 7. *in fine, col.* 590. *B.*

37. Clamorem diaboli non audire, eſt violentis tentationum motibus minimè conſentire. *Ibidem.*

38. Ut ad aures Dei viam vôcibus faciatis, vigilantiùs ſtudendum eſt, ut veſtræ voces actibus adjuventur. *Lib.* 9. *in Regiſtro indict.* 4. *cap.* 45. *Ep.* 45. *in medio col.* 1074. *D. tom.* 2.

39. Valentiores voces apud ſecretiſſimas aures Dei non faciunt verba, ſed deſideria. *Libr.* 22. *Moral. cap.* 13. *ante medium, num.* 18. *columna* 752. *A. tom.* 1.

40. Apud aures Dei vox valida, devota confeſſio eſt. *Ibid. lib.* 26. *cap.* 23. *ante medium, columna* 881. *D. tom.* 1.

S. HILARIUS. 41. Ille ad Deum toto corde clamat, qui magna poſtulat, qui cœleſtia precatur, qui æterna ſperat, qui innocentis timoris vivit officiis. *Sup. Pſalm.* 118. *in illud, Clamavi in toto corde meo. in princip. folio* 75. *colum.* 4.

HUGO A S. VICTORE. 42. Laus & gratiarum actio, non ſolùm ad Deum, ſed etiam coram Deo clamant. *Sup. Thren. longè poſt medium, pagina* 123. *littera F. ſup. illud, Gen.* 18. *Clamor Sodomorum.*

43. Clamat iniquitas ad Deum; clamat & neceſſitas: ſed illa clamat irritans, iſta ſupplicans: illa provocat iram, iſta flagitat miſericordiam. *Ibidem.*

44. Clamant Angeli in cœlo clamore laudis: clamat Moyſes in deſerto, clamore devotionis: clamant filii Iſraël in Ægypto, clamore neceſſitatis: clamat Sodoma & Gomorrha, clamore iniquitatis. *Ibidem, &c. lit. G.*

HUGO CARD. 45. Sæpè clamor juſtorum, eò proficit quò differtur. *Sup. Job. cap.* 35. *folio* 444. *col.* 4. *tom.* 1.

46. Clamant juſti, clamant mali, clamant & beati in patria. *Prof.*

47. Juſti clamant corde, ore, opere: corde per rectum deſiderium, voce in Eccleſia, cantando, confitendo, prædicando: opere, manibus laborando, eleemoſinas largiendo.

48. Mali clamant ſimiliter corde, ore, opere: corde ſcilicet tumoltuoſo; voce litigando, detrahendo, & voce tenus prædicando: opere, peccando & vociferando clamore Sodomorum & Gomorrhæorum.

49. Beati clamant in Patria, ſemper Deum laudando. *Sup. Pſal.* 16. *Moraliter, folio* 31. *columna* 3. & 4. *tom.* 2.

50. Eſt clamor interior cordis, & exterior oris: primus, eſt ipſa devotio, ſecundus eſt ſignum, & exultatio devotionis. *Sup. Pſ.* 30. *fol.* 76. *col.* 2. *tom.* 2.

51. Non vox ſed votum, non muſica cordula, ſed cor: non clamor, ſed amor clamant in aure Dei. *Sup. Iſayam cap.* 33. *fol.* 71. *col.* 4. *tom.* 4.

HUGO CARD. 52. Clamatur ad Dominum,
- Admiratione.
- Devotione.
- Predicatione.
- Confeſſione.
- Oratione.
- Operatione.
- Sanguinis effuſione.
- Mercedis defraudatione.
- Peccati contra naturam enormitate.
- Vitæ ſanctitate.
- Teſtimonio conſcientiæ.
- Doloris immenſitate.
- Ardore concupiſcentiæ. *Sup. Pſal.* 27. *folio* 64. *col.* 3. *tom.* 2.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 53. Dedecus divitum eſt clamor pauperum. *Hom. ſup. Pſal.* 95. *circa med. col.* 768. *D. tom.* 1.

54. Conſtans ac fortis animus, quò magis clamare vetatur, eò altius provehitur. *Homil.* 67. *in Matth. in princ. col.* 553. *A. tom.* 2.

55. Deus non voce clamoſa pulſandus eſt, ſed conſcientia recta placandus. *Hom.* 12. *operis imperfect. ſup. Matth. in fine, columna* 834. *littera D. tom.* 2.

56. Deus non eſt vocis auditor, ſed cordis. *Ibidem.*

57. Clamor prædicatoris non aſper ſit, non injucundus, ſed omni muſicæ harmoniâ ſuavior, quò nil auditorum aures poſſit vehementius demulcere. *In princip. prologi ſup. Joannem, columna* 7. *littera D. tom.* 3.

58. Una in re dumtaxat utilis vociferatio, nempè in prædicando & docendo: aliis in rebus nequaquàm, neque in precationibus. *Serm.* 15. *ſuper Epiſt. ad Epheſ. in princip. Moralis, columna* 1050. *D. tom.* 4.

59. Quemadmodùm fieri non poteſt, ut qui non vociferatur, iraſcatur: ita fieri nequit, ut vociferans non iraſcatur. *Ibidem.*

60. Fieri nequit ut per iram implicetur, qui non clamat. *Ibidem, poſt initium, columna* 1051. *littera A.*

61. Vociferatio etiam nondùm exiſtentem iram elicit. *Ibidem.*

62. Mulieres dùm ancillis iraſcuntur, univerſam domum vociferationibus ſuis adimplent. *Ibidem.*

S. PETRUS CHRYSOL. 63. In anguſtiis illum clamantem audiet, qui pauperem cùm clamaret, audivit. *Serm.* 14. *poſt med. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 2.

S. PETR. DAM. 64. Auribus occulti judicis, non tàm ſtrepitus vocis, quàm clamor inſonat cordis. *Libr.* 6. *Epiſt.* 9. *ad Gebizonem, Abbat. ante med. pagina* 87. *col.* 1. *D. tom.* 1.

S. PROSPER. 65. Clamor ad Deum eſt intentio cordis, & flagrantia dilectionis. *Sent.* 100. *in fine tomi* 3. *operum D. Auguſt. pag.* 748. *C.*

SALVIANUS. 66. Grandis abſque dubio peccantium clamor eſt, qui à terra aſcendit ad cœlum. *Profec.*

67. Et verè clamor, & grandis clamor eſt, quando pietas Dei, peccatorum clamoribus vincitur, & peccantes punire cogitur. *Libr.* 1. *de Gubern. Dei poſt med apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 326. *col.* 2. *E. edit. Coloniæ* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 68. Tacere cùm opus eſt, clamas: cùm loqui convenit, obmuteſcis. *Lib.* 4. *de Arte Rhetorica ante med. col.* 53. *A. tom.* 1.

SENECA. 69. Quid turpius philoſophia captante clamores? *Ep.* 52. *à medio, pag* 614. *tom.* 2.

Claudere.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Augustin. 1. QUID prodeſt clavis aurea, ſi aperire quod volumus, non poteſt? aut quid obeſt lignea, ſi hoc poteſt, quando nihil quærimus, niſi patere quod clauſum eſt? *Lib. 4. de doctrina Chriſt. cap. 11. in medio, pag. 53. B. tom. 3.*

2. Omne cor, omni cordi clauſum eſt. *Sup. Pſ. 55. ante med. verſ. 6. pag. 374. D. tom.* 8.

3. Clauſum cor habes, & clavem accuſas. *Serm 4. de verbis Apoſt. poſt init. pag.* 178. *C. & D. tom.* 10.

4. Si clauſeris viſcera miſericordiæ indigenti, omninò claudetur tibi janua Chriſti. *Ser. 6. ad fratr. in Eremo ante finem, pag.* 920. *C. tom.* 10.

5. Cavendum eſt, ne quid aperiatur ei qui non capit: meliùs enim quærit quod clauſum eſt, quàm id quod apertum eſt, aut infeſtat aut negligit. *Lib. 2. de ſerm. Dom in monte poſt med. pag.* 827. *B. tom.* 4.

6. Claude oculum & amittis vitium, claude januam & latronem occides, claude oculum & voluntas non erit habendi, claude oculum, & infernum clauſeris in æternum. *Ser. 31. ad fratr. in Eremo, in medio. pag.* 956. *C. tom.* 10.

S. Cyprianus & S. Eligius. 7. Claudatur contra adverſarium pectus, & ſoli Deo pateat. *De Orat. Dom. cap. 13. prope initium, pag. 171. columna 2. tom. 2. Et S. Eligius. Homil. 11. ante med.*

Gloss. Int. 8. Os quod clauſum fuit à laude Dei, clauditur à deflendis malis ſuis. *Sup. Oſeam, cap. 4. col. 1725. lit. B. tom. 4.*

9. Diabolus corda claudit, ſed Deus aperit. *Sup. Acta Apoſtolorum, cap. 16. columna 1161. littera B. tom. 6.*

S. Greg. mag. 10. Includere Dei eſt, clauſis non aperire: recludit itaque Deus, quem in ſuorum operum tenebris relinquit. *Lib. 11. Moral. cap. 5. poſt med. col.* 378. *C. tom.* 1.

11. Poſt diem judicii regni janua lugentibus claudetur, quæ modò quotidiè pœnitentibus aperitur. *Homil. 12. ſup. Evangelia poſt med. columna* 358. *lit. D. tom.* 2.

12. Si parvæ rei aditus, antequàm diu pateſcat, non clauditur, uſu fit latior; & erit conſuetudine licitum, quod ratione conſtat eſſe prohibitum. *Lib. 7. in Regiſtro, Indictione 2. cap. 119. Ep. 119. ad Syagrium Epiſcop. Auguſtodunenſem, poſt med. columna 995. littera D. tom.* 2.

S. Hieronym. 13. Quid neceſſe eſt, ut cordis tui oſtia clauſa ſint? ſponſo aperiantur Chriſto, claudantur diabolo. *Tom. 1. Epiſt. 22. ad Euſtochium, paulò poſt med. pagina 143. littera A.*

14. Oculi feneſtræ ſunt mortis, quæ niſi claudantur, ſtatim mors dira ſubintrat. *In Regula Monachorum, cap. 20. ante medium, pagina 331. littera A. tom. 4.*

Hugo Card. 15. Clauduntur oculi eorum, qui voluntatem propriam ſequuntur. *Sup. Geneſ. cap. 3. fol. 6. columna 1. tom.* 1.

S. Joannes Chrysost. 16. Claudendæ ſunt januæ, ne quis aſpiciat quæ videre nefas eſt. *Homil. 72. ante finem, columna 592. D. tom.* 2.

Joan. Clim. 17. Claude januam cellulæ corpori, & linguæ januam locutioni, interioremque animi feneſtram ſpiritibus immundis. *Gradu 27. a medio, apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 2. pagina 287. col. 2. G. edit. Colon.* 1618.

S. Isid Hisp. 18. Non omnibus ea quæ ſunt clauſa, aperienda ſunt. *Libr. 3. de ſummo bono, cap. 43. ſent. 3. pag. 681. columna* 2.

S. Petrus Chrysolog. 19. Corda benè conſcius aperit, malè conſcius claudit. *Serm. 22. in fine, apud bibl. Patr. tom 5. part. 2. pag. 678. col. 1. B.*

20. Oris tui oſtium utilitati aperiatur, nugacitati claudatur. *Profec.* Petrus Mauritius Abb. Clun.

21. Aperiatur ad ædificationem, claudatur ad obloquentium, vel murmurantium detractionem.

22. Aperiatur ad exhortationem ſupervenientium, claudatur ad verboſitatem curioſorum. *Lib. 1. Ep. 20. ad Giſlebertum, ante finem, apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 24. col. 1. C.*

23. Neceſſaria & utilis eſt vago clauſura. *In Hortulo Roſar. cap. 8. ſect. 2. pag. 518. tom. 2.* Thomas à Kempis.

24. Claude oſtium domus tuæ, & eris in pace. *Ibidem.*

25. Non didicimus nos ligneum claudere oſtium, ſed magis oſtium linguæ. *In ſent. in fine poſitis. ſent. 43. pag. 98. col. 2.* In Vit. Pat.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

26. Nihil eſt clauſum, cui non mors aperta non ſit. *Ep. 66. ante med. pag. 646. tom. 2.* Seneca.

Clementia.

Vide Manſuetudo.

Clericus, ſeu Eccleſiaſticus.

ETYMOLOGIA.

CLERICUS, qui Chriſti ſervit Eccleſiæ, interpretetur primò vocabulum ſuum, & nominis definitione probata nitatur eſſe quod dicitur. *Prof.* S. Hieron.

Si enim κλῆρος græcè, ſors latinè appellatur, propterea vocantur Clerici, vel quia de ſorte ſunt Domini, vel quia ipſe Dominus ſors, ideſt, pars Clericorum eſt. *Ep. 2 ad Nepotian. ante med. pag. 12. D.*

Clericus dicitur à κλῆρος græcè, quod latinè interpretatum, ſortem ſonat: ſive quòd ipſe ſorte ſit electus à Deo ad ſervitium Dei; ſive quòd ipſe Deus ſors illius ſit, & quòd portionem aliam in terra habere non debeat. *Lib. 2. de Sacram. part. 2. cap. 3. poſt med. pag. 442. H. tom.* 3. Hugo à S. Victore.

Clericus ſicut juxta ſui etymologiam vocabuli ipſe ſors Dei eſt, ita nihilominus & Deus omnipotens ejus eſſe portio perhibetur. *Opuſc. 27. in medio Præfat. pag. 608. col. 2. B. tom. 3.* S. Petrus Damianus.

Clerici vocantur eoquòd in ſortem hæreditatis Domini dentur: vel quia ipſe Dominus ſors illorum eſt. *Profec.* S. Isidorus Hispalens.

Nam κλῆρος græcè ſors interpretatur; undè & hæreditas græcè κληρονομία appellatur, & hæres κληρονόμος. *Lib. 2. de Officiis Eccleſ. cap. 1. in med. pag. 596. col. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

1. O quàm deteſtabilis eſt incuria quorundam Clericorum, qui calices permittunt rubigine deſtrui, tobaleas & pallas altaris, & corporalia turpiſſima remanere, caſulas & alia paramenta totaliter dilacerari! *Profec.* S. Antonin.

2. Et tamen ipſi miſerrimi non paterentur talibus veſtibus indui, aut talibus tobaleis menſam ſuam parari; & quid ſunt iſta, niſi ſacrilegia? *Part. 2. tit. 1. cap. 21. §. 5. in fine, folio 84. col.* 4.

3. Clerici principales ſunt in Eccleſia, portant tonſuram in modum coronæ, tanquàm reges ſpirituales, quia ſe & alios virtutibus regere debent & bonis exemplis. *Part. 3. tit. 12. de infidelitate, cap. 9. in prologo §. 2. ante med. folio 331. col.* 3.

4. Quiſquis Clericus ad ſortem Domini vocatus, qui comam nutrit, & capillos radere, vel tundere erubeſcit, profectò ſe non de Dei, ſed de mundi ſorte eſſe teſtatur. *De contemptu mundi, cap. 3. in fine, pag. 644. C. tom.* 9. S. Augustin.

S. Augustin. 6. Ceſſent Clerici pſalmodiæ, hymniſque ſpiritualibus inſiſtentes, capillos, mitras, cæteraque velamina in capitibus portare, ut dùm cum Deo loquuntur, famulatus ſui ſigna occultantes, ejus indigni judicentur propitiatione, cujus ſalubri doctrinæ præſumunt non obedire. *Ibidem, cap. 4. ſtatim ab init. pag.* 644 *D. tom.* 9.

7. Clericus, qui exercet mercimonia, interceſſiones vendit viduarum, munera libenter amplectitur, hic negotiator magis poteſt videri, quàm Clericus. *Sermo 19. de Verbis Domini, in fine, pagina 60. littera D. tom.* 10.

8. Non decet Clericum cum mulieribus ſedere, vel fabulari, vel domos earum frequentare, ne ſuſpicio mala indè progrediatur. *Prof.*

9. O quàm vilis, ô quàm miſer & puſillanimis reputatur Clericus, qui frequenter cum mulieribus converſatur!

10. Inſipiens valdè eſt & inexpertus, qui amicitias mulierum procurat. *Ser. 37. ad fratr. in Eremo. poſt med. pag. 966. D. tom.* 10.

11. Antequam Eccleſiaſticus quis ſit, licet ei negotiari; facto jàm non licet. *Et hab. in decret. Gratiani part. 1. diſtinct. 50. can. Fornicari. fol. 97. colum.* 1.

S. Ambros. 12. Nihil tàm aſperum, tamque pernitioſum eſt, quàm ſi Eccleſiaſticus (maximè qui in ſublimi loco eſt) divitiis hujus ſeculi ſtudeat, quia non ſolùm ſibiipſi, ſed & cæteris obeſt. *Sup. 1. Tim. 6. ſup. illud, Qui volunt divites fieri. col. 2063. B. tom.* 5.

S. Basilius Magnus. 13. Ne te gradus ſortis Cleri extollat, ſed potiùs humiliet. *Serm. 2. Exercitamentor. in fine, pagina 445. tom.* 3.

14. Quantò Eccleſiaſtici debiliores ſiunt, magiſque diffluunt, tantò ampliùs imperandi libido in hominibus efflorcſcit. *Epiſt. 8. ad Euſeb. Epiſcop. circa init. pag. 660. tom.* 4.

S. Bernard. 15. Eſſet ſine dubio melius nubere & ſalvari in humili gradu fidelis populi, quàm in Cleri ſublimitate & deteriùs vivere, & diſtrictiùs judicari. *Serm. de converſ. ad Clericos, cap. 29. in fine, folio 116. columna 3. littera H.*

16. Timeant Clerici, timeant miniſtri Eccleſiæ. qui tàm iniqua gerunt, ut ſtipendiis, quæ ſufficere debent, minimè contenti, ſuperflua, quibus egeni ſuſtentandi forent, impiè ſacrilegéque ſibi retinent. *Proſecutio.*

17. Qui in uſus ſuæ ſuperbiæ atque luxuriæ victum pauperum conſumere non verentur: duplici profectò iniquitate peccantes, quòd & aliena diripiunt, & ſacris in ſuis vanitatibus & turpitudinibus abutuntur. *Sermo 23. ſup. Cant. poſt medium, folio 152. columna 1. littera C.*

18. Inſolentiæ Clericorum mater eſt negligentia Epiſcoporum. *Ep. 152. ad Innocent. Papam in princ. fol. 241. col. 4. L.*

19. Curritur in Clero paſſim ab omni ætate & ordine, à doctis pariter & indoctis, ad Eccleſiaſticas curas, tanquam ſine curis jàm quiſque victurus ſit, cùm ad curas pervenerit. *Prof.*

20. Videmus illos, qui jàm proprios humeros cupitæ ſarcinæ ſubmiſerunt, non ſolùm non gemere tanquam ſub onere; ſed inſuper appetere plus onerari.

21. Non deterrentur periculis, quæ cupiditate cæcati non vident, ſed favoribus ampliùs, quos illi invident, provocantur.

22. O infinita ambitio, & inſatiabilis! cùm primos honorum gradus meruerit quis in Eccleſia; meruerit autem vel vitæ merito vel pecuniæ, ſive etiam carnis & ſanguinis prærogativâ: non ideò cor quieſcit, duplici ſemper æſtuans deſiderio, quò utique magis ac magis dilatetur in plura, & ad celſiora ſublimetur.

23. Cùm factus quis fuerit in quacunque Eccleſia Decanus, Præpoſitus, Archidiaconus, aut aliquid hujuſmodi, non contentus uno in una, plures ſibi, immò quotquot valet conquirere honores, ſatagit, tàm in una, quàm in pluribus, quibus tamen omnibus libenter unius præferet Epiſcopi dignitatem.

24. Factus Epiſcopus, Archiepiſcopus eſſe deſiderat: quò fortè adepto, rursùs neſcio quid altius ſomnians, laborioſis itineribus & ſumptuoſis familiaritatibus Romanum ſtatuit frequentare palatium, quæſtuoſas ſibi quaſdam exindè comparare amicitias. *Epiſt. 42. ad Henric. Senonenſ. Archiepiſc. poſt med fol. 227. col. 3. G. H.* S. Bernard.

25. Qui clero militiam, forum anteponit Eccleſiæ, divinis profectò humana, cœleſtibus præferre terrena convincitur. *Ep. 78. ad Suggerium Abbat. S. Dionyſii ante fin. fol. 226. col. 3 I.*

26. Sicut Clericalis conſtat non eſſe dignitatis regum ſtipendiis militare: ſic nec regiæ majeſtatis rem ſorium adminiſtrare per Clericos. *Ibid., &c. folio 226. columna 4. lit. K.*

27. Alienis laboribus locupletantur Clerici, comedunt fructum terræ abſque pecunia; & prodit quaſi ex adipe iniquitas eorum. *Epiſt. 152. ad Innocent. Papam, poſt init. fol. 241. col. 4. L.*

28. Quid inſolentius, quidve indignius in Eccleſia eſſe poteſt, quàm ut ſibi quiſque Eccleſiaſticus vendicet dignitates pluralitate nummorum, non morum probitate? *Ep. 158 ad Innocent. Papam, in fine fol. 242. col. 3. H.*

29. Videas pleroſque in Eccleſia de ignobilibus nobiles, de pauperibus divites factos, ſubitò intumeſcere, priſtinæ oblivisci abjectionis, genus quoque ſuum erubeſcere, & infirmos dedignari. *Prof.*

30. Videas homines pecunioſos ad honores quoſque Eccleſiaſticos pervolare; moxque ſibi applaudere ſanctitatem, veſtium dumtaxat mutatione, non mentium; & dignos ſe æſtimare dignitate, ad quam ambiendo pervenerunt, quodque (ſi audeo dicere) adepti ſunt nummis. *Hom. 4. ſup. Miſſus, poſt med. f. 19. col. 3. I. & col. 4. K.*

31. Ipſa Eccleſiaſticæ dignitatis officia in turpem quæſtum, & tenebrarum negotium tranſiêre; nec in his ſalus animarum, ſed luxus quæritur divitiarum. *Serm. 6. ſup. Qui habitat. in fine, folio 80. columna 3. litt. I.*

32. Serpit hodiè putida tabes per omne corpus Eccleſiæ, & quò latiùs, eò deſperatiùs; eòque pericoloſiùs, quò interiùs. *Prof.*

33. Miniſtri Chriſti ſunt & ſerviunt Antichriſto, honorati incedunt de bonis Domini, qui Domino honorem non deferunt.

34. Indè is, quem quotidiè vides, meretricius nitor, hiſtrionicus habitus, regius apparatus: indè aurum in frænis, in ſellis & calcaribus, & plus calcaria quàm altaria fulgent.

35. Indè ſplendidæ menſæ, & cibis & ſcyphis, indè comeſſationes, & ebrietates: indè cythara & lyra & tibia: indè redundantia torcularis, indè referta marſupia. Pro hujuſmodi volunt eſſe & ſunt Eccleſiarum Præpoſiti, Decani, Archidiaconi, Epiſcopi, Archiepiſcopi. *Serm. 33. ſup. Cant. ante finem, folio 163. columna 3. litt. H.*

36. Dignum eſt, ut qui altario deſervit, de altario vivat: conceditur ergo tibi ut ſi benè deſervis, de altario vivas, non autem ut de altario luxurieris, ut de altario ſuperbias, ut indè compares tibi fræna aurea, ſellas depictas, calcaria deargentata, variaque alia. *Epiſt. 2. ad Fulconem ante finem, folio 206. colum. 3. littera I.*

37. Quid ſibi vult quod Clerici aliud eſſe, aliud videri volunt? nempè habitu milites, quæſtu Clericos, actu neutrum exhibent: nam neque ut milites pugnant, neque ut Clerici evangeliſant; cujus ergo ordinis ſunt? *Lib. 3. de Conſid. in fine, fol. 280. col. 1. C.*

38. Vides omnem Eccleſiaſticum zelum fervere ſola pro dignitate tuenda: honori totum datur,

ſanctitati nihil aut parum. *Ibidem, poſt med. folio* 279. *col.* 3. *G.*

S. BERNARD.

38. Clericus qui partem habet in terra, non habebit partem in cœlo: ſi aurum, ſi argentum, ſi poſſeſſiones habeat, cum illis Dominus pars ejus fieri non dignatur. *In Declamat longè ante med. folio* 308. *columna* 3. *lit. I.*

39. Cùm cuncti ſtatus hominum aliquid habeant laboris, & aliquid voluptatis; Clerici inter hæc novo quodam artificio diſcernentes, totum quod delectat in quolibet eligunt & amplectuntur; quod moleſtum eſt, fugiunt & declinant. *Ibidem, &c. folio* 308. *col.* 4. *littera K.*

40. Væ, væ tibi Clerice, mors in olla, mors in ollis carnium, mors in hujuſmodi deliciis eſt: ſumptus enim Eccleſiaſticos gratis habere te reputas. *Ibidem, ante med. folio* 309.

41. Clericus de altario vivat, non ſuperbiat, non luxurietur, non ditetur, nec ex clericatu ditior fiat. *Ibid. &c. lit. I.*

42. Clericus non ſibi de bonis Eccleſiæ ampla palatia fabricet, nec ea in vanitate, aut ſuperfluitate diſpergat: non extollat de facultatibus Eccleſiæ conſanguineos ſuos, aut neptes, nec eas nuptui tradat. *Ibid. &c. lit. I.*

43. Non facit ornatum Clericum tenera veſtis, ſed munditia mentis. *Serm.* 9. *ad Sororem, in princ. folio* 83. *columna* 1. *A.*

44. Non omnes ſunt amici ſponſi, quos hodiè ſponſæ hinc inde aſſiſtere cernis, & qui (ut vulgò aiunt) eam quaſi addextrare videntur: pauci admodum ſunt, qui non quæ ſua ſunt, quærant. *Prof.*

45. Diligunt munera, nec poſſunt pariter diligere Chriſtum, quia manus dederunt mamınonæ.

46. Intuere quomodo incedunt nitidi & ornati, circumamicti varietatibus, tanquàm ſponſa procedens de thalamo ſuo.

47. Nonne ſi quempiam talium repentè eminùs procedentem aſpexeris, ſponſam potiùs putabis, quàm ſponſæ cuſtodem?

48. Undè hanc illis exuberare exiſtimas rerum affluentiam, veſtium ſplendorem, menſuram, luxuriem, congeriem vaſorum argenteorum, & aureorum, niſi de bonis ſponſæ?

49. Indè eſt quod illa pauper, & inops, & nuda relinquitur, facie miſeranda, inculta, hiſpida, exangui.

50. Non eſt hoc ornare ſponſam, ſed ſpoliare: non eſt cuſtodire, ſed perdere: non eſt defendere, ſed exponere: non eſt inſtituere, ſed proſtituere: non eſt paſcere gregem, ſed mactare, & devorare. *Serm.* 77. *ſup. Cant. ab initio. fol.* 196. *col.* 4. *lit. K.*

51. In Clero tanquàm in cœlo gerens iniqua quid niſi de miniſterio judicetur? cœleſte tenet officium, Angelus Domini exercituum factus eſt, tanquàm Angelus aut eligitur, aut reprobatur. *In Declamat. ante med. fol.* 310. *col.* 1. *B.*

52. Nullus in clericatu dives ex paupere fiat, ex ignobili glorioſus. *Lib.* 4. *Florum cap.* 4. *poſt med. in calce ſuorum operum.*

53. Fornicatio in multis Clericis multipliciter regnat, qui puritatis authori, impuro corde & opere miniſtrantes, omninò audent Agni immaculati ſacras contingere carnes, & intingere in ſanguinem Salvatoris manus nefarias, quibus carnes meretricias attrectarunt. *Ibidem.*

S. BONAVENT.

54. Proprium eſt Clericorum, plangere aliena mala ſicut propria. *Sup. Lament. Hierem. cap.* 2. *a medio, in illud, Defecerunt oculi, &c. pag.* 426. *colum.* 1. *littera D. tom.* 1.

55. Iſti qui ſtipendia accipiunt, ſi Officium divinum non impleant, injuſtitiam exercent, & contra præceptum faciunt. *Ser.* 1. *omnium Sanctor. ante fin. pag.* 283. *col.* 2. *tom.* 3.

S. BONAVENT.

56. Non diligit decorem domus Dei, qui pulchrius habet mantile in menſa, quàm in altari; qui pulchriorem habet ſcyphum ad recipiendum corporale poculum, quàm habeat calicem ad ſanguinem dominicum ſumendum. *Prof.*

57. Qui ſpecioſiorem & ornatiorem habet cameram ad jacendum, quàm habeat capellam ad corpus Dominicum conficiendum.

58. Qui etiam pulchriorem habet & nitidiorem, ac etiam ſecretiorem pyxidem ad denarios obſervandum, quàm habeat in altari capſam ad corpus Chriſti detinendum. *Serm. de Dedicat. in fine, ſup. illud Pſal.* 25. *Domine dilexi decorem domus tuæ. pag.* 293. *col.* 2. *tom.* 3.

59. Clerici vitâ, Chriſti debet ornari Eccleſia. *Libr.* 1. *Pharet. cap.* 22. *prope med. pag.* 114. *col.* 1. *A. tom.* 6. *part.* 1.

60. Procuratores atque diſpenſatores domorum alienarum, atque villarum, quomodo poſſunt eſſe Clerici, qui proprias jubentur contemnere facultates? *Prof.*

61. Tu quicunque in Clero es, Domini portio es, & poſſeſſio ejus: noli ergo diſcedere de Domini tui poſſeſſione. *Ibidem.*

62. Clerici, qui ſunt oculi Eccleſiæ, debent eſſe præ cæteris teneri compaſſione, & lachrymabiles pietate. *Tintl.* 7. *Diætæ. cap.* 5. *in fine, pag.* 313. *col.* 1. *E. tom.* 6. *part.* 1.

S. CLEMENS PAPA.

63. Clericus ſolus ad fœminæ tabernaculum non accedat. *Ep.* 2. *ante med. folio* 219. *pag.* 2.

64. Tales ad miniſterium eligantur Clerici, qui dignè poſſint Dominica ſacramenta tractare. *Prof.*

65. Melius eſt enim paucos habere miniſtros qui poſſint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, qui onus grave ordinatori adducant. *Ibid. ante med. folio* 220. *pag.* 1.

66. Nihil injuſtius, vel inhoneſtius eſt, quàm Clericos doctoribus inobedientes, vel protervos exiſtere. *Ep.* 3. *prope init. fol.* 225. *pag.* 1.

CONCILIUM AGATHENSE.

67. Ante omnia Clericis vetatur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac nutrix eſt. *Et habetur in decret. Gratiani part.* 1. *diſt.* 35. *can. Ante. folio* 40. *col.* 2.

CONCILIUM CARTHAG. 4.

68. Clerici edendi vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur, niſi peregrinationis neceſſitate compulſi. *Et habetur in decretis Gratiani part.* 1. *diſt.* 44. *can. Clerici. fol.* 47. *col.* 4.

69. Clericus, qui adulationibus, & proditionibus vacare deprehenditur, degradetur ab officio. *Et habetur, ut ante, part.* 1. *diſt.* 46. *can. Clericus, folio* 50. *col.* 4.

S. CYPRIAN.

70. Cùm etiam laicos hoc deceat, ne aut extraneis occaſionem blaſphemandi, aut fraternitati opportunitatem fornicationis opponant: tùm maximè Clericos vehementer neceſſitas iſta conſtringit, quibus religio blaſphemata, aut fraternitas perdita pœnas dupliciter irrogabit. *De ſingularit. Clericor. cap.* 5. *poſt med. pag.* 524. *col.* 1. *tom.* 3.

71. Qui in Clericorum miniſterio conſtituti ſunt, non niſi Altari deſervire, & precibus atque orationibus vacare debent. *Ep.* 66. *ad Clerum & plebem Furnitanorum, circa init. pag.* 158. *col.* 1. *tom.* 2.

S. FRANCISCUS ASSISIAS.

72. Væ illis, qui Clericos deſpiciunt: licèt enim ſint peccatores, tamen nullus debet eos judicare, quia ipſe ſolus Dominus reſervat ſibi ad eos judicandum *Profec.*

73. Nam quantò major omnibus adminiſtratio eorum, tantò plus peccatum habent, qui peccant in ipſis, quàm in omnibus aliis hominibus iſtius mundi. *Tom.* 1. *Opuſculor. in Exhort. ad fratres, cap.* 25. *pag.* 80.

GLOSS. DECR.

74. In Clerico magnitudo coronæ, eſt ſignum magnæ converſionis. *Apud Gratianum in decretis fol.* 26. *col.* 2. *edit. Lugdun.* 1540.

GLOSSA ORD.

75. Hodiè fruſtra quidam Eccleſiaſtici jactant ſe eſſe de ſpecioſa Eccleſia, ſed factis negant, in quibus vitiorum greges habitant. *Sup. Soph. cap.* 2. *F. tom.* 4.

GRATIANUS. 76. Nullus ordinetur Clericus, niſi probatus fuerit, vel examine Epiſcoporum, vel populari teſtimonio. *In ſuis decretis, Part. 1. diſt. 2. Can. Nullus. fol. 26. col. 4. edit. Lugun.* 1540.

S. GREGORIUS MAGNUS. 77. Clericus admonendus eſt, quatenùs ſic vivat, ut exemplum vitæ ſecularibus præbeat. *Hom. 17. ſuper Evangel. circa finem, columna* 364. *littera B. tom.* 2.

78. Penſate quantæ damnationis ſit, ſine labore percipere mercedem laboris, & quanti criminis, peccatorum pretium manducare, & nihil contra peccata prædicando agere. *Ibidem ante med. columna* 378. *lit. B. & C.*

79. Qui Eccleſiaſticis famulantur obſequiis, Eccleſiaſticum, ut poſſibilitas exigit, debent adipiſci ſubſidium. *Lib. 4. in Regiſt. indict. 13. cap. 70. 1. Ep. 26. ad Gaudentium Epiſc. Nolanum in princ. col.* 786. *littera D. tom.* 2.

80. Si in Eccleſiaſticis officiis quemquam habeat locum pecunia, fit ſeculare quod ſacrum eſt. *Ibid. lib. 7. indict. 2 cap. 110. Ep. 110. ad Syagrium Epiſc. paulò poſt init. col.* 983. *lit. B. tom.* 2.

81. Eccleſiaſticis utilitatibus deſudantes, Eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione gaudere, ut qui ſe voluntariis obſequiorum neceſſitatibus ſponè ſubjiciunt, dignè proviſionibus coſolentur. *Ibidem lib. 2. indict. 11. cap. 57. Epiſt. 18. ad Theodorum, in princ. col.* 720. *lit. C. tom.* 2.

S. GREG. NAZ. 82. Non magni ducere debemus, ſi plebem excellimus; ſed pro detrimento habere, ſi dignitati noſtræ non reſponderimus. *In Apolog. de ſua fuga, longè poſt init. pag.* 4.

S. HIERONYM. 83. Non facit Eccleſiaſtica dignitas Chriſtianum. *Tom. 1. Ep. 1. ad Heliodor. poſt medium pagina 4. littera C.*

84. Clericus, quia ipſe pars Domini eſt, vel Dominum partem habet, talem ſe exhibere debet, ut & ipſe poſſideat Dominum, & poſſideatur à Domino. *Prof.*

85. Qui Dominum poſſidet, nihil extra Dominum habere poteſt: quòd ſi quippiam aliud habuerit præter Dominum, pars ejus non erit Dominus. *Tom. 1. Ep. 2. ad Nepotianum, ante med. pag. 13. lit. A.*

86. Ne officium clericatus genus antiquæ militiæ putes, id eſt ne lucra ſeculi in Chriſti quæras militia: ne plus habeas quàm quando Clericus eſſe cœpiſti, & dicatur tibi, Cleri corum non proderunt eis. *Profec.*

87. Nonnulli ſunt Clerici, qui poſſident opes ſub Chriſto paupere, quas ſub locuplete & fallace diabolo non habuerant: ut ſuſpiret eos Eccleſia divites, quos mundus tenuerat ante mendicos. *Ibidem, ante med. pagin. 13. lit. A.*

88. Menſam tuam pauperes, & peregrini, & cum illis Chriſtus conviva noverit. *Ibidem.*

89. Negotiatorem Clericum, & ex inope divitem, & ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem fuge. *Ibidem.*

90. Si propter officium clericatus, aut vidua à te viſitatur aut virgo, nunquàm domum ſolus introeas. *Ibid &c. littera B.*

91. Facilè contemnitur Clericus, qui ſæpè vocatus ad prandium, ire non recuſat: nunquàm petentes, rarò accipiamus rogati. *Ibidem ante finem, pagina 17. littera. A.*

92 Viri Eccleſiaſtici, muri & turres Eccleſiæ nuncupantur. *Tom. 1. Ep. 46. ad Ruſticum ante med pag. 220. lit. D.*

93. Nemo magis Eccleſiaſticus eſt, quàm qui nunquàm hæreticus fuit. *Tom. 2. Ep. 16. ad Theophil. poſt. init. pag. 184. lit. C.*

94. Clerici, qui de bonis parentum ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt accipiunt, ſacrilegium profectò committunt. *In regula Monachorum, cap. 4. poſt medium, pagina 270. littera D. tom.* 4.

S. HIERONYM. 95. Quidquid habent Clerici, pauperum eſt, & domus eorum omnibus eſſe debent communes; & ſuſceptioni peregrinorum & hoſpitum invigilare debent. *Ibid. cap. 29. in med. pag. 294. lit. B.*

96. Prima tentamenta ſunt Clericorum, mulierum frequentes acceſſus. *Tom. 4. Ep. 54. ad Oceanum, prope init. pag. 317. lit. B.*

97. Non veſtis tenera Clericum facit, ſed caſta mentis intentio. *Ibidem ante medium, pagina 318. littera C.*

98. Germinant fœminæ ſpinas cum Clericis habitantes, & arcana mentium acuto mucrone percutiunt. *Profec.*

99. Bonus honor eſt in Eccleſia, ſi à conſortio Clericorum fœminæ ſint longè. *Ibidem poſt med. pag. 318. littera D.*

100. Cuinam dubium eſt, quin inter tres peccatores, imò impios; Gentilem, Hereticum, & Eccleſiaſticum, multò majoribus pœnis dignus ſit, qui majoris fuerit dignitatis? *Lib. 5. in Ezechiel. cap. 16. in illud, Et convertam reſtituens, &c. pag. 422. lit. B. tom.* 5.

101. Vehementer Eccleſiam Chriſti deſtruit, meliores Laïcos eſſe, quàm Clericos. *Sup. Ep. ad Titum cap. 2. in fine pag. 254. littera B. tom. 9. ſup. illud, Nemo te contemnat.*

HUGO A S. VICTORE. 102. Non nitor veſtium, ſed morum honeſtas ornat Clericum. *Sup. regulam D. Auguſt. cap. 9. in princ. pag. 13. lit. F. tom.* 2.

103. Clerici, quoniam ea quæ ad ſpiritualem vitam pertinent diſpenſant, quaſi dextera pars ſunt corporis Chriſti. *Lib. 2. de Sacram. part. 2. cap. 3. circa med. pag. 442. lit. H. tom.* 3.

104. Clerico ſtatutum eſt decimis & oblationibus, quæ Deo offeruntur, ſuſtentari. *Ibid.*

105. Age miſer, ſequere ducem tuum, oculi tui ſublime videant, multiplica præbendas; hinc ad Archidiaconatum evola, ad Epiſcopatum aſpira: paulatim aſcendis, ſed non paulatim deſcendes, immò tanquàm fulgur impetu vehementi. *Sup. Geneſ. cap. 1. poſt med. fol. 2. col. 4. tom.* 1.

HUGO CARD. 106. Clerici debent eſſe excelſi vita, & ſcientia præeminentes, & de amore terrenorum egredi. *Ibid. cap. 12. Moraliter fol. 16. col.* 4.

107. Pactum quod fecerunt Clerici recipiendo Ordines, non tenuerunt. *Sup. Pſal.* 17. *Moraliter fol. 39. col. 2. tom.* 2.

108. Clerici deſtruunt muros Hieruſalem, & reædificant muros Hierico. *Sup. Pſal. 50. fol. 134. columna 4. tom.* 1.

109. Jàm cum majori pompa & pluribus equis vadunt Eccleſiaſtici, quàm principes ſeculares, quaſi non miniſterium creditum ſit eis, ſed magis regnum, vel imperium. *Sup. Geneſ. cap. 23. fol. 46 col. 4. tom.* 1.

110. Nihil ita fœdat Eccleſiam, & nihil tantùm illam ſpiritualiter maculat, ſicut vir Eccleſiaſticus malè ſe gerens. *Sup. Pſal. 54. fol. 139. col. 2. tom.* 2.

111. Nihil ſceleſtius quàm Eccleſiaſticum virum amare pecuniam. *Sup. Proverb. cap. 29. fol. 62. col. 3. tom.* 3.

112. Clerici participantes Eccleſiaſtica beneficia, ſi non docent & prædicant in ipſa Eccleſia, exactores ſunt atque ſpoliatores. *Sup. Iſayam, cap. 3. fol. 11. col. 1. tom.* 4.

113. Vir Eccleſiaſticus nec retinere aliquid poteſt de patrimonio crucifixi præter neceſſaria: nec parentibus dare, niſi ut cæteris pauperibus, quod ſi facit, rapina pauperis in domo ſua eſt. *Ibidem, &c. columna* 3.

114. Eccleſiaſtici more militum vivunt, & maximè de patrimonio crucifixi, qui in receptione redituum Domini, Clerici ſunt, ſed tonſurâ laïci: in negotiationibus mercatores: in veſtibus, domibus, menſis, equis, & phaleris milites. *Ibid. cap. 34 myſtice fol 74. col.* 3.

HUGO CARD.

115. Clerici ſaciunt ſcelera, laïci verò peccata: quia plùs peccant, & graviora & ſceleratiora committunt. *Sup. Iſajam cap.* 58. *fol.* 139. *columna* 1. *tom.* 4.

116. Nulli tantam opportunitatem peccandi habent, ſicut Clerici: quia in divitiis abundant, & otioſi ſunt, & honorantur, quæ tria cauſa ſunt peccati. *Sup. Hierem. cap.* 3. *myſtice fol.* 184. *col. tom.* 4.

117. Clerici & tardiùs pœnitent, & audaciùs peccant. *Ibid. cap.* 44. *fol.* 263. *col.* 2.

118. Peccatum, in laïco; dolus, vel proditio, in Clerico eſt. *Super Ezechiel. cap.* 5. *fol.* 23. *columna* 4. *tom.* 5.

119. Multi Clerici, qui debent eſſe caput viæ, modò ſigniferi ſunt vitiorum. *Ibid. cap.* 25. *myſtice fol.* 91. *col.* 3.

S. IOANNES CHRYSOST.

120. Magna etiam in Eccleſia, & in Clero, multoque major ſæpè quàm in laicis eſt invidia. *Hom.* 41. *ſup. Matth. poſt med. col.* 364. *B. tom.* 2.

121. Verè magna confuſio eſt omnium Clericorum, quod laici inveniuntur fideliores eis, aut juſtiores. *Prof.*

122. Quomodo non ſit confuſio, Clericos eſſe inferiores laicis, quos etiam æquales eſſe, confuſio eſt? *Hom.* 40. *oper. imperf. ſup. Matth. ante med. col.* 1013. *C. tom.* 2. *ſup. illud, Publicani & meretrices crediderunt ei.*

123. Melior eſt laïcus ante Deum pœnitentiam agens, quàm Clericus permanens in peccatis. *Ibid. ante med. col.* 1815. *lit. A.*

124. Clericus, qui ſemper meditatur Scripturas, & obſervaturus eſt, erit perfectus: ſed ſi ſemel cœperit eas contemnere, perdet gloriam ſuam. *Ibidem*, &c. *littera C.*

125. Laïci delinquentes facilè emendantur: Clerici autem, ſi mali fuerint, inemendabiles ſunt. *Ibid. Hom.* 43. *ab initio, col.* 1046. *A.*

126. Tolle hoc vitium de Clero, ſcilicet, ne velint hominibus placere, & ſine labore omnia vitia reſecantur: quia ex hoc vitio naſcitur, ut Clerici peccantes difficilè pœnitentiam agant. *Ibid. a medio, col.* 1049. *lit. A. B.*

127. Non putet Clericus quòd ex eo quòd Clericus eſt, beatior erit quàm laïcus ſtudioſus: non enim dignitas apud Deum honorabitur, ſed voluntas. *Ibid. Hom.* 53. *ante med. ſup. illud, Domine duo talenta tradidiſti mihi. col.* 1123. *lit. B.*

S. ISID. HISP.

128. Vir Eccleſiaſticus & crucifigi mundo per mortificationem propriæ carnis debet, & diſpenſationem Eccleſiaſtici Ordinis, nolens quidem, ſed humilis gubernandam ſuſcipere. *Lib.* 3. *de ſummo bono*, *cap.* 33. *ſent.* 1. *pag.* 678. *col.* 2.

129. Plerique Clerici pravè viventes, forma cæteris in malum exiſtunt, qui in bonis exemplum eſſe debuerunt. *Prof.*

130. Hi enim quoſcunque exemplo malæ converſationis ſuæ perdunt, de illis rationem ſine dubio reddituri ſunt. *Ibidem, cap.* 38. *ſent.* 2. *pag.* 680 *col* 1.

131. His lege patrum cavetur, ut à vulgari vita ſeculi, à mundi voluptatibus ſeſe abſtineant. *Prof.*

132. Nec ſpectaculis, nec pompis interſint, convivia publica fugiant, privata non tantùm pudica, ſed & ſobria colant.

133. Uſuris nequaquàm incumbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudiſque cujuſquam ſtudium appetant.

134. Amorem pecuniæ, quaſi materiam cunctorum criminum, fugiant.

135. Secularia officia negotiaque abjiciant; honores per ambitiones non ſubeant.

136. Pro beneficio medicinæ Dei munera non accipiant, dolos & conjurationes caveant, odium, æmulationem, obtrectationem atque invidiam fugiant.

137. Non vagis oculis, non infræni lingua, aut petulanti tumidoque greſſu incedant: ſed pudorem ac verecundiam mentis ſimplici habitu inceſſúque oſtendant.

S. ISID. HISP.

138. Obſcœnitatem etiam verborum, ſicut operum, penitùs execrentur.

139. Viduarum ac virginum viſitationes frequentiſſimas fugiant.

140. Contubernia extranearum fœminarum nullatenùs appetant.

141. Caſtimoniam quoque inviolati corporis perpetuò conſervare ſtudeant.

142. Senioribus debitam obedientiam præbeant, neque ullo jactantiæ ſtudio ſemetipſos attollant.

143. Poſtremò in doctrinâ, in lectionibus, Pſalmis, Hymnis, canticis, exercitio jugi incumbant.

144. Tales enim eſſe debent, qui divinis cultibus ſe mancipandos ſtudent; ut dùm ſcientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populo adminiſtrent. *Lib.* 2. *de offic. Eccleſ. cap.* 2. *per totum pag.* 596. *col.* 1.

S. LEO I.

145. Sicut non ſuo, ita nec alieno nomine aliquis Clericorum exercere fœnus attentet. *Profec.*

146. Indecens enim eſt, crimen ſuum commodis alienis impendere.

147. Fœnus autem hoc ſolum aſpicere, & exercere debemus: ut quod hîc miſericorditer tribuimus, à Domino recipere valeamus. *Epiſtol. cap.* 4. *fol.* 81.

PETR. BLES.

148 Damnabile eſt in Clerico ſe curialibus aut ſecularibus negotiis immiſcere. *Ep.* 14. *ad Sacellanos Regis Anglorum, poſt init. apud Bibl. Patr. pag.* 712. *col.* 2. *E. edit. Colonia* 1618.

S. PETRUS DAMIANUS.

149. Ad hoc Eccleſiaſticis prædia conferuntur, ut ex his pauperes ſuſtententur, indigentes alantur: ut ex illis, viduis atque pupullis ſubſidium procuretur. *Lib.* 4. *Epiſt.* 12. *ad V. Epiſcopum in princ. tom.* 1. *pag.* 56. *col.* 1. *lit. A.*

150. Clericus qui pecuniam poſſidet, ipſe Chriſti poſſeſſio, vel hæreditas eſſe, vel Deum hæreditate poſſidere non poteſt. *Tom.* 3. *opuſc.* 24. *cap.* 1. *in fine, pag.* 578. *col.* 1. *lit. D.*

151. Turpe eſt, quem à laïcorum turbis profeſſionis conditio ſeparat, ſi vel converſatio, vel abominanda proprietas laïcum eſſe convincat. *Tom* 3. *opuſc.* 37. *ante med. præfat. pag.* 608. *col.* 2. *lit. B.*

152. Si Clericus Dei eſt portio, & Deus portio ejus, non levem Creatori ſuo contumeliam videtur inferre, qui ſuper hoc ſingulare talentum, terrenam æſtuat pecuniam cumulare. *Ibid. in med.* &c.

153. Quomodo quis Clericus valeat dici Canonicus, niſi ſit regularis? volunt ſi quidem canonicum, hoc eſt regulare nomen habere, ſed non regulariter vivere. *Ibidem cap.* 2. *in princ. pag.* 609. *col.* 2. *lit. G.*

S. PROSPER.

154. Expedit facultates Eccleſiæ poſſideri, & amore perfectionis proprias contemni. *Pref.*

155. Nihil aliud ſunt res Eccleſiæ, niſi vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonium pauperum.

156. Hoc eſt poſſidendo contemnere, non ſibi ſed aliis poſſidere, nec habendi cupiditate Eccleſiæ facultates ambire, ſed eas pietate ſubveniendi ſuſcipere. *Lib.* 2. *de vita contemplat. cap.* 9. *per totum, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 93. *col.* 2. *lit. E.G. edit. Colonia* 1618.

157. Satis indignum eſt, ſi fidelis & operoſa devotio Clericorum propter ſtipendium temporale, præmia ſempiterna contemnat. *Ibid. cap.* 10. *ante med. pag.* 63. *col.* 2. *H.*

158. Si Eccleſiaſticus propter hoc non vult ſua relinquere, ut habeat undè vivat: ut quid accipit undè rationem reddat? ut quid de peccatis alienis ſua multiplicat? *Ibid. in fine pag.* 94. *col.* 1. *B.*

SALVIANUS.

159. Certum eſt in Dei populo, etiam unius facinus peſtem eſſe multorum. *Profec.*

160. Nam ut in oculum etiamſi parva ſordes incidat, totum lumen obcæcat: ſic in Eccleſiaſtico corpore,

etiamſi pauci ſordida faciant, propè totum Eccleſiaſtici ſplendoris lumen obſcurant. *Lib. 7. de Gubern. Dei, longè poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 357. col. 2. lit. E.*

THOMAS A KEMPIS. 168. Væ Clerico indocto, & ſine ſacris libris, qui ſibi & aliis ſæpè eſt cauſa erroris. *Proſec.*

162. Nam Clericus ſine ſacris libris, eſt
Quaſi miles ſine armis.
Equus ſine frænis.
Navis ſine remis.
Scriptor ſine pennis.
Avis ſine alis.
Aſcenſor ſine ſcalis.
Sutor ſine ſubulis.
Rector ſine regulis.
Faber ſine malleis.
Sartor ſine filis.
Raſor ſine cultris.
Sagittator ſine jaculis.
Viator ſine baculo.
Cæcus ſine ductore.
Coquina ſine ollis.
Menſa ſine cibis.
Puteus ſine aquis.
Rivus ſine piſcibus.
Saccus ſine veſtibus.
Hortus ſine floribus.
Burſa ſine pecuniis.
Vinea ſine botris. *Tom. 1. in doctrinali juvenum cap. 7. ſect. 2. pag. 704.*

Vide etiam Tit. Advocatus. ſent. 60. Ludus. ſent. 17. Monachus. ſent. 14. Monaſterium. ſent. 26. Prædicatio. ſent. 14. Vrbanitas. ſent. 10.

Cœlum.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO.

ETYMOLOGIA.

S. AMBROSIUS. COELUM, quod οὐρανὸς græcè dicitur, latinè (quia impreſſa ſtellarum lumina velut ſigna habeat) tanquàm cœlatum appellatur. *Lib. 2. Hexam. cap. 4. circa init. col. 819. lit. C. tom. 4.*

S. ISID. HISP. Cœlum vocatum eſt, eo quòd tanquam cœlatum vas impreſſa lumina habeat ſtellarum, veluti ſigna. *Lib. 13. Etymol. cap. 4. in princ. pag. 176. col. 2.*

DEFINITIO.

S. BONAVENT. Cœlum eſt corpus purum & primum, natura ſimpliciſſimum, eſſentia ſubtiliſſimum, incorruptibilitate ſolidiſſimum, quantitate maximum, qualitate lucidum, diaphaneitate perſpicuum, materia puriſſimum, figura ſphericum, ſitu locali ſupremum. *Lib. 2. compend. Theologicæ veritatis, cap. 4. in princ. pag. 705. col. 1. lit. C. tom. 7. part. 4.*

GILLEBERTUS POREST. Cœlum ſerenitatis locus eſt, & Paradiſus voluptatum. *Serm. 27. ſup. Cant. ante finem, inter opera D. Bernard. volum. 2. fol. 24. col. 4. lit. K.*

S. GREGORIUS MAGN. Cœlum eſt Eccleſia Electorum. *Lib. 30. Moral. cap. 12. circa med. num. 24. col. 1026. C.*

HUGO A S. VICTORE. Cœlum eſt quod quæ in eo ſunt cœlat, ſedes Dei eſt, locus Angelorum & beatarum animarum, eſt quietum, pacificum, altum, leve, molle, ſuave, planum. *Lib. 4. de propriet. cap. 3. poſt med. pag. 305. littera B.*

S. JOANNES DAMASC. Cœlum eſt viſibilium & inviſibilium creaturarum complexio. *Lib. 2. de fide orth. cap. 6. in princ. fol. 180. pag. 1. lit. C.*

ARISTOTELES. Cœlum eſt corpus ſimpliciſſimum. *1. de Cœlo.*

Cœlum eſt indiviſibile, & inalterabile. *Ibidem.*

DIVISIO.

HUG. A SANCTO VICT. Tres ſunt cœli: primum cœlum, viſibile eſt cœlum, ſecundum cœlum, eſt viſibilis cœli inviſibile cœlum; tertium cœlum, eſt cœli viſibilis, & cœli inviſibilis inviſibile cœlum. *Prof.*

HUGO A S. VICTORE. Primum Cœlum tantùm eſt Cœlum, & terræ Cœlum: ſecundum cœlum, cœli cœlum eſt: tertium cœlum, cœlorum cœlum: & hoc cœlum ſupra ſe non habet cœlum. *Hom. 11. ſup. Eccleſiaſten. ante med. pag. 80. lit. A. tom. 1.*

GLOSS. ORD. Primum cœlum eſt aëreum, ſecundum firmamentum, tertium ſpirituale, ubi Angeli & ſanctæ animæ Dei fruuntur contemplatione. *Sup. 2. ad Cor. cap. 12. in illud, uſque ad tertium cælum, col. 447. A. tom. 6.*

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Errare à Cœlo, periculoſum eſt: non videre cœlum, miſerum eſt: ſemel excidiſſe à cœlo, æternum eſt. COLLECTOR.

2. Cœlum eſt ibi, ubi ceſſavit culpa: cœlum eſt ibi, ubi flagitia feriantur: cœlum eſt ibi, ubi nullum mortis eſt vulnus. *Lib. 5. de Sacram. cap. 4. ante med. ſup. illud, Pſal. 18. Cœli enarrant gloriam Dei. col. 1252. lit. A. tom. 4.* S. AMBROSIUS. & S. AUGUSTIN. *Ser. 28. de verb. Dom.*

3. Non poteſt quiſquam meritum regni cæleſtis adipiſci, qui mundi cupiditate poſſeſſus, emergendi non habet facultatem. *Lib. 5. ſup. Luc. cap. 6. ſup. illud, Beati pauperes, &c. col. 1656. C. tom. 5.* S. AMBROSIUS.

4. Regnum cœlorum venale eſt, non quærit Deus niſi amorem, ſine quo dari non debet: da ergo amorem, & accipe cœlum: ama, & habe. *Ep. 2. ad Hugonem incluſum. circa med. lit. B. C.* S. ANSELMUS.

5. Plus eſt pauperi videre cœlum ſtellarum, quàm diviti tectum inauratum. *Sup. Pſal. 127. ante fin. verſ. 6. pag. 1029. A. tom. 8.* S. AUGUSTIN.

6. Ad appetenda cœlorum regna plus valet mentis humilitas, quàm præſentium divitiarum temporalis paupertas. *Lib. de 12. abuſion. cap. 8. poſt med. pag. 568. lit. C. tom. 3.*

7. In regno cœleſti nulla erit triſtitia, nullus ibi labor, nullus dolor, nullus timor, nulla mors, ſed perpetua ſemper ſanitas perſeverat. *Proſec.*

8. Ibi nulla conſurgit malitia, nulla carnis miſeria, nulla ægritudo, nulla omninò neceſſitas.

9. Non erit ibi fames, non ſitis, non frigus, non æſtus, non laſſitudo jejunii, nec ulla tentatio inimici, non peccandi voluntas, non delinquendi poſſibilitas, ſed totum lætitia, totum exultatio poſſidebit.

10. Nihil hoc regno magnificentius, nihil glorioſius, nihil clarius, nihil pulchrius, nihil verius, nihil illa bonitate ſincerius, nihil illa abundantia copioſius. *De vanitate ſeculi cap. 2. ante medium, pag. 647. lit. A tom. 9.*

11. Surgunt indocti & cœlum rapiunt, & nos cum doctrinis noſtris ſine corde, ecce ubi volutamur in carne & ſanguine. *Lib. 8. Confeſſ. cap. 8. in princ. pag. 103. lit. A. tom. 1.*

12. Via cœli anguſta eſt paucis eligentibus, facilis tamen omnibus diligentibus. *Serm. 9. de verbis Dom. in fine. pag. 22. lit. C. tom. 10.*

13. Ad regnum Cœlorum non conducit nos gloria mundi, non multitudo divitiarum, non nobilitas generis, non ſcientia, non ſapientia, non facundia verborum; ſed ſolùm gratia, & virtutes, & opera. *Ser. 23. ad fratr. in Eremo, poſt med. pag. 941. lit. B. tom. 10.*

14. Regnum cœleſte amantem gloriæ, ſui cupitorem repellit, ambitioſa deſideria rejicit: humilitatis eſt merces, non ambitionis diverſorium. *Orat. 28. ante finem, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 447. col. 2. littera F.* S. BASILIUS SELEUCENS.

15. Terrenas deſerere ſortes, & necdum obtinere cœleſtem, afflictio intolerabilis eſt & inconſolabilis dolor. *In Declamat poſt med. fol. 312. col. 2. lit. F.*

16. Affectanti cœleſtia, terrena non ſapiunt. *Epiſt. 3. in fine fol. 234. col. 3. lit. I.* S. BERNARD.

S. BERNARD. 17. Ut quid audes oculos levare ad cœlum, qui peccaſti in cœlum? terram intuere, ut cognoſcas teipſum. *De 12. Grad. humilit. gradus 1. verbo Audi. in princ. fol. 302. col. 1. lit. A.*

18. Tria ſunt loca, quæ mortuorum animæ pro diverſis meritis ſortiuntur, Infernus, Purgatorium, Cœlum. *Profec.*

19. In Inferno impii, in Purgatorio purgandi, in Cælo perfecti. *Serm. de quinque negationibus poſt med. fol. 339. col. 2. lit. D.*

BOETIUS. 20. Si tibi mens benè conſcia eſt, terreno carcere reſoluta, cœlum libera petit. *Lib. 2. de conſol. Philoſ. 7. in fine pag.* 81.

S. BONAVENT. 21. Appetitus cœleſtium, parit contemptum terreſtrium. *Expoſ. 2. ſup. Pſal. 118. cap. 2. art. verſicul 3. pag.* 168. *col. 1. lit. tom. 1.*

22. Si cœleſtia contemplaris, quomodo jàm non in cœlis commoraris, qui cœleſtibus ſpiritibus in vita aſſimilaris? *In Soliloq. cap. 2. circa med. pag. 115. col. 1. lit. E tom. 7. part. 3.*

23. Cœlo nihil purius, nihil ſublimius, nihil pulchrios, nihil utilius, nihil velocius, nihil perfectius, durabilius inter corpora viſibilia invenitur. *Prof.*

24. Cœlo nihil eſt purius, propter naturæ ſuæ tranſparentiam, & diaphaneitatem.

25. Cœlo nihil ſublimius, quia nihil à centro terræ remotius eſt.

26. Cœlo nihil eſt pulchrius, nihilque aſpectui jucundius, propter ordinatiſſimam contentorum ipſius varietatem.

27. Cœlo nihil eſt utilius, quia ex virtute & influentiâ cœli, mortua & inveterata reviviſcunt. *De Eccleſiaſt. Hierarch. part. 4. cap. 7. per totum pag. 271. col. 1. lit. B. tom. 7. part. 4.*

28. Ut dignus cœlis efficiaris, deride præſentia. *In. Apologia pauper. Reſponſ. 3. cap. 3. pag. 417. col. 1. lit. B. tom, 7. part. 4.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 29. In quantùm te à terrenis abſtraxeris; in tantùm te cœleſtibus inſinuabis. *Hom. 3. de Epiphan. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 549. col. 1. lit. D. edit. Coloniæ* 1618.

GLOSS. ORD. 30. Qui bonis operibus merentur ſibi regnum cœli, tantò Deo ſunt viciniores quantò ſanctiores. *Sup. 1. Paralip. cap. 18. in calce col. 1094. lit. D. tom. 2.*

GLOSS. INT. 31. Quæ cœleſtia petit, torqueri ſe dicit, dùm de imis agere cogitur. *Sup. Iob cap. 17. in illud, Torquentes cor meum, col. 393. lit. B. tom. 3.*

GLOSS. ORD. 32. Grandis violentia eſt, in terra naſci, & cœlum capere: & habere per virtutem, quod non poſſumus per naturam. *Sup. Matth. cap. 11. in illud, Regnum cœlorum vim patitur col* 208. *D. tom* 5.

S. GREGOR. MAGNUS. 33. Homo eſt cœlum, & terra: cœlum, cùm jàm per deſiderium ſummis inhæret: terra, quia in bono opere fixæ ſpei ubertate fructificat. *Lib. 10. Moral. cap. 7. prope med. ſup. illud Iob 2. Excelſior cælo eſt. num. 10. col. 252. tom. 1.*

34. Immundi ſpiritus tantò magis corda hominum aſcendere ad cœleſtia invident, quantò ſe à cœleſtibus per elevationis ſuæ immunditiam profectos vident. *Ibidem lib. 2. cap. 25. paulò ante finem, num. 34. col 54. lit. A.*

35. Omnes qui prædicationis officium in Eccleſia tenent, cœlum rectè vocati ſunt, quia nimirum ſapere cœleſtia creduntur. *Ibidem cap. 20. in princ. num. 26. col. 45. lit. B.*

36. Quid Paradiſo jucundius, quid cœlo ſecurius? & tamen homo ex Paradiſo peccando, & Angelus cecidit è cœlo. *Lib. 6. in Regiſtro indict. 15. cap. 169. Ep. 15. ad Cyriac. Epiſc. in med. col. 865. lit. B.*

37. In cœlum tanta aſcenſura creditur multitudo hominum, quanta multitudo remanſit Angelorum. *Hom. 34. ſup. Evang. circa med. col. 479. lit. C. tom. 2.*

38. Eſto raptor, ut regnum cœlorum accipias; eſto violentus, ut etiam ipſis vim inferas cœlis. Quid hac rapina locupletius? quid hac glorioſius violentia? *In 7. Pſal. pœnit. ſup. Pſal. 6. verſ. 1. poſt med. ſup illud. Matth. 2. Regnum cœlorum vim patitur. col. 61. lit. C.*

39. Quiſquis copioſum in cœlis habere deſiderat, ſeminare, dùm tempus eſt, non omittat. *Lib. 10. in Regiſtro indict. 5. cap. 7. Ep. 7. ad Savinellam, ante med. col. 1099. lit. A. tom. 2.* S. GREGORIUS MAGNUS.

40. Cœleſtia deſideria in ſublimi ſunt: affectus autem terreni, in infimis. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 3. longè poſt med. col. 1513. lit. A. tom. 2.*

41. Cœleſtia qui neſcit, de eis loqui quaſi notis, non poteſt. *Ibidem lib. 4. cap. 5 longè poſt med. col.* 1466. *lit. B.*

42. Cœlum mons eſt frugifer, qui æternæ pulchritudinis flores & fructus indeficientis gaudii ſemper profert. *Ibidem lib. 1. cap. 1. Allegoricè poſt init. col. 1207. lit. D. tom. 2.*

43. In cœlo omnes communi claritate Deum conſpiciunt; quid eſt quod ibi neſciant, ubi ſcientem omnia ſciunt? *Lib. 4. dialogi cap. 33. in fine col. 1447. lit. A. tom. 1.*

44. Regnum cœlorum nullus murmurans accipit, nec nllus qui accipit, murmurare poteſt. *Hom. 19. ſup. Evang. circa med. col. 391. lit. C. tom. 2.*

45. Quot ſunt dona prædicantium, tot ſunt ornamenta cœlorum. *Ibid. Hom. 30. poſt med. col. 454. lit. B. tom. 2.*

46. Si conſideremus quæ & quanta ſunt, quæ nobis promittuntur in cœlis, vileſcunt animo omnia quæ habentur in terris. *Ibid. Hom. 37. in princ. col. 500. lit. C. tom. 2.*

47. Tantò menti tuæ in cœlo major erit requies, quantò modò ab amore Conditoris ſui requies nulla fuerit. *Lib. 4. in Regiſtro indict. 13. cap. 84. Ep. 40. ad Theodor. medicum poſt med. col.* 808. *lit. D. tom. 2.*

48. Si ad cœleſtia pervenire volumus, neceſſe eſt ut paſſiones carnis mortificemus. *Lib. 4. in primum Reg. cap. 5. ante med. col. 1458. lit. E. tom. 2.*

49. Regnum cœlorum vim patitur: Niſi tibi vim feceris, cœlorum regna non capies. *Ep. 22. ad Euſtoch. paulò ante med. pag 149. lit. B. tom. 1.* S. HIERONYM.

50. In cœlo gloria eſt, & perpetua laus, & indefeſſa præconia. *Tom. 1. Ep. 24. ad Theodoram. poſt initium, pag. 196. lit.* B.

51. Diſpares ſunt in regno cœlorum per ſingulorum merita manſiones: diverſitas enim operum, diverſitatem facit præmiorum: quantomque aliquis hîc in ſanctitate fulſerit, tantùm ibi fulgebit honore. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriadem. paulò poſt med. pag. 19. lit. B.*

52. Ad cœleſte præmium, cæleſtem vitam para. *Ibid.*

53. Ad cœlum per aſpera, per anguſta, per duros anfractus ſita eſt via; quam viam non tenet, qui tentari non vult. *Tom. 4. Ep. 6. ad Amicum, poſt med. pag. 40. lit. D.*

54. Chriſtiani cœlum debent amare non terram. *Tom. 4. Ep. 37. in fine pag. 165. lit. A.*

55. Multi de terra, cœli fiunt; & multi de cœlo, terra. infelix Judas cœlum fuit, & factus eſt terra: Paulus Apoſtolus eo tempore quo perſequebatur Eccleſiam, terra erat; confeſſus eſt, & cœlum factus eſt. *Profec.*

56. Nec qui cœlum eſt debet eſſe ſecurus, nec qui terra eſt debet deſperare de venia. *Sup. Pſalm. 153. verſ. ult. Qui fecit cœlum & terram. pag.* 194. *littera C.*

57. Magna gloria eſt, de limo ad cœlum, de ſervitute ad regnum pervenire. *Sup. Epiſtol. ad Roman. cap. 5. ſuper illud, Sed & gloriamur. pag. 275. B. tom.* 9.

58. Univerſitas cœli palmo Dei tenetur, & univerſitas terræ pugillo concluditur. *Lib. 1. de Trin. poſt med. fol. 1. col. 3.* S. HILARIUS.

59. Illud eſt verum cœlum ſupra omne cœlum, quod non ſolùm cœlum cœli eſt, ſed cœlum cœlorum. *Hom. 11 ſuper Eccleſiaſt. in illud, Si aſcendero in cœlum. pag.* 80. *A. tom. 1.* HUGO A S. VICTORE

60. Cœleſtia

HUGO à S. VICTORE.

60. Cœleſtia termino carent, non corrumpuntur infirmitate, non franguntur ſenio, non annihilantur vetuſtate. *Lib. 1. de clauſtro animæ, cap 4. in fine. pag. 33. littera D. tom. 2.*

61. Excute rorporem, qui cœli quæris honorem. *Proſec.*

62. Non dabitur ſegni, cœleſtis gloria regni. *Serm. 54. Quadrag. in fin. pag. 371. B. tom. 2.*

HUGO CARD.

63. Venale habeo, & quid? regnum cœlorum: quibus emitur? quinque denariis: qui ſunt illi? paupertate regnum, fame ſatietas, labore requies, vilitate gloria, morte vita comparatur. *Sup. Geneſ. cap. 30. myſticè fol. 42. col. 2. tom. 1.*

64. Multi ſunt, qui nolunt ſcribi in cœlo cum pauperibus, ſed in terra cum divitibus, & ſublimibus ſeculi. *Sup. Pſal. 30. fol. 74. col. 2. tom. 2.*

65. Pauperibus datur regnum cœlorum, quia minùs non poſſunt habere, quàm id quod eſt commune omnibus bonis, & omnium præmium generale. *Sup. Matth. cap. 5. fol. 15. col. 1. tom. 6.*

66. Qui pro Chriſto terrena abjiciunt, non ſtatim cùm moriuntur ad cœlum evolant, ſed quandoque igne purgantur. *Proſec.*

67. Qui verò pro Chriſto moriuntur, ſtatim in cœlum aſcendunt, quia falce martyrii reſecatur quidquid purgandum erat. *Ibidem ut ante.*

68. In Inferno ſepeliuntur Parochiani diaboli; in cœlo verò ſepeliuntur Parochiani Chriſti. *Sup. Luc. cap. 16. in illud, Sepultus eſt in inferno. fol. 232. col. 1. tom. 6.*

S. JOANNES CHRYSOST.

69. Nos qui non de terra in terram vocamur ut Abraham, ſed de terra in cœlum, & tamen non eandem ut ille juſtus alacritatem obediendo exhibemus, ſed frigidas plerùmque & inutiles prætexímus cauſas. *Proſec.*

70. Tantæ ſunt homines negligentiæ, ut præferant momentanea ſemper manentibus, & terram cœlo. *Hom. 31. ſup. Geneſ. ante finem. columna 258. littera D. tom. 1.*

71. Magnum eſt cœlum, ſed non ita ut Angelus: decorus eſt ſol, ſed excelſior Archangelus. *Serm. 1. de jejunius ante med. col. 527. lit. D. tom. 1.*

72. Quid furioſius eſt, quàm omiſſo cœlo, poſt ſervos fugitivos, & perditos homines, & angiportus currere? *Hom. 72. ſup. Matth. poſt med. col. 591. lit. D. tom. 2.*

73. Gratiæ illa benignitas eſt, ut pro rebus minimis & viliſſimis, cæleſte regnum homini tribuatur. *Ibid. Homil. 80. circa med. in illud 25. Matth. Eſurivi & dediſtis mihi, &c. col. 646. lit. A.*

74. Verè non habet ſuper terram quod amet, qui bonum cæleſte in veritate guſtaverit. *Hom. 36. oper. imperf. ſup. Matth. in princ. col. 989. lit. B. tom. 2.*

75. Regnum cœlorum, eſt beatitudo cœleſtis: janua ejus eſt ſacra Scriptura, claviculárii ſunt Sacerdotes, clavis eſt verbum ſcientiæ Scripturarum, adapertio eſt interpretatio vera. *Ibid. Hom. 44. poſt init. col. 1052. C. tom. 2.*

76. Neceſſarium eſt, qui terrenis rebus inhiat, à cœleſtibus decidat. *Hom. 7. ſup. Ioan. ante finem. col. 51. lit. A. tom. 3.*

77. Qui cœleſtia concupiſcit, cùm præſentia nihil arbitretur, remuneratione non caret. *Ibid. Hom. 62. in princ. col. 300. lit. B.*

78. Præmiis delectabitur in cœlo, qui Dominum actibus piis delectaverit in mundo. *Hom. ſup. illud 4. Ioan. Venit hora, &c. in fine. columna 429. B. tom. 3.*

79. Humo eſt ipſo cœlo multò melior, qui animam puſſidere poteſt pulchritudine cœli pulchriorem. *Serm. 18. ſup. Ep. ad Roman. poſt init. Moralit. col. 218. lit. C. tom. 4.*

80. Paucis de cœleſtibus ſatiari, imbecillæ animæ eſt. *Hom. 12. ſup. 1. ad Cor. in med. col. 410. lit. D. tom. 4.*

81. Cœlo digna operari, eſt quod celeſtem reddit. *Ibid. Hom. 42. poſt init. col. 662. lit. D.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

82. Regni cœlorum deſiderium, remedium eſt amoris. *Hom. 7. ſup. 2. ad Cor. ante fin. Moralit. col. 745. B. tom. 4.*

83. Qui cœlo privatur, quantis lachrymis iſte plangendus eſt, ſi plangendus eſſet? *Hom. 23. ſup. Ep. ad Hebr. in princ. Moralit, col. 1804. B. tom. 4.*

84. Nemo poteſt eorum, qui delectantur præſentibus & caducis, cœleſtia contueri, *Proſec.*

85. Donec anima terrena miratur, neceſſariò cœleſtia ſpernit, ac deſpicit. *Lib. 2. de compunct. cordis, longo poſt init. col. 587. lit. D. tom 5.*

86. Eſto dives, hoc enim & ipſe volo: poſſide cœlum, affatim diripe, nulla hic culpa eſt: hìc non abundare, crimen eſt, hìc non diripere, culpa eſt. *Proſ.*

87. Eſto illìc violentus, eſto rapax, non minuitur quod rapitur, ſed virtus tunc augetur, dùm rapis.

88. Divitiæ Dei ſunt, ſi plures ſint, qui cæleſti regno fruantur. *Hom. ſup. 2. ad Tim. circa med. Moralis ſup. illud, Matth. 11. Regnum cœlorum vim patitur. col. 1597. lit. B. tom. 4.*

S. ISID. HISP.

89. Grandes ſudores perpetimur, ut ad cœlum conſcendere valeamus. *Lib. 2. de ſum. bono. cap. 36. ſent. 1. pag. 653. col. 1.*

LACT. FIRM.

90. Multò præclarius eſt, & homine dignius, cœlum potiùs quàm cœlata intueri. *Lib. 6. de vero cultu. cap. 20. poſt init. pag. 274.*

91. Anguſtus admodum trames eſt, per quem juſtitia hominem deducit in cœlum, hunc tenere non poteſt, niſi qui fuerit expeditus & nudus. *Lib. 7. de divino præmio. cap. 1. ante finem. pag. 289.*

92. Homo ideò rectus cœlum aſpicit, ut Deum quærat. *In Epitom. divinar. inſtit. verbo Dicam. ante fin. pag. 407.*

93. Spernenda ſint terrena, ut cœleſtibus oneremur. *Ibid. in fine, pag. 410.*

S. LAURENT. JUSTIN.

94. Juſtè, ſi fas eſt dicere, contemnentibus mundum, largitur cœlum; & voluntariè ſe crucifigentibus Angelorum gloria prærogatur. *Part. 2. ſerm. de omnib. Sanctis, in medio. pag. 449. col. 1. lit. D.*

S. NILUS.

95. Si cœlum deſideras, nihil tibi in terra ſit negotii, non enim ſinit illud ad cœlum evolare. *Paraneſ. 183. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Coloniæ. 1616.*

PETRUS CELLENS.

96. Parùm eſt bonæ conſcientiæ converſari in cœlis, niſi & ipſa cœlum fiat. *De conſcientia cap. 1. circa init. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 691. col. 1. lit. A. edit. Coloniæ. 1618.*

S. PETRUS CHRYSOLOG.

97. Nemo poteſt connecti terræ, & jungi cœlo. *Serm. 164. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 780. col. 2. lit. F. edit. Coloniæ. 1618.*

S. PETR. DAM.

98. Trinæ ſunt diſtinctiones locorum, quas pro diverſitate meritorum animæ ſortiuntur: Cœlum, Infernus, & Purgatorium. *Proſ.*

99. Ad cœlum ſtatim evolant, qui domicilio corporis uſi ſunt tanquàm carcere; qui defæcatam puramque ſubſtantiam utriuſque hominis ſervaverunt. *Serm. 59. de S. Nicolao, poſt med. pag. 290. col. 1. lit. A. tom. 2.*

PHILO JUD.

100. Quod eſt in homine anima, hoc cœlum in mundo. *Lib. de eo: Quis rerum divinarum hæres ſit, poſt med pag. 707.*

101. Cœlum in mundo, in cœlo Deus. *De Abrah. in fine.*

RICH. A S. VICTORE.

102. Peramplius atque perfectius erit multò quod recuperabimus in cœlo, quàm quod perdidimus in Paradiſo. *Proſ.*

103. In Paradiſo erat poſſe peccare, & poſſe non peccare; in cœlo erit, omninò peccare non poſſe.

104. In Paradiſo erat poſſe mori, & poſſe non mori; in cœlo erit, nunquàm poſſe mori.

105. In Paradiſo erat, poſſe impugnari, & poſſe non expugnari: in cœlo erit, nec poſſe impugnari. *Part. 1. Quomodo Chriſtus ponitur in ſignum populorum in fine pag. 603. col. 2. lit. A.*

ROBERTUS BELLARMIN.

106. Regnum cœlorum non perſonis, ſed virtutibus datur. *Conc. 38. de S. Iacobo part. 2. ante fin. pag. 311. col. 1.*

TERTULLIAN. 108. Nihil crus ſentit in nervo, cùm animus in cœlo eſt. *Ad Martyres cap. 2. in fine pag. 229. lit. F. tom. 2.*

109. Chriſtiano cœlum ante patet, quàm cœli via: quia nulla via in cœlum, niſi cui patet cœlum. *In Scorpiaco adverſus Gnoſticos cap. 10. ante med. pag. 996. F. tom. 3.*

THOMAS A KEMPIS. 110. Si vis magnus eſſe in cœlo, eſto parvus in mundo. *De hortulo roſar. cap. 9. ſect. 2. pag. 519. tom. 2.*

S. VALERIAN. 111. Debet terrena contemnere, cui eſt animus cœleſtia poſſidere. *Hom. 2. de arcta vita, circa med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 478. col. 1. lit. D. edit. Coloniæ* 1618.

112. Ille ad cœlos opulentiſſimus pergit, qui à ſe pompam temporariæ vanitatis excludit. *Ibidem Hom. 6. de otioſis verbis in fine pag. 483. col. 1. lit. C.*

IN VITIS PATR. 113. Porta cœli, injuriarum atque tribulationum eſt perpeſſio. *Lib. 3. libell. 2. de vita Ioannis, num. 84. in fine pag. 513. col. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 114. Ceſſante motu cœli, ceſſat motus inferiorum. *Primo de Cœlo.*

115. Cœlum non ſuſcipit peregrinas impreſſiones. *Primo Meteor.*

CICERO. 116. Ex omnibus præmiis virtutis, ampliſſimum eſt præmium, gloria hæc una, cujus gradibus homines in cœlum aſcendere videntur. *Orat. 38. pro Milone, ante finem. col. 786. lit. G. num. 97. tom. 2.*

117. Omnes ſunt divites, qui cœlo frui poſſunt. *Lib. 7. Epiſt. 16. ad Atticum in fine col. 11. tom. 3.*

118. Nulla in cœlo nec fortuna nec temeritas, nec erratio, nec vanitas ineſt: contraque omnis ordo, veritas, ratio, conſtantia. *Lib. 2. de natura Deorum. ante med. num. 56. col. 307, lit. C. tom. 4.*

119. Animos hominum eſſe divinos, iiſque, cùm è corpore exceſſerint, reditum in cœlum patere, perſpicuum eſt. *De Amicit. poſt init. num. 13. col. 561. A. tom. 4.*

120. Si quis cœlum aſcenderet, naturamque mundi, & pulchritudinem ſiderum perſpiceret; non inſuavis, ſed jucundiſſima illa admiratio ſibi foret. *Ibidem poſt medium num. 88. col. 576. lit. A.*

121. Animus profectus à Deo, cœlum ipſum ſemper appetit. *De conſolatione poſt medium. columna 628. lit. F. tom. 4.*

SENECA. 122. Subſilire in cœlum, ex angulo licet. *Ep. 31. in fine pag. 583. tom. 2.*

TRISMEGIST. 123. Ipſum cœlum plenum eſt Deo. *De voluntate divina, cui Titulus Aſclepius. cap. 2. poſt init.*

VALER. MAX. 124. Videte ne dùm terram cuſtoditis, cœlum amittatis. *Lib. 7. dictor. memorab. cap. 2. ante fin. pag. 312.*

Vide etiam Tit. Laqueus. ſent. 21. Pulchritudo. ſent. 100. ſcrutari. ſent. 38. Theſaurus. ſent. 31. 32.

Cœnobium.

Vide Monaſterium.

Cogitatio.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, Diviſio, & Comparatio.

ETYMOLOGIA.

S. BERNARD. QUIA in unum cogit voluntas, & facili quodam nutu copulat, à cogendo cogitatio nomen accepiſſe videtur. *De vita ſolitar. ad fratres poſt med*

DEFINITIO.

S. AUGUSTIN. Cogitatio eſt circa quælibet animi occupatio. *De ſpiritu & anima cap. 38. paulo poſt medium. pagina 626. lit. C. tom. 3.*

HESYCHIUS. Quævis cogitatio eſt imaginatio, quæ oritur in mente ex perceptione ſenſitiva rei cujuſdam. *Centur. 2. art. 78. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 145. col. 1. B. edit. Coloniæ 16.8.*

LACT. FIRM. Cogitatio nihil aliud eſt, quàm mentis agitatio. *Lib. 6. de vero cultu. cap. 17. ante fin. pag.* 267.

RICH. A S. VICTORE. Cogitatio eſt improvidus animi reſpectus ad evagationem pronus. *Part. 1. lib. 1. de contemplat. cap. 4. in princ. pag. 230. columna 2. littera B.*

PLATO. Cogitatio eſt ſermo, quem anima ipſa apud ſeipſam cogitando perſequitur, de iis rebus quas conſiderat. *Tom. 1. Sizygia 2. de ſcientia poſt medium. pag. 189. lit. E.*

DIVISIO.

S. BONAVENT. Triplex eſt cogitatio, quæ frequenter ab adverſario immittitur: cogitatio delitioſa, cogitatio malitioſa, cogitatio ambitioſa. *Expoſ. 2. ſup Pſal. 118. cap. 8. art. 3. verſic. 6. pagina 237. columna 2. littera B. tom. 1.*

COMPARATIO.

S. BERNARD. Sicut molendinum, ſi arena imponatur, exterminat, pix inquinat, palea occupat: ſic cor cogitatio amara turbat, immunda maculat, vana inquietat & fatigat. *In Meditat. cap. 9. poſt. initium fol. 324. col. 3. littera G.*

S. GREGORIUS MAGNUS. Sicut venter cibis repletus, extenditur: ita mens pravis cogitationibus dilatata, ſublevatur. *Lib. 23. Moral. cap. 21. circa medium. pagin. 137. columna 4. edit. Pariſ.*

S. PROSPER. Quomodo aures noſtræ ad voces noſtras, ſic aures Dei ad cogitationes noſtras. *Sent. 81. in fine tomi tertii oper. D. Auguſtini.*

S. BONAVENT. Sicut pravæ cogitationes hominem ſeparant à Deo, ſic bonæ & puræ Deo uniuntur, & amore quo uniuntur, enutriuntur. *Serm. 2. de S. Laurentio. ante med. pag. 267. col. 1.*

HUGO A S. VICTORE. Sicut oculus paſcitur ex ſpecie, ſic animus paſcitur ex cogitatione. *Lib. 4. de Arca Noë Morali. cap. 8. poſt med. pag. 206. lit. C. tom. 2.*

S. IOAN. CLIM. Sicut nubes ſolem abſcondit, ita cogitationes malæ obtenebrant & perimunt mentem. *Gradu 26. in recapitulatione poſt init. apud. Bibl. Patr. tom. 6. part. 2. pag. 286. col. 1. lit. D.*

S. ISID. HISP. Sicut vipera à filiis in utero poſitis lacerata perimitur, ita nos cogitationes noſtræ occidunt, & concepto interiùs vipereo veneno conſumunt, animamque noſtram crudeli vulnere perimunt. *Lib. 2. de ſummo bono. cap. 25. ſent. 4. pag. 648. col. 2.*

IN VITIS PATR. Sicut venenata animalia, fortiores herbæ, vel pigmenta expellunt; ita cogitationes ſordidas oratio cum jejunio repellit. *Lib. 3. num. 60. per totum, pagina 510. col. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Liberæ ſunt cogitationes prudentium. *Lib. 3. de Virgin. longè poſt med. col. 3. D. tom. 1.*

2. Nulla mens eſt, quæ non recipiat etiam malarum motus agreſtes cogitationum. *De Noe & Arca cap. 16. ante finem. col. 969. lit. C. tom. 4.*

S. ANTONIN. 3. Immunda cogitatio cùm mentem pulſat, non maculat, ſed hanc per delectationem ſuperat. *Part. 3. tit. 2. cap. 2. §. 3. in fine fol. 33. col. 2.*

S. ANTONIUS DE PADUA. 4. Semper aliquid agendum eſt, ne manu ceſſante ager noſtri pectoris malarum cogitationum ſenſibus occupetur. *Serm. 2. Dom. 3. poſt Paſcha ſub finem. fol. 144. pag. 2.*

5. Toties Spiritus ſanctus loquitur, quoties bona cogitamus. *Serm. 2. Pentec. poſt initium. fol. 167. pagina 2.*

S. AUGUSTIN. 6. Internas animæ cogitationes diabolum non videre certi ſumus, ſed motibus eas corporis ab illo & affectionum indiciis colligi, experimento didicimus. *De Eccleſiaſt. dogmatibus cap. 81. in princ. pag. 147. B. tom 3.*

S. AUGUSTIN. 7. Non omnes malæ cogitationes noſtræ ſemper diaboli inſtinctu excitantur, ſed aliquoties ex noſtri arbitrii motu emergunt: bonæ autem cogitationes, ſemper à Deo ſunt. *Ibid. cap.* 82. *per totum.*

8. Cogitationes mortalium timidæ ſunt, & incertæ adinventiones noſtræ. *Lib.* 12. *de Civit. Dei cap.* 12. *ferè in princ. pag.* 219. *lit. B. tom.* 5.

9. Non ſunt in poteſtate noſtra cogitationes noſtræ, quæ ex improviſo effuſæ mentem animumque confundunt, ad ſecularia revocant, mundana inſerunt, voluptaria ingerunt, illecebroſa intexunt. *Lib.* 4. *contra duas Epiſtolas Pelagian. cap.* 11. *ante med. pag.* 633. *lit. B. tom.* 7.

10. Nullum eſt opus bonum, cujus non ſit in mente cogitatio. *Sup. Pſal.* 67. *in princ. pag.* 478. *littera D. tom.* 8.

11. Omnia opera vel bona vel mala à cogitatione procedunt; in cogitatione quiſque innocens, in cogitatione reus eſt. *Sup. Pſal.* 118. *conc.* 24. *poſt med. pag.* 955. *lit. B. tom.* 8.

12. Non poteſt fieri ut habeat mala facta, qui habet bonas cogitationes: facta enim de cogitatione procedunt, nec quiſquam poteſt facere aliquid, aut ad aliquid agendum membra movere, niſi primò præceſſerit juſſio cogitationis. *Sup. Pſal.* 140. *in præfat. poſt med. pag.* 1188. *lit. C. tom.* 8.

13. Quod ſonuit per linguam tuam, fecit lingua ſonans, fecit animus cogitans: ſed quod ſonuit lingua, tranſiit: quod cogitavit animus, permanet. *Tract.* 20. *ſup. Evang. Ioan. de cap.* 5. *poſt med. pag.* 122. *littera D. tom.* 9.

14. Nemo habet in poteſtate, quod evenit in mentem; ſed conſentire, vel diſſentire, propriæ voluntatis eſt. *De ſpiritu & littera cap.* 34. *in medio pag.* 554. *littera D. tom.* 3.

15. Cùm ſola cogitatione mens oblectatur illicitis, tenens & volens libenter, quæ ſtatim ut attigerunt animum reſpui debuerant, negandum non eſt eſſe peccatum; ſed longè minus, quàm ſi opere ſtatuatur implendum. *Lib.* 12. *de Trin. cap.* 12. *circa med. pag.* 284. *lit. D. tom.* 3.

16. Premunt nos, ſed non opprimunt: urgent nos, ſed non demergunt. *Enarr.* 2. *ſup. Pſal.* 31. *verſ.* 8. *pag.* 133. *lit. B. tom.* 8.

S. BASILIUS MAGN. 17. Impera cogitationibus tuis, quo fias princeps rerum omnium. *Hom.* 10. *in Hexam. ante finem pag.* 55. *tom.* 1.

18. Divina lex non actionem, ſed cogitationem judicat. *Tom.* 2. *de Virgin. poſt med. pag.* 299.

V. BEDA. 19. Ratio humana quot perverſis cogitationibus renititur, tot coronas cæleſtes promeretur. *Tom.* 2. *in Proverbiis. verbo Ratio pag.* 197.

S. BERNARD. 20. Cogitatio in memoria eſt. *Serm. de triplici judicio, paulò ante med. fol.* 185. *col.* 1. *lit. A.*

21. Malæ cogitationes à diabolo immiſſæ, citò in mentibus noſtris accenduntur, carnis molliue conſentiente. *Serm.* 34. *parvulorum ſerm. in fine fol.* 121. *column.* 4. *lit. I.*

22. Cor à cogitatione in cogitationem ducitur. *In Meditat. cap.* 9. *ante medium. fol.* 324. *columna* 3. *G.*

23. Cùm de ambitione ſeculi, de jactantia, de arrogantia cogitatio vana in corde verſatur, de mundo eſt. *Ibidem cap.* 14. *in fine fol.* 325. *col.* 2. *lit. F.*

24. Dæmonum officium eſt, ſuggeſtiones malas ingerere: noſtrum eſt, illis non conſentire. *Ibidem cap.* 14. *in fine.*

25. Cogitatio prava delectationem parit, delectatio conſenſum, conſenſus actionem, actio conſuetudinem, conſuetudo neceſſitatem, neceſſitas mortem. *De interiori domo cap.* 39. *in fine fol.* 330. *col.* 3. *H.*

26. Cogitatio quantùmlibet immunda, mentem non polluit, cui ratio non conſentit. *Profec.*

27. Quis enim cogitationes ſuas ita refrænare poteſt, ut non qualibet immunditia titilletur?

28. Sed continuò talium cogitationum inſultus ſunt reprimendi: ut undè ſperabat ſe hoſtis vincere, per hoc magis victus abſcedat. S. BERNARD.

29. Quod ſit quoties pravis & immundis cogitationibus attracti, ſtatim ad ſignum crucis, ad Paſſionis Dominicæ recordationem, confugimus. *In lib. de Paſſine cap.* 19. *paulò ante med. fol.* 65. *col.* 4. *littera K. L. volum.* 2.

30. Eſto pervigil ſenſu, ne vanis cogitationibus polluaris. *Serm.* 55. *ad Sororem in fine fol.* 95. *col.* 1. *lit. B. volum.* 2.

31. Duplex malum eſt nequitiam cogitare, eamque tanquàm bonum aliquid palàm proferre. *Prof.* CASSIODORUS.

32. Quem decuerat propter cogitationem ſceleris pœnitere, culpam geminat, dùm facinora cogitata divulgat *Sup. Pſal.* 72. *verſ.* 8. *fol.* 110. *col.* 3.

33. Bonorum virorum cogitationes, lucernæ ſunt. *Lib.* 2. *Pædag. cap.* 10. *in med. fol.* 41. *pag.* 1. *lit. C.* CLEMENS ALEX.

34. Non abſtinentia à malis & flagitioſis actionibus enim, qui fide præditus eſt, juſtum reddit, ſed cogitationum puritas ac ſinceritas. *Et habetur apud D. Ioan. Damaſc. lib.* 2. *Parall. cap.* 78. *fol.* 92. *pag.* 1. *lit. A.*

35. Quot malis cogitationibus anima eſt ducta, tot malis obſtaculis in contemplatione eſt impedita. *In Speculo Eccleſiæ cap.* 29. *circa init. apud Bibl. Patrum, tom.* 3. *pag.* 365. *col.* 2. *H. edit. Coloniæ* 1618. S. EDMUNDUS.

36. Malorum cogitationes ubi locum repererint, quaſi aculeis & uncis quibuſdam animam figunt. *Tom.* 1. *de recta vivendi ratione. cap.* 31. *pag.* 42. *lit. A.* S. EPHRAEM.

37. Dæmon quos opere inſontes videt, cogitatione perimit *Tom.* 1. *de morbo linguæ ante med. pag.* 99. *lit. E.*

38. Cogitationes malas fugiamus; cogitata enim non aliter ac facta cenſentur. *Ibidem ante finem.*

39. Noli ſordidis immorari cogitationibus, ne te in actum deducant turpitudinis, ſed eas deteſtare, & abs te repelle, ut mens tua ſerena ſit atque tranquilla. *In illud, Attende tibi. cap.* 10. *poſt med. pagina* 328. *littera C. tom.* 2.

40. Graviùs pejuſque interdùm unus cogitatione, quàm alius opere peccat. *De Confeſſ. longè ante finem pag.* 610. *lit. C. tom.* 3.

41. Diabolus rex vitiorum humanis ſe immiſcet cogitationibus, & mentem cingit ſuperfluis ſolicitudinibus, ne exerceat opera pietatis. *Sup. Deuteron. cap.* 1. *col.* 1460. *lit. D. tom.* 1. GLOSS. ORD.

42. Peccator ut mundari poſſit ab iniquitatibus ſuis, reprobas cogitationes, origines, ſcilicet, malorum operum, abjiciat neceſſe eſt. *Sup.* 1. *Eſdra cap.* 9. *colum.* 1330. *lit. E. tom.* 2.

43. Sæpè aëriæ poteſtates mundas mentis cogitationes ardore libidinis accendunt. *Lib.* 2. *Moral. cap.* 25. *prope fin. num.* 34. *col.* 54. *lit. A.* S. GREGOR. MAGNUS.

44. Tantò longiùs mens à neceſſariis ceſſat, quantò inania latiùs cogitat. *Ibidem cap.* 26. *in medio.*

45. Sæpè de ipſa victoria bellum oritur, ut cùm immunda cogitatio vincitur, victoris animus elatione pulſetur. *Ibid. lib.* 3. *cap.* 17. *in fine. num.* 23. *columna* 87. *lit. C.*

46. Difficile eſt quempiam magna agere, & apud ſemetipſum de magnis actibus cogitationum fiduciam non habere. *Ibidem lib.* 2. *cap.* 27. *poſt med. num.* 39. *col.* 58. *lit. D.*

47. Magno ſtudio ſuperfluæ cogitationes amputandæ ſunt, ſed tamen amputari funditùs nequaquàm poſſunt, ſemper enim caro ſuperflua generat, quæ ſemper ſpiritus ferro ſolicitudinis recidat. *Lib.* 5. *Moralium cap.* 23. *in fine, ſuper illud Job* 4. *Pili carnis meæ.*

48. Cogitationes iracundi vipereæ ſunt generationis, mentem comedunt matrem ſuam. *Ibid. lib.* 5. *cap.* 3. *paulò ante med. col.* 173. *lit. A.*

49. Valdè laborioſum eſt cuſtodire, ne inter recta opera ſiniſtra cogitatio hominem illudat. *Ibid, lib.* 11.

S. GREGORIUS MAGN.

cap. 2. 25. *ante medium columna* 397. *littera D.*

50. Cùm occaſio reprobis perpetrandi deeſt, deſideriorum cogitationes eorum cordibus nullatenùs deſunt. *Ibid. lib.* 14. *cap.* 9. *poſt med. num.* 9. *columna* 459. *littera A.*

51. Tanto ſe animus in cogitatione dilatat, quantò illud eſſe terribile quod imminet penſat. *Ibidem, lib.* 15. *cap.* 1. *prope init. col.* 447. *lit. C.*

52. Mens juſtorum etſi libera eſt à perverſo opere, aliquando tamen corruit in perverſa cogitatione. *Ibid. lib.* 18. *cap.* 5. *prope finem num.* 4 *col.* 587 *lit. C.*

53. Si umquàm ſubtiliter cuſtodiri negligitur oculus, cogitationis immunditia protinùs ad operationem tranſit. *Ibidem lib.* 21. *cap.* 6. *in medio, columna* 718. *littera B.*

54. Humanus animus multis cogitationibus occupatus ſæpè ſibimetipſi aliquo modo manet incognitus, ut omninò quid toleret, neſciat; quia dùm per multa ſpargitur, ab interna ſui cognitione removetur. *Ibidem, lib.* 24. *cap.* 8. *ante med. num.* 14. *col.* 109. *C.*

56. Cùm cogitatio per cuſtodiam reſtringitur, cor quod fugere conſuevit, invenitur. *Part.* 3. *Paſtoralis, cap.* 1. *Admonit.* 14. *ante medium column.* 1277. *lit. A. tom.* 1.

55. Quantò graviori tumultu cogitationum carnalium premimur, tantò orationi inſiſtere ardentiùs debemus. *Hom.* 2. *ſup. Evang. ante medium columna* 323. *D. tom.* 2.

57. Libido ignis eſt, & turpes cogitationes paleæ: ſi in paleis ignis negligenter extinguitur, ex parva ſcintilla quæ remanet, omnes paleæ accenduntur. *Lib.* 6. *in* 1. *Reg. cap.* 1. *ante medium columna* 1370. *littera C. tom.* 1.

58. Mentem nequaquàm cogitatio immunda inquinat, cùm pulſat, ſed cùm hanc ſibi per delectationem ſubjugat. *Lib.* 21. *Moral. cap.* 3. *in med. num.* 3. *col.* 714. *lit. A. tom.* 1.

59. Perfecta mens ſolerter invigilat, ut non ſolùm perverſa agere renuat; ſed omne etiam quod in ſe per cogitationes turpiter liquatur, tergat. *Ibid. lib.* 3. *cap.* 17. *in fine num.* 22. *col.* 87. *lit. B.*

60. Omnes qui vel illicita appetunt, vel in hoc mundo videri aliquid volunt, denſis cogitationum tumultibus in corde comprimuntur. *Ibid. lib.* 4. *cap.* 28. *in princ. num.* 33. *col.* 120. *lit. C.*

61. Nonnulli tantò deteriores cordis tumultus tolerant, quantò eis licentiùs ad cogitationta vacat. *Ibid. lib.* 6. *cap.* 17. *ante medium num.* 26. *columna* 204. *littera A.*

62. Hoc quod ex prava cogitatione exit ad peſſimam operationem; & illius eſt ſpiritus qui ſuggeſſit, & ejus nequitiæ, qui ex propria voluntate conſenſit. *Ibidem lib.* 15. *cap.* 15. *poſt init. num.* 13. *columna* 500. *littera C.*

63. Ipſa prava cogitare, peccare eſt, & in peccatum labitur, qui in cogitatione prava declinatur. *Ibid. lib.* 18. *cap.* 5. *ſub finem num.* 4. *columna* 587. *littera C.*

64. Vigilandum ſemper eſt ut mens continuè ſolicita numquàm relaxetur intentione ſuperna: ne laborioſa deſerens, in cogitationibus fluxis, quaſi in quibuſdam mollibus ſtramentis jacens, venienti corruptori diabolo, mens ſe reſoluta proſtituat. *Ibid. lib.* 20. *cap.* 5. *in princ. col.* 668.

65. Tot greſſibus mens à Deo longè fit, quot malis cogitationibus decreſcit. *Ibid. lib.* 25. *cap.* 3. *ante fin. col.* 828. *lit. A.*

66. Cùm manus ceſſat ab iniquo opere, malus tamen non eſt innocens per cogitationem. *Ibid.*

67. Toties ante Deum labimur, quoties à recto itinere infirmæ cogitationis pede claudicamus. *Ibid.*

68. Importunè conſpectui Dei ingeritur, quidquid à nobis illicitum occultè cogitatur. *Ibid. in fine, num.* 4. *col.* 828. *lit. C.*

69. Malignus ſpiritus cogitationi noſtræ ſemper inſidiis inſiſtit, ſi fortè quid inveniat, undè apud examen æterni Judicis accuſator exiſtat. *Lib.* 3. *dialogi, cap.* 19. *in fine. col.* 1402. *B. tom.* 1.

S. GREGOR. MAG.

70. Sic ſæpè cogitationi bonæ cogitatio ſiniſtra adjungitur, ut vix ipſe, qui eaſdem cogitationes generat, animus agnoſcat. *Hom.* 21. *ſup. Ezech. poſt med. col.* 200. *lit. C. tom.* 2.

71. Vitare turpes cogitationes non prævalet, qui honeſtas in ſe non habet. *Prof.*

72. Quia enim ſemper cogitamus, exquirenda ſunt nobis bona, ne mala cogitemus.

73. Quid verò ſunt omnes turbæ bonarum cogitationum, niſi innumerabiles mentis acies?

74. Nam dùm mentem ambiunt & muniunt, ad eam accedere turpiſſimos inimicos non permittunt. *Lib.* 5. *in* 1. *Reg. cap.* 4. *longè poſt med. columna* 1558. *lit. A. tom.* 2.

75. Quid ſunt cogitationes luxuriæ, niſi carbones ignis? qui ſi in corde conveniunt, comburere citò poſſunt, extingui facilè nunquàm poſſunt. *Ibidem, lib.* 6. *capitul.* 2. *ante fin. col.* 1682. *lit. D.*

76. Qui agere non poteſt, ut innoxia nunquàm cogitet, agat quod poteſt, ut ſtatim cogitationem ejiciat, quæ negligenter ad mentem intrat. *Profec.*

77. Sic quaſi ignem maximum in carbones ſingulos, & velociter dividit, & celeriter extinguit, ſi omnes flammas cogitationum ſic ſeparat, ut conjungi in mente, neque per negligentiam, neque per deſiderium ſinat. *Ibidem.*

78. Glutinum quippè illecebroſorum motuum, immunda cogitatio eſt: quia qui libenter immunda videt, ſtatim carnem adamata concupiſcendo violenter movet. *Ibidem.*

79. Qui libentiùs ac moroſiùs cogitat, quaſi carbones carbonibus, turpes turpioribus motus ligat. *Ibidem.*

80. Niſi antè mentis levitas caveatur, cogitationum inconſtantia minimè vincitur. *Part.* 3. *Paſtoralis cap.* 1. *Admonit.* 19. *in fine tom.* 1.

S. HIERONYM.

81. Non ſinas cogitationem creſcere: dum parvus eſt hoſtis, interfice: nequitia (ne zizania creſcant) elidatur in ſemine. *Profec.*

82. Ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui ſtatim, cùm cœperit cogitare, interficit cogitatus. *Ibid.*

83. Cùm apparuerit ſcorpio, illicò conterendus eſt. *In regula Monachor. cap.* 3. *ſub finem pag.* 269. *lit. A. tom.* 4.

84. Nequiſſimi hoſtis eſt illa, vel prima calliditas, & ars doli plena, fatigare cogitationibus rudes animas. *Profec.*

85. Tutiſſimum eſt atque perfectum, ut aſſueſcat animus ſolicita ſemper pervigilique cuſtodia diſcernere cogitationes ſuas, & ad primum animi motum, vel probare, vel reprobare quod cogitat, ut vel bonas cogitationes alat, vel ſtatim extinguat malas.

86. Hinc namque fons eſt boni, & origo peccandi, omniſque ingentis delicti in cogitatione principium eſt, quæ unumquodque opus, velut in quadam tabula cordis depingit antequàm faciat.

87. Nam ſive ille actus, ſive ſermo ſit, ut proferatur antè diſponitur, & cogitationum conſilio diſcernitur quod futurum eſt.

88. Vides quàm brevi interdum momento, quæque iſta quis cogitet, cogitataque perficiat: nec quidquam omninò vel lingua, manu, cæteriſque membris agitur, niſi cogitationes antè dictaverint. *Tom.* 4. *Epiſt.* 1. *ad Demetriadem longè poſt medium, pag.* 24. *littera C.*

89. Ibi te maximè oportet obſervare peccatum, ubi naſci ſolet, & malum antequàm creſcat extinguere, dùm adhuc eſt in cogitatione. *Prof.*

S. HIERONYM.

90. Nec enim expectandum eſt augmentum ejus rei, quæ timeri debet à parvo: & quæ tantò facilius vincitur, quantò ei citiùs repugnatur.

91. In illis quæ ſe leviter menti oſtendunt, & quaſi fugiendo demonſtrant ſe; nec peccatum omninò, nec pugna eſt: in his autem cùm quibus aliquamdiu anima luctatur, quibus reſiſtit voluntas, æquale certamen eſt.

92. Aut enim conſentimus, & vincimur: aut reſpuimus, & vincimus, & acquirimus de pugna victoriam.

93. In illa tantummodò cogitatione peccatum eſt, quæ ſuggeſtioni conſenſum mentis dedit.

94. Hujuſmodi cogitatio etiamſi ex aliquo impedita caſu non impleat voluntatem, nihilominus actione criminis condemnatur à Domino.

95. Apud Deum (cui nota ſunt omnia, etiam antequàm fiant) voluntas perfectè faciendi, reputatur pro opere facti *Ibidem*

96. Quantò à terrena cogitatione quis remotior eſt, tantò Deo vicinior & cœlo eſt. *Tom. 4. Ep. 8. de ſcientia divinæ legis, ante med. pag. 59. B.*

97. Grandis offenſa eſt Dei, ſequi cogitationes ſuas. *Libr. 4. ſup. Hierem. cap. 18. pagina 308. lit. D. tom. 5.*

98. Ut cogitationes cordis caſtè ſervare potuiſſet, fœdus cum oculis Job pepigit, ne priùs incautè aſpiceret, quod poſtmodùm invitus amaret. *Libr. 2. in Lament. Hierem. cap. 22. ſup. illud, Oculus meus deprædatus eſt. pag. 367. D. tom. 5.*

99. Ut munda mens in cogitatione ſervetur à laſcivia voluptatis ſuæ, deprimendi ſunt oculi, quaſi quidam raptores ad culpam. *Ibidem.*

100. Dùm cogitatio mala in initiis eſt, & puſilla, capi debet & abjici: ne ſi adulta fuerit & inveterata, jam non poſſit expelli. *Hom. 4. ſup. Cant. poſt med pag. 154. B.*

101. Scintilla res parva eſt, & penè dùm cernitur, non videtur, ſed ſi fomitem comprehenderit, & nutrimenta ſui, quamvis parvus ignis invenerit, mœnia, urbes, latiſſimos ſaltus, regioneſque conſumit. *Lib. 3. ſup. Ep. ad Galat. cap. 5. ſup. illud, Medicum fermentum, &c. pag. 190. B. tom. 9.*

HUG. A SANCTO VICT.

102. Ubi eſt delectatio tua, ibi eſt & cogitatio tua: ubi verò eſt cogitatio tua, ibi eſt interioris hominis habitatio. *Lib. 4. de Arca Noe Moral. cap 8. prope init. pag. 215. E. tom. 2.*

103. Turpi quodam commercio impudica mens deſiderio ſuo fruitur, dùm quodammodò intùs per cogitationem rem concupitam amplexatur. *Ibidem, poſt med. pag. 216. C.*

104. Reus facti judicatur, qui per conſenſum in cogitatione delectetur. *Ibidem.*

105. Cogitationes non ex re de qua ſurgunt, ſed ex affectu quem gignunt, judicandæ ſunt. *Ibidem, ante finem.*

106. Nihil intereſt quale ſit illud quod cogitatur, ſed qualis ex ipſa cogitatione affectus conſequatur: quia cogitatio mentem non polluit, ubi delectatio conſcientiam non corrumpit. *Ibidem.*

HUGO CARD.

107. Nihil plus valet ad purgandum cor à malis cogitationibus, quàm conſideratio mortis. *Sup. Job cap. 39. fol. 454. columna 2. tom. 1.*

108 Mentem non interpellari cogitationibus impoſſibile eſt, ſuſcipere verò eas, ſive reſpuere per gratiam Dei omni ſtudio poſſibile eſt. *Profec.*

109. Quemadmodum igitur ortus earum non omninò pendet à nobis, ita reprobatio vel electio conſiſtit in nobis. *Collat. 1. Abbat. Moyſis, cap. 17. in princ. pag. 316.*

IOAN CASS.

110. Illicò ut patefacta fuerit cogitatio maligna, marceſcit. *Prof.*

111. Tamdiù ſuggeſtiones noxiæ dominantur in nobis, quamdiù celantur in corde. *Collat. 2. Abb. Moyſis, cap. 10. poſt med. pag. 337.*

JOAN. CASS.

112. Semper ſunt ad ſeniores cuncta quæ in cordibus oriuntur, ſublato confuſionis velamine decelanda. *Ibidem.*

113. Vacare cunctis cogitationibus humana mens non poteſt; & ideò quamdiù ſpiritalibus ſtudiis non fuerit occupata, neceſſe eſt eam illis, quæ pridem didicit, implicari. *Collat. 14. Abb. Neſterotis. cap. 13. circa init. pag. 646.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

114. Immundæ cogitationes, tela ſunt diaboli. *Hom. 3. ſup. Gen. ante fin. col. 17. B. tom. 1.*

115. Strangulanda eſt omnis prava cogitatio, & tanquàm fera truculenta mulcenda eſt, iram dico. *Ibidem, Hom. 4. circa fin. columna 26. littera A.*

116. In latitudine animæ cogitationum aliæ ſunt magis pecuinæ, & irrationales, aliæ ferociores, & agreſtiores: domandæ igitur illæ ſunt, & rationis imperio magiſtrandæ. *Ibidem.*

117. Quid beatius quàm inteſtino liberari bello? nam quamvis plurima pace externa quis fruatur, ſi intra ſe cogitationum tempeſtas naſcatur, & tumultus, nihil externa pax proderit illi. *Ibid. Homil. 34. circa init. columm. 278. littera C.*

118. Beatitudo eſt cogitationem improbam prorſùs non admittere. *Hom. 3. de verbis Iſaiæ, ante fin. col. 818. D. tom. 1.*

119. Qui malè agit & cogitat, diabolum videt: quia omne malum, diaboli eſt figura. *Hom. 9. oper. imperf. ſup. Matth. poſt med. columm. 799. D. tom. 2.*

120. Si cogitatu offendiſti, cogitatu reconciliare. *Profec.*

121. Recogita benè quod cogitaveras malè, & pœnituiſti. *Ibid.*

122. Quidquid cogitatur, innocuum eſt, ſi careat effectu, licèt cogitatio mala cogitanti jàm obſit, tamen alii nocere non poteſt. *Hom. 11. ex variis locis in Matth. in fine, col. 1168. C. tom 2.*

123. Anima malis cogitationibus coinquinata, pro mercede voluptatem accipit. *Hom. 18. ſup. 1. ad Cor. poſt init. col. 459. B. tom. 4.*

124. Nullus actus, niſi cogitatione præcurrente conficitur. *Serm. de levium peccatorum periculis, circa med. col. 83·. C. tom. 5.*

125. Nihil quidquam aut actu conficitur, aut ſermone profertur, niſi priùs idipſum cogitando gignatur. *Ibidem.*

126. Cogitata pro factis tenentur, licèt nondùm opere compleantur. *Ibidem.*

127. Facere cordis, cogitare eſt: quia corporis eſt, cogitata perficere. *Prof.*

128. Cor cogitando tenetur in crimine, licèt corpus immone ab opere videatur.

129. Reus eſt jàm animus, qui malè cogitavit; licèt immune corpus ſit ab opere, quod non fecit. *Ibid.*

JOAN. TRITH.

130. Quantumcumque turpis fuerit cogitatio, non polluit mentem, dùm diſplicet. *Lib. 1. de Tentat. Relig. cap. 7. poſt med. pag. 679. col. 1.*

131. Sola cogitatio, quæ placet, polluit mentem. *Ep. 3. ad quaſdam Moniales, circa medium, pagina 922. columna 2.*

S. ISIDORUS HISPALENS.

132. Quamvis ab opere malo quiſque vacet, pro ſolius tamen pravæ cogitationis malitia, non erit innocens. *Prof.*

133. Non enim ſolùm factis, ſed & cogitationibus delinquimus, ſi eis illicitè occurrentibus delectemur. *Libr. 2. de ſummo bono, cap. 25. ſentent. 2. pag. 468 columna 2,*

134. Non eſt arbitrii noſtri cogitationes pravæ ſuggeſtionis prævenire: jacere autem in animo cogitationem, noſtræ attinet voluntati. *Prof.*

135. Illud ad culpam non redigitur, iſtud culpæ propriæ imputatur.

S. Isid. Hisp. 136. Nam cogitationes illicitas ingerere, dæmonum eſt; cogitationibus oblectari perverſis, noſtrûm eſt. *Ibidem.*

137. Argumenta machinationum, malarumque cogitationum ſemina, quæ in cordibus hominum diabolus fundit, ita ſæpè undique captam implicant mentem, ut ex qua parte evadere quiſque tentaverit, ſine periculo exire non poſſit. *Ibidem, lib. 3. cap. 5. ſent. 22. pag.* 664 *col.* 2.

138. Dùm cogitatio prava cor pulſat, non poteſt bonæ converſationi nocere, ſi talis cogitatio non erumpatur conſenſu vel opere. *Proſec.*

139. Ferre enim ſine perfectione vitiorum cogitationes non eſt ad damnationem, ſed ad probationem: non eſt occaſio ſubeundi diſcriminis, ſed potiùs augendæ perfectionis. *Lib. 2. de Offic. Eccleſ. cap. 16. ante fin. pag.* 605. *col.* 2.

Lact. Firm. 140. Sit nobis Deus non in templis, ſed in corde noſtro conſecratus: deſtructibilia ſunt omnia, quæ manu fiunt, mundemus hoc templum, quod non fumo, non pulvere, ſed malis cogitationibus ſordidatur. *De ira Dei cap.* 23. *in fine pag.* 364.

141. Bonus vir non modò facere, ſed ne cogitare quidem quidquam audebit, quod non audeat prædicare. *Libr. 6. de vero cultu, cap. 24. poſt medium, pag.* 283.

S. Leo I. 142. Cùm ad ipſas rerum temporalium varietates cogitatio humana convertitur, quantæ ſe opponunt caligines, quanti pravarum opinionum oboriuntur errores ſentis. *Serm. 5. Quadrag. ante med. folio* 33. *pagina* 2.

S. Maximus Mart. 143. Immunda eſt anima quæcunque cogitationum concupiſcentiis impleta eſt. *Centuria 1. de charit. ſent. 4. apud Biblioth. Patrum. tom. 7. pag.* 348. *col. 2. G.*

S. Nilus. 144. Mens humana nunquàm ceſſat generare cogitationes; tu verò malas expelle, bonas autem colendo exerce. *Paran. 70. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Colon.* 1618.

145. Pravas cogitationes aliis cogitationibus melioribus abige. *Ibidem.*

146. Pravas cogitationes ſemen eſſe diaboli exiſtima, cùm enim ipſæ deſinunt, ipſe ſeminator confunditur. *Ibid. Paran.* 76.

147. Cogitationes carnales ſatiùs eſt abominari; corrumpunt enim corpus, & animam polluunt. *Ibid. Paran.* 183.

S. Petr. Dam. 148. Quò remotiùs à mundi negotiis, & ſeculari converſatione receditis, eò moleſtiùs importunò cogitationum ingruentium ſtrepitu laboratis. *Lib. 8. Ep. 14. ad Sorores ſuas ante med. pag. 134. col. 2. litt. F. tom.* 1.

S. Prosper. 149. Mentem ſicut turpis cogitatio inquinat, ita ſi fuerit honeſta purificat. *Lib. 3. de vita contempl. cap. 6. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 71. col. 2. E. edit. Coloniæ* 1618.

150. Non ex cogitatione facies mentis exiſtit, ſed qualitas cogitationis ex mente. *Proſ.*

151. Non ſordidæ cogitationes mentem ſordidam reddunt, ſed ex mente ſordida, ſordidæ cogitationes exeunt. *Ibid.*

152. Non poteſt fieri ut in mala opera exeant cogitationes bonæ: quoniam hoc actione promitur, quod corde concipitur. *Sent. 81. in fine tomi 3. oper. D. Auguſt. pag. 747. B.*

Tertullian. 153. Negent factorum ſocietatem, qui negare non poſſunt cogitatorum. *De Reſur. cap. 15. poſt med. pag. 683. A. tom.* 3.

Thallasius. 154. Si cogitationes animo infeſtas deeſſe cupis, ſtude continentiæ, ac charitati in proximum. *Hecatontade 1. ſent. 14. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 271. col. 1. C. edit. Coloniæ* 1618.

155. Aurem tuam ſpiritualibus ſermonibus frequenter accommoda, & mentem ab immundis cogitationibus elongabis. *Ibidem, ſent. 36. pagin. 273. col. 1. B.*

156. Mens cui affectiones imperant, cogitat quæ non decent: quales autem cogitationes ſunt, produnt ſermones & opera. *Proſ.* Thalassius.

157. Malæ cogitationis dux eſt affectio, affectionis author ſenſus; quo ut malè utamur, in cauſa eſt mens. *Ibidem, Hecatontade 3. ſent. 4. pag. 274. columna 1. lit. B. C.*

158. Per cogitationem diutinam, maximè libido provocatur. *Tom. 2. Opuſc. de perfect. vitæ Spirit. cap. 9. circa med. fol. 30. pag.* 1. S. Thomas Aquinas.

159. Cogitationes cordium dæmones ſcire non poſſunt, nec Angeli, niſi per revelationem, vel niſi in quantum eas per aliqua ſigna exteriora cognoſcant. *Sup. 2. ſent. diſt. 8. art. 4. ad Quintum, folio 218. pag.* 2.

160. Dæmonum eſt ſervus, qui delectatur cogitationibus pravis. *In Hortulo Roſar. cap. 4. ſect. 3. pag. 515. tom.* 2. Thomas a Kempis.

161. Nihil ita allidit virtutem dæmonum, quomodo ſi quis ſecreta immundarum cogitationum revelaverit ſanctis Patribus. *Lib. 3. libello 2. de vita Joannis. num. 9. poſt med. pag. 494. col.* 2. In Vit. Patr.

162. In nullo ſic gaudet inimicus, quomodo in illo qui non vult cogitationes ſua manifeſtare. *Ibidem, num. 177. per totam, pag. 526. col.* 2.

163. Cogitationum obſervatio, medicamentum eſt ſalutis. *Libr. 10. cap. 69. circa medium, pagina* 874. *columna* 2.

164. Si venerit tibi cogitatio pro carnali neceſſitate, & tangit te ſemel, & bis, & tertiò, non audias. *In ſent. in fine poſitis ſent.* 70.

Sententiæ Paganorum.

165. Liberæ ſunt cogitationes noſtræ, & quæ volunt ſic intuentur, ſicut ea cernimus, quæ videmus. *Orat. 38. pro Milone, poſt med. num. 79. col. 782. litt. G. tom.* 2. Cicero.

166. Poſteriores cogitationes, ſapientiores ſolent eſſe. *Orat. 54. Philip. 12. poſt init. num. 5. col. 919. B. tom.* 2.

167. Quod facinus ſuſcipitur, niſi cogitatione priùs non perficitur. *Lib. 3. de natura Deorum, poſt med. num. 71. col. 344. E. tom.* 4.

168. Magni eſt ingenii revocare mentem à ſenſibus, & cogitationem à conſuetudine abducere. *Lib. 1. Tuſcul. quæſt. ante medium, columna 172. littera H. tom.* 4.

169. Quocunque conſtiti loco, ibi cogitationes meas tracto, & aliquid in animo ſalutare verſo. *Ep. 62. in princ. pag. 639. tom.* 2. Seneca.

170. Benè cogitata ſi excidunt, non occidunt. *In Proverb. pag. 684. col. 1. B. edit. Baſileæ.*

171. Cogitationes vagas & inutiles, & velut ſomnio ſimiles non recipies: quibus ſi animus tuus ſe oblectaverit (cùm omnia diſpoſueris) triſtis remanebis. *Proſec.*

172. Sed cogitatio tua ſtabilis & certa ſit, ſive deliberet, ſive quærat, ſive contempletur, non recedat à vero. *De quatuor virtutibus in princip. pag. 673. edit. Baſileæ.*

173. Bona cogitatio hominis Deum non latet, & ideò cogitatio tua pura ſit ab omni malo. *Sent. 50. apud Biblioth. Patrum, tom. 3. pag. 65. col. 1. A. edit. Coloniæ* 1618. Sixtus Phil.

174. Etiam in cogitationibus tuis, mundus eſto à peccato. *Ibid.*

175. Scito te adulterum eſſe, etiamſi cogites de adulterio: ſed & de omni peccato, eadem ſit tibi ratio. *Ibid. ſent.* 1224.

Cognitio in genere.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANTONIN. 1. HUMANA cognitio cauſatur à rebus cognitis, ſed divina cognitio eſt cauſa rerum cognitarum. *Part. 5. titul. 7. de ſpe, cap. 4. §. 4. in princ. fol. 112. col. 4.*

S. AUGUSTIN. 2. Miſeri homines, quibus cognita vileſcunt, & novitatibus gaudent. libentius diſcunt quàm norunt, cùm cognitio ſit finis diſcendi. *De vera Relig. cap. 53. in princ. pag. 516. C. tom. 1.*

3. Sicut gratus eſt qui cognoſcenda enubilat, ſic oneroſus eſt qui cognita inculcat. *Lib. 4. de doctr. Chriſt. cap. 10. poſt med. pag. 53. B. tom. 3.*

4. Amari aliquid, niſi notum non poteſt. *Lib. 10. de Trinit. cap. 1. prope medium, pagina 262. littera C. tom. 3.*

5. Mens humana priùs hæc quæ facta ſunt per ſenſus corporis experitur, eorumque notitiam pro infirmitatis humanæ modulo capit, & deindè quærit eorum cauſas. *Libr. 4. de Geneſi ad lit. cap. 32. fere in princ. pag. 397. A. tom. 3.*

6. Nihil tàm novit mens, quàm id quod ſibi præſtò eſt, nec magis menti quidquam præſtò eſt, quàm ipſa ſibi, nam cognoſcit ſe vivere, ſe meminiſſe, ſe intelligere, ſe velle, cogitare, ſcire, judicare; hæc omnia novit in ſe. *De Spirit. & Anima, cap. 32. poſt init. pag. 620. C. tom. 3.*

7. Quilibet ſtudioſus, quilibet curioſus non amat incognita, cùm ardentiſſimo appetitu inſtat ſcire quod neſcit, ſed ipſum ſcire amat cognitum. *Libr. 10. de Trinit. cap. 1. in fine, & cap. 2. in princ. pag. 63. lit. A. tom 3.*

8. Nullum bonum perfectè noſcitur, quod non perfectè amatur. *Prof.*

9. Neque ut ſola mens poteſt cognoſcere, ita & amare ſola poteſt. *Lib. 83. quæſt. quæſt. 35. poſt med. pag. 385. A. tom. 4.*

10. Anima rationalis ad hoc velle debet, nec dolore moleſtari, nec deſiderio perturbari, nec morte diſſolvi, ut aliquid utile cognoſcat, & ſecundùm eam conditionem, vitam, moreſque componat. *Lib. 19. de Civit. Dei, cap. 14. prope med. pagin. 392. C. tom. 5.*

V. BEDA. 11. Tantò quiſque faciliùs aliquid proficiendo cognoſcit, quantò religioſiùs antequàm cognoſceret, Deo credidit. *In Hexamer. in medio, columna 8. tom. 4.*

S. BERNARD. 12. Ubi certior ac facilior notio, ibi deciſio tutior, expeditiorque eſſe poteſt. *Lib. 3. de Conſid. circa med. fol. 279. columna 2. D.*

BOETIUS. 13. Omne quod cognoſcitur non ſecundùm ſui vim, ſed ſecundùm cognoſcentium potiùs comprehenditur facultatem. *Libr. 5. de conſol. Philoſ. Proſa 4. poſt med. pag. 229.*

S. BONAVENT. 14. Quantò notitia rerum ſalutarium plus diſcitur, tantò ampliùs credentibus atque operantibus æterna vita præſtatur. *De principio ſacræ Script. poſt med. pag. 6. col. 2. E. tom. 1.*

15. Quantò nobilior eſt cognitio, tantò pejor eſt error. *Lib. 2. Compend. Theolog. veritatis cap. 25. pag. 712. col. 1. B. tom. 7.*

CLEMENS ALEX. 16. Quod oculus eſt in corpore, hoc eſt in mente cognitio. *Libr. 3. Stromat. ante med. folio 92. pag. 2. littera E.*

DIONYSIUS CARTHUS. 17. Cognitio eſt via ad amorem. *De prof. ſpirit. art. 22. poſt med. folio 166. pag. 1.*

S. GREG. MAG. 18. Ex his quæ animus novit, ſurgat ad incognita, quæ non novit. *Hom. 11. ſup. Evang. in princ. col. 333. A. tom. 2.*

19. Non eſt ſecura lætitia, vel ſortia, vel multa cognoſcere, ſed cognita cuſtodire. *Lib. 22. Moral. cap. 3. ante med. col. 734. C. tom. 1.* S. GREG. MAG.

20. Perverſi cognoſcunt recta, quæ ſequi debeant, & tamen ſequi deſpiciunt quæ cognoſcunt. *Lib. 16. Moral. cap. 24 in princip. columna 551. littera C. tom. 1.*

21. Illa quæ novimus, opinari nos potiùs quàm tenere novimus: & æſtimare magis, quàm ſcire quod verum eſt. *Sup. Eccleſiaſten, cap. 2. ſup. illud. Et reſpexi ego ut viderem. pag. 68. D. tom. 7.* S. HIERONYM.

22. Notitia rerum ad apertionem verborum facit. *De ſcripturis & ſcriptor. cap. 1. in fine, pag. 1. litt. G. tom. 7.* HUGO A S. VICTORE.

23. Faciliùs intelliges quod dicitur, ſi benè notum fuerit undè dicatur. *Ibidem.*

24. Per ſigna exteriora ſæpè dignoſcitur diſpoſitio mentis. *Sup. Eccleſiaſten, cap. 8. in princ. folio 92. col. 3. tom. 3.* HUGO CARD.

25. Proximus cognitioni eſt, qui quid inquirere debeat, prudenter agnoſcit: nec à ſcientia longè eſt, qui cœpit intelligere quid ignoret. *Collat. 10. Abbat. Iſaac cap. 9. poſt med pag. 540.* JOANNES CASSIAN.

26. Nihil prodeſt cognitio, niſi & actio ſubſequatur. *Libr. 6. de vero cultu, cap. 5. poſt medium, pagina 145.* LACT. FIRM.

27. Unaquæque res potiùs ex æſtimationis conſuetudine, quàm ex ſui natura cognoſcitur. *Part. 2. ſerm. de Nativ. in principio, pagina 393. columna 1. littera E.* S. LAURENT. IUSTIN.

28. Cognoſcere aliquid ſicut eſt in cognoſcente, poteſt intelligi dupliciter, ſcilicet, ſecundùm modum cogniti, vel cognoſcentis: primum eſt falſum, ſecundum verum. *Profec.* S. THOMAS AQUINAS.

29. Quantò perfectiùs cognitum eſt in cognoſcente, tantò perfectior eſt modus cognitionis. *Part. 1. ſumma quæſt. 14. art. 6. in corpore ad primum, pag. 30. columna 1.*

30. Homo ex verbis ſuis cognoſcitur, de qua regione & patria ſit. *Tom. 1. opuſc. opuſc. 9. de 8. præcepto folio 68. pag. 1.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

41. Non parùm cognoviſſe, ſed in parùm cognito ſtultè & diu perſeveraſſe, turpe eſt. *Lib. 2. de Invent. Rhet. poſt init. col. 115. C. tom 1.* CICERO.

32. Quid videtur ei magnum in rebus humanis, cui æternitas omnis, totiuſque mundi nota ſit magnitudo? *Libr. 4. Tuſcul. quæſt. circa med. col. 331. lit. E. tom 4.*

33. Si vis aliquem æſtimare, totumque ſcire qualis ſit, faciem ſolve, multùm mali ſub illa latet. *Ep. 80. in calce, pag. 700. tom. 2.* SENECA.

34. Vis omnibus eſſe notus? priùs effice, ut neminem noveris. *De Moribus ante med. pagina 677. edit. Baſileæ.*

Cognitio Dei.

SENTENTIÆ PATRUM.

1 NATURA humana tàm acerbo vulnere eſt ſauciata, ut ad cognitionem Dei, neminem contemplatio ſpontanea plenè valeat erudire. *Lib. 2. de vocatione Gentium, cap. 6. in fine, columna 261. lit. C. tom. 2.* S. AMBROIUS.

2. Humana cognitio cauſatur à rebus cognitis, ſed divina cognitio eſt cauſa rerum cognitarum. *Part. 4. tit. 7. de ſpe. cap. 4. §. 4 in princ. folio 112. col. 4.* S. ANTONIN.

3. Dei agnoſcere, ſervare eſt: Dei agnoſcere, cuſtodire eſt; non autem agnoſcere, damnare eſt. *Sup.* S. AUGUSTIN.

*Pſ.141.longè poſt init.verſ.3. Et tu cognoviſti ſemitas meas. pag.*1124. *C. tom.*8.

S. AUGUSTIN. 4. Qui vult habere notitiam Dei, amet. *In Manuali cap.*20.*prope med.pag.*349. *A. tom.*9.

5. Non parva notitiæ pars eſt, ſi antequàm ſcire poſſumus quid ſit Deus, poſſumus ſcire quid non ſit. *Libr.*8. *de Trinitate, cap.*2. *prope med. pag.*247. *lit. A. tom.*3.

6. Deum noſſe, vivere eſt. *In Medit. cap.*32. *circa init. pag.*493. *A. tom.*9.

S. BERNARD. 7. Ex Dei notitia, Dei itidem amor venit: ex Dei autem ignorantia, venit deſperatio. *Serm.*7. *ſup. Cant. poſt med. folio*166. *col.*1. *A.*

8. Notitia Dei, cauſa eſt ut homo aliquid ſit, ignorantia facit, ut nihil ſit. *Ep.*18. *ad Petr. Cardin. ante med. fol.*211. *col.*4. *L.*

S. BONAVENT. 9. In agnitione Dei, juſtitia eſt neceſſaria. *Serm.*2. *Dom. in octava Paſcha, poſt med. pag.*103. *columna* 1. *tom.*3.

10. Beatus homo, qui ſcit Chriſtum JESUM, etiamſi alia neſcit: infelix qui ſcit omnia alia, illum autem neſcit, undè verſus. *Proſ.*

Hoc eſt neſcire, ſine Chriſto plurima ſcire;
Si Chriſtum benè ſcis, ſatis eſt ſi cætera neſcis. *In collat. de contemptu ſeculi, in princ. pag.*95. *col.*1. *litt. D. tom.*7.

CASSIODORUS. 11. Ipſi ſoli veraciter norunt Deum, qui Catholicæ fidei non deſinunt unitate compleri. *Sup. Pſ.*35. *ante fin. verſ.*11 *fol.*53. *col.*2.

S. EPIPHANIUS. 12. Quantò quis propiùs ad cognitionem Dei perveniſſe videtur, tantò magis debet cogitare apud ſemetipſum quòd homo eſt. *Hæreſ.*73. *contra Semiarrianos longe ante finem, pag.*394.

EVAGRIUS. 13. Vis à Deo cognoſci? fac hominibus quàm maximè ſis ignotus. *De octo vitioſis cogit. poſt med. apud Bibl. Patr. tom.*4. *pagina* 296. *columna* 2. *E.*

S. FULGENT. 14. In tantùm habet quælibet ſancti hominis anima ſummi Dei notitiam, in quantùm internæ viſionis acceperit gratiam. *Reſponſ.*3. *ad Ferrandum, poſt med. apud Bibl. Patrum, tom.*6. *part.*1. *pag.*75. *col.*1. *C. edit. Colon.* 1618.

S. GREGOR. MAGN. 15. Ille ſcire Dominum familiariùs appetit, qui præ amore pietatis neſcire deſiderat quos carnaliter ſcivit. *Profec.*

16. Gravi damno ſcientia divina minuitur, ſi cum carnis notitia partitur. *Libr.*7. *Moral. cap.*14. *ſup. illud Deut.*33. *Qui dixerit Patri ſuo, &c. columna* 230. *A. tom.*1.

17. Tantùm ſe quiſque noſſe Deum indicat, quantùm pro Deo bona operatur. *Homil.*22. *ſup. Ezech. poſt med. in illud* 1. *Joan.*2. *Qui ſe dicit noſſe Deum, &c. col.*313. *D. tom.*2.

18. Lucis cognitio per ſpeculum, electorum deſideria ſatiare non novit, ſed excitare. *Libr.*4. *in primum Regum, cap.*5. *longè ante med. columna* 1452. *C. tom.*2.

19. Lumen eſt, cognitio Dei, quod tenebras cordis evacuat, mentis oculos purgat, animos erigit, corda accendit. *In* 7. *Pſ. Pœnit. ſup. Pſ.*6. *verſ.*6. *ante med. col*620. *A. tom.*2.

S. HILARIUS. 20. Nemo niſi peregrinus corporis ſui, cognitione Dei dignus eſt. *Sup. Pſ.*118. *ſup. illud, Retribue ſervo tuo. ante med. fol.*54. *col.*1.

21. Neſcit ſanè ſapere, qui Deum neſcit. *Lib.*8. *de Trin. poſt init fol.*40. *col.*4. *Proſ.*

22. Cùm ſapientia Chriſtus ſit, neceſſe eſt, ut extra ſapientiam ſit, qui Chriſtum aut ignorat, aut odit. *Ibidem.*

HUGO A S. VICTORE. 23. Fruſtrà in nobis divinæ cognitionis abundantia creſcit, niſi in nobis divinæ dilectionis flamma augeſcat. *In lib. de vanitate mundi. tom.*2.

24. Cognitio Dei generat charitatis ardorem. *Lib.*1. *de Nuptiis carnalibus. cap.*3. *ante med. pag* 169. *B. tom.*2.

HUGO CARD. 25. Multi errant in cognitione Dei, deſperans enim non cognoſcit Deum, qui eum immiſericordem putat. *Sup. Ep. ad Philip. cap.*3. *ſup. illud, Ad cognoſcendum illum folio* 184. *col* 2. *tom.*7.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 26. Imaginem meam non cognoſco in vobis, non poteſtis meorum militum præmia accipere, qui tyranni vexilla portatis. *Proſ.*

27. Non poſſum meos dicere, in quibus meum nihil cognoſco. *Hom.*52. *oper. imperf. ſup. Matth. in fin. col.*1120. *B. tom.*2.

28. Agnitio Dei, humanæ naturæ virtutis eſt ſchola. *Homil.*18. *ſup. Gen. poſt med. col.*129. *littera A. tom.*1.

29. Rectam inſtituere vitam, eſt Chriſtum diſcere: nam qui malè vivit, & Deum ignorat, & à Deo non agnoſcitur. *Serm.*13. *ſup. Ep. ad Epheſ. in medio col.*1036. *B. tom.*4.

S. JOANNES DAMASC. 30. Dei ignoratio, animæ caligo ac mors eſt. *De Barlaam & Joſaphat. cap.*10. *poſt init. fol.*518. *pag.*2. *littera D.*

LACT. FIRM. 31. Omnis ſapientia hominis in hoc uno eſt, ut Deum cognoſcat & colat; hoc Chriſtianorum dogma, hæc ſententia eſt. *Lib.*3. *de falſa ſapientia, cap.*30. *in princ. pag.*142.

32. Scientia eſt Deum noſcere, virtus colere: in illo ſapientia, in hoc juſtitia continetur. *Lib.*6. *de vero cultu cap.*5. *in fin. pag.*245.

33. Deus noſcendus eſt, in quo ſolo veritas eſt. *De Ira Dei, cap.*1. *in fine pag.*333.

34. Quid tàm juſtum ad æquitatem, tàm pium ad honorem, tàm neceſſarium ad ſalutem, quàm Deum cognoſcere ut Parentem, venerari ut Dominum? *In Epitom. divinarum Inſtit. in princ. pag.*395.

35. Sapientia facit ut Deum cognoſcamus, & per eam cognitionem immortalitatem aſſequamur, quod eſt ſummum bonum. *De Ira Dei, cap.*13. *in fine, pag.*351.

S. METHODIUS. 36. Deum cognoſcere, ſolida juſtitia eſt: ſuam potentiam intelligere, radix immortalitatis. *De Purificat. B. M. ante med. apud Bibl. Patr. tom.*3. *pag.*359. *col.*1. *D. edit. Colonia* 1618.

MINUT. FELIX. 37. Abſque notitia Dei, non poteſt eſſe ſolida felicitas, cùm ſit ſomno ſimilis: antequàm enim tenetur, elabitur. *In ſuo Octavio, ante finem, apud Biblioth. Patrum, tom.*3. *pag.*10. *col.*2. *E. edit. Colon.* 1618.

PETR. BLES. 38. Qui à terrenis vacant, ſpiritualium notitiam faciliùs aſſequuntur. *Epiſt.*9. *ad quendam in med. apud Bibl. Patr. tom.*12. *part* 2. *pag.*707.

S. PROSPER. 39. Cognitio Dei, ſalus eſt cogniti. *Sup. Pſ.*141. *verſ.*3. *apud Bibl. Patr. tom.*5. *part.*3. *pag.*155 *col.*2. *G. edit. Colonia* 1618.

RICH. A S. VICTORE. 40. Fruſtrà in nobis divinæ cognitionis abundantia creſcit, niſi divinæ in nobis dilectionis flamma augeſcat. *Profec.*

41. Debet itaque in nobis creſcere ſemper, & ex cognitione dilectio, & ex dilectione cognitio: & mutuis incrementis mutua incrementa miniſtrare debent. *Parte* 1. *lib.*4. *de contempl. cap.*10. *ante med. pag.*292. *columna* 2. *B.*

SALVIANUS. 42. Nunc quia Chriſtum jàm cognoviſti, & negligis quem agnoviſti, qui ſuſceptus es, quaſi intra ora Dei per fidei cognitionem, projicieris per teporem. *Lib.*4. *de Gubern. Dei paulo ante fin. apud Bibl. Patrum, tom.*5. *part.*3. *pag.*341. *col.*2. *E. edit. Colonia* 1618.

THALASSIUS. 43. Magnam apud Deum gratiam invenit, qui ſedatis affectibus, cognitionem ſpiritualium adeptus eſt. *Hecatontad.*1. *ſent.*13. *apud Bibl. Patr. tom.*7. *pag.*271. *col.*1. *C. edit. Colonia* 1618.

S. THEODORET. 44. Bonorum ſumma, & verum fundamentum, eſt divinæ naturæ cognitio. *Lib.*5 *ſup. Ep. ad Rom. cap.*12. *in princ. pag.*25. *col.*2. *G tom.*2.

IN VIT. PATR. 45. Dei ignoratio, profectò animæ caligo ac mors eſt,

eſt. *Libr.* 1. *de vita Barlaam & Ioſaphat. cap.* 10. *poſt init. pag.* 263. *columna* 2.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 44 Philoſophia docet homines cognoſcere Creatorem ſuum. *Libr. de morte. Habetur apud Bedam tom.* 2.

CICERO. 45. Nullum eſt animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei. *Proſec.*

46. De ipſis hominibus nulla gens eſt, neque tàm immanſueta, neque tàm fera, quæ non (etiamſi ignoret qualem habere Deum deceat) tamen habendum ſciat. *Libr.* 1. *de Legibus, ante medium, num.* 24. *col.* 427. *D.E. tom.* 4.

PLATO. 47. Dei cognitio, & ſapientia & vera virtus eſt: ignoratio verò, inſcitia & manifeſta improbitas. *Tom.* 1. *Sizygia* 2. *de ſcientia circa medium, pagina* 176. *littera C.*

SENECA. 48. Non quia per ſe beatum eſt, malo caruiſſe, ſed quia animum laxat, ac præparat ad cognitionem cœleſtium, dignumque efficit qui in conſortium Dei veniat. *Libr.* 1. *quæſt. in præfatione ante medium, pag* 647. *tom.* 1.

49. Deum colit, qui novit. *Epiſt.* 95. *poſt med. pag.* 291. *tom.* 2.

SIXT. PHILOS. 50. Qui cognoſcit quæ Deo digna ſunt, ille ſapiens eſt. *Sent.* 241. *apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pag.* 66. *col.* 1. *C. edit. Coloniæ* 1618.

51. Quid ſit Deus, agnoſce: & quid in te ſit, quod agnoſcit Deum. *Ibidem, ſent.* 381.

52. Homo, qui verè cognitionem Dei habet, non multa ambitione utitur. *Ibid. ſent.* 412.

TRISMEGIST. 53. Hæc tibi, ô Tati, pro viribus imago Dei ſubſcripta ſit, quam ſi diligenter conſideraveris, oculiſque internis prænoveris, crede mihi, fili, aſcenſum ad excelſa comperies. *Libr. de Poteſt & Sap. Dei. cui titulus Pimander. cap.* 4. *in fine.*

54. Ab homine cognoſci ſe vult Deus: hæc unica ſalus homini, cognitio Dei, hæc ad Olympum aſcenſio. *Libr. de Poteſt & Sap. Dei, cui titulus Pimander. cap.* 10. *à medio.*

55. Certamen religioſæ pietatis hoc eſt, cognoſcere Deum. *Ibidem, poſt med.*

56. Non potes, cùm ſis malus, corporiſque fœtidi ſervus, ipſum pulchrum, bonumque percipere: extrema enim pravitas non poteſt cognoſcere Deum. *Ibidem, cap.* 11. *in fine.*

Cognitio veritatis.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. ERRAT quicunque putat veritatem ſe poſſe cognoſcere, cùm adhuc nequiter vivat. *De Agone Chriſtiano cap.* 13. *in princ. pag.* 545. *A. tom.* 3.

S. BERNARD. 2. Quid juſtius, quàm contemptoribus veritatis ſubtrahi & ipſam cognitionem? quid, inquam, juſtius, quàm ut jam de ejus cognitione gloriari non poſſit, qui cognitam non glorificavit? *Ep.* 18. *ad Petrum Diaconum ante med. fol.* 211. *col.* 2. *L.*

S. BONAVENT. 3. Nihil prodeſt notitia veritatis, ubi deeſt cuſtodia charitatis. *Expoſ.* 2. *ſup. Pſ.* 118. *verſ.* 2. *cap* 3. *art.* 3. *pag.* 179. *col.* 2. *B. tom.* 1.

4. Non eſt reputandus otioſus, qui inſiſtit labori cognoſcendæ veritatis: eoquòd pluris meriti eſt, quàm exercitatio corporalis. *Ser.* 2. *Dom.* 1. *in Quadr. poſt med. pag.* 65. *col.* 2 *tom.* 3.

5. O beata veritas! video quòd ſine te ſapere, deſipere: te verò noſſe, perfectum ſcire eſt. *In Solilcq. cap.* 4. *longè ante fin. pag.* 123. *col.* 2. *E. tom.* 7. *part.* 3.

S. DIADOCHUS 6. Lumen veræ cognitionis, eſt diſcernere rectum à pravo. *De Perfect. ſpirit. pag.* 6. *apud Bibl. Patrum, tom.* 4. *pag.* 746. *col.* 1. *A. edit. Colon* 1618

S. GREG. MAG. 7. Minoris exceſsûs eſt veritatem non cognoſcere, quàm in eadem cognita non manere. *Lib.* 1. *in Regiſtro Indict.* 9. *cap.* 16. *Ep.* 16. *ad Severum Epiſc. Aquileienſem poſt init. col.* 647. *A. tom.* 2.

HUGO A S. VICTORE. 8. Familiariùs quodammodò atque perfectiùs experta, quàm audita cognoſcuntur. *Proſ.*

9. Cognitionem veritatis, quam doctrina inchoat, experientia conſummat. *Sup. Pſ.* 37. *circa med. cap.* 46. *pag.* 46. *E. tom.* 1.

10. Perfectum non facit cognitio veritatis, niſi habitus virtutis ſubſequatur. *Proſec.*

11. In experientia & habitu virtutis, cognitio veritatis perficitur.

12. Non facit perfectum cognitio veritatis, niſi & habitus virtutis in experientia ſubſequatur. *Lib.* 7. *in cap.* 7. *cœleſtis Hierarch. poſt med. pag.* 387. *B. tom* 1.

S JOANNES CHRYSOSTOM. 13. Obſcurata eſt notitia veritatis, ne non tàm utilis inveniatur, quàm contemptibilis: contemptibilis enim eſt, ſi ab illis intelligatur, à quibus non cuſtoditur. *Homil.* 44. *oper. imperf. ante med. col.* 1053. *littera B. tom.* 2.

LACT. FIRM. 14. Nullus ſuavior animæ cibus, quàm cognitio veritatis. *Lib.* 1. *de falſa Religione, cap.* 1. *ante finem. pagina* 3.

S. LAURENT. JUSTIN. 15. Nemo ad veritatis perſpicuam agnitionem poteſt attingere, ſi virtutibus ornatus non fuerit. *De caſto connubio, cap.* 25. *poſt init. pag.* 211. *col.* 1. *F. part.* 1.

S. LEO I. 16. Nemo ad cognitionem veritatis magis propinquat, quàm qui intelligit in rebus divinis, etiamſi multùm proficiat, ſemper ſibi ſupereſſe quod quærat. *Proſec.*

17. Qui ſe ad id, in quod tendit perveniſſe præſumit, non quæſita reperit, ſed in inquiſitione defecit. *Serm.* 9. *in Nativ. Domini ſtatim ab initio, folio* 20. *pag.* 1.

S. PROSPER. 18. Ubi deeſt agnitio æternæ & incommutabilis veritatis, falſa virtus eſt, etiam in optimis moribus. *Sent.* 106. *in fine tomi* 3, *oper. D. Auguſtini, pag.* 748. *littera D.*

RICH. A S. VICTORE. 19. Nihil prodeſt ad cognitionem veritatis, legendo vel audiendo pertingere, niſi & benè vivendo totis viribus labores cognita cuſtodire. *Part.* 2. *libr.* 7. *ſup. Apocalypſ. cap.* 8. *poſt init. pagina* 450. *columna* 2.

Cognitio ſui.

DEFINITIO, DIVISIO, ET PRODUCTIO.

DEFINITIO.

S JOAN. CLIM. COGNITIO ſui, eſt vera & tuta propriæ menſuræ comprehenſio, jugiſque leviorum quoque peccatorum memoria. *Gradu* 25. *ſtatim à medio, apud Bibl. Patrum, tom.* 6 *part.* 2. *pag.* 278 *col.* 1. *G. edit. Coloniæ* 1618.

DIVISIO.

S. BERNARD. Cognitio ſui ſtat in tribus. { Ut cognoſcat homo { Quid fecit. Quid meruit. Quid amiſit. *In ſerm. de ſeptem gradibus Confeſſ. ante med. fol.* 356. *columna* 3. *I.*

PRODUCTIO.

S. ANTONIN. Cognitio ſui tria magna bona inducit. { Judicium cognitionis divinæ. Principium ſalvationis humanæ. Faſtigium perfectionis internæ. *Part.* 4. *tit* 2. *de Prudentia, cap.* 3. *circa medium, folio* 17. *columna* 1. §. 4.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS 1. Quid abſurdius quàm neſcire qui ſis, affectare quod non ſis? *In Orat. de fide Reſurr. circa init. col.* 466. *littera D. tom.* 3.

S. AMBROS.

2. Cognoſce te ô homo quantus ſis, & attende tibi. *Lib. 6. Hexameron. cap. 8. poſt med. col. 889. lit. C. tom. 4.*

3. Noſce teipſum, homo, diſce ubi grandis & pretioſus ſis: vilem te terra demonſtrat, ſed glorioſum virtus facit, fides rarum, imago pretioſum: quid tàm pretioſum quàm imago eſt Dei? *Ser. 10. ſup. Pſ. 118. verſ. 1. col. 1499. A. B. tom. 4.*

4. Benè timet, qui hominem ſe eſſe cognoſcit. *Ibid. ſerm. 13. verſ. 6. col. 1531. C.*

S. ANSELMUS.

5. Primus gradus in monte humilitatis, eſt cognitio ſui. *De ſimilitud. cap. 100. in princ.*

6. Non parvus eſt ad beatitudinem acceſſus, cognitio infirmitatis ſuæ. *Sup. Ep. ad Rom cap. 8. ſup. illud. Invenio legem, &c. fol. 24. col. 4.*

S. ANTONIN.

7. Qui nolunt oculos aperire ad cognoſcendas culpas ſuas, & lachrymis diluendas, ſine fructu eos aperient in tormentis. *Part. 1. tit. 3. cap. 7. § 4. ante med. fol. 52. col. 4.*

8. Quantò quis magis ſe cognoſcit, tantò magis indè humilians ſe, gratiâ & cœleſti conſolatione irroratur. *Part. 3. tit. 16. cap. 10. §. 5. in princip. folio 256. col. 4.*

9. Ignorantia ſui, cauſa eſt pravitatis. *Part. 4. cap. 3. §. 4. ſub fin. fol. 17. col. 2.*

10. Nemo ſine cognitione ſui ſalvatur. *Ibidem, poſt medium.*

S. ANTONIUS ABB.

11. Qui cognoverit ſemetipſum, univerſos cognovit. *Ep. 2. ad fratres à med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 25. columna 2. H.*

12. Chariſſimi cognoſcite voſmetipſos, quia qui ſeipſos cognoſcunt, & tempus cognoverunt: qui verò cognoverunt tempus, ii potuerunt ſtatuere ſemetipſos immobiles à diverſitate linguarum *Ibidem, Ep 7. in fine, pagina 30. columna 2. H.*

S. ANTONIUS DE PADUA.

13. Solet contingere, ut qui occultam ſuperbiam non cognoſcit, eandem per luxuriæ vitium cognitam erubeſcat. *Serm. Dom. 3. Quadrageſim. in med. fol. 91. pagina 1.*

14. Verè conteritur, qui ſe terram agnoſcit. *Serm. Dom. 22. poſt Trinit. fol. 320. pag. 1.*

S. AUGUSTIN.

15. Laudabilior eſt animus, cui nota eſt infirmitas ſua, quàm qui ea non reſpecta vias ſiderum ſcrutatur, mundi mœnia fundamenta terrarum, & faſtigia cœlorum. *Lib. 4. de Trinit. in principio proœmii pagina 209. B. tom. 3.*

16. Laudabilior animus eſt, cui nota eſt miſeria ſua, quàm qui ea non aſpecta, vias ſiderum, & naturas rerum ſcrutatur. *De ſpiritu & anima cap. 50. in med. pag. 632. D. tom. 3.*

17. Scito teipſum; ſcito undè veniſti, aut quo vadis, quomodo vivis, quantum proficis vel deficis: quàm longè es à Deo, vel quàm propè, non intervallis locorum, ſed ſimilitudine vel diſſimilitudine morum. *Profec.*

18. Scito quomodo homo es, cujus conceptio culpa, naſci miſeria, vivere pœna, mori neceſſe. *Ibid. cap. 51. circa med. pag. 633. A.*

19. Cùm anima ab eſu & potu nimio fuerit liberata, tunc ſe meliùs recognoſcit. *Profec.*

20. Sicut enim in ſpeculo ſordido, non ſe talem homo aſpicit qualis eſt; ita ſi eſca & crapula fuerit gravatus, alterum ſe ſentit quàm eſt. *De quæſt. veteris & novi Teſtament. quæſt. 120. in med. pagin. 608. littera D. tom. 4.*

21. Hæc eſt tota ſcientia magna hominis, ſcire quia ipſe per ſe nihil eſt: quoniam quidquid eſt, à Deo eſt, & propter Deum eſt. *Sup. Pſ. 70. conc. 5. in princip. pag. 517. B. tom. 8.*

22. Nulla ſcientia melior eſt illâ, quâ cognoſcit homo ſeipſum. *De ſpiritu & anima cap. 51. in princ. pag. 632. D. tom. 3.*

23. Quid eſt cognitio veritatis? primò cognoſcere ſeipſum. *In Manuali cap. 26. in princ. pag. 150. D. tom. 9.*

S. AUGUSTIN.

24. Nihil præter ſe reſpiciat, & diſplicebit ſibi, qui ſe agnoſcit. *Sup. Pſ. 31. Enarrat. 2. verſ. 3. pag. 131. A. tom. 8.*

25. Si peccator peccatum ſuum cognoſcit, illi Deus & ignoſcit *Ibid. verſ. 5.*

26. Deus ſemper idem, noverim me, noverim te. *Lib. 2. Soliloq. cap. 1. in princ. pag 368. littera C. tom. 1.*

27. Tu qui vis te noſſe, ſcias priùs eſſe te. *Ibidem.*

28. Neſcit ſe homo, niſi in tentatione ſe diſcat: cùm autem didicerit ſe, non ſe negligat: ſi enim ſe negligebat latentem, non ſe negligat notum ſibi. *Ser. 2. de communi vita Clericorum circa med.*

S. BASILIUS MAGNUS.

29. Revera videtur omnium graviſſimum eſſe, ſeipſum non noviſſe. *Prof.*

30. Non enim ſolùm oculus foras proſpiciens, in ſeipſum viſu non utitur, ſed & ipſa mens noſtra alienum peccatum intuens, tarda eſt ad propriorum delictorum agnitionem. *Homil. 9. in Hexamer. poſt med. pag. 48. tom. 1.*

S. BERNARD.

31. Miranda prorsùs & miſeranda humanarum conditio animarum, quá licet tàm multa foris ingenii vivacitate percipiant, nulla tamen perſpicacitate ſemetipſas ſicut ſunt, noſſe aut cogitare ſufficiant. *Ser. de Cute & Oſſibus animæ in princ. fol 9?. col 2. F.*

32. Noveris licèt omnia myſteria, noveris lata terræ, alta cœli, profunda maris, ſi te neſcieris, eris ſimilis ædificanti ſine fundamento, ruinam non ſtructuram faciens. *Lib. 2. de Conſider. ante med. folio 276. columna 3. littera H.*

33. Forma, favor populi, ſervor juvenilis, opeſque,
Subripuere tibi noſcere quid ſit homo. *De Medit. cap. 3. poſt init. folio 322. col. 4. L.*

34. Si me non inſpicio, neſcio meipſum. *Ibidem, cap. 12. in princ. fol. 325. col. 1. B.*

35. Da operam internæ lectioni, ut legas, inſpicias, & cognoſcas teipſum. *Prof.*

36. Quid proſunt ſcripta, lecta, & intellecta, niſi temetipſum legas & intelligas? *Ibid. cap. 17. in fine, folio 325. columna 4. M.*

37. Multi multa ſciunt, & ſeipſos neſciunt, alios inſpiciunt, & ſeipſos deſerunt. *Ibid. cap. 1. in princ. folio 322. columna 1. B.*

38. Quantò in cognitione mei proficio, tantò ad cognitionem Dei accedo *Ibidem.*

39. Stude cognoſcere te, quia multò melior & laudabilior es, ſi te cognoſcis, quàm ſi te neglecto cognoſceres curſum ſiderum, virtutes herbarum, complexiones hominum, naturas animalium. *Ibidem, cap. 5. in primo folio 323. col. 3. I.*

40. Nemo magis ſcire poteſt, quis ſis, ſicut tu, qui conſcius es tibi. *De inter. domo, cap. 43. circa med. folio 330. col. 4. M.*

41. Nihil rectè exiſtimat, qui ſcipſum ignorat. *Ibid. cap. 65. circa med. folio 333. col. 1. A.*

42. Valdè utile & perneceſſarium eſt, ut ſcias quid deſit tibi, quid vis, quid cupis, quid habere optas. *Ibid. cap. 61. in fine, fol. 332. col. 3 H.*

43. Noveris te, ut Deum timeas: noveris ipſum, ut æquè ipſum ames. *Serm. 37. ſup. Cant. in princ. fol. 165. columna 3. I.*

44. Ex notitia tui, venit in te timor Dei: de ignorantia autem tui, ſuperbia venit. *Profec.*

45. Superbiam parit tibi ignorantia tui, cùm meliorem quàm ſis, decepta & deceptrix tua cogitatio te eſſe mentitur. *Ser. 37. ſup. Cant. poſt med. fol. 166. col. 1. A.*

46. Qui ſeipſum ignorat, foras mittitur ut hœdos paſcat. *De 12. gradib. humil. gradu 1. verbo Primus. folio 302. col. 1. A.*

47. Terram intuere, ut cognoſcas teipſum, ipſa te tibi repræſentabit, quia terra es, & in terram ibis. *Ibidem, Gradu 1. verbo Audi, folio 302. columna 1. littera A.*

S. BERNARD. 48. Anima non novit ſe, quæ ſine ſpeculo eſt: ſpeculum mundum & purum totius animæ, eſt conſcientia. *De inter, domo. cap. 23. in princ. fol. 327. col. 4. litt. K.*

49. Homo cognoſcere ſe non poteſt, niſi pœniteat: pœnitere non poteſt, niſi ſe cognoſcat. *Serm. de gradib. Confeſſ. ante med. folio 356. columna 4. K.*

50. Non teipſum judices, ut te præferas aliis, qui teipſum non agnoſcis. *De Natura & dignit. amoris divini, cap. 29. poſt medium, folio 69. columna 2 littera E. volum 2.*

BOETIUS. 51. Humanæ naturæ hæc conditio eſt, ut tùm tantùm cæteris rebus, cùm ſe cognoſcit, excellat. *Proſecutio.*

52. Eadem tamen infra beſtias redigatur, neceſſe eſt, ſi ſe noſſe deſierit. *Lib. 2. de conſol. Philoſ. Proſa 5. ante finem, pag. 69.*

S. BONAVENT. 53. Quid eſt impugnativum ſalutis humanæ? neſcire ſe metiri: quid enim prodeſt homini, ſcire alia metiri, & neſcire metiri ſeipſum? *Serm. 1. in Hexam. poſt med. pag. 11. columna 2. tom. 1.*

54. Gratus eſt Deo, qui cognoſcit ſuam indigentiam. *Ibidem, Serm. 14. ante med. pag. 45. columna 1. B. tom. 1.*

55. Magna eſt perfectio ſuæ imperfectionis cognitio. *Lib. 1. Pharetra. cap. 35. in princ. pag. 120. col. 1. C. tom. 6. part. 1.*

56. Non minima pars philoſophiæ eſt, cognitio ſui. *In Soliloq. cap. 1. in princip. pag. 106. col. 1. C. tom. 7. part. 3.*

57. Orans ſanctus quidam; Deus, inquit, noverim me, noverim te, brevis oratio, ſed fidelis: hæc eſt enim vera philoſophia, & utraque cognitio prorsùs neceſſaria ad ſalutem. *Lib. 2. Pharetra cap. 29. circa finem, pag. 143. col. 2. E. tom. 6.*

58. Quantò quis magis eſt ſuæ vilitatis cognitor, tantò magis eſt divinæ majeſtatis inſpector. *Part. 2. de ſtimulo amoris, cap. 6. ante med. pag. 214. col. 1. A. tom. 7. part. 3.*

59. Noſſe ſeipſum, efficax eſt remedium contra ſuperbiam. *Libr. 1. de Profectu Relig. cap. 27. in princ. pagina 567. col. 2. E. tom. 7. part. 4.*

60. O quàm magni periculi res eſt in homine, multa velle ſcire, & ſeipſum neſcire. *De Perfect. vitæ ad Sorores, cap. 1. in fine, pagina 632. col. 1. littera B. tom. 7. part. 4.*

61. O quàm prope ille eſt perditioni, & interitui, qui in cognoſcendis rebus eſt curioſus, in judicando aliorum conſcientias ſolicitus, ſeipſum autem ignorat & neſcit! *Ibidem.*

CASSIODOR. 62. Solus prævalet dignè de ſe dicere, qui etiam ſe poteſt noſſe pleniſſimè. *Sup. Pſal. 18. poſt med. verſ. 10. fol. 28. col. 2.*

CLEM. ALEX. 63. Noſce teipſum, quòd ſis mortalis, quòd homo natus es, ad quid natus ſis; cognoſce & cujus ſis imago, & quænam ſit tua eſſentia, & quod opificium. *Lib. 5. Stromat. longè ante med. fol. 115. pag. 1. A. B.*

64. Qui ſcipſum agnoſcit, Domini locus ac ſedes eſt. *Et habetur apud D. Joan. Damaſc. lib. 1. Parall. cap. 66. ſub fin. folio 36. pag. 1. A.*

S. CYPRIAN. 65. Utilius eſt infirmum ſe homo cognoſcat, ut fortis exiſtat, quàm fortis videri velit, & infirmus emergat. *De ſingular. Clericor. cap. 2. prope med. pag. 521. col. 2. tom. 3.*

S. CYRILLUS HIEROSOL. 66. Deinceps noſce teipſum, quiſnam es, quòd duplex homo ſis conſtitutus, & anima & corpore compoſitus. *Catecheſ. 4. de ſtatu hominis, in princ. apud Bibl. Patrum, tom. 4. pag. 405. column. 1. littera C. edit. Coloniæ 1618.*

S. DOROTH. 67. Infelix eſt qui ſe ignorat nihil eſſe omninò, & ſine ſui cognitione omnia agit. *Doctrina 14. de Ædificio ante medium, apud Bibl. Patr. pag. 789. col. 2. F. tom. 4 edit. Colon. 1618.*

68. Senſerunt Patres & majores noſtri, cognitionem ſui viam eſſe ad humilitatem. *Ibidem, in med. pag. 789. col. 2. H.*

S. EDMUNDUS. 69. Ad agnitionem Dei non potes venire, niſi per cognitionem tuiipſius. *In Speculo Eccleſiæ cap. 3. in princ. apud Bibl. Patrum, tom 13. pag. 356. col. 2. E. edit. Coloniæ 1618.*

70. Ad cognitionem tuiipſius, potes iſto venire modo: cogita diligenter & frequenter qualis tu es, qualis fuiſti, & qualis eris. *Ibidem.*

71. Ad cognitionem ſuiipſius anima non pervenire poteſt, quouſque fuerit inſtructa refrænare quamlibet imaginationem corporalem, terrenam & non cœleſtem. *Ibidem, cap. 29. circa init. pag. 365. columna 2. litt. H.*

EVAGRIUS. 72. Vis Deum noſſe? priùs id age ut teipſum cognoſcas. *Et hab. apud D. Joan. Damaſc. lib. 1. Parall. cap. 66. ſub fin. fol. 36. pag. 1. A.*

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 73. Scientia ſui, ad Dei cognitionem facilè perducit. *Tom. 3. Opuſc. oracul. 12. pag. 500.*

S. FULGENT. 74. Qui fueris, qui ſis, quique debeas eſſe, cognoſce. *Ep. ad Theodor. cap. 9. pag. 138. col. 1. C. apud Bibl. Patrum, tom. 6. part. 1.*

GLOSS. ORD. 75. Agnitio infirmitatis ſuæ, cuſtodia eſt virtutum. *Sup. Iob. cap. 39. col. 377. B. tom. 3.*

76. Magis cavet, qui ſe videt cognoſci, quàm qui ſe videt ignorari. *Sup. Ep. ad Coloſſ. cap. 4. in illud, Ut cognoſcat quæ circa vos ſunt, columna 634. littera F. tom. 6.*

77. Notitia ſui interna nequaquàm conſpicitur, niſi à terrena ſeu ſeculari implicatione ceſſetur. *Sup. Ep. 2. ad Tim. cap. 2. col. 735. A. tom. 6.*

S. GREGOR. MAGNUS. 78. Boni, ingenii virtutem ad cognoſcendam propriam infirmitatem dirigunt, atque ex infirmitatis ſuæ cognitione meliùs convaleſcunt. *Lib. 22. Moral. cap. 2. ante finem, num. 4. col. 733. D.*

79. Humanus animus multis cogitationibus occupatus, ſæpè ſibimetipſi aliquo modo manet incognitus, ut omninò quid tolerat, neſciat: quia dùm per multa ſpargitur, ab interna ſui cognitione removetur. *Libro 24. Moral. cap. 8. ante med. num. 14 col. 809. lit. C. tom. 1.*

80. Moleſtia corporalis, ſalus eſt cordis, quæ ad cognitionem ſui mentem revocat. *Part. 3. Paſtoralis, cap. 1. Admonit. 13. paulò poſt med. col. 1273. littera D. tom. 1.*

81. Cautus perpende quod es, ut cùm ſumma penetras, eſſe te hominem recognoſcas: quatenus dùm ultrà te raperis, ad teipſum ſolicitus infirmitatis tuæ fræno revoceris *Prof.*

82. Neceſſe eſt, ut cùm virtutum copia blanditur, ad infirmitatem ſuam mentis oculus redeat, ne recta quæ agit, ſed quæ agere negligit, aſpiciat. *Ibidem, part. 4. cap. 1. poſt medium, columna 1324. littera C. tom. 1.*

83. Seipſam mens cognoſcere non valet, quam proſperitatis mundanæ oblectatio captivat. *In 7. Pſalmos pœnit. ſup. Pſalm. 5. verſ. 4. poſt init col. 588. lit. D. tom. 2.*

84. Sancti omnes quantò magis divinitatis interna conſpiciunt, tantò magis ſe nihil eſſe cognoſcunt. *Libr. 18. Moral. cap. 27. poſt med. num. 34. col. 625. lit. B. tom. 1.*

85. Numquàm Deus mentem deſerit, quæ in peccatis ſe veraciter agnoſcit. *Ibidem, lib. 22. cap. 3. poſt med. num. 5. col. 735. A.*

86. Nulla eſt cognitio reprehenſionis, ſi non ſequantur etiam lamenta pœnitudinis. *Ibidem, lib. 35. cap. 5. poſt init. folio 1200. C.*

87. Eò duriùs contra aliena ſuperbit, quò quis ſua negligentiùs ignorat. *Ibidem, lib. 3. cap. 18. in medio col. 88. litt. C.*

88. Qui ſemetipſos quales ſunt cognoſcere appetunt, non deteriorum conſpicere, ſed meliorum exempla debent. *Prof.*

S. GREGOR. MAGNUS. 88. Peccatores ſe eſſe non intelligunt, qui homines ſe eſſe non attendunt. *Ibidem, lib. 24. cap. 6. poſt med. col. 805. B. num. 12.*

89. Dùm exteriores ſenſus ab hujus vitæ ſolicitudinibus ſopio, vacante mente vivaciùs interna cognoſco. *Prof.*

90. Foris dormio, ſed intùs cor vigilat: quia dùm exteriora quaſi non ſentio, interiora ſolerter apprehendo. *Ibidem, lib. 23. cap. 12. in med. num. 21. ſup. illud, Cant. 5. Ego dormio, &c. col. 784.*

91. Quantò plùs profecimus in cognitione noſtri, tantò nobis indignamur ampliùs de perverſo opere. *Homil. 10. ſup. Ezechiel, ante finem, columna 169. B. tom. 2.*

92. Ut firmitatis animos dona habeat, & infirmitatem ſuam humiliter agnoſcat, per acceſſum gratiæ ad alta ſuſtollitur, & per receſſum, quid ex ſemetipſo ſit, probatur. *Lib. 8. Moral. cap. 17. ante med. columna 265. littera B.*

S. GREG. NAZ. 93. Teipſum cognoſce quiſnam ſis, & quomodo factus & compoſitus, ut imago exiſtas Dei. *Orat. 20. poſt med. pag. 179.*

S. GREG. NYS. 94. Tutiſſima conſervandi ratio, eſt ſeipſum non ignorare? *Hom. 2. ſup. Cant. poſt med. col. 250. A.*

95. Quomodo aliquid aliud diſcet, qui ſeipſum ignorat. *Ibidem, Hom. 3. poſt init. col. 253. C.*

96. Nometipſos cognoſcamus, hac enim cognitione expiantur peccata; quæ ab ignorantia proficiſcuntur. *De Mortuis ante med. col 580. C.*

S. HIERONYM. 97. Abſque notitia ſui, omnis homo pecus eſt. *Tom. 1. Ep. 3. ad Heliodor. poſt init. pag. 22. C.*

98. Teipſum intellige. *Tom. 2. Ep. 59 ad Pammach. ſub fin. pag. 370. D.*

99. Ingens animæ periculum eſt, ſcientiam ſui agnitionemque negligere. *Hom. 2. in Cant. poſt med. pag. 127. B. tom. 7.*

HUG. A SANCTO VICT. 100. Fruſtrà cordis oculum erigit ad videndum Deum, qui nondùm idoneus eſt ad videndum ſeipſum. *Profec.*

101. Priùs neceſſe eſt ut cognoſcas inviſibilia ſpiritus tui, quàm poſſis eſſe idoneus ad cognoſcenda inviſibilia Dei.

102. Si non potes cognoſcere te, non præſumas apprehendere ea quæ ſunt ſupra te. *Lib. 3. de Anima, cap. 6. in princ. pag. 113. E. tom. 2.*

103. Quantò quotidiè in cognitione plus tui proficis, tantò ad altiora ſemper tendis. *Ibidem.*

104. Cognitio ſui generat humilitatem. *Lib. 1. de Nuptiis carnalibus, cap. 3. ante medium pag. 169. lit. B. tom. 2.*

HUGO CARD. 105. Sex ſunt gradus, quibus deſcenditur ad ſui cognitionem.
- Primus, eſt conſideratio ſui.
- Secundus, eſt repreſſio pravorum motuum.
- Tertius eſt conſideratio propriæ infœcunditatis.
- Quartus, eſt ponderatio peccatorum, & beneficiorum Dei.
- Quintus, eſt remorſus conſcientiæ.
- Sextus, eſt conſideratio naturalium defectuum. *Sup. Pſ. 18. folio 40. col. 2. tom. 2.*

106. Tentatione pulſante cognoſcit homo, qualis ex ſe, & qualis ex Deo ſit. *Sup. Job. cap. 33. fol. 440. col. 3. tom. 1.*

S. JOANNES CHRYSOST. 107. Ibi eſt plenitudo gratiæ, ut ſe in omnibus unoſquiſque agnoſcat, quis fuerit, quid ſit, quid erit. *Serm. de eo quod David dixit? Quis ſum ego: in princ. col. 636. D. tom. 1.*

108. Noverat David ſe paſtorem eſſe ovium, & non genere nobilitatum: ſed quando factus eſt nobilis, agnovit ſe ex nihilo fuiſſe ſublevatum. *Ibidem, ante med.*

S. JOANNIS CHRYSOST. 109. Omnis qui ſe agnoſcit, ſui accuſator eſt. *Hom ſup. Pſ. 84. in princ. col. 754. B. tom 1.*

110. Ille eſt maximè ſeipſum ſciens, qui ſe eſſe nihil exiſtimat. *Prof.*

111. Superbus neſcit ſeipſum, ſed ignorat: qui ſe neſcit, quemnam poterit agnoſcere? *Homil. 26. ſup. Matth. in illud Coloſſ. 3. Et grati eſtote. circa fin. col. 249. A. B. tom. 2.*

112. Qui ſeipſum ignorat, quæ ſuprà ſe ſunt, non cognoſcet. *Ser. 20. ſup. Ep. ad Rom. in Morali, ante med. col. 240. C. tom. 4.*

113. Qui ſeipſum condemnat, & peccatorem ſe agnoſcit, dupliciter Deum placat. *Hom. 28. ſup. 1. ad Cor. circa med. col. 543. B. tom 4.*

114. Non ſanè minima pars eſt iſta philoſophiæ, dignitatem ſuam cognoſcere. *Hom. 26. ſup. Matth. circa fin. col. 249. A.*

S. IOAN CLIM. 115. Qui ſe cognoſcit, continet linguam ſuam: qui verò loquax eſt, nondum ſeipſum ut oportet agnoſcit. *Gradu 11. ante med. apud Biblioth. Patrum, tom. 6. part. 2. pag. 264. col. 2. G.*

116. Qui ſeipſum cognoſcit, divini timoris intimam notionem comprehendit, per quam ſolicitè incedens ad charitatis januam perveniet. *Ibidem, Gradu 25. ſtatim a medio pag. 278. col. 1. A.*

117. Nunquam diſquirere nometipſos deſinamus, ſi veraciter agnoſcere nos volumus. *Ibidem.*

S. JOANNES DAMASC. 118. Reverà nihil omninò difficilius eſſe videtur, quàm ſeipſum cognoſcere. *Profec.*

119. Ipſa enim mens ad alienum peccatum perſpicaciſſima eſt, ad vitiorum ſuorum cognitionem hebes ac tarda eſt. *Lib. 1. Parall. cap. 66. poſt med. fol. 35. pag. 2. C.*

JOAN. GERS. 120. Scientia Sanctorum eſt, ſeipſum cognoſcere, & eſt ſcientia, quam ſine vituperio magno ignorare non poſſumus. *Part. 4. Serm. 2. de S. Antonio poſt med. primæ partis, fol. 126. col. 1. H.*

121. Cæcus nimiùm eſt, & prorsùs ignorans, qui ſeipſum non cognoſcit. *Ibidem.*

IOAN TRITH. 122. Nemo unquam ſe meliùs poterit cognoſcere, qualis ſit: quàm cùm venerit, ubi qualis eſſe debeat, cognoſcit. *Sup. Prologum Regulæ S. Benedict. cap. 2. circa med. pag. 160. col. 2.*

S. ISID HISP. 123. Scito ô homo temetipſum, ſcito quid ſis, quid eris, & quare natus ſis, & qua conditione ſis factus, & propter quid ſis in ſeculo procreatus. *De contemptu mundi verbo Scito. pag. 325. col. 2.*

124. Magna jàm juſtitiæ pars eſt, ſemetipſum noſſe, ut ex eo divinæ virtuti homo ſubdatur humiliùs, ex quo jàm ſuam infirmitatem agnoſcit. *Lib. 2. de ſum. bono, cap. 13. ſent. 2. pag. 643. col. 1.*

S. ISIDORUS PELUSIOTA. 125. Fac teipſum noſcas. *Lib. 2. Ep. 291. ad Serenum, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 566 col. 1. C. edit. Colonia 1618.*

LACT. FIRM. 126. Pravitatis cauſa hæc eſt, ignorantia ſui. *Libr. 1. de falſa Relig. cap. 1. in fine pag. 4.*

S. LAURENT. JUSTIN. 127. Ex cognitione ſui nutritur humilitas. *Part. 1. de caſto connubio, cap. 6. circa med. pag. 150. col. 2. D.*

128 Pernitioſa ſui neſcientia eſt, & ad omne facinus proclivis; quæ dùm ſe ſtare putat, jacet miſerabiliter. *Ibidem.*

129. Cognitione ſui nihil utilius in vita hominis. *Ibidem, in calce.*

130. Hæc profectò ſui cognitio eſt fundamentum ſolidiſſimum & ſtabile, ſupra quod humilitatis ſtructura locata eſt, augetur atque perficitur. *Part. 2. de humilit. cap. 2. circa med. pagina 660. col. 1. D.*

131. Qui ignorat ſe, neſcit compungi, ſe humiliare dedignatur; & cùm ſit delictorum ulceribus plenus, incolumem ſe eſſe arbitratur. *Ibid. in med.*

132. Summa hæc dementia eſt, ſui ignorantia, intolerabile vitium, virus peſtiferum, ruina patens, repulſio gratiæ, animæ interitus, omniumque origo malorum. *Part. 2. de Regim. prælat. cap. 8. ante med. pag 571. col. 2. D.*

S. Laur. Just. 133. Hæc eſt ad ſe cognoſcendum compendioſa formula, ut unuſquiſque ab exterioribus feriatus negotiis, maneat apud ſe, & veluti Judex in cathedra ſedens agnoſcere ſtudeat quales ſint cordis ſui cogitationes. *Part. 2. de humilit. cap. 6. ante finem. pag.* 667. *col.* 1. *lit. C.*

134. In hac peregrinatione via tutiſſima, per quam ad patriam ſupernam pergitur, eſt cognitio ſui. *Part. 2. de regimine Prælat. cap. 1. poſt med. pag.* 557. *col.* 1. *littera E.*

135. Mira res! Quis ſcit omnia, illos non cognoſcere ſe perhibet, qui ignorant ſe. *Part. 2. de humil. cap. 2. ante finem pag.* 660. *col. 2. lit. A.*

136. Difficilè a divina excidit gratia, quicumque in cogitatione propria humiliter conquieſcit. *Serm. de vita ſolit. cap. 4. in calce. pagina* 479. *columna. 2. lit. C. Part. 2.*

137. Beatum illum eſſe dixerim, qui de ſe non qualemcumque, ſed veram cognitionem habere meruit. *Part. 2. de humil. cap. 2. in calce. pag.* 660. *columna* 2. *littera E.*

138. Eò certiùs & citiùs ad culmen prudentiæ proficies, quò ſtatum interioris hominis pleniùs cognoſces. *Part. 1. de ligno vitæ, tract. 2. de prudentia. cap. 6. poſt med. pag.* 21. *col. 1. lit. D.*

S. Nilus 139. Homo à Deo derelictus, naturæ ſuæ agnoſcit imbecillitatem. *Orat. 8. de ſuperbia. in med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag.* 972. *col. 1. lit. B. edit. Coloniæ.* 1618.

140. Ante omnia teipſum noſce; nihil enim difficilius, nihil laborioſius, atque operioſius eſt. *Profec.*

141. Cùm autem teipſum nôris, tùm demùm & Deum agnoſcere, & animo & cogitatione res (uti decet) percurrere poteris. *Et hab. apud D. Ioan. Damaſc. lib. 1. Parall. cap. 66. in princ. fol. 35. pag. 1. B.*

S. Petrus Chrysolog. 142. Qui ſe ſcire exiſtimat totum, ſe neſcit. *Serm. 44. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag.* 694. *col. 1. C edit. Coloniæ* 1618.

S. Prosper. 143. Nos ipſos ita hodiè novimus, ut quales futuri craſtino neſciamus. *Lib. 2. de vita contemplat. cap. 7. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 62. col. 2. lit. H. edit. Coloniæ* 1618.

Prudentius 144. Agnoſce quis ſcis, vince mundum & ſeculum. *In Periſtephano de hymno Romani martyris circa med. verſ* 545. *pag.* 316.

Richa. S. Victore. 145. Animus qui ſui cognitione diù exercitatus, plenéque eruditus non eſt, ad Dei cognitionem non ſuſtollitur. *Part. 1. de Benjamin minore. cap. 71. in med. pag. 217. col. 2. B.*

146. Animus qui ad ſcientiæ altitudinem nititur aſcendere, primum & principale ſit ei ſtudium ſeipſum cognoſcere. *Ibidem. cap. 75. in medio. pag. 219. col. 2. littera D.*

147. Magna altitudo eſt ſcientiæ, ſeipſum perfectè cognoſcere. *Ibidem.*

148. Diſce homo cognoſcere teipſum, & aſcendiſti: quantùm enim quotidiè in tui cognitione proficis, tantùm ad altiora ſupertendis. *Prof.*

149. Qui verò ad perfectam ſui cognitionem pervenit, jàm montis verticem apprehendit. *Ibidem in fine.*

150. Vis videre Chriſtum? diſce cognoſcere teipſum. *Ibid. cap. 78. ante med. pag. 221. columna 1. D.*

151. Ad ſui cognitionis celſitudinem non perducitur homo ſine triplici ſtudio: per ſtudium operis, per ſtudium meditationis. per ſtudium orationis paulatim promovetur. *Ibid. cap. 79. in princ. pag. 221. col. 2. lit. A. B.*

152. Quid tibi prodeſt cætera omnia ſciſſe, & teipſum neſciſſe? *Part. 1. lib. 3. de contempl. cap. 3. poſt init. 265. col. 2. lit. D.*

Thomas a Kempis. 153. Qui benè ſeipſum cognoſcit, ſibiipſi vileſcit, nec laudibus delectatur humanis. *Lib. 1. de Imit. Christi. cap. 1. in princ. pag. 323. tom. 2.*

Thomas a Kempis. 154. Hæc eſt altiſſima, & utiliſſima lectio, ſuiipſius vera cognitio. *Ibid. cap. 2. ſect. 4. pag.* 323.

155. Humilis tui cognitio, certior via eſt ad Deum, quàm profunda ſcientiæ inquiſitio. *Ibid. cap. 3. ſect. 4. pag.* 324.

In Vit. Patr. 156. Necdùm teipſum cognoviſti, nam qui ſeipſum novit, fratrum vitia non aſpicit. *Lib. 10. cap. 144. in fine pag. 899. col. 2.*

S. Zeno. 157. Nihil eſt ante omnia homini timenti Deum tàm neceſſarium atque conveniens, quàm ut ſeipſum noverit. *Serm. 2. de Geneſ. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 84. col. 1. lit. C.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

Aristotel. 158. Superbi cùm ſtulti ſint, tùm ſeipſos quoque ignorant. *Lib. 4. de Moribus cap. 3. ſub finem, fol. 42. pag. 2. edit. Pariſ.* 1565.

Cicero. 159. Noſce te eſſe hominem, fer manſuetè fortunam *Lib. 4. de arte Rhetorica ad Herennium. poſt med. col. 72. lit. F. tom. 1.*

160. Vetera ſunt præcepta ſapientium, ſequi Deum & ſe noſcere. *Lib. 3. de finibus, verſus fin. num 73. col. 120. A. tom. 4.*

Plato. 161. Seipſum ignorare, deſipere eſt: & ſeipſum noſſe, ſapere. *Tom. 1. Syzygia 2. de Philoſophia ante fin. pag. 138. lit. A.*

162. Quamdiù quidnam ipſi ſimus ignoraverimus, fieri ſanè non poteſt, ut noſipſos cognoſcamus. *Tom. 2. ſizygia 4. de dialogo primo Alcibiadis. poſt med. pag. 129. lit. B.*

163. Qui jubet ut ſe unuſquiſque noſtrûm nôrit, illud nimirùm jubet ut animum ſuum nôrit. *Profec*

164. Quicumque igitur ea quæ ad corpus pertinent cognoſcit, ea quidem quæ ſua ſunt cognoſcit, non verò ſeipſum.

165. Nullus medicus ſeipſum cognoſcit, quatenùs medicus: ſapientia eſt, ſeipſum benè cognoſcere. *Ibid. poſt med.*

166. Animus, ut poſſit ſeipſum cognoſcere, in animum per ſe intueri debet, & in eum maximè locum in quo ineſt animi virtus. *Ibid. poſt med.*

167. Ut quis ſcipſum maxime noverit, Deum priùs intueatur. *Ibid. poſt med.*

168. Si noſmetipſos minimè noverimus, non poſſumus noſtra, & bona & mala cognoſcere. *Profec.*

169. Etſi noſtra minimè cognoſcimus, neque ea ſanè, quæ noſtrorum ſunt, ſcimus.

170 Qui enim res ſuas ignorat, eadem ſanè ratione res aliorum ignorabit. *Ibid. poſt med.*

Seneca. 171. Opus eſt ad notitiam ſui experimento. *De divina provid. cap. 4. in princ. pag. 384. tom. 1.*

172. Ignoratio ſui homines in numerum pecorum, & animalium redigit. *Profec.*

173. Nihil intereſt inter hos & illa; quoniam illis nulla ratio eſt, his parva & malo ſuo, atque in perverſum ſolers. *De beata vita cap. 5. in medio, pagina 492. tom. 1.*

174. Nota habet quiſque ſui corporis vitia. *Ep. 68. ferè in med. pag. 656. tom. 2.*

175. Virtus eſt, aliorum ſcientia & ſui. *Ep. 95. poſt med. pag. 793. tom. 2.*

Sixtus Philosophus. 176. Si ſcis à quo factus es, teipſum agnoſcis. *Sent. 385. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 67. col. 1. lit. C. edit. Coloniæ* 1618.

Trismegist. 177. Qui ſeipſum cognovit, bonum (quod eſt ſuper eſſentiam) conſecutus eſt *Lib. de poteſt. & ſap. Dei, cui titulus Pimander. cap. 1. poſt med.*

178. Qui ſeipſum cognovit, tranſit in Deum. *Ibidem.*

179. Lux & vita Deus eſt: ſi igitur comprehenderis teipſum ex vita ad lucem compoſitum, ad vitam rursùs, lucemque tranſcendes. *Ibid.*

Vide etiam Tit. contemptus ſui. ſent. 76. Scriptura ſacra ſent. 81.

Colere, Cultus in genere.

DIFFERENTIA.

GLOSS. ORD.

ALIUD eſt colere, aliud adorare: poteſt quis invitus adorare, vel adulando regibus idololatris, vel tormentis victus, cùm ſciat quia idolum nihil eſt: colere verò, eſt toto his affectu & ſtudio mancipari. *Sup. Exod. cap. 20. ſup. illud, Non adorabis ea, &c. col. 668. lit. F. tom. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS.

1. Cuncti Martyres devotiſſimè percolendi ſunt, ſed ſpecialiter ii venerandi ſunt à nobis, quorum reliquias poſſidemus. *Proſec.*

2. Et ideò fratres, veneremur eos in ſeculo, quos defenſores habere poſſumus in futuro. *Serm. 77. circa medium & in fine. col. 771. lit. C. D. tom. 3.*

S. AUGUSTIN.

3. Philoſophia vera docet, & verè docet, nihil omninò colendum eſſe, totumque contemni oportere, quidquid mortalibus oculis cernitur, quidquid mortalis corporis ullus ſenſus attingit. *Lib. 1. Retract. cap. 1. & lib. 1. contra Academicos. cap. 1. poſt medium. pag. 289. lit. B. tom. 1.*

4. Indignè ab honeſtis coluntur, qui per turpes placantur. *Lib. 2. de civitate Dei. cap. 29. prope finem. pag. 41. lit. B. tom. 5.*

5. Colimus Martyres eo cultu dilectionis & ſocietatis, quo & in hac vita coluntur ſancti homines Dei, quorum cor ad talem pro evangelica veritate paſſionem paratum eſſe ſentimus. *Lib. 20. contra Adimantum. cap. 21. ante med. pag. 260. lit. D. tom. 6.*

6. Honorandi ſunt Sancti propter imitationem, non adorandi propter religionem, Deus autem ſolus adorandus eſt. *De vera religione. cap. 55. poſt init. pag. 517. lit. B. tom. 1.*

7. Sanctorum corpora, & præcipuè beatorum Martyrum reliquias, ac ſi Chriſti membra, ſinceriſſimè hoooranda credimus. *Proſ.*

8. Si quis contra hanc ſententiam venerit, non Chriſtianus, ſed Eunomianus, & Vigilantianus eſt. *De Eccleſ. dogmat. cap. 73. per totum. pag. 146. lit. D. tom. 3.*

S. BASIL. MAG.

9. Honor qui habetur imagini, ad eum pervenit cujus imago eſt. *De Spiritu ſancto ad Amphil. & Hab. apud D. Ioan. Damaſc. orat. 1. de Imag. circa med. fol. 459. pag. 1. lit. B.*

S. BERNARD.

10. Magis homines mirantur pulchra, quàm venerantur ſacra. *In Apologia, verbo Dicitur. in fin. fol. 307. col. 2. lit. B.*

S. BONAVENT.

11. Qui umquàm Reges, qui Princeps, qui Barones, aut nobiles, ſic à mundo honorantur, ut Martyres? imò ut Martyrum crura? Major, longè major honor exhibetur Stephano, ſive Laurentio, quàm Alexandro, ſive Apoſtatæ Juliano. *Serm. 2. de uno Martyre, & in ord. 14. in princ. pag. 315. col. 1. tom. 3.*

S. HIERONYM.

12. Honoramus reliquias Martyrum, ut eum cujus ſunt Martyres adoremus: honoramus ſervos, ut honor ſervorum redundet ad Dominum. *Tom. 2. Epiſt. 5. ad Riparium adverſùs Vigilantium in princ. pagina 118. littera D.*

13. Probet neceſſitas quid poſſint, quos ſecurus ante coluiſti? *Lib. 1. ſup. Hieremiam. cap. 2. ſup. illud, Ubi ſunt Dii tui. pag. 268. lit. A. tom. 5.*

HUGO CARD.

14. Qui adorat creaturam, negat Creatorem. *Sup. Iob. cap. 30. fol. 437. col. 3. tom. 1.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

15. Quæ juſtitia eſt iſta, Sanctos colere, & contemnere ſanctitatem? ſine cauſa juſtos honorat, qui juſtitiam ſpernit. *Hom. 45. oper. imp. ſup. Matth. ante fin. ſup. illud 23. Quomodo fugietis à judicio? col. 1065. lit. C. tom. 2.*

S. JOANNES DAMASCEN.

16. Honor ille, quo probos conſervos afficimus, noſtræ erga communem Dominum benevolentiæ argumentum eſt: atque imaginis honor, ad exemplar tranſit. *Lib. 4. cap. 17. ante fin. fol. 290. pag. 1.*

S. PETRUS CHRYSOL.

17. Qui peccare cupit, peccatorum colit & veneratur authores. *Serm. 155. ferè in medio apud Bibl. Patr. tom. 5. part 2. pag. 774. col. 1. B.*

SALVIANUS.

18. Non colit, qui rem ſanctam non ſanctè colit. *Proſec.*

19. Quin potiùs nec cultores, ſi mali: quia cultor dici non poteſt, malus cultor. *Lib. 4. de Gubernat. Dei, poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 339. col. 2. lit. E. F. edit. Coloniæ 1618.*

20. Omnia amamus, omnia colimus, ſolus nobis in comparatione omnium Deus vilis eſt. *Ibid. lib. 6. ante med. pag. 348. col. 2. lit. E.*

SIXTUS PHILOSOPH.

21. Cole ſapientem virum, tanquàm imaginem Dei viventis. *Sent. 180. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 65. col. 2. lit. H. edit. Coloniæ 1618.*

Colere, ſeu adorare Deum.

DEFINITIO.

S. GREG. MAG.

ADORARE Deum, eſt divinæ omnipotentiæ magna caſti amoris veneratione ſubmitti. *Lib. 1. in 1. Reg. cap. 1. expoſit. Moralis, ante med. ſup. illud, Ut adoraret & immolaret Domino. col. 1234. littera D. tom. 2.*

HUGO A S. VICTORE.

Deum adorare, eſt ei totam mentem per humilitatem & devotionem ſubſternere, & ipſum principium, ac finem omnis boni credere. *Lib. 1. de Sacram. part. 12. cap. 6. ante med. pag. 419. D. tom. 3.*

Adorare ſecundùm etymologiam nominis, eſt toto corde Deo adhærere. *Sup. Pſal. 71. fol. 183. col. 1. tom. 2.*

LACT. FIRM.

Verus cultus eſt, in quo mens colentis, ſeipſam Deo immaculatam Victimam ſiſtit. *Lib. 6. de vero cultu, cap. 2. poſt med. pag. 258.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS.

1. Sine cultu veri Dei, etiam quod virtus videtur eſſe; peccatum eſt. *Lib. 1. de vocat. Gentium. cap. 3. in princ. col. 235. C. tom. 2.*

S. AUGUSTIN.

2. Omnis vitæ bonæ ac beatæ via in vera religione eſt conſtituta, quâ unus Deus colitur. *Lib. de vera relig. cap. 1. in princ. pag. 489. A. tom. 1.*

3. Melius eſt ad Deum colendum doctrinâ homines duci, quàm pœnæ timore, vel dolore compelli. *Ep. 50. ad Bonifacium, ante medium pagina 140. lit. D.*

4. Diſcant Pagani adorare Deum: Angelos volunt adorare, Angelos imitentur, & illum adorent, qui ab Angelis adoratur. *Sup. Pſal. 96. paulo poſt medium, verſ. 8. Adorate eum omnes Angeli, &c. pag. 789. littera D. tom. 8.*

5. Non eſt caſtum cor, ſi Deum ad mercedem colit. *Sup. Pſal. 55. poſt medium verſ. 10. pag. 378. lit. C. tom. 8.*

6. Si gratìs colis Deum, à quo gratìs emptus es, ipſe tibi ſufficiet, & tibi ipſe merces erit. *Ibidem.*

7. Tu colis Deum, & coleris à Deo: colit te Deus, ut ſis fructuoſus; & colis Deum, ut ſis fructuoſus. *Proſec.*

8. Tibi bonum eſt, quod te colit Deus: bonum eſt tibi, quod tu colis Deum.

9. Cultor Deus ſi recedat ab homine, deſertus fit ipſe homo: cultor homo ſi recedat à Deo, deſertus fit ipſe homo, nec creſcit Deus accedente te, nec decreſcit diſcedente te *Sup. Pſal. 145. circa med. verſ. 4. pag. 1158. lit. D. tom 8.*

10. Nihil cœleſte, nihil terrenum, nihil igneum, nihil quod corporis ſenſus attingit, adorandum vel colendum præter Deum qui verè eſt quod eſt, & non mutatur. *Lib. de Speculo cap. 9. in princ. pag. 596. C. tom. 9.*

11. Deus ſolus adorandus eſt. *De vera relig. cap. 55.*

poſt initium pag. 517. *littera B. tom.* 1.

S. AUGUSTIN. 12. Quod colit ſummus Angelus. id colendum eſt etiam ab homine ultimo, quia ipſa hominis natura id non colendo facta eſt ultima. *Ibid. cap.* 55. *paulo ante med. pag.* 517. *B.*

13. Fide, ſpe, charitate colendus eſt Deus. *In Enchirid. in princ. pag.* 106 *D. tom.* 2.

14. Colitur Deus ſacrificio laudis, actioniſque gratiarum: & cultor ejus non in ſe ipſo, ſed in illo glorietur, *De Spirit. & littera cap.* 13. *poſt med. pag.* 579. *littera A. tom.* 3.

15. Perverſi frui volunt nummo, uti autem Deo; quoniam non nummum propter Deum impendunt, ſed Deum propter nummum colunt. *Lib.* 11. *de civitat. Dei cap.* 25. *paulo poſt medium, pagin.* 205. *littera A. tom.* 5.

V. BEDA. 16. Honor Deo exhibitus, exhibentes æterna gloria dignos facit. *Tom.* 2. *in ſuis Prov. verbo Honor. pagina* 190.

17. Totus ubique manens, totâ eſt virtute colendus. *Ibid. verbo Totus. pag.* 199.

S. BERNARD. 18. Honor Deo ſummus eſt, illum venerari veneraris, ſi miſericors es. *De Medit. cap.* 6. *ante fin. fol.* 324. *col.* 1. *lit. C.*

S. BONAVENT. 19. Deus contemplatione, actione, devotione colendus eſt. *Expoſ.* 2. *ſup. Pſal* 118. *verſ.* 4. *capit.* 4. *art.* 3. *pag.* 192. *col.* 1. *lit. D. tom.* 1.

20. Verus Dei cultor ad hoc potiſſimum attento mentis conatu intendere debet, ut CHRISTI JESU crucem circumferat jugiter tàm mente quàm carne. *De ligno vitæ in princ. præfat. pag.* 403. *col.* 1. *lit. C. tom.* 6. *part.* 2.

CLEMENS ALEX. 21. Non poterit quis Deum imitari, niſi eoquòd ſanctè colat: nec colere, niſi eum imitetur. *In orat. adhort. ad gent. ante finem fol* 15. *pag.* 1. *C.*

22. Qui Deum colit, ſeipſum colit. *Lib.* 4. *ſtrom. longè poſt med. fol.* 110. *pag.* 2. *F.*

S. CYRILLUS ALEX. 23. Colendus eſt Deus immota fide, menteque in illius honorem & gloriam defixa penitus & locata. *Hom.* 26. *de feſtis Paſchal circa med. pag* 268.

S. CYRILLUS HIEROSOL. 24. Si quis vult piè colere Deum, adoret & Filium; alioquin ejus cultus non recipietur. *Catecheſ.* 10. *in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pagina* 417. *columna* 1. *littera D.*

S. FULGENT. 25. Ille Deum non verum colit, qui creaturam coluerit: quia ubi Deus non verus colitur, ibi Dei veritas in mendacium commutatur. *Lib. ad Donatum cap.* 5. *apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 1. *pag.* 65.

26. Vera religio, excepto uno vero Deo, nulli Deo ſinit culturæ obſequium à fidelibus exhiberi. *Ibid. in calce, pag.* 65. *col.* 1. *C.*

GLOSSA ORD. 27. Unuſquiſque quod præ cæteris colit, hoc ei Deus eſt. *Sup. lib. Judic. cap.* 2. *columna* 162. *littera F. tom.* 2.

GLOSS. INT. 28. Novit nomen Dei, qui colit Deum. *Sup. Pſal.* 9. *col.* 498 *lit. D.*

S. GREG. MAG. 29. Tunc quiſque Deum adorat, cùm conſiderata illa immenſitate omnipotentiæ, Conditori ſubmittitur. *Lib.* 1. *in* 1. *Reg. cap.* 1. *expoſ. Moralis, ante medium ſup. illud, Vt adoraret & immolaret Domino. col.* 1234. *lit. D. tom.* 2.

30. Reges Deum adorant, quando ſuperbi & contemptores ſe ad Domini mandata facienda humiliant. *Profec.*

31. Adorant lubrici, quando Deo ſubjiciuntur per obedientiam caſtitatis. *Ibid. lib.* 6. *cap.* 2. *ante fin. ſup. illud, Et adoravit Saul Dominum.*

HUGO CARD. 32. Qui adorat creaturam, negat Creatorem. *Sup. Iob cap.* 31. *fol.* 437. *col.* 3. *tom.* 1.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 33. Colendus eſt Deus, qui eſt ſuper omnia, qui omnia condidit, qui & bonorum omnium fons eſt. *Hom.* 36. *ſup. Geneſ. paulò ante med. col* 298. *lit. C. tom.* 2.

34. Verus Dei cultus non ſolùm in fide recta, ſed in optima converſatione conſiſtit. *Serm.* 1. *de jejuniis & Geneſeos lectione ante finem, columna* 530. *littera D. tom.* 1.

S. IOANNES CHRYSOST. 35. Non par eſt, ut qui Deum adorat, ſimul puniatur cum eo, qui Deum afficit blaſpemia. *Hom. ſup. Pſ.* 95. *ante fin. col.* 774. *A. tom* 1.

36. Non in ovibus, vitulis, fumo, & vaporatione conſtitutus eſt nobis colendi Dei modus, ſed in mente ſpirituali. *Serm.* 1. *ſup. Ep. ad Rom. ante med. col.* 18. *lit. C. tom.* 4.

37. Culta corda colunt Deum, reddentes illi fructum veritatis & ſanctitatis. *Hom. ſup. Pſal.* 118. *ante med. col.* 785. *lit. A. tom.* 1.

38. Adorare creaturæ eſt, adorari non creaturæ, ſed Domini eſt. *Hom.* 32. *ſup. Joan. poſt init. col.* 159. *lit D. tom* 3.

S. IOANNES DAMASC. 39. Deum nemo dignè colit, ſed juſtè dùmtaxat. *Lib. Parall. cap.* 82. *in fine fol.* 43. *pag.* 2. *C.*

LACT. FIRM. 40. Vivum colite, ut vivatis. *Lib.* 2. *de origine erroris. cap.* 2. *in fine, pag.* 54.

41. Quiſquis Deum colendum eſſe intelligit, & immortalitatis ſpem ſibi propoſitam habet, mens ejus in cœlo eſt. *Lib.* 3. *de falſa ſap. cap.* 27. *in fin. pag.* 138.

42. Omnis ſapientia hominis in hoc uno eſt, ut Deum cognoſcat & colat: hoc Chriſtianorum dogma, hæc ſententia eſt. *Ibidem.*

43. Ipſum, qui ſolus eſt, colite principem mundi, qui ſolus eſt in ſeculum atque à ſeculo fuit. *Lib.* 1. *de falſa Relig. cap.* 6. *in fine, pag.* 13. *verbo græco* ἄυτις, &c. *poſt Sybillam.*

44. Nihil aliud adoremus, nihil colamus niſi ſolum artificis, parentiſque noſtri unicum numen. *Lib.* 2. *de origine erroris cap.* 18. *poſt med. pag.* 91.

45. Scientia eſt Deum noſcere, virtus colere: in illo ſapientia, in hoc juſtitia continetur. *Lib.* 6. *de vero cultu. cap.* 5. *in fine, pag.* 245.

46. Qui Deum colit, nec patitur, nec timet. *Ibid. cap.* 17. *in fine pag.* 269.

47. Nullus honos deberi poteſt Deo, ſi nihil præſtat colenti: nec ullus metus, ſi non iraſcitur non colenti. *De ira Dei cap.* 6. *in fine, pag.* 338.

48. Authori rerum, parentique communi, honos, veneratioque debetur. *Ibid. cap.* 11. *in fine. pag.* 346.

49. Deus à nobis adorandus eſt, quoniam in eo eſt materia rerum, & ratio virtutum, & fons bonorum. *Ibid. cap.* 21. *poſt medium, pag.* 364.

50. Plurimùm proficit ad veniam conſequendam, ſi Dei cultum notionemque teneamus. *Ibid.*

51. Quid tàm juſtum ad æquitatem, tàm pium ad honorem, tàm neceſſarium ad ſalutem, quàm Deum cognoſcere ut parentem, venerari ut Dominum? *In Epitom. divin. Inſtitut. in princ. pag.* 395.

52. Quid ab homine deſiderat Deus., niſi cultum mentis, qui eſt purus & ſanctus? *Ibid. verbo, Nam. in fine, pag.* 397.

S. LEO I. 53. Deus tunc colitur, quando quod ipſi placet, placet & nobis. *Serm.* 8. *de jejunio decimi menſis, poſt med. fol.* 11. *pag.* 1.

54. Illa virtus, illa ſapientia, illa eſt colenda majeſtas, quæ univerſitatem mundi creavit ex nihilo. *Serm.* 2. *de Nativ. Dom. in fine fol.* 13. *pag.* 1.

55. Nullo caret pietatis officio, cui ſtudium eſt colere Deum. *Serm. Quadrag. in princ. fol.* 33. *pag.* 1.

S. MACHAR. 56. Anima, quæ verè Deum colit, etiamſi infinita juſtitiæ opera ediderit, ita ſe habet, ac ſi nihil egiſſet. *Hom.* 10. *circa med. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 59. *col.* 2. *lit. E. edit. Coloniæ* 1618.

MINUTIUS FELIX. 57. Quem colimus Deum, nec oſtendimus, nec videmus; immò ex hoc Deum credimus, quòd eum ſentire poſſumus, videre non poſſumus. *In ſuo Octavio, poſt med. pag.* 9. *col.* 1. *lit. C. apud Bibl. Patr. tom.* 3.

S. NILUS. 58. Deum verbis lauda, operibus cole, & cogitatione honora. *Paraneſ.* 8. *apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *edit. Coloniæ.* 1618.

S. PETRUS CHRYSOLOG. 59. Hæretice deſine judicare Judicem tuum, & ado-

ra in cœlis Deum, quem Deum Magus adoravit in terris. *Serm.* 345. *in calce apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. 768. *col.* 2. *lit. E. edit. Coloniæ.* 1618.

S. PETRUS DAMIANUS. 60. Quomodo tu Chriſtum colis, qui idolum in pecunia veneraris? *Opuſc.* 24. *cap.* 4. *poſt med. pag.* 600. *col.* 1. *lit. D. tom.* 3.

PHILO JUD. 61. Ipſe ſolus Deus colendus eſt, aliud præterea nihil; non terra, non mare, non fluvii, non aëris ventorumque natura, non tempeſtates, non animalium plantarumque ſpecies, non ſol, non luna, non multitudo ſtellarum ordine certo decurrentium, non cœlum, nec mundus univerſus. *In congreſſu quærendæ erudit. gratia poſt med. pag.* 612.

S. PROSPER. 62. Hoc affectu & deſiderio colendus eſt Deus, ut ſui cultûs ipſe ſit merces. *Prof.*

63. Nam qui Deum ideò colit, ut aliud magis quàm ipſum promereatur, non Deum colit, ſed illud quod aſſequi concupiſcit. *Sent.* 20. *in fine tomi tertii operum D. Auguſtini, pag.* 744. *lit. D.*

64. Hoc ab homine colitur quod diligit: undè quia Deus omnibus rebus major & melior invenitur, plus omnibus diligendus eſt, ut colatur. *Ibid. ſent.* 244. *pag.* 755. *lit. A.*

SALVIANUS. 65. Tantùm apud nos honor & reverentia Dei proficit, ut quæ in devotione non facimus, etiam odio digna eſſe ducamus. *Lib.* 3. *de Gubern. Dei, ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 331. *col.* 2. *lit. G. edit. Coloniæ* 1618.

66. Deum colere nos dicimus, & diabolo obtemperamus. *Ibid. Lib.* 5. *poſt init. pag.* 342. *col.* 662. *lit. G.*

67. Sacrilegii genus eſt, Dei odiſſe cultores. *Ibid. lib.* 8. *circa med. pag.* 360. *col.* 1. *D.*

68. Omnia colimus, ſolus nobis in comparatione omnium Deus vilis eſt. *Lib.* 6. *de Gubern. Dei ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 348. *col.* 2. *E. edit. Coloniæ* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

PLINIUS II. 69. Animadverto Deum ipſum non tàm accuratis adorantium precibus, quàm innocentia & ſanctitate lætari. *In panegyrico de Trajano Auguſto, poſt initium pagina* 323.

SENECA. 70. Religio Deum colit, ſuperſtitio violat. *Lib.* 2. *de Clementia ad Neronem. cap.* 5. *in princ. pag.* 486. *to.* 1.

71. Deus colitur & amatur. *Epiſt.* 47. *ante fin. pag.* 605. *tom.* 2.

72. Deum colit, qui novit. *Epiſt.* 95 *poſt medium, pag.* 791. *tom.* 2.

73. Colitur Deus non taurorum opimis corporibus contrucidatis, ſed pia & recta voluntate. *Epiſt.* 115.

SIXTUS PHIL. 74. Deum honora ſuper omnia, ut ipſe dominetur tibi. *Sent.* 16. *apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pag.* 64. *col.* 2. *lit. H. edit. Coloniæ* 1618.

75. Deum non cognovit, qui non colit. *Ibid. ſent.* 355. *pag.* 67. *col.* 1. *lit. A.*

76. Non eſt verum quod Deum colat, qui hominem lædit. *Ibid. ſent.* 356. *pag.* 67. *col.* 1. *lit. A.*

77. Fundamentum & initium eſt cultus Dei, amare Dei hominem. *Ibid ſent.* 360. *pag.* 67. *columna* 1. *lit. A.*

78. Cultoris Dei eſt, orare Deum pro ſalute hominum. *Ibid. ſent.* 360. *pag.* 67. *col.* 1. *A.*

79. Optimè honorat Deum ille, qui mentem ſuam, quantùm fieri poteſt, ſimilem Deo facit. *Ibid. ſent.* 398. *pag.* 67. *col.* 1. *lit. B.*

Communitas.

ETYMOLOGIA ET DEFINITIO.

ETYMOLOGIA.

COLLECTOR. COMMUNITAS dicitur quaſi cordium unitas.

DEFINITIO.

Communitas eſt ſocietatis retentio. *Lib.* 6. *de vero cultu, cap.* 10. *in fin. pag.* 255. LACT. FIRM.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Juſtus communia pro ſuis habet, ſua pro communibus *Lib.* 1. *Offic. cap.* 25. *circa med. col.* 17. *lit. C. tom.* 1. S AMBROSIUS

2. Eccleſia quædam forma juſtitiæ eſt, commune jus omnium; in commune orat, in commune operatur, in commune tentatur, *Ibid. cap.* 29. *in fine col.* 20. *lit. D.*

3. Si quis gentilibus dixit, communia omnia amicorum eſſe debere, quantò magis debent eſſe communia cognatorum? cognati enim ſumus, qui in unam ſeriem corporis copulamur. *De viduis non procul ab initio. col.* 154. *lit. B. C. tom.* 1.

4. Multi minimi dùm congregantur unanimes, fiunt magni, & multorum preces impoſſibile eſt, ut non impetrent. *Sup. Ep. ad Roman. cap.* 15. *in fine. col.* 1876. *lit. A. B. tom.* 5.

5. Nulli magis commaculant communitatem diſcordiis, quàm ſeditioſi & partiales. *Part.* 2. *Titul.* 4. *cap.* 8. §. 4. *poſt med. fol.* 178. *col.* 1. S. ANTONIN.

6. Cum communitate citiùs exauditur oratio: quia oratio communis plus valet, quàm particularis. *Part.* 4. *tit.* 5. *de juſtitia cap.* 8. §. 7. *in fine fol.* 64. *col.* 1.

7. Concordia multitudinis, Deum ad exaudiendum promptiorem habet. *In Apolog. ad Conſtantium imperat. poſt med. col.* 322. *lit. C. tom.* 2. S. ATHANAS. MAGNUS.

8. Nemo det byrrum vel lineam tunicam, ſeu aliquid niſi in commune: de communi accipiam mihiipſi, cùm ſciam commune me habere velle quidquid habeo. *Serm. de communi vita Clericorum, poſt med.* S. AUGUSTIN.

9. Bonum commune omnium fiat ſingulorum, ut quod quiſque in ſe non habet, in altero poſſideat. *De ſpiritu & anima cap.* 16. *in fine pagina* 613. *lit. A. tom.* 3.

10. Dulcis charitas facit fratres habitare in unum: non ergo habitant in unum, niſi in quibus perfecta fuerit charitas chriſtiana: nam in quibus non eſt perfecta charitas Chriſti (& cùm in unum ſint) non in unum habitant. *Sup. Pſ.* 132. *in princ. verſ.* 1. *pag.* 1056. *C. & prope finem verſ.* 3. *pag.* 1060. *lit. C. tom.* 8.

11. Ubi ſunt unanimes, unum ſentientes, iſte eſt locus ſanctus Domini. *Sup. Pſal.* 17. *poſt init. verſ.* 6. *Deus qui cohabitare facit, &c. pag.* 479. *lit. B. tom.* 8.

12. Unum cogitate, fratres mei, & videte in ipſa multitudine, ſi delectat niſi unum. *Prof.*

13. Ecce Deo propitio multi eſtis, quis vos ferret, niſi unum ſaperetis?

14. Undè in multis iſta quies? da unum, & populus eſt: tolle unum, & turba eſt.

15. Ipſa Trinitas unus Deus ad hoc unum non nos perducit, niſi multi habeamus cor unum. *Serm.* 26. *de verbis Dom. in medio & poſt medium, pagina* 73. *lit. A. B. tom.* 10.

16. Quævis multitudo eò minùs vincitur, quò magis in unum coït: undè ipſa coïtio in unum, cuneus nominatus eſt, quaſi couneus. *Lib.* 2. *de Ordine cap* 18. *circa finem. pag.* 345. *lit. B. tom.* 1.

17. Habitat in ſingulis Deus, tanquàm in templis ſuis; ſed in omnibus ſimul in unum congregatis, tanquàm in templo ſuo. *Ep.* 57. *ad Dardanum, ante finem, pag.* 183. *lit. B. tom.* 2.

18. Charitas communia propriis, non propria communibus anteponit. *In regula* 3. *poſt med. pag.* 594. *lit. C. tom.* 1.

19. Omnia opera veſtra in unum fiant, majori ſtudio, & frequentiori alacritate. *Ibid.*

20. Turpis omnis pars eſt, ſuo univerſo non congruens. *Lib.* 3. *Confeſſ. cap.* 8. *in princ. pag.* 62. *lit. C. tom.* 1.

21. Melius

S. AUGUSTIN

21. Melius eſt à congregatione præſenti expelli ad tempus, quàm à cœleſti regno perpetuo exulare. *Serm. 26. ad frair. in eremo. in med. pag.* 945.

S. BASILIUS MAGN.

22. Io communi contubernio, partiales amicitias ac ſocietates, dilectionis lex non permittit. *Serm. 4. exercitamentorum ante finem.*

23. Injuria eſt in congregatione, reperire privatas quaſdam fraternitates ac contubernia. Æqualiter itaque rejicieoda eſt ex congregatiooe, & indecora pugna, & partialitas *Ibid. ſerm. 5. in medio.*

24. In perfectiſſima communitate, communia univerſa ſunt, communis Deos, communis pietatis oegotiatio, communis ſalus, communia certamina, communes labores, communes coronæ. *In conſtit. cap.* 18. *poſt init.*

V. BEDA.

25. Qui ſocietatem fraternitatis aliqua diſcordiæ peſte commaculant, Chriſtum produnt ut Judas. *Lib. 4. in Marcum. cap.* 14. *col.* 190. *tom.* 5.

S. BERNARD.

26. Felix domus & beata ſemper congregatio eſt, ubi de Maria Martha conqueritur, nã Mariæ Martham æmulari indignum prorsùs eſt. *Serm. 3. de Aſſumpt. B. M.*

27. Ne timeas eſſe contra charitatem, ſi unius ejectione ſcandalum multorum recompenſaveris pace. Melius eſt ut pereat unus, quàm unitas. *Ep.* 102. *ad quondam. Abbat. circa finem. fol.* 231. *col.* 4. *lit. K. L.*

28. Niſi opus tuũ io unitate feceris, Deo, qui unus eſt, acceptũ profectò nõ erit. *Ser. 5. de Aſſum. B. M poſt med.*

29. Singularitatem fuge, & communitate eſto contentus. *In formula honeſtæ vitæ, ante finem.*

S. BONAVENT.

38. Ubi eſt hodiè communitas, immò ubi non diſcordia, ubi non propria, nullaque communia? *Serm. 2. de ſanctis Apoſtolis, circa finem.*

S. BONAVENT. & S. JOANNES CHRYSOSTOM.

31. Omne quod noſtrum eſt, tunc magis noſtrum erit, ſi ſit nobis commune cum fratribus. *Lib. 4. pharetræ. cap.* 21. *in princ pag.* 182. *col.* 1. *B. tom.* 6. *& Joan. Chryſ. ſerm* 1. *de jejun. ante med. pag.* 1. *col.* 531. *A. tom.* 1.

S. BONAVENT.

31. Religioſus debet amare communitatem, quia quantò plures homioes congregati incedũt ſecuriùs, reſiſtũt fortiùs, ſolatiantur jucundiùs. *Tit. 4. Diatæ c. 1. in princ.*

33. Plures congregati vinculo charitatis, juncti meliùs lucent per exemplum, vehementiùs ardeot per deſiderium divinum. *Ibid. paulo poſt init.*

34. Cùm plures ſunt uniti per amoris vinculum, eſt in eis abſque dubio major abundantia meritorum. *Ibidem.*

35. Quadruplex eſt temporalium rerum communitas: Prima manat ex jure neceſſitatis naturæ: Secunda, ex jure charitatis fraternæ: Tertia, ex jure civilitatis mundanæ: Quarta, ex jure dotationis Eccleſiæ. *Prof.*

36. Prima communitas eſt, qua fit ut omnis res ad naturæ ſuſtentationem idonea, quantumcúmq; ſit alicui perſonæ appropriata, illius fiat qui indiget oeceſſitate extrema.

37. Secunda communitas eſt, qoa fit ut omnia ſint juſtorum & communione quadam charitatis, quæ ſunt propria ſingulorum, fiant vniverſorum communia!

38. Tertia communitas eſt, qua fit ut unius imperii, regni, vel civitatis una fiat Reſpublica: vel unius ſocietatis mercatorum, vel pugnatorum commune fiat lucrum vel damnum: vel unius indiviſæ familiæ una ſit communitatis hæreditas.

39. Quarta communitas eſt, qua fit ut omnia bona, quæ conferuntur Eccleſiis, Domino dedicentur ad communem ſuſtentationem miniſtrorum ſuorum & pauperum. *In Apolog. pauperum. Reſponſ.* 3. *cap.* 2. *poſt med.*

40. Privandus communibus eſt, qui ſpecialia in cõmunitate uſurpat. *In ſpeculo diſcipl. part.* 1. *cap.* 21. *ante med.*

41. Vita conveotualis ſanctiſſima, immò Angelica eſt. *Ibid. cap.* 22. *circa med.*

42. Tantam Deus conventui efficaciam contulit booitatis, ot ibi augmentum ſuſcipiat boni bonus, aut veniam mali malus. Multa in conventu bona præſentibus cooferuntur, abſentibus ſubtrahuntur. *Profec.*

43. Saül ad conventum pſallentium Prophetarum accedens Propheta efficitur: extra conventum factus, pervertitur. *Ibidem in medio.*

44. Io conventu Dominus habitat & requieſcit *Ibid.*

S. BONAVENT.

45. Optima Religioſi perfectio eſt, perfectè communia obſervare. *Ibid part.* 2 *cap.* 2. *poſt init.*

46. Dignè à communi refectione repellitur, qui ſe per vitium à communi oratiooe ſecludit. *Ibid. part.* 1. *cap.* 22. *circa med.*

47. Impatientis & vani ſignum eſt hominis, io communibus anticipare receſſum. *Ibidem.*

48. Haud dubium conventualis ubilibet decorem integritaos negligere, io excuſabile prorsùs remiſſionis eſt vitium. *Ibidem.*

CASSIODORUS

49. Juſtiſſima regula eſt, ut ab omnibus io unum fiat, quod ſanctæ unitati conſtat offerri. *Sup. Pſal.* 33. *ab initio verſ.* 3.

50. Sanctorũ unanimitas currus eſt Domini, quem ille velut auriga ioſidet, & ad voluntatis ſuæ miniſterium ſalutari lege moderatur. *Sup. Pſal.* 67. *ante med. verſ.* 18.

S. CLEMENS PAPA.

51. Communis vita omnibus neceſſaria eſt, & maximè his qui Deo irreprehenſibiliter militare cupiunt, & vitam Apoſtolorum, eorumque diſcipulorum imitari volunt *Epiſt.* 5. *in princ.*

CLEMENS ALEX.

52. Quorum vita communis eſt, communis gratia, & ſalus communis, eorumque communis eſt dilectio & educatio. *Lib.* 1. *Pædagogi. cap.* 3. *ante med.*

DIONYSIUS CARTHUS.

53. Qui communiter orat, particeps eſt omnium bonorum quæ ſiunt: & bonum quantò communius, tantò diviniùs perhibetur. *Sup. Ep. Iacobi cap.* 5. *art.* 7. *ante fin.*

54. Sicut nulla vita eſt melior, quàm charitate, pacificè, concorditer commorari, ſic nulla eſt pejor, quàm corpore, non mentis charitate, concordiâ, unitate ſimul manere. *Sup. hymn. in die Pentecoſtes ad Veſperas in fine.*

GILLEBERTUS PORRETANUS.

55. Quantò expreſſior eſt unitas, tantò exquiſitior eſt commmunitas. *Serm.* 2. *ſup. Cant, ante medium.*

56. In cœtu & congerie ſanctorũ, nil otio vanius, nil anxius accedia, nil tumore turbatius. *Ibid. ſerm.* 29. *poſt med.*

GLOSS. DECR.

57. Omnia ſunt communia jure naturali. *Apud Gratianum in decretis fol.* 2. *col.* 2. *edit. Lugdun.* 1540.

GLOSS. INT.

58. Quod charitatis unanimitate petitur, citò impetratur *Sup. Iudith. cap.* 4.

59. Mali ſunt in multitudine, boni in unitate. *Ibid. cap.* 5.

60. Contra commune periculum, communis fiat oratio. *Sup. Ionam. cap.* 1. *col.* 2024. *D. tom.* 4.

S. GREGORIUS MAGN.

61. Quod à communi Domioo tribuitur, juſtum profectò eſt ut qui accipiunt, eo communiter utantur. *Part.* 3. *Paſtoralis cap.* 1. *Admonit.* 22. *ante med.*

62. Cunctis hominibus terra commonis eſt, & idcircò quoque alimenta omnibus communiter profert: incaſsùm ergo ſe innocentes putant, qui commune Dei munus ſibi privatim vendicant. *Ibidem in princ.*

63. Melius eſt de Ovili dominico morboſam ovem ejicere, quàm unius vitio ſanas amittere. *Lib.* 3. *in Regiſtro* 4 *ind. cap.* 69. *Ep.* 69. *ad Euſebium Epiſc.*

64. Bonum proximi etiam otioſo commune fit, qui de alterius actibus gaudere communiter ſcit. *Ibid. lib.* 9. *indict.* 15. *cap.* 201. *Ep.* 37. *ad Eulogium Epiſc. Alexand.*

65. Nulla ibi debet induci confuſio (ne diſcordia locum inveniat) undè pacis debent bona procedere. *Ibid. lib.* 12. *ind.* 7. *cap.* 31. *ad Felicem Epiſc. Siciliæ ante med.*

S. HIERONYM.

66. Nulla vita pro certo deterior, quàm ſimul degere corpore, & noo mente. *In regula Monachar. cap.* 1. *in fine.*

67. Ut unanimes habitetis, ſit vobis ſemper unus affectus, una fraternitas, una proportio morum, una jucunditas. una triſtitia. *Ibidem.*

68. Rectè eis omnia ſunt communia, qui unum Chriſtum poſſident. *Sup. Pſal.* 132. *verſ.* 1.

69. In tantùm humanæ pacis Chriſtus ſtuduit concordiæ, ut unitatis merito, omnia quæ à Deo precanda ſunt, impetranda eſſe confirmet, *Sup. Matth. Can.* 18. *poſt med. in illud, Si peccaverit in te frater, &c. fol.* 23. *col.* 2.

HUGO A S. VICTORE.

70. Niſi in communitate adſit unitas, deeſt ſanitas. *Lib.* 2. *de clauſtro animæ cap.* 21. *in princ.*

71. Tripliciter habitant fratres in unum, loco tantùm, loco & animo; animo tantùm. Loco tantùm habitare io unum, pœna eſt: animo, non loco, bonitas. animo &

loco felicitas. *Lib.3. Miſcell. codic. 2. Tit. 20. per totum. pagina 173. littera H. tom. 3.*

S. IGNATIUS MART. 72. Omnes ad orandum in eodem loco convenite, ſit una communis precatio, una mens, una ſpes in charitate & fide inculpata in CHRISTUM JESUM. quo nihil præſtantius. *Ep. 6. ad Magneſianos in medio. apud Bibl. Patr. tom. 1. pagina 82. columna 1. lit. B. C.*

JOAN. CASS. 73. Quidquid in communitate fratrum minimè communis uſus recipit, vel exercet, omni ſtudio declinemus. *Lib. 11. de ſpiritu cenodoxiæ cap. 18. in med.*

74. In his tantùm indirupta poteſt dilectio permanere, in quibus unum propoſitum ac voluntas, unum velle ac nolle conſiſtit. *Profec.*

75. Nihil prodeſt ſi moribus ac propoſito diſſidentes, una habitatione jungantur: nec obeſt parili virtute fundatis, per locorum intervalla disjungi.

76. Apud Deum namque morum cohabitatio, non locorum unita fratres habitatio conjungit: nec poteſt umquàm pacis integritas cuſtodiri, ubi voluntatum diverſitas invenitur. *Collat. 16. Abbatis Joſeph cap. 3. poſt med. pag. 670.*

S. JOANNES CHRYSOST. 77. Humilitas non habet undè cadat, ubi communitas non invenit quod diſſipet, quia concordiâ, bonitate ibi plena eſt. *Serm. de eo quod David dixit? Quis ſum ego. in princ. col. 628. tom. 1.*

78. Tunc maximè illos diabolus invadit, cùm ſolos viderit, atq; ab aliis ſegregatos. *Hom. 13. ſup. Math. poſt init. columna 118. littera C. tom. 2.*

79. Qui conſenſu & charitate conjuncti ſunt, facilè impetrant quod petunt, cùm ipſum Chriſtum in medio ſui poſſideant. *Ibid. Hom. 61. poſt med. col. 515.*

80. Quæ à natura ſunt, univerſis hominibus communia ſunt. *Ibid. Hom. 81. poſt med. columna 654. littera A.*

81. Communitas ubi concordia non eſt, nec oratio illic exauditur, nec oblatio ſuſcipitur: quia nec ibi eſt Deus, ubi diſcordia dominatur. *Hom. 10. operis imperfect. ſup. Matth. in princ. col. 802. tom. 2.*

82. Communitas manſuetudinis fundamentum eſt: nam feræ illæ aſperiores ſunt & ſæviores, quæ non gregatim vivunt. *Hom. 77. ſup. Joan. ante finem. col. 765. lit. D. tom. 3.*

83. Majora poteſt communitas, quàm unus; quamvis unus ſis & multum valeas, ſed non ſicut communitas. *Hom. 37. ſup. Acta Apoſt. poſt init. Moralis. columna 689. lit. C. D. tom. 3.*

84. Maximum virtutis encomium eſt, charitas in communitate. *Ibid. ante medium, Moralis.*

85. In communitate ubi charitas viget, ſi dixeris aliquid temerarium, nullus eſt qui arripit, ſed omnes ignoſcunt: ſi feceris, nullus ſuſpicatur, ſed magna eſt condonatio, omnes cadenti manum alacriter porrigunt, omnes prompti ſunt ut ſiſtant. *Ibid. Hom. 40. poſt med. Moralis col. 420. lit. D.*

86. Quid communitati in charitate radicatæ conſerendum? quaſi civitas quædam mœnibus undique cincta, talis eſt. *Ibidem ante finem. Moralis.*

87. Nullus ſufficit per ſeipſum aliquid operari, ſive ſuffragia dare oportet, ſive conſilia, & ſententias, honeſtiores fiunt à congregatione, & multitudine. *Hom. 37. in Acta Apoſt. poſt medium Moralis. col. 689. tom. 3.*

88. Nihil ita, & maximè in tentationibus ſuperabiles facit, ac facilè ſubjiciendos, ſicut ſeparari à communitate, ac ſejungi. *Hom. 30. ſup. Ep. ad Hebræos, circa med. col. 1858. tom. 4.*

89. Qui omnia communia arbitratur, non ſuis tantùm rebus, ſed alienis utitur tanquàm ſuis. *Sup. 1. ad Cor. Hom. 15. poſt med. Moralis. columna 440. littera C. tom. 4.*

90. Qui ab aliorum communitate ſe ſeparat, & rerum communium quaſi dominus eſſe vult, ne ſuarum quidem erit Dominus. *Ibid.*

91. Oratione in communi facta, Deus potiſſimum placatur. *Hom. 4. ſup. 2. ad Theſſal. ante fin. tom. 4.*

92. Magnum bonum eſt congregatio, ipſa namque charitatem reddit ferventiorem, ex ea cuncta optima generantur. *Hom. 19. ſup. Ep. ad Hebr. in fine ante Morale. col. 1783. lit. A. tom. 4.*

LACT. FIRM. 93. Non rerum fragilium, ſed mentium debet eſſe communitas. *Lib. 3. de falſa ſapient. cap. 22. ante med.*

94. Vita communis ornatior eſt & tutior. *De opificio Dei. cap. 4. prope finem.*

S. LEO I. 95. Pleniſſima peccatorum obtinetur abolitio, quando totius Eccleſiæ una eſt oratio, & una confeſſio *Ser. 3. de jejunio ſeptimi menſis circa med.*

96. Tunc eſt efficacior ſanctiorque devotio, quando in operibus pietatis totius Eccleſiæ unus animus, & unus eſt ſenſus. *Ibid. ſerm. 4. ante med.*

97. Publica præferenda ſunt propriis; & ibi intelligenda eſt præcipua ratio utilitatis, ubi vigilat cura communis. *Ibid.*

PETR. BLES. 98. Vivas in communi, ſine ſingularitate. *Serm. 31. de ſancto Auguſtino, in fine apud Bibl. Patrum. tom. 12. Part. 2. pag. 886. col. 2. lit. G.*

S. PETR. DAM. 99. Illic mens à mente dividitur, ubi facultatum communio non tenetur. Ubi circumſtantia quælibet communiter poſſidentur, diverſorum mentes in una voluntate concurrunt. *Opuſc. 24. contra proprietarios, cap. 4. poſt initium. tom. 3.*

100. Ubi diviſio rerum, ibi proculdubiò non eſt unitas animorum: charitas quippè communionem facit, avaritia diviſionem. *Opuſc. 27. cap. 2. in medio pag. 609. lit. B. tom. 3.*

S. PROSPER. 101. Sub unius ordinatione viventibus, omnia omnium communia fiunt: ſi ita eis una ſit vita, ſicut ſit una ſubſtantia, & nulla ſit in eis diverſitas animorum, quibus eſt communio facultatum. *Lib. 2. de vita contempl. cap. 17. circa med. apud Bibl. Patr. tom 3. part. 3. pag. 66. col. 1. edit. Coloniæ 1618.*

RICH. A S. VICTORE. 102. Nihil glorioſius, nihil magnificentius, quàm quidquid habes utile & dulce, in commune deducere. *Part. 1. lib. 3. de Trin. cap. 14. in fine pag. 366. col. 2. B.*

S. THOMAS AQUINAS. 103. Perfecta communitas, civitas eſt. 1. 2. *quæſt. 90. art. 2. in corp. pag. 158. col. 1.*

104. Ad hoc quod aliquis in aliqua communitate benè commoretur, duo requiruntur, quorum primum eſt, ut benè ſe habeat ad eum, qui præeſt communitati: aliud autem eſt, ut benè ſe habeat ad alios communitatis conſocios, & comparticipes. *Ibid. quæſt. 100. art. 5. in princ. corporis.*

THOMAS A KEMPIS. 105. Ibi homo ſecuriùs vivit, ubi à pluribus juvatur, & ſi interdùm ab aliquo tribulatur, ab alio rursùs conſolatur. *Profec.*

106. Ibi homo magis in virtute probatur, & exercetur; ibi frequenter de negligentia arguitur.

107. Ibi ad perfectiora verbo & exemplo trahitur: ibi ſuam imperfectionem conſiderare & lugere compellitur.

108. Ibi alterius fervore excitatur, alterius humilitate docetur, iſtius obedientia movetur, illius patientia ædificatur.

109. Ibi verecundatur eſſe pigrior, ibi confunditur inveniri tardior: ibi invenit quos timeat, ibi habet quos diligat.

110. Ibi alterius correptio, ejus fit correctio; ibi alienum periculum, proprium efficitur ſpeculum.

111. Ibi unus alterius eſt cuſtodia, ibi homo portat & portatur, ibi multa audit & videt undè doceatur.

112. Ibi boni commendantur, ut meliores fiant: ibi negligentes arguuntur, ut refervefcant. *Serm. 2. ad Novit. Diviſ. 1. pag. 8. tom. 1.*

113. Multùm facit, qui rem benè facit: benè facit, qui magis communitati, quàm ſuæ voluntati ſervit. *Lib. 1. de Imitation. Chriſti, cap. 15. ſect. 2. pagina 332. tom. 2.*

ARISTOTEL. SENTENTIÆ PAGANORUM.

114. Societas & communitas, quædam amicitia eſt, *Lib. 9. de Morib. cap. 12. ante med.*

115. Amicorum omnia ſunt communia. 9. *Ethic. & 2. Politicor. & habetur apud Bedam tom. 2.*

116. Perit res ipſa communis, cùm ab ipſis, qui in communitate ſunt, non conſervetur. *Lib. 9. Ethic. vel Moral. cap. 6. in fine. col. 70. tom. 2.*

PLATO. 117. Simul ſemper communiſque omnibus ſit vita, nihil enim hac re melius, nihil præſtantius, nihil efficacius, nihil exquiſitius umquam ad ſalutem comparandam. *Tom. 2. Syzygia 4. lib. 12. de legibus poſt init.*

118. Nihil tam valet ad vitam, quantùm bonorum virorum unanimis & conſentiens voluntas. *Tom. 3. Syzygia 6. Ep. 1. ad Dionyſium, in calce.*

SENECA. 119. In commune vivatur: nec poteſt quiſquam beatè degere, qui ſe tantùm intuetur, qui omnia ad utilitates ſuas convertit; alteri vivas oportet, ſi vis tibi vivere. *Ep. 48. poſt init. pag. 605.*

120 Proſunt inter ſe boni: exercent enim virtutes, & ſapientiam in ſuo ſtatu continent. *Epiſt. 109. in princ.*

121. Obſerva ne in qualibet vitæ communitate, quos non imitaberis, damnare videaris. *De 4. virtut. circa med. pag. 474. edit. Baſileæ.*

SIXTUS PHILOSOPH. 122. Quorum communis eſt Deus, idemque Pater: hi niſi auxilia & opem in commune conferant, impii ſunt. *Sent. 219. apud Bibl. Patr. tom. 3.*

123. Juſta communio ſervanda eſt. *Ibid. ſent. 286.*

Vide etiam Tit. Bonitas. ſent. 6. Monachus. ſent. 109. Patientia in genere. ſent. 23. Religioſus. ſent. 13. Unitas.

Comparationes.

DEFINITIO.

CICERO. COMPARATIO eſt oratio traducens ad rem quampiam, aliquid ex re diſpari ſimile. *Lib. 4. de arte Rhet. poſt med. col. 69. C. tom. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ATHANAS. 1. Quod alteri ſimile eſt, id non idem eſt cum ipſo, cujus ſimilitudinem gerit. *Tom. 3. in refutat. contra hypocriſim Meletii, in princ. columna 651. littera E.*

S. AUGUSTIN. 2. Sicut tota vita corporis eſt anima, ſic beata vita animæ Deus eſt. *Lib. 2. de Lib. arb. cap. 16. in princ.*

3. Sicut qui non vigilat dormit, ſic quiſquis non facit quod debet, ſine intervallo patitur quod debet. *Ibid. lib. 3. cap. 15. in fine, pag. 479 B.*

4. Similitudines adhibendæ ſunt, ut quod minùs intelligitur, exemplo clareſcat. *Serm. 51. de verbis Dom. poſt init. pag. 135. A.*

5. Similitudo rerum, quæ ad oculos pertinet, mater eſt falſitatis. *Lib. 2. Soliloquiorum, cap. 6. ante med.*

6. Maxima multitudo eſt hominum, qui ſi ratione velint verum comprehendere, ſimilitudinibus rationum facilè decipiuntur. *De quantit. animæ cap. 7. circa med. pag. 709. B. tom. 1.*

7. Quomodo coluber non apertis paſſibus, ſed ſquamarum minutiſſimis niſibus repit: ſic lubricus deficiendi motus negligentes minutatim occupat, & incipiens à perverſo appetitu ſimilitudinis Dei, pervenit ad ſimilitudinem pecorum. *Lib. 12. de Trin. cap. 11. in princ. pag. 283. B. tom. 3.*

S. BERNARD. 8. Ex comparatione veterum, novitatis decus gratius venuſtiuſque apparet. *Ep. 78. ad Suggerium Abbat. S. Dionyſii. ante med. fol. 228. col. 1. B.*

9. Jucundiùs bona recentia clareſcunt, cùm fuerint malis comparata prioribus. *Ibid.*

10. Noli te homo comparare majoribus, noli minoribus, noli aliquibus, noli uni: quid ſcis ſi unus ille quem fortè viliſſimum atque miſerrimum reputas, melior te non futurus ſit? *Serm. 37. ſup. Cant. prope finem.*

BOËTIUS. 11. Avaritia cùm fervet alienarum opum violentus ereptor, ſimilem lupi dixeris. *Proſ.*

BOETIUS. 12. Ferox atque inquietus linguam litigiis exercet? cani comparabis.

13. Inſidiator occultis ſurripuiſſe fraudibus gaudet? vulpeculis exæquetur.

14. Iræ intemperans fremit? Leonis animum geſtare creditur.

15. Pavidus & fugax, non metuenda formidat? cervis ſimilis habetur.

16. Segnis ac ſtupidus torpet? ut aſinus.

17. Levis ac inconſtans ſtudia permutat? nihil ab avibus differt.

18. Fœdis, immundiſque libidinibus quis immergitur? ſordidæ ſuis voluptate detinetur. *Lib. 4. de Conſol. Philoſoph. Proſa 4. in fin. pag. 171.*

S. GREG. MAG. 19. Mala quaſi mala eſſe deſinunt comparatione pejorum, & bona quaſi bona non ſunt comparatione meliorum. *Lib. 28. Moralium, cap. 9 paulo ante medium.*

S. HIERONYM. 20. In comparatione duorum malorum, levius malum eſt apertè peccare, quàm ſimulare & fingere ſanctitatem. *Lib. 6. in Iſay. cap. 16. in fine.*

HUGO A S. VICTORE. 21. Sicut ineptum eſt deformia pulchris conjungere, ſic omninò indecens eſt, ea quæ non habent niſi infirmam quandam & imaginariam pulchritudinem, pulcherrimis coæquare. *In Soliloq. de Arrha animæ poſt init.*

22. Rectè miſeriæ hujus vitæ aquis prætereuntibus comparantur, quia mentes electorum calamitas tranſitoria non ſubvertit, ſed abluit. *Sup. Iob. cap. 11.*

HUGO CARD. 23. Temporalium quatuor ſimilitudines ſunt.
- Prima ſimilitudo eſt de lanugine, quæ citò vento tollitur.
- Secunda eſt de ſpuma, quæ ſtatim à procella diſpergitur.
- Tertia eſt de fumo, qui ſubitò in ventum diffunditur, & annihilatur.
- Quarta eſt de hoſpite unius diei, qui ſtatim oblivioni traditur, ſic omnia temporalia citò evaneſcunt. *Sup. Sap. cap. 5.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 24. Theſauro cuipiam aſſimilatur juſtorum virtus, in quo plurimæ & ineffabiles divitiæ continentur. *Hom. 36. ſup. Geneſ. in princ. col. 294. lit. B. tom. tom. 1.*

25. Ex comparatione pejoris, oboritur laus melioris. *Hom. de Adam & Eva ante medium.*

26. Pejus eſt comparari beſtiis, quàm naſci: nam naturaliter non habere rationem, tolerabile eſt, ſed rationis decoratione decoratum, irrationabili naturæ comparari, voluntatis eſt crimen. *Serm. de Aſcenſ. ante med. ſup. illud Pſal. 48. Comparatus eſt jumentis. col. 869. lit. A. tom. 3.*

S. ISID. HISP. 27. Res quæ minùs per ſe advertuntur, per comparationem rerum facilè capiuntur. *Lib. 3. de ſum. bono. cap. 14. ſent. 3. pag. 670. col. 2.*

S. PROSPER. 28. Cùm homo ſecundùm ſe vivit, ſimilis eſt diabolo. *Sent. 150. in fine tomi tertii operum D. Auguſtini.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 29. Si voles divitias cum virtute comparare, vix ſatis idoneæ tibi videbuntur divitiæ, quæ virtutis pediſſequæ ſint. *Lib. 4. de arte Rhetorica ad Herennium ante med.*

SENECA. 30. Semper citra veritatem eſt ſimilitudo. *Lib. 1. controverſ. poſt init. pag. 37. tom. 1.*

31. Quid fœdius, quid indignius, quàm comparare veneranda contemptis? *Ep. 92. in medio, pag. 765. to. 2.*

SIXT. PHILOS. 32. Sapiens vir, & pecuniæ contemptor, ſimilis eſt Deo. *Sent. 15. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 64 col. 2. G. edit. Coloniæ 1618.*

Vide etiam alias comparationes in cæteris titulis.

Compaſſio.

DEFINITIO. DIVISIO.

DEFINITIO.

S. ATHANAS. MAGNUS. COMPASSIO eſt condolere medullitùs afflictionibus proximorum, tam ſpiritualibus quàm corporalibus. *De Paradiſ. animæ. part. 1. de virtutib. cap. 12. circa init.*

Hugo à S. Victore.

Compaſſio eſt per quem ex proximi dolore condolenti animo quædam afflictio generatur. *De Fruct. carnis & ſpirit. cap. 18. poſt med. pag. 162. lit. H. tom. 2.*

S. Laurent. Iustin.

Compaſſio eſt quando miſeris aliorum condolemus. *Lib. 3. de Arca Noe Moral. cap. 5. in med. pag. 207. lit. B. tom. 2.*

Compaſſio eſt timor pius, humilis, fructuoſus, qui cuilibet (quantúmlibet peccaturi) facilè miſericordiam promeretur. *De ligno vitæ. Tract. 5. de Juſtitia. cap. 6. circa med. pag. 24. col. 2. lit. A. Part. 1.*

Divisio.

Hugo a S. Victore.

Triplex eſt compaſſionis modus : eſt compaſſio alia ex vitio, alia ex oatura, alia ex virtute. *Profec.*

Compaſſio ex vitio eſt, quando affectus illic reprehenſibili dolore tangitur, ubi illicito priùs amore tenebatur.

Compaſſio ex natura eſt, quando ex inſito ſibi pietatis affectu, animus alienis ærumnis condolet, quoties cootra pietatis vel humanitatis menſuram, naturam opprimi, ſive affligi videt.

Compaſſio ex virtute eſt, quando propter Deum alienis doloribus compatimur; cùm ſcilicet vel juſtitiam premi vel innocentiam affligi videmus.

Compaſſio ex vitio, culpabilis eſt, compaſſio ex natura, irreprehenbſilis: compaſſio ex virtute, laudabilis.

Prima reprehenditur. Secunda nec culpam habet, quia ex natura eſt; nec præmium, quia ex virtute non eſt. Tertia laudatur. *Tom. 3. de 4. volunt. in Chriſto poſt med. pag. 42. lit. H. & conſequentér.*

Sententiæ Patrum.

1. Argumentum veræ compaſſionis eſt, non ſolùm condolere amicis, verùm etiam inimicis. *De Paradiſo animæ, part. 1. de virtutibus, cap. 12. poſt med. pag. 111.* — S. Albert. Mag.

2. Hoc maximum incentivum miſericordiæ eſt, ut compatiamur alienis calamitatibus. *Lib. 2. Offic. cap. 28. in princ. col. 36. lit. A. tom. 1.* — S. Ambrosius.

3. Magna conſolatio eſt patientis, ſi ſecum habeat condolentem. *Sup. 2. ad Cor. cap. 7. in illud, Qui conſolatur homines. col. 1950. lit. C. tom. 5.*

4. Cor lapideum portat, qui nulla movetur compaſſione circa proximum. *Serm. infra Oct. Nat. Dom. poſt med. fol. 22. pag. 2.* — S. Antonius de Padua.

5. Quid miſerius miſero, non miſerante ſeipſum? *Lib. 1. Conf. cap. 13. ante med. pag. 51. lit. A. tom. 1.* — S. Augustin.

6. Pia eſt iſta triſtitia, & ſi dici poteſt, beata miſeria, vitiis alienis tribulari, non implicari; mœrere, non hærere; dolore contrahi, non attrahi. *Ep. 145. ad Sebaſtian. ferè in princ. pag. 435. lit. A. tom. 2.*

7. Nuſquàm tàm vigere debent viſcera miſericordiæ, quàm in catholica Eccleſia. *De Agone Chriſtiano cap. 30. in med. pag. 550. lit. D. tom. 3.*

8. Non eſt validior vel efficacior vulneribus noſtris medicina, quàm habere qui omni incommodo occurrat compatiens. *De Amicitia cap. 3. ante med. pag. 776. littera C. tom. 4.*

9. Quantò major charitas, tantò majores plagæ de peccatis alieois. *Sup. Pſal. 98. poſt med. verſ 9. pag. 463. lit. B. tom. 8.*

10. Si clauſeris viſcera miſericordiæ iodigenti, omoinò claudetur tibi janua Chriſti. *Serm. 6. ad Fratr. in Eremo. ante finem col. 920. lit. C. tom. 10.*

11. Sic Deus feſtinat abſolvere reum à tormento conſcientiæ ſuæ, quaſi plùs eum cruciet compaſſio miſeri, quàm ipſum miſerum compaſſio ſui. *De ſpiritu & anima cap. 6. in fin. pag. 606. lit. D. tom. 3.*

12. Compatitur nulli, qui non ſibi ſcit miſereri. *In Proverb. verbo Compatitur. pag. 187. tom. 2.* — V. Beda

13. Quoties peccantem videris fratrem, toties procedere debet compaſſionis affectus, tanquàm cognatus humanitati. *Serm. 2. in die Paſcha. ante med. fol. 37. col. 2. lit. E.* — S. Bernard.

14. Compaſſio affectûs multis quidem prodeſt, quia animus liberalis contriſtare quem pro ſe viderit anxium, erubeſcit. *Profec.* — S. Bernard.

15. Sed quid agimus, quòd nonnulli dura cervice, & attrita ſunt fronte, ut quò magis eis compatimur, tantò magis oostra compaſſione abutantur? *Ibid. &c. lit. F.*

16. Cùm aderit compaſſionis affectus, & zelus juſtitiæ, oeceſſe eſt ut adſit ſpiritus diſcretionis, ne fortè cùm oporteat hunc exhiberi, ille procedat, & indiſcretio ipſa confundat univerſa. *Ibidem, &c. littera F.*

17. Emeoda ſunt tria mentis aromata : affectus compaſſionis, rectitudinis zelus, & ſpiritus diſcretionis, nummo propriæ voluntatis. *Ibid. circa med. fol. 37. col. 3. lit. H.*

18. Ineſt naturæ (ſi peccato non obſoleſcat) gratæ & egregiæ ſuavitatis liquor, ut molliorem magis ad compatiendum peccantibus, quàm ad indignandum aſperiorem ſeſe ſeotiat. *Serm. ſup. Cant. in medio. fol. 170. col. 2. D.*

19. Devotus miles non ſentit ſua, cùm benigni ducis contuetur vulnera. *Ibid. Serm. 61. ante finem. fol. 183. col. 2. lit. E.*

20. Cadit aſina, & eſt qui ſublevet eam : perit anima, & nemo eſt qui reputet. *Lib. 3. de conſider. ante fin. fol. 282. col. 1. A.*

21. Eo ſpiritu fratri ægrotanti ſubveoias, quo tibi vis ſubveniri cùm ægrotas. *Profec.*

22. Neſcit ſanos quid ſentiat æger, aut plenus quid patiatur jejunus : æger ægro, & jejunus jejuno quantò propinquiùs, tantò familiariùs compatiuntur.

23. Sed ut ob alienam miſeriam miſerum cor habeas, oportet ut tuam priùs agnoſcas, ut proximi mentem in tua invenias, & ex te ooveris, qualiter illi ſubvenias. *De 12. Gradib. Homil. poſt init. verbo Inquirimus.*

24. Si doles condoleo, ſi non doles doleo, & maximè ſciens longiùs à ſalute abſiſtere membrum quod obſtupuit; & ægrum ſeſe non ſentientem periculoſiùs laborare. *Lib. 1. de Conſiderat. in princ. fol. 274. col. 3. littera H.*

25. Quantò amplius per compaſſionem proximis in neceſſitate ſuccurritur, tantò ampliùs Creatori appropinquatur. *Serm. 14. ad Sororem. in 2. volumin. non longè ab initio, fol. 84. columna 4. littera I.*

S. Bonavent.

26. In compaſſione ſunt quatuor.	Pietas.	Pietas, voluntatis.
	Erogatio.	Erogatio, facultatis.
	Solicitudo.	Solicitudo, oeceſſitatis.
	Protectio.	Protectio, ab hoſte. *Sup. Pſal. 118. in illud, Iniquos odio habui. pagina 150. columna 2. littera A. tom. 1.*

27. Nullum certius veriuſque indicium veræ charitatis eſt, quàm affectus fraternæ compaſſionis. *Sup. Lamentat. Hieremiæ cap. 2. a medio, pagina 426. columna 1. littera E. tom. 1. Et Hugo à ſancto Victore. in Threnos Hieremiæ, ante medium, pagina 116. littera C. tom. 1.* — S. Bonavent. & Hugo a S. Victore.

28. Quis hodiè compatitur proximo? compatitur Paganus Pagano, Judæus Judæo : immò quod majus eſt, brutum bruto, ſed Chriſtiano vix compatitur Chriſtianus. *Serm. 3. de ſancto Andrea, ſtatim a medio, ſuper illud 2. Corinth. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? pagina 218. columna 2. tom. 3.*

29. Upupa avis viliſſima, tantâ ad parentes ſuos compaſſione movetur, ut illis ſeneſcentibus ſolicitè quærat cibum, & eos ſuis pennis confoveat, ne frigore pereant. *Ibid.*

S. BONAVENT. 30. Major debet eſſe compaſſio, ubi eſt major unio: ſed major eſt unio membri ſpiritualis ad ſpirituale, quàm carnalis ad carnale; ergo & major compaſſio debet eſſe inter ſe. *Serm. 1. de uno Confeſſore & mord.* 23. *poſt med. pag.* 328. *columna* 2. *tom.* 3.

31. Prælati, & Clerici, & Religioſi, qui ſunt oculi Eccleſiæ, debent eſſe præ cæteris teneri compaſſione, lachrymabiles pietate. *Tit.* 7. *Diata. cap.* 5. *in fine, pag.* 313. *col.* 2. *E. tom.* 6. *part.* 1.

32. Fortes & ſani non ſentiunt quod ſentit æger, ideò neſciunt eis compati, ſcient autem poſteà, cùm dolebunt. *De ſex alis Seraphim cap.* 4. *ante med. pag.* 86. *col.* 2. *A. tom.* 7. *part.* 3.

33. Qui bonus eſt corde, benignus eſt compaſſione. *De Itineribus aternit. itinere primo, diſtinct.* 4. *ante med. pag.* 142. *col.* 2. *C. tom.* 7. *part.* 2.

34. Neminem ſpernas, afflicto & egeno condoleas. *In ſuo Alphabeto Religioſ. lect.* 13. *pag.* 326. *col.* 1. *B. tom.* 7. *part.* 4.

GLOSS. INT. 35. Crudelis compati neſcit dolori, nec altus humili, ſed potiùs affligit. *Sup. Job. cap.* 34. *columna* 326. *D. tom.* 3.

GLOSS ORD. & S. JOANNES CHRYSOSTOM. 36. Impoſſibile eſt ſcire afflictiones afflictorum, homini qui experimentum afflictionis non habuit. *Sup. Epiſt. ad Hebr. cap.* 4. *in illud, Qui non poſſit compati. columna* 838. *E. tom.* 6. *Et Joan. Chryſ. Hom.* 7. *ſup. eundem locum.*

S. GREGOR. MAGN. 37. Quid prodeſt per continentiam carnem reſtringere, ſi mens ſe per compaſſionem neſciat in proximi amore dilatare? *Lib.* 6. *Moral. cap.* 16. *poſt med. num.* 23. *col.* 201. *B. tom.* 1.

38. Cùm alienæ infirmitati compatimur, valentiùs à noſtra roboramur, ut amore futurorum mens ad præſentia adverſa ſe præparet, & cruciatus corporis quos timebat, expectet. *Ibid. lib.* 7. *cap.* 6. *in fine, col.* 216. *lit. D.*

39. Sic quiſque propinquorum debet neceſſitatibus compati, ut tamen per compaſſionem non ſinat vim ſuæ intentionis impediri: ut affectus quidem mentis viſcera repleat, ſed tamen à ſpirituali propoſito non avertat. *Lib.* 7. *Moral. cap.* 14. *ſup. illud Deuteronom.* 33. *Qui dixerit Patri ſuo & matri ſua,* &c. *col.* 230. *lit. C. tom.* 1.

40. Tantò quiſque perfectus eſt, quantò perfectè ſentit dolores alienos. *Ibidem, lib.* 19. *cap.* 8. *circa med. num.* 9. *col.* 642. *C.*

41. Virga ſuperbiæ percutere rigidè ſcit, qui compati humiliter neſcit. *Ibidem, lib.* 24. *cap.* 9. *ſup. illud Prov.* 14. *In ore ſtulti virga ſuperbia. col.* 817. *lit. A. tom.* 1.

42. Ille perfectè tribuit, qui cum eo quod afflicto porrigit, afflicti quoque in ſe animum ſumit. *Proſecutio.*

43. Tunc plena eſt cordis noſtri compaſſio, cùm malum inopiæ pro proximo ſuſcipere non metuimus, ut illum à paſſione liberemus. *Ibidem, lib.* 20. *cap.* 26. *circa init.*

44. Plus eſt plerúmque compati ex corde, quàm dare: quia quiſquis perfectè indigenti compatitur, minùs æſtimat omne quod dat. *Prof.*

45. Exteriora largiens, rem extra ſemetipſum præbet; qui autem fletum & compaſſionem proximo tribuit, ei aliquid etiam de ſemetipſo dat. *Ibid. circa med. num.* 27. *col.* 702. *C.*

46. Rem quamlibet plerúmque dat, etiam qui non compatitur: nunquàm autem, qui verè compatitur, quod neceſſarium proximo conſpicit, negat. *Ibid. poſt. med. num.* 27. *col.* 702. *D.*

47. Qui magna carnaliter exhibet, cor molle per compaſſionem in fraterna charitate non habet. *Profecutio.*

48. Valenter agit, quæ non imitari homines foris poſſint, ſed intùs conjungi fraternis mentibus per affectum compaſſionis neſcit.

S. GREGOR. MAGNUS. 49. Fortia agit, quæ Deus reprobat: & affectum charitatis, quem approbat, exhibere non curat. *Lib.* 4. *in primum Regum, cap.* 3. *poſt init. col.* 1401. *litt. D. tom.* 2.

50. Multa compaſſione indiget converſio peccatorum. *Ibidem, lib.* 5. *cap.* 4. *ante medium, columna* 1530. *littera D.*

S. GREG. NAZ. 51. Compaſſio vera multùm calamitatem ſublevat. *Orat.* 17. *de Paupert. poſt med. pag.* 158.

52. Magnum doloris medicamentum ab iis accipitur, qui dolentibus condoleſcunt. *Et habetur apud D. Joannem Damaſc. lib.* 3. *Parallel. cap.* [illegible]. *folio* 128. *pag.* 2. *A.*

53. Condolentia ad mitigandum dolorem, ſatis virium habet. *Ibidem,* &c.

HUG. A SANCTO VICT. 54. Proprium eſt electorum, aliena mala tanquàm ſua plangere. *In Threnos ante med pag.* 116. *littera E. tom.* 1.

55. Diſtrictio debetur vitiis, compaſſio verò naturæ. *Sup. Regul. D. Auguſt. cap.* 7. *poſt med. pag.* 12. *B. tom* 2.

56. O beata anima, quæ compaſſionem habere poteſt! omnes patiuntur, pauci compatiuntur. *Prof.*

57. Quantò autem laudabilius eſt compati, quàm pati? pati ſiquidem poſſunt impii, compati autem non niſi pii. *Lib.* 1. *Miſcellan. codic.* 1. *tit.* 138. *per totum, pag.* 99. *E. tom.* 3.

S. INNOC. III. 58. Cujus pectus tàm ferreum, cujus cor tàm lapideum, ut gemitus non exprimat, lachrymas non effundat, cùm proximi vel amici morbum, vel interitum intuetur, ut patienti non compatiatur, & dolenti non condoleat? *Lib.* 1. *de contemptu mundi, cap.* 24. *circa medium.*

S. JOANNES CHRYSOST. 59. Bonorum virorum animæ magnam compaſſionem habere ſolent, ſi aliquando vident puniri homines, etiamſi mali ſint, qui pereunt. *Hom.* 25. *ſup. Gen. paulò ante med. col.* 193. *B. tom.* 1.

60. Si abſque compaſſione & miſericordia fratrem præteris, fortè & te, ſi cecideris, alius ſimiliter præteribit. *Ibidem, Homil.* 43. *poſt medium, columna* 359. *littera B.*

61. Is Sanctorum mos eſt, ut plurimùm afflictis afficiantur, & compatiantur. *Ibid. Hom.* 44. *poſt init. col.* 364. *lit. D.*

62. Pauper frigore rigeſcit, tu autem ſericis indutus, ne reſpicis quidem, nullamque compaſſionem præ te fers, ſed immiſericorditer præteris; qua venia ſunt hæc digna? *Ibidem, Homil.* 50. *ante finem, col.* 405. *lit. C.*

63. Si quod proximum urit, tollere non potes, produc lachrymas compaſſionis & majorem partem ſuſtuliſti. *Ser.* 22. *ſup. Ep. ad Rom. poſt init. in illud, Flete cum flentibus, col.* 250. *D. tom.* 4.

64. Qui alienæ triſtitiæ compati renuit, in ſuis caſibus acriùs afficietur. *Profec.*

65. Qui enim condolere aliis negligit, ipſe dolebit. *Homil.* 7. *ſup.* 2. *ad Tim. ſub finem Moralis, col.* 1578. *B. tom.* 4.

S. ISIDORUS PELUSIOTA. 66. Divina res eſt commiſeratio. *Lib.* 1. *Ep.* 191. *ad Calliopum. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pagin.* 496. *col.* 1. *C. edit. Colonia* 1618.

S. LEO I. 67. Non ſolùm virtute benevolentiæ, ſed etiam pacis bono beatus efficitur, quicunque aliis quacunque miſeria laborantibus charitate compatitur. *Serm.* 6. *Quadrag. circa med. ſup. illud Luc.* 2. *Pax hominibus bonæ voluntatis. fol.* 34. *pag.* 2.

68. Debiti tui eſt, ut ei, qui pro omnibus paſſus eſt, paratus ſis compati. *Ibidem, ſerm.* 7. *ante finem, folio* 35. *pagina* 2.

S. NILUS. 69. Ne negligas compaſſionem, mater eſt virtutum compaſſio: ipſa enim bonum Dominum è cœlo nobis detraxit. *Paræneſ.* 187. *apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *part.* 2.

PETR. BLES. 70. Regnum Dei tanti eſt, quantum ex affectu

compaſſionis pauperibus ejus eahibeo. *Ep 91. ad Radulphum Lexovienſem Epiſc. ante medium, apud Bibl.* Patr. *tom. 12. part. 2. pagina 775. col. 2. E.*

S. PETRUS. CHRYSOLOG. 71. Fratri qui per compaſſionem non ſubvenit, hunc qui per patientiam non curat, non per veniam ſanat, ſanus non eſt, ſed ægrotat, infirmatur, viſcera non habet. *Serm. 139. circa med. apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 26 pag. 763. col. 2. G.*

THEOPHYLACTUS. 72. Abſque compaſſione & lachrymis eſſe, beſtiarum eſt. *Sup. Joan. cap. 11. ſup. illud, Jeſus ut vidit eum plorantem. pag. 355. A.*

THOMAS A KEMPIS. 73. Si portari vis, porta & alium. *Lib. 2. de Imit. Chriſt. cap. 2. ſect. pag. 350. tom. 2.*

IN VIT. PATR. 74. O frater amande; porta, & portaberis; compatere, & compatietur tibi. *In Hortulo Roſar. cap. 15. ſect. 2. pag. 527. tom. 2.*

75. Si propriis oculis viderem ſacerdotem, vel aliquem eorum, qui monachico habitu circumamicti ſunt, peccantem, chlamydem meam explicarem, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur. *Lib. 1. in vita S. Joan. Eleemoſinarii, cap. 35. prope medium, pagina 197. columna 2.*

Compunctio.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIFFERENTIA, PRODUCTIO.

ETYMOLOOIA.

COLLECTOR. *Compunctio dicitur quaſi cordis punctio.*

DEFINITIO.

S. ALBERTUS MAGNUS. & S. ANTONIN. CONTRITIO vera, eſt dolor pro peccatis voluntariè aſſumptus, pro quantitate & qualitate criminum, cum propoſito confitendi & ſatisfaciendi. *De Paradiſo animæ, part. 1. de virtutibus, cap. 39. in princ. pagina 264. Et S. Antoninus, part. 3. tit. 14. de Sacram. cap. 18. in princ.*

S. AUGUSTIN. Compunctio eſt quando ex conſideratione malorum ſuorum cor interno dolore tangitur. *De ſpiritu & anima, cap. 50. in princ. pag. 632. C. tom. 3.*

S. EPHRÆM. Compunctio eſt illuminatio mentis, & ſanitas animæ. *De Iudic. extremo, ante finem, pag. 237. littera A. tom. 1.*

S. IOAN CLIM. Compunctio eſt jugis conſcientiæ excruciatio, quæ per intellectualem confeſſionem igniti cordis reſrigerium molitur. *Gradu 7. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 2. pag. 259. col. 2. edit. Colon.* 1618.

S. ISID. HISP. Compunctio cordis, eſt humilitas mentis cum lachrymis eaoriens de recordatione peccati, & timore judicii. *Lib. 2. de ſummo bono, cap. 12. ſent. 1. pag. 643. columna 1.*

S. LAURENT. JUSTIN.

Contritio eſt
- In 'ulgentiæ mater.
- Peccatorum conſumptio.
- Delinquentium ſpes.
- Spiritualis reſurrectionis janua.
- Medicina cœleſtis.
- Animarum lavacrum.
- Deſperationis interitus.
- Deſperatorum portus.
- Vitæ ſons.
- Dei & hominum mediatrix. *Part. 2. de Humil. cap. 2. in medio, pagina 660. columna 1. littera E.*

HUGO A S. VICTORE. Compunctio eſt quoddam animæ ſuſpirantis incendium natum, vel timore ſupplicii, vel amore præmii. *De fructu carnis & ſpirit. cap. 17. prope fin. pag. 162. G. tom. 2.*

DIFFERENTIA.

JOAN. GERS. Contritio eſt ſpecies pœnitentiæ, qua quis dolet interiùs de peccatis, ſecundùm modum & legem gratiæ gratum facientis: Attritio verò eſt ſpecies pœnitentiæ, qua quis dolet interiùs de peccatis ſecundùm modum ex naturalibus poſſibilem, vel cum gratia ſolùm gratis data. *Part. 4. de deſcript. terminor. capite juſtitia a medio, fol. 27. columna 3. lit. C.*

PRODUCTIO.

S. AUGUSTIN. Compunctio cordis ea humilitatis virtute naſcitur, de compunctione confeſſio peccatorum, de confeſſione pœnitentia, de pœnitentia vera provenit delictorum indulgentia. *Serm. 70. ad fratr. in Eremo, poſt medium, pag. 1013. A. tom. 10.*

S. PETR. DAM. Ex igne divini amoris, gratia compunctionis oritur; rursùs ex compunctione, deſiderii cœleſtis ardor augetur. *Tom. 3. Opuſcul. 13. cap. 13. poſt med. pagina 518. columna 2. lit. D.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ALBERTUS MAGNUS. 1. Minima contritio omnes animæ maculas delet, mortem æternam occidit, benedictionem Dei Patris confert, amicitiam Filii Dei reddit, familiaritatem Spiritus ſancti, ſocietatem civium ſupernorum reſtituit. *De Paradiſo animæ part. 1. de virtut. cap. 39. in medio pagina 266.*

S. AMBROSIUS. 2. Hoc bonæ mentis eſt, vulnus ſentire peccati: nam qui expertes doloris ſunt, non ſentiunt vulneris acerbitatem, quod eſt immedicabilis ægritudinis. *Proſecutio.*

3. Qui autem aliquo dolore punguntur, ſicut doloris ſenſu non carent, ita etiam non carent ſanitatis profectu.

4. Ubi enim doloris ſenſus, ibi etiam ſenſus eſt vitæ: ſentire enim, vitalis vigoris ac muneris eſt.

5. Sapiens ſi epuletur, ſi cogitet, ſi oret ac deprecetur, ante oculos ejus ſemper eſt error proprius, & momentis omnibus culpa pulſat conſcientiam, nec quieſcere, nec obliviſci ſinit, velut gravis cenſor excitat ſe terrore perpetuo.

6. Omnia adverſa habet, quia ipſe ſibi diſplicet, ipſe ſui accuſator, ipſe ſui teſtis eſt: nec invenit quò fugiat, quippè ſe perurget & ſtimulat. *In Apologia David, cap. 9. circa med. columna 1190. littera B. & C. tom. 4.*

7. Cùm per orationem compunctio infunditur, via nobis in corde, per quam ad JESUM in fine pervenitur, paratur. *Et hab. apud Bedam in ſcintillis cap. 6. col. 380. tom. 7.*

S. ANSELMUS. 8. Non valet ad ſalutem, ut ſe cognoſcat quis peccatorem, niſi indè habeat dolorem. *De ſimilitud. cap. 102. poſt init.*

S. ANTONIN. 9. Nihil eſt quod cauſa tàm ſummi doloris ſit, quàm ſi recordetur quis undè lapſus ſit, & quod ad momentanea & caduca à cœleſtibus defluxerit. *Part. 3. tit. 14. de Sacrament. cap. 6. §. 2. circa medium, folio 185. columna 3.*

S. ANTONIUS DE PADUA. 10. Sicut fumus expellit apes, ſic amara & lachrymoſa compunctio expellit dæmones. *Ser. inf. oct. Nat. Dom. ante med. folio 20. pag. 1.*

11. Verè conteritur, qui ſe terram agnoſcit. *Serm. Dom. 22. poſt Trin. circa med. fol. 320. pag. 1.*

S. AUGUSTIN. 12. Nullum habebit acceſſum cordis compunctio, ubi fuerint immoderata vitia, & concupiſcentiæ malæ. *De ſalutaribus documentis, cap. 43. ante med. pag. 761. littera B. tom. 4.*

13. Compungat pœnitentia criminum, quos huc uſque tranſpunait delectatio voluptatum. *Serm. 3. de Nativ. & in ord 7. poſt initium, pag. 406. littera D. tom. 10.*

14. Punge oculum mentis, ut lachryma prodeat compunctionis. *Ser. 11. ad fratr. in Eremo poſt med. pag. 925. littera B. tom. 10.*

15. O compunctio ſancta & immaculata! ſine qua ad judicium Domini corpus recipitur, ſine qua in-

fructuoſa eſt omnis confeſſio, ſine qua omnis ſatisfactio inanis eſt. *Ibidem*, &c.

S. Augustin.

16. Lachryma compunctionis mentem purgat, intentionem fœcundat, confeſſionem irrigat, animam ſanctificat. *Ibidem.*

17. Quomodo gaudebis te eſſe correctum, niſi doleas fuiſſe perverſum? *Ep. 50. ad Bonifac. longè ante fin. pag. 146. D. tom. 2.*

18. Dolendum eſt, & dolore purgandum, non ſolùm quia quis peccavit, ſed etiam quia ſe virtute privavit. *De vera & falſa pœnit. cap. 14. in princ. pag. 746. C. tom. 4.*

19. Compunctio ſanitas eſt animarum, remiſſio peccatorum, ſacrificium ſpiritale, quod Deo ſummè placet. *Serm. 11. ad fratr. in Eremo, circa med. pag. 925. lit. A. tom. 10.*

20. Compunctus corde non ſolet dici, niſi qui ſtimulis peccatorum torquetur in dolore pœnitendi. *Expoſit. 2. ſup. Pſ. 108. verſ. 15. Et compunctum corde. pag. 872. C. tom. 8.*

21. O compunctio! quàm ſancta & mirabilis prædicaris: tu ſpiritale lavacrum es, tu flagellum Dei es, per quod Deus mutatur. *Prof.*

22. Tu ſtimulus, pecquem Deus ad hominem inclinatur: tu ligamen, pcc quod Deus fortiter adſtringitur. *Ibidem, a medio, pag. 925. B.*

23. Timor, qui pœnitentiam concupiſcit, contritionem parit. *Ibidem, in fine, pag. 926. C.*

S. Bernard.

24. Tepidorum compunctio non continua; ſed horaria eſt. *Ser. 3. de Aſcenſ. Dom. poſt med. folio 41. columna 2. littera E.*

25. Equum indomitum flagella domant, animam immitem contritio ſpiritus, & aſſiduitas lachrymarum. *Serm. 1. omnium SS. circa medium, folio 62. columna 2. littera F.*

26. Abſcindatur ferro acutæ compunctionis ulcus inveteratæ conſuetudinis. *Ser. 18. ſup. Cant. poſt med. fol. 147. col. 2. E.*

27. Benè pungeris, ſi compungeris. *Ibidem, ſer. 48. poſt init. fol. 172. col. 4. K.*

28. Qui non habet cordis compunctionem, vel contritionem, non habet mundam orationem. *Serm. 10. ad Sororem poſt init. volum. 2. folio 83. col. 2. F.*

29. Bona compunctio theſaurus eſt deſiderabilis, & inenarrabile gaudium in mente hominis. *Ibidem.*

30. Tunc anima illuminatuc, quando ad lachrymas compungitur. *Ibidem, ante med. fol. 83. columna 3. littera G.*

31. Compunctio lachrymarum, remiſſio eſt peccatorum; quia tunc peccata dimittuntuc, quando cum lachrymis ad memoriam ceducuntuc. *Ibidem.*

32. Anima quò ſibi plus diſplicet in malo quod in ſe videt, eò ſe ardentiùs ad bonum, quod æquè in ſe conſpicit, trahit. *Serm. 82. ſup. Cant. ante fin. fol. 201. col. 1. A.*

33. Primum opus fidei per dilectionem operantis, cordis compunctio eſt. *Profec.*

34. In qua compunctione ſine dubio ejiciuntur dæmonia, cùm eradicantur à corde peccata. *Ser. 1. Aſcenſ. Dom. poſt med. folio 40. col. 1. C.*

35. Citò lachrymas invenit, & reſolvitucin gemitum compunctionis, qui habet ſenſum doloris. *De vita ſolit. ad fratres, ante med. folio 316. columna 4. littera M.*

36. Nihil pejus eſt quàm culpam cognoſcere, nec deflere. *De interiori domo, cap. 52. in princ. folio 322. col. 4. K.*

S. Bonavent.

37. Rectè compunctionis fervor torrenti comparatur: quia quantò major vis doloris in compunctione fuerit, tantò citiùs divina conſolatione ſuperveniente pertranſit. *Sup. Lament. Hierem. cap. 2. poſt med. in illud, Deduc lachrymas. pag. 428. columna 2. littera B. tom. 1.*

38. Compunctio non debet eſſe nimia, ne vergat ad deſperationem, ſed moderata, non excludens exultationem. *Serm. 3. Dedicationis circa med. pag. 367. col. 2. tom. 3.*

S. Bonavent.

39. Contritio debet eſſe moroſa & intenta, non perfunctoria, ſolitaria non publica, integra non diminuta, ordinata non confuſa, propria non aliena, gemebunda noo delicioſa, juſta non ſimulata. *Tit. 2. Diata. cap. 2. in princ. pag. 281. col. 1. C. tom. 6. part. 1.*

S. Cæsarius Arelatens.

40. Sapiens ſemper in compunctione eſt. *Hom. 29. poſt init. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 774. colum. 1. C. edit. Coloniæ 1618.*

41. Tota incumbendum eſt ſpiritûs compunctione, ut vetuſta mala tanquàm ſagittæ quædam de conſcientiæ viſceribus evellantur. *Ibidem, ante med. pag. 77. col. 2. E.*

42. Multa opus eſt contritione, ad ſanandos ipſius cordis dolores. *Ibidem.*

Cassiodorus.

43. Dominus neſcit differre, quem compuncto corde ſibi ſenſerit ſupplicace. *Sup. Pſalm. 119. verſ. 1. Ad Dominum cum tribularer clamavi, &c. folio 194. columna 4.*

44. Anima in ſe funditur, quoties compunctionis inſtinctu in ſemetipſam cevertitur. *Sup. Pſ. 41. ante med. verſ. 4. fol. 63. col. 3.*

45. Ille quærendus eſt Chriſtianis gemitus, qui cordis compunctione peragitur, cùm & malorum noſtrorum reminiſcimuc, & futuræ pœnæ conſideratione terremur. *Sup. Pſ. 6. circa med. verſ. 6. Laboravi in gemitu meo. fol. 11. col. 2.*

Dydimus.

46. Conceptus de peccatis dolor, pœnitentis mentem puram efficit. *Et hab. apud D. Ioannem Damaſc. lib. 2. Parallel. cap. 86 poſt medium, folio 99. pagina 2. littera B.*

S. Doroth.

47. Non abſque cordis compunctione poſſibile eſt malitiam deſerere, aut virtutis quippiam omninò poſſidere. *Doctrina 1. ante med. apud Bibl. Patrum, tom 4. pag. 765. col. 1. C.*

S. Eligius.

48. Omnis vita Chriſtiani ſempec in pœnitentia, & compunctione debet conſiſtere. *Hom. 6. in principio, apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 239. col. 1. D. edit. Colonia 1618.*

49. Omnipotens Deus contritionem quærit, flentibus flectitur, lugentes lætificat, pœnitentibus præſto eſt. *Ibid. Hom. 11. ſub finem, pag. 248. col. 2. E.*

S. Ephr.

50. Theſaurus ſecurus eſt compunctio cordis, gaudioque ineffabili exultat anima compunctione ditata. *De judicio extremo, ſub finem, pagina 237. littera C. tom. 1.*

S. Eusebius Emissen.

51. De contritione animi cedimuntur crimina voluptatum. *Hom. 10. ad Monach. in princ. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 1 pag. 586. col. 2.*

52. Accendenda eſt compunctio, cecordatione futuri judicii. *Ibidem, in medio, pagina 587. columna 1. littera B.*

S. Fulgent.

53. Lachrymæ quæ ex compunctione cordis procedunt, & inimicum vincunt, & nobis donum lætitiæ triumphalis acquirunt. *Epiſt. 4. ad Probam. cap. 5. in med. apud Bibl. Patrum, tom. 6. part. 1. pag. 534. col. 2. G. edit. Coloniæ 1618.*

Gillebertus Porret.

54. Bona contritio nihil relinquit indiſcuſſum, nihil tumidum, nihil non humiliatum. *Serm. 15. ſup. Cant. poſt med. inter opera Div. Bernardi, volumine 2. folio 13. col. 1. A.*

Gloss ord.

55. Sola cordis contritio non delet peccatum, ubi copia ſacerdotis habetuc. *Apud Gratianum in decretis fol. 376. col. 1. edit. Lugdun. 1540.*

Gloss. ord.

56. Mentis contritio, non oris locutio Dominicam pietatem inflectit. *Sup. Orat. Manaſſes in illud, Peccavi Domino. col. 1270. D. tom. 2.*

Gloss. Int.

57. Non dimittit Deus peccata, niſi in tribulatione & cordis compunctione. *Sup. Tobiam cap. 3. col. 1511. B. tom. 2.*

S. Greg. mag.

58. Vis compunctionis poros cordis aperit, & pennas virtutum fundit: cumque ſe ſtudioſè mens de pigra

vetuſtate redarguit, alacri novitate juveneſcit. *Lib. 31. Moral. cap. 18. ante finem, num. 33. column. 1085. A. tom. 1.*

S. Greg. mag. 59. Quiſquis peccata plangit, nec tamen deſerit, cor quidem conterit, ſed humiliare contemnit. *Proſecutio.*

60. Qui peccata jàm deſerit, nec tamen plangit, ſe quidem humiliat, ſed conterere recuſat. *Part. 3. Paſtoralis, cap. 1. Admon. 31. paulò ante fin. ſup. illud, Pſ. 50. Cor contritum & humiliatum, &c. columna 1311. littera C. tom. 1.*

61. Principaliter compunctionis duo ſunt genera, timor & amor. *Proſ.*

62. Perfecta compunctio formidinis, tradit animum compunctioni dilectionis. *Lib. 3. Dialog. cap. 34. in princ. columna 1414. B. tom. 1.*

63. Cordis duritiem imber compunctionis emollit. *Proſ.*

64. Continuo luctu dolor maculas carnis diluit. *In 7. Pſalmos pœnit. ſup. Pſal. 1. verſ. 6. in fine, col. 540. B. tom. 2.*

65. Sperandum nobis eſt, quia ibi pœnitentiæ locus non deerit, ubi hominum compunctio locum invenit. *Ibidem, ſup. Pſalm. 6. verſ. 7. in fine, columna 622. littera D.*

66. Cùm mentem elatio erigit, ſummi protinùs compunctio amoris recedit: cùm verò ſuperna gratia viſitat, ſtatim per lachrymas ad ſua deſideria inſtigat. *Libr. 9. Moral. cap. 33. in fine, columna 332. littera D. tom. 1.*

67. Si virtus compunctionis in intimis aliquem afficit, omnis ſtrepitus pravæ ſuggeſtionis obmuteſcit. *Ibidem, lib. 3. cap. 19. poſt medium, num. 25. columna 90. littera D.*

68. Qui veraciter intùs dolet, quæ agenda foris, quæve non agenda ſint, fortiter prævidet. *Ibidem, libr. 3. cap. 19. poſt medium, num. 25. columna 90. littera C.*

69. Illum quem conſpicis delicta fletu dolere, in conſpectu divinitatis, non dubites miſericordiam conſequi. *Lib. 7. in Regiſtro indict. 2. cap. 53. Ep. 53. ad Secundinum, poſt med. col. 954. A. tom. 2.*

70. Grave pondus criminis deponi non poteſt, niſi auſteritate magnæ compunctionis. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 2. circa med. col. 1494. D. tom. 2.*

S. Hieronym. 71. Nullum munus Deo acceptabilius eſt, quàm compunctio cordis prolata ex radice veræ dilectionis. *Lib. 3. ſup. Lament. Hierem. cap. 2. pagina 361. lit. B. tom. 5.*

S. Hilarius. 72. Longi temporis crimina in ictu oculi pereunt, ſi cordis nata fuerit compunctio. *Et hab. apud Bedam in ſuis ſcintillis cap. 9. col. 386. tom. 7.*

Hugo a S. Victore. 73. Compunctionis unda extinguit libidinis flammam, vitiorum temperat æſtus, mentium ſordes lavat, carnalium deſideriorum reſtinguit ſitim. *Libr. 1. de Nuptiis, cap. 3. in principio, pagina 168. littera G. tom. 2.*

74. Contritio ſine opere, fructus eſt ſine maturitate: opus verò ſine contritione, flos eſt ſine fructo. *Lib. 1. Miſcell. codic. 1. tit. 104. in fine, pagina 93. C. tom. 3.*

Joan. Cass. 75. Frequenter per ineffabile gaudium, & alacritatem ſpiritus ſaluberrimæ componctionis fructus emergit. *Collat. 9. Abbat. Iſaac. cap. 27. in principio, pagina 521.*

S. Joannes Chrysost. 76. Homo dolere ſemper debet præterita vetuſta, mala commiſſa, malè cogitata, peſſimè delectata, inordinatè dicta. *Homil. ſup. Pſ. 84. in princ. col. 754. B. tom. 1.*

77. Nihil ita conglutinat animam, atque unit Deo, ut lachrymæ compunctionis. *Hom. 6. ſup. Mat. poſt med. col. 64. B. tom. 2.*

78. Peccantes non dolere, magis Deum indignari facit & iraſci, quàm peccare. *Homil. 46. ad Populum Antiochenum, ab initio, columna 325. littera C. tom. 5.*

S. Joannes Chrysostom. 79. Sicut impoſſibile eſt ut ignis in aqua, ita impoſſibile eſt compunctionem cordis vigere in deliciis. *Libr. 2. de Compunctione cordis. ante med. col. 588. lit. C. tom. 5.*

80. Cordis compunctio ſola eſt, quæ facit animam horreſcere purpuram, deſiderare cilicium, amare lachrymas, fugere riſum. *Proſ.*

81. Cordis compunctio ſola eſt, quæ, ſicut ignis omne animæ vitium perurit & adimit, & quantacunque in ea reperit mala, abſtergit univerſa, & penitùs delet. *Ibidem, ante med. col. 589. A.*

82. Sicut pulvis non poteſt ſtare ante faciem venti, ita nihil malarum cogitationum in anima reſidere poteſt, ubi compunctio cordis affuerit. *Ibidem.*

83. Hæc humiliati cordis eſt vera compunctio, magna agere & humilia loqui, juſta operari & timere ac tremere. *Ibid poſt med. col. 591. C.*

84. Deus contritionem quærit, & fletibus flectitur. *Ser. de Pœnit poſt med. col. 903. A. tom. 5.*

85. Ingemiſce cùm peccas, non quia es caſtigandus; ſed quòd offenderis Dominum tuum uſque adeò manſuetum, qui ſic te amat, ſic inhiat ſaluti tuæ, ut & filium tradiderit pro te; propter hæc ſuſpira, idque facito jugiter. *Sup. Ep. 2. ad Cor. in medio Moralis. col. 721. B. tom. 4.*

86. Talis eſt contritio cordis, ut ſive injurietur, ſive patiatur, ſilet & non impellit ad vindictam. *Hom. 9. ſup. Epiſt. ad Hebræos. ante med. Moralis. col. 1726. D. tom. 4.*

S. Isidorus Hispalens. 87. Quiſque dùm peccatorum memoria compungitur ad lamenta, tunc Dei ſe præſentia ſciat viſitari. *Proſec.*

88. Quia quando id quod ſe admiſiſſe recolit, interiùs dolore erubeſcit, ſuoque judicio pœnitendo jàm punit. *Lib. 2. de ſummo bono. cap. 12. ſent. 5. pag. 643. col. 1.*

89. Hoc ipſo quo quiſque de facto ſuo erubeſcit, ipſe ſibi jàm judex eſt. *Ibidem, cap. 20. ſent. 5. pag. 647. col. 1.*

S. Laurent. Justin. 90. Nullum tàm immane ſcelus eſt, quod non cordis compunctione deleatur. *Part. 1. de caſto connubio. cap. 7. ſub fin. pag. 155. col. 1. B.*

91. Vis compunctionis, veræ patientiæ fundamenta diſponit. *De ligno vitæ part. 1. tract. 5. de patient. cap. 6. ab initio. pag. 40. col. 2. F.*

92. Qui ignorat ſe, neſcit compungi, ſe humiliare dedignatur: & cum ſit delictorum ulceribus plenus, incolumem ſe eſſe arbitratur. *Part. 2. de humilit. cap. 2. in med. pag. 660. col. 1. D.*

Ludovicus Blosius. 93. Non attendit Deus, ſi veram habes contritionem, qualis aliquando fueris, ſed qualis modò ſis, aut eſſe cupias. *In Speculo ſpiritual. cap. 9. poſt med. pag. 57. col. 1.*

94. Si alicui dolor contritionis deeſt, ſaltem doleat ſe non dolere, nam hoc quoque dolor eſt. *In Apologia pro Thaulero. cap. 4. in fine, pag. 425. col. 1.*

Origen. 95. Quantò plus compungimur, tantò plus nobis peccatorum vincula laxantur. *Homil. 4. in cap. 6. Iſaiæ circa med. pag. 353. col. 2. E. tom. 1.*

Petrus Cellensis. 96. Non levi & momentaneâ compunctione, gravis culpa detergitur. *De Panibus cap. 25. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 672. columna 1. lit. D. edit. Coloniæ 1618.*

S. Prosper. 97. Benè currit ad remiſſionem peccatorum, qui diſplicet ſibi. *Sent. 187. in fine tomi 3. operum D. Auguſt. pag. 752. C.*

Rich. a S. Victore. 98. Quantò meliùs malum quis quod fecit in ſe videt & agnoſcit, tantò ampliùs plangit. *Part. 1. tract. 1. de ſtatu interior. hom. cap. 24. poſt init. pag. 48. columna 2. littera A.*

99. Debet dolor noſter & acriùs per compunctionem nos intùs urgere, & exteriùs apparere: intùs ad remedium, foris ad exemplum. *Ibidem.*

100. Omnis

RICH. A S. VICTORE.

100. Omnis homo prius compungitur timore, poſtmodùm verò compungitur amore. *Prof.*

101. Compunctio timoris amaritudinem habet, compunctio amoris dulcedinem. *Libr. 2. de Contempl. cap. 17. poſt med. pagina* 254. *columna* 2. *lit. D. part.* 1.

102. Cordis intima nihil adeò purgat, mentiſque munditiam nihil adeò reparat, nihil ſic ambiguitatis nebulas detergit, cordiſque ſerenitatem nil meliùs, nil citiùs adducit, quàm vera animi contritio, quàm profunda & intima compunctio. *Part.* 1. *libr.* 4. *de Contempl. cap.* 6. *ante med. pag.* 288. *columna* 1. *A.*

THOMAS A KEMPIS.

103. Nemo dignus eſt cœleſti conſolatione, niſi diligenter ſe exercuerit in ſancta compunctione. *Lib.* 1. *de Imit. Christi. cap.* 20. *ſect.* 5. *pag.* 337. *tom.* 2.

104. Quando homo eſt perfectè compunctus, tunc gravis & amarus eſt ei totus mundus. *Ibidem, cap.* 21. *ſect.* 4.

S. VINCENT. FERRARIUS.

105. Contritio ſi vera eſt, non eſt ſine humilitate. *Serm.* 4. *infra octav. Aſcenſ. ante finem, folio* 68. *columna* 4.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES.

106. Anima de peccato commiſſo pudens, conſequitur à Deo veniam. *Libr.* 1. *Theolog. cap.* 4. *in fine. tom.* 1.

CICERO.

107. Eò gravior eſt dolor, quò culpa major. *Tom.* 3. *lib.* 11. *Epiſt. ad Atticum. Epiſt.* 11. *in fine, col.* 468. *littera G.*

SENECA.

108. Graviùs punior nunc, cùm me peccaſſe pudet, quàm cùm peccavi. *Lib.* 3. *Controverſ.* 23. *poſt init. pag.* 178. *tom.* 1.

Conceptio immaculata B. Mariæ Virginis.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS.

1. CONCEPTUS virginalis ſine ullo fuit mortalis originis inquinamento. *Lib.* 1. *de Apologia David, cap.* 11. *in fine, col.* 1193. *A. tom.* 4.

2. Suſcipe me non in carne, quæ in Adam lapſa eſt: ſuſcipe me, non ex Sara, ſed ex MARIA, ut incorrupta ſit virgo, ſed virgo per gratiam, ab omni integra labe peccati. *Sup. Pſalm* 118. *verſ. ultimo poſt init.*

3. Decebat ut Chriſti conceptio de matre puriſſima fieret; nempè decens erat, ut ea puritate qua major ſub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret. *Lib.* 1. *de Conceptu virginali. cap.* 18. *in princ.*

S. ANDRÆAS APOST.

4. Sicut primus Adam formatus fuit ex terra, antequàm eſſet maledicta: ita ſecundus formatus eſt ex terra virginea, nunquàm maledicta. *Et habetur apud Ferdinand. de Salazar. lib. de Immacul. Concept. B. M. Virginis. cap.* 42. *poſt medium. pag.* 357. *columna* 2. *littera D.*

S. ANSELMUS.

5. Qui diem beatæ MARIÆ Conceptionis tollit Eccleſiæ Dei, aut non attendit benè, aut attendere negligit, vel neſcit bonum, quod indè procedit creaturæ Dei. *Et habetur in Gloſſa ordin. tom.* 6. *ſup. illud Rom.* 5. *In omnes homines mors pertranſiit. col.* 69. *lit. C.*

6. Perſpicuum eſt quod in Virgine nulla potuit eſſe peccati macula. *Libr. de Conceptu virginali. cap.* 8. *in principio.*

7. Nulli dubium eſt, caſtiſſimum corpus, & ſanctiſſimam animam Virginis MARIÆ, funditùs ab omni fuiſſe macula peccati protecta. *De Excellentia Virginis. cap.* 3. *in princ.*

8. Pura ſanctitas, & ſanctiſſima puritas pii pectoris Virginis MARIÆ, omnem omnis creaturæ puritatem ſive ſanctitatem tranſcendens incomparabili ſublimitate, hoc promeruit, ut reparatrix perditi orbis digniſſimè fieret. *Ibidem, cap.* 9. *in princ.*

S. AUGUSTIN.

9. Dicit Deus, Creator hominis, filius hominis: Quid eſt quod te permovet in mea nativitate? non ſum libidinis conceptus cupiditate: ego Matrem, de qua naſcerer, feci: ego viam meo itineri præparavi, atque mundavi. Hanc quam tu deſpicis, Manichæe, Mater mea eſt, ſed manu fabricata eſt mea. *Tom.* 6. *de quinque Hereſibus cap.* 5. *in medio. pag.* 27. *B.*

10. Cùm de peccatis agitur, exceptâ ſanctâ Virgine MARIA, de qua propter honorem Domini, nullam prorsùs habere volo quæſtionem. *De natura & gratia cap.* 36. *circa init. pag.* 306. *C. tom.* 7.

11. Porta clauſa ſignaculum eſt pudoris, & immaculatæ carnis Virginis MARIÆ integritas: non enim eſt violata partu, quæ magis eſt ſanctificata conceptu. *Serm.* 2. *de Nativit. & in ord.* 6. *in princ. pag.* 404. *C. tom.* 10.

S. BERNARD.

12. Intuere obſecro quale ſit iſtud, quàm novum, quàm admirabile, quàm amabile, quàm jucundum: quid enim glorioſius, quàm ſancta & ſincera conceptio, in qua nihil ſordis eſt, nihil corruptionis? *Serm. in vigilia Nat. Dom. poſt init. folio* 12. *col.* 3. *G.*

13. Innocens fuiſti, ô MARIA, ab originalibus, & ab actualibus peccatis. Nemo ita præter te. *Profec.*

14. Undè authoritas Auguſtini: Cùm de peccatis agitur, nullam de Beata MARIA volumus fieri mentionem.

15. Ex eo enim majorem credimus ei collatam virtutem ad vincendum ex omni parte peccatum, quæ concipere & parere meruit eum, qui nullum habuit peccatum.

16. Ex omni, inquit, parte, hoc eſt, ex parte originalis, & ex parte actualis peccati.

17. Ego pia fide opinor, in utero matris tuæ, ab originalibus te abſolutam peccatis: nec vana eſt fides, nec opinio falſa. *Ser.* 4. *ſup. Salve Regina. circa med. fol.* 365. *col.* 3. *I.*

18. Tu proceſſiſti, ô MARIA, ut aurora lucida & rubicunda, quia ſuperatis originalibus peccatis in utero Matris, nata es lucida cognitione veritatis, & rubicunda amore virtutis. *Profec.*

19. Indè eſt quod nativitatem tuam ſanctam, ſancta Eccleſia feſtivis celebrationibus honorat, quod alias non faceret.

20. Cùm igitur tàm claræ authoritates divinæ, tuam ab utero teſtentur innocentiam, quis ultrà dubitet ſanctam te & immaculatam huic mundo progenitam? *Ibid. poſt med. fol.* 365. *col.* 4. *lit. K.*

21. Non eſt in filiis hominum magnus vel parvus, tantâ præditus ſanctitate, nec tantæ Religionis privilegiatus honore, qui non in peccatis fuerit conceptus, præter Matrem immaculati, peccatum non facientis, ſed peccata mundi tollentis. *Ser.* 13. *inter.* 15. *de Cœna Dom. poſt init.*

S. BERNARDIN. SENENS.

22. Non eſt credendum beatam Virginem fuiſſe conceptam in peccato originali: ſed magis pium eſt credere, quod non fuerit in peccato originali concepta, quàm credere quod ſit. *Tom* 3. *ſer.* 49. *fer.* 3. *poſt Paſcha. part.* 1. *ante med. pagina* 427. *col.* 2. *E.*

23. Congruum erat quod virgo benedicta eſſet immaculata propter tria.
- Primò, propter diaboli confuſionem.
- Secundò, propter noſtram interceſſionem.
- Tertiò, propter divinam diſpenſationem. *Tom.* 4. *ſer.* 4. *de Concept. V. Mariæ. art.* 2. *cap.* 1. *ante fin. pag.* 109. *col.* 2. *B.*

24. In Apocalypſi 9. clamabat Aquila, Væ, væ, væ, habitantibus in terra: fuit Beata Virgo ſine primo væ, hoc eſt, ſine tyranno concupiſcentiæ peccati origina-

lis, quia ſine eo concepta eſt. *Tom. 4. ſer. 6. de Annunt. B. Mariæ. art. 1. cap. 1. circa med. pagin. 121. columna 2. litt. C.*

S. Bernardin. Senens. 25. Salomon ait. Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula (ſcilicet orginalis culpæ) non eſt in te. *Ibidem.*

S. Bonavent. 26. Domina noſtra fuit plena gratia præveniente in ſua ſanctificatione, gratia ſc. præſervativa contra fœditatem originalis culpæ, quam contraxiſſet ex corruptione naturæ; niſi ſpeciali gratia præventa præſervataque fuiſſet. *Profec.*

27. Solus enim Filius Virginis fuit ab originali culpa immunis, & ipſa Mater ejus virgo.

28. Credendum eſt enim quòd novo ſanctificationis genere in ejus confeſſionis primordio Spiritus ſanctus eam à peccato originali (non quod infuit, ſed quod infuiſſet) redemit, atque ſingulari gratia præſervavit. *Serm. 2. de beata ſemperque Virg. M. & in ord. 38. paulo ante med. pag. 355. columna 1. tom. 3.*

29. Sunt aliqui, qui ex ſpeciali devotione celebrant conceptionem beatæ Virginis, quod non audeo omninò reprehendere: quia, ut quidam dicunt, hæc ſolemnitas celebrari oon cœpit humana inventione, ſed divina revelatione: quod ſi verum eſt, ſine dubio bonum eſt ſolemnixare in ejus conceptione. *In librum 3. ſent. diſt. 1. part. 1. art. 1. quaſt. 1. poſt med. corporis. pag. 30. columna 2. littera C. D. tom. 4. Prof.*

30. Credo & confido de Virgine glorioſa, quòd ſi hanc quis ſolemnitatem celebrat, non ex amore vanitatis, ſed potiùs ex devotione Virginis, quòd benedicta Virgo devotionem ejus acceptat. *Ibidem.*

Concilium Trident. 31. Declarat tamen hæc ipſa ſancta ſynodus, non eſſe ſoæ intentionis, comprehendere in hoc decreto, ubi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam Virginem Mariam Dei genitricem, ſed obſervandas eſſe conſtitutiones felicis recordationis Sixti Papæ IV. ſub pœnis in eis conſtitutionibus contentis, quas innovat. *In decreto de peccato origin. ſeſſ. 5. in fine.*

S. Cyprian. 32. Non ſuſtinuit juſtitia, ut illud vas electionis communibus laceſſeretur injuriis. *Tom. 3. de Nativ. Christi. cap. 2. circa medium, pagina* 448. *columna* 1.

Dionysius Carthus. 33. Maria, ſemper fuiſti ſine omni væ culpæ per gratiam, ſicut filius tuus per naturam. *Profec.*

34. Originale namque peccatum nunquàm contraxiſti, quemadmodum & peccatum actuale nullum commiſiſti. *De Perfectione charitatis. art. 49. ante med. ſup. Ave Maria. folio 228. pag. 2.*

S. Eligius. 35. Nequaquàm immunda judicatur, quæ ſancto Spiritu obumbrante totius munditiæ & ſanctitatis authorem genuiſſe probatur. *Homil. 2. poſt initium, apud Biblioth. Patrum, tom. 2. col. 135. lit. E. edit. Pariſienſ.* 1610.

S. Ephræm. 36. Inviolata, integra, planeque pura ac caſta Virgo Dei genitrix Maria, ſublimior cœleſtibus, candidior ſolis radiis, atque fulgoribus honoratior, Cherubim perſpicacior, ſanctior Seraphim, & univerſis glorioſior. *Tom. 3. de ſanctiſſima Virginis laudibus. in princ. pag. 705. D.*

37. Immaculata & intemerata, incorrupta & prorsùs pudica, atque ab omni ſorde ac labe peccati alieniſſima, Virgo Dei ſponſa ac Domina noſtra fuiſti. *Tom. 3. in Orat. ad ſanctiſſimam Dei genitricem. in princ. pag. 708 C.*

Gloss. ord. 38. Sermonem ſuum ita temperavit Apoſtolus, ut nihil prorsùs adferat præjudicii adversùs veritatem illam, quàm de immaculata Virginis conceptione una cum Eccleſia ſancta tenemus. *Tom. 6. ſup. Ep. ad Rom. cap. 5. columna 67. littera B. in illud, In omnes homines mors pertranſiit.*

39. Maria puriſſima fuit quantum ad omnem culpam, quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit. *Ibidem.*

40. Sicut primus Adam fuit ex terra virgine, & nunquàm maledicta: ita decuit in ſecundo Adam fieri; (ſcilicet Chriſto) cujus terra (ideſt Mater virgo Maria) nunquam fuit maledicta. *Ibidem.*

41. Si Hieremias, qui lugentibus erat Propheta futurus, in vulva eſt ſanctificatus: & præcurſor Domini Joannes Spiritu ſancto ex utero Matris eſt repletus, quis dicere audeat totius ſeculi propitiatorium, & unici Filii Dei dulciſſimum reclinatorium, mox in ſuæ conceptionis exordio Spiritus ſancti gratiæ illuſtratione deſtitutum? *Ibidem, &c. littera C.* Gloss. ord.

42. Quomodo Matrem carnis ſuæ Dominus ſanctificaverit, audiamus, ut indè lætetur Catholicus, & immundus confutetur hæreticus, omnem quippè nævum tàm originalis quàm actualis culpæ in ea delevit: ſic qui carnem de carne ejus ſumens, eandem in divinam munditiam transformavit. *Ibidem, col. 70. littera E.*

43. Ave Maria electa & inſignis inter filias, quæ immaculata ſemper extitiſti ab exordio tuæ creationis, quia paritura eras Creatorem totius ſanctitatis. *Ibidem.*

44. Sexto idus Decembris, conceptio ſanctæ Mariæ perpetuæ Virginis. *Ibid.*

45. Virgo eſt lilium immaculatum, ſublimior Angelis facta eſt, ſuperior ipſis Cherubim & Seraphim, placens Chriſto Regi, à Deo in honore habita, tamquam ancilla digna & Mater ſancta, Mater immaculata. *Ibid. col. 71. E.*

46. Pura ac caſta, & impolluta ac ſancta Maria Virgo fuit. *Serm. 1. de Annunt. B. Mariæ. poſt medium, apud Biblioth. Patrum, tom. 3. pag. 40. col. 2. lit. F.* S. German.

47. Immaculatam induta es veſtem, & cingulo continentiæ ac pudicitiæ cincta es. *Ibidem, ſerm. 2. poſt init. pag. 41. colum. 1. D.*

48. Puritatis ac integritatis, immaculatum habitaculum fuiſti. *Ibidem.*

49. Virgo inviolata ac immaculata, omniſque corruptionis expers fuit. *Ibidem, ſerm. 3. in princ. pag. 43. col. 2. F.*

50. Ave immaculata; ave quæ in utero matris tuæ Evæ mortem demeruiſti. *Ibidem, ſub finem, pag. 44. col. 1. D.*

51. Virgo fuit planta incorruptionis, & paradiſus immortalitatis. *Serm. 2. de laudibus B. M. ſtatim à medio, apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 135. col. 1. lit. C. edit. Coloniæ* 1618. Hesychius.

52. Nos virgam de radice Jeſſe, ſanctam Mariam Virginem intelligimus, quæ nullum habuit ſibi fruticem cohærentem. *Libr. 4. ſup. Iſayam, cap. 11. in princ. pag. 48. col. 1. A. tom. 5. ſup. illud, Egredietur virga, &c.* S. Hieronym.

53. Nubem levem debemus ſanctam Mariam accipere: nubes enim illa non fuit in tenebris ſed ſemper in luce. *Sup. Pſal. 77. poſt init. verſ. 17. Et deduxit eos in nube diei.*

54. Quidquid in Maria geſtum eſt, totum puritas & ſimplicitas, totum veritas & gratia, totum miſericordia & juſtitia fuit: & ideò immaculata, quia in nullo corrupta. *Tom. 4. Epiſt. 10. ad Paulam & Euſtochium. de Aſſumpt. B. Mariæ. circa medium, pag. 71. lit. B.*

55. Maria conſurgens eſt aurora, non in ortu ſuo cadens in peccatum ut cæteri: ſed in ortu ſuo immaculata ſurrexit, nec ullius peccati obnoxia fuit. *Sup. Cantic. cap. 6. folio 133. col 1. tom. 3.* Hugo Card.

56. Nullum colubri veſtigium fuit in Maria. *Sup. Iſayam. cap. 16. fol. 39. col. 2. tom. 4.*

57. O benedicta Virgo Maria! benedicta ante ortum, in ortu & poſt ortum. *De Contempl. Virginis Mariæ. cap. 1. in principio, apud Bibliothecam Patrum, tom. 10. pagina 28. colum. 2. A. edit. Coloniæ* 1618. Idiota.

IDIOTA. 58. Tota pulchra es, ô pluſqnam glorioſa Virgo MARIA! in tua conceptione; ad hoc ſolum effecta, ut templum eſſes Dei altiſſimi. *Ibidem, cap. 2. in princ. pag. 28. col. 1. littera C. D.*

59. Tuæ glorioſæ animæ nihil unquam affuit turpitudinis, vitii, aut peccati, & nihil defuit ſpiritualis pulchritudinis, gratiæ, & virtutis. *Ibidem.*

60. Tota pulchra es, Virgo glorioſiſſima, non in parte ſed in toto, & macula peccati ſive mortalis, ſive venialis, ſive originalis non eſt in te, nec unquam fuit, nec erit. *Ibidem, cap. 44. in med. pagin. 28. columna 2. litt. E.*

61. Fuiſti, ô dulciſſima Virgo MARIA! vas innocentiæ puriſſimæ ſine macula & labe, & virginitatis primipila. *Ibidem, cap. 6. in princip. pagina 29. columna 2. littera H.*

62. Inveniſti, virgo MARIA, gratiam cœleſtem, quia fuerunt in te ab originis labe præſervatio, Angelica ſalutatio, Spiritus ſancti ſuperventio, & Filii Dei conceptio. *Ibidem, cap. 6. circa initium pagina 30. col. 1. A.*

S. IGNATIUS MART. 63. In MARIA matre JESU, humanæ naturæ natura ſanctitatis Angelicæ ſociatur. *Epiſt. 1. ad S. Ioann. in fine apud Bibl. Patr. tom. 1.*

S. ILDEPHONS. 64. Quid incorruptius, quid ſincerius, quid integrius, quid ſolidius virgine MARIA? *De Virginitate B. Mariæ. cap. 10. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 443. col. 2. E. edit. Coloniæ 1618.*

65. Cum conceptu virgo, per conceptum virgo, in conceptu virgo, poſt conceptum virgo. *Ibid. cap. 1. ſub. fin. pag. 433. col. 2. G.*

66. Ab omni preſſura maledictionis, non ex ſeſe, ſed ex virtute Altiſſimi, immunis & aliena fuit. *Ibid. in lib. contra eos qui diſputant de virginit. B. M. circa init. pag. 447. col. 2. H.*

67. MARIA culpam corruptionis non habuit. *Ibid. poſt init. pag 448. col. 1. A.*

68. Conſtat beatam MARIAM, ab omni originali peccato immunem fuiſſe. *Ibidem, ante med. pag. 449. col. 1. A.*

69. Eximiæ pietatis eſt beatiſſimam Virginem prædicare incorruptam, & incontaminatam, & ab omni contagione primæ originis confiteri alienam. *Ibidem, paulò ante med. pag. 450. col. 1. A.*

70. Beata & intemerata virginitas, immaculata & incorrupta permanſit, nullis coinquinata ſordibus. *Ibid. in med. pag. 450. col. 1. D.*

71. MARIA virgo non ſic eſt nata ſicut ſolent pueri, vel puellæ naſci: ſed de Anna ſterili, & Patre jàm ſene, mundo corde & corpore ab omni pollutione carnali orta eſt. *Ibidem ſer. 3. de Nativ. B. M. à medio, pagina 472. col. 1. B.*

S. JOANNES DAMASC. 72. O beatos Joachim lumbos, ex quibus ſemen omninò immaculatum fluxit! ô præclaram Annæ vulvam, ex ea auctus atque formatus fuit fœtus ſanctiſſimus. *Orat. 1. de Nat. B. M. Et hab. in Gloſſa ord. tom. 6. ſup. Ep. ad Rom. cap. 5. col. 70. F.*

73. Ipſa πρὸ συλλήψεως ἁγνὴ ante conceptionem pura fuit. *Ibidem.*

JOAN. GERS. 74. MARIA Virgo ſine peccato originali concepta fuit. *Part. 3. tract. 1. ſup. Magnificat. Notula 2. paulo ante med. fol. 415. col. 4. L.*

75. Beata Virgo nulli unquam peccato ſubjacuit, nec originali quidem; alioquin caput draconis (initium videlicet peccati) nequaquam contriviſſet, quin potiùs ſerpens ſe virginis caput priùs attriviſſe & conculcaſſe gloriari potuiſſet. *Part. 4. in cloat. de Angelis. in princ. fol 4. col. 1. X.*

76. O Virgo mater fuiſti, & es virginalis terra ſine corruptione, & ſine maledictione. *Part. 4. ſerm. Dom. Sexageſ. in princ. fol. 73. col. 3. L.*

77. Tota pulchra eſt amica Dei noſtri omni tempore, in ſua conceptione & poſt, abſoluta & libera à damnifero tyranno, peccato originali. *Part. 4. ſerm. de Concept. Virg. M. ante med. fol. 110. columna 1. A.*

IOAN. GERS. 78. Juſtum eſt quod Regina Cœli, & Magiſtra Angelorum contriverit caput ſerpentis, id eſt, infernalis inimici, ut non ſit ullo tempore membrum ſuum, & ſubjecta ejus. *Prof.*

79. Alioquin ſemper poſſet improperare ipſi diabolus, & per irriſionem dicere: Ecce mulierem, quæ contrivit (ut inquit) caput meum, ſed priùs calcavi caput ſuum per peccatum originale.

80. Ecce dominam, quæ dicitur tota pulchra; ſed ſub me fuit maculata, contaminata, & proſtituta per peccatum originale.

81. Ecce amicam Regis veſtri, ſed ipſius ego primùm Rex fui, & dominus per peccatum originale.

82. Ecce illam, quæ ſe dicit domicilium, & matrem virtutum: ſed prius ipſa obedivit mihi, & me hoſpitio ſuſcepit per peccatum originale.

83. O Deus optime & potentiſſime! abſit ut eo modo irridere poſſit tuus & noſter inimicus, de immaculata Filii tui Matre, ac Spiritus ſancti ſponſa. *Part. 4. de Concept. Virg. M. ante med. fol. 110. col. 2. B.*

84. Credendum eſt & tenendum, quòd domina noſtra non fuit unquàm in conceptione ſua, & pòſt, niſi tota pulchra, viva, pura, & munda. *Ibidem, ſtatim à medio. folio 110. col. 3. F.*

85. Cùm Doctores multas addiderint veritates ultrà Apoſtolos; quapropter dicere poſſumus hanc veritatem, Beatam MARIAM non fuiſſe conceptam in peccato originali, de illis eſſe veritatibus quæ noviter ſunt revelatæ & declaratæ, tàm per miracula, quàm per majorem partem Eccleſiæ ſanctæ. *Ibidem, poſt med. conſiderat. 1. fol. 111. col. 3. Q.*

86. Conſiderata multitudine Doctorum novorum & Prælatorum Eccleſiæ, qui dicunt hanc opinionem veram eſſe, dominam ſcilicet noſtram ſemper fuiſſe totam pulchram ſine ulla turpitudine peccati orginalis, venialis, & actualis, ſecurius eſt ſic tenere, quàm oppoſitum. *Ibidem, conſid. 2. fol. 111. col. 4. R.*

87. Aliud eſt modò, quàm tempore ſancti Bernardi: veritas magis eſt elucida, & celebratur immaculatæ Conceptionis ſolennitas Virginis MARIÆ, quaſi per univerſalem Eccleſiam Romanam & alibi. *Profec.*

88. Quare non eſt periculum conſcientiæ, vel culpabilis erroris, vel præſumptionis, celebrare hanc ſolemnitatem, multò majus eſt, ipſam non celebrare. *Ibid. conſiderat. 4. folio 115. col. 4. lit. S.*

IOAN. GERS. & S. LAURENT. JUSTIN. 89. A pœna originalis delicti, nemo quamvis eximia polleat ſanctitate, liber exiſtit, exceptis duntaxat mediatore Dei & hominum homine CHRISTO JESU, & ipſius Matre. *Part. 1. de caſto connubio, cap. 7. circa med. pag. 153. col. 2. A. B.*

90. Nemo ab ipſo mundi initio uſque ad temporis plenitudinem, exceptis Mediatore ejuſque Genitrice jugum dominationis originalis peccati evaſit. *Part. 1. in Faſciculo amoris, cap. 7. ante finem, pagina 239. col. 1. F.*

91. Ab originali delicto nullus excipitur præter illam, quæ genuit mundi Salvatorem. *Part. 2. de perfect. gradibus, cap. 1. circa medium, pagina 704. columna 1. littera B.*

JOAN. TRITH. 92. Cum Doctoribus Gymnaſiorum Pariſienſis, Colonienſis, Heydelbergenſis, Erfordenſis, Vienneſis, Lipſenſis, Tubingenſis, Iugolſtadienſis, Baſileenſis, Moguntinenſis, aliorumque multorum, & omnibus penè ordinibus Chriſtique fidelibus per univerſum orbem Chriſtianum diffuſis, Conceptionem Dei Genitricis & Virginis MARIÆ puram ac immaculatam venerari non timeo. *Ep. 33. de Concept. Immacul. B. M. in fine.*

93. Beatiſſima Dei Genitrix ſemper intacta virgo MARIA, ſicuti nunquàm originali maculæ ſubjacuit, ita nunquàm actualiter peccavit. *Libr. 1. de*

de Miracul. Beata Virginis Maria cap. 5. in titulo, pagina 1141.

JOAN TRITH. 94. Joannes Baptiſta & Hieremias in utero ſanctificati fuiſſe memorantur ab originali macula, quam contraxerant more cæterorum: ſed MARIA nullum originale contraxit peccatum; & ideo ſemper innocens, ſemper Deo placens, & pura manſit in æternum. *Ibid. poſt init. pagina* 1141. *col.* 2.

ORIGIN. 95. MARIA virgo neque perſuaſione ſerpentis decepta eſt, neque ejus afflatibus infecta. *Hom.* 1. *in diverſ. ante fin. pag.* 275. *col.* 2. *D. tom.* 2.

PETR. BLES. 96. Indubitanter verum eſt, quia beatiſſima virgo nunquàm novit peccatum, nec experimento ſcivit. *Ser.* 23. *de S. Maria Magdalene, in fine apud Bibl. Patrum, tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 872. *col.* 2. *E.*

S. PETRUS DAMIANUS. 97. Caro virginia ex Adam aſſumpta, maculas Adæ non admiſit, ſed ſingularis continentiæ puritas in candorem lucis æternæ converſa eſt. *In ſerm. Aſſumpt. B. M. tom.* 2.

98. Quod rogo vitium in mente Virginis MARIÆ, vel corpore vendicare ſibi potuit locum, quæ adinſtar cœli, plenitudinis totius divinitatis meruit eſſe ſacrarium? *Serm.* 46. *de Nativ. B. M. ante med. pagina* 254. *columna* 1. *A. tom.* 2.

S. PETRUS MAURITIUS ABB. CLUN. 99. Nullo modo eſſe potuit, vel debuit (ipſa ratione hoc ipſum vociferante) ut Spiritus ſancti ſacrarium, Filii Dei reclinatorium, totius deitatis ſolium, qualibet, vel parva peccati nubecula ſubintraverit. *Lib.* 3. *Ep.* 7. *ad Gregor ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 83. *col.* 1. *D.*

RICH. A SANCTO VICT. 100. Nemo tàm ſanctus, qui maculam non habuerit, præter ipſam MARIAM. *Sup. Cant. in illud, Tota pulchra es,* &c.

RUPERTUS. 101. Uterus tuus, ô Dei genitrix, nulli viro, nulli carnali commercio acceſſibilis: & mens tua nulli vitio, nulli ſpirituali nequitiæ fuit unquàm penetrabilis. *Libr.* 4. *in Cant. cap.* 4. *poſt medium, in illud, Hortus concluſus pag.* 40.

102. Nullus eſt, qui non veraciter dicat, Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, præter me, & hunc unum & unicum, ſingularem & ſolum, quem ſine ulla iniquitate concepi, ego mater ſua itidem immaculatè concepta, & nunc incorrupta, mater in conceptu, intacta in partu, & poſt partum illæſa, & integra. *Ibidem, lib.* 5. *cap.* 5. *in illud, Venter ejus eburneus, pag.* 57.

THESIPHON Diſcipulus B. Jacobi majoris Apoſtoli. 103. Illa Virgo, illa MARIA, illa ſancta præſervata fuit à peccato originali in primo inſtanti ſuæ Conceptionis, & libera ab omni culpa: & qui ita non ſenſerit, non conſequetur ſalutem æternam. *Prof.*

104. Nequaquam Angelus Virgini diceret: Ave gratia plena; ſi in originali peccato fuiſſet concepta. *In ſuo volumine. Et habetur apud Ferdinandum de Salazar. de Immaculata Concept. B. M. V. cap.* 42. *pag.* 356. *col.* 2. *littera B. & C.*

S. THOMAS AQUINAS. 105. Quia in Beata Virgine fuit depuratio ab omni peccato, ideò pervenit ad ſummum puritatis. *Sup. lib. ſent. diſt.* 17. *quæſt.* 2. *art.* 4. *in corpore.*

106. Puritas intenditur per receſſum à contrario, & ideò poteſt aliquid creatum inveniri, quo nihil purius eſſe poteſt in rebus creatis, ſi nullâ contagione peccati inquinatum ſit: & talis fuit puritas B. Virginis, quæ à peccato originali & actuali immunis fuit. *Ibid. diſt.* 44. *quæſt.* 1. *art.* 3. *in reſp. ad* 3. *argum.*

107. Virum unum reperi, ſc. Chriſtum, qui eſſet ſine omni peccato: mulierem autem ex omnibus non inveni, quæ à peccato omninò immunis eſſet, ad minùs originali, vel veniali; excipitur puriſſima, & omni laude digniſſima Virgo Maria. *Lect.* 6. *in cap.* 3. *ad Galat. circa med. ſup. illud Eccleſ.* 7. *Non eſt qui faciat bonum. edit. Pariſienſ.* 1519. *&* 1541.

108. Non ſolùm B. MARIA à peccato actuali immunis fuit, ſed etiam ab originali, ſpeciali privilegio mundata. *In Compendio Theolog. opuſc.* 2. *cap.* 224. *in principio, ſup. illud Cantici, Tota pulchra es amica mea,* &c.

S. THOMAS A VILLA NOVA. 109. Decuit Matrem Dei eſſe puriſſimam, ſine labe, ſine peccato: undè non ſolùm quando puella, ſed quando parvula, ſanctiſſima, & in utero ſanctiſſima, & in conceptione ſanctiſſima. *Tom.* 1. *conc.* 3. *de Nat. B. M. ante finem.*

IN ALCORAN. 110. Nemo naſcitur de filiis Adam, quem non tangat Sathan, præter MARIAM & Filium ejus. *Azoate* 25. *circa med.*

Concordia.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, ET DIFFERENTIA.

ETYMOLOGIA.

S. ANTONIN. DICITUR concordia quaſi unitas cordium, ſeu voluntatum. *Part.* 4. *tit.* 5. *de Juſtitia. cap.* 20. §. 7. *in princ. fol.* 86. *columna* 4.

S. ANTONIUS DE PADUA. Concordia dicitur à corde uno, concordare enim eſt unius cordis fieri. *Serm. Dom.* 11. *poſt Trin. poſt med. folio* 242. *pag.* 2.

S. ISIDORUS HISPALEN. Concors à conjunctione cordis appellatur, nam ſicut conſors dicitur, qui ſortem jungit: ita ille concors dicitur, qui corde jungitur. *Lib.* 10. *Etymol. verbo Concors, pag.* 135. *columna* 1.

DEFINITIO.

ALANUS DE RUPA. Concordia eſt mutua amicorum unio una in voluntate. *Part.* 3. *Serm.* 4. *Regina* 2. *cap.* 23. *pag.* 235.

S. ANSELMUS. Perfecta concordia eſt, quæ in unam identitatem, & eandem unitatem convenit. *De Incarnat. cap.* 8. *prope initium.*

S. BONAVENT. Concordia eſt virtus concives & compatriotas in eodem jure, & cohabitatione, & ſpontaneè mectiens. *Part.* 3. *Centiloquii. ſect.* 44. *a medio, pag.* 88. *col.* 1. *D. tom.* 6. *part.* 1.

HUGO A S. VICTORE. Concordia eſt convenientia in recto animorum indirupta quædam & unita complexio. *De fructibus carnis & ſpiritus, cap.* 18. *in fine, pag.* 163. *A. tom.* 2.

S. THOMAS AQUINAS. Concordia eſt quædam unio voluntatum. *Secunda ſecundæ quæſt.* 29. *art.* 1. *argument.* 2. *pagina* 60. *columna* 1.

Concordia propriè ſumpta eſt ad alterum, in quantum ſcilicet diverſorum cordium voluntates ſimul in unum conſenſum conveniunt. *Ibidem.*

Concordia eſt unio appetituum diverſorum appetentium. *Ibidem, in corpore.*

DIFFERENTIA.

Differt concordia à pace, quia concordia importat unionem appetituum diverſorum appetentium: pax autem ſupra hanc unionem, importat etiam appetituum unius appetentis unionem. 2. 2. *quæſt.* 29. *art.* 1. *in arg.* 2. *corpore,* &c.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Nulla ibi querela eſt, ubi & mentis bonitas concordat & facti. *Lib.* 1. *ſup. Luc. cap.* 1. *in illud, Et juſtificationibus Domini ſine querela, columna* 1626. *littera A. tom.* 5.

S. ANSELMUS. 2. Concordiam homo tàm raram hic habet, ut nec ſibiipſi ſemper concordet: ſic enim corpus & anima diſſident ſibi, ut quod unum appetit, alterum nolit. *De ſimilitudinibus, cap.* 63. *in princ.*

S. ATHANAS. MAGN. 3. Concordia multitudinis, Deum ad exaudiendum promptiorem habet. *In Apologia ad Conſtantium Imperat. poſt med. col.* 322. *C. tom.* 2.

S. AUGUSTIN. 4. Non poteſt concordiam habere cum Chriſto, qui diſcors voluerit eſſe cum Chriſtiano. *Serm.* 57.

de verbis Domini. in medio , pagina 145. *littera B. tom.* 10.

S. AUGUSTIN. 5. Concordia fratrum voluntas Dei eſt, jucunditas Chriſti, perfectio ſanctitatis, juſtitiæ regula, materia doctrinæ, morum cuſtodia, atque in rebus omoibus laudabilis diſciplina. *Ser.*1. *Dom. in Rogationibus. & in ord.* 169. *ante med. pag.* 691. *B. tom.* 10.

S. BERNARD. 6. Ubi fratrum concordiam Monachus ſpernit, quid ultrà in Monaſterio niſi ſcandalum facit? *De* 12. *gradibus humilitat. Gradu* 10. *de Rebellione in fine, fol.*303. *col.* 4. *L.*

S. BONAVENT. 7. Concordia hîc inchoatur, quæ in futura gloria inter electos cœleſtis Patriæ ſemper datur. *Profec.*

8. Hæc enim bonos conſortat, in pugna ſuperat, conſolatione inebriat, Dco aſſociat, amorem augmentat. *De ſeptem Itineribus. Itinere* 7. *diſt.* 6. *in fine, pag.* 182. *col.* 2. *C. tom.* 7.

GLOSS. ORD. 9. Nihil concordiæ præponamus, ſed per dextram proſperitatis, vel ſiniſtram adverſitatis in concordia perſeveremus. *Sup. Geneſ. cap.* 13. *columna* 196. *lit. D. tom.* 1.

10. Inter ſuperbos & arrogantes nunquàm firma concordia ſervari poteſt. *Sup.* 1. *Mach. cap.* 9. *col.* 2401. *A. tom.* 4.

S. GREG. MAG. 11. Qui linguam non refrænat, concordiam diſſipat. *Lib.* 7. *Moral. cap.* 17. *ante med. col.* 238. *A. Et in Paſtorali part.* 3. *cap.*1. *Admonit.* 15. *poſt med. col.*1278. *B. tom.* 1.

12. Per humilitatem cunctorum fratrum concordia valet cuſtodiri. *Lib.*4. *in Regiſtro Indict.* 13. *cap.*82. *Ep.* 78. *ad Joann. Epiſc. Conſtantinop. poſt init. col.* 803. *B tom.* 2.

13. Sine virtute concordiæ virtutes reliquæ, virtutes non eſſe monſtrantur. *Hom.* 8. *in Ezechiel. ante med. col.* 127. *C. tom.* 2.

14. Concordia per iram rumpitur. *Lib.* 5. *Moral. cap.*31. *poſt init. num.* 31. *col.*172. *B. tom.* 1.

15. Nunquam ſervari concordia, niſi per ſolam patientiam valet. *Ibidem, libr.* 21. *cap.* 16. *in medio, col.* 728. *B.*

S. GREG. NAZ. 16. Melior eſt affectus concordiæ, quàm pro pietate ſeditio. *Orat.* 1. *de reconciliat. Monach. & in ord.*13. *circa med. pag* 130.

17. Nihil concordiam tàm fortiter conciliat inter eos quibus Dei negotia cordi ſunt, quàm conſonantia de Dco. *Ibidem.*

S. HIERONYM. 18. In tanta morum diſcordia, quæ poteſt eſſe concordia? *Tom.* 1. *Epiſt.* 2. *ad Nepotian. ante med. pag.* 13. *littera A.*

19. Ante tribunal Dei reconciliata ſeu ſciſſa concordia, aut præmium recuperabit, aut pœnam. *Tom.*1. *Ep.* 36. *ad Caſtorinam in fine. pag.*211. *A.*

20. Infelices nos ſæpè videmus bonos in bono non tantam habere concordiam, quantam mali habent in malo. *Sup. Pſalm.* 82. *verſ.* 4. *pagina* 120. *lit. A. tom.* 8.

HUGO A S. VICTORE. 21. Nihil eſt quod diabolus tantùm timeat, quantum charitatis unitatem. *In Regulam D. Auguſt. cap.*1. *pag.* 5. *tom.*2.

22. Omnia diabolica arma frangit concordia. *Ibid.* &c. *lit. C.*

23. Rarus ſermo concordiam ſervat. *Lib.* 1. *de clauſtro Animæ. cap.*16. *ante fin. pag.* 40. *D. tom.*2.

24. Hæc eſt concordia morum, ut per exemplum concordes proximo, & per voluntatem Dco, & per obedientiam magiſtro. *Ibidem, lib.* 2. *cap.* 22. *ante med. pag.* 52. *B.*

HUGO CARD. 25. Hoc eſt illud ſolum quod diabolus magis timet, ſcilicet concordiæ unitatem. *Sup. Prov. cap.* 6. *folio* 13. *col.*4. *tom.* 3.

S. JOANNES CHRYSOST. 26. Veræ feriæ ſunt ubi pax & concordia eſt. *Hom.* 1. *ſup. Geneſ. circa initium, columna* 1. *littera C. tom.*1.

27. Quando concordia & pax com muliere & viro fuerit, omnia ſimul affluont bona, & nullis inſidiis expoſiti, ſed magno & inexpugnabili quodam muro circumdati ſunt. *Homil.* 38. *prope fin. columna* 320. *lit. D.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 28. Ubi concordia, ibi bonorum confluxus, ibi pax, ibi charitas, ibi ſpiritualis lætitia, nullum bellum, nulla rixa, nuſquàm inimicitiæ & conteotio. *Ibidem, Hom.*45. *ante med. col.* 373. *D.*

29. Ubi concordia non eſt, nec oratio illîc exanditur, oec oblatio ſuſcipitur: quia nec ibi eſt Deus, ubi diſcordia dominatur. *Homil.* 10. *oper. imperfect. ſup. Matth. in principio. col* 802. *D. tom.* 2.

30. In quibus eſt unius fidei munus, una eſt vitæ concordia. *Ibidem, Homil.* 26. *in principio, col.* 906. *lit. C.*

31. Sicut diſcordia debilitat, ita concordia corroborat. *Homil.* 81. *in Ioan. in medio. col.* 386. *littera B. tom.* 3.

32. Ubique bonum eſt concordia. *Homil.* 7. *ſuper Actu Apoſtolorum. poſt medium, columna* 490. *lit. B. tom.* 3.

33. Sicut Deum magis exacerbat per conſpirationem eſſe malos, ita magis illum lætificat in concordia eſſe bonos. *Ibidem, Homil.* 37. *in Morali. ante med. col* 689. *lit. D.*

34. Si alicubi pietatem labefactari videris, oe præponas concordiam veritati, ſed generosè perſiſtas ad mortem uſque. *Ser.* 22. *ſup. Ep. ad Rom. poſt med. col.* 252. *B. tom.* 4.

35. Nihil concordia in familia majus, nihilqoe magis neceſſarium: id enim præſtat pecuniis, & ingenuitati, atque potentiæ & cæteris omnibus longè utiliſſimum eſt. *Homil.* 4. *ſup. Ep. ad Titum. ante med. col.* 1620. *D. tom.* 4.

36. Concordiæ nihil eſt æquale, nihilque conſentientium paci. *Hom.* 51. *ad popul. Antioch. in princ. col.* 350. *B. tom.* 5.

37. Concordia bonitate plena eſt. *Homil de eo quod David dixit: Quis ſum ego? in princ. col.*638. *lit. C. tom.* 1.

38. Nihil concordiæ, & mutuæ voluntati æquiparandum. *Hom.* 77. *in Ioan. poſt medium, columna* 368. *lit. D. tom.* 3.

IOAN. TRITH. 39. Diverſitas rerum nunquàm poteſt habere concordiam. *Hom.*11. *ad Monachos. poſt initium, pag.* 454. *col.* 2.

S. ISIDORUS HISPALENS. 40. Concordiam malorum contrariam eſſe bonorum, perſpicuum eſt. *Lib.* 3. *de ſum. bono. cap.*31. *ſent.* 2. *pag.*677. *col.* 2.

41. Impeditur coocordia bonorum, ſi unitas non dividatur iniquorum. *Ibidem.*

S. PETR. DAM. 42. Quiſquis per feritatem animis ſuis contubernalibus non concordat, ferarum more ſolus neceſſe eſt ut beſtialiter vivat. *Tom.* 3. *opuſc.* 51. *cap.*14. *in princip. pag.* 735.

S. THOMAS AQUINAS. 43. Ubicunque eſt pax, ibi concordia: non tamen ubicunque eſt concordia, ibi eſt pax. 2. 2. *quaſt.* 29. *art.* 1. *argum.* 2. *in corpore, pag.*60. *col.*1.

THOMAS A KEMPIS. 44. Ubi concordia, ibi Deus & omnia bona: ubi diſcordia, ibi diabolus, & omnia mala. *In Hortulo Roſarum. cap.* 16. *ſect.* 2. *in princ. pag.* 528. *tom.* 2.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 45. Ex quo tempore concordia de civitate ſublata eſt, libertas ſublata eſt, fides ſublata eſt, amicitia ſublata eſt, reſpublica ſublata eſt. *Libr.* 4. *de Arte Rhetorica ad Herennium. ante medium, col.* 52. *lit. C. tom.* 1.

46. Hunc ſtatum qoi nunc eſt, qualiſcunque eſt, nulla alia re, niſi coocordia, retincre poſſumus. *Orat.* 29. *de Haruſpicum reſponſis, ſub finem, col.*618. *C. num.* 61. *tom.* 2.

SENECA. 47. Concordia parvæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. *Epiſt.* 94. *poſt med. pag.*779. *tom.* 2.

Concupiſcentia.

DEFINITIO, COMPARATIO, PRODUCTIO.

DEFINITIO.

S. GREGOR. NYSSENUS. CONCUPISCENTIA eſt appetitio ejus quod deeſt. Vel deſiderium fruendæ voluptatis. Vel dolor ob id quod non potimur eo quod cordi eſt atque animo gratum. Aut eſt aliqua affectio ad id quod eſt ſuave, & jucundum, quo frui non licet. *De Anima & Reſurrect. longè. ante med. columna* 756. *littera E.*

HUGO CARD. Concupiſcentia carnis eſt deſiderium omnium, quæ ad voluptatem & delicias corporis pertinent. *Sup. Ep.* 1. *Ioann. cap.* 2. *folio* 348 *columna* 4. *tom.* 7.

S. THOMAS AQUINAS. Concupiſcentia eſt calor noxius, quo qui caleſcit, impugnatur quidem, ſed non uritur, niſi humorem gratiæ perdat à concupiſcentia ſuperatus. *Sup.* 1. *ad Cor. cap.* 7. *lect.* 1. *in fine. folio* 71. *columna* 4.

COMPARATIO.

S. ANTONIN. Sicut ex viſu mulieris inardeſcit concupiſcentia viri, ita ex viſu viri inardeſcit concupiſceotia mulieris. *Part.* 3. *tit.* 16. §. 10. *in medio. fol.* 238. *columna* 3.

HUGO CARD. Sicut concupiſcentia carnis communis eſt, & ſe extendit ad omnes ſenſus ſecundùm viam delectandi: ſic concupiſcentia oculorum communis eſt, & ſe extendit ad omnes ſenſus ſecundùm viam agnoſcendi. *Sup.* 1. *Ioan. cap.* 2. *folio* 348. *columna* 4 *tom.* 7.

S. MAXIMUS EPISC. Syrenarum quædam ſuavis figura eſt, mollis concupiſcentia voluptatum, quæ noxiis blandimentis conſtantiam captæ mentis effœminat. *Homil.* 1. *de Paſſione, circa med. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 18. *G. edit. Colon.* 1618.

PRODUCTIO.

S. EPHRAM. Concupiſcentia prava, mater verè eſt peccati. *Paraneſ.* 40. *ad Monachos. ante finem, tom.* 2. *pagina* 40. *littera C.*

S. JOANNES CHRYSOST. Sicut ira mater eſt homicidii, ſic concupiſcentia mater eſt adulterii. *Hom.* 12. *oper. imperf. ſup. Matth. in princ. columna* 813. *littera D. tom.* 2.

PETRUS BLASENSIS. Concupiſcentia eſt
- Mors animæ.
- Tranſgreſſionis mater.
- Magiſtra nocendi.
- Primipilaria iniquitatis.
- Auriga malitiæ.
- Sicaria virtutum.
- Seditionis origo.
- Fovea ſcandalorum. *Invectiva contra Depravatorem. ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 946. *columna* 1. *lit. D. edit. Colonia* 1618.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Nihil eſſet concupiſcentia, niſi eam caro inflammaret: friget in ſenibus, ardet in pueris, in adoleſcentibus fervet. *De Iſaac & Anima. cap.* 7. *poſt med. col.* 1045. *D. tom.* 4.

2. Graviſſima paſſio eſt concupiſcentia, quam ratio mollit & comprimit: emollire enim poteſt, eradicare non poteſt. *Libr.* 1. *de Iacob & vita beata. cap.* 1. *in princ. col.* 1051. *C. tom.* 4.

3. Non formam mulieris animus priùs, quàm corporis oculus concupiſcit; quod non videris, non amabis: ſed ubi caro concupierit, compatientis quoque animi conſtantia defatiſcit, & mens conſortio amoris inflectitur. *Libr.* 4. *ſup. Luc. cap.* 4. *in illud* 1. *Cor.* 7. *Melius eſt nubere, quàm uri. col.* 1676. *litt. A. tom.* 5.

4. Quamdiù caro mortalis eſt, non poteſt à concupiſcentiis penitùs eſſe libera: minui quidem quotidie poſſunt concupiſcentiæ, ſed ex toto non poſſunt auferri quamdiù hic vivitur. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 7. *in illud, Ego autem carnalis ſum, &c. folio* 23. *col.* 4. S. AMBROS.

5. Concupiſcentia carnis intellectum obſcurat, quia dùm paſſionibus deſervitur, ratio vehementiâ paſſionum abſorpta à ſuo lumine excæcatur. *Prof.* S. ANTONINUS.

6. Mentem enervat, & animam à virtute elongatt quia dùm libido in carne dominatur, cæteræ vires emolleſcunt, ut ad virtutem ſurgere nequeant. *Part.* 4. *titul.* 5. *de Iuſtitia. cap.* 4. §. 2. *in fine, folio* 59. *columna* 1.

7. Qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, id eſt hoc fine & hoc animo attenderit, ut eam concupiſcat: quod jàm non eſt titillari delectatione carnis, ſed plenè conſentire libidini, itaut non refrænetur illicitus appetitus, ſed ſi facultas data fuerit ſatietur. *Libr.* 2. *de ſerm. Dom. in monte, longè poſt init. pag.* 793. *A. tom.* 4. S. AUGUSTIN.

8. Timore frænetur concupiſcentia, ſi amore non eligitur continentia. *Lib.* 2. *de adulterinis Conjug. cap.* 23. *in fine. pag.* 597. *A. tom.* 6.

9. Malè utitur malo, concupiſcentiam relaxans adulterio: benè utitur malo, concupiſcentiam reſtringens connubio. *Lib.* 1. *de peccat. meritis & remiſſ. cap.* 29. *in med. pag.* 460. *D. tom.* 7.

10. Carnalis concupiſcentia laudabiliùs continentiæ virtute frænatur, quàm fructibus impeditur nuptiarum: tàm magnum eſt enim malum ejus, ut eo non uti, quàm beoè uti ſit melius. *Libr.* 4. *contra Iulian. cap.* 7. *in fine. pag.* 708. *C. tom.* 7.

11. Concupiſcentia in hac vita poteſt minui, non poteſt conſumi. *Ibidem, lib.* 6. *cap.* 5. *poſt med. pagina* 765. *littera B.*

12. Qui concupiſcentiam contemnit vincere, adverſùs ſe ipſe diviſus, igne proprio concrematur. *Sup. Pſ.* 52. *poſt med. verſ.* 8. *Supercecidit ignis. pag.* 398. *litt. D. tom.* 8.

13. Non concupiſcere omninò perfecti eſt, poſt concupiſcentias ſuas non ire pugnantis eſt, luctantis, laborantis. *Serm.* 5. *de verbis Apoſt. in medio. pag.* 184. *C. tom.* 10.

14. Si conſuetudine vitæ hujus acceſſit concupiſcentia, bona conſuetudine morigeretur, non eam cedendo ſatiare, ſed reſiſtendo necare. *Ser.* 2. *Dom.* 3. *poſt Epiph. & in ord.* 45. *circa med. pag.* 467. *B. tom.* 10.

15. Concupiſcentia ſic inſidiatur ſanctis, ut faciat dormientibus, quod non poteſt vigilantibus. *Ibidem, in fine, pag.* 469. *A.*

16. Faciliùs concupiſcentia refrænatur, quæ nulla expectatiooe ſuccenditur. *Prof.*

17. Contra quam tamen niſi oretur ut ſuperetur, ipſa illicita exoptatur ardentiùs. *De bono viduit. cap.* 20. *in fine. pag.* 735. *A. tom.* 4.

18. Si vel ſpernentibus, vel tardantibus ſpooſis, vel peregrinantibus maritis, carnalis concupiſcentia potuit contineri, ne ſtuptum aut adulterium committeretur, cur cootineri oon poteſt ne ſacrilegium committatur? *Profec.*

19. Quantò magis abſque culpa eſt eoocupiſcentia in corpore conſentientis, ſi abſque culpa eſt in corpore dormientis? *Lib.* 1. *de Civ. Dei. cap.* 25. *in fine. pag.* 18. *D. tom.* 5.

20. Si repreſſa eſt cùm ferveret dilatata, cur non opprimitur cùm friguerit amputata? *Ibidem, poſt med. pag.* 735. *A.*

21. Noli conſentire concupiſcentiæ tuæ, noo eſt unde contineat niſi de te. Cooſenſiſti? quaſi coocubuiſti in corde tuo. *Homil.* 42. *poſt med. tom.* 10. *pagina* 363. *littera B.*

22. Ne abſtraharis à concupiſcentia tua, nega te illi, nolli eam ſequi, illicita eſt, laſciva eſt, turpis eſt, alienat te à Deo. *Ibidem.*

S. AUGUSTIN.

23. Noli dare concupiſcentiæ conſenſionis amplexum, ne plangas partum: quia ſi conſenſeris, concipit: cùm conceperit concupiſcentia, parit peccatum. *Ibidem.*

S. BASILIUS MAGN.

24. Cùm ad concupiſcentiam quandam curris, cogita quo modo abibis, & hinc diſcedes: ſi cogitaveris quòd in terram diſſolveris, ſedata eſt concupiſcentia. *Hom.* 11. *in Hexam. poſt med. pag.* 60. *tom.* 1.

V. BEDA

25. Ignis concupiſcentiæ carnalis, quantò diutiùs ardere permittitur, tantò difficiliùs extinguitur. *In ſuis Proverb. verbo Ignis. pag.* 191. *tom.* 2.

S. BERNARD.

26. Plus concupiſcentia mundi, quàm ſubſtantia nocet. *In Declarat. circa init. fol.* 308. *columna* 4. *lit. M.*

S. BONAVENT.

27. Nihil ita conturbat oculos animæ, ut fumus concupiſcentiarum. *Sup. cap.* 9. *Joan. collat.* 45. *circa med. pag.* 442. *col.* 1. *tom.* 2.

28. Sufficit ad perdendum meritum, & ad omne peccatum perpetrandum, concupiſcentia cum conſenſu. *In Medit. vitæ Chriſti. cap.* 44. *poſt init. pag.* 365. *col.* 2. *lit. A. tom.* 6. *part.* 2.

29. Magna eſt ſecuritas cordis, nihil habere concupiſcentiæ ſecularis. *In Collat. de contemptu ſeculi in princ. pagin.* 95. *col.* 1 *littera C. tom.* 7.

S. CYRILLUS HIEROSOL.

30. Rectis vide oculis, & non erit concupiſcentia. *Catechiſ.* 2. *circa init. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 399. *col* 1. *lit. C.*

31. Si oſtium occluſeris, minimè tibi concupiſcentia nocebit: ſi verò neglectè ſuſceperis concupiſcentiæ incitationem, radices in te figet, & mentem tuam ligabit, & te detrahet in foveam malorum. *Ibid. poſt init. pag.* 399. *col.* 1. *lit. C. D.*

S. EPHRAM.

32. Concupiſcentiæ retia velut eſcam in hamo tendit adverſarius, ut animas omnes ſibi obnoxias reddat. *Tom.* 1. *de recta vivendi ratione cap.* 31. *pagina* 41. *littera C.*

33. Habet hoc ſibi familiare concupiſcentia mala, ut mox ubi peccatum ſuum conſummaverit, iiſdem veſtigiis dolor ſubſequatur. *Tom.* 1. *de Virginit. circa med. pagina* 128. *lit. C.*

34. Reſiſte urenti concupiſcentiæ, ut flammam quæ nunquam extinguetur, effugere queas. *Tom.* 2. *in illud, Attende tibi cap.* 3. *ſub finem. pag.* 312. *lit. D.*

35. Concupiſcentia per ſe ſine torpore mortua eſt: quando autem concupiſcentiæ impetus ad corpus acceſſerit, ſubitò concupiſcentia vitam accipit, & in concupiſcentiæ dulcedine mens occupatur. *Tom.* 2. *in ſerm. parænetico circa medium. pagina* 332. *littera C. tom.* 2.

S. EUSEBIUS EMISSEN.

36. Diabolus per rerum carnalium concupiſcentias extrinſecùs blanditur, intrinſecùs inſidiatur. *Hom.* 3. *de Epiphan. ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 545. *col.* 1. *C.*

GILLEBERTUS PORRETANUS.

37. Concupiſcentia cùm ſola eſt, ſatis inardeſcit: exterior verò materia ſi accidit, inſanit. *Serm.* 26. *ſup. Cant. poſt init. inter opera D. Bernardi volum.* 2. *fol.* 23. *columna* 1. *B.*

GLOSS. ORD.

38. Qualiacúmque ſint, quæ ſuper concupiſcentiam vitiorum fundantur, non ſtabunt. *Sup. Matth. cap.* 6. *ſub finem. col.* 154. *lit. F. tom* 5.

39. Quod concupiſcitur fit dulcius dùm vetatur, & ſic fallit peccatum per mandatum. *Sup. Ep. ad Roman. cap.* 7. *col.* 92. *lit. F. tom.* 6.

40. Caro nihil niſi per animam concupiſcit, ſed concupiſcere dicitur, cùm anima carnali concupiſcentia ſpiritui reluctatur. *Profec.*

41. Ipſius enim carnalis concupiſcentiæ cauſa non eſt in anima ſola, nec in carne ſola, ſed ex utroque fit, quia ſine utroque delectatio nulla ſentitur. *Sup. Ep. ad Galat. cap.* 5. *in illud, Caro concupiſcit adverſus ſpiritum. col.* 514. *D.*

S. GREG. MAG.

42. Tantò quiſque à ſe pleniùs pavorem, qui ex mundo eſt, abjicit, quantò in ſemetipſo veriùs concupiſcentiam mundi vincit. *Lib.* 10. *Moral. cap.* 12. *ante finem. col.* 363. *lit. D. tom.* 1.

S. GREGOR. MAGNUS.

43. Nihil ſic ad edomandum deſideriorum carnalium appetitum valet, quàm ut unuſquiſque hoc, quod vivum diligit, quale ſit mortuum penſet. *Profec.*

44. Conſiderata corruptione carnali, citiùs cognoſcitur, quia cùm illicitè caro concupiſcitur, tabes deſideratur.

45. Is qui in deſiderio carnalis corruptionis æſtuat, ad fœtorem putredinis anhelat. *Ibid. lib.* 16. *cap.* 29. *poſt med. col.* 557. *lit. C. D.*

46. Caro cùm concupiſcitur, penſetur quid ſit exanimis, & intelligatur quid ametur *Ibid.*

47. Magna eſt ſecuritas cordis, nil concupiſcentiæ habere ſecularis. *Profec.*

48. Si ad terrena adipiſcenda cor inhiat, ſecurum tranquillúmque eſſe nullatenùs poteſt: quia aut non habita concupiſcit ut habeat, aut adepta metuit ne amittat. *Ibid. lib.* 22. *cap.* 10. *in fin. columna* 748. *littera A. num.* 14.

49. Plus concupiſcentia, quàm neceſſitas petit. *Hom.* 19. *ſup. Ezech. ante finem. columna* 274. *littera D. tom.* 2.

50. Pudeat terrena concupiſcere, & dorſa mentium aſcendentibus adverſariis præbere. *Hom.* 31 *ſup. Evan. ante finem. col.* 460. *B. tom.* 2.

51. Mens reproba dùm concupiſcentiæ ſubditur, charitate ſpoliatur. *Lib.* 5. *in* 1. *Reg. cap.* 4. *ante med. col.* 1527. *B. tom.* 2.

52. Per concupiſcentiam fervor charitatis extinguitur, & per peccatum ardor concupiſcentiæ augmentatur *Ibid.*

53. Malè mederi concupiſcentiæ morbo ſatagit, qui ad hoc explere concupiſcentias cogitat, ut quieſcat. *Ibid.*

54. Tantò erit poſt peccatum concupiſcentia major, quantò ipſa ſibi eſſe incipit peccati delectatio gratior. *Ibid.*

55. Omnis qui vetita concupiſcit, dùm præceptorem deſpicit, ſuperbit. *Ibidem.*

56. Concupiſcentiæ carnali oſtia dùm conſenſus aperit, ad innumera corruptionis mala protrahit. *Lib.* 1. *Moral. cap.* 24 *in medio. col.* 115. *A. tom.* 1.

57. Carnis vita per momenta deficit, & tamen carnale deſiderium creſcit. *Ibid. lib.* 10. *cap.* 13. *ab init. col.* 364. *D. num.* 23. *tom* 1.

58. Concupiſcentia ipſa priùs mentem occupat, quàm ſe mens peccato ſubſternat. *Lib.* 5. *in* 4. *Reg. cap.* 4. *longè ante med. col.* 1526. *lit. C. tom.* 2.

HUGO A S. VICTORE.

59. Nullus portus illi tutus eſt, nulla ſtatio ſecura, nulla ſerenitas tranquilla; qui intrinſecùs concupiſcentiæ ſuæ æſtibus jactatur. *Lib.* 3. *de Arca Noë in Morali. cap.* 7. *in fin. pag.* 215. *lit. D. tom.* 2.

S. INNOC. III.

60. Si poteſt ignis non urere, poteſt caro non concupiſcere. *Lib.* 1. *de contemptu mundi, cap.* 16. *in princ.*

JOAN. CASS.

61. Si carnales concupiſcentias de cordibus noſtris deſideramus eruere, ſpirituales in earum locis plantemus protinùs voluntates: ut his animus noſter ſemper innexus, & habeat quibus jugiter immoretur, & illecebras præſentium ac temporalium reſpuat gaudiorum. *In Collat.* 12. *Abbatis Charemonis cap.* 5. *circa med. pag.* 575.

S. JOANNES CHRYSOST.

62. Mala concupiſcentia, telum eſt diaboli. *Hom. ſup. Gen. ante fin. col.* 17. *lit. B. tom.* 1.

63. Humanum genus non poteſt ſubſiſtere intra ſuos limites, ſed ampliùs concupiſcens, majora ſupra ſe appetit: & hoc eſt quod humanum genus potiſſimùm perdit. *Ibidem Hom.* 30. *poſt init. col.* 242. *littera B.*

64. Efferata & mala beſtia concupiſcentia, quando rationem vicerit, nihil quod oportet videre ſinit, ſed quaſi in tenebris & pugna nocturna omnia facit. *Ibid Hom.* 43. *poſt med. col.* 359. *D.*

65. Cùm mulier pulchra concupiſcitur, pulchritudo non eſt in culpa, quia pulchritudo Dei eſt donum. *In expoſit. ſuperſcriptionis Pſalmi* 50. *ante med. col.* 729. *lit. D. tom.* 1.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 66. Ignis concupiſcentiæ ſimul atque per oculorum intuitum elegantem & venuſtam attigerit formam, protinùs exurit animum. *Hom. 3. de verbis Iſaya poſt med. col.* 818. *D. tom.* 1.

67. Multò magis laborioſum eſt in ſecuritate concupiſcentias vincere, quàm in periculo divitias poſſe contemnere. *Hom.* 31. *oper. imperf. ſup. Matth. poſt med. col.* 943. *lit. C. tom.* 2.

68. Cùm quod concupiſcitur, prohibetur, eò redditur validior concupiſcentiæ flamma. *Serm.* 12. *ſup. Epiſt. ad Roman. poſt medium. columna* 128. *littera D. tom.* 4.

69. Nihil adeò concupiſcentiam inflammat, ſicut ebrietas & vinolentia. *Ibidem ſerm.* 24. *poſt med. col.* 264. *lit. D.*

70. Noli plus concupiſcere, quàm exigit neceſſitas, ne totum amittas. *Tom.* 5. *Hom. de Avaritia, paulo ante med. col.* 963. *lit. A.*

71. Nullâ re aliâ magis anima tribulatur, quàm concupiſcentiâ. *Hom.* 71. *ſup. Matth. ante fin. col.* 587. *lit. B. tom.* 1.

72. Inſita nobis concupiſcentia, ſi eam deliciarum inuodationibus ebries, cupiditates generat turpes, & voluptates admodùm turpiores. *Hom.* 29. *ſuper Epiſt. ad Hebr. in fine Moralis. columna* 1849. *lit. B. tom.* 4.

S. ISID. HISP. 73. Sæpè iniqui mala, quæ concupiſcunt, aſſequuntur; quatanùs de affectu mali deſiderii fortiùs puniantur. *Lib.* 2. *de ſum. bono. cap.* 41. *ſent.* 6. *pag.* 657. *columna* 1.

74. Graviùs illos diabolus in concupiſcentiis ſeculi ferit, quos poſt renuntiationem ad ſeculi amorem reduxerit. *Ibidem lib.* 3. *cap.* 22. *ſent.* 18. *pag.* 674. *col.* 1.

S. LEO I. 75. Fidelis & religioſus animus, ea quæ ſunt cæleſtia concupiſcit. *Serm.* 2. *de Anniverſ. die Aſſumpt. ejus ad Pontificatum. in fine fol.* 2. *pag.* 2.

S. MAX. MART. 76. Immunda eſt anima, quæcúmque cogitationum concupiſcentiis impleta eſt. *De Charitate. Centuria.* 5. *ſent.* 14. *apud Bibl. Patr. tom.* 7. *pag.* 348. *col.* 2. *littera G. edit. Colonia.* 1618.

77. Qui fugit omnes mundanas concupiſcentias, omni mundana materia ſe ſuperiorem collocat. *Ibid. ſent.* 22. *pag.* 349. *col.* 1. *littera A.*

ORIGEN. 78. Cùm laſciviunt oculi per illicitas concupiſcentias, quid aliud niſi ignem ſibi congregant? *Hom. in Leviticum. poſt med. pagina* 96. *columna* 2. *littera K. tom.* 1.

S. PETRUS CHRYSOL. 79. Pulchritodo corporis non eſt concupiſcentia, ſed formæ decus, concupiſcentia rapit & perducit ad lapſum. *Serm.* 116. *ante medium, apud Bibl. Patr. tom.* 1. *part.* 2. *pagina* 748. *columna* 2. *lit. F. edit. Coloniæ* 1618.

S. PETRUS DAMIANUS. 80. Nimis turpe eſt, ut terrenæ ſimus concupiſcentiæ dediti, qui & Dei vocamur filii, & ad obtinendam cæleſtem hæreditatem per Chriſti gratiam meremur adſcribi. *Serm.* 9. *de S. Benedicto, in fine. pag.* 171. *col.* 1. *lit. A. tom.* 2.

PHILO JUD. 81. Concupiſcentia nunquàm expletur, ſemper indiga, numquàm non ſiticuloſa. *Lib.* 2. *legis Allegor. poſt medium, pag.* 124. *tom.* 1.

S. PROSPER. 82. Quid deterius concupiſcentia mala? quæ ita totam excæcat mentem, ut non tantùm timorem Dei, quantùm etiam ipſas pœnas legum infamemque mortem oblivioni dans, nihil ipſi remaneat luminis. *De Promiſſ. part.* 1. *cap.* 36. *ſub finem. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 6. *col.* 1. *lit. B.*

83. Non ſolùm non mœchandum eſt, ſed nec oculis conſentiendum ad concupiſcentiam. *Ibid. Part.* 2. *cap.* 1. *a medio. pag.* 18. *col.* 1. *D.*

RABANUS. 84. Concupiſcentia boni, virtutum fructus germinat. *Lib.* 1. *de laude Crucis. Declarat.* 2. *in fin.*

S. REMIGIUS. 85. Qui concupiſcentia carnali delectatur, & dulcedine peccati fruitur. diabolo, & peccato ſe vendit, cui ſe ſupponit. *Super Epiſt. ad Roman. cap.* 7. *Can.* 14. *apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pagina* 830. *columna* 2. *littera H.*

RICH. A SANCTO VICT. 86. Nihil inferius in homine, nihil infirmius carnali deſiderio. *Part.* 1. *tract.* 1. *de ſtatu interioris hom. cap.* 3. *in princ. pag.* 37 *col.* 1. *lit. D.*

87. Dùm animus carnali deſiderio eſt illectus & abſtractus, nunc affectum ſuum, nunc appetitum concupiſcentiarum ſuarum ſequitur, nunquàm quietus, nunquam tranquillus eſſe permittitur. *Ibid. cap.* 8. *in med. pag.* 39. *col.* 2. *D.*

88. Mens humana, quæ multiplici rerum viſibilium concupiſcentia excæcatur, ad ſpiritualium bonorum contemplationem difficilè renovatur. *Part.* 2. *lib.* 2. *ſup. Apocal. in princ. Prologi. pag.* 346. *col.* 2. *lit. B.*

SALVIANUS. 89. Qui totum perſuadere vult concubitu, quidquid concupierit aſpectu, equus inſaniens eſt. *Lib.* 4. *de Gubern. Dei. longè ante medium. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 336. *col.* 2. *G.*

TERTULLIAN. 90. Non tantò major fit concupiſcentia, quantò magno fecit, quod concupiit. *De habitu mulierum. cap.* 5. *in fine, pag.* 305. *lit. C. tom.* 2.

THEOPHILACTUS. 91. Etſi ſæviat concupiſcentia carnis, timorem Dei habeas, & tolletur ejus inſania. *Sup.* 2. *ad Cor. cap.* 7. *pag.* 572. *lit. A.*

S. THOMAS AQUINAS. 92. Cùm alicui prohibetur id quod concupiſcit, vehementiùs in concupiſcentiam illius exardeſcit: ſicut fluvius appoſita obice fortiùs fluit, & obicem frangit. *Profec.*

93. Prohibitio ejus quod concupiſcitur, ponit illud quod prohibetur quaſi extra hominis poteſtatem, & ideò concupiſcentia magis exardeſcit in rem concupitam dùm prohibetur. *Sup. Ep. ad Roman. cap.* 5. *lect.* 6. *poſt init. fol.* 21. *col.* 1.

94. Latere quærit concupiſcentia propter turpitudinem. 1. 2. *quæſt.* 48. *art.* 3. *in corpor. pag.* 81. *col.* 2.

95. Concupiſcentia nunquàm ſatiatur. *Tom* 1. *opuſc. opuſc.* 9. *de nono præcepto, Non concupiſces. fol.* 69. *pag.* 2.

96. Quantò caro magis fovetur, tantò concupiſcentia creſcit. *Ibid. tom.* 2. *de perfect. vita ſpirit. cap.* 9. *circa init. fol.* 29. *pag.* 1.

THOMAS À KEMPIS. 97. Nil ſic morbidum, ſic contagioſum invenitur in homine, ſicuti concupiſcentia carnalis, & indomita libido, quæ totam corrumpit animæ pulchritudinem. *Serm.* 6. *ad Fratres. in princ. pag.* 158 *tom.* 1.

98. Nil altum, nil delicatum nil curioſum, nil tranſitorium concupiſcas, & maximas inquietudines amputaſti. *Tom.* 1. *Medit.* 16. *de cordis munditia. cap.* 3. *pag.* 232.

99. Deſine concupiſcere, & deſines indignari. *Tom.* 2. *de Recognit. propria fragil cap.* 4. *ſect.* 2. *pag.* 741.

IN VITIS PATR. 100. Natura excitat concupiſcentias, ſed jugis & intenta abſtinentia has etiam extinguit. *Lib* 8. *cap.* 152. *poſt med. pag.* 902. *col.* 2.

URB. IV. 101. Carnis concupiſcentia eſt domeſticus hoſtis, hic ſtimulus, hic tyrannus manet in homine poſt Baptiſmum. *Sup. Pſal.* 50. *ante medium, apud Bibl. Patr. tom.* 13. *pag.* 372. *col.* 2. *lit. H.*

S. ZENO. 102. Per concupiſcentiam diabolus diverſè hominum mentes capit ac decipit. *Serm. de Spe. ante finem. apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pagina* 116. *col.* 1. *littera A. edit. Coloniæ.* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 103. Qui concupiſcit, dolore angitur. *Lib.* 3. *de Moribus. cap.* 11. *poſt med. fol.* 33. *pagina* 2. *edit Pariſ.* 1565.

SENECA. 104. Temporalia, non quia concupiſcenda ſunt, laudantur: ſed concupiſcuntur, quia laudata ſunt. *Ep.* 81. *circa finem. pag.* 705.

SIXTUS PHILOSOPH. 105. Donec in deſideriis eſt caro, anima ignorat Deum. *Sent.* 128. *apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pag.* 67. *col.* 2. *littera E. edit. Coloniæ* 1618.

VALERIUS MAXIM. 106. Omnia habet, qui nihil concupiſcit: eò quidem certiùs, quàm qui cuncta poſſidet. *Lib.* 4. *Dictor. memorab. cap.* 4. *in princ. pag.* 175.

VALERIUS MAXIMUS. 105. Inutiliter aliquid concupiſcere, & in eo perſeveranter morari, exitio ea dulcedo vicina eſt. *Ibid. lib. 7. cap. 2. in calce. pag. 314.*

Vide etiam Titul. Aſcendere. ſent. 6. Aſpectus. ſent. 16. 54. 55. 56. 57. 61. 62 84 85. 86. 132. Conſuetudo. ſent. 47. Mulier. ſent. 115. Occupatio. ſent. 23. Peccatum in genere. ſent. 141. Pulchritudo. ſent. 7. Tentatio. ſent. 128.

Confeſſio.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO.

ETYMOLOGIA.

S. ANTONIN. CONFESSIO dicitur quaſi cordis faſſio, id eſt maniſeſtatio. *Part. 3. Tit. 14. de Sacram. cap. 19. §. 2. in fine fol. 215. columna 4.*

S. BONAVENT. Confeſsio dicitur quaſi ſimul faſsio, ſcilicet oris & cordis. *Sup. Pſal. 20. poſt init. pag. 94. col. 1. E. tom. 1.*

DEFINITIO.

S. ALBERTUS MAGNUS. Confeſſio vera, eſt ſincera peccatorum abſque velamine coram ſacerdote legitimo manifeſtatio. *De Paradiſo animæ part. 1. de virtut. cap. 40. in princ. pag. 272.*

S. ANTONINUS. Confeſsio eſt per quam morbus latens, ſpe veniæ aperitur. *Part. 3. tit. 14. de Sacram. cap. 19. in princ. fol. 215. columna 3.*

S. BONAVENT. Confeſsio eſt conſcientiæ mundificatio. *Expoſ. 2. ſup. Pſal. 118. art. 1. verſiculi 7. cap. 1. pag. 159. col 2. A. tom. 1.*

IOAN. GERS. Confeſsio eſt pœnitentia, quâ quis inclinatur dicere omnia peccata ſua mortalia exteriùs ſacerdoti. *In deſcript. terminor. cap. juſtitia, a medio, fol. 27. columna 3. littera C. part. 4.*

S. ISIDORUS HISPALENS. Confeſsio eſt rei, ſcilicet ejus quæ ignoratur, profeſſa cognitio. *Lib. 6. Etymol. cap. 19. ante finem, pag. 83. col. 2.*

S. THOMAS AQUINAS. Confeſsio eſt coram ſacerdote legitima peccatorum declaratio. *In ſupplem. tertiæ partis quæſt. 7. art. 1. arg. 4. pag. 1. col. 10.*

DIVISIO.

S. AUGUSTIN. Confeſſio duobus modis accipitur in Scripturis: eſt confeſſio laudantis, & eſt confeſſio gementis. *Sup. Pſal. 94. poſt init. verſ. 1. pag. 731. B. tom. 8.*

S. BONAVENT. Confitendum eſt tripliciter: patenter, ferventer, feſtinanter: patenter, ut ſit confeſsio nuda ſine palliatione: ferventer, ut ſit vera ſine excuſatione: feſtinanter, ut ſit confeſsio prompta ſine dilatione. *Expoſ. ſup. 2. Pſal. 118. verſ. 7. cap. 1. pag. 159. col. 2. A. B. tom. 1.*

HUGO A S. VICTORE. Duplex eſt confeſsio: altera criminis, altera laudis. Confeſsio criminis eſt converſio peccatoris, confeſsio laudis eſt glorificatio Creatoris. *Sup. Pſal. 91. cap. 64. in princ. pag. 51. F. tom. 1.*

S. THOMAS AQUINAS. Triplex eſt confeſsio. Una eſt confeſsio fidei, alia eſt confeſſio gratiarum actionis ſive laudis, tertia eſt confeſſio peccatorum. *2. 2. quæſt. 3. art. 1. in corp. ad 1. pag. 9. col. 2.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Si vis juſtificari, fatere delictum tuum: ſolvit enim criminum nexus verecunda confeſsio peccatorum. *Lib. 2. de pœnit. cap. 6. ante med. col. 187. C. tom. 1.*

2. Novit omnia Dominus, ſed expectat vocem tuam, non ut puniat, ſed ut ignoſcat. *Proſec.*

3. Non vult ut inſultet tibi diabolus, & celantem peccata tua arguat: præveni accuſatorem tuum, ſi te ipſe accuſaveris, accuſatorem nullum timebis: ſi te detuleris ipſe, (etſi mortuus fueris) reviviſces. *Ibidem cap. 7. in princ. col. 188. D.*

4. Qui jaces in tenebris conſcientiæ, & delictorum tuorum ſordibus quodam reorum carcere, exi foras, delictum proprium prode, ut juſtificeris: ore enim confeſsio fit ad ſalutem. *Proſec.* S. AMBROS.

5. Si confeſſus fueris, clauſtra rumpentur tua, & omnia ſolventur vincula, etſi corruptelæ corporeæ fœtor gravis ſit. *Ibidem in medio columna 189. littera B.*

6. Omnis qui ſua vult peccata celare, hic ſpiritualiter vulpes eſt. *Proſec.*

7. Sicut enim vulpes propter fraudes ſuas latibulis demoratur, ita & peccator tacens propter conſcientiam peccatorum foveis deliteſcit.

8. Et ſicut illa non audet inter medias hominum turbas morum ſuorum oſtendere fallaciam; ita & hic erubeſcit in media Eccleſia converſationis ſuæ nequitiam confiteri. *Serm. 79. ante finem col. 774. littera A. tom. 3.*

9. Veniabilis eſt culpa, quam ſequitur confeſsio delictorum. *Tom. 4. de Paradiſo cap. 14. à medio col. 920. littera C.*

10. Non poteſt quiſquam juſtificari à peccato, niſi fuerit peccatum confeſſus. *Ibid. poſt medium col. 920. lit. D.*

11. Confeſsio, pœnarum compendium eſt. *Lib. 2. de Caïn & Abel. cap. 9. in princ. columna 948. lit. D. tom. 4.*

12. Eſt quædam in peccatis verecundia, & pœnitentiæ portio, crimen fateri, nec derivare culpam, ſed recognoſcere. *Proſec.*

13. Mitigat judicem pudor reorum, excitat autem pertinacia denegantium. *Ibid. ut ante.*

14. Perfecta confeſsio & animi quærit devotionem, & vocis profeſsionem, *Sup. Pſal. 118. ſerm. 20. verſ. 5. ante fin. col. 1597. lit. A. tom. 4.*

15. Non poteſt ei adhiberi remedium, cujus eſt vulnus occultum. *Et hab. apud Bedam tom. 7. in ſuis ſcintillis cap. 8. col. 384.* S. ANSELMUS.

16. Tunc pura eſt confeſsio, ſi eam ſequitur voluntaria perſuaſio. *De ſimilitud. cap. 104.* S. ANTONIN.

17. O nimia inſania hominum! pudet ſordes abſtergere per confeſsionem, & non pudet contrahere ante confeſsionem: abſtergitur caliga à luto, & contemnitur anima *Part. 2. tit. 9. de Acedia cap. 13. §. 3. ante med fol. 286. col. 2.*

18. Medici ſpirituales mediante pœnitentiæ medicina, & confeſsione, reſuſcitant mortuos in peccatis. *Part. 3. tit. 7. de Medicis. cap. 1. §. 2. ante med. fol. 77. col. 1.*

19. Confeſsio ſpem ſalutis tribuit; ſicut è converſo taciturnitas inducit deſperationem. *Part. 3. tit. 14. de Sacram. cap. 6. §. 3. in fin. fol. 187. col. 2.*

S. ANTONIUS DE PADUA. 20. Confeſsio mundat hominem à lepra, & decorat gratiâ Spiritus-ſancti. *Serm. infra Oct. Nativ. Dom. ante med. fol. 21. pag. 1.*

21. Qui confeſsionem, non dico verbo (quod pejus eſt omni homicidio) ſed ſigno, vel alio quocumque modo occulto, vel manifeſto, irriſoriè, vel applauſoriè denudant & manifeſtant, audacter dico, graviùs peccant proditore Juda, qui Dei filium Judæis vendidit. *Serm. 2. Dom. 1. Quadrag. ante med. fol. 63. pag. 2.*

22. Confiteor homini, non tanquam homini, ſed tanquam Deo. *Ibid. ut ante.*

23. Confeſsio porta eſt cœli: verè porta cœli, & porta Paradiſi. *Proſec.*

24. Per ipſam enim tanquam per portam introducitur pœnitens ad oſculum pedum divinæ miſericordiæ, erigitur ad oſculum manuum cæleſtis gratiæ, ſuſcipitur ad oſculum oris reconciliationis paternæ.

25. O domus Dei! ô porta cœli! ô confeſsio peccati! beatus, qui in te habitabit: beatus, qui per te intrabit: beatus qui ſe in te humiliabit. *Ibid. poſt medium fol. 67. pag. 2.*

26. Debet pœnitens cũ arcu confeſsionis habere cornu

Re

nudæ accuſationis, & canem conſcientiæ mordacis, ne aliquid de peccato, vel circumſtantia peccati intactum permittat pertranſire. *Profec.*

S. ANTONIUS DE PADUA.

27. Debet etiam habere jaculum animadverſionis, indignationis & ſatisfactionis; ut ſe ipſum feriat, ſibi-ipſi indignetur, pro peccatis ſuis ſatisfaciat: ut quot in ſe habuit oblectamenta, tot de ſe inveniat holocauſta. *Serm. Dominica 1. Quadrag. poſt medium fol.* 81. *pagina* 1.

28. Si tu diſcooperis peccatum, Deus cooperit: ſi tu detegis, Deus tegit. *Serm.* 4. *Quad. poſt init. fol* 99. *pagina* 2.

29. Diabolus inſidiatur ovibus, id eſt, Eccleſiæ Fidelibus, quorum guttur reſtringitur, ne peccata confiteantur. *Serm. Dom.* 2. *poſt Paſcha, poſt medium, fol.* 132. *pagina* 1.

30. Mens peccatoris ſtercore diaboli fœtens & infecta, per portam confeſſionis eſt purganda. *Serm.* 1. *Pentec. in medio fol.* 165. *pag.* 1.

31. Confeſſio oris eſt propter neceſſitatem. Quia enim peccaſti, neceſſe eſt confiteri: ſi non vis confiteri, neceſſe eſt ut damneris. *Ibidem poſt med. fol.* 165. *pag.* 2.

S. AUGUSTIN.

32. Soperbia habet confuſionis deformitatem & non habet confeſſionis humilitatem. *Lib.* 11. *de Geneſ. ad litt. cap.* 35. *ante med. pag.* 416. *tom.* 3.

33. Non parvum malum eſt, ad defendendum peccatum à medicamento confeſſionis averti. *Tom.* 4. *de* 21. *ſententiis. ſent.* 3. *in princ. pag.* 432. *D.*

34. Non eſt adhibenda fallax defenſio, ſed verax confeſſio peccatorum. *De continent. cap.* 5. *poſt med. pag.* 708. *D. tom.* 4.

35. Videmus quotidiè in Eccleſia ſæpè febricitantes, ſæpè languidos, ſæpè paſſionibus captos, ſæpè liberari; ut appareat toties opus miſerantis, quoties confeſſio fit pœnitentis. *De vera & falſa pœnit. cap.* 5. *ante med. pag.* 740. *D. tom.* 4.

36. Qui confiteri vult peccata, ut inveniat gratiam, quærat ſacerdotem ſcientem ligare & ſolvere. *Ibid. cap.* 10. *poſt med. pag.* 744. *D.*

37. Non erubeſcat peccator confiteri peccata peccatori: ſi enim Sacerdos peccata non haberet, erubeſcere poſſet, qui peccata ſua ei manifeſtaret. *Ibidem cap.* 19. *in fin. pag.* 749. *B.*

38. Confeſſio peccatorum tuorum, eſt virtutis Dei: tuam iniquitatem confitere, gratiam Dei confitere. *Profec.*

39. Te accuſa, illum glorifica: te reprehende, illum lauda, ut & ipſe veniens, inveniat te punitorem tuum, ut exhibeat ſe tibi Salvatorem tuum.

40. Confiteri times, ne confeſſum damnet Deus? ſi non confeſſus lates, non confeſſus damnaberis,

41. Times confiteri, qoi non confitendo eſſe non potes occultus, damnaberis tacitus, qui poſſes liberari confeſſus.

42. Ad hoc exigit Deus confeſſionem, ut liberet humilem: ad hoc damnat non confitentem, ut puniat ſuperbum.

43. Ergo triſtis eſto antequàm confitearis, confeſſus exulta, jam ſanaberis.

44. Non confitentis conſcientia ſaniem collegerat, apoſtema tumuerat, cruciabat te, requieſcere non ſinebat: adhibet medicus fomenta verborum, & aliquando ſecat; tu agnoſce medici manum, confitere, exeat in confeſſione, & defluat omnis ſanies. *Sup. Pſal.* 66. *poſt medium verſ.* 3. *Confiteantur tibi populi Deus. pag.* 475. *lit. A. tom* 8.

45. Quid ibi valebit calliditas accuſatoris, ubi eſt teſtis conſcientia, ubi tu eris & cauſa tua, ubi Judex non quærit teſtem? *Profec.*

46. Advocatom miſit tibi Deus, propter illum, & per illum confitere; age cauſam tuam, & defenſor eſt pœnitentis, & petitor veniæ confitentis, & judex innocentis. *Super Pſal.* 66. *poſt medium verſ.* 4. *pag.* 475. *lit. B. tom.* 8.

S. AUGUSTIN.

47. Fac confitendo propitium, quem negando non facis neſcium. *Sup. Pſal.* 74. *in expoſ. paulo poſt initium, verſ.* 1. *pag.* 563. *lit. A. tom.* 8.

48. Præbet peccatorbus Deus modò aditum ſalubris confuſionis, ſi non contemnant medicinam confeſſionis: ſi autem modò nolunt confundi, tunc confundentur, quando deducent eos ex adverſo iniquitates eorum. *Sup. Pſal.* 85. *in expoſ. ante finem. verſ. ultimo, pag.* 655. *B. tom.* 8.

49. Tantò major laus eſt ignoſcentis, quantò major exaggeratio eſt peccata confitentis. *Sup. Pſal.* 94. *poſt init. verſ.* 1. *pag.* 732. *C. tom.* 8.

50. Confeſſio peccatorum, decus eſt rectè viventium, & rectè factorum. *Sup. Pſal.* 103. *conc.* 1. *ante med. verſ.* 2. *pag.* 809. *A. tom.* 8.

51. Poteſt eſſe laus Dei vera & pia, ubi non ſit confeſſio peccatorum; nulla eſt autem peccatorum confeſſio pia & utilis, ubi non laudatur Deus, ſive corde, ſive etiam ore atque ſermone *Sup. Pſal.* 105. *poſt init. verſ.* 1. *pag.* 850. *C. tom.* 8.

52. Peccata ignorantiæ, vel negligentiæ meliùs accuſantur ut pereant, quàm excuſantur ut maneant. *Ibidem ante med. verſ.* 8. *pag.* 852. *D.*

53. In confeſſione meretrices, adulteræ, flagitioſæ defendunt peccata ſua; ſi latuerint, negant: ſi autem vel deprehenſæ atque convictæ fuerint, defendunt: & quàm facilis defenſio earum, quàm cita, ſed quàm præceps, quàm quotidiana & quàm ſacrilega! *Super Pſal.* 140. *in expoſ. poſt initium, verſ.* 5. *pag.* 1114. *D. tom.* 8.

54. Si vis à via fidei perduci ad poſſeſſionem ſpei, incipe in confeſſione: te priùs accuſa, te accuſato Deum lauda. *Sup. Pſal.* 146. *poſt med. verſ.* 7. *Præcinite Domino in confeſſione. pag.* 1169. *A. tom.* 8.

55. Vis audire conſilium, peccator? ſi vis à Deo fugere, ad ipſum fuge confitendo, non ab ipſo latendo: latere enim non potes, ſed confiteri potes. *Tract.* 6. *ſuper Evang. Ioan. de cap.* 3. *longe poſt init. pag.* 419. *lit. B. tom.* 9.

56. Vera confeſſio eſt via, per quam ingrediar ad te viam, per quam egrediar ab invio, & revertar ad te viam, quia tu es vera via vitæ Deus meus. *Lib. Soliloq. animæ cap.* 4. *in fine. pagina* 819. *littera B. tom.* 9.

57. Sacerdotem Angelum Dei exiſtima, aperi ei penetralium tuorum abditiſſima latibula, conſcientiæ verecundæ penitiora revela repagula. *Prof.*

58. Non te pudeat coram uno dicere, quod te non puduit forſitan coram multis, & cum multis facere. *Lib.* 2. *de Viſit. infirm. cap.* 5. *ante med. pagina* 659. *B. tom.* 9.

59. Heu cur erubeſcis confiteri quod facere nequaquàm erubuiſti? melius eſt coram uno aliquantulum tolerare, quàm in die judicii coram tot millibus hominum gravi depulsâ denotatum tabeſcere. *Ibid. ante fin. pag.* 660. *C.*

60. Confitere, chare mi, nomine tenùs, quæ te mordent flagitia, detege ſpecialiter, quæ ſcis ſpecialia. *Ibid. in fine pag.* 660. *C.*

61. Melius eſt ignorantiæ presbyterorum conſulere, quàm ignorantes in ignorantia ſua incaſtigatos remanere. *Ibid. cap.* 7. *in princ.* 660. *D.*

62. Quid eſt infelicius, quid perverſius! quàm de ipſo vulnere (quod latere non poteſt) non erubeſcere, & de ligatura illius erubeſcere? *De pœnit. medicina. cap.* 3. *ante med pag.* 698. *lit. B. tom.* 9.

63. In confeſſione ſui accuſatio, Dei laudatio eſt. *Serm.* 8. *de verbis Dom. poſt initium, pag.* 19. *B. tom.* 10.

64. Remedia purgandi facinoris Spiritu ſancto inſtruente, addiſcimus, non aliter veniam poſſe mereri, niſi noſtra facinora fuerimus Deo jubente confeſſi. *Tom.* 10. *Hom.* 46. *in princ. pag.* 375. *C.*

S. AUGUSTIN.

65. Diluat confitendo quod peccando infecerat, ſatisfactione abluat quod delictorum maculis ſordidaverat. *Ibid. ut ante.*

66. Timeat futurum ſupplicium, qui præſens judicis contempſit remedium. *Ibid. poſt med. pag.* 373. *A.*

67. Confeſſio juſtificat, confeſſio veniã peccatis donat omnis ſpes veniæ in confeſſione conſiſtit. *Serm.* 3. *Dom.* 1. *Quad. & in Ord.* 66. *in medio pag.* 513. *B. tom.* 10.

68. Confeſſio opus eſt miſericordiæ, ſalus ægroti, unicum eſt viribus noſtris medicamentum cum pœnitentia. *Ibidem.*

69. Pectus premitur crapula iniquitatis, evomat eam confeſſio, ſed non canino more redeatur ad vomitum. *Serm.* 1. *Dom.* 4 *Quadrag. & in Ord.* 96. *in fine pagina* 577. *A tom.* 10.

70. Noli timere peccata confiteri, ô homo, nam illud quod per confeſſionem ſcio, minùs ſcio, quàm illud quod neſcio. *Serm.* 30. *ad Fratres in eremo, poſt med. pag.* 954. *tom.* 10.

71. Cur confiteri times peccata? peccator eſt, qui audit peccata, ſicut & tu, & forſitan major: homo eſt, nihil differt à te, nihil alienum habet à te. Cur ergo times, ô homo peccator, homini peccatori confiteri? elige quod vis, ſi non confeſſus lates, inconfeſſus damnaberis. *Ibid.*

72. Confeſſio eſt
- Salus animorum.
- Diſſipatrix vitiorum.
- Reſtauratrix virtutum.
- Oppugnatrix dæmonum.
- Pavor inferni.
- Obſtaculum diaboli.
- Angelorum tunica.
- Eccleſiarum fiducia.
- Salus, dux, baculus, lumen, & ſpes omnium Fidelium. *Ibid. ante finem. pag.* 954. *lit. D.*

73. Confeſſio
- Obſtruit os inferni.
- Aperit portas Paradiſi.
- Vita eſt juſtorum.
- Peccatorum gloria. *Ibid. ut ante.*

74. Qui verbum confeſſionis in ore habet, & in corde non habet, aut doloſus eſt, aut vanus: qui verò in corde & non in ore, aut ſuperbus eſt, aut timidus. *Ibid. in fine pag.* 954. *D.*

75. Decet Sacerdotes eſſe tales, ut cognoſcant & ſciant, quam, qualem, & quantam infirmantibus exhibere debeant medicinam. *Ibid. ut ante.*

76. Nolens ſe eſſe reum, addit potiùs ad reatum: & ſua excuſando, non accuſando peccata, ignorat non ſe pœnam removere, ſed veniam. *De continentia cap.* 5. *circa med. pag.* 708. *D. tom.* 4.

77. Iſta aſſidua peccata, & quaſi qoodammodò neceſſaria, aſſidua laventur confeſſione, aſſidua reſtaurentur compunctione. *De vera & falſa pœnit. cap.* 8. *poſt med. pag.* 743. *lit. A. tom.* 4.

78. Quem pœnitet, omninò pœniteat, & dolorem lachrymis oſtendat: repræſentet vitam ſnam Deo per Sacerdotem, præveniat judicium Dei per confeſſionem. *Ibidem cap.* 10. *in princ. pagina* 744. *lit. C. tom.* 4.

79. In hoc quod peccator per ſeipſum dicit Sacerdoti, & erubeſcentiam vincit, timore offenſi, fit veina criminis. *Profec.*

80. Fit pet confeſſionem veniale, quod erat criminale in operatione, fit veniale quod commiſerat mortale.

81. Multùm ſatisfactionis obtulit, ſi qui erubeſcentiæ dominans, nihil eorum quæ commiſit nuntio Dei denegavit. *Ibidem poſt initium. pagina* 744. *littera D.*

82. Cautus ſit ne verecundia ductus dividat quis apud ſe confeſſionem, & diverſa diverſis Sacerdotibus velit manifeſtare. *Profec.*

83. Quidam uni celant, quæ alii manifeſtanda conſervant, quod eſt ſe laudare, & ad hypocriſim tendere, & ſemper venia carere, ad quam per fruſta totam putant pervenire. *Ibidem cap.* 15. *in medio pagina* 747. *lit. A.* S. AUGUSTIN.

84. Sentiat culpam, nec velit excuſare ſe confitens, ne augeat crimen. *Ibidem cap.* 16. *in princ. pag.* 747. *lit. B.*

85. Conſideret Confeſſor qualitatem criminis, in loco, in tempote, in perſeverantia, in varietate perſonæ, & quali hoc fecerit tentatione, & in ipſius vitii multiplici executione. *Ibid. cap.* 14. *in princ. pag.* 746. *lit. C.*

86. Caveat ſpiritualis Judex, ut ſicut non commiſit crimen nequitiæ, ita non careat munere ſcientiæ, oporter enim ut ſciat cognoſcere quidquid debet judicare. *Profec.*

87. Judiciaria enim poteſtas hoc expoſtulat, ut quod debet judicare, diſcernat.

88. Diligens inquiſitor, & ſubtilis inveſtigator ſit, ſapienter & quaſi aſtutè interroget à peccatore quòd forſitan ignorat, vel verecundia velit occultare. *Ibidem cap.* 20. *circa medium pagina* 749. *littera B.*

89. Deus tegat vulnera tua, noli tu: nam ſi tu tegere volueris erubeſcens, medicus non curabit. *Sup. Pſal.* 31. *in Enarrat.* 2. *verſ.* 2. *pagina* 130. *littera D. tom.* 8.

90. Remanſit in vetuſtate, qui noluit confitendo amare novitatem. *Ibidem verſ.* 3. *Quoniam tacui. pagina* 131. *lit. A.*

91. Spiritus ſanctus eſt in confitente: jàm ad donum Spiritus ſancti pertines, quia tibi diſplicet quod feciſti, immundo ſpiritui peccata placent, ſancto diſplicent. *Sup. Pſal.* 50. *verſ.* 12. *pag.* 337. *B. tom.* 8.

92. Dic hominibus quid es, dic Deo quid es: quia ſi non dixeris Deo quod es, damnabit Deus quod in te inveniet: non vis ut ille damnet te, tu te damna: vis ut ille ignoſcat, tu ignoſce. *Tract.* 1. *ſuper Ioan. de capitul.* 1. *circa medium, ſuper illud, Si confeſſi fuerimus delicta noſtra*, &c. *pagina* 394. *littera D. tom.* 9.

93. Eſto accuſator tuus, & Deus erit indultor tuus. *Serm.* 7. *de verbis Dom. in fine pagina* 18. *littera D. tom.* 10.

94. In omnibus Scripturis divinis utiliter ac ſalubriter admonemur, ut peccata noſtra debeamus jugiter & humiliter non ſolùm Deo, ſed etiam Sanctis & Deum timentibus confiteri. *Tom.* 10. *Hom.* 11. *in princ. pag.* 300. *lit. C.*

95. Sanat te Deus, confitere tantùm vulnus tuum: jaces ſub manibus medici, patienter implora auxilium. *Profec.*

96. Fovet, urit, ſecat, æquanimiter tolera; tantùm noli attendere, niſi ut ſaneris.

97. Sanaberis autem, ſi oſtendas te medico: non quia ille non videt, ſi tu te abſcondas, ſed ipſa Confeſſio initium ſanitatis eſt. *Ibidem a medio. pagina* 301. *littera B.*

98. Melior eſt in malis factis pura Confeſſio, quàm in bonis factis ſuperba glorіatio. *Serm. de Donis Spiritus ſancti, in fine fol.* 127. *col.* 3. S. BERNARD.

99. Hæc ſunt, quæ mundant oculum cordis, oratio & confeſſio. *Serm.* 1. *omnium SS. ante finem, fol.* 62. *col.* 4. *litt. M.*

100. Sacerdotes cautè neceſſe eſt vigilare ſolicitos, quò delinquentium cordibus tanto moderamine verbum timoris & contritionis inſtigant, quatenùs eos nequaquàm à verbo confeſſionis exterreant. *Serm. exhort. ad Milites templi cap.* 12. *prope finem, fol.* 112. *col.* 2. *littera F.*

101. Diſſimulant in vita ſua agere pœnitentiam, & de extrema confeſſione præſumunt. *Serm.* 38. *de parvulis Serm. in princ. fol.* 122. *col.* 3. *G.*

S. BERNARD. 102. Confeſſio eò perículoſiùs eſt noxia, quò ſubtiliùs vana, cùm ipſa etiam inhoneſta & turpia de nobis detegere non veremur, non quia humiles ſumus, ſed ut eſſe putemur. *Serm. 16. ſup. Cant. poſt med. fol. 145. col. 4. L.*

103. Quid perverſius, quid te indignius, quàm ut humilitatis cuſtos confeſſio, ſuperbiæ militet: & indè velis videri melior, undè videris deterior? *Ibid.*

104. O perverſitas! non pudet inquinari, & ablui pudet. *Epiſt. 185. ad Euſtochium. ante medium, fol 249. col. 4. littera K.*

105. Bonum eſt animæ ornamentum confeſſio, quæ & peccatorem purgat, & juſtum reddit purgatiorem. *Epiſt. ad Sophiam circa medium. fol. 235. col. 1. lit. C.*

106. Abſque confeſſione juſtus judicatur ingratus, & peccator mortuus reputatur: à mortuo quippè, tanquàm qui non ſit, perit confeſſio. *Ibidem*, &c.

107. Confeſſio, peccatoris eſt vita, juſti gloria: & neceſſaria eſt peccatori, & juſtum nihilominus decet. *Ibidem*, &c.

108. Quomodo culpam ſuam confitebitur, qui nec eſſe putat, nec putari culpabilis patitur? propterea cùm ei culpa imputatur, creſcit, non amputatur. *Gradu 7. de Præſumpt. in fine, fol. 303. col. 7. G.*

109. Conveniens valde eſt, ut nos qui peccando Deo contumaces fuimus, pœnitendo ſupplices Sacerdotibus & miniſtris ejus ſimus. *De Medit. cap. 9. ante finem. fol. 324. col. 3. I.*

110 Sunt qui confitendo quaſi fabulam enarrant ſuorum hiſtoriam peccatorum; ægritudines animæ ſuæ ſine confuſione dinumerant, & penè ſine pœnitentia, & ſine affectu doloris. *De vita ſolit. ad fratres, ante med. fol. 316. columna 4. littera M.*

111. Omnia in confeſſione lavantur, conſcientia mundatur, amaritudo tollitur, peccatum fugatur, tranquillitas redit, ſpes reviviſcit, animus hilareſcit. *In Meditat. cap. 37. circa med. fol. 330. col. 1. C.*

112. Poſt Baptiſmum nullum aliud nobis conſtitutum eſt remedium, quàm confeſſionis refugium. *Ibidem.*

113. Ante Dei conſpectum cuncta noſtra peccata ſunt ſcripta: ſed quod ibi ſcribit tranſgreſſio, hic delet Confeſſio, non te igitur pudeat dicere, quod non puduit facere. *Ibid. poſt med. fol. 330. col. 1. C.*

114. Omnis ſpes veniæ & concordiæ eſt in Confeſſione vera: ſimulata namque confeſſio non eſt confeſſio, ſed duplex confuſio. *Ibid. poſt med. fol. 330. col. 2. D.*

115. Confeſſio ſpeciem habens humilitatis, non virtutem, non ſolùm veniam non meretur, ſed & provocat iram. *Prof.*

116. Culpabilis profectò eſt Confeſſio, quæ culpam non diluit, quæ ſe excuſat, & non accuſat.

117. Omninò non poteſt non placari Deus, ſi quæ in ore per confeſſionem ſonat, in corde radicet humilitas. *Serm. 16. ſuper Cant. poſt medium, fol. 145. column. 4. littera L. M.*

118. Execranda in confeſſione fictio eſt, peccatum dividere, & ſuperficie tenùs radere, non intrinſecùs eradicare. *Profoc.*

119. Non enim utilis eſt confeſſio, niſi ſit in oris veritate & cordis puritate. *In Medit. cap. 9. poſt med. fol. 324. col. 3. I.*

120. Cur te pudet peccatum tuum dicere, quem non puduit facere?

121. Cur erubeſcis Deo confiteri, cujus oculis non potes abſcondi?

122. Si fortè pudor eſt tibi, uni homini & peccatori peccatum exponere, quid facturus es in die judicii, ubi omnibus expoſita tua conſcientia patebit? *In ſententiis verbo Quatuor, paulò poſt med. ſup. illud Joan. 11. Lazare veni foras, fol. 129. col. A.*

123. Omne quod remordet conſcientiam, confitere humiliter, putè, fideliter. *Serm. 16. ſup Cant. poſt med. fol. 145. col. 4. K.*

124. Ama confeſſionem, ſi affectas decorem: confeſſioni enim jungitur decor, jungitur pulchritudo: ubi confeſſio, ibi pulchritudo ibi decor. *Ep. 113. ad Sophiam paulò poſt med. fol. 235. columna 1. B.*

125. Si peccata ſunt, in confeſſione lavantur: ſi bona opera, confeſſione commendantur. *Ibid.*

126. Si ad perfectam ſanitatem pervenire deſideras, quidquid conſcientiæ ſtomachum gravat, totum vomitu puræ confeſſionis evomere non differas. *Prof.*

127. Virus vitiorum, niſi feſtinanter ejiciatur, priùs interiora corrumpit, deindè ad exteriora ebulliens totum corpus occupat, & maculat. *De Interiori domo cap. 55 in fine fol. 331. col. 4. M.*

128. Peccatum manifeſtando decreſcit. *Volum. 2. ſer. 38. ad Sororem in fine fol. 91. C.*

BOËTIUS. 129. Si operam medicantis expectas, oportet ut vulnus detegas tuum. *Lib. 1. de conſol. Philoſ. Proſa. 4. pag. 21.*

S. BONAVENT. 130. Confeſſio debet eſſe voluntaria, nuda, munda: Voluntaria ſecundùm originem, nuda ſecundùm qualitatem, munda ſecundùm finem. *Sup. Pſal. 88. in princ. pag. 130. columna 2. D. tom. 1.*

131. Diabolus tenet peccatorem in carcere clauſum; Chriſtus clavem ad aperiendum de cœlo apportavit, & amico tuo reliquit: ſed heu! diabolus cavet ne aperiatur. *Serm. 10. in dieb. Rogat. circa med. pag. 122. col. 2. tom. 3. ſup illud Matth. 16. Tibi tradita ſunt claves*, &c.

132. Omnis difficultas confitendi, vinclum eſt diaboli. *Ser. 3 Dom. 11. poſt Pentec. in fin. pag. 174. col. 1. tom. 3.*

133 O quàm conſultius, quàm melius eſt nunc uni detegere Sacerdoti peccata ſua, quàm coram Deo, & Angelis mundoque univerſo confundi! *Serm. 1. de S. Marco, in medio pag. 244. col. 1. tom. 3.*

134. Sicut nullus poteſt juſtificari, qui Sacramenta contemnit: ſic nullus in juſtitia perſeverat, ſi poſt juſtificationem ex contemptu negligat confiteri. *In lib. 4. ſent. diſt. 17. part. 1. art. 2. quæſt. 4. in princ. corporis, pag. 218. col. 1. E. tom. 5.*

135. Confeſſio fuit
- A Domino inſinuata.
- Ab Apoſtolis inſtituta.
- Ab Epiſcopo Hieroſolymitano, ſc. Jacobo, promulgata. *Ibid diſt. 17 part. 2. art. 1. quæſt. 3 in medio corp. pag. 224. col. 1 D.*

136. Ceſſat vindicta divina, ſi confeſſio præcurrat humana. *Lib. 2. Pharetra cap. 19. circa med. pagina 137. col. 2. A. tom. 6. part. 1.*

137. Habes accuſatorem acerbiſſimum & immitem: præveni ergo eum, & obtura os ejus impudiciſſimum propria ſponte confitendo delicta *Ibid.*

138. Quantò quis pluribus confitebitur in ſpe veniæ turpitudinem criminis, tantò faciliùs conſequetur gratiam remiſſionis. *Ibidem in princ. pag. 137. col. 1. D.*

139. Sacerdos in confeſſione debet diſcernere inter pœnitentiam & pœnitentiam, & inter culpam & culpam; ſicut ex lege Domini debebat Sacerdos & mandato Domini diſcernere inter lepram & lepram. *Tit. 2. diatæ. cap. 1. à medio, pag. 280. col. 2. D. tom. 6. part. 1.*

140. Non eſt conſcientiæ ordinatæ, ſeu puræ, varios quærere Confeſſores. *In ſpeculo diſcipl. Part. 1. cap. 9. ante med. pag. 538. col. 1. lit. C. tom. 7. part. 4.*

141. Confeſſio
- A morte liberat.
- Vulnera mentis ſanat.
- Deum homini manifeſtat.
- Paradiſum aperit.
- Peccata tegit.
- Miſericordiam divinam emollit.
- Animum jucundat.
- Interceſſores multiplicat.
- Conſcientiam mundat.
- Fœdus diaboli rumpit.
- In via ſalutis dirigit.
- Peccatum delet.
- Malum præcavet. *Lib. 6. Compendii Theolog. veritatis cap. 26. pag. 782. col. 1. lit. E. tom. 7. part. 4.*

Digitized by Google

S. Cæsarius Arelaten.

142. Peccatum ipſius peccati cognitione curatur, & crimen criminis confeſſione abolctur. *Homil 4. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 748. col. 2. lit. G. edit. Coloniæ 1618.*

Cassiodorus.

143. O ingenioſa ſimplicitas, & mille tergiverſationibus cautior puritas, manifeſtare delictum! Illis non judex, ſed advocatus eſt Chriſtus, qui ſe propria confeſſione damnarunt. *Sup. Pſ. 31. verſ. 5. folio 45. col. 4. & ſup. Pſ. 65. verſ. 4.*

144. Mira compenſatio, ſtupenda viciſſitudo, Domino ſuo propria mala dicere, & ab eodem præmia ſalutis accipere. Quis non incitetur illi ad præmium confiteri, cui non poſſis negare quod feceris? *Sup. Pſ. 118. in illud, Vias meas enuntiavi, &c. folio 182. columna 2.*

145. Sola neceſſaria eſt, quæ dicitur confeſſio, cùm reus non id quod factum eſt defendit, ſed ut ignoſcatur expoſtulat. *Sup. Pſalm. 6. in medio concluſionis. folio 51. columna 4.*

146. Pia confeſſio poteſt abſolvere, quod rota conſtat impia commiſiſſe. *Sup. Pſ. 49. in calce concluſionis. fol. 77. columna 2.*

147. Culpam revelare remedium eſt, delicta confiteri, ſecuritas. *Sup. Pſ. 72. ante finem, verſ. 25. folio 111. columna 4.*

148. Tantùm valet in principiis accelerata confeſſio, ut antè indulgentia ſubveniat, quàm pœna percellat. *Sup. Pſalm. 93. poſt medium, verſ. 18. folio 143. columna 3.*

149. Ibi damnatio eſt confiteri peccatum, ubi jàm conſtat eſſe judicium. *Sup. Pſal 105. poſt init. verſ. 1. fol. 142. columna 4.*

S. Clemens Pap.

150. Quòd ſi fortè alicujus vel cor, vel livor, vel infidelitas, vel aliquod aliud peccatum latenter irrepſerit, non erubeſcat confiteri hæc huic qui præeſt ut ab ipſo per verbum Dei, & conſilium ſalubre curetur. *Ep. 1. longè poſt init. fol. 204. pagina 1.*

S. Diadochus

151. Confiteri oportet donec conſcientia confitentis in lachrymis charitatis de remiſſione eorum plenè perſuaſum habeat. *Prof.*

152. Oportet autem attendere ſemper ſenſum confeſſionis, ne fortè conſcientia noſtra ſibi mentiatur, dùm ſatis ſe quis confeſſum eſſe ſuſpicatur.

153. Siquidem longè majus eſt judicium Dei conſcientia noſtra, tametſi exploratum ei ſit pleniſſimè nihil ſe ſibi conſcium eſſe.

154. Etenim niſi ut decet confeſſi fuerimus, metum quendam latentem tempore obitus noſtri in nobis reperiemus. *De Perfect. ſpirit. cap. 100. apud Bibliotb. Patrum, tom. 4. pag. 762. columna 1. A.*

S. Doroth.

155. Nihil gravius, nihil pernicioſius, quàm ſeipſum tegere. *Doctr. 5. circa medium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 4. pag. 773. col. 2. littera G. edit. Coloniæ 1618.*

S. Eligius.

156. Peccator dùm labitur in peccatum, de miſericordia Dei præſumat, apud quem nullas patitur veniæ moras vera confeſſio. *Homil. 9. poſt medium, apud Bibl. Patrum, tom. 7. pag. 245. columna 1. littera B. edit. Coloniæ 1618.*

157. Per confeſſionem venia naſcitur. *Ibidem, Homil. 11. ante fin. pagina 247. columna 2. G.*

158. Confiteantur ſinguli delictum ſuum, dùm adhuc qui deliquit in ſeculo eſt, dùm admitti confeſſio ejus poteſt. *Prof.*

159. Illi ſe anima proſternat, illi mens tota ſatisfaciat, illi ſpes omnis ſuccumbat. *Ibidem, Hom. 11. ante fin. pagina 247. col. 2. H.*

S. Ephræm.

160. Sua peccata ſponte ſpiritualibus viris prodere, correctionis vitæ ſignum eſt: occultare verò, animi malè affecti indicium exiſtit. *In illud, Attende tibi. cap. 9. ſub fin. pagina 326. A.*

161. Multi, qui præ pudore occultando morbum, inſanabilem eum reddunt, quem noviſſimè dolent ſe medico non oſtendiſſe.

S. Fulgent.

162. Tunc prodeſt peccati confeſſio, ſi confeſſus peccator quod malè fecerat, ultra non faciat. *Lib. 2. de Remiſſ. pecc. cap. 16. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 1. part. 119. col. 1. C.*

Gloss. Int.

163. Sic confitere peccatum, ut non ſit iterandum. *Sup. Eccleſiaſtic. cap. 7. in illud, Et non iteres verbum. col. 2012 E. tom. 3.*

Gloss. ord. & S. Ioannes Chrysost.

164. Confeſſio peccatorum, conſcientiæ eſt teſtimonium timentis Deum: qui enim timet judicium Dei, peccata non erubeſcit confiteri. *Sup. Matth. cap. 3. in illud, Confitentes peccata ſua. columna 72. littera F. S. Joan. Chryſoſt. tom. 5. Homil. 3. op. imp. in Matth.*

Gratianus.

165. Ubi eſt taciturnitas confeſſionis, venia non eſt ſperanda criminis. *In decretis. part. 2. de Pœnitent. diſt. 1. canon. Quis. in fine, folio 387. col. 4. edit. Lugdun. 1540.*

S. Greg. Mag.

166. Qui promereri vult bonum quod expetit, debet malum confiteri quod fecit. *Libr. 7. Moral. cap. 18. in fine. col. 267. A. tom. 1.*

167. Deſpecta vox confeſſionis eſt, quam format jucunditas proſperitatis. *Ibidem, cap. 22. num. 25. ſup. illud Pſ. 48. Confitebitur tibi. col. 270. littera D.*

168. Sola confeſſio habet magni meritum ponderis, quam à veritatis rectitudine nequaquam ſeparat vis doloris, quam uſque ad judicium vocis exacuit adverſitas teſtis cordis. *Ibidem.*

169. Hæc ſunt veræ humilitatis teſtimonia, iniquitatem ſuam quemque cognoſcere, & cognitam voce confeſſionis aperire. *Lib. 22. Moral. cap. 9. in princ. num. 13. col. 745. C. tom. 1.*

170. Uſitatum humani generis vitium eſt, latendo peccatum committere, & commiſſum negando abſcondere, & convictum defendendo multiplicare. *Ibidem.*

171. Cuique peccatori jàm exordium illuminationis eſt, humilitas confeſſionis. *Ibid. poſt med. num. 13. col. 746. B.*

172. Sibimetipſi jàm parcere renuit, qui malum non erubeſcit fateri quod fecit: & qui defendendo accuſari potuit, accuſando ſe celerrimè defendit. *Ibidem.*

173. Perfectæ humilitatis indicium eſt, peccata & ultrò accuſare, & aliis accuſantibus non negare *Ibid. cap. 10. in titulo. num. 14. col. 746. littera D.*

174. Indicia veræ confeſſionis ſunt, ſi cùm quiſque ſe peccatorem dicit, id de ſe dicenti etiam alteri non contradicit. *Ibidem, ante medium. num. 14. col. 747. littera B.*

175. Superbiæ vitium eſt, ut quod de ſe fateri quiſque quaſi ſua ſponte dignatur, hoc ſibi dici ab aliis dedignetur. *Ibidem.*

176. Mirentur in ſancto Job (qui volunt) caſtitatis continentiam: mirentur integritatem juſtitiæ, mirentur viſcera pietatis: ego in eo non minùs admiror confeſſionem humillimam peccatorum, quàm tot ſublimia geſta virtutum. *Ibidem, paulò ante med. &c.*

177. Apud aures Dei vox valida, devota confeſſio eſt. *Ibid. lib. 26. cap. 23. ante med. ſup. illud Job. 36. Neque clamabunt, &c. col. 881. littera D.*

178. Vulnera clauſa plus cruciant: nam cùm putredo, quæ interiùs fervet, ejicitur, ad ſalutem dolor aperitur. *Part. 3. Paſtor. cap. 1. Admonit. 15. ante med. col. 1277. littera B. tom. 3.*

179. Peccatorum confeſſio eſt quædam vulnerum ruptio; quia peccati virus ſalubriter aperitur in confeſſione, quod pòſt ferè latebat in mente *Homil. 40. ſup. Evang. paulò poſt initium, columna 525. littera D. tom. 2.*

180. Electorum eſt peccare & reſipiſcere, culpas perpetrare & perpetratas confitendo detegere. *Lib. 5. in 1. Regum. cap. 4. poſt med. ſup. illud 1. Indica mihi quid feceris. col. 1552. A. tom. 2.*

181. Electi viri quando ſe de minimis accuſant in confeſſione, ea utique non quaſi parva, ſed quaſi magna

S. GREG. MAG. pronuntiant. *Ibidem*, &c. *ſuper illud* 1. *Et indicavit illi Jonathas. col.* 1552. *littera B.*

182. Electi peccata ſua deſerunt, & tamen hæc quaſi non deſerta pertimeſcunt, quæ quidem puris confeſſionibus delent, ſed quaſi non deleta vehementer timent. *Ibidem*, &c.

183. Peccatum in confeſſione prodendum eſt, ſed augmentandum mendacio non eſt: tale debet eſſe in confeſſione, quale fuit in operatione. *Ibidem*, &c. *littera C.*

184. Signum veræ confeſſionis non eſt in oris confeſſione tantùm, ſed etiam in afflictione pœnitentiæ. *Lib. 6. in primum Regum. cap. 2. longè poſt med. col.* 1568. *A. tom.* 2.

185. Quando, & ubi, & quomodo; ſi vel ignorantia, vel caſu, vel ſtudio quiſque deliquerit, confiteatur. *In 7. Pſalmos pœnitent. ſup. Pſ. 2. verſ. 5. in med. col.* 545. *C. tom* 2.

186. Peccatum quod diligitur, confitendo minimè deletur. *Lib. 6. in primum Regum. cap. 2. longè poſt medium. ſup. illud, Peccavi, &c. columna* 1597. *D. tom.* 2.

187. In quo ſibi quiſque miſericorditer ſubveniri deſiderat, hoc neceſſe eſt ut confitens tergat. *Lib. 4. Moral. cap. 17. ante medium. num. 21. col. 109. lit. B. tom.* 1.

S. GREG. NAZ. 188. Magnum malitiæ remedium, confeſſio & fuga eſt peccati. *Orat 8. ob Patrem Epiſcop. ante finem. pagina* 62.

189. Credere ſolùm, juſtitia eſt: ſalus autem perfecta, eſt confiteri. *Orat. 20. poſt med. pagina* 179.

HAYMO. 190. Illi quorum peccata humanam notitiam latent, nec ab ipſis confeſſione, nec ab aliis publicata, ſi ea confiteri vel emendare noluerint. Deum quem habent teſtem, ipſum habituri ſunt & ultorem. *Serm. 1. fer. 2. Litaniarum. ſub finem.*

191. Non ſufficit ſola confeſſio, ſi defuerit bona operatio. *Serm. Dom. 19. poſt Pentec. in fine.*

S. HIERON. 192. Pateat quod occultum eſt, ut poſſit conteri cùm patuerit. *Libr. 1. adverſus Jovian. poſt init. pag. 18. D. tom.* 2.

193. Levius eſt crimen, ubi homo peccatum ſuum ultro confitetur, quàm ubi celans invitus detegitur, & nolens publicatur. *Tom. 4. Ep. 22. ad Suſannam lapſam. in princ. pag. 129. A.*

194. In hac vita mortalibus nihil eſt quidquam ſalubrius, quàm ut ſtatim peracto delicto, confeſſionis non differatur medela. *In Regula Monachar. cap. 19. poſt med. pagina 331. A. tom.* 4.

195. Si quem ſerpens diabolus occultè momorderit, & nullo conſcio eum peccati veneno infecerit: ſi tacuerit qui percuſſus eſt, nec vulnus ſuum voluerit confiteri, nihil ei ad curandum prodeſſe poterit. *Prof.*

196. Si erubeſcat enim ægrotus vulnus medico confiteri quod ignorat, medicina non curat. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 10. in illud, Si momorderit ſerpens, &c. pag. 93. D. tom.* 7.

197. Qui cecidit in crimine, confitendo mala ſua redeat ad ſalutem. *Sup. Pſ. 50. in fine Pſalmi 49. pag. 73. D. tom.* 8.

198. Ubi peccator intelligens vulnus ſuum, tradit medico ſe curandum, ibi non eſt virga neceſſaria, ſed ſpiritus lenitatis. *Et habet. in decretis Gratiani. part. 2. de pœnit. diſt. 1. canon. Importuna. folio 382. col.* 3.

HUGO A S. VICTORE. 199. Intùs eſt peccator, quamdiù iniquitatem ſuam abſcondit; quando autem confitetur, foras venit. *Profec.*

200. Quiſquis in hac vita ſpontè à peccato exire noluerit, in futuro expelletur invitus.

201. Quia qui hic peccatum ſuum revelare neglexerit ad ſalutem, ejus peccatum ibi, velit nolit, revelabitur ad confuſionem. *Sup. Pſalm. 5. verſ. 7. pag. 38. F. tom.* 1.

202. Nihil latet occultum in abſconſo mentis, quod non appareat in luce veræ confeſſionis. *Lib. 3. de clauſtro animæ. cap. 19. in fine. pag. 66. D. tom.* 2. HUGO A S. VICTORE.

203. Sanè quàm ſit pernitioſum, quàm periculoſum homini peccatori, peccata ſua celare; & quàm ſit fructuoſum, immò neceſſarium, ea confiteri, multis authoribus in ſacra paginis declaratur. *Ser. 53. poſt init. pag. 367. F. tom.* 2.

204. Non poteſt quis juſtificari à peccato, niſi confeſſus fuerit antè peccatum. *Ibidem, ante med. pag.* 362. *littera H.*

205. Si fortè peccator verè pœniteat, ſed intercurrentis neceſſitatis articulo ad confeſſionem venire non poſſit, firmiter eſt credendum, quod in eo ſummus Sacerdos complet quod mortalis non potuit. *Ibidem.*

206. Tunc ſalus peccatoris incipit, quando veraciter pro delictis ſuis ingemiſcit; quæ tamen ſalus tunc perficitur, quando id undè ingemuit ore confitetur. *Ibid. ante med. pag. 368. A.*

207. Confeſſio timida eſt in principio, ſed quantò major eſt timor, tantò confidentiorem reddit confitentem. *Sup. Gen. cap. 44. in fin. Allegoricè. folio 64 col. 1. to.* 1. HUGO CARD.

208. Pignus emundationis, confeſſio eſt peccatoris: duæ molæ, ſpes & timor. Spes ſuperior, quia ad alta provehit; timor inferior, quia inferiùs trahit. Prima tollitur per deſperationem, ſecunda per præſumptionem. *Prof.*

209. Quidam enim confeſſores, imò ut veriùs dicam, vitiorum palpones, ſuperiorem molam auferunt, nimis acriter corrigendo, vel nimias pœnitentias injungendo. Alii autem auferunt molam inferiorem, vitia palpando, vel diminuendo, vel fallaciter veniam promittendo. *Sup. Deuter. cap. 24. folio 166. columna 4. tom.* 1.

210. Sex gradus, quibus itur ad confeſſionem.
- Primus eſt, vitæ præteritæ recordatio.
- Secundus eſt, vitæ præſentis conſideratio.
- Tertius eſt, ſtatus futuri præmeditatio.
- Quartus eſt, pudor, qui ex primo procedit.
- Quintus eſt, dolor qui ex ſecundo oritur.
- Sextus eſt, timor qui ex tertio naſcitur. *Sup. Joſue. cap. 15. Moraliter. folio 187. columna 3. tom.* 2.

211. Nunquàm eſt aliquis verè confeſſus, niſi in eo finitus fuerit omnis amor terrenorum. *Ibidem, cap. 15. Myſtice. fol. 188. col.* 2.

212. Licèt peccator confiteatur ſacerdoti, hoc tamen facit Deo, cujus loco eſt ſacerdos. *Sup. Pſ. 110. in princ. Moraliter 290. col. 2. tom.* 2.

213. Plurimùm ad emendanda peccata valet confeſſio. *Hom. 20. ſup. Geneſ. ante medium. col. 142 lit. B. tom.* 1. S. JOANNES CHRYSOSTOM.

214. Confeſſio peccatorum, abolitio eſt delictorum. *Ibid. circa med. col. 144. A.*

215. Non tàm grave eſt delinquere, quàm poſt delictum de remedio erubeſcere, nec parere ſacerdotibus. *Homil. 3. de David & Saule. poſt init. col. 622. C. tom.* 1.

216. Omnis qui confitetur ſervitutem, meretur gratiæ libertatem. *Serm. de eo quod David dicit, Quis ſum ego? ante med. col. 639. B. tom.* 1.

217. Peccare non erubuiſti, & confiteri erubeſcis? *Homil. 2. ſup. Pſalm. 50. poſt med. verſ. 4. col. 745. A. tom.* 1.

218. Delicta non adjectione delictorum, ſed pœnitentia & confeſſione celantur. *Hom. 49. ſup. Matth. poſt med. col. 417. D. tom.* 2.

219. Radix confeſſionis, fides eſt cordis: confeſſio

autem, fructus eſt fidei. *Hom 25. oper. imperf. ſup. Matth. ante finem, col.* 905. *B. tom.* 2.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 220. Quamdiù fides cordis integra eſt, ſemper germinat confeſſionem in ore: ſi autem confeſſio non fuerit, jam fides cordis ejus ſiccata eſt. *Ibidem*, &c. *littera C.*

221. Melius eſt propter miſericordiam Deo rationem reddere, quàm propter ſeveritatem: ubi enim Paterfamilias largus eſt, diſpenſator non debet eſſe tenax: ſi Deus benignus eſt, ut quid ſacerdos ejus in confeſſione auſterus? *Ibidem, Homil.* 43. *in med. col.* 1048. *lit. B.*

222. Nihil prodeſt ex neceſſitate repetita confeſſio ejus, qui ex voluntate nec ſemel confeſſus eſt. *Proſecutio.*

223. Nam voluntaria confeſſio & modica, ſufficit Deo, ex neceſſitate autem neque magna. *Ibid. Hom.* 52. *in fine. col.* 1120. *A.*

224. Qui occultat peccata ſua hominibus conſtitutis, & pœnitere non vult, ſed contemnens ſecurus delinquit, Deo odibilis eſt. *Homil.* 16. *ex variis locis ſup. Matth. ante finem, columna* 1187. *littera A. tom.* 2.

225. Nihil tàm exitiale peccato, quàm peccati accuſatio, cum pœnitudine lachrymiſque conjuncta. *Concion.* 4. *de Lazaro mendico. circa med. col.* 1359. *C. tom.* 2.

226. Cur pudeſcis, cur erubeſcis dicere peccata tua? cave homini dixeris; ne tibi opprobret, neque conſervo confitearis, ut in publicum proferat; ſed ei, qui Dominus eſt, ei qui tui curam gerit, ei qui humanus eſt, ei qui medicus eſt oſtende vulnera tua. *Ibidem, &c. lit. D.*

227. Peccatores non deſperent: ſed ſi peccaverit quis, quotidie confiteatur peccatum; tametſi millies peccaverit, perſtet millies confiteri. *Hom. de pœnit. poſt med. col.* 872. *D. tom.* 5.

228. Cur confunderis & erubeſcis peccata tua effari? confuſio eſt quidem peccare, confiteri autem peccantem, non eſt confuſio. *Tom.* 5. *ſerm. de pœnit. & confeſſ. prope init. col.* 905. *A.*

229. Rape tu remedium quiſquis es peccator, qui peccando divina contempſiſti præcepta. *Tom.* 5. *ſerm. de Confeſſ. ante med. col* 909. *A.*

230. Quid horres fateri, quod libenter ac properè commiſiſti? cur confunderis dicere, quod non confuſus es perpetrare? *Ibid.* &c. *B.*

231. Licet confiteri, cui peccare licuit: licet petere veniam, cui licuit contrahere culpam. *Ibidem, in fine. col.* 910. *B.*

232. Non poteſt quis gratiam Dei cœleſtis accipere, niſi prius purgatus fuerit ab omni ſorde peccati per pœnitentiæ confeſſionem. *Et habetur in decretis Gratiani. part.* 2. *de Pœnitent. diſt.* 1. *can. Non poteſt. folio* 380. *col.* 1.

233. Vulnus donec supernè tectum latuerit, & profunda penetraverit, nulla ratione curatur. *Proſecutio.*

234. Peccatum quamdiù abſconditur multa licentia (velut in tenebris) plurimum audet: poſteaquam verò per confeſſionem manifeſtum fuerit, jàm lux eſt, non ipſum peccatum. *Serm.* 18. *ſup. Ep. ad Epheſ. ante med. col.* 1064. *D. tom* 4.

235. Peccatum confeſſione minuitur. confeſſione verò contempta pergit in pejus. *Hom.* 31. *ſup. Epiſt. ad Hebr. ante med. Moral. col.* 1857. *B. tom.* 4.

236. Quomodo veniam delictorum tuorum petis, cùm illa nondùm confeſſus ſis? *Proſ.*

237. Omninò ille miſericordia & benignitate dignus eſt, qui cùm peccator ſit, peccata ſua confitetur. *Ibid.* &c. *lit. D.*

238. Quid erubeſcis? cùm peccare te contigit haud erubeſcebas: cùm te peccato liberes, erubeſcis. *Proſecutio.*

239. Tunc erubeſcere debuiſti, tunc oportuit pudore confundi, cùm peccabas: cùm factus es peccator, tunc pudere oportuerat, cùm juſtus efficeris, pudes. *Homil.* 3. *de Pœnit. ante med. columna* 847. *D. tom.* 5. S. JOANNES CHRYSOSTOM.

240. Non licet abſque verecundiæ rubore, æterna confuſione liberari. Aperi, denuda, detege medico vulnus tuum: dic, age, noli confundi. *Proſec.* S. IOAN CLIM.

241. Eſto dùm confiteris, habitu, ſpe, cogitatione; ut condemnatus reus dimiſſis in terram luminibus, & medici pedes, ut Chriſti pedes lachrymis riga. *Gradu* 2. *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 252. *col.* 2. *E. edit. Coloniæ* 1618.

242. Ad hoc quod confeſſio ſit pura, tres habere debet conditiones: ſit voluntaria, nuda, & munda. *Proſec.* JOAN. GERS.

243. Voluntaria per propriam deliberationem, & propoſitum; nuda, ſcilicet taliter quòd presbiter benè percipiat peccati magnitudinem: munda, ut non dicat peccatum ſine verecundia, & ſimplicitate. *Part.* 4. *de ſanctimonial. ante med. fol.* 182.

244. Confitere peccata tua: ſi tu agnoſcis, Deus ignoſcit; ſi tu excuſas, omni creatura te accuſabit. *Proſec.* JOAN. TRITH

245. Nam ſi homo detegit, Deus tegit: ſi homo tegit, Deus nudat: ſi homo agnoſcit, Deus ignoſcit. *Sup. cap.* 7. *Regulæ S. Benedicti Gradu* 5. *verbo Tu longè. poſt init. pag.* 371. *columna* 1.

246. Vulnus, quamvis grave ſit, ſi apertum eſt, evaporat: valdè enim comedit animum, vulnus clauſum. *Proſec.* S. ISIDORUS HISPALENS.

247. Quantò autem magis id tegis, tantò magis auges: aperi ergo hoc grato animo, & non te excruciat. *Lib.* 2. *Synonim cap.* 7. *in medio, pag.* 316. *columna* 1.

248. Vitia cordis tui revela, pravas cogitationes illicò manifeſta. *Proſec.*

249 Vitium enim proditum, citò curatur; crimen tacendo ampliatur, ſilentio culpa creſcit.

250. Si patet vitium, fit ex magno puſillum: ſi latet vitium, fit ex minimo magnum. *Ibidem, cap.* 11. *circa fin. pag.* 319. *col.* 1.

251. Confeſſio erroris, profeſſio eſt deſinendi: deſinendum ergo eſt à peccatis, dùm confeſſio facta eſt; confeſſio autem antecedit, remiſſio ſequitur. *Proſecutio.*

252. Extra veniam eſt, qui peccatum cognoſcit, nec cognitum confitetur. *Lib.* 6. *Etymol. cap.* 19. *ante fin. pag.* 84. *col.* 1.

253. Nullus erubeſcat confiteri, quia vitium detectum citò curatur: latens verò quamò ampliùs occultatum fuerit, tantò magis profundius ſerpit. *Proſecutio.*

254. Reverà qui vitium confiteri negligit, curari minimè cupit. *In Regula Monachor. cap.* 13. *in calce. pag.* 704. *col.* 2.

255. Sunt qui non ex vera cordis compunctione ſui accuſatores fiunt; ſed tantùm ad hoc eſſe ſe peccatores aſſignant, ut ex ficta humilitate confeſſionis, locum inveniant ſanctitatis. *Lib.* 2. *de ſummo bono. cap.* 12. *ſent.* 8. *pag.* 643. *col.* 1.

256. Multi ſemetipſos peccatores fatentur, & tamen ſemetipſos à peccato non ſubtrahunt. *Ibidem, cap.* 13. *ſent.* 1. *pag.* 643. *col.* 1.

257. Qui peccatorum ſuorum defenſor extiterit, neceſſe eſt (ſi veniam prætendit) ut pœnitendo accuſet, quod ſuperbiens pravè admiſit. *Ibidem, cap.* 24. *ſent.* 3. *pag.* 648. *col.* 2.

258. Vulnera mentis aperta, citò exhalant: clauſa, nimis exulcerant. *Ibidem, cap.* 29. *ſent.* 27. *pag.* 650. *col.* 2.

259. Superflua eſt humilitas eorum, qui ſe geſſiſſe accuſant, quæ non admiſerunt. *Lib.* 3. *de ſummo bono. cap.* 32. *ſent.* 6. *pag.* 678. *col.* 1.

260. Confuſio peccata & vulnera, quibus eſt ſub- LACT. FIRM.

Digitized by Google

jecta imbecillitas carnis, ſalubriter curat. *Lib. 4. de vera ſapient. cap. 30. in fine pag. 193.*

LACT. FIRM. 261. Appetenda eſt hæc omnibus medicina, ſc. confeſſionis, quoniam majori periculo vexatur anima, quàm corpus: & quàmprimùm latentibus morbis adhibenda eſt curatio. *Lib. 6. de vero cultu, cap. 24. poſt med. pag. 284.*

S. LAURENT. JUSTIN. 262. Nil ſic cordis amiſſam reparat gratiam, ſicut jugis oria confeſsio. *Profec.*

263. Si delictorum maculis fœdatur, ſi hebetudine gravatur, ſi deſperatione tangitur, ſi agitatur tentatione, currat ad confeſsionem, & liberabitur.

264. O beata confeſsio! quæ Deum placat, reconciliat pœnitentem, cœlum aperit, mundat cor, onus aufert, mentem lætificat, remittit peccatum.

265. Quantò gravius eſt delictum, & crebrior recidivatio, tantò ampliùs aſsidua ſit confeſſio *Part. 1. de caſto connubio, cap. 13. circa med. pag. 172. col. 2. littera C. D.*

266. Præclarum cœleſtia gratiæ indicium, atque juſtificati hominis medicamentum quàmmaximum, eſt delictorum humilis & devota confeſſio. *Part. 2. de Obedient. cap. 15. circa initium, pagina 632. col. 1. littera F.*

267. O delictorum ter beata confeſsio! quæ
- Placat Deum.
- Cœlum pandit.
- Reconciliat impios.
- Tergit ſcelera.
- Conſcientiam mundat.
- Fugat vitia.
- Tribuit veniam.
- Auget gratiam.
- Spondet gloriam. *Part. 2. de Regimine Prælat. cap. 21. poſt med. pag. 607. col. 1. A.*

S. LEO I. 268. Non remanet judicio condemnandum, quod fuerit in confeſsione purgatum. *Serm. 12. de Quadrag. prope med. fol. 39. pag. 2.*

269. Sufficit illa confeſsio, quæ primùm Deo offertur, tunc etiam ſacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit *Epiſt. 8. cap. 2. in fin. fol. 132. pag. 1.*

LUDOV. BLOS. 270. Ut puritatem conſcientiæ adipiſcaris, confitere ſatis frequenter humili contritoque corde peccata tua ſacerdoti. *In tabella ſpirit. in princip. pagina 579. col. 2.*

ORIGEN. 271. Circumſpice diligentiùs cui debeas confiteri peccatum tuum: proba priùs medicum, cui debeas cauſam languoris exponere, qui ſciat infirmari cum infirmante, flere cum flente, qui condolendi & compatiendi noverit diſciplinam. *Homil. 2. in Pſalm. 37. poſt medium. pagina 293. columna 2. littera F. tom. 1.*

PETR. BLES. 272. Peccatorum confeſsio debet eſſe pura, ſincera, humilis, fidelis: niſi enim pura fuerit, inanis eſt. *Profec.*

273. Sunt nonnulli, qui ſua dimidiant peccata, quædam confitendo, quædam ſubticendo: talis non cooperitur pallio Dei, quia ſuus non eſt, ſed diaboli. *Ser. 10. in die Cinerum, circa med. apud Bibliothecam Patrum, tom. 12. part. 2. pagina 852. colum. 1. C. D. edit. Coloniæ 1618.*

274. Simulatoria eſt, & falſa prorsùs confeſsio, ſi ex cordis amaritudine non procedit. *Ibidem, de Confeſſ. Sacram. circa med. pag. 936. col. 2 E.*

275. Dura & deflenda conditio! peccare nos cogit fragilitas innata, & confiteri prohibet confuſio peccati cognata. *Prof.*

276. Malum enim facere pudor non eſt, & pudor eſt confiteri; timemus dicere, quod committere non timemus. *Serm. 34. in princ. pagina 686. columna 2. littera F.*

S. PETRUS DAMIANUS. 277. A veſtibulo hujus ſacratiſsimæ virtutis omnes illos excludimus, quos ad confeſsionem vel timor cogit: quia extorta confeſsio non eſt confeſsio, ſed confuſio. *Prof.*

S. PATR. DAM. 278. Vel aliorum accuſatio trahit, quæ non eſt confeſsio, ſed defenſio.

279. Vel ſui excuſatio ducit, quæ non eſt confeſsio, ſed defenſio.

280. Vel inanis jactantia rapit, quæ non eſt confeſſio, ſed illuſio. *Ser. 58. de S. Andrea, paulo ante med. pag. 287. col. 1. C. tom. 2.*

281. Oportet confeſſarium non minùs litteratum quàm religioſum eſſe. *Profec.*

282. Litteratum, ut ſciat quid injungat, cui parcat, quando parcere debeat: Religioſum verò, ut puras manus levet ad Deum, & pro peccatoribus fiducialiter intercedat. *Ibidem, ante fin. pag. 288. col. 1. B. tom. 2.*

283. Ut confiteamur ratio movet, Deus cogit, qui videt: & ſi confundimur hîc dicere, quid erit in illa magna confuſione, ubi omnia omnibus patebunt? *Ibidem, &c. E.*

284. Spes vana multos obruit, qui dùm bona præſentia cupiunt, aperire conſcientias ſuas nolunt, ne ſi quales ſunt hominibus appareant, ad nulla præſentia vitæ bona conſcendant. *Ibidem, ſub finem. pag. 288. col. 2. littera A.*

285. Priùs per confeſsionem propria ſtudeant errata corrigere, qui aliis volunt errorem confitentibus ſubvenire. *Opuſc. 27. cap. 4. in fine. pag. 611. columna 2. lit. A. tom. 3.*

S. PROSPER. 286. Illi quorum peccata humanam notitiam latent, non ab ipſis confeſſa, ſi ea confiteri noluerint, Deum quem habent teſtem, ipſum habituri ſunt & ultorem. *Lib. 2. de vita Contemplat. cap. 7. circa medium, apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 62. col. 2. lit. H. edit. Coloniæ 1618.*

287. Bona eſt peccati confeſsio, ſi & curatio conſequatur: nam quid prodeſt detegere plagam, & non adhibere medicinam? *Sent. 101. in fine tomi 3. oper. D. Auguſtini, pag. 748. D.*

288. Amat Deus confitentibus parcere, & eos qui ſemetipſos judicant, non judicare. *Ibidem. ſent. 210. pag. 753. lit. B.*

RICH. A S. VICTORE. 289. Omnia in confeſsione lavantur.
- Conſcientia mundatur.
- Amaritudo tollitur.
- Mare fugatur.
- Tranquillitas redit.
- Spes reviviſcit
- Animus hilareſcit. *Part. 1. Tract. 1. de Extermin. mali. cap. 3. in princip. pag. 2. col. 1. B.*

290. Illa eſt pura confeſsio, quæ ex caſta dilectione ſurgit. *Part. 1. de Benjamin Minore. cap. 11. in fine, col. 1. D.*

ROBERTUS A SORBONA. 291. Mentiens in confeſsione, tria peccata mortalia committit: ſc. mendacium pernitioſum, hypocriſim, & tertium, quia pollutus ſcienter accipit ſacramentum confeſsionis. *Tract. ſup. Confeſſ. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 13. pag. 387. col. 1. B.*

RUPERTUS. 292. Oportet confeſſionis ſuſceptorem doctum eſſe lege divina, cautumque diſcretione præcipua; ut ſciat qualia, quibuſque pro modo culparum, vel pro poſſibilitate confitentium pœnitentiæ imponet onera. *Lib. 2. ſup. Levit. cap. 43. in princ. fol. 191. pagina 2.*

TERTULLIAN. 293. Tantùm revelat confeſſio delictorum, quantùm diſſimulatio exaggerat. *Prof.*

294. Confeſſio enim ſatisfactionis conſilium eſt, diſſimulatio contumaciæ. *De Pœnit. cap. 8. in calce. pagina 197. littera C. tom. 2.*

295. Cur ceſſas aggredi quod ſcias mederi? mutæ animæ & irrationales, medicinas ſibi divinitùs attributas in tempore agnoſcunt. *Ibidem, cap. 11. ante finem, pagina 199. littera A.*

S. THOMAS AQUINAS. 296. Sicut Papa non poteſt diſpenſare ut aliquis ſine baptiſmo ſalvetur, ita nec quòd ſalvetur ſine confeſſione.

ſione. *In ſupplem. tertiæ partis. quæſt. 7. art. 6. in corp. pag. 10. col. 1.*

S. THOMAS AQUINAS. 297. De neceſſitate confeſſionis eſt, quòd homo omnia peccata confiteatur, quæ habet in memoria. *Ibidem, quæſt. 9. art. 2. in corp. pag. 14. col. 1.*

THOMAS A KEMPIS. 298. Ubi humilis confeſſio, ibi facilis veniæ impetratio. *In Hortulo Roſar. cap. 16. ſect. 2. poſt med. pag. 528. tom. 2.*

S. VALERIAN. 299. Difficile eſt, ut ad ea quæ præparavit Dominus credentibus in ſe, tibi perveniendi ſit aditus, niſi onuſtum vitiis pectus exoneres. *Hom. 2. de arcta Vita, prope med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 478. col. 1. littera A.*

300. Ille ſecum magnas opes ad Paradiſum portat, qui onuſtum vitiis pectus ſtudio religionis exonerat. *Hom. 6. de otioſis verbis in fine, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 483. col. 2. C.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 301. Priùs de veſtro delicto confiteamini neceſſe eſt, quàm proximi ullam culpam reprehendatis *Orat. 41. pro Ligario. in princip. columna* 805. *lit. C. num. 2. tom. 2.*

PLATO. 302. Quicunque aliquid injuſtè egerit, ad accuſandum ſeipſum, non ad obtegendum, ſed in lucem producendum crimen promptus eſſe debet: ut qui peccavit det pœnas & ſanus incolumiſque evadat. *Tom. 1. Sizygia 3. de Rhet. ante med. pag. 480. B. C.*

SENECA. 303. Vitia ſua confiteri, ſanitatis initium eſt. *Ep. 53. à medio. pag. 616. tom. 2.*

304. Locum innocentiæ tenet proximum confeſſio, quia ubi confeſſio, ibi remiſſio. *De Moribus à medio. pag. 678. edit. Baſilea.*

305. Proximum ad innocentiam tenet locum, verecunda peccati confeſſio. *In Proverb. pag. 688. col. 1. P. edit. Baſilea.*

Confidentia.

DEFINITIO, ET DIVISIO.

DEFINITIO.

S. AUGUSTIN. FIDENTIA eſt per quam magnis & honeſtis in rebus multùm ipſe animus in ſe fiduciæ cum certa ſpe collocavit. *De 83. quæſt. quæſt. 31. prope med. pag. 383. B. tom. 4.*

JOAN. GERS. Confidentia eſt fortitudo figens animæ (reſpectu boni ardui) quod ſibi proportionatum eſt, ſecundum dictamen rationis. *In deſcript. terminor. cap. fortitudo, in princ. fol. 26. col. 4. X. part. 4.*

PLATO. Confidentia eſt expectationis mali, & perturbationis ob mali præſentiam remotio. *Tom. 3. Sizygia 6. de Defini. poſt init. pag. 412. C.*

DIVISIO.

S. ANTONIN. Confidentia triplex eſt.
- Prima confidentia eſt de ſeipſo.
- Secunda eſt confidentia de alio.
- Tertia eſt confidentia de aliquo vano.

Part. 1. tit. 6. cap. 7. §. 1. circa med. fol. 140.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Nemo majore fiducia utitur, quàm qui ex affectu diligit. *Lib. 5. Ep. 29. ad Theodoſ. Imper. ante fin. col. 564. A. tom. 3.*

S. AUGUSTIN 2. Memento te fidere in Chriſto, & ſi motus eſt pes tuus, ſi titubas, ſi aliqua non ſuperas, ſi mergi incipis, dic, Domine pereo, libera me: dic, Domine pereo, ne peream. *Serm. 13. de verbis Dom. in fin. pag. 41. A. tom. 10.*

S. BERNARD. 3. Sibiipſi fidere, non fidei, ſed perfidiæ eſt: nec confidentiæ, ſed diffidentiæ eſt magis, in ſemetipſo habere fiduciam. *Ser. 5. in vigilia Nativ. Dom. ante finem, fol. 13. col. 4. K.*

S. BERNARD. 4. Si quis devotus, ſi quis ſolicitus, ſi quis ſpiritu fervens ſit, caveat ſibi, ne ſuis fidat meritis, ne ſuis operibus innitatur, alioquin non hujuſmodi animum intrat gratia. *Serm. 3. de Annunt. B. M. ante finem, fol. 32. col. 1. C.*

5. Debet dolorem ſpei fiducia delinire. *In fine ſerm. de tranſitu S. Malachiæ, in princ. folio 67. columna 1. littera A.*

6. Quantùm creſcis in gratia, tantùm & in fiducia dilataris. *Serm. 3. ſup. Cant. ante finem, folio 136. col. 2. littera E.*

7. Fideli homini magis inter flagella fidendum eſt. *Ep. 256. ad Eugen. papam. prope init. fol. 262. col 4. K.*

8. In virtute tua nihil ponas, in viribus tuis non confidas, ſed confidentia tua ſemper ſit in Chriſto. *Ser. 3. ad Sororem in fine 81. col. 1. A. vol. 2.*

9. Eſt infidelis fiducia ſolius maledictionis capax, cùm videlicet in ſpe peccamus. *Profec.*

10. Nec illa fiducia dicenda eſt, ſed inſenſibilitas quædam, & diſſimulatio pernitioſa.

11. Hæc eſt autem vera hominis fiducia à ſe deficientis, & innitentis Domino ſuo. *Ser. 3. de Annunt. B. M. ante med. folio 31. col. 3. H.*

S. BONAVENT. 12. Confidentia vera non innititur propriis viribus, ſed divinis. *Sup. Luc. cap. 5. poſt init pag. 54. col. 2. E. tom. 2.*

13. Devotæ mentis confidentia, ſolet eſſe indicium exauditionis. *Lib. 2. de profectu Religioſ. cap. 67. in fine. pag. 603. col. 2. C. tom. 7. part. 4.*

CASSIODORUS. 14. Magna contra diabolum arma ſunt, in ſuis viribus fiduciam non habere, ſed Deum rogare, qui adverſarium poſſit opprimere. *Sup. Pſ. 43. verſ. 27. Quoniam humiliata eſt in pulvere anima mea.*

S. CYPRIAN. 15. Adverſaria eſt confidentia, quæ periculis vitam ſuam pro certo commendat. *Profec.*

16. Expedit plus benè timere, quàm malè fidere. *De ſingularitate Clericorum, cap. 2. poſt init. pag. 521. col. 1. Tom. 3.*

FRANCISCUS TITELMAN. 17. Facit experientia fidelitatis in præteritis temporibus, ut & ſecurè in poſterum fidamus. *Sect. 1. ſup. Pſ. 30. in medio. verſ. 6. Redemiſti me Domine Deus veritatis. pag. 256.*

S. GREG. MAG. 18. Tantò major fiducia mentem roborat, quantò hanc fortior pro veritate afflictio anguſtat. *Lib. 12. Moral. cap. 12. poſt med. num 22. ſup. illud Iob. 11. Et habebis fiduciam. col. 363. A. tom. 1.*

19. Quibuſdam ſæpè magnitudo virtutis occaſio perditionis fuit, ut cùm de confidentia virium inordinatè ſecuti ſunt, inopinatè per negligentiam morerentur. *Part. 4. Paſtoral. cap. 1. prope init. col. 1323. B. tom. 1.*

20. De omnipotentis Dei miſericordia ordinatè confidit, qui hoc quod peccando delinquit, pœnitendo corrigit, flendo tergit. *Libr. 2. in primum Regum, cap. 3. poſt med. ſup. illud, Dominus eſt, quod bonum eſt, &c. col. 1315. C. tom 2.*

S. GREG. NAZ. 21. Ventis potiùs eſt fidendum, aut ſi quid undis inſcribatur, quàm humanarum rerum proſperitati. *Ep. 52. ad Sophronium in princ. pag. 423.*

HUGO A S. VICTORE. 22. Fiduciæ eſt ex virtutum conſcientia immotam mentem inter adverſa ſibi conſtituere, & de bono exitu confidere. *De fruct. carnis & ſpirit. cap. 14. in princ. pag. 160. B. tom. 2.*

HUGO CARD. 23. Confidentiam habe, & veniam conſequeris. *Sup. Geneſ. cap. 4. folio 7. col. 4. tom. 7.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 24. Gratæ animæ quantò fruuntur fiducia, tantò majorem Deo reverentiam exhibent. *Hom. 39. ſup. Geneſ. paulò ante med. col. 324. A. tom. 1.*

25. Nemo qui male vixit deſperet, cùm ante primos etiam poſſit volitare: nemo qui virtutem colit, confidat ac dormitet, ne meretrix quæpiam antevertat. *Hom. 62. ſup. Matth. poſt med. col. 564. A. tom. 2.*

S. Joannes Chrysoston. 26. Omnis qui confidens eſt in operibus ſuis & gloriatur, ſecurus eſt: qui autem ſecurus eſt, non timet; qui non timet, nec cavet: qui autem non cavet, quando non ſperat, ſupplantatur à diabolo & dejicitur. *Hom. 5. oper. imperf. ſup. Matth. poſt medium, columna 783. D. tom. 2.*

27. Utrumque periculoſum eſt, & confidentia & deſperatio: nam confidentia ſtantem evertit, & deſperatio poſt lapſum non admittit reſurgere. *Hom. de prodit. Judæ. ante med. columna 818. littera C. tom. 3.*

28. Nemini fidit, qui in malitia vivit. *Serm. 14. ſup. Ep. ad Philipp. in Morali ante med. columna 1218. lit. B. tom. 4.*

29. Nemo malus deſperet, nemo bonus nimiùm ſibi confidat: ſed ille trepidus, hic alacris eſto. *Hom. 38. ſup. 1. ad Corint. poſt med. col. 632. A. tom. 4.*

30. Noli, ſi ſtas, nimiùm confidera, ſed cave ne cadas: nam ſi Paulus, qui omnium firmiſſimus erat, formidavit, longè magis nobis eſt formidandum. *Ibidem, Homil. 23. in princ. Moral. columna 504. B.*

31. Stantem confidere, & deſperare jacentem, perditio animarum eſt. *Homil. 10. de pœnit. ſub fin. col. 900. B. tom. 5.*

S. Ioan. Clim. 32. Ne credas in vita tua luto carnis tuæ, neque tibi ipſi omninò fidas. *Gradu 15. poſt init. apud Bibliothecam Patrum, tom. 6. part. 2. pag. 267. col. 2. littera F. edit. Coloniæ 1618.*

33. Nihil ita charitatem ſolvere, odiumque conſuevit efficere, ſicut confidentia. *Ibidem, Gradu 26. in medio. pag. 282. col. 2. F.*

Ioan. Gers. 34. Quantò homo juſtus pluribus impugnatur tentationibus, & quantò renitens eis, pluries evincitur; tantò frequentiùs, certiùs, & ideò fortiùs, quia humiliùs in Deum ſe projicit, de Deo ſperat, & confidit. *Part. 3. de conſolat. Theologiæ. lib. 1. Proſa 3. à medio. folio 290. col. 2. M.*

Petr. Bles. 35. Semper potiùs de oratione, quàm de confidentia tua, de Deo tantùm, & non de Principum familiaritate confidas; quia maledictus qui confidit in homine. *Ep. 134. ad Wilhelmum electum. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 810. col. 1. lit. B.*

36. Non confidas iis, qui ſolent dare verba, quorum amicitia quæſtuaria eſt, & familiaritas ſumptuoſa. *Ibid. Tract. de Inſtit. Epiſcopi circa med. pag. 492. columna 2. G.*

Rich. a S. Victore. 37. Quantùm fideles de ſe diffidunt, tantùm in divinæ ſpei adjutorio confidunt. *Part. 2. ſup. Cant. cap. 21. ſtatim ab initio. pag. 189. col. 2. D.*

Thomas a Kempis. 38. Multùm contrariatur ſupernæ viſitationi falſa libertas animi, & magna confidentia ſui. *Lib. 2. de Imit. Chriſti. cap. 10. ſect. 2. pag. 356. tom. 2.*

39. Qui confidit in Domino non deſeretur ab eo in quacunque tribulatione fuerit. *In Hortulo Roſar. cap. 11. in princ. pag. 521. tom. 2.*

Sententiæ Paganorum.

Aristoteles. 40. Hominis eſt bona ſpe freti, beneque ſperantis, confidere. *Lib. 3. de Moribus. cap. 7. circa med. fol. 29. pag. 2. edit. Pariſ. 1565.*

Seneca. 41. Duæ res dant plurimum roboris animo, fides veri & fiducia. *Ep. 94. poſt med. pag. 778. tom. 2.*

Sixt. Philos. 42. Fiduciam cum verecundia habeto. *Sent. 244. apud Bibl. Patrum, tom. 3. pag. 66. columna 1. littera C. edit. Coloniæ 1618.*

43. Non judices eſſe ſapientiæ ſtudioſum, cui non de omnibus credis. *Ibidem, ſent. 249. pag. 66. col. 1. C.*

Conflictus vitior. & virtutum.

SENTENTIÆ PATRUM.

Avaritia, & Largitas.

S. Ambrosius. 1. AVARUS ait: Quid injuſtum eſt, ſi cùm aliena non invadam, propria diligentiùs ſervo? *Profec.*

2. Largitas reſpondet, O impudens dictum! propria dicis? quæ? ex quibus reconditis in hunc mundum detuliſti?

3. Quando in hanc ingreſſus es lucem, quando de ventre matris exiſti, quibus quæſo facultatibus, quibuſque ſubſidiis ſtipatus ingreſſus es? *Ser. 81. poſt med. col. 780. C. tom. 3.*

Gloria vana, & Humilitas.

4. Inanis gloria, cùm plenè mentem ceperit, mox ſeptiformem in illa nequitiam gignit: inobedientiam, jactantiam, hypocriſim, contentionem, pertinaciam, diſcordiam, ac novitatis præſumptionem. *Profec.*

5. Sed ſi huic vera humilitas opponatur, omnis ejus nequitia vacuatur. *Precat. 2. ante Miſſam, poſt init. col. 1266. D. tom. 4.*

6. Nemo ad certamen virtutis admittitur, niſi priùs ab omnibus ablutus maculis delictorum, gratiæ cœleſtis munere conſecretur. *Lib. 4. ſup. Luc. cap. 4. in Præfat. poſt med. col. 1665. D. tom. 5.*

S. Augustin. 7. Quid aliud quàm piè viventium crudelis perſecutio adversùs conglobatas virtutum acies deſævit? *Proſecutio.*

8. Pugnat
- Contra humilitatem, ſuperbia.
- Contra Domini timorem, inanis gloria.
- Contra veram Religionem, ſimulatio.
- Contra ſubjectionem, contemptus.
- Contra fraternam congratulationem, invidia.
- Contra dilectionem, odium.
- Contra libertatem juſtæ correptionis, detractio.
- Contra patientiam, ira.
- Contra manſuetudinem, protervia.
- Contra ſatisfactionem, tumor.
- Contra ſpiritale gaudium, ſecularis vitā.
- Contra virtutis exercitium, torpor, vel ignavia.
- Contra firmam ſtabilitatem, diſſoluta vagatio.
- Contra ſpei fiduciam, deſperatio.
- Contra mundi contemptum, cupiditas.
- Contra miſericordiam, obduratio.
- Contra innocentiam, fraus & furtum.
- Contra veritatem, fallacia atque mendacium.
- Contra ciborum parcimoniam, ventris ingluvies.
- Contra moderatum mœrorem, inepta lætitia.
- Contra diſcretam taciturnitatem, multiloquium.
- Contra carnis integritatem, immunditia.
- Contra cordis munditiam, ſpiritalis fornicatio.
- Contra amorem patriæ cœleſtis, appetitus ſeculi. *De conflictu vitiorum, & virtutum. cap. 1. à medio ad finem. pag. 708. lit. B. C. tom. 9.*


9. O quàm durus, ô quàm amarus eſt ſuperbiæ congreſſus, quæ Angelos de cœlo projecit, homines de Paradiſo minavit. *Ibidem, in fine. pag. 708. C.*

Superbia, & humilitas.

10. Superbia dicit: Multis, imò penè omnibus melior es, verbo, ſcientia, divitiis, honoribus, cunctiſque quæ carnalibus, vel ſpiritualibus ſuppetant chariſmatibus. Cunctos ergo deſpice, cunctis temetipſum ſuperiorem attende. *Prof.*

11. Humilitas reſpondet: Memento quia pulvis es, quia cinis es, quia putredo & vermis es; quia etſi aliquid es, niſi tantùm te humilies quantùm magnus es, perdes omninò quod es.

12. Nunquid tu altior es, quàm primus Angelus?


CONFLICTVS VITIORUM ATQVE VIRTVTVM
FRVCTVS CARNIS
BABY: LONIA
SINIS: TRA
FRVCTVS SPIRITVS
HIERO: SOLYMA
DEX: TRA
Luxuria.
Ventris ingluuies.
Auaritia.
Tristitia.
Ira.
Inuidia.
Vana gloria.
Superbia radix Vitiorum
Charitas.
Fides.
Spes.
Temperantia.
Fortitudo.
Prudentia.
Iustitia.
Humilitas radix Virtutum
Voluptas.
Immunditia.
Blanditiæ.
Lasciuia.
Ignauia.
Libido.
Titillatio.
Delitiæ.
Petulantia.
Fornicatio.
Ebrietas.
Voracitas.
Crapula.
Obliuio.
Languor.
Delicatio.
Phylargyria.
Periurium.
Violentia.
Vsura.
Fraus.
Fallacia.
Rapina.
Desperatio.
Rancor.
Torpor.
Timor.
Acedia.
Querela.
Pusillanimitas.
Clamor.
Blasphemia.
Contumelia.
Luctus.
Temeritas.
Furor.
Indignatio.
Odium.
Malitia.
Susurratio.
Amaritudo.
Detractio.
Hypocrisis.
Inobedientia.
Iactantia.
Arrogantia.
Loquacitas.
Pertinacia.
Concordia.
Liberalitas.
Compassio.
Pietas.
Gratia.
Pax.
Misericordia.
Indulgentia.
Mansuetudo.
Benignitas.
Religio.
Castitas.
Obedientia.
Reuerentia.
Continentia.
Mundities.
Affectus.
Patientia.
Contemplatio.
Compunctio.
Confessio.
Modestia.
Longanimitas.
Gaudium.
Ieiunium.
Sobrietas.
Taciturnitas.
Morigeratio.
Discretio.
Affectio carnis
Contemptus Seculi.
Tolerantia.
Constantia.
Fiducia.
Stabilitas.
Magnanimitas.
Requies.
Perseuerantia.
Prouidentia.
Timor Domini.
Intelligentia.
Deliberatio.
Memoria.
Consilium.
Alacritas.
Securitas.
Correctio.
Veritas.
Lex.
Iudicium.
Aequitas.
R. Michault sculpsit

nunquid tu ſplendidior in terra, quàm Lucifer in cœlo? quod ſi ille de tanta ſublimitate cecidit per ſuperbiam, quomodo tu ad tantam ſublimitatem ſuperbiens de imis conſcendes? *Ibidem, cap. 2, in princ. pag.* 708. *C.*

Inanis gloria, & Timor Dei.

S. AUGUSTIN. 13. Inanis gloria dicit: Age bonum quod vales, oſtende cunctis bonum quod agis, ut bonus à cunctis dicaris, ut ſanctus & venerabilis ab hominibus prædiceris, ut Dei electus voceris, ut nemo te contemnat, nemo deſpiciat, ſed univerſi tibi debitum honorem perſolvant. *Prof.*

14. Timor Dei reſpondet: Si boni aliquid agis, non pro tranſitoriis, ſed pro æternis honoribus id age.

15. Occulta quod agis, inquantùm vales: quòd ſi ex toto non vales, ſit in animo occultandi voluntas, & non erit de oſtentatione ulla temeritas, nec criminis erit aliquando manifeſtare, quod ſemper vis celatum habere. *Ibidem, cap. 3. in princip. pag.* 708. *D.*

Simulatio, & vera Religio.

16. Simulatio dicit: Quia nihil boni in abſcondito facis, ne à cunctis cognitus deteſteris, finge te foris eſſe, quod intùs non appetis. *Profec.*

17. Religio vera reſpondet: Imò magis ſatage eſſe quod non es: nam oſtendere te hominibus quod non es, quid aliud quàm damnatio eſt? *Ibidem, cap. 4. in princ. pag.* 708. *D.*

Inobedientia & Subjectio.

18. Inobedientia dicit: Quis tu es ut pejoribus obtemperes, deterioribus famulatum exhibeas? Te magis quàm illos decuerat imperare, qui tibi non poſſunt ingenio vel induſtria coæquari: obtempera igitur magis Domini imperio, & non ſit tibi cura de aliquo. *Profec.*

19. Subjectio reſpondet: Si Domini obtemperandum eſt imperio, humano ſubdi neceſſe eſt magiſterio. Quales enim eſſe debeant hi qui imperant, non eſt à ſubditis diſcutiendum. *Ibidem, cap. 5. in principio, pag.* 709. *lit. A.*

Invidia, & Concordia.

20. Invidia dicit: In quo illo, vel illo minor es? cur ergo eis vel æqualis, vel ſuperior non es? quanta vales ipſe, quæ ipſi non valent? non ergo tibi aut ſuperiores aut æquales eſſe debent. *Profec.*

21. Concordia reſpondet: Si cæteros virtutibus antecellis, tutiùs in loco infimo, quàm in ſummo temetipſum conſervas, ſemper enim de alto pejor fit ruina. *Ibidem, cap.* 6. *pag.* 709. *A.*

Odium, & Charitas.

22. Odium dicit: Abſit ut illum ames, quem in omnibus contrarium habes, qui tibi derogat, qui tibi inſultat, qui te injuriis exaſperat, qui tibi peccata tua improperat, qui te dictis, operibus, honoribus ſemper præire feſtinat: niſi enim tibi invideret, nequaquàm ſe tibi ita præferret. *Profec.*

23. Charitas reſpondet: Nunquid quia hæc quæ narras odio habenda ſunt in homine, propterea non eſt amanda Dei imago in homine? ſicut Chriſtus qui in cruce poſitus inimicos ſuos dilexit.

24. Omnem ergo amaritudinem fellis evome, & quoquo pacto volueris, charitatis dulcedinem ſume. nihil enim ſuavius, nihil illa beatius. *Ibidem.*

Detractio, & Correptio.

25. Detractio dicit: Quis poteſt ſuſtinere, quis ſilentio tegere, quanta ille prava committit, niſi fortè qui conſentit? *Profec.*

26. Libertas juſtæ correptionis reſpondet: Nec tacenda ſunt mala proximi, nec conſentienda, ſed charitate fraterna in faciem proximus eſt redarguendus, non autem occultè detrahendus.

27. Majus ſcandalum ſumit, qui ſe detrahentem intelligit, quàm qui corripientem ſuſtinet. S. AUGUSTIN.

28. Et nonnunquàm errata delinquentium ad tempus ſilentio tegenda ſunt, ut aptiori tempore corrigantur. *Ibidem.*

Ira, & Patientia.

29. Ira dicit: Quæ erga te aguntur, hæc æquanimiter ferri non poſſunt, imò tolerare peccatum eſt: quia ſi non eis cum magna exaſperatione reſiſtitur, contra te deinceps ſine menſura cumulantur. *Profec.*

30. Patientia reſpondet: Si Paſſio Redemptoris ad mentem reducitur, nihil tàm durum, quod non æquo animo toleretur.

31. Sed quanta ſunt in comparatione paſſionum ejus, quæ patimur? ille enim opprobria, irriſiones, contumelias, alapas, ſputa, flagella, ſpineam coronam, crucemque ſuſtinuit; & nos miſeri ad noſtram confuſionem uno ſermone fatigamur, uno verbo dejicimur. *Ibidem.*

Protervia, & Manſuetudo.

32. Protervia dicit: Nunquid ſtultis, nunquid brutis animalibus ac inſenſatis lenia verba, non aſperrima magis, ut tales decet, dùm delinquunt, objicienda ſunt? *Profec.*

33. Manſuetudo reſpondet: Non tua in his perſuaſio, ſed Apoſtoli ſequenda eſt præceptio dicens, Seniorem ne increpaveris. Quod proterviæ malum deteriùs adhuc ſubditis, quàm prælatis nocet.

34. Sæpiùs enim contingit, ut leniter, ac cum charitatis dulcedine prolatam correptionem ſpernant, & contra humilitatis verba, deſpectionis emittunt jacula. *Ibidem, cap.* 10. *pag.* 711. *litera A.*

Tumor, & Satisfactio.

35. Tumor dicit: Teſtem habes in cœlis, non ſit tibi curæ quid de te ſuſpicentur homines in terris. *Prof.*

36. Satisfactio reſpondet: Non eſt danda detrahendi occaſio, non ſuſurrandi ſuſpicio: ſed ſi adſunt quæ corrigantur, manifeſtanda: aut certè ſi deſunt, humili proteſtatione neganda. *Ibidem, cap.* 11. *pag.* 711. *litera A*

Triſtitia, & Gaudium.

37. Triſtitia dicit: Quid habes undè gaudeas, cùm tanta mala de proximis ſpargas? Perpende cum quo mœrore omnes intuendi ſunt, qui in tanto contra te amaritudinis felle verſantur. *Prof.*

38. Gaudium reſpondet: Non eſt in his contriſtandum, quæ ſuades, ſed è contra magis gaudendum; & nullus locus mœroris eſſe debet, ubi tanta lætitia ſuccedit. *Ibidem, cap.* 12. *pag.* 711. *B.*

Torpor vel Ignavia, & Exercitium.

39. Torpor vel ignavia dicit: Si lectioni, & continuato ſtudio ſemper inſiſtis, oculorum caliginem incurris: ſi indeſinenter lachrymas fundis, ipſos etiam oculos amittis. *Profec.*

40. Si protelatis vigiliis pſalmorum cenſum perſolvis, inſaniam capitis acquiris: ſi quotidiano labore te conficis, ad opus ſpiritale quando conſurges?

41. Exercitium virtutis reſpondet: Quid tibi ad hoc proferendum tàm longa temporum ſpatia proponis? nunquid ſcis ſi craſtinum vivas? imò etiam ſi unam horam in hac vita facias, ignoras. *Ibid. cap.* 13. *pag.* 711. *B.*

Evagatio, & Stabilitas.

41. Evagatio dicit: Si Deum ubique eſſe credis, cur unum locum ſingulariter, quo tanta mala perpetrantur, cuſtodis, & non potiùs ad alia tranſis? *Profec.*

S. AUGUSTIN. 43. Stabilitas firma reſpondet: Si ita eſt ut aſſeris, quia ubique Deum eſſe fateris: ergo nec iſte locus deſerendus eſt, quem fugere appetis, quia & in ipſo Deus eſt

44. At, inquis, meliorem inquiro, meliorem invenio: ſed reſpondeo: Nunquid meliorem, aut etiam talem invenies, qualem diabolum, & Angelos ejus, & hominem perdidiſſe cognoſcis?

45. Memor eſto itaque, quia primus Angelus de Cœlo ruit, & primus homo de Paradiſo expulſus, ad ærumnam hujus ſeculi pervenit.

46. Attende quia Lot exercitio malorum probatus, inter Sodomitas ſanctus fuit: in montis verò ſecuritate torpens, inebriatus cum filiabus ſuis peccavit. *Ibid. cap.* 14. *pag.* 711. *littera D.*

Deſperatio, & Fiducia.

47. Deſperatio dicit: Quæ & quanta commiſiſti, quàm gravia crimina, quàm numeroſa delicta, & tamen in melius vitam nondùm mutaſti, necdùm converſationem utiliter correxiſti. *Prof.*

48. Ecce enim, ut cernis, mala conſuetodine obligatus teneris: conaris exurgere, ſed peccatorum oneribus prægravatus relaberis.

49. Quid ergo agendum eſt, quando de præteritis certa damnatio imminet, & de præſentibus emendatio nulla ſuccedit; niſi ut non amittantur rerum temporalium voluptates, dùm conſequi nequeunt futuri ſeculi delectationes?

50. Fiducia reſpondet: Si de criminibus & de delictis agitur, ecce David adulterii ſimul & homicidii reus de inferni faucibus Domini miſericordia deſcribitur liberatus.

51. Ecce Manaſſes omnium peccatorum nefandiſſimus, puriſſimus ac ſordidiſſimus, illecebroſiſſimus quoque & ſceleratiſſimus, per pœnitentiam ad vitam de morte redit.

52. Non ergo quiſque differat de die in diem, dùm neſcit ſi vel unam diem correctionis habeat; ut quod heri non egit, agat hodie, dùm adhuc vivere licet. *Ibid. cap.* 15. *pag.* 712. *A.*

Cupiditas, & mundi Contemptus.

53. Cupiditas dicit: Valdè ſine culpa es, quòd quædam habenda concupiſcis: quia non multiplicare appetis, ſed egere pertimeſcis; & quod malè alius retinet, ipſe meliùs expeodis. *Profec.*

54 Mundi contemptus reſpondet: Iſta nec apud homines ſeculares ſine periculo vel offenſione procurantur, quin quantò quiſque ampliùs habere cœpit, tantò ampliùs habere concupiſcit: fitque ut modum in concupiſcendo non habeat, dùm innumeris hujus ſeculi curis deſervire feſtinat.

55. Si igitur ſecularibus viris ita eſt pernitioſa cupiditatis induſtria, quantò magis illis periculoſior, qui habitu, & converſatione jàm ſeculares eſſe deſieruot? *Ibid. cap.* 16. *pag.* 712. *D.*

Obduratio, & Miſericordia.

56. Obduratio dicit: Si es quæ poſſides indigentibus tribuis, undè ſubjectos abſque penuria nutris? *Profec.*

57. Miſericordia reſpondet: Memento quid purpurato diviti contigerit, qui non ideò damnatus eſt, quòd aliena abſtulerit, ſed quòd egenti pauperi ſua non tribuerit. *Ibidem cap.* 17. *pag.* 713. *lit. A. B.*

Furtum, & Fraus cum Innocentia.

58. Furtum dicit: Si aliena non tollis, ex proprio vel dives, vel ſufficiens eſſe non potes. *Profec.*

59. Fraus dicit: Si cuncta, quæ tibi prælatus ſervanda commiſit, illibata conſignas. & nec modicum quid reſervandum exiſtimas: undè vel propriis utilitatibus conſulis, vel amicis & commilitonibus places?

60. Iooocentia ad utraque reſpondet: Melius eſt pauperem & inſufficientem eſſe, nullique ex dato placere, quàm aliquem lædere furto vel fraude.

61. Qui enim aliena quomodolibet injuſtè præripit, ipſe ſibi regni cæleſtis aditum claudit. *Ibid. cap.* 18. *pag.* 713. *lit. B.* S. AUGUSTIN.

Ventris Ingluvies, & ciborum Parcimonia.

62. Ventris Ingluviea dicit: Ad uſum Deus omnia munda condidit; & qui ſaturari cibo reſpuit, quid aliud quàm muneri conceſſo contradicit? *Prof.*

63. Ciborum parcimonia dicit: Unum horum quod dicis, verum eſt: ne enim homo fame moreretur, omnia ad eſum Deus creavit; ſed ne menſuram comedendi excederet, abſtioentiam imperavit.

64. Quapropter ſicut æger ad medicinam, ſic ad ſumendas dapes debet quiſque accedere: nequaquàm videlicèt in illis voluptatem appetens, ſed neceſſitati ſuccurrens. *Ibid. cap.* 20. 714. *lit. C.*

Inepta Lætitia, & moderatus Mœror.

65. Inepta lætitia dicit: Ut quid animi gaudium intùs abſcondis? egredere in publicum lætus, dic aliquid foris, undè vel tu vel proximi rideant, fac eos lætos tua lætitia. *Profec.*

66. Moderatus mœror reſpondet: Undè tibi ineſt tanta lætitia? nunquid jàm diabolum viciſti? nunquid jàm inferni pœnas evaſiſti? nunquid jam de exilio ad patriam veniſti? nunquid jàm de tua electione ſecuritatem accepiſti?

67. Comprime ergo inanem lætitiam, qui nondùm evaſiſti pœnalem ærumnam: nonne apud omnes inſanus judicatur is, qui tenebris recluſus carceris gaudere conatur? *Ibid. cap.* 21. *pag.* 714 *lit. C. D.*

Multiloquium, & Silentium.

68. Multiloquium dicit: Non ille reus tenebitur, qui plura quidem, ſed bona loquitur; ſed ille, qui ſaltem rara, ſed mala dicere probatur. *Prof.*

69. Silentium reſpondet: Verum eſt quod dicis, ſed dùm multa bona proferri videntur, ſæpè contingit ut à bonis locutio incboata ad aliquod pravum derivetur.

70. Fortè inter innumera verba declinantur crimināſa, ſed nunquàm declinari poterunt inutilia atque otioſa, de quibus utique ratio in futuro erit reddenda. *Ibid. cap.* 22. *pag.* 714. *lit. D.*

Luxuria, & Caſtitas.

71. Luxuria dicit. Cur te in voluptate tua non dilatas modò, cùm quid te ſequatur ignores? acceptum ergo tempus in deſideriis perdere non debes: quia quàm citò pertranſeat, neſcis. *Profec.*

72 Si enim miſceri Deus in voluptate coïtus nollet, in ipſo humani generis exordio maſculum & feminam non feciſſet.

73. Caſtitas reſpondet: Nolo ut ignorare te fingas, quid poſt hanc vitam recipies, ſi enim piè & caſtè vixeris, ſine fine gaudebis: ſi verò impiè & luxurioſè, æternis incendiis ſubjacebis.

74. Indè autem caſtiùs magis debes vivere, undè quàm citiùs tempus acceptum pertranſeat, ignorare te dicis. *Ibid. cap.* 24. *pag.* 714. *lit. D.*

Amor ſeculi, & Amor patriæ cæleſtis.

75. Amor ſeculi dicit: Quid pulchrius, quid honeſtius, quidve poteſt eſſe delectabilius, quàm quod in præſenti vita quotidiè cernimus? *Profec.*

76. Amor patriæ cæleſtis reſpondet: Si te iſta delectant, quæ ſub cœlo ſunt; ſi carcer ita pulcher eſt, patria, civitas, & domus qualis eſt?

77. Si talia ſunt, quæ colunt peregrini, qualia ſunt quæ poſſident filii?

78. Si mortales & miſeri in hac vita taliter ſunt remunerati, immortales & beati qualiter ſunt in illa vita ditati?

S. Augustin.

79. Quapropter recedat amor præſentis ſeculi, in quo ſic nullus naſcitur, ut non moriatur: & ſuccedat amor futuri ſeculi, in quo ſic omnes vivificantur, ut non deinceps moriantur. *Ibidem cap. 26. pagina 715. littera A.*

80. Quamdiù vitiis imperatur, plena paa non eſt, quia & illa quæ reſiſtunt periculoſo debellantur prælio; & illa quæ victa ſunt, nondùm ſecuro triumphantur otio, ſed adhuc ſolicito premuntur imperio. *Lib. 19 de civitate Dei, cap. 17. in medio, pagina 401. lit. B. tom. 5.*

81. Bellum gravius & amarius cogitari non poteſt, quàm ubi voluntas ſic adverſa eſt paſſioni, & paſſio voluntati, ut nullius earum victoriâ tales inimicitiæ finiantur, ubi ſic confligit cum ipſa natura corporis vis doloris, ut neutrum alteri cedat. *Ibid. cap. 28. in media, pagina 402. lit. C.*

82. Obſeſſa mens hominis, & undique diaboli infeſtatione vallata, vix occurrit ſingulis, vix reſiſtit: ſi avaritia proſtrata eſt, exurgit libido; ſi libido compreſſa eſt, ſuccedit ambitio; ſi ambitio contempta eſt, ira eaaſperat, inflat ſuperbia, vinolentia invitat, invidia concordiam rumpit, amicitiam aclus abſcindit. *Lib. 4. contra duas Epiſt. Pelag. cap. 10. ante med. pag. 631. lit. A. tam. 7.*

Charitas, & ſuperbia.

83. Paſcit eſuricotem charitas, paſcit & ſuperbia: charitas ut Deus laudetur, ſuperbia ut ipſa laudetur. *Praſec.*

84. Veſtit nudum charitas, veſtit & ſuperbia: jejunat charitas, jejunat & ſuperbia: ſepelit mortuum charitas, ſepelit & ſuperbia: omnia opera quæ vult facere charitas & facit, agitat contrà ſuperbia. *Tract. 8. ſup. Ep. Ioan de cap. 4. poſt med. pagina 432. littera C. tom. 9.*

85. Habet anima virtutes, quibus inſtruitur, & armatur contra vitia: temperantiam habet contra proſpera, fortitudinem contra adverſa, *De ſpiritu. & anima cap. 20. in princ. pag. 614. lit. D. tom. 3.*

86. Meliùs confligitur cum vitiis, quàm cùm ſine ulla conflictione dominamur. *Lib. 21. de civitat. Dei cap. 15. ante finem. tom. 2.*

S. Basilius Seleuciens.

87. Univerſa hominum vita, virtutis palæſtra eſt. *Orat. 1. in princ. apud bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 409. col. 1. D.*

S. Bernard.

88. Cùm ex aliis quibuſcumque bonis virium magis ſuarum capere ſoleat incrementum ſuperbia; ſola humilitas omnium propugnaculum, turriſque virtutum, ejus fortiter reſiſtit malitiæ, obviat præſumptioni. *Ep. 1. ad Robertum, circa initium col. 204. col. 3. lit. H.*

89. Satis delicatè ſe palpat, qui vult ſine labore, ſtodioque continuo vel vitia ſuperare, vel virtutes acquirere. *De ordine vitæ ante finem fol. 337. columna 4. littera M.*

90. Superbia ſicut eſt origo omnium criminum, ita eſt ruina omnium virtutum: ipſa eſt in peccato prima, ipſa in conflictu poſtrema. *Praſec.*

91. Cætera vitia ſolas illas virtutes impetuot, quibus ipſa deſtruntur: ut luauria pudicitiam, ira patieutiam; ſola verò ſuperbia contra cunctas animi virtutes ſe erigit. *De Inter. domo cap. 41. in princ. fol. 330. column. 4. lit. I.*

92. Ordinata procedit acie adversùs ſeptem peccati gradus ſpiritus ſeptiformis. *Profec.*

93. Cootra negligentiam timor exurgit; qui etiam timet Deum, nihil negligit.

94. Confligit adversùs eaperientiam mali, ſcientiæ ſpiritus, docens quid peroitioſum ſit, quidve expediat experiri.

95. Contra concupiſcentiam mali, dimicat fortitudo: nulla eoim niſi in manu forti liberatio eſt.

96. Evidcoter curioſitati pietas adverſatur, & quem illa à corde evocat, iſta revocat.

S. Bernard.

97. Ut maligni artem arte deludat, conſuetudioi coo-ſilium ſe opponit.

98. Contemptum Dei ſpiritus intellectus impugnat, illuminans tenebras cordis, & lucem divinæ miſericordiæ & copioſæ miſerationis infundens.

99. Excuritur negligentia, ut timoris ſpiritua repleat mentem; abjicitur curioſitas ut ſoccedat pietas, experientia mali fugatur, apponiturque ſcientia.

100. Concupiſcentiæ prævalet fortitudo, conſilium conſuetudinem amputat, intellectus vigens contemptum amovet, & diſparente omninò malitia ſapientia regnat.

101. Miſeram animam, quàm pernitioſè negligentia ſoporaverat, timor ſuſcitat.

102. Quam pejùs excitaverar curioſitas, pietas blandè demuleet.

103. Quam attraxerat experientia mali, ſcieotia quid actum ſit indicans, dolorem apponit.

104. Quam tenuerat concupiſcentia, quod ſuum eſt fortitudo erigit.

105. Quam ligaverat conſuetudo, conſilium ſolvit.

106. Quam contemptus in carcerem truſerat, intellectus educit de carcere.

107. Quam malitia jugulaverat, ſapientia reparat. *Serm. de ſeptem donis Spiritus ſancti ab initio uſque ad fin.*

S. Ephrem.

108. Præſtò tibi contra adverſarii machinas, ſunt arma diverſa. *Profec.*

109. Si libidinis io nos bellum moverit, ſociam nobis in pugna animi caſtitatem adversùs illum aſſumamus.

110. Si te per odium vulnerare ſtuduerit, ad fraternam charitatem accurrito.

111. Si te per arrogantiam oppugnaverit, humilitatem ei opponito.

112. Si corporis concupiſcentiam adversùm te incitaverit, temperantiæ thoracem velociter induito.

113. Si laſciviæ jacula in te contorſerit, galeam continentiæ in eum aſſumas.

114. Si divitiarum cupiditate te ſtimulaverit, paupertatis beatitudinem amplectere.

115. Si gulæ vitio te adortus fuerit, jejunii tibi alas aptes. *De malo lingua ſub finem. col. 102. littera B. C. tom. 1.*

Glosa ord.

116. Cum aliis vitiis poteſt expectari conflictus, ſed haoc, ſcilicet fornicationem, fugite, ne approximetis, quia noo aliter poteſt meliùs vinci. *Sup. 1. ad Cor. cap. 7. col. 241. lit. B. tom. 6.*

S. Greg. Mag.

117. Virtus dùm vitiis renititur, quadam delectane ejus ſibimet ipſi animus blanditur. *Part. 4. Paſtoralis cap. 1. prope init. col. 1323. lit. B. tom. 1.*

118. Qui contra vitia ſemper in acie eſt, habet etiam hoc tempore bellum ſuum; & fortaſsè graviùs affligitur, cùm noo extraneorum ictibua, ſed ſuorum moribus impugnatur. *Lib. 31. Moral. cap. 4. in fine, num. 6. col. 1046. lit. B. tom. 1.*

119. Alia vitia eas ſolummodò virtutes impetunt, quibus ipſa deſtruuntur: ut videlicet, ira patientiam, gaſtrimargia abſtinentiam, libido continentiam eapugnet. Superbia autem oequaquam unius virtutis exonctione contenta eſt, ſed contra cuncta animæ membra ſe erigit. *Lib. 34. Moral. cap. 18. longè poſt init. num. 18. col. 1191. D. tom. 1.*

Hugo a S. Victore.

120. Conflictus vitiorum, exercitia ſunt virtutum. *Lib. 3. de Arca Noë Moralis cap. 10. paulo poſt med. pag. 209. G. tom. 2.*

121. Virtutes expellunt vitia.
- Humilitas ſuperbiam.
- Charitas invidiam.
- Pax iracundiam.
- Gaudium acediam.
- Liberalitas avaritiam.
- Abſtinentia gulam.
- Caſtitas luauriam. *Serm. 11. de ſpirit. ſanctitate, prope finem. pag. 323. G. tom. 1.*

Hugo a S. Victore. 122. Ubi vitia cum impetu ſunt fluentia, & malos ad tormenta trahentia, ibi virtutis eſt cujuſlibet diſſipatio. *Proſec.*

123. Aufert ſuperbia humilitatem, ira pacem, invidia charitatem, acedia gaudium, avaritia largitatem, luxuria caſtitatem. *Serm.* 23. *prope finem. pagina* 331. *lit. F. tom.* 2.

124. Hominum cum vitiis conflictantium, alii ſunt ſtantes, alii nutantes, alii vagantes. *Proſec.*

125. Stantes ſunt confirmati, nutantes nondùm radicati, vagantes diſſipati.

126. Stantes ſunt qui vincunt, nutantes qui pugnant, vagantes qui vincuntur.

127. Stantes ſunt in pace, nutantes in luctamine, vagantes in abalienatione.

128. Stantes poſſident, nutantes appetunt & ſequuntur, vagantes fugiunt & abſtrahuntur primùm ad illicita opera, poſteà ad turpia. *Lib.* 1. *Micellan. codicis primi. tit.* 194. *per totum. pagina.* 113. *littera E. & conſequenter. tom* 3.

Joan. Cass. 129. Illud eſt cunctorum luctaminum velut quoddam ſolidiſſimum fundamentum, ut primitùs carnalium deſideriorum incentiva perimantur. *Proſec.*

130. Nullus carne propriâ non devictâ, legitimè decertare poterit: & qui legitimè non decertat, ſine dubio nec in agone confligere, nec coronæ gloriam, nec victoriæ gratiam poterit promereri. *Lib.* 5. *de ſpiritu Gaſtrimargiæ. cap.* 16. *ante med. pag.* 122.

131. Sine vera humilitate nullius penitus vitii poterit umquàm triumphus acquiri. *Lib.* 6. *de ſpirit. fornicat. cap.* 1. *in fine pag.* 146.

132. Cenodoxia tantò eſt pernitioſior ad conflictum, quantò obſcurior ad cavendum. *Lib.* 11. *de ſpirit. Cenodoxiæ cap.* 2. *pag.* 242.

133. Unuſquiſque vitium, quo maximè infeſtatur, explorans, adversùs illud arripiat principale certamen. *Collat.* 5. *Abb. Serapion. capitul.* 14. *in princ. pagina* 401.

134. Virtutes non occultatione vitiorum, ſed expugnatione pariuntur. *Collat.* 18. *Abbat. Piammonis cap.* 8. *in fine pag.* 736.

S Joannes Chrysost. 135. Omnium malorum prima & fortiora tria ſunt mala; ſcilicet gula, avaritia, & vana gloria. *Proſec.*

136. Omnium bonorum prima & ſortiora tria ſunt bona: eleemoſyna, oratio, & jejunium. Eleemoſyna contra avaritiam, jejunium contra gulam, oratio contra vanam gloriam. *Hom.* 15. *oper. imperf. ſup. Matth. in princ. col.* 840. *lit. D. tom.* 2.

Ioan. Gers. 137. Fruſtrà præliatur adversùs alia vitia, qui gulæ portam aperit. *Part.* 4. *Serm. Dom.* 1. *Quadr. ante med. fol.* 76. *col.* 4. *lit. Y.*

S. Isid. Hisp. 138. Semper eſt conflictus inter virtutes & vitia: nam cohærere & conjungi non poteſt veritas cum mendacio, pudor cum petulantia, fides cum perfidia, caſtitas cum luxuria. *Lib.* 2. *de ſum. bono. cap.* 36. *ſent.* 6. *pag.* 653. *col.* 1. *&* 2.

139. Tunc ſe viri ſancti veraciùs à vitiorum colluvione detergunt, dùm ab eis contra ſingula vitia virtutes ſingulæ apponuntur. *Proſ.*

140. Interdùm vitia cum virtutibus ad utilitatem confligunt, ut ipſo certamine vel mens exerceatur, vel ab elationis concurſu animus reſtringatur. *Ibidem cap.* 37. *ſent.* 1. *pag.* 653. *col.* 2.

141. Adversùs vitiorum impetus, contrariis virtutibus eſt pugnandum. *Proſ.*

142. Contra luxuriam, cordis eſt adhibenda munditia: contra odium, dilectio eſt præparanda: contra iracundiam, patientia eſt proponenda: contra timorem, fiduciæ adhibenda eſt virtus: contra torporem, cœli præmium.

143. Triſtitiæ quoque gaudium, acediæ fortitudo, avaritiæ largitas, ſuperbiæ humilitas opponenda eſt. *Ibidem cap.* 37. *ante med. pag.* 653. *col.* 2.

S Isid. Hisp. 144. Singulæ virtutes naſcentia contra ſe vitia reprimunt, ac tentationum motus virtute divinæ charitatis extinguunt. *Proſ.*

145. Libidinem abſtinentia domat, adversùs iram tolerantia dimicat.

146. Triſtitiæ mœrorem ſpes æterni gaudii ſuperat, & quem turbata mens de exterioribus afficit, dulcedo interioris tranquillitatis lenit.

147. Adversùs invidiam præparetur charitas; & adversùs iræ incendia, manſuetudinis adhibeatur tranquillitas.

148. Adversùs ſuperbiam opponitur humilitas Chriſti, qua humiliantur elati, *Ibidem ferè per totum.*

149. Non poteſt quiſpiam ſpiritualia bella ſuſcipere, niſi priùs carnis edomaverit cupiditates. *Ibid. cap.* 41. *ſent.* 1. *pag.* 657. *col.* 1.

150. Tunc hoſtes, qui intra nos ſunt, à nobis fortiùs ſuperantur, quando priùs quæ intra nos ſunt vitia extinguuntur: Nam fruſtrà foris agit bellum, qui intùs habet periculum. *Lib.* 2. *de ſummo bono. cap.* 42. *ſent.* 11. *pag.* 658. *col.* 1.

Lact. Firm. 151. Ubi vitia non ſunt, nec virtuti locus eſt quidem: ſicut nec victoriæ, ubi adverſarius nullus eſt; ita fit ut bonum ſine malo eſſe in hac vita non poſſit. *Lib.* 6. *de vero cultu cap.* 15. *ante med. pag.* 264.

152. Præparet ſe quiſque ad agonem, erudiat ſe ad juſtitiam, inſtruat ad virtutem: ut ſi fortè adverſariùs indixerit bellum, nulla vi, nullo terrore, nullis cruciatibus à recto & bono divellatur. *In fine Epitom. divin. inſtit. pag.* 410.

S. Leo I. 153. Iniquitas cum juſtitia non habet pacem, temperantiam odit ebrietas; falſitati nulla cum veritate concordia. *Proſ.*

154. Non amat ſuperbia manſuetudinem, petulantia verecundiam, avaritia largitatem.

155. Et tàm pertinaces habet diverſitas illa conflictus, ut etiamſi exteriùs conquieſcat, ipſa tamen piorum cordium penetralia inquietare non deſinat. *Serm.* 9. *Quadr. in medio fol.* 37. *pag.* 1.

156. Interior homo in Chriſto regeneratus, & cùm à vinculis captivitatis eſt erutus, aſſiduos habet cum carne conflictus, & dùm cohibet concupiſcentem, patitur repugnantem. *Proſ.*

157. In qua diſcordia non facilè obtinetur tàm perfecta victoria, ut etiam quæ ſunt abrumpenda non illigent, & quæ ſunt interficienda non vulnerent. *Serm.* 5. *de jejunio ſeptimi menſis, circa initium, fol.* 72. *pagina* 1. *&* 2.

S Machar. 158. Chriſtianæ Religionis via ea eſt, ut ubi eſt Spiritus ſanctus, ibi ſtatim ſequatur conflictus. *Hom.* 15. *ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pagina* 66. *columna* 1. *lit. A. edit. Colonia.* 1618.

Petr. Bles. 159. Temperantia pugnat contra libidines, prudentia contra errores, fortitudo contra adverſitates, juſtitia contra inæqualitates. *De charit. cap.* 11. *circa med. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 980. *col.* 1. *lit. D. edit. Colonia.* 1618.

160. Graviſſimi hoſtes nobis ſunt: Superbia aufert homini Deum, luxuria ſeipſum, avaritia proximum; gula decipit ſeipſum, invidia ſugillat, ira flagellat, acedia ligat. *Proſec.*

161. Humilitas opus celeberrimum, quaſi potio ſuperbiam excludit.

162. Apponitur contra luxuriam caſtitas, quæ illam penitùs deſtruit.

163. Contra avaritiam confligit eleemoſyna, quæ ſua perſeverante largitate illam opprimit.

164. Major ſolito abſtinentia, gulæ venenum eliminat.

165. Invidia viſis rebus opimis macreſcit: tu autem fidelis ſi vis illam vincere, humilia oculos tuos, ne videas undè doleas (vel, quod verius) undè pereas.

166. Iræ opponitur manſuetudo, nihil enim faciliùs frangit iram: quia cum qui paſſus eſt injuriam, man-

ſuetudo provocat ad veniam, & eum qui intulit, ad lachrymas inducit.

Petrus Cell. 167. Similirer contra acediam confligit devotio, quæ hunc torporem citò evacuat *Ibid. Serm.* 11. *Quad. ante medium & conſequenter pagina* 853. *columna* 1. *lit. B. C. D. E. F.*

168. Virtus adverſariorum infeſtatione laceſſita, flore vernat & fructu. *Profec.*

169. Tunc virtus ſe expandit propagine multa, cùm malis reluctantibus fuerit provocata.

170. Nec adplenum fides diſcernitur, niſi telo infidelitatis fortirer impetatur.

171. Juſtitia non abſque terrore eſt, quando gloriatur, niſi cùm experimentum ſui injuſtitia capit. *Lib.* 5. *Epiſt.* 4. *ab initio apud Bibl. Patrum tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 579. *col.* 1. *lit. C. D. edit Colonia* 1618.

172. Turba vitiorum ordine confuſo, præceps rapitur ad bellum. *Prof.*

173. Confundunr voces, & permiſcenr ordines, incentiva viriorum.

174. Sed lentis greſſibus, & inceſſu compoſito procedit ad bellum exercitus virtutum, quò tamen tardiùs venit, eò inſtantiùs venir.

175. Bonum quidem eſt, ur vitium à virtute perimatur; ſed malum eſt, ut vitioſus virtuti adverſetur. *Ibidem de Pambus cap.* 13. *a medio pagina* 655. *col.* 2. *littera G.*

176. Virtutem aggreditur concupiſcentia, ſcutum arripit ira, lanceam luxuria, gladium invidia, clypeum temeritas, equum jactantia, calcaria impatientia, galeam ſuperbia. *Ibidem ante finem, pagina* 656. *col.* 1. *littera B.*

177. Bellandum, immò rebellandum eſt tibi adverſùs phalangas vitiorum, ne patiaris ſine fine execrabile ſuper re imperium dæmonum. *Ibidem cap.* 15. *poſt init. pag.* 657. *col.* 2. *G.*

S. Petrus Chrysol. 178. Ne ſit pietas, impietas agit; ne eleemoſyna vindicet, cupiditas pugnat: ne miſericordia convaleſcat, furti avaritia confligit: ne innocentia, puritas, ſimplicitas, ſanctitas regnet, hypocriſis ſola confligit. *Serm.* 9. *in fine apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 668. *col.* 2. *F. edit. Colonia* 1618.

179. Gula cum jejunio, abſtinentia cum crapula, cum luxuria caſtitas, cum perfidia fides confligit. *Profec.*

180. Pietas cum impietate, patientia cum furore, cupiditas cum liberalitare, miſericordia cum avaritia, humiliras cum ſuperbia, ſanctitas cum reatu confligit.

181. Si quis ſpectante Deo, cœleſti reſonante jàm tuba, Angelico inſiſtente occurſu, irretitus illecebris ad exercitium virtutis venire neglexerit, perdit luctaminis præmium, virtutis gloriam, certaminis palmam, juſtitiæ coronam. *Ibidem Serm.* 13. *in princ. pagina* 670. *col.* 2. *lit. H.*

182. Neſcit vincere vitia corporis, virtutis cingulum qui deponit. *Ibid. Serm.* 22. *a medio pag.* 677. *col.* 2. *H.*

183. Vitia non ſunt repenſanda vitus, ſed ſuperanda virtutibus. *Profec.*

184. Nam {
Ira vincirur lenitate.
Manſuetudine extinguitur furor.
Maliria bonitate palpatur.
Crudelitas pietate proſternitur.
Impatientia patie tia punitur.
Superbiam humilitas ſternit. *Profec.*
}

185. Ergo qui vult vitia vincere, pietatis arma teneat, non furoris. *Ibid. Serm.* 33. *ante med. pag.* 686. *col.* 2. *H.*

186. Cum aliis vitiis animus poterit confligere Chriſtianus: invidiam quiſquis ante quam ſentiat non fugerit, non evadit. *Serm.* 172. *ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 783. *col.* 2. *F.*

S. Petr. Dam. 187. Eia miles Chriſti fortiter te in vires collige, & circumducto prudentiæ tuæ oculo, contra cunctas diaboli machinas viriliter præliare: avaritiam jugula, ſuperbiam calca. *Lib.* 7. *Ep.* 1. *ad Gebehardum Archiepiſc. Ravennatem poſt med. pag.* 40. *col.* 2. *B. tom.* 1.

S. Petru[s] Damianus. 188. Arripe arma, & viriliter dimica: doma ſuperbiam, jugula iracundiam, extingue libidinem, reprime avaritiam, occide invidiam. *Serm.* 18 *de S. Vitali Mart. ante finem. pagina* 189. *col.* 2. *tom.* 2.

189. Ii, qui adverſùs vitiorum monſtra confligunt, ſupernæ virtutis auxilio fulciuntur. *Tom* 3. *Opuſc.* 7. *cap.* 22. *circa med. pag.* 460. *col.* 1. *D.*

Philo Ju 190. Virtus attollitur, & in ſublime fertur, cœleſtia ſemper apperens: vitium autem deorsùm vergir, & deditos ſibi deprimir: omnis virtus animas amat, omne autem vitium corpora, & quidquid alteri gratum, alteri exoſum eſt. *De eo: Quis rerum divinarum heres ſit. poſt med. pag.* 709.

S. Prosp 191. Contra omnia vitia, continua ſunt bella virtutibus. *Sup. Pſ.* 139. *verſ.* 2. *apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 154. *col.* 1. *lit. A. edit. Colonia* 1618.

192. Vincendi præſens ratio eſt, ſi cominùs ipſas
Pruden Virtutum facies, & colluctantia contra
Viribus infeſtis liceat portenta notare. *In Pſychomachia de pugna fidei & Idololatria, in fine proœmii, pagina* 10.

Thomas à Kempis. 193. Magnus profectò labor eſt, certare quotidiè contra paſſiones & vitia, ſed præmia maxima vincentibus ſunt promiſſa. *Serm.* 11. *ad Novit. part.* 1. *diviſ.* 1. *pag.* 37. *tom.* 1.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

Aristot 194. Maximè diſſident virtus & vitium: paupertas, & divitiæ. *Libr.* 5. *Polit. cap.* 3. *in fine, columna* 838. *tom.* 2.

Cicero 195. Vitia & virtutes ſemper inter ſe confligunt {
Hinc pugnat pudor, illinc petulantia.
Hinc pudicitia, illinc ſtuprum.
Hinc fides, illinc fraudatio.
Hinc pietas, illinc ſcelus.
Hinc conſtantia, illinc furor.
Hinc honeſtas, illinc turpitudo.
Hinc continentia, illinc libido. *Profecutio. Orat.* 2. *& in ordine* 20. *pro Catilina. ante finem. num.* 25. *col.* 455. *littera B. C. tom.* 2.
}

196. Denique æquitas, temperantia. fortitudo, prudentia, virtureſque omnes certant cum iniquitate, luxuria, ignavia, remeritate, cum vitiis omnibus.

Senec 197. Omnia vitia contra naturam pugnant. *Ep.* 122. *ante med. pag.* 881. *tom.* 2.

Confuſio.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Ambro 1. NULLUS eſt nudus, niſi quem culpa nudaverit. *Tom.* 4. *de Joſeph. cap.* 5. *poſt med. column.* 1082. *littera A.*

2. Conſidera quomodo nos confundat, cùm aliquid deliquimus, quomodo incurſet oculos, quomodo in memoriam ſemper incurrat. *Prof.*

3. Quem commiſſi pudet, neſcit poſteà aliquid tale commitere, undè ſimiliter erubeſcat. *In Apolog. David. lib.* 1. *cap.* 9. *poſt med. col.* 1190. *D. tom.* 4.

4. Pudor ſeu confuſio plerumque corrector eſt noſtri: & dùm incipit nos pudere commiſſi, ne diutiùs pudeat, deſerere quæ erubeſcenda ſunt, admonemur. *Sup. Pſalm.* 118. *ſerm.* 10. *verſ.* 6. *in princ. col.* 1506. *litt. B. tom.* 4.

S. August 5. Confuſio adducit gratiam & gloriam, cùm erubeſcit quiſque de propria iniquitate, & pœnitendo in melius commutatur. *Ep.* 48. *ad Vincentium. in fine. pag.* 123. *B. tom.* 2.

6. Superbia habet confuſionis deformitatem, & non habet

[illegible]

14. [illegible] *post* [illegible]
[illegible] *H*

15. [illegible] *post med.* [illegible]

16. M[illegible] fu[illegible] *Serm.* [illegible] *medium pagina* [illegible] *columna* 1

17. Si qu[illegible] fur ran[illegible] ac [illegible] atur [illegible] ſt[illegible] tur. *Serm* 2. *Penitec post me*[illegible] *col*

18. [illegible] dum min[illegible] tur præſumptio, [illegible] con[f]uſio. *In* [*Spe*]*culo diſcipl par*[illegible] *ante me*[illegible] 535. *col.* 2. *lit. C tom.* [illegible]

19. [illegible] beſcit [illegible] ſuos, propria æſtimatione dam[illegible] us eſt, & [illegible] torquetur, qui vinculo confuſio[illegible] *Pſal* 34. *ante finem v* [illegible] 30. *Induantur* [illegible] *col* 2.

20. V[illegible] [c]onfuſio eſt, ubi nihil ampliùs geſ[illegible] qu[illegible] ampliùs intelleximus *Prof.*

21. [illegible] bis erit [illegible] laribus inveniri in [illegible] quid [illegible] riores no[illegible] tio futura reperiat? *Lib.* 6. *Re*[illegible] *fol.* 110. *pag.* 2.

22. Ille homo magna dignus eſt confuſione, qu[illegible] vult [illegible] ſecundum ſuum gradum & con[illegible]. *In Speculo Eccleſiæ cap.* 6 *prope med. apud Bi*[illegible] *Patr. tom.* 13. *pag.* 57. *col.* 2. *lit. H. edit. Colonia.* 1618.

23. Ubi non [illegible] rat [illegible] confuſio. [*S*]*up. Ioſue. cap* 8 *col.* 58. *lit F* [*M*]*oraliter. tom* 2.

24. Melius eſt [h]ic erubeſcere co[illegible] m pau[illegible], [illegible] turo [illegible] m omnibus *Sup. Apoca.* [*c*]*ap.* [illegible] *in illud,* [illegible] 14[illegible]. *A. tom* [illegible]

25. [illegible] unuſquiſque [c]on[f]unditur quando [illegible] um Dei vel [illegible] audiendo, reſpicit [illegible] male vivendo cont[e]mpſit. *Lib* 18. *Moral. cap.* 5. [illegible] *col.* [illegible] *lit. A. tom.* 1.

26. [illegible] terve meliùs [illegible] gloria, [illegible] confuſio [illegible] *Paſtor. cap.* 1. *Admo*[illegible] 9 [illegible] *post init. pag.* 126[illegible] *lit A tom.* 1

27. Plerumque [illegible] confunditur [illegible] Religio[illegible]. *In Præfat Moralium in Iob. cap.* 2. [illegible]

28. Nulla ibi debet indu[illegible] inveniat [illegible]

Tom I.

[illegible]

[illegible] *Sup.* [illegible] 56. *col.* 2.

[illegible]

34. Ubi q[illegible] ori[illegible] *Sup.* [illegible] 5. [illegible]

35. Quomodo [illegible] contr[illegible] qu[illegible] *Hom.* 4. *oper. imp* [illegible] *Matth.* [illegible] *med. col* [illegible] *lit* [illegible] *tom* [illegible]

36. Co[illegible] confuſ[illegible] *Hom.* [illegible]

37. [illegible] on [illegible] ab alio [illegible] mo [illegible] ſt [illegible] *Hom* [illegible] *Apoſt in* [illegible] *m.*

38. [illegible] perpetuum argumentum [illegible] principium ac moderator [illegible] *Profec*

39. Ubi [illegible] moderator non eſt, [illegible] perturbatio omnis atque confuſio exiſtat, neceſſe eſt. *Lib.* 2. *Parall.* [*c*]*ap.* 2[illegible] *in medio fol.* [illegible] *pag.* 1 *C* — S. Joan. [illegible]

40. Alter [c]onfunditur reus, du[m] plectitur: alter qui de malo opere erubeſcens, [illegible] rigitur. *Profec.* — S. Isid. Hisp.

41. Ille enim, quia reprehenſus eſt, confunditur. [illegible] quia ſemina [illegible] memoratur. *Lib.* 2. *de ſum.* [illegible] *ſent.* 17. *pag* 644. *col.* [illegible]

42. Hoc ipſo quo quiſque de facto ſuo erubeſcit ipſe jam ju[illegible] *Ibid. cap.* 2[illegible] *pagina* 647. *col.* 1.

43. Iniqui dum conſtantiam juſti in perſecutionibus [illegible] aſpiciunt, mentis confuſione tabeſcunt *Profec*

44. Et [illegible] ſa oſtendant n[illegible] ncunt, tandem [illegible] ſnæpe [illegible] confund[illegible] *Lib* [illegible] *de ſum* [illegible] *cap.* [illegible] 6[illegible] *col* [illegible]

45. O[illegible] oc[illegible] & [illegible] ſum pro ve[illegible] *De diſcipl. Monaſt. converſat cap* [illegible] *ante med. pag.* 106 *col.* 2. *A part.* 1. — S. Laur. Justin.

46. [T]olerab[illegible] ſt ab [illegible] min[illegible], quàm c[illegible] am divinitati maj[illegible] *Ep.* [illegible] 6. [illegible] 19. *ad Rodolph.* [illegible] *Atsprand. Monach. ſub finem pag.* [illegible] 9[illegible]. *col.* 2. *C tom.* 1. — S. Petrus Damianus.

47. Si conf[illegible] mur ac dicere, [illegible] erit in [illegible] confuſione, ubi omnia [illegible] omnibus patebunt. *Serm.* [illegible] *de S. Andrea ante finem pag.* 288. *col.* 1 *E. tom.* 2.

48. Non eſt [illegible] quod vitio m[illegible] s conveniat, quàm confuſio. *De confuſ. lingnar. med* [illegible] *pag* 48[illegible] — Phil. Jud.

49. Confuſio [illegible] nulla pœna [illegible] eam qu[illegible] quam [illegible] debet [illegible] *Part* 1 [illegible] *Be*[illegible] *p.* 48. *poſt init. pag.* [illegible] 4. *col.* [illegible] — Rich. a S. Victore.

50. A[illegible] ute, ſæpe [illegible] *In* [illegible] *ag.* [illegible] *in fine p* [illegible] *tom.* 2. — T[illegible]

51. [illegible] m p[illegible] 4. *de* [illegible] 48. [illegible] — Ar[illegible]

[illegible] *etiam* [illegible] *um. ent* 1 [illegible] *P* [illegible] *catum in*[illegible] *ent* [illegible] 4 [illegible] 3[illegible]

T[illegible]

Conjugium.

ETYMOLOGIA [illegible]

O [illegible]

E [illegible]

S. Antonin. Matrimonium [illegible] M [illegible], id est, officium [illegible] bus [illegible] matr[illegible]. *Part. 2.* [illegible] *cap. 2. post me*[illegible] *columna 2*

S. Isidorus Hispal. Conjuges appellati ſunt propter jugum [illegible] ponitur [illegible] monio conjungendis. *Lib. 9* [illegible] *8. post init.* [illegible]

D [illegible]

S. Bonavent. Matrimonium [illegible] conjunctio [illegible] ma[illegible] & fœminæ individuam [illegible] *In Brevilog. Part. 6. cap. 1, in princ. pa*[illegible] *tom. 6. part 1.*

S. Greg. Nyss. Matrimonium e[illegible]. *[illegible] apud Ioan Damaſc.* [illegible] *Parall. cap.* [illegible] *post med* [illegible] *2. litera B.*

Hugo a Victore. Con[illegible] mus [illegible] gi[illegible] F[illegible]tus, maſculi & fœminæ [illegible] *De ſacram.* [illegible] *2. par.* [illegible] *cap. 4* [illegible] *pag 4*[illegible] *tom 3.*

S. Isid. Hisp. Matrimonium [illegible] ſt [illegible] juſta conventio [illegible] conditi[illegible]. *Lib. 9 Etymol. cap 8. circa med. pagina* [illegible] *columna* [illegible].

Conjugium eſt legitimarum perſonarum [illegible] cocundi & copulandi nuptiæ. *Ibidem.*

O R I [illegible] O.

S. Bonavent. Matrimonium eſt ſtatus digniſſimus, quia in Paradiſo [illegible] a Deo inſtitutus eſt, & priuſquam alii ordines inſtituerentur. *Serm. 1 Dom. 24. poſt Pentec. poſt med. pa*[illegible] *21* [illegible] *1. tom.* [illegible]

S. Joannes Damaſc. Matrimonium [illegible] eſt [illegible] liberorum procreationem g[illegible] humanum [illegible] ſervaretur [illegible] *de* [illegible] *orth. cap.* [illegible] *in princ fol.* [illegible] *pagina 1. litera B.*

S. Antonin. Matrimonium ab initio inſtitutum fuit ſolum in officium procreandæ prolis: poſt peccatum eſt etiam in remedium [illegible] [illegible] atem [illegible] concup[illegible] *Part. 3. Tit. 24. capituli. 1. §. 6. in medio fol. 1 9. columna 2.*

S E N T E N T I Æ P A T R U M.

S. Ambroſius. 1 B[illegible]na vincula nuptiarum, ſed tamen vincula [illegible] ſi vi[illegible], tamen vin[illegible] charitatis. *P*[illegible]

2. Bonum [illegible] conjugium [illegible] jugo tractum & [illegible] mundi [illegible] placere, quam D[illegible]. *Lib.* [illegible] *de* [illegible] *nubim* [illegible] *C tom.*

[illegible] Ne[illegible] conjugium [illegible] ſchendat [illegible] ritatem [illegible] tatem [illegible] tur, condem[illegible] conjugium. [illegible]

4 M[illegible] jugi com[illegible] tur [illegible] um [illegible] in [illegible] ad [illegible] additur [illegible] *ad* [illegible] *nes* [illegible] *lit. D tom* [illegible]

5. [illegible] ugii [illegible] omen [illegible] florat [illegible] itat [illegible] facit [illegible] [illegible] conju[illegible]

6. Denique [illegible] la, conjugium eſt non [illegible] vi[illegible] *Vir*[illegible]

[illegible]

[illegible]

V[illegible]

12. [illegible]

[illegible]

[illegible]

ad [illegible] *C tom*

4. M[illegible] *Ma*[illegible] 18 [illegible]

5 [illegible]

[illegible] *De* [illegible] *ad* [illegible] *D* [illegible]

16. Matrimonii bonum triparitum eſt.	Fides.	[illegible]
	Proles.	[illegible]
	Sacramentum.	[illegible] 9. [illegible] *litter B* [illegible]

17 Bonum [illegible] pud[illegible] conj[illegible] b[illegible] ſt co[illegible] vid[illegible] *in princ. pa*[illegible] *20. lit. A* [illegible] *tom. 4.*

18. In [illegible] ſi [illegible] amnati[illegible] in [illegible] tinentia, [illegible] muneris [illegible] p[illegible] & [illegible] & [illegible] n[illegible] ap[illegible] ſ[illegible] r, n[illegible] re[illegible] dam[illegible] ſt. [illegible] *pa*[illegible] *9. litera A*

1[illegible]. C[illegible] quæ [illegible] nubunt. *Ibi*[illegible] *cap. 10 in p*[illegible] *A*

[illegible] B[illegible] a [illegible] da [illegible], quæ [illegible] pr[illegible] a [illegible] inter ſe par[illegible] ſ[illegible] *de* [illegible] *Dom. in me*[illegible] *tom. 4*

[illegible] neceſſitate, tantò poſt [illegible] us Religione prohiberi. *Lib. 15. de [illegible] Dei cap. 16. in princ. pagina 279. lit. B. tom 5*

22. A[illegible]orum ritè conjugatorum tanto ſecurior, [illegible] probatior; & tanto ſecurior quanto placidior [illegible] perſeverat. *De loco conjugali cap. 3. poſt med. pag. 548. lit. [illegible] tom. 5.*

23. Melior eſt caſtitas cœlibum, quàm caſtitas nuptiarum. *Lib. [illegible] cap. 22 ante. med. pag 558. C.*

24. Malè utitur malo, concupiſcentiam relaxans adul[illegible]; bene utitur malo, concupiſcentiam reſtringens connubio. *Lib. [illegible] de peccat merit. & remiſ. cap. 29. in medio pag. 46[illegible] lit. D tom 7*

25. Omne nuptiarum bonum impletum eſt in Joſeph. & Maria parentibus Chriſti, proles, fides, Sacramentum *Prof*

26. Prolem, cognoſcimus ipſum Dominum Jeſum: fidem, quia nullum adulterium. Sacramentum, quia nullum divortium. *Lib. 1. de Nuptiis & Concup. cap. [illegible] in fine pag. 554. lit. C tom 7*

27. Intemperantia in conjugio, quid aliud niſi quidam adulter [illegible] eſt? *Lib. 2. contra Julianum. poſt med. pag. 664. lit C tom 7.*

28. Ca[illegible] concupiſcentia [illegible] continentiæ virtute frænatur, quam [illegible] bus impenditur nuptiarum: tam magnum eſt enim [illegible] lum ejus, ut eo non utiquam [illegible] ſit melius. *Ibid. Lib. 4 cap. [illegible] in fine pag. 708 lit. C. tom 7.*

29. Melior eſt Virgo humilis quàm maritata humilis, ſed melior maritata humilis, quàm Virgo ſuperba. *Sup. Pſal 75. ante finem, verſ [illegible] Vovete & reddite. & pag. 576. [illegible] D. tom. 8.*

[illegible] Quid prodeſt integra caro [illegible] corrupta? melius eſt [illegible] conjugium, [illegible] humil[illegible] *Sup Pſal [illegible] poſt med. verſ. [illegible] pag. 77[illegible] lit. D. tom. 8.*

31 Con[illegible] agentes vitam, ſi [illegible] enent humilitatem, ſuperbis caſtis meliores ſunt *Serm. 53. de verbis Domini ante med. pag. [illegible] lit. B. tom. 10.*

32 Melior eſt virginalis ſanctitas, quàm pudicitia conjugalis. *Ibidem ſerm. 53. ante finem pagina 140. littera D.*

33. Bono pudicitiæ conjugalis, eſt melior integritas Virginalis. *Ibid ante finem pag 141. A.*

34 Bona eſt fœcunditas in conjugio, ſed melior integritas in ſanctimonio *Serm. 21 de Nativ. & mort. 25 circa fin pag. 432. lit. D tom 10.*

35 Ille naturalis uſus quando prolabitur ultra pacta nuptiarum, id eſt, ultra propagandi neceſſitatem, venialis in uxore, in meretrice damnabilis *Profec*

36. Uſus verò, qui eſt contra naturam, execrabiliter fit in meretrice, ſed execrabilius in uxore. *De bono conjugali cap. 11. in princ. pagina 552. littera C. tom. 6.*

37. Felicior mihi videtur nupta mulier quàm virgo nuptura: habet enim illa quod iſta adhuc cupit. *Profec.*

38 Illa ſtudet uni placere, cui data eſt: hæc multis, incerta cui danda eſt. *De ſancta virginit. cap. 11. in [illegible] 56[illegible] A. tom. 6.*

[illegible] Sicut adulterium non poteſt eſſe ſine bono naturæ [illegible] ideò bonum eſt: ita connubium non poteſt eſſe [illegible] malo concupiſcentiæ, nec ideo malum eſt. *Lib. [illegible] contra Julianum. cap 25 in fine. pag 690. littera C [illegible] 7.*

4[illegible] Conjug[illegible] poſſunt eſſe pudicæ, & non eſſe, ſi [illegible] voluntate mœchantur. *Ibidem lib. 4. [illegible] medi pag. [illegible] 10 lit. D.*

41. Co[illegible] benè utentes malo concupiſcentiæ, anteponuntur [illegible] omnibus malè utentibus bono [illegible] ntiæ. *Ibidem prope finem pagina 712 littera A.*

[illegible] Centeſimus fructus, M[illegible] m eſt; ſexageſimus V[illegible]; triceſimus, conjugatorum. *Lib. 1. quæſt. E[illegible] quæſt. 9. ſup illud Matth. 13. Aliud centeſimum, & [illegible] pag. 23[illegible] lit. B. tom. 4* S. Augustin.

43 Ætas conjugatorum, eſt ætas præliantium: ipſi enim habent acriorem conflictum, ne libidinibus ſuperentur. *Ibid. ut ante.*

44. Poſſe ſanè fieri nuptias ex malè conjunctis, honeſto poſtea placito conſequente, manifeſtum eſt. *De bono conjugali cap. 14. in fine pagina 554. lit. C. tom 6.*

45. Virgo ſi nuberet non peccaret: ſanctimonialis verò ſi nupſerit, Chriſti adultera reputabitur. *Sup. Pſal. 83. poſt medium Enarrationis, pag. 630. lit. C. tom. 8.*

46. Triplici cauſa ducitur uxor.
- Cauſa prolis.
- Cauſa adjutorii.
- Cauſa incontinentiæ. *Sup. Pſal. 44. in fine pagina 109. columna 2 litera D. tom. 1.* S Bonavent

47. In matrimonio ſunt tria bona.
- Amor. — Amor, propter unionem.
- Honor. — Honor propter reverentiam ad invicem.
- Fidelitas — Fidelitas, propter fidem ſervandam. *Serm 1. Dom. 24. poſt Pentec. poſt med. pag. 222 col. 1. tom 3*

48. Quid eſt modò matrimonium? horrendum eſt audire & videre: quia ibi non eſt aliqua continentia, & quaſi poſſem dicere, quòd potiùs in multis ſit proſtibulum privatum, ſive ſecretum, quàm matrimonium; quia ſine continentia, ſine devotione, ſine oratione. *Ibid. ut ante.*

49. Bonum matrimonii triplex eſt
- Fides, ut neuter alieno thoro maculetur
- Proles, ut ad cultum Dei nutriatur.
- Sacramentum, ut non diſſolvatur. *Lib. 6. compend. Theolog. veritatis, cap. 38. in princ. pag 786. col. 2. lit. E. tom. 7.*

50. Scopus matrimonii & inſtitutum, eſt liberorum ſuſceptio: finis autem, ut boni ſint liberi, *Lib. 2. Pædagogi cap. 10. in princ. fol. 39. pag. 2. D.* Clemens Alex.

51. Oportet felix matrimonium cenſeri, neque unquam divitiis, nec pulchritudine, ſed virtute *Profec.*

52. Nulli conjugi in maritum pulchra forma profuit, multis autem virtus profuit. *Lib. 4. Stromat. longè poſt med. fol. 198. pag. 2 lit. E.*

53. Matrimoniorum fidem tenere, laus eſt inter tot corporis bella: ſed matrimonio de continentia modum fuiſſe, majoris virtutis eſt, dum etiam licita [illegible] juntor. *De bono pudicitiæ cap. 2. ante finem pag 420. col. 1. tom. [illegible].* S. Cyprianus.

54. Conjugio melior eſt continentia, & virginitas excellentior. *Cap. 5 de Nativ. Chriſti, prope med pag. 451. col. 1. tom. 3.*

55. Fidelium conjugiorum fructus, eſt continentia. *In Epiſt. parænetica ad Valerianum ante finem apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 777. col. 2. lit. G. edit. Coloniæ 1618.* S. Eucherius.

56. Sancta ſunt Chriſtianorum conjugia, quia & conjugalis ibi caſtitas cuſtoditur incorpore, & puritas fidei ſervatur in corde *Epiſt. 2. ad Gallam cap. 5. circa medium apud Bibl. Patrum tom. 6. part. 1. pagina 12[illegible] columna 1. litera B. edit. Coloniæ 1618.* S. Fulgent.

57. Nubens poſt votum pejor eſt adultero. *Apud Gratianum in decretis, [illegible] 30. columna 3. edit. Lugdun. 1510.* Gloss. decr.

58. Cùm in meretrice nulla ſpes [illegible] nulla ſit certitudo pudicitiæ, patet quòd non eſt in conjugium ducenda. *Inde [illegible] Part 2 cauſa 32. quæſt. 1. Can Integri [illegible] § Cùm [illegible] 1. col. 2.* Gratianus.

GRATIANUS. 59. Qui non cauſa pro[illegible] ſobolis, ſed explendæ libidinis ſibi invicem copulantur, non tàm conjuges, quàm fornicarii videntur. *In decret. part. 2. can. 32. quæſt. 2. Can. Pu dor. §. Qui fol. 361. col. 3.*

S. GREG. MAG. 60. Bonum eſt conjugium, ſed mala ſunt quæ circa illud ex hujus mundi cura ſuccreſcunt. *Profec.*

61. Quia dùm tenetur quod non nocet, ex rebus juxta poſitis committitur plerumque quod nocet. *Lib. 26. Moral. cap. 19. in princ. num. 21. col. 873. littera A. tom. 1.*

62. Qui tentationum procellas cum difficultate ſalutis tolerant, conjugii portum petant: ſine culpa enim ad conjugium veniunt, ſi tamen nondum meliora voverunt. *Part. 3. Paſtoral. cap. 1. Admon. 28. in fine, col. 1304. D. tom. 1.*

63. Quamvis bonum ſit conjugium, atque ad propagandam ſobolem providentia divina conſtituerit, non tamen per hoc deſideria expetenda ſunt voluptatis. *Hom. 36. ſup. Evang. ante med. in illud Luc. 14. Uxorem duxi. col. 494. B. tom. 2.*

64. In Eccleſia primum locum virginitas tenet, ſecundum continentia, tertium conjugalis vita. *Lib. 4. in primum Regum, cap. 4. paulo ante finem. col. 1444. lit. A. tom. 2.*

65. Quos onus licitum conjugii non gravat, nequaquam pondus illicitum terrenæ ſolicitudinis premat. *Part. 3. Paſtoral. cap. 1. Admonit. 28. poſt med. col. 1304. B. tom. 1.*

66. Experimento didicimus, ex conſanguineorum conjugio ſobolem non poſſe ſuccreſcere. *Lib. 12. in Regiſtro Indict. 7. in reſponſ. ad Auguſtin. cap. 6. in princip. col. 1192. C. tom. 2.*

S. GREG. NAZ. 67. Laudabiles ſunt nuptiæ, præ nuptiis tamen puritas. Nuptiæ indicium ſunt perturbationis, caſtitas verò ſplendoris; nuptiæ parentes ſanctorum, puritas autem ſacrificium. *Orat. 27. ad Virginem, in princip. pagina 219.*

S. HIERONYM. 68. Interdùm ſibi libido blanditur, ut quod propter intemperantiam ſuam quidam faciunt, videantur facere deſiderio liberorum. *Tom. 1. Ep. ad Gerontiam in princ. pag. 87. B.*

69. Melius eſt nubere quàm uri. Tolle quod pejus eſt, uri, & per ſe bonum non erit nubere. *Tom. 1. Ep. 9. ad Salvinam. ante finem. pag. 77. B.*

70. Matrimonium vinculum eſt, & viduitas ſolutio. *Tom. 1. Ep. 11. ad Gerontiam, poſt init. pag. 88. littera C.*

71. Non poſſunt habere pudicitiæ libertatem, qui ſerviunt dominatui nuptiarum. *Ibidem.*

72. Proponis mihi gaudia nuptiarum, ego tibi opponam pyram, gladium & incendium. *Profec.*

73. Non tantùm boni eſt in nuptiis quod ſperamus, quantùm mali quod accidere poteſt, & timendum eſt. *Ibidem, poſt med. pag. 91. B.*

74. Non eſt detrahere nuptiis, cùm illis virginitas antefertur. *Tom. 1. Ep. 22. ad Euſtoch. ante med. pag. 140. littera D.*

75. Laudo nuptias, laudo conjugium, ſed quia virgines generant: lego de ſpinis roſam, de terra aurum, de concha margaritam. *Ibidem, ante med. pag. 140. lit. D.*

76. Qui ſervit officio conjugali, vinctus eſt; & qui vinctus eſt, ſervus eſt: qui autem ab illo ſolutus eſt, liber eſt. *Tom. 1. Ep. 35. ad Exuperantium. ante med. pag. 210. C.*

77. Non damno digamos, imò nec trigamos, & (ſi dici poteſt) octogamos: plus aliquid inferam, etiam ſcortatorem recipio pœnitentem. Quidquid æqualiter licet, æqua lance penſandum eſt. *Lib. 1. adverſus Jovian. [illegible] pag. 29. A. tom. 2.*

78. Conjugium gra[illegible]is ſarcina eſt. *Tom 3. Ep. 25. ad Ama[illegible] ante [illegible] 136. D.*

79. [illegible] hab[illegible] maritum, ſi cuſtodiat caſtitatem: beatior [illegible]dua, quia minore labore majorem invenit caſtitatem: b[illegible] mum præmium poſſi[illegible] *Sup. 1 [illegible] cap. [illegible] in fine, ſup. illud, Beatior autem erit, &c. pag. 511 B. tom. 9.*

80. Qui nuptias damnat, non amator, ſed inimicus eſt caſtitatis: dum & continentibus lau[illegible] tollit, & incontinentibus ſublato nuptiarum r[illegible]io forn[ic]ationis facit mire diſcrimen. *Sup. 1. ad Timoth. cap. 4. in illud, Prohibentium nubere, &c. pag. [illegible]84. littera C. tom. 9.*

81. Voventibus virginitatem, non ſolùm nubere, ſed etiam velle [illegible]dannabile eſt. *Et habetur in decretis Gratiani, part. 1. diſt. 27. can. [illegible]entibus. fol. 30. col. 3.*

82. Virgines, quæ poſt conſecrationem nup[ſe]rint, non tam adulteræ ſunt quàm inceſtæ. *Lib. contra Jovianum: & habetur in decretis Gratiani, part. 1. diſt. 27. in fine, can. Virgines fol. 31. col. 1.*

83. Liberorum cauſa uxorem ducere, ne nomen noſtrum intereat, vel ut habeamus ſenectutis præſidia, & ut certis utamur hæredibus, ſtolidiſſimum eſt. *Lib. 1. de Nuptiis carnalibus vitandis. cap. 1. prope med. pag. 166. G. tom. 2.*

84. Non eſt uxor ducenda ſapienti: pri[mu]m enim ſtudia philoſophiæ impedit, nec poteſt quiſquam liberis & uxori pariter inſervire. *Ibidem, in princ. pag. 166. lit. D.*

85. Cicero rogatus ab Hircio, ut poſt repudium Terentiæ, ſororem ejus duceret, non acquievit dicens: non ſe poſſe & uxori & philoſophiæ pariter operam dare. *Ibid. circa med. pag. 167. A.*

86. Forſitan putet aliquis concor[dia]lix providiſſe, ſi pauperem ducat uxorem: Marcus Cato Cenſorius habuit uxorem Paulam humili loco natam [e]t violentam, impotentem, & (quod credere facilè poſſet nemo) Catoni ſuperbam. *Ibidem, non longè a medio. pagina 167. littera A.*

87. Ducuntur plerumque uxores, non cauſa fornicationis vitandæ, ſed cauſa luxuriæ explendæ: nec cauſa prolis, ſed cauſa pecuniæ. *Ibidem, ante finem. pagina 167. lit. D.*

88. Tria ſunt in conjugio.
- Sacramentum Religionis.
- Officium purgationis.
- Remedium fornicationis. *Lib. 3. Miſcellan. codic. 2. tit. 35. pagina 176. lit. D. tom. 3.*

89. Grave nimis eſt pondus conjugii. ſola en[im] ſuſpitio zelotypum vehementer affligit. *Libr. 1 de contemptu mundi. cap. 16. circa finem.*

90. Hoc verè eſt conjugium, quando conju[ges] non ſolùm in proſperitate, ſed & in periculis ſimu[l] ambulant; & hoc germanæ charitatis ind[ici]um [eſt]. *Homil. 32. ſuper Geneſim, poſt medium. col. 265. lit B. tom. 1.*

91. Quando concordia, & pax, & vinculum [di]lectionis cum muliere & viro fuerit, omnia ſimul fluunt bona, & nullis inſidiis expoſiti, ſed magno & inexpugnabili quodam muro circumdati ſunt. *Ibidem Hom. 38. prope fin. col 320. D.*

92. Hoc conjugium verum eſt, quand[o] t[a]nta inter eos eſt concordia, ut vinculo charitatis [illegible] teneanti. *Profec.*

93. Sicut corpus à ſemetipſo nuuqu[a]m d[i]ſſi[det], neque anima adverſus ſeipſam: ita virum & m[ulie]rem non convenit diſſidere. *Ibidem, [illegible] 4 medium ſup. illud Geneſ. 2. Erunt duo in carne [un]a. 373. lit. C.*

94. Veteres in conjugio non [illegible]bant ſub[illegible]tiam multam, non divitias, nun[illegible] agri tot & tot non exte[rio]r[illegible] mam, ſed animæ pulchritudinem & m[illegible] tatem. *Profecnto.*

95. [illegible] nunc tantùm in ſponſalibus quæritur, [illegible] innumeris plena ſit: hoc ſolum inquiſitione [illegible], quantùm abundet pecuniis, & cætera omnia [illegible]ore loco habentur. *Ibidem, Hom* 48. *ante med. ſup. illud Gen.* 24. *Et inde accipies uxorem filio meo col* 392. *C.*

96. Bona ſunt conjugia & ſancta, & à Deo ordinata ut creſcant homines & multiplicentur, & impleant terram. *Hom. de Adam & Eva. poſt med. col.* 537. *B. tom.* 1.

97. Bonum eſt conjugium, ſed melior eſt virginitas: non quia melior eſt virginitas, ideò malum eſt conjugium, ſed illud quidem inferius. *Hom.* 3. *de verbis Iſaya poſt med. col.* 816. *B. tom.* 1.

98. Qui in conjugio divitias eligunt & non mores, pulchritudinem & non fidem, filii eorum non erunt fructus juſtæ conjunctionis, ſed pœna. *Homil.* 1. *oper. imperf. ſup. Matth. ante medium, columna* 719. *litt. D. tom.* 2.

99. Inire conjugia ex genere impiorum, periculoſum eſt. *Ibidem, ſtatim à med. col* 725. *B.*

100. In matrimonio mox caſtitas delectatur, libido autem quaſi vinculo conjugii colligata torquetur. *Prof.*

101. Primus gradus caſtitatis, ſincera virginitas eſt: ſecundus autem, fidele conjugium.

102. Species ſecunda virginitatis, eſt matrimonii caſta dilectio. *Ibidem, Hom.* 32. *poſt init.* 947. *D. &* 948 *lit. A.*

103. Matrimonium non facit coïtus, ſed voluntas: & ideò illud non ſolvit ſeparatio corporis, ſed ſeparatio voluntatis. *Ibidem, in medio, columna* 950. *littera C.*

104. Tu juvenis quando uxorem ducere vis, noli quærere divitem, ſed benè morigeratam: quia mores boni divitias frequenter acquirunt, divitiæ nunquam mores bonos fecerunt. *Ibidem, Hom.* 45. *in medio, col.* 1061. *Profec.*

105. Noli quærere ſpeciem, quia in ſpecie meretrices placent, in moribus autem matronæ. *Ibidem.*

106. Ille propter deſiderium bonorum filiorum nubit, qui poſtquam habuerit, circa Dei diſciplinam eos continet: alioquin qui filios negligit, illos non deſideravit Deo generare, ſed diabolo. *Ibidem, Hom.* 50. *prope med. col.* 1105. *B.*

107. Ille propter periculum peccati nubit, qui poſtquàm nupſerit, matrimonium caſtè conſervat: qui autem poſt matrimonium indifferenter abutitur amoribus ſuis, ille non propter tutelam animæ nupſit, ſed ob abundantem laſciviam carnis. *Ibidem, Hom.* 50. *prope med. columna* 1105. *C.*

108. Hoc eſt divinæ providentiæ, ut maritus qui in majoribus negotiis eſt utilis, in minoribus reperiatur deterior, ut neceſſaria ſit mulierum opera. *Homil.* 22. *in variis locis ſup. Matth. ante med. columna* 1223. *A. tom* 2.

109. Qui divitem duxit uxorem, dominam magis ſibi quæſivit quàm conjugem. *Profec.*

110. Qui æqualem uxorem duxit, aut opibus ſibi imparem, is adjutricem duxit & ſociam. *Ibidem, ante med columna* 1223. *C.*

111. In conjugio pax, & jucunda conſuetudo quærenda eſt, non pecunia. *Ibidem.*

112. Factum eſt conjugium non ut rixis plena ſit domus & bello non ut lites adſint & contentio, ſed ut fruantur adjutorio atque ſolatio, quò leviùs ferantur incommoda. *Ibidem.*

113. Mulier in uxorem quærenda eſt, non formoſa aut d[illegible]es, ſe[illegible] generoſis moribus prædita. *Ibid. poſt med. col* 1225. *B.*

114. Tu uxorem ducturus ne confugias ad homines, [illegible] res quæſtum fac[illegible] ex alienis infortuniis, ſed ad Deum confugito, non gravabitur eſſe tuus pronubus, ipſius eſt promiſſio. *Ibidem, poſt med. col.* 1127. *littera A*

115. Tu ſive ſponſum, ſive ſponſam quæras, hoc inquire ante omnia, an pius & Deo charus ſit; ſi enim hæc adſint, conſequentur & alia: ſin autem deſint, etiamſi res familiaris abundè ſuppetat, nihil proderit. *Ibidem, longè ante finem. col.* 1230 *B.*

116. Sicut portus eſt conjugium, ita ſæpè naufragium parit. *Serm. de libello repudii. in princ. col.* 960. *B. tom.* 3.

117. Prudens ac libera mulier juvencula, & cui pietas curæ eſt, ad conjugium univerſo orbi præferenda eſt *Ser.* 20. *ſup. Ep. ad Epheſ. circa med. Moral. col.* 1090. *B. tom.* 4.

S. Joannes Chrysostom.

118. Bonum eſt matrimonium iis quibus continentia deeſt[illegible] at melior virginitas, quæ animæ fœcunditatem auget. *Lib.* 3. *de fide orthod. cap.* 25. *in calce. fol.* 305. *pag.* 2. *B.*

S. Ioannes Damasc.

119. Ruina adulterii excipitur de contemptu matrimonii; meliuſque eſt uxorem ducerè, quàm per libidinis ardorem perire. *Lib.* 2. *de ſum. bono. cap.* 40. *ſent.* 10. *pag.* 656. *col.* 2.

S. Isidorus Hispalens.

120. Bonum eſt matrimonium, at melior virginitas: pulchra eſt luna, at ſol præclarior. *Lib* 2. *Ep.* 133. *ad Timoth. lectorem, apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 2 *pag.* 541. *columna* 2. *littera H. edit. Coloniæ* 1618.

S Isidorus Pelusiota.

121. Nullus ducat in matrimonium, quam priùs polluit adulterio. *Et habet. in decret. Gratiani, part.* 2. *cauſa* 31. *quæſt.* 1. *can. Nullus. folio* 357. *col.* 1.

S Leo I.

122. Cùm extra clericorum ordinem conſtitutis nuptiarum ſocietati, & procreationi filiorum ſtudere ſit liberum: ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec ſubdiaconis quidem carnale connubium conceditur, ut & qui habent ſint tanquàm non habentes, & qui non habent, permaneant ſingulares. *Epiſt.* 44. *ad Anaſtaſium Theſſalonic. Epiſc. cap.* 4. *folio* 136 *pagina* 2.

123. Filiæ hujus ſeculi matrimonio conjunctæ, in peccato concipiunt, in dolore pariunt, in timore nutriunt. *Profec.*

Petr. Bles.

124. Si vis parere, vis perire: partus enim in modum viperæ maternos artus onerat, & diſrumpit: mirumque eſt quòd fœtus ille non laceratur & rumpitur. *Ep.* 55. *ad Adelitiam Monialem ante med. apud Biblioth. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 743. *col.* 1. *D.*

125. Honor conjugii, matrimonii dignitas, eſt procreatio dulcium liberorum. *Profec.*

S. Petrus Chrysolog.

126. Satis enim grave eſt, & ſatis triſte, virginitatis carere præmio, & filiorum ſolaria non habere: ſuſtinere onera matrimonii, & ad fructum matrimonii non venire. *Serm.* 92. *poſt medium, apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 2. *pagina* 731. *columna* 1. *littera A.*

127. Quid magis unum quàm illi, quibus eſt una caro, una menſa, unus thorus, hæreditas una? ô honorabile conjugium! *Ser.* 69. *de Dedicat. Eccleſ. in fine, pag.* 317. *col.* 1. *E. tom.* 2.

S. Petr. Dam.

128. Conjugati, qui voluptati ſuæ ſerviunt, non ſunt veri Dei dilecti, ſed poſſeſſio diaboli: nec in his habet Chriſtus manſionem, ſed diabolus poteſtatem. *Part.* 2. *ſup. Cant. cap.* 38. *circa finem, pag.* 225. *col.* 2. *littera D.*

Rich. a S. Victore.

129. In fornicatoribus & adulteris perit omnis cauſa conjugii. *Lib.* 2. *ſup. Geneſ. cap.* 35. *in princip. folio* 25. *pagina.* 1.

Rupertus.

130. Matrimonium propter tria inſtitutum eſt, ſcilicet
- In officium naturæ.
- In remedium concupiſcentiæ.
- In effectum ſacramenti. *Sup.* 1. *ad Cor cap.* 7. [illegible] *ante med. folio* [illegible] *col.* 2.

S. Thomas Aquinas.

131 Quatuor ſunt, quæ quilibet conſiderare debet

in uxore accipienda; ſcilicet pulchritudo, n[illegible], boni mores, & divitiæ *Tom. 1. opuſc. de ſciemias melioribus, poſt init. fol. 109 pag 1.*

IN VIT. PATR. 132. Maritus moribus, non natalibus eligendus eſt: ipſo enim, non parentibus ejus utendum eſt. *Libr. 1. in vita S. Eugeniæ, cap. 2. ſub finem, pagina 340. columna 2.*

S. ZENO. 133. Noli eſſe ſacrilega, noli eſſe proditrix legis: profano cur nubis, cùm poſſis nubere Chriſtiano? *Prof.*

134. Ne in illo Reſurrectionis die inter plurimos maritos non poſſis, cujus fueris uxor agnoſcere tuum. *Ser. de Continentia, in calce, apud Bibl. Patr. tom 3. pag. 124. col. 2. G edit. Colonsæ 1618.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

PLATO. 135. Qui matrimonii ſocietatem quærit, dare operam debet ut modeſtorum parentum filiam ducat. *Tom 2. Syzygia 4. lib. 6. de legibus. poſt med. pag 773. littera A. B*

SENECA. 136. Nemo uxorem duxit, niſi qui abduxit. *Lib. 1. de benefic. cap. 9. in fine, pag. 385. tom. 2.*

SIXT. PHILOS. 137. Conjugium tibi refutare conceſſum eſt, ideircò ut vivas indeſinenter Deo adhærens: ſi autem tanquàm prælium ſciens, tamen pugnare vis, & uxorem duc, & filios procrea. *Sent. 221. apud Bibl. Patr. tom 3. pag. 66 col. 1. B.*

138. Fidelium conjugium, certamen habeat continentiæ: ut continueris ventrem, ita & venereos motus. *Ibidem. ſent. 230. pagina 66. col. 1. B.*

VALERIUS MAXIM. 139 Splendidis conjugiis injicis manus, at hæc ſicut aliquando illuſtrant, ita nonnunquam funditùs domos evertunt. *Lib 7. dictor memorab. cap. 2. ante medium. pag. 307.*

140. Unicæ filiæ pater quidam Themiſtoclem conſulebat, utrùm eam pauperi (ſed ornato) an locupleti (ſed parum probo) collocaret: cui is. Malo (inquit) virum pecunia, quàm pecuniam viro indigentem. *Ibidem, poſt med. pag. 311.*

Vide etiam tit. Divortium & Uxor per totum, Oblatio ſent. 55. Viduitas. ſent. 16. 17.

Connexio virtutum.

Vide Virtutum Connexio.

Conſcientia In genere.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

ETYMOLOGIA.

S. ANTONIN. CONSCIENTIA dicitur quaſi cum ſcientia: quæ ſcientia ſi eſt vera, tunc cum ea eſt bona conſcientia: ſi eſt falſa, eſt mala conſcientia. *Part. 1. tit. 11 de lege in communi, cap. 1. §. 3. circa medium, folio 176 col. 2.*

HUGO A S. VICTORE. Conſcientia eſt quaſi cordis ſcientia; cor enim & ſe novit ſua conſcientia, & multa alia. *Profec.*

Quando novit ſe, appellatur conſcientia: quando præter ſe alia, nominatur ſcientia. *Lib. 3. de Anima. cap. 11. in princ. pag. 11[illegible]. A. tom 2.*

DEFINITIO.

[illegible] ANTONINUS Conſcientia eſt ſpiritus corrector, & pædagogus animæ ſociatus *Part 1. tit. [illegible] cap. 10, in princ. folio 56. columna [illegible]*

[illegible] Conſcientia [illegible] cognitio ſuipſius. *Libr. 2. Compend. Theolog veritatis cap. 5: paulo poſt in[illegible] col. 1. E. tom. 7.*

Conſcientia eſt animi habitus agendorum, [illegible] agendorum. *Ibidem.*

Conſcientia eſt lex intellectus noſtri *Ibidem,* [illegible] *circa med. pag. 719. col. 1 F*

Conſcientia eſt rationale judicatorium *Ibidem.*

Conſcientia, mentis noſtræ lex eſt *Lib. 4. [illegible] orthodox cap. 23. in prin[illegible] folio 301 pag. [illegible]*

Conſcientiam aliud nihil [illegible] quam [illegible] nis judicium in veritatis lumine propalatum [illegible] cuſſum. *Part. 2. ſerm. de S. Marco. poſt init. pa[illegible] col. 2 A.*

Conſcientia eſt ſuipſius ſcientia, v[illegible] bono p[illegible] ſumens, vel de malo diffidens *De conſcien[illegible] cap 1 [illegible] init. apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pa[illegible] 89 edit Colon. 1618.*

Conſcientia eſt quoddam mentis dictamen. *Part 1 quæſt. 79. art. 13. in corp. ad primum. p[illegible] 151 columna 1.*

Conſcientia nihil aliud eſt, quam appli[illegible] tiæ ad aliquem actum. *1. 2. quæſt. 19 art 5. in arg[illegible] um. in contrarium. pag. 37. col 2*

Conſcientia eſt applicatio ſynderesis ad a[illegible] quod particulare factum, in qua contigit errorem eſſe *Sup. ſent. diſt. 40. art. 4. ad 3. folio 319. pag. 2.*

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Tantus ſplendor honeſtatis eſt, ut vitam beat[illegible] efficiant tranquillitas conſcientiæ, & ſecuritas innocentiæ. *Libr 2. Offic. cap. 1. circa init. columna 38. lit. A. tom. 1.*

2. Quando mens ſibi recti eſt conſcia, gratulatur, vel infuſione quadam ſpiritali repletur animus gaudio. *Tom. 4. lib. 2. de Cain & Abel. cap. 6. in principio col. 946. A.*

3. Sicut magna pœna eſt impiorum conſcientia, ſic magnum gaudium eſt piorum conſcientia. *Sup. 2. ad Cor. in illud, Teſtimonium conſcientiæ, &c. folio 97 columna 1.* S[illegible]

4. Quid eſt in rebus ditius, quid in corde dulcius, quid in terra quietius atque ſecurius bo[illegible] conſcientia? *Profec.* S. A[illegible]

5. Damna rerum non metuit, non verborum contumelias, non corporis cruciatus, quæ etiam ipſa morte magis erigitur, quam dejicitur. *Part. 1. tit. 3. cap. 10 §. 5. poſt med. folio 58, col. 4.*

6. Quid prodeſt ſi omnes laudent, & conſcientia accuſet? aut quid poterit obeſſe, ſi nobis omnes derogent, & conſcientia ſola defendat? *Part. [illegible] tit 10 de mendacio. cap 2 § 4. in fine. folio 297. col 2.*

7. Felix illa conſcientia, quam ſapor ſ[illegible]æ afficit, in qua ipſa ſapientia requieſcit. *Ser. Dom. [illegible] p[illegible] Trin. poſt med folio 235. pag. 1.* S[illegible]

8. Vis animum purum cuſtodire? eſto in t[illegible] illitate conſcientiæ. *Ibidem, ſerm. 17. ſub finem, [illegible] 294. pag. 1.*

9. Non eſt interior litterarum ſcientia, quam [illegible] p[illegible] ta conſcientia, id ſe alteri facere quod noli[illegible] *1. conf. cap. 18 in fine, pag 53. A tom 1* S. A[illegible]

10. Lætitia bonæ conſcientiæ paradiſus eſt. [illegible] 12. *de Geneſ. ad lit. cap. 34 poſt initium. pagina 49[illegible] tom 3*

11. V[illegible]ius atque jucundius eſt gaude[illegible] de bona conſcientia inter moleſtias quam d[illegible] delicias. *De Catechizandis rudibus. cap. 16. [illegible] 649. A. tom. 4.*

12. Ibi ponenda eſt continentia, ubi [illegible] quitur conſcientia. *De continentia, cap. 1 in [illegible] 704. C. tom. 4*

13. De conſcientiæ puritate q[illegible] d p[illegible] eſt laudabilis, quantò hum[illegible]nas [illegible] *Lib 2 de ſer. Dom in monte ſer[illegible], p[illegible]*

[illegible] Sup. Pſ. 45.

[illegible] hu- [illegible] mem. cr [illegible]

[illegible] & ip[illegible]

[illegible] 2. dec[illegible] po[illegible]

A.

24. Q[illegible] on[illegible] m. [illegible] am. poſt med. p[illegible] 8. C.

25. Quam [illegible]oſus [illegible] nitor [illegible] cien- [illegible] V. [illegible] inord. 7. [illegible]

[illegible] quam [illegible]eatus [illegible] Deum [illegible] poſſ[illegible]at. [illegible]

[illegible] conſcientiæ [illegible] Deum ipſa [illegible] Ser. 1 [illegible] poſt Dom Quinquag. & inord. 59 [illegible] B. tom. [illegible]

[illegible] puritas, [illegible] eſt ſan[illegible] [illegible] exclu- [illegible] quæ ab [illegible] mentem. [illegible] fratr. in [illegible] in prima. p[illegible] B. tom. 10.

[illegible] Duæ res ſunt [illegible]tia, & [illegible]na conſcientia [illegible] proxim[illegible]

[illegible] lens [illegible] ſuæ neg[illegible] am ſuam, [illegible] Ser [illegible] in princip. [illegible]

[illegible] Bona conſ[illegible] in tenebris ſ[illegible]ndorem pr[illegible] [illegible] tenet. Tom. 2. in Proverb. ſuis, verbo Bona.

[illegible] pura eſt, tranqui[illegible] eſt, & ipſa [illegible] in princ[illegible] col [illegible] tom. 8. [illegible] ſtamque [illegible] & ſalube[illegible] requies, [illegible] mun[illegible] ſecura. Ser. 2. omnium Ss.

[illegible] conſcientiæ [illegible] puritas, [illegible] quill[illegible] opertorium [illegible] : [illegible] delectabiliter, feliciter requieſ- [illegible]

[illegible] taculum Deo, cujus nec ratio [illegible] volun[illegible] tve[illegible], nec memoria fuerit in- [illegible] de Dedic[illegible] Eccleſiæ. paulo ante finem ſolio [illegible]

[illegible] pura [illegible] ine [illegible]

[illegible] curio[illegible] [illegible], & [illegible] virtu[illegible] col. 4.

[illegible] rioſius [illegible] fulget [illegible] Ibidem [illegible] poſt med. [illegible]

Memento [illegible] cardo [illegible] le- [illegible] dH[illegible] vont. ante med. [illegible] 174. col. [illegible]

[illegible] C[illegible] [illegible] bona
- [illegible]tul[illegible] R[illegible]
- T[illegible] alo[illegible]
- Ag[illegible]
- [illegible] d[illegible] tarum.
- [illegible] Angelorum
- [illegible] Reg[illegible]
- [illegible]
- H[illegible]culum Spiritus S[illegible]
- L[illegible] tus, [illegible] dicit [illegible] riendus. D[illegible] ter domo. cap. 2 [illegible] fol. 32 [illegible] I.

41. Nihil e[illegible] nihil [illegible] bo- n[illegible] enta: rem [illegible] illa erit ſe[illegible]ra. Ibidem [illegible] in me[illegible] 4 litera K.

42. Futuræ be[illegible] n[illegible] certum teſtimonium bon[illegible] con[illegible] I[illegible]em. poſt med. K.

43. Conſcientia bona eſt [illegible] habe[illegible] puritatem, [illegible] ore [illegible] veritate [illegible] Ibidem, cap. 27. prope ſin[illegible] 2.D

44. Qui con[illegible] ſuas in [illegible] ponunt, modo magni, mo[illegible] modo null[illegible] er. in Nat. B. Joan. Bapt. [illegible] poſt init. folio 37. col. 1. C

45. [illegible]rit virtus contenta candore conſcientiæ, ubi [illegible] qui non poterit odor [illegible]anæ. Profec.

46 Cæterum o[illegible] tariæ [illegible] ar ſuffic[illegible] itium conſcientiæ decoloris. Ser. [illegible] ſup. Cant poſt init. [illegible] col. 1 B.

47. Fortitudo tua, & fiducia, fidelis [illegible] Lib [illegible] de [illegible] poſt me[illegible] 79. [illegible]

48. Anima non [illegible]e, quæ ſin[illegible] culum enim mundum [illegible] parum totius [illegible] conſ [illegible] De interiori domo. cap. 23. in [illegible] p. [illegible] 327.

49. Si tibi [illegible] ben[illegible] conſc[illegible] care re [illegible] luta, cœlum libera p[illegible]t. Lib. 2. de conſol. Philoſ. Proſa 7. in [illegible] pa[illegible] 82. Boetius.

50. Sapiens bonum ſuum non popula[illegible] more [illegible] conſcientiæ veritate m[illegible]tur. Ibidem, [illegible] 3 P[illegible] poſt init. pag. 108.

51. Magnæ divitiæ, bona conſci[illegible]ntia. [illegible] 4. Pharetra. cap. 2. in fine. pagina [illegible]6. columna [illegible] C [illegible] m. 6. part. [illegible] S Bonaven.

52. Quid ditius in[illegible] quid [illegible] in terra quietius? atque ſe[illegible] bon[illegible]

53 Bona conſcienti[illegible] mna reru[illegible] [illegible] borum contumelias non [illegible] pè quæ & morte ipſe magis [illegible] qu[illegible] Ibidem

54. Bona bonæ conſcientiæ revire[illegible] bus, non areſcunt, [illegible] floreſcunt; lætificant [illegible] mo[illegible]

[illegible]

[illegible] & in capo- [illegible]

[illegible] & trib [illegible]

59 H[illegible] regnal [illegible] *apud Bibl. Patrum, tom. 5 part.* [illegible] *B. edit Colon.* 618.

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 60. Fama [illegible] ni minue ce *Tom.* [illegible]

GLO[illegible]RD. 61 I[illegible] bono [illegible] ope [illegible] *Re[illegible] cap. 20. col.* 964. [illegible]

GLOSS. INT. 62. [illegible] Deum patit op[illegible]robrium. *S[illegible]p.* [illegible] 6 8 [illegible] *tom.* 4.

GLOSS. [illegible]RD. 63 Omnis conſ[illegible] Deum ſpe non per[illegible] ſubi[illegible] & [illegible] mundi [illegible] ſuperio[illegible] *[illegible]up. Matth. cap 6. ſub fi[illegible]* 154. *F. tom.* 5.

S. G[illegible] 64. Hum[illegible] ab intimis recedit, ſemper in lubrico eſt *Lib. 11 Moral. cap. 19. in med. num* [illegible] *col.* 39 *B. tom.* 1.

65 Nu[illegible] lingua [illegible] ubi [illegible] conſcientia non [illegible]

66. [illegible] conſcientia [illegible] inter ac[illegible] liber eſt. [illegible] accuſation[illegible] pot[illegible] quæ [illegible] *in Re[illegible] Ind 15. cap. 1-8. Epiſt. 14. ad Conſtant. Epiſc. Mediolan. prope init. col* [illegible] *A tom.* 2

S. GREG. N[illegible] 67. Qui [illegible] apud [illegible] ſunt, luci a[illegible] dicti [illegible] appellantur. *Et hab. apud D. Ioan. Dama[illegible] lib. 2 Paral[illegible] cap. 78. fo[illegible] 91.* [illegible] *D.*

S. HIERON. 68 Bona conſcientia nul[illegible] oculos fugit. *Tom 1. Ep. 47. de vitando [illegible] contubernio poſt med. pa[illegible] 6. lit. D.*

69. Innocens [illegible] ipſa [illegible] tormenta fruitur [illegible] tiæ ſecurit[illegible] *Tom 4. Ep. 1. ad Demetriadem. long. poſt init. pa[illegible] B*

[illegible] H[illegible]. 70 Nihil humanæ naturæ gravius eſt periculo conſcientiæ *Lib.* [illegible] *de Trinit. poſt init. folio 33 col.* 1.

71. [illegible] conſcientia, quàm geſta: hæc manum [illegible] pulos vero illa ſinu colligit. *Sup. Pſal.* 12[illegible] *col.* 2

[illegible] S. VI[illegible]RE. 72. [illegible] ſunt vita & conſcientia; bo[illegible] Coram Deo teſtis eſt conſcientia, [illegible] hom[illegible] vita. *Lib. 2 de clauſtro animæ. cap. 17.* [illegible] *finem, pag* [illegible] *D. tom.* 2.

73 Tranquil[illegible] conſcientia eſt, quæ omnibus eſt du[illegible] gr[illegible] vis, ut [illegible] co ad gratiam, inimi c[illegible] [illegible] uevo[illegible] tiam, & [illegible] bus potel[illegible] ad [illegible] entia [illegible] *Lib. 3. de Anima. cap. 9.* [illegible] *pa[illegible]* 114 [illegible]

74 Ci[illegible] & ut[illegible] bona co[illegible] quam [illegible] *Idem* [illegible] *pagina* 114 [illegible]

7[illegible] quæ nec de præterito [illegible] injuſte delectatur. *De* [illegible] *pa[illegible] 6. B. tom.* 2.

CARD. 7[illegible] M[illegible] conſcientiæ, quam vana gl[illegible] [illegible] *[illegible]len, cap. 10. folio 98* [illegible] *tom.*

[illegible] C[illegible] magna. *Homil. 64 ſup* [illegible] *tom.* 1.

[illegible] conſcientia bon[illegible] *Hom* [illegible]

[illegible]

8[illegible] *oper.* [illegible]

82. [illegible] pu[illegible] da. [illegible] 6 *Nalit* [illegible]

8[illegible] *Hom. 12* [illegible] 5 *B.* [illegible]

84. [illegible] q[illegible] [illegible]aliter [illegible] reprimit, [illegible] *L[illegible] 2. de [illegible]* 2[illegible]

8[illegible]. S[illegible] & triſt[illegible] inter [illegible] in no[illegible] *cap. 19.* [illegible] 3. [illegible] 2.

86. C[illegible] enim [illegible] [illegible]lenti[illegible] *Paræn.* [illegible] 9. *apud Bibl.* [illegible] *edit.* [illegible] 16[illegible]

87 Co[illegible] [illegible] rogus quid in animæ ſocietas, [illegible] moneat, [illegible] ipſis caſti[illegible] & [illegible] *L* [illegible] *Ep. ad Rom. ſup. illud, Teſtimonium* [illegible] *p[illegible] 309.* [illegible] *E. tom.* 2

88. [illegible] conſcientia hominis [illegible] [illegible] plus [illegible] plus ſordet. [illegible] *med. apud Bi[illegible] Patr. tom.* 1[illegible] *part 2. pag.* [illegible]96. [illegible] *edit. Coloniæ* 16[illegible]

89. P[illegible] & ipſ[illegible] *De Co[illegible]ntia* [illegible] 4. *ap[illegible] Patr. tom. 12. par[illegible] 2. pag. 691.* [illegible] *A*

90. In[illegible] tur conſcientia à [illegible] deducitur a ſubjectione [illegible] ur & [illegible] amore. *Ibidem, cap. 6 in princ. pag. 6[illegible]. col* [illegible]

91. Cordi benè con[illegible] ap[illegible] mal[illegible] o claudit *Ser. 22. in fine, apud Biblioth. Patr. tom. 5 p[illegible] pag. 678 col. 1 B.*

92 [illegible] nque quos conſc[illegible] bona t[illegible] noxios, ſtatuit impia coram judicib[illegible] os. *O[illegible] contemptu ſeculi. [illegible]ap. 29. in fin., pa[illegible] 50[illegible] columna* [illegible] *B. tom.* 3.

93. M[illegible]ns unicuique teſti[illegible]orum eſt, quæ gitarit. atq; conſcientia incorruptus judex eſt o[illegible] que certi[illegible]mus. *Et habet. apud [illegible] Ioan. Dam* [illegible] *Parall. cap 15 in fin. fol.* [illegible] *pag.* [illegible] *C.*

94. O quantum [illegible] [illegible]itatis h[illegible]nt, qui [illegible] conſcii *Libr 2. de vita contempl* [illegible] 18. *in* [illegible]*ne, a* [illegible] *Patr. tom 5. part.* [illegible] *pag.* [illegible] *col. 2. F. edit* [illegible]

95. [illegible] impoll[illegible] co[illegible] tur ſpat[illegible]; & quia ægros h[illegible] ceſſus, in ap[illegible] tus non [illegible] tu[illegible] [illegible] *verſ. 3. p[illegible] col, 2.* [illegible]

96. B[illegible] conſcientia non [illegible] m[illegible] lum [illegible] *Sent. 114* [illegible] *oper.* [illegible] *pag* [illegible] *A.*

97 I[illegible] dementum [illegible] gratiæ [illegible] ſpiritualis conſolat[illegible] nis p[illegible] cientiæ puri[illegible]. *Tom 1. Opuſc.* [illegible] *folio 113* [illegible]

98. P[illegible] opt[illegible] nda bona & pura conſ[illegible] ſub[illegible] boſa eloquentia. *S[illegible] ad N[illegible] pag. 4[illegible] tom.* [illegible]

THOMAS à KEMPIS. 99. Penetrat & aëreas poteſtates ſecurus, puræ conſcientiæ cuſtos. *Medit. 18. de cordis munditia, cap. 3. in calce, pag. 232. tom. 1.*

100. Bona conſcientia parit gaudium, mala conſcientia generat ſibi tormentum. *In Hortulo Roſar. cap. 8. in principio. pagina 517. tom. 2.*

S. VALERIAN. 101. Periculosè illis conſcientiæ fides creditur, quibus cupiditas dominatur. *Homil. 20. de Avaritia, poſt med. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 499. col. 1. littera B.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 102. Si optimorum conſiliorum atque factorum teſtis in omni vita nobis conſcientia fuerit, ſine ullo metu ſumma cum honeſtate vivemus. *Orat. 14. pro Cluentio poſt med col. 388. F. num. 159. tom. 2.*

103. Conſcientia rectæ voluntatis maxima conſolatio eſt rerum incommodarum. *Lib. 6. Ep. 4. ad Torquatum, ante med. col. 88. F. tom. 3.*

104. Mea mihi conſcientia pluris eſt, quàm omnium ſermo. *Libr. 12. Ep. 27. ad Atticum, circa med. col. 487. G. tom. 3.*

105. In omni vita ſua quemquam non oportet à recta conſcientia tranſverſum unguem diſcedere. *Libr. 13. Ep. 20. circa med col. 502. E. tom. 3.*

106. Magna conſolatio eſt, conſcientia maximi & clariſſimi facti. *Lib. 14. Ep. 11. prope med. col. 521. lit. E. tom. 3.*

107. Nihil me præter conſcientiam delectabit. *Lib. 15. Ep. 11. poſt med col. 538 H. tom. 2.*

108. Hominum conſcientia à virtute remota ita in magnis verſatur anguſtiis, ut nihil jàm turpe ſit quod non videatur eſſe factura. *Libr. 2. de finib. ante med. num. 28. col. 82 H. tom 4.*

109. Nullum theatrum virtuti conſcientiâ majus eſt. *Lib. 2 Tuſcul. ante finem, col. 206. E. tom. 4.*

110. Conſcientia benè actæ vitæ multorumque benefactorum recordatio jucundiſſima eſt. *De Senectute ante medium. col. 542. C. tom. 4.*

PLATO. 111. Conſcientia integra bonæ ſenectutis nutria. *Tom. 2. Sizygia 4. lib. 1. de Republ. pag. 330 E.*

112. Eum, qui nullius ſceleris ſibi eſt conſcius, jucunda ſpes perpetuò comitatur *Ibidem.*

PLINIUS II. 113. Multi famam, conſcientiam pauci verentur. *Lib. 3. Ep 20 ad Meſium Maximum. poſt med pag 96.*

SENECA. 114. Ille beatus, qui plenus eſt bona conſcientia. *De beata vita. cap. 19. circa init. pag. 502. tom. 1.*

115. Malè agit, qui famæ, non conſcientiæ gratus eſt. *Lib. 6. de beneſic cap. 42. circa medium, pag. 501. tom 2.*

116. Ex bona conſcientia, verum bonum oritur. *Ep. 23. poſt med pag 566. tom. 2.*

117 Bona conſcientia prodire vult, & conſpici: ipſa verò nequitia, tenebras quærit *Ep. 97. poſt medium, pagina 799.*

118. Bonus fruitur bona conſcientia. *De Moribus ante finem, pagina 678. edit. Baſileæ.*

119. Nihil opinionis cauſa, omnia conſcientiæ faciam. populo ſpectante fieri credam, quidquid me conſcio faciam. *De beata vita, cap 20. poſt med.*

120 Quandocunque natura ſpiritum repetet, aut ratio dimittet, teſtatus exibo, bonam me conſcientiam amaſſe. *Ibidem.*

Vide etiam tit. Accuſatio. ſent. 62. 63. 64. Iudicium in genere. ſent. 77. Scientia. ſent. 35.

Conſcientiæ remorſus.

SENTENTIÆ PATRUM

S. AMBROS. 1. QUæ pœna gravior, quàm interioris vulnus conſcientiæ? nonne hoc magis fugiendum, quam mors, quàm inopia, quàm exilium, quàm debilitatis
Tom. 1.
dolor? *Libr. 3. Offic. cap. 4. in princ. col. 62. littera C. tom. 1.*

2. Ita gravis eſt culpa conſcientiæ, ut ſine judice ipſa ſe puniat, & velare ſe cupiat. & tamen apud Deum nuda eſt. *Lib. 3. de Pœnit. cap. 11. circa med. col. 194. A. tom. 2.* S. AMBROSIUS.

3. Unuſquiſque ſibi ipſum animum ſuum ſeverum judicem ſui, ultorem ſceleris, & vindicem criminis habet. *Lib. 7. Ep. 44. ad Conſtantium. poſt init. col. 603. C. tom. 3.*

4. Peccatrici conſcientiæ nullus locus tutus, vel certus eſt dùm metuit deprehendi. *Serm. 46. circa med. col. 741. A. tom. 3.*

5. Sapiens ſi epuletur, ſi cogitet, ſi oret ac deprecetur, ante oculos ejus ſemper eſt error proprius, & momentis omnibus culpa pulſat conſcientiam, nec quieſcere, nec oblivisci ſinit, velut gravis cenſor excitat ſe terrore perpetuo *Ibidem.*

6. Omnia adverſa habet. quia ipſe ſibi diſplicet, ipſe ſui accuſator, ipſe ſui teſtis eſt: nec invenit quo fugiat, quippe ſe perurget & ſtimulat. *In Apologia David, cap. 9. circa med. col. 1190 C. tom. 4.*

7 Gravat conſcientiam memoria delictorum, niſi medicina poſcatur. *Sup. Pſ 37. ante finem, col. 1337. B. tom. 4.*

8 Magna pœna eſt impiorum conſcientia *Sup. 2. Cor. cap. 2. in illud, Teſtimonium conſcientiæ, folio 97. col. 1.* S. ANSELMUS.

9 Conſcientia propria ſufficit unicuique ad teſtimonium *Sup. Ep. ad. Rom. cap 2. circa med. fol. 8 col. 2.*

10. Conſcientia rei ſemper eſt in pœna. *Part. 1. tit. 3. cap. 10 §. 5. in princ. folio 58. col. 3. & Iſid. Hiſpalenſ lib. 2. de Synon cap. 11.* S. ANTONINUS & S. ISIDORUS HISPALENS

11. Quid prodeſt ſi omnes laudent, & conſcientia accuſet? aut quid poterit obeſſe, ſi nobis omnes derogent, & conſcientia ſola defendat? *Part. 2. tit. 10. cap. 2. § 4. in fine fol. 297. col. 2.* S. ANSELMUS.

12. Animus malè ſibi conſcius, dùm ſibi videtur nullam pœnam pati, credit quod non judicet Deus & ſic auferuntur judicia Dei à facie ejus, cùm hæc ipſa ſit magna damnatio. *Sup. Pſ. 9. poſt med. verſ. 27. Auferuntur judicia tua. pag. 43. B. tom. 8.* S. AUGUSTIN.

13. Quidquid vis potes fugere homo, præter conſcientiam tuam: intra in domum tuam, requieſce in lecto tuo, intra in interiora, interius habere nihil potes quò fugias à conſcientia tua. *Sup. Pſal. 30. conc. 1. circa med. verſ 3 pag. 109. B. tom. 8.*

14. Quando Deus judex erit, alius teſtis quàm conſcientia tua non erit: inter judicem juſtum & conſcientiam tuam, noli timere niſi cauſam tuam. *Sup. Pſ. 37. poſt med. verſ 16 pag 219. B.*

15. Inter omnes tribulationes humanæ animæ nulla eſt major tribulatio, quam conſcientia delictorum. *Sup. Pſ. 45. paulo poſt init. verſ. 1. Adjutor in tribulationibus. pag. 386. C. tom 8.*

16. Quid prodeſt ſi quod eſt exteriùs ſanum eſt, & putreſcit ita eſt medulla conſcientiæ? *Ibidem.*

17. Iniquorum conſcientias non ſanat, niſi indulgentia. *Ibidem.*

18. Sicut magna eſt pœna impiorum conſcientia, ſic magnum gaudium piorum ipſa conſcientia. *Sup. Pſ. 53. poſt med verſ. 3. pagina 357. B tom. 8.*

19. Teſtis qui adeſt, non in cubiculo adeſt parietum, ſed in cubilibus conſcientiarum veſtrarum. *Proſecutio.*

20. Judica cauſam, judicis tribunal eſt in mente tua; ſedet ibi Deus, adeſt accuſatrix conſcientia, tortor timor. *Sup. Pſ. 57. poſt init. verſ. 1. Recta judicate. pag 389. B. tom 8.*

21. Quid ibi valebit calliditas accuſatoris, ubi eſt teſtis conſcientia, ubi tu eris & cauſa tua, ubi judex non quærit teſtem? *Sup. Pſal. 66. poſt med. verſ. 4 pagina 475. B tom. 8.*

22. Timor reum conturbat, conſcientia confun-

dit, cogitationes increpant, & fugere non poteſt. *Tom. 9. de contrit. cordis. cap. 6. ante med. pag. 573. littera B.*

S. Augustin. 23. Ille ſe ad id quod credit & diligit perventurum eſſe deſperat, cui malæ conſcientiæ ſcrupulus ineſt. *Lib. 1. de doctrina Chriſtiana. cap. 40. in medio, pag. 14. C. tom. 3.*

24. O miſerabilis peccati ſervitus! ſervus hominia aliquando ſui Domini duris imperiis fatigatus, fugiendo requieſcit: ſervus verò peccati, quò fugit ſecum ſe trahit quocunque fugerit. *Profec.*

25. Non fugit ſeipſam mala conſcientia, non eſt quò eat, ſequitur ſe, imò non recedit à ſe, peccatum enim quod facit, intus eſt. *Tract. 41. ſup. Evang. Joann. de cap. 8. ante medium, pagina 208. littera C. tom. 9.*

26. Avarum conſcientia vincit in ſcelere. *Et habetur in decretis Gratiani. part. 2. cauſa 6. quæſt. 1. can. Quaro. folio 183. col. 2.*

27. Quem pungit mala conſcientia retrahit ſe à ſpe, & non ſibi ſperat niſi damnationem. *Sup. Pſ. 31. in præfat. poſt med. tom. 8.*

V. Beda. 28. Multi vacant exteriùs in tenebris, ſed tumultuantur in conſcientiis ſuis. *Profec.*

29. Nuſquàm enim conſcientia mali conquieſcit, ſed ſemper in perturbationibus vivit. *Sup. Pſ 9 i. in princ. col. 777. tom. 8.*

S. Bernard. 30. Infernus quidam & carcer animæ, rea conſcientia eſt. *Serm. 4. de Aſſumpt. B. M. circa medium, folio 53. col. 4. K.*

31. Ego plagis conſcientiæ meæ nullum judico accommodatius medicamentum probris & contumeliis. *Epiſt. 280. ad Eugenium Papam, prope initium, folio 265. col. 2. D.*

S. Bernard. & S. Isid. Hisp. 32. Nulla pœna gravior eſt, prava conſcientia: mala conſcientia agitur ſtimulis. *Profec.*

33. Si publica fama te non damnat, propcia conſcientia te condemnat. *De Interiori domo. cap. 45. in princ. folio 331. columna 1. A. Et Iſid. Hiſpalenſ. lib. 2. de Synon. cap. 11.*

34. Accuſat conſcientia, teſtis eſt memoria, ratio judex, voluptas carcer, timor tortor, oblectamentum tormentum. *In Medit. cap. 13. in fine, folio 334. columna 1. littera C.*

35. In vulpina conſcientia eſt tepida converſatio, animalis cogitatio, ficta confeſſio, brevis & rara compunctio, obedientia ſine devotione, oratio ſine intentione, lectio ſine ædificatione, ſermo ſine circumſpectione. *Ibidem.*

S. Bonavent. 36. Conſcientia accuſat de præterito, remurmurat de præſenti, & præcavet de futuro. *Lib. 2. Compendii Theologic. verit. cap. 52. in medio pag. 719. columna 1. D. tom. 7.*

S. Cæsarius Arelatens. 37. Si fortè hominis cujuſcunque ſervus duris domini ſui urgeatur imperiis, quocunque fugiendo evadere & declinare iniquum dominum poteſt; ſervus verò peccati quò fugiet? quò ſe trahet? quocunque fugiat, non fugit ſeipſum. *Prof.*

38. Quid prodeſt quòd homo ſonantem fugit arcum, qui jaculum ſecum portat infixum? *Hom. 4. circa med. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3 pag. 748. col. 1. B. C. edit. Coloniæ 1618.*

39. Quid prodeſt quod liber eſt in natura, qui ſervus eſt in conſcientia? *Ibidem, &c. ante med. pagina 748. col. 1. B.*

Cassiodorus. 40 Se conſcientia ſemper exhilarat, quando nulla recordationis aſperitate mordetur. *Sup. Pſ. 44. verſ. 9. folio 67. col. 4.*

41. Ille timere debet vitæ finem, qui peccatorum recordatione mordetur. *Sup. Pſalm. 48. verſ. 5. folio 72. col. 2.*

42. Omne malum ſuam portat (dùm committitur) ultionem, quia torquente conſcientia, ipſe in ſe probatur implere vindictam. *Sup. Pſ. 57. verſ. 10. folio 89. col. 3.*

S. Ephræm. 43. Acerbus apud illos, qui latere cupiunt, eſt conſcientiæ ſtimulus. *De Confeſſione. longe ante finem tom. 2. pag. 611. B.*

Franciscus Titelm. 44. Verè non minima infelicitas eſt, perpetuam illam conſcientiæ malæ carnificinam perpeti. *Sect. 1. ſuper Pſ. 13. pag. 121.*

S. Greg. Mag. 45. Conſcientia accuſat, ratio judicat, timor ligat, dolor excruciat. *Lib. 25. Moral. cap. 6. ante med. col. 831. A. tom. 1.*

46. Etſi foris reum ſententia non clamat, intùs tamen graviter conſcientia accuſat. *Ibidem, lib. 32. cap. 7. ante med. num. 6. col. 1100. C.*

47. Inter innumerabiles afflictionum moleſtias, nulla eſt major afflictio, quàm conſcientia delictorum. *In ſeptem Pſal. pœnit. ſup. Pſ. 7. verſ. 13. in princ. col. 636. C. tom. 2.*

48. Omnis homo per id quod malè agit, quid ſibi aliud quàm conſcientiæ ſuæ carcerem facit? ut hunc animi reatus premat, etiamſi nemo exteriùs accuſet. *Lib. 11. Moral. cap. 5. circa med. col. 378. B. tom. 1.*

Gloss. ordin. 49. Nihil potentius conſcientia, in qua confixæ litteræ ſunt ſolidæ *Prof.*

50. Quamvis enim omnes homines ſuæ ipſorum conſcientiæ de bona vita teſtificari conentur, peccata nihilominùs eorum, qui mentiuntur, conſcientia ferre nequit; ſed percutitur ac perforatur, incorruptamque profert ſententiam. *Sup. Hierem. cap. 17. col. 707. A. tom 4. C.*

Gloss. ord. & S. Hieron. 51. Vultu & oculis diſſimulari non poteſt conſcientia, dùm luxurioſa & laſciva mens lucet in facie, & ſecreta cordis motu corporis & geſtibus indicantur. *Sup. Ezech. cap. 8. col. 1139. C. tom 4. & Hieron. Ibidem.*

Gloss. ord. 52. Omnia recta ſuam irriſionem putat, quem remordet conſcientia. *Super Job. cap. 11. col. 141. E. to. 3.*

S. Hieronym. 53. Latentem reum ſecreta mentis pœna perſequitur. *Tom. 4. Ep. 2. ad Demetriadem, longe poſt initium, pag 13. B.*

54. Nullus poſt culpam impunitati locus eſt, cùm ſit reatus ipſe ſupplicium. *Ibidem.*

Hugo a S. Victore. 55. Magnum tormentum eſt conſcientia mala. *In Threnos Hierem. pag. 128. F. tom. 1.*

Hugo Card. 56. Liber diaboli eſt conſcientia peccatoris. *Sup. Iſajam. cap. 37. folio 81. col. 2. tom 4.*

57. Semper præſumit ſæva, perturbata conſcientia. *Super Luc. cap. 16. folio 232. columna 2. tom. 6.*

S. Joannes Chrysostom. 58. Conſcientia judex eſt incorruptus. *Hom. 17. ſuper Geneſ. poſt initium, col. 110. D. tom. 1.*

59. Facinus etſi homines lateat, conſcientiam tamen accuſatricem non poterit latere. *Ibidem, poſt initium, columna 111. A.*

60. Grave eſt à conſcientia ſua accuſari, habereque hanc accuſatricem, perpetuò urgentem, clamantem, & ſcelus commemorantem. *Ibidem, Hom. 64. ante medium, col. 498. litt. D.*

61. Conſcientia peccatocis formidinis eſt mater. *Hom. 2. ſuper Pſ. 50. in medio, col. 731. A. tom. 1.*

62. Conſcientia eſt codex; in quo quotidiana peccata ſcribuntur. *Ibidem, Hom. 2. ante med. verſ. 4. poſt med. col. 745. B.*

63. Conſcientiam non ſervat, qui Deo fidem non ſervat: ſed altera alterius eſt accuſatrix. *Hom. 32. oper. imperf. ſuper Matth. a medio, col. 951 B. tom. 2.*

64. Qui ſibi malè conſcius eſt, ſemper puſillanimis ac timidus eſt. *Ibidem.*

65. Occultum oon eſt quidquid conſcientia teſtu committitur; quia etſi alterius notitiam fallit, fallere ſeipſam non poterit. *Hom. 11. in variis locis ſup. Matth. col. 1168. C. tom. 2.*

66. Nihil ita impudentem hominem facit, ſicut mala conſcientia. *Hom. 17. ſuper Acta Apoſt. circa medium, Moralis. col. 564. C. tom. 3.*

67. Qui ſibi malè eſt conſcius, etiamſi omnium bona poſſideat, omnium tamen eſt miſerrimus. *Ser. 1. ſuper Ep. ad Rom. prope med. col. 25. D. tom. 4.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 68. Quid mala conſcientia triſtius eſſe poteſt? *Ibid. ſer. 12. in princ. Moral. col. 133. A. tom. 4.*

69. Animus qui multorum ſcelerum ſibi conſcius eſt, cùm futurum judicium formidet atque exhorreſcat, nolitque mutata in melius vita ſibi conſulere, incredulitate quietem ſuam quærit. *Hom. 17. ſup. 1. ad Cor. in medio Moral col. 454. B. tom. 4.*

70. Quod corpori frigus eſt, hoc eſt animæ mala conſcientia, undè timiditas naſcitur. *Hom. 7. ſup. 2. ad Cor. paulò poſt initium Moralis. column 742. littera D. tom. 4.*

71. Nihil ſic perturbat mentis oculum, ſicut conſcientia mala. *Hom. 17. ſup. Ep. ad Hebr. in fine Moralis. col. 1775. D. tom. 4.*

72. Melius eſt ut nunc anima mordeatur ex recordatione peccati, quàm in futuro tempore ſupplicia ſentiat ſempiterna. *Ibidem, Homil. 31. circa med. Moralis, col. 1858. B.*

S. ISID. HISP. 73. Reus animus nuſquàm ſecurus eſt. *Lib. 2. de Synim. cap. 11. circa med. pag. 318 col. 2.*

74 Mens malæ conſcientiæ propriis agitur ſtimulis. *Ibidem.*

75. Humana conditio dùm diverſis vitiis mentem conturbat, etiam ante pœnas gehennæ, jàm pœnas conſcientiæ patitur. *Lib. 2. de ſum. bono, cap. 26. ſent. 1. pag. 649. col. 1.*

76. Abyſſus abyſſum invocare, eſt de judicio ſuæ conſcientiæ ire ad judicium damnationis perpetuæ. *Ibidem, cap. 26. ſent. 4. pag. 649. col. 1.*

77. Omnia fugere poterit homo, præter cor ſuum, non enim poteſt à ſe quiſque recedere. *Prоſ.*

78. Ubicumque abierit, reatus ſui conſcientia illum non derelinquet. *Ibidem, cap. 26. ſent. 2. pag. 649. columna 1.*

79. Quamvis humana judicia ſubterfugiat omnis qui malè agit, judicium tamen conſcientiæ ſuæ effugere non poteſt. *Proſec.*

80. Nam etſi aliis celat quod egit, conſcientiæ tamen ſuæ celare non poteſt, qui plenè novit malum eſſe quod geſſit. *Ibidem, cap. 26. ſent. 3. pag. 649. col. 1.*

LACT. FIRM. 81. Nihil prodeſt incluſam habere conſcientiam, patemus Deo: quia parietibus oculi hominum ſubmoventur, Dei autem divinitas, nec viſceribus ſubmoveri poteſt, quominùs totum hominem perſpiciat, & norit. *Proſec.*

82. Quid ais? quid machinaris? quid abſcondis? cuſtos te tuus ſequitur: alium tibi peregrinatio ſubduxit, alium mors, alium valetudo: hære hîc, quo carere nunquàm potes.

83. Quid locum abditum legis, & arbitros removes? putas tibi contigiſſe ut oculos omnium effugias demens? quid tibi prodeſt non habere conſcium habenti conſcientiam? *Lib. 6. de vero cultu. cap. 24. circa med. pag. 283.*

84. Multum refrænat homines conſcientia, ſi credamus nos in conſpectu Dei vivere. *De ira Dei, cap. 8. in fine. pag. 340.*

S. LAURENT. JUSTIN. 85. Qui facit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam: & talis conſcientiæ impulſus omninò audacter refellendus eſt. *De diſcipl. monaſt. part. 1. cap. 12. ante med, pag. 103. col. 1. A.*

PETR. BLES. 86. De univerſis, in quibus Deum offendimus, nihil reſiduum eſt, niſi conſcientia immunditiæ teſtis, & ſe crucians recordatione peccati. *Ep. 15. ad Epiſc. Carnotenſem. ſub finem, apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 716. col. 1. edit. Coloniæ 1618.*

PETRUS CELL. 87. Sicut vipera genitricis viſcera naſcendo diſrumpit, ſic malitia conſcientiam (de qua oritur) nunquàm torquere deſiſtit. *De panibus. cap. 22. ante med. apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pagina 667. col. 2. F. edit. Coloniæ 1618.*

PHILO JUD. 88. Conſcientia rea, carnifex eſt. *Lib. de Ioſeph. ante medium, pag. 735.*

S. PROSPER. 89. Nulla pœna gravior eſt, quàm mala conſcientia: in qua cùm non habetur Deus, conſolatio non invenitur. *Sent. 191. in fine tomi tertii operum Div. Auguſtini pag. 753. A.*

SALVIAN. 90. Infelicior conſcientia peccatorum, pœnalium recordatione ſuſpirat. *Lib. 1. ad Eccleſ. Cath. poſt medium, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pagina 367. col. 1. C. edit. Coloniæ 1618.*

S. THEODORET. 91. Mox etiam poſt admiſſum peccatum, ſtimulatur conſcientia. *Sup. Gen. quæſt. 33. pag. 11. col. 2. G. tom. 1.*

THOMAS A KEMPIS. 92. Mala conſcientia generat ſibi tormentum. *In Hortulo Roſar. cap. 8. in princ. pag. 517. tom. 2.*

93. Conſcientia non habet acriorem arguentem, quàm ſeipſam malè regentem. *In doctrinali Iuvenum. cap. 2. ſect. 2. pag. 701. tom. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 94. Magna vis eſt conſcientiæ, ut neque timeant qui nihil commiſerint, & pœnam ſemper ante oculos verſari putent qui peccârint. *Orat. 38. pro Milone. poſt med. col. 779. A. num. 61. tom. 2.*

95 Hominum conſcientia à virtute remota, in magnis verſatur anguſtiis *Lib. 2. de finibus. ante med. num. 29 col. 82. H. tom. 4.*

96. Morderi melius eſt peccatorum conſcientiam. *Lib. 4. Tuſcul. quæſt. circa med. col. 237. B. tom. 4.*

PLATO. 97. Hominis conſcientiam, ſemper ſcrupulus urit *Tom. 3. Sizyg. 6. in dialogo Axiochi, poſt medium, pagina 369. littera E.*

98. Cùm quis à ſe commiſſa multa peccata deprehendat, conſcientiæ labes eum non patitur quieſcere, ſed in ſomniis & ubique exterretur ipſe atque percellitur, & tùm malâ ſpe vitam tolerat *Tom. 2. Sizygia 4. lib. 1. de Republ. ante med. pagina 330. littera E.*

SENECA. 99. Vix quemquam invenies, qui poſſit aperto oſtio vivere, janitores conſcientia noſtra non ſuperbia oppoſuit. *Proſec.*

100. Quid autem prodeſt recondere ſe, & oculos hominum aureſque vitare? bona conſcientia turbam advocat, mala etiam in ſolitudine anxia atque ſolicita eſt.

101. Si honeſta ſunt quæ facis, omnes ſciant: ſi turpia, quid refert neminem ſcire, cùm tu ſcias? ô te miſerum, ſi contemnis hunc teſtem! *Ep. 43. in calce, pagina 598. tom. 2.*

102. Malè facinorum conſcientia flagellatur, & plurimùm illi tormentorum eſt, eo quòd perpetua illam ſolicitudo urget ac verberat. *Ep. 97. ante finem, pag. 799. tom. 2.*

103. Multos fortuna liberat pœnâ, metu neminem. Quare? quia infixa nobis ejus rei averſio eſt, quam natura damnavit. *Proſecutio.*

104. Ideò nunquàm fides latendi fit etiam latentibus; quia coarguit illos conſcientia, & ipſos ſibi oſtendit. *Ep. 97. in fine, pag. 799. tom 2.*

105. Hæret conſcientia, aliud agere non patitur, ac ſubinde reſpicere ad ſe cogit. *Proſec.*

106. Tutum aliqua res in mala conſcientia præſtat, nulla ſecurum.

107. Putat enim ſe etiamſi non deprehenditur, poſſe deprehendi, & inter ſomnos movetur; & quoties alicujus ſcelus loquitur, de ſuo cogitat. *Ep 105. pag. 826. tom. 2.*

108. Nihil juvat obvium malæ conſcientiæ, gravis enim lux eſt. *Ep. 122. poſt med. pag. 883. tom. 2.*

109 Nil timidum facit animum, niſi reprehenſibilis vitæ conſcientia. *De 4. virt. Card. pag. 674. edit. Baſileæ.*

110. Nullum conſcium peccatorum tuorum magis timueris, quàm temetipſum: alium potes effugere, te autem numquàm. *De Moribus, pag. 677. edit. Baſilea.*

111. Nequitia ipſa, ſui pœna eſt. *Ibidem.*

112. Mala conſcientia ſæpè tuta eſt, ſecura nunquã *Ib.*

113. Maximum ſcelerum ſupplicium, in ipſis eſt. *Ep. 87. circa med. pag. 733. tom. 2.*

Vide etiam tit. Accuſatio. ſent. 64. Iudicium. Extremum. ſent. 63. Peccatum in genere. ſent. 5. Reus. ſent. 1.

Conſenſus.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIFFERENTIA.

ETYMOLOGIA.

S. THOMAS AQUINAS.

CONSENTIRE eſt ſimul ſentire. 1. 2. *quæſt.* 15. *art.* 1. *in corp. pag.* 28. *col.* 1.

DEFINITIO.

S. BONAVENT.

Conſenſus eſt nutus voluntatis ſpontaneus, vel motus animi liber ſui. *In Contiloquio. part. 1. ſect. 11. in princ. pag.* 60. *col.* 1. *D. tom.* 6. *part.* 1.

GLOSS. INT. & HUGO CARD.

Conſentire eſt ſenſum ſenſui conjungere. *Sup. Acta Apoſt. cap.* 5. *in fine. in illud, Conſenſerunt illi,* &c. *col.* 1039. *A. tom.* 6. *Et Hugo Card. ſup. eundem locum. tom.* 7. *col.* 286. *col.* 2.

S. IOAN CLIM.

Conſenſus eſt motus atque inclinatio animæ ad imaginem cujuſcunque rei cum voluptate. *Gradu* 15. *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 269. *col.* 2. *H. edit. Colonia* 1618.

S. THOMAS AQUINAS.

Conſentire eſt quædam conjunctio ad id cui conſentitur. 1. 2. *quæſt.* 15. *art.* 1. *in corp. pag.* 28. *col.* 1.

Conſentire eſt applicare motum appetitivum ad aliquid appetendum. *Ibidem, quæſt.* 16. *art.* 2. *in corp. pag.* 29. *col.* 2.

Conſenſos eſt judicium de eo, in quod conſentitur. *Ibidem, quæſt.* 74. *art.* 7. *in princ. corporis. pagina* 131. *columna* 1.

DIFFERENTIA.

S. ANTONIN.

Differentia eſt inter aſſentire, & conſentire: nam aſſentire eſt quaſi ad aliud ſentire: ſed conſentire, eſt ſimul ſentire. *Part.* 1. *tit.* 4. *de voluntate. cap.* 9. *poſt med. fol.* 86. *col.* 3.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANSELMUS.

1. Conſentire eſt, ſi quis cùm poſſit reprehendere, taceat, vel aduletur. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 1. *in fine. fol.* 6. *columna* 3.

S. ANTONINUS.

2. Facientem & conſentientem par pœna conſtringit. *Part.* 1. *tit.* 4. *de Voluntate, cap.* 9. §. 2. *ſub finem. fol.* 87. *columna* 2.

S. ANTONIUS DE PADUA.

3. Dæmonum nidus eſt effæminatæ mentis conſenſus, plumis vanæ gloriæ, & luto laſciviæ confectus. *Ser. in Quinquag. in medio. folio* 58. *pag.* 1.

S. AUGUSTIN.

4. Sicut propria cogitatione non peccat invitus; ita dùm conſentit malè ſuadenti, non utique niſi voluntate conſentit. *Lib.* 3. *de lib. arbit. cap.* 10. *in princ. pag.* 474. *D. tom.* 1.

5. Rea tenetur in conſenſione conſcientia, etiamſi non ſubſequatur peccatum factum. *Lib.* 2. *de Gen. contra Manich. cap* 14. *in fine. pag.* 582. *C. tom.* 1.

6. Nemo habet in poteſtate quid ei veniat in mentem, ſed conſentire vel diſſentire propriæ voluntatis eſt. *De Spiritu & littera cap.* 34. *in medio pag.* 594. *lit. D. tom.* 3.

7. Qui facilè vincitur, non habet animum reſiſtendi, nec vincitur, ſed conſentit. *In quæſt. de veteri & novo Teſtamento. part.* 1. *quæſt.* 1. *ante finem, pag.* 498. *C. tom.* 4.

8. Ratio deduci ad conſenſionem peccati non poteſt, niſi cùm delectatio mota fuerit in illa parte animi, quæ debet obtemperare rationi tanquàm rectori viro. *De Geneſi, contra Manich. cap.* 14. *ſtatim a medio pag.* 581. *B. tom.* 1.

9. Homo in natura poſſe, & in poteſtate habet velle non conſentire ſuadenti. *Lib.* 11. *de Geneſi ad lit. cap.* 14. *in medio. pag.* 467. *B tom.* 3.

10. Motus deſideriorum malorum ſi conſentientem traxerit, atque illexerit, concipit paritque peccatum. *Libr.* 6. *contra Iulianum. cap.* 11. *in fine. pag.* 775. *lit. B. tom.* 7.

S. AUGUSTIN.

11. Ineſt peccatum, cùm delectaris: regnat, ſi conſenſeris. *Sup. Pſ.* 50. *poſt init. pag.* 332. *C. tom* 8.

12. Duobus modis non te maculat malus, ſi ei non conſentias, & ſi redarguas: hoc eſt, non communicare, non conſentire. *Ser.* 18. *de verb. Dom. poſt med. pag.* 57. *A. tom.* 10.

13. Noli conſentire concupiſcentiæ tuæ, non eſt undè concipiat, niſi de te: conſentiſti? quaſi concubuiſti in corde tuo. *Tom.* 10. *Hom.* 42. *poſt med. pag.* 363. *lit. B.*

14. Noli dare concupiſcentiæ conſenſiones amplexuum, ne plangas partum: quia ſi conſenſeris, concipit; cùm conceperit, parit peccatum. *Ibidem, poſt med. pag.* 364. *C.*

15. Nolite malè facientibus conſentire; quia non ſolùm qui hæc faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, pereunt. *Serm.* 1. *Dom.* 26. *poſt Pentec. & in ord.* 251. *poſt medium, pagina* 820. *littera D. tom.* 10.

S. BERNARD.

16. Poteſt inimicus excitare tentationis motum, ſed in te eſt ſi volueris dare ſeu negare conſenſum. *Ser.* 5. *Quadrag. ante med. fol.* 27. *columna* 3. *G.*

17. Conſentire eſt, ſilere cùm arguere poſſis. *Serm. de Nat. Ioan Bapt. poſt med. folio* 47. *col.* 4. *K.*

18. Sicut peccati cogitatio decolorat, affectio vulnerat: ſic conſenſus omninò animam necat. *Ser. de cute & oſſibus animæ, paulò poſt init. fol.* 93. *col.* 2. *F.*

19. Mordet diabolus cùm ad conſenſum pertrahit, latrat cùm ſuggerit: ſed etſi reſiſtentem fatigat, non obligat niſi conſentientem. *De Interiori domo, cap.* 47. *in fine. fol.* 331. *col.* 2. *D.*

20. Spiritum vanitatis ſtudeas exſufflare, & quantumcumque illum ſenſeris, negare omninò conſenſum. *Serm.* 1. *de St. Petro & Paulo. poſt med. folio* 48. *col.* 3. *H.*

21. Eligamus potiùs ardere, quàm cedere. *Ser.* 3. *in vigilia Nativ. circa med folio* 11. *col.* 4. *L.*

22. Peccatum in foribus eſt: niſi ipſe aperias, non intrabit. *Serm. de ſex tribulat. ſtatim a medio. folio* 103. *col.* 4. *L.*

23. Appetitus in corde prurit, ſed ſub te eſt: niſi ſpontè ceſſeris, nihil nocebit. *Ibidem.*

24. Ubi voluntas non eſt, nec conſenſus eſt: non enim eſt conſenſus, niſi voluntarius: Ubi ergo conſenſus, ibi voluntas; porrò ubi voluntas, ibi libertas. *De gratia & liber. arbit. poſt initium, fol.* 283. *col.* 3. *H.*

25. Noo nocet ſenſus, ubi non eſt conſenſus. *De interiori domo, cap.* 19. *in fine. folio* 327. *col.* 2. *F.*

S. BERNARDIN.

26. Dùm homo conſentit diabolo, vincitur; & ab eo victus, poſſidetur jure tyrannico. *Ser.* 18. *ſabbat. poſt Dom.* 2. *Quadrag. a medio. pagina* 115. *col.* 2. *littera E. tom.* 3.

S. BONAVENT.

27. Tunc conſentimus, cùm approbamus & volumus. *Lib.* 2. *Pharetræ. cap.* 4. *ante med. pag.* 128. *col.* 2. *D. tom.* 6.

CASSIODORUS.

28. Conſcius eorum videtur animus, qui aliqua illis delectatione conſenſerit. *Sup. Pſal.* 118. *verſ. Odivi omnem viam iniquitatis. fol.* 188. *col.* 1.

FRANCISCUS TITELMAN.

29. Non poteſt homini prævalere delictum, niſi acceſſerit conſentientis arbitrium. *Hom.* 4. *Epiphan. ſtatim ab initio. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 550. *col.* 1. *B. edit. Colon.* 1618.

S. EUSEBIUS EMISSEN.

30. Nulla virtute poteſt diabolus expugnare hominis animum (quantumvis corpus atterat foris) niſi propria voluntate conſentiat. *In Elucid. ſup. Iob. cap.* 17. *circa med. in illud, Tenebit juſtus viam ſuam. fol* 131. *pag.* 1.

GLOS. INTER.

31. Non ſolùm qui faciunt, puniuntur, ſed & qui conſentiunt facientibus. *Sup. Levit. cap.* 10. *in illud, Qui conſenſerunt ei, col* 1081. *A. tom.* 1.

GLOSS. ORDIN.

32. Conſentientes (ſcilicet qui poſſunt accuſare, vel arguere, vel monere, & non faciunt) non effugient judicium. *Ibidem*

GLOSSA ORD. 33. Qui deſinit obviare, cùm poteſt, conſentit. *Sup. Pſal* 81. *col.* 1070. 3. *tom.* 3.

34. Conſentire eſt, errorem fovere. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 1. *col.* 30. *E. tom.* 6.

GLOS. INT. 35. Omnis faciens & conſentiens, dignus eſt morte. *Ibidem cap.* 2. *col.* 31. *D.*

GRATIANUS IN DECRETIS. 36. Latum pandit delinquentibus aditum, qui jungit cum pravitate conſenſum. *Part.* 1. *diſt.* 86. *Can. Facientis fol.* 93. *col.* 4.

37. Si quis alteriùs errori conſentit, ſciat ſe cum illo ſimili modo culpabilem judicandum. *Part.* 2. *cauſa.* 11. *quæſt.* 3. *Can. Qui in fine.* §. *Hinc. fol.* 217. *columna* 2.

38. Conſenſus eſt, voluntati ejus quem quis diligit obſecundare, & avertere ſe ab eo quem ipſi ſenſit adverſum. *Part.* 1. *diſt.* 93. *Can. Si inimicus. fol.* 101. *columna* 1.

S. GREG. MAG. 39. Quem ſemel diabolus rapuit ad conſenſum, jam nunc etiam renitentem trahit. *Lib.* 15. *Mor. cap.* 9 *in fine col.* 494. *lit. C. tom.* 1.

40. Conſentire videtur erranti, qui ad reſecanda quæ corrigi debent non occurrit. *Et habetur, apud Gratian. in decretis diſt.* 83 *fol.* 92 *col* 1. *part.* 1.

41. Concupiſcentiæ carnali oſtia dùm conſenſus aperit, ad innumera corruptionis mala pertrahit. *Lib.* 4. *Moral. cap.* 24. *in medio col.* 115. *littera A. tom.* 1.

42. Undè ſemetipſum poſt modum flendo reprehendat, non habet, qui ante reparat, quàm per conſenſum cadat. *Lib.* 18. *Moral. cap.* 5. *in fine, num.* 4. *col.* 587. *lit. D. tom.* 1.

43. Clamorem diaboli non audire, eſt violentis tentationum motibus minimè conſentire. *Lib.* 30. *Moral. cap.* 13. *in princ. col.* 1028. *lit. B. tom.* 1.

44 Nullius ſuaſioni conſentias, in qua gravari potes. *Lib.* 2. *in Regiſtro indict.* 2. *cap.* 2. *Ep.* 2. *ad Ianuarium Epiſc. Caralitanum. circa med. col.* 923. *littera D. tom.* 2.

S. HIERONYM. 45 Ille ſtultus eſt vocandus, qui ſuggeſtioni conſentit, tametſi acer ingenio videatur exiſtere. *Sup. Prov. lib.* 2. *cap.* 24. *in illud, Qui cogitat mala, ſtultus vocabitur. pagina* 44. *lit. B. tom.* 7.

HUGO A S. VICTORE. 46. Suggerit diabolus, delectatur caro, ſpiritus conſentit. *Lib.* 2. *de Nuptiis cap.* 1. *in fine. pag.* 170. *lit. F. tom.* 2.

HUGO CARD. 47. Non inquinatur corpus, niſi mentis conſenſu. *Sup. Geneſ. cap.* 12 *fol.* 17. *col.* 3. *tom.* 1.

48. Nihil homini noceret diabolus, niſi homo acquieſceret. *Sup. Sapient. cap.* 1. *fol.* 140. *columna* 4. *tom.* 3.

49. Peccantium pravitati ne conſentias; vel ſi fortè conſenſeris, opere non impleas. *Sup. Eccleſiaſtic. cap.* 11. *fol.* 193. *col.* 2. *tom.* 3.

S. JOANNES CHRYSOST. 50. Aſtutus contra diabolum non eſt, dùm diabolo perſuadenti, quàm Domino comminanti conſentit. *Serm. de Geneſi & interdictione arboris ad Adam, circa med. col.* 540. *A. tom.* 1.

IOAN. GERS. 51. Mallem membratim laniatus mori, quàm illecebroſæ voluptati conſentire. *Part. de conſol. Theolog. lib.* 1. *Proſa* 3. *ante medium fol.* 3. 290. *columna* 1. *littera L.*

S. ISID. HISP. 52. Malum facere juſſus, non acquieſcas; malum facere juſſus, non conſentias. *Profec.*

53. Noli in malum poteſtati cuiquam conſentire, etiamſi pœna compellat, etſi ſupplicia immineant, tormenta occurrant.

54. Meliùs eſt mortem pati, quàm pernitioſa juſſa conſentiendo complere.

55. Similis enim eſt qui conſentit in malo, ei, qui agit malum: facientem, & obſequentem una pœna conſtringit. *Lib.* 2. *de Synonim. cap.* 16. *in principio, pagina* 320. *col.* 1.

56. Qui ſeducitur, quid conſentiat, evidenter ignorat. *Lib.* 2. *de ſummo bono cap.* 17. *ſent.* 3. *pag.* 646. *col.* 1.

S. ISIDORUS HISPALENS. 57. Corda reproborum lubrica ſunt ad malum conſentiendum & fluxa, ad bonum verò conſentiendum, duriſſima. *Ibidem lib.* 3. *cap.* 52. *ſent.* 9. *pagina* 678. *columna* 2.

LUDOV. BLOS. 58. Neque diabolus, neque creatura cogere te poteſt, ut peccato conſentias, cùm habeas voluntatem liberam. *In ſpeculo ſpirituali, cap.* 6. *circa med. pag.* 50. *col.* 1.

ORIGEN. 59. Conſenſus eſt, non ſolùm pariter agendo, ſed etiam quæ illicitè geſta ſunt reticendo. *Hom.* 3. *in cap.* 3. *Levit. poſt init. pag.* 69. *col.* 1. *B. tom.* 1.

PATR. BLES. 60. Conſenſio aut occulta eſt, & verſatur interiùs: aut manifeſta, & uſque ad actum exteriùs exercetur. *De Charitate. cap.* 49. *circa med. apud Bibl. Patrum tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 994. *col.* 1. *lit. C.*

PHILO JUD. 61. Graviſſimum malorum eſt, & penè ſolum inſanabile, omnium animæ partium ad peccandum conſenſus. *De Confuſione Linguarum, ante medium pag.* 450.

62. Ubi deeſt aſſenſio, nec qui patitur verè patitur: nec qui præter animi ſui ſententiam lædit, reus eſt patrati facinoris *De migrat. Abraha in calce, pag.* 586. *tom.* 1.

S. PIUS PAPA. 63. Quid prodeſt illi ſuo errore non pollui, qui conſenſum præſtat erranti? *Part.* 1. *diſt.* 83. *Can. Quid. fol.* 92. *col.* 1.

RICH. A SANCTO VICT. 64. Conſenſum non ſemper effectus conſequitur, ſed cum neceſſitate præpeditur, ſolo conſenſu peccati culpa conſummatur. *Part.* 1. *tract.* 2. *de ſtatu interior. hom. cap.* 2. *ante finem, pagina* 61. *col.* 1. *B.*

S. THOMAS AQUINAS. 65. Tentari humanum eſt, ſed conſentire diabolicum eſt. *Tom.* 1. *opuſcul.* 7. *ſup.* Pater noſter. *petit.* 6. *ante finem, fol.* 44. *pag.* 1.

THOMAS A KEMPIS. 66. Dæmonum eſt ſervus, qui conſentit vitiis. *In hortulo roſar. cap.* 4. *ſect.* 3. *pag.* 515. *tom.* 2.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 67. Mihi neutriquam cor conſentit cum oculorum aſpectu. *Lib.* 2. *Academ. quæſt. ante med. num.* 52. *col.* 31. *lit. D. tom.* 4.

SENECA. 68. Facilius eſt excludere pernitioſa, quàm regere; & non admittere, quàm admiſſa moderari. *Profec.*

69. Nam cùm ſe in poſſeſſione poſuerunt, potentiora rectore ſunt, nec recidi ſe, minuivè patiuntur. *Lib.* 1. *de ira cap.* 7. *in princ. pag.* 396. *tom.* 1.

70. Non obtinebis ut deſinat, ſi incipere permiſeris. *Ep.* 116. *ante medium pag.* 859. *tom.* 2.

Vide etiam Titulos. Amicitia Dei. ſent. 72. *Cogitatio. ſent.* 60. 101. *Concupiſcentia. ſent.* 27. *Caro. ſent.* 108. *Malum. ſen.* 53. *Obviare. ſent.* 19. *Peccatum. ſent.* 424. *Suſpitio. ſent.* 25. *Reus. ſent.* 25. *Tentatio. ſent.* 44. 94. 145. *Vitium. ſent.* 53. *Voluptas. ſent.* 152.

Conſideratio in genere.

DEFINITIO.

S. AUGUSTIN. CONSIDERATIO eſt intenta cogitatio. *De ſpiritu & anima cap.* 38. *à medio pag.* 626. *littera C. tom.* 3.

S. BERNARD. Conſideratio eſt intenſa ad veſtigandum cogitatio; vel intentio animi veſtigantis verum. *Lib.* 2. *de conſiderat. ante med. fol.* 276. *col.* 3. *littera G.*

S. THOMAS AQUINAS. Conſideratio eſt actus intellectus, veritatem rei intuentis. 2. 2. *quæſt.* 53. *art.* 4. *in corpore, pag.* 102. *columna* 2.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. In conſideratione creaturarum non vana & peritura curioſitas exercenda eſt, ſed gradus ad immorta-

lia & ſemper permanentia faciendus. *De vera religione cap. 29. ante med. pag. 502. D. tom. 1.*

S. AUGUSTIN.

2. Cogitemus quàm brevis vita noſtra ſit, quàm via lubrica, quàm mors certa, & hora mortis incerta. *De ſpiritu & anima cap. 49. prope finem pagina 632. C. tom. 3.*

3. Cogitemus quantis amaritudinibus admixtum ſit, ſi quid dulce ac jucundum in via hujus vitæ, occurſu ſuo nobis alludit. *Ibidem.*

4. Cogitemus quàm fallax & ſuſpectum, quàm inſtabile & tranſitorium ſit, quidquid hujus mundi amor parturit, quidquid ſpecies, aut temporalis pulchritudo promittit. *Ibidem ut ante.*

5. Conſideremus quæ ſit Patriæ cœleſtis pulchritudo, ſuavitas atque dulcedo; & quantum nobis in hoc exilio lugendum ſit. *Ibidem ut ante.*

6. Utinam ſaperent, & intelligerent, &c. O felix & utile conſilium, mortis remedium, ſalutis antidotum, peccatoris ſpeculum! Ex qua ſententia nobis inſtructio ſapientiæ, admonitio continentiæ, ſpeculum providentiæ, exultatio pœnitentiæ, acquiſitio divinæ gratiæ datur. *De ſpeculo peccator. cap. 1. ferè in princ. pag. 689. lit. A. B. tom. 9.*

7. Utinam ſaperent, & intelligerent, &c. conſideratio hujus ſententiæ deſtructio eſt ſuperbiæ, extinctio invidiæ, medela malitiæ, effugatio luxuriæ, evacuatio vanitatis & jactantiæ, conſtructio diſciplinæ, perfectio ſanctimoniæ, præparatio ſalutis æternæ. *Ibidem cap. 2. in princ. pag. 689. lit. B.*

8. Felix comprobatur eſſe, qui ſic cogitat de ſupplicio ante ſupplicium, ut poſteà ſupplicii effugiat periculum. *Ibid. cap. 3. poſt init. pag. 690. D.*

S. BERNARD.

9. O utinam ſaperes, & intelligeres, ac noviſſima provideres: ſaperes quæ Dei ſunt, intelligeres quæ mundi ſunt, provideres quæ inferni ſunt: profectò inferna horreres, ſuperna appeteres, quæ ſunt ad malum contemneres. *Ep. 292. in fine fol. 267. col. 1. A.*

10. Quod ſermo non explicat, conſideratio quærat. *Lib. 5. de conſiderat. longè poſt init. fol. 281. col. 3. littera H.*

11. Noli præcipitanter agere, diù conſidera, diligentiùs intuere, experire quod poſſis, amicos conſule, ne poſt factum pœnitere contingat. *In declamat. ante med. fol. 310. col. 4. lit. K. & L.*

S. BONAVENT.

12. Tria præcipuè debemus conſiderare, noſtrum defectum, alienum profectum, finem ſuſpectum. *Expoſ. 2. ſup. Pſalm. 118. art. 3. verſic. 15. capitul. 1. pag. 165. col. 1. lit. E. tom. 1.*

13. Conſidera frequenter, volve & revolve diligenter quòd mors non poteſt declinari, quòd hora mortis non poteſt inveſtigari, quòd tempus à Deo præordinatum non poteſt immutari. *In Soliloquio cap. 3. in princ. pag. 117. col. 1. C. tom. 7. part. 3.*

14. Familiare eſt prudenti, conſideratione omnia prævenire. *In ſpeculo diſcipl. cap. 20. poſt med. pag. 544. col. 1. D. tom. 7. part. 4.*

CASSIODORUS.

15. Conſideratio futuri præmii ærumnas mitigat. *Sup. Pſal. 67. verſ. 5. Exultate in conſpectu ejus. Et hab. in Gloſſa ord. tom. 3. ſuper Pſal. 67. columna. 906. littera F.*

GLOS. INTER.

16. Omne quod agimus, prævenire per ſtudium conſiderationis debemus. *Sup. Luc. cap. 14. col. 900. lit. E. tom. 5.*

S. GREGORIUS MAGN.

17. Tantò ſe animus ampliùs in cogitatione dilatat, quantò illud eſſe terribile quod imminet penſat. *Lib. 15. Moral. cap. 1. prope initium, columna 487. lit. C. tom. 1.*

18. Malorum mentes cùm renuunt conſiderare quod timeant, ad hoc quandoque gaudentes perveniunt. *Lib. 16. Moral. cap. 18. poſt med. num. 19. col. 543. lit. A. tom. 1.*

19. Potentibus viris magna eſt virtus humilitatis conſiderata æqualitatis conditio. *Lib. 21. Mor. cap. 10. ante med. num. 11. col. 723. A.*

S. GREG. MAG.

20. Manu humillimæ conſiderationis, deprimendus eſt tumor elationis. *Ibid. &c. littera B.*

21. Conſideratio meliorum multum proficit ad humilitatem juſtorum. *Lib. 3. Moral. cap. 23. in Titulo col. 1090. littera B. tom. 1.*

22. Studioſiùs concupiſcimus, quæ conſideramus. *Lib. 10. Mor. cap. 9. circa fin. num. 14. col. 356. lit. A. tom. 1.*

23. Quaſi quædam fit lectio menti noſtræ, ſpecies conſiderata creaturæ. *Lib. 26. Moral. cap. 8. poſt med. col. 859. lit. A. tom. 1.*

24. Qui æterna bona in vita cogitare noluerunt, in morte æterna mala nunquàm cogitata reperiunt. *Lib. 10. Moral. cap. 13. ab init. columna 364. littera D. num. 23. tom. 1.*

25. Quò penſamus quia nihil eſt quod reſtat, eò debemus pertimeſcere ne tempus gratiæ, quod præſtò eſt, pereat. *Hom. 35. ſup. Evang. poſt init. col. 492. lit. D. tom. 2.*

26. Si conſideremus quæ & quanta ſunt, quæ nobis promittuntur in cælis, vileſcunt animo omnia quæ habentur in terris. *Hom. 37. ſup. Evang. in princ. col. 500. C. tom. 2.*

HUGO A S. VICTORE.

27. Quantò quis conſideraverit, quæ præmia juſtis in Cælo, quæ tormenta pravis ſint repoſita in inferno, tantò veriùs Deum invocat, & attentiùs orat. *Lib. 2. Miſcellan. codic. 2. Tit. 41. poſt med pag. 156. lit. F. tom. 3.*

HUGO CARD.

28. Conſideratio dignitatis amiſſæ, dolorem facit: conſideratio peccatorum præſentium, pudorem facit: conſideratio pœnæ futuræ, timorem incutit. *Sup. Gen. cap. 49 Moraliter. fol. 72. col. 2. tom. 1.*

29. Nihil plus valet ad purgandum cor à malis cogitationibus, quàm conſideratio mortis. *Sup. Job. cap. 39. fol. 454. col. 2. tom. 1.*

30. Conſideramus adverſa ut caveamus, proſpera ut habeamus: ſed non conſideramus judicium, infernum, nec præmium bonorum. *Sup. Matth. cap. 10. fol. 40. col. 1. tom. 6.*

S. IOANNES CHRYSOST.

31. Præteritorum bonorum conſideratio, jactantiam operatur: conſideratio autem finis, timorem. *Hom. 24. oper. imperfecti, ſuper Matth. in fine columna 897. lit. A.*

MINUTIUS FELIX.

32. Quid poſt mortem impendeat, miſeri, dùm adhuc vivitis conſiderate. *In ſuo Octavio ante. med. apud Bibl. Patr. tom. 3 pagina 3. columna 2. lit. G. edit. Coloniæ 1618.*

S. NILUS.

33. Uniuſcujuſque rei finem ante initium conſidera. *Parœneſ. 30. apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 2. edit. Coloniæ 1618.*

S. PETRUS DAMIANUS.

34. Nunc dùm tibi mundus arridet, dùm carnis ſanitas fervet, dùm proſperitas terrena demulcet, quæ poſt iſta ſequuntur excogita atque conſidera. *Lib. 4. Epiſt. 5. ad G. Epiſc. in princ. pagina 46. col. 1. littera C. tom. 1.*

S. THOMAS AQUINAS.

35. Quatuor ſunt ante rei factum conſideranda, ſcilicet
- Examinatio principii.
- Diſcuſſio medii.
- Prævisio finis.
- Conſilium ſapientis. *Tom. 1. opuſc. De his quæ grata exiſtunt in principio fol. 108. pag. 1.*

S. VALERIAN.

36. Illa nobis ante omnia ſunt conſideranda ſupplicia, ubi homo vivit durante pœna, ubi nec tormenta corpori, nec deſunt membra tortori. *Hom. 1. de bono diſcipl. in medio, apud Bibl. Patr. tom. 5. pagina 476. columna 2. lit. F. G.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO.

37. In omnibus quid tempora petant, aut quid perſonis dignum ſit, conſiderandum eſt. *Lib. 2. de invent. Rhet. circa finem, columna 150. littera G. tom. 1.*

38. Ad rem gerendam, qui accidit, caveat ne id

modò conſideret, quàm illa res honeſta ſit, ſed etiam ut habeat efficiendi voluntatem. *Lib.* 1. *Offic. ante med. num.* 73. *col.* 477. *E. tom.* 4.

CICERO 39. Cogitationem, prudentiamque ſequitur actio conſiderata: ita fit ut agere conſideratè pluris ſit, quàm cogitare prudenter. *Ibidem in fine columna* 494. *littera D.*

40. Nulla res magis proderit, quàm cogitatio mortalitatis. *Lib.* 3. *de Ira. cap.* 41. *ante medium pagina* 460. *tom.* 1.

SIXT. PHILOS. 41. Intellige quæ ſint bona, ut benè agas. *Sent.* 49. *apud Bibl. Patr. pagina* 65. *col.* 1. *lit. A tom.* 3. *edit Colonia* 1618.

Vide etiam Titul. Beneficium Dei. ſent. 113 114. *Concupiſcentia. ſent.* 42. 43. *Contemplatio. Meditatio. Mundus ſent.* 4. *Praviſio. ſent.* 56. *Tempus. ſent.* 64. *Vita æterna. ſent.* 45.

Conſideratio ſui.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. COGNOSCE te, ô homo, quantus ſis, & attende tibi, ut conſideres quid in te cogitatione intret, quid ex te ſermone exeat. *Lib.* 6. *Hexam. cap.* 8. *poſt med. col.* 889 *lit. C. tom.* 4.

2. Prudentis mentis eſt conſiderare quamdiù imperfecta eſt anima, quæ ſunt ſecum deliberet, ut vel in poſterioribus ſe exerceat virtutum diſciplinis, donec exercitii uſu valeſcat. *Lib.* 2. *de Abraham, cap.* 10. *poſt med. col.* 1027. *D. tom.* 4.

S. ANTONIN. 3. Reſpice qualis ex te ſis; ex te mala, bona à Deo eſſe non ambigas, *Part.* 1. *tit.* 3. *cap.* 7. §. 1. *in fine fol.* 51. *columna* 4.

S. AUGUSTIN. 4. Eunt homines admirari alta montium, & ingentes fluctus maris, & latiſſimos lapſus fluminum, & oceani ambitum, & gyros ſyderum, & relinquunt ſeipſos, nec mirantur. *Lib.* 10. *confeſſ. cap.* 8. *in fine, pagina* 119. *lit. B. tom* 1.

5. Perverſa & adverſa corda mortalium felices res humanas putant, cùm tectorum ſplendor attenditur, & labes non attenditur animarum. *Epist.* 5. *ad Marcellin. poſt med. pag.* 15. *A. tom.* 2.

6. Intelligas quantùm ſit exitus, & ingreſſus tuus flebilis, progreſſus tuus debilis, & egreſſus horribilis. *In Speculo peccatoris. cap.* 3. *poſt init. pag.* 690. *lit. D. tom.* 9.

7. Inſipiens peccator conſideret diligenter undè veniat, quid ſit, & quo vadat. *Profec.*

8. Hanc utilem lectionem legat, ſapiat, & intelligat qui eſt implicatus peccatis, amore mundi & carnis inebriatus & cæcatus, cui plus placet luxurioſi cadaveris venenoſa voluptas, quàm animæ ſuæ ſanitas, qui plus ſtudet circa arcam, quàm circa Martham, cui plus eſt de mundo, quàm de Chriſto, cui plus eſt de lege bovina, quàm de lege divina. *Ibid. cap.* 7. *circa medium, pag.* 693. *lit. A.*

9. Vellem ut hæc tria cogitarent homines in ſeipſis: Eſſe, noſſe, velle: ſum enim, novi & volo: ſum ſciens & volens, ſcio eſſe me, & velle ut ſim, volo eſſe & ſcire: in his tribus inſeparabilis eſt vita. *Lib.* 13. *Confeſſ. cap.* 11. *in princ. pag.* 139. *lit. B. tom.* 1.

10. Conſidera ubi ſis, quid egeris vide, quare patiaris vide, & ibi vides quid patiaris. *Sup. Pſal.* 145. *poſt med. verſ.* 5. *pag.* 1160. *lit. D. tom.* 8.

11. O homo quis es, ubi es, ubi eris, quamdiù ibi eris, undè veniſti? *Profec.*

12. Quis es? Dei creatura ex anima & carne compacta: undè veniſti? ex nihilo: ubi es? In mundo: poſteà ubi eris? in Cœlo, vel in Inferno: quamdiù ibi eris? in ſecula ſeculorum. *Serm.* 50. *ad Fratres in eremo circa init. pag.* 993. *lit. A. tom.* 10.

13. Quiſque diligentiùs attendat primæ conditionis ſuæ excellentiam, quàm nobilitate morum, exercitatione virtutum, dignitate meritorum habere contendat. *De ſpiritu & anima cap.* 35. *in fine pag.* 624. *lit. D. tom.* 3.

14. Conſidera te homo, & memor ſis tuipſius, quis es, quid diſpenſas, à quo accepiſti, cur multis prælatus es? *Conc.* 7. *de Avaritia, poſt initium pagina* 167. *tom.* 1. S. BASIL. MAG.

15. Naturæ ſuæ conſideratio tumorem animæ reprimit, omnem arrogantiam exterminat, contumaciam fugat, & in ſumma diſcipulum Chriſti facit. *Epiſt.* 42. *ad Maxim. Philoſoph. ante med. pag.* 673. *tom.* 4.

16. Cogita undè veneris, & erubeſce: ubi ſis, & ingemiſce: quò vadas, & contremiſce. *Serm. de Primordiis in princ. fol.* 95. *columna* 3. S. BERNARD.

17. Teipſum attende, & altiora ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris. *Serm.* 38. *ſup. Can. in fine fol.* 166 *col.* 3. *lit. I.*

18. Conſideratio tui in tria dividitur; ſi conſideres quid, quis, qualis ſis. Quid in natura, quis in perſona, qualis in moribus. *Lib.* 2. *de Conſiderat. ante medium fol.* 276. *col.* 3. *lit. I.*

19. Conſideranti quid ſis, occurret tibi homo nudus, & pauper, & miſer, & miſerabilis: homo dolens quòd homo ſit, erubeſcens quòd nudus ſit, plorans quòd natus ſit, murmurans quòd ſit, *Ibidem poſt med. fol.* 277. *col.* 4. *lit. K.*

20. In te conſiſtito; non infra dejici, non attolli ſupra, non evadere in longius, non extendi in latius. *Ibid.* &c. *lit. L.*

21. Conſideratio ſui
- Mentem purificat.
- Regit affectus.
- Dirigit actus.
- Corrigit exceſſus.
- Componit mores.
- Vitam honeſtat, & ordinat.
- Confuſa diſterminat.
- Hiantia cogit.
- Sparſa colligit.
- Secreta rimatur.
- Vera veſtigat.
- Veriſimilia examinat.
- Ficta & fucata explorat.
- Agenda præordinat.
- Acta recogitat.
- In proſperis adverſa præſentit.
- In adverſis quaſi non ſentit. *Lib.* 1. *de Conſiderat. poſt med. fol.* 275. *columna* 3. *lit. G. H.*

22. Perfecti magna ſe diſcretionis ſubtilitate conſpiciunt, ne ad deteriora umquàm, vel in opere, vel in cogitatione dilabantur. *De Præcepto & diſpenſ. poſt med. fol.* 293. *columna* 4. *littera K.*

23. Relinque cætera, & teipſum diſcute, per te curre, & in te conſiſte. *De Interiori domo, cap.* 65. *in princ. fol.* 332 *col.* 4. *M.*

24. A te incipiat cogitatio tua, & in te finiatur, nec fruſtrà in alia diſtendaris te neglecto. *Projec.*

25. Præter ſalutem tuam nihil cogites, quoniam in acquiſitione ſalutis tuæ nemo eſt tibi germanior, nemo propinquior teipſo. *Ibidem ut ante.*

26. O cuſtos cordis, ſi nondùm es idoneus intrare ad te ipſum, quomodo ad illa rimanda idoneus eris, quæ ſunt intra vel ſupra teipſum? *Ibid. poſt medium, fol.* 333. *col.* 1. *B.*

27. Prius redi ad te, quàm rimari præſumas quæ ſunt ſupra te. *Ibidem*, &c.

28. Si diligenter conſideres quid per os & nares, cæteroſque corporis meatus egrediatur, vilius ſterquilinium nunquam vidiſti. *In Meditat. cap.* 3. *in princ. fol.* 332. *col.* 3. *H.*

S. BERNARD. 29. Valdè otile & perneceſſarium eſt, ut ſcias quid deſit tibi, quid vis, quid cupis, quid habere optas. *De Interiori domo, cap.* 61. *in fine fol.* 332. *columna* 3. *littera H.*

30. Si quod vivis & ſapis, totum das actioni, conſiderationi nihil, laudo te, in hoc non laudo. *Prof.*

31. Certè nec ipſi actioni expedit conſideratione non præveniri.

32. To homo es, ergo ut integra ſit, & plena humanitas, colligat & te intra ſe ſinus tuus, qui alios recipit.

33. Alioquin quid tibi prodeſt ſi oniverſos lucreris, te unum perdens? quamobrem cùm omnes te habeant, eſto etiam tu ex habentibus unus.

34 Non ergo totum te, nec ſemper debes dare actioni, ſed conſiderationi aliquid tui, & cordis & corporis ſequeſtrare.

35. Quid ſit pietas quæris? vacare conſiderationi: quid tàm pertinens ad cultum Dei, quàm quod ipſe hortatur in pſalmo, Vacate & videte? *Lib.* 1. *de Conſiderat. circa med. fol.* 275. *col.* 1. 2. 3.

36. Quod ad conſiderationis atimet fructum, quatuor tibi conſideranda reor; te, quæ ſub te, quæ circa te, quæ ſupra te ſunt. *Ibid. lib.* 2. *ante med. fol.* 276. *col.* 3. *littera H.*

37. Attendat homo qoid fuit ante ortum, quid eſt ab ortu uſque ad occaſum, quid erit poſt hanc vitam. *De Interiori domo cap.* 53. *in princ. fol.* 331. *columna* 4. *littera K.*

38. Qui ſemetipſum benè conſiderat, in ſemetipſo invenit multa quæ plangat. *Serm.* 54. *ad Sororem ante med. fol.* 94. *col.* 4. *lit. L. vol.* 2.

S. BONAVENT. 39. Hæc tria debet homo conſiderare, ſcilicet ſuam inſufficientiam, ſuam inopiam, & quia bonum quod habet, non habet permanentiam. *Prof.*

40. In primo ſe inveniet imperfectum, in ſecundo non habet proprium, in tertio debet timere malum, ruinam, & lapſum. *Sup. Pſal.* 39. *in fine pag.* 39. *col.* 1. *D. tom.* 1.

CASSIODORI 41. Magnus acceſſus ad Deum eſt, conſideratio infirmitatis ſuæ. *Profec.*

42. Magna eſt utilitas ſervo Dei, propriam infirmitatem recognoſcere. *Sup. Pſal.* 6. *verſ.* 2. *Quoniam infirmus ſum.*

S. EPHRAM. 43. Attende tibiipſi, ut tibi & aliis proſis. *Tom.* 1. *ſup. illud, Attende tibi cap.* 7. *in princ. pagina* 319. *lit.* C.

S. EPIPHAN. 44. Quantò quis propiùs ad cogitationem Dei perveniſſe videtur, tantò magis debet cogitare apud ſeipſum quòd homo eſt. *Hæreſ.* 73. *contra Semiarios longe ante finem pag.* 394. *littera C.*

S. EUCHERIUS. 45. Revertere in te, ut ſis tibi charior quàm tua. *Epiſt. Parænetica ad Valerianum longe poſt initium, apud Bibl. Patrum tom.* 5. *part.* 1. *pagina* 774. *columna* 2. *littera G.*

S. GREG. MAG. 46. Nolite infra voſmetipſos penſare quod habetis, ſed quid eſtis *Hom.* 28 *in Evang. in medio columna* 442. *lit. C. tom.* 2.

47. Qui conſiderat qualis erit in morte, ſemper fit timidus in operatione. *Lib.* 13. *Moral. cap.* 10. *ante med. num.* 11. *col.* 442. *lit. D. tom.* 1.

48. Memento quid ſis, ne de his ad quæ raperis, extollaris: ſed altitudinem dominationis tempera memoriâ conditionis. *Lib.* 21. *Moral. cap.* 10. *prope finem, num.* 11. *col.* 724 *lit. A.*

49. Qui verè ſe humiliat continuæ conſiderationis oculo, quibus circumſeptus ſit delictorum ſordibus, proficiens penſat. *Lib.* 3. *Moralium cap.* 18. *circa med. col.* 88. *lit. C. tom.* 1.

50. Seipſam mens conſiderare non valet, quæ cogitare ſe minimè ſtudet: cogitare verò ſe mens non poteſt, quæ tota apud ſemetipſam non eſt. *Lib.* 31. *Moral. cap.* 7. *poſt med. num* 9. *col.* 1051. *A. tom.* 1.

51. Anima dùm ſe per innumeras terrenorum deſideriorum cogitationes ſpargit, ad conſiderationem ſui ſeſe nullatenùs colligit. *Lib.* 18. *Moral. cap.* 25. *in med. col.* 618. *A. tom.* 1.

52. Aures cordis tumultus ſecularium negotiorum claudit, & quies ſecretæ conſiderationis aperit. *Lib.* 23. *Moral. cap.* 12. *in fine, col.* 785. *lit. B. tom.* 1. S. GREGORIUS MAGNUS.

53. Tantò veriùs tunc interna, mens conſpicit; quantò cunctis exterioribus pleniùs occumbit. *Lib.* 35. *Moral. cap.* 15. *ſub fin. col.* 1223. *lit. A. tom.* 1.

54. Perpendo quid tolero, perpendo quod amiſi: dumque intueor illud quod perdidi, fit hoc gravius quod porto. *Prof.*

55. Dùm culmen perfectorum aſpicio quantùm ipſe in infimis jaceam, agnoſco. *Lib.* 1. *dialogi cap.* 1. *in medio, col.* 1326. *lit. A. tom.* 1.

56. Vivens homo cogitet, quid futurus ſit mortuus. *Ibid. lib.* 4. *cap.* 4. *ante med. col.* 1425. *lit. D.*

57. Conſiderata infirmitas propria, mala nobis excuſat aliena. *Lib.* 5. *Moral. cap.* 31. *poſt med. num.* 32. *col.* 173 *lit. D. tom.* 1.

58. Sancti viri nec ex elatione ſunt liberi, nec ex timore ſubmiſſi: ſed cùm rectitudo eos ad libertatem erigit, conſideratio infirmitatis propriæ in humilitate cuſtodit. *Lib.* 7. *Moral. cap.* 15. *ante finem, num.* 24. *col.* 236. *C. tom.* 1.

59. Tu homo memineris cujus ſis factura, & quò voceris, & quæ habeas, & quantùm habeas, & à quo tibi evenerint bona. *Or.* 16. *ad ſubditos poſt med. pag.* 247. S GREG. NAZ

60. Te potius ipſum, quam propinquos diſcute: lucrum tibi illud, proximis iſtud feret. *In Tetr. & hab. apud Joan. Damaſc. Lib.* 1. *Parallel. cap.* 66. *poſt med. fol.* 35. *pag.* 2. *D.*

61. Teipſam conſiderans, noli in alterius ruina, ſed in tuo opere gloriari. *Tom.* 1. *Ep.* 22. *ad Euſtoch. longè poſt med. pag.* 148. *lit. D.* S. HIERONYM.

62. Hominem te eſſe memento. *Tom.* 1. *Ep.* 25. *ad Paulam. ante med. pag.* 158. *lit. D.*

63. Non conſideremus quid aliquando fuerimus, ſed quid ſemper futuri ſimus. *Sup. Jonam cap.* 3. *pag.* 131. *lit. C. tom.* 6.

64 Fuge, luge, attende: fuge mundum, quia vanitas eſt: luge peccatum, quia iniquitas eſt attende carnem, quia fragilis eſt. *Lib.* 3. *de clauſtro animæ cap.* 17. *in med. pagina* 65. *littera E. tom.* 2. HUGO A S. VICTORE.

65. Quiſquis ſe talem reddi deſiderat, qualis à Deo factus (id eſt, ſimilem Deo) redeat ad ſe, & ſtet in ſe; & ſic intra ſemetipſum, & apud ſemetipſum quærat, & videat undè conſtet homo, & ex qua parte ſui factus ſit ad imaginem Dei. *Lib.* 2. *de Anima cap.* 1. *in fine pag.* 96. *lit. E. tom.* 2.

66. Quid prodeſt homini ſi rerum omnium naturam ſubtiliter inveſtiget, efficaciter comprehendat: ipſe autem undè venerit, aut quò poſt hanc vitam iturus ſit non conſideret, nec intelligat? *Lib.* 1. *de Vanitate mundi, ante finem, pag.* 174. *littera G. tom.* 2.

67. Ex conſideratione ſui provenit humilitas. *Sup. Geneſ. cap.* 26. *fol.* 35. *col.* 2. *tom.* 1. HUGO CARD.

68. Memento homo te, etſi de nihilo factum, non tamen de nihilo redemptum. *Sup. illud* 1. *Cor.* 6. *Empti eſtis pretio magno, ſup. Pſ.* 21. *fol.* 52. *col.* 3. *Allegoricè.*

69. Conſideratio ſuiipſius, effectus eſt divinæ gratiæ. *Sup. lib.* 1. *Regum, cap.* 1. *fol.* 220. *col.* 2. *tom.* 1.

70. O anima miſera conſidera qualem te Deus fecerat, & qualem tu te feciſti. *Prof.* IDIOTA.

71. De filia iræ, filiam gratiæ te fecerat; & tanquàm ſacrilegam filiam diaboli te feciſti. *Lib.* 4. *contempl. cap.* 2. *poſt med. pag.* 18. *columna* 2. *E. apud Bibl. Patr. tom.* 10. *edit. Colonia.* 1618.

72. Qui circumſpicit ſemetipſum, ſe non ſinit duci à diabolo. *Hom.* 5. *oper. imperf. ſup. Matth. poſt medium col.* 783. *lit. D. tom.* 2. S. JOANNES CHRYSOST.

73. Reſpectus & conſideratio mentis, oculus eſt animæ. *Ibid. Hom.* 12. *ante med. col.* 816. *B. tom.* 2.

74. Quid

S. JOANNES CHRYSOSTOMUS. 74. Quid inflaris terra & cinis? quid ſuperbis homo? quid arrogans es? quid ſperas ex gloria mundi & divitiis? egrediaris ad ſepulchra, videas ibi myſteria, videas dilapſam naturâ, oſſa corroſa, corpora putrefacta. *Prof.*

75. Conſidera ibi quis ſapiens & quis prudens, quis Rex & quis privatus, quis generoſus, & quis ſervus.

76. Conſidera quis ibi ſit ſapiens, quis inſipiens: ubinam pulchritudo eſt illîc adoleſcentiæ, ubinam gratioſus aſpectus, ubinam oculi ſpecioſi, ubinam elegans naſus, ubinam rubicunda labia, ubinam frons radians? an non omnia cinis? nonne omnia pulvis? nonne omnia favilla? nonne omnia vermis? nonne omnia putredo & fœtor? *Serm. de Euchariſt. ante finem col.* 920. *lit. C. D. tom.* 3.

IOAN. GERS. 77. Cogitare debes, ſi jàm mori deberes, & occumbere, an ne iſtud faceres, & an auderes mori in eo in quo te ſentis ſtatu? *Part.* 4. *de Sanctimonialibus in princ. fol.* 182. *col.* 2. *D.*

S. JUSTIN. MART. 78. Omnis qui ſe conſiderat & judicat, nulli culpæ affinis eſt. *Ep. ad Zenam a medio, apud Bibl. Patr. tom.* 2. *pag.* 70. *columna* 2. *E.*

S. LAURENT. IUSTIN. 79. Plurimum ad humilitatis virtutem noſtra nos trahit conſideratio. *Part.* 1. *de Ligno vitæ tract.* 12. *de Humilitate, cap.* 4. *in princ. pag.* 66. *col.* 1. *E.*

PETRUS BLESENS. 80. Quid fui, quid ſum, quid ero? vile ſperma, vas ſtercorum, eſca vermium. *Serm.* 12. *Quadrag. ſub. fin. apud Bibl. Patrum, tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 855. *col.* 1. *A. edit. Coloniæ* 1618.

81. Diſpice & attende qualis ex dono Dei ſis, & qualis ſis ex teipſo, & redde quæ tua ſunt tibi, & quæ Dei Deo. *Ibid. tract. de inſtit. Epiſcopi, circa med. pag.* 942. *columna* 2. *G.*

S. PETRUS CHRYSOL. 82. Quidquid alii attenderit homo, attendit ſibi: & quantùm videbit ipſe alteri, videbit alter ipſi. *Serm.* 139. *poſt init. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pagina* 763. *col.* 2. *G. edit. Coloniæ* 1618.

83. O homo cogita quis ſis, quantùs ſis, qualis ſis, *Ibid. Serm.* 141. *in princ. pag.* 764. *col.* 2. *lit. H.*

S. PETR. DAM. 84. Hæc ſtudioſè conſidera, hæc ſedula mentis intentione retracta, non quid es, ſed quid in perpetuum futurus, diligenter examina. *Lib.* 7. *Ep.* 15. *ad B. Ducem. ſub fin. pag.* 118. *col.* 1. *D. tom.* 1.

RICH. A S. VICTORE. 85. Conſidera teipſum frequenter, contemplare diligenter cordis tui luxum, deſideriorumque profluvium *Profec.*

86. Vide amorem tuum, undè, quò currat, quò per deſiderium tendat, vel undè per faſtidium recedat: videbis quomodo de ſublimibus ad ima labitur, & de ſummis ad infima derivatur. *Part.* 1. *tract.* 2. *de Extermimat. mali cap.* 2. *in fine, pag.* 13. *col.* 1. *D.*

87. Diſcute quid ſis, quid fueris, quid eſſe debueris, quid eſſe poteris: quid fueris per naturam, quid modò ſis per culpam, quid eſſe debueris per induſtriam, quid adhuc eſſe poſſis per gratiam. *Part.* 1. *lib.* 3. *de contemplat. cap.* 3. *poſt med. pag.* 266. *col.* 2. *B.*

88. Ex hoc exercitio ſpeculationis ſui, cordis oculus mundatur, ingenium acuitur, intelligentia dilatatur. *Prof.*

89. Neſcit quàm ſub pedibus ſuis, omnis mundana gloria jaceat, qui conditionis ſuæ dignitatem non penſat.

90. Neſcit omninò neſcit, quid de ſpiritu angelico, quid de ſpiritu divino ſentire debeat, qui ſpiritum ſuum prius non cogitat, *Ibid. cap.* 6. *in princ. pag.* 269. *col.* 2. *lit. B. C.*

TERTULLIAN. 91. Conſidera temetipſum, ô homo: recogita quid fueris antequàm eſſes, utique nihil. *De Apologia adversùs gentes, cap.* 48. *ante med. pagina* 92. *littera E. tom.* 1.

S. THOMAS A VILLA NOVA. 92. Quòd ſumus hoc ſapere, hoc conſiderare, ſumma ſapientia eſt. *Serm. Dom.* 3. *Advent. poſt init. pag.* 37. *col.* 2. *tom.* 1.

THOMAS A KEMPIS. 93. Qui ſibiipſi diligenter intendit, facilè de aliis tacet: nunquàm enim eris internus & devotus, niſi de alienis ſilueris, & ad te ipſum ſpecialiter reſpexeris. *Lib.* 2. *de Imit. Chriſti, cap.* 5. *ſect.* 2. *pag.* 351. *tom.* 2.

IN VITIS PATR. 94. Oportet laborare multum, ut ſe quiſque conſideret: nam negligentia, ignaviaque & relaxatio excæcant oculos cordis *Lib.* 7. *cap.* 15. *num.* 4. *in fine, pag.* 672. *columna* 1.

95. Ille poteſt ſalvari, qui ſemper ſe, ſuaque peccata, & non proximi conſiderat. *In ſententiis, in fine poſitis. ſent.* 109. *in fine pag.* 1001. *col.* 2.

S. ZENO. 96. Attende tibi, & undique temetipſum circumſpice. *Serm. de præcepto ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pag.* 91. *col.* 1. *A. edit. Coloniæ* 1618.

97. Intuere & attende cum omni cautela tibiipſi, ut ſcias diſtribuere unicuique parti, quæ convenit: carni quidem victum, animæ verò doctrinam pietatis. *Ibid. &c. lit. C. D.*

98. Attende tibi ut intelligas, & agnoſcas ſanitatem animæ, & languorem. *Prof.*

99. Multi enim dùm ſibi non attendunt, ægritudines graves & inſanabiles pati ſe neſciunt, & nec hoc quidem ſentiunt, quòd ægrotant. *Ibid. ante med. pagina* 91. *col.* 2. *F.*

100. Tu nunquàm ceſſes temetipſum perſcrutari, ſi vita tua ſecundùm formam dirigitur mandatorum, ſi converſatio tua omni culpa vacat. *Ibid. poſt med. pag.* 92. *col.* 1. *G.*

101. Attende & circumſpice teipſum, non eorum, qui extra te ſunt culpas & peccata dinumeres; nec ſolicitè diſquiras, ſicubi maculæ aliquid in proximo tuo reperias. *Ibid. ut ante.*

102. Attende tibiipſi, & memento quia mortalis es, & quia terra es, & in terram ibis. *Ibid. poſt med. pag.* 92. *col.* 2. *E.*

103. Attende tibi, ut poſſis attendere Deo. *Ibid. in calce. pag.* 93. *col.* 2. *G.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 104. Cura ut vir ſis, & cogita quem in locum ſis progreſſus, & vide quid jàm tibi ſit neceſſe fieri. *Orat.* 3. *& in ord.* 21. *pro Catilina ante med. columna* 460. *lit. B. C. tom.* 2.

105. Nihil eſt quod tàm obtundat, elevetque ægritudinem animi, quam in omni vita cogitatio ſe nihil eſſe. *Lib.* 3. *Tuſcul. quæſt. ante med. num.* 34. *col.* 216. *A. tom.* 4.

PLATO. 106. Animadverte quòd ſenſu tibi carendum ſit poſt mortem, omnique voluptate, & vermium quandam vaſtitatem tibi ob oculos repræſenta, ut non in alteram vitam ſis moriturus. *Tom.* 3. Syzygia 6. *in dialogo Axiochi poſt initium pag.* 365. *lit. D.*

SENECA. 107. Inſpicere debemus primùm noſmetipſos, deinde quæ aggredimur negotia, deinde eos, quorum cauſa, aut cum quibus agendum eſt. *Prof.*

108. Ante omnia neceſſe eſt ſeipſum æſtimare, quia ferè plus nobis videmur poſſe, quàm poſſumus. *De Tranquillit. cap.* 4. *in princ. pagina* 527. *tom.* 1.

109. Occupationes recidantur, & ſibi totus animus vacet, & ad contemplationem ſui reſpiciat. *Lib.* 3. *quæſt. in princ. præfat. pag.* 6;8. *tom.* 1.

110. In ſe redeundum eſt, immò etiam à ſe recedendum. *Lib.* 4. *quæſt. ſub finem. Præfat. pag.* 726. *tom.* 1.

111. Si perpendere te voles, ſepone pecuniam, domum, dignitatem: intùs te ipſe conſidera, nec qualis ſis aliis credas. *Ep.* 80. *in calce. pag.* 700. *tom.* 2.

112. Hoc nos peſſimos facit quòd nemo vitam ſuam reſpicit: quid facturi ſumus cogitamus, & id raro: quid fecerimus non cogitamus. *Epiſt.* 83. *in princ. pag.* 711. *tom.* 2.

113. Scit quò iturus ſit, qui undè venerit meminit. *Ep.* 120. *poſt med. pag,* 875. *tom.* 2.

Vide etiam Titulos. Aſpectus. ſent. 6. *Caro. ſent.* 75. *Humilitas. ſent.* 114. *Intentio. ſent.* 42. *Mirabile. ſent.* 45. *Negotium. ſent.* 24. 25. *Prælatio. ſent.* 16. *Cognitio ſui Examen. Scrutari.*

Conſilium.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO.

ETYMOLOGIA.

S. ANTONIN. CONSILIUM dicitur quaſi conſidium, coquòd multi conſident ad conferendum ſimul. *Part.* 4. *tit.* 12. *de dono conſilii, cap.* 1. §. 1. *circa med. fol.* 179. *columna* 1.

DEFINITIO.

S. ANSELMUS. Conſilium eſt faciendi vel non faciendi, excogitata mentis ratio *Sup.* 2. *Cor.* 10. *fol.* 116. *col.* 3.

S. BONAVENT. Conſilium eſt appetitus inquiſitionis à ratione directus, de his quæ à nobis ſunt facienda, vel non facienda. *De* 7. *Donis Spiritus-ſancti, in ſpecie, de dono conſilii, cap.* 1. *in medio pag.* 245. *columna* 1. *A. tom.* 6.

Conſilium eſt oculus, & cautio futurorum. *Ibid.* &c.

HUGO A S. VICTORE. Conſilium eſt examinandarum, gubernandarumque cauſarum ſubtilis animi proſpectus. *De fruct. carnis & ſpirit. cap.* 12. *in med. pagina* 161. *lit. H. tom.* 2.

HUGO CARD. Conſilium nihil aliud eſt, quàm deliberata ſententia. *Cap.* 15. *ſup. Prov. fol.* 33. *col.* 4. *tom.* 3.

S. JOANNES DAMASCENUS. Conſilium eſt inveſtigandi appetitio, quæ de his rebus agendis oritur, quarum penes nos eſt poteſtas. *Lib.* 2. *de fide orth. cap.* 22. *ſtatim a medio, fol.* 203. *pag.* 2. *D.*

S. THOMAS AQUINAS. Conſilium eſt inquiſitio rationis ante judicium de eligendis. 1. 2. *quæſt.* 14. *art.* 1. *in corp. pagina* 26. *columna* 2.

CICERO. Conſilium eſt aliquid faciendi, aut non faciendi verè excogitata ratio. *Lib.* 1. *de Invent. Rhetor. ante med. col.* 92. *lit. F. tom.* 1.

DIVISIO.

S. ANTONINUS. Triplex eſt genus conſilii.
- Primum eſt conſilium internale, quod quis ſibiipſi infert.
- Secundum eſt conſilium particulare, quod quis alteri adfert.
- Tertium eſt conſilium generale, quod quis communitati confert. *Part.* 1. *tit.* 4. *de voluntate cap.* 8. §. 3. *in princ. fol.* 85. *columna* 1.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Neceſſe eſt ut præſtantior ſit, à quo conſilium petitur, quàm ille eſt qui petit. *Profec.*

2. Quis enim ei ſe committat; quem non putet plus ſapere, quàm ipſe ſapiat, qui conſilium quærit?

3. Quid conſulas hominem, quem non arbitreris poſſe melius aliquid reperire, quàm ipſe intelligis? *Lib.* 2. *Offic. cap.* 8. *col.* 43. *D. tom.* 1.

4 Promptiùs nos juſto viro, quàm prudenti committimus. *Ibid. ante med. col.* 44. *A.*

5. Prudentiſſimo cuique cauſam noſtram committimus, & ab eo quidem conſilium promptiùs quàm à cæteris poſcimus: præſtat tamen fidele juſti conſilium viri, & ſapientiſſimi ingenio frequenter præponderat. *Ibid. cap.* 9. *in fine, col.* 44. *lit. D.*

6. In acquirendis conſiliis plurimum confert
- Vitæ probitas.
- Virtutum prærogativa.
- Benevolentiæ uſus.
- Frugalitatis gratia. *Prof.*

7. Quis enim in cœno fontem requirat? quis è turbida aqua potum petat? itaque ubi luxuria eſt, ubi intemperantia, ubi vitiorum confuſio, quis indè ſibi aliquid hauriendum exiſtimet?

8. Quis non deſpiciat morum colluvionem? quis utilem cauſæ alienæ judicet, quem videt inutilem vitæ ſuæ?

9. Quid enim tibi prodeſt habere ſapientiam, ſi conſilium neges? ſi conſulendi intercludas copiam, clauſiſti fontem, ut nec aliis influat, nec tibi proſit. *Lib.* 2. *de Offic. cap.* 12. *in princ.*

10. Degeneres animos vita arguit; quomodo enim eum potes judicare conſilio ſuperiorem, quem videas inferiorem moribus? *Prof.* S. AMBROSIUS.

11. Non eum idoneum putabo, qui mihi det conſilium, quod non dat ſibi & mihi eum vacare non credam, qui ſibi non vacet. *Lib.* 2. *de Offic. cap.* 12. *a medio col.* 46. *lit. B. tom.* 1.

12. Quomodo hic conſilii locus, ubi nullus quieti? *Ibidem.*

13. Conſilia bona exhauriri neſciunt, & uſu augentur. *Ibid. cap.* 15. *in fine col.* 47. *littera D.*

14. Conſilii collatio; quò in plures diffunditur, eò redundantior manet, & in ſuum fontem recurrit. *Ibid.*

15. Talis debet eſſe qui conſilium alteri dat, ut ſeipſum formam aliis præbeat, ad exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate: ut ſit ejus ſermo ſalubris atque irreprehenſibilis, conſilium utile, vita honeſta, ſententia decora. *Ibid. cap.* 17. *in princ. col.* 49. *lit. C.*

16. Talis debet eſſe conſiliarius, ut nihil nebuloſum habeat, nihil fallax, nihil fabuloſum, nihil ſimulatum, quod vitam ejus ac mores refellat; nihil improbum ac malevolum, quod avertat conſulentes. *Ibid. poſt init. col.* 49 *lit. D.*

17. Ibi bonum conſilium, ubi eſt Dei verbum. *Sup. Pſal.* 45. *poſt med. Præfationis, col.* 1395. *lit. A. tom.* 4.

18. In conſilio non oportet uti velocitate, ſeu præcipitatione, ſed magis maturitate. *Part.* 1. *tit.* 4. *de voluntate. cap.* 8. §. 3. *ferè in princ. fol.* 85. *col.* 2. S. ANTONIN.

19. Multa conſilia quærenda ſunt ab incipientibus & ſimplicibus, ſcilicet non a multis, ſed ab uno de multis agendis. *Ibid. poſt med. fol.* 85. *col.* 4.

20. Nihil iniquo divite conſiliario perniciosius. *Part.* 3. *tit.* 3. *cap.* 1. §. 9. *ante med. fol.* 46. *col.* 3.

21. Neceſſarium eſt conſilium ante judicium de eligendis haberi. *Part.* 4. *tit.* 2. *de Prudentia. cap.* 1. §. 4. *ante medium, fol.* 13. *col.* 2.

22. Lingua doloſa videtur habere pallium conſulentis, & habet venenum perimentis. *Sup. Pſal.* 119. *in fine. Enarrat.* S. AUGUSTIN.

23. Ira repletus, conſilii capax eſſe non poteſt. *Serm.* 9. *ad Fratres in eremo, poſt med. pagina* 923. *littera A. tom.* 10.

24. Omni petenti à ſe conſilium, quiſque dare debet. *Lib.* 1. *de Serm. Dom in monte, in fine pagina* 808. *lit. C. tom.* 4.

25. Conſilio non opus eſt, niſi in adverſis. *Sup. Pſ.* 12. *in principio verſ.* 2. *Quamdiu ponam conſilium? pag.* 51. *lit. B. tom.* 8.

26. Antequàm ſtes in opere, ſta in conſilio. *Sup. Pſal.* 44. *poſt initium verſ.* 1. *pag.* 273. *littera B. tom.* 8.

27. Pernitioſum eſt conſilium hominis ipſi homini, quo ea quærit quæ ſua ſunt, non quæ Dei ſunt. *Sup. Pſal.* 105. *poſt med. verſ.* 40. *pag.* 856. *lit. C. tom.* 8.

28. Ejus in promiſſionibus ſequatur conſilium, cujus in tentationibus precatur auxilium. *Ibidem.*

29. Conſilio indiget pauper; tu plenus es conſilio: in conſilio ille pauper, tu dives es; da conſilium, & præſtiſti eleemoſynam. *Sup. Pſal.* 125. *poſt medium, verſ.* 6. *pag.* 1015. *A. tom.* 8.

30. Ad conſilium impiorum itur quatuor modis. S. BERNARD.
- Quidam trahuntur inviti.
- Alii attrahuntur illecti.
- Alii ſeducuntur ignari.
- Alii ſequuntur ſpontanei. *Serm.* 35. *de parvis ſer. paulo poſt init. fol.* 121. *col.* 4. *M.*

31. Abſque prudentia & benevolentia non ſunt perfecta conſilia. *Ep.* 42. *ad Henricum. Archiepiſc. Senonenſ. in princ. fol.* 215. *col.* 2.

Digitized by Google

S. BERNARD. 32. Sacerdotale onus, Epiſcopale opus, cura paſtoralis, dignè non poſſunt adminiſtrari ſine conſilio. *Ibid. poſt init. fol. 215. col. 2. littera E.*

33. Sermo à Propheta, conſilium à ſapiente quærendum eſt. *Ep. 8. ad Brunonem Colonienſem, in fine fol. 209. col. 4. M.*

34. Secretum conſilium, ſecretum quærit auditum. *Ep. 107. ad Thomam Prepoſit. circa finem, fol. 233. col. 3. littera I.*

35. Sicut judicii eſt diſcernere quod liceat, vel quod non liceat: ſic profectò conſilii eſt probare quod expediat, vel quod non expediat. *De gratia & lib. arb. longè ante med. fol. 285. col. 2. lit. E.*

36. Si conſulis amico, non cures placere ei, ſed rationi. *Ep. de Cura & regimine rei familiaris in medio, col. 371. col. 2. E. vol. 2.*

37. Faciliùs de malo exitu conſilii redargutio ſequitur, quàm de bono laus. *Ibidem.*

S. BONAVENT. 38. Qui malis conſiliis contra proximos ſaturari non poſſunt in mundo, malorum conſiliorum pœna ſaturabuntur in inferno. *Serm. 4. Dom. 6. poſt. Pentec. ſub fin. pag. 159. col. 2. tom. 3.*

39. Conſilia divina valent ad omnia mala declinanda, & omnia bona conſequenda. *De 7. Donis Spiritus-ſancti, in ſpecie de dono conſilii cap. 3. in medio pag. 246. col. 1. C. tom. 6. part. 1.*

40. Vix ſcit aliis conſilium dare, qui ſibi neſcit accipere. *Tit. 6. Diætæ, cap. 2. circa med. pagina 305. col. 1. lit. E. tom. 6. part. 1.*

41. Non eſt pro conſilio eligendus juvenis laſcivus, ſed ſenex & expertus. *Ibidem poſt med. pag. 305. columna 1. E. & col. 2. littera A.*

42. Quidquid fit cum prudentium conſilio, ſi aliquid indè evenerit contrarii, minùs ei poterit imputari, quàm qui de ſuo tantùm ſenſu id feciſſet. *De ſex alis Seraphim cap. 7. ante finem pag. 92. col. 2. B. tom. 7. part. 3.*

43. Eſto maturus in conſilio. *In Alph. religioſ. lect. 18, pagina 529. col. 1. littera C, tom. 7. part. 4.*

S. EPHRAM. 44. Perverſum conſilium, quovis veneno pernitioſius eſt ſuſcipientibus. *De Malo Lingua pagina 101. littera E. tom. 1.*

45. Nihil abſque conſilio faciendum. *Ep. ad Joan. Monach. abintio, pag. 271. littera E. tom. 2.*

EVAGRIUS. 46. In beatitudinis parte ducendum eſt, malo conſilio excidere. *Et hab. apud. D. Ioan. Damaſc. lib. 1. Parall. cap. 63. fol. 34. pag. 1. lit. C.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 47. Qui fratrem per ſiniſtra conſilia ſic incitat, ut illidat; ſic armat, ut perimat, ille peſſimus eſt frater. *Hom. 7. ad Monach. in fine, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 1. pag. 584. col. 2. F.*

GLOSS. INT. 48. Omnia fac cum conſilio. *Sup. Iudith. cap. 8. col. 1578. lit. E. tom. 2.*

GLOSSA ORD. 49. Deum timens, omnia agit doctorum conſilio. *Sup. Eccleſiaſtic. cap. 32. col. 2139. lit. D. tom. 2.*

S. GREG. MAG. 50. Qui ſine conſiliis vivunt; ſeipſos rerum eventibus præcipites deſerunt. *Lib. 1. Moral. cap. 11. prope fin. col. 14. lit. D. tom. 1.*

51. Vile eſt conſilium, cui robur fortitudinis deeſt: quia quod tractando invenit, carens viribus, uſque ad perfectionem operis non perducit. Valdè fortitudo deſtruitur, niſi per conſilium fulciatur; quia quò plus ſe poſſe conſpicit, eò virtus ſine rationis moderatione deteriùs in præceps ruit. *Ibid. cap. 16. paulò poſt med. col. 18. littera A.*

S. HIERONYM. 52. Ubi conſilium datur, offerentis arbitrium eſt: ubi præceptum, neceſſitas eſt ſervientis. *Lib. 1. adverſùs Iovianum, longè ante med. pag. 25. A. tom. 2.*

53. Conſummatæ ſapientiæ eſt, ad omnem actum præferendo conſilium, nihil facere, quod feciſſe pœniteat. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriadem, longè poſt med. pag. 22. lit. D.*

54. Superbarum inſenſatarumque mentium eſt, ſuo tantùm uti conſilio. *Tom. 4. In regula Monach. cap. 7. poſt med. pagina 326. littera D.*

S. HIERONYM. 55. Nihil agas abſque conſilio, ſed ſequere eum, qui magni conſilii Angelus eſt. *Lib. 6. in Iſayam, cap. 16. ſuper illud, Ini conſilium. pagina 84. littera A. tom. 5.*

56. Non poteſt ibi maturitas eſſe conſilii, ubi nullus eſt ordo judicii. *In Orat. Hieremiæ, ſup. illud, Senes defecerunt, &c. pag. 375. C tom. 5.*

57. Nonnunquàm hominum prava conſilia, Deus vertit ad rectum. *Sup. Ep. ad Philemonem, in illud, Forſitan ideo diſceſſit. pagina 262. B. tom. 9.*

58. Dei conſilio militant, etiam quæ ejus conſilio repugnant. *Lib. 6. Moral. cap. 12. in fine, columna 192. lit. A. tom. 9.*

S. GREGORIUS MAGN. 59. Dare ſtulto conſilium, charitatis eſt; dare ſapienti, oſtenſionis: dare verò ipſi ſapientiæ, perverſitatis. *Lib. 17. Moral. cap. 11. circa med. ſup. illud Iob. 26. Cui dediſti conſilium. columna 570. littera C.*

60. Grave conſilium cordis, omnem inconſtantiam vagationis expellit. *Lib. 19. Moral. cap. 4. ante med. col. 636. lit. D. tom. 1.*

61. Multi ſub ſpecie conſulendi, agunt negotium ſeducendi. *Lib. 23. cap. 1. ante med. num. 2. col. 763. lit. A. tom. 1.*

62. Eſſe conſilium non poteſt, ſi intellectus deeſt: quia qui non intelligit malum, quod agentem gravat; quomodo poteſt bonum ſolidare, quod adjuvat? *Hom. 19. ſup. Ezech. ante medium, columna 268. littera A. tom. 2.*

63. Nullus tibi fidelior eſſe ad conſilium poteſt, quàm qui non tua, ſed te diligit. *Lib. 1. in Regiſtro indict. 9. cap. 33. Ep. 33. ad Venantium cancellarium prope finem. col. 662. lit. C. tom. 2.*

64. Ibi ſunt poſtulanda conſilia, ubi ſpiritualis ſcientiæ gratia coruſcat. *In 1. Reg. cap. 4. ante med. columna 1535. lit. A. tom. 2.*

65. Ab irreligioſis Religionis conſilium petere, non eſt conſilium accipere, ſed præcipitare. *Ibidem ante med. columna 1535. littera A.*

66. In rebus dubiis illi conſulendi ſunt, quibus apertè ſcitur ſpiritualia dona non deeſſe. *Ibid. ante med. col. 1535. littera A.*

67. Ubi aperta & indubitata neceſſitas eſt, ibi non eſt idonea mora conſilii, ſed celeritas ſubventionis. *Profec.*

68. Ambigua & obſcura meliùs conſulendo peraguntur, ſed aperta & cognita ſubveniendo & feſtinando ſublevantur. *Ibid. ante med. col. 1535. lit. A.*

69. Omnipotens Deus plerúmque mutat ſententiam, conſilium nunquam. *Lib. 16. Moral. cap. 4. in princ. num. 6. col. 128. A. tom. 1.*

70. Summis in rebus citum non oportet eſſe conſilium. *Lib. 2. in Regiſtro ind. 10. cap. 6. Ep. 6. circa init. col. 690. A. tom. 2.*

71. Sæpè de cauſa vitæ conſilium à fautoribus mortis quæris, qui dùm non te, ſed res tuas diligunt: nulla tibi niſi quæ ad tempus placeant, loquuntur. *Lib. 1. in Regiſtro. Ind. 9. cap. 33. Ep. 33. ad Venantium cancellar. prope finem col. 662. A. tom. 2.*

72. Si in cauſa tua hominem conſiliarium quæris, conſiliarium rogo hominem juſtum ſuſcipe. *Ibid.*

73. Sacerdotes toties ſumus, quoties fratribus bona conſilia miniſtramus. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 4. poſt med. col. 1548. A. tom 2.*

S. GREG. NAZ. 74. Præſtat conſilii tarditas inconſideratæ celeritati. *Et hab. apud D. Ioan. Damaſc. Lib. 1. Parall. cap. 63. in princ. fol. 34. pag. 1. lit. C.*

S. GREGOR. NYSS. 75. Periculoſa eſt plerúmque in omni negotio conſiliorum moderatrix adoleſcentia.

76. Neque facilè quiſpiam aliquid earum rerum, quæ ſtudio dignæ ſunt rectè ab eò factum comperit, à quo non eſt ſenectus in conſilii ſocietatem adhibita. *De Virgin. cap. 23. in medio, col. 679 lit. A.*

HUGO A S. VICTORE. 77. Sanæ mentis eſſe dicitur, qui à rectitudine conſilii non alienatur. *De anima medicina cap. 13. in princ. pag. 142. A. tom. 2.*

78. Scande in arcem conſilii, & meditare qualiter implere valeas quod faciendum eſſe didiciſti. *Lib. 5. Didaſcali cap. 9. ante med. pag. 24. D. tom. 3.*

79. Conſilium hominis ſine divino auxilio infirmum eſt, & inefficax. *Ibid.*

HUGO CARD. 80. Bonum eſt multorum audire conſilia, ſed paucis aperire cor ſuum. *Sup. Prov. cap. 15. fol. 34. columna 1. tom. 3.*

JOAN. CASS. 81. Nullus ſibi quamquam ſcientia præditus inani tumore perſuadeat, quod poſſit alterius conſilio non egere. *Proſoc.*

82. Nam etiamſi judicium ejus diabolica non fallat illuſio, elationis tamen & ſuperbiæ graviores laqueos non evadet. *Collat. 16. Abbat. Ioſeph, cap. 12. ante med. pag. 678.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 83. Vanum vivendi conſilium, multorum eſt malorum occaſio. *Hom. 30. ſup. Geneſ. poſt initium, in illud, Venite ædificemus nobis civitatem, columna 242. littera D. tom. 1.*

84. Conſilio malo deprehenſo, tantò minor naſcitur confuſio, quantò fuerit perſona deterior. *Hom. 42. oper. imperf. ſup. Matth. poſt initium, columna 1034. lit. A. tom. 2.*

85. Ipſe ſibiipſi infert interitum. qui medentis medici contempſit conſilium. *Hom. 7. ex variis locis, ſup. Matth. circa finem, columna 1158. B. tom. 2.*

86. Non qualitas perſonarum conſulentium, ſed natura conſilii in omnibus obſervanda eſt. *Hom. 9. de laudib. D. Pauli ante medium, columna 1105. littera A. tom. 3.*

S. JOANNES DAMASC. 87. Ignorantis eſt conſilium inire, neque quiſpiam de eo quòd cognitum atque exploratum habet, deliberat. *Lib. 2. de fide orthod. cap. 22. ſtatim a medio, fol. 204. pag. 1. lit. B.*

IOAN. GERS. 88. Res certa eſt, quòd de ſolis incertis habendum ſit conſilium. *Part. 3. tract. 8. ſup. Magnificat. Notula 2. a medio fol. 441. col. 4. lit. N.*

S. ISIDORUS HISPALENS. 89. Matura conſilium, ut perficere poſſis quod vis: nihil enim ex præcipiti magnum, conſilii mora melior eſt. *Lib. 2. de Synonim. cap. 12. in princ. pag. 319. col. 1.*

S. JUSTIN. MART. 90. Audiendus eſt is, qui conſilium dat, non docendus. *Epiſt. ad Zenam circa med. apud Bibl. Patr. tom. 2. pagina 70. columna 1. D.*

91. Falſam gloriam ſequuntur ii, qui hominum laudem, auramque popularem aucupantes, proximis conſulunt. *Ibid. circa medium, pagina 70. columna 2. littera E*

S. LAURENT. IUSTIN. 92. Nullum ſanum conſilium, nulla matura poteſt eſſe deliberatio, ubi iræ paſſio dominatur. *Part. 1. de caſto connubio cap. 11. a medio pagina 166. columna 1. littera F.*

S MARTINUS PAPA. 93. Nihil agat quiſquam, niſi cum determinatione, nil præſumptivè aſſumat abſque conſilio. *Et hab. apud Gratianum in decretis part. 2. cauſa 9. quæſt. 3. in fine Can. Per. fol. 200. col. 3.*

S. NILUS. 94. Negligenter & pravè viventem ne accerſas conſultorem: malis enim gaudens, bona ſimul odiſſe, & conſulere eadem non poteſt. *Paraneſ. 119. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2.*

PETRUS BLESENS. 95. Teipſum de te conſule, reſpue blandimenta, adulationibus aures claude. *Epiſt. 132. ad quendam Abbat. a medio apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 808. col. 1. D. edit. Coloniæ 1618.*

96. Omnia cum conſilio fac: caſtorum enim conſiliorum mater, ſapientia. *Ibidem poſt med. pag. 808. col. 2. lit. E.*

PETRUS CELL. 97. Sub pallio conſultationis, ſe offert ſæpè venenum deceptionis. *Lib. 7. Ep. 9. circa initium apud Bibl. Patrum tom. 12. part. 2. pag. 597. col. 2. lit. H. edit. Coloniæ. 1618.*

98. Juſtitia lux rerum, conſiliis non velatur obſcurio. *Serm. 9. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 658. col. 1. lit. A.* S. PETRUS CHRYSOL.

99. Conſiliis ſuis ſe diabolus prodit: lapſus quærit, præcipitia imperat, & tali conſilio multos martyres ſuos facit, ſine clamore, dicendo: Si vis Martyr eſſe, mitte te deorſùm *Serm. 13. a medio apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 671. col. 1. D.*

100. Nihil utilius, nihil tutius ſalubri conſilio. *Part. 1. Tract. 1. de ſtatu inter. hominis cap. 3. in princ. pag. 37. col. 1. lit. D.* RICH. A S. VICTORE.

101. Non poteſt errare, qui cum conſilio vivit. *Part. 2. ſup. Cantica, cap. 39. poſt init. pagina 226. columna 2, littera B.*

102. Secularis vitæ conſuetudo, conſiliis obſervandis impedimentum præſtat. *Tom. 2. opuſcul. contra retrahentes ab ingreſſu Religionis cap. 6. in fine fol. 67. pagina 1.* S. THOMAS AQUINAS.

103. Inextricabile profectò malum eſt, doloſa conſilia miſcere blanditiis. *Hom. 5. de Oris inſolent. poſt medium apud Bibl. Patrum tom. 5. part. 3. pag. 481. columna 2. littera G.* S. VALERIAN.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

104. Ad res magnas conſiderandas alios ad conſilium adhibemus, nobis ipſis diffidentes, quaſi minùs ad eas diſpiciendas, ac dijudicandas idoneis. *Lib. 3. de Moribus, cap. 3. ante medium fol. 25. pagina 1. edit. Pariſ. 1565.* ARISTOTELES.

105. Prudentis hoc maximè proprium munus eſt, benè conſultare. *Ibidem lib. 6. cap. 6. poſt med. fol. 65. pag. 2.*

106. Conſilium mulierum eſt invalidum, ſive parùm firmum & ratum. *1. Politic. cap. 13. apud Bedam, tom. 2.*

107. Conſilium non eſt de præteritis, ſed de futuris. *6. Ethic. apud Bedam tom. 2.*

108. Eſt boni conſulis non ſolùm videre quid agatur, verùm etiam providere quid futurum ſit. *Orat. 3. pro Murena poſt init. num. 4. col. 473. lit. E. F. tom. 2.* CICERO.

109 Animo conſulem eſſe oportet, conſilio, fide, gravitate, vigilantia, cura, toto denique conſulatu. *Orat. 37. in Piſonem ante med. num. 23. col. 746. lit. F. tom. 2.*

110 In ſecundiſſimis rebus maximè eſt utendum conſilio amicorum; iiſque major quàm antè eſt tribuenda authoritas. *Lib. 1. Offic. poſt med. col. 480. lit. E. tom. 4.*

111. Eſt adoleſcentis majores natu revereri, ex hiſque deligere optimos & probatiſſimos, quorum conſilio atque authoritate nitatur. *Ibid. poſt med. columna 486. lit. F.*

112. Nihil eſt quod tàm deceat, quàm in omni re gerenda, capiendoque conſilio, ſervare conſtantiam. *Ibid. poſt med. col. 487. C.*

113. Non viribus, aut velocitate, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, ſed conſilio. *De Senectute ante med. col. 544. B.*

114. Si quid conſilii datum fuerit, memento quos ad conſilium adhibueris. *In Enchirid. cap. 39. prope medium.* EPICTETUS.

115. Nihil eſt de quo quis conſilium diviniùs inire poſſit, quàm de inſtitutione, & ſui, & ſuorum. *Tom. 1. Syzygia 2. in dialogo Theagis poſt init. pag. 122. lit. B.* PLATO.

116. Verum bonum, ex honeſtis conſiliis oritur. *Ep. 23. poſt med. pag. 566. tom. 2.* SENECA.

117. Conſilium futuri, ex præterito venit. *Ep. 83. in princ. pag. 711. tom. 2.*

118. Non eſt turpe, cum re mutare conſilium. *Lib. 4. de Benef. cap. 38. in medio pag. 454. tom. 2.*

119. Fluctuamus inter varia conſilia, nihil liberè volumus, nihil abſolutè, nihil ſemper. *Ep. 52. in princ. pag. 613. tom. 2.*

SENECA. 120. Tu metuenda declina, & quidquid conſilio proſpici poteſt, proſpice. *Ep. 98. circa medium, pag.* 800. *tom.* 2.

121. Pauci ſunt, qui conſilio ſe ſuaque diſponunt: cæteri eorum more, quæ fluminibus innatant, non eunt, ſed feruntur. *Epiſt. 23. ante finem, pagina* 566. *tom.* 2.

122. Conſilia tibi ſalutifera advoca. *De quatuor virt. pag.* 674. *edit. Baſilea.*

VALERIUS MAXIMUS. 123. Humana conſilia caſtigantur, ubi ſe cœleſtibus præferunt. *Lib. 1. dictor. memorab. cap. 6. circa med. pagina* 31.

124. Adjicit remediis medicina conſilium. *Ep. 95. ante med.*

125. Prudentis proprium eſt examinare conſilia, & non citò facili credulitate ad falſa prolabi. *De quatuor virtutibus, circa init. pag. 673. edit. Baſilea.*

126. Conſilium peritorum, ex apertis obſcura æſtimat, ex parvis magna, ex proximis remota, ex partibus tota. *Ibidem, in fine.*

Conſolatio.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. CONSOLATIO mitis eſſe debet, non aſpera, quæ magis dolorem leniat, fervorem mitiget. *Sup. Pſ. 37. poſt med. col.* 1333. *A. tom.* 4.

S. ANTONINUS. 2. Oportet humiliari, qui vult conſolari. *Part. 2. tit. 7. de Ira, cap. 2. §. 4. in fine. folio* 239. *col.* 1.

S. AUGUSTIN. 3 Multi dolores, ſed multæ conſolationes: amara vulnera, ſed ſuavia medicamenta. *Sup. Pſal. 93. poſt med. verſ. 19. pag.* 726. *C. tom.* 8.

4. Qui vult aliquem conſolari, niſi condoleat cum illo, non illum erigit: priùs cum illo condolet, & ſic eum reficit ſermone conſolatorio. *Ibid. pag. 719. lit. B. tom.* 8.

5. Veræ conſolationis, & lætitiæ teſtes & nuntii, ſunt ſuſpiria, & lachrymæ. *In ſcala paradiſi. cap. 6. in princ. pagina* 560. *D. tom.* 9.

6. Recedit conſolatio ſponſi, ut abſens magis deſideretur, deſideratus avidiùs quæratur, diù quæſitus tandem gratiùs inveniatur. *Ibidem, cap. 8. circa medium. pag.* 561. *A.*

S. BASILIUS MAGNUS. 7. Iis qui in dolore verſantur, ſolatium affert gemituum ſocietas. *Et hab. apud D. Ioan. Damaſc. lib. 3. Parall. cap. 56. folio 128. pag. 2. A.*

V. BEDA. 8. Dolentem non poteſt conſolari, qui non concordat dolori. *Tom. 2. in Proverb. ſuis. verbo Dolentem, pagina* 188.

S. BONAVENT. 9. Aliter conſolatur Deus, aliter homo, aliter diabolus: Deus conſolatur inſpirando, homo ſermocinando, diabolus ſomniando. *Expoſit. 2. ſuper Pſal. 118. verſicul. 12. art. 2. capitulo 5. pag. 207. columna 2. lit. C. tom.* 1.

10. Valdè dolorem aggravat, dùm ille mala irrogat, qui conſolari debebat. *Ser. 5. de Apoſtolis, ante fin. pag.* 301. *columna 1. tom.* 3.

11. Quos amor veritatis afficit, refectio conſolationis paſcit. *In faſciculario. cap. 2. poſt med. ſuper illud Matth. 5. Ipſi conſolabuntur. pag. 116. col. 1. littera C. tom. 7. part.* 3.

12. O quàm beata conſolatio, quæ diviniùs infunditur laborantibus pro Chriſto! *Ibidem.*

13. Divina conſolatio ſæpè per multiloquium denegatur. *In Regula novit. cap. 15. in princ. pag. 629. col 1. B. tom. 7. part.* 4.

14. Solatium eſt miſeris, ſocios habere pœnarum. *Lib. 3. in Compendio Theolog. verit. cap. 7. ante fin. pag 728. col. 2. C. tom. 7. part.* 4.

15. Quantò tribulatio, & afflictio intenſior, tantò magis promptior conſolatio. *De ſtimulo amoris. part. 2. cap. 6. à medio. pag. 214. columna 1. littera E. tom. 7. part.* 3.

S. BERNARD. 16. Caro miſera, inſipiens, cæca, demens & prorsùs inſana caro, tranſitorias & caducas quærit conſolationes, imò deſolationes. *Ser. 6. de Adventu. in fine. fol. 4. col. 2. F.*

17. Vilis eſt, & ad nihilum utilis mundialis conſolatio, & (quod magis eſt metuendum) etiam veræ ac ſalubris conſolationis eſt impedimentum. *Serm. 4. vigiliæ Nativit. in principio. folio 12. columna 2. littera F.*

18. Tepidi amant in carne ſua terrenas conſolatiunculas, ſive in verbo, ſive in ſigno, ſive in facto, ſive in aliquo alio: & ſi hæc interrumpunt, non tamen penitus rumpunt. *Serm. 3. de Aſcenſ. Dom. poſt med. folio 41. col. 2. E.*

19. Cujus ad conſolationes terrenas mens inhiat, & penitus in caducis & tranſitoriis non renuit conſolari, ipſe Deus ſibi profectò cœleſtis ſubtrahit gratiam conſolationis. *In declamat. ſup. Ecce nos. ante finem folio* 313. *col. 3. H.*

20. Frangendus eſt panis conſolationis his, qui in preſſuris ſunt conſtituti, ſive in languoribus corporis, ſive onere paupertatis, vel in ſemetipſis, vel in amicis ſuis. *Volumine 2. in libro de Paſſione. cap. 32. in med. folio 71. col. 3. G.*

21. Si vis habere miniſterium Angelorum, fuge conſolationes ſeculi. *Ser. 4. ſup. Qui habitat. ante med. folio 79. col. 3. H.*

22. Pretioſa divina conſolatio eſt, nec omninò tribuitur admittentibus alienam. *In declamat. ſup. Ecce nos. folio 313. col. 3. G.*

S. CÆSARIUS ARELAT. 23. Infelix ſolatium eſt turba miſerorum. *Homil. 15. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 760. col. 2. F. edit. Coloniæ* 1618.

S. EPHRAM. 24. Sicut potus aquæ ſitienti in æſtu ſolis, ſic ſermo conſolationis in tribulatione tentationis poſito. *Et habetur apud Bedam, tom. 7. in ſuis ſcintillis. cap. 4. col.* 428.

FRANCISCUS TITELMAN. 25. Quantò gravior eſt querimonia amici patientis, tantò efficacior requiritur conſolatio amici compatientis. *Super cap. 3. Job. ante medium, folio 44. pagina* 1.

26. In conſolatione interiori ſpiritus intra ſeſe dilatari debet, quemadmodum triſtitia coanguſtatur, & coanguſtatur. *Sup. Pſ. 4. in princ. verſ. 1. In tribulatione dilataſti mihi. pag. 29. ſect.* 1.

GLOSS. ORD. 27. Ubi nulla quies, ibi Spiritus ſancti conſolatio deeſt. *Super Thren. cap. 3. columna 994. littera E. tom.* 4.

28. Lamenta his, qui ſpontè patiuntur, nullam conſolationem afferunt. *Super Luc. cap. 23. col. 990. E. tom.* 5.

S. GREGORIUS MAGNUS. 29. Pia mens cùm ſe adverſa ab hominibus perpeti conſpicit, in divinæ gratiæ conſolatione requieſcit. *Libr. 2. Moral. cap. 9. ante med. num. 14. col. 34. D. tom.* 1.

30. Conſolatio non ſolùm ex conſideratione conditionis exhibenda eſt, ſed etiam ex juſtitia conditoris. *Ibidem.*

31. Ordo conſolationis eſt, ut cùm volumus afflictum quempiam à mœrore ſuſpendere, ſtudeamus priùs mœrendo ejus luctui concordare, poſteà emolliri debet animus, ut afflicto congruat, congruens inhæreat, inhærens trahat. *Lib. 3. Moral. cap. 10. in princ. col. 70. D. tom.* 1.

32. Dolentem non poteſt conſolari, qui non concordat dolori: quia eo ipſo, quò à mœrentis afflictione diſcrepat, minùs ab illo recipitur, à quo mentis qualitate ſeparatur. *Ibidem.*

33. Is qui afflictum conſolari deſiderat, menſuram neceſſe eſt dolori, quem ſuſcipit, ponat: ne non ſolùm dolentem non mulceat, ſed intemperatè dolens, afflicti

animum ad pondus deſperationis premat. *Ibidem, ante med. num 9. col. 71. B.*

S. Greg. Mag. 34. Dolor conſolantis mœrentium dolori ſic jungendus eſt, ut per temperamentum ſublevet, non autem per augmentum gravet. *Ibidem.*

35. Laborantem conſolari eſt pariter in labore perſiſtere: quia ſublevatio eſt laboris, viſitatio collaborantis. *Libr. 5. Moral. cap. 5. poſt initium, col. 135. A. tom. 1.*

36. Mœrentium corda conſolari, miniſterium pietatis eſt. *Lib. 20. Moral. cap. 8. in fine, col. 672. D. tom. 1.*

37. Feſtiva conſolatio bonorum, eſt conſideratio finis malorum: dùm enim ex eorum interitu malum conſpiciunt, quod evadunt, leve exiſtimant quidquid adverſum in hac vita patiuntur. *Lib. 21. Moral. cap. 4. in princ. num. 4. col. 714. C. tom. 1.*

38. In Dei cauſis occupatus, conſolatione fulciri debet, non amaritudine deprimi. *Libr. 12. in Regiſtro indict. 7. cap. 30. Ep. 30. ad Petr. Subdiac. ante med. col. 1578. A. tom. 2.*

39. Facilis erit conſolatio, ſi inter flagella, quæ patimur, ad memoriam delicta quæ fecimus, revocemus, atque hæc non flagella, ſed dona cognoſcemus. *Libr. 7. in Regiſtro indict. 2. cap. 125. Ep. 125. ad Leandrum Epiſcopum, circa finem, columna 999. littera D. tom. 2.*

S. Hieronym. 40. Non eſt optimus conſolator, quem proprii vincunt gemitus, cujus viſceribus emollitis, fracta in lachrymis verba deſudant. *Tom. 1. Ep. 25. ad Paulam paulò poſt initium, pag. 157. B.*

41. Correctionem ſequitur conſolatio, conſolationem ſalus. *In Regula Monachor. cap. 6. ante med. pagina 273. A. tom. 4.*

Hugo Card. 42. Miſeri homines perditis conſolationibus ſpiritualibus, quærunt ſolatium in vanis & caducis. *Sup. Gen. cap. 11. Myſticè, folio 15. col. 3. tom 1.*

43. Conſolatio temporalis, via eſt ad cruciatum æternum: & cruciatus temporalis, via eſt ad conſolationem æternam. *Ibidem, cap. 25. Myſticè, folio 33. col. 2.*

44. Suos ad tempus Dominus relinquit, ut probet qui ſint ejus, & ut poſtea gratior ſit conſolatio. *Super Iob, cap. 30, folio 434. col. 4. tom. 1.*

45. Quia Deus miſericors eſt, & probari tentationibus nos permittit, non reprobari, citò conſolationem ſofundit. *Ibidem.*

46. Non eſt quærenda conſolatio mundana, ut perdatur divina. *Sup. Hierem. cap. 35. Myſticè, folio 255. col. 3. tom. 4.*

47. Dignus eſt divinis conſolationibus, qui elevavit ſe à mundanis delectationibus. *Sup. Ezech. cap. 2. fol. 11. col. 2. tom. 5.*

Ludov. Blos. 48. Nimis infidelis Deo eſt, qui quando Deus eum conſolatur, Deo ſervire vult: ſed quando ſpirituali conſolatione deſtituitur, mox à Deo recedit, & impura ſibi, citaque ſolatia perquirit. *In Speculo ſpiritual, cap. 13. poſt init. pagina 66. col. 2.*

S. Joannes Chrysostom. 49. Interdùm conſolatio ab adverſitate vincitur. *Hom. 4. de Patientia Job, ante medium, columna 676. littera A.*

50. Jucunda benè actæ vitæ memoria, quaſi tranquillitas poſt tempeſtatem veniens, conturbatam facilè animam conſolatur. *Hom. 54. ſup. Matth. in fine. col. 458. B. tom. 2.*

51. Ubi afflictio, ibi & conſolatio: ubi conſolatio, ibi & gratia. *Hom. 24. ſup. 2. ad Cor. in fine, ante Morale. columna 853. D. tom 4. Et Hom. 66. ad Popul. Antioch. paulò ante med. col. 426. B. tom. 5.*

Ioan Trith. 52. Neceſſum eſt ut mens quæ internis ſolatiis deſtituitur, ad exteriora convertatur ſolatia. *Orat. 5. in conventu Abbatum habita. ante medium, pagina 874. columna 5.*

S. Petr. Dam. 53. Cùm conſolatio non gaudentibus, ſed mœrentibus debeatur, quàm conſolationem expectare à venturo judice poterunt, qui ſe nunc ineptæ lætitiæ malè blandæ jucunditate reſolvunt? *Lib. 5. Ep. 2. ad Damianum fratrem ſuum. circa med. pagina 64. col. 2. lit. D. tom. 1.*

54. Quantò quis ſibi terrena ſolatia deeſſe conſiderat, tantò magis de propinqua ſancti Spiritus Paracleti præſentia confidat. *Lib. 7. Ep. 6. ad Agnetem Imperatricem, poſt init. pag. 112. col. 2. D. tom. 1.*

Salvian. 55. Infeliciſſimum conſolationis genus eſt, de miſeriis hominum capere ſolatia. *Lib. 2. ad Eccleſ. Catholic. poſt init. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pagina 368. col. 1. D. edit. Coloniæ 1618.*

Thomas à Kempis. 56. Exterior conſolatio, interioris & divinæ conſolationis non modicum detrimentum eſt. *Libr. 5. de Imit. Chriſti, cap. 10. ſect. 2. pagina 328. tom. 2.*

57. Nemo dignus eſt cœleſti conſolatione, niſi diligenter ſe exercuerit in ſancta compunctione. *Ibidem, cap. 20. ſect. 5. pagina 337.*

58. Excedunt ſpirituales conſolationes, omnes mundi delicias, & carnis voluptates. *Ibidem, lib. 2. cap. 10. in princ pagina 356.*

59. Quantò te plus ab omni creaturarum ſolatio ſubtraxeris, tantò in me ſuaviores (*ſc. in Deo*) & potentiores conſolationes invenies. *Ibidem, lib. 3. cap. 12. ſect. 5. pagina 374.*

60. Vile eſt ſolatium humanum, quod impedit divinum. *In Hortulo Roſar. cap. 6. in princ. pagina 516. tom. 2.*

61. O frater amande, conſolare & conſolaberis. *Ibidem, cap. 15. ſect. 2. pag. 527.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

Cicero. 62. Hæc officia ſunt conſolantium, tollere ſcilicet ægritudinem funditùs, aut ſedare, aut detrahere, aut ſupprimere, nec pati manare longiùs, aut ad aliam traducere. *Lib. 3. Tuſcul. quæſt. ante finem, num. 75. col. 225. littera B. tom. 4.*

Seneca. 63. Malevoli ſolatii genus eſt, turba miſerorum. *De Conſolat. ad Marciam. cap. 12. ante finem, pagina 608. tom. 1.*

Vide etiam tit. Afflictio. ſent. 97. 98. 99. Tentatio. ſent. 256.

Conſtantia.

Vide Firmitas, Perſeverantia, & Stabilitas.

Conſuetudo.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

ETYMOLOGIA.

S. Isidorus Hispalens. VOCATUR conſuetudo, quia in communi eſt uſu. *Lib. 5. Etymol. cap. 3. in fin. pag. 57. col. 1.*

DEFINITIO.

S. Greg. Thaum. Conſuetudo eſt, quæ tempore confirmata eſt, & ad naturam ſimilitudine quàm proximè accedit. *In Epiſt. Canonica. can. 1. in med. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 46. col. 2. littera F.*

Conſuetudo eſt jus quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cùm deficit lex. *Lib. 5. Etymol. cap. 3. in med. pag. 57. col. 5.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Ambros. 1. Conſuetudo boni, uſum pravitatis veteris amittit. *Lib. 3. de Virginibus. poſt med. col. 105. C. tom. 1.*

S. ANTONIN. 2. Mala conſuetudo non minùs, quàm pernitioſa corruptela vitanda eſt; quæ niſi citiùs radicitùs evellatur, in privilegiorum jus ab impiis aſſumitur. *Part. 1. tit. 16. de quinta lege. cap. unico. §. 4. in fine folio 223. columna 3.*

3. Bonarum rerum couſuetudo nimia, peſſima eſt. *Part. 3. tit. 3. cap. 1. §. 9. ſub finem, folio 47. columna 2.*

S. ANTONIUS DE PADUA. 4. Anima conglutinatur diabolo, cùm malæ conſuetudinis glutino captiva & ligata tenetur. *Serm. 2. Quadr. ſub finem, folio 82. columna 2.*

S. AUGUSTIN. 5. Suſpirabam ligatus non ferro alieno, ſed mea ferrea voluntate: velle meum tenebat inimicus, & indè mihi catenam fecerat, & conſtrinxerat me. *Profecuna.*

6. Ex voluntate perverſa, facta eſt libido; & dùm ſervitur libidini, facta eſt conſuetudo: & dùm conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas.

7. Anſulis quibuſdam ſibimet innexis, tenebat me obſtrictum dura ſervitus. *Lib. 8. Confeſſ. cap. 5. pagina 100. D. tom. 1.*

8. Lex peccati eſt violentia conſuetudinis, quâ trahitur & tenetur etiam invitùs animus, eo merito quo in eam volens illabitur. *Ibidem, in fine pagina 101. littera A.*

9. Ad modicum quotidiana modica addendo, in conſuetudinem labitur. *Lib. 9. Confeſſ. cap. 8. poſt med. pag. 111. B. tom. 1.*

10. Conſuetudo quaſi ſecunda, & quaſi affabricata natura dicitur. *Lib. 6. Muſica, cap. 7. in fine. pagina 276. C. tom. 1.*

11. Hæc animæ conſuetudo facta in carne, propter carnalem affectionem, in Scripturis divinis caro nominatur. *Ibidem.*

12. In dolore paries filios, &c. Magnum ſacramentum eſt hujus ſententiæ, quòd nulla abſtinentia fiat à voluptate carnali, quæ non habeat in exordio dolorem, donec in meliorem partem conſuetudo flectatur: quod cùm provenerit quaſi natus eſt filius, ideſt ad bonum opus paratus eſt affectus per conſuetudinem bonam; quæ conſuetudo ut naſceretur, cum dolore reluctatum eſt conſuetudini malæ. *Libr. 2. de Geneſ. contra Manich. cap. 19. circa initium, pagina 584. lit. C. tom. 1.*

13. Cùm non reguntur motus animi noſtri, erumpunt & pergunt in fœdiſſimas conſuetudines. *Ibidem, lib. 1. cap. 20. in princ. pag. 569. B.*

14. Videmus velut quoſdam ſenſus novos in judicandis cujuſcemodi rebus corporeis conſuetudine affectos, alia conſuetudine deperire. *Lib. 6. Muſica, cap. 7. in fine, pag. 276. C. tom. 1.*

15. Ex conſuetudine rerum expertarum, inexperta opera divina infirmitas metitur humana. *Epiſt. 146. ad Conſentium, poſt initium, pagina 436. littera D. tom. 2.*

S. AUGUSTIN. & CICERO. 16. Magni eſt ingenii ſevocare mentem à ſenſibus, & cogitationem à conſuetudine abducere. *Ep. 3. ad Voluſian. poſt init. pag. 5. B. tom. 2. & Cicero. lib. 1. Tuſcul. col. 172. H.*

S. AUGUSTIN. 17. Veternoſæ conſuetudinis vis, nimis in alto radices habet. *Libr. 6. de Civit. Dei, cap. 12. circa finem, tom. 5.*

18. Malæ conſuetudines magis docendo quàm jubendo, magis monendo quàm minando tolluntur. *Ep. 64. circa med. tom. 2.*

19. Omne peccatum conſuetudine vileſcit, & fit homini quaſi nullum ſit. *Homil. 28. ex Hom. Quinq. cap. 3. in princ. tom. 10.*

20. Cùm aliquo dolore à conſuetudine revocaris, hoc eſt quod mordet, ſed ſanat. *Tract. 18. ſup. Ioan. ante fin. tom. 9.*

21. In hac vita meditandum eſt, ut conſuetudo carnis mutetur in melius, ne inordinatis motibus reſiſtat ſpiritui. *Profec.*

22. Id agit ſpiritus in domanda carne, ut ſolvat malæ conſuetudinis quaſi pacta perverſa, & fiat pax conſuetudinis bonæ. *Lib. 1. de de doctr. Chriſt. cap. 24. circa med. pag. 10. C. tom. 2.* S. AUGUSTIN.

23. Proclive eſt humanum genus, non ex momentis ipſius libidinis, ſed potiùs ſuæ conſuetudinis æſtimare peccata: fit plerumque ut quiſque hominum ea tantùm culpanda arbitretur, quæ ſuæ regionis & temporis homines, vituperare atque damnare conſueverunt, & ea tantùm probanda atque laudanda quæ conſuetudo eorum cum quibus vivit, admittit. *Ibidem, lib. 3. cap. 10. pag. 25. B. tom. 2.*

24. Ex diverſo ſucceſſu, diverſa conſuetudo; ex diverſa conſuetudine, diverſa eſt voluntas. *De 83. quæſtionum quæſt. 40. in principio, pagina 387. littera A. tom. 4.*

25. Conſuetudo, quæ longiùs fuerit protracta & confirmata, non cum parvo labore vitatur, vel expellitur. *De ſalutar. document. cap. 42. in fine, pagina 761. B. tom. 4.*

26. Nemo novit, niſi qui expertus eſt, quàm ſit difficile conſuetudinem extinguere. *Profec.*

27. Quid laborioſius aut operoſius dici, aut cogitari poteſt, ubi omnes nervos induſtriæ ſuæ animus fidelis exerceat, quàm in vitioſa conſuetudine ſuperanda? *Serm. Dom. in monte. poſt med. pag. 799. A. B. tom. 4.*

28. Hodiè libera voluntate faciunt homines conſuetudinem, quàm cùm fecerint, facilè ſuperare non poſſunt. *Lib. 2. de Actis cum Felice, cap. 8. pag. 357. A. tom. 6.*

29. Ratio & veritas conſuetudini præponenda eſt, ſed cùm conſuetudini veritas ſuffragatur, nihil oportet firmiùs retineri. *Lib. 4. de Baptiſmo contra Donat. cap. 5. pag. 279. A. tom. 7.*

30. Veritate manifeſtata, cedat conſuetudo veritati. *Ibidem, lib. 3. cap. 6. in princ. pag. 270. C.*

31. Vincere conſuetudinem, dura pugna eſt. *Super Pſalm. 30. ante finem, verſ. 9. pagina 112. littera C. tom. 8.*

32. Multi luctantur cum difficultatibus vitiorum ſuorum, & adhuc conſuetudine colligati gemunt tanquàm in clauſura & compedibus. *Sup. Pſ. 106. poſt init. pag. 860. C.*

33. Violentiæ pœnitendi, cedat conſuetudo peccandi. *Tract. 49. ſuper Evang. Ioan. de cap. 11. poſt med. pagina 248. C. tom. 9.*

34. Qui faciendo quod malum eſt, etiam mala conſuetudine ſe implicant, ut ipſa conſuetudo mali non eos ſinat videre quia malum eſt, fiunt defenſores malorum factorum ſuorum. *Ser. 44. de verbis Dom. pag. 115. A. tom. 10.*

35. Moles impoſita ſepulchro, ipſa eſt vis diræ conſuetudinis, qua premitur anima, nec reſurgere, nec reſpirare permittitur. *Ibidem.*

36. Conſuetudine maligna preſſi, tanquàm ſepulti ſunt. *Ibidem, ut ante.*

37. Ad conſuetudinem quarto quodam progreſſu pervenit anima.
- Prima, eſt quaſi titillatio delectationis in corde.
- Secunda, conſenſio.
- Tertia, factum.
- Quarta, conſuetudo. *Ibidem, &c.*

38. Sis cuſtos malæ conſuetudinis tuæ. *Serm. 28. de verbis Apoſtolis, circa medium, pagina 266. lit. D. tom. 10.*

39. Mala conſuetudo frænata reſtringitur, reſtricta langueſcit, langueſcens emoritur, & malæ conſuetudini bona ſuccedit. *Ibidem.*

40. Major conſuetudo majorem intentionem flagitat, non levis conſuetudo. *Ibidem, poſt medium, pagina 267. A.*

S. AUGUSTIN. 41. Si conſuetudine vitæ hujus acceſſit concupiſcentia, bona conſuetudine morigeretur: non eam cedendo ſatiare, ſed reſiſtendo necare. *Serm. 2. Dom. 3. poſt Epiphan. & in ord. 45. circa medium, pag. 467. B. tom. 10.*

42. Sanè durum eſt relinquere conſueta, durius aggredi inconſueta, ſed duriſſimum eſt in fornace decoqui continua. *Ser. 55. ad fratres in Eremo, ante med. pag. 995. B. tom 10.*

43. In ſpiritalia mente ſuſpenſa, atque ibi fixa & manente, conſuetudinis impetus frangitur, & paulatim repreſſus extinguitur. *Libr. 6. Muſica, cap. 11. in fine, pag. 281. A. tom. 1.*

44 Nemo conſuetudinem rationi, & veritati præponat: quia conſuetudinem ratio, & veritas ſemper excludit. *Lib. 3. de Baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 8. pag. 270. C. tom. 7.*

S. BASIL. MAG. 45. Affectus animæ inveteratus, & mali exercitium tempore corroboratum, ægrè medelam recipit, aut etiam penitùs incurabilis exiſtit, cùm in naturam plerumque conſuetudo tranſeat. *Concion. 1. ſup. Pſ. 1. ante finem, verſ. 1. pag. 66. tom. 1.*

46. Conſuetudo per longum tempus confirmata, naturæ robur accipit. *Quaeſt. 6. quæſt. diffuſè explicat. pag. 521. tom. 3.*

47. Non parvum certamen eſt, ipſam conſuetudinem ſuperare. *Ibidem ut ante.*

48. Multi antiqua conſuetudine detenti ac ſuperati, ſpurcitiem & abominationem eorum quæ fiunt, non agnoſcunt. *Et habetur apud Div. Ioannem Damaſcen. lib. 3. Parall. cap. 59. in princ. folio 129. pag. 1. littera B.*

V. BEDA. 49. Conſuetudo mala vix aut nunquàm ſuperatur. *Tom. 2. in Proverbiis ſuis. verbo Conſuetudo*, &c. *pagina 187.*

50. Voluntas cùm aliquam malam conſuetudinem vult vincere, patitur in exordio dolores, & ſuper meliorem conſuetudinem parit opus bonum, quaſi filios. *Super Geneſim. cap. 3. in fine, columna 36. tom. 4.*

S. BERNARD. 51. Conſuetudo eſt gravis quædam, & pernitioſa catena, ſolvenda utique faciliùs quàm rumpenda. *Ser. de ſeptem donis Spiritus ſancti in medio, folio 96. columna 3. littera G.*

52. Miſera nimiùm & miſerabilis humana fragilitas, quæ ſine pruritu concupiſcentiæ, aut impetu deſiderii, ſola conſuetudine ipſa ad illicita trahatur. *Ibidem, circa medium*, &c.

53. Concupiſcentia reviviſcente ſopitur ratio, ligat conſuetudo. *De 12. gradibus humilit. gradu 12. in princ. folio 304. col. 1. A.*

54. Niſi pertinaci ſtudio, & prudenti opera expugnata fuerit conſuetudo, leniri poteſt, vinci vix poteſt. *De vita ſolitaria, poſt medium, folio 320. col. 1. littera C.*

55. Cogitatio prava delectationem parit, delectatio conſenſum, conſenſus actionem, actio conſuetudinem, conſuetudo neceſſitatem, neceſſitas mortem. *De interiori domo cap. 39. in fine, folio 330. col. 3. H.*

S. BERNARDIN.

56. Conſuetudo mala,
- Primò, peccata graviora ſuggerit.
- Secundò, minuit naturalia bona.
- Tertiò, reddit promptum ad mala.
- Quartò, præcipitat in peccata.
- Quintò, peccare cogit.
- Sextò, in deſperationem inducit.
- Septimò, æternaliter damnat. *Tom. 1. ſerm. 21. feria 4. poſt Dom. 2. Quadr art. 1. pag. 120. col. 1. D.*

57. Qui ſunt in vitiis aſſueti, quantò ſunt antiquiores, tantò ſunt ſtultiores. *Tom 4. ſer. 14. Dom. 16. poſt Pent. art. 1. cap. 5. circa medium, pagina 242. columna 1. littera C.*

S. BONAVENT. 58. Sicut ea quæ ſunt à natura, difficilè vel nunquàm exui poſſunt, ſic nec ea quæ ex conſuetudine. *Sup. Sap. cap. 12. ante medium, pagina 382. columna 2. littera A. tom. 1.*

59. Facilius eſt retrahi ab ingreſſu, quàm ab arrepto itinere pravæ conſuetudinis revocari. *Lib. 3. Pharetræ, cap. 12. à medio. pagina 161. columna 1. littera E. tom. 6. part 1.*

S. CÆSARIUS ARELAT. 60. Qui conſuetudinem peccandi fecerit, etiamſi velit, jàm ſe à diaboli laqueis difficilè liberare poteſt. *Hom. 14. ante med. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 759. col. 2. G. edit. Coloniæ 1618.*

S. CLEMENS PAPA. 61. Introductâ aliâ conſuetudine, vetus conſuetudo mutatur, quia conſuetudo conſuetudine commutatur. *Lib. 2. Recognit. non longè ab initio, folio 31. pagina 2.*

S. CYPRIAN. 62. Impoſſibile eſt ut repentè ac perniciter exuatur, quod vel genuinum ſitu materiæ naturalis obduruit, vel uſurpatum diù ſenio vetuſtatis inolevit. *Epiſt. 2. ad Donatum. cap. 2. poſt init. pagina 2. tom. 1.*

63. Conſuetudo impedire non debet, quo minùs veritas prævaleat, & vincat. *Proſec.*

64. Conſuetudo ſine veritate, vetuſtas erroris eſt. *Ep. 74. ad Pompeium. cap. 4. in princ. pagina 193. col. 1. tom. 1.*

65. Quælibet conſuetudo quantumvis vetuſta, quantumvis vulgata, veritati omninò eſt poſtponenda. *Et habetur apud Gratianum in decretis, part. 1. diſt. 8. can. Si conſuetudinem, folio 7. col. 1.*

DIONYSIUS CARTHUS. 66. Sicut conſuetudo mala ac vitioſa gignitur ex actibus pravis: ſic conſuetudo virtuoſa oritur & conſervatur ex actibus bonis. *De profectu ſpirit. art. 6. in med. folio 148. pag. 1.*

S. DOROTH. 67. Non ſunt parva contemnenda; eſca enim peſſima eſt conſuetudo. *Doctr. 3. de conſcient. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 769. col. 2. E. edit. Coloniæ 1618.*

68. Nihil pejus pravis moribus cum mala conſuetudine. *Ibidem, Doctr. 12. ante medium, pagina 786. columna 1. B.*

S. EPHRÆM. 69. Gravem puta ſuffocationem, peccatorum premi conſuetudine, neque ab eorum inundatione ad mortis uſque horam emergere. *Tom. 1. de recta vivendi ratione cap. 5. pag. 40. C.*

70. Relaxationis conſuetudo, nunquàm auſteritatem admittit: ſemper ædificat & deſtruit, ſemper peccat & reſipiſcit. *Tom. 2. ſer. Parænetico à medio, pag. 332. littera D.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 71. Mali cujuſlibet paſſio impugnare me cœpit, ſi non ſtatim pœnitendo me momordit, cras tanta mihi facilitas hujus vitii veniet, & quædam ſuavitas, ut revocare me ab illo; & continere non poſſim. *Proſec.*

72. Ita enim eveniet, ut qui primo tempore emendare noluerit, incipiat in ſequenti nec velle, nec poſſe. *Hom. 3. ad Monach. poſt med. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 1. pagina 581. col. 1. B.*

73. Obſcurat atque obruit intellectum, delicti aſſiduitas. *Ibidem, ante finem, pagina 581. columna 1. littera C.*

74. Periculoſus eſt malæ conſuetudinis uſus, & irrevocabilis ad deteriora deſcenſus. *Ibidem, Homil. de initio Quadr. in fine, pag. 552. col. 1. D.*

GLOSS. INT. 75. Victa conſuetudine prava, cautiùs obtemperabis rationi, ne ad aliquam pernitioſam conſuetudinem defluat. *Sup. Geneſ, cap. 3. columna 104. D. tom. 1.*

GRATIANUS. 76. Liquidò apparet, quòd conſuetudo naturali juri poſtponitur. *In decret. part. 1. diſt. 8. can. Si in fine, folio 7. columna 2.*

77. Cùm nec ſacris canonibus, nec humanis legibus conſuetudo obviare monſtratur, inconcuſſa conſuetudo ſervanda eſt. *Ibidem, part. 1. diſt. 11. can. Conſuetudinis. §. Cùm. folio 9. columna 3.*

S. GREG. MAG. 78. Sæpè nonnulli à pravis actibus exire cupiunt, ſed quia eorumdem actuum pondere premuntur, in

malæ

malæ conſuetudinis carcere incluſi, à ſemetipſis exire non poſſunt. *Lib.* 11. *Moral.cap.*5.*in medio, col.*378. *B. tom.*1.

S. GREG. MAG. 79. Tenent illum pravæ conſuetudines, quem ſemel ceperunt, atque quotidie duriores exiſtunt, & non niſi cum ejus vita finiuntur. *Lib.* 15. *Moral.cap.*5. *in med.col.* 491. *D.num* 4.

80. Difficile eſt malè inchoata corrigere, & ſemel formata deformiter, in melius reformare. *Lib.*32.*Moral. cap.* 11. *ante medium, columna* 1109. *littera D. tom.*1.

81. Uſitata culpa obligat mentem, ut nequaquàm ſurgere poſſit ad rectitudinem: conatur, & labitur, quia ubi ſponte perſtitit, ibi & cùm noluerit coacta cadit. *Homil.* 31.*ſuper Evang. poſt medium, columna* 1. 459. *D. tom.*2.

82. Reprobi recta quidem deliberando appetunt, ſed ad conſueta ſemper mala recurrunt. *Lib.* 7. *Moral. cap.* 12. *ante medium, num.* 14. *columna* 225.*B. tom.*1.

83. Cùm culpa in uſum venerit, ei jàm animus (etiamſi appetat, debiliùs reſiſtit. *Lib.* 4. *Moral.cap.* 25. *circa med. num.* 28. *columna* 117. *littera A. tom.*1. *Profec.*

84. Quia quot vicibus pravæ frequentationis aſtringitur, quaſi tot vinculis ad mentem ligatur. *Ibid.*

85. Valdè difficile eſt, ut is quem poſt uſum malæ conſuetudinis etiam ad ultimum adulantium linguæ excipiunt, à mentis ſuæ morte revocetur. *Ibidem, ut ante, num.* 29.

86. Si parvæ rei aditus antequàm diù pateſcat non clauditur, uſu fit latior, & erit conſuetudine licitum, quod ratione conſtat eſſe prohibitum. *Lib.*7.*in regiſtr. ind.*2.*cap.*119.*Ep.*119.*ad Syagrium Epiſc. Auguſtodunenſ. poſt med.columna* 995. *D. tom.* 2.

87. Difficilè ſurgit, quem moles malæ conſuetudinis premit. *Et habet. in Gloſſa ord. ſuper Ioan.cap.*11.*col.* 1206. *D. tom.* 5.

S. GREG. NAZ. 88. Conſuetudo tempore corroborata, pro lege habetur. *Lib.* 2. *de Theologia ante med. pagina* 241.

S. HIERONYM. 89. Ægrè reprehendis, quod ſinis conſueſcere. *Tom.* 1.*Ep.*7.*ad Lætam ante med. pagina* 56.*D.*

90. Conſuetudo eſt, quæ aut vitia, aut virtutes alit, quæque in his plurimùm valet, cum quibus ab ineunte ætate ſimul creverit. *Tom.* 4.*Ep.* 1. *ad Demetriadem, ante med.pagina* 18. *C.*

91. In cunctis ferè rebus, citiùs aſſueſcitur omne quod tenerum eſt. *Ibidem.*

92. Exercenda boni conſuetudo, & jugi meditatione confirmanda eſt. *Ibidem*

S. HILARIUS. 93. Difficile eſt ab uſitatis deſinere, difficile eſt à conſuetudinibus abſtrahi: magnum in ſe conſuetudo habet vinculum. *Super Pſalm.* 118. *in illud, In quo corrigit adoleſcentior, &c. paulò poſt init. folio* 52.*col.*2.

HUGO A S. VICTORE. 94. Eſt dulcedo in conſuetudine: dulcedine decipimur, conſuetudine ligamur. *Libr.*2.*de Clauſtro animæ, cap.*15.*poſt init. pagina* 46. *E. tom.* 2.

HUGO CARD. 95. Peccata ex peccati conſuetudine, quaſi in naturam convertuntur. *Super Hierem. cap.* 13. *folio* 215. *columna* 4. *tom.* 4.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 96. Grave eſt capi laqueis diaboli: anima enim poſteà in retibus comprehenſa, quaſi ſus in luti volutabro oblectatur, & in mala conſuetudine obruta non ſentit quidem peccatorum fœtorem. *Homil.* 22. *ſuper Gen. poſt medium, col.* 163. *B. tom.* 1.

97. Nuſquàm conſuetudinem inquiramus; ſed ubique quod utile: & ſi quid eſt bonum, etiamſi non ſit conſuetudo, fiat à nobis: & ſi pernitioſum eſt, etiamſi conſuetudo ſit, fugiamus. *Ibid.Hom.* 56.*non longè à med. col.* 441.*littera C.*

98. Conſuetudo malitiæ proceſſu temporis invaleſcens, tantùm facit malum, ut poſteà non poſſit aliqua vinci admonitione. *Ibid. Hom.* 59. *circa fin.col.*466.*C.*

99. Conſuetudo bona ſemel recepta, & ab omnibus ſervata, in longum tempus tranſit, & nullum tempus extirpare eam valet. *Hom.*11.*ſuper Acta Apoſt. poſt med. Moral. col.* 523. *D. tom.* 3.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 100. In humana ſocietate, nihil conſuetudine, firmius, nihil conſtantius. *Hom.*7.*ſuper* 1. *ad Cor. poſt init. Moralis. col.*376.*D.tom.* 4.

101. Nihil adeò animos perturbat (etiamſi utilitas ſecutura expectetur) quàm aliquid innovare, & à conſuetudine alienum facere. *Ibidem.*

102. Quidam ſcriptorum, ſecundam naturam conſuetudinem appellarunt, quæ cùm in dogmatibus eſt, longè firmior efficitur. *Ibidem, ante medium, col.* 378. *littera A.*

103. Peccatorum conſuetudo, lapſum in pejus trahit. *Hom.* 23. *ad populum Antiochenum, col.* 197 *lit. A. tom.* 5.

104. Dura res conſuetudo, & quæ facilè mutari non poteſt, & quæ nonnonquàm invitos trahit, & nolentes committere cogit illicita. *Tom.* 5. *Hom. ad Baptizandos ante finem, col.* 735. *D.*

105. Multùm conſuetudo prævalet, & jura didicit immutare naturæ. *Ibidem, ſub finem, columna* 736. *littera A.*

106. Dura ac penitus acuta, & violenta res conſuetudo eſt. *Tom.* 5. *lib.*3. *adverſus vituperatores vitæ Monaſticæ, ante med. col.* 1292. *C.*

S. JOANNES DAMASC. 107. Nullo modo permitte, ut improba conſuetudo tibi dominetur: verùm donec recens eſt, pravam radicem è pectore tuo evelle; ne alioqui cùm pullularit, ac radices ſuas altè infixerit, poſteà non niſi longo tempore, ac magno cum labore extirpari poſſit. *De Barlaam & Ioſaphat.cap.*19. *ante finem, folio* 532. *pagina* 1. *littera B.*

JOAN. GARS. 108. Perſpicuum eſt nihil malâ conſuetudine oneroſius, amarius atque deterius: & bonâ conſuetudine nihil facilius, ſuavius diviniuſque. *De parvulis ad Chriſtum trahendis. Conſider.*1. *poſt init. part.* 2.

S. ISID. HISP. 109. Difficile eſt pravam conſuetudinem vincere, pravus uſus vix aboletur: aſſidua conſuetudo in naturam vertitur, aſſiduo uſu innaturatur vitium. *Profec.*

110. Animus ſceleribus conſuetudine adſtrictus, divelli ab eis vix poteſt, nulloque ſpatio temporis vix exſoleſcere queunt. *Lib.* 1. *de Synonimis, in med. pag.* 309. *col.*2.

111. Infelix ego! nunc peccati uſu adſtrictus detineor, mala conſuetudo me ſibi graviter implicavit, uſus peccandi neceſſitatis vinculis me adſtrinxit. *Prof.*

112. A delicto diſcedere volo, & non valeo; quæro à lapſu reſurgere, & non valeo uſui repugnare: trahor boni amore, retrahor malæ conſuetudinis lege.

113. Longa conſuetudo in me, vim ſibi & legem fecit: longus peccandi uſus me ſuperatum obtinuit, peccata mea conſuetudine duruerunt.

114. Volo agere bonum, ſed deſideria conſueta non ſinunt: conſuetudine peccandi quando neſcio, ſic delinquo peccati uſum, & quando non opto, incurro.

115. Repugnante carnali conſuetudine, implere bona non valeo: pravo uſui contraire nitor, ſed carnis deſiderio aggravor.

116. Ad juſtitiam me amor erigit, ſed ad peccatum conſuetudo conſtringit. *Lib.* 1. *de Synonimis, in medio, pagina* 309. *col.* 2.

117. Sæpè natura moribus immutatur, ſæpè natura conſuetudine ſuperatur. *Profec.*

118. Aſſiduitas enim mores facit, jugis uſus in naturam ſe vertit. *Ibidem, lib.*2.*cap.* 12. *in fine, pagina* 319. *columna* 1.

119. Uſus difficilè vincitur, conſuetudo vix ſuperatur, quod inoleverit non facilè tollitur. *Ibidem, cap.*12. *in princ. pag.* 319. *col.* 1.

120. Multa ſunt conſuetudine vitiata, multa pravo uſu præſumpta: adime conſuetudinem, ſerva legem. *Profec.*

121. Cedat conſuetudo authoritati, pravum uſum lex & ratio vincat. *Ibidem, cap.* 16. *circa med. pagina* 314. *columna* 2.

S. ISIDORUS HISPALENS.

122. Per aſſiduitatem citò peccat homo: ſæpè quoa voluptas non potuit, aſſiduitas ſuperavit. *Ibidem, cap.* 4. *ante fin. pag.* 314. *col.* 2.

123. Peccatum admittere, cadere eſt in puteum: conſuetudinem verò peccandi facere, os putei eſt coanguſtare, ne is qui cecidit valeat exire. *Profec.*

124. Nequiſſimum eſt peccare, pejus peccandi conſuetudinem facere: ab illo facilè, ab hoc cum magno labore reſurgitur, dùm malæ conſuetudini repugnatur. *Libr.* 2. *de ſummo bono, cap.* 23. *ſent.* 4. *pag.* 647. *columna* 2.

125. Uſu peccandi, quaſi quadam lege homo tenetur adſtrictus, ut etiam quando non vult, peccatum admittat. *Ibidem.*

126. Multùm veri amor agit in homine, ſed reſultat caro malæ conſuetudinis lege. *Ibidem, cap.* 23. *ſent.* 8. *pag.* 648. *col.* 1.

S. JUSTINUS MART.

127. Conſuetudo cum re nulla, quæ mundum attingit, habenda eſt, ſed cum eo quod ad virtutem nos perficit. *Ep. ad Zenam, poſt init. apud Bibl. Patr. tom.* 2. *pag.* 69. *col.* 2. *littera G.*

S. LAURENT. JUSTIN.

128. Gratia indigent non mediocri, qui inveteratos cupiunt, & volunt abolere mores. *Part.* 1. *de caſta connubia cap.* 7. *poſt med. pag.* 154. *col.* 1. *littera B.*

129. Obtuti peſſima conſuetudine, tanquàm quodam arenæ aggere, niſi grandi ac terribili voce excitentur, è monumento reſurgere nequeunt. *Ibidem.*

NICOLAUS PAPA.

130. Mala conſuetudo non minùs, quàm pernitioſa, corruptela abjicienda & vitanda eſt: quæ niſi citiùs radicitùs evellatur, in privilegiorum jus ab impiis aſſumitur. *Et habet apud Gratian. in decret. part.* 1. *diſt.* 8. *can. Mala. folia* 6. *col.* 4.

S. NILUS.

131. Si conſuetudine aliqua mala detentus fueris, paulatim eam reſcinde, & ſine ullo negotio ab anima ſpinam eradicabis. *Pareneſi* 116. *apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *edit. Coloniæ* 1618.

132. Conſuetudo eos, qui volunt omninò recedere, ad ſe retrahit. *Prafec.*

133. Aſſidui enim ad ea, à quibus diſceſſimus, ab inſtituto curſu non retrahunt, & progredi non ſinunt, ſed ad priſtina mala non redire compellunt. *Ibidem, in lib. Aſcetico, poſt med. pag.* 946. *col.* 2. *H.*

134. Magna eſt conſuetudinis vis; ad ſe nos trahit, nec ad inſtituta virtutis ſtudia reverti permittit. *Ibidem.*

135. Ex conſuetudine habitus, ex habitu natura proficiſcitur: naturam porrò mutare difficillimum eſt. *Prafec.*

136. Licèt enim vi pauliſper inclinetur, celeriter tamen ad ſeipſam recurrit.

137. Movetur illa quidem à propriis terminia, ſed nunquàm planè transfertur, niſi magnus & aſſiduus labor contrarium habitum introducat. *Ibidem,* &c.

PHILO JUD.

138. Inveterata conſuetudo plerumque tantùm poteſt, quantùm natura, ita ut graviſſima quæque reddat toleratu facilia, omni terrore ſemoto. *De Abraham, poſt med. pag.* 520.

THALASSIUS.

139. Malitia inveterata, longa opus habet exercitatione: ſole clarior enim conſuetudo haud citò immutatur. *Hecatontade* 1. *ſent.* 7. *apud Bibl. Patr. tom.* 7. *pag.* 724 *col.* 1. *C.*

S. THEOPHILUS PATRIARCHA.

140. Conſuetudo peccandi, peccatores facit horribilea. *Libr.* 2. *ſuper Evang. in fine, apud Bibl. Patr. tom.* 2. *pag.* 153 *col.* 1. *C.*

THOMAS À KEMPIS.

141. Grave eſt aſſueta dimittere, ſed graviùs contra propriam voluntatem ire: ſed ſi non vincis parva & levia, quando ſuperabis difficiliora? *Prof.*

142. Reſiſte in principio inclinationi tuæ, & malam dediſces conſuetudinem, ne fortè paulatim ad majorem te ducat difficultatem. *Lib.* 1. *de Imit. Chriſti, cap.* 11. *ſect.* 6. *pag.* 329. *tom.* 2.

143. Certa viriliter: conſuetudo conſuetudine vincitur *Ibidem.*

IN VIT. PATR.

145. Mores in animo vehementer corroborati, ægrè expungit, atque oblitterari poſſunt. *In vita Barlaam & Joſaphat. cap.* 23. *ſtatim ab initio. pagina* 322. *columna* 1.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES.

144. Faciliua ſanari poſſunt qui ex conſuetudine, quàm qui ex natura incontinentiam contraxerunt. *Praſecuta.*

146. Facilius eſt enim conſuetudinem mutare, quàm naturam, etſi naturæ ſimilis eſt conſuetudo. *Lib.* 7. *de Moribus, cap.* 10. *in fine, folio* 80. *pag.* 2. *edit. Pariſ.* 1565.

147. Conſuetudo eſt altera natura. 7. *Ethic. apud Bedam. tom.* 2.

148. Difficile eſt reſiſtere conſuetudini, quia aſſimilatur naturæ, faciliùs tamen eſt tranſmutare conſuetudinem. *Ibidem.*

CICERO.

149. O conſuetudo peccandi! quantam habes jucunditatem in improbis & audacibus, cùm pœna abeſt, & licentia conſecuta eſt. *Orat.* 8. *in Verrem. lib.* 3. *Act.* 4. *poſt medium, num.* 176. *columna* 207. *G. tom.* 2.

150. Ita ſerpit illud inſitum in natura malum conſuetudine peccandi libera, ut finem ſtatuere homo ſibi vix poſſit. *Ibidem, poſt medium, num.* 177. *col.* 208. *lit. B.*

151. Conſuetudinis magna vis eſt. *Lib.* 2. *Tuſcul. quæſt. poſt med num.* 40. *col.* 201. *C. tom* 4.

152. Conſuetudo laborum, perpeſſionem dolorum efficit faciliorem. *Prof.*

153. Nam ferre laborem, contemnere vulnus, conſuetudo docet. *Ibidem, circa med. num.* 40. *col.* 200. *lit. B. E.*

154. Nunquàm naturam mos vincit, eſt enim ea ſemper invicta. *Ibidem, lib.* 5. *poſt med. columna* 262. *littera E.*

PLINIUS II.

155. Aſſiduitate nimiâ facilitas magis, quàm facultas paratur. *Libr.* 6. *Ep.* 29. *ad Quadratum circa med. pag.* 178.

SENECA.

156. Nihil tàm miſerum eſt, quàm quod in naturam conſuetudo perduxit. *Lib. de divina provid. cap.* 4. *ſub fin. pag.* 386. *tom.* 1.

157. Facit conſuetudinem peccandi, multitudo peccantium. *Lib.* 1. *de clementia ad Neronem, cap.* 21. *circa med.* 480. *tom.* 1.

158. Conſuetudo rebus affert conſtantiam. *De Tranquillit. cap.* 1. *poſt init. pag.* 518. *tom.* 1.

169. Voluptatibus ſe immergunt, quibus in conſuetudinem adductis carere non poſſunt. *Ep.* 39. *ſub fin. pag.* 592. *tom.* 2.

160. Deſinit eſſe remedio locus, ubi quæ fuerant vitia, mores ſunt. *Ibidem in fine, pag.* 592.

161. Inter cauſas malorum noſtrorum eſt, quòd nec ratione componimur, ſed conſuetudine abducimur. *Ep.* 123. *ante med. pag.* 885. *tom.* 2.

162. Bona conſuetudo excutere debet, quod mala inſtruxit. *De Moribus in principio, pagina* 676. *edit. Baſilea.*

163. Omnia conſuetudine vim ſuam perdunt. *Lib.* 4. *natural. quæſt. cap.* 13 *in fine.*

164. Primùm facilius eſt excludere pernitioſa quàm regere, & non admittere, quàm admiſſa moderari. *Profec.*

165. Nam cùm ſe in poſſeſſione poſuerunt, potentiora rectore ſunt, nec recidi ſe, minuive patiuntur. *Lib.* 1. *de Ira, cap.* 7. *ante med. tom.* 1.

166. Graviſſimum eſt imperium conſuetudinis. *In Proverb. pag.* 685. *col.* 2. *G. editionis Baſilea.*

Vide etiam tit. Compunctio. ſent. 25. *Cura. ſent.* 46. *Juramentum ſent.* 62. *Labor. ſent.* 22. *Laſcivia. ſent.* 22. *Licentia. ſent.* 37. *Mores. Peccatum. ſent* 1. 10. 33. 199. 217. 241. *Recidivatio. ſent.* 54. *Uſus per totum.*

Contemplatio.

DEFINITIO, DIVISIO. DIFFERENTIA.

DEFINITIO.

S. ALBERT. MAG. CONTEMPLATIO vera & perfecta, eſt collectio affectionum, & omnium virium animæ, ad cognoſcendum cum delectatione, & admiratioue mentis aliquid de natura divina. *De Paradiſo animæ. part. 1. de virtut. cap. 33. in princip. pag. 231.*

S. ANTONIN. Contemplatio eſt elevatio mentis per conſiderationes, quibus quaſi volat, dùm ſupra ſe tendit. *Part. 4. titul. 10. cap. 5. §. 3. in principio, folio 152. columna 3.*

S. AUGUSTIN. Contemplatio eſt perſpicuæ veritatis jucunda admiratio. *De ſpiritu & anima, cap. 38. in fine, pag. 626. C. tom. 3.*

Contemplatio eſt actionum omnium finis, atque æterna perfectio gaudiorum. *Lib. 1. de Trin. cap. 8. ante medium. pag 176. C. tom. 3.*

S. AUGUSTIN. & S. BERNARD. Contemplatio eſt mentis in Deum ſuſpenſa quædam elevatio, æternæ dulcedinis gaudia deguſtans. *De ſcala Paradiſi, cap. 1. in fine, pag. 559. A. to. 9. Et S. Bernard. In ſcala clauſtrali, folio 338. col. 2.*

S. BERNARD. Poteſt contemplatio definiri, verus certuſque intuitus animi de quacunque re, ſive apprehenſio veri non dubia. *Libr. 2. de Conſider. ante med. folio 276. col. 3. G.*

S. BONAVENT. & JOAN GERS. Contemplatio eſt perſpicax, & liber animi intuitus in res perſpiciendas uſquequaque diffuſus. *Part. 3. in Centiloquii ſect. 46. in medio, pagina 90. columna 1. B. tom 6. part. 1. & Ioan. Gerſ. part. 3. de Medit. Conſid. 12. in princ. folio 356. col. 2. O.*

S. GREG MAG. Contemplatio eſt virtus, per quam non ſolùm ipſa ſcriptura condita recognoſcitur; ſed per quam nondum condita conderetur, & per quam condita ad Dei voluntatem quotidiè diſponatur. *Lib. 3. Moral. cap. 5. ante finem. col. 3386. C. tom. 1.*

HUGO A S. VICTORE. Contemplatio ſupernorum, eſt per ſublevatæ mentis jubilum,, mors carnalium affectuum. *De fructibus carnis & ſpiritus. cap. 17. poſt initium, pag. 162. F. tom. 2.*

HUGO CARD. Contemplatio eſt libera mentis perſpicacia in ſapientiæ ſpectaculo cum admiratione ſuſpenſa. *Sup. Ep. ad Galat. cap. 3. folio 153. columna 2. tom. 7.*

S. LAUR. JUST. Contemplativa vita, eſt charitatem Dei tota mente tenere, & ab exteriori actione quieſcere, ſoli Conditori deſiderio inhærere, & calcatis curis omnibus, ad intuendam Creatoris faciem animo inardeſcere. *Part. 1. de ligno vitæ. tract. 13 de Oratione, cap. 8. circa initium, pagina 75. columna 1. littera E.*

S. PROSPER. Contemplatio nihil aliud eſt, quàm rerum latentium, futurarumque notitia. *Proſec.*

Sive vacatio ab omnibus occupationibus mundi; ſive divinarum ſtudium litterarum.

Sive (quod his probatur eſſe perfectius) eſt ipſa viſiō Dei. *Lib. 1. de vita contempl. cap. 13. in princ. apud Bibl Patr. tom. 5. part. 3. pagina 56 col. 1. A. edit. Colon. 1618.*

S. THOMAS AQUINAS. Contemplativi dicuntur, non qui contemplantur, ſed qui contemplationi totam vitam ſuam deputant. 2. 2. *quæſt. 81. art. 1. ad 5. pagina 148. columna 1.*

DIVISIO.

Quatuor ſunt ſpecies contemplationis.
- Prima & maxima contemplatio, eſt admiratio majeſtatis.
- Secunda, eſt intuens judicia Dei.
- Tertia occupatur vel potiùs otiatur circa memoriam beneficiorum Dei.
- Quarta in ſola requieſcit expectatione promiſſorum. *Lib. 5. de Conſider. ſub finem, folio 285. col. 1. C.*

HUGO CARD. Contemplationis partes ſunt quatuor. ſcilicet
- Conſideratio æternorum cum deſiderio.
- Gaudium in Spiritu ſancto.
- Scripturæ meditatio.
- Mentalis oratio. *Super 1. Regum, cap. 1. Moraliter. folio 220. columna 2. tom. 1.*

DIFFERENTIA.

RICH. A SANCTO VICT. Aliud eſt contemplatio, aliud eſt meditatio. Meditationis eſt perſcrutari occulta: contemplationis, admirari perſpicua: per meditationem ad bonum inſtruimur, per contemplationem in bono ſolidamur. *Part. tract. 2. cap. 15. pagina 24. col. 1.*

CONDITIONES CONTEMPLATORIS.

S. PROSPER. 1. Vitæ contemplativæ ſectator, ad Conditorem ſuum corde illuminandus accedat, ipſi contemplando, atque inſatiabiliter perfruendo vigilanter inſerviat. *Proſecutio.*

2. Ipſum jugiter concupiſcat, præ amore ejus omnia (quibus indè poteſt averti) fugiat.

3. Omnes cogitationes ſuas, ac totam ſpem ex illius delectatione ſuſpendat.

4. Litterarum divinarum ſacris meditationibus vacet, in his ſe divinitùs illuminatus oblectet.

5. Ibi ſe totum velut in ſpeculo quodam refulgente conſideret.

6. Quod in ſe pravum deprehenderit, corrigat: quod rectum eſt, teneat, quod deforme, componat: quod pulchrum, excolat: quod ſanum, ſervet; quod infirmum, aſſidua lectione corroboret.

7. Domini ſui præcepta infatigabiliter legat, implebiliter diligat, efficaciter impleat: & quid ſibi cavendum, quidve ſectandum ſit, ex eis ſufficienter inſtructus, agnoſcat.

8. A ſtrepitu negotiorum ſecularium remotiſſimus, ea ferventer excogitet, quibus animum ſuum in deſiderium futuræ remunerationis inflammet.

9. Studiis ſpiritualibus, quibus in dies ſingulos melior ac melior fiat, invigilet.

10. Amet otium ſanctum, in quo exerceat animæ ſuæ negotium.

11. Mortuum ſibi deputet mundum, ac ſe mundi blandimentis, illecebriſque exhibeat crucifixum.

12. Delectationi ſpectaculorum præſentium incomparabiliter anteponat ſui Creatoris intuitum.

13. Semper ſe proficientem ſucceſſu in faſtigium divinæ contemplationis attollat.

14 Nunquam, ne ad momentum quidem, à promiſſionibus futuris conſiderandis averſus, ad terrena reſpiciat.

15 Eò aciem mentis indeſinenter intendat, quò pervenire deſiderat.

16. Beatitudinem vitæ futuræ ante oculos animi ſui proponat & dirigat.

17. Non metuat aliquid temporale, nec cupiat; ne aut metus amittendæ rei temporalis, aut cupiditas acquirendæ, intentionem mentis ejus emolliat.

18. Non eum blanda corrumpant, nec adverſa concutiant.

19. Non eum inflet opinio ſecunda, nec ſiniſtra dejiciat.

20. Nec falſa vituperatio, ſive laudatio augeat ejus gaudia, aut minuat.

21. Non gaudeat de temporalibus omninò, nec lugeat.

22. Inter læta invictus ac triſtia unam faciem animo conſtanti obtineat.

23. Nec pectori ejus ſtabilem firmitatem (quidquid promittit mundus, aut minatur) excutiat.

24. Sed idem ſemper ac ſibi ſimilis perſeverans, mundi hujus damna, ſimul ac lucra non ſentiat.

S. PROSPER. Et cùm hæc, atque his ſimilia contemplativæ vitæ deſiderio affectus impleverit, non ſe hìc jàm omni parte perfectum, ſed perficiendum in illa beata vita (quæ futura eſt) immobiliter credat. *Lib. 1. de vita Contemplat. cap. 8. per totum, apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 54. col. 2. lit. F. G. H. edit. Coloniæ* 1618.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANTONIUS DE PADUA. 1. Mens contemplativa, ſi multis & variis cogitationibus dilatatur, in contemplationis volatu præpeditur. *Profec.*

2. Sed ſi ordinata, & in unum collecta cœperit volare, ipſius contemplationis gaudio perfructur. *Serm. in Septuag. ante fin. folio 49. pagina 2.*

S. AUGUSTIN. 3. Contemplatio non eſt in arbitrio contemplantis, ſed in diſpoſitione Creatoris, qui cui vult, quando vult, & quomodo vult, dulcedinem contemplationis infundit. *Serm. Dom. 15. poſt Trinit. poſt med. folio 275. cap. 17. poſt init. pag. 196. C. pagina 2.*

4. Contemplatio illa eſt ſpecies, quæ rapit omnem animam rationalem deſiderio ſui, tantò ardentiorem, quantò mundiorem, & tantò mundiorem, quantò ad ſpiritalia reſurgentem: tantò autem ad ſpiritalia reſurgentem, quantò à carnalibus morientem. *Lib. 2. de Trin. tom. 3.*

5. Hæc eſt vita cordis noſtri, cùm Deum ſuum contemplatur, & ipſa ſua contemplatione ſuaviter reficitur. *Prof.*

6. Nihil enim ad beatam vitam præſtantius videtur, quàm velut clauſis ſenſibus extra carnem mundique affectum quempiam intra ſemetipſum converti, alienumque effectum à mortalium cupiditatibus, ſibi ſoli & Deo loqui. *De ſpiritu & anima. cap. 14. in fine, pagina 612. C. tom. 3.*

7. Illa contemplatio ſummam quietem habet, quæ in æterno Dei regno tribuitur. *Lib. 2. quæſt. Evang. quæſt. 39 in med pag. 250 D. tom. 4.*

8. Multæ ſunt contemplationes, quibus anima devota mirabiliter paſcitur, ſed in nulla earum ita delectatur & requieſcit anima, ſicut in Deum, & quando Deum ſolum cogitat & contemplatur. *De Medit. cap. 37. ante fin. pag. 500. C. tom. 9.*

9. Lectio inquirit, meditatio invenit, oratio poſtulat, contemplatio deguſtat. *Profec.*

10. Lectio quaſi ſolidum cibum ori apponit, meditatio maſticat, & frangit, oratio ſaporem acquirit, contemplatio eſt ipſa dulcedo, quæ jucundat & reficit.

11. Lectio in cortice, meditatio in adipe, oratio in deſiderii poſtulatione, contemplatio in adeptæ dulcedinis delectatione. *Lib. de ſcala Paradiſ. cap. 2. in princ. pag. 559. A. tom. 9.*

12. In contemplatione ita conſumuntur, & abſorbentur carnales motus ab animæ, ut in nullo caro ſpiritui contradicat, & fiat homo quaſi totus ſpiritalis. *Ibid. cap. 5. in fine pag. 560. D.*

13. Oratio cum devotione contemplationis, eſt acquiſita: contemplationis adeptio ſine oratione, aut rara, aut miraculoſa. *Ibidem, cap. 11. in princ. pagina 562. littera D.*

14. Mundatus oculus, ſimplexque redditus, aptus & idoneus erit ad contemplationem. *Lib 2. de ſer. Dom. in monte. poſt med. pag. 829. B. tom. 4.*

15. Tanta in contemplanda veritate voluptas eſt, quantacunque ex parte eam quiſque contemplari poteſt: tanta puritas, tanta ſinceritas, tàm indubitata rerum fides, ut anima toti tota inhærere veritati deſideret. *De quantitate animæ, cap. 33. in fine, pagina 432. litt. C. tom. 1.*

16. Contemplatio merces eſt fidei, cui mercedi per fidem corda mundantur. *Lib. 1. de Trin. cap. 8. poſt med. pag. 176. D. tom. 3.*

17. Senſus interior reficitur in contemplatione divinitatis; ſenſus exterior in contemplatione humanitatis. *De ſpirit. & anima, cap. 9. in medio. pag. 607. A. tom 3.*

S. AUGUSTIN. 18. Mens illa quæ ima deſerit, ſumma petit, & de ſummis rupibus contemplatur ſolem juſtitiæ aquilinis obtutibus. *Profec.*

19. Nihil tàm pulchrum atque jucundum, quàm ipſum ſolum mentis intuitu, & cordis aviditate contemplari Deum. *In lib. Medit. cap. 27. ſub finem. pag. 490. C. tom 5.*

20. Mens ineffabili Dei illecta dulcedine, quodammodo ſeſe ſibi furatur, imò rapitur, atque labitur à ſeipſa, ut Deo fruatur ad jucunditatem. *In Manuali, cap. 20. prope finem, pagina 549. littera A. tom. 9.*

21. Aliquando intromittis me Domine in affectum multum inuſitatum introrsùs ad neſcio quam dulcedinem, ſed recido in hæc ærumnoſis ponderibus. *Libr. 11. Confeſſ. cap. 40. in fine, pagina 432. lit. D. tom. 1.*

22. In ſpiritalia mente ſuſpenſa, atque ibi fixa & manente, conſuetudinis impetus frangitur, & paulatim repreſſus extinguitur. *Lib. 6. Muſica, cap 11. in fine, pag. 281. A. tom. 1.*

23. Nondùm habet ad æterna contemplanda idoneam mentis aciem, qui viſibilibus tantùm, id eſt, temporalibus credit. *De vera Relig. cap. 54. in fine, pag. 517. A. tom. 1.*

S. BASIL. MAG. 24. Si ſpiritualis es, & alteriora ſapis, aſcende cogitatione ad pulchritudines Angelorum, contemplare in ipſis juſtitiæ fructus. *De Paradiſo, in fine. pagina 305. tom. 2.*

S. BERNAR. 25. Qui mentem pacificam & ſerenam habent, de ſupernis dulciùs ſapiunt & ſubtiliùs vident. *Ser. de donis Spiritus ſancti cap. 7. circa med.*

26. Duo ſunt beatæ contemplationis exceſſus: in intellectu unus, & alter in affectu, unus in lumine, alter in fervore: unus in agnitione, alter in devotione. *Serm. 49. ſuper Cantica, ante medium, folio 173. col. 4. lit. K.*

27. Non eſt in hac vita copia contemplandi, nec diuturnitas otii, ubi officii & operis cognitior urget, inſtantiorque utilitas. *Ibidem, ſerm. 58. in principio, folio 180. columna 2. D.*

28 Contemplatio {
Fugat vitia.
Fundat virtutes.
Initiat ad ſapientiam.
Servat humilitatem. *Lib. 5. de Conſid. in fine folio 285. columna 1. C.*

29. Viſcus contemplationis eſt amor poſſeſſionis, affectus cognationis, cupiditas honoris, & carnis voluptas: quibus anima inviſcatur & irretitur, ne pennis contemplationis per plateas ſupernæ Sion volare poſſit. *In libro Medit. cap. 14. paulo ante med. fol. 325. col. 2. littera D.*

30. Nihil in hac vita dulciùs ſentitur, nihil avidiùs ſumitur, nil ita mentem ab amore mundi ſeparat, nil ſic animam contra tentationes roborat, nil hominem ita excitat, & adjuvat ad omnem laborem, quàm gratia contemplationis. *Ibidem, cap. 7. in fine. folio 324. col. 2. littera E.*

31. Qui contemplationi vult vacare, neceſſe eſt ut diſcat requieſcere non ſolùm ab operibus malis, ſed etiam à cogitationibus ſupervacuis. *De Interiori domo. cap. 70. ante medium, folio 334. columna 1. littera C.*

32. Veritatis contemplatio in hac vita inchoatur, ſed in futura jugi perpetuitate celebratur. *Profecitio.*

33. Per veritatis contemplationem eruditur homo ad juſtitiam, conſummatur ad gloriam. *Ibidem, cap. 70. ante med. folio 334. col. 1. B.*

34. Gratia contemplationis cor ab omni mundano amore non ſolum emundat, ſed ſanctificat, & animum ad cœleſtium amorem inflammat. *Ibidem.*

S. BERNARD. 35. Qui divina inſpiratione ad contemplationis gratiam promovetur, quaſdam arrhas futuræ illius plenitudinis accipit., ubi ſempiternæ contemplationi perpetuò inhærebit. *Ibidem, circa medium fol.* 334. *columna* 1. *lit. C.*

36. Contemplationem ſola unctio Spiritus docet: plus valet hic jubilus cordis, quàm ſtrepitus oris: motus gaudiorum, quàm ſonus labiorum, conſonantia voluntatum magis quàm vocum. *Serm.* 1. *ſup. Salve Regina. circa med. fol.* 363. *col.* 3. *H.*

37. Contemplatio eſt cibus in hac vita, potus in futura, ebrietas in ultimo. *In ſententiis, Verbo contemplatio. fol.* 133. *col.* 1. *A.*

38. Contemplativi ælii aſcendunt & corruunt, alii rapiuntur & deſcendunt. *Ibid. Verbo contemplativi. fol.* 133. *columna* 1. *lit. A.*

39. Sicut mea non tibi Domine perfectè placent oblata, niſi mecum: ſic bonorum tuorum contemplatio reficit me quidem dulciter, ſed non ſatiat perfectè, niſi tecum. *Volum.* 2. *de Amore Dei cap.* 1. *in fine fol.* 50. *col.* 3. *lit. I*

40. Domiens in contemplatione, Deum ſomniat. *Serm.* 18. *ſuper Cantica, ante finem fol.* 147. *columna* 2. *littera F.*

BOETIUS. 41. Humanas animas liberiores eſſe neceſſe eſt, cùm ſe in mentis divinæ ſpeculatione conſervant: minùs verò cùm dilabuntur ad corpora, minúſque etiam cùm terrenis artubus colligantur. *Proſec.*

42. Nam ubi oculos à ſummæ luce veritatis ad inferiora & tenbroſa dejecerint, mox inſcitiæ nube caligant, & pernitioſis turbantur affectibus. *Lib.* 5. *de Conſolat. Philoſophiæ. Proſa* 2. *in medio. pag.* 214.

43. In Dei ſummæ intelligentiæ cacumen ſi poſſumus, per contemplationem erigamur: illic enim ratio videbit, quod in ſe non poteſt intueri. *Ibidem lib.* 5. *Proſa.* 5. *in fine pag.* 237.

S. BONAVENT. 44. Mentis exceſſus tribus modis fit: fit mentis dilatatione, mentis ſublevatione, & mentis alienatione. *Sup. Pſal.* 115. *ante medium pagina* 144. *columna* 2. *C. tom.* 1.

45. Septem ſunt gradus contemplationis ſecundùm fratrem Ægidium.
- Primus, eſt ignis.
- Secundus, unctio.
- Tertius, extaſis.
- Quartus, contemplatio.
- Quintus, guſtus.
- Sextus, requies.
- Septimus, gloria. *Sup. Luc. cap.* 9. *poſt initium, pagina* 114. *columna* 1. *littera D. tom.* 2.

46. Vita contemplativa eſt
- Plena diſcretione
- Plena devotione.
- Plena charitate.
- Plena ſecuritate,
- Plena traquillitate.
- Plena ſuavitate.
- Plena agilitate. *Ibidem ut ante, &c. col.* 2. *lit. E.*

47. Ad contemplationem gradus
- Anima ignitur.
- Ignita ungitur.
- Uncta rapitur.
- Rapta ſpeculatur, vel contemplatur.
- Contemplans guſtat.
- Guſtans quieſcit. *De* 7. *gradibus contemplationis in princ. pag.* 96. *col.* 2. *lit. D. tom.* 7. *part.* 3.

48. Si cæleſtia contemplaris, quomodò jàm non in cœlis commoraris, qui cæleſtibus ſpiritibus in vita aſſimilaris? *In Soliloq. cap.* 12. *circa med. pag.* 115. *col.* 1. *E. tom.* 7. *part.* 3.

49. O Domine Deus ſi tàm nobilis eſt odor, quàm dulcis eſt tuæ dulcedinis ſapor? *Proſec.*

50. Si tantæ virtutis eſt modica deguſtatio, quantùm jucunditatis habet felix inebriatio? *Ibidem ante fin. pag.* 116. *col.* 2. *C.*

S. BONAVENT. 51. Oportet verùm contemplatorem mori mundo, ut mundus ſibi moriatur, ut in nullo contemplatio ejus impediatur. *In itineribus æternitatis. de Itin.* 3. *diſtinct.* 6. *circa medium, pagina* 158. *columna* 2. *littera D. tom.* 7. *part.* 3.

52. Proprium eſt contemplationi, jucunditatis ſuæ ſpectaculo cum admiratione inhærere *Ibidem de itin.* 3. *diſt.* 1. *pag.* 149. *col.* 2. *lit. E.*

CLEMENS ALEX. 53. Qui verſatur in contemplatione, Deo (quantùm fieri poteſt) aſſimilatur. *Lib.* 4. *Stromat. longe poſt med. fol.* 110. *pag.* 2. *lit. F.*

S. CYRILLUS HIEROSOL. 54. Tantò major unicuique apparet Deus, quantò majori contemplatione cor exaltatur. *Catecheſi* 9. *non longe ab initio, apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pagina* 415. *col.* 2. *lit. G. edit Coloniæ* 1618.

S. DIADOCH. 55. Omnem ſpiritualem contemplationem antecedant tanquàm duces, fides, ſpes, charitas, ſed magis charitas. *Proſec.*

56. Fides enim & ſpes docent contemnere ea, quæ videntur: charitas verò animam cum ipſis Dei virtutibus copulat, perveſtigans ſenſu quodam mentis eum, qui videri non poteſt. *De perfect. ſpirituali, cap.* 1. *apud Bibl. Patrum tom.* 4. *pag.* 745. *col.* 2. *lit. F.*

DIONYSIUS CARTHUS. 57. Non poteſt ad divinæ contemplationis dulcedinem cor ſecularibus plenum negotiis aſpirare, ſed oportet, ut ſeculo moriatur. *De mortific. vivific. art.* 12. *ante finem, fol.* 135. *pagina* 1.

58. Ad divinorum cæleſtiumque bonorum ſpeculationem non poteſt anima elevari, niſi à terrenis & exterioribus rebus, à paſſionum & vitiorum tumultu, atque à carnalibus deliciis ſtudeat expurgari. *Ibid.*

59. Animæ contemplanti nihil tædioſius eſt, quàm circa exteriora & temporalia occupari, quoniam tota ſua intentio, affectio, & delectatio eſt in Deo. *De profectu ſpirituali, art.* 19. *ante finem fol.* 162. *pag.* 2.

60. Niſi quis paſſionem Chriſti in contemplando, pro fundamento ſibi conſtituerit, quantò altiùs aſcenderit, tantò profundiùs ſe caſurum noverit. *De perfect. charitatis, art.* 44. *in principio, fol.* 220. *pagina* 2.

S. EDMUNDUS. 61. Quot malis cogitationibus anima eſt ducta, tot malis obſtaculis in contemplatione eſt impedita. *In Speculo Eccleſiæ cap* 29. *circa initium, apud Bibl. Patr. tom.* 13. *pag.* 365. *col.* 2. *H. edit. Coloniæ.* 1618.

62. Tres ſunt gradus contemplationis.
- Primus eſt: Quòd anima revertatur, & recolligat ſe totaliter intra ſemetipſam.
- Secundus eſt: Quòd ipſa ſe videat qualis ſit totaliter collecta.
- Tertius eſt: Quòd anima ſe elevet ultra ſeipſam, & nitatur reſpicere ſuum gradum in ſua natura interiori. *Ibidem cap.* 29. *circa initium, pag.* 365. *col.* 2. *lit. H.*

EVAGRIUS. 63. Cor caſtum, contemplationum portus eſt. *Et habetur apud D. Joan. Damaſc. lib.* 2. *Parall. cap.* 92. *pag.* 1. *A.*

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 64. Nunquàm qui vult apparere poteſt venire ad contemplationem. *Et habetur apud D. Bonavent. tom.* 2. *ſerm.* 20. *in Hexam. poſt medium, pagina* 61. *columna* 2. *littera A.*

65. Contemplatio non poteſt eſſe, niſi in ſumma ſimplicitate; & ſumma ſimplicitas non poteſt eſſe, niſi in maxima paupertate. *Ibid. in fine pag.* 62. *columna* 1. *littera E.*

GILLEBERTUS ANGLUS. 66. Contemplatio ſapientiæ, æterna refectio eſt. *Serm.* 23. *ſup. Cant. in fine, apud D. Bernard. vol.* 2. *fol.* 21. *columna* 2. *littera F.*

GILLEBERTUS ANGLUS.

67. Pulcherrimus contemplationis locus eſt, ubi ſimplex conſideratio fidei cæleſtes & ſuave olentes aſpergit affectus, & æterni luminis gratiam ſpirat *Ibid. ſerm. 27 ante finem, fol. 24. col. 4. lit. K.*

68. Primus contemplationis modus, puriſſimorum eſt: ſecundus eruditorum, ultimus ſimplicium. *Ibid. ſerm. 43. poſt medium, fol. 39. columna 4. littera M.*

GLOSSA ORD.

69. Dulcedo contemplationis brevis eſt, & rara, propter gravedinem carnis. quia terrena inhabitatio aggravat ſenſum multa cogitantem. *Sup. Cant. cap. 2. col. 1833. lit. B. tom. 3.*

S. GREGORIUS MAGN.

70. Tres ſunt gradus contemplationis.
- Primus, ut ſe mens ad ſe colligat.
- Secundus, ut videat qualis eſt collecta.
- Tertius, ut ſuper ſemetipſam ſurgat, ac ſe contemplationi authoris inviſibilia intendendo ſubjiciat. *Hom. 17. ſup. Ezechielem ante medium, columna 243. lit. A. tom. 2.*

71. Mens ad contemplanda interna non perducitur, niſi ab his, quæ interiùs implicant, ſtudioſè ſubtrahatur. *Lib. 5. Moral. cap. 22. ante finem, col. 158. D. num. 22. tom. 1.*

72. Mens nullo modo ad vim intimæ contemplationis rapitur, niſi ſtudioſè priùs à terrenorum deſideriorum tumultu ſopiatur. *Ibid. in fine, columna 159. littera A.*

73. Humana mens in contemplationis arce ſublevata, tantò ſemetipſam duriùs de ſuperfluis cruciat, quantò nimis ſubtile conſpicit eſſe quod amat. *Ibid. cap. 24. circa med. num. 24. col. 161. A.*

74. Sæpè pigras mentes amor ad opus excitat, & inquietas in contemplatione timor refrænat. *Lib. 6. Moral. cap. 17. poſt medium num. 27. columna 205. littera A. tom. 1.*

75. Neceſſe eſt ut quiſquis ad contemplationis ſtudia properat, ſemetipſum priùs ſubtiliter interroget quantùm amat. *Ibid.*

76. Priùs mens ab appetitu gloriæ temporalis, atque ab omni carnalis concupiſcentiæ delectatione tergenda eſt, & tunc ad arcem contemplationis erigenda. *Ibid. &c. lit. C.*

77. Quiſquis divinæ contemplationis arce ſuſtollitur, in illa cuncta illuminante luce reſpicit, & quod ſe mirabiliter terreat, & quod ineffabiliter delectet. *Lib. 1. in 1. Regum cap. 1. Moraliter. ante med. columna 1234. lit. C. tom. 2.*

78. Qui contemplationis arcem tenere deſiderant, prius ſe in campo operis per exercitium probent. *Lib. 6. Mor. cap. 17. ante finem num. 27. col. 205. littera C. tom. 1.*

79. Qui ſanctæ contemplationis pennis ad cæleſtia intuenda ſe erigunt, eò ſubtiliùs, ſi quid in ſeipſis vitioſum latebat inveniunt, quò ad divinæ lucis claritatem viciniùs accedunt. *Sup Pſal Pœnitent. in Pſal. 4. verſ. 18. prope initium, col. 579. lit. B. tom 2.*

80. Comedere animæ, eſt ſupernæ lucis contemplationibus paſci. *Lib. 5. Moral. cap. 7. in princ. col. 137. lit. C. tom. 1.*

81. Sicut ſepulchrum locus eſt, quo abſconditur corpus, ita divina contemplatio quoddam ſepulchrum eſt mentis, quo abſconditur. *Ibid. cap. 5. circa med. col. 135. lit. C.*

82. Quaſi mortui mundo in ſepulchro abſcondimur, cùm mortificati exteriùs in ſecreto internæ contemplationis celamur. *Profec.*

83. Qui mortificare ſe appetit, valdè ad inventam requiem contemplationis hilareſcit. *Ibid. poſt medium, columna 135. D.*

84. Qui ſemel ſe ad appetenda viſibilia foras fudit; à contemplandis inviſibilibus intùs evanuit. *Lib. 25. Moral. cap. 7. poſt medium, columna 834. littera A. tom. 1*

S. GREG. MAG.

85. Neceſſe eſt ut ſi verè intendimus illuminata cernere, ſtudeamus mentis oculos ad ipſum illuminans lumen aperire. *Lib 23. Moral. cap. 1. poſt init. col. 762. B tom. 1.*

86. Quotieſcumque ſanctum contemplationis ardor in altum rapit, ſe procul dubiò toties ſub ſe relinquit. *Lib. 2. dialog. cap. 3. poſt med. verbo duobus, col. 1355. lit. D. tom. 1.*

87. Plerúmque qui plus in contemplatione rapitur, contingit ut ampliùs in tentatione fatigetur, ne de his ad quæ mens rapta eſt, extollatur. *Hom. 4. ſuper Ezechiel. poſt init. col. 209. B. tom. 2*

88. Contemplativa vita amabilis valdè dulcedo eſt, quæ ſuper ſemetipſam animam rapit, cæleſtia aperit, terrena autem debere eſſe contemptui oſtendit, ſpiritalia mentis oculis patefacit, corporalia abſcondit. *Ibidem Hom. 14. poſt init. col. 214. B.*

89. Mens quæ in æternorum bonorum contemplatione ſe noviter elevat, ad ea tantò tardiùs aſſurgit, quantò humanitatis ſuæ familiarea tenebras velociter non deponit. *Prof.*

90. Quia dùm à ſe abjicere mundanas curas non prævalet, velut in oculis geſtat pulverem quo id quod cupit, contemplando videre non poteſt. *Lib. 1. in 1. Reg. cap. 1. poſt initium Moralis. columna 1232. lit. D. tom. 2.*

91. In Dei contemplatione protegimur, ne diabolica tentatione velut ſolis ardore denigremur. *Ibid. lib. 5. cap. 4. poſt init. col. 1523. B*

92. Ipſa ſpiritualis lætitia ſe menti non infundit, quæ temporalis vitæ anguſtias tranſgredi contemplando non novit. *Ibidem longè ante med. columna 1526, lit. B.*

93. Contemplatio internæ lucis, ſplendida valdè atque clariſſima dies eſt. *Ibidem ante medium, columna 1537. lit. D.*

94. In contemplatione laborantes reficiuntur, quia amoris gaudii de divina contemplatione abundanter ſumunt. *Ibidem longe poſt medium, columna 1561. littera A.*

95. Ipſe accedentes reficit, qui puris mentibus ſemetipſum per contemplationem oſtendit. *Ibidem.*

S. GREG. NAZ.

96. Pulchra eſt contemplatio, hæc enim hinc ſurgit & ad ſancta ſanctorum procedit, mentemque noſtram, ut cum Deo verſetur, deducit. *Orat. 17. de Paupert. poſt init. pagina 149.*

97. Cùm mens in ſupernam reſpicit profunditatem, non habet ubi conſiſtat, & in contemplationibus de Deo deſtituitur, tam infinitum illud eſt ac impenetrabile. *Orat. 4. in Theophania ante medium, pagina 282.*

S. HIERON.

98. Oculi animæ & mentis intuitus, contemplationem deſiderant ſpiritualem, quàm peccator ignorans, prohibet à vera jucunditate cor ſuum. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 2. in illud, Et omne quod poſtulaverunt oculi me., &c. pagina 68. littera C. tom. 7.*

HUGO A S. VICTORE.

99. Duo ſunt in contemplatione, cognitio & amor. Cognitio illuminat, amor ſatiat; cognitio veritatis, amor bonitatis. *Lib. 6. in 7. cap. cæleſtis Hierarch. longè poſt med. pag. 288 lit. E. tom. 1.*

100. Accenditur conſideratione cogitatio, inflammatur diſcretione meditatio, illuminatur cogitatione contemplatio. *Profec.*

101. Eſt cogitatio in mente quaſi fumus in igne, meditatio quaſi flamma cum fumo, contemplatio ignis cum flamma ſine fumo. Cùm mens ad conſideranda cœleſtia laborat, tunc cogitatio occupatione temporalium impeditur: meditatio otio conturbatur, contemplatio curioſitate revocatur. *Lib. 2. de clauſtro animæ cap. 14. ſtatim ab initio, pagina 45. littera H. tom. 2.*

102. Animæ clauſtrum, contemplatio dicitur, in cujus ſinum dùm ſe recipit animus, ſola cæleſtia contemplatur. *Ibidem. lib. 3. cap. 1. in princ pagina 54. lit D.*

Hugo a S. Victore. 103. Nihil eſt amanti difficile, nihil eſt grave deſideranti venire in complexus Rachëlis; videntur enim dies pauci laboris præ amoris dulcedine. *Ibid. cap. 9. poſt med. pag. 60. littera E.*

104. Quantò fit futurorum contemplatio tarior, tantò redit oratio tepidior, & ſurgit invocatio tardior. *Lib. 2. Miſcell. codic. 2. tit. 41. poſt med. pag. 156. littera F. tom. 2.*

105. Niſi præcedit purgatio, non ſequitur illuminatio: nec ſequitur perfectio, niſi præcedat illuminatio. *Lib. 4. cap. 3. cæleſtis Hierarchia, poſt med. pag. 365. lit. F. tom. 1.*

Hugo Caro. 106. Contemplativa vita diligenda eſt, quia pulchra, quia tuta, quia quieta, quia jucunda, *Sup. 1. Reg. cap. 1. Moraliter. fol. 220. col. 2. tom. 1.*

Joan. Caſſ. 107. Toties eſt ad contemplationem Dei lubrica cordis pervagatio reducenda, quoties ſubtilis hoſtis ab hoc intuitu mentem captivare pertentans, receſſibus cordis irrepſerit. *Lib. 5. de Spiritu Gaſtrimargiæ, cap. 10. in fine pag. 118.*

108. Nullum animæ gravius poteſt evenire diſpendium, quàm ut ab illius (qui mitis & humilis eſt corde) contemplatione diſcedat. *Collat. 19. Abbat. Joan. cap. 14. poſt med. pag. 760.*

109. Multùm retrahit mentem à contemplatione, puritatis ejus, qui implicat eam ſordibus mundi hujus & præfocat fœtore vitiorum. *Collat. 20. Abbat. Pinuſii, cap. 9. in princ. pag. 775.*

110. Una & ſola eſt theoria, id eſt, contemplatio Dei, cui meritò omnia juſtificationum merita, univerſa virtutum ſtudia poſtponuntur. *Collat. 23. Abbat. Theonæ. cap. 3. ante med. pag. 832.*

111. Quantò magis profecerit mens humana, & ad ſinceriorem contemplationis pervenerit puritatem; tantò ſe immundiorem, quaſi per ſpeculum ſuæ puritatis inſpiciet. *Prof.*

112. Quia neceſſe eſt, ut dùm animus ad ſublimiorem ſe extendit intuitum, & majora quàm agit proſpiciens concupiſcit, illa in quibus eſt, ut inferiora ſemper ac viliora deſpiciat. *Ibidem cap. 20. ſub finem pagina 832.*

S. Joannes Chryſoſtom. 113. Quomodò poſſet anima aliquid utile contemplari, quæ terrenis ſemel dedita cœpit eſſe, & humi trahitur? *Hom. 36. ſup. Geneſ. ante finem, columna 310. B. tom. 1.*

Joan. Gers. 114. Abſque meditationis exercitio, nullus ſecluſo miraculo Dei ſpeciali, ad perfectionem contemplationis dirigitur, aut pervenit. *Part. 3. de Medit. conſiderat. 7. in princ. fol. 356. col. 1. M.*

115. Impoſſibile eſt ad veram contemplationem alio itinere, quàm per humilitatem pervenire. *Part. 3. de Monte contemplat. capitul. 2. in princ. fol. 379. col. 4. lit. Q.*

116. Radix & initium vitæ contemplativæ, debet eſſe Dei dilectio. *Ibid. capitul. 10. in princ. fol. 380. col. 3. lit. X.*

S. Iſid. Hiſp. 117. Non poterit quiſquam ad contemplationem proficere, niſi ſe priùs in bonis ſtuduerit actibus exercere. *Lib. 2. de ſum. bono, cap. 7. ſent. 7. pagina 940. col. 1.*

118. Non poteſt ad contemplandum Deum mens eſſe libera, quæ deſideriis hujus mundi & cupiditatibus inhiat: non enim alta conſpicere poterit oculus, quem pulvis claudit. *Ibidem cap. 41. ſent. 1. pag. 657. col. 1.*

119. Mens noſtra cæleſtis eſt, & tunc orando Deum benè contemplatur, quando nullis terrenis curis, aut erroribus impeditur. *Lib. 3. de ſum. bono, cap. 7. ſent. 7. pag. 667. columna 1.*

Lact. Firm. 120. Quantò rectius eſt, omiſſis inſenſibilibus & vanis, oculos eò tendere, ubi ſedes, ubi habitatio eſt Dei veri? *Lib. 2. de Origine erroris. cap. 5. in principio pag. 60.*

121. Nihil prodeſt hominem eſſe ita fictum, ut recto corpore ſpectet in cœlum, niſi erecta mente per contemplationem Deum cernat, & cogitatio ejus in ſpe vitæ perpetuæ tota verſetur. *Lib. 3. de falſa ſapientia, cap. 27. in fine pag. 138.*

S. Laurent. Juſtin. 122. Nequaquàm mens noſtra ad contemplanda æterna & cæleſtia provehitur, niſi ab iis, quæ exteriùs implicant, ſtudioſè ſe ſubtraxerit. *De Ligno vitæ. tract. 11. cap. 1. in fine pagina 60. columna 1. littera D. & E. Part. 1.*

123. Nequaquàm intellectus veſter ad cœleſtium contemplationem limpidè acuetur, niſi temporalium rerum occupationes reliqueritis. *Ibid.*

S. Leo I. 124. Nihil ita contemplationem mentis oblectat & ſuperat, ſicut Paſſio Salvatoris. *Serm. 11. de Paſſione Domini paulò poſt init. fol. 49. pag. 1.*

Ludovicus Bloſius. 125. Otium laudabile eſt, quando anima Deo dedita, ab omnium ſenſibilium rerum ſtrepitu & imaginatione exempta, in interno ſilentio, & dilecti ſui beatiſſimo complexu, veluti otioſa requieſcit. *In Speculo Monachor. longè ante med. pag. 748. col. 1.*

S Max. mart. 126. Beatus eſt ille animus, qui omnibus rebus poſthabitis, in ſola divina venuſtate & elegantia delectatur. *De charit. Centuria. 1. ſent. 19. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 348. col. 1. H.*

Petr. Bleſ. 127. Duo ſunt rami contemplationis, lectiò ſcilicet, & oratio; in quibus tota meditatio contemplantis verſatur. *Serm. 9. de Purificat. ſtatim à medio, apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 850. columna. 2. lit. E. edit. Coloniæ 1618.*

Petrus Cell. 128. Anima contemplando efficitur ſereniſſimum cœlum. *Lib. 3. Epiſt. 2. poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 563. col. 1. lit. C.*

129. In contemplatione quidam labor eſt, ſed melior requie, ſed otio ſuavior, ſed ſomno dulcior, ſed cunctis voluptatibus delectabilior. *Prof.*

130. Labor, inquam, ſed ſine ſudore: opus, ſed ſine vexatione: occupatio, ſed ſine diſtenſione: ſtudium, ſed ſine afflictione: profectio, ſed ſine motione: elevatio, ſed ſine ambitione; quies, ſed ſine rubigine. *Ibid. de Panibus. cap. 7. circa medium, pagina 646. columna 2. lit. E. & F.*

131. Ut cinis excæcat oculos corporis, ſic curioſitas obnubilat viſum contemplationis. *Ibid. cap. 17. ſtatim ab initio, pag. 659. col. 2. E.*

S. Petr. Dam. 132. Mens terrenis obtenebrata negotiis, fruſtrà ſe in contemplationis culmen attollere nititur, dùm actionum ſecularium merito, quaſi congeſtis lapidum ruderibus aggravatur. *Prof.*

133. Mens enim humana niſi ab humore fuerit curæ ſecularis exuta, non percipit ſupernæ pinguedinis gratiam. *Ep. 15. ad Alexandrum Papam poſt initium, pagina 11. col. 2. tom. 1.*

134. Ad conſpiciendam contemplationis lucem ſeſe inaniter erigit, qui per ſecularis vitæ meritum aciem cordis amiſit. *Ibidem ante medium, pag. 12. columna 1. lit. A.*

135. O dulcedo melliflua! cùm Dominus in ſervo, & ſervus delectatur in Domino: ſed quia per vitæ rectitudinem ſibi noti non ſumus, collocutionis internæ dulcedinem non guſtamus. *Ibid. &c. lit. B.*

136. Quiſquis mundi hujus inquietis actionibus implicatur, neceſſe eſt ut lumen contemplationis amittat. *Lib. 6. Ep. 5. ad Monachos Cluniacenſes, circa med. pagina 84. col. 1. lit. D. tom. 1.*

137. Cùm homo illum (qui eſt ſuper omnia) per contemplationem conſpicere ſatagit, ſemetipſum cum reliqua mundanæ vallis dejectione tranſcendit. *Tom. 3. opuſcul. 11. cap. 9. poſt med. pagina 490. columna 2. B.*

138. Quiſquis deſiderat ad illud inacceſſibile lumen acie mentis attingere, neceſſarium ſibi eſt interiores oculos per diuturna vagationis ſpatia ab omni mundanæ actionis labe purgare. *Prof.*

139. Ne dùm ad ſumma ſpeculanda oculos elevat, terrenæ converſationis pulvis obſiſtat; & magis tenebras,

quas reliquerat, videat, quàm lumen (ad quod nititur) apprehendat. *Tom. 3. opuſc. 12. cap. 24. in fine pag. 503. col. 2. lit. D.*

S. Petr. Dam. 140. Novam mortem contemplatio parit, quæ ſcilicet & mundum nobis, & nos mundo mortuos efficit. *Lib. 3. opuſc. 32. cap. 6. paulo poſt med. gradu 25. pag. 653. col. 2. A.*

141 Nihil mirum ſi de contemplatione ad dulcedinem veniatur, cùm ipſa contemplatio nil aliud ſit, quàm ineffabilis & immenſa dulcedo. *Ibid.*

Philo jud. 142. Quæ poteſt eſſe vita præſtantior, quàm contemplativa? quæ ratione prædito convenientior?

Rich. a S. Victore. 143. Quid contemplationis dulcedine expetitur ſalubrius? quid ſentitur ſuavius? quid reperitur jucundius? *Part. 1. de Benjamin minore. cap. 73. in princ. pag. 218. col. 1. D.*

144. Mens humana, quæ multiplici rerum viſibilium concupiſcentia excæcatur, ad ſpiritualium bonorum contemplationem difficilè renovatur. *Part. 2. lib. 2. ſup. Apocal. in princ. Prologi. pagina 349. columna 2. lit. C.*

Robertus Bellarm. 145. Materia præcipua contemplationis eſt, conſiderare nihil Deum magis odiſſe, quàm peccatum. *Sup. Pſal. 5. verſ. 4. pag. col. 2.*

146. Anima quò magis deſtituitur carnalibus bonis, & magis affectum removet à rebus terrenis, & ſe in quodam deſerto mentis conſtituit, eò faciliùs aſcendit ad cæleſtia contemplanda. *Sup. Pſal. 62. verſ. 3. pag. 376. col. 1.*

147. Contemplatio rerum divinarum reſpicit animum liberum à tumultu perturbationum ſecularium. *Sup. Pſal. 45. verſ. 10. pag. 258. col. 1.*

S. Theodor. 148. Quies divinarum rerum contemplationi apta eſt, cùm mens libera ab iis externis curis; quæ eam ancipitem faciunt, non ampliùs huc & illuc diſtrahitur, ſed in ſeipſam converſa accuratiùs poteſt divina percipere. *Sup. Ezech. ſect. 2. in princ. pag. 313. col. 2. H tom. 1.*

S. Thomas Aquinas. 149. Contemplantes, corporalium rerum umbras non ſecum trahunt, quia in eis non ſiſtit eorum contemplatio, ſed potiùs in conſideratione intelligibilis veritatis. 2. 2. *quæſt.* 180. *art. 5. ad 2. pagina* 309. *columna* 1.

150. Contemplandæ veritati vacandum eſt, ad quam plurimùm valet ſolitudo. *Ibid. quæſt.* 188. *art.* 8. *in corp. ad 4. pag. 336. col. 1.*

Thomas a Kempis. 151. Non dignus eſt alta Dei contemplatione, qui pro Deo non eſt exercitatus aliqua tribulatione. *Lib. 2. de Imit. Chriſti, cap. 9. ſect. 7. pag. 355. tom. 2.*

152. Plures reperiuntur contemplationem deſiderare, ſed quæ ad eam requiruntur, non ſtudent exercere. *Ibidem lib. 3. cap. 31. ſect. 3. pag. 391.*

In Vitis Patr. 153. Qui in exercitio mentis per contemplationem deſudat, & ſpiritales intra ſemetipſum excolit ſenſus, longè actuoſis ſuperior judicandus eſt. *Lib. 2. cap. 1. de vita Joannis ſub finem, pag. 557. col. 1.*

154. Sicut impoſſibile eſt, ut videat quis in aqua turbida faciem ſuam: ſic & anima (niſi purgata fuerit à cogitationibus alienis) contemplativè non poteſt videra Deum. *Lib. 5. libello 12. num. 13. pag. 614. col. 1.*

155. Mens quæ cogitatione receſſit à Dei contemplatione, fit vel dæmon, vel beſtia. *Prof.*

156. Quia mens quæ receſſit à Dei contemplatione, neceſſariò incidit vel in dæmonem cupiditatis, vel in beſtialitatem iræ. *Lib. 8. cap. 8. a medio pagina 767. columna 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

Aristoteles. 157. Quouſque contemplatio ſeſe extendit, eouſque ſeſe extendit & felicitas ipſa: & quibus contemplatio magis ineſt, iis & felicitas magis ineſt, non per accidens quidem, ſed per ipſam utique contemplationem. *Lib. 10. Ethic. ſeu Moral. cap. 8. poſt med. columna 740. tom. 2.*

158. Verum eſt quoddam genus eorum, qui ſe à corpore avocant, & ad divinarum rerum cogitationem cura omni, ſtudioque rapiuntur. *Lib. 1. de Divinat. poſt med. col. 374 lit. A num. 111. tom. 4.* Cicero.

159. Tunc cogitationis oculus incipit acutè cernere, cùm primùm corporis oculus deſinit vim illam ſuam exercere. *Tom. 3. Sizygia 5. de convivio poſt med. pag. 219. littera A.* Plato.

160. Nulla ſpe, nullo timore ſolicitor, nullis rumoribus inquietor: mecum tantùm loquor! ô regiam, ſinceramque vitam! ô dulce otium, honeſtúmque, ac penè omni negotio pulchrius! *Lib. 1. Ep. 9. ad Minutium Fundanum, poſt med. pag. 21.* Plinius Ij.

161. Quidni ab hoc exiguo & caduco temporis tranſitu, in illa nos toto demus animo, quæ immenſa, quæ æterna ſunt? *De brevitate vitæ cap. 14. poſt med. pag. 573. tom. 1.* Seneca.

162. Qui à divinorum contemplatione, quoties ad humanas recideris, non aliter caligabis, quam quorum oculi in denſam umbram ex claro ſole rediere. *Lib. 3. quæſtionc. poſt medium præfationis. pagina 700. tom. 1.*

163. Perſeverant cœpiſti, & quantùm potes propera, quò diutiùs frui voluptate contemplationis (emendato animo & compoſito.) poſſis. *Prof.*

164. Frueris quidem etiam dùm componis, etiam dùm emendas.

165. Vera illa voluptas eſt, quæ percipitur ex contemplatione mentis, ab omni labe puræ & ſplendidæ. *Ep. 4. in princ. pag. 526. tom 2.*

166. Subſilire in cœlum, ex angulo licet. *Ep. 31. in fine pag. 583. tom. 2.*

167. Mittamus animum ad illa, quæ æterna ſunt, miremur in ſublime volitantes rerum omnium formas, Deumque inter illa verſantem & providentem. *Ep. 58. ante med. pag. 619.*

168. Animus in hoc triſti & obſcuro corporis domicilio incluſus, quoties poteſt apertum petit, & in rerum naturæ contemplatione requieſcit. *Ep. 65. poſt med. pagina 642. tom. 2.*

169. Erit animus in cœlo, etiam antequàm hac cuſtodia exſolvatur, cùm vitia dejecerit, levis puruſque in cogitationes divinas emicuerit. *Ep. 79. poſt med. pag. 697. tom. 1.*

170. Animus niſi purus & ſanctus ſit, Deum non capit. *Ep. 87. circa med. pag. 729. tom. 1.*

Vide etiam Titul. Contemplatio & actio. Virtutum connexio in ſpecie. Cognitio Dei ſent. 1. Meditatio per totum. Perfectio. ſent. 66.

Contemplatio & actio.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. SANCTI in cœlum quodammodò conſcendunt, cùm eos amor divinus ad cœleſtia contemplanda elevat: cadunt in terram, cum eos amor proximorum ad ima retrahit. *Sup. Apocal. cap. 8. in illud, Et cecidit de cælo ſtella ardens. col. 3072. A. tom. 5* S. Ambrosius.

2. Qui ad contemplativam vitam conſcendunt, per activæ vitæ exercitia probari debent. *Prof.*

3. Nam qui ſubitò ad contemplativæ vitæ celſitudinem ſine exercitiis activæ vitæ tranſeunt, facilè labuntur. *Ibid. cap. 21. in illud, Nonus, Topazius, col. 4037. D.*

4. Non ſic quiſque debet eſſe otioſus, ut in eodem otio utilitatem non cogitet proximi: nec ſic actuoſus, ut contemplationem non requirat Dei. *Lib. 19. de civit. Dei, cap. 19. ante med. pag. 395. B. tom. 5.* S. Augustin.

5. Felix domus, & beata ſemper congregatio eſt, ubi de Maria Martha conqueritur: Nam Mariæ, Martham æmulari indignum prorſùs eſt. *Serm. 3. in Aſſumpt. Beatæ Mariæ, poſt initium, fol. 54. col. 4. lit. L.* S. Bernard.

6. Sicut

S. BERNARD. 6. Sicut activa vita eſt ſepulchrum ſecularis vitæ: ita contemplativa vita, eſt monumentum activæ vitæ. *Serm.* 53. *ad Sororem, poſt med. fol.* 94. *columna* 3. *G. volum.* 2.

7. In ſilentio nemo ſic debet eſſe otioſus, ut in eodem otio utilitatem non cogitet proximi: nec ſic actuoſus, ut contemplationem non requirat Dei. *Lib. Meditat. cap.* 11. *circa med. fol.* 314. *col.* 4. *M.*

S. DIADOCA. 8. Non illo tempore inopiam; quæ ſolicitudinem affert, patitur mens, quæ tantùm ſe contemplationibus dilatat, quantùm operatio charitatis vult. *De perfect. ſpirit. cap.* 7. *apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 746. *col.* 1. *B. edit. Coloniæ.* 1618

S. GREGOR. MAGNUS. 9. Vir perfectus priùs activæ vitæ opera congregat, & poſtmodùm carnis ſenſum per contemplationem mortuum huic mundo funditùs occultat. *Lib.* 6. *Moral. cap.* 17. *ante finem, num.* 28. *col.* 205. *littera D. tom.* 1.

10. Mira divinitatis pietate agitur, cùm is qui perfecto corde ad contemplationem tendit, humanis miniſteriis occupatur, ut ex multis infirmioribus ejus mens perfecta proficiat. *Lib.* 5. *Mor. cap.* 4. *ante med. col.* 134. *lit. A. tom.* 1.

11. Neceſſe eſt ut nec quieta mens ad exercitationem ſe immoderati operis dilatet, nec inquieta ad ſtudium contemplationis anguſtet. *Prof.*

12. Sæpè enim qui contemplari Deum quieti poterant, occupationibus preſſi ceciderunt & ſæpè qui occupati benè humanis uſibus viverent, gladio ſuæ quietis extincti ſunt. *Lib.* 6. *Moral. cap.* 17. *circa med. num.* 26. *columna* 204. *littera A. tom.* 1.

13. Activa vita multorum eſt, contemplativa paucorum. *Lib.* 32. *Moral. cap.* 4. *à medio, num.* 2. *col.* 1095. *lit. A. tom.* 1.

14. Sine contemplativa vita intrare poſſunt ad cæleſtem patriam, qui bona quæ poſſunt operari non negligunt: ſine activa autem intrare non poſſunt, ſi negligunt bona operari quæ poſſunt. *Hom.* 3. *ſup. Ezechielem, paulò ante med. col.* 85. *A. tom.* 2.

15. Duæ ſunt vitæ, activa ſcilicet, & contemplativa: ſed activa prior eſt tempore quàm contemplativa; quia ex bono opere tenditur ad contemplationem. *Prof.*

16. Contemplativa vita major eſt meritò quàm activa: quia hæc in uſu præſentis operis laborat, illa verò ſapore intimo venturam jàm requiem deguſtat.

17. Quamvis activa vita bona ſit, melior tamen eſt contemplativa: quia iſta cum mortali vita deficit, illa verò in immortali vita pleniùs excreſcit. *Hom.* 3. *ſup. Ezech. ante med. col.* 84. *lit. C. D. tom.* 2.

18. Sine contemplativa vita, &c. *ut ſupra.*

S. HIERON. 19. Activa vita cum corpore deficit, contemplativa autem vita hîc incipitur, ut in cæleſti patria perficiatur. *Lib.* 2. *ſup. Lamentat. Hieremiæ. cap.* 3. *pag.* 365. *littera D. tom.* 5.

S. ISID. HISP. 20. Activa vita, innocentia eſt operum bonorum; contemplativa, ſpeculatio ſupernorum: illa communis multorum eſt, iſta verò paucorum. *Profec.*

21. Activa vita mundanis rebus benè utitur, contemplativa verò mundo renuntians, ſoli Deo vivere delectatur.

22. Qui priùs in activa proficit, ad contemplationem benè conſcendit.

23. Meritò enim in iſta ſuſtollitur, qui in illa utilis invenitur.

24. In iſta priùs per exercitium boni operis cuncta exhaurienda ſunt vitia, ut in illa jàm pura mentis acie ad contemplandum Deum quiſque pertranſeat.

25. Et licèt converſus ſtatim ad contemplationem conſcendere cupiat, tamen ratione cogitur, ut priùs in activæ vitæ operatione verſetur.

26. Vitæ mundanæ activa vita, & vitæ activæ contemplativa, ſepulchrum eſt.

27. Viri ſancti ſicut à ſecreto contemplationis ad publicum egrediuntur, ita rurſùs ab actionis manifeſtò ad ſecretum contemplationis intimæ revertuntur.

S. ISID. HISP. 28. Utilius eſt per ſimplicem actionem ire ad vitam, quàm per contemplationis errorem mitti in gehennam.

29. Multos enim Deus ex carnalibus ſua gratia viſitat, & ad contemplationis faſtigium elevat: multoſque à contemplatione juſto judicio deſerit, & lapſos in terrenis operibus derelinquit. *Lib* 3. *de ſum. bono cap.* 15. *per totum, pagina* 671. *columna* 2. *&* 672. *col.* 1.

S. LAURENT. JUSTIN. 30. Optimè ſibi conveniunt quieta remotio, & contemplationis inſtantia: nam ſicut publicum corporalis actio, ita ſolitudinis ſecretum exigit contemplatio. *Part.* 2. *ſerm. Pentecoſt. ante med. pag.* 423. *columna* 1. *littera E.*

PHILO JUD. 31. Sine actione ſola contemplatio ſcientibus ad nihil eſt utilis. *De congreſſu quærendæ eruditionis gratia, ante med. pag.* 595.

S. PROSPER. 32. Habet activa vita profectum, contemplativa faſtigium: hæc facit hominem ſanctum, illa perfectum. *Prof.*

33. Hujus vitæ eſt, nulli prorſùs injurias irrogare: illius, irrogatas æquanimiter ſuſtinere.

34. Activa vita habet ſolicitum curſum, contemplativa gaudium ſempiternum: in hac acquiritur regnum, in illa percipitur.

35. Hæc facit pulſare bonorum operum (velut quibuſdam manibus) januam, illa vocat conſummatos in Patriam.

36. In hac contemnitur mundus, in illa videtur Deus. *Lib.* 1. *de vita contempl. cap.* 12. *circa initium, apud Bibl. Patrum tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 55. *col.* 2. *lit. F. G. edit. Coloniæ* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 37. Duplex eſt vita, ſcilicet contemplativa, & politica, inter quas contemplativa eſt melior. 10. *Ethic. & hab. apud Bedam. tom.* 2.

SENECA. 38. Agere & contemplationi vacare utrúmque mihi eſt, quoniam ne contemplatio quidem ſine actione eſt. *De beata vita, cap.* 32. *circa medium, pagina* 515. *tom.* 1.

39. Tria genera ſunt vitæ, unum voluptati vacat, alterum contemplationi, alterum actioni. *Profec.*

40. Nec ille qui voluptatem probat ſine contemplatione eſt, nec ille qui contemplationi, ſine voluptate eſt, nec ille cujus vita actioni deſtinata eſt ſine contemplatione eſt.

41. Alterum ſine altero non eſt; nec ille ſine actione contemplatur, nec hic ſine contemplatione agit. *Ibidem poſt med. pag.* 516.

42. In duas partes virtus dividitur, in contemplationem veri, & actionem. *Prof.*

43. Contemplationem inſtitutio tradit, actionem admonitio; virtutem & exercet & oſtendit recta actio. *Ep.* 94. *poſt med. pag.* 778. *tom.* 2.

Vide etiam Titul. Virtutum connexio in ſpecie.

Contemptus in genere.

DEFINITIO.

CASSIODOR. CONTEMPTUS eſt abjecta vilitas. *Sup. Pſal.* 43. *verſ.* 15. *Subſannationem & deriſum his, &c. fol.* 66. *col.* 1.

HUGO à S. VICTORE. Contemptus ſeculi, eſt ex intuitu caducorum ratione inductus amor æternorum *De fruct. carnis & ſpirit. cap.* 15. *in fine pag.* 162. *lit. D. tom.* 2.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Quid præcelſius illo viro, qui contemptum habeat

pecuniarum, & velut ex arce quadam deſpiciat hominum cupiditates? *Lib. 2. de Offic. cap. 14. ante med. col. 46. lit. D. tom. 1.*

S. AMBROSIUS. 2. Pecuniæ contemptus, juſtitiæ forma eſt. *Lib. 2. de Officiis cap. 27. in principio, columna 55. littera C. tom. 1.*

3. Si verè intelligatur contemptus iſte rerum præſentium, ad quæ tendat, & qualia concupiſcat, nihil hujuſmodi mentibus rectius, nihil invenitur electius. *Tom. 3. Lib. 10. Ep. 84. ad Demetriadem. longè poſt init. col. 676. lit. D.*

S. AUGUSTIN. 4. Philoſophia vera docet, & verè docet nihil omninò colendum eſſe, totúmque contemni oportere quidquid mortalibus oculis cernitur, quidquid mortalis corporis ullus ſenſus attingit. *Lib. 1. Retract. cap. 1. & lib. 1. contra Academ. cap. 1. poſt med. pagina 289. B. tom. 1.*

5. Qui minima contemnunt, majora non credunt. *Ep. 3. poſt medium tom. 2.*

6. Gloria ut acquiratur, contemnitur. *Ep. 32. ante med. tom. 2.*

7. Neceſſe eſt ut aliter quàm oportet humana æſtimet, qui divina contemnit. *Ep. 155. ante med. tom. 2.*

8. Omnia contemnit, qui non ſolùm quantùm potuit, ſed etiam quantùm voluit habere, contemnit. *Epiſt. 34. ad Paulinum, in medio pagina 81. littera B. tom. 2.*

9. Chriſtus per mala præſentia docuit nos temperanter proſpera ſeculi hujus contemnere. *Ep. 83. ad Chryſinum in fine, pag. 241. B. tom. 2.*

10. An dignum eſt, vel ferendum, cùm contemnuntur omnia, quæ amantur in mundo, & non contemnitur mundus? *Ep. 45. ad Armentarium. ante med. pag. 101. B. tom. 2.*

11. Vana ſeculi hujus (ſi inexperta concupiſti) experta contemnas. *Ep. 82. ad Largum. in princ. pag. 241. lit. A.*

12. Contemnere quod cum fructu contemnas, omnium eſt, *Serm. 26. de verbis Apoſtoli. in medio, pag. 250. B. tom. 10.*

13. Omnia ſenſibilia ſunt contemnenda. *De Morib. Eccleſ. cap. 20. in fine, pag. 529. B. tom. 1.*

14. Per contemptum temporalium, & inferiorum, anima creſcit in deſiderium æternorum & supernorum. *De ſpiritu & anima cap. 4. in medio, pag. 605. lit. A. tom. 3.*

15. Omnia bona terrena contempſit homo factus Dominus Chriſtus, ut contemnenda monſtraret. *De catechizand. rudibus. cap. 22. poſt medium, pagina 654. lit. D. tom. 4.*

16. Felices illi, & ipſi rari, qui perfunctoria mundi gaudia ſpernunt, ne cum pereunte deceptore, & ipſi perire cogantur. *Lib. Meditat. cap. 21. in fine. pag 486. lit. C. tom. 9.*

S. BERNARD: 17. Non parit gratiam copia mundi, ſed contemptus. *In ſerm. de converſ. ad Clericos. cap. 22. circa med. fol. 115. col. 3. lit. H.*

18. Avarus terrena eſurit ut mendicus, fidelis contemnit ut Dominus: ille poſſidendo mendicat, iſte contemnendo ſervat. *Serm. 21. ſup. Cant.. poſt med. fol. 149. col. 3. littera I.*

19. Etſi impium eſt contemnere matrem, tamen propter Chriſtum piiſſimum eſt. *Epiſt. 104. ad Magiſtrum Gualterum de Calvo monte. in fine fol. 232. col. 2. lit. D.*

20 Terrenas deſerere ſortes, & necdùm obtinere cœleſtem, afflictio intolerabilis, & inconſolabilis dolor eſt. *In declamat. longè poſt med. fol. 312. col. 2. F.*

21. Exercitii ſpiritualis & curæ cordis indicium evidens eſt, contemptus exteriorum, *Ibid. poſt med. fol. 313. columna 1. A.*

22. Cuncta ſpernit, cuncta deſpicit, omnia ſibi vileſcunt, cui ſolus Chriſtus dulceſcit. *Volum. 2. ſerm. 9. de Cœna Domini. ante med. fol. 113. col. 1.*

23. Qui interna deſpicit, præterita non reſpicit, præſentia non inſpicit, futura non proſpicit. *Serm. de ſeptem donis Spiritus-ſancti, poſt init. fol. 9. col. 2. F.*

24. Appetitus cæleſtium parit contemptum terreſtrium *Expoſ. 2. ſup. Pſal. 118. capitul. 2. art. 3. verſic. 3. pag. 168. col. 1. E.* S. BONAVENT.

25. Quantò minùs quis gloriam terrenorum æſtimat, tantò magis calcat: & quantò magis eam calcat, tantò ad ſublimiora ſurripitur, & ita tantò major efficitur. *Sup. Luc. cap. 14. pag. 177. col. 2. lit. A. tom. 2.*

26. Quantùm Deus diligitur, tantùm diabolus, caro, & mundus contemnuntur. *Serm. 3. Dom. 17. poſt Pentec. ante med. pag. 192. col. 1. tom 3.*

27. Ut dignus cælis efficiaris, deride præſentia; ita & hîc clarior eris, & futuris potieris bonis. *In Apolog. pauperum. Reſp. 3. cap. 3. pag. 417. col. 1. B. to. 7. part. 4.*

28. Cætera creatura vileſcat, ut Creator in corde dulceſcat. *In Soliloq. cap. 2. circa med. pag. 115. col. 1. lit. C. tom. 7.*

29. Non eſt minimùm contemnere minima. *In ſpeculo diſcipl. part. 1. in princ. Prologi pagina 532. col. 2. lit. B. tom. 7.*

30. Sæpè contemptus venerationem venatur. *De jejun. & tentat. cap. 1. circa med. pag. 461. col. 1. tom. 3.* S. CYPRIANUS

31. Odio debent eſſe quæ ſeculi ſunt, ut rebus cæleſtibus totus impendatur affectus. *Sup. Pſal. 18. verſ. Odivi omnem viam iniquitatis. fol. 188. col. 1.*

32. Fruſtrà contemnis facultates tuas, ſi noxias jactantiæ teneas in corde divitias. *Proſ.* S. FULGENT.

33. Non enim illi ſoli peccant, qui pro divitiis quas habent, aliquam geſtant in corde jactantiam: imò gravius delinquunt, qui volunt jactantiam cordis de divitiis habere contemptis.

34. Deus non quantitatem contemptæ facultatis, ſed qualitatem voluntatis attendit. *Epiſt. 2. ad Gallam. cap. 17. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 1. pag. 127. col. 2. F.*

35. Facilè deſpicit divitias qui non habet, difficilè GLOSS. INT. viles æſtimat qui habet. *Sup. Iob. cap. 12. col. 152. D. tom. 3.*

36. Quiſquis perfectè terrena deſpicit, vir eſt ex S. GREG. MAG. fortitudine. *Lib. 1. in 1. Reg. cap. 1. Moraliter. in princ. col. 1230. lit. C. tom. 2.*

37. Contemptui eſt obnoxium, omne quod facilè S. GREG. NAZ. ſuperatur. *Orat. 1. ad Nazianzenſes. in princ. pag. 25.*

38. Non ſunt contemnenda quaſi parva, ſine quibus S. HIERONYM. magna conſtare non poſſunt. *Tom. 1. Ep. 7. ad Lætam. ante med. col. 55. A.*

39. Non eſt ſatis perfecto & conſummato viro opes contemnere, pecuniam diſſipare, & projicere, quod in momento & perdi & inveniri poteſt: fecit hoc Crates Thebanus, fecit Anthiſtenes, fecerunt plurimi, quos vitioſiſſimos fuiſſe legimus: plus debet diſcipulus Chriſti præſtare, quam mundi Philoſophus. *Tom. 1. Ep. 26. ad Pammachium. circa med. pag. 164. littera D.*

40. Non laudis eſt poſſidere divitias, ſed pro Chriſto eas contemnere. *Proſ.*

41. Non laudis eſt tumere ad honores, ſed pro Dei amore eos parvipendere. *Tom. 1. Ep. 27. ad Euſt. poſt init. pag. 170.*

42. Facilè contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum. *Tom. 3. Epiſt. 1. ad Paulinum. in fine pag. 10. C.*

43. Tu qui calcaſti mundum, ut calcato eo gradum tibi quendam aſcendendi ad cœlum faceres, mundi gloriam ne requiras. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriadem. poſt med. pag. 20. C.*

44. Rarus eſt, qui dies parvos hujus ſeculi deſpiciat, & regiam poteſtatem putet eſſe nihili. *Sup. Zachariam, lib. 1. cap. 4. in illud, Quis deſpexit dies parvos? pag. 249. littera B. tom. 6.*

45. Præ deſiderio æternorum, rejicienda ſunt temporalia. *Sup. Geneſ. cap. 47. fol. 69. col. 1. tom. 1.* HUGO CARD.

HUGO CARD. 46. Verè divitias illi poſſident, qui eis dominantur contemnendo, & ſub pedibus affectuum conculcando, *Sup. Prov. cap.* 13. *fol.* 28. *col.* 3. *tom.* 3.

JOAN. CASS. 47. Contemptu ac privatione facultatum omnium, humilitas acquiritur. *Lib.* 4 *de Inſt. renuncians, cap.* 39. *in princ. pag.* 100.

S. JOANNES CHRYSOST. 48. Apoſtolos magnos, præcipoè effecit verus, ac non ſimulatus gloriæ atque pecuniæ contemptus. *Hom.* 47. *ſup. Matth. poſt med. columna* 404. *littera A. tom.* 5.

49. Duo ad ſalutem neceſſaria ſunt, ſecularium rerum contemptus, & jugis vigilantia. *Ibid. Hom.* 48. *circa medium, col.* 408. *lit. C.*

50. Majus eſt quàm pecuniam contemnere, proprii ſanguinis effuſio. *Ibid. Hom.* 94 *ante med. in illud* 19. *Si vis perfectus eſſe. columna* 532. *littera A. tom.* 2.

51. Multò magis laborioſum eſt in ſecuritate concupiſcentias vincere, quàm in periculo divitias poſſe contemnere. *Hom.* 32. *oper. imperf. ſuper Matth. poſt med. col.* 934. *lit. C. tom.* 2.

52. Ille verè dives eſt, qui omnia præſentia contemnit. *Hom.* 80. *ſup. Joan. ante finem, columna* 383 *littera A. tom.* 3.

53. Si vis dilatari, contemne divitias. *Hom.* 12. *ſup.* 2. *ad Cor. in fine Moralis. columna* 777. *littera D. tom.* 4.

54. Gloriæ contemptor, vehementer ſapiens eſt; novit enim res humanas. *Hom.* 9. *ad Coloſſ. poſt init. col.* 1291. *lit. B. tom* 4.

55. Quidquid terroris habet mundus, contemno, quidquid delectabile habet, rideo: divitias non cupio, paupertatem non horreſco, mortem non timeo. *Hom. de Expulſione ipſius, in principio, columna* 953. *lit. A. tom.* 5.

56. Contemne tua, ſi quæ Dei ſunt aſſequi cupis. *Hom.* 10. *ſup. Ep.* 2. *ad Timoth. poſt init. col.* 1596. *lit. B. tom.* 4.

57. Deſpice terram, ut cæleſte deripias regnum. *Ibidem.*

58. Quæcumque in terris acquiſieris, ſervilia ſunt: ſi illa deſpicias, in regia eris illuſtris. *Ibidem.*

59 Si ea ipſa deſpiciamus, Deus illa curabit: ſi ea nos curare velimus, ipſe illa deſpiciet. *Ibid.*

60. Oſtende te contemnere quæ parva ſunt, ut credam tibi de maximis: ſi verò nec iſta, multò minùs illa contempſeris. *Hom.* 3. *ſuper Epiſt. ad Hebræos ante medium Moralis. columna* 1683. *littera A. tom.* 4.

61. Contemne divitias, & eris locuples: contemne gloriam, & eris glorioſus. *Ibid. Hom.* 25. *in princ. Moral. col.* 1815. *lit. B.*

S. ISIDORUS HISPALENS. 62. Semper æternæ quiete frueris, ſi te à ſtrepitu terrenorum abſtraxeris, ſi præſentia deſpexeris, ſi calcaveris humana. *Lib.* 2. *de Synonimis, cap.* 17. *circa med. pag.* 321. *col.* 2.

63. Contemne vivens, quæ poſt mortem habere non potes. *Ibidem.*

64. Ea quæ ſeculi amatoribus chara ſunt, Sancti velut adverſa contemnunt. *Lib.* 3. *de ſum. bono cap.* 16. *ſent.* 1. *pag.* 672. *col.* 1.

65. Cuncta temporalia quaſi herbæ virentes areſcunt, & tranſeunt: ideoque pro æternis rebus, quæ nunquàm areſcunt, rectè iſta Dei ſervus contemnit, quia in eis ſtabilitatem non aſpicit. *Ibid. ſent.* 6. *pag.* 672. *col.* 2.

LACT. FIRM. 66. Fragilia contemnenda ſunt, ut ſolida conſequamur: ſpernenda terrena, ut cæleſtibus oneremur. *In fine Epitom. pag.* 410.

67. Magni & excelſi animi eſt, deſpicere & calcare mortalia. *Lib.* 6. *de vero cultu. cap.* 12. *ſub finem pagina* 260.

68. Contemptus omnium, quæ à cæteris appetuntur, ſumma virtus eſt. *Ibidem cap.* 17. *ante medium, pagina* 268.

69. Nullos enim adſummum poterit, niſi quæ ſunt ima deſpexerit. *Lib.* 7. *de divino præmio cap.* 5. *prope finem, pag.* 298. LACT. FIRM.

70. Univerſos oportet, qui ſapientes, qui homines meritò dici volunt, fragilia contemnere, terrena calcare, humilia deſpicere; ut poſſint cum Deo beatiſſima neceſſitudine copulari. *Lib. de Ira. cap.* 23. *ante fin. pag.* 364.

71. Contemnenda eſt pecunia, & ad cæleſtes transferenda theſauros. *In Epitom. divinar. Inſt. verbo Dixi, in fine pag.* 402.

S. LAURENT. JUSTIN. 72. Divitiarum contemptus, eſt
- Perfectionis via.
- Cæli ſcala.
- Receptaculum pacis.
- Chriſti imitatio.
- Spes futuræ felicitatis.
- Spirituale gaudium.
- Theſaurus inviſus.
- Imprædabilis gemma.
- Pretioſa margarita. *Part.* 2. *de regimine Prælat. cap.* 8. *circa medium, pagina* 571. *columna* 1. *lit. D.*

73. Oportet incorruptibilium deſiderio flagrantem, pro nihilo ducere corruptioni obnoxia. *Paraneſi.* 140. *apud Bibl. Patrum tom.* 5. *part.* 2. S. NILUS.

74. Honorabilior eſt in vobis contemptus honoris, quàm illius adeptio: acquiſiviſſe enim, fortunæ fuit; fortitudinis, contempſiſſe. *Ep.* 93. *ad Gulielm. Albert. in princ. apud Bibl. Patr. tom* 15. *part.* 2. *pag.* 777. *col.* 1. *littera B. edit. Coloniæ.* 1618. PETRUS BLESENSIS.

75. Inſignis virtutum titulus eſt, triumphare de ſeculi pompa, mundique divitiis conculcatis, ſe in paupertate ſola divitem reputare. *Ibid.*

76. Pauper & juſtus contemnit divitias, & nihil ei deficit, quia ſufficit ei Deus. *Ibidem ut ante, littera C.*

77. Glorioſum donum Dei eſt, divitias & delicias mundi hujus abdicaſſe. *Ibidem Ep.* 137. *ad Alexandr. de Albano a medio pagina* 812. *col.* 2. *lit. H.*

78. Sub temporalium contemptu, cupiditas ſæpè intenſior latet: ignis enim dùm tegitur, plerùmque vehementer ardet. *Ibid. ut ante.*

79. Cui offertur portio in terra viventium, contemnenda eſt poſſeſſio terrenorum. *Tract. de Hieroſolym. peregrinatione ante finem, pagina* 951. *columna* 1. *littera B.*

80. Contemne hæc omnia, quia omnia ſunt contemnenda: & de his omnibus fac ſarcinam tuam, contemptum mundi. *Serm.* 59. *de S. Nicolao circa medium, pag.* 289. *col.* 2. *lit. D. tom.* 2. S. PETR. DAM.

81. Sordet Chriſticolis rutilantis fulva monetæ
Effigies, ſordent argenti emblemata, & omnis,
Theſaurus migrante oculis vileſcit honore. (*In Pſychomachia de avaritiæ & largitatis pugna ante med. verſ.* 73. *pag.* 51. PRUDENTIUS.

82. Nemo ignota contemnit, nec ullus poteſt deſpicere quod neſcit. *Lib.* 4. *de Gubernat. Dei in fine, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pagina* 341. *col.* 2. *lit. G. edit. Coloniæ* 1618. SALVIANUS.

83. Illi qui contemnunt honores, hoc modo quòd pro eis adipiſcendis nil inconveniens faciunt, nec eos nimis appretiantur, laudabiles ſunt. *Profec,* S. THOMAS AQUINAS.

84. Si quis autem hoc modo contemneret honores, quòd non curaret facere ea, quæ ſunt honore digna, hoc vituperabile eſt. 2. 2. *quæſt.* 129. *art.* 1. *in corp. ad* 3. *pag.* 228. *col.* 2.

85. Quantò aliquid magis naturaliter amatur, tantò perfectiùs contemnitur propter Chriſtum. *Tom.* 2. *opuſcul. de perfect. vitæ ſpirit. cap.* 10. *poſt medium, fol.* 32. *pag.* 1.

86. Amans Deum anima, ſub Deo deſpicit univerſa. *Lib.* 2. *de Imit. Chriſti cap.* 5. *in fine pag.* 551. *tom.* 2. THOMAS A KEMPIS.

S. VALERIAN. 87. Debet terrena contemnere, cui eſt animus cœleſtia poſſidere. *Hom. 2. de arcta Vita, circa medium, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 478. columna 1. B. edit. Coloniæ* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 88. Contemnere omnes libidines, non auri, non argenti, non cæterarum rerum indigere, hoc regium eſſe confiteor. *Orat. 25. pro Sylla ante med. num. 25. col. 526. lit. F. tom. 2.*

89. Nihil honeſtius magnificentiúſque, quàm pecuniam contemnere. *Lib. 1. Offic. ante med. columna 476. littera C. tom. 4.*

90. Multi divitias deſpiciunt, quos parvo contentos, tenuis victus cultuſque delectat. *Profec.*

91. Honores verò, quorum cupiditate quidam inflammantur, multi ita contemnunt, ut nihil minus, nihilque eſſe levius exiſtiment.

92. Itemque cætera, quæ quibuſdam admirabilia videntur, permulti ſunt, qui pro nihilo putent. *De amicit. poſt med. col. 573. E. tom. 4.*

93. Nunquàm mehercule, neque pecunias, neque tecta magnifica, neque opes, neque imperia, neque voluptates, in bonis rebus expetendis eſſe duxi. *De Paradoxis, cap. 2. in princ. col. 580. B. tom. 4.*

94. Contemnendæ ſunt humanæ res, atque deſpicienda mors eſt. *Lib. 4. Tuſcul. quæſt. poſt med. col. 238. lit. D. tom. 4.*

PLATO. 95. Verus Philoſophus, quæ ad corporis cultum ſpectant, contemnit. *Tom. 1. Sizygia prima in dialogo Phædonis ante med. pag. 64. D.*

SENECA. 96. Contemnere omnia aliquis poteſt, omnia habere nemo poteſt. *Epiſt. 62. in fine pag. 635.*

97. Breviſſima ad divitias per contemptum divitiarum via eſt. *Ibid.*

98. Verus contemptor omnium nec ad pecuniam reſpicit, aurum argentumque non æſtimat, quæ avertunt à cœlo. *Ep. 92. ſub finem, pag. 767. tom. 2.*

99. Perit libertas, niſi illa contemnimus, quæ nobis jugum imponunt. *Ep. 85. poſt med. pag. 723. tom. 2.*

100. Magni animi eſt, magna contemnere. *Ep. 39. poſt med. pag. 591. tom. 2.*

101. Nemo aliùs Deo dignus, quàm qui opes contempſit. *Ep. 18. poſt med. pagina 555. tom. 2.*

102. Supervacua contemnere non eſt virtus, ſed cùm contempſeris neceſſaria. *Epiſt. 110. circa med. pag. 841. tom. 2.*

103. Nihil magnum, niſi magno animo deſpicias. *De Morib. ante med. pag. 677. edit. Baſileæ.*

104. Summum bonum eſt animus fortuita deſpiciens *De beata vita. cap. 4. ante med.*

105. Nihil magnum eſt in rebus humanis, niſi animus magna deſpiciens. *In ſuis Proverb. pag. 687. col. 1. lit. N.*

106. Sunt multi qui plurimum verbis, non re contemnunt, ſed ipſa quæ ſpernunt, clàm furantur. *In ſuis Prov. pag. 689. lit. S. col. 2. edit. Baſileæ.*

SIXT. PHILOS. 107. Quorum laudes contemnis, eorum neque derogationes magnipendas. *Sent. 289. apud Bibl. Patr. tom. 3. pagina 66. col. 2. littera E.*

108. Sapiens vir, & pecuniæ contemptor, ſimilis eſt Deo, *Ibid. ſent. 15. pag. 64. col. 2. lit. G.*

Vide etiam Titul. Magnus. ſent. 84. 85. Mundus. ſent. 27. Pecunia. ſent. 21. Proprietas ſent. 22. Relinquere. per totum. Renuntiatio per totum. Temporale. ſent. 7. 87. 88. 97.

Contemptus ſui.

DEFINITIO ET COMPARATIO.

DEFINITIO.

COLLECTOR. CONTEMPTUS ſui, eſt virtus qua homo veriſſima ſui agnitione ſibiipſi vileſcit.

COMPARATIO.

THOMAS A KEMPIS. Sicut ſuperbus in honoribus, & dives in divitiis lætatur: ſic verus humilis in contemptu ſuiipſius delectatur. *In hortulo roſarum. cap. 8. ſect. 3. pagina 518. tom. 2.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANTONIUS DE PADUA. 1. Verè conteritur, qui ſe terram agnoſcit. *Serm Dom. 22. poſt Trinit. circa med. fol. 320. pag. 1.*

S. AUGUSTIN. 2. Non fiet quiſque qualis cupit eſſe, niſi ſe oderit qualis eſt. *De vera relig. cap. 48. in medio, pagina 514. littera C. tom. 1.*

3. Majus eſt contemnere ſeipſum, quàm mundum, quem multi propter vanitatem contempſerunt. *De ſpiritu & anima cap. 5. ante med pagina 605. littera B. tom. 3.*

4. Timor de ſuppliciis, & dolor de peccatis faciunt contemptum mundi, & ſui. *Ibid. in fine pag. 606. lit. C.*

5. Eſto parvus in oculis tuis, ut ſis magnus in oculis Dei, *Profec.*

6. Tantò eris apud Deum pretioſior, quantò fueris ante oculos tuos deſpectior. *Serm. 70. ad Fratres in eremo poſt med. pag. 1013. A. tom. 10.*

S. BERNARD. 7. Mirabilem te apparere, & contemptibilem reputare; hoc ego ipſis virtutibus mirabilius judico. *Ser. 13. ſuper Cant. ante medium, fol. 142. columna 4. littera L.*

8. Verus humilis, vilis vult reputari, & gaudet de contemptu ſui. *Ibid. Serm. 16. poſt medium, fol. 145. col. 4. L.*

9. Non eſt periculum quantumcúmque te reputes minorem, quàm ſis: eſt autem grande malum horrendúmque periculum, ſi vel modicè plus te extollas, ſi vel uni te præferas. *Ibidem ſerm. 37. ante finem fol. 166. columna 1. lit. B.*

10. Beatæ animæ, quibus vilitas ſublimitas, contumelia gloria! *De præcepto & diſpenſat. in princ. fol. 357. col. 3. littera H.*

11. Plerique in domo Dei non patiuntur haberi contemptui, qui in ſua domo, non niſi contemptibiles eſſe potuerunt, quod perverſum eſt. *Hom. 4. ſuper Miſſus. longè poſt medium, fol. 9. col. 4. K.*

12. Virtus vera eſt recta facere, & inutilem ſe reputare *Ep. 142. ad Monachos Alpenſes circa med. fol. 240. col. 2. F.*

13. Qui ſibi vilis eſt, ante Deum magnus eſt: quâ ſibi diſplicet, Deo placet. *Volum. 2. ſerm. 32. ad ſororem in fine, fol. 91. col. 2. D.*

14. Verè ille eſt felix, & æterna felicitate dignus, qui ſeipſum deſpicit, qui diſplicet ſibi, ut placeat Creatori ſuo. *Volum. 2. ſerm. 15. de Cœna Domini in medio, fol. 119. col. 1. A.*

S. BONAVENT. 15. Quantò ſapiens plus proficit, tantò plus ſe deſpicit. *Serm. 17. in Hexam. prope fin. pag. 59. col. 1. B. to. 1.*

16. Certè in operibus humanis, nullum majus reputo, nec difficilius cognoſco, & ad altiſſimum gradum mihi perveniſſe videtur, quàm qui ex corde & animo vero, non ficto, nolit aliquid reputari, ſed ſperni ut abjectus & vilis. *In Medit. vitæ Chriſti, cap. 15. poſt init. pag. 346. col. 2. D. tom. 6. part. 2.*

17. Ama neſciri, & pro nihilo reputari, hoc tibi ſalubrius & utilius, quàm laudari ab hominibus. *In Alphabeto Religioſor. lect. 1. pagina 128. columna 2. lit. D. tom. 7. part. 4.*

18. A contemptu ſuiipſius, incipit vita boni Religioſi. *Ibidem lect 22. pag. 529. col. 2. E.*

CASSIODORUS. 19. Ipſe Domino placet, qui ſibi diſplicet: quia cùm nos culpamus, veriloquium eſt: cùm nos volumus laudare, mendacium. *Sup. Pſ. 31. poſt init. verſ. 2. fol 45. col. 3.*

DIONYSIUS CARTHUS. 20. Religioſa perſona non debet contriſtari, ſi viderit ſe non reputari. *De profectu ſpirit. art. 7. poſt med. fol. 109. pagina 2.*

DIONYSIUS CARTHUS. 21. Nullum deſpicias, niſi teipſum. *De Perfect. charit. art. 47. in med. folio* 224. *pagina* 1.

22. Reputate nullins eſſe valoris. *Ibidem.*

S. DOROTH. 23. Seipſum ſemper vilipendere, humilitatis proprium eſt. *Doctrina 9. de Mendacio, ſub finem, apud Bibliothecam Patrum, tom. 4. pagina 780. columna 2. littera F.*

24. Currere ſua ſponte ad vilia exercitia, nullus profectus eſt, quin potiùs inanis eſt gloria. *Proſecutio.*

25. Sed cùm tibi aliquid vile præcipitur, neque tu contradicas, tunc fit hoc ad profectum, & hoc eſt contemptum ſuiipſius habere. *Ibidem, Doctrina 21. Reſponſ. 4. in princ. pagina 796. columna 1. B.*

26. Contemne teipſum, non alium: teipſum injuria affice, non alium. *Ibidem, Doctrina 24. ante fin. pag 799. columna 2. G.*

S FRANCISCUS ASSISIAS. 27. Beatus ille ſervus, qui non tenet ſe meliorem, quando tenetur vilis, ſimplex, & deſpectus. *In admonitionibus ad fratres. cap. 19. pagina 78.*

28. Ibi eſt noſtrum lucrum, ubi vituperamur, & vilipendimur. *Tom. 3. Apophthegm 51. pagm 51.*

GLOSS. ORD. 29. Qui voluit eſſe omnium noviſſimus, juſtum eſt ut ſit omnium primus. *Sup. Ioſue, cap. 19. columna 125. A. tom. 2.*

GLOS. INT. 30. Verus contemptor ſui auget deſpectionem, ut ſe humiliorem præbeat. *Sup. Iob, cap. 2. columna 39. A. tom. 3.*

GLOSS. ORDIN. 31. Stulti eſſe apud vos diſcite, ut in Deo verè eſſe ſapientes valeatis. *Ibidem, cap. 17. columna 194. littera F.*

32. Laudabile eſt apud Deum, ut nos ipſos exiſtimemus ut jumenta: & contra criminoſum eſt, ut jumentum haberi apud dæmonem. *Sup. Pſ. 72. col. 974. E. tom. 3.*

S. GREG. MAG. 33. Tantò unaquæque anima fit pretioſior ante oculos Dei; quantò præ amore virtutis deſpectior fuerit ante oculos ſuos. *Lib. 18. Moral. cap. 20. ante fin. ſuper illud Iob 28. Omne pretioſum vidit, &c. col. 611. B. tom. 1.*

34. Tantò fit quiſque vilior Deo, quantò pretioſior ſibi: tantò pretioſior Deo, quantò propter eum vilior ſibi. *Lib. 18. Moral. cap. 20. ante finem, ſuper illud Job. 28. Omne pretioſum vidit, &c. col. 611. B. tom. 1.*

35. Tantò quiſque ampliùs intùs ſtultus fit, quantò conatur exteriùs ſapiens videri. *Ibidem, cap. 25. circa init. columna 616. C.*

36. Sicut ſuperbi honoribus, ſic plerumque humiles ſua deſpectione gratulantur. *Lib. 1. dialogi, cap. 5. in fine, columna 1337. B. tom. 2.*

37. In cunctis ſe deſpicit, qui in Dei oculis ſe eſſe humilem confitetur. *Hom. 7. ſup. Evang. in fine, col. 341. D. tom. 2.*

38. Magnus mihi fuiſti, quià deſpectus tibi: ſed nunc quia magnus tibi es, factus es deſpectus mihi. *Libr. 18. Moral. cap. 20. ante finem, col. 611. littera B. tom. 1.*

39. Viri ſancti undè ſe deſtructiores æſtimant, indè locupletiores ad cœleſtis patriæ conſtructionem ſurgunt. *Lib. 5. Moral. cap. 4. in medio, num. 3. col. 134. B. tom. 1.*

40. Electi quantò ſe exteriùs affligendo deſpiciunt, tantò ſe veriùs intùs componunt. *Lib. 35. Moral. cap. 14. in princ. col. 1220. D.*

41. Elegit Deus quos mundus deſpicit; quia plerumque ipſa deſpectio hominem revocat ad ſemetipſum. *Homil. 36. ſuper Evang. ante medium, col. 495. B. tom. 2.*

S. HIERON. 42. Qui ſui in carne contemptor eſt, paupertate incedit ornatior. *Tom. 1. Ep. 3. ad Heliodorum, poſt med. pagina 24. D.*

HUGO CARD. 43. Qui non fuerit minimus reputatione ſui, non fiet maximus coram Dei majeſtate. *Sup. Iob, cap. 7. fol. 407. col. 1. tom. 1.*

HUGO CARD. 44. Qui contemni ſe, contemnit, imò gaudet, verba detractoris non curat. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 7. fol. 91. col. 3. tom. 1.*

45. Spernere ſeſe, ſpernere nullum, ſpernere mundum,
Spernere ſe ſperni, quatuor hæc dona ſuperni.
Sup. Iſayam, cap. 33. Moral. folio 71. col. 2.

46. Qui ſcit ſpernere mundum, ſpernere nullum, ſpernere ſeſe, non ſe reputet eſſe abjectum à Deo, & deſpectum. *Super 2. ad Cor. cap. 8. folio 135. columna 2. tom. 7.*

S. IOANNES CHRYSOST. 47. Nihil ita eſt amicum Deo, quàm ſi quis ſe cum miniminis annumeret: hoc eſt enim caput totius Philoſophiæ, atque faſtigium. *Hom. 3. ſup. Matth. ante fin. col. 33. B. tom. 2.*

48. Qui nihil ſe exiſtimat eſſe, in inferiori conſiſtens, quantùm ad ſe ſolicitus eſt de ſe: qui autem ſolicitus eſt, timet: qui timet, circumſpicit ſemetipſum, & ſe non ſinit duci à diabolo. *Homil. 5. operis imperf. ſuper Matth. poſt med. col. 783. tom. 2.*

49. Sperni apud vulgus, ridiculum eſt: at ſancti eo gloriantur. *Super Epiſt. ad Galat. cap. 6. poſt medium in illud, Mihi verò abſit gloriari, &c. col. 947. lit. D. tom. 4.*

50. Nolimus extolli, ſed & nos dicamus inutiles, ut utiles efficiamur. *Proſec.*

51. Nam ſi te dixeris probabilem, licet probabilis exiſtas, inutilis factus es: ſi verò te nominaveris inutilem, factus es utilis, licet ſis improbandus. *Homil. 38. ad populum Antiochenum, columna 288. tom. 5.*

S. IOAN. CLIM. 52. Plurimi noſipſos peccatores dicimus, & fortaſsè ita exiſtimamus, ignominia verò hoc probat. *Gradu 25. ſtatim a medio. apud Bibl. Patrum, tom. 6. part. 2. pag. 278 col. 1. B.*

S. ISID. HISP. 53. Exiſte vilis, exiſte abjectus, exiſte deſpectus, diſplice tibi, deſpectus eſto apud temetipſum. *Lib. 2. de Synonim. cap. 5. circa med. pagina 315. col. 1.*

54. Magnâ apud Deum refulget gratiâ, qui huic mundo contemptibilis. fuerit. *Proſ.*

55. Nam revera neceſſe eſt ut quem mundus contemnit, diligatur à Deo. *Lib. 3. de ſummo bono, cap. 16. ſent. 3. pag. 672. col. 1.*

56. Pulvis es, & in pulvere ſede: cinis es, & in cinere vive. *Et habetur, apud Bedam, in ſuis ſcintillis, cap. 4. col. 378. tom. 7.*

S. LAUR. JUST. 57. In hac peregrinatione via tutiſſima, per quam ad patriam ſupernam pergitur, eſt contemptus ſui. *Part. 2. de Regimine prælat. cap. 1. poſt med. pag. 557. col. 1. E.*

LUDOV. BLOS. 58. Qui verè humilis eſt, magis optat vilis & abjectus haberi, quàm ſanctus. *In canone vitæ ſpirit. cap. 8. ante fin. pag. 7. col. 2.*

59. Optatius tibi ſit contemni, quàm laudari. *In ſpeculo ſpirituali, cap. 2. ante finem, pagina 43. columna 1.*

60. Te omnium viliſſimum eſſe reputes, indignumque judices quem terra ſuſtineat. *In brevi regula tyronis. verbo Infra. pagina 433. col. 1.*

S. MACAR. 61. Anima quæ vere Deum colit, etiamſi infinita juſtitiæ opera ediderit, ita ſe habet ac ſi nihil egiſſet. *Hom. 10. circa med. apud Biblioth. Patrum, tom. 4. pag. 59. col. 2. lit. E.*

S. NILUS. 62. Qui humiliter & abjectè de ſe ſentit, Chriſti diſcipulus eſt. *Orat. 8. de ſuperbia, ante medium, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 977. col. 2. G. edit. Coloniæ 1618.*

63. Beatus Monachus, qui ſe omnium peripſema, ideſt, abjectiſſimum reputat. *Ibidem, de Oratione, cap. 115*

PETRUS BLES. 64. Non potes verè eſſe humilis, ſi propriam excellentiam non contemnis, *Epiſt. 131. ad quendam Abbat. à medio, apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pagina 808. col. 1. D. edit. Coloniæ 1618.*

PETRUS BLESENSIS. 65. Abjectio ſui ad contritionem pertinet. *Ibidem, de Confeſſione Sacramentali, poſt medium, pagina 937. columna 1. A.*

66. Ut ſervum te reputes humilem & abjectum, noo ſit tibi dedecori humilitas, quæ decuit Filium Dei. *Ibidem tract. de inſtit. Epiſcopi, ante med. pagina 242. col. 2. E.*

S. PETRUS MAURITIUS CLUN. 67. Omnibus te inferiorem, & viliorem, non ſolùm lingua pronuntia, ſed etiam intimo cordis affectu. *Lib. 1. Ep. 20. ad Giſlebert. ſtatim a medio, apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 23. col. 1. A.*

PHILO JUD. 68. Qui ſeipſum valdè cognoſcit, valdè contemnit: qui autem ſeipſum ſpernit, eum qui eſt cognoſcit. *Libr. de ſomnus longè ante medium, pagina 791. tom. 2.*

RICH. A SANCTO VICT. 69. Primum tranſitum ad virtutem facit contemptus mundi, ſecundum tranſitum efficit contemptus ſui. *Part. 1. tract. 1. de Exterminat. mali, cap. 6. poſt med. pag. 3. col. 2. C. D.*

70. Durum, difficile, grande eſt, ſeipſum plenè deſpicere: hic labor, hic gemitus. *Ibidem, cap. 12. poſt med. pag. 6. col. 1. littera D.*

71. Mentis vilitas tan ò pretioſior eſt, quantò de fonte amoris & fervoris radice procedit. *Part. 2. ſuper Cantica, cap. 14. ante medium, pagina 174. col. 1. littera D.*

72. Humilis eſt, qui ſeipſum apod ſemetipſom veraciter contemnit: humilior, qui ſe contemni etiam ab aliis non refugit: humillimus verò, qui contemptum ſuum non ſolùm contemnit, ſed & admodum concupiſcit. *Part. 1. lib. 2. de erudit. hominis interioris cap. 32. ante med. pag. 150. col. 1. B.*

THOMAS A KEMPIS. 73. Mundi gloriam ſpernens, & ſeipſum nihil reputans, ad exteriora eſt rarus, ad interiora aſſiduus, ad terrena frigidus, ad cœleſtia fervidus. *Ser. 8. ad novit. div. ſ. 4. part. 1. pag. 29. tom. 1.*

74. Vis habere pacem & tranquillitatem cordis, & gratiam Chriſti, & amicitiam Angelorum promereri? contemne teipſum propter Chriſtum. *Ibidem, ferm. 13. diviſ. 4. pag. 45.*

75. Nil ſic reconciliat, nil ſic Deum placat, ſicut purus amor Dei, & contemptus ſui. *Medit. 9. de Nativ. cap. 6. pag. 212. tom. 1.*

76. Contemptus ſui, ineffabilis libertas: contemptus ſui, ſalutis indicium: & qui à contemptu ſui incipit, in amore Jeſo perficietur. *Medit. 17. de amore Ieſu. cap. 1. pag. 233. tom. 1.*

77. Qui benè ſeipſum cognoſcit, ſibiipſi vileſcit. *Libr. 1. de Imit. Chriſti. cap. 2. in princ. pag. 323. tom. 2.*

78. Si vis utiliter aliquid ſcire & diſcere, ama neſciri, & pro nihilo reputari. *Ibidem, cap. 2. ſect. 3. pag. 323.*

79. Hæc eſt altiſſima & utiliſſima lectio, ſuiipſios vera deſpectio. *Ibidem, capitul. 2. ſect. 4. pagina 323.*

80. De ſeipſo nihil tenere, & de aliis ſemper benè & altè ſentire, magna ſapientia eſt & perfectio. *Ibidem.*

81. Quantò perfectiùs infimis quis renuntiat, & magis ſibiipſi per contemptum ſui moritur, tantò gratia celeriùs venit, copioſiùs intrat, & altiùs liberum cor elevat. *Lib. 4. de Imit. Chriſti. cap. 15. ſect. 5. pagina 439. tom 2.*

82. Magnus coram Deo eſt, qui ex vera humilitate ſe ſpernit, & ſubſternit. *In Valle liliorum, cap. 4. ſect. 2. pag. 539. tom. 2.*

83. Neminem tantùm diabolus timet & refugit, quantùm humilem ſemetipſum deſpicientem. *De Diſciplina clauſtrali, capitul. 2. ſect. 6. pagina 605. tom. 2.*

84. Utilior eſt homini contemptus ſui, quàm favor laudis inanis. *De Recognit. propria fragilit. cap. 6. in medio. pag. 742. tom. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 85. Nihil eſt quod tàm obtundat, elevetque ægritudinem animi, quàm in omni vita cogitatio ſe nihil eſſe. *Libr. 3. Tuſcul. quæſt. ante med. num. 34. col. 216. A. tom. 4.*

EPICTETUS. 86. Si quid proficere vis, ne recuſa quo minùs ob res externas amens, & fatuus habearis. *In ſuo Enchyrid. cap. 18. in princ.*

SENECA. 87. Nihil eſt cuique homini ſe vilius. *Ep 42. poſt med. pag. 597. tom. 2.*

88. Contemptus corporis ſui, certa libertas eſt. *Ep. 65. ante finem, pag. 643. tom. 2.*

89. Ad cætera contemnenda à contemptu ſui quiſque venit. *Ep. 66. in princ. pag. 643. tom. 2.*

90. Ut ſis beatus, te ſtultum videri ſine. *Ep. 71. ante med. pag. 663. tom. 2.*

91. Si vis beatus eſſe, ſi fide bona vir bonus, ſine contemnat te aliquis. *Ibidem.*

92. Nondum es felix, ſi te turba non deriſerit. *De Moribus, poſt init. pag. 677. edit. Baſileæ.*

93. Si vis felix eſſe, cogita hoc primum, contemnere & contemni. *Ibidem.*

94. Contemni eſt levius, quàm ſtultitia percuti. *In ſuis Proverb. pag. 684. col. 2 C. edit. Baſileæ.*

Vide etiam tit. Renuntiatio ſui.

Contentio.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO, PRODUCTIO.

ETYMOLOGIA.

COLLECTOR. CONTENTIO dicitur quaſi contratenſio, & contendere quaſi contra tendere.

DEFINITIO.

S. THOMAS AQUINAS. Contendere, eſt contra aliquem tendere. *2. 2. quæſt. 38. art. 1. in princ. corporis. pag. 77. col. 1.*

DIVISIO.

HUGO A S. VICTORE. Contentio alia venialis eſt, ut illa diſcipulorum: alia inquiſitionis, quæ fit cauſa inquirendæ veritatis, alia damnabilis eſt. *Super Epiſt. B. Pauli ad Romanos. poſt initium in illud, His autem qui ſunt ex contentione, &c. pag. 261. F. tom. 1.*

HUGO CARD. Contentio triplex eſt evitanda.
- Diſputatoria.
- Litigatoria.
- Oſtentatoria. *Cap. 20. ſuper Proverb. folio 43. columna 4. tom. 3.*

PRODUCTIO.

S. ANTONIN. Septima & ultima filia inanis gloriæ, eſt contentio. *Part. 2. titul. 4. de inani gloria. cap. 9. in princip. folio 178. columna 3.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Abſit pertinax in familiari ſermone contentio: quæſtiones enim magis excitare inanes, quàm utilitatis aliquid afferre ſolent. *Lib. 1. Offic. cap. 22. circa med. col. 15. B. tom. 1.*

S. ANSELMUS. & S. HIERONYM. 2. Contentio eſt, ubi non ratione, ſed animi pertinacia defenditur: & ubi non veritas quæritur, ſed animoſitas fatigatur. *Super Epiſt. ad Galat. cap. 6. in illud, Contentiones, æmulationes, &c. folio 139. col. 3. & S. Hieronymus, ſuper Ep. ad Rom. cap. 1.*

S. ANTONIN. 3. Contendere etiam de dignitatibus, vel locis honorabilioribus, vanum eſt & periculoſum. *Part. 2. tit. 4. cap. 9. §. 2. poſt med. fol. 179. col. 4.*

S. Antonin. 4. Vitandæ ſunt contentiones inutiles, quæ inſtigantur opere diaboli, cui ſummè diſplicet concordia hominum. *Ibidem, ante finem, folio* 180. *col.* 1.

5. Magnanimus non eſt contentioſus, quia nihil æſtimat magnum: nullus enim contendit, niſi pro re quam æſtimat magnam. *Part.* 2. *tit.* 4. *cap.* 1. §. 3. *poſt med. fol.* 157. *col.* 3.

6. Qui rixatur cum altero, intendit ſuperare, & ipſe ſæpè ſuperatur, & percutitur. *Part.* 2. *tit.* 7. *de Ira, cap.* 7. §. 2. *in princ. fol.* 240. *col.* 2.

S. Augustin. 7. Auſer litem & revoca pacem; ne tibi pereat homo amicus, & de vobis gaudeat diabolus inimicus. *Epiſt.* 75. *ad Auxilium Epiſcopum, in fine. pag.* 221. *B. tom.* 2.

8. In multis ſolent latebras ſuæ malæ defenſionis inquirere, qui contentionis ſunt cupidiores, quàm veritatis. *Epiſt.* 174. *ad Paſcentium. ſtatim à princip. pag.* 500. *D. tom.* 2.

9. Quid contentioſius eſt, quàm ubi de re conſtat, certare de nomine? *Ibidem, poſt initium, pag.* 501. *littera A.*

10. Cavendum eſt ne tempeſtate contentionis, ſerenitas charitatis obnubiletur. *Ep.* 86. *ad Caſulanum. in princ. pag.* 245. *A. tom.* 2.

11. Deſine quiſquis contentioni ſtudes, expedit potiùs veris vinci, quàm vincere vera per falſa: perdere eſt enim, non vincere. *Ex quæſt. veteris & novi Teſtamenti. quæſt.* 109. *ante finem, pagina* 578. *littera D. tom.* 4.

12. Initium ſummæ difficultatis, eſt contentio. *De vera Relig. cap.* 54. *in principio pagina* 516. *littera D. tom.* 1.

13. Interminabilis eſt contentio generans lites, non finiens quæſtiones. *Ep.* 86. *ad Caſulanum. poſt med. pag.* 251. *B. tom.* 2.

S. Bernard. 14. Qui per loca periculoſa vadit, citò cadit: ſic ille qui quotidie cum proximis ſuis contendit, citò in ſcandalum cadit *Volum.* 2. *ſerm.* 17. *ad ſororem. in princ. folio* 85. *col.* 3. *G.*

15. Contentio lites parit, contentio pacem cordis extinguit, contentio rixas gignit, contentio jurgia ſeminat, contentio faces odiorum accendit, contentio concordiam rumpit, contentio conturbat oculos mentis. *Ibidem, ante finem. folio* 85. *col.* 4. *K.*

16. Ubi rixæ & contentiones, non poteſt eſſe perfecta Religio. *Ibidem, ante medium, folio* 85. *col.* 3. *littera H.*

17. Lingua contentioſa, ſi frænum non habeat, nullus homo cum ea in pace vivere poterit. *Ibidem.*

18. Rixoſa lingua, veneno plena eſt. *Ibidem.*

S. Bonavent. 19. Rixa eſt inter competitores. *Libr.* 3. *Pharetræ. cap.* 3. *de contentione, in calce, pag.* 156. *col.* 2. *D. tom.* 6. *part.* 1.

20. Cum Prælato contendere, nefas eſt; & execranda in ſubdito irreverentiæ turpitudo. *In ſpeculo diſcipl. part.* 1. *cap.* 6. *poſt init. pag.* 536. *col.* 2. *B. tom.* 7. *part.* 4.

21. Indignum eſt ſervis Dei, mulierecularum more contendere. *Ibidem, cap.* 20. *ante finem, pag* 544. *col.* 1. *lit. E.*

22. Si reſiſtentiæ incidant verba, cedendum continuò reſiſtenti. *Ibidem.*

23. Inter Dei ſervos collatio, non altercatio eſſe debet. *Ibidem.*

24. Reus eſt, qui temerario diſſidentiæ verbo conſcientiam percutit infirmorum *Ibidem, in fine, pag.* 544. *columna* 2. *A.*

S. Cyprian. 25. Non debet contendi, quod non licet amari. *De* 12. *abuſion. cap.* 7. *poſt medium. pag.* 600. *columna* 1. *tom.* 3.

S. Eusebius Emissen. 26. Interdùm de rebus parviſſimis excitamur, & pro vilium rerum appetitu viliſſimas contentiones movemus. *Homil.* 5. *ad Monachos, ſub finem, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 583. *col.* 2. *F.*

S. Eusebius Emiss. 27. Elaborate potiùs inter vos contentione laudabili, ac æmulatione meliori, ut certetis quis veſtrûm in opere Dei ſit promptior. *Proſecutio.*

28. Quis in oratione ferventior, in lectione ſollicitior, in caſtitate purior, in ſobrietate parcior.

29. Quis in lacbrymarum largitate profuſior, in corpore honeſtior, in corde ſincerior.

30. Quis in ira mitior, in manſuetudine moderatior, in riſu rarior.

31. Quis in compunctione ardentior, in gravitate fundatior, in charitate ſit jucundior. *Ibidem, Hom.* 9. *poſt med. pagina* 586. *columna* 2. *F.*

Gillebertus Anglus. 32. Ubi contentio, ibi nil lene, nil compoſitum, nil ordinatum, ſed totum horridum. *Serm.* 29. *ſuper Cant. poſt med. inter opera D. Bernardi. volum.* 2. *folio* 26. *columna* 2. *F.*

Gloss. ord. 33. Catholici & hæretici perpetua contentio eſt, quia diſpar intentio: alter enim falſitatem, alter defendit veritatem *Super Deuteron. cap.* 25. *in illud, Et unus contra alterum, col.* 1617. *A. tom.* 5.

S. Greg. mag. 34. Cum Deo contendere eſt, non ei tribuere, ſed tibi gloriam ſuæ virtutis arrogare. *Libr.* 9. *Moral. cap.* 2. *ante medium, col.* 292. *A. tom.* 1.

35. Nullus unquam contentionibus finis imponitur, ſi impleri ea quæ judicata fuerint, differantur. *Lib* 9. *in Regiſtro indict.* 4. *cap.* 46. *Ep.* 46. *ad Donum Epiſc. Maſſanenſem, in princ. col.* 1705. *B. tom.* 2.

36. Sic de exterioribus (ſi quando contentio vertitur) examen veniat, quatenus mentem charitas non relinquat. *Ibidem, lib.* 7. *indict.* 2. *cap.* 129. *Epiſt.* 129. *ad Maximum Epiſcopum Saonitanum, poſt med. col.* 1005. *lit. B.*

37. Culpabiliores eſſe ſolent hi, qui in contentione inchoant, quàm qui reſpondent. *Lib.* 26. *Moral. cap.* 2. *paulò poſt med. col.* 851. *B. tom.* 1.

38. Jurgantium controverſias celeri ſententia terminare, & æquitati procul dubio convenit, & vigori. *Lib.* 2. *in Regiſtro indict.* 10. *cap.* 28. *Ep.* 28. *ad Joan. Ravennatem, in princ. col.* 760. *B. tom.* 2.

S. Hieronym. 39. Ars propriè litigantium non ratione, ſed ſtomacho contentio eſt. *Super Epiſt. ad Titum, cap.* 3. *ſup. illud Proverb.* 8. *Invenerunt pacem. pagina* 256. *littera B. tom.* 9.

40. Quid debet facere Chriſtianus, niſi omninò fugere contentionem? *Ibidem.*

41. Solent in contentione talia opponi, elimato malevolentiæ argumento, ut moveant animos inſipientium fratrum. *Proſec.*

42. Non poteſt eſſe quin contentio extorqueat aliquid, quod dicatur contra conſcientiam, ut intùs in animo perdat, & foris victor accedat: nemo enim patitur ſe vinci, licèt ſciat vera eſſe quæ audit.

43. Collatio ergo inter Dei ſervos eſſe debet, non altercatio. *Super* 2. *ad Tim. cap.* 2. *in illud, Noli verbis contendere, pag.* 240. *E. tom.* 6.

44. Contentio nihil poteſt, niſi ſubvertere. *Ibidem, interlinealiter, ſuper illud, Noli verbis contendere, pag.* 739. *B.*

Hugo a S. Victore. 45. Qui amant litem, deſtruunt unitatem. *Libr.* 2. *de Clauſtro animæ, cap.* 21. *in principio, pagina* 50. *G. tom.* 2.

46. Intolerabilis hæc abuſio, ut ibi litiges, ubi teipſum accuſare debes. *Ibidem.*

47. Quare in loco remiſſionis, inducis litem contradictionis? *Ibidem, poſt initium, pagina* 50. *H.*

Hugo Card. 48. Contendere cum majore eſt periculoſum, cum pare ambiguum, cum minore inhoneſtum, cum nullo ſecurum. *Sup. Eccleſiaſtic. cap.* 8. *in princ. folio* 186. *columna* 1. *tom.* 3.

S. Joannes Chrysostom. 49. Nihil pace præſtantius, nihil contentione damnoſius & gravius. *Hom.* 36. *ſup. Gen. col.* 297. *C. tom.* 1.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 50. Inter bellatores naſcitur de virtute contentio. *Homil.43. operis imperf. ſuper Matth. a medio, col.* 1049. *A. tom.* 2.

51. Rerum contentio, multas inducit lites. *Hom:* 51. *ad papulum Antiochenum, ante medium, col.* 351. *littera B. tom.* 5.

51. Contentioſorum crimen quadruplex eſt.
- Unum, neſcire injuriam perferre.
- Alterum, inferre.
- Tertium, injuſtiſ de his judicium permittere.
- Quartum, injuria afficere fratrem. *Homil. 16. ſuper Epiſt. ad Rom. poſt med. columna* 445. *D. tom.* 4.

S. ISID. HISP. 52. Fuge rixas, vita lites, cave contentiones, tolle occaſionem litis, vive ſemper ſine contentione. *Praſ.*

53. In nulla cauſa contendas, in nulla actione decertare ſtudeas.

54. Contentio enim contradictionem exigit, contentio lites parat. contentio rixas gignit, contentio facea odiorum accendit.

55. Pacem bonam contentio extinguit, concordiam contentio rumpit. *Lib. 2. de Synonim. cap.* 8. *poſt init. pagina* 316. *col.* 2.

56. Sicut inſtruere ſolet collatio, ita contentio deſtruit. *Libr.* 3 *de ſummo bono, cap.* 14. *ſent.* 4. *pag.* 670. *col.* 1.

57. Contentio relicto ſenſu veritatis litea generat, & pugnando verbis, etiam in Deum blaſphemiam ingerit. *Profec.*

58. Indè & hæreſea, & ſchiſmata, quibus ſubvertitur fides, veritas corrumpitur, ſcinditur charitas. *Ibidem.*

59. Contentioſorum ſtudium non pro veritate, ſed pro appetitu laudis certat: tantaque eſt in his perverſitas, ut veritati cedere neſciant, ipſamque rectam doctrinam evacuare contendant. *Ibidem, cap.* 14. *ſent.* 5. *pag.* 670. *col.* 1.

S. LAURENT. JUSTIN. 60. De dignitate contendere nihil fœdius, nihil arrogantius, & nihil à ſapientis ratione ſemotius. *Lib.* 5. *de Juſtitia, cap.* 16 *prope med. pag.* 220.

61. Peſſimum malum eſt contentioni vacare, per quam amicitiarum compago diſſolvitur, & animorum dulce vinculum diſſipatur. *Part.* 1. *de diſcipl. Monaſt. converſat. cap.* 13. *circa med. pagina* 106. *col.* 2. *littera A.*

62. Qui contentioſus exiſtit,
- Antiqui hoſtis in ſe immiſſiones admittit.
- Diaboli miniſterium operatur.
- Dirumpit pacem.
- Rixas concitat,
- Parit odium.
- Furorem nutrit.
- Denigrat honeſtatem.
- Sapientiam perdit.
- Rationem confundit.
- Oculum mentis obnubilat.
- Gratiæ lumen repellit.
- Fraternam dilectionem frangit.
- Cœleſtem in ſe occidit charitatem. *Ibidem, ut antè.*

63. Qui à contentionibus linguam cohibet, humilitatis amator eſt: contentioſus verò elatione & ſuperbia ſe plenum eſſe confitetur. *Ibidem, ut ante, littera B.*

SALVIANUS. 64. Jubet Chriſtus, ne litigemus, quis jubenti obtemperat? *Prof.*

65. Nec ſolùm jubet, ſed in tantùm hoc jubet, ut ea ipſa nos, de quibus lis eſt, relinquere jubeat dummodo litibus exuamur. *Lib.* 3. *de Gubernat. Dei. paulo ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 332. *col.* 2. *littera F.*

66. Falluntur profectò qui putant nihil eſſe ferro fortius, nihil veneno violentius: quamvis autem iſta in perficiendis mortibus habeant peculiare naturæ beneficium, cedunt tamen in contentione verborum. *Hom.* 5. *de oris inſolentia in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 480. *col.* 2. *H. edit. Colonia* 1618. S. VALERIAN.

67. Ipſe ſibi injuriam facit, qui litigioſi hominis verba cuſtodit. *Ibidem, Hom.* 12. *in medio, pagina* 489. *col.* 2. *littera G.*

68. Plena victoria eſt ad clamantem tacere; & non reſpondere provocanti. *Profec.*

69. Ubi verba verbis ſuccedunt, incendio fomenta præſtantur.

70. Sicut nihil eſt deformius reſpondere furioſis, ita nihil utilius tacere provocatis. *Ibidem,* &c.

71. Solet inſanabilis inimicitia ex contentione deſcendere. *Ibidem, ſub finem, pagina* 490. *columna* 1. *littera B.*

72. Difficilè ſine periculo tranſigit, qui adversùs ſublimiorem poteſtatem cauſa dimicationis contendit. *Ibidem, Homil.* 14. *de bono humilitatis, poſt init. pag.* 491. *col.* 2. *littera G.*

73. Vir humilis in contentionibus magis vult tacere, quàm vincere. *Ibidem, ſub finem, pagina* 492. *columna* 1. *littera F.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

74. Minores ut fiant æquales, ſeditionem faciunt; æquales verò, ut fiant majores. 5. *Politicor. Et habetur, apud Bedam, tom.* 2. ARISTOTELES.

75. Neque tutius, neque honeſtius reperies quidquam, quàm ab omni contentione abeſſe. *Lib.* 10. *Ep.* 9. *in calce, col.* 453. *F. tom.* 3. CICERO.

76. Nihil pernicioſius quàm effuſa ſine intermiſſione contentio. *Lib.* 3. *de Oratore, prope fin. num.* 224. *col.* 292. *B. tom.* 1.

77. Cadit ſtatim ſimultas ab altera parte deſerta, niſi par non pugnat: ſi utrimque concurritur, ille eſt melior, qui prior pedem retulit: victus eſt, qui vicit. *Libr.* 2. *de Ira, capitul.* 34. *circa finem, pagina* 430. *tom.* 1. SENECA.

78. Quoties contentio longior, & pugnacior erit, in prima reſiſtamus, antequàm robur accipiat. *Proſecutio.*

79. Alit ſeipſam contentio, demiſſos altiùs tenet.

80. Facilius eſt ſe ab hoc certamine abſtinere, quàm abducere. *Ibidem, libr.* 3. *capitul.* 8. *in calce, pagina* 439.

81. Vir bonus in diſſentione vinci, quàm vincere mavult. *Libr.* 4. *de benefic. cap.* 32. *in medio, pag.* 450. *tom.* 2.

82. Abſentem lædit, cum ebrio qui litigat. *In ſuis Proverb. pagina* 683. *columna* 1. *littera A. editionis Baſileanſis.*

83. Cum pare contendere, anceps eſt: cum ſuperiore, furioſum: cum inferiore, ſordidum. *Lib.* 2. *de Ira. cap.* 34. *in princ. tom.* 1.

Vide etiam titulos, Diſcordia, Diſputatio per totum.

Continentia.

DEFINITIO, DIFFERENTIA.

DEFINITIO.

CONTINENTIA, eſt animus invictus à delectatione. *Parte* 4. *tit.* 4. *de Temperantia. cap.* 2. *in princ. fol.* 38. *col.* 4. S. ANTONINUS.

Continentia

CLEMENS ALEX. Continentia, eſt corporis deſpicientia convenienter pactis conventis cum Deo initis. *Lib. 3. ſtromat. in princ. folio 89. pag. 1. A.*

DIONYSIUS CARTHUS. Contienentia, eſt refrænatio voluptatis laborioſa. *Super Epiſt. ad Galat. cap. 5. poſt medium, folio 76. littera C.*

S. EPHREM. Verè continens cenſetur ille, qui cœleſtium & immortalium bonorum deſiderio incenſus, in eiſque tota mente defixus, cunctas voluptates carnis averſatur, libidineſque ut umbram deſpicit, neque ullo fœminarum aſpectu, aut corporis forma delectatur. *Tom. 1. de continentia. circa finem, pag. 37. E.*

S. HIERONYM. Continentia eſt virtus, quæ diſſoluta conjungit, & ſciſſa conglutinat. *Tom. 4. Ep. 23. ad Evagrium. in princ. pag. 144. C.*

RICH. A SANCTO VICT. Continentia eſt, per quam carnalium affectuum impetus conſilii moderamine refrænantur. *De fructibus carnis & ſpiritus, cap. 16. prope fin. pag. 162. littera F. tom. 2.*

S. JOAN. CLIM. Continens eſt, qui in medio tentationum & laqueorum verſatur, moreſque tranquillos, turbiſque ac tumultibus liberos viribus omnibus imitari Chriſtum, & aſſequi contendit. *Gradu 1. poſt init. apud Bibl. Patrum, tom. 6. part. 2. pagina 243. columna 2. F. edit. Coloniæ* 1618.

JOAN. GERS. Continentia eſt temperantia moderativa concupiſcentiæ interioris. *Parte 4. de deſcript. terminor. cap. Temperantia, circa medium, folio 26. columna 3. littera R.*

S. LAURENT. JASTIN. Continentia, eſt amor Deo ſeſe integrum incorruptumque ſervans. *Parte 1. de ligno vitæ. tract. 2. de Continentia, cap. 1. in fine, pagina 14. columna 2. littera C.*

Continentia eſt nihil appetere pœnitendum, in nullo moderationis legem excedere, & ſub jugo rationis cupiditatem domare. *Ibidem.*

Continentia, eſt per edomitas vitiorum furias, munda & honeſta corporis habitudo. *Ibidem.*

S. THOMAS AQUINAS. Ille ſolus verè continens dicitur, qui tenet ſe in eo quod eſt ſecundùm rationem rectam, non autem in eo quod eſt ſecundùm rationem perverſam. *Secunda ſecundæ quæſt. 155. art. 1. in corpore ad ſecundum, pag. 268. col. 1.*

Propriè & verè continens eſt, qui perſiſtit in ratione recta, abſtinens à concupiſcentiis pravis: non autem qui perſiſtit in ratione perverſa, abſtinens à concupiſcentiis bonis. *Ibidem.*

S. RAMBERT. Continentia eſt abſtinentia, quâ ſe prohibet homo à coïtu, & ab omnibus illecebris. *Super Ep. ad Galat. cap. 5. can. 23. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 957. col. 1. D. edit. Coloniæ* 1618.

CICERO. Continentia, eſt virtus, per quam cupiditas conſilii gubernatione regitur. *Lib. 2. de invent. Rhetor. poſt med. col. 148. C. tom. 1.*

PLATO. Continens eſt, qui reluctantes rationi rectæ, partes animæ ſuperat. *Tom. 3. Syzygia 6. de definit. ante finem, pag. 415. C.*

Incontinentia eſt habitus cogens præter rectam rationem ad ea quæ jucunda eſſe videntur. *Ibidem, ſub finem, pag 416. A.*

DIFFERENTIA.

DIONYSIUS CARTHUS. Continentia & caſtitas diſtinguuntur: quoniam continens ſuſtinet concupiſcentias fortes, ſed non vincitur: caſtus verò nec ſuſtinet eas, undè nec ſuperatur. *Super Epiſt. ad Galat. cap 5. poſt medium, fol. 76. lit. C.*

S. HIERONYM. Inter modeſtiam & continentiam hoc intereſt, quòd modeſtia in viris perfectis eſt, conſummataque virtutis: continentia verò in via quidem virtutis eſt, ſed necdum pervenit ad calcem. *Lib. 3. ſuper Epiſt. ad Galat. cap. 5. in illud, Fructus ſpiritus eſt pax, &c. pag. 196. C. tom. 9.*

Hoc inter continentiam, & caſtitatem diſtat: quia continentia poteſt eſſe conjugatorum, viduarum, atque virginum: caſtitas verò propriè virginum eſt. *Sup. Ep. ad Galat. cap. 5. can. 23. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 957. col. 1. D.* S. RAMBERT.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. O amor! qui ſemper ardes, & nunquàm extingueris, charitas Deus meus accende me: continentiam jubes, da quod jubes, & jube quod vis. *Lib. 10. Confeſſ. cap. 29. in fine, pag. 126. C. tom. 1.* S. AUGUSTIN.

2. Ibi ponenda eſt continentia, ubi tacentium loquitur conſcientia. *De continentia, cap. 1. in fine, pag. 704. C. tom. 4.*

3. Bonum eſt pudicitia conjugalis, ſed meliùs bonum eſt continentia vidualis. *De bono viduitat. cap. 5. in princ. pag. 727. A. tom. 4.*

4. In conjugali vinculo ſi pudicitia conſervatur, damnatio non timetur, ſed in viduali & virginali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur, qua expetita & electa, & voti debito oblata, jàm non ſolùm capeſſere nuptias, ſed etiam ſi non nubatur, nubere velle damnabile eſt. *Ibidem, cap. 9 in princ. pagina 729. littera A.*

5. Majus bonum eſt obedientiæ, quàm continentiæ. *De bono conjugali, cap. 23. poſt init. pagina 568. D. tom. 6.*

6. Benè utitur bono, continentiam dedicans Deo; malè utitur bono continentiam dedicans idolo. *Lib. 1. de peccator. meritis & remiſſione. cap. 29. in medio, pag. 460. D. tom. 7.*

7. Carnalis concupiſcentia laudabiliùs continentiæ virtute frænatur, quàm fructibus impenditur nuptiarum: tàm magnum eſt enim malum ejus, ut eo non uti, quàm benè uti ſit melius. *Lib. 4. contra Julian. cap. 7. in fine, pag. 708. C. tom. 7.*

8. Superbis continentibus expedit cadere, ut in eo ipſo, in quo ſe extollunt, humilientur. *Profec.*

9. Quid prodeſt cui ineſt continentia, ſi dominatur ſuperbia? *Ser. 53. de verbis Domini. ante finem. pag. 140. D. tom. 10.*

10. In refrænandis libidinibus, & coërcendis voluptatibus, ne ſeducat quod malè blanditur, & enervet quod proſperum dicitur, continentia opus eſt. *Ser. 1. Dom. 23. poſt Trin. & in ord. 245. in princ. pagina 808. C. tom. 10.*

11. Continentia non in ſola integritate carnis conſiſtit, ſed etiam in cultu & ornatu, vita pariter & moribus conſiſtit. *Serm. 2. Dom. 24. poſt Trinit. & in ordin. 248. circa medium, pagina 815. littera B. tom. 10.*

12. Non decet chriſtianum ſeculi lucris inhiare, cui promiſſum eſt regnum cœleſte, ſed ſuo Domino per continentiam condignè vivere. *Ibidem.*

13. Qui cordis occulta per continentiam quieta ſervare intùs contendit, utique & membra corporis faciliùs contra pravos actus foris cuſtodit. *Ibidem, ante finem, pag. 816. C.*

14. Continentia cùm frænat cohibetque libidines, ſimul & appetit bonum, & reſpuit malum: illius quippè amatrix, & ſpectatrix, hujus verò hoſtis, & teſtis eſt, & decus ejus appetens, & dedecus fugiens. *De continentia cap. 3. in principio, pagina 705. tom. 4.*

15. In cupiditatibus frænandis continentia non laboraret, ſi nihil nos contra quod contenderet, detineret; ſi nihil noſtræ bonæ voluntati ex mala concupiſcentia repugnaret. *Ibidem. ut antè.*

16. Propoſito animi permanente, per quod etiam corpus ſanctificari meruit, nec ipſi corpori aufert ſanctitatem violentia libidinis alienæ, quam ſervat perſeverantia continentiæ ſuæ. *Libr. 1. de Civitate*

Dei, *cap.* 18. *poſt medium*, *pagina* 14. *littera C. tom.* 5.

V. Beda. 17. Continentia non corporis, ſed animi eſt virtus. *In ſuis Proverb. verbo Continentia. pagina* 187. *tom.* 2.

18. Felicius eſt continentiâ carnis temporali gaudium perenne mereri, quàm pro laſcivia parvi temporis æternam luere vindictam. *Hom. Dom. Palmar. poſt med. col.* 264. *tom.* 7.

S. Bernard. 19. Continentiâ diluitur, quidquid antè luxuria inquinavit. *Ser.* 2. *poſt octav. Epiphaniæ. poſt medium. fol.* 22. *col.* 4. *K.*

20. Continentiâ reſtringitur corpus, ne deinceps per mortiferas voluptates diffluat. *Serm.* 17. *de parvis ſerm. in principio*, *folio* 119. *columna* 3. *littera I.*

21. Per continentiam caſtitas acquiritur. *Ibidem*, *ſer.* 23. *in princ. folio* 120. *col.* 3. *G.*

22. Non ſufficit peccatori continentia, ſi non etiam adſit pœnitentia. *Serm.* 2. *Oct. Paſch. in fine. folio* 39. *col.* 4. *K.*

23. Continentia non habet meritum apud Deum, quæ gloriam requirit humanam. *Serm.* 7. *ſuper Cant. poſt med. folio* 138. *col.* 3. *G.*

24. Quomodo claritas lunæ nonniſi à ſole eſt, ſic abſque charitate, continentiæ meritum nullum eſt. *Ibidem*, *ſerm.* 27. *poſt medium*, *folio* 156. *col.* 3. *littera H.*

S. Bonavent. 25. Proh dolor! quia major in nobis incontinentia invenitur, quàm in brutis. *Serm.* 1. *de Ss. Apoſt. ante med. pag.* 294. *col.* 2. *tom.* 3.

26. Magna Chriſtianis eſt verecundia, dùm inter gentes paganas, magis quàm inter eos invenitur continentia. *Serm.* 2. *de converſ. S. Pauli. poſt med. pag.* 233. *col.* 2. *tom.* 3.

27. Qui continens eſſe vult, debet non ſolùm tactus impudicos fugere, ſed & vanos aſpectus, vanos auditus, & vanas locutiones vitare. *Serm.* 2. *de Invent. S. Crucis*, *circa medium*, *pagina* 249. *columna* 2. *tom.* 3.

28. Continendum eſt in veritate; quidam enim continent ex neceſſitate, quidam ex vanitate, quidam ex veritate, ſoli Deo placere cupientes. *Libr.* 2. *Pharetra. cap.* 37. *in fine*, *pagina* 147. *litt. C. tom.* 6. *part.* 1.

Clem. Alex. 29. Vulgus hominum, quòd non novit continentiam, corpore vitam degit, ſed non ſpiritu. *Libro* 3. *ſtromat. ante medium*, *folio* 92. *pagina* 2. *littera F.*

S. Cyprianus. 30. Si Chriſtum continentia ſequitur, quid eſt illis cum terreno cultu, & cum ornamentis; quibus dùm hominibus placere geſtiunt, Deum offendunt? *Profec.*

31. Continentia non in ſola carnis integritate conſiſtit, ſed etiam in cultus & ornatus honore pariter ac pudore. *De diſcipl. & habitu Virginum*, *cap.* 3. *pag.* 227. *col.* 2. *tom.* 2.

32. Conjugio melior eſt continentia, & virginitas excellentior. *De Nativ. Chriſti*, *cap.* 5. *prope med. pag.* 451. *col.* 1. *tom.* 3.

33. Pejus eſt quàm mœchari, continentiam ducere criminoſam. *De ſingularit. Clericor. cap.* 5. *prope init. pag.* 523. *col.* 2. *tom.* 3.

S. Ephræm. 34. Magna continentiæ repoſita ſunt præmia: miſer ergo & infelix is, qui continentiâ ſpoliatus eſt. *Tom.* 1. *de Incontinentia. ante medium*, *pagina* 38. *littera D.*

S. Eucherius. 35. Fidelium conjugiorum fructus, eſt continentia. *In Epiſt. parænetica ad Valerian. ante finem*, *apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 777. *col.* 2. *G. edit. Colon.* 1618.

S. Gregor. Magnus. 36. Quid prodeſt per continentiam carnem reſtringere, ſi mens ſe per compaſſionem neſciat in proximi amore dilatare? *Libr.* 6. *Moral. cap.* 16. *poſt med. num.* 23. *col.* 201. *B. tom.* 1.

37. Cùm de ipſa continentia elatione mens tangitur, plerumque Deus hanc in immunditiam carnis cadere permittit. *Libr.* 11. *Moral. cap.* 8. *circa med. num.* 9. *col.* 382. *A. tom.* 1.

38. Cùm arcem continentiæ aſcendere nitimur, exemplis præcedentium ſublevamur. *Libr.* 27. *Moral. cap.* 5. *poſt medium*, *num.* 7. *col.* 901. *littera B. tom.* 1.

39. In Eccleſia primum locum virginitas tenet, ſecundum continentia, tertium conjugalis vita. *Libr.* 4. *in primum Regum*, *cap.* 4. *paulò ante finem*, *col.* 1444. *A. tom.* 2.

S. Hieron. 40. Omnes virtutes ſpiritus, quaſi ſolidiſſimum fundamentum & ſublime culmen, continentia ſuſtentat & protegit. *Lib.* 1. *adverſus Jovinianum*, *longè poſt med. pag.* 44. *C. tom.* 2.

41. Non ſolùm in deſideriis & cupiditate continentia neceſſaria eſt, ſed etiam in tribus reliquis perturbationibus, dolore ſcilicet, lætitia, & timore. *Lib.* 3. *ſuper Ep. ad Galat. cap.* 5. *in illud*, *Fructus ſpiritus eſt pax*, &c. *pagina* 196. *C. tom.* 9.

42. Continentia non ſolùm in carnis opere, & animi concupiſcentia, ſed in omnibus rebus neceſſaria eſt: ne honores indebitos appetamus, ne accendamur avaritia, ne ulla paſſione ſuperemur. *Super Ep. ad Titum*, *cap.* 2. *in illud*, *Juvenes ſimiliter exhortare*, &c. *pag.* 252. *A. tom.* 9.

Hugo à S. Victore. 43. Quieta eſt continentiæ vita,

Quam
- Non inquietat uxoris ſuſpicio.
- Non ſolicitant ancillarum ſumptus.
- Nec conturbat filiorũ perverſitas.

Quæ
- Munditiæ gignit florem.
- Puritatis parit fructum.
- Bonæ conſcientiæ profert odorem.
- Tergit carnis maculas.
- Animam ſinceram reddit.
- Reſtringit cogitationum fluxus. *Libr.* 1. *de Nuptiis carnalibus vitandis*, *cap.* 1. *in medio*, *pagina* 166. *H. tom.* 2.

Hugo Card. 44. Continentia corporis ſine continentia mentis, eſt quaſi lampas ornata ſine oleo. *Super Eccleſiaſticum*, *cap.* 26. *Myſticè*, *folio* 224. *columna* 3. *tom.* 3.

Joan. Caſſ. 45. Non caſtitas, ſed continentia dicitur, ubi adhuc ei aliqua reſiſtit adverſitas voluptatis. *Collat.* 12. *Abbat. Charemonis*, *cap.* 10. *ferè in principio*, *pagina* 583.

S. Joannes Chryſoſtom. 46. Ubi continentia & honeſtas, illûc & larga ſpiritus gratia advolat. *Hom.* 44. *ſup. Geneſ. in fine*, *col.* 370. *C. tom.* 1.

47. Continere ſe non poſſe, puſillanimitatis eſt & negligentiæ. *Super Pſalm.* 50. *Hom.* 1. *ante finem*, *col.* 733. *B. tom.* 1.

48. Continens immunditiam aſſiduè proſternit, nobiliſſima & præſtantiſſima voluptate potitur. *Homil.* 37. *ſuper* 1. *ad Cor. paulò poſt med. Moralis*, *col.* 623. *D. tom.* 4.

49. Non ita continens efficit, ſicut tribulatio, & ſecundùm Deum luctus. *Homil.* 79. *ad Populum Antiochenum*, *longè ante medium*, *columna* 469. *A. tom.* 5.

50. Illa eſt glorioſa continentia, non quam tranſgredi non poteſt neceſſitas debilitatis corporis, ſed quam complectitur voluntas ſancti propoſiti. *Hom.* 32.

operis imperf. ſuper Matth. poſt mediam. columna 953. *A. tom.* 2.

S. ISIDORUS HISPALENS. 51. Continens non ſolùm in caſtitate dicitur, ſed & in cibo, & in potu. in ira quoque, & vexatione mentis, & detrahendi libidine. *Lib.* 10. *Etymol. verbo Continens.pag.*535 *columna* 1.

52. Continentia hominem Deo proximum facit, & ubi iſta manet, ibi & Deus manet. *Lib.*2. *de Synonimis. cap.* 1. *in calce, pag.* 313. *col.*2.

53. Quidam in juventute luxurioſè viventes, in ſenectute continentes fieri delectantur; & tunc eligunt ſervire continentiæ, quando eos libido ſervos habere contemnit. *Profec.*

54. Nequaquàm in ſenectute continentes vocandi ſunt, qui in juventute continentes non fuerunt: tales non habent præmium, quia laboris non habuerunt certamen. *Lib.*2.*de ſummo bono,cap.*39.*ſent.*24.*pag.*656. *columna* 1.

55. Qui continentiam profitetur, & aliis deſideriis non terrenis ſubtrahitur, quamvis hunc luxuria carnis non polluat, diverſa tamen mundanæ converſationis operatiò maculat. *Ibidem, cap.* 40. *ſent.*10. *pagina* 656. *columna* 2.

S. ISIDORUS PELUSIOTA. 56. Per continentiam purgari non ſuſtinet, qui ciborum ſuavitates, ac delicias quærit. *Lib.* 1. *Ep.*220. *Peluſiotis Monach. apud Bibl.Patr.tom.*5.*part.*1.*pag.*499. *columna* 1. *A.*

LACT. FIRM. 57. Continentia quaſi faſtigium eſt, omniumque conſummano virtutum. *Lib.*6.*de vero cultu. cap.*23. *in fine, pagina* 281.

S. LEO I. 58. Maximè frænis continentiæ caro moderanda eſt. *Ser.*7.*Quadrag. ſub finem, folio* 35. *pag.* 2.

SALVIANUS. 59. Caveant qui profitentur continentiam corporum, ne incontinentiam debacchentur animorum. *Lib* 5.*de Gubern. Dei. ante finem, apud Bibl.Patr.tom.*5.*part.*3. *pag.*345. *col.* a. *F. edit. Coloniæ* 1618.

THALASSIUS. 60. Si cogitationes animo infeſtas deeſſe cupis, ſtude continentiæ. *Hecatontade* 1. *ſent.*14.*apud Bibl.Patr.tom.* 7.*pagina* 271.*col.*1. *B.*

61. Mens continens, templum eſt Spiritus ſancti. *Ibidem, Hecatontade* 3. *ſent.* 55. *pagina* 275. *columna* 1. *littera A.*

THOMAS A KEMPIS. 62. Rara virtus, continentia in deliciis. *De diſcipl. Clauſtr.cap.*12. *in princ pag.* 619. *tom.* 2.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SENECA. 63. Continentiam ſi diligis, circumcide ſuperflua; & in arctum deſideria tua conſtringe. *De quatuor virtut. ante med. pag.* 674. *edit. Baſileæ.*

64. Si continentiam diligis, turpia fugito antequàm accidant, nec quemquam alium vereberis pluſquàm te. *Ibidem.*

65. Hac mediocritatis linea continentiam obſervabis, ut nec voluptati deditus, prodigus, & luxurioſus appareas, nec avara tenacitate ſordidus aut obſcurus exiſtas. *Ibidem, ante fin. pag.* 676.

66. Si continens fueris, eò uſque pervenies, ut teipſo contentus ſis. *Ibidem, ante med. pag.* 674.

67. Si continens es, adulationes evita; ſitque tibi tàm triſte laudari à turpibus, quàm ſi lauderis ob turpia. *Ibidem.*

68. Difficillimum continentiæ opus eſt, aſſentationes adulationne repellere, quarum ſermones animum voluptate reſolvunt. *Ibidem, in medio. pag.* 674.

69. Si continens es, animi tui motus corporiſque obſerva, ne indecori ſint. *Ibidem à medio. pag.* 675.

SIXT. PHILOS. 70. Fundamentum pietatis eſt continentia. *Sent.* 78. *apud Bibl. Patr. tom.*3. *pagina* 65. *col.*1. *C. edit. Coloniæ* 1618.

71. Sapientum divitiæ continentia eſt. *Ibidem. ſent.* 284 *pag.* 66. *col.* 2. *E.*

72. Fidelis vir continentia paſcitur. *Ibidem ſent.*, 417. *pag.* 67. *col.* a. *E.*

Contritio.

Vide Compunctio.

Contumacia.

Vide Obſtinatio.

Contumelia.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO.

ETYMOLOGIA.

CONTUMELIA à contemptu dicta eſt, quia nemo niſi quem contempſit tali injuria notat. *De Conſtantia ſapientis, cap.* 11. *circa medium, pag.* 551. *tom.* 1. SENECA.

DEFINITIO.

Contumelia, eſt injuria, quæ ingeritur alicui contra dignitatem perſonæ. *Super Ep. ad Rom. cap.* 1. *poſt med. folio* 5. *columna* 3. S. ANSELMUS.

Contumelia eſt factum vel dictum, quod indignum & inconveniens eſt illi, cui injuſtè & contumaciter infertur. *Ibidem, ante fin. fol.*6.*col.*3.

Contumelia, eſt cum mœroris livore, & amaritudinis imperio alienæ infamiæ manifeſtatio. *De fructibus carnis & ſpiritus. cap.* 6. *in medio. pagina* 160. *H. tom.* 2. HUGO A S. VICTORE.

Contumelia, eſt turpis verborum infamatio. *Super Eccleſiaſtic. cap.* 5. *in fine. folio* 181. *columna* 2. *tom.* 3. HUGO CARD.

Contumelia, eſt injuria ad ignominiam tendens. *Tom.* 3. *Syzygia* 6. *de definit. ante finem. pagina* 415. *E.* PLATO.

DIVISIO.

Dividamus injuriam à contumelia: prior illa naturâ gravior eſt, hæc levior, & tantùm delicatis gravis, quia non læduntur, ſed offenduntur. *De conſtantia ſapientis, cap.*4. *in medio. pagina* 545. *tom.* 1. SENECA.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Is, qui citò injuriâ movetur, facit ſe dignum videri contumeliâ, dùm vult eâ indignus probari. *Libr.* 1. *Offic.cap.*6. *in fine, columna* 4. *A.tom.*1 S.AMBROSIUS.

2. Multi ſunt qui volunt inferre opprobrium ſervis Chriſti, ſed ipſi magis ſunt probroſi quia pro nomine Chriſti opprobrium pati, glorioſum eſt. *Super Pſalm.* 118. *ſerm.*3. *verſ.* 6. *columna* 1444. *littera A. tom.* 4.

3. Caveamus diligentiùs, ne cui vel minimo contumeliam irrogemus, ne ipſi Domino in illis minimis contumelioſi fuiſſe videamur. *Ibidem, ſer.*10. *verſ.*2. *in fine, columna* 1503. *B.*

4. Si utilitate proximi moveor in laudibus meis, cur minùs moveor ſi quiſquàm aliùs vituperetur quàm ſi ego? cur ea contumelia magis mordeor, quæ in me, quàm quæ in alium eadem iniquitate coram me jacitur? *Libr.* 10. *Confeſſ. cap.* 37. *circa finem. pag.* 132. *lit. C. tom.* 1. S. AUGUSTIN.

5. Omnes qui ſecundùm Chriſtum piè volunt vivere, neceſſe eſt patiantur opprobria. *Super Pſ.*122. *poſt med. verſ. ultimo. pag.*995. *B. tom* 8.

6. Patiens eſto, ne rependas contumelias, & meliùs tacendo vinces. *De Rectitudine Catholicæ converſat. in medio. pag.* 793. *B. tom.* 9.

7. Difficilè eſt ut iniquorum evadat opprobria, cui amica eſt juſtitia. *Ser.* 2. *Dom.* 2. *Quinquag. & in ord.* 63. *poſt init. pag.*509. *B. tom.*10.

S. BASILIUS MAGNUS. 8. Grave quiddam eſt contumelia, ſed majus malum id eſt facienti, quàm patienti. *Tom. 1. conc. 9. contra Iraſcentes, poſt med. pag.* 186.

S. BERNARD. 9. Nihil glorioſius, quàm amore Chriſti portare opprobrium. *Ser. 25. ſuper Cant. poſt med. folio* 154. *columna* 1. *C.*

10. Grata ignominia crucis eſt ei, qui Crucifixo ingratus non eſt. *Ibidem.*

11. Ego plagis conſcientiæ meæ, nullum judico accommodatius medicamentum probris & contumeliis. *Ep.* 280. *ad Eugen. papam, prope init. fol.* 265. *columna* 2. *lit. D.*

S. EPHRÆM. 12. Qui in alterum eſt contumelioſus, ſeipſum condemnat. *De Maledicentia. in principio. pagina* 37. *lit. A. tom.* 1.

S. GREG. MAG. 13. Qualis quiſque apud ſe lateat, contumelia illata probat. *Libr. 1. Dialogi, cap. 5. in fine, col.* 1337. *B. tom.* 1.

S. HIERONYM. 14. Apud Chriſtianos non qui patitur, ſed qui facit contumeliam, miſer eſt. *Tom. 2. Ep. 35. ad Marcum, in princ. pag.* 315. *A.*

S. HILARIUS. 15. Contumelia Chriſti, honor noſter eſt. *Lib. 2. de Trin. verbo Dei. in fine, folio* 9. *col.* 1.

HUGO CARD. 16. Rarus ille ſapiens, cui ſapiunt contumeliæ & deſipit adulatio. *Super Proverb. cap.* 18. *folio* 39. *col.* 4. *tom.* 3.

S. IOANNES CHRYSOST. 17. Quò majus eſt officium, eò majoris fit occaſio contumeliæ. *Hom. 5. de fide Annæ. ante finem. col.* 603. *B. tom.* 1.

18. O ingentem inſaniam! dùm ſeipſum honorare quis putat, magis contumelia afficit. *Hom. 4. ſup. Matth. poſt med. col.* 46. *D. tom.* 1.

19. Sicut qui alium honorat, ſeipſum honorat: ita qui contumelia afficit, ſeipſum contumelia afficit. *Hom. 14. ſuper Acta Apoſtolorum. poſt med. col.* 544. *A. tom.* 3. *in Morali.*

20. Contumelia afficit mulier, ne fias tu mulier: muliebre enim eſt contumelia afficere. *Ibidem, Homil.* 15. *ante finem Moralis, col.* 551. *A.*

21. Contumelia affecit quis? tace, & viciſti. Momentum eſt, cave abripiaris, & totum ſtatim effeciſti; cave movearis, & totum extinxiſti. *Ibidem, Hom. 31. poſt med. Moralis, col.* 655. *A.*

22. Nihil ita urere conſuevit eos, qui contumeliam nobis ingerunt, quàm quod convitiis affecti, convitia ridemus. *Ser. 12. ſuper Ep. ad Rom. in fine Moralis, col.* 137. *B. tom.* 4.

23. Unguentum pretioſum in ore tuo poſuit Deus, tu vero cadavere ſordidiora ibi repoſuiſti verba, cùm profers contumeliam. *Hom. 6. ſuper 2. ad Cor. poſt med. Moralis. col.* 734. *D. tom.* 4.

24. Contumelia perſuadet amanti, ut amorem diſſolvat. *Ibid. Hom. 7. ante finem Moral. columna* 745. *lit. A.*

25. A contumelia in iram, ab ira in plagas, à plagis ad cædem ſæpè progreditur. *Ser. 14. ſuper Ep. ad Epheſios, ante fin. col* 1045. *B. tom.* 4.

26. Ex riſu ſæpiùs contumeliæ, de contumeliis plagæ & vulnera, de vulneribus & plagis, jugulationes & homicidia oriuntur. *Homil. 15. ad popul. Antioch. poſt med. col.* 141. *C. tom.* 5.

27. Cane ſordidior eſt contumeliis gaudens, qui revertitur ad vomitum ſuum. *Ib. Hom. 31. poſt med. col.* 256. *litt. B.*

28. Contumeliam facere, morbus eſt animæ, defectus eſt. *Ibidem, Homil. 62. ante finem, columna* 411. *littera A.*

29. Nihil ita maledicos mordet frænatque, quàm illatæ contumeliæ contemptus. *Tom. 5. ſerm. de Nequitia depulſa. in fine. col.* 803. *B.*

S. IOAN. CLIM. 30. Probrum & contumelia, lavacrum eſt vitiorum animæ. *Proſecutio.*

31. Solent enim ſeculares, cum aliquem in faciem ignominiis, & contumeliis reſperſerint, gloriantes ad alios dicere; Lavi illum. *Gradu 8. ante finem, apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 2. pag. 263. col. 1. littera B. edit. Colonia* 1618.

32. Grave eſt eum, qui maximis beneficiis obſtrictus eſt, non modò nullam gratiam referre, ſed etiam eum, qui de ſe benè meritus ſit, contumelia laceſſere. *Proſec.* S. IOANNES DAMASC.

33. Grave eſt, inquam, iſtud, ſed tamen facienti gravius malum eſt, quàm patienti. *Lib. 1. Parall. cap. 29. in princ.*

34. Quæ amicis dicuntur, etiamſi contumeliæ ſint, toleranda ſunt. *Lib. 3. Parall. cap. 105. folio 140. pag. 2. littera D.*

35. Sagittas contumeliæ, patientiæ clypeo frange. *Lib. 2. de Synonimis. cap. 7. in principio, pagina 315, columna* 2. S. ISID. HISP.

36. Tranquilla etiam mente tuas contumelias prode, aperi tranquillo corde dolorem contumeliæ; vulnus enim quamvis grave ſit, ſi apertum eſt evaporat. *Ibidem, in med. pagina 316. col.* 1.

37. Qui illatas ſibi contumelias tranquillo animo prodit, dolorem cordis aperit; & quod fervet in animo, virtus facilè rejicit. *Proſec.*

38. Vulnera enim mentis per contumeliam aperta citò exhalant, clauſa nimis exulcerant.

39. Qui dolorem contumeliæ clauſo pectore tegit, quantò ampliùs per ſilentium linguam premit, tantò acriorem dolorem intrinſecùs nutrit. *Libr. 2. de ſummo bono, cap. 29. ſentent. 26. pagina* 650. *columna* 2.

40. Contumelias detrahentium, patientia ſuperat. *Et habetur apud Bedam. tom. 7. in ſuis ſcintillis, cap. 2. columna* 374.

41. Nihil contumelioſos homines tàm excruciat, quàm eorum, quibus contumelia infertur, patientia. Qui indignatur & excandeſcit, hoc ipſo veras eſſe contumelias oſtendit: qui autem eas irridet ac pro nihilo ducit, perſpicuum argumentum dat ſe nullius ſceleris ſibi conſcium eſſe. *Libr. 2. Ep. 296. ad Euſtatium Presbyterum, apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 2. pagina 566. columna 2. littera F. editionis Colonia* 1618. S. ISID. PELUS.

42. Plena victoria eſt ad contumeliam acclamanti non reſpondere, ſed tacere eo provocante. *Part. 1. de ligno vitæ tract. 5. de patientia cap. 4. ante med. pagina 39. col. 1. C.* S. LAUR. JUST.

43. Utinam magis diligeres contumeliam pati, quàm laudibus evehi: id enim tibi utilius, ſecuriuſque eſt. *In canone vitæ ſpirit. cap. 8. circa med. pagina 7. columna* 2. LUDOV. BLOS.

44. Tutiùs excipit contumelias, qui ſcuto patientiæ ſe præarmat. *Epiſt. 138. ad Gualterum Rothomag. Archiepiſc. circa medium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 12. part. 2. pagina 813. col. 2. H. edit. Colonienſis* 1618. PETRUS BLESENSIS.

45. In hoc tibi copioſior merces acquiritur, ſi dùm contumeliam ſuſcipis, gratiam reddis. *Libr. 8. Epiſt. 3. ad Albertam, paulò poſt medium, pagina 124. columna 1. littera C.* S. PETR. DAM.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

46. Habet quendam aculeum contumelia, quem pati prudentes ac boni viri difficilimè poſſunt. *Orat. 8. in Verrem. lib. 3. act. 4. ante medium, col. 186. lit. F. tom.* 2. CICERO.

47. Omnis animadverſio & caſtigatio, contumelia vacare debet. *Lib. 1. Offic. poſt medium, col. 480. A. tom.* 4.

48. Contumelia eſt minor injuriâ. *De Conſtantia ſapientis, cap. 10. in principio, pagina 550. tom.* 1. SENECA.

SENECA. 49. Tutus eſt ſapiens, nec ulla affici contumelia poteſt. *Ibid. cap. 2. in calce, pagina* 543.

50. Meritò aut immeritò accidit contumelia: ſi meritò, non eſt contumelia, judicium eſt: ſi immeritò, illi qui injuſtè facit, erubeſcendum eſt. *Ibid. cap. 16. in med. pag.* 555.

51. Quiſquis volet tibi contumeliam facere, faciat: tu tamen nihil patieris, ſi modò tecum fuerit virtus. *Ep. 71. ante medium, pag.* 663. *tom.* 2.

52. Si magnanimus fueris, nunquàm judicabis tibi contumeliam fieri. *De quatuor virtut. ante medium, pag.* 674. *edit. Baſilea.*

53. Citò ignominia fit ſuperbi gloria. *In ſuis Prov. pag.* 684. *col.* 1. *C. edit. Baſilea.*

54. Contumeliam nec facere fortis poteſt, nec ingenuus pati. *Ibidem pagina* 684. *col.* 2. *C.*

55. Ingenuitas non recipit contumeliam. *Ibid. pag.* 686. *columna* 1. *lit.* I.

56. In miſeri vita nulla contumelia eſt. *Ibid.*

57. Perturpe eſt quod objicitur, in objiciente cognoſci. *Ibid. pag.* 688. *columna* 1. *lit. P.*

58. Nihil turpius quàm qui objicit alteri, ſibi objiciendum. *De Moribus ante finem, pagina* 678. *edit. Baſilea.*

VALERIUS MAXIMUS. 59. Dolor, qui ex contumelia ſentitur, graviſſimus eſt. *Lib.* 2. *Dictor. Memorab. ante finem, pag.* 60.

Vide etiam Titulos, Convitium & Maledicentia. Uxor. ſent. 105.

Converſatio.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. SANCTA converſatio cauta debet eſſe, ne forſè cùm mala vita non ſit per laſciviam, mala ſit fama per negligentiam. *De bono vidui. cap.* 22. *in princ. pag.* 735. *lit. B. tom.* 4.

2. Neceſſe eſt ut, ſi proficis, inter iniquos vivas: ab iniquis recedere non potes? ab iniquitate recede. *Sup. Pſal.* 92. *poſt medium verſ.* 2. *pagina* 710. *littera C. tom.* 1.

3. Intelligat unuſquiſque parùm ſibi prodeſſe converſationis famam, niſi in contemptu mundi amaverit diſciplinam. *De bono diſciplina cap.* 7. *in fine pagina* 652. *lit. D. tom.* 9.

4. Curemus coram hominibus benè converſari, & nihil facere quod veniat in malam ſuſpicionem. *De Ovibus. cap.* 9. *in fine pag.* 744. *C. tom.* 9.

5. Bonum eſt converſari in obſequio ſanctorum. *Serm.* 15. *de verbis Apoſt. ante finem, pagina* 230. *littera D. tom.* 10.

S. BERNARD. 6. Sobriè, & juſtè, & piè vivamus; hæc tria ſunt converſationi noſtræ maximè neceſſaria; quoniam primum debemus nobis, ſecundum proximo, tertium Deo. *Serm.* 2. *in die Paſcha ante finem, fol.* 37. *col.* 4. *littera K.*

7. In quacumque hominum verſeris frequentia, tantùm cave alienæ converſationis eſſe aut curioſus explorator, aut temerarius Judex. *Serm.* 40. *ſup. Cant. in fine fol.* 167. *col.* 4. *lit. L.*

8. Memento quòd aſperior cardo pannum faciat leviorem, ſic converſatio conſcientiam. *Ep.* 351. *ad Hugonem Novitium. ante med. fol.* 274. *columna* 2. *lit. D.*

9. Catholicorum carnalis animaliſvè converſatio, nox eſt & tenebræ. *Serm.* 75. *ſup. Cant. ante finem fol.* 195. *columna* 3. *lit I.*

10. Inter bonos bonum eſſe, ſalutem habet: inter malos verò, & laudem. Illud tantæ facilitatis eſt, quantæ & ſecuritatis: hoc tantæ virtutis, quantæ difficultatis. *Ep.* 25. *ad Hugonem Archiep. Rothomagenſ. fol.* 213. *col.* 1. *A.*

11. Cùm in converſatione vides aliquid, quod tibi diſplicet; vide ſi hoc eſt in te, & abſcinde: ſi verò vides aliquid quod tibi placet, vide ſi hoc eſt in te, & tene, ſi non eſt, aſſume. *In Notabili documento. ante med. fol.* 340. *columna* 2. *lit. D.*

12. Sicut ille eſt culpandus, qui malus eſt inter bonos: ita ille eſt laudandus, qui bonus eſt inter malos. *Volum.* 2. *ſerm.* 10. *ad Sororem. circa med. fol.* 96. *col.* 2. *littera F.* S. BERNARD.

13. Non mediocris titulus virtutis eſt, inter pravos vivere bonum, & inter malignantes innocentiæ retinere candorem & morum lenitatem. *Serm.* 48. *ſup. Cant. poſt init. fol.* 170. *col.* 4. *L.*

14. Nil ita nocivum eſt, ſicut converſari cum pernitioſis. *Sup. Luc. cap.* 17. *poſt init. pag.* 206. *col.* 2. *lit. D. tom.* 2. S. BONAVENT.

15 Ex diutina hominum converſatione, morum ſemper contrahimus qualitatem. *Sup. Pſ.* 25. *in concluſione. fol.* 38. *columna* 1. CASSIODORUS.

16. Converſemur quaſi Dei templa, ut Deum in nobis conſtet habitare. *Prof.* S. CYPRIAN.

17. Nec degeneret actus noſter à ſpiritu, ut qui cœleſtes, & ſpirituales eſſe cœpimus, non niſi ſpiritualia & cæleſtia cogitemus, & agamus. *Serm.* 6. *de Orat. Dom. ante med. tom.* 1.

18. Mala converſatio non niſi
- Corruptionem ſeminat.
- Pullulat vitia.
- Cupiditatem concipit.
- Ignominiam parit.
- Rabiem concitat.
- Porrigit furiam.
- Laſciviam paſcit.
- Petulantiam nutrit.
- Caſus exaltat.
- Ruinas ædificat.
- Ripas eripit.
- Præcipitia inſtruit.
- Periculis navigat.
- Naufragiis velificat.
- Perditione gaudet.
- Interitum fovet.
- Confuſionem mercatur.
- Theſaurizat opprobrium.
- Criminationes exaggerat.
- Accuſationes inflammat.
- Multiplices mortes invehit. *De ſingularitate Clericorum cap.* 22. *in princ. pagina* 536. *columna* 2. & *conſequenter. tom.* 3.

19. Dubium non eſt quod illa anima, quæ per concupiſcentiam ſecularium voluptatum paſſio efficitur mundanæ converſationis, non poteſt effici regnum divinitatis. *Hom.* 4. *ad Monachos. ante medium, apud Biblioth. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pagina* 581. *columna* 2. *littera G.* S. EUSEBIUS EMISSEN.

20. Periculoſus eſt malæ converſationis uſus. *Ibid. Hom. de initio Quadrageſima. in fine, pagina* 552. *col.* 1. *lit. D.*

21. Non magnum eſt bonum eſſe inter bonos, & cum bonis benè vivere: ſed inter malos innocentiam tueri, virtutemque non deſerere, hoc opus, hic labor eſt. *Sup. Job. cap.* 1. *poſt initium, in illud, Vir erat in terra Hus. fol.* 7. *pag.* 1. FRANCISCUS TITELM.

22. Bona converſatio ſine charitate, nulla eſt. *In decretis part.* 2. *de Pœnitentia diſt.* 2. *Canon. Charitas in fine* §. *Hec. fol.* 387. *col.* 4. GRATIANUS.

23. Non valdè laudabile eſt, bonum eſſe cum bonis: ſed bonum eſſe cum malis. *Prof.* S. GREGORIUS MAGNUS.

24. Sicut enim gravioris culpæ eſt inter bonos bonum non eſſe: ita immenſi eſt præconii, bonum etiam inter malos extitiſſe. *Lib.* 1. *Moral. cap.* 1. *prope initium in illud, Vir erat in terra Hus. columna* 3. *littera A. tom.* 1.

S. Greg. mag. 25. Debet eſſe timor in converſatione, ut iſte torpentes pungat. *Lib. 18. Moral. cap. 9. poſt med. num. 9. col. 977. B. tom. 1.*

26. Uſus rectæ converſationis eſt, ut præeſſe non audeat, qui ſubeſſe non didicerit. *Lib. 1. dialogi, cap. 1. poſt med. verbo Nequaquam. columna 1357. lit. D. tom. 1.*

27. Converſatio ſanctorum tantò validiùs terrena deſpicit, quantò puriùs in amorem cœleſtium ſurgit. *Lib. 4. in 1. Reg. cap. 5. longè ante med. col. 1450. lit. B. tom. 2.*

28. Res immenſi præconii eſt, inter malos laudabiliter converſari. *Lib. 1. Moral. cap. 1. in titulo. col. 2. littera D. tom. 1.*

29. Multi converſationis appetunt habere laudem, ſed habere laudabilem vitam nolunt *Lib. 2. Dialogi. cap. 5. circa initium, col. 1359. A tom. 1.*

30. Multum deorsùm ducimur, dùm locutione continua ſecularibus admiſcemur. *Pref.*

31. Valdè difficile eſt, ut lingua ſecularium mentem non inquinet quam tangit.

32. Quia dùm plerúmque eis ad quædam loquenda condeſcendimus, pauliſper aſſueti, hanc ipſam locutionem, quæ nobis indigna eſt, etiam delectabiliter tenemus: ut ex ea jàm redire non libeat, ſicque fit ut ab otioſis ad noxia, à levioribus ad graviora veniamus. *Ibidem. lib. 3. cap. 15. ante finem. verbo Apud. col. 1396. littera C.*

33. Perfecti viri perverſos proximos non debent fugere, quia & eos ſæpè ad rectitudinem trahunt, & ipſi ad perverſitatem nunquàm trahuntur. *Ho. 9. ſup. Ezechiel. poſt med. columna 148. lit. C. tom. 2.*

34. Cura eſt ſolicitudinis adhibenda, ut quæ pro quiete religioſæ converſationis fuerint ordinata, nec diſſimulatio negligere, nec quædam valeat præſumptio perturbare. *Lib. 7. In Regiſtro Indict. 2. cap. 115. Epiſt. 115. ad Virgilium Epiſ. in princ. columna 992. lit. D. tom. 2.*

S. Hieronym. 35. Graves fœminæ & maximè viduæ tibi comitea eligantur, quarum probata eſt converſatio, ſermo moderatus, ſancta verecundia. *Prof.*

36. Fuge laſciviam puellarum, quæ ornant capita, crines à fronte demittunt, cutem poliunt, utuntur pigmentis, aſtrictas habent manicas, veſtimenta ſine ruga, ut ſub nomine virginali, vendibiliùs pereant. *Tom. 1. Epiſt. 8. ad Demetriadem, ante finem, pag. 70. littera D.*

37. Fuge perſonas, in quibus poteſt malæ converſationis eſſe ſuſpicio. *Tom. 1. Ep. 11. ad Gerontiam, poſt med. pag. 92. lit. C.*

38. Innocens & abſque ſermone converſatio, quantùm exemplo prodeſt, tantùm ſilentio nocet: nam & latratu canum, baculoque paſtoria, luporum rabies deterrenda eſt. *Tom 2, Ep. 41. ad Oceanum, poſt med. pag. 324. C.*

39. Sanctę converſationis uſus altiùs inſerendus eſt. *Tom. 4. Epiſt. 1. ad Demetriadem. ante med. pag. 18. littera C.*

Hugo a S. Victore. 40. Converſatio fit habitu, actione, & ſermone: caveamus in habitu conſpici notabiles, in actione reprehenſibiles, in ſermone contemptibiles. *Profec.*

Hugo Card. 41. Sit habitus in mediocritate, actio in integritate, ſermo in veritate. *Lib. Miſcellan. codic. 2. in medio, pagina 175. littera G. tom. 3.*

42. Glorioſum eſt & utile, cogitare frequenter qualiter ſancti converſati ſunt in mundo, & in quanta gloria modò ſunt in cœlo. *Sup. Geneſ. cap. 34. fol. 47. col. 2. tom. 1.*

43. Converſatio viri juſti ſuavitatem habet mundæ conſcienptiæ, & aſperitatem duræ vitæ. *Sup. Tobiam, cap. 2. fol. 375. col. 1. tom. 1.*

S. Joannes Chrysost. 44. Fugiendi ſunt in converſatione caduci mores, temporales & terreni, carnales & ſuperbi, ſeipſos amantes, amatores pecuniæ, procaces inventores malorum, parentibus non obedientes, inſipientes, incompoſiti, ſine affectu, ſine miſericordia, tales fugiendi ſunt. *Profec.*

45. Appetendi ſunt ſancti & humiles corde, benigni & pacifici, miſericordes, lugentes, contemptores mundi. *Hom. 3. de David, & Saule, prope fin. col. 640. lit. D. tom. 1.* S. Joannes Chrysost.

46. Nihil ita pernitioſum ac peſtiferum eſt, ut pravorum hominum converſatio, *Hom. 60. ſup. Matth. in medio col. 504. lit. A. tom. 2.*

47. Amantibus, quando non poſſunt verſari cum iis quos amant, nulla præſentiæ utilitas eſt. *Hom. 20 ex variis locis in Matth. in principio, columna 1199. littera B. tom 2.*

48. Felix iſta converſatio, deſpicere homines, Angelos quærere, urbes deſerere, & in ſolitudine invenire Chriſtum. *Hom. 1. ſup. Marcum, circa medium, col. 1250. lit. B. tom. 2.*

49. Gravis eſt converſatio malorum; non enim tàm citò contagium ſequitur, aut detegitur, quàm in paucorum hominum multitudine. *Hom. 56. ſup. Joan. ante finem, col. 299. littera B. tom. 3.*

50. Peſſimorum converſatio, non bonam homini inurit opinionem. *Ibidem. in fine columna 269. lit. D.*

51. Converſatio cum reverentia & religione, nihil blaſphemiæ reſonat, nihil improbum, nihil protervum, nihil arrogans. *Hom. 33. ſup. Ep. ad Hebraos. in fine ante Morale col. 1868. littera B. tom. 4.*

52. Nihil ſic in veritatia viam inducit, ſicut converſationis integritas. *Hom. 72. ad Popul. Antioch. in princ. columna 451. B. tom. 5.*

53. Umbra quædam, ipſiſque umbris inanior, nequiorque eſt converſatio ſecularis, plena periculorum plena tormentorum, & extremo cuidam ſervitio ſubjugata. *Ep. 6. ad Theodorum lapſum ante finem, col. 1016. lit. D. tom. 5.*

54. Magnam bonorum virorum uſus, atque conſuetudo utilitatem habet. *Lib. 3. Parall. cap. 71. fol. 132. pag. 1. B.* S. Joannes Damascen.

55. Bonus eſſe veraciter non deſiderat, quem pravorum converſatio delectat. *Hom. ad Monachos. in princ. pagina 454. columna 1.* Joan. Trith.

56. Qualis haberi vis, talis eſto: profeſſionem tuam & habitu, & inceſſu demoſtra. *Prof.* S. Isidorus Hispalen.

57. Sit in greſſu tuo ſimplicitas, in motu puritas, in geſtu gravitas, in inceſſu honeſtas.

58. Nihil dedecoris, nihil laſciviæ, nihil petulantiæ, nihil inſolentiæ, nihil levitatis appareat.

59. Animus enim in corporis habitu apparet, corporis geſtu animus proditur, corporis geſtu animi habitus panditur. *Lib. 2. de Synonimis cap. 8. circa med. pag. 317. columna 1.*

60. Nemo bonus ſecurè cum malis habitat. *Part. 1. de triumphali Chriſti agone. cap. 6. in medio pag. 299. col. 1. B.* S. Laurent. Iustin.

61. Semper bonorum converſatio, malorum perſecutiones pertulit. *Part. 1. de Interiori conflictu. cap. 2. ab initio, pag. 358. columna 1. lit. E.*

62. Non eſt tutam urbibus converſatio, ubi
- Omnium exuberant materiæ peccatorum.
- Elatio regnat.
- Excruciat liver.
- Rixæ conturbant.
- Libido dominatur.
- Divitiæ dilaniant.
- Voluptas blanditur.
- Socialis carnalium colligatio animum effæminat. *Part. 1. de caſto connubio, cap. 6. poſt medium, pagina 151. columna 2. lit. A.*

63. Quantúmlibet caſtè & ſobriè mortalis hæc vita ducatur, quodam tamen pulvere terrenæ converſa- S. Leo I.

tionis aſpergitur. *Serm. 5. Quadrag. circa medium, fol. 33. pag. 2.*

S. NILUS. 64. Secularium converſationes mentem à Deo ſegregant: quapropter ipſos nec alloquere, ſed alloquentes declina. *Paraneſ. 88. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Colonienſ. 1618.*

65. Facilè in laqueos, ex quibus ſe extricaſſe arbitrabantur, rurſus incidunt, qui ſine timore cum mundi turbis verſari ſtudent. *Ibid. in libro aſcetico, poſt med. pagina 963. col. 2. lit. F.*

66. Qui in multitudine verſatur, aſſiduis vulneribus afficitur. *Ibidem Orat. 2. de Luxuria. in princ. pag. 969. col. 1. lit. G.*

PETRUS BLES. 67. Nihil prodeſt gloria bonæ converſationis in principio, niſi ſit glorioſus & finis. *Ep. 36. ad Chriſtianam Sanctimonialem ſub finem, apud Bibl. Patrum tom. 12. part. 2. pagina 731. col. 1. lit. D.*

68. Ex converſatione malorum, vitæ corruptela traducitur. *Ibidem Ep. 107. ad Amicum ſuum. in princ. pag. 789. col. 2. G.*

69. Præſentibus converſatio tua luceat, abſentibus fama in benedictione redoleat. *Tom. 1. opuſc. 46. cap. 6. ſub finem, pag. 709. col. 2. B.*

S. PETRUS MAURITIUS ABB. CLUN. 70. Semper ſimilia ſimilibus conveniunt; Monachum Monachis, Clericum Clericis, Laicum Laicis cohabitare. *Lib. 1. Ep. 16. ad Pontium ſub fin. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 29. col. 2. lit. H.*

RICH. A S. VICTORE. 71. Talis converſationis aliquis fit, quales inſpicit, quales attendit, & qualibus ſe jungit. *Part. 2. ſup. Cant. cap. 16. poſt init. pag. 177. col. 2. B.*

ROBERTUS BELLARM. 72. Quamvis ubique noceat malorum converſatio, nuſquàm tamen magis, quàm in conviviis & compotationibus. *Sup. Pſal. 140. verſ. 5. pag. 900. col. 1.*

S. THOMAS AQUINAS. 73. Ille qui inter malos benè converſatur, majoris virtutis eſſe oſtenditur, quàm qui benè converſatur inter bonos. *Tom. 2. opuſc. de perfect. vita ſpiritualis. cap. 20. poſt med. fol 48. pag. 2.*

S. VALERIAN. 74. Omne opus in quo ſtudium humanæ converſationis invigilat, voluntarium requirit officium. *Hom. 3. de arcta vita in princ. apud Bibl. Patr. tom 5. part. 3. pag. 478. col. 2. lit. H.*

75. Non deſunt ſolatia divinitatis, ubi ſunt actus bonæ converſationis. *Ibid. Hom. 11. de Paraſitis ante med. pag. 488. col. 1. lit. C.*

IN VITIS PATR. 76. Homo fugiens homines, ſimilis eſt uvæ maturæ: qui autem cum hominibus libenter converſatur, ſicut uva acerba eſt. *Lib. 5. Libell. 1. num. 10. in fine, pag. 564. col. 2.*

77. Imperforabilis manet à ſagittis inimici, qui amat quietem: qui autem amat miſceri multitudini, crebra ſuſcipiet vulnera. *Lib. 5. Libell. 2. num. 11. pag. 564 col. 2.*

78. Non menſures teipſum, ſed adhære benè converſanti. *In ſententiis in fine poſitis ſent. 66. pag. 999. col. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 79. Non debet homo ſanæ mentis ubicúmque converſari. *In œconom. Et habetur apud Bedam tom. 2.*

EPICTETUS. 80. Memento ſic in vita eſſe verſandum, tanquàm in convivio. *Prof.*

81. Si quid enim circumferendo ad te pervenerit, porrecta manu partem modeſtè capito: præterit? ne detine; nondùm adeſt? ne longè appetitum extendito, ſed expecta dùm ad te perlatum fuerit. *In ſuo Encheridio cap. 21. in princ.*

SENECA. 82. Sumuntur à converſantibus mores
- Ebrioſus, convictores in amorem vini trahit.
- Impudicorum cœtus, fortem quoque, & ſilicem virum emollit.
- Avaritia in proximos virus ſuum transfert. *Lib. 3. de Ira cap. 7. poſt medium, pagina 438. tom. 1.*

83. Quid tibi vitandum præcipuè exiſtimem quæris? turbam, nondùm illi te tuto commiſeris. *Prof.* SENECA.

84. Inimica eſt multorum converſatio.

85. Quo major eſt populus cui commiſcemur, hoc periculi plus eſt. *Epiſt. 7. in principio pag. 530. tom. 2.*

86. Avarior redeo, ambitioſior, luxurioſior, immò verò crudelior, & inhumanior, quia inter homines fui. *Ibidem poſt init. pag. 530.*

87. Recede in te ipſum, quantùm potes: cum his verſare, qui te meliorem facturi ſint: illos admitte, quos tu potes facere meliores. *Ibid. poſt med. pag. 531.*

88. Nulla res magis animos honeſtè induit, dubioſque, & in pravum declinantes revocat ad rectum, quàm bonorum virorum converſatio. *Ep. 94. poſt med. pagina 777. tom. 2.*

89. Avarus, corruptor, ſævus, fraudulentus multùm nocituri ſunt, ſi prope te fuiſſent, intra te ſunt: ad meliores tranſi. *Ep. 104. poſt med. pag. 822.*

90. Qui æquo animo malis immiſcetur, malus eſt. *De Moribus in medio pag. 677. edit. Baſileæ.*

91. Non tàm valetudini profuit utilis regio, & ſalubrius cœlum, quàm animis parùm firmis, in turba meliorum verſari. *Lib. 3. de Ira cap. 7. in fine pagina 438.*

92. Tàm bonorum quàm malorum, longa converſatio amorem inducit. *De Tranquillit. vita cap. 1. poſt init.*

93. Argumentum peſſimi turba eſt: quæramus quid optimè factum ſit, non quid uſitatiſſimum; & quid nos in poſſeſſione felicitatis æternæ conſtituat, non quid vulgo veritatis peſſimo interpreti probatum ſit. *De vita beata cap. 2. in princ.*

94. Hærebit tibi avaritia, quamdiù avaro ſordidoque conjungeris: hærebit tumor, quamdiù cum ſuperbo converſaberis: incendent libidines tuas adulterorum ſodalitia. *Epiſt. 104. à medio, pagina 822. tom. 2.*

95. Converſatio diſſimilium benè compoſita diſturbat, & renovat affectus, & quidquid imbecillum in animo, nec percuratum eſt, exulcerat. *De Tranquillit. cap. 15. circa med. pag. 540. tom. 1.*

96. Turbam rerum hominumque deſiderant, qui ſe pati neſciunt. Fac ergo mi Lucili, quod facere conſueviſti: à turba, quantùm potes, te ſepara. *Lib. 4. quæſt. naturalium in principio.*

97. Omnibus hominibus ita utere, quaſi communis omnium poſt Deum curator. *Prof.* SIXTUS PHILOSOPHUS.

98. Qui hominibus malè utitur, ſeipſo malè utitur. *Sent. 201. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 66. columna 1. lit. A. edit. Colonienſ. 1618.*

Vide etiam Titul. Adverſitas. ſent. 38. Auſteritas vitæ. ſent. 20. Egredi foras. per totum. Familiaritas. per totum. Hereticus. ſent. 35. Hypocrita. ſent. 84. Mundus, ſent. 130. Religioſus, ſent. 126. Societas. per totum. Subjectio. ſent. 29.

Converſio.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

ETYMOLOGIA.

CONVERSIO dicitur quaſi cordis undique verſio. *In decretis Part. 2. de pœnitentia, diſt. 1. Can. Convertimini, fol. 379. col. 1.* GRATIANUS.

Converti, ſimul verti eſt *Lib. 2. in 1. Reg. cap. 1. Moraliter, longè poſt med. col. 1298. tom. 2.* S. GREG. MAG.

DEFINITIO.

Converti non eſt aliud, quàm ſe ad gratiam præ- S. ANTONIN.

parare. *Part. 4. tit. 9. de divina gratia. cap. 5. §. 4. ſub finem*, *fol.* 141. *col.* 4.

HUGO CARD. Converſio eſt qua homo à poſterioribus ad anteriora tranſmutatur, hoc eſt, ab amore temporalium, ad deſiderium æternorum. *Sup. Eccleſiaſten, cap. 8. in princ. fol.* 92. *col.* 3. *tom.* 3.

SENTENTIÆ PATRUM.

ALANUS DE RUPE. 1. Unus ad Religionem converſus, multis in ſeculo præſtare poteſt converſis ad frugem bonam. *Part.* 4. *ſerm.* 3. *cap.* 31. *de excellent. Religionis Quinquag.* 2. *Excellen.* 9. *pag.* 404.

S. AMBROSIUS. 2. Nihil Deo & Angelis gratius animæ converſione. *Sup. Pſ.* 43. *circa medium*, *col.* 138. *A tom.* 4.

S. AUGUSTIN. 3. Convertenti ſe ad Dominum, major cura oritur, ne avertatur donec carnalium negotiorum requieſcat impetus effrænatus conſuetudine diuturna, & tumultuoſis recordationibus converſioni ejus ſeſe ingerens, *Lib. 6. Muſica cap. 5. poſt med. pag.* 274 *lit. D. tom.* 1.

4. Convertere ad eum ex quo es, ut ex ipſo etiam melior ſis, ex quo habes ut ſis. *Lib. 3. de lib. arbit. cap. 16. in princ. pag.* 479. *lit. B. tom.* 1.

5. Cùm ſe voluntas relictâ ſuperiore ad inferiora convertit, efficitur mala: non quia malum eſt, quò ſe convertit, ſed quia perverſa eſt ipſa converſio. *Lib.* 12. *de civit. Dei cap.* 6. *in medio*, *pag.* 214. *littera C. tom.* 5.

6. Quæramus lapidem, quò percutiatur incredulus, ut percuſſus quaſſetur, quaſſatus comminuatur, comminutus in pulverem convertatur, converſus in pulverem compluatur, complutus ſeratur, ſatus faciat fructum, non qui igne conſumatur, ſed qui in horreo recondatur. *De quinque hæreſibus cap. 3. circa init. pag.* 23. *lit. B. tom.* 6.

7. Perfecta converſio paratum invenit Deum. *Sup. Pſal.* 6. *ante med. verſ.* 4. *Convertere Domine pag.* 22. *D. tom* 8.

8. Ut homo ſit aliquid, convertat ſe ad illum à quo creatus eſt. *Sup. Pſal.* 70. *circa med. verſ.* 21. *pag.* 530. *lit. D. tom.* 8.

9. Qui non vult converti in melius, caveat ne in deterius pervertat, & evertat *Ep.* 38. *ad Letum. ante finem*, *pagina* 91. *littera A. tom.* 2.

S. BERNARD. 10. Corporis converſio ſi ſola fuerit, nulla erit: forma ſiquidem converſionis eſt iſta, non veritas, vacuam virtute gerens ſpeciem pietatis. *Serm.* 1. *Quadrag. ante finem*, *fol.* 26. *col.* 2. *littera E.*

11. Perfecta converſio eſt ad bonum, ut nil libeat, niſi quod deceat, vel liceat. *De gratia & libero arb. ante med. fol.* 287. *col.* 1. *littera B.*

12. Novitas converſionis, non eſt novella vanitas. *De vita ſolitaria ad fratres de monte Dei, poſt init fol.* 31.3. *col.* 2. *lit. F.*

13. Omnis nova converſio, adhoc priſtinæ vitæ habet permixtionem. *Serm. 6. ad Sororem, ab initio, volum.* 2. *fol.* 82. *col.* 1. *lit. B*

14. Multi convertuntur ad Deum, non tàm mente quàm corpore. *Ibid. poſt med. fol.* 82. *col.* 1. *lit. C.*

15. Ille ad Deum in toto corde convertitur, qui ab omni malitia rerum corruptibilium ex toto corde primò avertitur. *Prof.*

16. Non poteſt quiſpiam ad Deum toto corde converti, niſi ab omni mundo fuerit antè averſus. *Ep. ad quendam, ante med. volum.* 2. *fol.* 119. *col.* 4. *M.*

S. BONAVENT. 17. Nullus ad bonum convertitur, niſi in bono delectetur. *Sup. Lamentat. Hieremiæ cap. 1. poſt medium, in illud, Convertens animam meam. pag.* 418. *columna* 2. *lit. B. tom.* 1.

18. Sicut in peccato eſt converſio per concupiſcentiam, & averſio per ſuperbiam: ſic in remedio eſt averſio à peccato per pœnitentiam, & converſio ad Deum per benevolentiam. *Sup. Luc. cap.* 7. *pagina* 89. *columna* 2. *littera E. tom.* 2.

19. Verè converſis leviſſimum eſt quidquid hic tolerant, ſi imaginem ſempiternæ lætitiæ penſant. *Serm.* 4. *in die Cinerum*, *in fine pag.* 63 *col.* 1. *tom.* 3.

20. Quatuor ſunt quæ converſionem peccatoris impediunt, videlicet:
- Pudor.
- Timor.
- Spes.
- Deſperatio.

- Pudor confeſſionis.
- Timor ſatiſfactionis.
- Spes futuræ converſionis.
- Deſperatio remiſſionis.

- Pudor de malitia.
- Timor de pœnitentia.
- Spes de miſericordia.
- Deſperatio de venia.

Ibid. ſerm. 3. *in principio, ſuper illud Joel.* 2. *Convertimini ad me. pag.* 62. *col.* 1. *tom.* 3. S. BONAVENT.

21. Si vis quòd propitietur tibi Deus, convertaris ad Deum, & revertaris à diabolo: convertaris ad virtutes, revertaris à vitiis. *Serm.* 2. *Dom.* 10. *poſt Pentec. in princ. pagina* 169. *col.* 1. *tom.* 3.

22. Nec peccati quantitas, nec vitæ enormitas, nec hominis extremitas excludit à venia, ſi perfecta fuerit converſio voluntatis. *Serm.* 2. *Dom.* 20. *poſt Pent. ante med. pag.* 201. *columna* 1. *tom.* 3.

23. Multi non ad Deum redeunt, niſi à tribulatione cogantur. *Serm.* 2. *de* S. *Marco poſt med. pag.* 245. *col.* 2. *Tom.* 3.

24. Converſos oportet valdè eſſe ſolicitos, & ſatagere, ut de reliquo ornent animas ſuas ornamentis digniſſimis, id eſt dogmatibus veritatis, decore pudicitiæ, ſplendore juſtitiæ, candore pietatis. *Lib.* 10. *Recognitionum longè poſt init. fol.* 176. *pag.* 2. S. CLEMENS PAPA.

25. Jucundiores ſunt illi dies, quibus renaſcimur, vel reparamur; quàm illi, quibus naſcimur. *Hom.* 6. *de Paſcha in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 561. *col.* 2. *E. edit. Coloniæ* 1618. S. EUSEBIUS EMISS.

26. Iſta eſt vera & perfecta converſio, quando non ſolùm poſſeſſio negligitur in rebus, ſed etiam paſſio repudiatur in moribus. *Ibidem Hom. de* S. *Maximo, poſt init. pag.* 576. *col.* 2. *H.*

27. Nullus efficietur beatus, niſi qui malis actibus renuntians, ad Deum fuerit tota cordis humilitate converſus. *Lib.* 1. *de Remiſſ. peccator. cap.* 14. *in principio*, *apud Bibl.* Patr. *tom.* 6. *part.* 1. *pag.* 109. *column.* 2 *lit. F.* S. FULGENT.

28. Converſio tunc vera probatur in homine, ſi impietas & iniquitas pellatur ex corde. *Ibid. cap.* 16. *in princ. pag.* 110. *col.* 1. *A.*

29. Converſio illa in conſpectu Dei grata eſt & accepta, in qua ſimul & fidei rectitudo ſervatur, & vitæ bonæ regula cuſtoditur. *Ibidem cap.* 17. *in princ. pag.* 110. *col* 2. *littera E.*

30. Quamvis propria voluntate ad Deum convertamur, niſi tamen ille nos traxerit, & cupiditatem noſtram ſuo præſidio corroboraverit, non poſſumus eſſe ſalvi. *Sup. Hierem. cap.* 3. *in fine, in illud, Convertimini, &c. columna* 612. *littera D. tom.* 4. GLOSSA ORD.

31. Gratiâ Dei non convertimur, niſi & noſtra voluntate convertamur. *Prof.*

32. Eſt autem quoddam velamen noſtræ infirmitatis ſenſibus objectum, quod niſi illuminatione Dei fuerit remotum, converti non valemus. *Sup. Trenos cap.* 5. *in illud, Converte nos Domine, &c. col.* 1034. *E. tom.* 4.

33. Perfecta eſt converſio, ubi cum cupiditate rerum, carnalis quoque rumpitur dilectio. *Sup Matth. cap.* 4. *columna* 90. *littera E. tom.* 5. GLOSS INT.

34. Converſio ſecuritatem parit. *Lib.* 24. *Moral. cap.* 7. *longè poſt init. col.* 807. *lit. D. tom.* 1. S. GREGORIUS MAGNUS.

35. Quiſque

S. Greg. Mag. 35. Quiſque in ipſo converſionis initio, magna plerùmque dulcedine conſolationis excipitur, ſed durum laborem poſtmodum experitur probationis. *Ibidem longè ante med. columna* 808. *littera A.*

36. Trea modi ſunt converſorum
- Inchoatio. — In inchoatione, inveniunt blandimenta dulcedinis.
- Medietas. — In medio tempore, certamina tentationis.
- Perfectio. — Ad eatremum, perfectionem plenitudinis. *Ibid. ante med. num.* 13. *col.* 808. *lit. A. Prof.*

37. Converſos priùs dulcia ſuſcipiunt, quæ conſolentur: poſtmodùm amara, quæ exerceant, & tunc demùm ſuavia atque ſalubria, quæ confirment.

38. Vitam unuſcujuſque converſi inchoatio blanda permulcet, aſpera medietas probat, & plena pòſt perfectio roborat. *Ibidem.*

39. Majùs de peccatore converſo, quàm de ſtante juſto gaudium fit in cœlo: quia dux in prælio plus eum militem diligit, qui poſt fugam reverſus, hoſtem fortiter premit, quàm illum, qui numquàm terga præbult, & numquàm aliquid fortiter geſſit. *Prof.*

40. Sic Agricola illam ampliùs terram amat, quæ poſt ſpinas uberes fruges portat: quàm eam, quæ nunquàm ſpinas habuit, & numquàm fertilem meſſem protulit. *Hom.* 34. *ſuper Evang. longè poſt init. in illud Luc.* 15. *Gaudium erit in cœlo, &c. col.* 475. *lit. D. tom.* 2.

41. Converſio peccatoris vera tunc eſt, cùm ad Creatoris ſui beneplacitum uterque homo reducitur. *Lib.* 2. *in* 1. *Reg. cap.* 1. *Moraliter, longe poſt med. col.* 1298. *lit. D. tom.* 2.

42. In Eccleſia ultimum locum converſio tenet peccatorum. *Ibid. lib.* 4. *cap.* 4. *paulò ante finem, columna* 1444. *littera A.*

43. Nulla eſt converſio peccatoris, ſi converſus perſeverantiâ careat booi operia, & unitate charitatis. *Ibid. lib.* 5. *cap.* 4 *ante med. columna* 1537. *littera A.*

44. Tunc benè converſus peccator cernitur, cùm digna afflictionis auſteritate delere nititur quod loquendo confitetur. *Ibid. lib.* 6. *cap.* 2. *longè poſt med. columna* 1598. *littera A.*

45. Converſi cavere poſſunt crimina, ſed omnia non poſſunt vitare peccata. *Ibid. lib.* 5. *cap.* 4. *poſt med. col.* 1547. *littera A.*

46. Deus juſtos & pius eſt; & ſicut perſeverantibus in pravitate diſtrictus eſt, ita eſt converſis miſericors. *Lib.* 9. *in Regiſtro indict.* 4. *cap.* 45. *Ep.* 45. *ad univerſos Epiſc. Siciliæ, ante fin. col.* 1075. *lit. A. tom.* 2.

47. Sæpè electorum converſio plus finiendo peragit, quàm inchoando proponit, etſi tepidus prima inchoat, ferventiùs extrema conſummat. *Lib.* 19. *Moral. cap.* 16. *ante med. num.* 26. *col.* 661. *lit. B. tom.* 1.

48. Ne prædicator vilem peccatorum converſionem æſtimet, dùm leviter convertere eos ad Dominum poteſt, differtur converſio, ut converſi diligantur ampliùs. *Lib.* 4. *in* 1. *Regum cap.* 4. *longè ante med. col.* 1418. *lit. D. tom.* 2.

49. Via bona & recta eſt, cùm ad Religioſam vitam convertimur. *Ibid. lib.* 5. *cap.* 2. *ante finem, col.* 1498. *lit. B.*

50. Multa compaſſione indiget converſio peccatorum. *Ibid. lib.* 5. *cap.* 4. *ante medium, col.* 1530. *D.*

51. Qui in converſione ſua præterita deſerunt, ſic deſerant ut ad eadem delectamenta nunquàm ampliùs reviviſcant. *Ibid. ante med. col.* 1536. *lit. C.*

52. Non debet in peccatore converſo deſpici quidquid fuit, qui jàm cœpit eſſe quod non fuit. *Lib.* 18. *Moral. cap.* 16. *poſt med. num.* 16. *col.* 603. *C. tom.* 1.

S. Greg. Naz. 53. Peccatum humiliationis eſt mater, converſionis verò humiliatio. *Orat.* 1. *in Julianum imperat. ante med. pagina* 349.

Hugo a S. Victore. 54. Converſio fit tribus modis
- Confeſſione. — Confeſſione oris.
- Compunctione. — Compunctione mentis.
- Mortificatione. — Mortificatione carnis. *Sup. Ioel ante med. pag.* 136. *F. tom.* 1.

55. Cor ad Deum converſum, eſt morale templum, Eccleſia myſtica. *Lib.* 3. *de clauſtro animæ, cap.* 17. *in medio, pag.* 65. *F. tom.* 2.

56. Hæc eſt perfecta tranſfiguratio, cùm ſplendeat facies mentis Deo, & veſtimenta proximo. *Sup. Matt. cap.* 17. *Moraliter. fol.* 59. *col.* 4. *tom* 6.

S. Innoc. III. 57. Juſto judicio Dei fit, ut quia cùm poteſt homo, converti non vult, cùm vult, fortè converti non poſſit. *Serm.* 2. *Dom.* 1. *Advent. ante med. fol.* 5. *col.* 1.

S. Joannes Chryſoſt. 58. Nihil eſt quod ita Deum exhilaret, ſicut converſio peccatorum, & à peccato ad virtutem regreſſus. *Hom.* 25. *ſup. Geneſ. ante med. col.* 192. *A. tom.* 1.

59. Fides hominem (qui terrenus eſt, ſi convertatur) Deo familiarem efficit, *Hom. de fide & lege naturæ poſt init. col.* 901. *lit. D. tom.* 3.

60. Qui vult bonus fieri, nihil eſt ei impedimento, etſi ex peſſimorum numerò anteà fuerit. *Hom.* 22. *ſup.* 1. *ad Cor. poſt init. Moralit. col.* 496. *lit. C. tom.* 4.

61. Legis gloria eſt, ad Chriſtum converti. *Hom.* 7. *ſup.* 2. *ad Corinth. in med. in illud* 2. *Excæcati ſunt ſenſus eorum. col.* 738. *littera C. tom.* 4.

62. Etſi immenſas pecunias pauperibus eroges, plus tamen effeceris, ſi unam converteris animam. *Hom* 3. *ſup.* 1. *Corinth. in princ. Moralis. col.* 343. *D. tom.* 4.

63. Nuſquàm nocentiſſimus ille adverſarius irritatur graviùs, quàm cùm ſuorum inſtrumentorum multa ſibi eripi videt. *Ibid. Hom.* 43. *poſt med. col.* 670. *C.*

S. Iſidorus Hiſpalens. 64. Multi principia habent converſionis bonæ, fine verò malo clauduntur: quidam autem & benè incipiunt, & benè finiunt. *Lib.* 2. *de ſum. bono. cap.* 5. *ſent.* 14. *pag.* 639. *col.* 2.

65. Trimodum genus eſt converſionis
- Inchoationis cum dulcedine.
- Medietatis cum labore.
- Perfectionis cum requie. *Lib.* 2. *de ſum. bono cap.* 8. *ſent.* 1. *pag.* 640. *col.* 2.

66. Omnis converſus ante ex fletu inchoet peccatorum, & ſic tranſeat ad deſiderium ſupernorum. *Ibid.*

67. Quiſquis ex deteriore jàm melior eſſe cœpit, caveat de acceptis extolli virtutibus, ne graviùs per vanam gloriam corruat quàm priùs cùm per lapſum vitiorum jacebat. *Ibidem cap.* 8. *ſent.* 8. *pagina* 641. *columna* 1.

68. Vitia ante converſionem, quaſi pacem in homine habent; quando autem expelluntur poſt converſionem, acriori virtute conſurgunt *Ibid. cap.* 9. *ſent.* 3. *pag.* 641. *col.* 1.

69. Fiunt inimica converſo, quæ peccatori proſperè blandiebantur, & fiunt blanda converſo, quæ peccatori adverſa extiterunt. *Ibid.*

70. Ante converſionem præcedit turba peccatorum, poſt converſionem ſequitur turba tentationum. *Profec.*

71. Illa ſe objiciunt, ne ad Deum convertamur; iſta ſe ingerunt, ne liberiùs cordis oculis Deum cernamus. *Ibidem cap.* 9. *ſent.* 5. *pagina* 641. *columna.* 2.

72 Utile eſt eſt Dei ſervo poſt converſionem tentari, quatenùs à tempore negligentiæ ſolicitantibus vitiis ad virtutes animum per exercitium præparet meritorum. *Ibid. cap.* 9. *ſent.* 6. *pag.* 641. *columna* 2.

73. Multos remiſſa converſio in priſtinos errores reducit, ac vivendi tepore reſolvit, *Profec.*

74. Horum ergo exempla, quiſque converſus evita, ne dùm timorem Dei à tepore incipis, rursùs mundanis erroribus immergaris.

S. ISIDORUS HISPALENS. 75. Tepidoa in convetſione otioſa verba, & vanas cogitationes eſſe noxias non conſpicit: quòd ſi à torpore mentis evigilaverit, quæ levia exiſtimabat, confeſtim quaſi horrenda atque atrocia pertimeſcit. *Ibid. cap.* 10. *ſent.* 1. *pag.* 641. *col.* 2.

76. Quidam primo convetſionis calore ad virtutes ſeſe accingunt, accedente verò progreſſu (dùm immoderatè terrenis rebua incumbunt) pulvere infirmi appetitus obſcurantur. *Ibidem cap.* 10. *ſent.* 5. *pag.* 641. *columna* 1.

77. Valet interdùm converſis pro animæ ſalute mutatio loci: plerùmque enim dùm mutatur locua, mutatur & mentis affectus. *Prof.*

78. Congruum eſt indè etiam corporaliter avelli, ubi quiſque illecebris deſervivit.

79. Nam locus ubi quiſque pravè vixit, hoc in aſpectu mentis opponit, quod ſemper ibi vel cogitavit, vel geſſit. *Ibidem cap.* 10. *ſent.* 7. *pagina* 642. *columna* 2.

80. Ampliùs lætatur Deus de anima deſperata, & aliquando converſa, quàm deea, quæ nunquàm extitit perdita. *Ibid. cap.* 14. *ſent.* 2. *pag.* 644. *col.* 2.

81. Immunditia vitæ prioris mutanda eſt per innocentiam boni finis, *Ibidem cap.* 14. *ſent.* 6. *pagina* 644. *columna* 2.

82. Ille qui nos malos tolerat, non dubium eſt, quin converſis clementer ignoſcat. *Ibid. cap.* 15. *ſent.* 8. *pag.* 645. *col.* 1.

LACT. FIRM. 83. Quàm multi ex peccatoribus injuſti poſteriùs effecti ſunt, ex malis boni, & ex improbis continentes! *Prof.*

84. Quàm multi in prima ætate turpes, & omnium judicio damnati, poſtmodùm tamen laudabiles extiterunt. *Lib. de Ira Dei. cap.* 20 *circa med. pag.* 359.

S. PETRUS DAMIANUS. 85. Nequaquam ſufficit, ſi à pravitate vitæ quiſque convertitur, niſi & propria vitia gladio ſpiritus mortificare conetur! *Serm.* 3. *de S. Anaſtaſio. ante med. pag.* 154. *col.* 2. *lit. E. tom.* 2.

86. Plcroſque vidimus in principio converſionis, ita diſcretionis infregiſſe repagula, ut laudum ſolemniis inhabilea redderentur, & apparatu deinceps lautiori foveri indigerent. *Serm.* 58. *de S. Andræa ante finem, pagina* 288. *col.* 1. *tom.* 2.

PHILO JUD. 87. Cùm mens convertitur, deſtruitur quod averſum fuerat. *De confuſione Linguarum. poſt medium, pagina* 471.

88. Peccatorum mutationi, non opes, non regnum, non imperium conferendum eſt. *De Abrahamo, ante med. pag.* 490.

S. PROSPER. 89. Ceſſat vindicta divina, ſi converſio præcurrat humana *Sent.* 210. *in fine Tomi tertii operum D. Auguſtini, pag.* 753. *lit. B.*

SALVIANUS. 90. Non ſanat unius converſio crimina plurimorum. *Lib.* 3. *de Gubernat. Dei; ante finem, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 334. *columna* 2. *littera G. edit. Coloniens.* 1618.

91. Novum prorsùs converſionis genua! licita non faciunt, & illicita committunt; non eſt hoc converſio, ſed averſio. *Ibidem lib.* 5. *ante finem, pag.* 345. *columna* 2. *littera F.*

S. THOMAS AQUINAS. 92. Poſt peccata, quibus homo receſſit à Deo, ejus præcepta tranſgrediens, ſe convertena, ad majora debet manum extendere, & non eſſe mediocribus contentus. *Tom.* 2. *opuſc. contra retrahentes ab ingreſſu religionis cap.* 5. *fol.* 64. *pag.* 2.

S. VALERIAN. 93. Intelligat unuſquiſque parùm ſibi prodeſſe converſionis famam, niſi in contemptu mundiama verit diſciplinam. *Hom.* 1. *de bono diſcipl. ante finem, apud Bibliothecam Patrum tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 477. *columna* 1. *lit. B*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 94. Optimus eſt portus pœnitentiæ, mutatio conſilii. *Tom.* 2. *Orat.* 54. *Philipp.* 12. *poſt init. num.* 5. *col.* 919. *lit. B*

SENECA. 95. Argumentum eſt in melius tranſlati animi, quòd vitia ſua, quæ adhuc ignorabat, videt. *Ep.* 6. *in princ. pag.* 529. *tom.* 2.

96 Pars magna pietatis eſt, velle fieri bonum. *Ep.* 34. *poſt medium, pag.* 587. *tom.* 2.

97. Nemo ſe mutat, qui mutari deſperat. *De Moribus, ante finem, pagina* 678. *edit. Baſilea.*

98. Vix quiſquam in bonum, niſi ex malo tranſit. *In ſuis Proverb. pag.* 690. *columna* 1. *lit. V. edit. Baſileenſis.*

Vide etiam Titul. ſequentes. Judicium extremum. ſent. 95. *Mutatio. Negotium. ſent.* 29. *Novitius. per totum. Prædicatio. ſent.* 145. *Princeps. ſent.* 65. *Tentatio. ſent.* 187. 188.

Converſionis dilatio.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. QUI differt in futuram, & forſitan non futuram ætatem, ſuam vitam corrigere; certum bonum dimittit, & contemnendo procul dubio quod perdit, probat ſe non amare quod expectat, & meretur non accipere. *Prof.*

2. Qui bonum quod vult facere, ut melius fiat, differt: ſi melius bonum eſt, certum eſt: ſi autem melius bonum dubium eſt, & perdere minus bonum, minus eſt damnoſum & irrecuperabile: conſilium eſt, ut acceleret facere bonum minus, ne minus expectando majus, non faciat majus nec minus. *Epiſt.* 1. *ad Helinandum ante finem.*

S. ANTONIN. 3. Converſio dilata difficilior eſt, accelerata facilior: ideoque non debet quis eſſe piger, & tardus ad converſionem. *Prof.*

4. Diabolus enim quantò diutiùs poſſedit, tantò difficiliùs dimittit.

5. Quantò quis magis tardat converſionem, tantò magis induratur. *Part.* 2. *tit.* 9. *cap.* 13. §. 1. *ante med. fol.* 285. *col.* 2.

S. AUGUSTIN. 6. Quamdiù, quamdiù, cras & cras? quare non modò, quare non hac hora finis turpitudinis meæ? *Lib.* 8. *Confeſſ. cap.* 12. *ante medium, pagina* 106. *littera C. tom.* 1.

7. Malos decipit ſpes dilationis, dùm ſe diutiùs victuros putant, & perditos morea aliquando in melius mutaturos. *Lib. quæſt. Evang. ex Matthæo. quæſt.* 11. *poſt medium, pag.* 258. *D. tom.* 4.

8. Magna Dei miſericordia in hoc quòd diem vitæ tibi incertum fecit, ut neſcias quando hinc emigrabis; & quotidiè ſperas te aliquando converſurum, in hoc ejua magna miſericordia. *Sup. Pſal.* 144. *circa medium, verſ.* 8. *pag.* 1149. *B. tom.* 8.

9. Noli dicere, cras me convertam, cras Deo placebo. Quid dicis? Deua converſiooi tuæ indulgentiam promiſit, ſed dilationi tuæ diem craſtinum non promiſit. *Ibid. poſt med. verſ.* 8. *pag.* 150. *C.*

10. Diſſoluta & paralytica cogitatio eſt, de craſtina cogitare converſione, & hodiernam negligere. *Serm.* 71. *ad Fratres in Eremo in princ. pag* 1013. *B. tom.* 10.

11. Fratres non tardetis converti ad Dominum: ſunt enim qui præparant converſiooem, & differunt, & fit in illis vox corvina, cras, cras. *Prof.*

12. Corvus de arca miſſus, non eſt reverſus: non quærit Deus dilationem in voce corvina, ſed confeſſionem in gemitu columbino.

13. Miſſa eſt columba & reverſa eſt. Quandiù cras, cras? obſerva ultimum cras, quia ignoras quod ſit ultimum cras. *Sup. Pſal.* 102. *poſt med. verſ.* 8. *pagina* 802. *lit. D. tom.* 8.

14. Manſuetus Dominus, longanimis Dominus, miſericors Dominus; ſed & juſtus Dominus, & ve-

rax Dominus: largitur tibi ſpatium correctionis, ſed tu plus amas dilationem quàm emendationem. *Prof.*

S. AUGUSTIN. 15. Semper expectas, & de miſericordia Dei tibi plurimum polliceris, quaſi ille qui tibi per patientiam promiſit indulgentiam, promiſerit tibi etiam prolixiorem vitam. *Sup. Evang. Joan. cap.* 8. *tract.* 33. *poſt med. pag.* 179. *tom.* 9.

16. Si obtuliſti florem juventutis tuæ diabolo, ſaltem fæcem ſenectutis tuæ immolare non differas Chriſto. *Serm.* 8. *ad Fratres in eremo, poſt med. pagina* 922. *lit. C. tom.* 10.

17. Ipſa dilatio rea eſt, quæ multos occidit, cùm dicunt, cras, cras, & ſubitò oſtium clauditur: remanſit foris cum voce corvina, qui non habuit gemitum columbinum. *Prof.*

18. Indulgentiam Deus promiſit tibi, craſtinum diem quis tibi promiſit?

19. Ubi mihi legis indulgentiam te accepturum, ſi te correxeris: lege ibi mihi, quantùm victurus ſis. Non lego, inquis: neſcis ergo quantùm victurus ſis, eſto correctus & ſemper paratus.

20. Noli timere, nec expectare diem ultimum tanquàm furem, qui dormienti perfodiat parietem; ſed vigila, & corrige te hodiè

21. Quid differs in craſtinum? longa vita erit: ipſa longa ſit: prandium bonum longum nemo differt, & vitam malam longam vis habere? utique ſi longa erit; meliùs bona erit: ſi brevis erit, benè factum eſt ut bona produceretur; ſic homines negligunt vitam ſuam, ut nolint habere malam, niſi ipſam. *Serm.* 16. *de verbis Dom. ante finem, pag.* 49. *lit. A. B. tom.* 10.

22. Quare differs vocantem te certus de mercede, incertus de die? vide ne fortè quod tibi ille daturus eſt promittendo, tu tibi auferas differendo. *Ibid. ſerm.* 59. *in medio, pag.* 150. *littera D.*

23. Quid differs in craſtinum? longa vita erit: ipſa longa ſit, prandium bonum longum nemo differt, & vitam malam longam vis habere? *Profec.*

34. Utique ſi longa erit, meliùs bona erit: ſi brevis erit, benè factum eſt ut bona produceretur: ſic homines negligunt vitam ſuam, ut nolint habere malam, niſi ipſam.

25. Villam emis? bonam quæris: uxorem vis ducere? bonam eligis: filios tibi vis naſci? bonos optas: caligas locas? non vis malas, & vitam amas malam?

26. Quid te offendit vita tua, quam ſolam vis malam, ut inter omnia bona tua ſolus ſis malus? *Ibidem ſerm.* 16. *ante finem, pag.* 49. *B. tom.* 10.

V. BEDA. 27. Ne tardare velis, ſi quem convertere poſſis. *Tom* 2. *in ſuis Proverb. verbo Ne. pag.* 194.

S. BERNARD. 28. Ne ob aliud qui renuunt, & differunt converti ad Deum, niſi quia gravem & ſeverum imaginantur, qui pius eſt: durum & implacabilem, qui miſericors eſt: ferum & terribilem, qui amabilis eſt. *Serm.* 38. *ſup. Cantic. poſt init. fol. col.* 2. *E.*

S. BONAVENT. 29. Qui tardè convertuntur, parùm ſeminant: qui citò convertuntur, multùm ſeminant, & multùm metere poſſunt. *Serm.* 5. *in die cinerum in medio, pag.* 93. *vol.* 2. *tom* 3.

30. Cave periculum, ſi enim pœnitentiæ medicina differtur, morbus animæ augetur, inſuper inveteratus difficulter ſanatur. *Prof.*

31. Periculoſum eſt, & interitui vicinum, ad mortem protrahere pœnitentiæ remedium. *Serm.* 5. *in die Cinerum poſt init. pag* 63. *col.* 1. *tom.* 3.

S. ELIGIUS 32. Peccator dùm labitur, non differat pœnitentiam, quia neſcit ſi tempus pœnitendi accipiet, aut dignè pœnitebit. *Hom.* 9. *poſt medium, apud Biblioth. Patrum, tom.* 7. *pagina* 245. *columna* 1. *littera B. edit. Colonienſ.* 1618.

S. EUSEBIUS EMISS. 33. Periculoſiſſima eſt in ultimum diem promiſſa ſecuritas. *Profec.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 34. Stultiſſimum eſt, ut cauſa, quæ de neceſſitatibus agitur æternis, mutabilitatibus vitæ deficientis committatur extremis.

35. Odibile eſt apud Deum, quando homo ſub fiducia pœnitentiæ in ſenectutem reſervatæ, liberiùs peccat. *Hom. de Latrone, ſub finem, apud Biblioth. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 568. *columna* 2. *littera E. edit. Colonienſis.* 1618.

36. Effugere intoleranda ſupplicia & incendia æterna non poterunt, qui ſe ad meliora non converterint. *Hom.* 3. *de Epiphania. in fine, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pagina* 550. *columna* 1. *lit. A.*

S. FULGENT. 37. Ipſe ſibi eſt pernicioſiſſimus inimicus, quiſquis malè vivens vitam non mutat antequàm finiat. *Lib.* 2. *de Remiſſ. peccator. cap.* 6. *in calce, apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 1. *pag.* 115. *columna* 2. *littera G.*

38. Si quis voluerit hìc ad Deum converti, & à malâ vitâ ad bonæ vitæ ſtudia commutari, nec illìc immutabitur, ubi feliciter mutatis juſtis immortalitas & incorruptio confertur. *Ibidem cap.* 13. *in medio, pag.* 118. *col.* 1. *lit D.*

S. GREGOR. MAGNUS. 39. Cùm pia intentio ad converſionem vocat, ſed adhuc ab hac intentione carnis infirmitas revocat, quaſi quibuſdam vinculis anima ligata præpeditur. *Lib.* 30. *Moral. cap.* 12. *ante med. num.* 23. *columna* 1023. *lit. D. tom.* 1.

40. Celeritas converſionis plerúmque oritur ex præcipitatione conſilii, non incremento devotionis. *Lib.* 4. *in* 1. *Regum, cap.* 4. *longè ante med. col.* 1414. *lit. B. tom.* 2.

41. Qui diù convertendos expectat, non converſos ſine retractatione cruciat. *Lib.* 10. *Moral. cap.* 17. *ſub finem, numer.* 31 *col.* 372. *lit. D. tom.* 1.

42. Ne Prædicator vilem peccatorum converſionem æſtimet, dùm leviter convertere eos ad Dominum poteſt, differtur converſio, ut converſi diligantur ampliùs. *Lib.* 4. *in* 1. *Regum, cap.* 4. *longè ante med. col.* 1418. *D. tom.* 2.

S. GREG. NAZ. 43. Ne expectes ut bonus fias, ſed jàm fieri incipias. *Orat.* 5. *de ſua excuſat. ante medium, pag.* 36.

S. HIERON. 44. Nunquàm eſt ſera converſio: Latro de cruce tranſiit in Paradiſum. *Tom.* 1. *Ep.* 7. *ad Latam non procul ab initio, pag.* 54. *lit. D.*

HUGO CARD. 45. Non adeò tardè quis ad Deum convertitur, quin ſufficiat ei reſiduum tempus vitæ quantumlibèt breve ad peragendum iter peregrinationis, ſi velit. *Sup. Prov. cap.* 11. *fol.* 26. *col.* 1. *tom.* 3.

S. ISID. HISP. 46. Multis modis terret Deus homines, ut vel ſerò convertantur, atque exindè magis erubeſcant quòd tàm diù expectati ſunt ut redirent. *Profec.*

47. Nam nunc minis, nunc plagis, nunc revelationibus quoſdam concutit, ut qui voluntate converti deſpiciunt, commoti terroribus convertantur.

48. Plerique ex ſola mentis devotione convertuntur ad Deum, nonnulli verò coacti plagis convertuntur, qui ex devotione non convertebantur. *Lib.* 2. *de ſummo bono cap.* 7. *ſent.* 8. *pagina* 640. *columna* 2.

49. Trahit iniquitatem ut funiculum, qui tardat ad Deum converti. *Ibid. cap.* 23. *ſent.* 12. *pagina* 648. *columna* 1.

50. Metuendum eſt ne dùm ad finem differtur converſio, incerta occupet mors, antequàm ſubveniat pœnitentia. *Profec.*

51. Quare etſi bona eſt ad extremum converſio, tamen multò melior eſt, quæ longè ante finem agitur, ut ab hac vita ſecuriùs tranſeatur *Lib.* 2. *de Offic. Eccleſiaſtic. cap.* 16. *in calce pagina* 605. *columna* 2.

S. LEO PAPA I. 52. Nemo deſperandus eſt, dùm in hoc corpore conſtitutus eſt: quia nonnunquàm quòd diffidentiâ ætatis differtur, conſilio maturiori proficit. *Ep.* 92. *ad Ruſtic. Narbonenſ. Epiſc. cap.* 6.

PETR. BLES. 53. Extrema inſania eſt, negotium animæ, in neceſſitatis differre articulum, donec deſidiam ſuam falſa expectatione foventem, tonitruum divinæ indignationis abſterreat. *Ep. 105. ad Radigenſem Abbatem in fine, apud Bibl. Patrum tom. 12. part. 2. pag. 786. col. 2. lit. G. edit. Coloniæ* 1618.

PETR. CELL. 54. Muta vitam dùm vivis in hac vita, ne ſi fortè modò, cùm potes, diſtuleris mutare, tunc volens mutare, cùm non poteris, cogaris tenere. *Lib. 3. Ep. 10. in calce, apud Bibl. Patr. tom. 2. part. 2. pag. 568. col. 1. lit. D.*

S. PETRUS DAMIANUS. 55. Ne temetipſum decipias, ne ulteriùs differas, ne ſalutis tuæ remedium de die in diem procraſtinando animam tuam ſeducas: ſed intra citò, dùm licet, in portum converſionis, ne te tardantem repentini opprimant caſus, ne te inopinatæ mortis abſorbeat fluctus, & æſtuantis gehennæ deglutiat barathrum. *Lib. 4. Ep. 3. ad quendam Epiſc. ante med. pag. 45. col. 2. tom. 1.*

S. PETRUS MAURITIUS CLUN. 56. Non eſt tuta dilatio tibi, ne fortè ſi nimiùm procraſtinaveris, invidus ſathanas, ſancto ad Deum itineri tuo obicem ponat; & greſſus tuos (ne implere poſſis bonum propoſitum quòd inchoaſti) retardet. *Lib. 5. Ep. 6. ad Humbertum Archidiaconum in medio, apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 116. columna 2. G.*

S. PROSPER. 57. Remedia converſionis ad Deum nullis cunctationibus ſunt differenda, ne tempus correctionis pereat tarditate. *Proſec.*

58. Qui enim pœnitenti promiſit indulgentiam, diſſimulanti diem craſtinum non ſpopondit. *Sent. 71. in fine tomi tertii operum D. Auguſtini, pagina 747. littera A.*

THEOPHILACTUS. 59. Qui pœnitentiam differt in tempora poſteriora, non feſtinat hic pœnitere, qui procraſtinat. non aſſequitur ſanitatem. *Sup. Ioan. cap. 5. ante medium, pag. 306. lit. B.*

SENTANTIÆ PAGANORUM.

EPICTATUS. 60. Quouſquè tandèm differes præſtantiſſima quæque tibi vendicare? Accepiſti præcepta quæ amplectenda tibi fuerunt, eaque amplexus es; qualem igitur adhuc doctorem expectas, cujus in adventum tui correctionem differas? Non jàm adoleſcens es, ſed maturâ ætate vir: itaque ſi neglexeris & ceſsâris, ac ſub indè moræ moram, propoſito propoſitum adjunxeris, & dies alios poſt alios conſtitueris, non animadvertes nihil te profeciſſe, ſed hominem plebeium fore tàm viventem quàm morientem? *In Enchirid. cap. 75. ab initio.*

SENECA. 61. Quàm ſerum eſt, tunc velle incipere, cùm deſinendum eſt! *Proſec.*

62. Quæ tàm ſtulta mortalitatis oblivio, in quinquageſimum & ſexageſimum annum defferre ſana conſilia: & indè velle vitam inchoare, quo pauci produxerunt? *De brevitate vitæ. cap. 4. in medio, pagina 562. tom. 1.*

63. Maxima vitæ jactura, dilatio eſt: illa primum quemque eatrahit diem, illa eripit præſentia, dùm ulteriora promittit. *Prof.*

64. Maximum vivendi impedimentum, eſt expectatio quæ pendet ex craſtino.

65. Perdis hodiernum, dùm quod in manu fortunæ poſitum eſt diſponis, quod in tua dimittis. *De brevit. vitæ, cap. 9. in princ. pag. 566. tom. 1.*

66. Dùm differtur vita, tranſcurrit. *Ep. 1. in medio, pag. 523. tom. 2.*

67. Nihil differamus, ſic formemus animum, tanquàm ad extremum vitæ ventum ſit. *Prof.*

68. Maximum vitæ vitium eſt, quòd ſemper aliquid ex illa differtur. *Epiſt. 101. prope medium, pagina 811. tom. 2.*

69. Multos vitam differentes, mors juncta prævenit: itaque omnis diex velut vltimus judicetur. *De Morib. circa init pag. 677. edit. Baſileæ.*

Convitium.

DEFINITIO ET COMPARATIO.

DEFINITIO.

S. BASILIUS MAGNUS. OMNE verbum quod ex affectu ignominiâ afficiendi dicitur, convitium eſt, etiamſi ipſum verbum non videatur contumelioſum. *Tom. 3. in quæſt. compendioſè explicatis. quæſt. 24. pag. 56.*

GLOSA ORD. Convitiari, eſt imponere vel irrogare alicui crimen vitioſum. *Sup. Eccleſiaſtic. cap. 23. col. 2082. F. tom. 3.*

HUGO CARD. Convitium eſt turpis verborum infamatio. *Sup. Eccleſiaſt. cap. 5. in fine fol. 181. columna 2. tom. 3.*

COMPARATIO.

S. BONAVENT. Qui convitiatur, eſt ſicut canis macelli, qui ſemper os portat ſanguinolentum. *Tit. 3. dieta cap. 5. poſt med. pag. 290. col. 1. littera B. tom. 6. part. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Quando aliquis nobis convitiatur, tunc ſilentium caerceamus, tunc muti fieri non erubeſcamus. *Lib. 1. Offic. cap. 5. in princ. col. 3. lit. C. tom. 1.*

2. Juſti eſt convitia diſſimulare, nihil loqui, plus committere bonorum judicio, quàm criminantis inſolentiæ. *Ibid. ante med. col. 3. lit. C.*

3. Benè ſibi conſcius falſis non debet moveri, nec æſtimare plus ponderis in alieno eſſe convitio, quàm in ſuo teſtimonio. *Ibid. in medio. col. 3. lit. D.*

4. Si ſervus convitium dicat, juſtus tacet: ſi infirmus contumeliam faciat, juſtus tacet: ſi pauper criminetur, juſtus non reſpondet. *Ibid. in fine col. 3. D.*

5. Iis quibus peccator convitiatur, ſi deeſt juſtitia, pudor creſcit, augetur dolor. *Ibidem cap. 48. in princ. columna 32. lit. D.*

S. AUGUSTIN. 6. Convitium lædit famam, & charitatem extinguit. *de Amicitia cap. 13. in princ. pag. 778. lit. D. tom. 4.*

7. Quid ſceleſtius improperio? quod etiam falſa objectione innocentis faciem miſerando rubore perfundit? *Ibid.*

8. Abjuremus convitia, quorum ultor eſt Deus, Semei David convitiis impetens a Salomone occiſus eſt. *Ibid. poſt med. pagina 779. A.*

9. Non ago ut efficiar homini convitiando ſuperior, ſed errorem convincendo ſalubrior. *Lib. 3. contra litteras Petiliani. cap. 1. in medio pagina 111. littera A. tom. 7.*

10. Quamvis te irritet quiſque, quamvis convitietur, tu tamen patiens eſto, ne rependas contumelias, & meliùs tacendo vinces injuriam. *Tom. 9. de rectitudine catholica converſat. in medio pagina 793. littera B.*

11. Quicumque convitio, vel maledicto, vel criminis objectu aliquem læſerit, meminerit ſatisfactione quantociùs curare quod fecit. *Regula 3. ante fin. pag. 594. lit. D. tom. 1.*

S. BASILIUS MAGNUS. 12. Grave quiddam eſt convitium, ſed majus malum id eſt facienti, quàm patienti. *Tom. 1. conc. 9. contra iraſcentes. poſt med. pag. 186.*

S. EPHRÆM. 13. Verè miſer ac deplorandus eſt ille, qui convitiis in proximos conſcrendis ſe aſſueſcit: quid hoc ſcelere gravius? *De Maledicentia in fine pag. 37. lit. B. tom. 1.*

S. GREG. MAG. 14. Quorumdam mentes plus flagella quàm convitia cruciant, quorumdam verò plus convitia quàm flagella caſtigant. *Lib. 7. cap. 1. Moral. in princ. columna 208. littera B. tom. 1.*

15. Nullius vos ibi lingua implicet, ubi conſcientia non accuſat. *Lib. 6 in Regiſtro, indict. 15. cap. 178. Ep. 14. ad Conſtantium Ep. Mediolan. prope initium, col. 873. lit. A. tom. 2.*

S. HIERONYM. 16. Difficilè evadit opprobria, cui eſt amica juſtitia. *In Regula Monachorum, cap 19. circa med. pagina* 286. *D. tom.* 4.

HUGO CARD. 17. Multi ſunt ita parati ad convitia, ut modico verbo concitati, ſtatim evomant quidquid mali ſciunt, & quandoque quod neſciunt, fingunt. *Super Prov. cap.* 25. *folio* 55. *col.* 3. *tom.* 3.

S. IOANNES CHRYSOST. 18. Ne ulciſcaris: dixit quis malè? lauda tu: convitia dixit? dic tu præconia. *Hom.* 31. *ſup. Act. Apoſt. ante med. Moral. col.* 655. *littera* C. *D. tom.* 3.

19. Convitiator bonum charitatis omninò corrumpit, & mille proximum involvit incommodis. *Profec.*

20. Juges inimicitias conflat, & Chriſti membra diſcerpit, ac deſiderabilem Deo pacem ſingulis quibuſque diebus profligat, ampliſſimumque diabolo campum per convitia aperiens, eumque efficiens fortiorem. *Hom.* 16. *ſuper Matth. poſt med. columna* 161. *A. tom.* 2.

21. Mordere ſcommatibus, procul eſt à Chriſtiano. *Serm.* 17. *ſuper Ep. ad Epheſ. in medio, col.* 1062. *B. tom.* 4.

22. Ubi quis te convitiis inceſſit, ne exacerberis, ſed ingemiſce, non ob injuriam, ſed ob peccatum, quod te conjicit in ignominiam. *Ibidem.*

23. Qui convitium facit fratri, Deo convitium facit. *Homil.* 1. *ſup. Ep. ad Hebr circa init. Moral. col.* 1664. *D. tom.* 4.

24. Nihil æquè animam mordet, ſicut improperium: nihil æquè tabefacit mentem, ſicut convitium. *Ser.* 3. *de verbis Apoſt. ante medium, col.* 1024. *littera D. tom.* 3.

25. Oblocutus eſt tibi, probrumque intulit quiſpiam? ſive vera, ſive falſa is dixerit, maximam tibi certè coronam texuit, ſi manſuetè convitium tuleris, *Serm.* 10. *ſuper Ep. ad Rom. ante fin. Moralis, col.* 109. *C. tom.* 4.

26. Nihil ita urere eos conſuevit, qui contumeliam nobis ingerunt, quàm quòd convitiis affecti, convitia ridemus. *Ibidem, ſer.* 12. *in fine Moralis, col.* 137. *B. tom.* 4.

27. Tu corpus pauperis convitiis laceras, & quaſvis beſtias crudelitate exuperas: illæ ſiquidem cogente ventre deputatum ſibi cibum attingunt: tu verò nemine impellente fratrem tuum devoras, mordes, laceras, licet non dentibus, verbis tamen convitiatoriis, morſibus quibuſvis gravioribus. *Ibidem, ſer.* 21. *in fine Moral. col.* 248. *C.*

28. Multò magis glorioſum erit, ſi convitiis impetitus, laudem impenderis. *Ibidem, ſer.* 22. *circa init. Moralis, col.* 254. *B.*

29. Quos verè amamus, nunquàm morſu petimus. *Hom.* 24. *ſuper* 1. *ad Cor. circa med. Moral. col.* 514. *C. tom.* 4.

30 Qui convitium non fert, puſillo eſt animo. *Homil.* 10. *ſup.* 1. *ad Theſſalon. ante med. col.* 1385. *littera D. tom.* 4.

31. Convitiatur quiſquàm tibi? duæ ſunt januæ, os tuum, & os illius qui te vituperat & probro afficit. Si tuum occluſeris, & ſpirationem non dederis, omnem flatum iſtum extingues: ſi verò aperueris, effrænis redditur. *Ibidem, Homil.* 11. *poſt initium, columna* 1391. *littera A.*

32. Convitia audire abſque ira, humilitatis eſt, atque ingenuitatis. *Hom.* 27. *ſuper* 2. *ad Tim. circa fin. Moralis, col.* 1831. *B. tom.* 4.

33. Ex riſu ſæpiùs convitia, de convitiis plagæ & vulnera, de vulneribus & plagis jugulationes, & homicidia oriuntur. *Hom.* 15. *ad popul. Antioch. poſt med. col.* 141. *C. tom.* 5.

34. Nihil turpius, ignavius nihil, nihil muliebrius, in convitiis jactandis altum ſapere. *Ibidem, Hom.* 31. *in fin. columna* 257. *A.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 35. Diaboli lectus eſt omne convitium; quaſi pernitioſus quidam adulter, occulta voluptate cum animo adulteratur, & ex pernitioſo ſpermate diabolicas inimicitias parit. *Homil.* 52. *ſuper Matth. poſt medium,* 442. *B. tom.* 2.

S. ISID. HISP. 36. Adversùs convitium linguæ fortitudo adhibenda eſt patientiæ: ut tentationis verba, quæ foris impugnant, tolerantiæ virtute devicta diſcedant. *Lib.* 2. *de ſum. bono, cap.* 29. *ſent.* 23. *pagina* 650. *col* 2.

37. Inter vituperationes linguæ, & opprobria hominum juſto ſe remedio mens juſta corroborat, ut tantò ſolidiùs in Deum figatur interiùs, quantò exteriùs ab humanis convitiatur ſenſibus. *Ibidem, cap* 29. *ſent.* 25. *pagina* 650. *col.* 2.

S. NILUS. 38. Quando convitiis peteris, conſidera an aliquid à te factum ſit convitio dignum: ſi verò nihil à te admiſſum fuerit, fumum fugientem convitium eſſe exiſtima. *Paran.* 89. *apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *edit. Coloniæ* 1618.

S. PETR. DAM. 39. In hoc tibi copioſior merces acquiritur, ſi dùm convitiorum ſale conſpergeris, humilitate blandiris. *Lib.* 8. *Epiſt.* 3. *ad Albertum, paulo poſt med. pagina* 124. *col.* 1. *C.*

40. Ictum convitii ſagitta non invenit, eùm convitiati mens ſeſe in humilitate velut inclinata deponit. *Tom* 3. *Opuſcul.* 13. *cap.* 22. *ante med. pag.* 523. *columna* 2. *littera B.*

THALASSIUS. 41. Sub benevolentiæ habitu livorem occultat, qui fratrem quaſi ex alieno ore convitiis laceſſit. *Hecatontad.* 1. *ſent* 9. *apud Bibl. Patr. tom.* 7. *pag.* 271. *col.* 1. *B. edit. Coloniæ* 1618.

S. VALERIAN. 41. Plena victoria eſt, ad clamantem tacere, & non reſpondere provocanti. *Profecutio.*

43. Ubi enim verbis verba ſuccedunt, incendio fomenta præſtantur.

44. Sicut nihil eſt deformius reſpondere furioſis, ita nihil utilius tacere provocatis. *Hom.* 12. *in med. apud Bibliothecam Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pagina* 489. *col.* 2. *littera G.*

45. Infinitum eſt, quantùm uni patientia ſua præſtet, ſi alter ſolus inſaniat. *Ibidem, Hom.* 13 *in medio, pag.* 490. *col.* 2. *H.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SENECA. 46. Ille magnus & nobilis eſt, qui more magnæ feræ, latratus minutorum canum ſecurus ridet. *Lib.* 2. *de Ira, cap.* 32. *a medio. pag.* 428. *tom.* 1.

47. Æquo animo audienda ſunt imperitorum convitia, & ad honeſta vadenti, contemnendus eſt iſte contemptus. *Ep.* 76. *poſt init. pag.* 682. *tom.* 2.

48. Multi cùm aliis maledicunt, ſibiipſis convitium faciunt. *Profec.*

49. Nihil enim turpius, quàm qui objicit alteri ſibi objiciendum. *De Moribus, poſt medium, pag.* 678. *edit. Baſileæ.*

50. Perturpe eſt quod objicitur, in objiciente cognoſci. *In ſuis Proverb. pag.* 688. *col.* 1. *littera P. editionis Baſileenſis.*

51. Peſſimi eſt debitoris, creditori facere convitium. *De conſolat. ad Marciam. cap.* 20. *ante med.*

Vide etiam titulos, Contumelia & Maledicentia.

Convivium.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. CONVIVIA extraneorum occupationes habent, dùm etiam epulandi produnt cupiditatem *Lib.* 1. *Offic. cap.* 20. *ante medium, col.* 13. *lit. B. tom.* 1.

S. AMBROS.

2. Conviviorum devitandæ ſunt celebritates: teritur enim officiis pudor, audacia emicat, riſus ſubrepit, modeſtia ſolvitur. *Libr. 3. de Virginibus, poſt init. col. 94. A. tom. 1.*

3. Vos graves & prudentes viri, diſcite deteſtabilium hominum epulas evitare: talia ſunt enim convivia, qualia perfidorum judicia. *Ibidem, longè ante med. col. 97. B.*

4. Quid te delectant damna ſine gratia? rogas ad jucunditatem, cogis ad mortem: invitas ad convivium, efferre vis ad ſepulchrum, cibos promittis, tormenta irrogas: vina prætendis, venena ſuffundis. *De Helia & jejunio, cap. 14. ante medium, columna 1131. littera A. tom. 4.*

S. ANTONINUS.

5. Quot irriſiones, detractiones, proditiones, homicidia fiunt in conviviis? *Parte 2. tit. 6. de Gula, cap. 1. §. 3. ante fin. fol. 211. col. 1.*

6. Convivia facere, ubi communiter lauta præparantur, cùm ex amicitia, vel alia honeſta cauſa fiunt, de ſe non ſunt reprehenſibilia. *Ibidem, cap. 1. §. 6. ſub finem, fol. 212. col. 2.*

7. Raro eſt quando in conviviis multa vana & irriſoria non immiſcentur, & ultrà debitum non comedatur, & delectetur. *Ibidem, cap. 1. §. 6. in fine folio 212. columna 2.*

8. Refert Auguſtinus documentum ſibi ab Ambroſio traditum, ut vitaret convivia, quibus terminus temperantiæ exceditur. *Ibidem.*

S. AUGUSTIN.

9. Quiſquis immoderatus convivioque medius amiſſis modeſtiæ frænis, inſana fuerit ebrietate proſtratus, averſos reſpicit nutantes, quos integros videre nequivit; aut ſermone longo ſuperflua verba emittit, & vana dicta componit, malè clamans & benè ſibi ſonans. *De ſobrietate, cap. 1. ſtatim a medio, pag. 685. A. tom. 9.*

10. Cur tot Martyrum re natalitia conviviis celebrare delectat, & eorum vitam ſequi honeſtis moribus non delectat? *Hom. 50. longè ante fin. pagina 385. lit. B. tom. 10.*

11. Rogandi ſunt & parentes ad convivium, & vicini, ſed rariùs rogandi ſunt. *Ser. 2. de tempore ante finem, pag. 389. B. tom. 10.*

12. Non nimis ſumptuoſa & delicioſa, ſed tàm parca & ſobria vel honeſta debent convivia præparari, ut remaneat undè pauperes refici, undè poſſit aliquid indigentibus erogari. *Ibidem.*

V. BEDA.

13. Inter epulas difficilè ſervatur caſtitas. *Tom. 2. in ſuis Proverb. verbo Inter. pagina 191.*

S. BERNARD.

14. Magnum convivium eſt, ubi pariter miſericordia, juſtitia & gratia apponuntur. *Ser. 3. de Annunt. B. M. in princ. fol. 31. col. 2. F.*

15. Ubique frænanda lingua præceps, maximè autem in convivio. *Lib. 4. de Conſider. ante finem, fol. 282. columna 1. B.*

16. Convivia ſumptuoſa, damnum ſine honore conferunt. *Ep. de cura & regimine rei familiaris, paulò poſt init. fol. 371. C. volum. 2.*

17. Niſi pax in conviviis adſit, non erunt convivia, ſed diſſidia. *De 7. donis ſancti Spiritus, in ſpecie de dono timoris, cap. 4. circa medium, pagina 235. columna 2. B. tom. 6. part. 1.*

S. BONAVENT.

18. Diſcretionem in verbis ibi (ſcilicet in conviviis) ratio perſuadet. *In ſpeculo diſcipl. part. 1. circa fin. pag. 552. col. 2. A. tom. 7. part. 4.*

S. CÆSARIUS ARELAT.

19. Fugiamus prandia luxurioſa, quæ nos occupant uſque ad veſperam: contemnamus cœnas, quæ nos aliquoties etiam invitos uſque ad noctem mediam trahunt. *Profec.*

20. In quibus & caro per ebrietatem debilitatur, & anima per turpiloquia & ſcurilitates vulneratur, fortè etiam moritur. *Hom. 10. poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 765. col. 2. littera E. edit. Coloniæ 1618.*

21. Omnis homo in convivio cordis ſui aut Chriſtum, aut diabolum paſcit. *Ibidem, Hom. 23 poſt init. pagina 768. columna 2. G.*

S. CLEMENS ALEX.

22. Sæpè convivium, ebrietatis eſt theatrum. *Libr. 2. Pædagogi, cap. 4. in principio, folio 34. pagina 2. littera E.*

23. A convivio rationali abſit comeſſatio, & laſcivia juvenilis. *Ibidem.*

24. Si propter charitatem convenitur ad convivia, convivii finis eſt benevolentia. *Ibidem, cap. 7. in princip. fol. 36. pagina 1. B.*

S. CYPRIAN.

25. Sonet Pſalmos convivium ſobrium. *Epiſt. 2. ad Donatum, cap. 10. in fine, pagina 5. columna 2. tom. 1.*

26. Nuptiarum feſta improba, & convivia laſciva vitanda ſunt. *De diſcipl. & habitu Virginum, cap. 9. ante med. pag. 231. columna 2. tom. 2.*

S. EPHRAM.

27. Monachum inter epulas cum fœminis verſari, idem eſt ac ſe in ignem projicere. *De humilitate comparanda, cap. 82. tom. 2. pag. 458. D.*

28. Fuge convivia, ne fornicator (etiam ſine fœminis) evadas. *De Perfect. Monachi. ante fin. pag. 476. D. tom. 2.*

S. EUSEBIUS CÆSARIEN.

29. Convivia frequenter divites aliis præparant divitibus, ut ferculis delicatiſſimis ſuam ventris repleant ingluviem, quibus pauperes fame pereunt. *Epiſt. ad Damaſ. pap. de morte D. Hieronymi. Et eſt 61. tomi 4. oper. D. Hieron. longè ante medium, pagina 348. B. edit. Colonienſis 1618.*

30. Ubi convivia, ubi delicata fercula? ubi vina pretioſa mixta ſaccaro, & aromatibus præparata? epulemini & inebriemini, non enim poſt mortem ampliùs facietis, ſed cum divite, qui quotidie epulabatur ſplendidè, in tormentis gehennalibus guttam aquæ minimam peroptabitis, nec habere poteritis. *Ibidem, longè ante med. pagina 349. B.*

S. FULGENT.

31. Tales convivii debent habere participes, quæ non carnis ſolent delicias laudare, ſed cordis. *Ep. 2. ad Gallam. cap. 13. in princ. apud Bibliothecam Patrum, tom. 6. part. 1. pag. 126. col. 2. F.*

32. Solent Reges ſolemnitatibus ſuis magnas ac terrenas epulas quærere: Herodi autem cœpit & carcer delicias miniſtrare. *Ibidem, ſer. 7. de Herode. ſub finem, pagina 148. col. 2. F.*

GLOSS. DECR.

33. Faciliùs quis decipitur inter epulas, quàm inter loquelas. *Apud Gratianum in decretis. folio 349. columna 2. edit. Lugdun. 1540.*

S. GREGORIUS.

34. Nonnulla ſunt vitia, quæ à conviviis aut ſeparari vix poſſunt, aut certè nequaquàm poſſunt. *Libr. 1. Moral. cap. 5. poſt initium, num. 5. columna 5. littera C. tom. 1.*

35. Penè ſemper epulas comitatur voluptas: nam cùm corpus in refectionis delectatione reſolvitur, cor ad inane gaudium relaxatur. *Ibid.*

36. Accenſa mentis intentio inter convivia torpeſcit. *Ibidem, libr. 2. cap. 10. prope finem, columna 36. littera B.*

37. Convivia peragi ſine culpa vix poſſunt. *Libro 2. Moral. edit. Pariſ. 1551. cap. 16. ſuper illud Iob 1. Filiis tuis & filiabus veſcentibus, &c.*

38. Convivium reproborum, eſt delectatio temporalium voluptatum. *Lib. 3. Moral. cap. 24. paulò ante fin. columna 1161. B. tom. 1.*

39. Abundare in conviviis loquacitas ſolet: prima namque malè convivantibus famulatur culpa loquacitatis. *Hom. 41. ſup. Evang. circa med. columna 530. A. tom. 2.*

40. Convivia communia, quæ intentione impendendæ charitatis fiunt, rectè ſanctitas veſtra in ſuis epulis laudat. *Prof.*

41. Sed tamen ſciendum eſt, quia tunc veraciter ex charitate convivia prodeunt, cùm in eis nulla abſentium vita mordetur.

42. Cùm non plus quàm neceſſe eſt ſervitur corpori,

ſed ſola ejus infirmitas reficitur, ut ad uſum exercendæ virtutis habeatur. *Libro 2. in Regiſtro ind. 10. cap. 37. Epiſt. 37. ad Natalem Epiſcop. Salonitan ante med. col. 707. B. tom. 2.*

S. HIERONYM. 44. Convivia ſecularium vitanda ſunt, & maximè eorum qui honoribus tument. *Tom. 1. Ep. 2. ad Nepotian. poſt med. pag. 315. B.*

45. Facilè contemnitur clericus, qui ſæpè vocatus ad prandium, ire non recuſat: nunquàm petentes, raro accipiamus rogati. *Ibidem, ante finem, pagina 17. littera A.*

46. Convivia, veluti quaſdam catenas fugias voluptatum. *Tom. 1. Ep. 13. ad Paulinum. circa med. pag. 103. litt. B.*

47. Inter epulas, palma vitiorum eſt honeſta polluere. *Tom. 1. Ep. 82. ad Euſtochium. prope medium, pag. 142. lit. C.*

48. Difficilè inter epulas ſervatur pudicitia. *Tom. 1. Epiſt. 47. de vitando ſuſpecto contubernio. paulò poſt med. pag. 226. C.*

49. Laudent te eſurientium viſcera, non ructantium opulenta convivia. *In Regula Monach. cap. 19. pag. 286. C. tom 4.*

50. Utilius eſt ad exequias funeris, quàm ad domum ire convivii: quia ibi recordatione conditionis noſtræ, & fragilitatis humanæ ex præſenti cadavere commonemur: in convivii autem lætitia, etiamſi quid timoris habere videbamur, amittimus. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 7. in princ. in illud, Melius eſt ire ad domum luctus, &c. pag. 81. A. tom. 7.*

HUGO A S. VICTORE. 51. Taciturnitas inter epulas idcirco neceſſaria eſt, quoniam lingua, quæ in omni tempore ad peccatum prona labitur, periculoſiùs tamen, cùm per crapulam inflammata fuerit, ad loquendum relaxatur. *Tom. 2. de Inſtit. Monaſt. ad Novitios, cap. 18 in principio, pag. 27. lit. H. tom. 2.*

HUGO CARD. 52. Septem ſunt, propter quę convivium placet invitatis: ſcilicet
- Servitoris nobilitas.
- Ferculorum ordinatio.
- Convivarum honeſtas.
- Vultus hilaritas.
- Invitantis authoritas.
- Loci amœnitas.
- Menſæ fœcunditas. *Super lib. 3. Regum, cap. 19. fol. 282. columna 3. Tom 1.*

53. Diabolus hodie multos in conviviis à Chriſto avertit, & ſubjicit ſibi quaſi regi. *Super 2. Reg. cap. 15. folio 253. col. 3. tom. 10.*

S. JOANNES CHRYSOST. 54. Menſæ largitas ſumptum facit, & convivium exhibentis imminuit ſubſtantiam. *Hom. 45. ſuper Geneſ. in princ. col. 371. B tom. 1.*

55. Multis rapinis ſæpenumero convivia plena ſunt. *Homil. 49. ſuper Matth. poſt medium, col. 418. lit. D. tom. 2.*

56. Magnifica convivia excogitas, modò tu alios vocas, modò vocaris ab aliis: ita nunc te conſumis, nunc alios conſumere cogis. Duplicem ſic tibi præparas cruciatum: alterum ab his quæ tu, alterum ab his quæ alii hortatu faciant tuo. *Ibid. Homil. 78. poſt med. col. 634. D.*

57. Delitioſa convivia magis luxuriam accuſant, quàm humilitatem commendent *Homil 51. oper. imperfect. ſuper Matth. ante medium, columna 1113. lit. B. tom. 2.*

58. Convivium Herodis diabolicum. Fit cibus cædes, vinum tranſit in ſanguinem, finis apponitur in natali, in ortu exhibetur occaſus, convivium mutatur in homicidium, organa vertuntur in funus. *Homil. 15. ex variis locis ſuper Matth. ante finem, columna 1180. littera A. tom. 2.*

59. In convivio Herodis intrat beſtia, non puella; quærit caput amputare, non ſaltare; diſcurrit fera, non fœmina; aſpergit jubas per cervices, non capillos; anfractibus dilatat membra, ſævitia creſcit augmentis. *Ibidem.*

S. JOANNES CHRYSOST. 60. Honeſtate convivium honoretur, lætitia menſæ pertingat ad pauperes Chriſti, familia innocentiæ tripudiet diſciplina. *Proſec.*

61. Abſit ebrietas, luxus abſiſtat, fugetur effuſio nimia, ſaltatricum peſtis, lenocinia cantorum, voluptatum fomenta, ventris onera, & naufragium mentis abſcindatur. *Ibidem, col. 1180. B.*

62. Ebrietatem excutere debent, maximè illi qui ſympoſia ſocialia celebrant: nam ſimulatque diſſolutum eſt convivium, omnis lætitia confeſtim avolavit. *Serm. 24. ſuper Epiſt. ad Rom. circa med. Moral. col. 267. A. tom. 4.*

63. In convivio divitum voluptas eſt laſciva, riſus effuſus, ebrietas, urbanæ facetiæ, turpiloquium. *Hom. 1. ſuper Epiſt. ad Coloſſenſes, ante finem, col. 1237. lit. A. tom. 4.*

64. Voluptatem in conviviis, non ferculorum natura, ſed convivantium diſpoſitio facere conſuevit. *Homil. 2. ad Populum Antiochenum. poſt med. col. 34. D. tom. 5.*

65. In conviviis & menſarum affluentia, divitiarum magnificentia prædicatur. *Homil. quod nemo læditur niſi a ſemetipſo, circa medium, columna 759. littera B. tom. 5.*

66. In conviviis magis voluptas eſt, ubi cibus potuſque tantus eſt, quantus famem depellat, ac ſitim. *Ibidem.*

67. Olim nuſquàm ſuperflua illa, & inutilia, nuſquàm diabolica pompa, nuſquàm cymbala, & tibiæ, & choreæ, & ſatanica illa convivia, & ſcommata omni obſcœnitate plena: ſed omnis honeſtas, omnis ſapientia, omnis bonitas. *Hom. 48. ſuper Gen. circa finem. col. 398. D. tom. 1.*

68. Nihil ſit in convivio, quàm quod neceſſarium habet ſalus humana. *Homil. 41. operis imperfect. ſuper Matth. in medio, columna 1028. littera C. tom. 2.*

69. Pavit te Deus ex bonis ſuis, undè & poſteaquàm paſtus es, illi oportebat agere gratias, & tu dæmones in convivio introducis. *Proſec.*

70. Quæ enim fiſtulis & muſicis inſtrumentis canuntur, nihil aliud ſunt, quàm dæmonum cantilenæ.

71. Duplici nomine pejor es cane: & ne recordaris quidem bonorum Domini, ſed dæmones ſuperinducis.

72. Immò canes ſive accipiant aliquid, ſive non accipiant, adulantur domeſticis, tu verò non ita.

73. Canis etiamſi nihil accipiat, adulatur hero ſuo: tu verò etiam cùm acceperis, latras contra Dominum tuum.

74. Rursùs canis etiamſi beneficii quidquid acceperit ab alio, neque ſic tamen inimicitiam, quàm adversùs illum habet remittit, neque ad amicitiam illius trahitur: tu verò etiam cùm innumera mala patiaris à dæmonibus, nihilominus eos ad convivia tua introducis. *Ser. 1. ſuper Ep. ad Coloſſ. poſt medium, col. 1236. A. B. tom. 4.*

75. Cui abundantia eſt epularum, ardentis divitis intendat ſupplicium; cujus tanta in inferno inter ignes eſt inopia, quanta hîc epularum fuit copia. *Lib. 2. de ſummo bono, cap. 42. ſent. 8. pagina 658. col. 1.* S. ISIDORUS HISPALENS.

76. Felices nuptiæ, felices illæ, quibus Chriſtus eſt præſens, non luxu, ſed virtutibus conſecrantur. *Ser. 157. ſub fin. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 775. columna 2. littera C.* S. PETRUS CHRYSOLOG.

77. Affluentium epularum fluxus corpus enervat. *Tom. 3. Opuſc. 12. cap. 25. in princip. pagina 504. col. 1. littera A.* S. PETR. DAM.

78. Si ad convivium eundum erit, ito cum fiducia intemperantem pudefacturus tua dexteritate. *De profugis ante med. pagina 628.* PHILO JUD.

79. Delicioſæ epulæ provocant corpus ad libidinem, S. REMIGIUS.

Sup. Ep. ad Rom. cap. 14. can. 2. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 854. col. 2. lit. G.

ROBERTUS BELLARM.

80. Quamvis ubique noceat malorum cooverſatio, nuſquàm tamen magis quàm in conviviis, & compotationibus *Super Pſ. 140. verſ. 5. pagina 900. col. 1.*

S. VALERIAN

81. Semper plangit quod erogavit, qui convivium invitus inſtituit. *Hom. 3. de Arcta vita, in principio, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 479. col. 1. D. edit. Colon.* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

EPICTATUS.

82. Convivia externa, & popularia devita. *In ſuo Enchyrid. cap. 45. in princ.*

PLATO.

83. Ad proborum menſas, probos non invitatos proficiſci poſſe conſentaneum eſt. *Tom. 3. Sizygia 5. de convivio. poſt init pagina 174. B.*

SENECA.

84. Multi in carcere vixerunt, in convivio perierunt. *Libro 4. controverſ. 25. in principio, pagina 190. tom. 1.*

85. Errat, qui amicum in atrio quærit, in convivio probat. *Epiſt 19. ante finem, pag. 557. tom. 2.*

86. In comeſſationibus noſtris plus cantorum eſt, quàm in theatris olim ſpectatorum fuit. *Ep. 48. ante fin. pag. 718. tom. 2.*

87. Antè circumſpiciendum eſt eum quibus edas & bibas, quàm quid edas & bibas. *Ep. 19. ante finem, pag. 557. tom. 2.*

Vide etiam Cibus, Menſa, & Nutrimentum.

Cor in genere.

DEFINITIO, ET DESCRIPTIO.

S. ANTONIUS DE PADUA.

COR eſt fons caloris, & principium ſanguinis, & principium omnium motuum, rerum delectabilium, & offenſibilium. *Ser. Dom 3. poſt Paſcha. ſub fin. folio 140 pag. 1.*

HUGO A S. VICTORE.

Cor à ſiniſtris eſt, & citra mortem inviolabile, ſedes eſt caloris in medio corporis, eſt ſedes animæ, & ſolius Trinitatis babitaculum. *Lib. 4. de proprietatibus, cap. 3. poſt medium, pag. 305. D. tom. 2.*

PLATO.

Cor venarum fons eſt, ſanguiniſque, qui per omnes corporis partes copioſè per alveos ſuos dimanat. *Tom. 3. Sizygia 5. in dialogo Timei, poſt medium, pag. 70. littera A. B.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANSELMUS.

1. Cor humanum, cor indigens, cor expertum ærumnas, imò obrutum ærumnis, quantùm gauderes, ſi bonis cœleſtibus abundares! *In Proſlogio, cap. 15. ſtatim à medio.*

S. ANTONIUS DE PADUA.

2. Diabolus in toto corpore hominis, nullum membrum ita conveniens ad venandum, ad ſpeculandum, ad decipiendum invenit, ſicut cor hominis, quoniam ex ipſo vita procedit. *Ser. Dom. 3. Quadr. ante med. fol. 88. pagina 2.*

3. In corde ſunt tria notanda: indignatio, ſedes ſapientiæ, & dilectio. *Proſecutio.*

4. Cor eſt membrum nobile; & indignans, nec patitur immundum intrare: iſtam indignationem fornicatio facit amittere, dùm patitur talem morſellum glutire.

5. In corde eſt ſedes ſapientiæ, & hanc facit vinum amittere.

6. Corde diligimus, & hanc dilectionem amittit, qui temporalium cupiditate inebriatus proximo non ſubvenit. *Serm. Dom. 4. poſt Paſcha, poſt med. folio 150. pagina 2.*

7. Corde ſapimus, felle iraſcimur, jecore amamus. *Serm. Dom. 5. poſt Trin. poſt initium, folio 272. pagina 2.*

S. AUGUSTIN.

8. Vita cordis amor eſt: impoſſibile ut ſine amore ſit cor, quod vivere cupit. *De ſubſtantia dilect. cap. 6. in princ. pag. 702. D. tom. 4.*

9. Mutandum eſt cor, levandum eſt cor; non hic habitandum cordé, hæc mala regio eſt. *Super Pſ. 39. in fine, verſ. 20. pag. 246. littera C. tom. 8.*

10. In hac peregrinatione carnalis vitæ, quiſque cor ſuum portat, & omne cor, omni cordi clauſum eſt. *Super Pſalm 55. ante medium, verſ. 6. pag. 374. D. tom. 8.*

11. Quantùm ſuperbum eſt cor hominis, tantùm recedit à Deo, & ſi recedit à Deo, in profundum it. *Proſecutio.*

12. E contrà cor humile, de cœlo adducit Deum, ut proximus fiat. *Sup. Pſ. 93 ante med. verſ. 13. pag. 723. A. tom. 8.*

13. Cor quærit, cor inſpicit: intùs teſtis eſt, judex, approbator, adjutor, coronator: corde laudas Deum, corde benedicis. *Super Pſal. 134. poſt med. verſ. 6. pag. 1066. D. tom 8.*

14. Impoſſibile eſt illi, qui negotiis ſecularibus implicati ſunt, ut cor ſemper ſursùm habeant. *Super Pſalm. 51. in Enarrat. propè finem, pagina 342. D. tom. 8.*

15. Illi graviùs cor feriunt, qui linguæ gladio feriunt. *Tract. 5. ſuper Evang. Joan. de cap. 1. poſt med. pag. 29. B. tom. 9.*

16. Cor humanum in deſiderio non fixum eſt, nunquàm ſtabile poteſt eſſe, ſed omni volubilitate volubilius, de alio in aliud tranſit, quærens requiem ubi noo eſt: *Prof.*

17. In his autem caducis & tranſitoriis, in quibus ejus affectus captivi tenentur, veram requiem invenire non valet: quoniam tantæ eſt dignitatis, ut nullum bonum præter ſummum bonum ei ſufficere poſſit; tantæ eſt libertatis, ut in aliquod vitium cogi non poſſit. *In Manuali, cap. 25. in principio, pag. 510. littera D. tom. 9.*

V. BEDÆ

18. Beſtia crudelis eſt, cor pravæ mulieris. *Tom. 2 in ſuis Proverb. verbo Beſtia. pag. 186*

19. Janua cordis, mens eſt. *Tom. 2. de ſubſtantiis. poſt init. pag. 202.*

S. BERNARD.

20. Totum cor in quatuor affectionibus eſt; quid diligas, quid metuas, undè gaudeas, aut contriſteris *Ser. 2. Quadrag in med. fol. 26. col. 2. F.*

21. Scindatur cor, ut viſceribus effluat pietatis. *Ibid. in fine, folio 26. col. 3. I.*

22. Cor felle livoris amarum, per linguæ inſtrumentum ſpargere niſi amara non poteſt. *Ser. 24. ſup. Cantica ante medium, fol. 153. col. 1. B.*

23. Pii cordis eſt cedere importunitati, quæ ad id quod oportet adduci non patitur. *Epiſt. 258. ad Eugen. Pap. in med. fol. 263 col. 1. B.*

24. In omni creatura, quæ ſub ſole mundi vanitatibus occupatur, nihil humano corde ſublimius, nihil nobilius, nihil Deo ſimilius reperitur. *In Medit. cap. 7. in princ. fol. 324. col. 2. D.*

25. Sicut molendinum, ſi arena imponatur, exterminat, pix inquinat, palea occupat: ſic cor cogitatio amara turbat, immunda maculat, vana inquietat & fatigat. *Ibid. cap. 9. fol. 324. col. 3. G.*

26. Cor dùm futurum non curat gaudium, nec divinum quærit auxilium: ab amore cœleſtium elongatur, & in amore terreſtrium occupatur. *Ibidem.*

27. Cor à cogitatione in cogitationem ducitur, & per varias occupationes & affectiones variatur. *Ibidem.*

28. Labitur cordis miſeria, ſubtracta divina gratia. *Ibidem, &c. H.*

29. Quàm difficile eſt accedere ad cor ejus, quod impudentia clauſit. *Serm. 2. in Paſch. in fine, folio 37. col. 4. L.*

30. Cor nihil dignius perficere poteſt, quàm ut ei ſe reſtituat, à quo factum eſt. *Epiſt. ad quendam, in*

in principio, volumine ſecundo, folio 119. *columna* 4. *littera K.*

S. BERNARD. 31. Tunc cor hominum Deo datur, quando omnis cogitatio terminatur in eum, girat & circumflectitur ſuper eum, & nihil vult poſſidere peniùs præter eum. *Ibidem.*

32. Nihil dignius cogitari poteſt, quàm cor ad eum referre, qui ut viveres, mori voluit. *Ibidem, ante med fol.* 119. *col.* 4. *L.*

33. Ex cordis theſauro ſine dubio procedit quidquid foris apparet vitioſum. *In Apologia, poſt med. fol.* 307. *col.* 1. *A.*

34. Cor omni mobili mobilius eſt, omni lubrico lubricoſius eſt. *De Interiori domo, cap.* 25. *in princ. folio* 328. *columna* 1. *A.*

35. Nobile regnum poſſidet, qui cor ſuum poſſidet. *Profec.*

36. Non regnat, qui in corde ſuo deditus ſervitutibus vitiorum, præſidet urbibus & turbis populorum.

37. Solus is regnat, qui depoſito cordis imperio, ad leges rationis ordinat totam familiam motuum interiorum & exteriorum. *De Interiori domo, cap.* 24. *in fin. fol.* 327 *col.* 4. *M.*

S. BONAVENT. 38. Tribus modis Deus cor hominis emollit: per inſpirationem, bonam voluntatem creando; per aſpirationem, excitando: per occaſionem, bonam viam aperiendo ad perfectionem. *Profec.*

39. Per inſpirationem ponit ad volendum, per aſpirationem impellit ad appetendum, per occaſionem trahit ad perficiendum. *Sup. Pſal.* 54. *circa fin. pagina* 114. *columna* 1. *B. tom.* 1.

40. Cor amantis, caminus eſt Dei inflammantis. *Prof.*

41. Sicut enim cor eſt ſpeculum Dei, arca Dei, ager Dei, ita & caminus Dei.

42. Undè cor juſtum debet tanquàm ſpeculum eſſe mundum, ut arca opulentum, tanquàm ager fructiferum, ſicut caminus accenſum.

43. Mundum innocentiâ, dives virtutum opulentiâ, ardens amoris vehementiâ, fructiferum bonorum operum vehementiâ. *Ser.* 2. *feria* 2. *poſt Paſcha, in princ. ſup. illud Luc.* 24. *Nonne cor noſtrum, &c. pagina* 97. *col.* 2. *tom.* 3.

44. Theſauri virtutum in arca cordis claudendi ſunt ſerâ humilitatis. *Ibidem, circa med. pagina* 97. *col.* 2.

45. Qui benignus eſt corde, benignus eſt compaſſione. *De Itineribus æternitatis, itin.* 1. *diſt.* 4. *ante med. pag.* 142 *columna* 2. *C. tom.* 7. *part.* 3.

S. CÆSARIUS ARELAT. 46. Omnis homo in convivo cordis ſui, aut Chriſtum, aut diabolum paſcit. *Hom.* 23. *poſt init. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 768. *col.* 2. *G. edit. Colonienſis* 1618.

CASSIODORUS 47. Vis ſcire de fratre tuo, quale cor habeat? attende undè libentiùs & frequentiùs loquatur: Ex abundantia enim cordis os loquitur. *Sup. Pſ.* 40. *verſ.* 7. *Egrediebatur foras & loquebatur in id ipſum.*

S. CYPRIANUS & S. ELIGIUS. 48. Claudatur contra adverſarium pectus, & ſoli Deo pateat. *De Orat. Dominica, cap.* 13. *prope initium, pag.* 271 *columna* 2. *tom.* 2. *& S. Eligius, Homil.* 11. *ante medium, apud Bibl. Patrum, tom.* 7. *pag.* 246. *columna* 1. *littera D.*

S. EUSEBIUS EMISEN. 49. Multo opus eſt dolore cordis, ad ſanandos ipſius cordis dolores *Hom.* 5. *ad Monach. ante medium, apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 582. *columna* 2. *G. edit. Colon.* 1618.

GLOSS. INT. 50. Aditus cordis contra pravos motus, ratione munitur. *Super Gen. cap.* 19. *in illud, Clauſerunt oſtium. col.* 243. *D. tom.* 1.

GLOSS. ORD. 51. Mare eſt cor noſtrum, furore turbidum, rixis amarum, elatione tumidum. *Sup. Iob. cap.* 38. *col.* 353. *B. tom.* 3.

GLOSS. INT. 52. Humiliatum cor, ſacrificium eſt Deo. *Sup. Pſ.* 130. *in princ. col.* 1464. *D. tom.* 3.

53. In corde negligentium prurientia terrena deſideria pullulant vitiorum. *Super Prov. cap.* 24. *in calce, col.* 1710. *D. tom.* 3. GLOSS ORD.

54. Diabolus corda claudit, ſed Deus aperit. *Sup. Acta Apoſt. cap.* 16. *in illud. Cujus Dominus aperuit cor. col.* 1161. *B. tom.* 6. GLOSS INT.

55. Nihil nobis vicinius corde; & tamen cùm per pravas cogitationes ſpargitur, longiùs evagatur. *Lib.* 26. *Moral. cap.* 23. *paulò poſt med. col.* 882. *littera D. tom.* 1. S. GREG. MAGN.

56. Aurem cordis tribulatio aperit, quam ſæpè hujus mundi proſperitas claudit. *Ibidem, in fin. col.* 883. *littera D.*

57. Aurem cordis terrenarum cogitationum turba dùm perſtrepit, claudit. *Lib.* 23. *Moral. cap.* 12. *ſtatim ab init. col.* 783. *D.*

58. Aurem cordis tumultus ſecularium negotiorum claudit, & quies ſecretæ conſiderationis aperit. *Ibid. in fine, col.* 785. *B.*

59. Robuſti ſunt motus cordis, cùm nulla niſi quæ virtutis ſunt, ſentiunt. *Lib.* 26. *Moral. cap.* 28. *poſt med. num.* 37. *col.* 891. *C. tom. C.* 1.

60. Nihil in nobis eſt corde fugacius, quod à nobis toties recedit, quoties per pravas cogitationes defluit. *Ibidem.*

61. Cor carnale dùm hujus vitæ gloriam quærit, humilitatem reſpuit. *Homil.* 32. *ſup. Evang. in med. col.* 464. *littera D. tom.* 2.

62. Apud homines cor ex verbis, apud Deum verba penſantur ex corde. *Lib.* 26. *Moral. cap.* 7. *circa med. num.* 7. *col.* 857. *B. tom.* 2.

63. Cor peſſimum ex ſua malitia tabeſcit. *Homil.* 2. *ſup. Ezech. in medio, col.* 77. *B. tom.* 2.

64. Dùm cor in adverſis ſperat proſpera, in proſperis formidat adverſa. *Lib.* 22. *Moral. cap.* 10. *circa med. col.* 748. *A.*

65. Clauſis oculis cordis eò anima præcipitatur in infimis, quò obſcuratur à ſummis. *Lib.* 26. *Moral. cap.* 8. *in fin. col.* 857. *D.*

66. Anchora cordis, eſt pondus timoris. *Libro* 6. *Moral. cap.* 17. *poſt medium, num.* 27. *col.* 205. *A. tom.* 1.

67. Quid neceſſe eſt ut cordis tui oſtia clauſa ſint? ſponſo aperiantur Chriſto, claudantur diabolo. *Epiſt.* 22. *ad Euſtochium, paulò poſt medium, pagina* 143. *littera A.* S. HIERONYM.

68. Cor humanum toti mundo non ſufficit, quia cunctæ res difficiles, nec valet eas homo explicare ſermone: & totus mundus cordi humano non ſufficit, quia non ſaturatur oculus viſu, nec auris impletur auditu. *Profec.* HUGO A S. VICTORE.

69. Omnis jucunditas, omnis ſuavitas, omnis pulchritudo rerum conditarum afficere cor humanum poteſt, ſatiare non poteſt, niſi ſola illa dulcedo, ad quam factum eſt. *Homil.* 2. *ſuper Eccleſiaſten, paulò poſt med. ſup. illud, Non ſaturatur oculus viſu, &c. pag.* 64. *D. tom.* 1.

70. Cor
- Per ſuperbiam inflatur.
- Per invidiam areſcit.
- Per iram crepat.
- Per acediam conteritur.
- Per avaritiam diſpergitur.
- Per gulam inficitur.
- Per luxuriam conculcatur. *Sup. Abdiam, ante fin. pag.* 157. *G. tom.* 1.

71. Cor ad Deum converſum, eſt morale templum, Eccleſia myſtica. *Lib.* 3. *de Clauſtro animæ, cap.* 17. *poſt med. pag.* 83. *F. tom.* 2.

72. Hæc eſt requies cordis, cùm in Dei amore per deſiderium figitur. *Lib.* 2. *de Anima, cap.* 10. *prope fin. pag.* 100. *D. tom.* 2.

HUGO A S. VICTORE. 73. Hæc eſt vita cordis, cùm Deum ſuum contemplatur, & ipſa ſua contemplatione ſuaviter reficitur. *Ibidem*, &c.

74. Parvum eſt cor, ſed magna capit: vix ad unius milvi refectionem ſufficere poteſt, & totus mundus ei non ſufficit. *Lib.3. de Anima.cap.41. in princ. pag.* 124. *C.tom.*2.

HUGO CARD. 75. Sicut nitrum aſperſum aceto crepitat, ita cor perverſum aqua ſapientię ſalutaris aſperſum (ideſt quantumcunque ſuavi correctione tactum) ebullit iraſcendo, & crepitat murmurando. *Super Prov.cap.25. fol.56 col. 3. tom.* 3.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 76. Priùs corda per manſuetudinem oportet mollire, & poſtea pungere. *Sup. Acta Apoſt.Hom.7. in princ. col.*488. *A. tom.* 3.

77. Cor mollit non furor, neque accuſatio vehemens, neque convitia, ſed manſuetudo. *Ibid.*

78. Nihil ita cor philoſophicum facit, ſicut tribulatio. *Serm. 24. ſuper Epiſt. ad Epheſ. poſt medium, col.*1116. *B. tom.*4.

79. In corde pigri, ut cereus ardet peccatum. *Serm. de Pœnitentia. poſt init. col.* 901. *B. tom.* 5.

S ISIDORUS HISPALENS. 80. Omnia fugere poterit homo, præter cor ſuum: non enim poteſt à ſe quiſque recedere. *Libr. 2. de ſum. bono. cap.26. ſent.2. pag.* 649. *col.*1.

S. LAURENT. JUSTIN. 81. Humano quid incomprehenſibilius corde? quemadmodum latebris fovetur innumeris, ita & latitudinem infinitam inhabitat. *Parte 1. de Triumphali Chriſti agone, cap. 13. in principio, pag.* 310. *col. 2. lit. D.*

82. Quod dulciter verſatur in corde, frequenter delectabiliterque profertur ex ore. *Ibid. cap. 24. poſt med. pag.* 343. *col. 2. D.*

83. Sit cordis tui habitaculum mundum, ornatum, dilatatum, & clauſum. *Proſecutio.*

84. Mundum ſit à ſordibus polluti amoris, ornatum virtutum floribus, charitate dilatatum, prudentique clauſum cuſtodiâ. *Parte 2. Serm. de vita ſolitaria, cap. 13. circa medium, pagina* 491. *columna* 2. *littera C.*

S. LEO PAPA I. 85. Cor hominum de operum oſtenditur qualitate, & formas mentium ſpecies detegit actionum. *Serm. 6. Epiphan. ſub finem. fol. 27. pag.* 2.

86. Nullum eſt in illo corde juſtitiæ veſtigium, in quo ſibi avaritia fecit habitaculum. *Serm. 9. de Paſſione, poſt med. fol. 48. pag.* 1.

LUDOV. BLOS. 87. Nullum in hac vita charius digniuſque ſacrificium Deo omnipotenti offerri poteſt, quàm cor humile atque obediens. *In Apologia pro Thaulero. cap.6. circa med. pag. 429. col.* 1.

S PETRUS CHRYSOLOG. 88. Corda benè conſcius aperit, malè conſcius claudit. *Ser.22. in fin. apud Bibl. Patr. tom. 5. part 2. pag.*678. *col. 1. lit. B.*

S. PROSPER. 89. In corde animus ſuo tantùm ſenſu dijudicat, & omnes varietates uno motu attingit. *Sentent.* 334. *in fine tomi tertii operum Divi Auguſtini, pagina* 761. *littera B.*

90. Aliud eſt migrare corpore, aliud corde: migrat corpore, qui motu corporis mutat locum: migrat corde qui motu cordis mutat affectum. *Ibid. ſent.* 341. *pag.*762.*C.*

ROBERTUS BELLARM. 91. Humanum cor ſicut ad bona recipienda capaciſſimum atque ampliſſimum eſt, ſic ad mala toleranda anguſtiſſimum eſſe videtur. *Conc. 5. de miſeria humana vita. parte 1. poſt medium, pagina* 420. *columna* 1.

92. Cor hominis ad lætitiam non latum, non amplum, ſed immenſum atque infinitum eſt; ad triſtitiam autem, uſque adeò exiguum atque anguſtum eſt. *Conc.* 32. *Dom. 4. poſt Paſcha. parte 2. poſt init. pagina* 251. *columna* 2

S THOMAS AQUINAS. 93. Humanum cor tantò intenſius in aliquid unum fertur, quantò magis à multis revocatur. *Tom. 2. Opuſcul. de perfect. vita Spirit. cap. 6. in med. fol. 26. pagina* 1.

THOMAS A KEMPIS. 94. Cor inſtabile, & à bonis cogitationibus vacuum, nidus eſt diaboli. *Serm. 7. ad Novit. part. 1. in princ. pag.* 25. *tom.* 1.

95. Beatus qui nil temporale, nil carnale, nil turbidum, nil tumidum in ſacrarium cordis ſui ſinit intrare, vel ſi intraverit, nec patitur immorari. *Ibidem, ſer.8. diviſ. 4. pag. 29. tom.* 1.

96. Cor nonquàm quieſcit, quin in aliquo ſit occupatum, ſive bonum fuerit, ſive malum: in bono cor confortatur, in malo perturbatur. *Ibidem, ſerm. 13. diviſ. 1. pag.* 43.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 97. Cor eſt primum vivens, & ultimum moriens. *Lib. de morte & vita, apud Bedam. tom.* 2.

SIXTUS PHILOSOPHUS. 98. Templum ſanctum eſt Deo, mens pii: & altare eſt optimum ei, cor mundum, & ſine peccato. *Sent. 40. apud Bibl. Patrum, tom. 3. pagina 64. col. 2. H. edit. Colon.* 1618.

Vide etiam titul. quinque ſequentes, & Acquirere. ſentent. 37. *Avaritia. ſentent.* 80. *Vanitas. ſentent.* 42.

Cordis cuſtodia.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. COR debet miles Chriſti ante omnia ſolicitâ cuſtodiâ ſervare, ne fortè illud jactantia extollat, ira inflammet, invidia perforet, avaritia infeſtet, libido exurat, triſtitia gravet, torpor & ignavia oneret. *Serm. 2. Dom. 24. poſt Trin. & in ord. 248. circa med. pagina* 815. *B. tom.* 10.

2. Qui cordis occulta per continentiam quieta ſervare intùs contendit, ocique & membra corporis faciliùs contra pravos actus foris cuſtodit. *Ibidem, ante fin. pagina* 816. C.

S. BERNARD. 3. Omni ſolicitudine & cuſtodia cor cuſtodire, & tenere debes, ut in illo Deus requieſcere poſſit. *In Medit. cap. 7. in princ. fol. 324. col. 2. D.*

4. Cuſtodi cor, & retine linguam. *De ordine vitæ, ante med. fol.*325 *col.*4.*K.*

S. GREG. MAG. 5. Omni cura ſervandus eſt à malitiæ pulvere oculus cordis, ne hoc quod in actione rectum hominibus oſtentat, apud ſemetipſum per vitium pravæ intentionis intorqueat. *Lib. 1. Moral. cap. 20. poſt med. num. 39. col. 22. C. tom.* 1.

6. Si à circumſpectionis ſolicitudine cor deſtituitur, vulneribus aperitur. *In Paſtorali cura, parte 3. cap. 1. Admonit. 33. non longè ab initio, col.* 1313. *littera A. tom.* 1.

7. Teneat fortem cuſtodiam animi, qui potenter vult diſpergere motus carnis. *Libro 6. in primum Regum, cap. 2. ante finem, columna* 1603. *littera B. tom.* 2.

8. Omni cuſtodiâ ſerva cor tuum, dicit Sapiens, quia ex ipſo vita procedit, & de neglecto mors exit. *Ibidem*, &c.

S. ISID. HISP. 9. Magna obſervantia circa cordis eſt cuſtodiam adhibenda, quia aut bonæ aut malæ rei ibi conſiſtit origo. *Libro 2. de ſummo bono, cap. 25. ſent. 8. pag.* 648. *columna* 2.

PETR. CELL. 10. Cor hominis eſt arca aut Dei, aut diaboli: ut autem ſit arca Dei, Deo committat cuſtodiam ſui. *Lib. 1. de Tabernaculo Moſaico expoſit. Moral. in princ. apud Bibliothecam Patrum, tom. 12. part. 2. pag.* 682. *col. 1. littera B.*

Rich: à S. Victore. 11. Quantâ cautelâ cor cuſtodiendum eſt, in quo ſapientiæ theſaurus iovenitur; quo nihil ditius, nihil tutius poſſidetur. *Parte 1. tract. 1. de ſtatu interioris homin. cap. 4. in fine, pag. 38. col. 1. A. B.*

In Vitis Patr. 12. Eſto janitor cordis tui, ne intret peregrinus. *Lib. 10. cap. 110. in fine, pagina 889. columna 2.*

13. Niſi exterior noſter homo ſe ſobriè geſſerit, impoſſibile eſt interiorem cuſtodire. *Lib. 5. libello 11. num. 45. pag. 612. columna 1.*

Vide etiam tit. Anima. ſent. 210. Cordis puritas. ſentent. 4. & 59. Innocentia, Cuſtodia.

Cordis duplicitas.

DEFINITIO.

S. Antonin. & S. Thomas Aquinas. DUPLICITAS, eſt qua homo unum intendit, & aliud prætendit. *Parte 4. tit. de Juſtitia, cap. 15 §. 1. paulò poſt medium, fol. 74 col. 4. Et Thomas Aquinas, ſecunda ſecundæ quæſt. 109. art. 2. in corp. ad quartum, folio 202.*

Dionysius Carthus. Bonæ ſimplicitati contraria eſt duplicitas vulpina, quæ eſt prava & duplicata intentio. *Super Ep. B. Iacobi, cap. 1. poſt medium, in illud, Vir duplex animo, folio 3. littera E.*

Franciscus Titelman. Corde doplici ſunt, qui non recto, non ſincero, non ſimplici corde loquuntur; ſed aliud voce oris, aliud geſtant in animi intentione. *Sect. 1. ſuper Pſ. 11. in princ. verſ. 2. pagina 101.*

S. Thomas Aquinas. Duplicitas animi, eſt vertibilitas animi ad diverſa. *Secunda ſecundæ, quæſt. 53. art. 6. in corp. ad 2. pagina 103. columna 1.*

Duplicitas, eſt qua aliquis aliud habet in corde, & aliud oſtendit exteriùs. *Secunda ſecundæ, quæſt. 109. art. 2. in corpore, ad 4. pag. 102. col. 1.*

Duplicitas eſt, quando lingua & inteotio non concordant; quia facit intelligi & credi quod non eſt. *Tom. 1. Opuſcul. de Mendacio, in principio, folio 126. pagina 2.*

S. Valerian. Dnplex eſt, qui aliud in corde ſerit, aliud in lingua diſponit. *Homil. 5. de oris inſolentia, poſt medium, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 481. col. 2. littera F. edit. Coloniæ 1618.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Albertus Magnus. 1. Duplex ſimplicem quidem ſe exhibet in converſatione exteriori, & tamen dolum geſtat in corde. *Parte 1. de Paradiſo animæ, cap. 29 in fine. pag. 221.*

S. Ambrosius. 2. Nulli tàm importuni, tàm fallaces, tàm captioſi ſunt, quàm ipſi quos conſtat, aliud colere, & aliud profiteri, aliud intùs gerere, & aliud foris monſtrare. *Super 2. ad Timoth. cap. 3. poſt init. col 2070. littera C. tom. 5.*

S. Augustin. 3. Qui bonitatem ſimulant, duplici corde ſunt. *De ſer. Dom. in monte. lib. 2. in principio, pagina 808. littera C. tom. 4.*

4. Væ duplici corde, qui in corde ſuo partem faciunt Deo, partem faciunt diabolo: iratus Deus, quia fit ibi pars diabolo, diſcedit, & totom diabolus poſſidebit. *Tract. 7. in cap. 1. Evang. Ioan. ante med. pag. 44. C. tom. 9.*

5. Quando aliquis aliquid in corde tegit, & aliud loquitur, tanquàm duo corda poſſidet. *Ibidem, poſt med. pagina 47. B.*

6. Noo aliud pectus tegat, & aliud lingua proferat. *Serm. 29. de verbis Dom. in fine, pagina 104. littera C. tom. 10.*

7. Non amo in voce laudatorem, & in corde contemptorem *Serm. 16. de verbis Dom. prope finem, pag. 49. B. tom. 10.*

8. Dolus duplicat cor, adulatio duplicat linguam. *Homil. 20. circa initium, pagina 314. littera C. tom. 10.*

S. Bernard. 9. Quiſquis verbum io ore habet, & in corde non habet, aut doloſus eſt, aut vanus: quiſquis verò in corde & non in ore, aut ſuperbus eſt, aut timidus. *Serm. ad Milites templi, cap. 12. in fine, folio 112. columna 2. littera F.*

10. Simplicitas candor eſt, nævus doplicitas. *Serm. 71. ſuper Cant. poſt initium. folio 191. col 1. C.*

11. Quid eſt duplicitas, niſi dolus? *Ibidem.*

S. Bonavent. 12. Omnis ſimulatio, & omnis duplicitas mendacium eſt. *In Regula novit. cap. 9. in medio, pag. 627. col. 1. E. tom. 7. part. 4.*

Cassiodorus. 13. Neceſſe eſt ut mala loquatur, qui duplicia corda geſtat. *Super Pſalm. 11. ante medium, verſ. 2. folio 18. col. 3.*

Dionysius Carthus. 14. Deteſtanda eſt cordis duplicitas, & prorsùs abjicienda, ſed columbina ſimplicitas amplectenda. *Super Epiſt. B. Iacobi, cap. 1. poſt medium, in illud, Vir duplex animo. folio 3. E.*

Glossa ord. 15. Nequis duplici cordis accedat ad Deum; quia niſi pœnituerit, in æternum peribit. *Super Eccleſiaſtic. cap. 3. in illud, Væ duplici corde, columna 1988. lit. D. tom. 3.*

16. Duplex eſt, qui genu ad preces flectit, & mordente conſcientia de impetratione diſſidit. *Profec.*

17. Duplex eſt, qui vult gaudere cum ſeculo & gaudere tùm Deo, qui de bonis quæ agit, non Deum, ſed ſavorem qoærit. *Super Epiſt. B. Iacobi, cap. 1. in illud, Vir duplex animo. columna 1267. littera A. tom. 6.*

S. Greg. Mag. 18. Omnis qui cordis puritate perfruitur, eo ipſo quòd duplicitatis in ſe tegumentum non habet, nudus eſt ab iniquitate. *Lib. 16. Moral. cap. 3. num. 3.*

19. Speciale eſt duplicium malom, quia dùm perverſa & duplici actione cæteros fallunt, quaſi præſtantiùs cæteris prudentes ſe eſſe gloriantur. *Parte 3. Paſtoral. cap. 1. Admonition. 12. poſt medium, columna 5271. C. tom. 1.*

20. Deus illorum mentes de arcanis cœleſtibus, ſuæ inſpirationis claritate illuminat, quos nulla caligo duplicitatis obumbrat. *In Pſalmos 7. Pœnit. ſup. Pſ. 5. verſ. 3. in fine. col. 588. E. tom. 2.*

S. Hieronym. 21. Nunquàm aliud corde teneas, aliud ore proferas: quod pudet dicere, pudeat etiam cogitare. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriad. poſt med. pag. 20. D.*

22. Nunc inter amicos rara fides eſt, cùm aliod in labiis, aliud in corde verſatur: venenum animi, linguæ mella tegunt *Lib. 2. ſuper Michaeam, cap. 7. in illud, Matth. 10. Tradet frater fratrem. pag. 161. littera C. tom. 6.*

Hugo à S. Victore. 13. Verſutia cordis tantò periculoſior eſt, quantò occultior. *Super Threnos, paulò poſt medium. pag. 519. E. tom. 1.*

Hugo Card. 24. Tentat Deum, qui duplici corde venit ad eum. *Sup. Deuteron. cap. 6. in fine. folio 156. col. 1. tom. 1.*

S. Joannis Chrysost. 25. Illios labia dolum loquuntur, qui pacem in labiis, & malitiam ſervat in corde. *Hom. 9. oper. imperf. ſuper Matth. poſt med. col. 800. A. tom. 2.*

26. Subdolus licèt innumera habeat bona opera, diſperdit ea, è contrà autem agit ſimplex. *Hom. 7. ſuper Acta Apoſtol. poſt medium Moralis, columna 492. A. tom. 3.*

27. Nulla ſit in mente duplicitas, quia duplicitas immaculatæ ovis membra, lupinâ malignitate transfundit in viſcera. *Ser. 1. feria 5. Paſſionis. in princip. col. 805. A. tom. 3.*

28. Lepra ubi animam occupârit duplex, facit cor, ſcilicet ad fidem & ad infidelitatem ſe diſpertiens. *Hom. in dictum Apoſtoli 1. Corinth. cap. 15. Cum autem ſubjecta fuerint illi omnia, poſt medium, col. 993. lit. A. tom. 3.*

S. Isid. Hisp. 29. Non aliud dicas, & aliud facias: non aliud loquaris, & aliud animo teneas. *Lib. 2. de Synonim. cap. 10. in med. pagina 318. col. 1.*

LACT. FIRM. 30. Ambire, ſimulare aliquid & prætendere, aliud agere videri, cùm aliud agat: præſtare ſe alteri fingere, quod ſibi præſtet, ſubdoli eſt. *Lib. 6. de vero cultu. cap. 12. ante med. pagina* 259.

S. LAURENT. IUSTIN. 31. Mens duplicitate plena, ſemper in laboribus eſt, ſemper in fluctuatione: quia aut molitur magna, quæ inferat; aut metuit, ne ſibi illa ab aliis ioferantur. *De ligno vitæ. Tract. 9. de Perſeverant. cap. 3. in calce. pagina 52. col. 2. littera E. part. 1.*

S. LEO I. 32. Anima Chriſtiana, quæ verum vivumque Dei templum eſt, omni circumſpectione præcaveat, ne duplicis cordis ruga dedecoret. *Ser. 3. Quadrag. circa init. folio 31. pagina 1.*

S. PETR. DAM. 33. Cave duplicitatem, eſto ſimplex, ut quod lingua depromitur, mente verſetur. *Profec.*

34. Qui ſimpliciter graditur, azymus eſt, novum hominem induit: qui ex duplicitate, fermentum eſt, & in vetuſtatia errore permanſit. *Tom. 3. Opuſc. 49. cap. 8. in princ. pag.* 718. *col. 1.*

S. PROSPER. 35. Non vincit in bono malum, qui in ſuperficie bonus eſt, & io alto malus eſt, & opere parcens, corde ſæviens, manu mitis, voluntate crudelis. *Sent. 247. in fine tomi tertii operum Div. Auguſtini. pag. 755. littera A.*

SALVIAN. 36. Aliud ora hominum, aliud corda agunt. *Lib. 3. de Gubernat. Dei, ante finem, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 234. col. 1. C.*

S. THOMAS AQUINAS. 37. Certè illi peſſimi ſunt, qui ore diligunt, & corde nocent. *Tom. 1. Opuſc. 9. de dilect. proximi, verbo Interrogatus. fol. 53. pag. 2.*

38. Duplices oſculum in ore gerunt, & retrò pungere quærunt. *Tom. 1. Opuſc. de modo confitendi. de Mendacio in fine, fol. 126. pag. 2.*

THOMAS À KEMPIS. 39. Ubi cordis duplicitas, ibi inconſtantia, & multa nequitia. *In hortulo roſarum. cap. 16. ſect. 2. pagina 529 tom. 2.*

S. VALERIAN. 40. Inextricabile profectò malum eſt, doloſa conſilia miſcere blaoditiis. *Profec.*

41. Difficilè poteſt fieri, ut ille cuiquam placere poſſit, qui ſimul dulcem & falſam aquam profert.

42. Cor ipſum hominis, quamvis ſit vivum & ſapiens, integra prudentia caret, ſi amaritudo fellis infecerit.

43. Omnia ſubdolæ mentis compeſcenda ſunt vitia, ne dùm cœperint aliqua intrinſecùs amara coquere, etiam ea quæ ſunt in ore dulcia incipiant diſplicere. *Homil. 5. de oris inſolentia. poſt medium, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. columna 2. littera G. edit. Colonienſis* 1618.

Vide etiam tit. Falſitas, Fraus, Hypocriſis, Proditio per totum, Simplicitas. ſentent. 6. Venia. ſentent. 25. 26.

Cordis duritia.

DEFINITIO, PRODUCTIO, COMPARATIO.

DEFINITIO.

S. AUGUSTIN. DURITIA cordis, obdormitio eſt. *Super Pſ. 75. poſt med. verſ. 6. pag. 573. B. tom. 8.*

Duritia cordis, eſt Dei obviare mandatis. *Libr. de Prædeſtin. & gratia, cap. 4. in princ. pag. 825. B. tom. 7.*

PRODUCTIO.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. Ex duritia cordis, infidelitas naſcitur. *Homil. 6. ad Hebr. ante med. col. 1702. D. tom. 4.*

S. JOAN. CLIM. Duritia cordis interdùm à ſatietate, ſæpè verò etiam ab inſenſibilitate, atque affectione vitioſa originem ducit. *Gradu 26. ante med. apud Bibl. Patrum, tom. 6. part. 2. pagina 280. columna 2. C. edit. Colonienſis* 1618.

COMPARATIO.

Sicut ſolida corpora & dura non obſequuntur manibus medicorum, ſic & animæ obduratæ non obſequuntur verbo Dei. *Hom. 6. ſup. Ep. ad Hebr. ante med. col. 1702. D. tom. 4.* S. JOANNES CHRYSOST.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Omnis homo, qui in hoc ſeculo uſque ad finem in cordis obduratione permanſerit, cum ſine fine ſempiterna cruciatio retinebit. *De fide ad Petr. circa med. pag. 157. B. tom. 3.* S. AUGUSTIN.

2. O duri, & indurati, & obdurati filii Adam, quos non emollit benignitas Salvatoris! *Serm. 2. Pentec. in fine. folio 45. col. 2. M.* S. BERNARD.

3. Elatum cor, durum eſt, & expers pietatis. *Serm. de nimia fallacia præſentis vitæ. poſt initium. fol. 90. col. 1. littera C.*

4. Humanum cor lachrymas neſciens, non modò durum, ſed & impurum eſſe neceſſe eſt. *Ibidem.*

5. Cor durum,
- Nec compunctione ſcinditur.
- Nec pietate mollitur.
- Nec precibus movetur.
- Minis non cedit.
- Flagellis duratur.
- Ingratum eſt ad beneficia.
- Ad conſilia infidum.
- Ad judicia ſævum.
- Inverecundum ad turpia.
- Impavidum ad pericula.
- Inhumanum ad humana.
- Temerarium ad divina.
- Præteritorum obliviſcens.
- Præſentium negligens.
- Futura non providens. *Lib. 1. de Conſid. poſt init. fol. 274. col. 4. E.*

6. Nihil eſt tàm durum quod duriori non cedat. *Lib. 3. de Conſid. poſt med. fol. 279. col. 4. M.*

7. Duriſſimi cordis eſt, quiſquis Deum toto affectu non diligit. *Ser. de diligendo Deo, ſtatim ab init. fol. 104. col. 1. C.*

8. Cor durum eſt, in quo nulla caſtigatio, nulla comminatioonum & terrorum colliſio: unam ſcintillam Spiritus ſanctus generare poteſt *Ser. 8. Pentec. ante med. pag. 130. columna 2. tom. 3.* S. BONAVENT.

9. Culpabiliter ſe durum oſtendit, qui damna temporalium vel mortem amici deflet, & non dolorem peccati oſtendit per lachrymas. *Ser. 1. Dom. 9. poſt Pentec. ante med. pagina 165. columna 2. tom. 3.*

10. Cordis duritiam, imber compunctionis emollit. *In 7. Pſalm. pœnit. ſuper Pſ. 1. verſ. 6. in fin. columna 540. B. tom. 2.* S. GREG. MAG.

11. Gravis mœror eſt duris cordibus infructuoſè prædicare. *Lib. 35. Moral. cap. 9. poſt med. col. 1210. A. num. 11. tom. 1.*

12. Durum eſt cor ſine affectione, ſed grave ſine ſpiritualium intentione. *Super Exodum, cap. 8. in fine, fol. 80. col. 4. tom. 1.* HUGO CARD.

13. Mens barbara eſt, quæ dura & immitis eſt. *Ser. 5. ſuper Ep. ad Rom. poſt init. Moralis. col. 61. lit. B. tom. 4.* S. JOANNES CHRYSOST.

14. Corda reproborum lubrica ſunt ad malum conſentiendum & fluxa: ad bonum verò conſentiendum, duriſſima. *Lib. de ſummo bono, cap. 32. ſent. 9. fol. 678. columna 2.* S. ISID. HISP.

15. Duritia, quæ mentem premit; non ſentitur. *Ibidem.*

16. O dulcedo cordium, Deus animarum, aufer à me cor incircumciſum, cor coagulatum, cor lapideum, & da mihi cor carneum, cor humile, cor contritum. *Epiſt. 137. ad Alexandr. in calce, apud Bibliothecam Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 813. columna 1. littera C. editionis Colon.* 1618. PETRUS BLES.

RICH. A SANCTO VICT. 17. O odioſa durities cordis, qua ſe homo non ſentit, nec alium: nec pietate flectitur, nec precibus movetur, exemplis non inducitur, minis non terretur, beneficiis duratur, flagellis non eruditur, frontoſus ad turpia, proous ad illicita, ſubdi neſcius. *Parte 1. de grad. charit. cap. 4. circa med. pag.* 550. *columna* 1. *littera B.*

THALASSIUS. 18. Obduratos horrenda tormenta excipient, nam ſine magnis laboribus mollefieri nequeunt. *Hecatontade* 20. *ſent.* 67. *apud Bibl. Patr. tom. 7. pag.* 273. *col.* 2. *E. edit. Colon.* 1618.

S. THOMAS AQUINAS. 19. Per obdurationem fit homo deterior. 1.2. *quaſt.* 79. *art.* 3. *in princ. pagina* 140. *col.* 1.

S. VALERIAN. 20. Duritia cordis, pacis ſtudio caſtigata molleſcit. *Hom.* 12. *in med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 489. *col.* 2. *F. edit. Colon.* 1618.

SENECA. 21. Laborandum eſt, ut animum noſtrum formare incipiamus & corrigere antequàm indureſcat pravitas ejus. *Ep.* 50. *in med. pagina* 610. *tom.* 2.

Vide etiam tit. Obſtinatio. per totum. Impudentia. ſent. 21. *Judicium Dei. ſent.* 39. *Mors. ſent.* 118. *Oratio. ſent.* 37. *Peccatum. ſent.* 331.

Cordis puritas.

SENTENTIÆ PATRUM

S. AMBROS. 1. POSSESSIO pretioſa, homo mundus. *Super Pſalm.* 37. *ante medium, columna* 1327. *lit. B. tom.* 4.

2. Emunda interiora mentis tuæ: & ſi diligenter pectoris tui ſecreta mundaveris, aliorum mundare valebis. *Profec.*

3. Quomodo enim potes aliorum corda mundare, niſi tuum ante mundaveris? *Lib.* 5. *ſup. Luc. cap.* 6. *col.* 1687. *D. tom.* 5.

S. ANTONIUS DE PADUA. 4. Cùm incipis, magis debes niti ad munditiam vitæ: cùm proficis, ad odorem bonæ famæ. *Serm. Dom.* 10. *poſt Trinit. poſt med. folio* 235. *pag.* 2.

5. Vis animum purum cuſtodire? eſto in tranquillitate conſcientiæ. *Ibidem. ſerm.* 17. *ſub finem, folio* 294. *pagina* 1.

S. AUGUST. 6. Nihil ita Deum inclinat ad pietatem & miſericordiam, quemadmodùm purus mentis affectus. *De Spiritu & anima, cap.* 50. *ante med. pagina* 632. *littera C. tom.* 2.

7. Difficile eſt ut in deliciis viventes, mundum cor habeant. *Ser.* 2. *Dom.* 24. *poſt Trinit. ante fin. pagina* 816. *littera C tom.* 10.

8. Mens pura & ſancta, paradiſus eſt deliciarum, variis bonorum operum virgultis conſita variiſque virtutum floribus purpurata, & ſuaviter cœleſti gratia irrigata. *Ser.* 10. *ad fratres in Eremo. in princ. pag.* 923. *B. tom.* 10.

9. Cordis mundatio eſt tanquàm oculus quo videtur Deus, cujus ſimplicis habendi tantam curam eſſe oportet, quantam ejus rei dignitas flagitat, quæ tali oculo conſpici poteſt. *De Serm. Dom. in monte, lib.* 2. *in princ. pag* 808. *C. tom.* 4.

10. Qui mundum & ſimplex cor habere appetit, non debet ſibi reus videri, ſi aliquid occultat, quod ille cui occultat, capere non poteſt. *Ibidem, poſt med. pag.* 827. *B.*

11. Mundatus oculus, aptus & idoneus erit ad contemplandam interiorem lucem ſuam, iſte enim oculus cordis eſt. *Ibidem.*

12. Qui agrum non coluerit (ideſt, animam ſuam non mundaverit) & ſpinis eum opprimi permiſerit, habebit in hac vita maledictionem terræ ſuæ, & poſt hanc vitam habebit vel ignem purgationis, vel pœnam æternam. *Profec.*

13. Tantò quiſque eſt Deo ſimilior, quantò ab immunditia mundior eſt. *Lib.* 5. *de Civ. Dei. cap.* 14. *in princ. pag.* 91. *B. tom.* 5.

S. AUGUSTIN. 14. Templum ſanctum eſt Deo, mens pura, & altare optimum eſt ei. *De natura & gratia. cap.* 64. *circa med. pag.* 516. *tom.* 7.

S. BASILIUS MAGNUS. 15. Primum illum quod beatum cenſendum eſt, puritas animi noſtri eſt. *Et habetur, apud Div. Ioannem Damaſcen. lib.* 2. *Parall. cap.* 8. *in princip. folio* 19. *pag.* 2.

S. BERNARD. 16. Sicut corpori natura eſt ſanitas, ita cordis natura eſt puritas. *Profec.*

17. Si ſanitati corporis ſolicita eſt providenda cuſtodia, puritati cordis tantò ſolicitior eſt impendenda, quantò pars iſta dignior illâ eſſe convincitur. *Serm. de triplici genere bonorum, ante medium, folio* 97. *columna* 2. *littera E.*

18. Tria ſunt neceſſaria cordis puritati.
- Integritas actionis.
- Simplicitas intentionis.
- Tranquillitas devotionis. *In ſuis ſententiis, cap. Tria. folio* 131. *columna* 1. *litt. B.*

19. Puritas cordis tria confert.
- Spiritum libertatis.
- Gaudium ſecuritatis.
- Firmitudinem charitatis. *Ibidem, cap. Puritas.*

20. Puritas cordis in duobus conſiſtit, in quærenda gloria Dei, & utilitate proximi. *Epiſt.* 42. *ad Henricum Senonenſem Archiepiſcopum, ante med. fol.* 215. *col.* 4. *M.*

21. Puritatis intimæ bono gloriari non poteſt veraciter, niſi qui extrinſecas gloriolas perfectè reſpuerit. *Ibidem.*

22. Pura veritas non niſi puro corde videtur. *De duodecim grad. humilit. cap. Inquirimus. poſt init. fol.* 299. *col.* 4. *M.*

BOETIUS. 23. Si tibi mens benè conſcia eſt, terreno carcere reſoluta, cœlum libera petit. *Lib.* 2. *de Conſol. Philoſ. Proſa* 7. *in fine.*

S. BONAVENT. 24. O ſtultitia mirabilis! mundat homo faciem, manus, pedes, immò etiam calces mundat, & miſerum cor non mundat. *Serm.* 2. *feria* 2. *poſt Paſcha, circà init. pag.* 97. *col.* 2. *tom.* 3.

25. Qui vult ſeipſum mundum conſervare per puritatem, debet quantùm poteſt fugere conſortia mulierum. *Ser.* 2. *Dom.* 11. *poſt Pentec. ante med. pag.* 172. *col.* 2. *tom.* 8.

26. Valdè mirabile eſt & deteſtabile, quòd toto poſſe ſic homines laborant à turpibus ſolicitè mundare corpora, & non corda. *Profec.*

27. Mundare à verminibus capita, mundare à noxiis inteſtina, mundare à ſordibus veſtimenta.

28. Quærunt in lectis munda linteamina, munda fercula, munda vina, & munda valdè mancipia; & non curant, ſi immunda habeant corda.

29. Quid ſtultius? quid deteſtabilius? quid inordinatius? vis habere omnia munda, & animam cœlo nobiliorem non curas eſſe immundam? *Ser.* 4. *de Ss. Apoſt. circa med. pag.* 299. *col.* 1. *tom.* 3.

30. Immunditia oris teſtis eſt immundi cordis. Non credant homines ſe habere corda munda, qui verba habent immunda. *Ibid.*

31. Tria ſunt, quæ cordis munditiam faciunt.
- Lectio ſcripturarum.
- Largitio eleemoſinarum.
- Effuſio lachrymarum. *Tit.* 7. *Diata, cap.* 5. *in princip. tom.* 6. *part.* 1. *pag.* 312. *col.* 2. *C.*

32. Tria ſunt, quæ ad cordis munditiam diſponunt.
- Scopa confeſſionis.
- Lima correctionis.
- Fornax afflictionis. *Ibidem.*

33. Animus generoſus libentiùs quieſcit in lecto

conſcientiæ quando eſt mundus, quàm quando eſt immundus. *Ibid. tit. 8. cap. 1. circa med. pag. 315. col. a. tom. 6. part. 1.*

S. BONAVENT. 34. Puritas cordis, via eſt regia, per quam ad ſponſi amplexus, per quam tandem ad patriam pervenitur. *In ſpeculo diſcipl. part. 2. cap. 6. in fine pag. 557. col. 2. A. tom. 7. part. 4.*

DIONYSIUS CARTHUS. 35. Puritas mentis maximè eſt appetenda, jugiter exquirenda, diligentiſſimè conſervanda. *Sup. Ep. B. Iacobi. cap. 1. art. 2 in fine, fol. 6. G.*

36. Cordis puritas omnium exercitiorum finis eſt. *Sup. hymnos de tempore feriali ad Primam. in fine fol. 167. lit. H.*

37. Nemo in hac vita ſic mundus eſt, ut non ſit magis magiſque mundandus. *De mortificat. vivifica. art. 7. poſt init fol. 224. pag 1.*

DIDYMUS. 38. Mens pura, thronus ac templum verum Dei eſt. *Et hab. apud D. Ioan. Damaſc. lib. 2. Parall. cap. 78. fol. 92. pag. 1. littera A.*

EVAGRIUS. 39. Cor caſtum, contemplationum portus eſt. *Et habetur apud D. Ioan. Damaſc. lib. 2. Parall. cap. 78. fol. 92. pag. 1. littera A.*

S FRANCISCUS ASSISIAS. 40. Verè mundo corde ſunt, qui terrena deſpiciunt, & cæleſtia quærunt. *Tom. 1. opuſc. in admonit. ad fratres, cap. 16. pagina 77.*

S. GREGOR. MAGNUS. 41. Omnis qui cordis puritate perſruitur, eo ipſo quo duplicitatis in ſe tegumentum non habet, nudus eſt ab iniquitate. *Lib. 16. Moral. cap. 3. num. 3. tom. 1.*

42. Ad cuſtodiendam cordis munditiam, exteriorum ſenſuum diſciplina ſervanda eſt. *Lib. 21. Moral. cap. 2. in medio, num. 2. col. 712. C.*

43. Cordis munditiam quiſquis adipiſci non appetit, ejuſdem à ſe authorem munditiæ repellit. *Ibid. cap. 3. in princ. num. 3. col. 713. C.*

44. Qui puritatem cordis obtinere appetit, cæleſtia cogitat, nullis curarum ſecularium occurſionibus impeditur: ſed ad quod per devotionem appetit, per affectum puritatis aſſurgit. *Lib. 4. in 1. Reg. cap. 5. paulo ante med. ſup. illud, Et mutaberis in virum alium. col. 1462 lit. A. tom. 2.*

45. Omnipotenti Deo reus eſt, qui in omne quod agit & loquitur, purus non eſt. *Lib. 5. in Regiſtro, indict. 11. cap. 100. Ep. 61. ad Mauritium Auguſtum, in princ. col. 743. A. tom. 2.*

46. Iniquorum mentes, quia damna ſua conſiderare negligunt, integritatem cordis, quaſi neſcientes, perdunt. *Lib 5. Moral. cap. 29. circa medium, num. 28. col. 167. lit. D. tom. 1.*

47. Apud omnipotentis Dei ſingularem munditiam, humani cordis munditia plurimùm valet. *Lib. 3. dialogi cap. 15. ante finem, verbo Apud. col. 1396. lit. A. tom 1.*

48. Candida vita, eſt mentis incorruptio, & flos virginitatis. *Hom. 6. ſup. Ezechiel. ante med. col. 103. littera C. tom. 2.*

HUGO A S. VICTORE. 49. Quod animus firmiter conſervat, puritas mentis per bonos mores fideliter ordinat. *De animæ medicina cap. 8 in fine, pag. 141. lit. C. tom. 2.*

JOAN. CASS. 50. Nihil pretioſius perpetua cordis puritate. *Collat 19. Abbatis Joannis, cap. 14. in fine pag. 760.*

S. JOANNES CHRYSOST. 51. Optimum inſtitutum eſt, vita pura: hoc enim fundamentum eſt virtutis, quod qui rectè jecerit, facilè conſequetur alia omnia. *Hom. 60. ſup. Geneſ. poſt med. columna 473. lit. B. tom. 1.*

52. Qui caſtum habet cor, ibi diſcumbit Chriſtus. *Hom. de præparat. Adventus Domini, paulò ante finem, col. 848. littera A. tom. 1.*

S IUSTINUS MART. 53. Is beatus eſt, cujus mundus & purus eſt animus *Ep. ad Zenam, in fine, apud Bibl. Patr. tom. 2. pag. 71. columna 2. H.*

S LEO I. 54. Omnia, quæ animi puritatem obnubilant, abſtergenda ſedulò, & quadam elimatione radenda ſunt. *Serm. 3. Quadrag. circa princ. fol. 31. pag. 1.*

LUDOV BLOS. 55. Nimis æquum eſt, ut tàm bono Deo, tàm dulci animarum noſtrarum ſponſo integram cordis puritatem ſervemus. *Lib. 1. Enchyridii, documento 11. ante med. pag. 158. col. 1.*

ORIGIN. 56. Quantò purior anima redditur, tantò largior ei ſpiritus infunditur. *Lib. 7. ſup. Ep. ad Rom. cap. 8. poſt med. pag. 366. col. 1. G. tom 2.*

S. THOMAS AQUINAS. 57. Puritas cordis, eſt affectus fidei. *2. 2. queſt. 7. artic. 2. in principio, pag. 15 col. 1.*

58. Fundamentum & janua virtutum, omniſque gratiæ, ac ſpiritualis conſolationis principium, eſt conſcientiæ puritas, ac cordis munditia. *Tom. 1. opuſc. de modo confitendi, in principio, fol. 113. pag. 1.*

THOMAS A KEMPIS 59. Beatus, qui nil temporale, nil carnale, nil turbidum, nil tumidum in ſacrarium cordis ſui ſinit intrare, vel ſi intraverit, nec patitur immorari. *Serm. 8. ad Novitios. diviſ. 4. pagina 29. tom. 1.*

60. Cor purum penetrat cœlum, & infernum. *Lib. 2. de Imitat. Chriſti cap. 4. ſect. 2. pagina 350. tom. 2.*

61. Munditia cordis in humilitate fundatur, precibus acquiritur, fletibus enutritur. *Tom. 1. Meditat. 16. de cordis munditia, cap. 3. in calce pag. 232.*

62. Penetrat & aëreas poteſtates ſecurus, puræ conſcientiæ cuſtos. *Ibid.*

63. Angelis eſt ſimilis, qui puritatem cuſtodit mentis & corporis. *In hortulo roſarum cap. 4. ſect. 3. pag. 515. tom. 2.*

S. VALERIAN 64. Non ille ſine triumpho parvo diem tranſigit, qui caſtigatis vitiis animo purificatus incedit. *Hom. 16. de bono Martyrii ante finem, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 494. col. 2. H.*

IN VIT. PATR. 65. Charitas, & taciturnitas, & occulta meditatio operantur cordis puritatem. *In ſententiis in fine poſitis, ſent. 77. pag. 999. columna 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SENECA. 66. Animus niſi purus & ſanctus ſit, Deum non capit. *Epiſt. 87. ante medium, pagina 733. tom. 2.*

SIXT. PHILOS 67. Templum ſanctum eſt Deo mens pii, & altare eſt optimum ei cor mundum, & ſine peccato. *Sent. 40. apud Bibl. Patrum tom. 3. pag. 64. col. 2. edit. Coloniæ 1618.*

Vide etiam Titul. Cogitatio. ſent. 170. Conſcientia. ſent. 28. 32. 37. 82. 83. Defenſio, Culpa, Correctio, Eleemoſyna, Gratia, Monachus, Oblatio, Ornatus, Pulchritudo, Tentatio, Viſio Dei, Vita, Votum.

Cordis rectitudo.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. NON recto corde es? quare? quia non vis voluntatem tuam dirigere ad voluntatem Dei, ſed Dei vis curvare ad tuam. *Profec.*

2. Illa recta eſt, ſi tu es curvus: voluntas tua corrigenda eſt ad illam, non illa curvenda eſt ad tuam, & rectum habebis cor. *Sup. Pſal. 35. ante finem, verſ. 11. pagina 185. lit. A. tom. 8.*

3. Recto corde recta ſunt opera: cùm autem cor rectum non eſt, opera recta non ſunt, etiamſi recta videantur. *Profec.*

4. Rectus eſt Deus, & ideò rectè adhærens, poteſt fieri rectum, quod in ſe fuit pravum cor hominis. *Sup. Pſal. 77. in expoſit. ante med. verſ. 13. pag. 591. lit. A. tom. 8.*

5. Rectum cor cum Deo eſt, quando propter Deum quærit Deum. *Ibid. circa medium, verſ. 40, pagina 594. littera D.*

6. Non ſit cor noſtrum erectum, antequàm ſit

rectum quia malè erigitur, quod non primo corrigitur. *Sup. Pſal. 146 ante med. verſ. 3. pagina 1165. lit. A. tom.* 8.

S. AUGUSTIN. 7. Diſtortum cor, pravum cor eſt, quod non ſe corrigit ad Deum, & Deum vult diſtorquere ad ſe. *Ibid.* &c. *lit. B.*

8. Rectus Deus perverſo non placet; via ut placeat tibi rectus Deus? eſto corde rectus, noli tibi placere. *Serm. 2. Dom. 19. poſt Trinit. ante med. pag.* 796. *littera D. tom.* 10.

9. Quis eſt rectus corde? ſequens voluntatem Dei. *Tract. 2.. in cap. 6. Evang. B. Ioan. ante finem, pag.* 150. *lit. D. tom.* 9.

10. Qui ſunt recto corde? qui hoc volunt quod Deus vult. Diſtorti ergo cordis es, quando aliud vis, aliud vult Deus. *Sup. Pſ. 93. ante med. verſ. 15. Qui recto ſunt corde.*

S. BERNARD. 11. In recto corpore curva eſt anima: an non confunderis ſursùm caput habere, qui ſursùm cor non habes? corpore rectus ſtare, qui corde repis in terra? *Serm. de primordiis, paulò poſt initium, fol. 95. columna 4. lit. K.*

12. Quid indecentius, quàm curvum recto corpore gerere animum? *Prof.*

13. Perverſa res eſt & fœda, luteum vas (quod eſt corpus) de terra oculos habere ſursùm: & è contrà internos ſenſus atque affectus trahere in terram deorsùm. *Serm. 24. ſup. Cantica, poſt medium, fol.* 153. *columna 2. littera D.*

14. Illum rectum corde dixerim, qui & rectè in omnibus ſentiat, & à recto quod ſenſerit, in nullo diſſentiat. *Ibid. ut ante, lit. E.*

15. Quomodo rectus erit, cujus fides mortua, cujus opus mors, cujus nulla dilectio, amaritudo multa? *Ibid. ante finem, fol. 153, col. 2. F.*

16. Eò anima recta eſt, quò appetens æternorum; quæ autem non quærit, nec ſapit quæ ſursùm ſunt, ſed quæ ſuper terram, non planè eſt recta, ſed curva. *Ibid. ſerm.* 80. *ante med. fol.* 198. *columna 4. littera L.*

17. Quærere & ſapere, quæ ſunt ſuper terram, curvitas animæ eſt: & è contrà, meditari ac deſiderare quæ ſursùm ſunt, rectitudo. *Lib. 2. Florum, cap. 2. fine.*

CASSIODORUS. 18. Corde recti ſunt, qui rectas ſemitas Domini gradiuntur. *Prof.*

19. Ab illa enim regula qui pedem voluerit amovere, diſtortus eſt: nec poteſt rectus dici, niſi qui illi veritati prædicationique conſentit. *Sup. Pſ. 63. in fine fol. 94. col.* 1.

S. GREGORIUS MAGN. 20. Nequaquàm veraciter rectus eſt, qui adhuc à pravitatis deſiderio liber non eſt. *Lib. 9. Moral. cap. 22. in fine col. 322. lit. A. tom.* 1.

21. Recta ſtat anima, cùm ſuperna deſiderat, & nequaquàm flectitur ad ima. *Hom. 31. ſup. Evang. ante fin. columna 460. lit. B. tom.* 2.

22. Curvum cor eſt, cùm ima appetit: dirigitur, cùm ad ſuperna ſublevatur. *Lib. 24. Moral. cap. 11. in medio columna* 820. *littera B. tom.* 1.

23. Ab omni rectitudinis ſtatu depereunt, qui per noxia verba dilabuntur. *Lib. 7. Moral. cap. 17. ante med. columna 238. lit. C. tom.* 1.

24. Mentis judicium rectitudinem conſpicit, ſed ad hanc operis fortitudo ſuccumbit. *Hom. 31. ſup. Evang. poſt medium, col. 459. littera D. tom.* 2.

25. Terram ſemper intuetur, qui curvus eſt. *Ibid. ante finem, col. 460 lit. C.*

26. Nemo rectitudinem ſuam, niſi cùm rectus eſſe cœperit, deprehendit. *Lib. 24. Moral. cap. 6. in princ. col. 801. A tom.* 1.

HUGO A S. VICTORE. 27. Cor hominis dirigitur, quando humana voluntas divinæ voluntati conformatur. *Sup. Pſal. 118. cap. 71. pag. 52. lit. G. tom.* 1.

HUGO CARD. 28. Rectus eſt homo, qui non eſt diſtortus per injuſtitiam, nec curvus per concupiſcentiam terrenorum. *Sup. lib. Iudic. cap. 19. in princ. fol. 211. col. 4. Moraliter. tom.* 1.

S. IOAN CLIM. 29. Anima recta, contubernalis eſt humilitatis: iniqua autem, ſuperbiæ eſt adoleſcentula. *Gradu 24. ante medium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 6. part. 2. pagina. 276. columna 1. littera C. edit. Colonienſis.* 1618.

30. Raræ ſunt animæ rectæ, & ab omni malitia, & nequitia, & ſimulatione, & aſtu alienæ. *Ibidem Gradu. 26. poſt medium, pagina 285. columna 2. littera G.*

PETR. BLES. 31. Non eſt aliquis rectus, ſi rectè non dividat. *Prof.*

32. Non eſt rectus, qui linguam Deo, animam offert diabolo.

33. Non eſt rectus, quem avaritia contrahit, quem torquet ambitio, quem voluntas incurvat.

34. Rectus eſt, cujus melior eſt vox operis, quàm vox oris, qui benè loquitur, ſed meliùs agit. *Sup. Iob. cap. 1. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 918. col. 2. F.*

S. PROSPER. 35. Recti corde de præceptis Dei & conſtitutionibus non queruntur. *Sent. 35. in fine. tom. 3. operum D. Auguſtini, pagina 745 littera B.*

36. Bonum eſt ſursùm habere cor, non tamen ad ſeipſum, quod eſt ſuperbiæ: ſed ad Deum, quod eſt obedientiæ. *Ibid. ſent. 153. pag. 751. A.*

S. THOMAS AQUINAS. 37. Rectum cor habet, qui vult quod Deus vult: ſed quilibet tenetur habere rectum cor, ergo quilibet tenetur velle quod Deus vult. *1. 2. quaſt. 19. art. 10. argum. 1. in contr. pag. 39. columna* 1.

THOMAS A KEMPIS. 38. Si rectum cor tuum eſſet, tunc omnia creatura ſpeculum vitæ, & liber ſanctæ doctrinæ eſſet. *Lib. 2. de Imitat. Chriſti, cap. 4. ſect. 1. pag. 350. tom.* 2.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SENECA. 39. Non eſt hujus animus in recto, cujus acta diſcordant. *Epiſt 34. in calce pag. 587. tom.* 2.

40. Nulla res magis animos in pravum inclinantes revocat ad rectum, quàm bonorum virorum converſatio. *Ep. 94. poſt medium, pag. 777. tom.* 2.

Corona.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1 NULLA ſine adverſario corona victoriæ eſt. *Lib. 5. Ep. 31. ad Valentinianum imperat. ante fin. columna 573. littera A. tom.* 3.

2. Ubi multæ coronæ, ibi multa ſunt certamina. *Sup. Pſal. 118. ſerm. 20. verſ. 5. in princ. col. 1595 lit. D. tom.* 4.

3. Corona propoſita eſt, ſubeunda ſunt certamina: nemo poteſt, niſi vicerit, coronari: nemo poteſt vincere, niſi ante certaverit. *Prof.*

4. Ipſius quoque coronæ major eſt fructus, ubi labor major eſt.

5. Tolle Martyrum certamina, tuliſti coronas. *Lib. 4. ſup. Luc. cap. 4. in illud, Diabolus receſſit ab illo. col. 1671. B. & 1672. B tom.* 5.

S. ANTONIN. 6. Corona non debetur pugnæ, ſed victoriæ. *Part. 3. tit. 2. cap. 1. §. 3. in fine fol. 35. col.* 3.

7. Corona non datur victoribus, niſi bello perfecto & conſummato. *Part. 4. tit. 3. cap. 7. §. 2. poſt med. fol 31. col.* 3.

S. AUGUSTIN. 8. Non debet cùm præliatur infringi, qui vult poſt prælium coronari. *Ep. 133. ad Italicam, poſt med. pag. 419. littera B. tom.* 2.

9. Quantò erit acrior impetus belli, tantò denſior corona *Lib. 20. de civit. Dei cap. 13. circa med. pagina 414. D. tom.* 5.

S. BASIL. MAG. 10. Nullus abjecti animi coronatur, nullus triſtis trophæum erigit. *Conc. 1. de jejunio. in princ. pagina 142. tom. 1.*

11. Non in certaminibus pro coronis, is qui certamen auſpicatus eſt; ſed qui ſuperat, coronatur, *Conc. 9. contra iraſcentes, in medio, pag. 185. tom. 1.*

S. BERNARD. 12. Moleſta eſt lucta, ſed fructuoſa: quia ſi habet pœnam, habebit & coronam. *De interiori domo cap. 19. in fine, fol. 327. col. 2. F.*

13. Quod reſiſtentem fatigat, vincentem coronat. *Ibidem.*

14. Finis, non pugna, coronat. *Lib. de Paſſione Dom. cap. 14. circa medium, fol. 64. columna 1. littera B. volum. 2.*

15. Quantò fuerit robuſtior pugna, tantò glorioſior dabitur corona. *col. 2. fer. 7. de Cœna Dom. poſt med. fol. 112. col. 1. B.*

BOËTSUS. 16. Quantumlibèt ſæviant mali, ſapientis tamen corona non decidet, non areſcet. *Lib. 4. de conſol. Philoſ. Proſa. 3. ante med. pagina 168.*

S. BONAVENT. 17. A iæ virtutes coronam merentur, ſed ſola perſeverantiſa coronatur. *Titul. 9. Dieta, cap. 2. circa med. pag. 316. col. 2. tom. 6.*

18. Prælicmur viriliter, ut à Deo coronemur perenniter. *Serm. 12. Pentec. in princ. pag. 133. columna 2. tom. 3.*

19. Prudentis militis, virique conſtantis & fortis officium eſt, non ſolùm bellum non fugere, ſed & optare bellando victoriam, ut poſſit coronam accipere: non enim coronatur, niſi qui bellat & vincit. *Serm. 1. de S. Lucia, in princ. pag. 223. col. 2. tom. 3.*

20. Dat Dominus ſanctis pugnam, ut per pugnam veniant ad victoriam, & per victoriam ad coronam. *Ibidem.*

21. Triplex corona legitur in ſcriptura: una aurea, altera ſtellea, tertia lapidea. *Proſ.*

22. Prima corona datur virginibus, ſecunda Prædicantibus, tertia Martyribus.

23. Prima dicitur aurea propter ſuam puritatem, ſpecioſitatem, & incorruptibilitatem: ſecunda ſtellea, propter ſuam luminoſitatem: tertia lapidea, propter ſuam ſoliditatem, firmitatem & pretioſitatem. *Serm. 2. de S. Bartholomæo, in princ. pagina 270. col. 1. tom. 3.*

S. BONAVENT. & VALERIUS MAXIMUS. 24. Narrat Valerius Maximus, quod Rex quidam, cui dùm corona regia eſſet oblata, ut capiti ſuo eam imponeret; ille eam manu diù dicitur conſideraſſe, & tandèm dixiſſe. *Lib. 2. dictor. memorabil. cap. 2. de Antigono Rege. Profec.*

25. O corona magis nobilis quàm felix! quam ſi quis verè cognoſcat, quàm multis curis, multiſque periculis & miſeriis plena ſit, nec humi quidem jacentem tollere vellet. *Ibidem ante finem, pagina 271. columna 1.*

26. Corona victoriis maximis datur. *Serm. 2. de uno Mart. & in ord. 14 ante finem, pagina 315. col. 2. tom. 3.*

27. Dignum eſt, & juſtum, & rationi conſonum, ut corona detur illi, qui non potuit paſſionibus ſuperari; nam victoribus coronæ redduntur. *Serm. 3. de pluribus Mart. & in ord. 20. poſt medium, pagina 323. columna 2. tom. 3.*

28. Corona eſt res pretioſa ex parte materiæ, & eſt res ſpecioſa ex parte formæ, & eſt æternitatis ſignificativa ex parte figuræ. *Serm. 1. de una Virgine & in ord. 32. in fine pag. 345. col. 1. tom. 3.*

29. Nihil pulchrius forma rotunda, quæ ſplendet maximè in corona. *Ibid. ſerm. 2. & in ord. 33. a medio, pag. 346. col. 1.*

30. Triplex eſt aureola, ſcilicet
- Virginum. — Virginum florea.
- Martyrum. — Martyrum gemmea.
- Doctorum. — Doctorum aurea. *Tit. 4. Dieta, cap. 4. poſt med. pag. 294. col. 2. D. E. to. 6.*

S. BONAVENT. 31. Quadruplex eſt corona.
1. Corona pudicitiæ virginalis, quæ debetur virginibus.
2. Corona ſapientiæ magiſtralis, quæ debetur Doctoribus.
3. Corona perſeverantiæ triumphalis, quæ debetur Martyribus, & omnibus perſeverantibus.
4. Corona gloriæ immortalis, quæ debetur felicibus. *Ibidem Titul. 8. cap. 2. ante finem, pagina 316. columna. 2. lit. B.*

32. Corona aurea beatorum in tribus conſiſtit.
- In viſione Dei clariſſima.
- In fruitione ſuaviſſima.
- In tentione ſecuriſſima. *Ibidem tit. 10. cap. 2. in medio, pag. 320. col. 1. lit. C.*

33. Corona nec habet principium, neque finem in figura, & ſignificat æternitatem, quæ nec fine, nec principio clauditur. *De itineribus æternit. itin. 7. diſt. 7. ante medium, pagina 183. columna 2. littera A. tom. 7. part. 3.*

34. Quantò laborioſior eſt pugna, tantò glorioſior corona. *Lib. 2. Pharetra cap. 12. in fine, pagina 681. col. 2. lit. E. tom. 7. part. 4.*

CLEMENS ALEX. 35. A ratione alienum eſt, ut qui audierimus Dominum ſpinis fuiſſe coronatum, habeamus capita redimita floribus. *Lib. 2. Pædagogi cap. 8. poſt med. fol. 38. pag. 1. lit. C.*

S. CYPRIAN. 36. Quò longior pugna, eò corona ſublimior. *Ep. 16. ad Moyſen & Maximum cap. 2. prope finem, pag. 36. columna 1. tom. 1.*

37. Frons cum ſigno Dei pura, diaboli coronam ferre non poteſt, coronæ ſe Domini reſervat. *De lapſis cap. 1. non longè à medio, pagina 237. columna 2. tom. 2.*

38. Non poteſt accipi dolorum & paſſionum corona, niſi præcedat in dolore & paſſione patientia. *De bono patientiæ cap. 4. in fine, pagina 317. columna 1. tom. 2.*

39. Qui agoniſticam coronam quærit adipiſci in ſtadio, non coronabitur, niſi uſum & peritiam virium ante meditetur. *Tom. 2. de Exhortat. Martyrii ad Fortunatum in præfat. ante med. pagina 330. col. 1.*

40. In perſecutionibus militia, in pace conſcientia coronatur. *Ibidem cap. 12. in fine, pagina 339. columna 2.*

S. CYRILLUS HIEROSOL. 41. Omnis qui certat, poſteaquàm abſolvit certamen, coronatur, aut contumelia afficitur. *Proſ.*

42. Neque priùs Agonothetes decertantes coronat, quàm omnium certaminum finis advenerit; ut poſtremò dijudicans præmia victoriæ coronas proferat. *Catecheſ. 18. poſt init. apud Biblioth. Patr. tom. 4. pag. 447. columna 1. 2. lit. D. E. edit. Colonienſis. 1618.*

43. Corona gloriæ eſt ornamentum felicitatis futuræ. *Sup. 1. ad Theſſal. cap. 2. art. 2. in fine f. l. 96. littera H.*

S. DOROTH. 44. Quiſquis coronam optat conſequi, ſtudeat atque operam det, ut ſit apud coronatos. *Doctrina 23. in fine, apud Bibl. Patr. tom. 4 pag. 799. col. 1. B. edit. Coloniæ 1618.*

GLOSS DECR. 45. In Clerico magnitudo coronæ eſt ſignum magnæ converſionis. *Apud Gratianum in decretis, fol. 26. col. 2. edit. Lugd. 1540.*

GLOSS ORD. 46. Nullum coronat Deus antequàm vincat. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 9. col. 120. lit. E. tom. 6.*

S. GREG. MAG. 47. Corona in capite, ſuperna eſt remuneratio. *Proſ.*

48. Corona victoriæ, præmium eſt quod deſuper ponitur, ut qui certaverit, coronetur. *Lib. 14. Moral cap. 16. in medio, col. 469. lit. D. & 470. lit. A. tom. 1.*

49. Corona non datur ſine victoria. *Sup. Cant. cap. 1. col. 10. lit. D.*

50. Corona

S. GREG. MAG. 50. Coronæ ſignum ſunt victoriæ. *Hom. 21. ſuper Ezech. poſt med. in illud 3. Reg. 2. Quaſi inter coronas. col. 301. lit. B. tom. 2.*

51. Labor protrahitur pugnæ, ut creſcat corona victoriæ. *Lib. 26. Moral. cap. 15. in medio, col. 867. lit. C. tom. 1.*

S. HIERONYM. 52. Labore terreris? at nemo athleta ſine ſudore coronatur. *Tom. 1. Ep. ad Heliodorum, prope finem pag. 4. littera D.*

53. Quis Sanctorum ſine certamine coronatus eſt? ſolus in deliciis Salomon fuit, & forſitan ideò corruit. *Tom. 1. Epiſt. 22. ad Euſtochium, ante finem, pagina 149. lit. A.*

54. Varia luctæ ſunt genera, ſed una corona victorum eſt. *Tom. 2. lib. 2. adversùs Jovinianum, poſt med. pag. 83. lit. A.*

55. Sta in acie, adverſariis armatus obſiſte, ut poſtquàm viceris coroneris. *Tom. 2. Epiſt. 6. adversùs Vigilantium, ſub finem, pagina 126 lit. C.*

56. Quot patimur vulnera, tot meremur coronas. *Sup. Pſalmum, verſ. 18. pag. 139. littera. C. tom. 8.*

57. Multi certant, ſed ille ſolus, qui tota virtute vicerit, coronabitur. *Sup. 2. ad Timoth. cap. 2. in illud, Qui certat in agone, columna 735. littera C. tom. 6.*

S. HILARIUS. 58. Glorioſo certamine opus eſt, ut corona victoriæ deferatur. *Sup. Pſ. 118. verſ. Defecit in ſalutare tuum, &c. poſt med. fol. 65. col. 1.*

HUGO A S. VICTORE. 59. Corona principio caret & fine, totum caput ambit, floribus intexitur, caput ornat, crines caſtigat, latior decidit, ſtrictior, non aptatur, tranſpoſita non congruit. *Lib. 4. de Proprietat. cap. 3. Verbo corona, pag. 305. D. tom. 2.*

HUGO CARD. 60. Corona virtutum, inſigne eſt regni & victoriæ: corona verò vitiorum, inſigne eſt ludibrii & tormenti. *Sup. Proverb. cap. 4. fol. 9. columna 2. tom. 3.*

61. Mentis maturitas; & vita immaculata, ſunt cauſa coronæ. *Ibidem cap. 16. ſub finem, fol. 36. col. 3.*

62. Juſti quantò ampliùs impetuntur, tantò glorioſiùs coronantur. *Sup. Hierem. cap. 39. fol. 259. col. 2. tom 4.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 63. In mundanis certaminibus poſt victoriam coronæ, in Chriſti ſtadiis ante victoriam coronæ. *Serm. de Joſeph contment. in principio, columna 565. littera C. tom. 1.*

64. Qui requie in hoc ſeculo & felicitate fruitus eſt, tàm ſplendidam in futuro coronam non eſt conſecuturus. *Hom. 43. ſup. Ep. 1. ad Cor. ante finem, col. 671. lit. C. tom. 4.*

65. Non ita corona caput Regis obvincit, ſicut animum ſolicitudo. *Serm. 15. ſup. Ep. ad Philipp. in princ. Moral. col. 1226. D. tom. 4.*

66. Illic coronæ, ubi pœnæ. *Hom. 67. ad Popul. Antioch. in princ. col. 429. littera D. tom. 5.*

67. Quantò laboris ac doloris plus toleratum fuerit, tantò etiam corona erit magnificentior. *Orat. 5. adversùs Iudæos, poſt medium, columna 1142. littera B. tom. 5.*

68. Corona quæ pro virtute, & ejus ſudoribus datur, nihil habet ſenſibile, neque in hoc ſeculo diſſolvitur, ſed perpetua eſt & immortalis. *Hom. 42. ſup. Geneſ. poſt initium, col. 345. littera A. tom. 1.*

69. Deus non ſecundùm bonorum operum eventum, ſed juxta factoris propoſitum coronas elargiri ſolet. *Hom. 3. ſup Epiſt. 1. ad Cor. in medio Moral. colum. 344. lit. A. tom 4.*

70. Hìc coronas non petamus, ſed ſi advenerit ipſum coronationis tempus, imminuerimus nobis præmia. *Hom. 43. ſup. Ep. 1. ad Cor. poſt med. Moralis, col. 671. B. tom. 4.*

S. LAURENT. IUSTIN. 71. In agone poſitis dolorem mitigat ſpes coronæ. *Part. 1. de ligno vitæ tract. 8. de Spe. cap. 2. poſt init. pag. 46. colum. 1. C.*

S. LAURENT. IUSTIN. 72. Si coronam cupis reportare victoriæ certam, ſpiritualiter certa: adeſt in te qui videat, judicet, & coronet. *Part. 1. de Interiori conflictu, cap. 8. ante med. pag. 367. columna 2. B.*

73. Pugnare non deſinit, qui coronari affectat. *Part. 2. de humilitat. cap. 10. ante med. pagina 672. col. 1. littera C.*

S. LEO PAPA I. 74. Ubi in aperto ſunt pugnæ, in manifeſto ſunt coronæ. *Serm. 7. decimi menſis, poſt init. fol. 10. pagina 1.*

PETR. CELL. 75. Tolle pugnam, tolles & victoriam: tolle victoriam, tolles & coronam; tolle coronam, tolles & gloriam. *Lib. 6. Ep. 23. ad Nicolaum Monachum, poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 593. col. 2. lit. H. edit. Colonienſis 1618.*

S. PETRUS CHRYSOLOG. 76. Si certantes vincimus, tot coronas accipimus, quot vitiorum victores fuerimus. *Serm. 119. poſt med. apud Bibliothecam Patrum tom. 5. part. 2. pagina. 750. col. 2. littera H. edit. Colonienſis 1618.*

S. PETR. DAM. 77. Non eſt ſine pugna victoria, non abſque victoria pertingitur ad coronam. *Serm. 74. de ſpirituali certamine, paulò poſt init. pagina 325. col. 1. B. tom. 2.*

S. PROSPER. 78. De gratia miſericordiæ Dei, veniunt coronæ juſtorum. *Sent. 274. in fine tomi tertii operum. D. Auguſt. pagina 756. littera D.*

TERTULLIAN. 79. Chriſti coronam æmuleris? ſi ſpinis non potes, nec floribus coroneris, quia non floribus potes. *Prof.*

80. Quid enim eſt capiti fœminæ corona, quàm formæ lena, quàm ſumma laſciviæ nota, extrema negatio verecundiæ, conflatio illecebræ? *De corona militis, cap. 14. pag. 347. B. tom. 2.*

THOMAS A KEMPIS. 81. Quantò durior pugna, tantò glorioſior corona. *Serm. 5. ad Novit. part. 1. diviſ. 3. pag. 20. tom. 1.*

82. Sine certamine non potes pervenire ad patientiæ coronam: ſi pati non vis, recuſas coronari. *Lib. 3. de Imitat. Chriſti, cap. 19. ſect. 4. pagina 380. tom. 2.*

S THOMAS A VILLA NOVA. 83. Tranſit citò quod cruciat, permanet in æternum quod coronat. *In conc. funebri ante finem, pagina 276. columna 2. tom. 2.*

84. Parùm laudis habet virtutum corona, quæ ex labore non deſcendit. *Hom. 2. de arcta vita poſt med. apud Bibl. Patr. tom 5. part. 2. pagina 478. columna 1. littera D. edit Colonienſis 1618.*

S. VALERIAN. 85. Non per jactantiam victoriæ corona componitur, ſed per bonorum operum ſtudia. *Ibid. Hom. 11. ante fin. pagina 488. columna 2. H.*

86. Voluntarium militem in conflictu pugnæ, citò protegit corona victoriæ. *Ibid. Hom. 15. de bono Martyrii ſub finem, pagina 493. columna 2. G.*

87. Quot ſunt victoriæ, tot ſunt coronæ. *Ibid. Hom. 16. ante finem, pagina 494. col. 2. H.*

88. Ad coronam virtutum non facilè pervenit, qui non legitimo agone certaverit. *Ibid. Hom. 17. ſtatim à medio pagina 495. columna 2. F.*

89. Non minimam coronam conſtat reportare victoriæ, qui læſus neſcit iraſci. *Ibidem in fine pagina 496. columna 1. A.*

IN VITIS PATR. 90. Væ tibi, Alexander, væ tibi; quanta erit confuſio tua, quando cæteri coronabuntur? *Lib. 10. cap. 168. in fine, pagina 906. col. 2.*

PLATO. 91. Qui rebus præclarè geſtis nomen gloriamque fuerit conſecutus, à ſingulis coronandus eſt. *Lib. 5. de Republica, Sixygia 4. poſt medium, pagina 468. lit. B. tom. 2.*

Vide etiam Titulos, Adverſitas. ſent. 98. Certamen. ſent. 163. Cogitatio. ſent. 19. Pauli Apoſtoli encomia. ſent. 45. Tentatio. ſent. 141. 196. Vindicta in genere. ſent. 58.

Corpus.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

Etymologia.

S. Antonius de Padua. Corpus à corruendo dictum eſt, vel quaſi cordis pus, id eſt, putredo, vel quòd corruptum pereat, vel quod coram poſitum. *Serm. Dom. 11. poſt Trin. ante med. fol.* 240. *pagina* 2.

Definitio.

S. Athanas. Magn. Corpus eſt quod ex quatuor elementis compoſitum eſt, rursùs diſſolvitur, & ad nihilum reducitur. *De definitionibus ante finem, col.* 803. *A. tom.* 4.

S Cyrillus Hierosol. Corpus inſtrumentum quoddam eſt animæ, & tanquàm veſtis, & ſtola animæ. *Catecheſ.* 4. *de corpore prope med. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 405. *col.* 2. *G. edit. Colonia* 1618.

Sententiæ Patrum.

S. Antoninus. 1. Quantò fortius eſt corpus, tantò fortiorem quis inimicum habet, cum quo præliatur: ſed cùm corpus eſt debile, & infirmum, debilitatur hoſtis. *Part.* 2. *tit.* 4. *cap.* 6. *ſub finem fol.* 166. *col.* 3.

S. Antonius Abb. 2. Vas iſtud in quo ſumus inhabitantes, domus eſt plena bellis. *Epiſt.* 2. *ad Fratres, paulò ante medium, apud Biblioth. Patr. tom.* 4. *pag.* 25. *columna* 2. *lit. E. edit. Colonienſis* 1618.

S. Augustin. 3. Corpus quantò eſt hæc vita diuturnior, tantò magis magiſque corrumpitur, vel ætate, vel morbo, vel variis affectionibus, donec veniat ad ultimam afflictionem, quæ ab hominibus mors vocatur. *Lib.* 4. *de Trinit. cap.* 3. *circa initium, pagina* 211. *littera B. tom.* 3.

4. Sicut animale corpus non eſt anima, ſed corpus: ita & ſpiritale corpus non ſpiritum debemus putare, ſed corpus. *Epiſt.* 146. *ad Conſentium in medio, pag.* 438. *littera C. tom.* 2.

5. Multum lugenda eſt mens humana, ſi vincitur à corpore ſuo. *De Agone Chriſtiano cap.* 19. *ſub finem. pag.* 546. *D. tom.* 3.

6. Multi in corporibus vivis animas mortuas portant. *Hom.* 3. *ſup. Apocal. in princ. pag.* 449. *lit. B. tom.* 9.

7. Corpus hominis creatura Dei eſt, & anima hominis creatura Dei eſt: vita corporis anima eſt, vita animæ Deus eſt. *Serm.* 28. *de verbis Apoſtoli, in medio, pag.* 266. *C. tom.* 10.

8. Vide quàm imbecille ſit corpus humanum.
- Medicamentum famis, cibus eſt.
- Medicamentum ſitis, potus eſt.
- Medicamentum laſſitudinis, ſomnus eſt.
- Medicamentum ſeſſionis, deambulatio eſt.
- Medicamentum deambulationis, ſeſſio eſt.
- Medicamentum fatigationis, dormitio eſt.
- Medicamentum dormitionis, vigilatio eſt. *Hom.* 33. *poſt med. pag.* 355. *B. tom.* 10.

9. Fit infirmus animus, cùm de mortali corpore cruciatur: neceſſe eſt enim ut illud diligat, & ejus corruptione prægravetur. *Lib.* 1. *de doctrina Chriſt. cap.* 23. *poſt medium, pagina* 9. *littera B. tom.* 3.

10. Nullum pejorem patior hoſtem, quàm corpus meum, in quo habito. *De ſalutarib. documentis, cap.* 65. *poſt medium, pag.* 773. *tom.* 4.

11. Corporis vinculum ne concutiatur atque vexetur, laboris & doloris: ne auferatur atque perimatur, mortis terrore animam quatit. *De Moribus Eccleſiæ cap.* 22. *in principio, pagina* 530. *littera C. tom.* 1.

S. Augustin. 12. Corpus conſtat ex officialibus membris, officialia ex conſimilibus, conſimilia ex humoribus. *De ſpiritu & anima. cap.* 15. *circa med. pag.* 612. *littera D. tom.* 3.

V. Beda. 13. Robuſti corpore, niſi Deo à quo vires habent, devotè famulentur, pro hoc pœnas patiantur. *Tom.* 2. *in ſuis Prov. verbo Robuſti, pag.* 197.

S. Bernard. 14. Quatuor ſunt, quæ corpus corrumpunt.
- Curioſitas.
- Loquacitas.
- Crudelitas.
- Voluptas. *Serm.* 37. *de parvul. ſermon. circa med. fol.* 122. *col.* 2. *F.*

15. Sterquilinium vile cuſtodit, qui corpus ſuum cuſtodit. *Ibidem ſerm.* 46. *poſt init. fol.* 123. *columna* 2. *littera C.*

16. Semper in robuſto & vegeto corpore, animus mollior atque tepidior jacet: & rursùm in corpore debili & infirmo, fortior viget promptiorque ſpiritus. *Epiſt.* 253. *ad Abbat. Garinum, poſt med. fol.* 262. *col.* 2. *lit. F.*

17. Ita corpori ſervitur, ut anima juguletur. Quæ diſcretio totum dare corpori, & animæ nihil? qualis miſericordia, ancillam reficere, & dominam interficere? *In Apologia ad Gulielm. Abbatem. cap. dicitur fol.* 306. *col.* 2. *lit. D.*

18. Cùm corpus impinguo, hoſtem adversùs me nutrio. *In Medit. cap.* 14. *in princ. fol.* 325. *columna* 2. *littera D.*

19. Si diligenter conſideres, quid per os & nares, cæteroſque corporis meatus egrediatur, vilius ſterquilinium nunquàm vidiſti. *Ibidem cap.* 3. *in princ. fol.* 322. *col.* 2. *lit. K.*

20. Malum voluptas eſt corporis, bonum verò afflictio eſt. *Serm.* 3. *de Nativitate Dom. ante med. fol.* 16. *columna* 2. *littera F.*

S. Bonavent. 21. Domus eſt machina corporis, hæc fragilis eſt, & ideò cuſtode indiget. *Sup. Eccleſiaſten, cap.* 12. *in illud, Quando commovebuntur cuſtodes domus, pag.* 337. *col.* 2. *C. tom.* 1.

Clem. Alex. 22. Sine ſpiritu corpus eſt terra & cinis. *Lib.* 3. *Stromatum circa med. fol.* 92. *pag.* 2. *F.*

S. Cyprian. 23. Nihil corpori liceat, ubi vitandum eſt corporis vitium. *De bono pudicitiæ, cap.* 7. *poſt med. pag.* 423. *col.* 1. *tom.* 3.

Gloss. Decr. 24. Jumento noſtro adhibere debemus ſaccum, paleam, & flagellum. Saccum, id eſt, opera pœnitentiæ: paleam, id eſt neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem: flagellum, ut caſtigemus, ſi exceſſerit. *Apud Gratianum in decretis fol.* 389. *col.* 2. *edit. Lugdun.* 1540.

S. Greg. Mag. 25. Corpus otio tabeſcit, opere deficit: inedia deficiens, cibo reficitur ut ſubſiſtat; refectione laſſeſcens, abſtinentia relevatur ut vigeat. *Prof.*

26. Labore vegetatur ne quiete torpeat, quiete refovetur ne laboris exercitatione ſuccumbat; fatigatur vigiliis, ſomno reparatur; oppreſſum ſomno, vigiliis excutitur, ne ſua pejus quiete laſſetur. Corpus veſtibus tegitur, ne frigoris adverſitate penetretur: quæſito calore deficiens, aurarum flatu refovetur. *Lib.* 8. *Moral. cap.* 20. *ante med. num.* 22. *col* 267. *lit. D. &* 268. *A. tom.* 1.

S. Hieronym. 28 Senſus corporum quaſi equi ſunt ſine ratione currentes, anima verò in aurigæ modum retinet fræna currentium. *Profec.* Quomodo equi abſque rectore præcipites ruunt, ita corpus ſine ratione & imperio animæ in ſuum fertur interitum. *Lib.* 2. *adversùs Jovinianum, ante med. pag.* 76. *D. tom.* 2.

30. Corpus non frangendum, ſed regendum eſt. *Tom.* 4. *Epiſt.* 1. *ad Demetriadem, poſt med. pag.* 21. *B.*

HUGO CARD. 29. Non inquinatur corpus, niſi mentis conſenſu. *Sup. Geneſ. cap.* 12. *fol.* 17. *col.* 3. *tom.* 3.

30. Juxta corporis ſpeciem, non æſtimes qualitatem mentis. *Sup. Eccleſiaſtic. cap.* 15. *fol.* 191. *col.* 3. *tom.* 3.

S. JOANNES CHRYSOST. 31. Corpus ipſum non tàm alimonia creſcit, quàm providentia Conditoris. *Hom.* 22. *ſup. Matth. in medio, col.* 211. *lit. C. tom* 2.

32. Domus noſtra eſt corpus noſtrum, ſuperiora ejus ſunt cor, & caput, quæ intelliguntur tecta domus: inferiora ſunt venter, & certa occultabilia membra. *Hom.* 49. *Operis imperf. ſup. Matth. ante med. ſup. illud, Et qui ſuper tectum eſt, &c. col.* 1089. *lit. D. tom.* 2.

33. Diuturna exercitatio; & labores, & tolerantia, & moderata menſa, victus ſimplex, & mediocritas ſtabiliora corpora reddunt. *Hom.* 39. *ſup. Ep.* 1. *ad Cor. ante finem, col.* 647. *lit. B. tom.* 4.

34. Quantò corpus pinguedine, craſſitudineque, deliciis diſtenditur, tantò anima extenuatur magis, atque imbecillior fit. & magis obruitur atque ſepelitur. *Hom.* 13. *ſup.* 1. *ad Tim. ante finem, columna* 1502. *littera B. tom.* 4.

S. IOAN CLIM. 35. Qui corpus obſequiis fovet, ipſum impliùs offerat. *Gradu* 14. *ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 266 *col.* 1. *C.*

36. Corpus eſt cooperator & hoſtis, adjutor atque adverſarius, auxiliator ſimul & inſidiator. *Proſer.*

37. Si foveatur oppugnat, ſi affligatur debilius fit: laſcivit per quietem, rursùs verbera & flagella non ſuſtinet.

38. Si illum contriſtem, periclitor; ſi foveam, per quem virtutes acquiram non habeo. *Ibid. Gradu* 15. *ſub finem, pag.* 270. *col.* 2. *H.*

LACT. FIRM. 39. Corpus, quia terrenum eſt, animæ debet eſſe ſubjectum, ſicut terra cœlo. *De divin. inſtit. lib.* 2. *de origine erroris cap.* 13. *a medio pagina* 83.

40. Corpus eſt terra quaſi vaſculum, quo tanquàm domicilio temporali ſpiritus cæleſtis utitur. *Ibid.*

41. Studentes iis rebus, quibus ſolùm corpus ornatur, alitur, delectatur, mortem ſibi perpetuam quærunt. *Ibid. lib.* 4. *de vera ſapientia, cap.* 1. *ante medium, pagina* 144.

42. Corporis bona, mala ſunt animi: ſcilicet, cupiditas, & libido. *Ibid. lib.* 7. *de divino præmio, cap.* 5. *ſub finem, pagina* 298.

S. LEO I. 43. In languido atque inutili corpore, poteſt animi integritas reperiri: ſi ubi fuit ſedes pravitatis, ibi confirmentur fundamenta virtutis. *Serm.* 6. *Quadrag. circa medium, fol.* 34. *pag.* 2.

44. Ita utendum eſt corpore, ut rectori ſuo neceſſarium præbeat natura inferior famulatum. *Ibid. ſerm.* 7. *ſub finem, fol.* 35. *pag.* 2.

PETR. BLES. 45. Bonum caſtrum cuſtodit, qui corpus ſuum cuſtodit. *Serm.* 49. *in princ. apud Bibl. Patrum, tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 910 *col.* 2. *H.*

S. PROSPER. 46. Non debemus omnia corpori deſideranti præſtare, ne cùm illi licita concedere cœperimus, poſcat illicita, & ſibi obſequentes in minimis in flagitia punienda compellat. ac naturali ordine perturbato, non ſpiritui corpus, ſed ſpiritus corpori dominanti deſerviat. *Lib.* 2. *de vita contempl. cap.* 22. *in fine, apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 68. *col.* 1. *littera B. edit. Coloniæ.* 1618.

47. Nemo eſt cujus animam corruptibile corpus non aggravet, ſed nitendum eſt, ut carnis cupiditates ſpiritus vigore ſuperentur. *Sent.* 18. *in fine tomi tertii operum. D. Auguſtini, pag.* 742. *lit. D.*

48. Omne corpus in omne corpus poſſe mutari poſſibile eſt, quodlibèt autem corpus in animam rationalem poſſe converti credere abſurdum eſt. *Ibidem ſent.* 284. *pagina* 757. *littera B.*

49. Corpus carnis noſtræ ornamentum nobis fuit: peccavimus, & compedes indè accepimus, ut vinculis mortalitatis, omnis humanarum actionum curſus præpediretur. *Ibidem ſent.* 75. *pagina* 747. *A.*

ROBERTUS BELLARM. 50. Si jejunium corporis cibus eſt animæ, nuditas corporis lorica eſt animæ. *Conc.* 23. *Dom.* 1. *Quadrag. ante med. pag.* 100. *col.* 1.

51. Diabolus utitur corpore tanquàm inſtrumento ad debellandam animam: & quò corpus magis viget ac floret, eò eſt aptius inſtrumentum diaboli. *Ibidem.*

SALVIANUS. 52. Quantò imbecillior es corpore, tantò purior ſenſu. *Ep.* 5. *ad Catturam Sororem ſtatim à medio, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 495. *col.* 2. *lit.* F. *edit. Colonienſis.* 1618.

S. VALERIAN. 53. Non obtinet regnum promiſſum, corporis delicata cuſtodia. *Hom.* 17. *de bono Martyrii ſtatim à medio, apud Bibliothecam Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pagina* 495. *columna* 2. *littera F. edit. Colonienſis* 1618.

IN VIT. PATR. 54. Corpus mulieris ignis eſt. *Lib.* 5. *libello* 4. *num.* 65. *in fine pag.* 572. *col.* 2.

55. Corpus noſtrum velut veſtimentum eſt; ſi illud diligenter tractaveris, ſtabit: ſi autem neglexeris illud, putreſcet. *Lib.* 5. *libello* 5. *num.* 40. *in fine, pag.* 580. *col.* 2.

56. Crede mihi, fili, Olympici corpore & robuſti ſumus, ſed anima noſtra imbecilla eſt. *Lib.* 10. *cap.* 168. *ſub finem, pag.* 906. *columna* 2.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 57. An id exploratum cuiquam poteſt eſſe quomodo ſe ſic habiturum ſit corpus, non dico ad annum, ſed ad veſperam? *Lib.* 2. *Academ. quæſt. poſt med. num.* 92. *col.* 97. *C. tom.* 4.

EPICTETUS. 58. Quæ corpori ſerviunt, catenùs adhibeantur quatenùs animo ſunt uſui: quidquid autem ad oſtenſionem, aut delicias attinet, repudiato. *In ſuo Enchyridio cap.* 36. *per totum.*

59. Hebetis ingenii ſignum eſt, in rebus corporis immorari, cura omnis ad animum eſt transferenda. *Ibid. cap.* 63. *per totum.*

PLATO. 60 Corpus impedimento eſt ad ſapientiam ipſam comparandam. *Tom.* 1. *Syzygia prima in dialogo Phædonis. ante medium, pagina* 65. *lit. A.*

61. Corpus ſimile eſt ei quod eſt mortale: animus autem ei, quod eſt divinum. Divinum ut imperet atque præſit, mortale verò ut ſubſit atque ſerviat. *Ibid. ante med. pag.* 80. *A.*

SENECA. 62. Corpus fragilitatis eſt caducæ, morbis obnoxium, caſibus expoſitum, proſcriptionibus objectum. *Suaſor.* 6. *poſt init. pag.* 22. *tom.* 1.

63. Soliſſima pars eſt corporis, quam frequens uſus agitavit. *Lib. de divina providentia. cap.* 4. *ante finem, pag.* 386. *tom.* 1.

64. Quis mortalium, cui ullum supereſt hominis veſtigium, velit deſerto animo, corpori operam dare? *De vita beata cap.* 5. *in calce, pagina* 493. *tom.* 1.

65. Multis ſerviet, qui corpori ſervit: non nego indulgendum illi, ſerviendum nego. *Profec.*

66. Sic gerere nos debemus, non tanquàm propter corpus vivere debeamus, ſed tanquàm non poſſimus ſine corpore. *Epiſt.* 14. *in principio, pagina* 545. *tom.* 2.

67. Honeſtum ei vile eſt, cui corpus nimis charum eſt: agatur ejus diligentiſſimè cura, ita tamen ut cùm exiget ratio, cùm fides, mittendum in ignem ſit. *Epiſt.* 14. *circa initium, pagina* 545. *tom.* 2.

68. Nimiùs corporis amor nos timoribus inquietat, ſolicitudinibus onerat, contumeliis objicit. *Ibid.*

69. Majore corporis ſarcina animus eliditur, & minùs agilis eſt. *Profec.*

70 Itaque quantùm potes circumſcribe corpus tuum, & animo locum laxa. *Epiſt.* 15. *poſt initium, pag.* 548. *tom* 2.

SENECA. 71. Corpus, animi pondus ac pœna eſt: premente illo urgetur, in vinculis eſt, niſi accedat philoſophia, quæ illum à terrenis dimittat ad divin... E. 65. *poſt med. pag.* 642. *tom.* 2.

72. Veras me cœlo intereſſe, id eſt, jubes me vivere capite demiſſo. *Prof.*

73. Major ſum & ad majora genitus, quàm ut mancipium ſim mei corporis, quod quidem non aliter aſpicio, quam ut vinculum libertati meæ circumdatum. *Ibidem ante finem. pagina* 643.

74. Contemptus corporis ſui, certa libertas eſt. *Ibid.*

75. Corpus multis eget rebus, ut valeat. *Ep.* 80. *ante med. pag.* 699. *tom.* 2.

76. Velamentum animæ corpus eſt, cui ut quandam veſtem natura circumdedit. *Ep.* 92. *ante med. pag.* 764. *tom.* 2.

77. Nemo liber eſt, qui corpori ſervit. *Ibid. in fine, pag.* 868. *tom.* 2.

78. Non eſt domus hoc corpus, ſed hoſpitium, & quidem breve hoſpitium, quod relinquendum eſt, ubi gravem eſſe hoſpiti videas. *Ep.* 120. *à medio, pag.* 874. *tom.* 2.

79. Corpuſculum etiamſi nihil fieri ſine illo poteſt, magis neceſſariam rem crede, quàm magnam. *Profec.*

80. Vanas ſuggerit voluptates, breves, pœnitendas, ac niſi magna moderatione temperentur, in contrarium abituras. *Ep.* 23. *à medio.*

81. Non videmus quàm multa nos incommoda exagitent, quàm malè nobis conveniat hoc corpus. *Profec.*

82. Nunc de ventre, nunc de capite, nunc de pectore, ac faucibus querimur: aliàs nervi nos, aliàs pedes vexant.

83. Nunc dejectio, nunc diſtillatio: aliquando ſupereſt ſanguis, aliquando deeſt, hinc atque illinc tentamur, & expellimur.

84. At nos corpus tàm turpe fortiti, nihilominus alterna proponimus, & in quantùm poteſt ætas humana tendi, tantùm ſpe occupamus. *Ep.* 120. *à medio, pag.* 874. *tom.* 2.

85. Sunt quorum corpus innoxium eſt, & in mille facinorum furias mens otioſa diſcurrit. *In ſuis Proverb. pag.* 689. *col.* 1. *lit. S. edit. Baſileenſis.*

BIAT. PHILOS. 86. Omne membrum corporis, quod invitat te contra pudicitiam agere, abjiciendum eſt. *Prof.*

87. Melius eſt uno membro vivere, quàm cum duobus puniri. *Sent.* 10. *apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pag.* 64. *col.* 2. *littera F.*

88. Corpus quidem tuum incedat in terra, anima autem ſemper ſit apud Deum. *Sent.* 48. *apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pagina* 65. *col.* 1. *lit. A.*

89. Corpus animæ moleſtum non natura, ſed peccatum fecit. *Ibidem ſent.* 131. *pagina* 65. *columna* 2. *lit. E.*

90. Quantùm laboras pro corpore; ſi tantùm labores pro anima, ſapiens eris. *Ibid. ſent.* 291. *pagina* 66. *col.* 2. *lit. F.*

91. Tabernaculum quidem corporis graviter ferre, ſuperbum eſt: deponere autem poſſe in pace (cùm oportuerit) beatum eſt. *Ibid. ſent.* 309. *pagina* 66. *col.* 2. *lit. F.*

92. Membra corporis ſarcina ſunt iis, qui eis non utuntur. *Ibid. ſent.* 325. *pag.* 66. *col.* 2. *G.*

93. Veſtimentum eſſe putabo animæ corpus tuum, mundum igitur id conſerva. *Ibid. ſent.* 336. *pagina* 66. *col.* 2. *lit. H.*

94. Incontaminatum cuſtodi corpus tuum, tanquàm ſi indumentum acceperis à Deo, & ſicut veſtimentum corporis immaculatum ſervare ſtude. *Ibidem ſent.* 429. *pag.* 97. *col.* 2. *E.*

95. Corpus indumentum eſt inſcitiæ, corruptionis vinculum, velamen opacum, ſenſitivum cadaver, ſepulchrum circumvertile, domeſticus fur; qui dùm blanditur, odit, invidet. *Lib. de poteſt. & ſap. Dei, cui titulus Pimander, cap.* 7. *in medio.*

Vide etiam Titulos, Animus. ſent. 124. *Abſtinentia ſent.* 36. 48. *Cibus, per totum. Creatio. ſent.* 14. *Donatio, per totum. Infirmitas, per totum. Luxuria. ſent.* 76. *Mortificatio, per totum. Nutritio, per totum. Refrænatio per totum. Salus corporis, per totum. Sobrietas. ſent.* 37.

Correctio.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIFFERENTIA.

ETYMOLOGIA.

CORRECTIO dicitur quaſi cordis rectio. Itaque corrigere, eſt quaſi cor regere. COLLECTOR.

DEFINITIO.

Correctio eſt erroris innati, vel conſuetudine introducti, fræno rationis inhibitio. *De fructibus carnis & ſpirit. cap.* 13. *circa med. pagina* 162. *lit. A. tom.* 2. HUGO A S. VICTORE.

Correctio eſt juſtitia inclinans retrahere alterum ab imminenti caſu in culpam, vel promovere ad pœnitentiam poſt caſum, & hoc ſecretè & inter paucos, & non authoritativè. *In deſcript. terminorum cap. juſtitia, poſt med. fol.* 27. *col.* 3. *lit. D. part.* 4. IOAN. GERS.

Correctio eſt quoddam remedium, quod adhiberi contra peccatum alicujus delinquentis. 22. *quæſt.* 33. *art.* 1. *in corpore. pag.* 68. *col.* 1. S. THOMAS AQUINAS.

Correctio eſt ſermo cum reprehenſione ex conſilio proficiſcens, peccati avertendi gratia. *Tom.* 3. *Sizygia* 6. *de definitionibus, in fine pag.* 416. *C.* PLATO.

DIFFERENTIA.

Publica eſt correptio, ſed ſecreta correctio. *Serm.* 16. *de verb. Domini. poſt medium, pag.* 48. *lit. D. tom.* 10. S. AUGUSTIN.

Correctio fit in verbis, correptio fit in flagellis. *Sup. Sapientiam. cap.* 1. *ante med. pag.* 344. *col.* 1. *lit. C. tom.* 1. S. BONAVENT.

Hæc differentia eſſe videtur inter correptionem & correctionem; quòd correptio fit, quando quis arguitur, etſi non emendetur: correctio verò quando etiam emendatur. *Serm.* 68. *de octo terris, ante med. pag.* 388. *littera G. tom.* 2. HUGO A S. VICTORE.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Dùm in hoc corpore vivitur, nullius eſt negligenda correctio, nullius eſt deſperanda reparatio. *Lib. de vocatione gentium, cap.* 10. *in fine, col.* 270. *littera B. tom.* 2. S. AMBROSIUS.

2. Sicut amici adulantes pervertunt, ſic inimici litigantes plerumque corrigunt. *Lib.* 9. *cap.* 8. *in fine pag.* 111. *littera B. tom.* 1. S. AUGUSTIN.

3. Eccleſia catholica malos mores hominum condemnat, & quotidiè tanquàm malos filios corrigere ſtudet: ſed quicumque illorum bona voluntate Deique auxilio corriguntur, quod amiſerant peccando, pœnitendo recuperant; qui autem voluntate mala nolentes corrigi in priſtinis vitiis perſeverant, in agro quidem Domini ſinuntur eſſe, & cùm bonis ſeminibus creſcere, ſed veniet tempus, quo zizania ſeparentur. *De Morib. Eccleſiæ, cap.* 34. *poſt med. pag.* 438. *D. tom* 1.

4. Multò laudabilius eſt libenter accipere corrigentem, quàm audacter corrigere deviantem. Eſt laus juſtæ libertatis in Paulo, & ſanctæ humilitatis in Petro. *Prof.*

5. Fidelis diſpenſator Apoſtolus Paulus proculdubiò

nobis exhibet in ſcribendo fidem, quia veritatis diſpenſator erat, non falſitatis; ac per hoc verum ſcripſit vidiſſe ſe Petrum non rectè ingredientem ad veritatem Evangelii, eique in faciem reſtitiſſe quòd gentes cogeret judaïzare. Ipſe verò Petrus, quod à Paulo fiebat utiliter, libertate charitatis, ſancta ac benigna pietate humilitatis accepit: atque ita rarius & ſanctius exemplum poſteris præbuit, quò non dedignarentur, ſicubi fortè recti tramitem reliquiſſent, etiam à poſterioribus corrigi. *Ep. 19. ad Hieronym. poſt med. pag. 49. B. tom. 2.*

S. AUGUSTIN.

6. Sicut meliores ſunt quos dirigit amor, ita plures ſunt quos corrigit timor. *Epiſt. 50. ad Bonifacium, ante med. pag. 140. D. tom. 2.*

7. Non quemquam putes ab errore ad veritatem, vel à quocumque ſeu magno, ſeu parvo peccato ad correctionem ſine pœnitentia poſſe tranſire. *Ep. 48. ad Vincentium, in fine, pag. 23. B. tom 2.*

8. Facilius eſt videre quid in alio corrigas, atque id vituperando vel objurgando corrigere, quàm videre quid in te corrigendum ſit, libenterque corrigi. *Expoſit. capituli 2. ad Galat. poſt med. pagina 863. littera A. tom. 4.*

9. Nihil ſic probat ſpiritalem virum, quàm peccati alieni tractatio. *Ibid. Expoſit. capituli 6. poſt init. pag. 881. lit. B.*

10. Modus ſermonis ſivè acriùs ſivè blandiùs proferatur, ſicut ſalus ejus quem corrigis videtur poſtulare, moderandus eſt. *Ibidem.*

11. Quidquid lacerato animo dixeris, punientis eſt impetus, non charitas corrigentis. *Ibidem, ante med. pag. 88. D.*

12. Quiſquis vel quod poteſt arguendo corrigit, vel quod corrigere non poteſt, ſalvo pacis vinculo excludit, vel quod ſalvo pacis vinculo excludere non poteſt, æquitate improbat, firmitate ſupportat, hic eſt pacificus. *Lib. 2. contra Epiſt. Parmeniani, in fine, pag. 16. D. tom. 7.*

13. Salva pace corrigitur, quando non interfectoriè percutitur, ſed medicinaliter uritur. *Ibid. lib. 3. cap. 2. poſt med. pag. 40. D.*

14. Contra medicinam correctionis obſurdeſcere non debemus. *Libro 4. contra Creſconium, cap. 42. in fin. pagina 214. D. tom. 7.*

15. Cujuſque hominis pravitas, quantò periculoſior & tortuoſior eſt, tantò inſtantiùs & operioſiùs corrigenda eſt. *Lib. 4. de Baptiſmo contra Donat. cap. 16 poſt med. pag. 286. D. tom. 7.*

16. Si hominibus quiſpiam ignorantiæ error obrepſerit, corrigendus eſt, non tamen tanquàm hæreſis corrigatur, & qui correctus fuerit, ita dicatur errare, ut non tamen hæreticus judicetur. *Libro 2. de gratia Chriſti contra Pelagium. cap. 23. ante med. pagina 541. A. tom. 7.*

17. Meliùs expedit emendari & corrigi poſt lapſum, quàm in nequitiis permanere. *Lib. 1. contra Julianum, cap. 2. longè ante medium, pagina 641. littera A. tom. 7.*

18. Corrigite arguendo, conſolamini alloquendo. *Sup. Pſ. 50. in princ. pag. 331. B. tom 8.*

19. Nullo modo dicenda eſt via correcta, quamdiù eſt vita perverſa. *Super Pſ. 118. conc. 5. in princ. pag. 331. B. tom. 8.*

20. Quomodo alios corrigere poterit, qui proprios mores (ſi iniqui ſint) non corrigit? *De 12. abuſionibus Gradu 9. in princ. pag. 568. D. tom. 9.*

21. Brevis eſt vita, & ipſa brevitas ſemper incerta, quando ſit dies tuus ultimus, neſcis; corrige te ergo hodie propter eras. *Ser. 16. de verbis Dom. poſt med. pag. 48. C. tom. 10.*

22. Frequenter plagis diſciplina corrigitur, ſi nihil proficiant hortamenta juſtorum. *Ser. Dom. 4. Quadrag. & in ord. 97. in fine, pag. 578. D. tom. 10.*

23. Certè meliùs homo corrigitur pravus, quàm frangitur durus. *De octo quæſtionibus, Quæſt. 3. circa med. pag. 474. C. tom. 4.* S. AUGUSTIN.

24. Magis innocentes non eſtis, ſi quos indicando corrigere poteſtis, tacendò perire permittitis. *In Regul. 3. prope med. pag. 593. B. tom. 1.*

25. Nolentes (qui peccaverint) corrigi, nihil aliud delegerunt, niſi cum hoc mundo damnari. *De Agone Chriſt. cap. 31. prope finem, pagina 550. lit. D. tom 3.*

26. An fortè corrigi pudet? hoc vitium nonniſi ſuperborum eſt. *Lib. 10. de Civ. Dei. cap. 29. ſub finem. pag. 186. D. tom 5.*

27. Hodiè te corrige; reus es, Deus judex eſt. Corrige reatum tuum, & gaudebis ad judicem. *Profec.*

28. Hodiè hortatur te ad correctionem, ne judicet te: & qui judex tuus futurus eſt, ipſe eſt hodiè advocatus tuus. *In Expoſit. Pſal. 31. poſt med. verſ. 6 pag. 346. C. tom. 8.*

29. Sic error corrigendus eſt ovis, ut in ea non corrumpatur ſignaculum Redemptoris. *Ep. 50. ad Bonifac. circa med. pag. 141. B. tom. 2.*

30. Quomodo gaudebis te eſſe correctum, niſi doleas fuiſſe perverſum? *Ibidem, longè ante finem, pag. 146. lit. D.*

31. Penitùs extra Deum eſt, quiſquis (dùm tempus eſt) corrigi noluerit. *Super Pſalm. 6. verſ. 7. pag. 23. B. tom. 8.*

32. Non regit, qui non corrigit. *Sup. Pſ. 44. verſ. 8. pag. 278. D.*

33. Admonet nos Dominus non negligere invicem peccata noſtra, non quærendo quid reprehendas, ſed videndo quid corrigas. *Serm. 16. de verbis Dom. in princ. pag. 45. A. tom. 10.*

34. Cavendum eſt, ut primùm noſtra delicta, quæcunque illa ſint, emendemus; & tunc demùm alios iocuſemus. *Et habetur in Gloſſa ord. tom. 6. ſuper Epiſt. ad Rom. cap. 2. in princ. in illud, Omnis qui judicas, &c. col. 32. F.* S. BASILIUS MAGNUS.

35. Corrige te primum, qui corrector es aliorum. *Tom. 2. in ſuis Prov. verbo Corrige, pag. 187.* V. BEDA.

36 Difficilè corrigitur nequitia; quam concepit quis in pueritia. *Ibidem, verbo Difficilè. pag. 188.*

37. Laſcivus juvenis eget, ut crebrò moneatur. *Ib. verbo Laſcivus. pag. 192.*

38. Qui verbis lenibus poteſt corrigi, non debet increpatione exaſperari. *Ibidem, verbo Qui. pagina 196.*

39. Tepidè viventes Chriſtiani difficiliùs corriguntur, quàm pagani. *Ibidem, verbo Tepidè, pagina 199.*

40. Ad mores corrigendos pernecesſaria eſt, cum multa quidem diligentia, diſciplinæ cenſura. *Serm. 56. ſup. Cant. ante fin. folio 196. columna 3. H.* S. BERNARD.

41. Ingenuæ humilitatis eſt non erubeſcere corrigi. *Ep. 35. ad Magiſtrum Hugonem. in fine, folio 214. columna 2. E.*

42. Prælati portare debent ſubditos ſuos, quos corrigunt, & corrigere quos portant. *Profec.*

43. Prælati aliquando rigidè, aliquando cum dulcedine, aliquando cum aſperitate, aliquando verbis, aliquando flagellis, debent ſubjectos ſuos corrigere: quia ille qui blandis verbis caſtigatus non corrigitur, neceſſe eſt ut acriùs corrigatur. *Serm. 18. ad Sororem, circa initium, folio 85. columna 4. littera M. volumine 2.*

44. Moderata correctio omninò quoddam magnum bonum, datum optimum eſt, quod habent pauci. *Lib. 2. Florum, cap. 22. in princ.*

45. Non ſis in corrigendis remiſſior, non ſeverior in parcendis. *Ep. 42. ad Henricum. longè poſt init. fol. 215. col. 2. F.*

46. Quando ſapientis diſciplinâ corrigeris, ornaris ornamento pulcherrimo: quando diſciplinam S. BONAVENT.

correctionis contemnis, margaritam coaculcas. *Ser. 2. Hexam. circa med. pagina 16. columna 1. littera E. tom. 1.*

S. BONAVENT. 47. Sæpè veritas corrigit, quem ſeveritas non conſtringit. *Super Pſ. 118. Expoſit. 2. cap. 2. art. 1. verſic. 5. pag 170. col. 1. A. tom. 1.*

CÆSARIUS ARELAT. 48. Feſtinemus emendatam vitam Domino antequàm auferat, offerre. *Homil. 17. poſt medium, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pagina 762. columna 2. E. edit. Colonienſis* 1618.

DIONYSIUS CARTHUS. 49. Qui non corrigit cùm poteſt & debet, communicat delinquenti, & particeps eſt peccati. *Super 1. ad Cor. cap. 5. art. 5. circa medium, folio 38. littera H.*

S. EUSEBIUS, CÆSARIENS. 50. Qui viderit fratrem ſuum errantem, & mortalibus oppreſſum criminibus, & non miniſtraverit ei verbum doctrinæ, ille qui doctus eſt, homicida & ſine charitate eſt. *Ep. ad Damaſum Papam de morte D. Hieronymi, longè ante med. & habetur inter opera D. Hieronymi, tom. 4. Ep. 61. pagina 347. A.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 51. Si grande periculum eſt aliena non arguere, quantò periculoſiùs eſt propria non corrigere? *Hom. 4. ad Monachos. in princ. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 1. pag. 581. col. 2. E.*

GLOSS. ORD. 52. Potiùs de miſericordia, quàm de rigore juris delinquentes debemus corrigere, & proniores eſſe in abſolvendo, quàm in condemnando. *Apud Gratian. in decretis, folio 241. columna 2. editionis Lugdunenſis* 1540.

GLOS. INT. 53. Qui aliquo affectu carnali malorum conſortium exire diſſimulant, crebra bonorum admonitione cogendi ſunt. *Sup. Gen. cap. 19. in illud, Diſſimulante illo, &c. col. 244. A. tom. 1.*

GLOSS. ORD. 54. In correctione neceſſaria eſt diſcretio, ne qui corrigere debet, occidat, vel in deſperationem, vel odium mittat. *Super Exodum, cap. 21. columna 693. A. tom. 1.*

55. Unius afflictio, multorum eſt correctio. *Sup. Levit. cap. 20. col. 1085. B. tom. 1.*

GLOSS. INT. 56. De manu ferientis Dei fugit, qui ſe corrigit. *Super Job, cap. 27. in illud, De manu ejus fugiens, &c. col. 261. B. tom. 3.*

57. Perverſa mens correctione deterior ſuccenditur. *Super Proverb. cap. 25. columna 1714. littera D. tom. 3.*

58. Peccator cùm in profundum venerit vitiorum, correctionem contemnit. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 1. col. 1756. D. tom. 3.*

GLOSSA ORD. 59. Corrigat ſapiens ut magiſter, compatiatur ut Pater. *Super Eccleſiaſten, cap. 7. columna 1788. D. tom. 3.*

60. Non deſtruuntur, qui corriguntur; ſed correcti ædificantur. *Super 2. ad Cor. cap. 13. in illud, Et non in deſtructionem, &c. columna 462. littera F. tom. 6.*

GRATIANUS. 61. Nemo rectè monitoris perſonam ſuſcipit, niſi qui actibus ſuis errata condemnat, & amorem innocentiæ converſatione demonſtrat. *In decretis, parte 1. diſtinct. 81. can. Nemo. folio 88. columna 3. edit. Lugdunenſis* 1540.

62. Probat odiſſe ſe vitia, qui condemnat errantes; neque reliquit ſibi locum deviandi, qui non pepercerit erranti. *Ibidem, diſtinct. 86. folio 93. columna 4.*

S. GREG. MAG. 63. Sancti viri ſic ſciunt foris adverſa tolerare, ut intùs etiam noverint perverſa corrigere. *Libro 3. Moral. cap. 12. circa medium, columna 80. littera C. tom. 1.*

64. Mundus ipſe à vitiis eſſe debet, qui curat aliena corrigere. *Lib. 7. Moral. cap. 16. in princ. col. 237. A. tom. 1.*

65. Omnis per quem neceſſe eſt aliena vitia corrigi, ſemetipſum priùs debet ſolerter intueri, ne dùm aliorum culpas ulciſcitur, ipſe ulciſcendi furore ſuperetur. *Libro 26. Moral. cap. 28. ante med. num. 36. col. 889. tom. 1.*

66. Dignum eſt ut cùm aliena corrigimus, priùs noſtra metiamur, ut ne immoderatè feriendo, ſæviamus. *Ibidem.* S. GREG. MAG.

67. Si is qui corrigere nititur, ira ſuperatur, opprimit antequàm corrigat. *Ibidem, ante medium, num. 36. col. 890. A.*

68. Difficile eſt malè inchoata corrigere, & ſemel formata deformiter in melius reformare. *Lib. 32. Moral. cap. 11. antè medium, col. 1106 D.*

69. Facilè culpa corrigitur, quæ & erubeſcitur, quia eſſe culpa ſentitur. *Ibidem, cap. 17. longè ante fin. num. 23. col. 1119. C.*

70. Error cùm virtus creditur difficiliùs emendatur. *Ibidem.*

71. Difficiliùs malum corrigitur, quod profectionis proſperitate fulcitur. *Lib. 34. Moral. cap. 2. ſub finem, col. 1170. A. tom. 1.*

72. Tunc protervi meliùs corriguntur, cùm ea quæ benè egiſſe credunt, malè acta monſtrantur: ut undè adepta creditur gloria, indè utilis ſubſequatur confuſio. *Parte 3. Paſtoral. cap. 1. Admonit. 9. paulò poſt init. col. 1265. A. tom. 1.*

73. Omnis qui pœnitendo corrigit aliqua quæ fecit, emendat quod fecit. *Hom. 8. ſup. Ezech. poſt med. col. 132. D. tom. 2.*

74. Conſentire videtur erranti, qui ad reſecanda quæ corrigi debent, non occurrit. *Et habetur in decret. Gratiani, part. 1. diſt. 83. fol. 92. col. 1.*

75. Per triſtitiam vultus, corrigitur animus delinquentis. *Lib. 5. Moral. cap. 31. poſt medium, num. 33. col. 174. B. tom. 1.*

76. Quos præſentia mala non corrigunt, ad ſequentia perducunt. *Lib. 9. Moral. cap. 24. in med. col. 324. A. tom. 1.*

77. Peccatum uſque ad inferos ducitur, quod ante finem vitæ præſentis per correctionem non emendatur. *Lib. 16. Moral. cap. 28. in princip. columna 556. lit. D. tom. 1. ſup. illud Job 24. Et uſque ad inferos peccatum illius, &c.*

78. Sunt nonnulla, quæ corrigi nequeunt ſine culpa corrigentis; atque ideò cùm vel corrigentem inquinant, vel omnimodo hæc agentem gravant, magna magiſterii arte diſſimulanda ſunt, ipſaque hac diſſimulatione toleranda. *Lib. 21. Moral. cap. 7. poſt med. num. 12. col. 744. A. tom. 1.*

79. Quæ corrigere non valet, increpare quis non deſinat. *Lib. 23. Moral. cap. 5. circa medium, col. 773. B. tom. 1.*

80. Quaſi ſub ſtudio conſulendi, libido erumpit apparendi: non enim curat corrigendo quid proſit, ſed quid appareat. *Profec.*

81. Nec ſtudet ut malum quod cernit, corrigat, ſed bonum quod ſcit, oſtendat. *Ibidem, circa med. col. 773. littera C.*

82. Qui proximi mala reſpiciunt, & tamen ſilendo linguam premunt, quaſi conſpectis vulneribus uſum medicaminis ſubtrahunt: & eò mortis authores fiunt, quò minùs quem poterant curare, noluerunt. *Parte 3. Paſtoralis, cap. 1. Admonit. 15. prope med. col. 1277. B. tom. 1.*

83. Facientis proculdubiò culpam habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare. *Lib. 2. in regiſtro Indict. 2. cap. 114. Epiſt. 114. ad Theodoric. & Theodebertum Reges Francorum. poſt med. col. 992. littera C. tom. 2.*

84. Sapientis viri eſt, & breviter audita latiùs penſare, & quæ Deo diſplicent celeriter corrigere. *Ibidem, lib. 8. Indict. 3. cap. 51. Ep. 51. ad Leontium exconſulem, in fine, col. 1037. D.*

85. Regnum ſtabiliri creditur, cum culpa, quæ

cognoſcitur, citiùs emendatur. *Ibidem lib. 9. Indict. 4. cap. 64. Ep. 64. ad Brunichildem Reginam Franciæ in in princ. col.* 1089. *D.*

S. GREGOR. MAGNUS. 86. Citiùs ad precem judex flectitur, ſi à pravitate ſua petitor corrigatur. *Ibid. lib. 11. Indict. 6. cap. 2. Ep. 2. in med. col* 1123. *B.*

87. Ipſe modus correctionis dictat, ut mens extrà rationis regulam omninò nihil faciat. *Ibidem, libro 12. Ind. 7. ſuper Interrogationes, cap. 4. prope fin. col.* 1192. *littera A.*

88 Qui non corrigit reſecanda, committit. *Ibid lib. 7. Indict 2. cap. 6. Ep. 6. ad Euſeb. Archiepiſc. Theſſalonicenſ in fine, col. 926. A. tom.* 2.

89. Si negligenter ea quæ malè uſurpantur corrigere omittimus, exceſsûs viam aliis aperimus. *Lib. 7. in regiſt. indict. 1. cap. 28. Ep. 28. ad Ioan. Epiſc. Syracuſ. in fin. col. 916. littera C. tom.* 2.

90. Cùm in ſubjecto peccatum non corrigitur, in eos qui præſunt ſententia retorquetur. *Ibidem, libro 3. Indict. 12. cap. 23. Epiſt. 23. in principio, columna* 760. *littera C.*

91. Qui emendare poteſt & negligit, participem ſe proculdubiò delicti conſtituet. *Ibidem, libro 9. Ind. 4. cap. 64. Ep. 64. ad Brunichildem Reginam Franc. in fine, col.* 1090. *B.*

S. GREG. NAZ. 92. Multi ſunt, qui alios curare nituntur, ipſi ulceribus ſcatent. *In Apologetico de ſua fuga. longè poſt initium, pagina* 4.

93. Corrigenduſne eſt frater ille? facias hoc modeſtè, ac humaniter. *Orat. 20. ante finem, pagina* 180.

94. Anima omnis quæ admonitionem reſpuit, incurabilis eſt. *Et habetur apud D. Ioan. Damaſc. libro 3. Parall. cap. 61. fol. 130 pagina 1. A.*

S. HIERONYM. 95. Si vis corrigere delinquentem, apertè increpa tantùm ne occultè mordeas. *Tom. 1. Ep. 4. ad Ruſticum, ante fin. pagina* 48. *C.*

96. Quem objurgatio non correxit, emendet pudor. *Tom. 1. Epiſt. 27. ad Euſtoch. poſt med. pagina* 179. *lit. A.*

97. Erravimus juvenes, emendemus ſenes. *Tom. 2 Epiſt. 19. ad Pammachium & Oceanum. in medio, pagina* 191. *B.*

98. Deus eos, qui nunc corrigi negligunt, reprobos damnat. *Lib. 2. ſup. Lament. Hieremiæ, cap. 3. pag.* 363. *C. tom.* 5.

S. HILARIUS. 99. Correctio vitiorum magnum affert in bonitatem profectum. *Sup. Pſ. 118. in illud, Bonitatem feciſti, &c. fol. 61. columna* 4.

HUGO A S. VICTORE. 100. Facilè culpa corrigitur, quæ citò cognoſcitur. *Super Regulam Divi Auguſtini. cap. 9 in fine, pag. 15. A. tom.* 2.

HUGO CARD. 101. Multi ex verbere quo debeant corrigi, deteriores exiſtunt, atque duriores. *Sup. Iob, cap. 36. fol.* 445. *col. 3, tom.* 1.

102. Sicut nitrum aſperſum aceto crepitat, ita cor perverſum aqua ſapientiæ ſalutaris aſperſum, ideſt, quantunicumque ſuavi correctione tactum, ebullit iraſcendo, & crepitat murmurando. *Sup. Prov. cap. 25. fol. 56. col. 3. tom.* 3.

103. Quidam corriguntur reſponſionis ſuavitate, alii ſermonis auſteritate. *Ibidem, cap. 26. folio 57. columna* 3.

104 Correctio morũ in quinque conſiſtit.
- In modeſtia verborum.
- In ordine geſtuum exteriorum.
- In maturitate inceſſus.
- In verecundia vultus.
- In humilitate habitus. *Sup. Eccleſiaſtic. cap. 2. fol. 174. col. 1. tom.* 3.

105. Multùm prodeſt manſuetudo & ſimplicitas cum rectitudine ad fructum correctionis. *Super Epiſt. ad Hebr. cap. 7. fol. 252. col. 2. tom.* 7.

106. Qui ſua ipſius vitia non ſanat, & actiones non corrigit, frater eſt ejus, qui ſeipſum perdit. *Ep. 5. ad Trallianos. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 1. pag 79. col. 1. littera D.* S. IGNATIUS, MART.

107. Procurandum nobis eſt, ut noſtra emendare vitia, & mores corrigere feſtinemus, quæ procul dubio ſi fuerint emendata, non dicam cum hominibus, ſed etiam cum feris & belluis nobis conveniet. *Libro 9. Cœnobiticorum inſtit. de Spiritu triſtitiæ. cap. 8. in princ. pagina* 210. JOAN CASS.

108. Evidens eſt tepidæ ac ſuperbæ mentis indicium, ſi verborum ſalutarium medicinam, quamvis ſtudio nimiæ aſſiduitatis ingeſtam, faſtidioſè negligenterque ſuſcipiat. *Collat. 14. Abbatis Neſterotis. cap. 13. circa med. pagina* 646.

109. Qua venia dignus erit qui alteriùs pœna emendatioe non fit? *Hom. 20. ſup. Gen. ante med. col. 143. A. tom.* 1. S. JOANNES CHRYSOST.

110. Corrigat te dilatio miſerantis, ne cenſura puniat judicantis. *Serm. 2. de jejuniis, in medio. col. 533. A. tom.* 1.

111. Si pœnitet, corrige: ſi dolet, quieſce. *Serm. de Moyſe, in fine, col. 570. B. tom.* 1.

112. Quidquid hic paſſus fuerit homo, ſi corrigatur, emendatio eſt: ſi non corrigatur, duplex damnatio eſt. *Homil. 6. de Job, ante finem, col. 696. D. tom.* 1.

113. Nihil eſt impoſſibilius, quàm illum corrigere, qui omnia ſcit, & tamen contemnens bonum, diligit malum. *Hom. 40. oper. imperf. ſup. Matth. ante med. col.* 1015. *tom.* 2.

114. Innata vitia nullis cedunt remediis, voluntas autem depravata poteſt corrigi. *Homil. 22. de variis locis ſuper Matth. longè poſt init. columna* 1250. *D. tom.* 2.

115. Non eſt confuſio ab alio corrigi, imò confuſio eſt repellere corrigentem. *Hom. 10. ſup. Acta Apoſt. in fine Moral. columna* 517. *D. tom.* 3.

116. Medicus morbo laboranti, magiſter diſcipulo, pater filio ad correctionem, non ad damnum conſentit. *Homil. 22. ſuper 1. ad Cor. in princ. Moral. col.* 495. *D. tom.* 4.

117. Corrige fratrem, ſi præventus fuerit, ſed cum manſuetudine, dæmonis incurſionem accuſans magis, quàm animi negligentiam. *Super Epiſt. ad Galat. cap. 6. circa init. columna* 943. *littera C. tom.* 4.

118. Sufficit unus homo fidei zelo ſuccenſus, totum corrigere populum. *Hom. 1. ad Populum Antiochenum. in fine. col. 25. A. tom.* 5.

119. Cùm aſinum cecidiſſe videtur; omnes manum porrigere, & pariter erigere ſtudent; fratrum verò pereuntium cura habetur nulla. *Profec.*

120. Aſinus eſt blaſphemus, animi pondus non ferens cecidit: accede, excita, & per verba, & per facta, & per lenitatem, & per vehementiam varia ſit medicina. *Ibidem, B.*

121. Si adoleſcens non ſe correxerit, dùm juvenis eſt, ſenex nunquàm emendabitur. *Super Prolog. Regulæ S. Benedicti. cap. 2. text. 4. in fine, pagina 169. columna* 2. JOAN TRITH.

122. Oportet mundum eſſe à vitiis, qui corrigere vitia debet. *Sup. cap. 2. Reg. S. Bened. verb. Legimus, ab init. pag. 241. col.* 2.

123. Tanta cura vitia tua corrige, quanto ſtudio proſpicis aliena. *Lib. 2. de Synon. cap. 9. in fine, pagina 318. columna* 1. S. ISID. HISP.

124. Citò corrigitur culpa, quæ citò cognoſcitur: Tardiùs autem ſanatur vulnus, quod jàm putreſcentibus membris longo poſt tempore curationibus adhibetur. *Lib. 2. de ſum. bono. cap. 23. ſent. 10. pagina 648. columna* 1.

125. Nonnulli tantæ ſunt pravitatis homines, qui dùm ipſi à malo corrigi negligunt, corripientium

vitam falſa criminatione detractant. *Proſecutio.*

S. Isidorus Hispalens. 126. Væ illi, qui & ſuam renuit corrigere vitam, & corripientium non deſinit detrahere famæ. *Libro 3. de ſummo bono, cap. 32. ſent. 11. pagina 678 col. 2.*

127. Interdùm ad tempus facta proximi corrector taceat, quæ ſtatim corrigere nequaquàm exiſtimat. *Proſec.*

128. Nam ſi corrigere poteſt, & diſſimulat, conſenſum alieni erroris habet. *Ibidem, cap. 44. ſent. 5. pag. 682. columna 2.*

129. Qui admonitus ſecretè de peccato, corrigi negligit, publicè arguendus eſt: ut vulnus quod occultè ſanari neſcit, manifeſtè debeat emendari. *Ibidem, cap. 46. ſent. 12. pag. 683. col. 2.*

S. Justinus Mart. 130. Admonendus eſt is, qui in errore verſatur & peccat, non publicè, niſi neceſſe ſit propter contumaciam. *Ep. ad Zenam, ante med. apud Bibl. Patrum, tom. 2. pag. 70. col. 1. B.*

131. Corrector contemnendus non eſt, ſed ſi id quod res eſt dicat, ei & credendum & parendum eſt. *Ibidem, in med. pag. 70. columna 1. D.*

Lact. Firm. 132. Priùs diſce, & antequàm mores aliorum corrigas, tuos corrige. *De divin. inſt. lib. 4. de vera ſapient. cap. 23. in med. pag. 180.*

133. Boni viri officium eſt, errores hominum corrigere, eoſque in viam reducere. *Ibidem, lib. 5. de Iuſtitia. cap. 18. in fine, pag. 225.*

134. Sicut nihil prodeſt malè viventi ante actæ vitæ probitas, ita nihil officiunt peccata vetera correcta. *Ibidem, libro 6. de vero cultu, cap. 24. prope initium, pagina 282.*

S. Leo I. 135. Differtur ultio, ut tempus habere poſſit correctio. *Serm. 11. de Quadrag. ante medium, folio 39. pagina 2.*

Origen. 136. Non vult te Dominus (ſi fortè peccatum videris fratris tui) continuò evolare ad publicum, & proclamare paſſim, ac divulgare aliena peccata, quod eſſet utique non corrigentis, ſed potiùs infamantis. *Proſec.*

137. Ubi enim ſervare ſibi myſterium viderit ille qui peccaverit, ſervabit & ipſe emendationis pudorem.

138. Si verò diffamari ſe videat, illicò ad denegandi impudentiam convertetur, & non ſolùm non emendaveris peccatum, ſed & duplicaveris. *Hom. 3. in cap. 3. Levitici, poſt initium, pag. 69. col. 1. littera C. tom. 1.*

Patrus Bles. 139. In eo eſt correctio ſupervacua, quem incorrigibilem pertinacia ſua facit. *Epiſt. 21. ad quendam can. ante fin. apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 721. col. 2. E.*

140. Malo vos offendere veſtræ opinioni conſulendo, quàm tacere damnabiliter vobis, & ignominiam veſtram diſſimulare ſilentio. *Ibidem, Ep. 55. ad Gualterium Epiſcopum Roffenſem, in princ. pagina 743. columna 2 littera G.*

141. Benigna eſt correctio, quæ ex charitate procedit. *Ibid. in Invectiva contra Depravatorem, circa init. pag. 945. columna 2. E.*

Patr. Cell. 142. Suaviter corrigitur, qui exemplo aliorum emendatur. *Lib. 2. Ep. 15. in fine, apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pagina 562. col. 1. C.*

S. Petr. Dam. 143. Facti culpam habet, qui quod poteſt, negligit emendare. *Lib. 7. Ep. 3. ad Henrico 2. filium, ante med. pagina 110. col. 2. B.*

S. Remigius. 144. Qui fratrem diligere dicitur, ſi non corrigit cùm eum errare viderit, ſimulatam charitatem erga proximum habere convincetur. *Super Epiſt. ad Rom. cap. 12. can. 9. apud. Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 850. col. 1. littera A. edit. Coloniæ 1618.*

Salvian. 145. Qui corrumpimur rebus proſperis, corrigimur adverſis. *Lib 6. de Gubernat. Dei, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 350. col. 1. B.*

146. Nequaquàm uti mereremur proſperis, qui non corrigimur adverſis. *Ibidem, ante fin. pagina 351. col. 2. littera E.* Salvian.

147. Solent etiam nequiſſimos, quos ſupplicia non correxerunt, blandimenta corrigere. *Ibid. ante fin. pag. 351. col. 2. F.*

148. Qui ignorantia peccant, errore agnito corriguntur. *Ibidem, in fine, pagina 352. columna 1. littera B.*

149. Ubi emendatio nulla, pœnitentia neceſſario vana. *Lib. de pœnit. cap. 2. tom. 2.* Tertullian.

150. Ubi ſpes correctionis, ibi immorandum eſt: ubi autem illa defuerit, indè tranſeundum. *Sup. Marc. cap. 8. in illud, Cavete a fermento, &c. pagina 117. littera A.* Theophilactus.

151. Si neglexeris corrigere, pejor eo factus eſt qui peccavit, 2. 2. *quæſt. 23. art. 2. in argum. ad contrar. pag. 68. col. 2.* S. Thomas Aquinas.

152. Volumus quod alii ſtrictè corrigantur, & ipſi corrigi nolumus. *Lib. 1. de Imit. Chriſti. cap. 16. ſect. 3. pag. 333. tom 2.* Thomas a Kempis.

153. Quid ſunt verba, niſi verba? per aërem volant, ſed lapidem non lædunt: ſi reus es, cogita quòd libenter emendare te velis; ſi nihil tibi conſcius es, penſa quod velis libenter pro Deo hoc ſuſtinere. *Proſec.*

154. Parùm ſatis eſt, ut vel verba interdùm ſuſtineas, qui necdum fortia verbera tolerare vales. *Lib. 3. de Imit. Chriſti, cap. 46. in princ.*

Sententiæ Paganorum.

155. Qui admonent amicè, recipiendi ſunt: qui inimicè inſectantur, repellendi. *Lib. 1. de natura Deorum, poſt initium, columna 272. littera D. num. 5. tom. 4.* Cicero.

156. Monendi amici ſæpè ſunt, & objurgandi; & hæc accipienda ſunt amicè, cùm benevolè fiunt. *Proſecutio.*

157. Sed hac in re habenda eſt ratio & diligentia, primùm ut monitio acerbitate, deindè objurgatio contumeliâ careat. *De amicitia, poſt medium, col. 576. B. tom. 4.*

158. Monere & moneri, proprium eſt amicitiæ. *Ibidem, E.*

159. Omnium vitiorum, peccatorumque noſtrorum omnis à Philoſophia petenda eſt correctio. *Lib. 5. Tuſcul. quæſt. poſt initium, columna 247. littera B. tom. 4.*

160. Corrigendus eſt, qui peccat, & admonitione, & vi, & molliter, & aſperè. *Proſec.* Seneca.

161. Cùm ira delictum animi ſit, non oportet peccata corrigere peccantem. *Lib. 1. de Ira, cap. 14. in fin. tom. 1.*

162. Civitatis mores magis corrigit parcitas animadverſionum. *Lib. 1. de Clementia ad Neronem. cap. 21. circa med. pag. 480.*

163. Parcit ſapiens, conſulit, corrigit. *Ibid. lib. 2. cap. 7. in princ. pag. 488. tom. 1.*

164. Salutares admonitiones velut medicamentorum utilium compoſitiones ſunt. *Ep. 8. ferè in princ. pag. 532. tom. 2.*

165. Laborandum eſt ut animum noſtrum formare incipiamus & corrigere antequàm indureſcat pravitas ejus. *Epiſt. 50. in med. pag. 610. tom. 2.*

166. Illa admonitio efficacior eſt, & altiùs penetrat, quæ adjuvat ratione quod præcipit. *Ep. 94. pag. 778.*

167. Ex vitio alterius, ſapiens emendat ſuum. *In ſuis Proverb. E. pag 684. col. 2. editionis Baſileenſis.*

168. Res magnæ clementiæ eſt, indulgendo corrigere peccata magis quàm vindicando. *Ibid.*

Vide etiam tit. Correptio per totum. Novitius. ſent. 18. 19. Patientia Dei. ſent. 12. 26. Severitas. ſent. 21. Timor Dei. ſent. 78. Venia ſent. 10.

Correptio

Correptio.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIFFERENTIA.

ETYMOLOGIA.

S. AMBROS. CORREPTIO, quæ græcè νουθεσία dicitur erudiio eſt. *Super Pſalm. 37. longè poſt init. col. 1325. B. tom. 4.*

DEFINITIO.

PLATO. Caſtigatio ſeu correptio, eſt curatio animæ, quæ ſit ob peccatum. *Tom. 3. Sizygia 6. de Defint. in fine, pagina 416. littera C.*

DIFFERENTIA.

S. AUGUSTIN. Publica eſt correptio, ſed ſecreta correctio. *Ser. 16. de verbis Domini. poſt medium, pagina 48. littera D. tom. 10.*

S. BONAVENT. Correctio ſit in verbis, correptio ſit in flagellis. *Super Sapient. cap. 1. ante med. pagina 344. columna 1. C. tom. 1.*

HUGO A S. VICTORE. Hæc differentia eſſe videtur inter correptionem & correctionem; quòd correptio ſit quando quis arguitur, etſi non emendetur: correctio verò quando etiam emendatur. *Homil. 68. de octo terris, ante med. pag. 388. littera G. tom. 2.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Correptiones in amicitia gratæ ſunt, quæ aculeos habent, dolorem non habent. *Profec.*

2. Compunguntur enim cenſoriis ſermonibus, ſed benevolentiæ delectamur ſedulitate. *Lib. 1. Offic. cap. 34. in med. columna 25. A.*

3. Non iterùm arguas & impugnes, cujus crimen non deprehenderis. *Ibidem, lib. 2. cap. 24. a med. col. 54. A. tom. 1.*

4. Sunt bonæ correptiones, & plerumque meliores quàm tacita amicitia. *Prof.*

5. Etſi lædi ſe putat amicus, tu tamen corripe: etſi amaritudo correptionis animum ejus vulneret, tu tamen corripere ne verearis. *Ibidem, lib. 3. cap. 16. poſt init. columna 76. D.*

6. Si quid in amico vitii cognoveris, corripe occultè: ſi non audierit, corripe palàm: errantem amicum corripe, innocentem amicum ne deſeras. *Ibidem.*

7. Objurget amicus amicum, non jactantiæ ſtudio, ſed affectu charitatis: neque monitio aſpera ſit, neque objurgatio contumelioſa. *Ibidem, à med. columna 77. littera C.*

8. Utiles ſunt correptiones: nemo ergo deſperare debet quicunque corripitur atque arguitur; qui enim diligit, corripit. *Lib. 5. Ep. 18. ad Herontianum. ante med. col. 542. A. tom. 3.*

9. Non oſculatur ſemper pater filium, ſed & aliquando caſtigat: ergo quando caſtigatur qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur. *Profec.*

10. Habet enim & amor plagas ſuas, quæ dulciores ſunt cùm amariùs inferuntur.

11. Dulcior eſt religioſa caſtigatio, quàm blanda Patris remiſſio. *Serm. 84. poſt initium, columna 783. A. tom. 3.*

12. Quem mihi nunc facilè reperias honoratum ac divitem, qui ſi arguatur alicujus culpæ reus, non moleſtè ferat? *Lib. 1. de Apologia David, cap. 2. in princ. col. 1181. C. tom. 4.*

13. Homines cùm corripiuntur, peccatum ſuum ingravant, dùm negare cupiunt aut defendere: ibique eorum lapſus eſt major, ubi ſperatur correctio. *Ibidem.*

S. AMBROSIUS. 14. Medicina Chriſti correptio eſt: corripit enim Deus, quem vult convertere. *Sup. Pſ. 37. ante fin. col. 1337. B. tom. 4.*

15. Plus proficit amica correptio, quàm accuſatio turbulenta: illa pudorem incutit, hæc indignationem movet. *Lib. 8. ſuper Luc. cap. 17. in princ. in illud, Increpa illum. col. 1756. C. tom. 5.*

16. Corripite fratrem ut erubeſcat, non ut timeat: infirmus enim cuſtos diuturnitatis eſt timor, pudor autem bonus magiſter officii. *Profec.*

17. Qui enim metuit, reprimitur, non emendatur: quem verò pudet facere, in naturam vertit. *Ibidem, ut antè.*

18. Solemus modum egredi dùm corripiendo iraſcimur, & invenimur ipſi peccare, qui peccantes arguimus, dùm plus iraſcimur, & ampliùs oneramus peccantem, quàm meretur. *Sup. Ep. ad Epheſ. cap. 4. in illud Pſalm. 4. Iraſcimini & nolite peccare, columna 2005. B. tom. 5.*

19. Proximorum mala aliquando corripiendo corrigere debemus (tempore videlicet opportuno) aliquando patienter tolerare; ut quos correptio non emendat, patientia ad emendationem provocet. *Proſecutio.*

20. Sunt nonnulli, qui reprehendere proximos neſciunt, niſi ira inflammati, & tamdiù iram in corde geſtant, donec in actibus proximi aliquid videant, quod reprehendere poſſint: quod ſi alicui viderit talis diſpliciſſe, dicit ſe zelo Dei hoc feciſſe.

21. Ad te ergo loquor, qui talis es, ſi zelus in te eſt, cur oculi tui per diverſa vagantur more diabolico, deſiderans malum potiùs videre, quàm bonum; deſiderans in proximo videre malum quod reprehendas, non bonum undè ædificeris?

22. Sunt etiam multi, qui eos à quibus aliquam injuriam pertulerunt, etiam pro minimis delictis impatienter inſectantur: eos verò quos diligunt, non ſolùm non reprehendunt (quamvis graviter deliquerint) ſed etiam tota virtute defendunt.

23. O infelix amicitia! quæ illum quem diligit, tacendo & defendendo diabolo tradit: illum verò cui iratus eſt, reprehendendo à diabolo abſtrahit.

24. Correptio ergo illa juſta eſt, quæ ex zelo Dei & amore fraterno deſcendit, quæ non propter iram vindicandam, ſed propter animam proximi ſalvandam profertur. *Super Apocal. cap. 2. in princ. col. 3023. C. D. tom. 5.*

25. Peccatum omnis quod cognitum non arguitur, multos contaminat, imò omnes qui norunt, & non devitant, aut cùm poſſint arguere, diſſimulant; non enim ſibi videtur peccare, quando à nullo corripitur, aut vitatur. *Sup. 1. ad Cor. cap. 5. in illud, Modicum fermentum &c. col. 1895. A. tom. 5.*

S. ANTONIN. 26. Pater qui parcit virgæ, odit filium ſuum: qui autem diligit, inſtanter erudit. *Parte 4. tit. 3. cap. 7. §. 9. in medio, folio 31. col. 4.*

S. ANTONIUS DE PADUA. 27. Verè peccans, alteriùs peccatum caſtigare non valet. *Serm. Dom. 4. poſt Trinit. ante finem, fol. 194. pagina 1.*

S. AUGUST. 28. Nihil nocendi cupiditate fiat, ſed omnia conſulendi charitate; & nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. *Profec.*

29. Ita formidetur ultio cognitoris, ut nec interceſſoris religio contemnatur; quia & plectendo & ignoſcendo hoc ſolùm benè agitur, ut vita hominum corrigatur.

30. Si tanta eſt perverſitas & impietas, ut ei corrigendæ nec diſciplina poſſit prodeſſe nec venia, à bonis tamen intentione atque conſcientia (quam Deus cernit) ſive ſeveritate, ſive lenitate, non niſi officio dilectionis impleatur. *Ep. 54. ad Macedonium, longè poſt med. pag. 160. D. tom. 2.*

31. Moleſtus eſt medicus furenti phrenetico, & pater

diſciplinato filio, ille ligando, ille cædendo, ſed ambo diligendo: ſi autem illos negligant, & perire permittant, iſta potiùs manſuetudo falſa crudelitas eſt. *Ep. 50. ad Bonifac. longè poſt init. pag. 136. C. tom. 2.*

S. AUGUSTINUS

32. In corripiendo filio quamlibet aſperè, nunquàm profectò amor paternus amittitur: fit tamen quod nolit & doleat, qui etiam invitus videtur dolore ſanandus. *Ep. 5. ad Marcellin. poſt med. pag. 15. A. tom. 2.*

33. Imple Chriſtiane judex pii patris officium; ſic ſuccenſe iniquitati, ut conſulere humanitati memineris. *Proſec.*

34. Nec in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciſcendi libidinem, ſed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem. *Ep. 159. ad Marcellin. ante med. pag. 464. C. tom. 2.*

35. Plerumque neceſſe eſt, exerceatur acriùs inquiſitio, ut manifeſtato ſcelere, ſit ubi appareat manſuetudo. *Ibidem.*

36. Quis facilè invenitur, qui velit reprehendi? & ubi eſt ille ſapiens, de quo dictum eſt: Corripe ſapientem, & amabit te? nunquid tamen ideò non debemus reprehendere, corripere fratrem, ne ſecurus tendat ad mortem? *Ep. 87. ad Felicitatem & Ruſticum. in med. pag. 255. B. tom. 2.*

37. Si ille qui corripit reddere vult malum pro malo ei, qui corripienti indignatur, non fuit dignus qui corriperet, ſed dignus planè qui etiam ipſe corripi deberet. *Ibidem, prope fin. pag. 255. B.*

38. Non omnis qui parcit amicus eſt, nec omnis qui verberat inimicus: meliora ſunt vulnera amici, quàm voluntaria oſcula inimici. *Ep. 48. ad Vincentium. poſt init. pag. 108. D. tom. 2.*

39. Melius eſt cum ſeveritate diligere, quàm cum lenitate decipere. *Ibidem.*

40. Quidquid facit vera & legitima mater, etiamſi aſperum amarumque ſentiatur, non malum pro malo reddit, ſed bonum diſciplinæ expellendo malum iniquitatis apponit, non odio nocendi, ſed dilectione ſanandi. *Ibidem.*

41. Qui trucidat, non conſiderat quemadmodùm laniet; qui autem curat, conſiderat quemadmodùm ſecet: ille enim perſequitur ſanitatem, iſte putredinem. *Ibidem, pag. 110. C.*

42. Mallem me reprehendi à reprehenſore falſitatis, quàm ab ejus laudatore laudari. *Lib. 1. de Trin. cap. 3. in fine, pag. 171. B. tom. 3.*

43. Magis optabo à quolibet reprehendi, quàm ab adulante laudari. *Libro 2. poſt medium proœmii. pag. 184. D.*

44. Nullus reprehenſor formidandus eſt amatori veritatis. *Ibidem.*

45. Aut inimicus reprehenſurus eſt, aut amicus: ſi ergo inimicus, ferendus eſt; ſi amicus, audiendus. *Ibidem.*

46. Reprehendat ſe in minimis, qui meminit ſe deliquiſſe in maximis. *De ſpiritu & anima. cap. 57. in princ. pag. 637. A. tom. 3.*

47. Ne arguendo vindicare te velis, ſed potiùs conſulere illi, quem arguis. *Lib. 3. ſup. Levit. quæſt. 70. in fin. pag. 158. C. tom. 4.*

48. Patientia probanda eſt, cùm neceſſe erit arguere quem diligis. *De Amicitia, cap. 22. in princ. pag. 780. D. tom. 4.*

49. Non ſolùm arguendi ſunt amici, ſed, ſi opus fuerit, objurgandi. *Ibidem, cap. 27. in princ. pag. 782. littera C.*

50. Maximè hi facilè reprehendunt, qui magis amant vituperare & damnare, quàm emendare atque corrigere: quod vitium vel ſuperbiæ eſt, vel invidentiæ. *Lib. 2. de ſerm. Dom. in monte poſt med. pag. 826. C. tom. 4.*

51. Piè cautéque vigilandum eſt, ut cùm aliquem reprehendere vel objurgare nos neceſſitas coëgerit: primùm cogitemus, utrum tale ſit vitium, quod nunquàm habuimus, vel quo jàm caruimus: & ſi nunquàm habuimus, cogitemus & nos homines eſſe, & habere potuiſſe. Si verò habuimus, & jàm non habemus, tangat memoriam communis fragilitas, ut illam reprehenſionem aut objurgationem, non odium, ſed miſericordia præcedat. *Ibidem.*

52. Raro & in magna neceſſitate objurgationes adhibendæ ſunt; ita tamen ut etiam in his ipſis, non nobis, ſed Domino ſerviamus, inſtemus. *Ibidem, &c. littera D.* S. AUGUSTIN.

53. Poteſt eſſe dilectio in vindicante; quod unuſquiſque in filio ſuo probat, cùm eum in mores peſſimos defluentem, ſeveriſſima correptione conſtringit; & tantò magis, quantò magis eum diligit, atque hoc modo corrigi poſſe arbitratur. *Contra Adimantum. cap. 17. ante med. pag. 137. B. tom. 6.*

54. Non poteſt eſſe ſalubris multis correptio, niſi cùm ille corripitur, qui non habet ſociam multitudinem. *Lib. 3. contra Epiſt. Parmeniani. cap. 2. poſt med. pag. 40. D. tom. 7.*

55. Sicut eſt plerumque crudelis fallax adulatio, ſic ſemper miſericors juſta correptio. *Lib. 2. contra Ep. Petiliani, cap. 67. in princ. pag. 86. D. tom. 7.*

56. Malim me miſericordi objurgatione ſanari, quàm blanda adulatione decipi atque pe[r]verti. *Ibidem, cap. 103. in fine, pag. 107. A.*

57. Non eſt malum correptionis pœna, cùm ſit malum culpa: neque enim ferrum eſt inimici vulnerantis, ſed medici ſecantis. *Ibid. lib. 3. cap. 4. ante med. pag. 113. A.*

58. Quicunque Dei præcepta jàm tibi nota non facis, & corripi non vis, etiam proptereà corripiendus es, quia corripi non vis. *De correptione & gratia. cap. 5. in princ. pag. 905. A. tom. 7.*

59. Hæc eſt correptionis utilitas, quæ nunc major, nunc minor pro peccatorum diverſitate ſalubriter adhibetur: & tunc eſt ſalubris, quando ſupernus medicus reſpicit. *Ibidem, ante med. pag 905. B.*

60. Corripiantur à præpoſitis ſuis ſubditi fratres, correptionibus de charitate venientibus, pro culparum diverſitate diverſis, vel minoribus, vel amplioribus. *Ib. cap. 15. in princ. pag. 920. C.*

61. Omnibus ne pereant, vel ne alios perdant, adhibenda eſt à vobis medicinaliter ſevera correptio. *Proſecutio.*

62. Si timore non corripimus, ne aliquis indè pereat, cur non etiam timore corripimus, ne aliquis indè plus pereat? *Ibidem, cap. 16. in principio, pagina 921. littera A.*

63. Ille juſtus reprehenſor, qui non habet quod in illo reprehendatur. *Sup. Pſ. 50. ante med. verſ. 5. pag 334. C. tom. 8.*

64. Melius eſt erudiri in virga patris, quàm in blandimento perire prædonis. *Super Pſalm 88. Concion. 2. ferè in principio, verſ. 34. pagina 636. lit. C. tom. 8.*

65. Illos qui pertinent ad gubernationem tuam, vindica, coërce cum dilectione, cum charitate, attendens ſalutem æternam, ne cùm parcis carni, anima pereat. *Proſec.*

66. Servum tuum ſi malè viventem videris, pœna aliqua, aut verberibus refrænabis, ſed animo dilectionis fac, non animo ultionis. *Sup. Pſalm. 102. poſt med. verſ. 6. pag. 801. B.*

67. Ecce neſcio quis peccavit, graviter peccavit, increpandus eſt; ſed qui, ne perdat quod ſectatur, tacet, non corripit, mercenarius eſt. *Proſec.*

68. Tu taces, non increpas, ô mercenarie, lupum venientem vidiſti, & fugiſti: fugiſti, quia tacuiſti; tacuiſti quia timuiſti. Fuga animi, timor eſt: corpore ſtetiſti, ſpiritu fugiſti. *Tract 46. ſup. Evang Joan de cap. 10. prope fin. pag. 233. A. tom. 9.*

S. AUGUSTIN. 69. Ferveat charitas ad corripiendum, ad emendandum: ſi ſunt boni morea, delectent: ſi ſum mali, emendentur, corrigantur. *Profec.*

70. Si ſævis aliqnando propter correctionem dilectionis, propterea de columba demonſtrata eſt charitas. Fel columba non habet, tamen roſtro & pennis pro nido pngnat, ſine amaritudine ſævit.

71. Seductor ut vendat, cum amaritudine blanditur: Pater ut corrigat, ſine felle caſtigat.

72. Quia eſt Pater, qui non corripit filium ſnum? quis eſt cui non det diſciplinam Pater? & tamen ſævire videtur; amor ſævit, charitas ſævit, ſævit more columbino, non corvino. *Tract. 7. ſuper Epiſt. Ioan. de cap. 4. prope finem, pagina* 428. *littera D. tom. 9.*

73. Ecce odium blanditur, charitas litigat. Noli attendere verba blandientis; venam inſpice, radicem undè procedat, quære: ille blanditur ut decipiat, iſte litigat ut corrigat. *Ibidem, tractatu* 10. *de cap. 5. poſt med. pag.* 444. C.

74. Non eſt iniquitatis, ſed potiùs humanitatis ſocietate devinctus, qui propterea eſt criminis perſecutor ut ſit hominis liberator. *Ep.* 54. *ad Macedon. poſt init. pag.*155. *B. tom.* 2.

75. Peccatum fratris non debet occultari, ſed corripi, ne deteriùs putreſcat in corde. *Regula* 3. *circa med. pag.* 593. *B. tom.* 1.

76. Si ea in me reprehenderis, qnæ reprehendenda non ſunt, te lædis magis quàm me. *Epiſt.* 5. *ad Hieron. ante medium, pag.* 40. *C. tom.* 2.

77. Qui emendat verbere, in quem poteſtas datur, vel coërcet aliqua diſciplina, miſericordiam præſtat. *In Enchyrid. cap.* 72. *in medio, pagina* 125. *littera B. tom.* 3.

78. Si propterea quiſqnia objurgandis & corripiendis malè agentibus parcit, quia opportunius tempus inquirit, vel ipſis correptionibus metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitam & piam erudiendoa impediant infirmos alios, & premant atque avertant à fide, non videtur eſſe cupiditatis occaſio, ſed conſilium charitatis. *Lib.* 1. *de Civit. Dei, cap.* 9. *ante med. pag.* 8 *C. tom.* 5.

79. Qui cùm dilectione corripit, non cum odio, pleniſſimum officium, non ſolùm caſtiſſimæ innocentiæ, ſed etiam diligentiſſimæ ſeveritatia implevit. *Lib.* 2. *contra Epiſt. Parmeniani, cap.*21. *in fine pag.*33. *B. tom.* 7.

80. Correptionem ſtudio ſanandi, non odio perimendi eſſe faciendam, nemo dubitat. *Profec.*

81. Adhibendus eſt modus, temporaque ſervanda, ne pax Eccleſiæ violetur, in qua maximè tritico parcendum eſt, ne ſimul cum zizaniis eradicetur.

82. Hoc qui diligenter cogitat, nec in conſervatione unitatis negligit diſciplinæ ſeveritatem, nec immoderatione coërcitionis diſrumpit vinculum ſocietatis.

83. Qui ergo præeſt fratribus, ſic agat humili charitate, ac benigna ſeveritate, ut eorum ſe ſervum eſſe meminerit, ſicut ſeſe habent ipſius Domini & præceptum & exemplum. *Ibidem, lib.* 3. *cap.* 2. *poſt med. pag.* 41. *littera B.*

84. Si nulla calamitas tribulationis premat, cùm facultas datur, utiliter corripitur in multitudine multitudo. *Ibid. ante fin. pag.* 42. *C.*

85. Neſcientes quis pertineat ad prædeſtinatorum numerum, quis non pertineat, ſic affici debemus charitatia affectu ut omnes velimus ſalvos fieri. *De correptione & gratia. cap.* 15. *paulo poſt init. pagina* 920. *C. tom.* 7.

86. Tua patientia alterius mors eſt: quantò melius eſt ſi iraſceris & corripia, quàm non iraſcendo interire permittis? *Ser.* 16. *de verbis Dom. in princ. pag.*45. *lit. B. tom.* 10.

87. Debemus amando corripere, non nocendi aviditate, ſed ſtudio corrigendi. *Ibidem, poſt initium, pag.* 46. *lit. C.*

88. Si neglexeris corripere, pejor es illo: tu eum vides perire & negligis? *Ibidem, ante medium, pag.* 46. *littera D.* S. AUGUSTIN.

89. Corripe inter te & ipſum ſolum, intuens correctionem, parcens pudori. *Profec.*

90. Fortè enim præ verecundia incipit defendere peccatum ſuum, & quem vis correctiorem, facis pejorem. *Ibidem, ante medium. pagina* 46. *littera D. &* 47. *littera A.*

91. Ipſa corripienda ſunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus: ipſa verò corripienda ſunt ſecretiùs, quæ peccantur ſecretius. *Ibidem, poſt med. pag.* 48. *littera C.*

92. Corrige te, & tunc poteris fratrem corripere: leviora objicis, graviora committis; ſi leviora objicis quàm facis, fratrem odiſti. *Hom.* 5. *de* 50. *homil. poſt medium, pagina* 87. *B. tom.* 10.

93. Cura primo teipſum, ut curatus alterius vulnera curare poſſis. *Profec.*

94. Qua fronte poterimus arguere alios, de eo quod in nobis gravius invenimus? *Serm.* 14. *ad fratres in Eremo. ante med. pag.* 928. *D. tom.* 10.

95. Charitas non odii, non rancoris, ſed zelo juſtitiæ gladium correptionis evaginare debet. *Ibidem.*

96. Si peccatum in ſecreto eſt, in ſecreto corripe: ſi peccatum publicum eſt & apertum publicè corripe, ut ille emendetur, & cæteri videant. *Ser.* 15. *de verb. Dom. in fine, pag.* 45. *A.*

97. Quare illum corripia? quia tu dolea quòd peccaverit in te. Abſit: ſi amore tui id facis, nihil facia: ſi amore illius facis, optimè facis. *Ser.* 16. *de verbis Dom. poſt init. in illud, Si peccaverit in te frater tuus, &c. pag.* 46. *C. tom.* 10.

98. Si ſolus noſti quia peccavit in te frater tuus, & eum vis coram omnibua arguere, non es correptor, ſed proditor. *Ibidem, poſt medium, pagina* 48. *littera C.*

S. BASILIUS MAGNUS. 99. Si animæ medela eſt increpatio, non cujuſvis eſt increpare, ſicut neque mederi. *Quæſt.* 53. *quæſtion. diffuſè explicatar. in fine pag.* 549. *tom.* 3.

V. BEDA, 100. Cum dolore abſcindenda ſunt, quæ leviter ſanari non poſſunt. *Tom.* 2. *in ſuis Proverb. verbo Cum. pagina* 187.

S. BERNARD. 101. Non eris amore dignus, qui dignus caſtigatione cenſeris. *Serm.* 42. *ſup. Cant. ante med. folio* 168. *columna* 4. *littera K.*

102. Blanda pietate ſunt portandi, qui pro ſua infirmitate non poſſunt increpari. *Volum.* 2. *ſerm.* 18. *ad Sororem. in princ. folio* 85. *col.* 4. *M.*

103. Quàm multos quotidiè experimur piis impugnationibus ad meliora proficere, pervehi ad altiora. *Ser.* 30. *ſup. Can in princ. fol.* 159. *col.* 2. *E.*

104. Mira perverſitas! medicanti iraſcitur, qui non iraſcitur ſagittanti. *Ibidem, ſerm.* 45. *in princ. fol.* 168. *col.* 3. *I.*

105. Præſumptionem correptio, correptionem emendatio, emendationem remuneratio ſequi debet. *Ibidem, ſerm.* 45. *in principio, folio* 170. *columna* 3. *littera H.*

106. Juſtus corripit in miſericordia, peccator adulatur in impietate: ille ut curet, iſte ut occultet quod erat curandum. *Epiſt.* 78. *circa medium, folio* 226. *col.* 2. *lit. E.*

107. Juſtus ubi corripit, vinum infundit, oleum cùm blanditur: vinum abſque odio, oleum ſine dolo. *Ibidem.*

108, Malum quod nemo videt, nullus reprehendit; & ubi non rimatur reprehenſor, ſecurus accedit tentator, & faciliùs perpetratur iniquitas. *Lib. Meditat. cap.* 14. *poſt medium, fol.* 325. *columna* 2. *littera E.*

S. Bernard. & S. Prosper.

109. Leniter caſtigatus exhibet reverentiam caſtiganti ; qui verò crudeliter caſtigatur, vel increpatur, nec increpationem ſuſcipit, nec ſalutem. *Serm. 18. ad Sororem. in princip. fol. 85. columna 4. M. & S. Proſper. lib. 2. de vita contempl. cap. 5.*

S. Bernard.

110. Nemo vitia palpet, peccata diſſimulet nemo, cùm viderit ordinem deperire, & minui diſciplinam. *Serm. in Nativ. B. Joan. Bapt. poſt med. folio 47. col. 4. littera K.*

111. Inhumanè eorum redarguis opera, quorum onera refugis. *Serm. 12. ſuper Cant. poſt medium, folio 142. col. 2. E.*

112. Si interdùm ſeveritate opus eſt, paterna ſit, non tyrannica, matres fovendo, patres corripiendo exhibeatis. *Ibidem, ſerm. 23. poſt initium, folio 151. col. 2. littera E.*

113. Non eſt contemnenda increpatio juſti, quæ ruina peccati, & cordis ſanitas eſt. *Ibidem, ſerm. 57. circa med. fol. 179. col. 3. I.*

114. Habeat charitas zelum, ſed adhibeat pro tempore modum. *Ep. 25. ad Hugonem Rhotomag. Archiep. in fine, fol. 213. col. 1. B.*

115. Qui ſecretò admonitus de peccato, corrigi negligit, publicè eſt corripiendus : ut vulnus quod occultè ſanari nequit, manifeſtè debeat emendari. *Ser. 18. ad Sororem, ante medium, fol. 85. columna 4. littera L. volum. 2.*

S. Bernard. & S. Greg. Mag.

116. Palàm ſunt arguendi, qui palàm nocent ; ut dùm aperta objurgatione ſanantur, hi qui eos imitando deliquerunt, corrigantur : ut dùm unus corripitur, cæteri emendentur. *Ibidem. & S. Greg. Magn. lib. 12 in regiſtro, cap. 31. Ep. 31. ſub fin.*

S. Bernardin

117. Cavendum eſt ſuperiori, ne ſub clementiæ pallio inertiam induat lenitatis. *Serm. 20. art. 2. cap. 4. tom. 1.*

S. Bonavent.

118. Si injuriam pateris & taces, & proximum non corripis, plus peccas negligendo, quàm ille affligendo. *Super cap. 6. Lucæ, poſt med. in illud, Qui te percutit in maxillam, &c. pag. 74. col. 1. tom. 2.*

119. Sanctus Franciſcus neſciebat aliorum culpas palpare, ſed pungere ; nec vitam fovere peccantium, ſed aſpera increpatione ferire. *In legenda S. Franciſci, cap. 12. à medio, pagina 294. columna 2. littera A. tom. 7.*

S. Calixtus Pap. & Mart.

120. Juſtum eſt, ut qui divina contemnunt mandata, ſeverioribus corrigantur vindictis : quatenùs cæteri talia committere timeant, & ſumant ſeveritatis atque bonitatis exemplum. *Et habetur in decretis Gratiani, parte 2. cauſa 23. quæſt. 3. can. Juſtum, &c. folio 293. columna 1.*

Clemens Alex.

121. Benevolentiæ, non odii ſignum, reprehendere. *Libr. 1. Pædagogi, cap. 8. ante med. folio 24. pag. 2. lit. F.*

122. Caſtigatio eſt bono & utilitati ejus, qui caſtigatur. *Ibidem, poſt med. fol. 25. pag. 1. C.*

S. Cyprianus.

123. Deus, quem corripit, diligit : quando corripit, ad hoc corripit ut emendet, ad hoc emendat ut ſervet. *Epiſt. 8. ad Clerum. cap. 2. in princ. pag. 20. col. 1. tom. 1.*

Dionysius Carthus.

124. Verus dilector, ejus quem diligit vitia diſſimulare non valet, ſed corripit, ſi tamen habeatur correctionis fiducia. *Super Ep. ad Coloſſ. in princip. procemii. fol. 90. F.*

125. Fructuoſiſſimum ac ſaluberrimum eſt in præſenti paternè caſtigari, ac corripi, dummodo patienter feratur. *Profec.*

126. Nonne inſipientiæ & nimiæ imperfectionis, immò inſaniæ eſt indicium, non velle correptiones libenter ſufferre, ſed ſtatim iraſci, indignari, turbari, dejici? *Sup. Ep. B. Iacobi. cap. 1. art. 1. ante med. folio 1. littera G.*

127. Miſeri ſunt, & miſeri vehementer, qui corripi dedignantur. *Super Ep. 1. B. Petri, cap. 3. art. 7. fol. 29. F.*

S. Franciscus Assisias.

128. Beatus ſervus, qui benignè reprehenſus, acquieſcit, verecundè obtemperat, humiliter confitetur, & libenter ſatisfacit. *In Admonit. ſuis ad fratres. cap. 22. pag. 79. tom. 1.*

S. Fulgent.

129. Sic vigilet in ore correptio, ut in corde non dormiat oratio. *Serm. 4. de S. Stephano, poſt med. apud Bibl. Patrum, tom. 6. part. 1. pagina 145. columna 1. C. edit. Colonienſis 1618.*

Gillebertus Anglus.

130. Irreprehenſibiles eſſe oportet, qui aliorum exceſſus debent corripere. *Serm. 23. ſuper Cant. ante fin. Et habetur inter opera D. Bernardi, volum. 2. folio 20. columna 2. D.*

Glossa ord.

131. Deus arguit ut ſervet, non ut perimat. *Super Iob. cap. 5. in illud, Beatus qui corripitur à Domino. col. 84. E. tom. 3.*

132. Cavendum ne tempore luctus increpatio fiat, quia etſi rectè quidam debent increpari, non tamen in afflictione, ne qui linire debet, dolorem augeat. *Ibid. cap. 16. in princ. col. 183. B.*

133. Non eſt timendum ne tibi deriſor, cùm arguitur, contumelias inſerat : ſed hoc potiùs providendum ne tractus ad odium indè fiat pejor. *Profec.* Ideò tibi aliquoties ab ejus correptione, non tuæ timiditatis, ſed dilectionis ejus gratia ceſſandum eſt. *Super Prov. cap. 9. in illud, Noli arguere, &c. col. 141. A. tom. 3.*

134. Qui verba increpantis humiliter ſuſcipit, jàm propinquat veniæ reatus, quem geſſit : qui arguenti autem reſultat, contra ſe iram judicis provocat. *Ibid. cap. 15. in princ. col. 165. C.*

135. Qui peccantem vult ſanare, vitium debet arguere, & depellere ; ſed hominem amando refovere, donec ſanatum ſpiritualibus reddat patribus Eccleſiæ. *Super Lucam. cap. 9. columna 829 littera C. tom 5.*

136. Ita peccat, qui peccantem videns, tacet, ſicut qui pœnitenti non indulget. *Super Luc. cap. 17. col. 926. D. tom. 5.*

137. Manſuetè admonete, qui enim pravo eſt animo, fit aſperior, ſi objurgetur. *Super 1. ad Theſſalon. cap. 5. in illud, Corripite inquietos. E. col. 660. tom. 6.*

138. Cùm quis apoſtatas arguit, & damnabiles oſtendit, in timore debet arguere, ne fortè ſibi ſuiſque aliquid tale contingat. *Profec.*

139. Qui de incendio vitiorum, alium caſtigans eripit, timeat ne & ipſe tentetur.

140. Qui pœnitenti proximo miſeretur, circumſpiciat ne fortè plus juſto, vel ſeverus exiſtat, vel pius. *Sup. Ep. Iudæ col. 1444. E. tom. 6.*

Glos. Int.

141. Miſericorditer corripis, qui flagellas omnem filium, quem recipis. *Super Tobiam. cap. 3. col. 1513. B. tom. 2.*

142. Qui parcit virgis, odit puerum. *Sup. Proverb. cap. 23. col. 1704. E. tom. 3.*

Gratianus.

143. Si aliquis lapſus quoquomodo fuerit, & portemus eum, & fraterno corripiſmus affectu. *In decret. parte 1. diſt. 50. can. Ponderet. §. Sed. folio 55. col. 2. editionis Lugdunenſis 1540.*

S. Greg. Magn.

144. Magna eſt ſervorum Dei in reprehendendis vitiis, ſine perſonarum acceptione authoritas. *Libro 7. Moralium, cap. 15. in titulo. num. 22. columna 234. A. tom. 1.*

145. Magna arte agendum eſt, ut qui ex aperta correptione deteriores fiunt, quodam temperamento correptionis ad ſalutem redeant. *Lib. 13. Moral. cap. 3. ante fin. col. 432. D. tom. 1.*

146. Dùm per correptionis vocem culpa detegitur, præſentis gloriæ opinio fœdatur. *Lib. 10. Moral. cap. 3. ante med. col. 344. D. tom. 1.*

147. Fit plerumque ut cum iniqui correpti in ſe mala defendere conantur, ex verecundia pejores fiant, & ſic in ſua defenſione ſuperbiunt, ut quædam vitia contra vitam corripientis exquirant, qui cùm vera invenire nequeunt, fingunt. *Ibidem, &c. ſuper illud, Prov. 9. Dore juſtum, &c.*

S. GREGOR. MAGNUS. 148. Si fortaſsè ſint, qui aſperitate correptionis indigent, tunc eis dura correpoo adınovenda eſt, cùm, Dei manus ceſſat à verbere: cùm verò ſuperna flagellà inſunt, non jàm correptio, ſed conſolaöo debetur. *Lib.* 14. *Moral. cap.* 24. *in medio, num.* 25. *col.* 477. *D. tom.* 1.

149. Cùm correptio immoderatè accenditur, corda delinquentium in deſperatione deprimuntur. *Prof.*

150. Correpti mens repentè ad odium proruit, ſi haoc immoderata increpatio plus quàm debet, addicit. *Part.* 2. *Paſtoralis. cap.* 10. *circa fin. col.* 1255. *D.* & 1256. *B. tom.* 1.

151. Peccata, quæ feriri gehennæ ignibus poſſunt, diſciplinæ verbere ſunt corrigenda. *Hom.* 19. *ſup. Ezech. ante med. columna* 265. *C.*

152. Pravorum audacia correptionis debet aculeos magis, quàm defenſionis invenire ſolatium. *Prof.*

153 Nam ſatis grave eſt, ut illic habere pravam contingat actionem refugium, undè diſciplinæ debet prodire cenſura. *Lib.* 4. *in Regiſtro. Indict* 13. *cap.* 62. *Epiſt.* 18. *ad Romanum in princ. columna* 783. *littera C. tom.* 2.

154. In correptione hunc eſſe ordinem noveris obſervandum, ut perſonas diligas, & vitia perſequaris, ne ſi aliter agere fortaſsè volueris, tranſeat in crudelitatem correptio, & perdas quos emendare deſideras. *Prof.*

155. Sic vulnus debes abſcindere, ut non poſſis ulcerare quod ſanum eſt, ne ſi plus quàm res exigit, ferrum impreſſeris, noceas cui prodeſſe feſtinas. *Ibidem lib.* 9. *cap.* 8. *Ep.* 8. *ad Bonum Abbatem Monaſterii Lirmenſis. in medio indict.* 3. *col.* 1045. *lit. D.*

156. Manifeſta peccata non ſunt occulta correctione purganda, ſed palàm ſunt arguenda. *Ibid. lib.* 12. *indict.* 7. *cap.* 31. *Ep.* 31. *ad Felicem Epiſc. Siciliæ longè ante finem. col.* 1183. *lit B. tom.* 2.

157. Ordo ſummæ ratioois eſt, ut qui bona agere non curat, mala in aliis nequaquàm reprehendat. *Lib.* 5. *in* 1. *Reg. cap.* 2. *poſt initium, columna* 1491. *lit. D. tom.* 2.

158. Graves culpæ in omnibus æqua aſperitate inſequendæ non ſunt; quia vulnera corporum pro ipſorum corporum natura & robore vigorem exigunt medicinæ. *Profec.*

159. Plerumque enim Prælati cùm culpas puniunt, plus juſto infervescunt; & dùm vindictam metiuntur; nec vulnerum qualitatem, nec perſonarum delinquentium vigorem reſpiciunt. *Ibidem cap.* 4. *poſt med. col.* 1549. *lit. C.*

160. Clavis apertionis, ſermo correptionis eſt. *Part.* 2. *Paſtor. cap.* 4. *ante med. col.* 1240. *D. tom.* 1. *Et lib.* 1. *in Regiſtro Indict.* 9. *cap.* 24. *Ep.* 24. *ad Joan. Epiſc. Conſtantinop. ante medium, columna* 652. *littera D. tom.* 2.

161. Cùm increpare delinquentes noluerit, eos proculdubiò tacendo paſtor occidit. *Lib.* 1. *in Regiſtro Indict.* 9. *cap.* 33. *Ep.* 33. *ad Venantium cancellarium Italiæ ante med. col.* 661. *B. tom* 2.

162. Quando mala, quæ pœnitentiæ fletu purganda ſunt, augentur exceſſibus, major tunc delinquentibus eſt adhibenda correptio. *Ibid. lib.* 19. *Indict.* 5. *cap.* 35. *Epiſt.* 35. *ad Joan. Epiſc. in princ. columna* 1115. *lit. B. tom.* 2.

163. Furentem qui per invectionem corripit, quaſi (ei qui non ſentiat) ebrio plagas imponit. *Lib.* 30. *Moralium cap.* 7. *poſt medium, columna* 1013. *littera A. tom.* 1.

164. Qui ſemper increpare appetunt, & numquàm fovere, multa plerúmque increpando mentiuntur. *Ibid. lib.* 23. *cap.* 10 *poſt med. num.* 17. *col.* 780. *lit. D. tom.* 1.

165. Si ab increpatione idcircò reticemus, quia contra nos inſurgere deriſoris odia formidamus, non jàm lucra Dei, ſed noſtra quærimus. *Lib.* 20. *Moral. cap.* 17. *circa fin. col.* 690. *D.*

166. Quiſque perpendere ſolicitè ſciat, ne luctus tempore verba increpationis inferat. *Lib.* 13. *Moral. cap.* 2. *poſt medium, num.* 2. *columna* 431. *littera B. tom.* 1. S. GREG. MAG.

167. Homines cùm per diſciplioam alios feriunt, ſic alienam infirmitatem debent percutere, ut etiam ad ſuam noverint oculos revocare. *Lib.* 14. *Moral. cap.* 24. *ante medium, num.* 25. *columna* 476. *lit. D. tom.* 1.

168. Si tranſeat in crudelitatem correptio, perdes quos emendare deſideras. *Lib.* 9. *in Regiſtro Indict.* 4. *cap.* 8. *Ep.* 8. *ad Bonum Abbat. in medio, col.* 1045. *lit. D. tom.* 2.

169. Ferrum de manubrio proſilit, cùm de correptione ſermo durior excedit. *Prof.*

170. Securis manu fugit, cùm ſeſe increpatio, plus quàm neceſſe eſt, in aſpiratam pertrahit. *Lib.* 10 *Moral. cap.* 5. *poſt med. num.* 9. *col.* 350. *E. Et in Paſtorali part.* 2. *cap.* 10. *ſub fin.* 1256. *B.*

171. Dignum eſt ut ſancta mens, ſpiritali correptione comprimat quidquid apud ſe carnale inſolenter immurmurat. *Lib.* 3. *Moral. cap.* 19. *in princ. num.* 24. *col.* 89. *B. tom.* 1.

172. Nihil eſt iniquius, quàm pro correptione injurias reſpondere. *Sup.* 7. *Pſal. pœnit. in Pſ.* 3. *verſ.* 20. *col.* 563. *lit. D. tom.* 2.

173. Sic culpam tuam inſequor, ut te diligam: ſic perſonam diligo, ut culpæ vitium non amplectar. *Lib.* 1. *in Regiſtro Indict.* 9. *cap.* 33. *Epiſt.* 33. *ad Venantium cancellarium in fine, col.* 662. *D. tom.* 2.

174. Paulus dicit, Seniorem ne increpaveris; ſed hæc ejus regula tunc obſervanda eſt, cùm culpa ſenioris exemplo ſuo non trahit ad interitum corda juniorum. *Profec.*

175. Ubi autem Senior juvenibus exemplum ad interitum præbet, ibi diſtricta increpatione feriendus eſt. *Ibid. lib.* 7. *Indict.* 5. *cap.* 1. *Ep.* 1. *ad Lanuarium. Epiſc. Caralitanum, in princ. col.* 922. *C.*

176. Sicut laudabile diſcretumque eſt, reverentiam & hooorem debitum exhibere Prioribus: ita rectitudinis & Dei timoris eſt, ſi qui inter eos correptione iodigent, nulla diſſimulaöone poſtponere, ne totum (quod abſit) corpus incipiat morbus invadere, ſi languor non fuerit curatus in capite *Ibidem lib.* 10. *Indict.* 5. *cap.* 37. *Epiſt.* 37. *in principio, columna* 1113. *lit. D.*

177. Ubi canonicam diſtrictionem, culparum contra ſe qualitas excitat, poſtponere quæ corrigenda ſunt non debemus: ne diſſimulatione dare vires pravis actibus, quos falce nos diſciplinæ reſecare convenit, videamur. *Ibid. lib.* 11. *Indict.* 6. *cap.* 52. *Ep.* 52. *ad Ioannem defenſorem in princ. col.* 1152. *D.*

178. Correptio ſæpiùs in bonum cedit afflictis. *Orat.* 2. *in Julianum imperat. poſt. med. pag.* 381. S. GREG NAZ.

179. Multò magis optandum eſt ſapientis unius objurgationem excipere, quàm totius chori improborum & miſerorum hominum laudantium auditorem fieri. *Sup. Eccleſiaſten. cap.* 17. *ante med. apud Bibliothecam Patrum, tom.* 3. *pagina* 53. *columna* 2. *littera F. edit. Colonienſis* 1618. S. GREG. TAUM.

180. Corripiendus eſt frater ſeorsùm, ne ſi ſemel pudorem ac verecundiam amiſerit, remaneat in peccato. *Lib.* 3. *ſup. Matth. cap.* 18. *in illud, Si peccaverit in te frater tuus, &c. pagina* 54. *columna* 2. *littera D. tom.* 9. S. HIERONYM.

181. Non erudit pater, niſi quem amat: non corripit magiſter diſcipulum, niſi eum quem ardentoris cernit ingenii. *Tom.* 1. *Epiſt.* 33. *ad Caſtrutium poſt med. pag.* 205. *lit. A.*

182. Felix eſt, qui vapulat, ubi amoris eſt plaga. *Tom.* 4 *Epiſt.* 6. *ad Amicum. ante med. pagina* 38. *lit. D.*

S. HIERONYM. 183. Grande peccatum eſt, odiſſe corripientem; maximè ſi te non odio, ſed amore corripiat. *In Regula Monachor. cap. 19. circa med. pagina 286. littera D. tom. 4.*

184. Omnia correptio proficit ad ſalutem, quæ ad præſens videtur eſſe triſtitiæ, & poſteà fructus affert pacificos. *Lib. 6. ſup. Hierem. cap. 31. in illud, Caſtigaſti me, & eruditus ſum. pagina 342. littera C. tom. 5.*

185. Homo ad hoc punit, ut perdat: Deus ad hoc corripit, ut emendet. *Lib. 3. ſup. Oſeam. cap. 11. in illud, Quomodo dabo te Ephraim, &c. pagina 43. littera D. tom. 6.*

186. Omnia correptio ad præſens non videtur eſſe gaudii, ſed mœroria: & poſteà fructum pacificum juſtitiæ reddet his, qui per eam fuerint eruditi. *Lib. 2. ſup. Michæam, cap. 7. in illud Lucæ 10. Sint lumbi veſtri præcincti, &c. pag. 163 D. tom. 6.*

187. Riſus diſſolvit ſapientem, ira corripit & emendat. *Sup. Eccleſiaſten, cap. 7. in illud, Melior eſt ira, quam riſus. pagina 81. B. tom. 7.*

188. Melius eſt à ſapiente corripi, quàm per adulationem decipi blandientis. *Ibid.*

189. Inter cætera mandata, etiam peccantes poſſe arguere, maximæ libertatis eſt. *Proſec.*

190. Sed hoc ille poteſt facere, qui non meretur audire: Hypocrita ejice primùm trabem de oculo tuo. *Lib. 2. ſup. Epiſt. ad Epheſ. cap. 5. in illud, Magis autem arguite. pagina 232. B. tom. 9.*

191. Quomodo poteſt Præſes Eccleſiæ auferre malum de medio ejus, qui in delicto ſimili corruerit; aut qua libertate corripere peccantem, cùm tacitus ſibi ipſe reſpondeat, eadem ſe admiſiſſe quæ corripit? *Sup. Ep. ad Titum, cap. 1. in illud, Si quis eſt ſine crimine. pagina 245. D. tom. 9.*

192. Corripite fratrem ut emendetur, & nolite abſcindere ut deſperet: æger curandus eſt, non necandus. *Sup. 2. ad Theſſ. cap. 3. in illud, Corripite ut fratrem. pag. 381. C. tom. 9.*

S. HILARIUS. 193. Neceſſe eſt eſſe ſeveritatis officium peccata arguentis, & vitia corrigentis. *Sup. Pſal. 118. in illud, Bonitatem feciſti cum ſervo tuo. ante medium, fol. 61. col. 4.*

HUGO A S. VICTORE. 194. Obſtinatos velle corripere, inſipientia eſt. *De Inſtit. Novitiorum, cap. 14. prope med. pagina 26. D. tom. 2.*

195. Quos perverſos propria fecit voluntas, devotos reddit per correptionem aliena poteſtas. *Lib. 2. de clauſtro animæ cap. 15. circa med. pagina 46. littera G. tom. 2.*

196. Qui blandè caſtigatus non corrigitur, neceſſe eſt ut acriùs corrigatur. *Sup. Regulam D. Auguſtini cap. 7. circa med. pagina 11. H. tom. 2.*

197. Arguere vis peccantem fratrem tuum? Vide ſi potes; ne arguas ſine culpa: Quid eſt ſine culpa? purè, pacificè, ſine malitia, ſine ira. *Proſec.*

198. Alioquin ſi iraſceris cùm iraſcentem reprehendis, cadis in vitium quod damnas, & teſtis efficeris contra te. *Lib. 1. codicis primi Miſcellan. 153. pag. 101. F. tom. 3.*

HUGO CARD. 199. Arrogantes hoc habent proprium, cùm non poſſunt reprehendere juſtè quæ ſunt, reprehendunt mentiendo quæ non ſunt. *Sup. Iob. cap. 33. ſtatim ab initio, fol. 444. col. 1. tom. 1.*

200. Multi ex verbere, quo debeant corrigi, deteriores exiſtunt, atque duriores. *Ibidem cap. 36. fol. 445. col. 3.*

201. Meliùs corripitur homo, & correptus corrigitur in ſpiritu lenitatis. *Sup. Pſal. 89. fol. 239. col. 2. tom. 2.*

202. Omnis, qui verè juſtus eſt, ubi peccantium errata conſpicit, primò ſeipſum inſpicit, & cùm ſolicitus ſe accuſaverit, alios benignè corripit. *Proſec.*

203. Nemo enim peccatorem dignè reprehendere poteſt, qui in eadem damnatione eſt. *Sup. Prov. cap. 18. fol. 40. col. 1. tom. 3.* HUGO CARD.

204. Correptio, ſignum eſt paternæ dilectionis: amor verò abſconditus, ſignum eſt odii. *Ibid. cap. 27. Myſticè fol. 58. col. 4.*

205. Melior eſt aſpera correptio, quàm remiſſio blandientis. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 7. in illud, Melior eſt ira riſu, fol. 88. columna 4. tom. 3.*

206. Ne nimis ſeverè aut rigidè arguas peccatores, ne dùm ſanare intendis, vitam extinguas. *Ibid. &c. fol. 91. col. 1.*

207. Nullus hodiè audet arguere Prælatos de peccatis, & exactionibus eorum. *Proſ.*

208. Nullus eſt hodiè, qui audiat vel videat mala Prælatorum ad corripiendum, ſed multi ad adulandum, multi ad detrahendum. *Sup. Iſajam. cap. 42. Moraliter, fol. 96. col. 3. tom. 4.*

209. Proximus cùm peccat, corripiendus eſt triplici de cauſa.
- Prima eſt, quia frater noſter eſt.
- Secunda, quia ſi corrigitur, tuum lucrum eſt.
- Tertia, quia revelare fratrem, opus eſt miſericordiæ, ad quod quilibet tenetur. *Sup. Eccleſiaſtic. cap. 4. fol. 179. col. 2. tom. 3.*

210. Corripere fratrem præceptum eſt homini, & ad hoc non tenentur omnes ſemper, ſed pro loco & tempore, quando ſcilicet vacat, & licet, & credit, quod ſua correctio ſit utilis ei qui corripitur. *Sup. Matth. cap. 18. fol. 63. col. 1. tom. 6.*

211. In malis etiam modus correptionis ſervandus eſt, ut aſperitas ſit contra vitia, manſuetudo exhibeatur ad perſonas. *Sup. Epiſt. ad Titum. cap. 3. fol. 234. col. 4. tom. 7.*

212. Verè juſti judicis eſt benè agentem remunerare, & negligentem corripere. *Hom. 1. oper. imperf. ſup. Matth. paulò ante medium, columna 723. littera C. tom. 2.* S. JOANNES CHRYSOST.

213. Malus, quamvis correptus fuerit, ſæpè non emendatur: bonus autem, niſi correptus fuerit, perit. *Ibidem Hom. 11. ante med. col. 809. A.*

214. Sicut familia ſine flagello non regitur, ſic & populus ſine increpatione non gubernatur. *Ibid. Hom. 45. ante med. col. 1060. B.*

215. Non ille eſt bonus, qui quod malum eſt reprehendere poteſt, & bonum laudare: ſed qui reprehenſus in malo, bono animo ſuſcipit reprehenſionem. *Ibid.*

216. Omnis increpatio diſciplinæ, religioſum hominem meliorem facit: irreligioſum autem conturbat, & ad deterius ire compellit. *Proſ.*

217. Sicut enim vas figuli igne probatur, ſic bonum cor & religioſum increpatione cognoſcitur. *Ibid. ut ante lit. C.*

218. Malos qui monet, offendit: incurrit odium qui arguit crimi noſos. *Hom. 15. ex variis locis in Matth. in medio. ſup. illud 6. Non licet tibi habere uxorem fratris tui, col. 1179. B. tom. 2.*

219. Priùs corda per manſuetudinem oportet mollire, & poſteà pungere. *Proſ.*

220. Cor molliit non furor, ſed manſuetudo: iracundus auget morbum, mitis autem imminuit. *Hom. 7 ſup. Acta Apoſtolor. in principio, columna 488. littera A. tom. 3.*

221. Si volueris quempiam, qui injuſtè egit, corripere, magna cum manſuetudine illum alloquere. *Ibid. &c. lit. B.*

222. Inimicus etſi me oſculetur, inſuavis eſt: amicus etſi vulneret, amabilis. Illius oſculum ſuſpicione plenum eſt, hujus vulnus medicamenti vim habet. *Proſ.*

S. JOANNES CHRYSOST.

223. Amici ſive juſtè, ſive injuſtè arguont, non opprobrare volunt, ſed emendare: inimici autem etſi juſtè reprehendunt, non eſt ut corrigant, ſed ut exſibilent. *Hom. 9. in dictum. Apoſt. 1. Theſſ. 4. de dormientibus, &c. in principio, columna* 1102. *littera A. tom.* 3.

224. Reprehenſionem benè ferre, non vulgaris, ſed ſummæ philoſophiæ præconium & laus eſt. *Ibid.* &c. *littera B.*

225. Homines pereuntes iniquo animo ferunt ſalubria medicamenta. *Hom. 4. ſup. 1. ad Cor. paulò poſt init. col.* 345. *littera A. tom.* 4.

226. Ubi peccare fratrem vides, quemadmodùm Chriſtus juſſit, peccatum ne vulgato, ſed inter te & ipſum ſolum, non conviciando, nec pedibus jacentem conculcando, ſed dolendo, ſed lachrymando caſtiga. *Prof.*

227. Talem te præbe caſtigando, ut ipſe quoque caſtigari, ſi pecces, poſſis *Ibid. Hom.* 44. *poſt med. col.* 677. *lit. A.*

228. Cum magna fiducia increpare, ſignum amicitiæ eſt. *Hom.* 13. *ſup. 2. ad Cor. poſt init. col.* 778. *C. tom.* 4.

229. Manifeſta peccata non perſequi, viam aperit ad audenda facinora. *Hom.* 15. *ſup. 1. ad Tim. circa med. col.* 1516. *lit. C. tom.* 4.

230. Sicut bonum eſt non delinquere, ita correptionem ferre utile eſt. *Hom. 4. ſup. Ep. ad Hebr. in fine Moralis col.* 1694. *A. tom.* 4.

231. Multa lenitate opus habet qui corripit, ut qui corripitur, æquanimiter toleret ſectionem. *Ibid. Hom.* 30. *ante finem Moralis, col.* 1853. *C.*

232. Correptio & igne & ferro vehementiùs operatur, & reſilire facit eos quibus offertur. *Ibidem*, &c. *lit. D.*

233. Omnia, qui corripit, ad illius qui corripitur utilitatem tolerare debet & facere. *Ibidem*, &c. *littera D.*

234. Non inferuntur verbera, ut animum frangant, aut conterant, ſed ut corrigant. *Serm. 6. ſup. Ep. ad Philipp. ſub finem, col.* 1265. *B. tom.* 4.

S. ISIDORUS HISPALENS.

235. Non debet vitia aliena corripere, qui adhuc vitiorum contagionibus ſervit. *Prof.*

236. Improbum eſt enim arguere quemquam in alio, quod adhuc deprehendit in ſemetipſo. *Lib. 3. de ſum. bono cap. 32. ſent. 1. pagina* 678. *col.* 1.

237. Qui veraciter fraternam vult corripere ac ſanare infirmitatem, talem ſe præſtare fraternæ utilitati ſtudeat, ut eum quem corripere cupit, humili corde & ex compaſſione corripiat. *Ibid. cap. 32. ſent. 2. pagina* 678. *columna* 1.

238. Nonnunquàm accidit, ut intra amicos aliqua redargutionis enutrita diſcordia, majorem poſtea charitatem parturiat: ut dùm corriguntur ea quæ diſplicere in amico videntur; & hoc quidem primùm non ſine quadam æmulatione admonitus ſuſcipit, ſed correptus poſtmodùm gratias agit. *Ibidem cap. 32. ſent. 4. pagina* 678. *columna* 1.

239. Qui delinquentem ſuperbo vel odioſo animo corripit, non emendat, ſed percutit. *Prof.*

240. Quidquid enim protervus vel indignantis animus protulerit, objurgantis furor eſt, non dilectio corripientis. *Ibidem cap. 41. ſent. 7. pagina* 681. *columna* 2.

241. Sicut peccatorem convenit argui, ita juſtum non exulcerari. *Ibid. cap. 46. ſent. 3. pagina* 683. *columna* 1.

242. Qui blando verbo caſtigatus non corrigitur, acriùs neceſſe eſt ut arguatur. *Prof.*

243. Cum dolore enim abſcindenda ſunt, quæ leniter ſanari non poſſunt. *Ibid. cap. 46. ſent. 11. pag.* 683. *col.* 2.

244. Qui admonitus ſecretè, de peccato corrigi negligit, publicè arguendus eſt: ut vulnus quod occultè ſanari neſcit, manifeſtè debeat emendari. *Ibid. cap. 46. ſent. 12. pag.* 683. *col.* 2.

S. ISIDORUS PELUSIOTA.

245. Grave eſt atque abſurditatem omnem excedens, eos qui magnis criminibus ſe devinciunt non arguere, iis verò qui nihil aut parùm peccant, per correptionem ſuccenſere. *Lib. 2. Epiſt. 110. ad Euſtatium diaconum, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pagina* 537. *col. 2. F. edit. Colonienſis* 1618.

S. LAURENT. JUSTIN.

246. Corripiatur peccatum ſeverè, & ametur frater delinquens. *De caſto connubio, cap. 7. ante finem, pag.* 154. *col. 2. F. Part.* 1.

247. Eò tanto tempore delinquentes arguantur, atque vitiorum macula increpationibus detergatur, quò is cui dicitur, corrigibilis eſt: alioquin vulnus ſuperadditur vulneri, & paſſioni paſſio cumulatur. *Prof.*

248. Fitque frequenter, ut gravior ſit recidiva correptionis, quàm damnum perpetrati criminis. *Part. 1. de triumphali Chriſti agone, cap. 9. poſt medium, pag.* 292. *col. 2. littera E.*

249. Vigilantior quiſque ad percipiendum admonitionis verbum fit, cùm corripitur, quàm ſi blanditiis mulceatur. *Ibidem cap. 25. circa medium, pagina* 345. *col. 2. lit. E.*

S. LEO I.

250. Si nos corripimur, dæmones corruunt: remedia noſtra plagæ ipſorum ſunt, quia curatione noſtrorum vulnerum vulnerantur. *Serm. 1. Quadrag. circa med. fol. 29. pag.* 2.

251. Plus erga corrigendos agat benevolentia, quàm ſeveritas: plus cohortatio quàm commotio, plus charitas quàm poteſtas. *Ep. 84. ad Anaſtaſ. Epiſc. Theſſalon. cap 1. poſt init. fol. 135. pag.* 2.

252. Sic eſt adhibenda correptio, ut ſemper ſit ſalva dilectio. *Ibid. ut ante.*

253. In correptione conſtanter tenenda eſt juſtitia, & benignè præſtanda clementia. *Epiſt. 92. ad Ruſticum Narbonenſ. Epiſc. paulò poſt medium, fol. 144. pagina* 1.

254. Odio habeantur peccata, non homines: corripiantur tumidi, tolerentur infirmi; & quod ſeveriùs caſtigare in peccatis neceſſe eſt, non ſævientis plectatur animo, ſed medentis. *Ibid.*

LUDOV. BLOS.

255. Quando aliquis à te corripiendus eſt, cum hortando monendoque potiùs, quàm increpando convenit. *Profec.*

256. Si ſæviendum eſt, vide ut ſine felle ſævias: non furor, non propria cauſa, ſed Dei amor, animarumque ſalus vehementiorem correptionem abs te extorqueat. *In Canone vitæ Spirit. cap. 31. ante med. pag.* 27. *columna* 2.

S. METHODIUS.

257. Præſtabilius eſſe cenſeo corripi, quàm corripere. *Et habet. apud D. Joan. Damaſc. lib. 1. Parall. cap. 11. ſub finem, fol. 3. pag.* 1. *C.*

MINUT. FELIX

258. Ut aurum ignibus, ſic nos diſcriminibus arguimur. *In ſuo Octavio ante finem, apud Biblioth. Patr. tom. 3. pagina 10. columna 1. littera C. edit. Colonienſis* 1618.

PELAGIUS PAPA.

259. Non perſequitur niſi qui ad malum cogit: qui verò malum vel factum jàm punit, vel prohibet ne fiat, non perſequitur iſte, ſed diligit. *Et habetur apud Gratianum in decretis, part. 2. cauſa 23. quæſt. 5. Can. Non, fol.* 305. *col.* 4.

PETRUS BLESENS.

260. Inceptæ correctioni diligenter inſiſtas, donec reus ab invio erroris ſui in viam juſtitiæ revertatur. *Ep. 10. ad Capellanum Regis Siciliæ, in calce, apud Biblioth. Patrum, tom. 12. part. 2. pagina 708. columna 2. littera H.*

261. Turpe & abſurdum eſt in Prælato, cum ira & auſteritate corripere. *Ibidem Ep. 100. ad Amicum ſuum. ante med. pag. 783. columna 1. littera A.*

262. Deo accepta eſt lenis & blanda correptio. *Ibid. &c. lit B.*

263. Correptio ex gravitate & clementia condiatur,

ut repellatur contumelia, & qui objurgatur, ſeipſum cauſam eſſe hujus acerbitatis agnoſcat. *Proſec.*

PETR. BLES.

264. In omnibus itaque ſervetur cenſura modeſtiæ, non videatur quis iracundiæ ſuæ plus ſatisfacere quàm timori.

265. Sunt enim, qui ebulliunt interiùs, & æſtum veſaniæ nomine zeli palliant & colorant: ſed qui ſequuntur ſuæ mentis impetum, & non potiùs rationem, vix aut numquàm in corripiendo proficiunt.

266. Sit ergo in corripiendo ſermo triſtior, dejectior vultus, interripiant verba ſingultus & lachrymæ: ut ſentiat qui corripitur, totum hoc ex amore, non ex rancore procedere.

267. Si correptionem primam correptus fortè reſpuerit, recipiet, vel ſecundam. *Ibid. de Amicitia. cap. 22. circa med. pagina 975. col. 1. lit. D.*

268. Amici correptio tota de medullis animæ & de intima compaſſione procedat. *Ibid. cap. 22. poſt med. pagina 975. col. 2. littera E*

269. Amicus non eſt ſubitò & publicè objurgandus, dùm ex turbatione recenti adhuc eſt inquietior æger animus, donec mentis nubilo ſerenato pacatior verba blandè monentis admittat. *Ibid. prope finem, pag. 975. col. 2. littera F.*

S. PETRUS CHRYSOLOG.

270. Domine ne in ira tua arguas me) hoc eſt dicere, argue me, ſed non in ira: corripe me, ſed non in furore. *Proſec.*

271. Argue me ut Pater, non ut Judex, corripe me non ut Dominus, ſed ut parens.

272. Argue me non ut perdas, ſed corrigas: corripe me non ut interimas, ſed emendes. *Serm. 45. circa init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 695. col. 1. lit. A. edit. Coloniæ 1618.*

S. PETR. DAM.

273. Humanam mentem ſuperbia vitream reddit, ut correptionis ictum per impatientiam ferre non poſſit. *Proſ.*

274. Qui ad correptionis ictus per impatientiam frangitur, etiamſi cæteris virtutibus polleat, ſoliditatem virium ſe non habere demonſtrat. *Lib. 6. Epiſt. 9. ad Gebizonem Abbat. ſub finem, pagina 88. col. 1. littera B. tom. 1.*

275. Sapientis eſt amare correptionem, ſtulti autem odiſſe. *Tom. 3. opuſcul. 46. cap. 2. in titulo pag. 707. col. 1. littera D.*

276. Si de ſacro conventu correptionum cenſura ſubtrahitur, diſciplinæ vigor funditùs enervatur, & Religio tota deſtruitur. *Ibid. cap. 4. in pagina 708. col. 1. lit. D.*

277. Quiſquis eſt, cui regularis vitæ fervor inæſtuat, correptiones libenter amplectitur. *Ibid. ut ante E.*

S. PETRUS MAURITIUS CLUN.

278. Salubrior eſt mordens pietas, quàm mulcens iniquitas. *Lib. 2. Epiſt. 9. ad Innocent. Papam poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 54. col. 1. lit. D.*

S. PROSPER.

279. Obedientiæ ac patientiæ virtute fundati (quando rigor exigit diſciplinæ, ut ſeveritate arguantur) acceptam correptionem magnanimiter ferunt: nec moribus eorum, à quibus fuerint objurgati, ſed ſuis negligentiis, quòd caſtigantur, adſcribunt. *Lib. 2. de vita contempl. in fine præfationis, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 60. col. 1. littera A. edit. Colonienſis 1618.*

280. Peccantes omnes blandè tractat, & increpat, qui nihil aliud niſi eorum ſalutem conſiderat. *Ibid. cap. 5. in fine pagina 62, col. 2. E.*

281. Si peccantem video, non ſolùm non arguo, ſed etiam ei peccanti conſentio, participem me condemnationis ejus efficio. *Proſ.*

282. Et in omnibus peccantibus pecco, quando eos ſcio peccaſſe, ſive peccare quadam crudelis animi malignitate non increpo. *Ibid. cap. 23. ante med.*

SALVIANUS.

283. Reprehenſio maximè morum noſtrorum vitia caſtigat. *Lib. 8. de Gubernat. Dei, in princ. apud Bibloth. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 359. col. 2. E.*

SALVIANUS.

284. Nulli gratia reprehenſio eſt, imò quod pejus multò eſt, quamlibèt malus, quamlibèt perditus mavult mendaciter prædicari, quàm jurè reprehendi: & falſarum laudum irriſionibus decipi, quàm ſaluberrima admonitione ſervari. *Ibid.*

S. THEODORET.

285. Sicut qui purus eſt, ſi tangat quidpiam immundum, polluitur: ita peccati eſt particeps, qui non corripit. *Sup. Levitic. quæſt. 1. in fine pag. 31. col. 1. littera A. tom. 1.*

286. Poſt tentationem conſolatio, poſt correptionem ſuavis recreatio. *Sup. Deuteronom. quæſt. 6. in fine, pag. 43. col. 2. G. tom. 1.*

287. Paternè corripias, non judicis ritu: medici more non tortoris. *Sup. Pſal. 6. verſ. 1. pag. 63. columna 1. lit. D. tom. 1.*

288. Qui perexiguam correptionem in præſenti vita habuit, futurum judicium mitius habebit. *Sup. Pſal. 93. verſ. 13. Ut mitiges ei a diebus malis pag. 156. col. 2. lit. E. tom. 1.*

289. Peccatum caſtigationem attrahit, caſtigatio ſerinam vitam redarguit, redargutio verò vitæ mutationem efficit. *Sup. Pſ. 104. verſ. 16. pag. 168. col. 1. A. tom. 1.*

290. Malo à juſtis corripi, quàm à peccatoribus coli. *Sup. Pſal. 140. verſ. 6. Corripiet me juſtus. pag. 204. col. 2. E. tom. 1.*

291. Bona eſt peccatorum reprehenſio, quæ cum utilitatis cauſa adhibetur, ſtupore laborantibus ſenſum affert, & in memoriam ipſis propria revocat delicta. *Sup. Ezechielem, ſect. 5. in principio, pagina 327. col. 2. G. tom. 1.*

292. Cùm peccantibus correptionem quandam adhibemus, non odio aliquo aut inimicitia, ſed commiſerantes, & admodum dolentes, id faciamus. *Ibid. ſect. 11. ante med. in illud, Aſſume ſuper Tyrum lamentum, &c. pag. 354. col. 1. C.*

293. Non omnes peccantes author omnium rerum Deus corripit, ſed ſibi amicos adhibita medici more curatione, alios verò more judicis condemnatione. *Ibid. ſect. 11. ſub finem, pag. 358. col. 2. H.*

294. Dùm mali redarguuntur, optimorum virorum probatio efficitur. *Lib. 2. ſup. 1. ad Cor. 11. a medio, pag. 47. col. 1. D. tom. 2.*

THEOPHILACTUS

295. Importuna increpatio haud ædificat. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 15. in princ. pag. 477. B.*

THOMAS A KEMPIS

296. Melius eſt hîc corripi, quàm in futuro. *Lib. 3. de Imit. Chriſti cap. 50. ſect. 6. in medio.*

297. Qui alium corripit, & pro eo non orat, nec condolet, crudelis eſt hoſtis, non medicus. *In horto roſarum, cap. 15. ſect. 3. pag. 527. tom 2.*

298. Quilibet correptor eſt alteri aut roſa redolens, aut ſpina pungens. *Ibid. in calce pag. 528.*

IN VITIS PATR.

299. Principium ſalutis eſt, ſi teipſum redarguas. *Lib. 5. libello 15. de Humilitate. num. 15. pagina 622. columna 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO.

300. Omnis animadverſio & caſtigatio, contumeliâ vacare debet. *Lib. 1. de Offic. poſt med. columna 480. A. tom. 4.*

PLATO.

301. Optimus & ad ſanæ mentis inſtitutum moderatiſſimus uſus, redarguendi ratio, & omnium purgationum maxima atque primaria, ut qui errat redargutione purus evadat. *Tom. 1. Sizygia 2. in dialogo Sophiſtæ ante med. pag. 230. D.*

302. Sic anima ſalutarium diſciplinarum utilitatem percipere non poteſt, priuſquàm is qui errat, redarguentis cujuſdam operâ & miniſterio ad pudorem reducatur. *Ibid.*

303. Is qui reprehenditur, exiſtimet ſe non invidiâ, ſed benevolo atque amico animo reprehendi. *Tom. 2. Sizygia 4. Lib. 1. de legibus, ante medium, pag. 635. lit. A. B.*

304. Comitas

PLINIUS II. 304. Comitas inſectatur vitia, oon homines: nec caſtigat errantes, ſed emendat. *Lib. 1. Ep. 10. ad Arrium Clementem, in medio, pagina* 22.

305. Eſt magnificum quòd te ab omni contagione vitiorum reprimis ac revocas; ſed magnificentius, quòd tuos. *Lib.* 10. *Ep.* 100. *ad Trajanum longè poſt med. pag.* 394.

SENECA. 306. Corripiendus eſt qui peccat, & admooitione, & vi, & molliter, & aſperè. *Profec.*

307. Meliorque tàm ſibi quàm aliis faciendus, non ſine caſtigatione, ſed ſine ira: quis enim cui medetur, iraſcitur? *Lib. 1. de Ira. cap.* 14. *in fine pagina* 401. *tom.* 1.

308. Objurgatio te ptimum ſecreta, deindè publica emendare tentet. *Ibidem cap.* 16. *in principio, pagina* 402.

309. Tu longiùs jàm proceſſiſti, quàm ut poſſis verbis ſanari: in te dura remedia, jàm ſolida nequitia deſiderat. *Ibid.*

310. Omnia ſceleribus ac vitiis plena ſunt; plus committitur quàm quod poſſit correptione ſanari. *Ibid. lib. 2. cap. 8. circa med. pag.* 413. *tom.* 1.

311. Placidus ſapiens & æquus, erroribus non hoſtibus, ſed correptor eſt peccantium. *Ibid. cap. 10. à medio, pag.* 414.

312. Admoneri bonus gaudet, peſſimus quiſque correptorem aſperrimè patitur. *Ibid. lib. 3. cap. 37. in princ. pag.* 458.

313. Corripere eum, cui cùm maximè aliquid præſtes, dementia eſt, & inſerere contumeliam meritis. *Lib. 2. de Benef. cap. 6. in fine, pag. 393. tom.* 2.

314. Qui peccare ſe neſcit, corripi non vult: deprehendas te oportet aotequàm emendes. *Ep. 28. ante fin. pag. 576. tom.* 2.

315. Quantùm potes teipſum coargue. *Ibid. in calce, pag.* 576.

316. Conſueta vitia ferimus, niſi reprehendimus. *In ſuis Prov. pag. 684. C. edit. Baſilea.*

317. Si meritò objurgabit aliquis, ſcito quia profuit: ſi immeritò, ſcito quia prodeſſe voluit. *De quatuor virtut. in medio, pag. 674. edit. Baſileenſis.*

318. Noo acerba, ſed blanda timeas verba. *Ibid. circa med. pag.* 975.

319. Aliorum vitiorum non ſis acerbus repreheoſor. *Ibidem.*

320. Sis ſine exprobratiooe correptor, itaut admonitionem hilaritate præveoias. *Ibid.*

321. Objurgationi ſemper aliquid blandi admiſce, faciliùs eoim penetrant verba, quæ molli vadunt via, quàm aſpera. *De Moribus, ante finem, pag. 678. edit. Baſileenſis.*

322. Crudelis in re adverſa eſt objurgatio. *In ſuis Prov. pag. 684. columna 1. lit. C. edit. Baſileenſis.*

SIXTUS PHILOSOPHUS. 323. Rara ſit objurgatio tua, & opportuna. *Sent.* 270. *apud Biblioth. Patr. tom. 3. pag. 66. col. 1. D. edit. Colonienſis* 1618.

324. Sicut in benè factis laudari vis, ita in delictis patienter accipe, ſi culperis. *Ibid. ſent. 288. pag. 66. col. a. lit. E.*

Vide etiam Titul. Amicitia. ſent. 95. Amor proximi. ſent. 4. 5. 6. Arrogantia. ſent. 17. Flagellum Dei. per totum. Hypocriſis. ſent. 42. 43. Manſuetudo. ſent. 52. Paupertas. ſent. 42. Prædicatio. ſent. 111. Severitas per totum.

Corruptio.

DEFINITO.

S. THOMAS AQUINAS. OMNIS corruptio eſt quædam mutatio ab eſſe ad non eſſe. *Part. 1. quæ. 42. art. 2. in corpore ad 3. pagina 81. columna 2.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Non poteſt caro corrumpi, niſi mens fuerit ante corrupta. *Ad Virginem lapſam, cap. 4. in princ. columna 148. littera B. tom.* 1.

S. AUGUSTIN. 2. Corrumpitur homo exterior aut profectu interioris, aut defectu ſuo: ſed profectu interioris ita corrumpitur, ut totus in melius reformetur, & reſtituatur in integrum in noviſſima tuba, ut jàm non corrumpatur, neque corrumpat. Defectu autem ſuo in pulchritudines corruptibiliores, id eſt, pœnarum ordinem præcipitatur. *De vera relig. cap. 4. in princ. pagina 509. B. tom.* 1.

3. Omnium corruptionum ſola quæ vitioſa eſt, corruptio vituperatur: cæteræ autem, aut nec corruptiooes quidem dicendæ ſunt, aut certè quia vitioſæ non ſunt, dignæ vituperatione eſſe non poſſunt. *Lib. 3. de lib. arbitr. cap. 14. poſt med. tom.* 1.

4. Nocet corruptio, & niſi booum minueret, non noceret. *Lib. 7. Conf. cap. 12. in princ. tom.* 1.

5. Malum eſt naturæ corruptio; quia eam qualicùmque privat bono. *In Enchiridio cap. 12. in medio. tom.* 3.

6. Nihil eſt aliud corruptio, quàm boni exterminatio. *Ibid. cap. 14 ante finem.*

7. Ubicumque corruptio, ibi bonum fuit. *Contra Ep. Manich. cap. 35. ſub finem, tom.* 6.

8. Omnium rerum malum eſt corruptio: in quibus mali aliquid animadverti poteſt, corruptio eſt. *Profec.*

9. Corruptio peritæ animæ, impetitia vocatur: corruptio prudentis, imprudentia: corruptio juſtæ, injuſtitia: corruptio fortis, ignavia: corruptio quietis atque tranquillitatis, cupiditas, vel metus, vel triſtitia, vel jactantia.

10. Deindè in corpore animato, corruptio ſanitatis dolor & morbus: corruptio virium laſſitudo, corruptio quietis labor.

11. Deindè in ipſo corpore, corruptio pulchritudinis, fœditas: corruptio rectitudinis: pravitas, corruptio ordinis, perverſitas: corruptio integritatis, diſciſſio, aut fractura, aut diminutio. *Ibid. ab initio.*

12. Corruptio tendit ad ooo eſſe. *Ibidem cap. 40. per totum.*

13. Non omnis corruptio turpis eſt, ſed quam libido procuraverit, aut cui libido cooſenſerit. *De Mendac. cap. 7. ante med.*

14. Corruptio non eſt in ſeipſa, ſed in aliqua ſubſtantia, quam corrumpit. *De Moribus Manich. cap. 5. circa init. tom.* 1.

15. Corpus propter peccatum corruptioni ſubjicitur. *De Muſica lib. 6. cap. 4. in medio, tom.* 1.

16. Quod corrumpi poteſt, deterius eſt quàm id quod oon poteſt. *Lib. 7. Conf. cap. 1. poſt initium, tom.* 1.

17. Omnis natura dùm corrumpitur, minus bona fit. *Lib. 3. de lib. arb. cap. 13. in princ. tom.* 1.

18. Corruptio pulchritudinis, eſt fœditas: corruptio rectitudinis, pravitas: corruptio ordinis, perverſitas: corruptio integritatis, diſciſſio, aut fractura, aut diminutio. *Contra Epiſt. Manichæi cap. 35. poſt initium, pag. 65. lit. B. tom.* 6.

19. Timeat anima corrupta, jàm docta experimento, quod ignoravit virgo. *De vera & falſa pænit. cap. 15. poſt med. pag. 747. lit. B. tom.* 4.

20. Natura corrupta, in quantum natura eſt, bona eſt: in quaotum corrupta eſt, mala eſt. *De natura boni cap. 4. in fine, pagina 383. B. tom.* 6.

21. Carnales blanda corrumpunt. *Serm. 2. Quinquag. & in ord. 54. circa med. pag. 494. C. tom.* 10.

V. BEDA. 22. Superbia ſola corrumpit omnia bona. *In Prov. verbo Superbia. pag. 198. tom.* 2.

S. BERNARD. 23. Quatuor ſunt, quæ corpus corrumpunt.
- Curioſitas.
- Loquacitas.
- Crudelitas.
- Voluptas. *Prof. Serm. 37. de parvis ſermonibus, circa med.*

S. BONAVENT. 24. Oculos corrumpit curioſitas, linguam loquacitas, manus crudelitas, interiora voluptas. *Ibid.*

25. Non fuit olim tanta infectio io Paganis, quanta hodiè eſt io Chriſtianis. *Serm. 2. de S. Marco, circa med. pag.* 245. *col.* 2. *tom.* 3.

26. Non anima pro corpore, ſed corpus pro anima factum eſt: qui ergo quod primum & melius eſt negligit, & quod inferius eſt extollit, utrumque corrumpit. *Lib.* 3. *Pharetra, cap.* 8. *poſt med. pag.* 160. *col.* 1. *tom.* 6. *part.* 1.

S. CYPRIAN. 27. Inaneſcit corruptio, ubi æger de medente ſanatur. *De Reſurrect. Chriſti. cap.* 5. *ante med. pag.* 484. *col.* 2. *tom.* 3.

GLOSS. INT. 28. Nec vita, nec lachrymæ perfectæ mundos reddunt, dùm hæc corruptio tenet. *Sup. Iob. cap.* 9. *col.* 131. *A. tom.* 3.

29. Corruptus alios corrumpit. *Sup. Prov. cap.* 15. *col.* 1668. *E. tom.* 3.

S. GREG. MAG. 30. Eſurire, ſitire, laſſeſcere, vincula corruptionis ſunt. *Lib.* 4. *Moral. cap.* 30. *poſt medium, col.* 127. *lit. D. tom.* 1.

31. Res habita inſtanti fine corrumpitur *Lib.* 10. *Moral. cap.* 23. *circa finem, columna* 364. *littera D. tom.* 1.

32. Juſtos quamvis nullus deſideriorum carnalium tumultus poſſideat, duris tameo vinculis eos in hac vita poſitos ſuæ moleſtia corruptionis ligat. *Lib.* 4. *Moral. cap.* 30. *circa med. num.* 40. *col.* 127. *littera B. tom.* 1.

33. Corrumpi neceſſe eſt, quod palpatur: & palpari non poteſt, quod non corrumpitur. *Hom.* 26. *ſuper Evang. ſtatim ab initio, col.* 430. *A. tom.* 2.

S. HIERON. 34. Citò flores pereunt, citò violas, & lilium, & crocum peſtilens aura corrumpit. *Tom.* 1. *Ep.* 7. *ad Latam, poſt med. pag* 57. *A.*

35. Noo proderit ſanctificatio cæterorum membrorum, ſi inveniatur in uno corruptio. *Ep.* 14. *ad Maurtii filiam. circa medium, pagina* 90. *littera C. tom.* 4.

36. Corpus mulieris non vis maculat, ſed voluntas. *Tom.* 3. *in quæſt. Hebraicis ante med. pag.* 208. *C.*

HUGO A S. VICTOR. 37. Multiplex eſt corruptio ſeo ſuum. Corrumpitur:
- Viſus, vana videndo.
- Auditus, vana audiendo.
- Guſtus, ſuavia avidè comedendo.
- Odoratus, vana odorando.
- Tactus lubrica operando.

Lib. 1. *de Allegoriis in Ioan. cap.* 6. *prope init. pag.* 207. *lit. G. tom.* 5.

38. Corruptio diſſimilitudinem inducit, & alterum facit, quod à ſuo eſſe recedit & deficit, ut ſit alterum quàm fuit, *Sup. cap.* 4. *cæleſtis Hierarchiæ, lib.* 4. *poſt med. pag.* 365. *H. tom.* 1.

HUGO CARD. 39. Omne quod corrumpitur, aliquo modo minuitur. *Sup. Pſal.* 17. *Moraliter. fol.* 38. *columna* 3. *tom.* 2.

40. Quantò magis procuratur caro, tantò corruptior efficitur. *Sup. Eccleſiaſten. cap.* 11. *Moraliter. fol.* 102. *col.* 1. *tom.* 3.

JOAN. CASS. 41. Multò citiùs munda corrumpuntur, quàm corrupta mondantur. *Collat.* 14. *Abbatis Neſterotis. cap.* 14. *poſt med. pag.* 647.

S. JOANNES CHRYSOST. 42. E corrupta vita, dogmata corrupta pullulant. *Hom.* 40. *ſup.* 1. *ad Cor. à medio, col.* 651. *D. tom.* 4.

43. Corrumpitur externus homo dùm flagellatur. *Hom.* 9. *ſup.* 2. *ad Cor. col.* 753. *A. tom.* 4.

44. Quemadmodùm cera ſolvitur quidem ab igne, ipſa autem non ſolvit ignem: ita corruptio ab incorruptione aboletur, & evaneſcit; illa verò hanc vincere numquàm poteſt. *Ibid. Hom.* 10. *in fine ante morale, col.* 761. *B.*

S. JOANNES CHRYSOST. 45. Servus corruptus, peſtis liberorum. *Hom* 9. *ſup.* 1. *ad Coloſſenſ. paulò poſt medium, columna* 1293. *lit. A. tom.* 4.

46. Omnis vita ex corruptione naſcitur, omnes plantæ, omnia ſemina. *Hom.* 7. *ſup.* 1. *ad Theſſal. in medio, col.* 1366. *A. tom.* 4.

47. Corrumpunt animas ſecularia deſideria. *Hom.* 28. *ſup. Ep. ad Hebr. ante finem, col.* 1842. *littera C. tom.* 4.

48. Omne quod eſt io rebus, habet aliquid quo corrumpi poſſit. *Hom. Quod nemo læditur, niſi a ſemetipſo. longè poſt init. columna* 752. *A. tom.* 5.

S. ISIDORUS HISPALENS. 49. Non poteſt corpus corrumpi, niſi priùs animus corruptus fuerit. *Lib.* 2. *de Synon. cap.* 1. *poſt med. pag.* 313. *col.* 2.

S. NILUS. 50. Oportet incorruptibilium deſiderio flagrantem, pro nihilo ducere corruptioni obnoxia. *Paræneſi* 140. *apud Biblioth. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *edit. Colonienſis* 1618.

PETR. BLES. 51. Spiritus ab origine corruptus, corrupit carnem: caro poſt originem corrupta, corrupit ſpiritum. *Serm.* 41. *circa init. apud Biblioth. Patrum, pagina* 901. *columna* 1. *littera D. edit. Colonienſis* 1618.

S. PROSPER. 52. Nunquàm corruptio ita incorruptionis eſt particeps, ut non ſemper obnoxium ſit defectioni, quod debetur occaſui. *Lib.* 2. *de vocat. gentium, cap.* 21. *in medio, apud Bibliothecam Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 180. *columna* 2. *littera H.*

RICH. A SANCTO VICT. 53. Copioſior eſt corruptio ſpiritualis, quàm corruptio corporalis. *Part.* 2. *ſup. Pſal.* 90. *poſt medium, pag.* 136. *col.* 2. *C.*

S. THOMAS AQUINAS. 54. Nihil corrumpitur, niſi per hoc quod amittit formam. *Part.* 1. *quæſt.* 9. *art.* 2. *in corpore, pagina* 15. *columna* 1.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 55. Omne quod corrumpitur, à ſuo contrario corrumpitur. 5. *Ethic. &* 1. *Phyſ. text.* 7. *Et habetur apud Bedam tom.* 2.

CICERO. 56. Nihil opere aut manu factum, quod non aliquando conficiat & conſumat vetuſtas. *Orat.* 40. *pro Marcello circa med. num.* 11. *col.* 800. *C. tom.* 2.

SENECA. 57. Quidquid dat fortuna, corrumpit. *Lib.* 2. *de Benefic. cap.* 13. *ante med. pag.* 396. *tom.* 2.

Vide etiam Titulos, Acquirere. ſent. 78. *Avaritia. ſent.* 169. *Bonum. ſent.* 173. *Mulier. ſent.* 120. *Veritas. ſent.* 130.

Corruptio Judicis.

Vide Judicis corruptio.

Creatio, & Creatura.

DEFINITIO.

S. THOMAS AQUINAS. CREATIO eſt emanatio totius eſſe ab ente univerſali ex nihilo. *Part.* 1. *quæſt.* 45. *art.* 4. *in corp. ad* 1. *pag.* 88. *col.* 1.

Creare eſt propriè cauſare, ſive producere eſſe rerum. *Ibidem artic.* 6. *in corpore, pagina* 88. *columna* 2.

Creatio eſt productio alicujus rei ſecundùm ſuam totam ſubſtantiam, abſque materia præjacente. *Ibid. quæſt.* 65. *art.* 3. *in corpore, pag.* 122. *col.* 1.

Creatio nihil eſt aliud ſecundùm rem, quàm relatio quædam, qua creatura refertur ad Deum, ut ad cauſam. *Sup.* 2. *ſentent. diſt.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 1. *ad* 1. *fol.* 178. *pag.* 1.

Creatio eſt motus ex oihilo ad eſſe. *Sup.* 2. *ad Cor. cap.* 5. *lect.* 4. *in fine, fol.* 114. *col.* 3.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. [illegible] 1. Extra Paradiſum vir factus eſt, & mulier intra Paradiſum: ut advertas quòd non loci, non generis nobilitate, ſed virtute unuſquiſque gratiam ſibi comparat. *Tom. 4. de Paradiſo cap. 4. in princ. columna 904. littera B.*

S. ANSELMUS. 2. Quatuor modis poteſt Deus creare hominem:
- Aut de viro & de fœmina, ſicut aſſiduus monſtrat uſus.
- Aut nec de viro nec de fœmina, ſicut creavit Adam.
- Aut de viro ſine fœmina, ſic fecit Evam.
- Aut de fœmina ſine viro, quod nondùm fecit. *Lib. 2. Cur Deus, cap. 8. circa med.*

3. Non eſt creaturæ moliri officium, quo juſtè Creatoris recompenſet præſidium. *In Medit. ſuis, prope finem. lit. O.*

S. AUGUSTIN. 4. Fit pulchritudo univerſæ creaturæ per hæc tria inculpabilis, damnatione peccatorum, exercitatione juſtorum, perfectione beatorum. *De vera relig. cap. 23. in fine, pagina 500. littera C. tom. 1.*

5. In conſideratione creaturarum, non vana & peritura curioſitas exercenda eſt, ſed gradus ad immortalia, & ſemper permanentia faciendus. *Ibid. cap. 29. ante med. pagina 502. D.*

6. Animalis cujuſcunque creatio, ſi habeat pium prudentemque conſideratorem ineffabilem laudem Creatori excitat, quantò magis creatio non cujuſlibet animalis, ſed hominis? *Ep. 28. ad D. Hieronym. poſt med. pag. 65. A. tom. 2.*

7. Nulla eſt creatura ex qua anima facta eſt, quia ex nihilo facta eſt; ac per hoc ad Creatorem ſuum redit quæ redit, à quo ex nihilo facta eſt. *Lib. 10. de Geneſi ad litteram, cap. 9. in fine pag. 456. A. tom. 3.*

8. Omnis creatura velit nolit, uni Deo & Domino ſuo ſubjecta eſt. *De Agone Chriſtiano. cap. 7. in princ. pag. 542. littera D. tom. 3.*

9. Priùs videtur ipſa creatura in Deo, quàm in ſeipſa videatur: ideò creatura plus videtur in arte, qua facta, quàm ipſa in ſeipſa, quæ facta eſt. *In dialogo. 65. quæſtionum quæſt. 26. in princ. pag. 486. D. tom. 4.*

10. Tria maximè ſcienda de creatura nobis oportuit intimari: quis eam fecerit, per quid fecerit, quare fecerit. Quis fecerit, Deus eſt: per quid fecerit, dixit, Fiat & facta eſt: quare fecerit, quia bona eſt. *Lib. 11. de civit. Dei cap. 21. prope finem, pag. 202. lit. C. tom. 5.*

11. Homines ſumus ad noſtri Creatoris imaginem creati, cujus eſt vera æternitas, æterna veritas, æterna & vera charitas, eſtque ipſe æterna & vera & chara Trinitas, neque confuſa, neque ſeparata. *Ibid. cap. 28. in medio, pag. 206. D.*

12. Omnis creatura & benè poteſt amari, & malè: benè, ſcilicet ordine cuſtodito, malè autem, ordine perturbato. *Ibidem lib. 15. cap. 22. in medio, pag. 285. A.*

13. Plus eſt homines creare, quàm reſuſcitare; dignatus eſt tamen Chriſtus & creare & reſuſcitare; creare omnes, reſuſcitare quoſdam. *Tract. 45. ſup. Evang. de cap. 11. in princ. pag. 242. lit. D. tom. 9.*

14. Corpus hominis creatura Dei eſt: & anima hominis creatura Dei eſt: vita corporis anima eſt, vita animæ Deus eſt. *Serm. 18. de verbis Apoſtoli in medio, pag. 266. littera C. tom. 10.*

15. Tene omnem naturam, quæ non eſt Trinitas Deus, ab ipſa ſancta Trinitate, quæ ſolus Deus æternus & verus eſt, creatam ex nihilo. *De fide ad Petrum. cap. 3. in principio, pagina 854. littera D. tom. 3.*

16. Creatura, cui eſt aliud vivere, & aliud beatè vivere; omne quod vivit & beatè vivit, non debet niſi gratiæ Dei attribuere. *Lib. Med. cap. 18. circa med. pag. 484. C tom. 9.*

S. AUGUSTIN. 17. Pauperes & divites Deus de uno limo fecit, & pauperes & divites una terra ſupportat. *Tract. 6. ſuper Evangel. de cap. 1. in fine, pagina 41. A. tom. 9.*

18. Nihil potentius iſta creatura, quæ mens dicitur rationalis, nihil hac creatura ſublimius: quidquid ſupra iſtam eſt, Creator eſt. *Ibid. tract. 23. de cap. 5. ante med. pag. 137. B.*

19. In creaturis deeſt aliquid quod laudas, in Creatore deeſſe nihil poteſt: quia quod invenis in creatura, à Creatore artifice proceſſit. *Serm 38. de verbis Domini, poſt med. pag. 100. D. tom. 10.*

20. Creatura vileſcat, ut Creator in corde dulceſcat. *Serm. 1. de converſ. B. Pauli. circa medium, pag. 850. D. tom. 10.*

21. Nutus Dei ſunt omne creaturarum decus *Lib. 2. de libero arbit. cap. 16. poſt medium, pagina 461. littera A. tom. 1.*

S. BONAVENT. 22. Magnitudo & pulchritudo creaturæ, clamat magnitudinem & ſpeciem Creatoris. *Serm. 2. Dom. in Octava Paſchæ, in medio, pagina 102. columna 2. tom. 3.*

23. Creaturæ, quæ lædunt homines, lædere cœperunt propter peccatum. *Serm. 4. Dom. 11. poſt Pentec. poſt init. pag. 174. col. 1. tom. 3.*

24. Deus creavit omnia in modo, nec aliquid voluit eſſe ſine modo. *Serm. 4. de uno Mart. & in ord. 16. ante med. pag. 316. columna 2. tom. 3*

25. Tàm altum eſt opus de nihilo operari, quòd ſi omnis potentia creata, tàm Angelica quàm humana, cœleſtis pariter & terrena in unum eſſet conflata, non poſſet ex nihilo minimam creaturam producere. *Serm. 3. de Angelis poſt medium, pagina 361. columna 1. tom. 3.*

S. CÆSARIUS ARELATENS. 26. In anima & in mente ad imaginem Dei facti ſumus; ſecundùm carnem verò, de limo terræ formati ſumus. *Hom. 19. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pagina 764. col. 2. E*

CASSIODORUS. 27. Toties nos Dominus creat, quoties de vetuſtate peccati in novum hominem inſtaurare dignatur. *Sup. Pſal. 103. ante finem verſ 31. Et creabuntur. fol. 158. col. 4.*

S. CYRILLUS HIEROSOL. 28. Creator cùm ſit bonus, bonos creavit: creatura verò voluntate propria in amaritudinem converſa eſt. *Catech. 2. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 399. col. 1. B.*

DIDYMUS. 29. Omnis particeps rationis factus eſt homo, ut eſſet probus, & non pravus. *Lib. contra Manich. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 267. col. 2. H. edit Colonienſis 1618.*

30. Unico voluntatis nutu Deus quidquid vult ex nihilo creat. *Et hab. apud D. Ioan. Damaſc. lib. 1. Parall. cap. 81. in calce, fol. 43. pag. 1. B.*

DIONYSIUS CARTHUS. 31. In omni creatura eſt dependentia, qua indeſinenter dependet à Creatore, ejuſque conſervatione tàm inceſſabiliter eget, quod nec ad momentum ſine illius manutenentia queat ſubſiſtere, aut durare, ſed protinùs redigeretur in nihilum, ſi relinqueretur à Deo per momentum. *Sup. 1. B. Ioan. cap. 1. art. 1. circa med. fol. 43. D.*

32. Quantò rationalis creatura eſt ad mala proclivior ex ſeipſa, tantò commendabilior eſt dùm ingenitam illam pronitatem refrænans, adhæret virtutibus. *De Profectu Spirituali, in proœmio fol. 139. pagina 1.*

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 33. Si adeò indiget una creatura altera, quantò magis creatura ſuo opus habet Creatore? *Tom. 3. opuſc ſerm. 2. in principio. pag. 511.*

S. GREG. MAG. & S. HIERONYM. 34. Perverſa mens dùm dilectioni creaturæ ſe ſubdit, a Creatoris ſocietate ſe disjungit. *Lib 3. Moral. cap. 7. ante medium, columna 68. littera D. tom. 1. & S. Hieronym lib. 2. ſup. Lamentat. Hierem. cap. 3 pag. 316. D. tom. 5.*

S. Greg. Magn.

35. Diviſio creaturarum in eo conſiſtit, Quòd omne quod eſt
- Aut eſt, & non vivit, ut lapis.
- Aut eſt, & vivit, ſed nequaquàm ſentit, ut arbor.
- Aut eſt, & vivit, & ſentit; ſed non intelligit, nec diſcernit, ut brutum.
- Aut eſt, vivit, & ſentit, & intelligit. & diſcernit, ut homo. *Lib. 6. Moral. cap. 8. poſt medium, columna 185. lit. D. tom. 1.*

36. Humana creatura eo ipſo quo creatura eſt, in ſemetipſa habet ſub ſe defluere: ſed à Conditore ſuo accepit, ut& ſuper ſe contemplatione rapiatur. *Lib. 12. Moral. cap. 21. in principio, num. 10. col. 410. B. tom. 1.*

37. Quaſi quædam fit lectio menti noſtræ, ſpecies conſiderata creaturæ. *Lib. 26. cap. 8. Moral. poſt med. columna 859. lit. A. tom. 1.*

38. Omnis creaturæ aliquid habet homo: habet namque homo commune eſſe cum lapidibus, vivere cum arboribus, ſentire cum animalibus, intelligere cum Angelis. *Hom. 29. ſup. Evang. poſt initium, col. 444. tom. 2. in illud, Prædicate Evangelium omni creaturæ.*

39. Creaturæ ingratæ, diaboli ſiunt plaſmata. *Orat. 20. de Modeſtia. ante med. pagina 174.*

S. Greg. Naz.

40. Omnis creatura extra ſe eſſe non poteſt, ſed in ſeipſa ſemper manet, & quidquid videt, ſeipſam intuetur. *Hom. 8. ſup. Eccleſiaſten. ante finem, columna 217. littera A.*

S. Gregorius Nyssenus.

41. Rationalis creatura, quæ ſola ad imaginem Conditoris facta eſt, data & dona accepit: data quidem optima, dùm conderetur ad infima; & data accepit perfecta, dùm ſublimaretur ad ſumma. *Lib. 2. cœleſtis Hierarch. in cap. 1. poſt init. in illud, Omne datum optimum, &c. pag. 344. lit. D. tom. 1.*

Hugo a S. Victore.

42. Divina eſſentia ſicut ſpirituali creaturæ per cognitionem præſidet; ita corpoream creaturam regendo atque diſponendo implet. *Lib. 1. de Arca Noe Moral. cap. 2. poſt init. pagina 196 littera H. tom. 2.*

43. Peccatori omnis creatura hoſtis eſt, juſto verò ſerviunt omnes creaturæ. *Sup. Joſue cap. 3. in fine fol. 180. col. 3. tom. 1.*

Hugo Card.

44. Magnum fecit Deus in natura, majorem in gratia, maximum in gloria. *Sup. Job. cap. 7. fol. 407. col. 1. Tom. 1.*

45. Qui adorat creaturam, negat Creatorem. *Ibid. cap. 31. fol. 437. col. 3.*

46. Si anima dignior eſt corpore, indignius primò formatum eſt; & poſteà quod eminentius. *Hom. 13. ſup Geneſ. ante med. in illud 2. Et factus eſt homo in animam viventem. col. 84. D. tom. 1.*

S. Joannes Chrysostom.

47. Non poſſunt aliter creationis myſteria intelligi, quàm fidei oculis conſpecta. *Ibid. Hom. 15. ante med. col. 97. A.*

48. Nullo modo juſtum eſt propter creaturam contemnere Creatorem, ſed propter Creatorem creaturam. *Hom 5. operis imperf. ſup. Matth. ante finem, col. 784. lit. D. tom 2.*

49. Quantò pretioſior eſt hominis creatio, quàm animalium; tantò major ſolicitudo Dei de hominibus, quàm de animalibus. *Ibidem Hom. 16. in medio, col. 851. lit. A.*

50. Non confiteri quòd ex nihilo creavit omnia omnium Opifex, deſipientiæ extremæ ſignum eſt. *Hom. 2 ſuper Geneſ. paulo ante medium, columna 8. littera B. tom. 1.*

51. Qui per amorem pulchritudinis creaturæ à Creatoris forma ſe abſtulit, rursùm per creaturæ decorem ad Creatoris pulchritudinem revertatur. *Lib. 1. de ſummo bono cap. 4. ſent. 2. pagina 619. columna 1.*

52. Omnia creata ex ſua natura bona ſunt, & ex noſtro malo uſu non bona. *Ibid. cap. 9. ſent. 6. pagina 622. col. 1.*

53. Ante omnem creaturam mundi creati ſunt Angeli, & ante omnem creationem Angelorum diabolus conditus eſt. *Ibidem cap. 10. ſent. 3. pagina 622. col. 2.*

54. Creaturarum ſpecies, ornatuſque, præclariſſimum divinæ Majeſtatis eſt ſpeculum, optimeque in illo Conditoris virtus inſpicitur. *Part. 1. in faſciculo amoris, cap. 18. circa initium, pagina 270. col. 1. littera F.*

S. Laurent. Justin.

55. Omnis creatura ſive ſit terrena, ſive cœleſtis, in eo quòd creatura eſt, ſibiipſi omninò non ſufficit. *Part. 2. ſerm. de vita ſolitaria. cap. 17. poſt initium, pag. 497. col. 2. F.*

56. Felix creatura, ſi ab eo non decideret, quod Deus fecit: felicior, ſi in eo maneret, quod refecit. *Sermo. 2. de Reſurr. Dom. poſt init. fol. 59. pag 1.*

S. Leo I.

57. Cùm aliquid creat Deus, ſuum eſt: cùm aliqua creata creaturæ ſuæ donat, nec vires excutiuntur creantis in creatione omnium, nec opes exhauriuntur donantis in diſtributione ſuorum munerum. *De panibus. cap. 19. in princ. apud Biblioth. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 662. col. 2. G. edit. Colonienſis 1618.*

Petr. Cell.

58. Omnis ſubſtantia quæ Deus non eſt, creatura eſt; & quæ creatura non eſt, Deus eſt. *Sent. 55. in fine tomo 3. operum D. Auguſtini pag. 746. D.*

S. Prosper.

59. Malè occupatur creatis, qui à Creatore diſcedit. *Ibid. ſent. 73. pag. 747. A.*

60. Creaturæ rationalis vel intellectualis bonum, quo beata ſit, non niſi Deus eſt, quod ei non ex ſeipſa eſt, quia ex nihilo creata eſt: hoc enim adepto fit beata, quo amiſſo miſera. *Ibid. ſent. 143 pagina 750. littera C.*

61. Nullius quamvis minimæ naturæ, niſi Deum Creatorem dici aut credi licet ab aliquo. *Ibid. ſent. 146. pag. 750. D.*

62. Magna opera Domini: prævidet bonos futuros, & creat: prævidet malos futuros, & creat. *Ibid. ſent. 291. pagina 758. C.*

63. Omnis creatura, quæ mutari poteſt in melius aut in deterius, corruptibilis eſt. *Sup. Epiſt. ad Rom. cap. 1. Can. 23. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 812. col. 2. lit. F.*

S. Remigius.

64. Creare non eſt proprium alicui perſonæ, ſed commune toti Trinitati. *Part. 1. quæſt. 45. art. 6. in corp. pag. 89. col. 1.*

S. Thomas Aquinas.

65. Impoſſibile eſt aliquid creari, niſi a ſolo Deo. *Ibidem quæſt. 65. art. 3. in corpore, pagina 122. columna 1.*

66. Non eſt creatura tàm parva & vilis, quæ Dei bonitatem non repreſentet. *Profec.*

Thomas a Kempis.

67. Si rectum cor tuum eſſet, tunc omnis creatura ſpeculum vitæ, & liber ſanctæ doctrinæ eſſet. *Lib. 2. de Imitatione Chriſti cap. 4. ſect. 1. pagina 350. tom 2.*

68. Quando tu reſpicis ad creaturas, ſubtrahitur tibi aſpectus Creatoris. *Ibidem lib. 3. cap. 42. ſect. 2. pagina 399.*

Sententiæ Paganorum.

69. Philoſophia docet homines cognoſcere Creatorem ſuum. *Lib. de morte. Et habetur apud Bedam. tom. 2.*

Ari[illegible]

70. Deus eſt cauſarum omnium author, ratione qua eas produxit ex nihilo. *Lib. 3. Theolog. cap. [illegible] in fine col. 994. tom. 1.*

ARISTOTELES. 71. Om[illegible]e opus quod author primus effecit, eſt perfectum, abſolutumque. *Ibidem, lib. 5. cap. 3. in princip. columna* 1009.

CICERO. 72. Non temerè, nec fortuitò facti & creati ſumus. *Lib. 1. Tuſcul. quæſt. in fine, columna* 192. *lit. C. tom.* 4.

SENECA. 73. Imbecillâ nos materiâ Deus orſus eſt. *Suaſor. 2. circa init. pagina* 8. *tom* 1.

SIXT. PHILOS. 74. Quæcunque fecit Deus, pro hominibus ea fecit. *Sent.* 28. *apud Bibliothecam Patrum, tom.* 3. *pagina* 64. *columna* 2. *littera G. editionis Colonienſis* 1618.

TRISMEGIST. 75. Monas, ideſt unitas, omnium principium, radix atque origo, abſque verò principio, nihil. Initium autem eſt non principii, ſed alterius: monas ergo principium, omnemque numerum continet à nullo contenta, omnemque gignit numerum nullo numero genita. *Lib. de poteſt. & ſap. Dei, cui titulus Pimander. cap* 4. *in fine.*

76. Univerſum mundum verbo, non manibus fabricatus eſt opifex. *Ibidem, in princ.*

77. Si per ea, etiam quę terrâ ſuſtinentur, fragilia, Deum artificem inveſtigare volueris: circumſpice humani corporis opificium, cujus admonitione perdiſce,

- Quis tàm pulchræ imaginis conditor?
- Quis oculorum pictor?
- Quis aures nareſque tornavit?
- Quis labia diſtendit oris?
- Quis nervos tetendit atque ligavit?
- Quis irrigavit venas?
- Quis oſſa congeſſit ſolida?
- Quis carnem pellicula tenui circumtexit?
- Quis digitos articuloſque diſcrevit?
- Quis fundamenta pedum extendit?
- Quis perforavit poros atque meatus aperuit?
- Quis ſplenen coëgit atque compreſſit?
- Quis pyramidalem impreſſit cordi figuram?
- Quis jecoris porrò texit fibras, atque pulmonum ſculpſit fiſtulas?
- Quis alvo capacem amplitudinem tradidit?
- Quis honoranda corporis membra in propatulo figuravit?
- Quiſnam denique ſingula finxit? Nonne hæc ſolus ipſe inviſibilis Deus? *Ibidem, cap.* 5. *in med.*

78. Cave, cave inquam, ne unquàm artificium prives artifice: quinimò congruo Deum nomine præinvocato, partemque eſſe proprium ejus exiſtimato, ac facere ſingula, quemadmodùm ſine factore fieri quidquam nequit. *Ibidem, a medio.*

79. Non alteri cuipiam, quàm ſoli Deo, convenit procreare viventia. *Ibidem, cap.* 11. *circa medium.*

80. Si omnia viventia ſunt, & quæ in cœlo videntur, & quæ jacent in terra, una profectò vita cunctorum manat ex Deo, atque ipſa & ipſe eſt Deus, ab uno fiunt omnia conditore. *Ibidem.*

81. Dominus & omnium conformator (quem rectè Deum dicimus) hominem fecit, viſuſque eſt ei pulcher, ut potè qui ſit omnium bonitate pleniſſimus; amavit eum, ut divinitatis ſuæ partem tribueret. *De volunt. divina, cui titul. Aſclepius. cap.* 4. *poſt initium.*

Vide etiam titulos, Angelus. ſentent. 7. *Anima, ſent.* 32. 124. 125. *&* 159. *Bonitas. ſent.* 94. 105. *Laus Dei. ſentent.* 93. *Luxuria. ſentent.* 23. *Vanitas. ſentent.* 10. *Voluptas. ſentent.* 42. *Uſus. ſent.* 51.

Credulitas.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. NEMO debet facilè alteri credere, niſi cujus virtutem probarit. *De Paradiſo. cap. 4. ante med. columna* 904. *littera C. tom.* 4.

S. ANTONIN. 2. Sine mutua credulitate

- Nulla eſt fida ſocietas.
- Nulla in aliquo fides.
- Nulla ſpes, & confidentia firma.
- Nulla amicitia vera.
- Nullum pactum firmum.
- Nulla concordia.
- Nulla pax.
- Nulla denique in aliquo bono firmitas. *Parte 2. tit. 10. de Mendacio. cap. 1. §. 3. ante med. fol.* 294. *col.* 3.

S. ANTONIUS DE PADUA. 3. Omnis qui habet prurientes aures, qui omnia verba credit, non homo ſed brutum animal dignus eſt appellari. *Serm. 1. Pentec. ante finem, folio* 166. *pagina* 1.

4. Miſer eſt, qui plus credit linguæ alienæ, quàm conſcientiæ propriæ. *Ser. 2. Dom. 5. poſt Trin. ante med. fol.* 199. *pagina* 2.

S. AUGUSTIN. 5. Credulitas, à qua creduli nominantur, vitium quoddam videtur eſſe. *De utilit. credendi. cap. 9. ante med. pag.* 70. *littera C. tom.* 6.

6. Credere tunc eſt culpandum, cùm vel de Deo indignum aliquid creditur, vel de homine facilè creditur. *Profec.*

7. In cæteris verò rebus ſi quis id credit, quod credere fas eſt, nulla culpa eſt. *Ibidem, cap. 11. ante med. pagina* 72. *C.*

8. Facile eſt homini ſeu vera ſeu falſa de altero homine credere. *Ep. 50. ad Bonifac. poſt init. pagina* 135. *A. tom.* 2.

9. Quamvis vèra ſint quædam, non tamen judici facilè credenda ſunt, niſi certis indiciis demonſtrentur. *Homil. 50. poſt medium, pagina* 384. *littera D. tom.* 10.

S. BERNARD. 10. Incertæ famæ te nimis credulum eſſe non decet, quæ ſæpè in ſua ſolet utrobique falli ſententia, & de laude videlicet, & de vituperatione. *Epiſt. 18. ad Petrum Cardinal. ante finem, fol.* 212. *columna* 1. *littera A.*

11. Cunctis penè ſapientibus contingere ſolet in rebus dubiis plus alieno ſe, quàm proprio credere judicio. *Ep. 82. ad Abbat. S. Joan. Carnutenſis. in princ. fol.* 227. *columna* 2 *E.*

12. Non omnibus credendum eſt, ſed nec omnibus decredendum. *Ep. 247. ad Eugen. Pap. poſt med. fol.* 260. *columna* 3. *littera I.*

13. Facilitas credulitatis hæc eſt, cujus callidiſſimæ vulpeculæ magnorum neminem comperi ſatis caviſſe verſutias. *Profec.*

14. Indè eis ipſis pro nihilo iræ multæ, indè innocentium frequens addictio, indè præjudicia in abſentes. *Libro 2. de Conſid. in fine, folio* 278. *columna* 2. *littera D.*

15. Arrogans credit quod audit, laudat quod agit; & quod intendit non attendit. *Profec.*

16. Arrogans de alia omni re plus ſibi credit, quàm aliis; de ſe ſolo plus aliis credit, quàm ſibi. *De 12. gradibus humil. gradu 5. in princip. folio* 303. *columna* 2. *littera F.*

S. CYPRIAN. 17. Nihil eſt quod in vita geri poſſit, ſi non credulitas ante præceſſerit. *Super Symbolum Apoſtolorum. cap. 4. in medio, pagina* 544. *col. 1. tom.* 3.

S. EPHRAEM. 18. Tardè crede, & noli iis quæ dicuntur, citò

ſidem habet, [illegible] dicenti aſſentiri. *Tom. 2. de perfect. Monachi. poſt med. pag. 475. D.*

S. GREGOR. MAGNUS.

19. De nobis non nobis, ſed nobis melioribus credendum eſt. *Lib. 4. in 1. Reg. cap. 5. longè poſt init. col. 448. B. tom. 2.*

20. Nunquàm ſibi aliquis credat, quidquid ſibi anima ſine operis atteſtatione reſponderit. *Hom 30. ſup. Evang. poſt init. col. 450. D, tom 2.*

21. Hoc proprium arrogantium eſſe ſolet, ut & pauca credant, quæ ipſi multa dixerunt, & multa credant, quæ ipſis pauca dicuntur. *Lib. 26. Moral. cap. 17. circa fin. col. 870. A. tom. 1.*

22. Majora crimina tardè credenda ſunt, cùm dicuntur. *Lib. 19. Moral. cap. 14. circa finem, col. 658. C. tom 1.*

23. Mens ſæpè refugit credere, quod corporeis oculis non valet videri. *Libro 4. dialogi, cap. 5. ſtatim à medio, verbo Rectè, columna 1427. littera D. tom. 1.*

24. Majora mala cùm forſitan dicantur, niſi probata credi non debent. *Lib. 6. in Regiſtro, cap. 178. Ep. 34. ad Conſtantium Epiſc. Mediolan. poſt init. col. 873. A. tom. 2.*

S. HIERONYM.

25. Non eſt facilè malum de provecta ætate credendum, quam & vita præterita defendit, & honorat vocabulum dignitatis. *Tom. 1. Ep. 4. ad Ruſticum, ante fin. pag. 48. C.*

26. Nihil tàm inquietat animum, nihil eſt quod ita mobilem mentem ac levem faciat, quàm facilè totum credere: hinc enim crebræ diſſentiones, hinc odia injuſta naſcuntur. *Proſec.*

27. Hoc eſt quod ſæpè de amiciſſimis etiàm inimicos facit, dùm concordes quidem, ſed credulas animas, maliloqua lingua diſſociat.

28. At contrà, magna quies animi, magnaque eſt morum gravitas, non temerè de quoquam ſiniſtri quid audire & credere. *Tom. 1. Ep. 14. ad Celantiam, in med. pag. 111. B.*

29. Faciliùs mala credunt homines; & quodcunque domi fingitur, rumor in publicum fit. *Tom. 1. Epiſt. 47. poſt med. pag. 226. D.*

30. Non omnibus qui loquuntur ſis facilis ad credendum: levitas enim in credendo, levem denotat mentem. *In Regula Monachorum, cap. 16. in fin. pag. 330. G. tom. 4.*

HUGO CARO.

31. Facilitas credendi ſine deliberatione mala eſt, & hæc vituperatur. *Super Eccleſiaſtic. cap. 19. fol. 205. col. 4. tom. 3.*

S. JOANNES CHRYSOST.

32. Qui omnia timet, omnia ſuſpicatur, & facilè credit quidquid fuerit ſuſpicatus. *Homil. 2. operis imperf. ſuper Matth. poſt medium, columna 750. littera D. tom. 2.*

33. Poſteaquàm delationibus apertæ ſunt aures credulitatis, fit ut qui mentiuntur fideliores putentur. *Serm. 14. ſuper Epiſt. ad Epheſ. ante med. col. 1043. D. tom. 4.*

S. ISIDORUS HISPALENS.

34. Quamvis vera ſunt, credenda non ſunt, niſi quæ certis indiciis demonſtrantur, niſi quæ manifeſto examine convincuntur, niſi quæ ordine judiciario publicantur. *Lib. 2. de ſynonim. cap. 16. ante finem, pag. 321. columna 1.*

35. Interdùm falſis lachrymis ſeducti decipimur, cùm credimus (dùm plorant) eis, quibus credendum non erat. *Lib. 2. de ſum. bono. cap. 31. ſent. 5. pag. 651. columna 2.*

36. Non ſolùm ille reus eſt, qui falſum de alio profert, ſed & is, qui criminibus aurem præbet. *Ibidem, libro 3. cap. 55. ſentent. 6. pag. 688. col. 1.*

LACT. FIRM.

37. Majoribus, nulla ratione reddita, rationis eſt credere. *De divin. inſtit. lib. 2. de origine erroris. cap. 7. circa med. pag. 66.*

38. Homo qualiſcunque eſt, ſi ſibi credit, hoc eſt, ſi homini credit, ut non dicam ſtultus, certè arrogans eſt. *Ibidem, libro 3. de falſa ſapientia. cap. 13. ante med. pag. 113*

S. LAURENT. JUSTIN.

39. Ille qui facilè credit, frequenter labitur, seducitur ſæpè & caret prudentia. *Parte 2. de Humilit. cap. 6. poſt init. pag. 665. col 2 A.*

40. Non omni ſpiritui eſt credendum, neque cuncta deſideria, quæ bona in ſe cenſentur, ſunt opere perficienda. *Parte 2. de obedientia. cap. 26. ante med. pag. 651. columna 1. C.*

S. LEO I.

41. Non licet defendi, quod non licet credi. *Ep. 47. ad Synodum Calcedonenſ. in medio, folio 110. pag. 1.*

LUDOV. BLOS.

42. Non leviter neque temerè credideris his, qui aliqua in infamiam aliorum referunt. *Proſecutio.*

43. Satius eſt putare falſa eſſe fortè quæ dicuntur, quàm citò dictis fidem adhibere. *In can. vitæ ſpirit. cap. 52. in princ. pag. 28. col. 1.*

THOMAS A KEMPIS.

44. Fallitur qui ſibiipſi nimium credit. *Libro 4. de Imit. Chriſti. cap. 10. in fine. pag. 442. tom. 2.*

IN VIT. PATR.

45. Non omnia quæ dicuntur, placeant tibi ut credas; neque omni ſermoni conſentias. Tardiùs crede, & quod verum eſt, citius dic. *Lib. 5. libello 10. num. 103. pag. 607. col. 1.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL.

46. Non eſt facile quidquem alicui de eo credere, quem ipſe diù probaris ac ſpectaris fidelem. *Lib. 8. Moral. cap. 4. circa med. edit. Pariſ. 1565.*

CATO POETA.

47. Plus aliis de te, quàm tu tibi, credere noli. *Lib. 1. diſtichor. carm. 28.*

48. Noli tu quædam referenti credere ſemper: Exigua iis tribuenda fides, qui multa loquuntur. *Ibid. lib. 2. carm. 48.*

CICERO.

49. Credulitas error eſt magis, quàm culpa, & quidem in optimi cujuſque mentem facillimè irrepit. *Libro 10. Epiſt. 22. in principio, columna 271. lit. F. tom. 3.*

PLATO.

50. Peccat, qui antequàm conſideret, citò quibuſvis credit. *Proſec.*

51. Non quibuſvis credere oportet, ſed priùs conſiderare an vera dicantur. *Tom 3 Sizygia 6. in dialogo Demodoci. poſt med. pag 385. E.*

PLINIUS II.

52. Æquum eſt aliquando nos judicio noſtro, noſtris oculis, non famæ ſemper & rumoribus credere. *Libro 10. Epiſt. 100. ad Trajanum, poſt medium, pagina 371.*

53. Meliùs omnibus quàm ſingulis creditur: ſinguli enim decipere & decipi poſſunt, nemo omnes neminem omnes fefellerunt. *Ibidem, poſt medium, gina 376.*

SENECA.

54 Plurimùm mali credulitas facit. *Lib. 2 de Ira, cap. 23. in fine, pag. 423. tom. 1.*

55. Nihil niſi quod in oculos incurret, manifeſtumque erit, credamus: & quoties ſuſpitio noſtra vana apparuerit, objurgemus credulitatem. *Proſecutio.*

56. Hæc enim caſtigatio conſuetudinem efficiet non facilè credendi. *Ibidem, cap. 24 in fine, pagina 423.*

57. His quæ narrata ſunt, non debemus citò credere: multi ementiuntur ut decipiant, multi, quia decepti ſunt. *Ibidem, cap. 29. in princ. pag. 426.*

58. Quid eſt iniquius quàm ſecretò credere, palàm iraſci? *Ibidem, cap. 29. in calce, pagina 426.*

59. Sua quemque credulitas decipit. *De Conſol. ad Polybium, cap 29. ſub finem, pag. 588 tom. 1.*

60. Utrumque vitium eſt, & omnibus credere, & nulli: ſed alterum honeſtius dixerim vitium, alterum tutius. *Ep 3. ante fin. pag. 526.*

61. Homines ampliùs oculis quàm auribus credunt. *Ep. 6. poſt med. pag. 530. tom. 2.*

62. Prudentis proprium eſt, examinare conſilia & non citò facili credulitate ad falſa prolabi. *De 4. virtutib. in princ. pag. 673. edit. Baſilea.*

SENECA. 63. Rumoribus, criminibus, ſuſpitionibus minimè ſis credulus. *Ibidem, a medio pag.*675.

64. Vitium eſt omnia credere, vitium nihil credere. *De Moribus in med. pag.* 677. *edit. Baſileenſis.*

65. Iracundo non facilè credendum eſt. *Lib.*2. *de ira cap.*22. *circa finem, pagina* 423. *tom.*1.

66. Ne ſint aures criminantibus faciles. *Ibidem, in fine, &c.*

67. Hoc humanæ naturæ vitium ſuſpectum, notumque nobis ſit, quòd quæ inviti audimus, libenter credimus, & antequàm judicemus, iraſcimur. *Ibidem, in calce, &c.*

68. Animo dolenti nihil oportet credere. *In ſuis Proverb. pag.*683. *A. edit. Baſil.*

69. Difficilem habere oportet aurem ad crimina. *Ibidem, pag.* 684. *D.*

Creſcere.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. CRESCIT culpa cùm proditur, nec cavetur. *Libro* 1. *de Jacob & vita beata. cap.*4. *in princ. col.*1054. *D. tom* 4.

S. AUGUSTIN. 2. Perfectus non creſcit; Deus autem non creſcit nec minuitur: ſi enim creſcit, perfectus non eſt; ſi minuitur, Deus non eſt. *Tract.* 14. *ſuper Evang. Ioan. de cap.* 3. *ante med pag.* 85. *A. tom.*9.

3. Quantùm in te creſcit amor Dei, tantùm creſcit pulchritudo. *Tract* 9. *ſup. Ep. Ioan. de cap.* 4. *poſt med. pag.* 439. *A. tom.* 9.

4. Rectè dicitur anima diſcendo quaſi creſcere & contrà, minui dediſcendo. *De quant t. anima. cap.* 19. *in princ. pag.* 417. *A. tom.*1.

5. In anima quædam quaſi naturalia incrementa ſunt, cùm honeſtis, & ad benè beateque vivendum accommodatis diſciplinis augeri dicitur. *Ibidem, circa med. pag.*417. *A.*

6. Per contemptum temporalium & inferiorum, anima creſcit in deſiderium æternorum & ſupernorum. *De ſpiritu & anima. cap.* 4. *in medio, pag.* 605. *A. tom.* 3.

7. Nullum peccatum adeò parvum eſt, quod non creſcat neglectum. *De vera & falſa pœnitent. cap.* 8. *ante med. pagina* 742. *littera D. tom.* 4.

8. In te vis creſcere, ſed malo tuo malè creſcis: qui enim malè creſcit, juſtè minuitur. *Tract.* 14. *ſuper Evangel. Ioan. in cap.* 3. *ante medium, pag.*85. *B. tom.* 9.

9. Charitas non novit creſcere, niſi magis magiſque. *Super Pſalm.* 91. *poſt initium Enarrat. pag.*701. *B. tom.* 8.

10. Deus qui ſemper perfectus eſt, creſcat in te: quantò enim magis intelligis Deum, & quantò magis capis, videtur in te creſcere Deus. *Tract.* 14. *de cap.* 3. *ſuper Ioan. ante med. in illud, Oportet creſcere, &c. pag.* 85. *B. tom.*9.

S. BASILIUS MAGNUS. 11. Singula quæ augeſcunt, ubi ad juſtam & ſibi propriam magnitudinem pervenerint, augeſcere deſinunt: verùm avarorum argentum ſimul cum omni tempore adaugetur. *Super Pſal.*14. *conc.* 4. *poſt med. verſ.* 6. *pag.* 78. *tom.* 1.

S. BERNARD. 12. Quantùm creſcis in gratia, tantùm & in fiducia dilataris. *Ser.*3. *ſuper Cant. ante finem, folio* 136. *columna* 2. *lit. E.*

13. Etſi anima minimè (cùm ſit ſpiritus) quantitatem corporis recipit, tamen confert illi gratia quod negatum eſt à natura. *Profec.*

14. Creſcit quidem & extenditur, ſed ſpiritualiter: creſcit non in ſubſtantia, ſed in virtute, creſcit & in gloria. *Ibidem, ſerm.* 27. *poſt med. fol.*156. *columna* 4. *littera K.*

15. Non poteſt vita Dei creſcere in homine, niſi vita humana vetus decreſcat. *Collat.* 19. *in caput* 3. *Ioan pag.* 432. *col.* 1. *tom.*2. S. BONAVENT.

16. Deus non habet incrementum, quia ipſe in ſe totus ſingularis & ineffabilis intelligitur plenitudo: nec aliundè poteſt creſcere, qui conſuevit creaturis omnibus incrementa præſtare. *Super Pſ.* 69. *a medio, verſ.*5. *folio* 105. *col.* 2. CASSIODORUS.

17. Creſcit dolor, ubi calamitas augetur. *Super Pſal.* 73. *ante med verſ.*8. *folio* 112. *col.* 4.

18. Tantùm creſcit calor fidei, quantùm de flamma ſubtractum fuerit corporali. *Super Pſ.*118. *verſ. Quia factus ſum ſicut uter, &c. fol.*186. *col.*3. DIONYSIUS CARTHUS.

19. Virtus laudata augetur in bonis. *Super Epiſt. ad Philipp. cap.*4. *art.*4. *poſt med. fol.* 90. *D.*

20. In charitate non creſcit, niſi qui in vera humilitate creſcit. *De Profeſſ. Monaſt. art.* 1. *poſt med. fol.* 65. *pagina* 2.

21. Quantò quis creſcit in charitate Dei, & in ſpirituali fervore, tantò plus illuminatur à Spiritu ſancto. *De Profectu ſpirituali art.* 10. *in principio, folio* 152. *pagina* 1.

22. Cætera vitia creſcunt vitiis, virtutibus vanitas. *In Epiſt. parænetica ad Valerianum, ſub finem, apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 778. *col.*1. *littera A. edit. Colon.* 1618. S. EUCHERIUS.

23. Quantò magis creſcit vita, tantò magis homo decreſcit. *Epiſt. ad Damaſum Papam de morte D. Hieronymi, poſt med. Quæ habetur inter opera D. Hieronymi, tom.* 4. *Ep.*61. *pag.* 354. *D.* S. EUSEBIUS CÆSARIENS.

24. Augmenta meritorum, incitamenta debent eſſe profectuum. *Homil.* 3. *ad Monachos, apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.*1. *pag.*581. *col.*1. *littera B. edit. Colonienſis* 1618. S. EUSEBIUS EMISSEN.

25. Deus novit de impiorum criminibus merita augere juſtorum. *Ibidem, Hom.* 4. *Epiphan. ante med. pag.*550. *col.*1. *D.*

26. Quantò in nobis quotidie de Dei ſpiritu virtus creſcit, tantò noſter ſpiritus deficit. *Lib.* 22. *Moral. cap.* 14. *longè poſt initium, num.* 20. *columna* 754. *tom.* 1. S. GREG. MAG.

27. Sancta deſideria dilatione creſcunt, ſi autem dilatione deficiunt, deſideria non fuerunt. *Hom.*25. *ſup. Evang. ante med. col.*423. *littera B. tom* 2.

28. Nonnulli quò ætate creſcunt, ab innocentia decreſcunt. *Profec.*

29. Electis verò cùm foris ætas corporis creſcit, intùs (ſi dici liceat) creſcit & ætas virtutis. *Libro* 21. *Moralium, cap.* 13. *in fine num.* 13. *col.* 725. *littera C. tom.* 1.

30. Carnis vita per momenta deficit, & tamen carnale deſiderium creſcit. *Lib.*10 *Moral. cap.*13. *ab init. num.* 23. *col.* 364. *tom.* 1.

31. Dùm pravi creſcunt, etiam infirmi ad ſequenda ſtudia pravitatis irritantur. *Lib.*13. *Moral. cap.*4. *in princ. fol.* 433. *littera C.*

32. Si quod videtur bonum gerendum, ſolicita intentione non creſcit, etiam quod fuerat benè geſtum decreſcit. *Parte* 3. *Paſtoral. cap.*1. *admonit.* 35. *poſt med. col.* 1317. *B. tom.*1.

33. Creſcit qui in virum perfectum mentis ætate proficit. *Lib.*2. *in* 1. *Regum. cap.*3. *allegoricè poſt med. col.*1315. *littera B.*

34. Creſcat tibi cum annis gratia, creſcat cum ætate juſtitia & fides, eò perfectior videatur eſſe, quò ſenior eſt. *Tom.*4. *Ep.*14. *ad Mauritii filiam. ſub finem, pag.*93. *littera A.* S. HIERON.

35. Felix ille, qui virtutibus creſcit quotidiè. *Super Pſalm.* 91. *verſ. ultimo, pagina* 137. *littera D. tom.*8.

36. Injuſtum eſt augeri patrimonia locupletum per damna miſerorum. *In Epitome divin. inſtit. cap. Supereſt. ante finem, pag.* 401. LACT. FIRM.

S. LEO I. 37. Natura noſtra manente adhuc mortalitate mutabilis, etiamſi ad ſumma quæque ſtudio provehatur, ſemper tamen ſicut poteſt habere quò recidat, ita poteſt habere quò creſcat. *Serm. 2. Quadrag. in princ. folio* 30. *pag.* 1.

RICH. A S. VICTORE. 38. Conſtat unum ex altero creſcere, quia cùm creſcit noſtrum velle, creſcit & poſſe, & cùm utriuſque incremento, creſcit & debere. *Parte* 1. *tract.* 2. *cap.* 9. *ante finem, pag.* 19. *col* 1. *C.*

SALVIAN. 39. Indecorum hoc ſanctæ menti eſt, ut bona ſua creſcere malis arbitretur alienis. *Libro* 2. *ad Eccleſias Catholicas, poſt initium, apud Bibliothecam Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pagina* 368. *col.* 1. *D. editionis Colonienſis* 1618.

S. SIDONIUS. 40. Per fas nefaſque creſcere affectans, pecuniæ per avaritiam parcus eſt, per ambitum prodigus. *Libro* 1. *Ep.* 11. *ad Montium, ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pagina* 995. *columna* 2. *littera B. editionis Colon.* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 41. Animalia augentur magis dormiendo, quàm vigilando. *Lib. de ſomno & vigilia. & habetur apud Bedam. tom.* 2.

SENECA. 42. Non eſt bonum quod incremento malum fit. *Libro* 1. *de Ira. cap.* 13, *ante medium, pagina* 401. *tom.* 1.

43. Creſcit licentiâ ſpiritus, ſervitute comminuitur. *Ibidem, libro* 2. *cap.* 21. *ante med. pag.* 421.

44. In ſummum perducta, incrementi locum non habent. *De Conſtantia ſapientis. cap.* 5. *poſt init. pag.* 546. *tom.* 1.

45. Creſcere poſſe, imperfectæ rei ſignum eſt. *Ep.* 66. *poſt initium, pagina* 645. *tom.* 2.

Vide etiam tit. Honor. ſent. 54. *Humilitas ſent.* 141. 142. 172. *Profectus. per totum. Virtus. ſent.* 56. *Vitium. ſent.* 55.

Crimen.

DIFFERENTIA.

S. GREGOR. MAGNUS. HOc inter peccatum & crimen diſtat, quòd omne crimen peccatum eſt, non tamen omne peccatum crimen eſt: & multi ſine crimine, nullus verò eſſe ſine peccato valet. *Lib.* 21. *Moral. cap.* 9. *in med. num.* 9. *col.* 721. *C. tom.* 1.

SENTENTIÆ PATRUM.

B. ALANUS DE RUPE. 1. Atrocia latere diù neſciunt crimina, quò teguntur, eò produntur. *Parte* 4. *ſer.* 2. *cap.* 25. *Quinquagena* 2. *circa med. pag.* 328.

S. AMBROSIUS. 2. Non iterùm arguas & impugnes, cujus crimen non deprehenderis. *Lib.* 2. *Offic. cap.* 24. *à med. col.* 54 *A. tom.* 1.

3. Non turbentur innocentes cùm falſis criminibus appetuntur, viſitat Deus ſuos: & ideò ibi eſt plus auxilii, ubi eſt plus periculi. *De Ioſeph. cap.* 5. *in fine, col.* 1082. *C. tom.* 4.

S. AUGUSTIN. 4. Domus nulla tàm felix, in qua non aliquod flagitium extiterit. *Ep.* 137. *ad Clerum prope finem, pag.* 425. *B. tom.* 2.

5. Certè nullius crimen maculat neſcientem. *Profec.*

6. Quis locus innocentiæ reſervatur, ſi crimen eſt proprium, neſcire crimen alienum? *Ep.* 48. *ad Vincentium. ante med. pagina.* 112. *lit. C. tom.* 2.

7. Crimen peccatum eſt grave, accuſatione & damnatione digniſſimum. *Tract.* 41. *ſuper Evang. Joannis de capit.* 8. *poſt medium, pag.* 210. *littera C. tom* 9.

8. Prima libertas eſt, carere criminibus. *Ibidem.* S. AUGUSTIN.

9. Quiſquis à criminibus flagitiorum atque facinorum vitam ſuam cuſtodit, ſibi benè facit. *De bono viduitat. cap.* 22. *in principio, pagina* 736. *littera C. tom.* 4.

10. Quantò quis ſublimior eſt, tantò magis (licèt leve peccatum ejus ſit) grave eſt crimen. *Profectio.*

11. Sicut humilitas in potente ſublimis & magnifica eſt, ita & culpa ejus pro crimine habenda eſt. *De quæſt. veter. & novi Teſtamenti mixtim poſitis. quæſt.* 102. *ante medium, pagina* 558. *D. tom.* 4.

12. Nullum ſcelus coram Deo tàm abominabile ſit, quàm præterita peccata unicuique noſtrum reminiſcendo gaudere, & indè exultare. *De ſalutaribus documentis. capite* 11. *poſt medium, pagina* 752. *littera D. tom.* 4.

13. Ipſe erroris accipit nomen, qui errori communicat crimen. *Lib.* 3. *contra Iulian. cap.* 1. *circa med. pag.* 673. *B. tom.* 7.

14. Graves & acerbæ noctes ſunt ſceleribus pernoctantium; nam & metus ne deprehendantur, omnem ab ipſis quietem propellit. *Et habetur apud D. Ioan. Damaſc. lib.* 2. *Parall. cap.* 71. *fol.* 90. *pag.* 1 *D.* S. BASILIUS MAGNUS.

15. Citò in crimina majora corruit, qui parva pro nihilo ducit. *Tom.* 2. *in ſuis Proverb. verbo Citò, pagina* 187. V. BEDA.

16. Grande ſcelus, grandi ſtudio debet ſuperari. *Ibidem.*

17. Oblivio criminum creberrimè ſolet contingere occaſione proſperitatis vel adverſitatis, vel infidelitatis. *Super Pſ.* 118. *art.* 4. *verſ.* 9. *cap.* 10. *pag.* 262. *col.* 1. *B. tom.* 1. S. BONAVENT.

18. Crimina criminibus vindicantur. *Parte* 2. *Centiloquii. ſect.* 2. *a med. pag.* 70. *columna* 1. *littera D. tom.* 6. *part.* 1.

19. Minorem major præcedit ſicut honore, ita & crimine. *Lib.* 3. *Pharetra. cap.* 34. *in medio. pag.* 169. *col.* 2. *A. tom.* 6. *part.* 1.

20. Gravi damnatione iterantur crimina, poſtquàm Chriſti ſanguine ſunt redempta. *Homil.* 4. *circa medium, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 748. *col.* 1. *B. edit. Colonienſis* 1618. S. CÆSARIUS ARELAT.

21. Crimen criminis confeſſione aboletur. *Ibidem, poſt med. pag.* 748. *col.* 2. *G.*

22. Non putemus tàm facilè remitti poſſe admiſſa ſemel crimina, & profundo vulnere in animæ impreſſa viſceribus: multo opus eſt fletu, multo gemitu, multa contritione ad ſanandos ipſius cordis dolores. *Ibidem, Hom.* 29. *ante medium, pag.* 774. *col.* 2. *E.*

23. Omnia crimina citò ad nos revertuntur, ſi non quotidiè bonis operibus expugnantur. *Ibidem, Ep. ad quoſdam, poſt init. pag.* 788. *col.* 1. *C.*

24. Quem decuerat propter cogitationem ſceleris pœnitere: culpam geminat, dùm facinora cogitata divulgat. *Sup. Pſ.* 72. *ante med. verſ.* 8. *folio* 110. *col* 3. CASSIODORUS.

25. Mors criminum, vita virtutum. *Ep.* 2. *ad Donat. cap.* 3. *in princ. pag.* 2. *col.* 1. *tom.* 1. S. CYPRIANUS.

26. Uniuſcujuſque cauſa illic audiatur, ubi eſt crimen admiſſum. *Epiſt.* 55. *ad Cornelium. cap.* 6. *poſt init. pag.* 116. *col.* 1. *tom.* 1.

27. Qui ſemel à recto limite veri itineris averſi ſunt, per præceps & abruptum criminum ſuorum rapiuntur. *Epiſt.* 64. *ad Rogatianum Epiſc. cap.* 2. *in princ. pag.* 154. *col.* 1. *tom.* 1.

28. Non excuſat oppreſſum neceſſitas criminis, ubi crimen eſt voluntatis. *De lapſis. cap.* 6. *in fine, pag.* 240 *col.* 2. *tom.* 2.

29. Adulterium, fraus, homicidium, mortale crimen eſt. *De bono patientiæ. cap* 6. *in princ. pag.* 318. *col.* 1. *tom.* 2.

30. Dùm exiſtimatur leve crimen eſſe & modicum, non timetur: dùm non timetur, contemnitur: dùm

contemnitur,

contemnitur, non facilè vitatur, & fit cæca & occulta pernities. *De zelo & livore. cap.* 1. *in princ. pagina* 323. *columna* 2. *tom.* 2.

S. Euſebius Emiſſen.

31. Abdicatio criminum, adeptio meritorum eſt. *Homil.* 3. *de Epiphan. circa med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1 *pag.* 549. *col.* 1. *D.*

32. Deus novit de impiorum criminibus merita augere juſtorum. *Ibidem, Hom.* 4. *ante med. pagina* 550. *columna* 1. *lit. D.*

Gloss. decr.

33. Scandali ratione, vel ſchiſmatis tolerantur crimina. *Apud Gratianum in decretis, folio* 4. *col.* 3. *editionis Lugdun.* 1540.

34. Crimen dicitur omne delictum ſive mortale ſive veniale, ſive ex deliberatione procedat, ſive ex ignorantia, ſecundùm quod dicitur, nemo ſine crimine vivit. *Ibidem*

Gloss. Int.

35. Evidentia patrati ſceleris non indiget clamore accuſatoris. *Super Geneſ. cap.* 4. *in illud, Vox ſaguinis fratris tui, &c. folio* 116. *tom.* 1.

Glossa ord.

36. Gratus eſt diabolo & acceptus, qui in flagitiis vivit. *Sup. Ioſue. cap.* 19. *col.* 124. *E. tom.* 2.

37. Magna pars pœnæ eſt peccatorum, ſua ſcelera non modò non argui, ſed inſuper quaſi benè geſta laudari. *Super Luc. cap.* 6. *col.* 784. *F. tom.* 5.

Gratianus.

38. Criminoſus, alterius criminis judex eſſe non poteſt: & ſeipſum condemnat, dùm in alterius crimen ſententiam profert. *In decretis, parte* 2. *cauſa* 3. *quæſt.* 7. *can. Sacerdos.* §. *Ex quibus folio* 171. *col.* 3.

S. Greg. Mag.

39. Ubi virtus diſcretionis perditur, intentio (quæ initium virtutis habuit) finem accipit criminis. *Libro* 3. *Moralis, cap.* 9. *in titulo, columna* 70. *littera C. tom.* 1.

40. Summa criminum dùm defenditur, augetur. *Lib.* 33. *Moral. cap.* 4. *ante medium, columna* 1130. *C. tom.* 1.

41. Uniuſcujuſque nequitia cò fit ad perpetrandum facilis, quò difficilis ad puniendum. *Ibidem.*

42. Scelera peccantium tantò majora incrementa percipiunt, quantò per defenſionem potentium diù inulta tolerantur. *Ibidem.*

43. Plerúmque quod in laïcis culpa nòn eſt, hoc crimen eſt in ſacro ordine conſtitutis. *Lib.* 8. *in regiſtro. cap.* 5. *Ep.* 5. *ad Sabinum Subdiacon. indict.* 3. *in princip. col.* 1009. *B. tom* 2.

44. Pleríque ſe flagitiis obruunt, & quaſi qui nulla aut minima perdant, ſecuri ſunt. *Libro* 5. *in primum Regum. cap.* 3. *non longè poſt med. columna* 1510. *lit. B. tom.* 2.

45. Crimen quod apertis quibuſdam indiciis noſcitur, non judicandum eſt antequàm apertiſſimè demonſtretur. *Ibidem, cap.* 4. *poſt medium, columna* 1552. *A. tom.* 1.

46. Scelus nonniſi magnum peccatum eſt. *Ibid. lib* 6. *cap.* 2. *poſt med. col.* 1591. *D. tom.* 2.

47. Grave pondus criminis deponi non poteſt, niſi auſteritate magnæ compunctionis. *Ibid. lib.* 5. *cap.* 2. *circa med. col.* 1494. *D.*

48. Majora crimina & tardè credenda ſunt, cùm audiuntur: & citiùs punienda ſunt, cùm veraciter agnoſcuntur. *Lib.* 19. *Moral. cap.* 14. *circa finem, num.* 23. *col.* 658. *C. tom.* 1.

S. Hieron.

49. Diſtrictus judex facinus quod per pœnitentiam non corrigitur, inultum eſſe nequaquàm patitur. *Sup. Lament. Hierem. lib.* 1. *cap.* 1. *ſuper illud, Peccatum peccavit, &c. pag.* 355. *C. tom.* 5.

Joan. Cass.

50. Illi ſunt verè miſeri ac miſerabiles judicandi, qui cùm ſe univerſis criminibus flagitiiſque contaminent, nullum eis flagellum correptionis infertur. *Collat.* 7. *Abbat. Sereni. cap.* 31. *in principio, pag.* 458.

S. Joannes Chrysost.

51. Facinus etſi homines lateat, conſcientiam tamen accuſatricem non poterit latere. *Hom.* 17. *ſup. Gen. poſt init. col.* 111. *A. tom.* 1.

52. Multi cùm de criminibus accuſantur, magnâ impudentiâ in alios ſua delicta transferre nituntur. *Ib. Hom.* 63. *ante med. col.* 491. *A.*

S. Joannes Chrysost.

53. In perpetrando ſcelere (quoniam voluptate ſunt homines ebrii) non perindè ſentiunt: cæterùm ſimul atque commiſſum eſt, ceperitque finem, tùm demùm extincta voluptate, amarus pœnitentiæ ſtimulus ſuccedit. *De Lazaro mendico, conc.* 4. *circa med. col.* 1359. *B. tom.* 2.

54. Cuncta ſcelera, quæ pacem perturbant (ut ſunt avaritia, rapina, invidia, accuſatio, arrogantia, perjurium, mendacium) ubi charitas fuerit, ſolvuntur. *Hom.* 7. *ſup.* 2. *ad Timoth. circa med. Moralis, col.* 1576. *B. tom.* 4.

55. Commiſſum crimen dulce eſt ad momentum, ſed vertitur protinùs in exitium. *Ser. de pœnit. poſt init. col.* 901. *B. tom.* 5.

S. Joannes Damasc.

56. Parva non ſunt, ex quibus magna proveniunt. *Orat.* 1. *de Imagin. in princ. folio* 456. *pag.* 1. *C.*

S. Isid. Hisp.

57. Perpetrare flagitium aliquod, mors animæ eſt: ſed deſperare, eſt in infernum deſcendere. *Libro* 2. *de ſummo bono. cap.* 14. *ſent.* 2. *pag.* 644. *col.* 2.

58. Multi vitam ſine crimine habere poſſunt, ſine peccato verò non poſſunt. *Ibidem, cap.* 18. *ſent.* 1. *pag.* 646. *col.* 1.

59. Judicio divino in reatum nequiorem labuntur, qui diſtringere minora facta ſua per negligentiam contemnunt. *Proſecutio.*

60. Multi à crimine in crimen corruunt, quia Dei cognitionem habentes, timorem ejus negligunt. *Ibid. cap.* 19. *ſent.* 1. *pag.* 646. *col.* 2.

61. Dùm facta quædam non gravia liberè ac ſine metu committimus, ad potiora ſcelera & horrenda peccandi conſuetudine labimur, *Ibidem, cap.* 29. *ſent.* 1. *pag.* 649. *col.* 2.

62. Duplicati fit criminis reus, qui admittit ſcelera per voluntatem, & defendit ea per contumaciæ tumorem. *Ibidem.*

63. Crimen in rebus non eſt, ſed in uſu agentis *Lib.* 3. *de ſummo bono. cap.* 59. *ſentent.* 12. *pagina* 690. *columna* 2.

S. Isidorus Pelusiota.

64. Quid obſcuriorum ſcelerum non admiſerint, qui etiam de manifeſtis gloriantur? *Lib.* 2. *Ep.* 153. *ad Martinianum, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 547. *col.* 1. *edit. Colon.* 1618.

Lact. Firm.

65. Nunquàm poteſt eſſe ſcelus tàm clarum, ut defenſioni non ſit locus. *De ira Dei, cap.* 18. *in princip. pagina* 356.

S. Laurent. Justin.

66. Nullum tàm immane ſcelus eſt, quod non cordis compunctione deleatur. *De caſto connubio. cap.* 7. *ſub finem, pag.* 155. *col.* 1. *B. part.* 1.

67. Nemo criminibus prægravatus, ad perfectionis valet evolare faſtigium. *Part.* 2. *de perfect. grad. cap.* 6. *antefin. pag.* 712. *col.* 1. *C.*

S. Leo Papa I

68. Diabolus facilè in omnia flagitia impellit, quos religione decipit. *Serm.* 4. *de collectis. poſt init. folio* 4. *pagina* 2.

S. Prosper.

69. Illa crimina caveantur, quæ publicata ſuos authores humano faciunt damnari judicio. *Lib.* 2. *de vita contempl. cap.* 7. *poſt med. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 63. *col.* 1. *B.*

Robertus Bellarm.

70. Quàm multi in foro & in plateis modeſtè & temperatè ſe gerunt, ſed in cubiculo, ac præſertim in cubiculo cordis, per omnia ſcelera volutantur. *Sup. Pſ.* 100. *verſ.* 3. *pag.* 644. *col.* 1.

Salvian.

71. Multi horrent crimina, ſed pauciſſimi evitant: in aliis quippè horrent, quod in ſe ſemper admittunt. *Proſec.*

72. Volunt ſibi id majores quaſi privilegium vendicare, ut jure ſuo crimina vel minora committant. *Lib.* 3. *de Gubern. Dei ante finem, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 334. *col.* 2. *F.*

73. Non ſanat unius converſio crimina plurimorum. *Ibidem, &c. G.*

SALVIANUS.

74. Inter multos eorumdem criminum reos, nullus eſt criminoſior, quàm qui ſe non putat criminoſum. *Ibidem, libro 4. poſt med. pag. 339. col. 1. A.*

75. Læditur ſcelere perſonali cauſa cunctorum. *Ib. libro 6. in princ. pag. 346. col. 1. C.*

76. Sicut optimi cupiunt virtutum univerſarum culmen aſcendere: ſic peſſimi optant palmas ſibi univerſorum ſcelerum vendicare. *Ibidem, libro 6. poſt init. pag 346. col. 2. F.*

77. Voluntas crimen non habet, ubi furore peccatur. *Ibidem.*

78. Supra omnem monſtruoſi piaculi execrationem eſt, ſcelus ſummum admittere, & pudorem ſceleris non habere. *Ibidem, libro 7. poſt medium, pagina 357. col. 1. D.*

79. Nullum omninò tàm grande crimen eſt, quod ooo cujus facinore committitur, ejus ſententia ſublevetur. *Ibidem, libro 4. ad Eccleſ. Catholicas, poſt medium, pag. 381. col. 2. F.*

S. THOMAS AQUINAS.

80. Quatuor ſunt inter cetera enormia crimina: ſc.
- Civitatis deſolatio.
- Maris & fœminæ fœda conjunctio.
- Homicidii perpetratio.
- Socii detractio. *Tom. 1. Opuſc. de ſcientiis utilioribus, ante med. folio 109. pag. 2.*

S. VALERIAN.

81. Multa ſunt quidem humani corporis vitia & ſatis gravia, ſed parum poſſunt conſiliis, virtutibuſque ſuis, niſi ſceleribus armentur alienis. *Profec.*

82. Quid falſitas poſſet, ſi cupiditas otioſa dormiret? & ipſe mortis exitus minor eſſet, ſi aut ferrum deficeret, aut venena ceſſarent. *Hom. 5. de oris inſolentia, circa init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 481. col. 1. A. edit. Colon. 1618.*

83. Ubicumque crimina porriguntur, ibi diabolus dominatur. *Ibidem.*

S. ZENO.

84. Infelix quòd teſte caret, putat ſe carere facinore. *Sermo de patientia, circa medium, apud Bibl. Patrum, tomo 3. pag. 121. columna 1. B.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CATO POËTA.

85. Si vitam inſpicias hominum, ſi denique mores,
Cùm culpent alios, nemo ſine crimine vivit. *Libro 1. Diſtichor. Metr. 9.*

CICERO.

86. Scelerum permiſſio, & iis qui perpetrant pernitioſa eſt, & iis qui permittunt. *Orat. 50. Philipp. 8. ante medium, num. 10. column 893. D. tom. 2.*

87. Nihil eſt quod tàm miſeros faciat, quàm impietas & ſcelus. *Libro 4. de finibus, poſt med. num. 66. col. 137. A. tom. 4.*

88 Quod facinus ſuſcipitur, niſi conſilio capto, aut ſine animi motu & cogitatione priùs non perficitur? *Libro 3. de Natura Deorum. poſt med. num. 71. col. 344. E. tom. 4.*

PLATO.

89. Qui immoderatam habent licentiam, maxima & planè impia committunt facinora. *Tom. 1. Syzigia 3. de Rhetorica, poſt med. pagina 525. D.*

90. Eum qui nullius ſceleris ſibi eſt conſcius, jucunda ſpes perpetuò comitatur. *Tom. 2. Syzigia 4. lib. 1. de Republ. ante med. pag. 330. E.*

91. Nihil magnum aut mirum facere poteſt, qui maximis quibuſdam ſceleribus ſe contaminat. *Ibidem, lib. 2. poſt med. pag. 378. B.*

92. Nemini unquàm ſcelus impunè cedat, ſed vel exilio, vel morte, vel vinculis, vel verberibus luat. *Tomo 2. Syzigia 4. libro 9. de legib. poſt init. pagina 855. littera C.*

SENECA.

93. Omnia ſceleribus ac vitiis plena ſunt: plus committitur quàm poſſit correptione ſanari. *Libro 2. de Ira. cap. 8. circa med. pag. 413. tom. 1.*

94. Omnia ſcelera etiam ante effectum operis, quantum culpæ ſatis eſt, perfecta ſunt. *De conſtantia ſapientis. cap. 7. poſt med. pag. 548. tom. 1.*

SENECA.

93. Maximum ſcelerum ſupplicium in ipſis eſt. *Ep. 87. circa init. pag. 729. tom. 2.*

96. Omnibus crimen ſuum voluptati eſt, *Ep. 97. à med. pag. 798. tom. 2.*

97. Tuta ſcelera eſſe poſſunt, ſecura non poſſunt. *Ibidem.*

98. Nullum ſcelus, licet illud fortuna exornet muneribus ſuis, licet tueatur ac vindicet, impunitum eſt: quoniam ſceleris in ſcelere ſupplicium eſt, *Ibidem*

99. Nunquàm ſcelus ſcelere vincendum eſt. *De Moribus, ante finem, pag. 678. edit. Baſileenſis.*

100. Bonorum crimen officioſus eſt miſer. *In ſuis Proverb. pagina 684. columna 1. littera B. editionis Baſileenſis.*

101. Crimen relinquit vitæ, qui mortem appetit. *Ibidem.*

102. Fatetur facinus is, qui judicium fugit. *Ibidem, pag. 685. col. 1. F.*

103. Grave crimen etiam cum dictum eſt, Leviter nocet. *Ibidem, pag. 685. col. 2. G.*

104. Res optima eſt, non ſceleratos extirpare, ſed ſcelera. *Ibidem, pag. 689. col. 1. R.*

Vide etiam titulos Accuſatio. ſent. 99. Patientia. ſent. 49. Pœnitentia ſent. 239. Poteſtas. ſent. 82. Punitio. ſent. 16. Satisfactio. ſent. 19.

Crudelitas.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIFFERENTIA, COMPARATIO.

ETYMOLOGIA.

S. THOMAS AQUINAS.

CRUDELITAS dicitur quaſi cruditas: ſicut enim ea quæ ſunt cocta ſolent habere ſuavem ſaporem, ita illa quæ ſunt cruda, habent horribilem & aſperum ſaporem. *Secunda ſecundæ, quæſt. 159. art. 1. in corp. pagina 275. columna 1.*

DEFINITIO.

S. GREG. MAG.

Crudelis dicitur, qui diſtrictè feriendo non parcit. *Libro 20. Moral. cap. 23. poſt med. num. 25. col. 699. B. tom. 1.*

S. THOMAS AQUINAS.

Crudelitas eſt quæ non ſolùm attendit culpam in eo qui punitur, ſed excedit modum in puniendo. *Secunda ſecundæ, quæſt. 159. art. 2. in corpore, pag. 275. columna 1.*

SENECA.

Crudelitas nihil aliud eſt quàm atrocitas animi in exigendis pœnis. *Libro 2. de Clementia ad Neronem. cap. 4. in princ. pag. 485. tom. 1.*

Illos crudeles vocabo, qui puniendi cauſam habent, modum non habent. *Ibidem, in medio, pagina 485.*

Crudelitas eſt inclinatio animi ad aſperiora. *Ibidem.*

DIFFERENTIA.

S. ISID. HISP.

Inter crudelem & ſævum hoc intereſt, quòd crudelis monſtratur ſanguine, ſævus circa verba eſt. *Libro 1. de Differentiis, Different. 200. pagina 288. columna 2.*

S. THOMAS AQUINAS.

Crudelitas differt à ſævitia, ſive feritate, ſicut malitia humana à beſtialitate. *Secunda ſecundæ, quæſt. 159. art. 2. in corpore, pag. 275. col. 1.*

COMPARATIO.

S. JOANNES CHRYSOST.

Sicut lapis nunquàm oleum fundit, ita neque crudelitas humanitatem. *Hom. 12. ſuper Joan. in fine, col. 72. littera B. tom. 3.*

Sententiæ Patrum.

S. Auguſtin. 1. Fallitur vincendi opinione cæca crudelitas. *Serm. 2. de S. Vincentio & in ord. 13. circa med. pag.* 849. *A. tom.* 10.

S. Bonavent. 2. Leo fortiſſima beſtia, prædæ avida, unguibus & dentibus armata, homini non eſt ſæva; ſed pia. *Profec.*

3. Undè ſi hominem obvium habet in deſerto; non ſolùm eum non lædit, ſed eum deducit, & viam illi oſtendit, niſi ſame nimia laboraverit.

4. Vide ergo quàm crudelis eſt homo, animal manſuetum naturâ, cùm non parcit ei, cui ſæviſſima parcit fera. *Ser. 4. de uno Martyre & in ord. 16. poſt med. pag.* 318. *col.* 1. *tom.* 3.

5. O crudelitas humana! ô corda dura, tygridis lacte nutrita! undè vobis tanta crudelitas? *Profec.*

6. Conſtat quòd Deus crudelitatem prohibet, & miſericordiam docet: & in hominibus crudelitas eſt tanta, ut mutuo ſe non paſcant, neque ſubveniant, ſed mutuis vulneribus inter ſe crudeliùs, quàm animalia bruta, pugnent. *Ser. 5. de una Virgine. & in ord. 36. poſt med. pag.* 35. *col.* 1. *tom.* 3.

Caſſiodorus. 7. Crudelitas tyrannorum, noſtra correctio eſt. *Super Pſalm.* 117. *poſt medium, verſ.* 18. *folio* 179. *columna* 2.

S. Euſebius Emiſſen. 8. Qui crudelitate paſcitur, beſtialis iracundiæ, & cruenti furoris dominio ſubjugatur. *Homil. 11. de Paſchate, poſt initium, apud Bibl. Patrum, tom 5. part. 1. pag.* 566. *col.* 1. *A. edit. Colon.* 1618.

S. Hieronym. 9. Non eſt crudelitas pro Deo, ſed pietas. *Tom. 2. Epiſt. 5. ad Riparium adverſus Vigilantium, poſt medium, pagina* 119. *B.*

10. Non eſt crudelis, qui crudeles jugulat: ſed crudelis ideò vocatur, quia crudelis patientibus eſſe videtur: Nam latro ſuſpendendus patibulo, crudelem judicem putat. *Super Iſayam, & habetur in decretis Gratiani. parte 2. cauſa 23. quæſt. 5. can. Non. folio* 305. *columna* 1.

Hugo Card. 11. Crudelitas in duobus conſiſtit.
- In afflictione corporis.
- In minutione famæ. *Super Pſal.* 82. *folio* 217. *columna* 3. *tom.* 2.

12. Quantò plus quiſque exarſit in crudelitate, tantò ampliùs obcæcari meruit in ignorantiæ ſuæ caligine. *Super Ezech. cap. 1. fol. 4. columna 4. tom.* 5.

S. Ioannes Chryſoſt. 13. Homo quando in malum declinat, truculentarum beſtiarum imitatur crudelitatem. *Hom. 19. ſup. Geneſ. circa init. columna* 133. *A. tom.* 1.

14. Beſtia quamvis ſit crudelis, tamen quia irrationalis eſt, declinabitur ab homine crudelitas ejus: homo autem crudelis, cùm ſit & rationalis, non facilè evadetur crudelitas ejus. *Hom. 24. oper. imperf. ſuper Matth. in medio, col.* 894. *D. tom.* 2.

15. Nihil ita Spiritum ſanctum extinguit, ſicut inhumanitas & crudelitas. *Homil. 49. ſup. Ioan. in fine, columna* 241. *littera A. tom.* 3.

16. Mens barbara eſt, quæ dura & immitis eſt. *Ser. 6. ſuper Ep. ad Rom. poſt init. Moral. columna* 61. *littera B. tom.* 4.

17. Crudelitas ex ſtultitia eſt. *Homil. 9. ſuper Ep. ad Coloſſenſ. poſt initium, columna* 1291. *littera C. tom.* 4.

18. Hinc crudelitas, hinc immanitas ſurgit, cùm quis avarus & cupidus, ſuique amator, ingratus, laſcivuſque fuerit. *Hom. 8. ſuper 2. ad Tim. poſt init. col.* 1579. *littera B. tom.* 4.

Lact. Firm. 19. Crudelitas patientiâ vincitur. *De divin. inſtit. libro 6. de vero cultu. cap. 17. poſt init. pagina* 267.

S. Leo I. 20. Nihil in Martyribus obtinet, nihil proficit ſæva crudelitas. *Profec.*

21. Sæviſti, perſecutor, in Martyrem, ſæviſti & auxiſti palmam, dùm aggeras pœnam. *Serm. de Nativ. ſancti Laurentii, ante finem, folio* 69. *pagina* 2.

S. Petrus Chryſolog. 22. Semper ſebrit impietas, à phræneſi ſemper crudelitas detinetur. *Serm. 173. ante medium, pagina* 786. *columna* 2. *littera F. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part 2. editionis Colonienſis* 1618.

Salvianus. 23. Nihil eſt in nos crudelius nobis. *Libro 8. de Gubern. Dei. poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pagina* 360. *columna* 1. *littera A.*

Tertullian. 24. Crudelitas tyrannorum, gloria eſt Chriſtianorum. *Tom. 1. libro ad Scapulam, cap. 5. in princip. pagina* 154. *D.*

Theophilactus. 25. Nihil ita odit benignus Deus, ut crudelitatem. *Super Matth. cap. 6. Si non remiſeritis, &c. pagina* 20. *littera A.*

S. Thomas Aquinas. 26. Si homo declinat propter crudelitatem, nulla beſtia ita eſt crudelis. *Super Epiſt. ad Titum. cap. 1. lect. 3. circa fin. folio* 217. *col. 3. in illud, Cretenſes malæ beſtiæ.*

S. Valerian. 27. Crudelitas impietati ſervit, & portas inferi cruenta mortis lege cuſtodit. *Hom. 5. de oris inſolentia. circa princip. apud Bibl Patr. tom. 5. part. 3 pag.* 481. *columna* 1. *A. edit. Colon.* 1618.

Sententiæ Paganorum.

Cicero. 28. Nihil quod crudele, utile: eſt enim hominum naturæ (quam ſequi debemus) maximè inimica crudelitas. *Libro 3. Offic. ante medium, columna* 524. *littera B. tom.* 4.

Seneca. 29. Crudelitas minimè humanum malum eſt, indignumque tàm mitis animi: ferina iſta rabies eſt, ſanguine gaudere ac vulneribus, & abjecto homine, in ſylveſtre animal tranſire. *Lib. 1. de Clement. ad Neronem. cap. 24. in calce, pag.* 481. *tom.* 1.

30. Devita crudelitatem, & miniſtram crudelitatis iram. *De Moribus, ante med. pagina* 677. *editionis Baſileenſis.*

31. Laſſa crudelitas non eſt vocanda clementia. *In ſuis Proverb. pag.* 686. *littera L. edit. Baſil.*

32. Crudeles ſunt, qui tanquàm ignotos homines, & obvios, non in compendium, ſed occidendi cauſa occidunt. *Lib. 2. de Clementia ad Neronem. cap 4. in princ. pag.* 485. *tom.* 1.

33. Acerbiſſima crudelitas eſt, quæ trahit pœnam. *Lib. 2. de Benefic. cap. 5. in medio.*

Vide etiam titulos, Afflictio. ſentent. 19. *Homo. ſent.* 84. *Ira. ſentent.* 93. *Manſuetudo. ſentent.* 11. *Parentes. ſentent.* 32. *Severitas. ſent.* 32. *Tyrannus. ſent.* 6. 51.

Crux in genere.

ETYMOLOGIA, DIVISIO.

Etymologia.

S. Greg. Magn. Crux à cruciatu dicitur. *Hom. 37. ſuper Evang. ante med. col.* 502. *B. tom.* 2.

Diviſio.

S. Bonavent. Duplex eſt Crux,
- Materialis & Spiritualis.
  - Prima eſt exterior, quæ conſiſtit in opere.
  - Secundà interior, quæ portatur in co[illegible]. *Profec.*

Crux corporalis, bonorum eſt & malorum: ſed ſpiritualis eſt tantùm bonorum. *Serm. 3. de ſancto Andrea. poſt initium, pagina* 217. *columna* 2. & 218. *columna* 1. *tom* 3.

S. BONAVENT. Duplex fuit Crux Chriſti, { Exterior, quæ fuit lignea. / Interior, quæ fuit aurea. *Proſ.*

Exterior, fuit Paſſionis & pœnitentiæ; interior, fuit compaſſionis & miſericordiæ. *Tuul. 7. Diata. cap. 4. ab initio, pagina* 311. *columna* 2. *littera C. tom. 6. part.* 1.

HUGO A S. VICTORE. Tres ſunt cruces, prima latronis deſperantis, ſecunda latronis boni deprecantis, tertia Chriſti. *Proſecutio.*

Prima crux eſt diaboli, ſecunda juſti, tertia Chriſti.

Prima malitiæ, ſecunda pœnitentiæ, tertia juſtitiæ.

In prima cruce crucior, ad ſecundam tendo, pro tertia ſuſpiro.

Primam timeo, ſecundam quæro, tertiam deſidero.

In prima eſt pœna tantùm; in ſecunda, pœna cum venia: in tertia, gloria.

Ad crucem malitiæ pertinet pœna, ad crucem pœnitentiæ pertinet venia, ad crucem verò juſtitiæ, gloria. *Libro* 2. *de clauſtro animæ. cap.* 23. *ante med. pag.* 53. *lit. A. B. C. tom.* 2.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Ubi pax & multa pax, ibi Crux Chriſti non opprobrio, ſed ſaluti eſt. *Proſec.*

2. Crux opprobrium perfido, fideli gratia, fideli redemptio, fideli reſurrectio eſt. *Super Pſalm.* 118. *ſer.* 21. *verſ.* 5. *col.* 1603. *C. tom.* 4.

3. Ubi ſignum Crucis erigitur, ſtatim & diaboli iniquitas repellitur, & ventorum procella ſopitur. *Ser.* 56. *in princ pag.* 750. *D. tom.* 5.

S. ANSELMUS. 4. Crux quantò diutiùs jacet, tantò difficiliùs tollitur. *De menſuratione crucis. in fine, verbo Hinc autem.*

5. In cruce candet Chriſti nudatum pectus, rubet cruentum latus, tenſa arent viſcera, decora languent lumina, regia pallent ora, procera rigent brachia, pendent crura marmorea, rigat terebratos pedes ſancti ſanguinis unda. *In Meditat. littera M. prope finem.*

S. ATHANAS. MAGN. 6. Solo Crucis ſigno utens homo, dolos dæmonum à ſe propellit. *De Incarnat. Verbi longè poſt med. columna* 70. *E. tom.* 1.

S. AUGUSTIN. 7. Quòd virgâ petra percutitur, Crux Chriſti figuratur: ligno enim accedente ad petram, gratia manavit, & quòd bis percutitur, evidentiùs ſignificat Crucem: duo quippè ligna ſunt Crux. *Lib.* 4. *quæſt. ſuper Numeros, quæſt.* 35. *in fine, pagina* 175. *littera B. tom.* 4.

8. Nihil erat tunc cruce in carne intolerabilius, nihil eſt nunc in fronte glorioſius. *Tract.* 36. *ſuper Evang. B. Ioan. de cap.* 8. *ante medium, pagina* 189. *littera B. tom.* 9.

9. Chriſtianus in fronte crucem figat, ubi ſedes pudoris eſt: ibi omninò, ibi in quo membro erubeſcitur, ibi figatur, undè non erubeſcitur. *De verbis Apoſt. ſerm.* 8. *in med. pagina* 196 *C. tom.* 10.

10. Crux fuit mortifera Chriſto, ſed ſalutifera Chriſtiano. *Ser.* 3. *de Reſurr. & in ord.* 138. *in princ. pag.* 646. *C. tom.* 10.

11. Crux magnum in ſe myſterium continet, cujus poſitio talis eſt, ut ſuperior pars cœlos petat, inferior terræ inhæreat, fixa in infernorum ima contingat, latitudo autem ejus, partes mundi appetat. *Serm.* 1. *de Vigilia Pent. & in ord.* 181. *poſt initium, pag* 704. *C. tom.* 10.

12. Totus figatur in corde, qui pro nobis fixus eſt in cruce. *De ſancta virginit. cap.* 55. *in fine, pag.* 579. *B. tom.* 6.

13. Crux non ad potentiæ documentum, ſed ad exemplum patientiæ ſuſcepta eſt: ibi Chriſtus vulnera tua curavit, ubi ſua diù pertulit: ibi à morte ſempiterna te ſanavit, ubi temporaliter mori dignatus eſt. *Tract.* 3. *ſuper Evang. de cap.* 1. *poſt init. pagina* 15. *A. tom.* 9.

14. Crux carnis ipſa crucifigenda eſt, & transfigenda clavis timoris Dei, ne ſolutis & liberis membris reluctantem portare non poſſis. *Ep* 38. *ad Lætam prope fin. pag.* 91. *A. tom.* 2. S. AUGUST.

15. Crux finita eſt in pœna, infinita manet in gloria: à locis ſuppliciorum, fecit tranſitum ad frontes Imperatorum. *Super Pſ.* 36. *conc.* 2. *longè poſt initium, verſ.* 18. *pag.* 193. *B. tom.* 8.

16. In frontibus Regum pretioſius eſt ſignum crucis, quàm gemma diadematis. *Sup. Pſalm.* 73 *ante med. verſ.* 4. *pag.* 554. *C. tom.* 8.

17. Grande ſpectaculum, JESUS portans crucem ſuam! ſed ſi ſpectat impietas, grande ludibrium: ſi pietas, grande myſterium. *Proſec.*

18. Si ſpectat impietas, grande ignominiæ documentum: ſi pietas, grande fidei munimentum. *Tract.* 117. *ſuper Evang. B. Joan. de cap.* 19. *circa med. pag.* 371. *A. tom.* 9.

19. Lignum crucis ubi fuerunt fixa membra morientis, etiam cathedra fuit magiſtri docentis. *Ibidem, Tract.* 119. *de cap.* 19. *ferè in princ. pag.* 374. *littera D. tom.* 9.

20. Crux eſt baptiſma, quòd ergo Crux Chriſto & ſepulchrum, hoc nobis baptiſma factum eſt. *Lib.* 1. *contra Iulianum. cap.* 2. *poſt med pag.* 647. *A. tom.* 7.

21. Nihil tempore quo Chriſtus crucifixus eſt, fuit ignominioſius, quàm mors crucis. *Ser.* 18. *de verb. Dom. ante med. pag.* 53. *B. tom.* 10.

22. Ubi Crucis Chriſti memoria, ibi dæmonum eſt pernities: ubi ſignum cœleſte eſt, ibi diaboli exitium. *Orat.* 14. *in fin. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 429. *columna* 2. *G. edit. Colon.* 1618. S. BASILIUS SELEUC.

23. Via ad ſalutem, Paſſio: & Crux, regni conciliatrix. *Ibidem, Orat.* 31. *in fine, pagina* 451. *columna* 1. *littera D.*

24. Duobus modis crux tollitur, { Cùm aut per abſtinentiam afficitur corpus. / Aut per compaſſionem proximi affligitur. *Lib.* 3. *in Luc. cap.* 9. *in illud* 38. *Et tollat crucem ſuam. col.* 321. *tom.* 5. V. BEDA.

25. Quatuor virtutum gemmis cornua crucis ornantur. { Eſt ſupereminentior charitas. / A dextris, obedientia. / A ſiniſtris, patientia. / Humilitas in profundo. *Ser.* 1. *in Paſch. poſt init. fol.* 35. *col.* 4. *K.* S. BERNARD.

26. Crucis ignominia, credentium facta eſt gloria. *Serm.* 4. *Aſſumpt. B. Mariæ, poſt init. folio* 55. *col.* 3. *G.*

27. Semper lignum crucis vitam germinat, fructificat jucunditatem, oleum lætitiæ ſtillat, balſamum ſudat ſpiritualium chariſmatum. *Ser.* 1. *de S. Andrea, paulò poſt initium, folio* 72. *col.* 3. *I.*

28. Felix anima, quæ in Cruce Domini gloriatur & triumphat, tantùm ut perſeveret in ea, & nullis valeat tentationibus dejici. *Ibidem, ſerm.* 2. *in fine, folio* 74. *col.* 1. *A.*

29. Grata ignominia Crucis eſt ei, qui crucifixo ingratus non eſt. *Serm.* 25. *ſuper Cant. poſt med. folio* 150 *columna* 1. *C.*

30. Cùm JESUS in ſumma Crucis eſſet amaritudine, nihil exivit de ejus corde, niſi dulcedo. *Libro de Paſſione. cap.* 12. *circa initium, folio* 63. *col.* 2. *E. volumine* 2.

31. Telo Crucis Chriſti in bello fortes effecti, hoſtem fortiter ferimus. *Ibidem, cap.* 19 *paulò ante med. fol* 65. *col.* 4. *L.*

32. Crux JESU CHRISTI non tantùm fuit unius diei,

ſed tota vita illius Crux fuit & Martyrium. *Ibidem cap.* 35. *in medio, fol.* 72. *col.* 2. *littera F. volum.* 2.

S. BERNARD. 33. Stat Chriſtus in cruce expanſis manibus, nudo corpore, manibus ſimul & pedibus perforatis, capite inclinato: ſuſcipe igitur affectum paratum ad tuos, & te ad ſuos invitantis amplexus. *Ibid. cap.* 44. *versùs init. fol.* 74. *col.* 4. *littera M.*

34. Signaculum regium Crux eſt, quam ſi in cordis noſtri memoria portaverimus, tanti regionem Regis, quæ finem non habet, ſecurè poterimus tranſire. *Ibid. circa med. fol.* 75. *col.* 2. *lit. D.*

35. Delectatio de recordatione Crucis, eſt mel dulciſſimum. *Ibid. ante finem, fol.* 75. *col.* 1. *lit. F.*

36. Verè nihil eſt quod ita ab omnium vitiorum impulſu & contagione cogitationem noſtram purificet, & in puritate conſervet, ſicut jugis memoria Crucis Domini Jesu. *Ibid.* &c.

37. Quoties alicujus ſerpentinæ tentationis morſu nos cognoverimus vulneratos, ad Crucem curramus. *Ibid. cap.* 45. *in fine fol.* 75. *col.* 4. *M.*

38. De quatuor generibus arborum Crux facta fuiſſe refertur.
- De Cypreſſo. — Cypreſſus in profundo.
- De Cedro. — Cedrus in longo.
- De Oliva. — Oliva in alto.
- De Palma. — Palma in lato. *Ibid. cap.* 46. *longè poſt initium, fol.* 76. *col* 2. *littera D.*

39. Victoria de diabolo in cruce reportata, etſi alio modo potuit, alio tamen modo impleri non debuit. *Ibid. cap.* 46. *ante medium, fol.* 76. *columna* 2. *littera F.*

40. Neceſſarium fuit diabolum per hominem vinci & per lignum, quia hominem vicerat per lignum. *Ibidem*

41. In cellaria regia, non niſi per torcular Crucis iter eſt. *Ibidem in fine, fol.* 76. *columna* 4. *K.*

42. Bajulum Crucis non gravat, ſed levat: non deprimit, ſed extollit: non quaſſat, ſed erigit. *Serm.* 11. *de Cœna Domini ante med. fol.* 116. *columna* 1. *lit. A. volum.* 2.

S. BONAVENT. 43. In cruce pendet omnis fructus vitæ, quia ipſe eſt arbor vitæ, quæ eſt in medio Paradiſi. *Lib.* 1. *Pharetra, cap.* 4. *in medio pag.* 140. *columna* 1. *littera D. tom.* 6.

44. Crux uſque ad Paſſionem Chriſti pœna fuit reorum, nunc autem eſt victoriæ trophæum, & gloria Eccleſiæ. *Sup. Sap. cap.* 2. *ante finem, in illud, Morte turpiſſima,* &c. *pag.* 249. *col.* 2 *D.*

45. In Cruce Chriſtus dedit corpus tortori, Spiritum Patri, Matrem Joanni, Paradiſum latroni. *Serm.* 2. *Dom.* 1. *poſt Epiphan. ſub finem, pag.* 38. *columna* 1. *tom.* 3.

46. In Cruce pendere (ô anima chriſtiana) continuè debes ſicut Chriſtus, qui vivens nunquàm deſcendere voluit. *Serm.* 3, *Dom. in Octava Paſchæ, ante med. pag.* 103. *col.* 2. *tom.* 3.

47. Neminem audiamus, fratres, non ſanguinem, non ſpiritum quemlibet, deſcenſum à Cruce ſuadentem: perſiſtamus in cruce, moriamur in cruce, deponamur aliorum manibus, non noſtris, exemplo illius qui in cruce dixit, Conſummatum eſt. *Ibid.*

48. In principio cujuſlibet operis boni, præmitte ſignum Crucis in fronte. *Titul.* 2. *Dieta cap.* 5. *in fine, pagina* 284. *col.* 1. *C. tom.* 6.

49. Cor in cruce, crux in corde, crux in ore, crux in membris, cor à cruce ſorbeatur. *In laudiſmo de S. Cruce. in princ. pagina* 423. *col.* 1. *lit. D. E. tom.* 6. *part.* 2.

50. Crux eſt optima medela, contra Zabulonis tela valdè ſalutifera. *Ibidem ab initio, pagina* 423. *col.* 2. *littera B.*

51. In omnibus preſſuris gravibus & duris, totum remedium Crux eſt. *Ibidem poſt initium, pagina* 423. *col.* 2. *littera C.* S. BONAVENT.

52. Nullus ſe excuſet, in quocumque ſit ſtatu, quia nullus eſt qui non inveniat in arbore crucis ſuaviſſimum fructum & ſufficientiſſimum nutrimentum. *Part.* 1. *de Stimulo amoris. cap.* 15. *pagina* 209. *col.* 2. *littera B. tom.* 7. *part.* 3.

53. In ligno crucis (cùm vitæ eſſet lignum) Chriſtus appenſus eſt, quaſi ſeipſum penſaret in pretium perditorum. *Hom.* 6. *ante finem, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 750. *col.* 2. *lit. F.* S. CÆSARIUS ARELATENS.

54. Omne corpus Chriſti in cruce ſic fuit extenſum, quatenùs ejus oſſa humanis oculis numerabilia viderentur, ut quod caro ſuperducta celaverat, nimia tenſione corporis appareret. *Sup. Pſ.* 21. *poſt med. verſ.* 18. *fol.* 32. *col.* 3. CASSIODORUS.

55. Chriſtus placato animo ibat ad crucem, tranquilla mente moriturus. *Sup. Pſ.* 40. *ante finem, verſ.* 13. *fol.* 62. *col.* 4.

56. Crux Domini pravum atque diſtortum correxit orbem terræ, dùm per regulam fidei, Paganorum corda convertit. *Sup. Pſal.* 95. *poſt med. verſ.* 10. *Etenim correxit orbem terræ. fol.* 146. *col.* 1.

57. Non timetur mortis periculum, ubi tantæ reverentiæ conſpicitur ſignum. *De Nativitate Chriſti cap.* 2. *prope finem, pag.* 449. *col.* 2. *tom.* 5. S. CYPRIAN.

58. Non pudeat nos Crucis Chriſti: quòd ſi aliquis id occultet, tu manifeſtè ſigna te cruce in fronte, ut dæmones ſignum Regis videntes, trementes procul fugiant. *Profec.* S. CYRILLUS HIEROSOL.

59. Fac autem hoc ſignum, & manducans & bibens, & ſedens & ſtans, & loquens & ambulans; in ſumma, in omni negotio. *Catecheſ.* 4 *de Aſcenſione in medio, apud Biblioth. Patr. tom.* 4. *pag.* 404. *col.* 2. *G. edit. Colonienſis* 1618.

60. Non pudeat nos Crucis Salvatoris, ſed in ea potiùs gloriemur. *Ibid. Catecheſ.* 13. *circa init. pag.* 429. *col.* 2. *littera G.*

61. Pro te crucifixus eſt Jesus, qui nihil peccaverat, & tu pro crucifixo non crucifigeris. *Ibid. circa med. pag.* 429. *col.* 1. *littera C.*

62. Non pudeat nos crucifixum confiteri, ſed in fronte confidenter ſignaculum crucis digitis imprimatur, & in aliis omnibus crux fiat. *Prof.*

63. In panibus comedendis, & in poculis bibendis, in egreſſu, & ingreſſu, ante ſomnum recumbendo & ſurgendo, eundo & quieſcendo. *Ibid. poſt med. pag.* 430. *col.* 2. *F.*

64. Nihil abſque ſigno crucis peragas; ſed ſive dormias, ſive expergiſcaris, ſive operi inſiſtas, ſive comedas, ſive bibas, ſive iter agas, ſive per mare naviges, ſive flumen trajicias, ſive quid aliud agas, omnia membra tua ſalutari ac vivifico crucis ſignaculo ſemper conſignes atque communias. *De ſanctiſſima Cruce ante med. pag.* 700. *lit. B. C. tom.* 3. S. EPHRÆM.

65. In libro crucis lege, & mundanæ ac curioſæ ſcientiæ ne vacaveris. *Tom.* 3. *opuſcul. Apophthegm.* 33. *in fine pag.* 434. S. FRANCISCUS ASSISIAS.

66. Crucis nomine & virtute Eccleſia diabolum interfecit. *Sup. lib. Indic. cap* 4. *columna* 179. *littera A. tom.* 2. GLOSS INT.

67. Sicut tentorium ſuper aliquem tenditur, ne à ſole uratur: ita Caro Chriſti in Cruce extenſa, fuit nobis obumbratio vitiorum. *Sup. Cantica cap.* 1. *in illud, Sicut pelles Salomonis,* &c. *columna* 1822. *lit. E. tom.* 3. GLOSS. ORD.

68. Contra malos poſita eſt lex, bonis autem poſita eſt Crux. *Sup. Ep. ad Galat. cap.* 5. *col.* 518. *D. tom.* 2.

69. Chriſtus in Cruce poſitus ſitiebat & pœnitentiam peccantium, & fidem exoptabat perfidorum. *In* 7. *Pſalmos pœnit. ſup. Pſal.* 5. *verſ.* 10. *paulo poſt med. col.* 595. *C. tom.* 2. S. GREG. MAG.

S. HIERONYM. 70. Vexilla militum, crucis inſignia ſnot. *Tom. 1. Epiſt. 7. ad Lętam. non procul ab initio, pagina 54. littera D.*

71. Regum purpuras & ardentes diadematum gemmas, patibuli ſalutaris pictura condecorat. *Ibidem.*

72. Dei filius ſuſtinuit ignominiam Crucis, & tu putas beatos, qui felicitate iſtius ſeculi & deliciis perfruuntur. *Tom. 1. Ep. 33. ad Caſtratium. circa med. pag. 205. lit. A.*

73. Gloria Salvatoris, patibulum triumphantis eſt: crucifigitur ut homo, glorificatur ut Deus. *Tom. 3. Epiſt. 28. ad Hedibiam. quaſt. 9. poſt med. pagina 248. littera D.*

74. Ad omnem actum, ad omnem inceſſum manus pingat crucem. *Tom. 1. Ep. 22. ad Euſtoch. longè poſt med. pag. 147. B. Et in regula Monachor. cap. 14. poſt init. pag. 280. D. tom. 4.*

75. Chriſtianis vexilla crucis deliciæ ſunt. *In Regula Monachor. cap. 22. in principio, pag. 289. lit. A. tom. 4.*

76. Crux Chriſti non ſolùm nobis, ſed & Angelis, cunctiſque in cœlo virtutibus profuit, & aperuit Sacramentum, quod ante neſciebant. *Lib. 2. ſup. Ep. ad Epheſ. cap. 3. in illud, Ut innoteſceret nunc principatibus. pag. 218. A. tom. 9.*

HUGO CARD. 77. Crux eſt ſcala cæli: duo ejus latera, mortis ignominia & mortis anguſtia. *Sup. Geneſ. cap. 28. Myſticè, fol. 38. col. 3. tom. 1.*

78. Tanta eſt virtus crucis, ut ſi mente fideliter teneatur, nulla tentatio valeat prævalere: imò omnis tentatio, in memoria crucis ſuperatur. *Ibid. cap. 35. fol. 49. col. 4.*

79. Crux tribus modis tollitur.
- Aut cùm propter fidem Chriſti martyrium ſuſtinetur.
- Aut cùm pœnitentiæ onus aſſumitur.
- Aut quando proximis quis compatitur. *Sup. Matth. cap. 10. fol. 42. col. 1. tom. 6.*

S. IGNATIUS MART. 80. Crux Chriſti prima fuit diabolo condemnationis, mortis, & perditionis cauſa. *Ep. 8. ad Philipp. ante med. apud Bibl. Patrum, tom. 1. pag. 83. col. 2. littera E. edit. Coloniæ* 1618.

81. Crux Chriſti incredulis ſcandalum eſt, credentibus verò ſalus. *Ibid. Ep. 14. ad Epheſios, ante finem, pag. 93. col. 2. F.*

S. JOANNES DAMASCENUS. 82. Crux nobis ſigni loco in fronte data eſt, haud ſecùs ac circumciſio Iſraëli. *Prof.*

83. Per hanc enim nos, qui fide præditi ſumus, ab infidelibus diſtinguimur, atque in Dei filios agnoſcimur. *Lib. 4. de fide orthod. cap. 12. à medio, fol. 274. pagina 2.*

S. ISIDORUS HISPALENS. 84. Qui crucem portat, debet & mundo mori: nam ferre crucem & mori, mortificare ſeipſum eſt: ferre autem & non mori, ſimulatio hypocritarum eſt. *Lib. 2. de ſum. bono cap. 2. ſent. 9. pag. 637. col. 2.*

85. Quæcumque mens procellis mundi hujus involveris, lignum conſcende crucis, & à mari (id eſt tempeſtate hujus mundi) liber eris. *Lib. 3. de ſum. bono, cap. 22. ſent. 2. pag. 674. col. 2.*

S. JOANNES CHRYSOST. 86. Per lignum Adæ ſervitus, per lignum Chriſti libertas: luctus in principio, gaudium in poſtremo: in primo mors, in noviſſimo vita: in exordio interitus, gloria in ſupremo. *Serm. de Geneſi, ante finem, col. 540. lit. C. tom. 1.*

87. Crux ante oculos viſa, omnem ſtatim abigit malam voluptatem: hæc enim ſalus eſt animæ, fœdarum concupiſcentiarum ſalubre antidotum. *Serm. de Joſephi continentia in fine, col. 568. A. tom. 1.*

88. In penetralibus, & in parietibus, & in feneſtris, & in fronte ac mente magno ſtudio crux eſt inſerenda: id enim ſalutis, id communis libertatis, id manſuetudinis atque humilitatis ſignum eſt. *Hom. 55. ſup. Matth. à medio col. 463. B. tom. 2.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 89. Quando cruce te ſignas, univerſam tecum crucis cauſam verte, & iræ ac reliquarum paſſionum incendia extingue. *Ibidem poſt medium, columna 463. littera C.*

90. Hæc crux non terribiles, ſed deſpicabiles hominibus dæmones effecit. *Ibid. poſt medium, columna 464. lit. A.*

91. Quicumque crucis ſignum habet in fronte, hic à diabolo percuti non poteſt. *Hom. 14. ſup. Marc. ante finem, col. 1285. C. tom. 2.*

92. Crux animi eſt ad aciem inſtructi & mortificati, nihilque remiſſi quærentis. *Serm. 13 ſup. Ep. ad Philipp. in princ. col. 1209. B. tom. 4.*

93. Magnum bonum eſt crux, ſalutaris armatura, & ſcutum inexpugnabile. *Ibid. poſt init. columna 1209. littera C.*

94. Reges poſitis diadematibus, crucem ſuſcipiunt, mortis Chriſti ſymbolum. *Adverſùs Gentiles quòd Chriſtus ſit Deus ante med. columna 1212. A. tom. 5.*

95. In omnibus Crux.
- In purpuris Crux.
- In diadematibus Crux.
- In precibus Crux.
- In armis Crux.
- In menſa Crux.
- In toto orbe Crux.
- Super ſolem fulget Crux. *Ibidem ut ante.*

96. Crucem non ſimpliciter digito in corpore, ſed magna profectò fide in mente formare oportet. *Profec.*

97. Nam ſi hoc modo eam impreſſeris, nullus ſceleſtorum dæmonum, cùm iſtam videat, quâ lethale vulnus ſuſcepit, congredi tecum audebit. *Hom. 55. ſup. Matth. a medio, col. 463. D. tom. 2.*

LACT. FIRM. 98. Ideò mi genere ſupplicii Crucis Chriſtus affici voluit, ut is qui humilis advenerat, humilibus & infirmis opem ferret, & in omnibus ſpem ſalutis oſtenderet. *De divin. Inſt. lib. 4. de vera ſapientia, cap. 26. poſt med. pag.* 186.

99. Eo genere ſupplicii Crucis Chriſtus affici voluit, quo humiles & infirmi ſolent, ne quis eſſet omninò, qui eum non poſſet imitari. *Ibid.*

100. Nulla gens tàm inhumana eſt, nulla regio tàm remota, cui ſublimitas Majeſtatis Chriſti in cruce ignota ſit. *Ibid.*

101. Signum crucis maximo terrori dæmonibus eſt. *Ibidem cap. 27. in princ. pag.* 187.

S. LEO I. 102. Pendente in patibulo Creatore, univerſa creatura congemuit, & crucis clavos omnia elementa ſenſerunt, nihil ab illo ſupplicio liberum fuit. *Serm. 6. de Paſſione Dom. poſt med. fol. 44. pag. 2.*

103. Crux Domini ſicut Judæorum erat mente crudelis, ita eſt in crucifixi virtute mirabilis. *Ibid. ſerm. 11. in fine, fol. 49. pag. 2.*

104. Crux Chriſti, quæ ſalvandis eſt impenſa mortalibus, Sacramentum eſt, & exemplum: Sacramentum quo virtus impletur divina, exemplum quo devotio excitatur humana. *Serm. 2. de Reſurrect. prope princ. fol. 59. pag. 1.*

105. Unuſquiſque fidelis Chriſti cruce armetur, ut Chriſto dignus habeatur. *Serm. 9. Quadrag. in med. fol. 39. pag. 1.*

S. MACHAR. ÆGYPT. 106. Chriſtiani perfecti, qui meruerunt ad gradum perfectionis pervenire, & Regi proximi fieri, Cruci Chriſti perpetuò conſecrati ſunt. *Hom. 17. in principio, apud Bibl. Patr. tom. 5. pag. 72. col. 1. lit. D. edit. Colonienſis* 1618.

S. MAXIMUS EPISC. 107. Crux Domini non illa tantùm dicitur, quæ

paſſionis tempore ligni affixione conſtruitur: ſed & illa quæ totius vitæ curriculo cunctarum diſciplinarum virtutibus coaptatur: ut intelligas crucem non ſolum ligni eſſe patibulum, ſed & vitæ virtutis propoſitum. *Proſec.*

S. MAXIMUS EPISC. 108. Tota igitur vita Chriſtiani hominis (ſi ſecundùm Evangelium vivat) Crux eſt atque martyrium. *Hom. de Martyribus, circa init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 39. col. 1. littera A. B. editionis Colonienſis* 1618.

ORIGEN. 109. Eſt tanta vis Crucis Chriſti, ut ſi ante oculos ponatur, & in mente fideliter retineatur, nulla concupiſcentia, nulla libido, nullus furor, nulla ſuperare poſſit invida. *Lib. 6. in cap. 6. Ep. ad Rom. poſt init. pag. 355. col. 2. D. tom. 2.*

PETR. BLES. 110. Audeo ego & dico, in diſtrictiori cruce pendet vir contemplativus, quàm Chriſtus: quia & diuturnior, & in pluribus coërcens eum. *Proſ.*

111. Chriſti membra ſic clavis confixa ſunt, ut officiis ſuis uti non valerent: lingua tamen libera à crucifixione, loquebatur, orans pro crucifixoribus: vir autem contemplativus, ſic omnia membra ſua clavis obedientiæ arctavit, ut nec etiam lingua loqui valeat.

112. Quid in hac cruce faciendum? utique quod Chriſtus fecit in ſua: moriendum eſt in ea, quia Chriſtus mortuus eſt in ſua.

113. Si perſtrepat mundus, ſi dæmones, ſi caro propria, & dicant: Deſcende de cruce; juvenis es, circa ſenium aſcendere poteris.

114. Dic eis, nihil certius morte, nihil incertius hora mortis: vigilabo & ſtabo in Cruce, donec inclinato capite tradam ſpiritum. *Serm. 9. de Purificat. ante finem, apud Bibliothecam Patr. tom. 12. part. 2. pag.* 851. *col. 1. littera B. C. edit. Colonienſis* 1618.

PETR. CELL. 115. Lenit dolores patientis Chriſtiani, aſſidua recordatio in Cruce pende[illegible] *De Panibus cap. 23. in fine, apud Biblioth. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 670. col. 1. C. edit. Colonienſis* 1618.

S. PETRUS DAMIANUS. 116. Ubicumque ſignum crucis erigitur, illic proculdubiò, & Chriſti victoria, & diaboli captivitas denotatur, *Serm. 18. de Invent. S. Crucis circa initium, pagina* 190. *columna 1. & 2. lit. E. & A. tom. 2.*

117. Per lignum ſervi facti, per lignum ſumus libertati priſtinæ reſtituti. *Proſec.*

118. Per lignum de Paradiſo fueramus ejecti, per lignum ſumus ad patriam revocati. *Ibidem paulò poſt init. pag. 190. col. 2. B.*

119. Ille non amat Chriſtum, qui non amat Crucem Chriſti. *Ibidem poſt medium, pagina* 193. *col.* 1. *littera D.*

120. Præferimus crucem in fronte, ſed eandem crucem multò ſalubriùs recondamus in corde. *Ibid ſub finem, pag. 193. col. 1. D.*

121. Non ſibi quiſpiam de ſolo ſigno crucis applaudat, ſi veritatem crucis in operibus non exhibeat. *Ibid.*

122. Ille cordi ſuo ſignum crucis veraciter habet impr[illegible]um, qui Chriſtum (qui in cruce ſuſpenſus eſt) diligit. *Serm. 39. de S. Caſſiano, poſt med. pag. 238. col. 1. E. tom. 2.*

123. In ſigno victoriæ victorem colimus, & adorando crucem, ipſum (qui crucifixus eſt) adoramus. *Serm 48. de Exaltat. S. Crucis, in princ. pag. 259. col. 2. lit. D. tom. 2.*

124. In tremendi examinis die, beata Crux ulnis advehetur Angelorum, & ante omnium ponetur ora mortalium *Ibid poſt med. pag. 263. col. 1. E.*

PRUDENTIUS. 125. Crux pellit omne crimen,
Fugiunt Crucem tenebræ;
Tali dicata ſigno,
Mens fluctuare neſcit. *In Cathemerino. De Hymno ante ſomnum, ſub finem, pag. 145.*

S. THEODORET. 126. Diabolus cùm noſtrum Dominum Cruci affixiſſet, per Crucem excidit à tyrannide. *Sup. 1. Reg. quæſt. 40. in fine, pag. 534. col. 1. C. tom. 1.*

127. Non eſt aliqua armatura tàm fortis, nec ſagitta tàm acuta & terribilis contra diaboli potentiam atque ſævitiam, ſicut ſignum ſanctæ Crucis. *Serm. 20. ad Fratr. Part. 1. Diviſ. 9. pag. 87. tom. 1.* THOMAS A KEMPIS.

128. Non eſt ſalus animæ, nec ſpes æternæ vitæ, niſi in cruce. *Proſeq.*

129. Tolle crucem tuam & ſequere JESUM, & ibis in vitam æternam: præceſſit ille bajulans ſibi crucem, & mortuus eſt pro te in cruce, ut & tu tuam portes crucem, & mori affectes in cruce. *Lib. 2. de Imit. Chriſti, cap. 12. ſect. 2. pag. 358.*

130. Tota vita Chriſti crux fuit & martyrium, & tu tibi quæris requiem & gaudium. *Ibid. cap. 12. ſect. 6. pag. 359.*

131. Ibi ſalus, ubi Crux. *De Recognit. propria fragilit. cap. 7. ſect. 2. pag. 743. tom. 2.*

132. Sacro ſanctæ Crucis ſignaculum, omnem inimici enervat phantaſiam. *Lib. 1. in vita S. Macarii cap. 20. poſt init. pagina 229. col. 2.* IN VITIS PATR.

Crucis Encomia.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. QUID dulcius, quid ſuavius vel cogitari, vel dici poteſt, quàm ſanctæ Crucis myſterium, per quam non ſolum ab inferis revocari, ſed etiam in cœlos elevari meruimus? *Serm. 2. feria 3. poſt 4. Dom. Quadrag. & in ord. 101. poſt med. pag. 584. tom. 10.* S. AUGUSTIN.

2. O crux! cujus tantus ac talis decerpitur fructus: fructus autem crucis, gloriæ eſt Reſurrectio. *Ibid. in fine, pag. 584. D.*

3. Crux Chriſti eſt {
Inimicitiarum interemptio.
Pacis firmamentum.
Omnium bonorum theſaurus. *Serm. 1. feria 6. in Paraſceve, & in ord. 130. in princ. pag. 631. B.*
}

4. Magna res eſt ſignum Chriſti, & ideò iſto tàm pretioſo ſignaculo res magna & pretioſa ſignari debet. Quid enim prodeſt, ſi de annulo aureo ſigillum facias, & putridas paleas intùs recondas? quid prodeſt, ſi ſignum Chriſti in fronte & in ore geſtamus, & intùs in anima crimina & peccata recondimus? *Serm. 1. Dom. 10. poſt Trin. & in ord. 215. in princ. tom. 10.*

5. Crux Chriſti. { S. BONAVENT.
Primò, eſt ſignum oberrantibus, ad ſemitam reductivum.
Secundò, eſt ſignum pœnitentibus, gratiæ collativum.
Tertiò, eſt ſignum pugnantibus, impotentiæ firmativum.
Quartò, eſt ſignum proficientibus, intelligentiæ directivum.
Quintò, eſt ſignum diligentibus, miſericordiæ promiſſivum.
Sexto, eſt ſignum morientibus, ab hoſtibus defenſivum.
Septimò, eſt ſignum pervenientibus, ad gloriam inductivum. *Serm. Exalt. S. Crucis poſt init. pag. 272. col. 1. to. 3.*
}

6. Crux eſt. {
Clavis Cœli.
Vectis arcæ.
Navis maris.
Arbor Danielis.
Palma fructuum.
Ferculum Salomonis.
Baculus Jacob.
Speculum imitationis. *Lib. 4. Compendii Theolog. verit. ca. 21. ante med. pag. 749. col. 1. lit. A. tom. 7.*
}

S. BONAVENT. 7. Crux eſt porta Paradiſi.
8. Crux eſt mundi medicina.
9. Crux eſt ſalus animarum.
10. Crux eſt vita beatorum.
11. Crux eſt theſaurus perfectorum.
12. Crux eſt ſpeculum virtutis.
13. Crux eſt glorioſæ dux ſalutis.
14. Crux eſt navis.
15. Crux eſt portus.
16. Crux eſt decus ſalvandorum.
17. Crux eſt deliciarum hortus.
18. Crux eſt fortis armatura.
19. Crux eſt perfectio ſecura.
20. Crux eſt arbor decorata, & Chriſti ſanguine ſacrata. *In laudiſimo de ſanctiſſima Cruce ante med. pagina* 423. *columna* 2. *lit. C. D. E. tom.* 6. *part.* 2.

21. Duodecim ſunt fructus Crucis.
- Primus, eſt dæmonum expugnatio; quia abſtulit eis totum mundi principatum.
- Secundus, eſt carceris inferni confractio.
- Tertius, eſt mortuorum & peccatorum ſuſcitatio.
- Quartus, eſt inquinatorum mundatio.
- Quintus, eſt captivorum redemptio.
- Sextus, eſt cœcorum illuminatio.
- Septimus, eſt tepidorum & frigidorum calefactio.
- Octavus, eſt deformium & turpium decoratio.
- Nonus, eſt ſitibundorum & ſitientium potatio.
- Decimus, eſt Dei Patris placatio.
- Undecimus, eſt Januæ Paradiſi apertio.
- Duodecimus, eſt hæreditatis cœli acquiſitio, & confirmatio. *Titul.* 10. *Diata cap.* 3. *per totum, pagina* 320. *columna* 2, *lit. B. C. D. E. tom.* 6. *part.*

22. Crux Domini eſt
- Palma. — Palma juſtitiæ.
- Cedrus. — Cedrus contemplationis.
- Cypreſſus. — Cypreſſus bonæ opinionis.
- Oliva. — Oliva miſericordiæ. *Lib.* 4. *Compendii Theolog. veritat. cap.* 21. *in fine pag.* 749. *col.* 1. *B. tom.* 7.

CASSIODORUS. 23. Crux eſt
- Humilium invicta tuitio.
- Superborum dejectio.
- Victoria Chriſti.
- Perditio diaboli.
- Infernorum deſtructio.
- Cœleſtium confirmatio.
- Mors Infidelium.
- Vita Juſtorum. *Super Pſalmum* 4. *à medio verſ.* 7. *Signatum eſt ſuper nos*, &c. *fol.* 8. *columna* 4.

S. CYRILLUS HIEROSOL. 24. Crucis corona & cœcos in ignorantia illuminavit, & vinctos à peccatis ſolvit, & univerſum genus humanum in mundo redemit. *Catecheſ.* 13. *in principio, apud Bibliothecam Patrum tom.* 4. *pagina* 426. *columna* 2. *littera F. edit. Colonienſis* 1618.

25. Gloriatio gloriationum, eſt Crux Chriſti. *Ibidem.*

S. EPHRÆM. 26. Crux eſt
- Pupillorum mater.
- Afflictorum conſolatio.
- Senum corona.
- Imperatorum diadema.
- Barbarorum philoſophia.
- Prophetarum prædictio.
- Apoſtolorum prædicatio.
- Diſcipulorum congregatio.
- Imbecillorum fortitudo.
- Debilium firmitas.
- Monachorum fiducia. *De ſanctiſſima Cruce ante med. pagina* 700. *lit. D. E. tom.* 3.

FRANCISCUS TITELM. 27. Crux Chriſti nidus eſt animæ, in quo dùm requieſcit, ſagittis inimicorum non patebit. *Sect. prima ſup. Pſal.* 10. *ante mediam, verſ.* 2. *Ut ſagittent in obſcuro, &c. pagina* 95.

GILLEBERTUS ANGLUS. 28. Crux Chriſti corona eſt gloriæ, & diadema regni. *Serm.* 20. *ſup. Cantica circa medium, inter opera D. Bernardi volum.* 2. *fol.* 18. *col.* 4. *lit. L.*

HUGO A S. VICTORE. 29. Crux Chriſti habet.
- Profunditatem timoris.
- Altitudinem ſpei.
- Latitudinem charitatis.
- Longitudinem perſeverantiæ. *Lib.* 2. *de Clauſtro animæ, cap.* 22. *prope med.*

HUGO CARD. 30. Crux Domini plauſtrum eſt, ſeu vehiculum infirmorum. *Cap.* 6. *ſup. lib.* 1. *Regum. in princ. fol.* 223. *col.* 3. *Moraliter tom* 1.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 31. Cùm regeneramur Crux Domini adeſt, cùm ſacratiſſimo alimur cibo, cùm in ordine conſecrandi ſtatuimur, ubique ac ſemper id victoriæ inſigne nobis aſſiſtit. *Hom.* 55. *ſup. Matth. à medio, col.* 463. *lit. B. tom.* 2.

32. Hoc ſignum crucis, & priſcis & modernis temporibus clauſas januas [illegible]vit; hoc venenorum vires extinxit, hoc feroces beſtias repreſſit, hoc lethales ſerpentum morſus curavit. *Ibidem poſt medium, col.* 463. *lit. D.*

33. Gloria noſtra, caput & origo beatitudinis, libertas & corona, Crux eſt. *Ibid. poſt medium, col* 464. *littera C.*

34. Crux Chriſti clavis eſt Paradiſi. *Hom. de divite ante finem, col.* 1312. *B. tom.* 2.

35. Crux haſta, qua lethale vulnus dæmon ſuſcepit. *Hom.* 55. *ſup. Matth. poſt med.*

36. Crux ſpes Chriſtianorum.
37. Crux Reſurrectio mortuorum.
38. Crux cœcorum dux.
39. Crux deſperatorum via.
40. Crux claudorum baculus.
41. Crux conſolatio pauperum.
42. Crux refrænatio divitum.
43. Crux deſtructio ſuperborum.
44. Crux malè viventium pœna.
45. Crux adversùs dæmones triumphus.
46. Crux devictio diaboli.
47. Crux Adoleſcentum pædagogus.
48. Crux ſuſtentatio inopum.
49. Crux ſpes deſperatorum.
50. Crux navigantium gubernatrix.
51. Crux periclitantium portus.
52. Crux obſeſſorum murus.
53. Crux Pater orphanorum.
54. Crux defenſor Viduarum.
55. Crux juſtorum conſolatrix.
56. Crux tribulatorum requies.
57. Crux parvulorum cuſtos.
58. Crux virorum caput.
59. Crux ſenum finis.
60. Crux lumen in tenebris ſedentium.
61. Crux Regum magnificentia.
62. Crux ſcutum perpetuum.

63. Crux

S. IOANNES CHRYSOST.

63. Crux inſenſatorum ſapientia.
64 Crux libertas ſervorum.
65. Crux Imperatorum Philoſophia.
66. Crux lex impiorum.
67. Crux Prophetarum præconizatio.
68. Crux Annunciatio Apoſtolorum.
69. Crux Martyrum gloriatio.
70. Crux Monachorum abſtinentia.
71. Crux Virginum caſtitas.
72. Crux gaudium ſacerdotum.
73. Crux Eccleſiæ fundamentum.
74. Crux orbis terræ cautela.
75. Crux templorum deſtructio.
76. Crux idolorum repulſio.
77. Crux ſcandalum Judæorum.
78. Crux perditio impiorum.
79. Crux invalidorum virtus.
80. Crux ægrotantium medicus.
81. Crux emendatio leproſorum.
82. Crux Paraliticorum requies.
83. Crux eſurientium panis.
84. Crux ſitientium fons.
85. Crux nudorum protectio. *Hom. de Cruce Domini poſt med. col.* 839. *C. D. & conſequenter. tom.* 3.

S. JOANNES DAMASCENUS.

86. Crux clypeus atque armatura, & trophæum eſt adversùs diabolum: hæc ſigillum, ut ne exterminator Angelus nos tangat. *Lib.* 4. *de fide orthod. cap.* 12. *à med. fol.* 274. *pag.* 2. *D.*

87. Crux eſt.
- Jacentium excitatio.
- Stantium fulcimentum.
- Infirmorum baculus.
- Ovium virga
- Reſipiſcentium adminiculum.
- Proficientium perfectio.
- Animæ & corporis ſalus.
- Malorum omnium depulſio.
- Bonorum omnium cauſa.
- Peccati extinctio.
- Reſurrectionis planta.
- Vitæ æternæ lignum. *Ibid. ut ante.*

IOAN. GERS.

88. Via Crucis eſt
- Via electorum.
- Via paucorum.
- Via vitæ.
- Via amarà.
- Via ſalutis.
- Via brevis.
- Via directa.
- Via laboris.
- Via perſecutionis. *Part.* 3. *Epiſt. pro confortat. tentat. circa med. fol.* 374. *col.* 2. *lit. O.*

S. LEO PAPA I.

89. O admirabilis potentia Crucis! in qua & tribunal Domini, & judicium mundi, & poteſtas eſt crucifixi. *Serm.* 8. *de Paſſione Domini poſt med. fol.* 47. *pag.* 1.

90. Crux Chriſti omnium fons benedictionum, omnium eſt cauſa gratiarum, per quam medentibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte. *Ibidem ut ante.*

S. PETR. DAM.

91. In hac cæleſtis figura victoriæ, omnis Religio Chriſtiana depingitur, in hoc vitalis ligni charactere tota virtutum ſpiritualium perfectio deſignatur. *Lib.* 6. *Ep. Epiſt.* 22. *ad Damianum. Monachum. circa med. pag.* 95. *col.* 1. *D. tom.* 1.

92. Crux eſt concordia ſcripturarum, & limes quidam atque confluvium veterum & novorum. *Proſec.*

93. Crux cœleſtia & terrena confœderas.

94. Crux homines ſimul & Angelos in antiquæ concordiæ unanimitate reformat.

95. Crux mors eſt vitiorum, & omnium fons ac vita virtutum.

96. Crux inſipientibus ſemita, currentibus via, pervenientibus requies eſt ſecura.

S. PETR. DAM.

97. Crux eſt tironibus donativum, militantibus, robur, emeritis municipium.

98. Crux eſt fortiter agentium virtus, recuperatio labentium, corona vincentium.

99. Crux terrenis expoliat, ut cœleſtibus ditet: eſurire docet, ut ſatiet: humilitatem præcipit, ut exaltet, patientiam adhibet, ut coronet.

100. Crux eſt in Chriſto viventibus regula, expreſſa juſtitiæ norma, ac omnibus probis moribus diſciplina.

101. Crux diabolum terret, ut effugiat: Angelos, ut ad nos ingrediantur, invitat, cogitationum phantaſmata reprimit.

102. Crux laſſos recreat, infirmos roborat, & titubantia deſperatæ mentis arcana confortat. *Serm.* 48. *de Exalt. S. Crucis, ante med. pag.* 261. *col.* 2. *E. tom.* 2.

103. O Crux purior vitro, rutilantior auro, quæ tanquàm vernantibus gemmis & margaritis, membris ornata es Salvatoris. *Prof.*

104. O Crux luna micantior. ſole ſplendidior, quæ præ divini magnitudine luminis, ſtellarum Jubar, & omnia cæli aſtra præcedis.

105. Tu ſola inter omnia ligna ſilvarum electa es ad humanæ Redemptionis officium.

106. Tu pondus illud ſuſtinere meruiſti, cujus virtute cœlum volvitur, terra ſuſpenditur, & univerſa mundi machina nunquàm caſura libratur.

107. Te tartara metuunt, Angeli venerantur, & omnis rerum creatura miratur.

108. O verè nobilis arbor, quæ de terreno quidem reſpite orta procedis, & ſuper aſtra cæli felices ramos expandis.

109. Olim fructus tuus gehennæ erat obnoxius, nunc Cedros germinas Paradiſo, & vivi ex te lapides prodeunt, cujus ſupernæ Hieruſalem ædificia conſtruuntur.

110. Tu ſalus mundi perditi, tu lux in tenebris conſtituti, tu medicina languentium, tu convaleſcentium virtus.

111. Tu periclitantibus portus, tu evadentibus de fauce mortis aufugium.

112. In te mors cruenta dùm occidit, occiditur: author & ipſe mortis extinguitur, vita hominibus perdita reparatur. *Ibid. longè poſt med. pag.* 263. *col.* 2. *D. E.*

113. O beata Crux te Patriarcharum fides, te vaticinia Prophetarum, te Judex Apoſtolorum ſenatus, te Martyrum victur exercitus, omniumque ſanctorum agmina venerantur, prædicant & honorant. *Prof.*

114. Odor fragrantiæ tuæ, omnia vincit aromata: Nectar tuum cunctas pigmentorum ſpecies, & univerſa mella præcedit.

115. O beata, Crux titulus gloriæ, inſigne victoriæ, ſignaculum Redemptionis æternæ! *Ibid. ante finem, pag.* 264 *col.* 1. *B.*

PRUDENTIUS.

116. Crux eſt omnium ſalus, hominiſque Redemptio. *In Periſtephano de hymno Romani martyris, circa med. verſu* 545. *pag.* 317.

RABANUS.

117. In Cruce.
- Inſinuatur à morte Redemptio.
- Demonſtratur ſancta morum converſatio.
- Intimatur omnium virtutum perfectio.
- Promittitur ad æternam vitam ingreſſio.
- Æternæ beatitudinis ſperatur adeptio.
- Veræ felicitatis obtinetur acquiſitio. *Lib.* 1. *de laude Crucis, in declaratione* 17. *figura.*

118. In te (Crux) ſancti Angeli gaudia ſua accumulata conſpiciunt, in te homines jura ſalutis ſuæ cognoſcunt, in te inferi juſtam retributionem fraudis ſuæ percipiunt. *Ibidem in declaratione* 21. *figura.*

119. O ſancta Crux omnibus es æqua, omnibus bona, omnibus juſta. *Prof.*

RABANUS. 120. Præterita renovas, præſentia illuſtras, futura præmonſtras: perdita requiris, quæſita invenis, inventa cuſtodis. *Ibid. ut ante.*

121. Sancta Crux eſt
- Peccatorum remiſſio.
- Pietatis exhibitio.
- Meritorum augmentatio.
- Infirmorum remedium.
- Laborantium auxilium.
- Lapſorum refrigerium.
- Sanorum incolumitas.
- Quietorum ſerenitas.
- Fortunatorum felicitas. *Ibid. ut ante.*

122. Sancta Crux,
- Tu cura es, ægrotos medicans.
- Tu gaudium, mœſtos conſolans.
- Tu ſanitas, dolentes lætificans.
- Tu ſtatus credentium rectè.
- Tu firmitas operantium benè.
- Tu beatitudo perſeverantium ritè. *Ibid. ut ante.*

ROBERTUS BELLARM. 123. Quid eſt Crux Domini aliud Quàm
- Scala Jacob.
- Clavis cœli.
- Anchora ſalutis.
- Vexilum cœleſtis militiæ.
- Arbor navis Eccleſiæ.
- Lignum vitæ in medio Paradiſi? *Conc. 29. Dominica Paſſionis, in princ. pag. 216. col. 1.*

S. THEOPHIL. PATRIARCHA. 124. Crux Chriſti ſtatera Patris eſt. *Lib. 2. de S. Spiritu. cap. 8. fol. 425. pag. 5.*

RUPERTUS. 125. Candelabrum Crux Chriſti eſt, quæ totum mundum fulgore ſui luminis illuſtravit. *Lib. 1. ſup. Evang. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 2. pag. 148. col. 2. E. edit. Colonienſis 1618.*

THOMAS A KEMPIS. 126. O verè beata Crux!
- Per te dæmones fugantur.
- Per te infirmi curantur.
- Per te pavidi confortantur.
- Per te vitioſi mundantur.
- Per te pigri excitantur.
- Per te ſuperbi humiliantur.
- Per te duri compunguntur.
- Per te devoti fletibus irrigantur. *Part. 2. Serm. 20. ad Novitios, diviſ. 2. pag. 83. tom. 1.*

127. Crux Chriſti eſt
- Amantibus levis.
- Triſtibus ſolatioſa.
- Pœnitentibus benigna.
- Sanctis Angelis honorabilis.
- Hominibus amabilis.
- Dæmonibus terribilis.
- Deſpecta ſuperbis.
- Accepta humilibus.
- Aſpera carnalibus.
- Dulcis ſpiritalibus.
- Inſipida ſtultis.
- Affectuoſa devotis.
- Affabilis pauperibus.
- Conſocialis peregrinis.
- Amicabilis afflictis.
- Conſolabilis infirmis.
- Confortabilis morituris *Ibid. ſerm. 20.*

128. Crux arbor eſt ſpecioſiſſima,
- Cedro altior.
- Palma latior.
- Cypreſſo odoratior.
- Balſamo nobilior.
- Vite fœcundior.
- Oliva pinguior.
- Ficu dulcior.
- Buxo viridior.
- Quercu fortior.
- Roſa pulchrior.
- Liliis candidor *Ib. ſer. 20. diviſ. 22. p. 93.*

THOMAS A KEMPIS. 129. O Crux ſplendidiſſima,
- Sole excelſior.
- Stellis clarior.
- Luna lucidior.
- Gemmis micantior.
- Lapidibus pretioſior.
- Auro dignior.
- Argento melior.
- Nardo efficacior.
- Aromatibus ſalubrior *Ibid.*

130. O verè beata Crux Tu
- Salus credentium.
- Gloria Apoſtolorum.
- Clypeus Martyrum.
- Laus Confeſſorum.
- Diadema Virginum.
- Solamen Viduarum.
- Fortitudo ſenum.
- Diſciplina Juvenum.
- Speculum Religioſorum.
- Refugium tribulatorum. *Medit. 24. de Chriſti Paſſione, cap. 4. in fine, pag. 251. tom. 1.*

131. Quid times tollere Crucem, per quam itur ad regnum?
- In Cruce ſalus.
- In Cruce vita.
- In Cruce protectio.
- In Cruce ſuavitatis effuſio.
- In Cruce robur mentis.
- In Cruce gaudium ſpiritus.
- In Cruce ſumma virtutis.
- In Cruce perfectio ſanctitatis. *Lib. 2. de Imit. Chriſti cap. 12. ſect. 2. pag. 358. tom. 2.*

Culpa.

DEFINITIO.

S. BONAVENT. QUID eſt culpa, niſi quædam lutoſa fœtenſque materia? *Serm. de S. Mattheo, ante med. pag. 274. col. 1. tom. 1.*

JOAN. GERS. Culpa eſt transgreſſio voluntaria legis obligantis. *In deſcript. terminor. fol. 24. columna 3. littera A. Part. 4.*

S. THOMAS AQUINAS. Culpa eſt voluntaria inordinatio, vel privatio boni. *Part. 1. ſumma, quæſt. 48. art. 6. in corp. pag. 94. col. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Citò culpa culpam excutit, ſicut ſi lapides teras, ignis erumpit, *Lib. 1. Offic. cap. 21. circa med. col. 14. B. tom. 1.*

2. Quò major eſt culpa, eò majora ſunt quærenda ſuffragia. *Lib. 1. de pœnit. cap. 8. in medio, col. 174. C. tom. 1.*

3. Animus culpæ author eſt, caro miniſtra. *Ibid. lib. 2. cap. 14. in princ. col. 179. A.*

4. Ita gravis eſt culpa conſcientiæ, ut ſine judice ipſa ſe puniat, & velare ſe cupiat, & tamen apud Deum nuda eſt. *Ibid. lib. 3. cap. 11. circa med. columna 194. lit. A.*

5. Qui carnem gerit, culpæ obnoxius eſt. *Lib. 1. Epiſt. 3. ad Simplicianum, poſt init. columna 510. D. tom. 3.*

6. Dùm culpa fervet in corpore, non cogitat Deum. *De Paradiſo, cap. 14. Statim ab initio, col. 919. lit. D. tom. 4.*

7. Veniabilis eſt culpa, quam ſequitur confeſſio delictorum. *Ibidem à medio, columna 920. littera C.*

S. Ambrosius. 8. Nihil eſt quod majoris doloris ſit, quàm culpæ reatus. *De Noe & Arca cap.* 1. *in fine, col.* 954. *lit. C. tom.* 4.

9. Non eſt quòd cuiquam noſtram adſcribamus culpam, niſi noſtræ voluntati. *Profec.*

10. Nemo enim tenetur ad culpam, niſi voluntate propria deflexerit. *Lib.* 1. *de Jacob, & vita beata, cap.* 3. *ante med. col.* 1053. *C. tom.* 4.

11. Creſcit culpa cùm proditur, nec cavetur. *Ibid. cap.* 4. *in princ. col.* 1054 *D.*

12. Fructuoſior culpa, quàm innocentia: Innocentia arrogantem me fecerat, culpa ſubjectum reddidit. *Ibid. cap.* 6. *poſt init. col.* 1056. *C.*

13. Nullus eſt nudus, niſi quem culpa nudaverit. *De Joſeph. cap.* 5. *poſt med. col.* 1082. *A. tom.* 4.

14. Tolerabilior eſt culpa, quæ verecundia premitur, quàm quæ inſolentia prædicatur. *Lib.* 2. *de Apologia David. cap.* 12. *in fine, col.* 1206. *B. tom* 4.

15. Culpa ad reatum trahit, reatus ad pœnam, pœna perducit ad mortem. *De dignit. Sacerdot. cap.* 4. *circa init.* 1259. *B. tom.* 4.

16. Gravis adverſarius eſt culpa, Quæ
- Solicitat otioſos.
- Affligit ſanos.
- Contriſtat lætos.
- Inquietat placidos.
- Exagitat mites.
- Excitat dormientes. *Sup. Pſal.* 37. *ante med. col.* 1328. *lit. B. tom.* 4.

17. A ſancto viro plus culpa, quàm ærumna defletur. *Super Pſ.* 118. *ſer.* 18. *verſ.* 8. *in fine columna* 1569. *C. tom.* 4.

S. Augustin. 18. Nulla eſt tàm grandis culpa, quæ pœnitendo non habeat veniam. *De rectitud. Converſ. in medio, pag.* 793. *B. tom.* 9.

19. Iram ratio provocavit, culpa veniam ſuaſit ad fugam; ſed felix fuga eſt, quæ currit ad vitam. *Ep.* 189. *ad Boniſac. poſt med. pag.* 520. *C. tom.* 2.

20. Viri ſublimis culpa, grave peccatum eſt. *De quæſt. veteris & novi Teſtam quæſt.* 16. *in princ. pag.* 306. *D. tom.* 4.

21. Qui ſolus eſt ſine culpa, ſolus eſt ſine pœna: ſed quoniam nullus eſt ſine culpa, ideò nullus ſine pœna vivere debet. *Serm.* 24. *ad Fratr. in eremo. circa med. pag.* 942. *C. tom.* 10.

S. Bernard. 22. Quomodo culpam ſuam confitebitur, qui nec eſſe putat, nec putari culpabilis patitur? propterea cùm ei culpa imputatur, creſcit, non amputatur. *De* 12. *gradib. ſuperbiæ Gradu* 7. *de præſumptione in fine, fol.* 383 *col.* 3. *G.*

23. Quantò eſt peccatoris vita longior, tantò culpa numeroſior. *De Medit. cap.* 2. *ante med. fol.* 322. *col.* 3. *littera G.*

24. Apud Deum judicem ipſa cognitio culpæ, impetratio eſt veniæ. *Ibid. cap.* 11. *ante fin. fol.* 325. *col.* 1. *A.*

25. Culpabilis profectò eſt confeſſio, quæ culpam non diluit, quæ ſe excuſat, & non accuſat. *Serm.* 16. *ſup. Cant. poſt med. fol.* 145. *col.* 4. *L.*

26. Ex quo minor reputatur culpa, eò minuitur & gloria indultoris. *Ibidem* &c. *lit. M.*

27. Eodem ordine quo præceſſit culpa, ſubſecuta eſt etiam culpæ medicina. *Serm.* 27. *de Parvis ſerm. in princ. fol.* 120. *col.* 3. *I.*

S. Bonavent. 28. Si culpa malorum ſit odienda, natura tamen eſt amanda. *Sup. Joan. cap.* 15. *in illud, Mundus vos odit,* &c. *pag.* 392. *col.* 1. *tom.* 2.

29. Numquàm eſt dedecus culpæ, ſine decore juſtitiæ: nec eſt culpa commiſſa ſine pœna permixta. *Part.* 2. *Centiloquii ſect.* 2. *ante med pag.* 70. *col.* 1. *D. to.* 6. *part.* 1.

S. Clemens Alex. 30. Culpa eſt ejus, qui eligit: in Deum autem culpa conferri nequit. *Lib.* 1. *Pedagogi cap.* 8. *circa med.*

S. Eusebius Emissen. 31. Dùm culpæ author humiliatur, culpa conſumitur. *Hom.* 10. *ad Monachos. in princ. apud Biblioth. Patrum tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 586. *col.* 2. *lit. H.*

Gloss. decr. 32. Culpa eſt ſubjectionis cauſa? *Apud Cratianum in decretn. fol.* 23. *col.* 2. *edit Lugdun.* 1540.

Gloss. Ord. 33. Culpa inſenſibilior redditur, quantò quaſi vera virtus laudatur. *Sup. Threnos cap.* 4. *col.* 1011. *B. tom.* 4.

Gratianus. 34. Semel culpa dimiſſa, recidivo dolore, iterùm ad animum revocari non debet. *In decretis part.* 2. *cauſa* 23. *quæſt.* 4. *Can Si.* §. *Semel. fol.* 297. *col.* 4. *edit. Lugdun.* 1540.

S Greg. mag. 35. Ne captiva mens culpæ ſerviat; culpam à pœnitentia liberam non relinquat. *Lib.* 4. *Moral. cap.* 17. *in fine, num.* 22. *col.* 109. *C. tom.* 1.

36. Inceſſanter creſcit culpa favoribus nutrita. *Ibid. cap.* 25. *circa med. num.* 29. *col.* 117. *B.*

37. Cùm culpa culpæ adjungitur, quid aliud quàm involutis ſemitis, atque innodatis vinculis pravorum greſſus ligantur? *Lib.* 7. *Moral. cap* 12. *poſt med. num.* 125. *col.* 226. *A. tom.* 1.

38. Culpa nos voluntatis propriæ ſemel ſtravit, ſed pœna culpæ deteriùs quotidiè deprimit. *Lib.* 8. *Moral. cap.* 19. *prope finem, col.* 267. *C. tom.* 1.

39. Electi culpis ſuis nunquàm ſciunt parcere, ut poſſint judicem culparum placatum invenire. *Lib.* 11. *Moral. cap.* 17. *poſt med col* 392. *D. tom.* 1.

40. Culpæ culpis feriuntur; quatenùs ſupplicia fiunt peccantium ipſa incrementa vitiorum. *Lib.* 25. *Moral. cap.* 9. *ante med num.* 12. *col.* 838. *A. tom.* 1.

41. Quò uberiùs culpa fletur, eò altior cognitio veritatis attingitur. *Lib.* 27. *Moral. cap.* 12. *in fine col.* 914. *B. tom.* 1.

42. Facilè culpa corrigitur, quæ erubeſcitur, quia eſſe culpa ſentitur. *Lib.* 32. *Moral. cap.* 17. *ante finem, num.* 23. *col.* 1119. *C. tom.* 1.

43. Culpa pravorum tantò inſenſibilior redditur, quantò apud eos etiam laudabilis habetur. *Lib.* 32. *Moral. cap.* 17. *paulò ante finem, col.* 1120. *C. tom.* 1.

44. Qui ſibi nunc in culpa parcit, ei poſtmodùm in pœna non parcitur. *Lib.* 11. *Moral. cap.* 17. *prope fin. col.* 392. *D. tom.* 1.

45. Cùm omnis culpa munere ſolvatur, quàm gravis eſt culpa diſcordiæ, pro qua nec munus accipitur. *Lib.* 4. *Dialogi, cap.* 60. *paulò poſt init col.* 1469. *A. tom.* 1.

46. Apud miſericordem judicem nequaquàm ſine venia culpa relinquitur, cùm per fervorem zeli ex ejus amore peccatur. *Lib.* 10. *Moral. cap.* 5. *prope init. num.* 9. *col.* 824. *D. tom.* 1.

47. Diſciplina ſubditos divino judicio tantò liberiores reddit, quantò hìc eorum culpas ſua vindicta non deſerit. *Lib.* 26. *Moral. cap.* 19. *poſt med. col.* 875. *B. tom.* 1.

48. Corda omnium, non una vel ſimilis culpa tranſfigit, hunc namque ſuperbia illaqueat, illum ira ſupplantat, hunc autem avaritia cruciat, illum verò luxuria inflammat. *Profec.*

49. Et plerùmque contingit ut is, quem ſuperbia deprimit, alium reſpiciat, qualiter ira ſuccendat: & quia ſe non cuiùs ira infligat, meliorem ſe iracundo jàm reputat. *Lib.* 3. *Moral. cap.* 18. *circa med. num.* 23. *col.* 88. *B. tom.* 1.

50. Erit in beatitudine æterna culpæ memoria, non quæ mentem polluat, ſed quæ arctiùs illam lætitiæ adſtringat. *Lib.* 4. *Moral. cap.* 31. *ſub finem, num.* 42. *col.* 130. *C. tom.* 1.

51. Ab eo proculdubiò vindictam de culpæ reatu Deus non expetit, quem ſub ejus venia ſpes, fides, charitas abſcondit. *Profec.*

52. Citiùs culpa dimittitur, quæ nequaquàm malitiæ ſtudio perpetratur. *Lib.* 10. *Moral. cap.* 5. *in fine num.* 9. *col.* 351. *A. tom.* 1.

53. Quidam culpas proprias punire cupientes, hoc quod rectè ſe agere æſtimant, in graviores culpas vertunt. *Lib.* 11. *Moral. cap.* 5. *circa med. col.* 378. *C. tom.* 1.

S. Gregor. Magnus.

54. Nulla eſt libertas, ubi eſt culpa. *Lib. 15. Moral. cap. 12. in fine, num. 11. col.* 498. *C. tom.* 1.

55. Quaſi ſub hoſte (quem proſternit) moritur, qui de culpa quam ſuperat, elevatur. *Lib. 19. Moral. cap. 13. in princ. num. 17. col. 652. B.*

56. Culpa eſſe innuitur, quod indulgeri perhibetur: ſed quæ tantò citiùs relaxetur, quamò non per hanc illicitum quid agitur, ſed hoc quod eſt licitum ſub moderamine non tenetur. *In Paſtorali cura. part. 3. cap. 1. Admonit.* 28. *in medio, col.* 1303. *C. tom.* 1.

57. Qui minùs contra culpas obſtinatorum accenditur, culparum omnium reus ipſe tenetur. *In Paſtorali cura part. 2. cap. 10. circa medium, columna* 1254. *C. tom.* 1.

58. Major culpa, quò citiùs, quia culpa eſt, agnoſcitur, eò etiam celeriùs emendatur: minor verò, dùm quaſi nulla creditur, eò pejùs, quò & ſecuriùs in uſu retinetur. *In Paſtorali cura. Part. 3. cap. 1. Admonit. 34. poſt init. col.* 1315. *A. tom.* 1.

59. Culpa quæ feriri digna ſeveritate non poteſt, diſſimulanda eſt, non exponenda: quia audaciùs à ſubjectis delinquitur, ſi prælatorum infirmitas agnoſcatur. *Lib. 4. in 1. Regum cap. 4. in fine, columna* 1477. *lit. C. tom.* 2.

60. Tantò reatus eſt levior, quantò non temeritate conſtat, ſed neceſſitate. *Ibid. lib. 5. cap. 3. poſt med. col.* 1510. *lit. D.*

61. Graves culpæ in omnibus æqua aſperitate inſequendæ non ſunt: quia vulnera corporum, pro ipſorum corporum natura & robore vigorem exigunt medicinæ. *Ibid. cap. 4. poſt med. col.* 1549. *C.*

62. Juſtum eſt, ut culpa quæ cum fine perpetrata eſt, ſine fine puniatur. *Lib. 4. dialogi cap. 44. ante med. verbo Scire. col.* 1458. *lit. C. tom.* 1.

63. Graviores culpæ ſunt, quæ ſuperducta ſpecie virtutis, virtutes imitantur. *Hom. 5. ſup. Ezech. poſt init. in illud, Ubi erat impetus ſpiritus, &c. col. 96. D. tom.* 2.

64. Sic culpam tuam inſequor, ut te diligam: ſic perſonam diligo, ut culpæ vitium non amplectar. *Lib. 1. in Regiſtro Indict. 9. cap. 33. Ep. 33. ad Venantium cancellarium: in fine, col. 662. D. tom.* 2.

65. Culpam tuam penſa, dùm vacat. *Ibid. ante med. col. 661. lit. C. tom.* 2.

66. Culpa quadam verecundia tegitur, pudore obumbratur. *Lib. 4. in 1. Regum cap. 4. longè poſt init. col. 1405. B. tom.* 2.

67. Culpa illa tantò nequior cernitur, quæ quantò manifeſtiùs atque atrociùs perpetratur. *Ibid.*

68. Cognita culpa auſteriùs ferienda eſt. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 4. poſt med. col. 1548. D. tom.* 2.

69. Signum miſerentis Dei eſt, quando quis culpa perpetrata, mox divina ultione punitur. *Et habetur apud S. Antoninum. Part. 4. Titul. 3. cap. 7. §. 9. in princ. fol. 31. col.* 4.

70. Quicumque ſtultus eſt in culpa, erit ſapiens in pœna. *Et habetur apud Gratian. in decretis. Part. 1. diſtinct. 38. Can. Qui fol. 43. col.* 1.

71. Bonarum mentium eſt etiam aliquo modo culpas ſuas agnoſcere, ubi culpa non eſt: quia ſæpè ſine culpa agitur quod venit ex culpa. *Lib. 12. ex Regiſtro Indict. 7. ſup. 11. interrogat. cap 10. a medio col. 1136. B. tom.* 2.

S. Hieronym.

72. Nullus poſt culpam impunitati locus, cùm ſit reatus ipſe ſupplicium. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriadem. longè poſt init. pag. 13. B.*

73. Quantò major culpa peccantium, tantò amplior in peccatores clementia Creatoris. *Lib. 6. in Hierem. cap. 32. ſup. illud, Et factum eſt verbum Domini, &c. pag. 349. B. tom.* 5.

74. Paucorum culpa non præjudicat Religioni: Apoſtolorum fidem Judæ proditio non deſtruxit. *Tom. 2, Ep. 6. adversùs Vigilantium. a medio pag.* 124.

Hugo a S. Victore.

75. Facilè culpa corrigitur, quæ citò cognoſcitur. *Sup. Regul. S. Auguſtini cap. 9. in fine, pag. 15. C. tom.* 2.

76. Pœna culpæ primæ, caſus: ſecundæ, labor: tertiæ, laqueus. Prima Sathanæ, ſecunda Adæ, tertia Judæ. *Prof.*

77. Prima fuit in cœlo, ſecunda in Paradiſo, tertia in horto. Prima ſuperbiæ, ſecunda inobedientiæ, tertia avaritiæ & infidelitatis. *Lib. 2. de Clauſtro animæ cap. 21. circa med. pag. 51. C. tom.* 2.

S. Ioannes Chrysost.

78. In judicio non merebitur veniam, qui audacter contraxerit culpam. *Serm. ſup. illud Iſaye. Si audieritis me, ante med. col. C.* 797. *tom.* 1.

79. Qui culpæ nullius ſibi conſcius eſt, etſi in ſubditorum claſſe cenſeatur, regibus omnibus regalior, præſtantiorque eſt. *Lib. contra Gentiles. longè ante med. col. 1043. C. tom.* 5.

S. Isidorus Hispalens.

80. Nihil pejus quàm culpam agnoſcere, nec deflere. *Lib. 2. de ſum. bono cap. 13. ſent. 4. pag. 643. col.* 2.

81. Citò corrigitur culpa, quæ citò cognoſcitur. *Prof.*

82. Tardiùs ſanatur vulnus, quod jàm putreſcentibus membris longo pòſt tempore curationibus adhibetur. *Ibid. cap. 23. ſent. 10. pagina 648. col.* 1.

S. Laurent. Iustin.

83. Gratiæ amiſſio, occaſio fit culpæ: perpetratio verò culpæ, principium ruinæ eſt. *Part. 2. de caſto connubio. cap. 12. ante finem, pag. 170. col. 2. B.*

Petr. Bless.

84. Culpa eſt, totam perſequi culpam. *Ep. 88. ad Abbatem Theoberienſem in fine, apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 773. col. 1. D. edit. Colonia* 1618.

85. Frequenter culpa populi redundat in principem, *Ibidem Ep. 95. ad Henricum Regem Angliæ. ante finem, pag. 780. col. 1. B. edit. Colonienſis* 1618.

S Petr. Dam.

86. Juxta modum culpæ, temperanda ſemper eſt menſura vindictæ. *Lib. 1. Ep. 12. ad Alexandr. Papam. ante med. pag. 6. col. 2. D. tom.* 1.

87. Culpa ſubditorum, in præpoſitorum redundat opprobrium. *Lib. 4. Ep. 15. ad V. Epiſcopum. ante fin. pag. 59. col. 2. littera A. tom.* 1.

S. Prosper.

88. Nomen & conditionem ſervitutis culpa genuit, non natura: & prima hujus ſubjectionis cauſa, eſt peccatum. *Sent. 164. Et habetur in fine tomi tertii operum D. Auguſtini. pag. 751. B.*

Salvianus.

89. Omnis Chriſtianorum omnium culpa, divinitatis injuria eſt. *Lib. 4. de Gubernat. Dei. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 337. col. 2. E. edit. Colonienſis* 1618.

90. Criminoſior culpa eſt, ubi honeſtior ſtatus. *Ibid. poſt med. pag. 339. col. 1. B.*

91. Ubi ſublimior eſt prærogativa, major eſt culpa. *Ibidem.*

92. Semper per dignitatem injuriam perferentis, creſcit culpa facientis. *Ibid. lib. 6. a medio, pag. 349. col.* 2.

93. Augmentum reatus eſt, innocentiam jactare poſt culpam. *Epiſt. 3. ad Agricium Epiſc.*

S Thomas Aquinas.

94. Culpa ſecundùm quod eſt contra charitatem Dei, coactione non tollitur, nec expiatur; ſed ſolùm pœnitentia voluntaria valet emendari. *Profec*

95. Sed culpa quæ contra charitatem proximi directè committitur, tàm legibus tàm divinis, quàm humanis coërcenda eſt. *Tom. 3. opuſc. de uſuris. cap. 21. in princ. fol. 103 pag.* 2.

S. Zeno

96. Infelix culpa eſt, in qua locum qualiſcumque non invenit excuſatio. *Serm. 3. de Iſaya. in fine, apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 104. col.* 2.

Sententiæ Paganorum.

Cicero.

97. Præter culpam ac peccatum, homini accidere nihil poteſt, quod ſit horribile aut pertimeſcendum. *Lib. 5. Epſt. Ep. 21. ad Meſcinium. in fine, col. 84. F. tom.* 2.

98. Vacare culpa, magnum eſt ſolatium. *Ibid. lib. 7. Ep. 3. ad Marium. poſt med. col. 106. C.*

99. Eò gravior eſt dolor, quò culpa major. *Ibidem lib. 11. Ep. 11. ad Atticum. in fine, col. 468 G.*

Plato.

100. Culpa omnis eſt penes eligentem, Deus eſt extra omnem culpam. *Sizygia 4. lib. 10. de Republ. poſt med. pag. 617. E. tom.* 2.

SENECA. 101. Nulla ætas vacavit à culpa. *Ep. 97. in princip. pag. 797. tom. 2.*

102. Invitat culpam, qui peccatum præterit. *In ſuis Proverbus, pagina* 686. *columna* 1. *littera I. edit. Baſileenſis.*

SIXTUS PHIL. 103. Quæ culpes facere noli. *Sent.* 82. *apud Bibl. Patrum, tom. 3. pag. 65. columna 1. littera C.*

Vide etiam titulos, Abuſio. ſentent. 29. Iactantia. ſent. 37. Impudentia. ſent. 13. Mortificatio. ſent. 125. Occaſio. ſent. 15. 30. Pœna. ſent. 27. 31. 42. 43. 45. 55. 59. Pœnitentia. ſent. 161. Recidivatio. ſent. 2. 34. Vindicta Dei. ſent. 59.

Cupiditas.

DEFINITIO, DIVISIO, PRODUCTIO, COMPARATIO.

DEFINITIO.

S. AUGUSTIN. CUPIDITAS eſt amor inhians babere quod amatur. *Libro 14. de Civit. Dei. cap. 7. poſt med. pag. 250. littera C. tom. 5.*

Nihil aliud eſt cupiditas, niſi amor rerum tranſeuntiom. *Libro 1. de quæſt. Evangel. Quæſt. 33. in fine, pag. 384. D. tom. 4.*

Cupiditas eſt amor adipiſcendi, aut obtinendi temporalia. *Ibidem. Quæſt. 36. poſt initium, pagina 385. littera B.*

CLEM. ALEX. Cupiditas eſt moleſtia & ſolicitudo, quæ propter egeſtatem aliquid appetit. *Libro 3. ſtromatum. ante med. folio 92. pagina 1. C.*

DIVISIO.

PETR. BLESS. Cupiditas quadruplex eſt.
- Cupiditas opum,
- Cupiditas honorum.
- Cupiditas inanis gloriæ.
- Cupiditas voluptatum. *Serm. 34. in feſto omnium Ss. a medio, apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pagina 892. columna 1. littera B. editionis Colonienſis 1618.*

PRODUCTIO.

S. ANSELMUS. & S. AUGUSTIN. Quidquid eſt peccatorum in dictis, in factis, in cogitationibus non oriuntur, niſi ex mala cupiditate. *Super Epiſt. ad Rom. cap. 8 in illud, Invenio legem, &c. folio 24. col. 3. & D. Auguſtin. ſerm. 6. de verb. Apoſt. in princ. pag. 186. D. tom. 10.*

S. INNOC. III. Radix omnium malorum eſt cupiditas, Hæc
- Sacrilegia committit, & furta.
- Rapinas exercet, & prædas.
- Bella gerit, & homicidia.
- Simoniacè vendit, & emit.
- Iniquè petit, & recipit.
- Injuſtè negotiatur, & fœneratur.
- Inſtat dolis, & imminet fraudibus.
- Diſſolvit pactum, & violat juramentum.
- Corrumpit teſtimonium, & pervertit judicium. *Libro 2. de contemptu mundi. cap. 2. a medio pag. 61.*

S. MAXIM. MART. Cupiditas, quæ conſequitur optatum, voluptatem parit: quæ verò non conſequitur, dolorem. *Centuria 5. de virt. & vitio, cap. 78. apud Bibl. Patrum, tom. 7. pag. 401. col. 2. littera E.*

PETR. BLES. Cupiditas eſt
- Tranſgreſſionis mater.
- Magiſtra nocendi.
- Primipilaria iniquitatis.
- Auriga malitiæ.
- Sicaria virtutum.
- Seditionis origo.
- Fovea ſcandalorum *Epiſt. 82. ad Abbatem Ciſtercienſem, poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pagina 766. columna 2. G. edit. Colon. 1618.*

CICERO. Ex cupiditatibus naſcuntur
- Odia.
- Diſſidia.
- Diſcordiæ.
- Seditiones.
- Bella. *Libro 1. de Finibus, poſt medium, num. 44. col. 67. C. tom. 4.*

COMPARATIO.

S. CLEMENS PAP. Sicut ignis quantò magis ligna acceperit, tantò ampliùs accenditur, & invaleſcit: ita & cupiditatis rabies, per ea quæ adiſpiſcitur, auctior & vehementior efficitur. *Libro 4. Recognition. ante finem, folio 90. pagina 2.*

S. NILUS. Ut ignis recordatio mentem non urit, ita cupiditas abſente materia nihil poteſt. *Orat. 2. de Luxuria. à medio, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag 970. col. 1. B. edit. Colonienſi* 1618.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Ratio cupiditates revocet, mitiget ſpes, reſtringat metus. *Profec.*

2. Nam qui dominari neſcit cupiditatibus, ſicut equus raptatur indomitus, volvitur, obteritur, laniatur, affligitur. *Libro 3. de Virginibus, ſtatim ab initio, col. 93. D. tom. 1.*

3. Cupidus ut unius cupiditate potiatur, fit ſervus omnium. *De Joſeph. cap. 4. a medio, col. 1080. lit. D. tom. 4.*

4. Non poteſt quiſquàm meritum Regni cœleſtis adipiſci, qui mundi cupiditatibus poſſeſſus, emergendi non habet facultatem. *Lib. 5. ſuper Lucam, cap. 6. in illud, Beati pauperes, &c. columna 1686. C. tom. 5.*

S. AUGUSTIN. 5. Cupiditatum regnum tyrannicè ſævit, & variis contrariiſque tempeſtatibus totum hominis animum vitamque perturbat. *Profec.*

6. Hinc timore, indè deſiderio; hinc anxietate, indè inani falſaque lætitia; hinc cruciatu rei amiſſæ quæ diligebatur, indè ardore adipiſcendæ quæ non habebatur; hinc acceptæ injuriæ doloribus, indè facibus vindicandæ.

7. Quaquaversùm poteſt coarctare illum avaritia, diſſipare luxuria, addicere ambitio, inflare ſuperbia, torquere invidia, deſidia ſepelire, pervicacia concitare, afflictare ſubjectio, & quæcumque alia innumerabilia regnum illius cupiditatis frequentant, & exercent homines. *Libro 1. de lib. arbit. cap. 11. à medio, pag. 44. A. tom. 1.*

8. Etſi non impletur foris negotium malæ cupiditatis, ipſa tamen mala cupiditas intùs eſt hoſtis. *Ep. 144. ad Anaſtaſium, ante medium, pagina 433. littera B. tom. 2.*

9. Quod agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum, & corpus ſuum, flagitium vocatur: quod autem agit ut alteri noceat, facinus dicitur. *Libro 3. de doctrina Chriſtiana, prope finem, pagina 35. B. tom. 3.*

10. Quantò magis regnum cupiditatis deſtruitur, tantò charitatis augetur. *Ibidem.*

11. Everſa tyrannide cupiditatis, charitas regnat juſtiſſimis legibus. *Ibidem,*

S. AUGUST. 12. Non eſt in carendo difficultas, niſi cùm eſt in habendo cupiditas. *Ibidem, cap.* 18. *prope finem, pag.* 38. *littera C.*

13. Regnat carnalia cupiditas, ubi non eſt Dei charitas. *In Enchiridio, cap.* 117 *in fine, pagina* 136. *D. tom.* 3.

14. Per cupiditatem regnat in homine diabolua, & cor ejus tenet. *De agone Chriſtiano. cap.* 2. *in fine, pagina* 540. *D. tom.* 3.

15. Ibi vincuntur inimicæ nobis inviſibiles poteſtates, ubi vincuntur inviſibiles cupiditates. *Ibidem, cap.* 2. *in princ. pag.* 540. *D.*

16. Duo ſunt rivi, qui de ſonte amoris emanant, cupiditas & charitas. Eſt omnium malorum radix cupiditas, & omnium bonorum radix charitas. *De ſubſtantia dilect. & Amoris. cap.* 1. *prope init. pagina* 701. *A. tom.* 4.

27. Cupiditas mundi initium habet ex arbitrio voluntatis, progreſſum ex jucunditate voluptatis, firmamentum ex vinculo conſuetudinis. *De Patientia. cap.* 17. *in princ. pag.* 721. *A. tom.* 4.

18. Cupiditates noſtræ quando validæ ſunt, & quando eis ſervimus, neceſſitates vocantur. *Super Pſal.* 30. *conc.* 1. *in fine, verſ.* 10. *pag.* 112. *B. tom.* 8.

19. Melius eſt carne ambulare ſuper terram, quàm cupiditate ire ſub terram. *Super Pſal.* 62. *ante fin. verſ.* 9. *pag.* 443. *B. tom.* 8.

20. Cupiditas claudit, excæcat oculum cordis. *Ser.* 18. *de verbis Domini, longè poſt init. pag.* 52. *littera D. tom.* 10.

21. In infamiam rei redundat, quidquid de mala cupidiate ſuſcipitur. *Ser.* 26. *de verb. Apoſt. poſt init. pag.* 259. *A. tom.* 10.

22. Radix omnium malorum eſt cupiditas, & radix omnium bonorum eſt charitas, & ſimul ambæ eſſe non poſſunt; niſi una radicitùs evulſa fuerit, alia plantari non poterit: ſine cauſa aliquis conatur ramos incidere, ſi radicem non contendit evellere. *Hom.* 8. *in princ. pag.* 292. *D. tom.* 10.

23. Irremediabile periculum eſt, ſic aliquem cupiditatibus fræna laxare, ut ſe rationem Deo non meminerit redditurum. *Serm.* 1. *feria tertia poſt Dom. Palmarum, & in ord.* 120. *poſt medium, pag.* 619. *littera B. tom.* 10.

24. Si ſecularibus viris eſt pernitîoſa cupiditatis induſtria, quanto magis illis periculoſior erit, qui habitu & converſatione jam ſeculares eſſe deſierunt, qui totum quod vivunt, Domino Deo devoverunt. *De conflictu vitiorum & virtutum. cap.* 16. *fere in medio, pag.* 712. *D. tom.* 9.

25. Unicuique ſua cupiditas, tempeſtas eſt. *Serm.* 13. *de verbis Dom. ſub finem, pagina* 40. *littera D. tom.* 10.

V. BEDA. 26. Fortior eſt, qui cupiditates, quàm qui hoſtes vincit. *In ſuis Proverbiis. verbo Fortior. pagina* 189. *tom.* 2.

S. BONAVENT. 27. Quando cor terrenarum cupiditatum pondere aggravatur, ſursùm minimè aſcendere poteſt. *In Medit. vita Chriſti, cap.* 44. *poſt init. pag.* 365. *columna* 2. *B. tom.* 6. *part.* 2.

28. Omnium malorum radicalis origo cupiditas, cùm humanæ mentis arcem invaſerit tàm dura tyrannide premit, ut ad idolorum redigat ſervitutem, & in beſtialem transformet crudelitatem. *In Apologia Pauperum. Reſponſ.* 4. *cap.* 1. *in princ. pag.* 417. *columna* 1. *B. tom.* 7. *part.* 4.

S. CLEMENS PAP. 29. Eſt unum & maximum ex pernitioſiſſimis peccatis, cupiditas. *Lib.* 2. *Recognitionum, longè ante med. folio* 42. *pag.* 1.

CLEMENS ALEX. 30. Nutritur & vivificatur cupiditas, dùm ei ut optatia fruatur, inſervitur: ſi autem arceatur, & interturbetur, flaceeſſit. *Libro* 3. *Stromatum, ante med. fol.* 92. *pag.* 1. *C.*

31. Omnis voluptatis principium, eſt cupiditas. *Ibidem.* CLEM. ALEX.

32. Nulla major eſt victoria, quàm ea quæ de cupiditatibus refertur. *Proſec.* S. CYPRIANUS.

33. Qui enim inimicum proſtravit, externum hoſtem percuſſit; qui verò cupiditatem depreſſit, hoſtem domeſticum ſuperavit. *De bono pudicitiæ. cap.* 5. *in princip. pag.* 422. *col.* 1. *tom.* 3.

34. Nihil tàm difficile opprimitur, quàm quod per cupiditatem armatur. *Ibidem, poſt init. pagina* 422. *columna* 1.

35. Qui cupiditates vincit, de peccato triumphat. *Ib. in medio, pag.* 422. *col.* 1.

36. Cupidini nulla deformitas, nulla deſpectio faſtidii, vel vilis exiſtit; ſed diabolus pingens, ſpecioſum efficit quidquid fœdum vel horridum fuerit. *De ſingularit. Clericorum, cap.* 25. *prope medium, pag.* 539. *columna* 1.

37. Cupiditas à Religioſis in exordio converſionis faciliter vincitur & vitatur: ſed ſi rurſùs cœperint cupiditatem admittere, fiunt cupidi nimis, ac difficillimè à cupiditate purgantur; imò multis ſecularibus fiunt cupidiores; quod eſt vehementer deteſtabile ac deflendum. *De Profeſſ. Monaſtica, art.* 11. *poſt med. fol.* 79. *pag.* 2. DIONYSIUS CHARTUS.

38. Qui habitu alienæ rei avidis & eſurientibus ſemper faucibus inflammatur, in ſervitium arſuræ cupiditatis abducitur. *Homil.* 11. *de Paſchate. poſt initium, apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 566. *col.* 1. *A. edit. Colonienſi* 1618. S. EUSEBIUS EMISS.

39. Tantùm augetur charitas, quantùm fuerit imminuta cupiditas: & illum facit charitas ſemper liberum, quem non tenuerit cupiditas mundana captivum. *Serm.* 6. *de charit. in fine, apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 1. *pagina* 148. *columna* 1. *littera A. editionis Colonienſi* 1618. S. FULGENT.

40. Cupiditas laqueus eſt diaboli, non ſolùm laqueus, ſed etiam gladius: per ipſam miſeros capit, per ipſam captos interficit. *Ibidem.*

41. Quiſquis rem occultè cupis alienam, interiùs fidem perdis. *Super Exodum. cap.* 12. *col.* 594. *littera E. tom.* 1. GLOSSA ORD.

42. Cui cupiditas dominari dicitur, ſubjectus proculdubio malis omnibus demonſtratur. *Lib.* 15. *Moralium, cap.* 12. *in principio.* S. GREGORIUS MAGNUS.

43. Tenet captivum cor ſæva cupiditas, & licitum eſſe ſuadet malum quod imperat. *Libro* 9. *in regiſtro indict.* 4. *cap.* 49. *Epiſt.* 49. *ad Virgilium Epiſc. Arelatenſ. in princ. columna* 1076. *littera B. tom.* 2

44. Periculoſæ ſunt robuſtæ cupiditates, & difficulter adulta quæque perimuntur: levius eſt prorumpentes avellere, teneras excidere, flexibiles retorquere. *Super Pſalm.* 135. *prope finem, folio* 108. *columna* 2. S. HILARIUS.

45. Ubi eſt puritas mentis, ibi non apparet pulvis terrenæ cupiditatis. *Libro* 3. *de Clauſtro animæ. cap.* 23. *circa med. pagina* 67. *littera G. tom.* 2. HUGO A S. VICTORE.

46. Iniquitas extrema eſt cupiditas. *Super Thren. cap.* 35. *folio* 114. *columna* 2. *tom.* 5. HUGO CARD.

47. Nihil prorsùs libertatem ſic tollit, quemadmodum ſecularium rerum cupiditas. *Homil.* 59. *ſuper Matth. poſt medium, columna* 496. *littera C. tom.* 2. S. JOANNES CHRYSOST.

48. Non eſt corporis & pecuniæ par cupiditas, ſed acrior multò atque vehementior corporum eſt. *Ibidem, Homil.* 79. *poſt initium, columna* 637. *littera D. tom.* 2.

49. Qui præſentibus rebus, & præcipuè magnis inhiat, is vilis eſt, & abjecti animi. *Homil.* 70. *ſuper Ioann. paulò ante medium, columna* 334. *littera A. tom.* 3.

50. Intractabilis eſt cupiditas. *Homil.* 23. *ſuper* 1. *ad Cor. ante medium, columna* 500. *C. tom.* 4.

51. Ratione Reges efficimur, ſi voluerimus abſurdis imperare cupiditatibus: nam ia regnat, & veriùs

quàm qui diademate redimitus eſt. *Homil. 3. ſuper 2. ad Cor. in principio Moral. columna 708. littera A. tom. 4.*

S. IOANNES CHRYSOST. 52. Quovis ſebricitante pejor eſt, qui cupiditate corporum capius eſt. *Hom. 15 ſuper Epiſt. ad Hebraos, in princ. Moralis, col. 1762. D. tom. 4.*

S. ISID. HISP. 53. Cupiditas omnium criminum materia eſt. *Libro 2. de ſummo bono. cap. 41. ſentent. 4. pagina 657. columna 1.*

54. Secreto Dei judicio fieri creditur, ut duriùs pereant hi, quorum cupiditate effectus ſtatim ſequitur actionis. *Ibidem, cap. 41. ſentent. 6. pagina 657. columna 1.*

55. Qui deſiderio cupiditatis exæſtuant, ſtatu diabolicæ inſpirationis utuntur. *Ibidem, cap. 41. ſentent. 10. pagina 657. col. 2.*

S. ISID. PELUS. 56. Si carnis tuæ cupiditas adverſum te furit, ac rabido impetu fertor, ignis futuri memoriam ipſi refrica, & extinguetur. *Libro 1. Epiſt. 433. ad Salomonem. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. pagina 515. col. 2. F.*

S. JUSTINUS MART. 57. Ab omni cupiditate carnali vacuus Chriſtianus eſſe debet. *Ep. ad Zenam. poſt init. apud Bibl. Patrum, tom. 2. pag. 69. col. 2. D.*

LACT. FIRM. 58. Cupiditas à voluntate incipit. *De divinis Inſtit. lib. 6. de vero cultu. cap. 15. propè finem, pagina 265.*

59. Qui cupiditatibus malis vincitur, non cupidini, ſed morti ſubjectus eſt ſempiternæ. *Ibidem, libro 1. de falſa Relig. cap. 11. in principio, pagina 19.*

60. Non eſt morbus cupere, ſed cupidum eſſe morbus eſt. *Ibid. lib. 6. de vero cultu. cap. 16. poſt medium, pagina 266.*

61. Qui cupidus eſt, etiam quod non opus eſt coo cupiſcit. *Ibid.*

62. Cupiditas, ſi terrena concupiſcit, vitium eſt: virtus autem, ſi cœleſtia. *Ibidem, cap. 17. poſt initium, pagina 267.*

63. Cupiditas ad ea comparanda data eſt, quæ ſunt ad votum neceſſaria. *Ibidem, cap 19. prope medium, pag. 273.*

S. LAUR. JUST. 64. Mala cupiditas, intùs eſt hoſtia. *De ligno vitæ. tract. 1. de Timore. cap. 5. prope medium, pag. 6. columna 2. littera D. parte 1.*

S. LEO I. 65. Nullum peccatum ſine cupiditate committitur, & omnia appetitus illicitus, iſtius aviditatis eſt morbus. *Serm. 9. de Paſſione Domini, poſt medium, folio 48. pagina 1.*

66. Virum Catholicum, ſicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari. *Epiſt. 53. ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopol. paulò poſt init. fol. 114. pag. 2.*

67. Fugiantur inimica deſideria jàm jamque peritura, Quis fructus eſt, quæ utilitas ea indeſinenter cupere, quæ etiamſi non deſerant, deſerenda ſunt? *Ser. 5. Epiphan. ſub finem, fol. 26. pag. 2.*

S. NILUS. 68. Si quis cupiditate ductus ad ea, quæ in vita jucunda ſunt pauliſper deflexerit, nulla deindè ratione detineri poterit, quominùs ad ulteriora progrediatur. *In libro Aſcetico. ante finem, apud Bibliothecam Patr. tom. 5. part. 2. pag. 967. columna 1. littera D.*

S. PROSPER. 69. Omnes pravæ cupiditates ſunt portæ inferi, per quas in mortem itur; cujus dominatum ſubit, qui adeptum ſe ad perfruendum lætatur, quod periturum concupivit. *Sent. 136. in fine tomi 3. operum D. Auguſt. pag. 749. B.*

70. Melior eſt ejus ſtatus qui famulatur homini, quàm qui ſuæ ſervit cupiditati. *Ibidem, ſent. 164. pag. 751. littera B.*

S. VALERIAN. 71. Nihil eſt malorum, quod non cupiditas aut concipiat, aut parturiat, aut paſcat, aut nutriat. *Hom. 20. de Avaritia, poſt init. apud Bibl Patr. tom. 5. part. 3. pag. 498. columna 1. C.*

72. Nihil ſine cupiditate agitur, quotieſcumque peccatur. *Ibidem.*

73. Nihil prodeſt ei nuditas, cui ineſt cupiditas. *Et habetur apud Bedam, in ſuis ſcintillis. cap. 30. col. 415. tom. 7.* IN VIT. PATR.

74. Nec ſingulare, nec frivolum crimen eſt, maximè Chriſtianum cupiditatis compedibus alligari. *Ser. 1. de Avaritia, in princip. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 129. columna 1. editionis Colonienſis 1618.* S. ZENO.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

75. Cupiditas ejus quod plus eſt, boni cupiditas eſt: idcircò videtur ille eſſe ejus, quod plus eſt, appetens, & cupidus eſt, ſed iniquus. *Lib. 5. de moribus, cap. 1. circa medium, folio 49. pagina 1. editionis Pariſienſis 1565.* ARISTOTELES.

76. Semper cum dolore cupiditas conjuncta eſt. *Ibidem, libro 3. cap. 11. poſt medium folio 33. pag. 2.*

77. Viros ad unumquodque maleficium ſingulæ cupiditates impellunt, mulieres autem ad omnia maleficia cupiditas una ducit. *Libro 4. de Arte Rhetor. ad Herenn. ante med. col. 53. G. tom. 1.* CICERO.

78. Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas, ad fruendum viribus corporis, utitur perniciosiſſimis ſatellitibus. *Libro 1. de invent. Rhet. in princ. col. 78. B. tom. 1.*

79. Regium eſt, ne cupiditati quidem ulli ſervire. *Orat. 25. pro Sylla, ante medium, col. 526. F. num. 25. tom. 2.*

80. Tollenda eſt cupiditas, atque extrahenda radicitùs: quis eſt enim in quo ſit cupiditas, quin rectè cupidus dici poſſit? *Libro 2. de finibus. ante med. col. 82. F. num. 27. tom. 4.*

81. Non eſt conſentaneum, qui metu non frangitur, eum frangi cupiditate. *Lib. de Officiis, ante med. num. 68. col. 476. A. tom. 4.*

82. Animus æger cupere nunquam deſinit. *Lib. 3. Tuſc. quaſt. poſt initium, col. 208. D. tom. 4.*

83. Cupiditas vehementiſſima quidem ardentiſſimis vecordiæ & petulantiæ facibus homines perurit atque exagitat. *Tom. 2. Syzyg. 4. lib. 6. de legibus, ante fin. pag. 783. littera A.* PLATO

84. Nihil cupientes magis accendit, quàm proſperæ turpitudinis conſcientia. *Suaſor. 7. in princ. pag. 30. tom. 1.* SENECA.

85. Cupiditati nihil ſatis eſt, naturæ ſatis eſt, etiam parum. *De conſol. ad Helviam. cap. 11. circa princ. pag. 635. tom. 1.*

86. Ultra ſe cupiditas porrigit, & felicitatem ſuam non intelligit, quia non undè venerit reſpicit, ſed quò tendat. *Lib. 2. de benefic. cap. 27. ſub fin. pag. 405. tom. 2.*

87. Quàm dulce eſt cupiditates fugaſſe, ac reliquiſſe! *Ep. 12. verſ. med. pag. 541. tom. 2.*

88. Si vis divitem facere, non pecuniæ adjiciendum, ſed cupiditatibus detrahendum eſt. *Profec.*

89. Si vis honeſtum facere, non honoribus adjiciendum, ſed cupiditatibus detrahendum.

90. Si vis eſſe in perpetua voluptate, non voluptatibus adjiciendum, ſed cupiditatibus detrahendum.

91. Si vis ſenem facere & implere vitam, non annis adjiciendum eſt, ſed cupiditatibus detrahendum, *Ep. 21. circa med. pag. 561. tom. 2.*

92. Veri boni aviditas tuta eſt. *Ep. 23. poſt med. pagina 566. tom. 2.*

93. Neceſſe eſt in immenſum exeat cupiditas, quæ naturalem modum tranſiliit. *Ep. 39. ante finem, pag. 592. tom. 2.*

94. Nullum habet malum cupiditas majus, quàm quod ingrata eſt. *Epiſt. 73. poſt initium, pagina 671. tom. 2.*

95. In minimo eget, qui minimum cupit. *Ep. 108. ante med. pag. 831. tom. 2.*

96. Fortior eſt, qui cupiditatem vincit, quàm qui hoſtem vincit. *De Moribus in med. pag. 627. edit. Baſileenſis.*

SENECA. 97. Cupiditatem comprime, ſi non potes, paululum remitte. *Ibidem.*

98. Effugere cupiditatem, regnum eſt vincere. *In ſuis Prov. pag.* 685. *col.* 1. *E. edit. Baſil.*

Vide etiam titulos, Actio. ſent. 277. *Adhærere. ſent.* 38. *Beneficium. ſentent.* 179. *Concupiſcentia. per totum. Deſiderium. per totum. Peccatorum cupiditas. per totum. Petitio. ſent.* 5. *Vanitas. ſentent.* 84. *Vir. ſent.* 24.

Cura in genere.

DEFINITIO.

S. ANTONINUS. CURA eſt vigil oneroſa, ac ſolicita cuſtodia animarum. *Parte* 3. *tit.* 19. §. 8. *in princ. folio* 300. *columna* 2.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANTONIUS DE PADUA. 1. Animus diſtentus per multa, multis laceretur curis neceſſe eſt. *Serm.* 1. *Pentecoſt. in calce, folio* 167. *pagina* 1.

S. AUGUSTIN. 2. Maxima cura eſt reprimere, ac refrænare curioſos. *Ep.* 56. *ad Dioſcorum, in princip. pag.* 163. *littera B. tom.* 2.

3. Ipſe ſibi denegat curam, qui ſuam medico non publicat cauſam. *Epiſt.* 188. *in princ. pag.* 519. *littera B. tom.* 2.

4. Laxatis curis mutabilium rerum, bona ſtabilia, & certa quæramus, ſupervolemus terrenis operibus noſtris. *Epiſt.* 113. *ad Romanianum. in fine, pag.* 455. *littera B, tom.* 2.

V. BEDA. 5. Eſt quaſi vas vacuum, cui cura deeſt animarum. *In ſuis Prov. verbo Eſt. pag.* 189. *tom.* 2.

S. BERNARD. 6. Mens occupata in terrenis curis, ſemper eſt in anguſtiis. *Serm.* 8. *ad Sororem. circa med. folio* 82. *col.* 4. *K. volum.* 2.

7. Qui curis terrenis ſe implicat, ab amore Dei ſe ſeparat. *Ibidem*, &c. *poſt med. L.*

S. DIADOCH. 8. Anima, quæ nondum curis mundi ſoluta ac libera eſt, neque Deum legitimè amabit, neque diabolum dignè execrabitur. *De perfect. Spirituali, cap.* 18. *apud Bibl. Patrum, tom.* 4. *pag.* 747. *col.* 2. *F. editionis Colonienſis* 1618.

S. EUCHERIUS. 9. Diſrumpamus inanium curarum vincula quorum ſuccedentibus ſibi nexibus implicatis, in quibus ſemper occupatio noſtra, quaſi incipit. *In Epiſt. parænetica ad Valerianum. longè poſt init. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 774. *col. E.*

GILLEBERTUS ANGLUS. 10. Animum cura implicat, quies explicat. *Serm.* 1. *ſuper Cant. ante med. inter opera D. Bernardi. volum.* 2. *fol.* 1. *col.* 3. *G.*

11. Inſenſibilem penè reddit affectum, frequens cura mundi, & quaſi callum quendam menti obducit. *Ibidem.*

GLOS. ORD. 12. Major cura humanæ ſalutis Deo eſt, quàm diabolo perditionis. *Super Num. cap.* 25. *col.* 1372. *E. tom.* 1.

GLOS. INT. 13. Cura terrenorum occupat & excæcat. *Sup. Iob, cap.* 15. *col.* 180. *E. tom.* 3.

S GREG. MAG. 14. Nequaquàm mens ad ſuperna attollitur, ſi curarum tumultibus continuè in infimis occupatur. *Lib.* 5. *Moral. cap.* 8. *prope medium, columna* 139. *littera D. tom.* 1.

15. Quantò quis hîc altiùs erigitur, tantò curis gravioribus oneratur. *Lib.* 17. *Moral. cap.* 12. *in med. num.* 10. *columna* 571. *D.*

16. Curis ſecularibus intenti tantò inſenſibiliores intùs efficiuntur, quantò ad ea, quæ foris ſunt, ſtudioſiores videntur. *Hom.* 17. *ſuper Evang. poſt med. col.* 381. *D. tom.* 2.

17. Uniuſcujuſque Præſulis mentem curarum denſitas vaſtat. *Lib.* 1. *Dialogi, cap.* 4. *ante finem, columna* 1335. *C. verbo Quid. tom.* 1.

S. GREGOR. MAGN. 18. Dùm quis terrenarum rerum cura immoderatiùs paſcitur, in ea quæ valdè placere ſolet recenti, ſcripturarum dulcedine non lætatur. *In Prologo ſuper* 1. *Reg. poſt med. columna* 1204. *A.*

19. Mens dùm à ſe abjicere mundanas curas non prævalet, velut in oculis geſtat pulverem, quò id quod cupit, contemplando videre non poteſt. *Lib.* 1. *in* 1. *Regum, cap.* 1. *poſt initium. Moralis, col.* 1232. *littera D. tom.* 2.

S. GREG. NAZ. 20. Multi ſunt, qui alios curare nituntur, ipſi ulceribus ſcatent. *In Apologetico de ſua fuga. longè poſt init. pagina* 4.

HUGO CARD. 21. Debet eſſe in magna anguſtia & tribulatione, qui curam habet animarum. *Super Ezech. cap.* 23. *Myſticè, fol.* 109. *col.* 2. *tom.* 5.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 22. Cura fratrum, ſumma vitæ Chriſtianæ eſt: hoc ſigno noſcitur quis, an Chriſtianus ſit, hoc maximum indicium eſt fidei, hæc eſt germana charitas. *Tom.* 1. *Homilia de habenda cura ſalutis proximi. ante medium, col.* 554. *C.*

23. Nihil ita oculos animæ contriſtat, ac turbat ut ſecularium turba curarum. *Hom.* 2. *ſup. Matth. poſt med. col.* 24. *D. tom.* 2.

24. Secularis cura res infructuoſa, periculoſa, & moleſta. *Homil.* 87. *ſuper Joan. ante finem, col.* 420. *A. tom.* 3.

25. Nihil adeò poteſt nos Chriſti imitatores efficere, ſicut erga proximum cura. *Homil.* 25. *ſuper* 1. *ad Cor. ante finem, in illud, Imitatores mei eſtote. col.* 519. *A. tom.* 4.

26. Cura rerum temporalium, hyems eſt, atque hyeme triſtior. *Hom.* 7. *ſup.* 2. *ad Cor. paulo poſt init. Moralis. col.* 742. *D. tom.* 4.

27. Cùm aſinum cecidiſſe videtur, omnes manum porrigere, & pariter erigere ſtudent: fratrum verò pereuntium cura habetur nulla. *Hom.* 1. *ad Popul. Antioch. in fine, col.* 25. *B. tom.* 5.

28. Anima cùm quotidiè vulneretur, cùm per ſingula lanietur, uratur, præcipitetur, & modis omnibus pereat, ne parva quidem pro ea cura ſolicitatur. *Libro* 1. *de compunct. cordis. ab initio. col.* 567. *littera B. tom.* 5.

29. Certum eſt quòd omnes corrumpat, & abſumat animarum incuria: dùm nemo eſt, qui vel opportuna animæ præbeat remedia, vel importuna prohibeat. *Ibidem.*

30. Sicut à fonte rivus, ita à morum ſuavitate cura pauperum fluit. *Ser. de Manſuetudine. prope init. col.* 783. *B. tom.* 5.

31. Non prorsùs alia res eſt, quæ perindè declaret, doceatque quid ſit fidelis amans Chriſti, quàm ſi fratrum curam agat, proque illorum ſalute gerat ſolicitudinem. *In Orat. de B. Phylogonio. paulò ante med. col.* 933. *A. tom.* 3.

32. Curæ quando ultra menſuram animum diſtendunt, ſuo illum robore privant. *Serm.* 10. *ſuper Ep. ad Philip. in principio, columna* 1190. *littera A. tom.* 4.

33. Qui curis & ſolicitudinibus eſt liber, vacat ab odio, litibus, contentione, jurgiis, & cæteris vitiis peſſimis. *Homil.* 2. *ſuper Epiſt. ad Hebr. ante fin. col.* 1674. *C. tom.* 4.

S. IOAN. CLIM. 34. Modicus pilus perturbat oculum, & modica cura demolitur quietem. *Gradu* 27. *de differentia quietis. circa med. apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 289. *lit. B. edit. Colon.* 1618.

S. ISID. HISP. 35. Nunquàm mentis requiem habet, qui curis terrenis ſe ſubdit. *Profec.*

36. Curæ ſeculares mentem exagitant: ſemper mentis requiem habebis, ſi à te ſeculi curas abjeceris.

37. Qui curis terrenis ſe implicat, a Dei amore ſe ſeparat.

38. Difficile eſt cœleſtibus & terrenis curis pariter

riter inſervire: à ſeculi ergo curis te propter Deum ſuſpende. *Libro 2. de Synonim. cap. 17. ante med. pag. 321. col. 2.*

S. ISID. HISP. 39. Qui ſimul & terrenis parere curis, & divinis ſtudent utrumque complectere ſimul non valent. *Proſec.*

40. Nam duas curas pariter ineſſe pectori humano non poteſt; & duobus ſervientem dominis, utriſque placere difficile eſt.

41. Niſi priùs à ſecretioribus cordis expellatur importuna ſecularium multitudo curarum, anima quæ intrinſecùs jacet, nequaquàm reſurgit. *Libro 3. de ſummo bono. cap. 21. ſentent. 1. pagina 674. columna 1.*

42. Quantò quiſque curis mundi majoribus occupatur, tantò faciliùs vitiis premitur. *Ibidem, cap. 48. ſent. 3. pag. 684. col. 2.*

JOAN. TRITH. 43. Tutiùs eſt ſub umbra curæ alteriùs quieſcere, quàm aliis ſolicitudinis umbraculum extendere. *Orat. 1. in conventu Abbatum habita, poſt med. pag. 847. columna 1.*

S. NILUS. 44. Animarum curâ nihil eſt difficilius. *In libro Aſcetico ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 959. col. 2. F. editionis Colonienſis 1618.*

45. Perfecti animi eſt, cura vacare: impii autem, curis obteri. *Et habetur apud Div. Joannem Damaſcenum, libro 3. Parallel. cap. 22. folio 113. pagina 2. littera C.*

PATR. COLL. 46. Animi elegantis eſt, curæ ſecularis oneribus indignari. *Libro 2. Ep. 4. ad Hugonem Abbat. Cluniacenſ. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 556. col. 2. G edit. Colon. 1618.*

S. PETRUS CHRYSOLOG. 47. Si vis curam, agnoſce languorem. *Serm. 30. ſub finem, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. editionis Colon. 1618.*

S. PROSPER. 48. Nunquàm ibi proficit cura, ubi morbus eſt ipſa medicina. *Ep. ad Dimetriad. ante finem, apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 3. pagina 190. columna 1. littera A. edit. Colon. 1618.*

S. THOMAS AQUINAS. 49. Status curam animarum habentium, non eſt perfectior quàm ſtatus Religioſorum, ſed periculoſior. *Tom. 2. opuſcul. de perfect. vitæ ſpirit. cap. 20. poſt med. fol. 48. pag. 2.*

THOMAS A KEMPIS. 50. Tantò quis Deo unitur, & plus illuminatur, quantò à mundi curis magis elongatur. *Tom. 3. Ep. 6. in princ. pag. 1038.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 51. Curatu difficiliora ſunt, quæ naturalia, quàm quæ ex conſuetudine gignuntur. *Libro 2. magnor. Moral. cap. 6. circa fin. col. 956. A. tom. 2.*

CICERO. 52. Difficilis eſt cura rerum alienarum. *Lib. 1. Offic. ante medium, columna 468. D tom. 4.*

53. Ne major, minorve cura ſuſcipiatur, quàm cauſa poſtulat. *Ibidem, poſt medium, columna 490. littera C. D.*

EPICTETUS. 54. Cura omnis ad animum eſt transferenda. *In ſuo Enchirid. cap. 63.*

SENECA. 55. Simplex recti cura eſt, multiplex pravi. *Ep. 122. ſub finem, pag. 884. tom. 2.*

SEXTUS PHILOSOPHUS. 56. Qui hominum curam gerit, & orat Deum pro eis, iſte verè à Deo eſſe putandus eſt. *Sent. 358. apud Bibliothecam Patrum, tom. 3. pag. 67. col. 1. A. edit. Colonienſis 1618.*

Vide etiam titulos, Æſtimatio. ſent. 19. Cadere. ſentent. 34. Cura ſui. per totum. Magiſter. ſent. 53. Myſterium. ſentent. 38. Neceſſitas. ſentent. 67. Prælatio. ſent. 95. Providentia. ſent. 4. Regimen. ſent. 53. Renuntiatio. ſent. 36. Solicitudo. per totum. Sublimitas. ſentent. 37. Verbum Dei. ſentent. 71. Virginitas. ſentent. 77.

Cura ſui.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. PROMPTIUS nos juſto viro, quàm prudenti committimus. *Lib. 2. Offic. cap. 8. ante med. col. 44. A. tom. 1.*

S. AUGUSTIN. 2. Cura primò teipſum, ut curatos alteriùs vulnera curare poſſis. *Ser. 14. ad fratres in Eremo, ante med. pag. 928. D. tom. 10.*

V. BEDA. 3. Si nequeas plures curare, vel te ſolummodo cures. *In ſuis Proverbiis verbo, Si, pag. 198. tom. 2.*

S. BONAVENT. 4. Multi ſunt, qui beatitudinem expectant, & tamen parùm de ſe, & multum de Deo curant. *In libr. 3. ſent. diſt. 26. art. 1. quæſt. 3. in fine corporis, pag. 283. col. 2. E. tom. 4.*

S. CHRYSOSTOMUS. 5. Amator eſt ſalutis ſuæ, qui vitat alienæ mortis incurſum. *Proſ.*

6. Ipſe eſt ſui providus, qui ſolicitus fit cladibus cæterorum. *De ſingular. clericorum. cap. 2. in princ. pag. 521. col. 1. tom. 3.*

S. CYRILLUS HIEROSOL. 7. Omnem humanam ſolicitudinem deleas ex animo, qui in animæ tuæ cura verſaris. *Catecheſ. 1. poſt med. apud Bibl. Patrum, tom. 4. pag. 398. col. 2. G. editionis Colonienſis 1618.*

FRANCISCUS TITELMAN. 8. Vitium datur medico, ſi cùm alios curaverit, ſemetipſum curare vel non poſſit, vel non velit. *Super Iob, cap 4. poſt init. fol. 52. pag. 2.*

GLOSS. INT. 9. Etſi ad erudiendum alios non ſufficis, ſaltem tui curam non negligas. *Super Proverb. cap. 6. in princ. col. 1628. D. tom. 3.*

S. GREGOR. MAGN. 10. Quæ erit diſtrictio iniquitatis propriæ, ſi irremediabilis culpa eſt negligentia curæ alienæ? *Libro 2. in primum Regum, cap. 3. poſt med. ſup. illud, Prædixi enim, &c. col. 1313. A. tom. 2.*

11. Miles Dei ſupernæ gratiæ fretus auxilio, ſic vulnera infirmitatis ſuæ curat, ut aliena non deſerat. *Libro 31. Moral. cap. 17. ante med. num. 29. col. 1078. D. tom. 1.*

12. Tantò de ſe unuſquiſque ſolicitus metuat, quantò ignorat quod reſtat. *Hom. 38. ſuper Evang. poſt med. in illud, Multi ſunt vocati, &c. columna 514. littera C. tom. 2.*

13. Nemo curam ſui, dùm valet, negligat. *Homil. 29. ſuper Evang. poſt medium, columna 448. A. tom. 2.*

S. GREG. NAZ. 14. Multi ſunt, qui alios curare nituntur, ipſi ulceribus ſcatent. *In Apologetico de ſua fuga. longè poſt init. pagina 4.*

15. Qui ſui curam rectè gerit, Deo quoque curæ eſt. *Et habetur apud D. Ioan. Damaſc. lib. 3. Parall. cap. 19. folio 113. pag. 1. A.*

S. LEO I. 16. Ubi oblectatio fruendi conſtituitur, ibi cura cordis conſtringitur. *Ser. 7. de jejunio ſeptimi menſis. poſt med. folio 74. pagina 1.*

S. MAXIM. MART. 17. Dæmones quoties noſtri curam non habemus, ipſi obſervata opportunitate, ex improviſo in nos magna cum vehementia irruunt. *De charitate centuria. 2. cap. 33. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 353. lit. H. edit. Colon. 1618.*

S. NILUS. 18. Qui neglecta anima, corporis curam gerunt; ei ſimiles ſunt, qui luto ac cœno oculos illinit, aqua autem pura pedes ſuos abluit. *Et habetur, apud Div. Ioannem Damaſcenum, libro 3. Parall. cap. 66. folio 131. pag. 2. A.*

RICH. A S. VICTORE. 19. Deſere curas ſeculi, & age curam ſui, tunc incipis eſſe cultor eremi. *Parte 1. tract. 1. de Extermin. mali. cap. 5. in medio. pag. 3. col. 1. D.*

TERTULIAN. 20. Unicum negotium mihi eſt, nec aliud nunc curo, quàm me curem. *Tom. 1. de Pallio. cap. 5. ante med. pag. 6. B.*

THALASSIUS. 21. Qui timet Deum, ſuiipſius curam gerit. *Hecatont. 2. ſent.63. apud Bibl. Patr. tom.7. pag. 273. col. 2. linea E.*

S. THEODORET. 22. Quotidie oportet eos, qui vivunt, ſui curam gerere; ne peccatum loco occupato in noſtro corde faciat impreſſionem. *Libro 1. ſuper Epiſt. ad Hebr. cap. 3. ante fin. pagina 112. columna 2.*

S. THOMAS A KEMPIS. 23. Melius eſt ſui curam agere, quàm ſe neglecto ſigna facere. *Libro 1. de Imit. Chriſti. cap. 20. ſect. 6. pagina 337. tom. 2.*

24. Internus homo ſuiipſius curam, omnibus curis anteponit. *Libro 2. de Imit. Chriſti. cap. 5. ſect. 2. pagina 351. tom. 2.*

25. Si non es pro te ipſo ſolicitus modò, quis erit pro te ſolicitus in futuro? *Libro 1. de Imit. Chriſti. cap. 23. ſect. 5. circa med.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 26. Contemnuntur hi, qui nec ſibi, nec alteri proſunt: in quibus nullus labor, nulla induſtria, nulla cura eſt. *Libro 2. de Offic. ante med. columna 502 F. tom. 4.*

PLATO. 27. Ubi quis rerum ſuarum curam gerit, tunc etiam ſuiipſius curam gerit. *Tom. 2. Syzygia quarta dialog. 1. Alcibiadis, poſt initium, pagina 128. littera A.*

28. Neceſſe eſt malam animam, malè ſe curare. *Tom 2. Syzygia 4. libro 1. de Republ. ſub finem, pagina 353. littera D.*

29. Cura animæ cum recta ratione, eſt Philoſophia. *Tom. 3. Syzygia 6. de definit. circa medium, pagina 414. lit. B.*

SENECA. 30. Si omnia propter curam mei facio, ante omnia eſſe debet mei cura. *Ep. 121. poſt medium, pagina 179. tom. 2.*

Vide etiam titulum, Amor ſui. ſentent. 68.

Curia.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. SI quis quærat onus curiale declinare, patriâ & omnium facultatum poſſeſſione cedendum eſt. *Libro 5. Ep. 31. ad Valentinianum Imperat. ante medium, col. 571. B. tom. 3.*

S. ANTONINUS. 2. Hodiè omnia venalia ſunt, fruſtra apud curiales de teſtimonio conſcientiæ, de venuſtate morum, de torrente eloquentiæ, niſi pretio interveniente confidit. *Profec.*

3. Ego enim credo me vidiſſe oſtiarios Cerbero duriores, apud inferos tantùm Cerberus (ut aiunt) unus eſt: ſed quot ſunt diverticula curiarum, tot Cerberi; tota autem familia aut mordet, aut latrat. *Parte 3. titul. 3. cap. 1. §. 9. ante medium, folio 46. columna 3.*

S. AUGUSTIN. 4. Quid quærimus? cujus rei cauſa militamus? major-ne eſſe poterit ſpes noſtra in palatio, quàm ut amici Imperatoris ſimus? & ibi quid non fragile plenumque periculis? & per quot pericula pervenitur ad grandius periculum? & quamdiù iſtud erit? *Libro 8. Confeſſ. cap. 6. poſt medium, pagina 102. littera D. tom. 1.*

S. BERNARD. 5. Quotidiè perſtrepunt in palatio leges, ſed Juſtiniani, non Domini: hæ autem non tàm leges, quàm lites ſunt & cavillationes, ſubvertentes judicium. *Libro 1. de Conſider. ante med. folio 175. col. 1. littera B.*

6. Curia bonos facilè recipere magis, quàm facere conſuevit. *Ibidem, lib. 4. circa medium, folio 281. columna 1. C.*

S. BONAVENT. 7. Reſpice curias Regum, Comitum, Baronum, Dominorum, Prælatorum, omnes modò corrupti ſunt pecuniâ & muneribus. *Profec.*

8. Pauper ibi non auditur, & ſi auditur, non exauditur, ſed deprædantur eum: & Judæi, & divites, & baratores ibi aſſiſtunt, & exaudiuntur. *Serm. 1. Dom. 24. poſt Pentecoſt. in fine, pagina 213. columna 1. tom. 3.*

HUGO CARD. 9. Non mordere audent illi, nec latrare, qui ſunt in curiis, ſed lambere & adulari. *Super Ep. ad Titum. cap. 1. folio 231. columna 4. tom. 7.*

10. In curia potentium regnat proditio ſimul & adulatio. *Sup. Iſayam. cap. 7. Myſtice, folio 21. columna 2. tom 4.*

11. Majus eſt ſaturari in palatio, quàm in palatio gaudere. *Super Matth. cap. 5. folio 15. columna 1. tom. 6.*

JOAN. SARISB. 12. Ego contemno quæ aulici ambiunt; & quæ ego ambio, illi contemnunt. *Libro 1. de Nugis Curial. ante med. apud Bibl. Patrum, tom. 15. pag. 341. col. 2. F. edit. Colonienſis 1622.*

13. Frequens eſt, ut curia recipiat vel faciat vitioſos, apud quos invaleſcit audacia delinquendi, cùm ex familiaritate potentum vitiis indulgetur. *Profecutio.*

14. Sed de acta vita cujuſcùnque fruſtra præſumitur, cùm inter curiales vix poſſit innocentia retineri.

15. Quis eſt enim, cui virtutem non excutiant curialium nugæ? Quis eſt tantus, quis tàm ſolidus, ut corrumpi non poſſit?

16. Optimus eſt, qui reſiſtit diutiùs, qui validiùs, qui corrumpitur minùs: nam ut ſit virtus incolumis, à curialium vita divertendum eſt.

17. Proindè quiſquis hoc dixerit, & prudenter curiæ naturam expreſſit: Exeat aula, qui vult eſſe pius. *Libro 5. de Nugis Curial. cap. 10. ante finem, apud Bibl. Patrum, tom. 15. pag. 406. col. 1. D. editionis Colonienſis 1622.*

PETRUS BLES. 18. Frequenter in palatiis converſantur, qui mollibus & delicatis auribus Principum, etiam in turpibus blando lenocinantur applauſu. *Profec.*

19. Vix invenitur in curiis, qui non vendat oleum, qui caput peccatoris oleo non impinguet. *Epiſt. 112. ad Aurelianenſ. Epiſcop. ante medium, apud Biblioth. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 791. columna 2. E. edit. Colon. 1618.*

20. Quidquid in curiis agitur, ferè peremptorium eſt ſaluti, ambitioſum, adulatorium, fictum, detractorium, ſubdolum, invidum, crudele, & impium: & generaliter temporalis quæſtus, & inanis gloriæ, eſt venativum. *Ibidem. Epiſt. 139. ad quendam Abbat. ante finem, pag. 815. col. 1. C.*

21. Periculoſum eſt in curia mori: nec leviter aſcendet ad eminentiam perfectorum, qui curialem incidit labyrinthum. *Ibidem, Epiſt. 150. ad Clericos aulæ Regiæ, circa principium, pagina 825. columna 2. littera F.*

22. Multæ ſunt curiæ, & aliquis Sathan ſemper invenitur in ſingulis curiis. *Ibidem, ſuper Job, cap. 1. in medio, pagina 920. col. 2. H.*

23. Pro vaniſſima vanitate militant hodiè noſtri curiales in labore & ærumna, in periculis magnis, in vigiliis multis, atque in aliis vitæ diſcriminibus: in quibus gloriam martyrii mererentur, ſi hæc pro Chriſti nomine ſuſtinerent. *Profec.*

24. Nunc autem ſunt Martyres ſeculi, mundi profeſſores, diſcipuli curiæ, milites herlinini.

25. Per multas ſiquidem tribulationes, intrant juſti in regnum Cœlorum: hi autem per multas tribulationes promerentur infernum. *Ibidem, Epiſt. 14. ad Sacellanos Regis Anglorum, poſt initium, pag. 712, col. 2. littera G.*

PETR. BLES. 26. Apud curiales in accipiendo cibo, in equitatione, in vigiliis non eſt ordo, non eſt ratio, non eſt modus. *Ibidem, poſt medium, pagina 713. columna 2. littera G.*

27. Curiam ſequuntur aſſiduè hiſtriones, candidatrices, aleatores, dulcorarii, caupones, nebulones, mimi, barbatores, balatrones: hoc genus omne curialium arcana palatii frequenter novit *Ibidem, poſt med. pagina 714. col. 1. B.*

SALVIAN. 28. Quid aliud curialium vita, quàm iniquitas? *Libro 3. de Gubernat. Dei ante finem, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 3. pagina 334. columna 1, D. edit. Colon. 1618.*

COLLECTOR. 29. Aulæ culmen lubricum.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SENECA. 30. Notiſſima vox eſt ejus, qui in cultu Regum conſenuerat: cùm illum quidam interrogaret, quomodo rariſſimam rem in aula conſecutus eſſet, ſenectutem; Injurias, inquit, accipiendo & gratias agendo. *Libro 2. de Ira. cap. 23. in principio, pagina 429. tom. 1.*

31. Nemo aliter quàm ambitioſus Romæ poteſt vivere. *Epiſt. 50. poſt initium, pagina 610. tom. 2.*

Vide etiam titulum Auſteritas vitæ. ſentent. 20. & 32.

Curioſitas.

DEFINITIO, PRODUCTIO.

DEFINITIO.

S. ANSELMUS. CURIOSITAS eſt ſtudium perſcrutandi ea, quæ ſcire nulla eſt utilitas. *De ſimilitudinibus, cap. 26.*

S. ANTONINUS Vitium curioſitatis conſiſtit in appetitu & ſtudio inordinato circa cognitionem rerum. *Parte 2. titul. 3. cap. 7. §. 1. in fine, folio 138. columna 3.*

HUGO CARD. Curioſitas eſt, qua mens humana inſtat ſcrutari, aut quæ ſcire non convenit, aut quæ ſcire noxium eſt. *Super Eccleſiaſten, cap. 1. folio 74. columna 2. tom. 3.*

Curioſitas nihil aliud eſt, quàm intellectus humani libidinoſa proſtitutio, paſſim quamlibet veritatem amplexantis, & cum ea fornicantis, vel (ut verius dicatur) adulterantis. *Ibidem.*

Curioſitas eſt fames pervalida, & boliſmus inſatiabilis veritatum. *Ibidem.*

Curioſitas eſt, non magnæ utilitati magnam operam impendere: vel aliena negotia, & non ad ſe pertinentia ſtudioſius inquirere. *Super Danielem. cap. 6. fol. 154. col. 1. tom. 5.*

JOAN. GERS. Curioſitas eſt ſtudium circa inutilia, aut utilia magis quàm liceat, deceat, vel expediat. *Parte 3. de Myſtica Theologia practica. Conſiderat. 6. in princ. folio 343. col. 4. C.*

Curioſitas eſt vitium, quo quis inclinatur apponere ſtudium vehemens ad res ſuperfluas & minùs utiles, utilioribus prætermiſſis. *Parte 4. in deſcript. terminor. folio 25. col. 4. littera N.*

PRODUCTIO.

DIONYSIUS CARTHUS. Curioſitas ex otioſitate naſcitur. *Super 1. ad Tim. cap. 5. art. 5. folio 105. H.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANTONINUS 1. Curioſitas eſt vitium penè omnes involvens, & parum cognitum, ſed multum nocivum. *Parte 2. titul. 3. cap. 7. in principio. folio 138. columna 1.*

S. AUGUST. 2. Curioſum genus hominum ad cognoſcendam vitam alienam, deſidioſum ad corrigendam ſuam. *Libro 10. Confeſſ. cap. 3. in principio, pagina 116. D. tom. 1.*

3. In conſideratione creaturarum non vana & peritura curioſitas exercenda eſt, ſed gradus ad immortalia & ſemper permanentia faciendus. *De vera Religione, cap. 29. ante medium, pagina 502. lit. D. tom. 1.*

4. Omnis illa quæ appellatur curioſitas, quid aliud quærit quàm de rerum cognitione lætitiam? *Ibidem, cap. 49. in principio, pagina 514. littera C. tom. 1.*

5. Maxima cura eſt reprimere, ac refrænare curioſos. *Epiſt. 56. ad Dioſcorum, in principio, pag. 163. B. tom 2.*

6. Omnis anima indocta curioſa eſt. *De Agone Chriſtiano, cap. 4. in fine, pagina 542. littera C. tom. 3.*

7. Quàm latè patet curioſitas in ſpectaculis, in theatris, in ſacramentis diaboli, in magicis artibus, in maleficiis, ipſa eſt pernitioſa curioſitas. *Tract. 2. ſuper Epiſt. B. Joann. de cap. 2. ante finem, pag. 403. A. tom. 9.*

8. Curioſi eſſe prohibemur, quod magnum temperantiæ munus eſt. *De Moribus Eccleſiæ. cap. 21. in princ. pag. 529. B. tom. 1.*

S. BASILIUS MAGNUS. 9. Ne ſis curioſus, neque omnia videre & ſcire velis, ut ne ſaniem vitiorum menti tuæ attrahas. *Sermo 2. exercitamentorum, poſt medium, pagina 444. tom. 3.*

S. BERNARD. 10. Funiculus triplex difficilè rumpitur, curioſitatis, voluptatis, & vanitatis. *Ser. 1. de Annunt. paulo poſt med. folio 30. col. 2. E.*

11. Curioſus exteriora conſideret neceſſe eſt, qui ſic interna deſpicit, præterita non reſpicit, præſentia non inſpicit, futura non proſpicit. *Serm. de ſeptem donis Spiritûs ſancti, paulo poſt init. folio 96. col. 2. littera F.*

12. Evidenter curioſitati pietas adverſatur, & quem illa à corde evocat, iſta revocat. *Ibidem.*

13. Parit curioſitas experientiam mali, ut facilè qui per multa vagatur, offendat, facilè cadat in laqueum, facilè inveniat quod pernitioſè delectet. *Ibidem.*

14. Inveniunt curioſi quo delectentur, & non inveniunt quo ſuſtententur. *In Apologia ad Guillelmum Abbatem, cap. O vanitas. in princ. folio 307. col. 2. littera E.*

15. Certè nihil in homine, cui curioſitas proſit, invenies. *Ser. de converſ. ad Clericos, cap. 12. circa med. folio 114. columna 2. E.*

16. Neſcio quid illi durius imprecer, niſi ut ſemper habeat quod requirat, qui jucundæ quietis pacem fugitans, curioſa inquietudine delectatur. *Ibidem.*

17. Curioſus, animam (dùm ſui circumſpectione torpeſcit incuria ſui) curioſam in alios facit. *De 12. gradibus ſuperbiæ gradu 1. verbo Primus, in medio, folio 302. col. 1. A.*

18. Niſi mens minùs ſe curioſè ſervaret, tua curioſitas tempus vacuum non haberet. *Ibidem, Gradu 1. verbo Tu quoque, poſt medium, folio 302. col. 1. littera C.*

S. BONAVENT. 19. Curioſitas cor ſeducit. *Sermone 1. feria quarta Pentecoſtes, poſt medium, pagina 138. columna 1. tom. 1.*

20. Curioſus non curanda curat, neceſſaria negligit, & ſui oblitus aliena conſiderat, notat & explorat. *In ſpeculo diſciplinæ, parte 2. cap. 5. circa medium, pagina 556. columna 1. littera A. tom. 7. parte 4.*

S. CYRILLUS ALEX. 21. Cave ea, quæ ſupra naturam ſunt curioſiùs inquiras. *Homil. 12. in feſtis Paſchalibus circa mediam, pagina* 147.

DIONYSIUS CARTHUS. 22. Grave curioſitatis eſt vitium, quod dùm hominem immoderatè occupat circa aliorum defectum, abſcondit ei ſeipſum. *De profectu ſpirit. art. 7. in med. folio* 149. *pagina* 2.

S. GREG. MAG. 23. Grave curioſitatis eſt vitium, quæ dùm cujuſlibet mentem ad inveſtigandam vitam proximi exteriùs ducit, ſemper ei ſua intima abſcondit, ut aliena ſciens ſe neſciat. *Homil. 36. ſuper Evang. ante med. columna* 494. *B. tom.* 2.

24. Curioſi animus quantò peritus fuerit alieni, meritò tantò fit ignarus ſui. *Ibidem*

25. Curioſitas dùm alienam, quærit vitam diſcutere, ſemper ſua intima neſciens, ſtudet exteriora cogitare. *Ibidem.*

S. GREG. THAUM. 26. Hoc hominum curioſitas comminiſcitur, ut ea etiam quæ poſt mortem alicujus futura ſunt, anxiè inquirere, ac ſcire videantur. *Super Eccleſiaſten, cap. 7. in princ. pagina* 53. *columna* 2. *E.*

HUGO A S. VICTORE. 27. Magnum malum eſt curioſitas. *Sup. Pſ. 40. cap. 50. in princ. pagina 47. D. tom.* 1.

28. Mala & peſtilens curioſitas eſt, quæ ſecretum alienum improbè ſcrutari contendit, ſæpè quamvis nihil inveniat, quod juſtè reprehendere poſſit, perverſa tamen ſuſpicari non deſiſtit. *Lib. 3. de Arca Noe Moral. cap. 10. poſt initium, pagina 209. littera A. tom.* 2.

HUGO CARD. 29. Curioſitas gladius eſt diaboli, quem fugere debemus. *Super lib. Judic. cap. 8. folio 202. columna 4. tom.* 1.

30. Curioſitas vicus eſt diaboli *Sup. Pſ. 54. folio* 140. *col.* 1. *tom.* 2.

31. Rumores qui de nobis dicuntur inquirere, nihil aliud eſt quàm ignibus & jaculis, qui in nos trajici non poterant, ſpontè ad comburendum, vel confodiendum ſe exponere. *Super Eccleſiaſten, cap. 7. folio* 91. *columna* 3.

32. Curioſi frequenter in tantam decidunt curioſitatem, ut potiùs ſcrutentur vitia aliena quàm ſua. *Sup. Luc. cap. 14. folio. 220. col. 2. tom.* 6.

33. Curioſus ille eſt, qui vitam aliorum inveſtigat, & ſua interiora ignorat. *Ibidem.*

S. JOANNES CHRYSOST. 34. Audiant curioſi, qui pulchritudines curioſè conſiderant alienas, & dicunt, ſpectamus quidem, ſed nihil nocemur: David talis ac tantus læſus eſt, & tu te putas non poſſe lædi? *Hom. 1. ſup. Pſ. 50. ante mediam, col. 730. A. tom.* 1.

35. Qui aliena nimiùm anxia curioſitate ſcrutaris, ſi ea inquirere deſideras, clarorum opera virorum curioſiùs inveſtiga, ut ex æmulatione alienæ virtutis æterna fruaris beatitudine. *Hom. 65. ſup. Matth. in fine. col. 543. D. tom.* 2.

36. Non curioſè agere, Deum glorificare eſt: curioſum verò eſſe, delinquere eſt. *Serm. 8. ſuper Epiſt. ad Rom. ante finem. ſuper illud 4. Gloriam tribuens Deo. col. 85. C. tom.* 4.

37. Nihil ita curioſum eſt ad rerum obſcurarum & reconditarum cognitionem, ſicut humana natura. *Homil. 9. ſup. 1. ad Theſſal. in princ. columna 1375. littera B. tom.* 4.

38. Neceſſe eſt ut curioſus ſit, qui cùm operari poſſet, otioſus eſt. *Hom. 7. ſup. 2. ad Theſſ. ante med. col. 1422. D. tom.* 4.

39. Aliorum facta curioſè diſquirere, impudentiæ ſingularis potiſſimum id argumentum eſt. *Homil. 15. ſup. 1. ad Timoth. poſt initium, col. 1514. A. tom.* 4.

40. Curioſitas in apparatu, in pompa & in quolibet ornatu, crimen eſt. *Hom. 7. ſup. 2. ad Tim. poſt init. col. 1577. C. tom.* 4.

41. Nolle omnia curioſè inquirere, & non cupere omnia ſcire, magnum præclaræ ſcientiæ argumentum eſt. *Ibidem, Hom. 8. ante med. Moralis, col. 1583. B. tom.* 4.

S. JOAN. CLIM. 42. In eo ſtatu te exerce, qui curioſitatem neſciat; nihil enim ita quietem inquinare poteſt ut curioſitas. *Gradu 27. de differentia quietis. in fine, apud Bibl. Patrum, tom. 6. part. 2. pag. 290. col. 1. B. editionis Colonienſis* 1618.

S. ISID. HISP. 43. Evita curioſitatem, nulla curioſitas animum tuum capiat, nulla concupiſcentia deteſtandæ curioſitatis te ſurripiat, nec oblitus tuorum morum aliena perquiras. *Libro 2. de ſynonim. cap. 9. in fine, pagina* 318. *columna* 1.

44. Nulla ſit tibi curioſitas ſciendi latentia; cave indagare quæ ſunt à ſenſibus remota. *Ibidem, cap. 15. in princ. pag. 319. col.* 2.

45. Curioſitas periculoſa præſumptio eſt, curioſitas damnoſa peritia eſt. *Profec.*

46. In hæreſes enim provocat, in fabulas ſacrilegas mentem præcipitat, in cauſis obſcuris reddit audaces, in rebus ignaris facit præcipites. *Ibidem, ante med. pag. 320. col.* 1.

PETRUS BLES. 47. Suſpitioſum ſemper curioſitas inquietat, timoris ſtimulos ſuggerit, & multiplicem turbationis materiam ſubminiſtrat. *De Amicitia. cap. 13. in medio, apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 972. col. 1. D. edit. Colon.* 1618.

PETR. CELL. 48. Ut cinis obcæcat oculos corporis, ſic curioſitas obnubilat viſum contemplationis. *De Panibus. cap. 17. ab initio, apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 659. col. 2. E.*

S. ZENO. 49. Curioſitas reum efficit, non peritum. *Serm. 2. de Filii Dei generat. in calce, apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 110. col. 1. A.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

PLINIUS II. 50. Nihil eſt curioſius otioſis. *Lib. 9. Ep. 32. ad Titian. in fin. pag.* 263.

SENECA. 51. Curioſum nobis natura ingenium dedit. *De beata vita. cap. 32. circa init. pag. 514. tom.* 1.

SIXTUS PHILOSOPHUS. 52. Multa velle ſcire, curioſitas animi putanda eſt. *Sent. 240. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 66. columna 1. C. edit. Colon.* 1618.

Vide etiam tit. Adoleſcentia. ſent. 40 Ira. ſent. 223. Motus. ſent. 8. Ornatus. ſent. 56. 170. Orator. ſent. 22. Scrutari per totum.

Cuſtodia.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. CUSTODI interiorem hominem tuum, noli eum quaſi vilem negligere ac faſtidire, quia pretioſa poſſeſſio eſt. *Profec.*

2. Et meritò pretioſa, cujus fructus non caducus & temporalis, ſed ſtabilis, atque æternæ ſalutis eſt. *Lib. 1. Offic. cap. 3. circa med. col. 1. C. tom.* 10.

3. Servum Dei non cuſtodia corporalis, ſed Domini providentia ſepire conſuevit. *Lib. 5. Epiſt. Orat. in Auxentium, poſt init. col. 577. C. tom.* 3.

S. ANTONINUS. 4. Ad munitionem civitatis animæ, ultra arma virtutum & victualia ſacrorum eloquiorum (quibus anima paſcitur) requiritur & cuſtodia diligens portarum. *Parte 1. tit. 2. cap. 3. §. 7. in princ. folio 24. col.* 1.

5. Cùm malè cuſtodiuntur ſenſus, ejicitur Chriſtus, & intrat diabolus. *Ibidem.*

6. Prima janua totius bonitatis in homine, eſt cuſtodia caſtitatis. *Parte 4. tit. 4. cap. 6. §. 1. poſt init. folio 44 columna* 4.

S. AUGUSTIN. 7. Serva quod intùs eſt, & non timebis foris. *Super Pſ. 35. ante fin. verſ. 12. pag. 185. B. tom.* 8.

8. Cuſtodi innocentiam, pretioſa res eſt. *Sup. Pſ. 36. conc. 1. in fine, verſ. 3. pag. 191. B. tom.* 8.

9. Omnes motus linguæ tuæ diligentiſſimè cuſtodi,

Digitized by Google

& ſis cuſtos malæ conſuetudinis tuæ. *Serm.* 28. *de verbis Apoſt. circa med. pag.* 266. *D. tom.* 10.

S. AUGUSTIN. 10. Multæ cuſtodiæ faciunt fœminam caſtiorem, virum caſtum faciat ipſa virilitas. *Profec.*

11. Cuſtodia fœminæ, magnum illius verecundiæ & pudoris eſt munimentum. *Ser.* 1. *Dom.* 4 *Quadrag & in ord.* 96. *non longè a med. pag.* 573. *A. tom.* 10.

V. BEDA. 12. Cuſtos caſtitatis eſt virtus humilitatis. *In ſuis Proverb. verbo Cuſtos. pag.* 187. *tom.* 2.

S. BERNARD. 13. Stupenda inſania! animarum non cunctor turbas mihi cuſtodiendas culligere, & unum ſoper propriam animam gravor habere cuſtodem. *Ep.* 42. *ad Henricum Senonenſ. Archiepiſc. ante finem, folio* 218. *columna* 2. *littera E.*

14. Magna cuſtodia tibi neceſſaria eſt, quoniam ante oculos judicis vivis cuncta cerocotis. *De Medit. cap.* 6. *in fine, fol.* 324. *col.* 1. *B.*

15. Plurimùm proficit ad tuitionem caſtitatis, cuſtodia oculorum. *De ord. vita longè poſt init. folio* 334. *col.* 4. *littera K.*

16. Quàm booi cuſtodes, qui vigilantes animo, atque in orationibus pernoctantes, hoſtium inſidias ſagaciter explorant, anticipant conſilia malignantium, deprehendunt laqueos, eludunt tendiculas, retiacula diſſipant, machinamenta fruſtrantur. *Serm.* 76. *ſup. Cant. poſt med. fol.* 196. *col.* 2. *E.*

17. Abſque ſtudio cuſtodum, non poteſt eſſe ſecura civitas. *Ibidem.*

S. BONAVENT. 18. Domus eſt machina corporis, hæc fragilis eſt, & ideò cuſtode indiget. *Super Eccleſiaſten, cap.* 12. *poſt init. in illud, Quando commovebuntur cuſtodes domus. pag.* 337. *col.* 2. *C. tom.* 1.

19. Bona eſt ſecuritas, ubi bona eſt cuſtodia. *Serm.* 1. *Dom. in octava Paſcha in fine, pag.* 102. *columna* 1. *tom.* 3.

DIONYSIUS CARTHUS. 20. Ubi major peccandi occaſio, ibi diligentior adſit cuſtodia. *Super hymnos de tempore feriali ad Primam. in fine, folio* 167. *H.*

21. Quamdiù mens cum omni cuſtodia cuſtoditur, caro & ſenſualitas à vitiis cohibentur; imò & actibus virtuoſis rationi, voluntatique obſequuntur. *De profectu ſpirit. art.* 4. *circa med. fol.* 144. *pag.* 2.

22. Cuſtodia pacis, theſaurus verè pretioſiſſimus eſt. *Ibidem.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 23. Opus eſt, ot quod tribuit gratia, cuſtodiat diligentia: & quod ſine labore acquiritur, cum labore ſervetor. *Hom.* 1. *de Symbolo in fine, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 554. *col.* 1. *A.*

GILLEBERTUS ANGLUS. 24. Nihil confert cultura diligens diſciplinæ, ſi cuſtodia deſit. *Ser.* 35. *ſuper Cant. poſt init. inter opera D. Bernardi volum.* 2. *folio* 31. *col.* 4. *K.*

25. Bona cuſtodia eſt ſepes, quæ culta ab incultis ſeparat, & ſervat illæſa. *Ibidem, &c. L.*

S. GREG. MAG. 26. Quid prodeſt cuſtodia, quæ penè ubique circumponitur, quando inimicis tota civitas per neglectum loci unius aperitur. *Hom.* 7. *ſuper Ezech. longe poſt init. col.* 114. *C. tom.* 2.

27. Aliis ſervare noo differas, quod ipſe quoque tibi ſervari deſideras. *Lib.* 1. *in regiſt. ind.* 9. *cap.* 81. *Ep.* 81. *ad Iannarium Archiep. Caralis Sardiniæ. in fine, col.* 687. *B. tom.* 2.

28. Cuſtodia aori vel argenti, monilium vel lapidum pretioſorum, veſtium vel pecuniarum, nonne hæc ſunt, quæ mergunt hominem in interitum? *In* 7. *Pſalmos pænit. ſup. Pſ.* 6. *verſ* 6. *circa med. col* 6:0. *B. tom.* 2.

29. Totum ſeſe inſidiantis hoſtis vulneribus detegit, qui nulla ſe munitione cuſtodiæ circumcludit *Lib.* 7. *Moral. cap.* 17. *prope med. num.* 25 *fol.* 238. *C. tom.* 1.

30. Laborioſum non erit, ſi cuſtodiam noſtram non nobis, ſed gratiæ tribuimos. *Libro* 3. *dialogi. cap.* 20. *verbo Laborioſum, col.* 1402. *D. tom.* 1.

31. Teneat fortem cuſtodiam animi, qui potenter vult diſpergere motus carnis. *Lib.* 6. *in* 1. *Reg. cap.* 2. *ante fin. col.* 1603. *B. tom.* 2.

S. HIERONYM. 32. Nemo me meliùs mea ſervare poteſt *Tom.* 1. *Ep.* 2. *ad Nepotian. ſub. fin. pag.* 17. *A.*

33. Difficilè cuſtoditur qood plures amant. *Libro* 1. *adverſùs Jovian. longè poſt medium, pag.* 50. *littera D. tom.* 2.

34. Tu ſi teipſum benè cuſtodire cupis, debes honorem tuum ſemper pretiumque cogitare. *Tom.* 4. *Ep.* 1. *ad Demetr. poſt. med. pag.* 20. *D.*

35. Omnis ſolicitudo tua, omnis intentio debet eſſe in cuſtodia *Ibidem.*

36. Optimè quæſita cuſtodies, ſi ſemper inquiras. *Ibidem.*

HUGO A S. VICTORE. 37. Multùm diligenter vult cuſtodiri is, qui vult cuſtodiri ut pupillam oculi. *Sup. Pſ.* 21. *cap.* 21. *pag.* 42. *A. tom.* 1.

HUGO CARD. 38. Res diligentiùs, quantò eſt ſolicitiùs quæſita, ſervatur, cùm ipſios utilitas cognoſcitur. *Sup. Ep.* 1. *B. Ioan. cap.* 1. *fol.* 346. *col.* 1. *tom.* 7.

JOAN. CASS. 39. Negligentiùs cuſtodiri ſolet quidquid creditur facilè poſſe reparari. *Collat.* 4. *Abbat. Danielis. cap.* 4. *in fine, pag.* 372.

S. JOAN CLIM. 40. Cùm procedis, congregata cuſtodi. *Gradu* 27. *de differentia quietis. circa med. apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 289. *B. edit. Colonienſis* 1618.

PETR. BLES. 41. Priùs cuſtodi teipſum, ut ſecuriùs procures cuſtodiam aliorum. *Ep.* 132. *ad quendam Abbat. ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2 *pag* 808. *col.* 1. *B.*

42. Bonum caſtrum cuſtodit, qui corpus ſuum cuſtodit. *Ibid.*

43. Malo animam perdere ut cuſtodiam, qoàm cuſtodire ut perdam. *Ibidem, ſuper Iob cap.* 2. *poſt init. pag.* 924. *col.* 1. *C.*

S. PETRUS CHRYSOLOG. 44. Quàm ſecurè dormit, qui Deum ſuorum meruit habere cuſtodem. *Ser.* 7. *ſub finem, apud Bibl. Patrum, pag.* 667. *col.* 1. *A.*

PHILO JUD. 45. Sicut pernitioſum eſt civitati carere mœnibus, ſic animæ deſtitui à cuſtodiis. *De profugis, ante finem, pagina* 660.

S. VALERIAN. 46. Non obtinet regnum promiſſum corporis delicata cuſtodia. *Hom.* 17. *de bono Mart. a medio, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 495. *col.* 2. *F.*

S. ZENO 47. Attende tibi, & uodique teipſum circumſpice, pervigiles gere ad cuſtodiam tui oculos animæ. *Ser. de precepto, ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pag.* 91. *column.* 1. *littera A.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 48. Nunquàm oportet domum eſſe ſioe cuſtodia, ſic nec civitatem. *In Oeconom. Et habet. apud Bedam. tom* 2.

PLATO. 49. Civitatis cuſtodes ſunt Religioſi. *Tom.* 2. *Sizygia* 4. *libro* 2. *de Republica, in calce, pagina* 383. *littera C.*

50. Ridiculum ſanè eſt, cuſtodem cuſtode indigere. *Tom.* 2. *Sizygia* 4. *libro* 3. *de Republ. poſt medium, pagina* 403. *E.*

51. Suiipſius priùs ſit boous cuſtos, qui alios cuſtodire copit. *Ibidem, poſt medium, pagina* 413. *littera E.*

SENECA. 52. Id debet ſervari diligentiùs quod neſcias quando deficiat. *De brevitate vitæ, cap.* 8. *circa medium, pag.* 656. *tom.* 1.

53. Magno cum periculo cuſtoditur, quod multis placet. *In ſuis Proverb. pagina* 686. *columna* 2. *M. editionis Baſileenſis.*

Vide etiam titulos, Acquirere. ſentent. 40. 45. 96. *Actio. ſent.* 126. 164. *Adverſitas. ſent.* 123. *Amiſſio. ſent.* 104. *Cordis cuſtodia. per totum.*

D.

LIBER IV.

DAMNATIO.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. TRes ſunt damnationes diaboli. Damnatus eſt primò quando de cœleſti beatitudine propter iniquitatem ſuam eſt dejectus. *Proſecutio.*

2. Secunda damnatio fuit, quando per mortem Chriſti genus humanum de ejus poteſtate eſt ereptum.

3. Tertia damnatio erit, quando in infernum cum omnibus impiis in æternum cruciandus demergetur. *Super Apocalipſ. cap. 20. in princip. columna* 4020. *D. tom.* 5.

4. Melius eſt unius aut duorum damnatione plurimi liberentur, quàm duorum abſolutione plures periclitentur. *Ser.*18. *ſup. Pſ.* 118. *poſt init. col.* 1572. *littera B. C. tom.* 4.

S. ANSELMUS. 5. Neceſſe eſt omnem hominem in peccato originali natum, illo non dimiſſo, damnari. *In libro de conceptu virginali, cap.* 28. *in fine.*

S. ANTONIN. 6. Si quis ſenſerit aliquod mortalium in ſe damnari, niſi pœnitentiam egerit, æterna illum flamma trucidabit. *Parte* 2. *tit.* 4. *cap.* 8. §. 5. *in fine, folio* 178. *columna* 3.

S. ANTONIUS DE PADUA. 7. Non eſt evidentius ſignum æternæ damnationis, quàm cum temporalia ad votum ſuccedunt. *Ser.* 1. *poſt feſtum. Trinit. poſt medium, folio* 171. *pag.* 2.

S. AUGUSTIN. 8. Quiſquis vivere ita incipit, ut ante finiat vitam quã ab originalis peccati obligatione ſolvatur, etſi unius diei, vel unius horæ ſpatio anima illa vixerit in corpore, neceſſe eſt ea cum eodem corpore interminabilia gehennæ ſuſtinere ſupplicia, ubi diabolus cum Angelis ſuis in æternum arſurus eſt. *De fide ad Petrum, cap.* 2. *circa med. pagina* 157. *B. tom.* 3.

9. Omnis homo, qui in hoc ſeculo uſque ad finem in iniquitatum delectatione, & cordis obduratione permanſerit; ſicut hîc eum noxia criminum delectatio tenuit, ſic eum ſine fine ſempiterna cruciatio retinebit. *Ibidem.*

10. Nolentes (ſi peccaverint) corrigi, nihil aliud delegerunt, niſi cum hoc mundo damnari. *De agone Chriſtiano, cap.* 31. *prope finem, pagina* 550. *littera D. tom.* 3.

11. Bonus eſt Deus, juſtus eſt Deus: poteſt aliquos ſine bonis meritis liberare, quia bonus eſt; non poteſt quemquam ſine malis meritis damnare, quia juſtus eſt. *Libro* 3. *contra Iulianum. cap.* 18. *in fine, pag.* 684. *D. tom.* 4.

12. Non vis ut Deus damnet te, tu te damna. *Tract.* 1. *ſuper Epiſt. Ioan. de cap.* 1. *circa medium, pag.* 394. *D. tom.* 9.

13. Nemo damnatione dignus eſt, aut non contra vetitum juſtitiæ faciens, aut quod non poteſt non faciens. *De duab. animabus, cap.* 11. *in medio. tom.* 6.

14. Diabolus ad ſolatium malevolentiſſimum damnationis ſuæ, cum quibus damnetur inquirit. *De catech. rud. cap.* 25. *ante med. tom* 4.

15. Si omnes remanerent in pœnis juſtæ damnationis, in nullo appareret miſericors gratia redimentis. *Libro* 21. *de Civitate Dei, cap.* 10. *in medio. tom* 5.

16. Deus condemnat eos, quos damnatione judicat dignos. *De Continent. cap.* 6. *in medio, tom.* 2.

S. AUGUSTIN. 17. Tantò quiſque tolerabiliorem habebit damnationem, quantò hîc minorem habuit iniquitatem. *In Enchir. cap.* 93. *in fine.*

18. Nemo naſcitur ex Adam, niſi vinculo delicti, & damnationis obſtrictus. *Epiſt.* 157. *poſt initium, tom.* 2.

19. Non pati adverſitatem carnis, ſed duci à carne, damnatio eſt. *In Expoſit. Ep. ad Galat. cap.* 5. *poſt med. tom.* 4.

20. Niſi gaudium ſpei noſtræ cum tremore damnationis eſſet, in nobis negligens eſſet ipſa ſecuritas. *Annot. in Iob, cap.* 39. *circa med. tom.* 4.

21. A mea iniquitate, non ab aliena, ſive in me, ſive in aliis perpetrata, mihi eſt cavenda damnatio. *Contra Mend. cap.* 9. *ante med. tom.* 4.

22. Qui damnationem fecerit, quod iniquum eſt; patietur damnationem, quod juſtum eſt. *Lib.* 21. *de Civ. Dei. cap.* 11. *in fine, tom* 5.

GLOSS. DECR. 23. Judex non condemnat, ſed lex. *In decret. Gratiani. folio* 2. *columna* 1.

GLOSSA ORD. 24. Aliquando Deus hîc ferire incipit, quòd æterna damnatio conſummat. *Sup. Iob, cap.* 35. *in fine, col.* 330. *E. tom.* 3.

25. Juſto judicio damnati ſerò pœnitentes agnoſcunt quod antea credere noluerunt. *Super Sapient. cap.* 15. *in princ. col.* 1953. *A. tom.* 3.

26. Nullum damnat Deus, antequàm peccet: nullum coronat, antequàm vincat. *Super Ep. ad Rom. cap.* 9. *col.* 120. *E. tom.* 6.

27. Conſtat quòd nullus damnatur, niſi æquiſſima juſtitiâ. *Super Epiſt. ad Rom. cap.* 9. *col.* 123. *littera A. tom.* 6.

S. GREGORIUS MAGNUS. 28. Quid horribilius dici, quid cogitari poteſt, quàm damnationis vulnera ſuſcipere, & dolores vulnerum nunquàm finire? *Hom.* 6. *ſuper Ezech. longè poſt med. ſuper illud, Et horribilis aſpectus, columna* 110. *littera A. tom.* 2.

S. HIERON. 29. Malorum condemnatio, laus bonorum eſt. *Tom.* 1. *Epiſt.* 2. *ad Nepotian. ante medium, pagina* 13. *littera B.*

30. Damnetur ille, qui damnat. *Tom.* 2. *Epiſt.* 23. *ad Cteſiphontem, poſt med. pagina* 256. *C.*

HUGO CARD. 31. Lux beatis, flamma purgandis, carbo damnatis. *Super* 1. *ad Cor. cap.* 15. *folio* 118. *columna* 3. *tom.* 7.

S. JOANNES CHRYSOST. 32. Deus invitus compellitur cum magno dolore peccatores damnare. *Proſec.*

33. Non enim ſic dolet, quia ipſe ab eis offenditur; ſed quia quaſi violenter cogitur damnare aliquem, qui omnes cupit ſalvare.

34. Nam quemadmodùm in nobis contra naturam eſt benè facere: ſic & Deo contra naturam eſt malè facere aut damnare. *Hom.* 46. *ſuper Matth. oper. imperf. circa med. col.* 10-0. *B. tom.* 2.

35. Non tantùm pro eo quòd peccaverunt homines condemnandi ſunt, ſed etiam pro eo quòd bene non faciunt. *Ibidem, Homil.* 54. *poſt medium, columna* 1134. *littera D. Proſec.*

36. Si autem pro eo quòd benè non faciunt, ſic condemnantur: puta quales pœnas exolvent pro eo quòd peccant. *Ibidem.*

IOAN. GERS. 37. Fatendum eſt, quòd nemo ſine culpa damnabitur: ſicut abſque gratia ſalvabitur nullus. *Libro* 1. *de conſolat. Theologiæ. Proſa* 3. *ante med. Parte* 3.

JOAN TRITH. 38. Quò damnatorum ſocietas fuerit numeroſior, eò infelicitatis ſententia triſtior. *Ep.* 14. *ad Nicol. Preſbit. Mernicenſ. ante med. pagina* 948. *col.* 1.

S. ISID HISP. 39. Unuſquiſque impius pro quantitate facinorum condemnabitur: nec deerit in ſupplicio futuro damnationis ordo; ſed juxtà qualitatem criminum, diſcretio erit pœnarum. *Lib.* 1. *de ſum. bono. cap.* 29. *ſent.* 2. *pag.* 635.

40. Creſcit ſanctorum gloria, dùm debitâ damnantur impii pœnâ. *Ibidem, cap.* 30. *ſent.* 3. *pag.* 636. *col.* 2.

LACT. FIRM. 41. Si eos omnes, qui humanam pœnam effugiunt, cenſura divina damnaret: eſſet homo aut rarus, aut nullus in terra. *De Ira Dei. cap. 20. poſt medium, pagina* 359.

42. Quiſquis præſentium bonorum ſpecie captus, & in his conſequendis ac fruendis occupatus, non præviderit ea, quæ poſt mortem ſecutura ſunt, ſeque à Deo averterit, is ad inferos dejectus, in æternam damnabitur pœnam. *Lib. 6. de divin. Inſt. cap. 4. poſt init. pag.* 241.

S. LAURENT. IUSTIN. 43. Quò impuniti liberiùs peccant; eò vehementiùs damnatione plectentur æternâ. *De ligno vitæ, tract. 10. de pauper. cap. 3. poſt init. pag. 56. columna 2. lit. C. Part.* 1.

44. Nullum tàm evidens perpetuæ damnationis indicium eſt, quàm continuis tranſitoriæ proſperitatis pollere ſucceſſibus. *Lib. 2. de Spirit. Reſur. cap. 8. in princ. pag 543. col. 2. D. Part.* 2.

S. PETR. DAM. 45. Quid horribilius dici, quid cogitari poteſt, quàm damnationis vulnera ſuſcipere, & dolores vulnerum nunquàm finire? *Lib. 8. Ep. 8. ad Bonum hom. legis perit. circa medium, pagina 129. columna 1. lit. E. tom.* 1.

S. PROSPER. 46. Qui nolunt damnationis aliorum ſubire ſupplicium, caveant prolapſionis exemplum. *Lib. 2. de vita contemplat. cap. 19. in fine.*

RICH. A S. VICTORE. 47. Infideles & criminoſi baptiſma cum fide ſuſcipientes, ſic abſolvuntur debito damnationis, ut non teneantur debito expiationis. *Proſ.*

48. Fideles verò & criminoſi poſt lapſum verè pœnitentes, ſic abſolvuntur debitò damnationis, ut teneantur ſub debito expiationis. *Part. 1 de Poteſt. ligandi & ſolvendi. cap. 4. in calce. pagina 512. columna 1. littera A.*

SALVIANUS. 49. Facile eſt quidquid in præſenti ſeculo nocet, pati: illud grave, illud pernitioſum, quod in æternitatis damnatione jugulabit. *Profec.*

50. Illud itaque, illud inexpiabile malum eſt, illud æſtimari omninò non poteſt, quod totum omninò hominem ſine fine damnabit. *Lib. 2. ad Eccleſias Catholic. in fine, apud Biblioth. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 372. col. 2. E. edit. Colonienſis* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SENECA. 51. Non damnatio, ſed cauſa hominem turpem facit. Meritò damnari, pœna eſt: damnatio immerita, damnantis eſt calamitas. *De Moribus ante finem, pag. 678. edit. Baſileenſis* 1537.

Vide etiam Titulos, Hoſpitalitas ſent. 69. Infernus. ſent. 85. Supplicium. ſent. 22.

Damnum.

DEFINITIO, DIVISIO.

DEFINITIO.

S. THOMAS AQUINAS. DAMNUM dicitur ex eo quod aliquis minùs habet, quàm debet habere. 2. 2. *quæſt. 62. art. 4. in princ. corporis, pag. 119. col.* 1.

DIVISIO.

HUGO CARD. Quintuplex eſt damnum: ſcilicet
- Rerum.
- Corporum.
- Vitæ temporalis.
- Famæ.
- Parentum. *Sup. Prov. cap. 12. fol. 27. col. 4. tom.* 3.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Res ſine diſpendio eſt, quæ tota diſpendium eſt. *Lib. 1. Offic. cap. 30. poſt med. col. 22. C. tom.* 1.

2. Homines damnum putant, quidquid præter morem impenditur. *Ibid. lib. 2. cap. 21. à medio, columna 52. lit. B.*

3. Meliora damna, quàm lucra ſunt ſeculi. *Lib. 5. Epiſt. 24. ad Marcellum in medio, columna 553. lit. C. tom.* 3.

S. ANTONIN. 4. Qui occaſionem damni dat damnum quoque dediſſe videtur. *Part. 2. tit. 1. cap. 9. in princ. fol. 42. columna* 2.

S. AUGUSTIN. 5. Sciat culpabiliter ſe durum, qui deflet damna temporis, & dolorem peccati lachrymis non oſtendit. *De vera & falſa pœnit. cap. 9. in fine, pag. 744. lit. C. tom.* 4.

6. In rebus utilibus non vocatur damnum, quod propter majus lucrum amittitur. *De Mendacio. cap. 18. in fine, pag. 18. D. tom.* 4.

7. Illud damnum minimè dicitur, quòd aliquis perdit, ne ampliùs perdat. *Ibid.*

8. Nemo dubitat cavendi majoris damni cauſa, patiendum eſſe damnum quod minus eſt. *Ibid. in fine pag. 19. littera A.*

9. Nemo habet injuſtum lucrum ſine juſto damno: qui furatur verbi gratia, acquiret veſtem, ſed cœleſti judicio perdet fidem: ubi lucrum, ibi damnum: viſibiliter lucrum, inviſibiliter damnum. *Serm. 2. in ſabbat. poſt 3. Dom. Quadrag. & in ord. 95. poſt med. pag. 566. C. tom.* 10.

10. Nemo habet injuſtum lucrum, ſine juſto damno: ubi lucrum, ibi damnum; lucrum in arca, damnum in conſcientia. *Serm. 3. de Innocentibus, & in ord. 10. ante med. pag. 844. C. tom.* 10.

DIONYSIUS CARTHUS. 11. Felix quem faciunt aliena damna peritum. *Sup. Epiſt. 1. ad Cor. cap. 10. art. 10. circa medium, fol. 45. littera H.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 12. Quantis detrimento quis fuit, de tantis damna contraxit. *Hom. 7. ad Monachos ab initio, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. edit. Colonienſis* 1618.

13. De rebus ad præſentia ſubſidia conceſſis, detrimenta vitæ æternæ nequitia mortalis operatur. *Ibidem Hom. 4. de Epiph. ante med. pagina 550. columna 2. littera E.*

S. GREG. MAG. 14. Qui temporalium damnorum metu, veritatem vel juſtitiam prætermittunt, cæleſtis iræ vindictam incurrunt *Lib. 7. Moral. cap. 11. in titulo, col. 223. lit. C. tom.* 1.

15. Iniquorum mentes, quia damna ſua conſiderare negligunt, integritatem, quaſi neſcientes, perdunt. *Ibid. lib. 5. cap. 29. circa med. num. 28, col. 167. B. tom.* 1.

16. Qui ſemper ad lucra inhiat, ſemper damna formidat. *Ibid. lib. 10. cap. 12. ſup. illud Job 21. Requieſcet, & non erit, &c. col. 363. D.*

17. Damna parva quandoque cauſa magni lucri fiunt. *Lib. 3. dialogi, cap. 14. in fine, verbo Magna. col. 1393. D. tom.* 1.

18. Valdè durum eſt, ut undè quiſque nullum ſenſit commodum, ſuſtineat injuſtè diſpendium. *Lib. 5. in Regiſtro. Indict. 14. cap. 135. Epiſt 35. ad Secundinum Epiſcop. Zaurona. poſt medium, columna 845. littera B. tom.* 2.

19. In terrenis rebus ſemper cauſa damni eſt origo peccati. *Ibid. lib. 9. Indict. 4. cap. 57. Ep. 57. ad Brunichildam Regin. Franc.*

20. Undè iraſcatur jàm non habet, qui damnum temporale non timet. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 4. longè ante med. col. 1526. B.*

21. Qui ſe erraſſe à Deo conſiderant, damna præcedentia lucris ſequentibus recompenſant. *Hom. 34. ſup. Ezech. longè poſt init. col. 475. D.*

S. HIERONYM. 22. Ubicumque compendium eſt, velocior pes, citus ſermo, auris attentior: ſi damnum (ut ſæpè accidere ſolet) fuerit nuntiatum, vultus mœrore deprimitur. *Tom. 1. Epiſt. 18. ad Marcellam, ab initio pagina 129. B.*

Hugo a S. Victore. 23. Heu! quàm multi lugent damna corporalia, qui lugere contemnunt damna ſpiritualia! *De Allegor. in Matth. lib. 2. cap. 1. in illud, Beati qui lugent, &c. pag. 210. A. tom. 1.*

24. Tribus modis damnum infertur homini.
- A dæmone. — Dæmon inſidiatur chaſtitati.
- A proximo. — Proximus poſſeſſioni.
- A carne. — Caro pudicitiæ. *Lib. 4. Miſcellan. codic. 2. tit. 85. in princ. pag. 212. D. tom. 3.*

Hugo Card. 25. Qui commodum temporale acquirit, divitias virtutum perdit, & majus damnum patitur, & fraudem majorem in ſe, quàm faciat aliis. *Sup. Prov. cap. 12. fol. 27. col. 4. tom. 3.*

S. Innoc. III. 26. Qui occaſionem damni dat, & damnum dediſſe videtur. *Serm. 1. Dom. 1. Advent. ante med. fol. 3. columna 1.*

Ioan. Caſſ. 27. Qui damnum ſibi illatum dolet, largitatis compenſatione curatur. *Collat. 18. Abbat. Piammonis. cap. 17. circa med. pag. 745.*

S. Ioannes Chrysost. 28. Quemadmodùm damnum eſt medico, ſi ſubtrahantur infirmi; ſic damnum eſt Chriſto, non habere quos ſalvet. *Serm. 32. ſup. Matth. oper. imperf. ante fin. col. 954. A. tom. 2.*

Lact. Firm. 29. Stultus eſt, qui alteri fecerit lucrum, ſibi damnum. *In Epitome cap. Nam, poſt init. pagina 396.*

30. Injuſtum eſt augeri patrimonia locupletum, per damna miſerorum. *Ibidem cap. Supereſt, ante finem, pagina 401.*

S. Leo I. 31. Cupiditas injuſti lucri, non injuſti cauſa eſt damni. *Serm. 6. de jejunio decimi menſis, poſt med.*

32. Qui per aliena cupit damna ditari, æternâ dignus eſt egeſtate puniri. *Ibid. ante finem.*

Petr. Cell. 33. Acerbius eſt damnum quod naturam lædit, quàm quod ſeipſam interimit. *Lib. 2. Ep. 1. ad Petr. Abbat. Clunnac. a medio, apud Bibl. Patr. tom. 22. part. 2. pag. 554. col. 2. H. edit. Coloniæ 1618.*

Sententiæ Paganorum.

Cicero. 34. Contra officium eſt majus damnum anteponi minori. *Lib. 1. de Offic. ante med. tom. 4.*

Mimus Publ. 35. Avarus damno potiùs, quàm ſapiens dolet. *In ſuis ſent. ſent. 25.*

Plato. 36. Illud quod evitari non poteſt, ſummum eſt damnum. *Tom. 1. Sizygia. 2. de ſcientia, circa med. pag. 176. littera E.*

Seneca. 37. Scies non damnum in his perituris moleſtum eſſe, ſed opinionem damni. *Ep. 42. circa fin. pag. 597. tom. 2.*

38. Subita eſt ex homine pernities, & eò diligentiùs tegitur, quò propiùs accedit. *Ep. 103 propè med. pag. 818. tom. 2.*

39. Quantùm damnis ingemiſcunt, quæ & magna incidunt, & maxima videntur. *Epiſt. 115. ſub finem, pag. 858. tom. 2.*

40. Quod damnum putas, remedium eſt. *De remediis fortuitor. poſt med. pag. 283. edit. Baſileenſit 1537.*

Vide etiam Titul. Fraus. ſent. 21. Lucrum. ſent. 45. 58. 59. Sacerdos. ſent. 4.

Debitum.

DEFINITIO.

Collector. DEBITUM eſt illud quod alicui debetur.

Sententiæ Patrum.

S. Ambros. 1. Nemo pauper eſt, qui Deo debet, niſi qui ſeipſum pauperem fecerit: etſi non quæ vendat, habet quæ ſolvat. *Prof.*

S. Ambrosius. 2. Oratio, lachrymæ, jejunia debitoris boni cenſus eſt, multoque uberior, quam ſi quis ex pretiis fundorum pecuniam ſine fide deferat.

3. Non enim pecuniam cui debes Deus, ſed fidem quærit, affectumque exigit, qui in tua poteſtate eſt. *Lib. 2. de pœnit. cap. 8. in fine, columna 191. D. tom. 1.*

4. Paupertas non habet debitum, nullum crimen; nulla indigentiæ infamia eſt: ſed debere verecundum eſt, non reddere verecundiùs. *De Tobia cap. 21. ante med. col. 1155. C. tom. 4.*

S. Anselmus. 5. Si homo dicitur injuſtus qui homini non reddit quod debet, multò magis injuſtus eſt, qui Deo quod debet, non reddit. *Lib. 1. Cur Deus. cap. 24. in princ.*

6. Qui non ſolvit Deo quod debet, non poterit eſſe beatus. *Ibid. circa med.*

7. Certè Domine, quia me feciſti, debeo amori tuo meipſum totum; quia me redemiſti, debeo meipſum totum: quia tantum promittis, debeo meipſum totum: imò tantùm debeo amori tuo pluſquàm meipſum, quantùm tu es major me, prò quo dediſti teipſum, & cui promittis teipſum. *In Meditationibus Redempt. humanæ. cap. 7. in princ.*

S. Antonin. 8. Inanis eſt actio, quam excludit inopia debitoris. *Part. 2. tit. 1. cap. 3. §. 5. in princ. fol. 14. col. 4.*

S. August. 9. Sicut qui non vigilat, dormit: ſic quiſquis non facit quod debet, ſine intervallo patitur quod debet. *Lib. 3. de libero arbit. cap. 15. in fine, pagina 479. lit. B. tom. 1.*

10. Deo ſeipſum debet homo, eique reddendus eſt, ut beatus ſit, à quo accepit ut ſit. *Ep. ad Armentarium, poſt med. pag. 102. lit. D. tom. 2.*

11. Ex eo quòd non accepit, nullus reus eſt: ex eo verò quòd non facit, juſtè reus eſt. *Lib. 3. de libero arbitr. cap. 16. ante med. pag. 479. B. tom. 1.*

12. Deus nulli debet aliquid, quia omnia gratuitò præſtat, & ſi quiſquam dicat ab illo aliquid deberi meritis ſuis, certè ut eſſet, non ei debebatur. *Ibid in medio, pag. 479. B.*

13. Ad compellendum non poteſt eſſe moleſtus exactor, quando ad reddendum devotus eſt debitor. *De quinque Hæreſ. cap. 1. in principio, pag. 22. littera D. tom. 6.*

14. Nulla eſt acceptio perſonarum in duobus debitoribus æqualiter reis, ſi alteri dimittitur, alter exigitur, quod pariter ab utroque debetur. *Lib. 2. contra duas Ep. Pelagian. cap. 7. ante med. pag. 602. littera C. tom. 7.*

15. Niſi debitor ſuſpendatur, minùs agit gratias, cui debitum relaxatur. *Sup. Pſ. 58. ante finem, verſ. 11. pag. 408. D. tom. 8.*

16. Dives eſt qui nec hæreditario, nec proprio unquàm debito obnoxius eſt. *Tract. 84 ſup. Joan. circa finem. tom. 9.*

S. Basilius Magnus. 17. Qui debet, pauper eſt & curarum plenus, ſomno noctu, ſomno interdiù privatus, omni tempore cogitabundus. *Sup. Pſal. 14. conc. 4. circa med. verſ. 5. pag. 77. tom. 2.*

V. Beda. 18. Bis gratum tribuit, qui quod debet citò reddit. *In ſuis Proverb. verbo Bis. pag. 186. tom. 2.*

S. Bernard. 19. Sanitatem corpori, puritatem cordi, pacem fratri, imitationem ſanctis, compaſſionem mortuis debemus. *Sermo. de triplici genere bonorum, in medio, fol. 97. col. 2. lit. E.*

S. Bonavent. 20. Homo eſt debitor Deo, ſibi, & proximo. *Expoſ. 1. ſup. Pſal. 118. in illud, Bonitatem & diſciplinam, &c. pag. 148. col. 2. C. tom. 1.*

21. Per meritum de non debito fit debitum, & ipſum debitum fit magis debitum. *Lib. 5. compend. Theolog. verit. cap. 11. in princ. pag. 755. col. 1. lit. E. tom. 7. part. 4.*

Hugo a S. Victore. 22. Quicumque rogatus à debitore, debitum cujuſlibet injuriæ dimittere contemnit, in vanum ſibi à

Domino

Domino dimitti debitum peccati ſui petit. *De orat. Dom cap. 2. poſt med. Petit. 5. pag. 212. G. tom. 1.*

HERRA S. VICTORE. 23. Juſtum eſt ut in reddendo debito, non debeat eſſe anxius, qui in exigendo voluerit eſſe avarus. *Ibid. cap. 18. poſt init. Petit. 5. pag. 220. D.*

24. Plus debet, qui plus accipit. *De Alleg. ſup. Luc lib. 4. cap. 8. in fine, pag. 236. D. tom. 1.*

25. Non eſt miſericordia, ubi tantùm redditur, quantùm debetur. *In Annotat. ſup. Ep. ad Rom. ante med. in illud, Qui enim mortui ſumus peccato, &c. pag. 263. E. tom. 1.*

26. Quatuor ſunt debitores.
- Deus. — Deus debet ſpiritui, ut eum & cognitione veritatis illuminet, & amore virtutis inflammet.
- Spiritus. — Spiritus debet Deo in omnibus, quæ agenda ſunt, ab ipſo erudiri, & ſecundùm ipſum operari. Spiritus debet carni, ut eam & à malis cohibeat, & in bonis exerceat.
- Caro. — Caro debet ſpiritui in bono agendo miniſterium, & in commodo appetendo modum. Caro debet mundo ea ejus abundantia, quod neceſſitatis eſt ſumere, quod virtutis eſt exercere.
- Mundus. — Mundus debet carni in neceſſitate ſubſidium in exercitatione incitamentum. *Lib. 1. Miſcellan. codic. 1. tit. 20. in princ. pag. 73. lit. H. tom. 3.*

S. IOANNES CHRYSOST. 27. Talis eſt ſpiritalis debiti natura, quòd quantò magis ſolvitur, tantò magis augetur, & ſubſtantiam magis multiplicat, & ineffabiles divitias affert tàm danti, quàm accipienti. *Hom. 22. ſup. Gen. in princ. col. 158. littera A. tom. 1.*

28. Bonus fœnerator fert ingratitudinem, & mittit ad debitores, ut memores faciat eos debitorum. *Ser. de Adam & pænitent. circa med. columna 546. littera B. tom. 1.*

29. Tale eſt peccatorum debitum, ut ſi ſoliti ſint ad ſolvendum, leve ſit: ſi negligentes, erit graviſſimum. *Ibid. in fine, col. 547. B.*

30. Debitum reddite, & debitum exigite. *Hom ſup. Pſ. 22. in princ. col. 709. B. tom. 1.*

31. Quantoſcunque habes debitores, cunctos liberos abire permittens, à Deo iſtius magnanimitatis repoſce remunerationem. *Proſec.*

32. Quandiù tui permanſerint homines debitores, non habebis Dominum debitorem: ſi verò illos dimiſeris, tunc tenere poteris Deum debitorem, atque ab eo debitum cum cumulo maximæ liberalitatis exigere. *Hom. 15. ſup. Matth. oper. perf. in fine, col. 149. lit. B. tom. 2.*

33. Cùm quis debitum juſtitiæ ſuæ reddiderit, Deo nihil præſtat, ſed ſibi lucrum ſalutis acquirit. *Hom. 3. oper. imperf. ſup. Matth. poſt init. col. 754. C. tom. 2.*

34. Niſi dixeris debiti magnitudinem, non cognoſces donationis eminentiam. *Conc. 4. de Lazaro. poſt med. col. 1360. A. tom. 2.*

PETR. BLES. 35. Inanis eſt contra eum actio creditorum, quem evacuat inopia debitorum. *Ep. 120. ad Decan. Turonenſ. in calce, apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 797. col. 2. E. edit. Colonienſis. 1618.*

36. Plectendus debitor, qui dilectione ſola ſuam negligit redimere cautionem. *Serm. 94. circa med. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 732. col. 1. D. edit. Colonienſis 1618.* S. PETRUS CHRYSOLOG.

37. Inverecundi debitoris eſt, aut differre credita, aut promiſſa denegare: honeſti verò eſt, ſine mora & mox utraque diſſolvere. *Ibid. ſerm. 123. in princ. pag. 753. col. 2. H.*

38. Quid iniquius eſſe, aut quid indignius poteſt, quàm ut ſoli ſitis immunes à debito, cunctos faciatis per exactionem debitores? *Lib. 5. de Gubernat. Dei. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. edit. Colon. 1618.* SALVIANUS.

39. Majora hominum ſunt debita, quorum ſunt plura peccata. *Lib. 2. ad Eccleſ. Catholic. poſt init. pagina 368. col. 1. C.*

40. Quid ſolvere homo poterit, cui ſe per ultimam pœnarum acerbitatem Chriſtus impendit? Aut quid pro ſe dignum Domino repenſabit, qui ipſum Deo, à quo redemptus eſt, Deum debet? *Ibid.*

41. Ante uſum ac munificentiam liberalitatis alienæ liber eſt quiſpiam beneficiorum fœnore non gravatus: coguntur autem omnes ipſa conſcientia ſua ad repenſationem viciſſitudinis, poſtquàm eſſe cœperint debitores. *Ibid. lib. 4. ante med. pag. 380. col. 1. D.*

42. Deo majora debemus, quòd ab eo cuncta percepimus. *Ibidem.*

43. Nihil magnum in terris ab homine Deo ſolvitur, ubi quod eſt in cœlo maximum comparatur. *Ibid. circa fin. pag. 382. col. 1. B.*

44. Perfecta dilectio non tàm debet recolere quid officiorum ſolvat, quàm meminiſſe quid debeat. *Lib. 5. Ep. 3. ad Apollinar. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 1013. col. 2. E. edit. Colon. 1618.* S. SIDONIUS EPISC.

45. Quid eſſe poteſt ditius homine, cujus profitetur Deus ſe eſſe debitorem? *Serm. 2. de avarit. in calce, apud Bibl. Patr. to. 3. pag. 138. col. 2. E. edit. Colon. 1618.* S. ZENO EPISCOPUS ET MART.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

46. Nemo libenter debet quod non accepit, ſed expreſſit. *Lib. 1. de benefic. cap. 1. circa med. pag. 378. to. 2.* SENECA.

47. Grave tormentum eſt, debere cui nolis. *Lib. 2. de Benefic. cap. 18. ante med. pag. 400. tom. 2.*

48. Nemo libenter reddit, quod invitus debet. *Ibid. lib. 6. cap. 41. ante med. pag. 501.*

49. Tàm cum vitio eſt recipere quod non debes, quàm non dare quod debes. *Ibid. cap. 42. ferè in med. pag. 401.*

50. Quod debes, quære cui reddas. *Ibid. lib. 7. cap. 22. in princ. pag. 517.*

Vide etiam Titul. Dilectio in genere. ſent. 46. Honor. ſent. 34. Prelatio. ſent. 165. Reſtitutio. ſent. 14.

Deceptio.

DEFINITIO.

DECEPTIO eſt corruptio ſcientiæ. COLLECTOR.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Fallacia tegmina, & deceptoriæ dealbationes auferantur à rebus, ut ſincero inſpiciantur examine. *Lib. 3. De Civit. Dei. cap. 14. circa med. pag. 49. A. tom. 5.* S. AUGUSTIN.

2. Quid aſtutius ad decipiendum, atque callidius malitia dæmonum? *Ibid. lib. 2. cap. 9. in fine, pag. 28. C.*

3. Malignitas dæmonum, niſi alicubi ſe transfiguret in Angelos lucis, non implet negotium deceptionis. *Ibid. cap. 26. ante med. pag. 39. B. tom. 6.*

4. Vita hæc qualibet redundans felicitate, multos fallit & decipit. *Sup. Pſ. 74. in princ. præfat. pag 562. C. tom. 8.*

5. Seculi hujus quem non decipit proſperitas, non frangit adverſitas. *De verb. Dom. ſerm. 42. poſt init. pag. 188. D. tom. 10.*

S. Basilius Magnus. 6. Nihil eſt facilius, quàm ſeipſum fallere. *In conſtitution. cap. 22. ante med. fol. 129. pag. 2. tom. 2. edit. Pariſienſis* 1550.

S. Bernard. 7. Minùs ſemper malitia palam nocuit, nec umquàm bonus niſi boni ſimulatione deceptus eſt. *Serm. 66 ſup. Cant. in princ. fol. 186. col. 3. lit. H.*

8. Diabolus quando decipere quemquam tentat, priùs naturam uniuſcujuſque intendit, & indè ſe applicat, undè aptum hominem ad peccandum aſpicit. *De Inter. domo cap. 47. in principio, ſol. 331. columna 2. littera D.*

S. Bonavent. 9. Diabolus non decipit, niſi perverſos. *Sup. Luc. cap. 22. in illud, Sathanas expetivit vos, &c. pag. 266. col. 2. A. tom. 2.*

10. Diabolus decipit homines quatuor modis.
- Primò, perſuadendo bonum propter malum.
- Secundò, ſuadendo malum ſub ſpecie boni.
- Tertiò, diſſuadendo bonum tanquàm nocivum.
- Quartò, diſſuadendo malum ut ducat ad pejus. *Lib. 2. compend. Theolog. veri. cap. 27. poſt init. pag. 722. col. 2. lit. B. tom. 7.*

S. Cyprian. 11. Non tàm culpandus eſt ille, cui negligenter obreptum eſt, quàm hic execrandus, qui fraudulenter obrepſit. *Ep. 68. ad Clerum & plebem Hiſpaniæ, in medio, pag. 164. col. tom. 1.*

S. Euſebius Emiſ. 12. Diabolus obſeſſa ſemel pectora, molliſſimis ſeductionibus decipit. *Hom. 3. de Epiph. ante med. apud Biblioth. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 549. col. 1. C. edit. Colonienſis* 1618.

Gloss. inter. 13. Deceptus ſemel, cautiùs ſibi cavet. *In decret. Gratiani, fol.* 408. *col. 3. edit Lugdun.* 1540.

Gloss. Ord. 14. Non decipiamur ab aliis; non enim multum diſtat inter decipere quemlibet, & ab alio decipi poſſe. *Sup. Machab. cap. 16. col. 2373. B. tom. 4.*

S. Hieronym. 15. Non multum diſtat in vitio, vel decipere poſſe, vel decipi Chriſtianum. *Tom. 1. Ep. 13. ad Paulin. poſt med. pag.* 104. *C.*

16. Eſt ſanè grande, & ſubtile artificium, decipiendo animum ſibi obligare decepti. *Tom. 1. Ep. 14. ad Celantiam. circa med. pag.* 112. *C.*

17. Multi ſub juſtitiæ ponderatione, atque eloquentiæ vanitate decipiunt innocentes. *Sup. Pſal. 61. verſ. 9. pag. 87. B. tom.* 8.

Hugo Card. 18. Diabolus plures decipit blanditiis, quàm terroribus. *Sup. Pſ.* 60. *fol.* 153. *col. 3. tom. 2.*

19. Fallitur proximus.
- Adulatione.
- Simulatione.
- Deceptione. *Sup. Eccleſiaſtic. cap. 1. in fine, fol. 174. col. 2. tom. 3.*

20. Prudens eſt, qui cavet ne fallatur. *Sup. Luc. cap. 2. fol. 131. col. 3. tom. 6.*

Joan. Cass. 21. Diabolus decipit, cùm fuerit colore ſanctitatis obtectus. *Collat 2. Abbat. Moyſis. cap.* 20. *in fine, pagina* 320.

S. Joannis Chrysostom. 22. Nihil eſt, nihil eſt, inquam, quod ita pariat inimicitias, ſicut ſeductio & deceptio. *Serm. 14. ſup. Ep. ad Epheſ. in princ. col.* 1042. *B. tom. 4.*

23. Decipiens ſuavia priùs proponit, & mox infert triſtia. *Hom. 26. ad Popul. Antioch. poſt med. col.* 150. *A. tom. 5.*

Joan Trith. 24. Parùm diſtat in vitio vel decipere poſſe, vel decipi. *Lib. 1. Hom. 4. ad Monachos. ſub fin. pag. 427. columna 1.*

S. Isid. Hisp. 25. Multi decipiuntur à diabolo, & ignorant ſe eſſe deceptos. *Lib. 3. de ſum. bono. cap: 5. ſent. 10. pag. 664. col. 1.*

26. Cùm in tota vita diabolus hominem prævaricari cupiat, ampliùs tamen in fine molitur decipere. *Ibid. ſent. 25. & 6.*

S. Isid. Hisp. 27. Diabolus quando decipere quemquam quærit, priùs naturam uniuſcujuſque intendit, & indè ſe applicat, undè aptum hominem ad peccandum inſpexecit. *Ibid. ſent. 23. pag. 664. col. 2.*

28. Fraudulentiæ genus in modum pharetræ: ſubtiliter inſidiarum ſagittas diabolus celat; ut falſam faciat ſecuritatem, decipiatque callidè eum, contra quem molitur occultè. *Ibid. cap. 26. ſent. 1. pag. 676. col. 2.*

29. Latens ſæpè venena circumlita melle verborum, & tamdiù deceptor bonitatem ſimulat, quouſque fallendo decipiat. *Ibidem ſent. 4. &c.*

30. Sæpè qui non potuit apertè decipere, decipit fraudulenter. *Ibidem cap. 29. ſent. 2. pag. 677. col. 2.*

S. Laurent. Iustin. 31. Nullus eſt locus, nulla actio, nullaque perſona, quæ à dæmonum deceptionibus libera exiſtat, quoniam nequeunt excludi parietibus, nec placari precibus, neque terroribus coërceri. *De contempt. mundi, cap. 28. in princ. pag. 524. col. 1. C. part. 2.*

S. Leo I. 32. Sicut decipiendis primis hominibus diabolus miniſterium ſibi ſerpentis aſſumpſit: ita hæreticorum linguas ad decipiendos rectorum animos, veneno ſuæ falſitatis armavit. *Ser. 5. de jejun. decimi menſis ante med.*

Petr. Cell. 33. Sub pallio conſultationis, ſe offert ſæpè venenum deceptionis. *Lib. 7. Epiſt. 9. ad Prior. Vuigornenſ. circa init. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2 ædit. Colonienſis* 1618.

Philo Jud. 34. Ipſi deceptores decipiuntur dùm ſe putant alios decipere. *De Migrat. Abrahami, ante med. pag. 555. tom. 1.*

S. Prosper. 35. Non mihi aliquid prodeſt, quòd non circumvenio aliquem, neque decipio, ſi decipienti circumvenire permitto. *Lib. 3. de vita contempl. cap. 23. in princ.*

In Vitis Patr. 36. Hoc maligni ſpiritus ſtudium eſt, ut quando quempiam deceperit, eum redigat ad inſipientiam, ut non poſſit deinceps ſurgere. *Lib. 8. cap. 44. ſub fin. pag. 742. col. 2.*

Sententiæ Paganorum.

Plinius Iu. 37. Nunquàm deceptus eſt princeps, niſi priùs ipſe decepit. *In panegyrico. de Traiano Auguſt. poſt med pag.* 380.

38. Quæ decipiunt, nihil habent ſolidi. *Ep. 79. in calce. pag. 699. tom. 2.*

Seneca. 39. Multi fallere docuerunt, dùm timent falli. *Lib. 7. de Benef. cap. 3. in medio, pag. 585. tom. 2.*

40. Res nos fallunt, pro bonis mala amplectimur. *Ep. 45. ante med. pag. 600. tom. 2.*

41. Prudens fallere non vult, falli non poteſt. *De quatuor virt. in princ. pag. 673. edit. Baſilea.* 1537.

42. Boni eſt viri, etiam in morte neminem fallere. *Ibidem.*

43. Repelli ſe homines faciliùs, quàm decipi ferunt. *In ſuis proverb. in fine poſitis. lit. R.*

Sixtus Phil. 44. Poſſibile eſt verbo fallere homines, non autem Deum. *Sent. 176 pag. 65. col. 2. H. apud Bibl. Pat. tom. 3. edit. Colonienſis* 1618.

Decima.

DEFINITIO.

S. Antonin. DECIMA propria & vera, eſt decima pars bonorum omnium juſtè acquiſitorum Deo debita. *Part. 2. tit. 4. cap. 3. §. 3. ante med. fol. 161. col. 1.*

Sententiæ Patrum.

S. Antonin. 1. Qui ſibi præmium comparare, aut indulgentiam peccatorum deſiderat promereri, reddat decimam, & de novem partibus ſtudeat eleemoſinam dare pauperibus. *Part. 2. tit. 4. cap. 3. §. 3. poſt init. fol. 161. col. 1.*

S. Augustin. 2. Decimatio talis res erat, quæ in unoque homine ſæpè fuerat facienda; ſicut Iſraëlitæ annis omnibus, imò ex fructibus omnibus, decimas tota vita ſua crebras ſolent præbere levitis. *Lib. 2. de peccator. meritis & remiſſ. cap. 25. ante med. pag. 479. B. tom. 7.*

S. AUGUST.

3. Exime aliquam partem redditũum tuorum: decimas vis, decimas exime, quamquam parùm ſit. *Sup. Pſal. 146. ante fin. verſ. 9. pag. 1170. D. tom. 8.*

4. Unuſquiſque de quali ingenio, vel artificio vivit, de ipſo decimam Deo in pauperibus, vel in Eccleſiis donet. *De Rectitudine catholica converſat. ante med. pag. 791. littera A. tom. 9.*

5. Nolite de cuncta ſubſtantia veſtra fraudare decimam, ne vobis novem partes auferantur, & ſola decima remaneat. *Ibid.* &c.

6. Majores noſtri ideò copiis omnibus abundabant, quia Deo decimas dabant, & Cæſari cenſum reddebant: modò autem quia diſceſſit devotio Dei, acceſſit indictio fiſci. *Prof.*

7. Noluimus partiri cum Deo decimas, modò autem totum tollitur: hoc tollit fiſcus, quod non accipit Chriſtus. *Hom. 48. ex quinquaginta Hom. in medio, pag. 375. B. tom. 10.*

8. Decimas annis ſingulis de omni fructu quem colligitis, Eccleſiis & pauperibus erogate. *Serm. 7. de Trinit. & in ord. 195. in fine, pag. 733. A. tom. 10.*

9. Ille verè Chriſtianus eſt, qui decimas annis ſingulis erogandas pauperibus reddit. *Serm. 2. poſt Dom. Trinit. & in ord. 216. poſt init. pag. 764. D. tom. 10.*

10. Deus qui dignatus eſt totum dare, decimam à nobis dignatur repetere; non ſibi, ſed nobis ſine dubio profuturam. *Serm. 1. Dom. 12. poſt Trinit. & in ord. 219. in princ. pag. 767. B. tom. 10.*

11. Decimæ, fratres chariſſimi, tributa ſunt egentium animarum: redde tributa pauperibus, offer libamina ſacerdotibus. *Ibid.*

12. Quòd ſi decimas non habes fructuum terrenorum, de militia, de negotio, de artificio redde decimas. *Ibid.*

13. Si decimas dederis, non ſolùm abundantiam fructuum recipies, ſed etiam ſanitatem corporis & animæ conſequeris. *Ibidem ante medium, pagina 768. littera C.*

14. Cùm decimas dando & terrena & cœleſtia poſſis munera promereri, quare per avaritiam duplici benedictione te fraudas? *Ibid.* &c.

15. Primitias rerum & decimas dignatur Deus petere, & negas, avare: quid faceres, ſi novem partibus ſibi ſumptis, tibi decimam reliquiſſet? *Profec.*

16. Hæc eſt Domini juſtiſſima conſuetudo, ut ſi tu illi decimam non dederis, tu ad decimam revoceris: dabis impio militi, quod non vis dare ſacerdoti. *Ibid. in medio, pag. 768. C.*

17. Decimæ ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerit, res alienas invaſit. *Ibid. in fine, pag. 768. littera D.*

18. Qui ſibi aut præmium comparare, aut peccatorum deſiderat indulgentiam promereri, reddat decimam. *Ibid.*

19. Si aliquis eſt laborator qui terram colat, de fructibus ſuis decimâ Eccleſiam non defraudet. *Profer.*

20. Si negotiator & in hoc laborat, Deo decimam reddere noluerit, ad nihilum ipſe unà cum pecunia ſua redigetur. *Serm. 64. ad Fratr. in eremo. poſt init. pag. 1004. D. tom. 10.*

21. De rebus vilibus quid emas attende: Ecce mons es, accipe pluviam, & da fœnum. Quid enim daturus es? nonne fœnum? etenim iſta omnia, quæ Eccleſiæ ad neceſſitates ſervientium Deo dantur à divitibus, quid ſunt niſi fœnum? *Sup. Pſ. 146. poſt med. verſ. 9. Qui producit in montibus fœnum tom. 8.*

S. BONAVENT.

22. Peccatum eſt, & inhibitum, non ſolvere decimas, quæ per temporales dominos debitè & æqualiter ordinantur. *Lib. de Medit. vita Chriſti. cap. 60. in fine, pag. 378. col. 1. E. tom. 6.*

S. CÆSARIUS ARELAT.

23. Non ſolùm decimæ non ſunt noſtræ, ſed Eccleſiæ deputatæ. *Hom. 9. ante med. apud Bibl. Patr, tom. 5. part. 3. pag. 754. col. 1. C. edit. Coloneſis 1618.*

S. CÆSARIUS ARELAT.

24. Non video quâ fronte illi non offerimus decimam, à quo recepimus totum. *Ibid. Hom. 21. ante med. pag. 767 col. 1. C.*

CONCILIUM MOGUNTIN.

25. Decimas Deo & Sacerdotibus Dei dandas, Abraham factis, & Jacob promiſſis inſinuant, & omnes ſancti doctores commemorant. *Et hab. in decret. Gratiani. Part. 2. Cauſa 16. quæſt. 7. Can. Decimas. fol. 263. col. 3.*

GLOSS. DECR.

26. Hæc eſt Dei juſtiſſima conſuetudo, ut ſi tu illi decimam non dederis, tu ad decimam revoceris: id eſt, tantùm decima remanebit tibi, vel dæmonibus ſociaberis, qui ſunt decima pars Angelorum. *In decret. Gratiani, fol. 252. col. 2. edit. Lugdun. 1540.*

GRATIANUS.

27. Quam ſit grave apud Deum decimas, ac primitias ſacerdotibus non ſolvere, multorum authoritate apparet. *In decret. Part. 2. cauſ. 16, can. Prædicator. §. Ultimo.*

28. Fideliter decimas dat, qui omnium ſuorum decimas ſolvit. *Ibid. cauſ. 16. quæſt. 7. Can. Quicunque in princ.*

S. GREG. MAG.

29. Decimæ per annos ſingulos exiguntur, & qui decimas offerre non deſinunt, ſervi eſſe Regis cœleſtis perhibentur. *Lib. 4. in 1. Reg. cap. 2. poſt med. ſup. illud, Greges quoque veſtros addecimabit. col. 1398. C. tom. 2.*

S. HIERON.

30. Quia non reddidiſtis decimas & primitias, idcircò in penuria & fame maledicti eſtis. *Sup. Malach. cap. 3. ſup. illud, In decimis & primitiis, &c. pag. 301. A. tom. 6.*

HUGO A S. VICTORE.

31. Homo decimam dare Deo, nonam ſibi retinere præcipitur: ut quod bonum eſt in ſe, à Deo eſſe: quod verò malum eſt, à ſe confiteatur. *Lib. 1. de Sacram. Part. 11. cap. 6. circa med. pag. 416. F. tom. 3.*

32. Decimas quoquo modo uſurpare aut retinere ſine ſacrilegii culpa non poſſunt, niſi ſoli, ad quorum ſuſtentationem divinâ inſtitutione ordinatæ ſunt. *Lib. 2. de Sacram. Part. 9. cap. 10. a medio, pag. 467. A.*

S. INNOC. III.

33. Graviter peccat, qui decimas & primitias non reddunt ſacerdotibus; ſed eas pro ſua voluntate diſtribuunt indigentibus. *Serm. 3. Dedicat. ante fin. fol. 35. col. 3.*

34. Decima omnium fructuum prædii debetur ei, qui decimas ibi præſcripſit. *Lib. 3. Decret. Conſt. Conſt. 84. in titulo, fol. 318. col. 3.*

IOAN. CASS.

35. Qui ſubſtantiarum noſtrarum, omniumque fructuum decimas offerre præcipimur: multò magis neceſſe eſt, ut ipſius quoque converſationis noſtræ, & humani uſus operumque noſtrorum decimas offeramus. *Collat. 21. Abbat. Theonæ. cap. 25. ante med. pag. 800.*

S. IOANNES CHRYSOST.

36. Pharisæi olim decimam primò rerum ſuarum omnium, deindè alteram, & demùm tertiam decimam offerebant: ſi qui mediam tantùm dabant, nihil magni operabantur. Quid tu facies, qui nec decimam quidem partem pauperibus unquàm dare cogitaſti? *Hom. 65. ſup. Matth. oper. perf. poſt med. col. 542. A. tom. 2.*

37. Si non vultis mediam fructuum partem, aut tertiam, aut quartam, aut quod minimum eſt, ſaltem decimam Chriſto præbeatis. *Ibid. Hom. 67. poſt med.*

38. Deus mandavit decimas offerre, propter utilitatem ſacerdotum: ut ſacerdotes populo in ſpiritualibus obſequantur, populi autem in carnalibus ſacerdotibus ſubminiſtrent. *Hom. 44. ſup. Matth. oper. imperf. ante fin. col. 1056. B. tom. 2.*

S. LAURENT. IUSTIN.

39. Domino jubente mandatur in lege, quatenùs ſacerdotibus templique miniſtris (quorum Deus portio eſt) decimæ frugum, ac cæterarum rerum, quæ ad uſus hominum ſunt, tribuantur, ut à temporalium curis abſoluti, ſacra altaris, ſeu verbi Dei, vel animarum, regiminis fructuoſiùs miniſterio occupentur. *Serm. de Euchariſt. cap. 34. circa init. pag. 473. col 2. A.*

ORIGEN.

40. Deo offerri dicitur, quod ſacerdotibus datur. *Hom. 11. in Numeros. tom. 1.*

PASCHAL. I. PAPA.

41. Decimas à populo ſacerdotibus ac levitis eſſe reddendas, divinæ legis ſanxit authoritas. *Et hab. in decret. Gratiani. Part. 2. cauſa 16. quæſt. 1. Can. Decimas. fol. 252.*

S. PETR. DAM. 42. Illud ſolicitè præcave & diligenter attende, ne cùm decimas dividis, de conſacerdotum tuorum præſumas aliquid minuere. *Lib. 4. Ep. 1. ad Albert. Epiſc. prope med. pag. 44. col. 2. B. tom. 1.*

S. THEODORET 43. Omnia quæ ſpectant ad vitam debet Sacerdos contemnere, & in miniſterio divino aſſiduè verſari, propterea nullam ei dedit hæreditatem, nec per legem conceſſit, ut ei poſſeſſionem habere liceret; ſed cavit ut ab omni populo primitiæ atque decimæ ei præſtarentur. *Quæſt. 44. ſup. Deuter. poſt med. pag. 48. col. 1. C. tom. 1.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

EPICTETUS. 44. Offerendæ primitiæ ſunt unicuique ritu patrio, caſtè, non luxurioſè, nec indulgenter, nec ſordidè, nec ſupra facultates. *In ſuo Enchirid. cap. 38. in calce.*

Vide etiam Titul. Clericus. ſent. 103. Sacramentum in diviſione.

Defenſio.

DEFINITIO.

COLLECTOR. DEFENSIO eſt inſtantis imminentiſvè offenſionis propulſatio.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Ne defendas improbum. *Lib. 2. Offic. cap. 24. à medio, col. 54. A. tom. 1.*

2. Erubeſcere debemus & condemnare peccatum, non defendere: quoniam pudore culpa minuitur, defenſione cumulatur. *Lib. 2. de Cain & Abel. cap. 7. in princ. col. 947. D tom. 4.*

3. Sunt nonnulli ita irrevocabiles, & quamvis ſciant pravam eſſe aſſertionem ſuam, nullo modo ab ea revocari poſſint, ſed eam mendaciis, perjuriis defendere conantur. *Sup. Apocal. cap. 16. poſt init. col. 4005. lit. A. tom 5.*

S. ANTONIN. 4. Defendere culpam aliorum, gravis ſuperbia eſt. *Part. 2. Tit. 3. cap. 3. §. 11. in medio fol. 127. col. 4.*

S. ANTONIUS ABBAS. 5. Principatum nobis largitus eſt Deus, ut per eum poſſimus illos, qui violentiam patiuntur defendere; ſed nos contra, non defenſionem miſeris, ſed violentiam magis inferimus. *Serm. de vanitate mundi, ante medium, apud Bibl. Patrum, tom. 4. pag. 31. col. 1. C. edit. Colonienſis* 1618.

S. AUGUSTIN. 6. In multis ſolent latebras ſuæ malæ defenſionis inquirere, qui contentionis ſunt cupidiores, quàm veritatis. *Ep. 174. ad Paſcentium, ab initio, pag. 500. D. tom. 2.*

7. Non eſt adhibenda fallax defenſio, ſed vera confeſſio. *De continentia cap. 5. poſt med. pag. 708. D. tom 4.*

8. Quæris te defendere, & fortè nemo accipit defenſionem tuam: jàm tu perturbaris quaſi perdideris cauſam tuam, quia nullius habes defenſionem: cuſtodi intùs innocentiam tuam, ubi nemo opprimit cauſam tuam, *Sup. Pſ. 37. poſt med. verſ. 16. pag. 219. B. tom. 8.*

V. BEDA. 9. Nemo periculoſiùs peccat, quàm qui peccata defendit. *In ſuis Proverb. verbo Nemo. pag. 194. tom. 2.*

S. BERNARD. 10. Multò periculoſior eſt fallax ac ſuperba confeſſio, quàm procax & obſtinata defenſio. *De 12. grad. humilit. Grad. 9. in princ. fol. 303. col. 3. H.*

S. EUCHERIUS EPISCOP. 11. Magnis viribus defendendum eſt nomen magnæ profeſſionis. *Hom. 8. ad Monachos, poſt med. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 1. pag. 585. col. 2. G. edit. Colonienſis* 1618.

GLOSS. DECR. 12. Ubi aliquid malè fit, & quaſi ex authoritate defenditur, tunc non debet dormire ſeveritas: quando verò non defenditur, tunc diſſimulari poteſt propter ſcandalum. *In decret. Gratiani. fol. 47. col. 3. edit. Lugdun.* 1540.

GLOSS. INT. 13. Melior eſt cauſa, quæ non defenditur, & probatur: Suſanna tacuit, & vicit. *Sup. Luc. cap. 23. col. 985. lit. B. tom. 5.*

S. GREG. MAG. 14. Sæpè malorum pertinacia, conſtantia dicitur: & dùm mens à pravitate ſua flecti non patitur, quaſi ex recti defenſione gloriatur. *Lib. 32. Moral. cap. 17. poſt med. num. 22. col. 1119. A. tom. 1.*

15. Sunt nonnulli, qui nequaquàm deflent, quod faciunt: ſed etiam laudare & defendere non deſiſtunt. *Ibidem lib. 4. cap. 19. in princ. num 23. col. 111. B. tom. 1.*

16. Mens perverſa, quæ fecit, defendere non audeat: ne defendendo nequitiæ nequitiam adjungat. *Ibid. cap. 18. in fine, col. 111. B.*

17. Peccatores quique, in quo ſibi malè ſunt conſcii, in eo & alium peccantem defendunt. *Ibid. lib. 33. cap. 4. ante med. col. 1130. B.*

18. Nequiſſimorum facta nequiores perverſis patrociniis tuentur. *Ibid. &c.*

19. Summa criminum dùm defenditur, augetur. *Ibidem.*

20. Quælibet mala, quæ minores iniqui faciunt, ea nequiſſimi majores tuentur. *Ibid. in fine, col. 1130. D.*

21. Quos ſimilis reatus ſociat, concordi pertinacia etiam defenſio perverſa conſtipat, ut de facinoribus ſuis alterna ſe invicem defenſione tueantur. *Ibid. cap. 24. ante fin. num. 33. col. 1160. D.*

22. Peccatum peccato adjicit, qui malè geſta defendit, & culpæ ſuæ patrocinia defenſionis adjungit. *Ibid. lib. 4. cap. 19. in princ. col. 111. C.*

23. Culpa cùm defenditur, geminatur. *Ibid. in princ. col. 113. C.*

24. Hominis proprium eſſe conſpicitur, quòd ex parentis veteris imitatione ſe defendit. *Ibid. lib. 22. cap. 9. in fine, num. 13. col. 746. C.*

25. Ille verè humilis eſt in bonis, qui non eſt defenſor in malis. *Ibid. lib. 26. cap. 1. poſt init. col. 849. littera D.*

26. Innocentia non tempore defenditur, ſed ratione. *Ibid. cap. 2. poſt med. ſup. illud Job, 34. Tu enim cœpiſti loqui, &c. col. 851. B.*

27. Scelera peccantium tantò majora incrementa percipiunt, quantò per defenſionem potentium, diù multa tolerantur. *Prof.*

28. Tantò ſe apertiores Dei hoſtes exhibent, quantò majores ſunt patroni vitiorum. *Ibid. lib. 33. cap. 4. circa med. col. 1130. C.*

29. Contra Deum ſuis defenſionibus pugnat, qui ea quæ diſplicent, defendendo multiplicat. *Ibid.*

30. Reprobi ſcuto defenſionis corripientium ſe verba repellunt, & concordi pertinacia alternâ ſe ad invicem defenſione tuentur. *Ibid. cap. 24. in titulo, col. 1157. lit. B.*

31. Turpe eſt hoc defendere, quod non conſtiterit juſtum eſſe. *Lib. 8. in Regiſtro. Indict. 3. cap. 51. Ep. 51. ad Leontium Exconſulem paulo poſt medium, col. 1037. A. tom. 2.*

HUGO CARD. 32. Defendere peccatum, eſt peccatum peccato ſociare. *Sup. Job, cap. 3. fol. 401. col. 2. tom. 1.*

33. Sunt defenſiones peccatorum quatuor.
- Excuſatio.
- Verecundia.
- Diminutio.
- Comparatio. *Sup. Pſal 46. fol. 121. columna 3. tom. 2.*

LACT. FIRM. 34. Numquàm poteſt eſſe ſcelus tàm clarùm, ut defenſioni non ſit locus. *Lib. 6. de div. Inſt. cap. 18. in princ. pag. 356.*

S. LEO I. 35. Non licet defendi, quod non licet credi. *Ep. 47. ad Synod. Chalced. in medio.*

S. NILUS ABB. MART. 36. Ne patrocineris malis; ipſos enim ad mala provocas, tu verò contaminaris peccati communione. *Parænеſ. 101. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Colonienſis* 1618.

SALVIANUS. 37. Multi (quod grave ac peracerbum eſt) tueri pauperes videntur, ut ſpolient : defendunt miſeros, ut miſeriores faciant defendendo. *Libro 5. de Gubern. Dei. poſt med. apud Bibl. Patr. tom 5 part 3. pag. 344. col. 2. edit. Colonienſis* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 38. Homines in judiciis ad crimen defendendum, non quid fecerit quiſpiam proferre ſolent, ſed quid probârint. *Orat. 8. in Verrem. libro 3. act. 4. poſt med. num.* 213. *tom. 2.*

SIXTUS PHIL. 39. Qui tuetur pupillos, erit multorum filiorum, ſecundùm Deum pater. *Sent.* 330. *pag.* 66. *col. 2. H. edit. Colon. apud Bibl. Patr. tom. 3.*

Vide etiam tit. Cauſa. ſent. 9. Correptio. ſent. 52. Judicii corrupt. ſent. 26. Peccatorum defenſio, per totum. Perſonarum. acceptio. ſent. 50. Puritas. ſentent. 17. Taciturnitas. ſentent. 17. Veritas ſent. 108.

Deficere.

DEFINITIO.

CASSIODORUS. DEFICERE eſt paulatim minùs facere. *Super Pſalm. 30. ante medium, verſ. 12. folio 43. columna 3.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. Omne quod deficit, ab eo quod eſt eſſe deficit, & tendit in non eſſe: eſſe autem, & in nullo deficere bonum eſt, & malum eſt deficere. *De 83. quaſt. queſt. 21. prope init. pag.* 380. C. *tom. 4.*

2. Melius erat non incipere, quàm cœpiſſe & defeciſſe. *Super Pſalm. 123. ante medium, Expoſit. verſ. 3. pag.* 1001 *A. tom.* 8.

3. Omnia temporalia niſi deficiant, non poſſunt præteritis futura ſuccedere. *Libro 3. de lib. arb. cap. 15. ante med. tom.* 1.

4. Homo meritò deficit ab illo, qui eum fecit, cùm ſibi præficit ipſe quod fecit. *Libro 8. de Civ. Dei. cap. 23. poſt med. tom. 5.*

5. Colligitur non ob aliud res deficere, vel poſſe deficere, niſi quòd ex nihilo factæ ſunt. *Epiſt. 56. ante med. tom. 2.*

6. Si per te deficis, ille te reficiat, qui te fecit. *Tract. 1. ſuper Joan. in medio. tom. 9.*

7. Creſce in Deo, reficieris ſi acceſſeris, deficies ſi receſſeris. *Ibidem, tract. 11. longè ante med.*

S. BERNARD. 8. Incipis deficere, dùm tibi alterius comparatione etiam nimis egiſſe videris. *Ser. 1. ad fratres. in fine, fol.* 108. *columna* 1. *C.*

9. Salubriter à ſe deficit, quem perficit Deus. *Ser de Converſ. ad Clericos, cap. 10. in fine folio 114. col. 1 littera C.*

S. BONAVENT. 10. Quadrupliciter deficit quis,
- A Deo. — A Deo, quando per peccatum aliquis recedit.
- Sub Deo. — Sub Deo, qui à peccato deſiſtit.
- In Deo. — In Deo, qui in cognitione Dei deficit.
- In Deum. — In Deum, qui in Deum per contemplationem intendit. *Sup. Pſ. 70. in medio, pag. 122. columna 1. B. tom. 1.*

11. Quantò res magis elongatur à ſuo principio, tantò magis mutatur & deficit. *Super Ioan. cap. 8. in illud, Principium qui & loquor vobis. pag. 356. columna 1. tom. 2.*

CASSIODORUS. 12. Non eſt fas ibi deſinere, undè ſemper poteſt anima feſſa recreari. *Super Pſ. 32. in fine, verſ. 21 fol. 48. columna 2.*

S CYRILLUS ALEXANDR. 13. Qui à Deo deficiunt, fit continuò ut rebus carnalibus irretiantur, & immunditiem pro deliciis habeant. *Lib. 3. Glaphyr. in Exodum. cap. 4. de vitulo ſaginato in medio. pag.* 279.

DIONYSIUS CARTHUS. 14. Noli deficere, nec puſillanimis eſſe, paulatim longiùs itur : viriliter incipe, quotidie profice. *In Exhort. ad Novitios. art. 2. poſt medium, folio 4. pagina 2.*

15. Ibi quiſque incidit deficiendi periculum, ubi proficiendi poſtpoſuit appetitum. *De Mortificat. viviſica art. 7. poſt init. fol. 124. pag. 1.*

16. A ſe in teque, Domine, & ad te deficere, proficere eſt. *De perfect. charit. art. 17. poſt med. folio* 188. *pagina* 2.

S EUSEBIUS EMISSEN. 17. Nunquàm tibi deficiet, quidquid alter de te proficiet : nunquam enim ſentit luminis ſui damnum plurimis ignis accenſus ; nec minuit ſolis lucem conſiderantium multitudo. *Homil. 7. ad Monachos poſt medium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 1. pagina 584. col. 2. littera E. editionis Colon.* 1618.

GLOSSA ORD. 18. Indè ſemper deficit, qui undè ſe proficere in ſpatium vitæ credit. *Super Iob, cap. 14. col. 167. littera A. tom. 3.*

GLOS. INT. 19. In terrenis caro quieſcit, ſed ſpiritus deficit. *Ibidem, cap. 11. col. 147. A.*

S GREG. MAG. 20. Natura noſtra per lapſum primi hominis ſic damnata eſt, ut quotidie labendo deficiat, & deficiendo veteraſcat : ſed qui in nobiſmetipſis deficimus (cùm in nos Spiritûs ſanctus inſidit) renovamur : quia ſtatim quod non eramus, efficimur. *Libro 4. in primum Regum, cap. 5. circa medium, columna* 1460. *littera D. tom. 2.*

S. HIERONYM. 21. Vinco maxima, vincendus à parvis, excelſa & ardua indefeſſus exupero ; & cùm venitur ad plana, deficio. *Tom. 4. Epiſt. 1. ad Demetriad. poſt med. pag.* 20. *littera C.*

22. Sicut qui ſanctus eſt, quotidie proficit : ita qui peccator eſt, quotidie deficit. *Super Pſal. 83. verſ. 6. pag. 122. B. tom.* 8.

HUGO CARD. 23. Multi ſunt ſtrenui in proſperitate, qui tamen deficiunt in adverſitate. *Sup. Pſ. 58. Moral. fol. 148. col 4. tom. 2.*

JOAN. TRITH. 24. Ibi deficiendi periculum incidimus, ubi appetitum proficiendi revocamus. *Libro 2. ad Monach. ſer. 6. poſt med. pag. 555. col. 2.*

25. Ibi incidit deficiendi periculum, ubi quiſquis amiſit proficiendi appetitum. *Parte 1. de Regione Clauſtral. tract. 2. Region. in fine Præfationis, pagina* 585.

S ISID. HISP. 26. Suo augmento perit, dùm id quod videtur in futuro proficere, in præterito deficit. *Lib. 3. de ſummo bono. cap. 61. ſent. 2. pag 692. col. 1.*

PETRUS BLES. 27. Apud Chriſtum nunquàm alicui deficit, quod per eum alii proficit. *Epiſt. 139. ad Quendam Abbatem, poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 815. col. 1. B. edit. Colon.* 1618.

S. THOMAS AQUINAS. 28. Quantò aliquis deficit in eo quod difficiliùs vincitur, tantò minùs vituperatur. *Secunda ſecundæ. quaſt. 142. art. 3. argum. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 29. Is, qui deficit, puſillanimus eſt. *Lib. 4. Ethic. ad Nicomach. cap 3. ante finem, tom. 2.*

SENECA. 30. Nihil deficit, quod in ſe redit. *Libro 3. quaſt. cap. 10. in med. pag. 704. tom 1.*

Vide etiam titulos, Profectus. ſentent. 49. 50. 63. 84. Propoſitum. ſent. 68. Virtus. ſent. 9.

Definitio.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO.

Etymologia.

S. Athanas. Magn.

DICUNTUR definitiones, tanquàm ſint inſpectiones rerum, & oculi, quæ vim rationis, & quæ mente concepimus, breviter explicent. *De defin. poſt init. col.* 795. *B. tom.* 4.

Ob id dicta eſt definitio, quòd definit, & abbreviat multitudinem vocum, & prolixitatem orationis decurtat. *Ibidem*, &c. *D.*

Definitio.

S. Athanas. magnus.

Definitio eſt oratio brevis rei ſubjectæ naturam explicans. *De defin. poſt initium, columna* 795. *littera B. tom.* 4.

Clem. Alex.

Definitio eſt ejus explicatio, quod animo cogitatur. *Libro* 8. *Stromat. poſt medium, folio* 160. *pagina* 2. *littera D.*

Cicero.

Definitio eſt oratio, quæ rei alicujus proprias amplectitur qualitates breviter & abſolutè. *Libro* 4. *de arte Rhetor. ante med. tom.* 1.

Definitio eſt oratio, quæ quid ſit id de quo agitur, oſtendit quàm breviſſimè. *De perfecto Oratore, circa med. num.* 117. *col.* 367. *G. tom.* 1.

Plato

Definitio eſt ſermo ex genere & differentia compoſitus. *Tom.* 3. *Syzygia* 6. *de defin. poſt medium, pagina* 414 *littera D.*

Divisio.

S. Athanas. magnus.

Definitionum tria ſunt genera, ut potè; quid ſit res, de qua quæritur: ſecundùm, quid dicatur, & quot modis intelligatur definitio. *De defin. circa init. col.* 795. *littera A. tom.* 4.

Sententiæ Patrum.

S. Athanas. Patriarch.

1. Definiri nequit, quod ſecundùm eſſentiam ſuam ſub ſignificationem non cadit, ut Deus. *Lib. viæ ducis, cap.* 2. *in principio, apud Bibl. Patrum, tom.* 6. *part.* 1. *pag.* 585. *columna* 2. *G. edit. Colonienſis* 1618.

S. Athanas. Magn.

2. Qui abſque definitionum cognitione docere conatur, idem ei, quod cæco viatori huc illuc oberranti, inſuveniet. *De defin. circa init. columna* 795. *littera A. tom.* 4.

3. Difficile definitu eſt, quod increatum & infinitum eſt: vel quod non totum, ſed aliquâ tantùm parte cognoſcitur. *Profec.*

4. Facile definitu eſt, quod contrectari, & penitùs perſpici poteſt. *Ibidem, poſt initium, columna* 795. *littera E.*

S. Augustin.

5. Definitio nihil minus, nihil amplius continet, quàm id quod ſuſceptum eſt explicandum: aliter omninò vitioſa eſt. *De quantit. animæ, cap.* 25. *in princ. pagina* 422. *C. tom.* 1.

6. Comprehenſibilibus rebus & definitio eſt, & exemplum. *Libro* 3. *contra Academ. cap.* 9. *circa finem, tom.* 1.

7. Res definitione illuſtratur. *Lib. princip. dialect. cap.* 1. *circa init. tom.* 1.

Cassiodorus.

8. Definitionis hæc eſt virtus, ut negando quod non eſt, hoc quod intendit declarare videatur: & iterùm dicendo quod eſt, id quod proponit evidenter poſſit oſtendi. *Super Pſal.* 5. *ante medium, verſ.* 7. *folio* 9. *columna* 4.

Clemens Alex.

9. Cujuſcunque rei habet aliquis ſcientiam, ejus etiam dabit definitionem. *Lib.* 8. *Stromat. poſt med. folio* 160. *pagina* 2. *D.*

10. Ex ignorantia definitionis accidit, ut multæ dubitationes oriantur, & deceptiones. *Ibidem.*

Gloss. Int.

11. Nihil temerè definiamus; quæ nobis dubia ſunt, Deo definienda reſervemus. *Sup. Tobiam cap.* 3 *col.* 1513. *tom.* 2.

S. Greg. Mag.

12. Sancta Eccleſia utiliùs ſtudet neſcire, quæ perſcrutari non valet, quàm audacter definire quæ neſcit. *Libro* 14. *Moral. cap.* 12. *poſt. medium. num.* 14. *col.* 464. *D. tom.* 1.

Rich. a S. Victore.

13. Definitio ut perfecta ſit, oportet ut totum, & ſolum definiendæ rei eſſe comprehendat. *Parte* 1 *lib.* 4. *de Trinit. cap.* 21. *poſt initium, pagina* 182. *columna* 2. *littera C.*

S. Synesius Episcopus.

14. Præſente Deo, etiam quod inextricabile eſt, explicari facilè poteſt. *Epiſt.* 138. *ad Herculian. ſub fin. apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *editionis Colonienſis* 1618.

Sententiæ Paganorum.

Aristotel.

15. Faciliùs eſt definire ſingularia, quàm univerſalia. *Libro* 2. *Poſter. cap.* 15. *in princ. tom.* 1.

16. Omnis definitio univerſalis eſt ſemper: medicus enim ſalubre non cuidam oculo, ſed aut omni, aut ſpecie determinato definit. *Ibidem, cap.* 14. *in fine.*

17. Ut in demonſtrationibus ratiocinandi forma, ſic in definitionibus dilucIditas inſit oportet. *Ibidem, cap* 15. *in princ.*

18. Oportet per genus & differentias definire eum, qui benè definit. *Libro* 6. *Topic. cap.* 3. *poſt initium, tom.* 1.

19. Cùm ſingula cognoſcamus per definitionem, principia definitionum genera ſint neceſſe eſt, definitorum etiam principia genera eſſe. *Lib.* 3. *Metaph. cap.* 3. *ab init. tom.* 2.

Cicero.

20. Omnis quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à definitione proficiſci. *Lib.* 1. *de Offic. poſt init. tom.* 4.

21. Ad definitionem pertinet ratio & ſcientia definiendi. 82. *Topicor. tom.* 1.

Defunctorum ſuffragia.

Vide Suffragia Defunctorum.

Delectatio.

DEFINITIO, PRODUCTIO.

Definitio.

S. Thomas Aquinas.

OMNIS delectatio eſt quoddam proprium accidens, quod conſequitur beatitudinem, vel aliquam beatitudinis partem. 1. 2. *quæſt.* 2. *art.* 6. *in corp. pagina* 5. *columna* 1.

Productio.

S. Anselmus.

Quidquid eſt peccatorum in dictis, in factis, in cogitationibus, non oritur niſi ex illicita delectatione. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 8. *folio* 24. *col.* 3.

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius.

1. Delectatio ſicut ſerpentino illapſu humanis irrepit affectibus. *Libro* 6. *Ep.* 42. *ad Sabinum, ante med. col.* 600. *A. tom.* 3.

2. Corporales delectationes & illecebras hujus ſeculi non vincit, niſi mens quæ fuerit ſpiritualis, adhærens Deo, & ſe totam à terrenis ſeparans. *Libro* 2. *de Abraham. cap.* 7. *poſt medium, columna* 1017. *littera A. tom.* 4.

3. Animus victus illecebris, totum hominem carneum facit. *Sup.* 1. *Cor.* 5. *poſt init. col.* 1894. *C. tom.* 5.

S. Anselmus.

4. Niſi quis repulerit delectationem, delectatio in conſenſum tranſit, & animam occidit. *De ſimilitud. cap. 40. prope fin.*

S. Antoninus.

5. Placet delectatio, & pungit delictum: flos Veneris roſa eſt, quia ſub ejus purpura multi latitant aculei. *Parte 3. tit. 1. de Matrimonio. cap. 25. poſt med. folio 30. col. 4.*

6. Delectatio tantò eſt vehementior, quantò conſequitur operationem magis connaturalem. *Parte 4. tit. 4. de Temperant. cap. 1. à medio, folio 35. col. 3.*

7. Per delectationem carnalem, efficiuntur homines intemperati, & incontinentes, mortem ſibi accelerant, infirmitates incurrunt, famam perdunt, beſtiales denique fiunt. *Part. 4. tit. 10. cap. 7. §. 2. poſt med. folio 156. col. 4.*

S. Antonius de Padua.

8. Sicut clavus clavum ejicit, ſic timor gehennæ delectationem luxuriæ. *Serm. Dom. 2. Quadrag. circa med. folio 79. pag. 2.*

S. Augustin.

9. Quod ſaluti ſatis eſt, delectationi parum eſt. *Libro 10. Confeſſ. cap. 31. ab initio, pagina 127. littera A. tom. 1.*

10. Vita, quæ fructu corporis delectata negligit Deum, inclinatur ad nihilum. *De vera Relig. cap. 11. in fine. pag. 494. D. tom. 1.*

11. Delectatio eſt quaſi pondus animæ, & delectando ordinat animam. *Profec.*

12. Ubi enim theſaurus tuus, ibi erit & cor tuum: ubi delectatio, ibi theſaurus: ubi autem cor, ibi beatitudo aut miſeria. *Lib. 6. Muſica, cap. 11. in principio, pag. 280. C. tom. 1.*

13. Grandis res eſt, ut qui in præſenti non habet quem timeat, vincat quod delectat, cùm delectatio tantùm poſſit, ut non ſolùm futura, ſed & præſentia minimè vereatur. *De quæſt. vet. & novæ Teſtam. quæſt. 124. ſub fin. pagina 615. B. tom 4.*

14. Non relinquitur ſine dolore, quod cum delectatione retinetur. *Ser. Dom. in monte. lib. 1. longè poſt init. pag. 785. A. tom. 4.*

15. Delectatio ante conſenſionem, vel nulla eſt, vel tàm tenuis ut prope nulla ſit, cui conſentire magnum peccatum eſt, cum illicita eſt. *Ibidem, ante med. pag. 793. littera B.*

16. Delectatio pernitioſa ſequitur cupiditatem, fructuoſa charitatem. *Super Pſalm. 9. poſt medium, ſuper illud, In laqueo iſto quem abſconderunt mihi. tom. 8.*

S. Augustin. & S. Ambrosius.

17. Ad exquirenda delectationum genera aſtuti ſunt, qui appetentes ſunt voluptatum. *Libro 2. contra Iulian. cap. 5. circa med. pag. 661. littera A. tom 7. Et S. Ambroſ. de Paradiſo, cap 12. in princ.*

S. Augustin.

18. Ineſt peccatum, cùm delectaris: regnat, ſi conſenſeris. *Super Pſalm. 50. poſt initium, pagina 332. littera C. tom. 8.*

19. Carnalis delectatio præſertim uſque ad illicita progrediens, frænanda eſt, non relaxanda: imperio domanda, non in imperio collocanda. *Ibidem*, &c.

20. Præteriit quod delectabat, permanſit quod pungat. *Tract. 41. ſuper Evang. Ioan. de cap. 8. ante med. pag. 208. D. tom. 9.*

21. Si multæ & magnæ delectationes ſunt in rebus delectabilibus, qualis & quanta eſt delectatio in illo, qui fecit omnia delectabilia? *De diligendo Deo. cap. 18. circa med. pag. 515. B. tom. 9.*

22. O quàm parva concubitus hora, qua perditur vita æterna! quod ergo emolumentum affert corpori, quodve tribuit lucrum quod tàm citò ducit animam ad tartarum? *De conflictu vitior. & virt. cap. 24. in fine, pag. 715. A. tom. 9.*

23. O quanta iniquitas, ô quanta perverſitas, ut animam, quam Chriſtus ſuo ſacro ſanguine redemit, luxurioſus quiſque propter unius momenti delectationem libidinis, diabolo peſſimo inimico ſuo vendat ac tradat. *Profec.*

24. Verè nimiùm miſeranda & plangenda conditio eſt, ubi citò præterit quod delectat, & permanet ſine fine quod cruciat.

S. Augustin.

25. Sub momento libidinis impetus tranſit, & permanet ſine termino animæ infelicis opprobrium. *De honeſt. mulier. cap. 3. ſub finem, pagina 723. littera A. tom. 9.*

26. Felix anima quæ delectationibus delectatur, ubi turpitudine nulla inquinatur, & veritatis ſerenitate purgatur. *De verbis Apoſtoli, ſerm. 4. poſt med. pag. 180. D. tom. 10.*

27. Quem delectat lex Dei, & ſic delectat ut omnes delectationes laſciviæ vincat, non ſibi arroget iſtam delectationem. *Ibidem.*

28. Mortua eſt, dùm calcas, una delectatio, ſed vivit altera: & illi dùm non conſentis, mortificas, cùm cœperit omninò non delectari, mortificaſti: hæc eſt militia noſtra. *Ibidem, ſerm. 13. a medio, pag. 214. littera C. tom. 10.*

29. Illecebræ circumquaque blandiuntur: delectat te pecuniæ magnitudo, delectat honoris fulgor, delectat potentiæ terror. *Hom. 13. ex quinquaginta Homil. in princ. pag. 302. D. tom. 10.*

30. Quàm gravi & perpetua pœna punienda erit brevitas delectationis! *Profec.*

31. Delectatio occidit & præteriit, vulneravit & tranſivit, miſerum fecit & abiit, infelicem reddidit & reliquit. *Serm. 3. de Nativ. & in ord. 7. poſt init. pag. 406. D. tom 10.*

32. Homo in omnibus delectatur, pecus verò tantùm in duobus delectatur, ſcilicet in guſtu & tactu, in aliis verò movetur quandoque & excitatur, ſed non delectatur. *Serm. 55. ad fratr. in Eremo ante finem, pag. 996. C. tom. 10.*

S. Bernardinus Senens.

33. Homo nunquàm poteſt delectari in bono, diligendo malum: nec unquàm delectari in malo, niſi dimittat bonum. *Ser. 1. de Regno Dei. parte 2. ante med. pag. 436. columna 1. E. tom. 3.*

S. Bernard.

34. Præoccupatum ſecularibus deſideriis animum, delectatio ſancta declinat: nec miſceri poterunt vera vanis, æterna caducis, ſpiritualia corporalibus, ſumma imis: ut pariter ſapias quæ ſursùm ſunt, & quæ ſuper terram. *Serm. 6. de Aſcenſ. in medio, folio 43. columna 3. littera G.*

35. Viſcus quidam pravi deſiderii & delectationis terrenæ volare non patitur mentem, & citiùs retrahit, ſi fortè aliquando ſublevetur. *Serm. 2. de vigil. Nativit. ante medium, folio 10. columna 4. M.*

36. Intùs eſt quod delectat, quia intùs eſt quem delectat. *Ep. 113. ad Sophiam virg. in medio folio 235. col. 1. littera B.*

37. Omne quodcunque delectare poſſit extra Deum, moleſtum eſt. *Epiſt. 114. ad quandam Sanctimonialem, in princ. folio 235. col. 2. E.*

38. Inveniunt curioſi quo delectentur, & non inveniunt miſeri quo ſuſtententur. *In Apolog. ad Guillelm. Abbat. cap. O vanitas, in princ.*

39. Quid erit in patria, ſi tanta eſt copia delectationis in via? *In declamat. longè poſt med. folio 313. col. 2. littera E.*

40. Si in carne delectaris, cruciaberis in carne. *Libro Medit. cap. 3. poſt medium, folio 323. columna 1. littera B.*

41. Quotquot fuerint oblectamenta mala, tot erunt tormenta dira: nam indè punimur, undè delectamur. *Ibidem, cap. 13. in fine folio 325. columna 1. C.*

42. Mors ſecùs introïtum delectationis poſita eſt. *De 12. gradib. humilit. ex regula S. Benedicti in 2. volum. Grad. 1 ſub fin. fol. 104. col. 1. A.*

43. Delectatio carnis per laborem vincitur. *Ser. 51. ad Sororem, non longè ab init. fol. 93. col. 3. H.*

S. Bonavent.

44. Ubi intellectualis perfectio, ibi ſpiritualis delectatio eſt. *Expoſ. 2. ſup. Pſ. 118. cap. 9. verſ. 2. art. 3. pag. 245. E. tom. 1.*

S. BONAVENT.

45. Delectatio præſens noneſt vera delectatio. ſed deceptio. *Super Eccleſiaſten. cap. 2. circa init. pagina 302. col. 2. B. tom. 1.*

46. Momentaneum eſt quod delectat, æternum quòd eruciat *Super. Sap. cap. 8. ante fin. pag. 371. col. 1. littera A. tom 1.*

47. Ubi homo credit invenire delectamentum, invenit cruciamentum: quia omnis delectatio in præſenti aſperſa eſt amaritudine. *Serm. 1. Dom. infra oct. Epiph. in fine, pagina 35. col. 2. tom. 3.*

48. Exigua dat diabolus in delectatione, multa dat in punitione. *Ser. 7. in die Pent. ante med. pag. 130. col. 1. tom. 3.*

49 Nonne hodie guloſi plus de deliciis, avari plus de divitiis, laſcivi plus de vanis, ſuperbi plus de honoribus quam de Deo delectantur? *Ser. 8 de Ss. Apoſto. poſt medium, pagina 206. col. 1. tom. 3.*

50. Felix eſt illa anima, quæ delectationibus oblectatur, ubi turpitudine nulla inquinatur, ſed veritatis ſecuritate purgatur. *Profec.*

51. Felix anima, quam ita delectat lex Dei, ut omnes delectationes laſciviæ vineat. *In collat. de contemptu ſeculi, ante finem, pagina 96. columna 1. littera C. tom. 7 parte 3.*

52. O anima erubeſce conſolari in cœno, quæ es de cœlo; erubeſce delectari in imis, quæ non potes niſi in ſummo ſatiari. *In Soliloq. cap. 2. circa med. pagina 115. col. 2. D. tom. 7. parte 3.*

53. Si mente delectatio teneatur, & voluntate cum adverſione periculi, & in delectationem hujuſmodi conſentit, etiamſi in opus extrinſecum non interveniat conſenſus, nihilominùs eſt mortale peccatum. *In Speculo animæ, cap. 3. circa medium, pagina 41. col. 1. A. tom. 7.*

CASSIODORUS.

54. Delectatio neſcit habere faſtidium, ubi ſic mens conſolata reficitur, ut nullatenus tamen ejus deſideria deponantur. *Super Pſalm. 99. ſub finem, folio 150. columna 1.*

DIONYSIUS CARTHUS.

55. Carnis delectationes mentem hominis vehementiſſimè cæcant, hominemque beſtiis reddunt conſimilem. *De profeſſ. Monaſt. art. 10. in principio.*

S. EUSEBIUS EMISSEN.

56. Ubi ſunt delectationes tuæ, quibus huc uſque impatienter arſiſti, & arſura jugiter congregaſti? Ecce tranſierunt omnia tanquàm umbra, abierunt oblectamenta, & ſola in perpetuum opprobria remanſerunt. *Homil. 2. ad Monachos, poſt init. apud Bibl Patr. tom. 5. part. 1. pagina 578. columna 2. littera H. editionis Colon. 1618.*

57 Quando ſubrepit peccandi delectatio, ſtatim futuri judicii diem abſcondit oblivio. *Ibidem, Homil. 5. ſtatim ab initio, pagina 583. columna 2. F.*

58. Captivos poſt ſe trahit ſenſus peſtifera & inimica dulcedo. *Prof.*

59. Per oblectationem malorum, de negligentia proficit culpa, & de luxuria creſcit illecebra, & pereuntem perditio plus delectat. *Homil. 3. de Epiphan. ante med. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 1. pag. 549. col. 1. edit. Colon. 1618.*

60. Modò delectat peccare, ſed poſtmodùm non delectabit ardere. *Ibidem, ante medium, pagina 549. columna 1. D.*

61. Remanet quod damnat, præterit quod delectat. *Ibidem, Hom. 3. de Paſcha in medio, pag. 558. columna 2. littera F.*

S FRANCISCUS ASSISIAS.

62. Guſtanti Deum, omnis delectatio mundi, videtur amaritudo. *In ſuis opuſc. oraculo 30. pagina 505. tom 3.*

FRANCISCUS TITELM.

63. Sit tibi ſtudium in Domino Deo tuo delectari, ipſe ſit tuum gaudium, ipſe tuæ deliciæ; ut nunquàm in nulla re niſi in eo, & ſecundùm eum delecteris. ipſeque ſit omnis tui gaudii oblectationiſque principium & regula. *In Elucid. ſup. Pſ. 36. poſt init. verſ. 4. Delectare in Domino. pag. 308. ſect. 1.*

S. FULGENTIUS

64. Quantò magis perficitur quod injuſtè delectat, tantò magis recepturus eſt injuſtus quò ampliùs doleat. *Libro 2. de remiſſ. peccator. cap. 13. in medio, apud Bibliothecam Patrum, tom. 6. part. 1. editionis Colonienſis 1618.*

GILLEBERTUS ANGLUS.

65. Delectationis nimietas, ſeipſam exhaurit. *Ser. 20 ſuper Cant. circa init. apud D. Bernard. volum. 2. folio 17. col. 2. F.*

S. GREGORIUS MAGNUS.

66. Nequaquam homo ad pravam delectationem rapitur, niſi priùs per voluntarias mentis tenebras infirmetur. *Libro 4. Moral. cap. 15. circa med. col. 106. lit. D. tom. 1.*

67. Sicut minoris culpæ eſt, cùm carnaliter mens in delectationem rapitur, ſed tamen delectationi ſuæ per ſpiritum reluctatur: ita gravioris & plenæ nequitiæ eſt ad peccati illecebram, non ſolùm delectatione pertrahi, ſed etiam conſenſu famulari. *Ibidem, cap. 17. à med. num. 21. col. 109. D.*

68. Tantò amatores vitæ mortalis illi arctiùs inhærent, quantò eos largiùs delectatio tranſitoriæ voluptatis infundit. *Ibidem, libro 33. cap. 5. poſt medium, num. 6. col. 1131. D.*

69. In quantùm ad delectationem præſentium ducimur, in tantùm minùs ab illicitis temperamus. *Ibidem, lib. 2. cap. 27. poſt init. col. 55. D.*

70. Cùm mens ſubigere delectationem carnis renuit, plerumque ad perfidiæ voraginem ruit. *Ibidem, libro 10. cap. 9. circa med. columna 355. littera D.*

71. Si quid adhuc culpa delectationis inquinat, pœna mœroris tergat. *Ibidem. libro 9. cap. 35 in fine, col. 334. littera C.*

72. Perverſæ mentis dulcedo, vermis eſt; quia indè delectabiliter paſcitur, undè per inquietudinem inceſſanter agitatur. *Ibidem, libro 16. cap. 29. poſt init. col. 157. littera B.*

73. Eſſe ſine delectatione anima nunquàm poteſt: nam aut infimis delectatur, aut ſummis: & quantò altiori ſtudio exercetur ad ſumma, tantò majori faſtidio torpeſcit ad infima: quantoque acriore cura inardeſcit ad infima, tantò torpore damnabili frigeſcit à ſummis. *Ibidem, libro 18. cap. 8. in princ. col. 590. C.*

74. Delectatio à veritatis intuitu, mentis oculos claudit, & ad vanitatem aperit. *Libro 5. in primum Regum, cap. 4. longè ante medium, col. 1529. littera C. tom. 2.*

75. In momento tranſit carnis delectatio, & brevis quidem hora tranſgreſſionis, non tamen brevis pœna flagitii. *Ibidem, cap. 3. à medio col. 1059. C.*

76. Carnalis delectatio mentem, quam inficit, obſcurat, ut claritatem non videat: ſed undè inferiùs delectatur, indè caliginem ſupernam patiatur. *Libro 4. dialogi. cap. 36. circa finem, columna 1452. littera C. tom. 1.*

S. HIERONYM.

77. Libenter fugio quod delectat, & nolo vitare quod cruciat. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriad. poſt medium, pag. 20.*

78 Placet delectatio, ſed pungit: roſa eſt, ſed ſub ejus purpura multi latent aculei. *Tom. 4. Ep. 51. ad Ruſin. ne ducat uxorem, poſt med. pag. 262. C.*

79. Tota vita hominis iniqui eſt delectatio peccatorum, dulcedo illecebrarum & ſuavitas, quæ amara illi & mortifera poſtmodùm erit. *Super Job, cap. 20. ſuper illud, Panis ejus, &c. pagina 180. littera D. tom. 7.*

80. Caro præſentibus delectatur, & brevibus: ſpiritus perpetuis, & futuris *Libro 3. ſup. Ep. ad Galat. cap. 5. in illud, Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, pag. 193. B. tom. 5.*

HUGO A S. VICTORE.

81. Ipſa carnis delectatio quantacunque fuerit, nec præterita juvare poteſt, nec præſens permanere. *Hom. 1. ſup. Eccleſiaſten, ante med. in illud, Vanitas vanitatum, &c. pag. 56. H. tom. 1.*

82. Aliquando etiamſi noceat, prodeſſe creditur

quod

quod delectat. *Super Regul. D. Aug. cap 9. poſt initium, pagina* 13. *H. tom.* 2.

HUGO A S. VICTORE.

83. Ubi eſt delectatio tua, ibi eſt & cogitatio tua: ubi verò eſt cogitatio tua, ibi eſt interioris hominis habitatio. *Libro* 4. *de Arca Noë Morali. cap.* 8. *circa init. pagina* 215. *E. tom.* 2.

84. Tantò anima longiùs à Deo, qui intùs eſt, recedit, quantò avidiùs ſe ad delectationes exteriores effudit. *Libro* 1. *Miſcellan. codic.* 1. *Tit.* 77. *in princ. pag.* 83. *C. tom.* 3.

HUGO CARD.

85. Peſſima negotiatio eſt, ubi pro modica delectatione tranſitoria datur tota gloria paradiſi, & emitur tota pœna inferni. *Super Gen. cap.* 42. *Myſticè fol. col.* 3. *tom.* 1.

86. Fulget quod delectat, latet quod cruciat. *Super Pſ.* 9. *folio* 17. *col.* 4. *tom.* 2.

87. Delectatio ut coluber à facie blanditur, ſed caudâ pungit. *Ibidem.*

88. Delectationes carnales non vocandæ ſunt delectationes, ſed potiùs illuſiones propter duas cauſas. Primò, quia ſtatim poſt vellet homo non peccaſſe: ſecundò quia per momentaneam delectationem æterno incendio obligatur peccator. *Sup. Pſ.* 37. *folio* 98. *columna* 3. *tom.* 2.

89. Ratio debet poni inter delectationes carnales & ſpirituales, ut ſpirituales ſupra ſint, quaſi dominantes: & carnales infra, quaſi conculcatæ & viles. *Sup. Pſ.* 101. *fol.* 260. *columna* 2. *tom.* 2.

90. Vitia prætendunt delectationem, ſed in fine pungunt per pœnæ æternæ obligationem. *Sup. Pſ.* 117. *Moraliter folio* 300. *col.* 2 *tom.* 2.

91. Delectatio brevis eſt, quia nec per momentum ſatiat. *Super Proverb. cap.* 6. *folio* 14. *columna* 2. *tom.* 3.

92. Delectatio ubi bona eſt & ſpiritualis, valdè bona eſt: ubi mala eſt & carnalis, peſſima. *Super Iſayam. cap.* 36. *fol.* 79. *col.* 4. *tom* 4.

93. Difficillimum eſt contra delectationes bellare, eo quòd innatæ & contemporaneæ ſunt nobis: deſtruas conſenſum malum, ut malum filium, qui naſcitur ex delectatione. *Super Hierem. cap.* 1. *Myſticè fol.* 177. *col.* 2. *tom.* 4.

94. Gratiam Domini & gloriam dat anima pro minima delectatione. *Ibidem, cap.* 28. *folio* 242. *columna* 2.

95. Delectatio ſolet eſſe in concipiendo, dolor eſt in pariendo. *Super Ep. ad Rom. cap.* 3. *Moral. folio* 23. *col.* 3. *tom.* 7.

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

96. Nemo poteſt eorum, qui delectantur præſentibus & caducis, cœleſtia ac ſpiritualia contueri. *Libro* 2. *de compunct. cordis, longè poſt initium, columna* 587. *D. tom.* 5.

97. Quod oblectare creditur, temporale eſt: quod autem cruciat, æternum eſt *Ep.* 6. *ad Theodor. lapſum. circa med. col.* 1014. *littera A. tom.* 5.

S. ISID. HISP.

98. Qui delectationem refrænat libidinoſæ ſuggeſtionis, non tranſit ad conſenſum libidinis. *Profec.*

99. Citò enim reſiſtit operi, qui titillanti conſenſum non accommodat delectationi.

100. Duriùs impugnatur, qui uſque ad conſenſionem delectationis, etſi non uſque ad perpetrationem, tentatur, quàm is qui ſolâ ſuggeſtione pro conditione carnis tentamentis ſollicitatur. *Lib.* 2. *de ſum. bono, cap.* 39. *ſent.* 9. *pag.* 655. *col.* 1.

101. Si plus oblectat mentem delectatio carnis, quàm delectatio caſtitatis, adhuc in homine peccatum regnat: ſi verò ampliùs delectat pulchritudo caſtitatis, jam non regnat peccatum, ſed regnat juſtitia. *Ibidem, ſent.* 17. *pagina* 655. *columna* 2.

LACT. FIRM.

102. Ne oblectamenta terræ pro magnis, aut veris bonis habere te credas, quæ ſunt non tantùm fallacia, quia dubia, verùm etiam inſidioſa, quia dulcia. *De opific. Dei. cap.* 1. *circa medium, pag.* 365.

S. LEO I.

103. Noxia cordi delectatio eſt, quæ aut turpi lucro paſcitur, aut ſuperbiâ extollitur, aut adulatione lætatur. *Ser.* 9. *de jejun. ſeptimi menſis ante med.*

PETRUS BLES.

104. Citò præterit quod delectat, & permanet ſine fine quod cruciat. *Ep.* 15. *ad Epiſc. Carnotenſ. ante finem, apud Biblioth. Patrum, tom.* 12. *part.* 2. *edit. Colon.* 1618.

105. Nulla delectatio ibi eſt, niſi ubi ſe dulcedo amoris infundat. *De Amicit. cap.* 11. *in medio, apud Biblioth. Patr.* &c.

PETR. CELL.

106. Superflua delectatio non uſquequaque eſt omni homini odioſa, ſed multùm appetita, multumque à multis amplexata. *Profec.*

107. Sed quouſque? modica eſt, tranſitoria eſt; etiam cùm eſſe videtur, non eſt.

108. Seipſam conſumit, ſeipſam deſtruit, in ſe crudeliter ſævit. *Lib.* 2. *Ep.* 1. *ad Petr. Abbat. Clarevall. a med. apud Bibl. Patrum, tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 554. *col.* 2. *H. edit. Colonienſis* 1618.

109. Delectatio eſt {
Radix peccati.
Totius honeſtatis tinea.
Fovea vitiorum.
Puteus dæmonum.
Vorago animarum. *Ibidem, ante finem, pag.* 555. *columna* .. *littera A.*

S. PETR. DAM.

110. Si nunc Conditor non delectatur in homine, homo poſtmodùm delectari non poterit in Conditore. *Libro* 5. *Ep.* 3. *in fine, pag* 66. *col.* 1. *B. tom* 1.

PET. LOMBARDUS MAGISTER SENTENT.

111. Si diu in delectatione cogitationis teneatur peccatum, etſi voluntas perficiendi deſit, mortale eſt. *Lib.* 2. *diſt.* 13. *in fine.*

S. PROSPER.

112. Oblectationes vitiorum omnium, puris delectationibus vincas. *Lib.* 3. *de vita contempl. cap.* 17. *in fine.*

S. REMIGIUS.

113. Quandocunque delectatio trahit nos ad libidinem, vel ad aliquod vitium, debemus conſiderare; quia non ſumus noſtri, neque noſtræ poteſtatis, ſed Chriſti ſervi ſumus *Profec.*

114. Pulſatur corpus delectatione: vult anima conſentire? debet rationabilitas animæ ad ſe redire & dicere: Quid cogitas? quid æſtuaris? quò vis ire? non non es tuæ poteſtatis, ſed Chriſti ſervus es *Super* 1. *Cor. cap.* 6. *can.* 19. *apud Bibliothecam Patrum, tom.* 5. *part* 3. *pag.* 875. *col.* 2. *F. edit. Colonienſis* 1618.

RICH. A S. VICTORE.

115. Omne oblectamentum in faſtidium vertitur, & omnis delectatio carnis in amaritudinem terminatur. *Parte* 1. *tract.* 1. *de ſtatu inter. hom. cap.* 10. *poſt medium, pagina* 41. *col.* 2. *C.*

116. Veri animæ hoſtes ſunt delectationes. *Part.* 1. *de Benjamin minore. cap.* 33. *in fine. pag* 195. *col.* 2. *A.*

117. Quantùm exteriores delectationes quis contempſerit, tantùm in Deo delectari poterit. *Parte* 2. *ſuper Cant. cap.* 40. *poſt init. pag.* 229. *col.* 1. *B.*

S. THOMAS AQUINAS.

118. Qui immoratur delectationibus carnalibus, negligit ſpiritualia. *Opuſc.* 7. *ſuper Pater noſter. petit.* 6. *circa medium, tom* 1.

THOMAS A KEMPIS.

119. Nulla delectatio major & ſuavior, quàm in Deo & virtutibus veris ad Dei honorem factis exultare. *Ser.* 27. *ad Novit. Diviſ. tom.* 1.

120. Tranſit citò, tanquàm fumus, omnis delectatio carnalis: ſed non citò tranſibit pœna infernalis, quia æternalis. *Ibidem, ſer.* 30. *diviſ.* 2. *in fine.*

121. Dura eſt pugna, delectationi reſiſtere; ſed durior erit pœna in æternis ignibus cruciari. *In Hortulo Roſar. cap.* 4. *ſect* 3 *tom.* 2.

122. Extra Deum omnis delectatio prava, omnis lætitia vana eſt. *Ibidem, cap.* 8.

123. Vincit, proh dolor! delectatio prava mentem mundo deditam, eſſe ſub ſentibus delicias reputat *Prof.*

124. Qui autem mundum perfectè contemnunt, iſti divinam dulcedinem veris abrenuntiationibus promiſſam non ignorant: & quàm graviter in ſua delectatione mundus errat & variè fallitur, clariùs vident *Libro* 3. *de Imit. Chriſti. cap.* 20. *in calce, tom.* 2.

THOMAS A KEMPIS.

125. Delectatur
- Devotus in precibus.
- Studioſus in libris.
- Virtuoſus in virtutibus.
- Humilis in deſpectibus.
- Largus in eleemoſinis.
- Sobrius in abſtinentia.
- Sapiens in ſapientia.
- Superbus in honoribus.
- Dives in prædiis.
- Avarus in pecuniis.
- Guloſus in cibis, & potibus.
- Otioſus in fabulis. *In Hortulo Roſarum, cap.12. ſect.6 in princ. tom.2.*

128. Non eſt dignus à Deo conſolari, qui in tranſitoriis bonis delectatur. *De Diſciplin. Clauſtral. cap.12. in fine, tom.2.*

S. VINCENT. FERRAR.

127. Talis eſt conditio humana, quòd in hoc mundo non poſſumus vivere ſine delectationibus: ille ergo qui non ſentit delectationes ſpirituales, dat ſe ad delectationes carnales, beſtiales, & brutales. *Serm.6. Dom.3. Advent. ante med. folio 26. col.1. parte 1.*

128. O miſeri pro modica delectatione beſtiarum, quæ ſtatim tranſit, non dubitatis amittere gloriam, & incurrere pœnam æternam. *Ser.4. Dom.2. poſt Paſcha. circa med. fol. 39. col. 4. parte 2.*

IN VIT. PATR.

129. Abominatio eſt ante Deum, omnis carnalis delectatio. *In ſentent. in fine poſitis, ſent. 69. pag. 999. columna 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES.

130. Nulla res eadem ex eo nos ſemper delectat, quia non eſt ſimplex noſtra natura, ſed ineſt & aliquid aliud, quo corruptibiles ſumus. *Libro 7. Ethic. ad Nicomach. cap.14. poſt med. tom.2.*

CICERO.

131. Nihil me præter conſcientiam delectabit. *Libro 15. Ep. 11. poſt med. tom.3.*

132. Quid tàm abſurdum eſt, quàm delectari multis rebus inanibus, animo autem virtute prædito non delectari? *De Amicit. circa med. tom.4.*

Vide etiam titulos, Compunctio. ſent. 13. Diabolus. ſentent. 126. Divitiæ. ſent. 46. Locus. ſent. 20. Meretricium. ſent. 35. Reſurrectio a peccato. ſent. 65. Viſio Dei. ſent. 57.

Deliciæ.

DEFINITIO.

HUG. A S. VICTORE.

DELICATIO eſt cibi, aut potus lauti, delicioſi, & cari ultrà ſtatum & neceſſitatem appetitio. *De fruct. carnis & ſpirit. cap.9. prope fin. pagina 161. littera D. tom.2.*

Deliciæ ſunt corporalis illecebroſitatis cùm quadam ſuperfluitate uſurpatio. *Ibidem, cap. 10. in fine, pagina 161. littera F.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS.

1. Corpus quod illecebras diligit, averſatur animæ virtutes, abominatur imperium, refugit virtutum diſciplinas. *Libro 1. Epiſt. 4. ad Irenæum, circa initium, col. 512. C. tom. 3.*

S. ANTONINUS.

2. Delicias flagella repellunt. *Parte 4. tit. 3. cap. 7. §. 2. poſt init. folio 30. columna 1.*

S. ANTONIUS DE PADUA.

3. Cùm miſer homo affluit divitiis, ſe dilatat in deliciis. *Serm. Dom. infra octav. Nativit. circa init. folio 19. pagina 1.*

4. Dives purpuratus, quia hîc ſepultus fuit in deliciis, poſtmodùm ſepultus eſt in pœnis inferni. *Sermone Dom. 6. poſt Paſcha, ante medium, folio 160. pagina 1.*

5. Luxurioſo deliciis carere maxima pœna eſt. *Ser. Dom.2. poſt Trin. poſt med. folio 174. col. 2.*

6. Divitiæ diſſolvunt, deliciæ enervant. *Serm. Dominicæ infra octav. Nativit. versùs princip. folio 19. pagina 1.*

S. AUGUSTIN.

7. Si deliciæ ſeculi hujus breves & ſordidæ ſic amantur, quantò vehementiùs futuri ſeculi gaudia pura & infinita quærenda ſunt? *Ep.138. ad Clerum in medio, pag.426. D. tom. 2.*

8. Verius atque jucundius eſt gaudere hominem de bona conſcientia inter moleſtias, quàm de mala inter delicias. *De Catechez. rudibus, cap.16. in fine, pag. 649. A. tom. 4.*

9. Omnes deliciæ hominis converſi in hac vita nondum ſunt in re: ſed ipſa ſpes tàm certa eſt, ut omnibus hujus ſeculi deliciis præponenda ſit. *Super Pſalmum 74. in principio Præfationis pagina 562. littera C. tom. 8.*

10. Quis cum ſano ſenſu pro unius diei deliciis, centum annorum pœnam eligeret? *De triplici habitac. cap. 3. in medio. pag. 555. B.*

11. Difficile eſt ut in deliciis viventes, mundum cor habeant. *Ser. 2. Dom. 24. poſt Trin. & in ord. 248. ante fin. pag. 816. C. tom. 10.*

V. BEDA.

12. Deliciæ & epularum varietas, fomenta ſunt luxuriæ. *In ſuis Proverbiis verbo Delicia, pagina 188. tom. 2.*

S. BERNARD.

13. Mens aſſueta deliciis, non exculta diſciplinæ ſarculo, multas contrahit ſordes. *Epiſt. 152. ad Innocentium Papam, circa medium, folio 241. columna 4. littera M.*

S. BONAVENT.

14. In deliciis appetitus placet, experientia diſplicet. *Super Sap. cap. 8. ante finem, pag. 371. col. 1. littera A.*

15. Miſeriæ deliciis, & deliciæ miſeriis commutantur. *Ser. 1. Dom. 1. poſt Epiph. in calce, pag. 39. col. 1. tom. 3.*

16. Quomodo deliciæ beatum faciunt, quæ ſumptæ faſtidium pariunt? *Ser. 7. de Ss. Apoſtolis. poſt init. pag. 303. columna 2. tom. 3.*

17. Labor deliciarum inutilis probatur, quia corpus nutritum deliciis vermibus eſca paratur. *In collat. de contemptu ſeculi. poſt init. pag. 95. col. 2. lit. B. tom. 7. part. 3.*

18. Magnum donum Dei eſt, delicias hujus mundi abdicaſſe. *Ibidem, ante finem, pagina 96. col. 1. littera E.*

CLEMENS ALEX.

19. Deliciæ errantes in voluptatibus, grave ſunt ac periculoſum hominibus naufragium. *Libro 3. Pædag. cap. 7. in princ.*

20. Quid ſunt aliud deliciæ, quàm libidinoſa liguritio, & ſupervacanea redundantia eorum, qui ſunt diſſoluti ad ſuavem ſenſum delectationis? *Libro 2. Stromat. longè poſt medium, folio 86. pagina 1. littera A.*

S. FRANCISCUS ASSISIAS.

21. Quid reſtat quando anima caret ſpiritualibus deliciis, niſi ut caro convertatur ad ſuas? *In ſuis opuſcul. collat. 10. pag. 307. tom. 3.*

FRANCISCUS TITELMAN.

22. Omnes hujus mundi deliciæ, quibus peccatores fruuntur, fæces quaſdam habent guſtus peſſimi & intolerabilis, quæ modo quidem ab illis non guſtantur quàm ſint amaræ: ſed juſtus judex has illis reſervabit in tempore ultionis. *In Annot. ſuper Pſalm. 20. ſub finem, verſ. penult. pag. 186. ſect.1.*

S. GREGOR. MAGN.

23. Deliciæ corporales cùm non habentur, grave in ſe deſiderium accendunt: cùm verò avidè eduntur, comedentem protinùs in faſtidium per ſatietatem vertunt. *Profec.*

24. Deliciæ ſpirituales, cùm non habentur, in faſtidio ſunt: cùm verò habentur, in deſiderio: tantoque à comedente ampliùs eſuriuntur, quantò & ab eſuriente ampliùs comeduntur. *Homil. 36. ſuper Evang. in princ. col. 492. A. tom. 2.*

S. GREG. TAUM. 25. Quiſquis ſe deliciis inquinaverit, ne quamlibet quidem longo labore verum bonum unquàm reperiet. *Super Eccleſ. cap.8. in calce.*

S. HIERON. 26. Quantum à deliciis quis ſeculi vacat, tantò majores habet delicias ſpiritus. *Tom.1. Ep.17. ad Marcellam. ab initio. pag. 123. B.*

27. Affligendum eſt corpus, quod multis vacavit deliciis. *Tom. 1. Epiſt. 27. ad Euſtoch. ante med. pag. 175. littera B.*

28. Dei Filius ſuſtinuit ignominiam Crucis, & tu putas beatos, qui iſtius ſeculi deliciis perfruuntur? *Tom. 1. Epiſt. 33. ad Caſtrutium, circa med. pag. 205. littera A.*

29. Difficile, imò impoſſibile eſt, ut & præſentibus quis & futuris fruatur bonis, ut de deliciis tranſeat ad delicias. *Tom 1. Ep. 34. ad Julianum, ante finem, pag. 208. D.*

30. Verſari in deliciis, & deliciarum vitiis non teneri, difficile eſt, immò impoſſibile. *Tom. 2. lib.2. adverſ. Iovian. ante med. pag.76. D.*

31. Deliciæ & epularum varietates, fomenta avaritiæ ſunt *Ibid. ante med. pag. 77. B.*

32. Tolle epularum & libidinis luxuriam, nemo quæret delicias; quarum uſus aut in ventre, aut ſub ventre eſt. *Ibidem.*

33. Diverſa poſt mortem tenent loca, miſeriæ & deliciæ, miſeriæ deliciis, deliciæ miſeriis commutantur. *Tom. 2. Ep.2. ad Pammach. in fine, pag. 110. D.*

34. In conſummatione mundi, præteritarum deliciarum recordatio, erit materia cruciatuum. *Libro 8. ſuper Iſayam, cap.24. ſuper illud, Luxit vindemia, &c. pag. 103. B. tom. 5.*

35. Quidquid modum naturæ excedit, deliciis deputatur. *Super 1. ad Tim. cap.5. in illud, Quæ in deliciis eſt vivens, &c. pag. 385. D. tom.9.*

HUGO A S. VICTORE. 36. Deliciæ ſpirituales nec guſtatæ tranſeunt, nec reficientes decreſcunt, nec ſatiantes tædium gignunt. *Super Pſalm. 24. cap. 3. circa initium, pagina 44. B. tom. 1.*

HUGO CARD. 37. Tot ſecula habebit homo in pœnis, quot habuit hic in deliciis. *Sup. Iſayam, cap.49. folio 115. col. 2. tom. 4.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 38. Nihil aliud eſt in deliciis præter fraudem & deceptionem: nam tùm voluptas & gloria, tùm ornatus & pompa, horumque ſimilia, phantaſmata quædam ſunt, nullam virtutem rerum continentia. *Homil. 45. ſuper Matth. oper. perfect. poſt medium, columna 393. C. tom. 2.*

39. Deliciæ ſpinæ ſunt: tu harum turbatione ſuperatus, non ſentis; ſed qui procul inde abſunt, non ignorant, quàm vehementiùs omnibus ſtimulis pungant deliciæ, ac multò magis, quàm ulla ſolicitudo tabeſaciunt animam. *Ibidem.*

40. Quemadmodum acuti vepres undecunque rapiunt atque conſtringunt, manus cruentant: eodem modo deliciæ pedibus, manibus, capiti, oculis, omnibus ſimiliter membris officiunt. *Ibidem.*

45. Deliciis ſenectus citiùs ſurrepit, deliciis ſenſus obtunduntur, deliciis cogitatio retardatur, deliciis citiùs mens tenebris obducitur, deliciis denique corpus diſſolvitur; *Ibidem, ante fin. col.395. A.*

42. Adeò pernitioſa deliciarum laſcivia eſt, ut etiam irrationalibus peſtifera ſit. *Ibidem.*

43. Diabolo nemo magis amicus eſt, quàm qui deliciis maculatur: hic fons, hæc mater, atque origo vitiorum omnium eſt. *Ibidem, Hom. 58. poſt med. col. 489. littera A.*

44. Quid deliciarum hæc fœditas mali non inducit? ſuos ex hominibus facit, immò verò multò pejores. *Ibidem.*

45. Quiſquis totos agit dies in deliciis, ſub diaboli tyrannidem redactus eſt. *Conc. 1. de Lazaro mendico. in princ. col. 1313. C. tom 2.*

46. Nihil eſt certè, nihil eſt deliciis pernitioſius: ſolent enim deliciæ ad numinis oblivionem adducere delicioſos. *Ibidem, poſt medium, columna 1323. littera C.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 47. Qui in deliciis eſt, innumeras habet difficultates: etiamſi facilè & quaſi ex frontibus ipſi commoda affluant, attamen formidat mala, quæ ex deliciis veniunt, ac futuri incertitudinem. *Hom. 16. ſup. Acta Apoſt. poſt med. Moralis. tom. 3.*

48. Quæ ex deliciis ſint gravia, nullus ignorat: duplex bellum eſt, corporis & animæ: duplex hyems, duplices morbi. Et non hoc ſolùm, ſed etiam quòd inſanabiles & magnas afferunt hæc calamitates. *Ibidem.*

49. Tempus belli, tempus certaminis eſt, tu autem ſedes in deliciis. *Ibidem, Hom. 27. in Morali. poſt med. col. 692. B.*

50. Nihil inutilius homine, qui omne tempus in deliciis conſumit. *Ibidem, Homil. 35. in Morali. ab initio. col. 679. A.*

51. In ipſis deliciis nihil ita fructu carens eſt, ut delicatè agere. *Ibidem.*

52. Deliciæ ſunt, non turpiter quid loqui, ſed quod honeſtum ac grave ſit; pro naturæ captu ſatiari, non diſrumpi. *Serm.24. ſup. Ep. ad Rom. in Morali. circa med. col.267. A. tom. 4.*

53. Qui in deliciis eſt, nihilo meliùs ſe habet, quàm qui in nullis eſt deliciis, imò pejùs. *Homil. 27. ſuper 1. Cor. in fine, col.542. B. tom.4.*

54. Ex delicia riſus intempeſtivus, verba immodeſta & lena exitii proveniunt. *Ibidem, ante finem, col. 540. littera D.*

55. Deliciarum finis, corporis eſt pinguedo, eructationes, crebri flatus, multum ſtercoris ac ſordium, capitis gravamen, carnis mollities, febris & diſſolutio. *Serm.12. ſuper Ep. ad Epheſ. poſt init. columna 1030. D. tom. 4.*

56. Alapis percuſſus eſt Chriſtus, tantaque commodi tui gratia ad avertendam tempeſtatem, quæ te occupabat; paſſus eſt, & tu deliciaris? *Ibidem, ſerm. 17. in Morali, ante medium, columna 1061. littera B. tom. 4.*

57. Qui in deliciis vivunt, brutis ſunt pejores. *Serm. 7. ſuper Epiſt. ad Phil. in fine Moralis, col. 1173. D. tom. 4.*

58. Reverà ſunt lachrymis digni, qui deliciantur. *Ibidem, ſerm. 13. poſt initium, columna 1209. lit. D. tom. 4.*

59. Poſt delicias naſcitur cæcitas. *Hom. 1. ſuper ad Coloſſ. ante finem, col. 1237. A. tom.4.*

60. Deliciæ mortis authores ſunt, & mortis æternæ. *Homil. 13. ſuper 1. Timoth. circa med. col. 1500. D. tom. 4.*

61. Quantò corpus pinguedine craſſitudineque deliciis diſtenditur, tantò anima extenuatur magis, atque imbecillior fit, & magis obruitur atque ſepelitur. *Ibidem, ſub finem, ante Morale, columna 1502. littera B.*

62. Deliciæ atque ſobrietas nequaquàm poſſunt in eodem habitare domicilio. *Ibidem.*

63. Quemadmodùm vaſta ac perpetua nubium denſitas radios ſolis nunquàm ſinit vim ſui fulgoris oſtendere: ita deliciarum evaporationes cerebrum non ſecùs, quàm ſcopulum nactæ, illudque craſsâ nube tegentes, non permittunt liberè uſquàm ſe intendere, verùm in tenebris detinent eum, qui ſic jacet miſerabiliter affectus. *Ibidem.*

64. Nihil vel loqui, vel audire convenienter poteſt deliciis obſeſſa anima: efficitur namque mollis, ignava, imbecillis, illiberalis, timida, interdùm verò audaciæ, aſſentationis, imperitiæ plena, indignationis, iracundiæ, malorum omnium receptaculum, bonis, virtutibuſque omnibus deſtituta *Ibidem, in Moral. ante fin. col.1504. C.*

65. Nihil muliere deliciis deditâ turpius. *Hom. 54. ad Popul. Antioch. à medio, col. 368. D. tom. 5.*

S. Joannes Chryſoſtom. 66. Cùm deliciis vacaturus es, conſidera voluptatis momentum. & damnum, ægritudines, infirmitates, & contemne delicias. *Ibidem, poſt medium, columna* 368. *littera D.*

67. Vis deliciari? animum paſce. *Ibidem, ante finem, columna* 369. *D.*

68. Tempus eſt belli, tempus certaminis, tu verò ſedes in deliciis? *Ibidem, ante finem, columna* 370. *littera B.*

69. Deliciæ ſunt abſurdarum occaſio cupiditatum. *Ibidem, Hom.* 55. *ante med. col.* 372. *C.*

70. Parum eſt vitæ noſtræ medium, quod cum ſenſu deliciis uti valeat. *Ibidem, Hom.* 57. *ante fin. col.* 386. *littera A.*

71. Nihil diabolo tàm gratum, quàm deliciæ. *Ibid. Hom.* 71. *à medio, col.* 449. *A.*

72. Beſtia quædam difficilis & intractabilis deliciæ ſunt: neque ſcorpius aut vipera in viſceribus noſtris inhæreſcens, ita perpetuò nos vexaret, ut hæc deliciarum cupiditas, omnia evertit, omnia conſumit. *De Provident. Orat.* 6. *circa med. columna* 688. *littera B. tom.* 5.

73. Deliciæ hujus ſeculi, meretrix turpiſſima atque obſcœniſſima eſt: cujus facies fœda, horrida, aſpera, amara, crudelis, & deceptrix eſt. *Homil. quòd nemo læditur, &c. ante medium, columna* 757. *littera A. tom.* 5.

74. Majore nos in dies fœtore implemus, cùm deliciis magis inſtamus. *Hom.* 13. *ſup.* 1. *Tim in Morali. ante med. col* 1530 *D. tom.* 4.

75. Ægritudines ex eo ſunt, quòd corpus deliciis multis mollius redditur. *Hom.* 29. *ſup. Epiſt. ad Hebr. in Morali, circa med. col.* 1848. *A tom* 4.

76. Non tantam voluptatem habent deliciæ, quantas difficultates atque moleſtias. *Ibidem.*

Lact. Firm. 77. Temporalibus deliciis illaqueatus animus humanus, & corpori mancipatus, æterna morte damnatur. *De Ira Dei, cap* 23 *poſt med. pag.* 364.

S. Laur. Just. 78. Nonne omne tempus vitæ hujus, quo deliciis frui videmur, quaſi noctis unius ſomnus eſt ad æternitatis comparationem? *De ligno vitæ. De fide, cap.* 5. *circa medium, pagina* 10. *columna* 2. *littera C. parte* 1.

Petr. Bles. 79. Hodie in deliciis nutritur, & tota ad carnis delicias ſe relaxat juventus noſtra. *Ep.* 94. *ad Joan. Archidiac. à medio, apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 778. *col.* 1. *D. editionis Colonienſis* 1618.

Philo Jud. 80. Non poteſt anima cohabitans cum prudentia, & contubernium habens cum ſapientia, frui deliciis corporis. *Libro* 2. *legis Allegor. poſt medium, pagina* 124. *tom.* 1.

81. Non decet virtutis ſectatorem vita delicata. *De ſomniis. poſt med. pagina* 802. *tom.* 2.

Robertus Bellarm. 82. Moderata jucunditas. à Deo eſt: ſupervacaneæ deliciæ, à diabolo ſunt. *Super Pſalm.* 103. *verſ.* 17.

Salvian. 83. Mollities paucorum, labes eſt plurimorum. *Lib.* 7. *de Gubern. Dei. poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 357. *col.* 2. *E. edit. Colon* 1618.

84. Omnis fructus divitiarum, in uſu eſt poſitus deliciarum. *Lib.* 2. *ad Eccleſ. Cathol. ante medium, pag.* 369. *col.* 2. *E.*

Thalassius. 85. Immodicæ deliciæ rationem obruunt, & efficiunt ut in corpore, tanquàm in aliquo ſepulchro jaceat. *Super* 1. *ad Tim. cap.* 5. *poſt init. pag.* 132. *col.* 1. *B. tom.* 2.

Theophilactus. 86. Non oportet probum Chriſtianum mollia geſtare; quia qui deliciis ſervit, fit poſteà remiſſus. *Super Matth. cap.* 11. *in illud, Quid exiſtis videre? hominem, &c. pag.* 32. *B.*

S. Thomas a-Kempis 87. Omnes deliciæ mundanæ aut vanæ ſunt, aut turpes: ſpirituales verò deliciæ, ſolæ jucundæ & honeſtæ, ex virtutibus progenitæ, & à Deo puris mentibus infuſæ. *Libro* 2. *de Imit. Chriſti, cap.* 10. *ſect.* 1. *tom.* 2.

In Vit. Patr. 88. Delicias corporales non ſolùm illas putetis, quibus homines ſeculi fruuntur, ſed abſtinenti deliciæ credendæ ſunt. *Libro* 2. *cap.* 1. *de vita Joannis. in med. pag.* 453. *columna* 2.

Sententiæ Paganorum.

Plato. 89. Qui deliciis indulget diſſolutus & otioſus, ſummo erit ille apud homines odio. *Tom.* 2. *Syzigia* 4. *libro* 10. *de legibus. poſt med. pag.* 901. *littera A.*

Plinius II. 90. Nihil pigrius delicatis. *Libro* 9. *Ep.* 32. *ad Titian. in fine pag.* 263.

Seneca. 91. Nihil delicatè, nihil molliter eſt faciendum. *Ep.* 51. *à medio. pag.* 612. *tom.* 2.

92. Malè mihi eſſe malo, quàm molliter: qui molliter vivit, malus eſt. *Ep.* 82. *in principio, pagina* 706. *tom.* 2.

93. Delicati timent mortem, cui vitam ſuam fecere ſimilem. *Ibidem.*

94. Simplici curâ conſtant neceſſaria, in delicias laboratur. *Epiſt.* 90. *ante medium, pagina* 752. *tom.* 2.

95. Magnam vitæ partem facit titillatio corporis. *Ep.* 92. *poſt init. pag.* 763. *tom.* 2.

96. Id actum eſt ab illo mundi Conditore, qui nobis vivendi jura deſcripſit, ut ſalvi eſſemus, non delicati. *Profoe.*

97. Ad ſalutem omnia parata ſunt, & in promptu; deliciis verò omnia miſerè ac ſolicitè comparantur. *Ep.* 119. *in fine. pag.* 872. *tom.* 2.

Sixtus Philosophus. 98. Deliciarum finis, corruptio. *Sent.* 65. *pag.* 65. *columna* 1. *litt. B. apud Bibl. Patr. tom.* 3. *edit. Colon.* 1618.

99. In deliciis poſitus certum eſt, quod ignores illa, quæ præparata ſunt tibi à Deo. *Ibidem, ſent.* 109. *pag.* 65. *col.* 1. *D.*

Valerius Maximus. 100. Turpe eſt externis periculis, domeſticas delicias emere. *Libro* 6. *dictor. memorabil. cap.* 5. *poſt medium, pag.* 257.

Vide etiam tit. Adverſitas. ſentent. 19. *Divitiæ. ſentent.* 66. *Gemma. ſent* 29. *Iudicium extrem. ſent.* 66. *Luxuria. ſent.* 104. *Natura ſent.* 43. *Nutrimentum. ſent.* 26. *Ornatus. ſent.* 69. *Otium. ſentent.* 72. *Paſſio Chriſti. ſentent.* 26. *Paſtor. ſentent.* 70. *Pœnitentia ſent.* 195. *Religioſus. ſent.* 110. 111. 112. *Relinquere. ſent.* 41. *Spectaculum. ſent.* 28. *Virtus. ſent.* 215.

Deriſio.

DEFINITIO, DIVISIO.

Definitio.

S. Antonin. DERISIO eſt actus præcipuè locutionis, quo quis intendit ad erubeſcentiam & confuſionem alium inducere. *Parte* 2. *tit.* 6. *de Gula cap.* 7. *in principio, folio* 221. *col.* 4

Cassiodorus. Deriſus vox eſt confuſa lætitiæ inſultationem ſuam immoderata hilaritate denuntians. *Super Pſ.* 43. *circa medium, verſ.* 15. *folio* 66. *col.* 1.

Divisio.

Hugo Card. Tria ſunt genera deriſionum.
- Fit deriſio per verba.
- Fit deriſio per nutus.
- Fit deriſio quando bonum improperatur, & vocatur ironia. *Sup. Pſal* 21. *folio* 48. *col.* 3. *tom.* 2.

Sententiæ Patrum.

S. Augustin. 1. Chriſtus irriſus eſt in Cruce, & ipſam crucem ſuam, in qua irriſus eſt, jàm fixit in frontibus Regum. *Super Pſ.* 75. *poſt med. verſ.* 6. *pag.* 573. *B. tom.* 8.

2. Nihil ſuperbius eſt ægroto, qui deridet medica-

Digitized by Google

mentum ſuum. *Sup. Pſ.141.circa med. verſ.4.pag.1125. B. tom.* 8.

V. Beda. 3. Volens retinere ſanitatem, nullius irrideat infirmitatem. *In ſuis Proverb. verbo Volens pag.*200.*tom.* 2.

S. Bernard. 4. Joculatores improperantes digni ſunt ſuſpendio. *Proſ.*

5. Quid eſt joculator mals improperans? animal homicidium ſecum portans. *In Epiſt. de cura & regim. rei familiaris in ſecundo volumine poſita, non longè à medio, fol.* 371. *col.* 2. *lit. E.*

Cassiodorus. 6. Stultorum conſuetudo talis eſt, ut illos magis irrideant, quos bonis moribus ſtudere cognoſcunt. *Sup. Pſ.*38.*poſt med. verſ.* 12.*fol.* 59.*col.* 3.

S. Ephraem. 7. Qui honeſtis occupatos laboribus irridet, diaboli miniſtrum ſe facit, ſceleſtæque ejus voluntati obſequens, gaudium quod Dei ſervis præparatum eſt, deperdet. *De recta vivendi rat. cap.* 17. *tom.* 1.

Gloss. Int. 8. Qui pro culpa irridetur, non eſt exaudibilis. *Sup. Job, cap.* 12. *in illud, Qui deridetur ab amico, &c. col.* 149. *B. tom* 3.

Glossa ord. 9. Graviſſimum eſt illum, qui neminem læſit, eſſe aliorum ludibrium. *Ibid. cap.* 12. *in illud, Qui deridetur ab amico, &c. col* 150. *E.tom.* 3.

10. Sanctus & verus miniſter Chriſti, etſi à malis ridetur, conculcari non poteſt, quia mente fixus in cœlo manet. *Sup. Matth. cap.* 5. *in illud, Et conculcetur ab hominibus, col.* 101. *B. tom.* 5.

S. Greg. mag. 11. Cùm deriſio contra culpam naſcitur, profectò nullum virtutis meritum in deriſione generatur. *Lib.* 10. *Moral. cap.* 15. *ante finem, num.* 27. *col.* 368. *littera A. tom.* 1.

12. Illum facit humana deriſio Deo proximum, quem ab humanis pravitatibus vitæ innocentia ſervat alienum. *Ibidem in fine, col.* 368. *B.*

13. Timendum eſt ne etiam nobis cadentibus ſurgat, qui à nobis ſtantibus deridetur: quamvis ſtare jàm non noverit, qui non ſtantem noverit irridere. *Ibidem lib.* 25. *cap.* 8. *circa medium, num.* 11. *col.* 836. *littera B.*

14. Lingua irriſoria mordaciter loquitur, amicis præſentibus blanditur, de abſentibus alloquitur, & quaſi de tali aſtutia lætatur. *Lib.* 4. *in Regiſtro. Indict.* 13. *cap.* 58. *Ep.* 14. *ad Joan. Epiſc. Ravennæ, in princ. col.* 779. *C. tom.* 2.

S. Hieronym. 15. Difficilè evadit opprobria, cui eſt amica juſtitia. *Profec.*

16. Siquis enim piè vivere voluerit, iniqui protinùs irriſione blaſphemant. *In Regula cap.* 19. *de laude & detract. circa med. pag.* 286. *D. tom.* 4.

Hugo Card. 17. Vir ſanctus etiam irriſus, à charitate non ceſſat. *Sup. Tobiam, cap.* 2. *in illud, Increpabat eos. pag.* 375. *col.* 2. *tom.* 1.

S. Joannes Chrysost. 18. Animæ fortis & conſtantis eſt, poſſe obluctari deriſoribus. *Hom.* 23 *ſup. Gen. poſt init. col.* 170. *B. tom.* 1.

S. Joan Clim. 19. Magnorum eſt, pati ſuis eſſe ludibrio. *Gradu* 25. *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 1. *pag.* 272. *col.* 2. *G. edit. Colonia* 1618.

Joan. Trith. 20. Deriſio tantò gravius eſt peccatum, quantò major reverentia debebatur perſonæ, quæ illuditur. *In cap.* 7. *Regul. S. Bened. grad.* 10. *ante finem, pag.* 390. *col.* 1.

21. Qui ad perfectionem tendere debet, ab omni irriſione ſe faciat alienum. *Ibid. in fine, pagina* 390. *col.* 1.

S. Nilus Abb. Mart. 22. In alterius infortunio ne rideas, ne à quibus non velis ridearis. *Paræneſ.* 136. *apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *edit. Colonienſis* 1618.

Salvianus. 23. Maximè à fidelibus viris non illi irrideri debent, qui ſe irrideri volunt. *Lib.* 8. *de Gubern. Dei, in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 359. *col.* 2. *F. edit. Colonienſis* 1618.

S. Zeno Episc. mart. 24. Non invidiâ, ſed miſeratione dignus eſt, qui illuditur. *Serm. de livore poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 3. *pag.* 130. *col.* 2. *F. edit. Colon.* 1618.

Sententiæ Paganorum.

25. Irriſio injuria quædam eſt. *Lib.* 6. *Topic. cap.* 3. *circa med. tom.* 1. Aristotel.

26. In rebus ſeveris, non eſt jocandi locus. *Lib.* 2. *de divin. ante med. num.* 25. *tom.* 4. Cicero.

27. Si quando fatuo delectari volo, non eſt mihi longè quærendus, me rideo. *Ep.*50. *circa init. pag.* 609. *tom.* 2. Seneca.

28. Aut ridenda omnia, aut flenda ſunt. *Lib.* 2. *de Ira. cap.* 10. *circa med. tom.* 1.

29. Nondùm es felix, ſi te turba non deriſerit. *De Moribus, ante medium, pagina* 677. *edit. Baſilienſis* 1537.

30. Nondùm felix es, ſi nondùm te turba deridet. *In ſuis Proverb. in fine poſitis. lit. N.*

Deſertio Dei.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. NIHIL gravius quàm errantem à Deo deſeri, ut ſe revocare non poſſit. *Profec.* S. Ambrosius.

2. Quis cùm Deus deſerit hominem, ingruit diabolus, ita ut præcipitetur homo, & in graviora prolabatur. *Lib.* 1. *de Cain & Abel. cap.* 9. *circa finem, col.* 950. *A. tom.* 4.

3. Nullum deſerit Deus, niſi ille priùs deſerat Deum. *Part.* 2. *tit.* 5. *cap.* 11. *§.* 2. *in medio, fol.* 200. *columna* 4. S. Antonin.

4. Te nemo, Deus noſter, amittit, niſi qui dimittit: & qui dimittit, quò it, aut quò fugit, niſi à te placido ad te iratum? *Lib.* 4. *conf. cap.* 9. *in fine, pag.* 68. *C. tom.* 1. S. Augustin.

5. Homo Deo ſibi præſente illuminatur, abſente autem continuò tenebratur: à quo non locorum intervallis, ſed voluntatis averſione diſceditur. *Lib.* 8. *de Geneſ. ad litt. cap* 12. *in medio, pagina* 437. *A. tom.* 3.

6. Anima, Deo deſerente, moritur. *Lib.* 4. *de Trin. cap.* 3 *in princ. pag.* 211. *D. tom.* 3.

7. Magna hominis miſeria eſt, cum illo non eſſe, ſine quo non poteſt eſſe: in quo enim eſt. proculdubiò ſine illo non eſt, & tamen ſi ejus non meminit, eumque non diligit, cum illo non eſt. *Ibid. lib.* 14. *cap.* 12. *in fine, pag.* 309. *B. tom.* 3.

8. A nullo quolibet homine recedit Deus, niſi priùs ipſe homo ab eo recedat. *De ſalutar. docum. cap.* 54. *in princ. pag.* 766. *C. tom.* 4.

9. Mors animæ fit, cùm eam deſerit Deus: ſicut corporis, cùm id deſerit anima: ergo utriuſque rei, id eſt totius hominis mors eſt, cùm anima à Deo deſerta, deſerit corpus *Lib.* 13 *de civit. Dei. cap.* 2. *circa init. pag.* 229. *lit. A. tom.* 5.

10. Tantò magis quiſque deſerit Chriſtum, quantò magis diligit quod improbat Chriſtus. *Ibid. lib.* 21. *cap.* 27. *ante medium, pag.* 458. *C.*

11. Tale bonum eſt Deus, ut nemini eum deſerenti benè ſit. *De natura boni cap.* 7. *ante med. pag.* 383. *B. tom.* 6.

12. Prævaricatorem legis, lux deſerit veritatis, quâ deſertus fit cæcus. *De natura & gratiâ, cap.* 22. *in princ. pag.* 500. *D. tom.* 7.

13. Non eſt ullus ulli medius locus ut poſſit eſſe, niſi cum diabolo, qui non eſt cum Chriſto. *Lib.* 1. *de peccat. meritis & remiſſione cap.* 28. *ante med. pag.* 460. *D. tom.* 7.

14. Penitùs extra Deum eſt, quiſquis dùm tempus eſt, corrigi noluerit. *Sup. Pſ.* 6. *verſ.* 7. *pag.* 29. *B. to* 8.

15. Quanta miſeria eſt, longè eſſe ab eo, qui ubique eſt. *Sup. Pſ.* 99. *in fine Præfat. pag.* 767. *A. tom.* 8.

S. AUGUSTIN. 16. Non regionibus longè eſt quiſque à Deo, ſed affectibus. Amas Deum? prope es: odiſti Deum? longè es; uno loco ſtans, & prope es, & longè es. *Sup. Pſ. 84. poſt med. verſ. 10. pag. 642. D. tom. 8.*

17. Chriſtus tanquàm homo à lapidibus fugit, ſed væ illis à quorum lapideis cordibus Deus fugit. *Tract. 43. ſup. Evang. Joan. de cap. 8. in calce. in illud, Tulerunt lapides ut jacerent in eum, pagina 220. littera D. tom. 9.*

18. Sicut expirat corpus cùm animam emittit, ita expirat anima cùm Deum amittit. *Profec.*

19. Deus amiſſus mors animæ eſt, anima emiſſa mors corporis: mors corporis neceſſaria, mors animæ voluntaria. *De verbis Dom. ſerm. 6. ab initio, pag. 12. D. tom. 10.*

20. Qui converſum liberat, punit averſum. *Ibid. ſerm. 54. poſt med. pag. 142. D.*

21. Deus in nullo actu animam deſerit ſive pœna, ſive præmio. *De quant. animæ cap. 36. in princ. tom. 1.*

22. Non deſerta eſt anima à Deo, ut deſereret illum: ſed ut deſereretur, deſeruit. *Lib. 13. de civit. Dei cap. 15. circa init. tom. 5.*

23. Non deſeritur amor, ſi ipſe non deſerat. *Lib. 4. Confeſſ. cap. 11. circa init. tom. 1.*

24. Fluctuabam & gubernabas me: ibam per viam ſeculi latam, nec deſerebas me. *Ibid. lib. 6. cap. 5. in fine.*

25. In eodem opere malo, diabolus ſuggerit; homo conſentit, Deus deſerit. *Lib. 23. contra Fauſtum, cap. 9. in medio. tom. 6.*

26. Si deſeris eum qui te fecit, & amas illa quæ fecit, deſerto illo qui te fecit, adulter es. *Hom. 38. ex Homil. quinq. cap. 5. circa init. tom. 10.*

27. Non nos deſerit fons, ſi non deſeramus fontem. *Tract. 35. ſup. Joan. longè poſt init. tom. 10.*

28. Cùm times Deum, ne deſerat te præſentia ejus, amplecteris eum. *Tract. 9. ſup. Ep. Joan. in medio. tom. 9.*

29. Deus non deſerit, ſi non deſeratur. *De natura & gratia, cap. 26. ante fin. tom. 7.*

S. BASILIUS MAGNUS. 30. Acerbiſſimus cruciatus apud eos, qui mente præditi ſunt, eſt à Deo ſejungi. *Apud D. Ioan. Damaſc. lib. 1. Parall. cap. 12. in princ. fol. 13. pagina 2. C.*

S. BERNARD. 31. Mentem quam divinum auxilium deſerit, quæcunque tentatio impetierit, ſubvertit. *Serm. 2. ſup. Salve Regina. ante med. fol. 364. col. 2. E.*

32. Mens, quæ ignorat abſceſſum Spiritus-ſancti, patet ſeductioni. *Serm. 17. ſup. Cant. in princ. fol. 149. col. 2. E. Prof.*

33. It enim & redit Spiritus ille, & qui ſtat eo tenente, deſerente cadat neceſſe eſt. *Ibidem.*

34. Anima a Deo derelicta, reverti plerúmque cupit, & non poteſt; tanta eſt in reditu difficultas. *Serm. 84. Sup. Cant. prope medium, fol. 501. columna 4 littera M.*

35. Si Chriſtum elongari contigerit, erit pigritanti animæ & laborioſior & pericuoſior via, dùm nec odore recreari, nec certa poſſit agnoſcere veſtigia longiùs abeuntis. *Ep. 341. ad Monachos S. Bertini. ab initio, fol. 273. col. 2. D.*

36. Deus fidelis ſocius eſt, nec deſerit ſperantes in ſe, niſi ipſe prior deſeratur. *Lib. Medit. cap. 7. fol. 324. col. 2. D.*

S. BONAVENT. 37. Sicut ſeparatio à fonte vitæ, mors eſt & damnatio æterna; ſic conjunctio cum illo eſt vita æterna. *Sup. Luc. cap. 18. in illud, In ſeculo futuro vitam æternam, pag. 226. col. 1. A. tom. 2.*

38. Tantò eſt homo à Deo longiùs, quantò in vitiis profundiùs. *Serm. 3. Dom. 2. Quadrag. in princ. pag. 69. col. 1. tom. 3.*

39. Hi toties Chriſtum vendunt, qui quoties ipſum pro aliquo temporali relinquunt. *Serm. 4. Dom. 5. poſt Pent. circa init. pag 156. col. 2. tom. 3.*

40. Si amarum malum eſt reliquiſſe amicum, vel oculum? in infinitum amarius & confuſibilius eſt? relinquere Deum. *Serm. 1. Dom. 12. poſt Pent. in princ. pag. 274. col. 2. tom. 3.* S. BONAVENT.

41. Tantum bonum eſt Deus, ut nulli benè ſit, qui ab eo recedit. *In Centiloq. part. 1. ſect. 33. in fine pag. 69. col. 1. B. tom. 6.*

42. Amator mundi hujus, quantò ampliùs Dei obliviſcitur, tantò plus à Deo derelinquitur. *In Collat. de contemptu ſeculi, circa initium, pag. 95. col. 2. lit. D. tom. 7. part. 3.*

43. Tantùm unuſquiſque à divinitate repellitur, quantùm ejus peccata cumulantur. *Profec.* CASSIODORUS.

44. Quantitas enim delicti, menſura repudii eſt: dùm tantùm à Deo reus longior redditur, quantùm numeroſo crimine dilatatur. *Sup. Pſ. 5. poſt med. verſ. 15. fol. 10. col. 2.*

45. Sicut beati redduntur, ad quos propitius reſpicit Deus: ita infelices ſunt, à quibus avertitur. *Sup. Pſ. 10. circa med. verſ. 5. fol. 18. col. 1.*

46. Ille author juſtitiæ non poteſt illos derelinquere, qui ejus eligunt præcepta complere. *Sup. Pſ. 36. poſt med. verſ. 29. Non derelinquet ſanctos ſuos. fol. 55. columna 4.*

47. Neceſſe eſt homini dolor & tribulatio ſubſequatur, qui authorem ſalutis reliquiſſe noſcitur. *Sup. Pſal. 106. ſub fin. verſ. 39. fol. 167. col. 2.*

48. Famulos ſuos virtus divina non deſerit. *Sup. Pſal. 118. verſ. Memor fui, &c. fol. 184. col. 2.*

49. Dominus derelinquet illos, qui ſpem ſuam aut in propriis viribus, aut in alicujus hominis præſumptione poſuerunt. *Sup. Pſal. 33. in calce. verſ. ult. fol. 50. col. 1.*

S. CYRILLUS HIEROSOL. 50. Ab anima peccatrice Deus majori ſpatio elongatur, quàm id quo cælum à terra diſtat, & oriens ab occaſu. *Epiſt. ad Auguſtin. de miraculis D. Hieronymi, quæ eſt penultima tomi. 4. Epiſt. D. Hieronymi longe poſt med. pag. 385. D.*

DIDYMUS ALEX. 51. Quiſquis extra rectam fidem converſationemque mandatorum JESU fuerit, ſine Deo eſt. *Sup. Ep. 2. Ioan. cap. 1. in med. apud Bibl. Pat. tom. 4. pag. 263. col. 1. D. edit. Colonienſis 1618.*

S. EPHREM. 52. Initium deſertionis hominis, eſt receſſus ab humilitate: qui autem à Deo deſeritur, ab improbo ſpiritu præfocabitur. *De recta vivendi ratione. cap. 4. tom. 1. pag. 40. C.*

S. EUSEBIUS EMISS. 53. Nemo æſtimet ſe à Deo deſeri, cùm traditur tentationi. *Hom. in litaniis in fine, apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 1. pag. 569. columna 1. C. edit. Colon. 1618.*

S. FULGENT. 54. Juſtè deſeritur à Deo, qui deſerit Deum: & quia homo deſerens Deum, peccat; deſerens peccatorem Deus, juſtitiam ſervat. *Lib. 1. ad Monimum. cap. 13. circa init. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 1. edit. Colonienſi 1618.*

GLOSS. INT. 55. Magnum eſt malum, à luce veritatis deſeri. *Sup. Pſal. 9. col. 2. lit. D. tom. 3.*

56. Quem vident homines calamitatibus fatigatum, putant à Deo deſertum. *Sup. Pſ. 70. in illud, Deus dereliquit eum. col. 950. D. tom. 3.*

GLOSS. ORD. 57. Nulla major dementia, quàm Deum vivum deſerere, & mortuis deſervire. *Sup. Sapient. cap. 14. col. 1955. D. tom. 3.*

S. GREG. MAG. 58. Cùm ab authore relinquimur, nec ipſa ullatenùs deſtitutionis noſtræ damna ſentimus. *Profec.*

59. Quò enim longè nos Conditor deſerit, eò mens noſtra inſenſibiliùs obdureſcit, nulla quæ Dei ſunt, diligit, nequaquàm ſuperna concupiſcit, quantùm lugenda ſit, neſcit. *Lib. 9. Moral. edit. Pariſ. 1551. cap. 42. ſup. illud Iob, 10. Reverſuſque mirabiliter me cruciat. tom. 1.*

60. Quem Deus liberare noluit, deſerendo percuſſit. *Ibid. lib. 25. cap. 12 poſt init. ſup. illud Iob. 34. Novit enim opera eorum.*

S. Greg. Mag. 61. Nunquam Deus mentem deſerit, quæ in peccatis ſe veraciter agnoſcit. *Ibidem lib. 22. cap. 3. poſt medium, num. 5. columna 735. littera A. edit. Baſileenſis* 1551.

62. Acceſſus receſſuſque Dei à mente noſtra minimè cognoſcitur, quouſque rerum alternantium finis ignoratur: quia & de tentatione incertum eſt, utrùm probet, an trucidet. *Profec*

63. Et de donis nequaquàm deprehenditur, utrùm hîc deſertos remunerent: an in via nutriant, ut ad patriam perducant. *Ibid. lib. 9. cap. 7. poſt med. num.* 11. *col.* 301. *lit. A.*

64. Qui judicante Deo in malitiæ ſuæ cæcitate relinquitur, quaſi intra ſemetipſum clauditur, ne cavendi locum inveniat, quem invenire minimè meretur. *Ibid. lib. 11. cap. 5, circa med. col.* 378. *B.*

65. Nihil ſumus ſi à Conditoris noſtri protectione deſeramur: quæ nimirum protectio minùs neceſſaria creditur, ſi ſemper habeatur, ſed utiliter plerúmque ſubtrahitur, ut ſibimetipſi homo, quàm ſine illa nihil ſit, oſtendatur. *Praf.*

66. Manus Dei aliquando nobis per adverſa inſinuat, quæ etiam neſcientes nos in proſperis portat. *Ibid. lib.* 23. *cap. 19. circa med. col.* 794. *B.*

67. Unumquemque electum ſuum divina gratia tunc magis crudiendo cuſtodit, cùm quaſi percutiens deſerit. *Ibid. in fine, col.* 795. *A.*

68. Sicut nemo obſiſtit largitati Dei vocantis, ita nullus obviat juſtitiæ relinquentis. *Prof.*

69. Includere Dei, eſt clauſis non aperire: recludit itaque hominem Deus, quem in ſuorum operum tenebris relinquit. *Ibid. lib. 11. cap. 5. poſt medium, col.* 378. *lit. C.*

70. Tendentem ad juſtitiam nequaquàm in tentatione Conditor deſerit; quia per infuſionem gratiæ etiam operantem prævenit. *Ibid. lib. 9. cap. 29. circa med. num.* 38. *col.* 328. *B.*

71 Quis valet Deo recedente requieſcere, cùm ſolus ipſe ſit requies, à quo quiſque quantò longè fuerit, fit tantò inquietus? *Ib. lib. 12. cap. 3. in princ. col.* 403. *C.*

72. Si quoſdam Deus peccantes deſerit, eiſdem tamen ipſis adeſt per judicium, quibus deeſſe cernitur per adjumentum. *Ibid. lib. 16. cap. 3. ſup. illud Iob,* 22. *An cogitas, quia Deus excelſior?* &c.

73. Fortem me inter virtutes credidi; ſed quantæ infirmitatis ſim, derelictus agnovi. *Part. 4. Paſtor. cap. 1. poſt med. col.* 1324. *B. tom.* 1.

74. Tantò majores Redemptori gratias referunt juſti, quantò vident in aliis, quod ipſi perpeti (ſi eſſent relicti) potuerunt. *Hom. 40. ſup. Evang. poſt med. col.* 531 *C. tom.* 2.

75. Magna vindicta eſt, quæ ex diſtrictione procedit interni examinis, quando reproba mens ſic projicitur, ut quod malè deliberat, agere permittatur. *Lib. 4. in 1. Reg. cap. 1. in medio, ſup. illud, Non abjecerunt te, ſed me, col.* 1390. *D. tom.* 2.

76. Qui à Deo avertitur & proſperatur, tantò perditioni fit proximus, quantò à zelo diſciplinæ invenitur alienus. *Hom. 12. ſup. Ezech. circa med. ſup. illud Prov. 1. Averſio parvulorum interficiet eos. col.* 189. *C. tom.* 2.

77. Deus electos ſuos per ſpiritualem præſentiam nunquàm deſerit, cum ſtantibus permanet, cum abeuntibus recedit. *Lib. 1. in 1. Reg. cap. 1. Allegoricè poſt med. col.* 1221. *D. tom.* 2.

Hugo Card. 78. Neminem dimittit Deus, niſi priùs dimiſſus. *Sup. Hierem. cap. 3. fol. 184. col. 1. tom.* 4.

79. Suos ad tempus Dominus relinquit, ut probet qui ſint ejus, & ut poſteà gratior ſit conſolatio. *Sup. Iob, cap. 30. fol. 434. col. 4. tom.* 1.

S. Innoc. III. 80. Deus dupliciter hominem derelinquit, & diſcedit ab illo: quando ſubtrahit ei defenſionem, deſerendo illum ad pœnam: & quando ſubtrahit ei gratiam, deſerens illum in culpa. *Sup. Pſ. 37. in fine, verſ. Ultima. Ne diſceſſeris a me, &c. fol.* 126. *col.* 3.

S. Innoc. III. 81. Sic Deus illum aliquando derelinquit, à quo ipſe minimè derelinquitur: nam relictus Job ad pœnam, innocentiam non reliquit: ſic Dominus illos ſolummodò deſerit, qui deſerunt ipſum. *Ibid.*

82. Quoſdam derelinquit Deus ad tempus, aliquos derelinquit in perpetuum. *Ibid.*

Joan. Cass. 83. Recedere à Deo, pernitioſum & præſens exitium eſt. *Collat. 23. Abbat. Theonæ. cap. 9. in titulo. pagina* 840.

S. Ioannes Chrysost. 84. A Deo derelinquuntur, qui per iniquitatem illum priùs dereliquerunt. *Serm. 4. ſup. Ep. ad Rom. ante med col. 35. B. tom.* 3.

S. Joannes Damasc. 85. Nihil exitioſius eſt, quàm à Deo deſeri: ut nullâ noſtri curâ & providentiâ tangatur. *Profec.*

86. Nec ullum ob graviſſima crimina gravius ſupplicium irrogari poteſt, quàm ut quiſpiam à Deo deſeratur & orbetur.

87. Qui enim ſervatoris Dei ope ac præſidio caret, hic ſub hoſtium ac prædonum poteſtate eſt. *Libro 1. Parall. cap. 12. circa medium, fol. 14. pagina 2. littera B.*

S Isid. Hisp. 88. Deſerente Deo, nullum pœnitere perſpicuum eſt. *Lib. 2. de ſum. bono. cap. 15. ſent. 1. pagina 644. columna* 2.

89. Qui Dei ſecreto & juſto judicio deſeritur homo, perdendus in poteſtate dæmonum relinquitur. *Profec.*

90. Nam reverà quem Deus deſerit, dæmones ſuſcipiunt. *Ibid. ſent. 3. pag. 645. col.* 1.

91. Plerúmque utile eſt arrogantibus deſeri à Deo, quatenùs ſuæ infirmitatis conſcii, ad humilitatem redeant, & humiles poſt caſum exiſtant. *Ibid. lib. 3. cap. 23. ſent. 14. pag. 675. col.* 2.

Lact. Firm. 92. Qui Deum deſerit, dignus eſt ut ſit exhæres, & ejus nomen de familia Chriſti in perpetuum deleatur. *Lib. 5. de divin. Inſt. cap. 19. prope finem, pag.* 226.

S. Laurent. Iustin. 93. Nemo à Deo deſeritur, niſi ipſe ſe priùs deſerat. *De triumphali Chriſti agone, cap. 5. longè poſt init. pag. 287. col. 1. C. part.* 1.

S. Nilus Abb. Mart. 94. Magnum quid videtur homo, cùm Dei adeſt auxilium: à quo derelictus, naturæ ſuæ agnoſcit imbecillitatem. *Orat. 8. de ſuperbia. in medio, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Colonienſis* 1618.

Petr. Cell. 95. Nihil in poſſeſſione Dei felicius, & Deo ſimilius: nihil in amiſſione miſerius, & Deo diſſimilius. *Lib. 6. Ep. ult. ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 594. col. 1. C. edit. Colon.* 1618.

Philo Jud. 96. Qui emittitur, redire non vetatur: quem autem Deus expellit, is æterno damnatur exilio. *Lib. de Cherubim, in princ. pag. 152. tom.* 1.

97. Maxima calamitas, à Deo deſeri. *De confuſ. linguar. poſt med. pag. 479. tom.* 1.

S. Theodoret 98. Poſtquàm divinâ providentiâ quis eſt privatus, facilè patet inimicorum inſultibus. *Sup. 3. Reg. quæſt. 35. in calce, pag. 551. col. 1. A. tom.* 1.

Thomas a Kempis 99. Undè oſtendis me mihi, quid ſum, quid fui, & quò deveni: quia nihil ſum & neſcivi: ſi mihi ipſe relinquor, ecce nihil & tota infirmitas, ſi autem ſubitò me reſpexeris, ſtatim fortis efficior & novo repleor gaudio. *Lib. 3. de Imit. Chriſti cap. 8. ſect. 1. tom.* 2.

100. Qui confidit in Domino, non deſeretur ab eo, in quacumque tribulatione fuerit. *In hortulo Roſar. cap. 11. in princ. tom.* 2.

In Vitis Patr. 101. Nullum æquè grave & acerbum eſt ſupplicium, ac à Deo abalienari, & à dulciſſima ipſius facie abjici. *Lib. 1. in vita SS. Barlaam & Iaſaphat. cap. 8. ante finem, pag. 260. col.* 1.

Vide etiam tit. Fœlicitas. ſent. 83. 84. Flagellum Dei. ſent. 54. 141. Gratia Dei ſent. 172. Luctus. ſent. 8. Præſentia Dei. ſent. 44. Superbia. ſent. 59. 174.

Deſiderium.

DEFINITIO, COMPARATIO.

Definitio.

S. AUGUSTIN. DESIDERIUM quid eſt, niſi rerum abſentium concupiſcentia? *Super Pſ.* 118. *Conc.* 8. *poſt. med. ſuper illud, Concupivit anima mea deſiderare, &c. pagina* 923. *B. tom.* 8.

DIONYSIUS CARTHUS. Deſiderium eſt appetitus boni futuri nondum adepti. *Super* 1. *B. Petri, cap.* 1. *art.* 2. *circa medium, folio* 21. *littera F.*

Comparatio.

S. BONAVENT. Sicut ex otio deſidia gignitur, ita ex actione deſiderium generatur. *Libro* 3. *Pharetra. cap.* 24. *poſt med. pag.* 186. *col.* 1. *littera B. tom.* 6. *parte* 1.

Sicut pluvia in terram deſcendens elevat ſemina, ſic tribulatio animam intrans erigit deſiderium. *Ibid. cap.* 47. *in medio, pagina* 198. *columna* 2. *D.*

Sententiæ Patrum.

S. AMBROSIUS. 1. Non teſtimoniis ſua vota ſolatur, qui quod optat, neſcit credere, *De Joſeph. cap.* 4. *circa med. col.* 1080. *D. tom.* 4.

2. Quidquid eſt deſiderabile, ſi non contingat deſideranti, deficit: quantò longiùs eſt illud quod deſideratur, tantò magis deficit, qui deſiderat. *Profoutio.*

3. Quò diutius abeſt quod deſideratur, eò expectantis deſideria majore quadam vi amoris ignefcunt: caro deficit, ſed cupiditas alitur & augetur. *Super Pſalm.* 118. *ſerm.* 21. *verſ.* 1. *columna* 1508. *littera B. C. tom.* 4.

4. Deſideria pati & non vinci, illuſtris viri eſt & perfecti. *Sup.* 1. *Cor.* 7. *in illud, Melius eſt nubere, quam uri, col.* 1900. *C. tom.* 5.

S. ANSELMUS. 5. Dilata non minuuntur, ſed magis creſcunt deſideria. *In Meditationibus, littera G. prope finem.*

S. ANTONIN. 6. Sicut pravum eſt cor, ita & prava ejus deſideria. *Parte* 2. *ſumma. tit.* 4. *cap.* 5. *ante medium.*

S. AUGUSTIN. 7. Vis deſideriorum facit tolerantiam laborum & dolorum. *De Patient. cap.* 4. *in fine, pag.* 717. *littera B. tom.* 4.

8. Motus deſideriorum malorum, ſi conſentientem traxerit atque illexerit, concipit paritque peccatum. *Libro* 6. *contra Julianum, cap.* 11. *in fine, pagina* 775. *B. tom.* 7.

9. Deſiderium tuum, oratio tua eſt; & ſi continuum deſiderium, continua oratio: ſi non vis intermittere orare, noli intermittere deſiderare. *Sup. Pſ.* 37. *in med. verſ* 9. *pag.* 216. *B. tom.* 8.

10. Omnis, qui ſibi vult aliquid præſtari, in ardore eſt deſiderii: quia ipſum deſiderium ſitis eſt animæ. *Super Pſ.* 62. *ante medium, verſ.* 2. *Sitivit anima mea. pag.* 438. *G. tom.* 8.

11. Quanta deſideria ſunt in cordibus hominum! alius deſiderat aurum, alius deſiderat argentum, alius deſiderat poſſeſſiones, alius deſiderat hæreditates, alius amplam pecuniam, alius multa pecora, alius domum magnam, alius uxorem, alius honores, alius filios, ardent omnes homines deſiderio. *Ibidem.*

12. Qui deſiderat, etſi lingua taceat, corde cantat: qui autem non deſiderat, quolibet amore, quolibet clamore aures hominum feriat, mutus eſt Deo. *Sup. Pſ* 86. *in princ pag.* 657. *A tom.* 8.

13. Ardentibus ſpiritualibus deſideriis, carnalia deſideria ſine dubitatione frigeſcunt. *Sup. Pſ.* 118. *conc.* 20. *in medio pag.* 947 *A. tom* 8.

14. Deſiderio bono levamur ad Deum, & deſiderio malo ad ima præcipitamur. *Super Pſ.* 122. *in princ. pagina* 992. *C. tom.* 8.

S. AUGUST. 15. Deſiderium ſinus cordis eſt. *Tract.* 40. *ſuper Joann. de cap.* 8. *ſub finem, pagina* 206. *littera C. tom.* 9.

16. Deſideras Deum? deſiderari poteſt; concupiſci poteſt, ſuſpirari poteſt, in illum poteſt dignè cogitari, ſed verbis explicari non poteſt. *Ibidem, tract.* 34. *de cap.* 8 *à medio pag.* 182. *D.*

17. Tota vita Chriſtiani boni, ſanctum deſiderium eſt. *Tract.* 4. *ſup. Ep. Ioan. de cap.* 3. *circa med. pag.* 411. *A. tom.* 9.

S. BERNARD. 18. Viſcus quidam pravi deſiderii & delectationis terrenæ volare non patitur mentem, & citiùs retrahit ſi fortè aliquando ſublevetur. *Ser.* 2. *vigil. Nativ. ante med fol.* 10. *col.* 4. *M.*

19. Subtractio rei quam amas, augmentatio deſiderii eſt: & quod ardentiùs deſideras, cares ægriùs. *Serm.* 51. *ſuper Cant. in princ. folio* 174. *columna* 4. *littera M.*

20. O modicum & modicum! ô modicum longum! piè Domine, modicum dicis, quòd non videmus te: ſalvum ſit verbum Domini mei, longum eſt, & multum valdè nimis; verumtamen utrumque verum & modicum meritis, & non modicum votis. *Ibidem, ſer.* 74. *ante med. folio* 194 *col.* 2. *D.*

21. Mens inſtabilis & inquieta, dùm ſemper nititur apprehendere quod appetit, deſideriis ſuis circumagitata nunquàm requieſcit. *De Inter. domo, cap.* 55. *in princ. folio* 331. *col.* 4. *M*

22. Qui deſiderat quod aſſequi non poteſt, miſer eſt. *Libro de amore Dei, verbo, Eſt amor. in medio, folio* 51. *col.* 1. *B.*

23. Qui deſiderat, ſemper amat deſiderare: & qui amat, ſemper deſiderat amare; & deſideranti & amanti quod deſiderat & amat tribuere, hæc eſt vita æterna. *Ibidem, prope finem, folio* 51. *columna* 1. *littera C.*

24. Impatiens deſiderium quò ampliùs differtur, igneſcit. *Serm. de Virginibus, a principio, fol.* 355. *col.* 3. *littera H.*

BOETIUS. 25. Quod bonum eſt, ab omnibus deſideratur. *Libro* 3. *de conſolat. Philoſ. Proſa* 11. *in fine.*

S BONAVENT. 26. Expecta cum patientia, ut creſcant tua deſideria. *In Soliloq. cap.* 4. *ante fin. pag.* 124. *col.* 2. *B. tom.* 7. *parte* 3.

27. Cùm deſideras quod non habes, cogita quaſi habueris, & jàm fraudatus indè fueris, & modò pertranſierit. *Profec.*

28. Cùm autem habes quod deſideras, noli nimis inniti ei per delectationis affectum; ſed cogita quòd citò pertranſiet, & nihil poſt ſe relinquet, niſi veſtigia dolorum. *Libro* 1. *de profect. Relig. cap.* 37. *circa med. pag.* 571. *col.* 2. *C. B tom.* 7.

CASSIODORUS. 29. Nemo deſiderat, niſi qui concupiſcit: nec concupiſcit, niſi qui deſiderat. *Sup. Pſ.* 118. *verſ. Concupivit anima mea deſiderare, &c. folio* 182. *col.* 1.

FRANCISCUS TITELM. 30. Deſiderium virtutis ſi operari renuit, neque verum deſiderium eſt. *In Annot. ſup. Pſ.* 4. *in medio. pag.* 31. *ſect.* 1.

GLOSS DECR. 31. Res deſiderata tantò ampliùs cupitur, quantò ampliùs ſubtrahitur. *In decret. Gratiani folio* 405. *col.* 4. *edit. Lugdun.* 1540.

GLOS. ORD. 32. Animus dolentis cogente mœſtitiâ per diverſa deſideria vagatur: in nocte diem, in die veſperam deſiderat: quia dolor non ſinit placere quod adeſt; & jàm hoc expertus grave, conſolante deſiderio, aliud expectat, ſed nec ſic dolor finitur. *Super Iob, cap.* 7. *col.* 104. *lit. F. tom.* 3.

33. In corde negligentium prurientia terrena deſideria pullulant vitiorum. *Sup. Prov. cap.* 24. *in calce, col.* 1710. *D. tom.* 3.

34. In deſideriis eſt omnis otioſus. *Ibidem.*

35. Ubi

GLOS. ORD. 35. Ubi charitas deficit, deſiderium mali creſcit. *Super Epiſt. ad Romanos, cap. 7. columna 92. littera F. tom. 6.*

S. GREG. MAG. 36. In terrenis deſideriis oculos mentis claudere, in pulvere dormire eſt. *Lib. 15. Moral. cap. 34. ab initio. num. 26. columna 516. littera B. tom. 1.*

37. Fructum non habent lamenta, quæ ſtudent cum gemitu deſiderare peritura. *Ibidem, lib. 11. cap. 5. in fin. num. 6. columna 378 D. tom. 1.*

38. Animarum verba ſunt ipſa deſideria. *Ibidem, lib. 2. cap. 4. ante medium, num. 6. columna 28. D.*

39. Magnum deſiderium, eſt magnus clamor: tantò minùs clamat quis, quantò minùs deſiderat. *Ibidem.*

40. Carnis vita per momenta deficit, & tamen carnale deſiderium creſcit. *Ibidem, lib. 10. cap. 13. ab initio. num. 23. columna 364. D. Profec.*

41. Cùm mors impios ſubtrahit, eorum profectò deſideria cum vita terminantur. *Ibidem.*

42. Ferocia ſunt terrena deſideria, quæ non ſolùm contra præcepta Conditoris, ſed ſæpè etiam contra percuſſionum verbera, duram atque inſenſibilem mentem reddunt. *Ibidem, libro 6. cap. 11. ante medium, col. 188. littera B.*

43. Omne deſiderium pœna eſt, cùm differtur. *Ibidem, lib. 9. cap. 15. poſt medium, num. 20. columna 310. littera B.*

44. Sæpè perverſus quiſque quantò citiùs pervenit ad deſiderium, tantò faciliùs rapitur ad tormentum. *Ibidem, lib. 15. cap. 13. in princ. ſup. illud Job, 20. Et cùm habuerit quæ concupierat, &c.*

45. Non ex deſiderio, ſed ex neceſſitate poſtulatur: nam valdè ſuperbire eſt, extra metas inopiæ aliquid deſiderare. *Ibid. lib. 21. cap. 11. prope init. num. 12. col. 724. littera C.*

46. Electorum deſideria, dùm premuntur adverſitate, proficiunt: ſicut ignis flatu premitur, ut creſcat; & undè quaſi extingui cernitur, indè roboratur. *Ibid. lib. 26. cap. 10. in medio. num. 10. col. 861. A.*

47. Deſideria juſtorum excitantur in certamine, ut majoribus cumulentur præmiis in retributione: labor protrahitur, ut creſcat corona victoriæ. *Ibidem, cap. 15. prope med. num. 16. col. 867. B.*

48. Religioſis deſideriis facilè ſit præbere conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. *Libro 1. in Regiſtro. indict. 9. cap. 52. Epiſt. 52. ad Joannem Epiſcop. Surrentinum. in princ. col. 675. littera B. tom. 2.*

49. Omne deſiderium in pœnam convertitur, ſi non citò evenerit quod optatur. *In ſeptem Pſalm. ſuper Pſal. 3. verſ. 9. poſt medium, columna 557. littera D. tom. 2.*

S. HIERONYM. 50. Deſiderium deſiderio reſtinguitur. *Tom. 1. Ep. 22. ad Euſtoch. ante medium, pagina 139. B.*

51. Quiquid licet, minùs deſideratur: quidquid non licet, fomentum accipit deſiderii. *Tom. 3. Epiſt. 29. ad Algaſiam, quæſt. 8. ante medium, pagina 165. littera B.*

52. Quiquid non licet, magis deſideratur. *Libro 3. ſuper Oſeam, cap. 13. ſup. illud, De manu mortis liberabo eos. pag. 50. D. tom. 6.*

53. Omne deſiderium ſive bonum, ſive malum ſit, ubi ad effectum pervenerit, delectat animam. *Libro 2. ſup. Prov. cap. 13 ſup. illud, Deſiderium ſi compleatur, &c. pagina 26. lit. D. tom. 7.*

HUGO A S. VICTORE. 54. Nihil ſine cauſa appeti debet; nec deſiderium trahit, quod utilitatem non promittit. *De ſcriptur. & ſcriptor. cap. 13. in principio, pagina 5. littera A. tom. 1.*

HUGO CARD. 55. Quantò quis magis ſervit Deo, tantò ampliùs deſideria multiplicantur. *Sup. Geneſ. cap 26. folio 35. col. 3. tom. 1.*

56. Deſideria meditationibus copulantur, & indè concipiuntur fœtus varii bonorum operum. *Ib. cap. 31. folio 43. col. 2.*

HUGO CARD. 57. Diſcretus ſis, & caveas, ne ardor deſiderii te decipiat. *Super Ezech. cap. 4. folio 22. columna 2. tom. 5.*

IDIOTA. 58. Nihil eſt laborioſius in hoc mundo, quàm terrenis æſtuare deſideriis. *Libro 1. in contemplat. de amore Dei, cap. 33. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 10. pag. 9. col. 2. H. edit. Coloniæ 1618.*

S. INNOC. III.

59. Tria maximè ſolent homines deſiderare.	Opes.	De opibus prava.
	Voluptates.	De voluptatibus turpia.
	Honores.	De honoribus vana procedunt. *Lib. 2. de contemptu mundi, cap. 1.*

in principio, folio 234. columna 1.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 60. Malè deſideratur quod in damnum ſalutis aſſumitur. *Serm. de Jacob & Eſau, circa medium, col. 561. B. tom. 1.*

61. Deſiderium tùm primùm jucunditatem parit, cùm ſiſti cœperit. *Ser. 32. ſup. Ep. ad Rom. ante med. Moralis. col. 134. B. tom. 4.*

62. Corrumpunt animas ſecularia deſideria. *Homil. 28. ſuper Epiſt. ad Hebr. in Moral. ante fin. col. 1842. C. tom. 4.*

JOAN TRITH. 63. Malum deſiderium eſt, quod à Deo alienum eſt. *In cap. 7. Regul. S. Bened. grad. 1. verbo Malum. in princ. pagina 349. col. 2.*

64. Deſideria ſancta, in dilectione creſcunt: ſi autem in dilectione deficiunt, deſideria ſancta non ſunt. *Ibidem.*

S. ISID. HISP. 65. Quid in hac vita laborioſius, quàm terrenis deſideriis æſtuare? aut quid hic ſecurius, quàm hujus ſeculi nihil appetere? *Lib. 3. de ſummo bono. cap. 16. ſentent. 7. pag. 672. col. 2.*

LACT. FIRM. 66. Animus per ſe multa deſiderat, quæ ad officium fructumve corporis non redundant: eaque non fragilia, ſed æterna ſunt, ut fama virtutis, ut memoria nominis. *Lib. 7. de divin. inſt. cap. 11. prope fin. pagina 307.*

S. LAUR. JUST. 67. Deſideriis nutritur amor, deſideria autem ab amore, tanquàm calor ab igne prodeunt. *De diſcipl. Monaſt. converſat. cap. 6. poſt. med. pag. 50. col. 2. A. part. 1.*

68. Solerter noſtra ſunt probanda deſideria, abſque tamen fraude, & cunctatione curioſitatis, ne fortè ſub devotionis germine, deceptionis lateat coluber. *In faſciculo amoris. cap. 2. poſt init. pagina 219. col. 2. lit. E.*

69. Non omni ſpiritui eſt credendum, neque cuncta deſideria, quæ bona in ſe cenſentur ſunt opere perficienda. *De obedient. cap. 26. ante med. pagina 651. col. 1. C. parte 2.*

S. LEO I. 70. Fugiantur deſideria jàm jamque peritura: quis fructus eſt, quæ utilitas ea indeſinenter cupere, quæ etiamſi non deſerant, deſerenda ſunt? *Serm. 5. Epiphan.*

71. Quamvis caducum incertumque ſit quod cupitur, libentiùs tamen ſuſcipitur labor pro deſiderio voluptatis, quàm pro amore virtutis. *Serm 11. Quadrageſ.*

S. PETR. DAM. 72. Quid in hac vita laborioſius, quàm terrenis deſideriis æſtuare? quid quietius atque ſuavius, quàm hujus ſeculi nihil prorſùs appetere. *Lib. 2. Ep. 5. ad Hildebrand. poſt med. pag. 30. columna 1. A. tom. 1.*

S. PROSPER. 73. Deſiderare ea, quæ ſint animæ periculoſa, & maximè quod cum murmure poſtulatur, impium eſt. *Prof.*

74. Fugiat anima tali deſiderio Deum offendere, ſi terram promiſſionis cupit intrare. *De Promiſſ. part. 2. cap. 8. in fine, apud Biblioth Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 21. col. 2. F. edit. Colon. 1618.*

RICH. A S. VICTORE. 75. Nihil inferius in homine, nihil infirmius, carnali deſiderio.. *Parte 1. tract. 1. de ſtatu inter. Hom. cap. 3. in princ. pag. 37. col. 1. D.*

76. Regium profectò animum gerit, qui deſideriis ſuis imperare conſuevit. *Part 1. libro 1. de Erudit. Hom. inter. cap. 2. circa med. pag. 73. col. 1. D.*

RICH. A S. VICTORE. 77. Nihil ſic afficit animum, quomodo impatiens deſiderium. *Parte 1. de Benjamin minore, cap. 73. in princ. pag. 218. col. 1. D.*

78. Etiam permodica admodùm morula, impatienti deſiderio ſatis eſt moleſta *Parte 1. libro 4. de Contemplat. cap. 15. in principio, pagina 298. columna 1. littera C.*

79. Finis deſiderii, ſatietas eſt. *Parte 1. de gradibus charit. cap. 2. in fine, pag. 546. col. 1. B.*

ROBERTUS BELLARM. 80. In verâ felicitate ſolâ, quieſcere poteſt deſiderium noſtrum. *Sup. Pſ. 104. verſ. 4.*

S. THOMAS AQUINAS. 81. Ubi major charitas, ibi eſt majus deſiderium. *Parte 1. quæſt. 12. art. 6. in corpore.*

82. Deſiderium facit deſiderantem aptum & paratum ad ſuſceptionem deſiderati. *Ibidem.*

83. Verbis & aliis ſignis ad augendum deſiderium ſanctum, noſipſos acriùs excitamus. 2. 2. *quæſt.* 83. *art.* 12. *in medio corporis.*

S. VINCENT. FERRARIUS. 84. Quantò aliquid magis deſideratur, tantò ejus abſentia eſt moleſtior. *Serm. 3. Dom. 1. Adventus. folio 8. columna 2. parte 1.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 85. Deſiderium quò tardiùs & rariùs venit, eò crebriùs & celeriùs pervenit. *Libro 4. de arte Rhetor. ad Herenn. ante med. tom. 1.*

86 Omnia deſiderata magis, quàm aſſiduè percepta delectant. *Orat. 27. ad Quirites. poſt init. num. 4. tom. 2.*

MIMUS PUBL. 87. Etiam celeritas in deſiderio mora eſt. *In ſuis ſent. ſent. 105.*

SENECA. 88. Optimum inter pietatem & rationem temperamentum eſt, & ſentire deſiderium, & opprimere. *De conſolat. ad Helviam, cap. 15. in calce. pag. 640. tom. 1.*

89. Alienum eſt, omne quidquid optando venit. *Ep. 8. in fine, pag. 533. tom. 2.*

90. Id opta, quod optari coram bonis poteſt. *De quatuor virtut. poſt initium, pag. 674. edit. Baſileenſis* 1537.

SIXTUS PHILOSOPHUS. 91. Opta tibi evenire, non quod vis, ſed quod expedit. *Sent. 80. pag. 65. col. 1. C. apud Bibl. Pat. tom. 3. edit. Colonienſis* 1618.

92. Grandem pœnam putato, cùm in deſideriis deſiderata ſuccedunt: nunquam enim ſedat deſiderium adeptio deſideratorum. *Ibidem, ſent. 266. pagina 66. columna 1. lit. D.*

Vide etiam Titul. Delectatio, ſent. 32. Differentia. ſent. 27. Difficultas. ſent. 27. Dilatio. ſent 35. 38. 42. 43. 45. 47. 49. 52. 53. 54. 74. Oblivio. ſent. 22. Petitio. ſent. 49. 69. 75. Providentia Dei. ſent. 77.

Deſperatio.

DEFINITIO, DIVISIO.

DEFINITIO.

S BONAVENT. DESPERATIO eſt voluntas gravedinem repriмens de adjutorio, ad perficienda agenda diffidens, ſive de remuneratione divina propter ſuſtinentiam gravedinis, quæ eſt in explendis præceptis diffidens. *Parte 1. centiloquii. ſect. 21. ante finem, pag. 64. col. 2. A. tom. 6. parte 1.*

HUGO A S. VICTORE. Deſperatio eſt ad vitæ ſtatum, vel virtutum reditum fracta ſpei gubernatio: vel eſt ſpei de ſalute aut venia obtinenda abjectio. *De fruct. carnis & ſpirit. cap. 7. in princ. pag. 161. A. tom. 2.*

IOAN. GERS. Deſperatio eſt, qua quis expectat futurum malum, aut non adeptionem boni contra dictamen rectæ rationis. *Parte 4. in deſcript. termin. cap. Temperantia. ante fin. fol. 26. col. 4. T.*

PETRUS LOMBARDUS. Deſperatio eſt, quâ quis diffidit penitùs de bonitate Dei, æſtimans ſuam malitiam divinæ bonitatis magnitudinem excedere. *Libro 2. ſent. diſt. 43. poſt init. pag. 251. littera A.*

S. THOMAS AQUINAS. Deſperatio eſt motus voluntatis indè naſcens, quòd quis exiſtimet Deum peccatori pœnitenti veniam denegare. 2. 2. *quæſt. 20. art. 1. in princ. corporis. pag. 38. columna 1.*

CICERO. Deſperatio eſt ægritudo animi ſine ulla rerum expectatione meliorum. *Libro 4. Tuſc quæſt. ante med. num. 18. tom. 4.*

DIVISIO.

HUGO CARD. Duplex eſt deſperatio, bona ſcilicet & mala: bona, qua deſperatur de mundi amicitia: mala, qua deſperatur de Dei miſericordia. Prima ſeparat à mundo, ſecunda ſeparat à Deo. *Super Iob, cap. 7. folio 407. col. 1. tom. 1.*

Duplex eſt deſperatio de vulnerato, vel quando non ſentit vulnus, vel quando nimis ſentit: prima non quærit medicum, ſecunda non ſuſtinet. *Super Geneſ. cap. 1. folio 2. col. 4. tom. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S AMBROSIUS. 1. Nemo diffidat, nemo veterum conſcius delictorum præmia divina deſperet: novit Dominus mutare ſententiam, ſi tu noveris emendare delictum. *Lib. 2. ſup. Luc. cap. 1. col. 1636. A. tom. 5.*

S. ANSELMUS. 2. Vobis lapſis non eſt deſperandum, nec confeſſio dimittenda, quia non habemus Pontificem auſterum vel dedignantem, ſed miſericordem: non à nobis remotum, ſed naturæ noſtræ participem. *Super Epiſt. ad Hebr. cap. 4. in illud, Non habemus Pontificem, &c.*

S. ANTONIN. 3. Deſperare nemo debet in hac vita, quia miſericordia Dei eſt infinita. *Parte 1. tit. 6. cap. 8. §. 1. paulò poſt med. fol. 141. col. 3.*

4. Deſperatio eſt filia acediæ. *Parte 2. tit. 9. de Acedia. cap. 15. in princ. fol. 288. col. 4.*

S. ANTONIUS DE PADUA. 5. Deſperationis nulla prodiendi eſt facultas; quia dùm quiſque peccatum amat, futuram gratiam non ſperat. *Serm. 1. poſt Epiphaniam, poſt initium, folio 24. pagina 2.*

S. AUGUSTIN. 6. Quiſquis non credit dimitti ſibi poſſe peccata, fit deterior deſperando, quaſi nihil illi meliùs quàm malum eſſe remaneat, ubi de fructu ſuæ converſionis infidus eſt. *Libro 1. de Doctr. Chriſtiana, cap. 18. in fine, pag. 8. D. tom. 3.*

7. Nemo de Dei pietate diffidat, quoniam major eſt ejus miſericordia, quàm noſtra miſeria. *De ſpirit. & anima. cap. 6. in fine, pag. 806. D. tom. 3.*

8. Qui de Deo non præſumit veniam, non animadvertit plus peccato ſuo Dei poſſe clementiam. *Proſecutio.*

9. Ille ſolus diffidat, qui tantùm peccare poteſt, quantum Deus bonus eſt: cùm ſit autem nullus, qui hoc poſſit; qui timet de ſe malo, præſumat de meliore. *De vera & falſa pœnit. cap. 5. ante finem, pag. 741. A. tom. 4.*

10. Quid infeliciùs illo, qui perdit fidem, & deſperatione langueſcit? deſperatio enim eſt animæ infelicis. *De amicitia, cap. 13. in medio, pag. 779. littera A. tom. 4.*

11. Deſperatio & ſpes in peccatore metuenda eſt. Deſperat ut peccet, ſperat ut peccet: Utrumque metuendum eſt, utrumque perículoſum. Væ à deſperatione, væ à perverſa ſpe. *Sup. Pſ. 144. ante med. verſ. 8. Miſericors & miſerator Dominus. pag. 1149. B. tom. 8.*

12. Nemo deſperet, nemo de ſe præſumat: & deſperare malum eſt, & de ſe præſumere; ſic noli deſperare, ut eligas de quo debeas præſumere. *Tract. 49. ſuper Evang. Ioan. de cap. 11. poſt init. pag. 243. littera B. tom. 9.*

S. Augustin. 13. Ne deſperando augeamus peccata, propoſitus eſt pœnitentiæ portus: rursùs ne ſperando augeamus, datus eſt dies mortis incertus. *Ibidem, in fine, pagina 707. lit. B.*

14. Quod ſi male feciſti, emenda dùm potes, dùm eſt licentia pœnitere: veniam non deſperes, ſi ad meliora converiaris, quia deſperatio pejor eſt omni peccato. *Proſec.*

15. Nullatenùs de Dei miſericordia deſperetis, nec poſt centum peccata, nec poſt mille crimina; quia nulla eſt tàm grandis culpa, quæ pœnitendo non habeat veniam. *De Rectitud. Catholicæ converſat. in medio, pag. 793. B. tom. 9.*

16. Nemo deſperet; Judam traditorem non tàm ſcelus quod commiſit, quàm indulgentiæ deſperatio fecit penitùs interire. *Proſ.*

17. Illi qui deſperant de indulgentia Dei, ipſa deſperatione ionis ſe ſuffocant, ut eos Spiritus ſanctus viſitare non poſſit. *Hom. 27. ex Quinquagint. Hom. ante fin. pag. 231. A. tom. 1.*

18. Peccatorum multitudo non adducit in deſperationem, ſed impietas. *Proſ.*

19. Impiorum eſt enim deſperare ſalutem, & contemnere, cùm in profundum venerint malorum, non peccatorum. *Ser. 1. vigil. Pent. & in ord. 181. poſt med. pag. 711. B. tom. 10.*

S. Bernard. 20. Caro putrida putredini proxima eſt; & qui confunditur vehementiùs & tabeſcit, propè eſt ut deſperet. *Serm. 4. de Aſſumpt. ante med. folio 55. col. 3. littera I.*

21. Qui de peccati venia deſperat, plus ſe de deſperatione, quàm de peccato damnat. *Ser. 1. ad Sororem, poſt med. folio 80 col. 3. H.*

S. Cæsarius Arelat. 22. De multitudine peccatorum deſperatio naſcitur; ex deſperatione verò abſque ulla reverentia peccatorum fræna laxantur. *Hom. 13. in medio, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 758. col. 2. H. editionis Colonienſis 1618.*

23. Nemo deſperet, ſed nemo malè ſperet: deſperat, qui credit quòd etiamſi pœnitentiam agat, divina miſericordia non indulgeat: malè autem ſperat, qui ſe poſt multa tempora ad pœnitentiæ medicamenta reſervat. *Ibidem, in fine, pagina 759. columna 1. littera C.*

24. O homo quicumque ille es, qui deſperas, peccatorum tuorum multitudinem attendis, & omnipotentiam cœleſtis medici non attendis! *Ibidem, Hom. 14. ante med. pag. 759. col. 2. F.*

25. Nemo nec poſt centum peccata, nec poſt mille crimina de Dei miſericordia deſperet: ſic tamen non deſperet, ut ſine ulla mora Dominum ſibi propitiare feſtinet; ne fortè, ſi conſuetudinem peccandi fecerit, etiamſi velit, jàm ſe à diaboli laqueis liberare non poſſit. *Ibidem.*

S. Cyrillus Hierosol. 26. Nemo deſperet de ſua ſalute: Petrus princeps Apoſtolorum excellentiſſimus coram ancilla ter negavit Dominum, ſed ad ſe rediens flevit amarè. *Catecheſ. myſtagog. 2. in fine, apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 401. editionis Colon. 1618.*

Glossa ord. 27. Nihil execrabilius deſperatione, quam qui habuerit, & in generalibus hujus vitæ laboribus, & quod pejus eſt, in fidei certamine conſtantiam perdit. *Super Proverb. cap. 24. in illud, Si deſperaveris, &c. col. 1708. E. tom. 3.*

S. Greg. Mag. 28. Gravi deſperationis ſtimulo mens percutitur, cùm ſupernæ iræ tribulationibus premitur, & linguarum foris opprobriis urgetur. *In Præfat. ſup. cap. 3. Job, circa fin. tom. 1.*

S. Hieron. 29. Nihil tàm offendit Deum, quàm deſperatione meliorum hærere prioribus. *Tom. 1. Ep. 46. ad Ruſtic. poſt init. pag. 219. B.*

30. Deſperatio incredulitatis indicium eſt. *Ibid. poſt init. pag. 220. C.*

31. Qui deſperat ſalutem, non putat futurum judicium: quod ſi metueret, utique bonis operibus ſe judici præpararet. *Ibidem.* S. Hieron.

32. Nihil ſic offendit Deum, quàm poſt peccata erecta cervix, & ex deſperatione contemptus. *Lib. 5. ſuper Iſayam, cap. 22. ſup. illud, Et vocabit Dominus, &c. pag. 69. A. tom. 5.*

33. Nihil execrabilius deſperatione, quam qui habuerit, conſtantiam fortitudinis perdit. *Libro 2. ſup. Prov. cap. 24. ſuper illud, Si deſperaveris lapſus, &c. pag. 44. B. tom. 7.*

34. Licet peccator ſis, noli deſperare; licet terrenus ſis, licet ambules in terra. Multi de terra, cœli fiunt, & multi de cœlo terra: infelix Judas cœlum fuit, & factus eſt terra: Paulus Apoſtolus eo tempore, quo perſequebatur Eccleſiam, terra erat, confeſſus eſt, & cœlum factus eſt. Nec qui cœlum eſt, debet eſſe ſecurus: nec qui terra eſt, debet deſperare de vita. *Sup. Pſal. 133. verſ. ultimo. Qui fecit cœlum & terram. pag. 194. C. tom. 8.*

35. Incumbit virtuti ſeculi, qui deſperat de adjutorio Dei. *Super Marc. cap. 14. in illud, Vigilate & orate. pag. 109. D. tom. 9.*

36. Utilitas eſt, ut diſcamus Deum timere, & in adverſitatibus non deſperare. *In Prologo, ſup. lib. Judic. folio 195. col. 1. tom. 1.* Hugo Card.

37. Nullum peccatum tantùm imminuit fortitudinem mentis, ſicut deſperatio: tollit enim ſpem, quæ eſt anchora & fortitudo animæ. *Super Proverb. cap. 24. fol. 53. col. 2. tom. 3.*

38. Nullus pro multitudine vel magnitudine peccatorum deſperet: quia Deus non ſolùm recipit pœnitentes, verumetiam attrahit peccatores. *Serm. 1. de Converſ. S. Pauli, ante med. folio 43. col. 3.* S. Innoc. III.

39. Peccator cùm deſperaverit, perit. *Hom. 1. ſup. Pſ. 50. poſt init. col. 724. D. tom. 5.* S. Joannes Chrysostom.

40. Noli deſperare; ſi impius es, cogita Publicanum: ſi immundus es, attende meretricem: ſi homicida es, perſpice latronem: ſi iniquus es, cogita Paulum blaſphemum. *Proſec.*

41. Occidiſti? pœnitere: mœchatus es? confitere: cecidiſti? reſurge: dùm vivis, dùm ſpiras, etiam in ipſo lecto poſitus, etiam exanimans, pœnitere; non impeditur temporis anguſtia miſericordia Dei. *Hom. 2. ſup. Pſ. 50. ante med. columna 740. D. tom. 1.*

42. Nemo qui malè vixit, deſperet, cùm antè primos etiam poſſit volitare: nemo qui virtutem colit, confidat ac dormitet, ne meretrix quæpiam antevertat. *Hom. 68. ſup. Matth. oper. perf. poſt med. col. 564. A. tom. 2.*

43. Non tantos peccatum, quantos deſperatio perdidit. *Ibidem, Hom. 87. ante fin. col. 694. B.*

44. Animo deſperato nihil pejus, quamvis ſigna, quamvis miracula videat in eadem perſtat partinacia. *Homil. 54. ſuper Joan. ante fin. columna 261. littera A. tom. 3.*

45. Qui de ſe deſperat, audax fit. *Homil. 17. ſuper Acta Apoſt. in Morali, poſt medium, columna 564. D. tom. 3.*

46. Ille revera deſperatione dignus eſt, qui de ſeipſo deſperat, ille nullam ſalutis ſpem habet. *Ibidem, Homil. 24. in Morali, ab initio, col. 611. D. tom. 3.*

47. Nemo malus deſperet, nemo bonus nimiùm ſibi confidat: ſed ille trepidus, hic alacris eſto. *Homil. 38. ſup. 1. Cor. poſt med. col. 632. A. tom. 4.*

48. Nihil deſperatione deterius. *Homil. 6. de pœnit. poſt medium, columna 872. D. tom. 5.*

49. Perniciosa deſperatio eſt; cadentem reſurgere non ſinit, & ſtantem cadere facit. *Ibidem.*

50. Stantem confidere, & deſperare jacentem, perditio animarum eſt. *Ibidem.*

51. Pondus peccati deprimit deſperantem. *In ſer. de pœnit. poſt init. columna 901. littera C. tom. 5.*

Mmm ij

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 52. Diabolus omnem lapidem movet, quo in peccatoribus altè radicem agat cogitatio deſperationis. *Ep. 5. ad Theodor. lapſum longè ante med. col. 988. B. tom. 5.*

53. Radix & mater deſperationis, ignavia eſt, nam ignavia deſperationem parit. *Profec.*

54. Nunquàm qui non torpeſcit, in deſperationem proruet. *Ep. 5. ad Theodor. lapſ. ante fin. col. 1007. D. tom. 5.*

JOAN. TRITH. 55. Noli deſperare, quoniam plus peccabis deſperando, quàm ſuperbè cadendo. *Super Prolog. Reguli S. Bened. cap. 2. text. 19. ante finem, pagina 186 columna 1.*

56. Prima via ſalutis eſt, declinare culpam; ſecunda, non deſperare veniam. *Prof.*

57. Sceleratior omnibus Judas factus eſt, quem non pœnitentia duxit ad Dominum, ſed deſperatio traxit ad laqueum. *In cap. 4. Reg. S. Bened. verbo Prima. in princ. pag. 313. col. 2.*

S. ISID. HISP. 58. Perpetrâre flagitium aliquod, mors animæ eſt: ſed deſperare, eſt in infernum deſcendere. *Lib. 2. de ſum. bono cap. 14. ſent. 2. pag. 644 col. 2.*

59. Sæpè diabolus eos, quos converti ad pœnitentiam aſpicit, immanitate ſcelerum percuſſos, ad deſperationem deducit: ut ſubtractâ ſpe veniæ trahat in diffidentiam, quos non potuit retinere perſeverantes in culpa. *Ibidem, ſent 3. &c.*

60. Nullus deſperare debet veniam, etiamſi circa finem vitæ ad pœnitentiam convertatur: unumquemque enim Deus de ſuo fine, non de vita præterita judicat. *Ibidem, ſent. 6. &c.*

61. Nullatenùs de miſericordia deſperes, habeto fiduciam, non deſperes remedium ſanitatis. *Proſecutio.*

62. Qui enim de venia deſperat, plus ſe de deſperatione, quàm de commiſſo ſcelere damnat.

63. Deſperatio auget peccatum, deſperatio pejor eſt omni peccato. *Lib. 1. de Synonim. poſt med. pag. 310. columna 2.*

S. JUST. ORGELITAN. 64. Etiamſi quis deliquerit, in deſperationem non decidat; ſed à peccandi conſuetudine ſpei indulgentiâ reſipiſcat. *Super Cantic. cap. 6. Explicat. 147. in fine.*

S. LEO I. 65. Nemo deſperandus eſt, dùm in hoc corpore conſtitutus eſt: quia nonnunquàm quod diffidentiâ ætatis differtur, conſilio maturiore proficitur. *Ep. 92. ad Ruſtic. Narbonenſ. Epiſc. cap. 6.*

LUDOVICUS BLOSIUS. 66. Qui de miſericordia deſperat, Deum bonum & veracem eſſe negat, & in Spiritum ſanctum blaſphemus eſt. *In canone vitæ ſpirit. cap. 2. a medio.*

S. PETR. DAM. 67. Plurimos deſperatio interficit, qui hoc ſolum metuunt, ne non poſſint continere. *Serm. 58. de ſancto Andrea, ſub finem, pag. 288. columna 2. lit. A. tom. 2.*

68. Non eſt peccatorum deſperare, ſed impiorum: nec magnitudo criminum in deſperationem adducit animam, ſed impietas. *Opuſcul. 7. cap. 23. in princ. pag. 460. col. 2. C. tom. 3.*

69. In deſperatis rebus glorioſum eſt fortiter agere. *Opuſcul. 48. cap. 4. circa med. pag. 714. columna 1. D. tom. 3.*

S. PROSPER. 70. Sicut malum eſt præſumptione erigi, ita malum eſt deſperatione demergi. *Super Pſalm. 138. verſ. 7. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 154. col. 2. G. edit. Colonienſis 1618.*

RICH. À S. VICTORE. 71. Malum deſperationis, animum non tàm tumidum, quàm timidum reddit: non tàm ſolet attollere, quàm dejicere. *Part. 1. lib. 3 de Erudit. hom. inter. cap. 19 ante med. pag. 177. col. 1. A.*

S. VALERIAN. 72. Nunquàm ille benè iter ardui montis aggreditur, cui deſperatio dominatur. *Hom. 3. de arcta vita, circa init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. editionis Colonienſis 1618.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 73. Non adhibeas in conſilium cogitationum tuarum, deſperationem. *Libro 6. Ep. 1. ad Torquatum, ab initio, tom. 3.*

SENECA. 74. Deſperatione ultimâ, in furorem animus impellitur. *Libro 4. controverſ. 29. in princ. pagina 214. tom. 1.*

Vide etiam tit. Adverſitas. ſent. 4. Confidentia. ſent. 27. Impudentia. ſent. 22. Peccatum veniale. ſent. 26. Pœnitentia. ſent. 308. 310. Præſumptio. ſent. 36. Religioſus. ſent. 96. Verecundia. ſent. 28.

Detractio.

DEFINITIO, DIFFERENTIA.

DEFINITIO.

S. ANSELMUS. DETRACTIO eſt aliorum benè geſta opera, vel in malum vitioſè mutare, vel invidendo fallaci fraude diminuere: cùm aut mala dicuntur quæ bona ſunt, aut parva quæ magna ſunt. *Super Epiſt. ad Rom. cap. 1. in illud, Detractores Deo odibiles, folio 6. columna 2.*

Detractio eſt quotieſcunque quis aliquid ea intentione de aliquo dicit, undè ipſe minùs amari, ſive minùs appretiari poſſit. *De ſimilitudinibus. cap. 149. in principio.*

S. AUGUSTIN. Quid eſt detractio, niſi mordacior quàm veracior reprehenſio? *Hom. 20. ex quinquaginta Hom. in princ. tom. 10.*

S. BASILIUS MAGNUS. Detractio eſt adversùs fratrem abſentem, obtrectandi ipſi ſtudio, aliquid dicere, etiamſi alioqui verùm ſit quod dicitur. *Apud D. Ioan. Damaſc. lib. 2. Parall. cap. 68. folio 89. pag. 1. C.*

S. BONAVENT. Detractio eſt alienæ famæ denigratio. *Parte 1. Centiloquii, ſect. 13. à medio. pagina 61. columna 2. littera C. tom. 6. parte 1.*

CASSIODORUS. Obloqui eſt abſenti detrahere, & doloſo aliquem ſermone mordere. *Sup. Pſalm. 43. à medio. verſ. 18. A voce obloquentis. folio 66 col 2.*

CLEMENS ALEX. Obtrectatio eſt detractans vituperatio. *Lib. 1. Pædagogi. cap. 9. circa med. fol. 26. D.*

HUGO A S. VICTORE. Detractio eſt alienæ gloriæ & famæ, mordax & invida per verba aut ſigna diminutio. *De fruct. carnis & ſpirit. cap. 5. prope finem, pagina 160. littera G. tom 2.*

JOAN. TRITH. Quid aliud eſt detractio, quàm reſpectu alteris gloriæ minuendæ mordax ad alterùm delatio? *Sup. Prolog. Reg. S. Benedicti. cap. 2. text. 16. in fine. pag. 182. col. 1. tom. 1.*

RICH. A S. VICTORE. Detrahere eſt de apertis bonis, vel aliquid velle minuere, cùm non poſſis omnia penitùs evacuare, & ſic detractio bonæ opinionis eſt evacuatio. *Libro 3. de erudit. hominis inter. cap. 9. poſt med. pagina 171. col. 2. littera A. parte 1.*

DIFFERENTIA.

DIONYSIUS CARTHUS. Suſurratio & detractio propriè differunt; quoniam ſuſurrator intendit proximorum mutuam dilectionem corrumpere, diſcordias ſeminando: detractor denigrat alienam famam: idcircò ſuſurratio eſt gravius crimen, quàm detractio, quia amicitia majus bonum eſt quàm fama. *Super Epiſt. B. Iacobi. cap. 4. art. 6. poſt med. folio 15. B.*

S. HIERONYM. Tanta diſtantia eſt inter fornicantem & detrahentem, ut ille qui fornicatur ſe tantùm occidat: ille autem qui detrahit, & ſe & illum qui audit demergat. *Super Pſalm. 100. verſ. 5. Detrahentem proximo ſuo, pag. 148. A. tom. 8.*

Sententiæ Patrum.

S. Alexander Papa I. — 1. Summa iniquitas eſt fratres detrahere : quia omnis qui detrahit fratri ſuo, homicida eſt. *Et habetur apud Gratianum in decret. part. 2. cauſa 6. quaeſt. 1. can. Summa. folio 182. col. 4.*

S. Anselmus. — 2. Detractionis vitium, quod maximè ex otioſitate ſolet naſci, multum eſt cavendum, quia pernitioſum eſt. *De ſimilitudin. cap. 146.*

3. Is qui alterùm detrahendo comedit, conſumitur ab eo, qui morſibus detractionis conſumere geſtit. *Ibidem, cap. 147. in medio.*

4. Detractio malis duritiam, pœnitentibus refrigerationem, tentatis exemplum peccandi, quaſi fomenta malitiæ præſtat. *Ibidem, cap. 149. in principio.*

S. Antonin. — 5. Detractio eſt ſecunda filia invidiæ. *Part. 2. tit. 8. de invidia. cap. 4. in princ. folio 252. col. 1.*

S. Augustin. — 6. Homines ſervis Dei detrahunt, & qui eorum vitam pervertere non poſſunt, famam decolorare conantur. *Epiſt. 136 ad Felicem & Hilarium Epiſt. ante med. pag. 422. C. tom. 2.*

7. Detrahenti & audienti utrique eſca mortis animæ, eſt detractio & lingua. *De ſalut. docum. cap. 26. in princ. pag. 757. B. tom. 4.*

8. Detractor & libens auditor, diabolum portant in lingua. *Ibidem.*

9. Plaga doloſa eſt occulta detractio, plaga ſerpentis eſt, & aſpidis mortifera. *De Amicitia. cap. 13. prope med. pag. 779. A. tom 4.*

10. Detrahere amico, venenum amicitiæ eſt. *Ibid. cap. 13. in fine, pag. 779. A.*

11. Quiſquis volens detrahit famæ meæ, nolens addit mercedi meæ. *Lib. 3. contra litt. Petiliani. cap. 7. prope med. pag. 114. C. tom. 7.*

12. Magis nocent membris qui Chriſto detrahunt, quia animas interficiunt, quàm qui ejus mortalem carnem mox reſurrecturam peremerunt. *Super Pſalm. 108. Expoſit. 1. ultra principium, verſ. 3. Detrahebant mihi. pag. 867. B. tom 8.*

13. Detrahit proximus proximo, detrahit clericus clerico, detrahit laicus laico : qui detrahit fratri ſuo, aut judicat fratrem, detrahit legi aut judicat legem. *De Tempore barbarico, cap. 2. in fine, pagina 678. littera D. tom. 9.*

14. Majus ſcandalum ſumit, qui ſe detrahentem intelligit, quàm qui correctionem ſuſtinet : magis odis & non diligis, undè detrahis & non corripis. *De conflictu vitiorum & virtutum, cap. 8 ante med. pag. 710. C. tom. 5.*

15. Quàm ſit deteſtanda detractio proximi, pleriſque in locis divina eloquia teſtantur. *Ibidem.*

16. Non eſt danda detrahendi occaſio. *Ibid. cap. 11. in princ. pag. 711. A.*

17. Detractio vulnerat famam. *Homil. 20. in princ. tom. 10.*

18. Amaræ ſunt obloquentium linguæ. *Serm. 2. in Sabbat. poſt Dom. Quinquag. & in ord. 63. poſt initium, pag. 509. B. tom. 10.*

19. Difficile eſt ut benè ſibi conſciam probitatem obtrectantium lingua non mordeat. *Ibidem.*

20. Detractio grande vitium eſt : meipſum occido, ſi aliis detraho. *Ser. 45. ad fratres in Eremo. poſt med. pag. 984. C. tom. 10.*

21. Nemo laceret ſervos Dei, quia non expedit lacerantibus : ſervis Dei quidem merces detractionibus creſcit, ſed creſcit pœna etiam detrahentibus. *Serm. 2. de vita clericor. in fine.*

V. Beda. — 22. Crimen æquale committunt, & is qui alicui detrahit, & qui detrahentem libenter audit. *In ſuis Prov. verbo Crimen, pag. 187. tom. 2.*

23. Qui detractionibus aurem libenter aperit, hanc animæ ſuæ portam mortis efficit. *Libro 2. ſuper Lucam, cap. 7. in illud, Qui viderit mulierem, &c. col. 297. tom. 5.*

S. Bernardinus Senens. — 24. Tantæ crudelitatis ſunt detractores, ut nemini parcant, nec amico, nec conſanguineo, nec majoribus, nec minoribus : omnes devorant, nec tempori parcunt, nec gradui. *Serm. 23. de detractione, art. 2. in principio, pagina 131. columna 2. littera E. tom. 1.*

S. Bernard. — 25. Cavet ſibi prudens auditor, cavet & ipſe, ſi non deſipit, qui ſibi noverit eſſe detractum : ille ne veneno inficiatur, iſte ne ſcandalo perturbetur. *Serm. de triplici cuſtodia linguæ, circa medium. folio 98. col. 1. littera C.*

26. Vipera eſt lingua, ferociſſima planè, quæ tres lethaliter inficit flatu uno. *Profec.*

27. Nunquid non lancea eſt iſta lingua ? profectò & acutiſſima, quæ tres penetrat ictu uno.

28. Gladius equidem anceps, imò triceps eſt lingua detractoris. *Ibid.*

29. Levis res ſermo, quia leviter volat, ſed graviter vulnerat : leviter tranſit, ſed graviter urit : leviter penetrat animum, ſed non leviter exit : profertur leviter, ſed non leviter revocatur : facilè volat, atque ideò facilè violat charitatem. *Ibidem, &c. columna 2. littera D.*

30. Detractores, perſecutores ſunt. *Serm. 1. de Converſ. S. Pauli, circa medium, folio 23. columna 2. littera E.*

31. Tanta eſt libido detrahendi audiendive detrahentem, ut ineant familiaritatem ad maledicendum, concordes ad diſcordiam. *Serm. 24. ſuper Cant. poſt init. folio 152. col. 4. M.*

32. Omnis qui detrahit, primum quidem ſeipſum prodit vacuum charitate, deindè quid aliud detrahendo intendit, niſi ut is cui detrahit, veniat in odium vel contemptum ipſis apud quos detrahit ? *Ibidem, ante med. folio 153. col. 1. A.*

33. Qui detrahit, ferit charitatem linguâ maledicâ, & quantùm in ſe eſt, necat funditùs & extinguit : non ſolum autem, ſed & in abſentibus univerſis ad quos volans verbum forte per eos, qui præſentes ſunt pervenire contigerit. *Prof.*

34. Unus eſt qui loquitur, & unum tantùm verbum profert & tamen illud unum verbum uno in momento multitudinis audientium dùm aures inficit, animas interficit. *Ibidem.*

35. Cor felle livoris amarum, per linguæ inſtrumentum ſpargere niſi amara non poteſt. *Ibidem.*

36. Sunt aliqui qui nudè atque irreverenter, quicquid in buccam venerit virus evomant detractionis. *Profecutio.*

37. Alii autem quodam ſimulatæ verecundiæ fuco conceptam malitiam, quam retinere non poſſunt, adumbrare conantur. *Ibidem.*

38. Peſſima vulpes, occultus detractor, ſed non minùs nequam blandus adulator. *Ibidem, ſer. 63. ante med. folio 184. col. 3. I.*

39. Detrahere aut detrahentem audire, quid horum damnabilius ſit non facilè dixerim. *Libro 2. de Conſider. ad Eugen. Papam, ſub finem, folio 278. col. 1. littera B.*

40. Si vis detrahere, tua in te peccata retorque; non aliorum delicta, ſed propria cerne : nunquàm enim aliis detrahes, ſi te benè inſpexeris. *De inter. domo. cap. 42. circa med. folio 330. col. 4. K.*

41. Detrahentes & audientes pari reato detinentur. *Ibidem.*

42. Certè non poteſt ibi eſſe pax integra, ubi regnat detrahens lingua. *Ser. 17. ad Sororem, ante med. fol. 3. littera H.*

43. Qui detrahit, & qui detrahentem libenter audit, uterque peccat : non ſolùm ille qui detrahit, ſed & ille qui voluntariè detrahentem audit. *Ibid. poſt med. fol. 85. col. 4. K.*

44. Nihil fœdius detractore, hoc ſummæ turpitudinis eſt. *Ibidem, circa initium, folio 90. columna 3. littera G.*

S. BERNARD. 45. Sicut canes rodunt pedes tranſeuntium, ita detrahentes rodunt vitam proximorum. *Ibidem.*

S. BONAVENT. 46. Detractio fit quatuor modis, { Vel cùm occultum bonum negatur. Vel cùm apertum diminuitur. Vel cùm occultum malum propalatur. Vel cùm apertum ampliùs divulgatur. } *Super Sapient. cap. 1. poſt med. pag. 345. columna 1. littera E. tom. 1.*

47. Pejor eſt detractio ſerpentino veneno: illud enim venenum quod ſerpentes in aliorum pernitiem ferunt, ſine ſua continent malitia: ipſa verò detractio, partem veneui ſui bibit. *Ibidem*, &c.

48. Detractionis vitium excæcationem inducit. *In Apolog. pauper reſp. 1. ante med. pag. 282. col. 2. E. tom. 7. parte 4.*

49. Religioſus non eſt, qui detractionibus paſcit, aut paſcitur alienis. *In ſpeculo diſcipl. cap. 31. poſt med. pag. 551. columna 2. littera D. tom. 7. parte 4.*

50. Peſſima vitii corruptela eſt detractio, quæ animam maculat, Deum offendit, proximum ſcandalizat. *Ibidem, ante medium, pagina 551. columna 2. littera A.*

51. Magnum vitium eſt homini dicere de abſente, quod erubeſceret loqui ſi audiret. *In inſtit. Novit. cap. 23. pag. 661. col. 2. C. tom. 7.*

S. EPHRÆM. 52. Narrat aliquid obtrectator, & tu illi præbes aurem: & quam ille ſuo ore inferre ſtudet necem, tu eam aurium tuarum ſinu excipis. *De morbo lingua ante med. tom. 1. pag. 99. D.*

53. Ne detractionis vitium parvum ducas, & tanquàm interficere non valeat: ex volucrum aucupio diſce, quæ parva videntur, non ideò contemnenda. *Ibid. in medio. pagina 100. C.*

54 Fratrem ſuum apud alium traducere, ſathanicum eſt. *In adhortat. 2. ſub fin. pagina 285. littera D. tom. 2.*

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 55. Detractionis vitium inimicum eſt fonti pietatis & gratiæ, & piiſſimo Deo abominabile: pro eo quòd detractor animarum ſanguine paſcitur, quas gladio linguæ necat. *In ſuis opuſc. collat. 18. in princ. pag. 332. tom. 3.*

56. Tantò major eſt detractorum impietas, quàm latronum: quantò lex Chriſti, magis animarum quàm corporum nos aſtringit optare ſalutem. *Ibidem*, &c.

57. Detractores ſunt de generatione Cham, qui verenda patris non operuit, ſed diſcooperuit: ita iſti detegunt, & exaggerant defectus aliorum. *Proſecutio.*

58. Hi veluti porci in immunditiis volutantur & ſpurcitiis, vel defectibus, quos in aliis curioſè quærunt, vel forè falsò ſe inveniſſe aut vidiſſe affirmant. *Ibidem, poſt init. pag. 332.*

59. Inſtant Religioni diſcrimina, niſi detractoribus obvietur: citò multorum ſuaviſſimus odor fœtebit, niſi fœtidiorum ora claudantur. *Proſec.*

60. Summâ curandum eſt providentiâ, ne peſtifer iſte morbus latiùs ſe diffundat. *Ibidem, Apophthegm. 17. pag. 427. tom. 3.*

FRANCISCUS TITELM. 61. Solet detractio comitari otioſos. *In Elucidat. ſup. Pſalm. 49. poſt medium, verſ. 21. pagina 468. ſect. 1.*

S. GREG. MAG. 62. Cùm linguæ detrahentium corrigi nequeunt, æquanimiter ſunt tolerandæ. *Hom. 9. ſuper Ezech. poſt med. col. 146. D. tom. 2.*

63. Obtrectationis ſermo timendus non eſt, ne dùm vituperatio perverſorum metuitur, recti operis via deſeratur. *Ibidem.*

64. Linguas detrahentium ſicut noſtro ſtudio non debemus excitare, ne ipſi pereant: ita per ſuam malitiam excitatas debemus æquanimiter tolerare, ut nobis meritum creſcat. *Hom. 9. ſup. Ezech. circa med. col. 145. B.*

S. GREG. MAG. 65. Quid aliud detrahentes faciunt, niſi pulverem ſufflant; atque in oculos ſuos terram excitant, ut undè plus detractiones perflant, indè magis nihil veritatis videant? *Libro 8. in regiſtro. ind. 3. cap. 45. Ep. 45. ad Palladium, circa med. col. 1033. B. tom. 2.*

HAYMO. 66. Mali ſemper ac malevoli, bonorum hominum facta bona detrahunt, & ad malam famam conantur evertere. *Serm. Dom. 3. poſt Paſcha. ante med.*

S. HIERONYM. 67. Cave ne aut linguam, aut aures habeas prurientes: ideſt, ne aut ipſe aliis detrahas, aut alios audias detrahentes. *Proſec.*

68. Nemo invito auditori libenter refert: ſagitta in lapidem nunquàm figitur, interdùm reſiliens percutit dirigentem. *Tom. 1. Ep. 2. ad Nepotian. poſt med. pag. 16. littera D.*

69. Diſcat detractor, dùm te videt, non libenter audire, non facilè detrahere. *Proſ.*

70. Cum detractoribus, ait Salomon, ne miſcearis, quoniam repentè veniet perditio eorum, & ruinam utriuſque quis novit? tàm videlicet ejus, qui detrahit, quàm illius, qui accommodat aurem detrahenti. *Ibidem.*

71. Detractor cùm triſtem faciem viderit audientis (imò ne audientis quidem, ſed obturantis aures) ne audiat judicium ſanguinis, illicò conticeſcit, pallet vultus, hærent labia, ſaliva ſiccatur. *Ibid. Ep. 4. ad Ruſtic. ante fin. pag. 48. C.*

72. Si me via corrigere delinquentem, apertè increpa, tantùm ne occultè mordeas. *Ibidem, ante fin. pag. 48. C.*

73. Fieri non poteſt, ut abſque morſu hominum, vitæ hujus curricula quis pertranſeat. *Tom. 1. Epiſt. 10. ad Furiam, poſt med. pag. 82. D.*

74. Nulli unquàm omninò detrahas, nec aliorum vituperatione te laudabilem videri malis: magiſque vitam tuam ordinare diſce, quàm alienam mordaciter carpere. *Tom. 1. Epiſt. 14. ad Celantiam. ante med. pag. 111. lit. A.*

75. Pauci ſunt, qui huic vitio detractionis renuntiant; raroque invenies, qui ita vitam ſuam irreprehenſibilem exhibere velint, ut non libenter reprehendant alienam. *Proſ.*

76. Tantaque hujus mali libido mentes hominum invaſit, ut etiam qui procul ab aliis vitiis receſſerunt, in iſtud tamen quaſi in extremum diaboli laqueum incidant.

77. Tu verò hoc malum ita effuge, ut non modò non detrahas, ſed ne alii quidem detrahenti aliquando credas: nec obtrectatoribus authoritatem de conſenſu tribuas, ne eorum vitium nutrias annuendo. *Ibidem, circa med. pag. 111. B.*

78. Detractio malum celebre eſt, & in multis ita fervet hoc vitium, ut penè ab omnibus libenter audiatur. *Ibidem.*

79. Fruſtrà iraſcimur obtrectatoribus noſtris, ſi eis ipſis obtrectandi materiam miniſtramus. *Ibidem, poſt med. pag. 111. B.*

80. Non facilis venia eſt, prava dixiſſe de rectis. *Tom. 2. Epiſt. 57. ad Aſcellam, in princ. pagina 363. littera A.*

81. Detractores nomine Chriſtiani, prætermiſſâ domorum ſuarum curâ, & proprii oculi trabe neglectâ, in alieno oculo feſtucam quærunt. *Ibidem, poſt med. pag. 363. B.*

82. Nunquàm detractio ex ore virginis procedat. *Tom. 4. Epiſt. 1. ad Demetriadem, poſt medium, pagina 20. lit. D.*

83. Peſſimum eſt hoc vitium detractionis, quod alterum vilem facit videri. *Ibidem.*

84. Non ſolùm non detrahas, ſed ne detrahenti quidem aliquando credas: non minùs auribus, quàm linguâ fugias detractionem. *Ibid.*

85. Nulli detrahas, nec in eo te ſanctum putes, ſi cæteros laceras. *In Regula Monachorum, cap. 19.*

de laude & detract. ante medium, pagina 286. *littera* C. *tom.* 4.

S. HIERON. 86. Hæc eſt conſuetudo detrahentis, ut malum ſuum ſemper velit negando geminare, & dicere aut non feciſſe, quod fecit, aut bono operatum zelo. *Ibidem, à medio, pagina* 286. *D.*

87. Amaræ ſunt obloquentium linguæ, nec ſemper veracia ſunt ora laudantium; indè ſævit & odit, hinc decipit officium; & faciliùs eſt vitare diſcordem, quàm declinare fallacem. *Ibidem, ſub finem, pagina* 287. *littera B.*

88. Lingua hominum ad judicia præceps abſentium vitam ut plurimùm non ceſſat hinc indè corrodere. *In Regula Monachar. cap.* 21. *in princ. pag.* 331. *B. tom.* 4.

89. Si hilari vultu audieris detrahentem, tu illi das fomitem detrahendi: ſi verò triſti vultu hæc audias, diſcit non libenter dicere quod didicerit non libenter audiri. *Lib.* 3. *ſup. Prov. cap.* 25. *ſup. illud, Ventus Aquilo diſſipat, &c. pag.* 48. *A. tom.* 7.

90. Serpens & detractor æquales ſunt: quomodo enim ille occultè mordens venenum inſerit, ſic iſte clàm detrahens virus pectoris ſui infundit. *Sup. Eccleſiaſten, cap.* 10. *ſup. illud, Si momorderit ſerpens. pag.* 93. *littera D. tom.* 7.

91. Qui juſtis detrahit, diabolus eſt. *Sup. Pſ.* 38. *verſ.* 2. *pag.* 58. *D. tom.* 8.

92. Non putent Monachi ſe debere eſſe ſecuros, dicentes; grandia crimina non facimus in monaſterio, non adulteror, non furtum facio, non homicidium, non patricidium, & cætera, quæ grandia vitia ſunt: grande ſcelus eſt, quando detrahis fratri tuo, linguâ tuâ fratrem interficis: grande vitium eſt, detrahere fratribus; tacere non velle, circuire cellas, aliis detrahere. *Super Pſalm.* 149. *Expoſit.* 2. *verſ.* 2. *Domine libera animam meam, &c. pag.* 215. *littera D. tom.* 8.

93. Si adverſarius tibi detrahit, nihil tibi nocet, ſed ſibi: & tu te interficis, ſi alii detrahas. *Ibidem, verſ.* 3. *pag.* 216. *B.*

94. Qui cùm bona imitari non queant, quod ſolùm facere poſſunt, invident: & in eo ſe doctos eruditoſque arbitrantur, ſi de aliis detrahant. *Super Epiſt. ad Epheſ. ante medium Proœmii, pag.* 203. *littera A. tom.* 9.

HUGO CARD. 95. Sunt tres ſpecies detractorum,
- Prima eſt mala proximorum ad diffamandum libenter publicantium.
- Secunda eſt aures talibus libenter præbentium.
- Tertia eſt crimina de proximis falsò fingentium. *Super Levitic. cap.* 19. *fol.* 118. *columna* 3. *tom.* 1.

96. Detractores propriè dicuntur umbræ mortis, quia ſimiles ſunt morti: mors enim nulli parcit, ſed omnes æqualiter ferit; ſic detractores omnibus detrahunt. *Sup. Pſalm.* 22. *folio* 53. *col.* 3. *tom.* 2.

97. Detractio in tribus eſt,
- Mala aperta diffamat.
- Bonis apertis derogat.
- Dubia malè interpretatur. *Ibidem.*

98. Detractor pejor eſt inferno: infernus non abſorbet niſi malos, ſed detractoris os abſorbet tàm bonos quàm malos. *Super Pſalm.* 34. *folio* 89. *columna* 4. *tom.* 2.

99. Omnis detractor infidelis eſt, & pejor cane: quia ad devorandum proximum multos advocat, & quantò fœtidiorem invenit, tantò libentiùs comedit, & aliis ad comedendum apponit. *Super Prov. cap.* 11. *folio* 23. *columna* 4. *tom.* 3.

100. Aliquando ne detractor appareat, ſub ſigillo confeſſionis ſcelera aliorum, quaſi dolendo, narrat. *Ibidem.*

HUGO CARD. 101. Nulla menſura iniquior judicio detractorum. *Ibidem, cap.* 13. *poſt init. folio* 28. *columna* 2.

102. Detractor uno flatu triplex lumē ſimul extinguit: ſc.
- Lumen famæ, in illo cui detrahit.
- Lumen gratiæ, in ipſo qui detrahit.
- Lumen bonæ conſcientiæ, in illis apud quos detrahit. *Ibidem, cap.* 20. *folio* 45. *columna* 2.

103. Detractor, quia aliena ſtercora ſemper in ore ſuo portat, fœdat omnes quibus loquitur. *Ibidem, cap.* 24. *folio* 53. *columna* 2.

104. Detractores propriè advocati diaboli ſunt: & quod Dei eſt, diabolo attribuunt. *Ibidem.*

105. Sermo venenatus eſt, ſermo detractoris: qui vulnerat, ut gladius, & urit ut ignis. *Profec.*

106. Quantò magis noſter eſt, qui detrahit, tantò intolerabilior eſt, & profundiùs atque periculoſiùs vulnerat detractio ejus. *Super Eccleſiaſten, cap.* 7. *fol.* 91. *col.* 3. *tom.* 3.

107. Sicut mulier parturiens cum dolore emittit partum; ita detractor, dicit ſe cum dolore referre quod audit. *Super Eccleſiaſtic. cap.* 19. *folio* 206. *columna* 2. *tom.* 3.

108. Os detractoris eſt quaſi pharetra diaboli plena ſagittis. *Super Epiſt. ad Rom. cap.* 3. *folio* 23. *columna* 2. *tom.* 7.

109. Lingua detractoris eſt quaſi rotabulum congregans ſordes: id eſt, peccata aliorum. *Ibidem, cap* 6. *Moraliter. folio* 40. *col.* 1.

110. Detractio eſt lingua diaboli, quia detractor eſt os diaboli. *Super* 2. *ad Tim. cap.* 2. *folio* 225. *col.* 1. *tom.* 7.

IOAN. CASS. 111. Detractio cibus animæ, & quidem perſuavis. *Libro* 5. *de Cœnob. inſt. cap.* 21. *ante medium, pag.* 126.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 112. Omnium hominum qui detrahunt ora facilè obſtruit virtutis poſſeſſio. *Homil.* 33. *ſuper Matth. oper. perfect. ante finem, columna* 304. *littera C. tom.* 2.

113. Sermo ſpurcus eſt detractio. *Serm.* 14. *ſuper Epiſt. ad Epheſ. ſub finem, ante Morale. col* 1045. *littera A. tom.* 4.

114. Detrahere, quàm humanum corpus comedere, pejus eſt. *Homil.* 3. *ad popul. Antioch. in tit. col.* 37. *D. tom.* 5.

115. Detrahens fraternas carnes comedit, proximi carnem momordit. *Ibidem, circa medium, columna* 43. *littera C.*

116. Detrahens continenter anxius eſt, ſuſpicatur & timet. *Ibidem.*

117. Detractio ſathanicum eſt barathrum inſidiarum, & diaboli inſeſſio. *Ibidem, poſt med. columna* 45. *littera B.*

S. IOAN CLIM. 118. Detractio eſt proles odii, tenuis languor, pinguis & occulta ac latens ſanguiſuga, quæ charitatis omnem conſumit ac demolitur ſanguinem. *Gradu* 10. *in principio, apud Bibl. Patrum, tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 264. *columna* 1. *A edit. Colonienſis* 1618.

119. Detractio dilectionis eſt ſimulatio, cordis caſtitatiſque exterminatio. *Ibidem.*

JOAN. GERS. 120. Inter cætera peccata iſtud detractionis quodammodo eſt inhumanius & beſtialius, quia lupinum. *Proſecutio.*

121. Dicitur namque quod canis canem non comedat, nec beſtia aliquam beſtiam ſuæ ſpeciei, ſed benè alterius, ſolâ lupâ exceptâ: quæ cùm fame premitur lupum comedere non veretur. Sic & detractor homo hominem ſuæ naturæ conſortem, tanquàm lupa rapaciſſima, dentibus detractionis rodere, comedere, & occidere non erubeſcit.

122. In hoc à lupa differens, quòd illa comedit car-

nes recentes, ipſe autem quandoque carnes fœtentes & jàm putrefactas, quando videlicet non tantùm vivis, ſed & dudùm jàm mortuis dentes mordaces detractoriè jam infigit. *De quæſtionib. cum ſuu reſponſ. Quæſt. 1. poſt med. parte 2.*

S. Isid. Hisp. 123. Detractio grave vitium eſt, detractio grave peccatum eſt, detractio grave crimen eſt, detractio gravis damnatio eſt. *Libro 2. de Synonim. cap. 9. ante med. pag. 318. col. 1.*

124. Quando alii detrahis, te diſcute: quando alium mordes, tua peccata redargue. *Profec.*

125. Si vis detrahere, tua te peccata retorqueant: nunquàm alii detrahes, ſi te perſpexeris. *Ibid. in medio, pag. 318. col. 1.*

126. Detrahentes non audias, ſuſurrantibus auditum non præbeas: pari enim reatu detrahentes & audientes tenentur. *Ibidem a medio*, &c.

S. Laurent. Iustin. 127. Quandocunque quis detractionibus vitam abſentium dilaniat, procul dubio diaboli miniſter eſt, & fraternæ cædis reus. *Profec.*

128. Gladio namque detractionis ſuæ famam proximi, cui detrahit, occidit in corde audientium. *De diſcipl. Monaſt. converſat. cap. 13. ante med. pag. 106. col. 1. D. parte 1.*

129. Ferales laquei ad capiendas animas, ſunt labia detrahentium. *Ibidem.*

130. A charitate exciſum ſe fatetur, qui detractionibus aſſuetus eſt. *Ibidem.*

131. Nihil pernitioſius detractore.
- Diſſipat charitatem.
- Diſſolvit unitatem.
- Humilitatem fugat.
- Pacem turbat.
- Rixas parit.
- Nutrit diſcordias.
- Lites movet.
- Odia generat.
- Omnem dirimit ſanctitatem. *Ibidem, cap. 22. circa medium, pag. 128. col. 2. littera B.*

Ludovicus Blosius. 132. Periculoſo morbo laborat, qui de aliorum vitiis libenter loquitur, eaque temerè prodit. *In canon. vitæ ſpirit. cap. 31. ante med.*

S. Nilus Abb. Mart. 133. Qui adverſus alterum malè loquitur, ſeipſum inſcius malis afficit. *Parœneſ. 15. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. edit. Colonienſis 1618.*

Origen. 134. Suſurronum & detractorum os aperit diabolus. *Homil. 3. in cap. 7. Exod. poſt initium. tom. 1.*

S. Petr. Dam. 135. Abſentibus nunquàm detrahas, ſed eos in faciem, prout res dictaverit, competenter objurga. *Libro 2. Epiſt. 11. ad Deſiderium, ante med. pag. 34. col. 2. E. tom. 1.*

Rich. à S. Victore. 136. Quàm malitioſum, quàmve pernitioſum eſt, detractionibus deſervire! ô malum execrabile, & tàm loquenti, quàm audienti exitiale! *Parte 1. libro 3. de Erudit. Homin. inter. cap. 10. circa med. pag. 172. col. 1. littera A.*

Robertus Bellarmin. 137. Omnes detractiones, ſunt jaculi, ſive lanceæ: quæ cùm delectant aures, feriunt corda *Super Pſal. 54. verſ. 24.*

138. Dentes detractorum & linguæ feriunt inſtar lancearum, & gladiorum acutorum. *Super Pſalm. 56. verſ. 5.*

Salvian. 139. Detrahendi libido terminum non habet: nam ſemper admodum cibo, nunquàm detractione ſaturamur. *Libro 3. de Guber. Dei. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 333. col. 1. littera D. editionis Colon. 1618.*

140. Digna planè mali iſtius (ſcilicet detractionis) retributio eſt, quæ ſolum perſequitur authorem illi verò nihil nocet penitùs cui detrahit, tantùmmodò enim illum punit, cujus ore procedit. *Ibidem.*

S. Sidonius Episc. 141. Verbis eſt ille, quàm membris execrabilior. *Lib. 3. Epiſt. 13. ad Apollinar. in fine, apud Bibliothec. Patrum, tom. 5. part. 1. pagina 1005. columna 1. littera A. edit. Colon. 1618.*

Thalassius. 142. Obtrectatricis animæ lingua haſta eſt & tricuſpis: nam & ſeipſam & audientem, quandoque etiam eum, cui obloquitur, lædit. *Hecatontadas. ſent. 48. apud Bibl. Patrum, tom. 7. pag. 274. col. 2. H. edit. Colon. 1618.*

Thomas a Kempis. 143. Omnia quæ de proximo malè finguntur, revertentur in caput obloquentis. *In hortulo Roſar. cap. 10. ſect. 2. tom. 2.*

In Vitis Patr. 144. Melius eſt manducare carnes & bibere vinum, quàm manducare in obtrectatione carnes fratrum. *Libro 5. libell. 4. de continent. num. 51. pagina 571. columna 1.*

145. Omnis detractor propria mala non videns, aliena ſemper accuſat. *Libro 6. libell. 4. num. 20. in fine. pag. 658. col. 2.*

146. Si videris, vel audieris aliqua, noli renuntiare fratri, quia nutrimenta ſunt pugnæ. *In ſent. in fine poſitis, ſent. 75. pag. 999. col. 2.*

Sententiæ Paganorum.

Cicero. 147. Quæ de illo dicuntur, dici non poſſunt: quæ dici poſſunt, non dicuntur. *Libro 4. de arte Rhetor. circa med. tom. 1.*

Sixtus Phil. 148. Quorum laudes contemnis, eorum neque derogationes magnipendas. *Sent. 289. pagina 66. col. 2. littera E. apud Bibliothecam Patrum, tom. 3. editionis Colon. 1618.*

Vide etiam titulos, Abſtinentia ſent. 22. Diabolus. ſent. 12. Fama. ſent. 39. 71. Jejunium. ſent. 67. Laqueus. ſent. 10. Laus. ſent. 49. Lingua. ſent. 14. 23. 30. 62. 76. 77. 81. Maledictio. ſentent. 100. Malum. ſent. 62. Menſa. ſent. 6. Murmur. ſent. 8. 9. Reſtitutio. ſent. 18. Reverentia. ſent. 20. Scandalum. ſent. 58.

Devotio.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO Divisio, Comparatio.

Etymologia.

S. Antoninus & S. Thomas Aquinas. DEvotio dicitur à devovendo; undè devoti dicuntur, qui ſeipſos quodammodo devovent Deo, ut ei totaliter ſe ſubdant. *Parte 3. tit. 12. cap. 10. in princ. folio 152. col. 2. & D. Thomas Aquin. 2. 2. quæſt. 82. art. 1. in corp. pag. 150. col. 2.*

Definitio.

S. Antonin. & S. Thomas Aquinas. Devotio nihil aliud eſſe videtur, quàm voluntas quædam promptè ſe tradendi ad ea quæ pertinent ad Dei famulatum. *Parte 3. tit. 12. cap. 10. in princ. folio 152. col. 2. & D. Thomas Aquin. 2. 2. quæſt. 82. art. 1. in corp. pag. 150. col. 2.*

S. Augustin. Devotio eſt pius & humilis affectus in Deum: humilis ex conſcientia infirmitatis propriæ, pius ex conſideratione divinæ clementiæ. *De ſpirit. & anima, cap. 50. in princ.*

Dionysius Carthus. Vera & ſecura devotio eſt promptitudo ſuperioris appetitus, ſeu voluntatis ad ea quæ Dei ſunt, cum cordiali deteſtatione ac debita fuga omnis mortalis peccati, ſive hoc ſit cum fervore ſenſibili, ſive non. *In Exhort. ad Novitios, art. 5. ante med. folio 8. pag. 1.*

Hugo à S. Victore. Devotio eſt fervor bonæ voluntatis, quem mens cohibere non valens, certis manifeſtat indiciis *Libro 3. de Arca Noe Moral. cap. 5. in princ. pag. 207. B. tom. 2.*

Devotio

IOAN. GERS. Devotio eſt elevatio mentis in Deum per pium & humilem affectum, fide, ſpe & charitate ſubnixum. *Tract. 6. ſup. Magnificat. Notula 2. circa med. fol. 435. columna 4. lit. C. parte 3.*

LUDOVICUS BLOSIUS. Devotio certa, eſt æqualis illa animi promptitudo, quâ quis paratus eſt ſervire Deo non minus in adverſis quàm in proſperis. *De inſt. ſpirit. cap. 7. à medio, pag. 388. columna 1.*

Devotio vera eſt bona voluntas, quâ homo paratum ſe offert ad cultum, honorem, & beneplacitum Dei. *In brevi Regula Tyronis. verbo Non putet. pagina 434. col. 2.*

DIVIIIO.

HUGO A S. VICTORE. Devotio dividitur in tria, in zelum, compaſſionem, & benevolentiam. *Lib. 3. de Arca Noë. Moralı. cap. 5. in princ. pag. 207. littera B. tom. 2.*

COMPARATIO.

S. BONAVENT. Sicut thus ſuper carbones poſitum, ſpirat ſuavem & redolentem odorem: ſic oratio incenſa ſuper carbones devotionis, multum fragrat in conſpectu majeſtatis. *Tit. 5. diæta. cap. 5. in princ. pag. 283. col. 1. E. tom. 6. parte 1.*

Sicut ex nucleo pinguedo olei exprimitur, ita ex affectu virtutis ſapor devotionis procedit. *Libro 2. de profectu Religioſor. cap. 19. in medio. pag. 584. columna 2. littera D. tom. 7. parte 4.*

S. EPHRÆM. Quemadmodum torques aureus in collo viri, ſic Monachum pietas decet atque devotio. *De timore Dei. longè poſt med. pag. 530. C. tom 3.*

THOMAS A KEMPIS. Sicut carbo frigidus conjunctus igni ardenti, fit calidus & ardens; ſic tepidus ſocians ſe fervido & devoto fit ſæpè fervidus & devotus. *In hortulo Roſarum, cap. 1. in princ. pag. 512. tom. 2.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Caret ambitione religioſa devotio. *Lib. 4. in Luc. cap. 4. columna 1671. littera A. tom. 5.*

2. Uberiores fructus habet celerata devotio. *Libro 1. de Abraham, cap. 1. poſt initium. columna 994. A. tom. 4.*

3. Devotio ſancta menſuram ſupergreditur. *Serm. 8. ſup. Pſ. 118. verſ. 2. columna 1480. C. tom 4.*

S. ANTONIN. 4. Devotio eſt pinguedo animæ. *Parte 3. tit. 12. cap. 10. poſt initium, folio 152. columna 2.*

S. ATHANAS. MAGN. 5. Grave quiddam eſt exercitium devotionis, ſed tamen nihil eſt dulcius cœleſti ſponſo. *De virginit. ſub fin. col. 630. A. tom. 3.*

S. AUGUSTIN. 6. Licèt quis in operibus ſuis devotus appareat, ſi innocentiam non habeat, ſibi fruſtra blanditur de ſua devotione: nihil enim Deo dignius, nihil charius eſſe poteſt, quàm ut innocentia tota obſervatione teneatur. *De vita Chriſtiana. cap. 10. poſt medium, pag. 613. littera B. tom. 9.*

S. BERNARD. 7. Abſit typhus præſumptionis, ut non deſit fructus devotionis. *Homil. 4. ſuper Miſſus. in fine in ſua excuſat. folio 10. col. 1. B.*

8. Dicamus fidem vitem, virtutes palmites, botrum opus, devotionem vinum. *Serm. 30. ſup. Cant. ante med. fol. 159. col. 4. K.*

9. Abſque veritatis fræno levis & neſciens modum, plerumque & inſolens ipſa devotio eſt. *Ibidem, ſerm. 74. poſt med. folio 194. col. 3. H.*

10. Multum devotionis ſubtrahitur, cùm ſtudium orationis intermittitur. *Ep. 84. ad Willelmum Abbat. in fin. fol. 227. col. 4. L.*

11. Excedentem devotio levat, ſed revocat zelus. *Epiſt. 126. ad Epiſcopos Aquitaniæ, circa med. fol. 237. col. 3. littera H.*

12. Nubiloſa corporis compoſitio, & facies tenebris offuſcata triſtitiæ, devotionem àb animo receſſiſſe ſignant. *Ser. de virtute obedient. circa med. folio 358. col. 1. littera B.*

S. BONAVENT. 13. Religioſus indevotus eſt ſicut ſcirpus, vel juncus, aut mergus, qui interius eſt aridus, quod tamen ſtat in aqua & loco aquoſo. Talis juxta panem moritur fame, juxta fontem moritur ſiti, juxta ignem moritur frigore. *Tit. 4. diæta. cap. 1. ante med. pag. 291. col. 2. A. to. 6.*

14. Devotio
- Mentem illuminat, inflammat, & roborat.
- Actiones ordinat.
- Mores componit & verba.
- Amorem Dei accendit.
- Deo familiarem efficit.
- Orationem impinguat.
- Pium & affectuoſum facit.
- Cor humiliat.
- Contra adverſa conſtantiam præſtat.
- Mentem ad ſuperna elevat.
- Mundum vileſcere facit.
- Deſiderare cœleſtia cogit.
- Peccata delet, & pœnas peccati.
- Merita ſublimat.
- Proximos maximè ædificat.
- Dæmones fugat.
- Angelos invitat & Sanctos. *De alis Seraphim, cap. 8. ab init. pag. 93. col. 1. tom. 7. parte 3.*

15. Devotus quiſque vix opportunitate fraudatur. *In ſpeculo diſcipl. parte 1. cap. 12. prope finem pag. 539. col. 2. B. tom. 7.*

16. Devotæ mentis confidentia, ſolet eſſe indicium exauditionis. *Lib. 2. de profectu Relig. cap. 67. pag. 603. col. 2. C. tom. 7. parte 4.*

17. Devotionis ignis perpetua oratione fovendus eſt. *Ibidem, cap. 69. in princ. pag. 604. col. 1. littera C.*

18. Abſque ſpiritu devotionis, ad quam ducit oratio, omnis arida eſt & imperfecta religio. *Ibid. poſt med. pag. 604. col. 2. B.*

19. Non poteſt eſſe devotio, quæ ex amoris Dei radice non pullulat. *Ibidem, cap. 73. in medio, pag. 608. col. 1. lit. E.*

20. Exterior incompoſitio corporis, indicium eſt indevotæ mentis. *In inſtit. Novit. pars. 1. cap. 20. pag. 616. col. 2. A. tom. 7. parte 4.*

21. Devotionis fervor per frequentem Paſſionis Chriſti memoriam nutritur & conſervatur in homine. *De perfect. vitæ ad Sorores, cap. 6. in princ. pag. 636. col. 2. C. tom. 7. part. 4.*

22. Quantùm impenditur pura devotio, tantùm & creſcet auxilii magnitudo. *Sup. Pſ. 27. poſt med. verſ. 9. Et adjutus ſum. folio 40. col. 2.* CASSIODORUS

23. Illa eſt vera devotio, quæ ſolùm juſtiſſimè veneratur authorem. *Sup. Pſal. 74. in princ. verſ. 1. folio 114. columna 3.*

24. Si Deum invocet indevotus, judicium ſibi videtur poſtulare, non veniam. *Ibidem.*

25. Gratiùs devotio ſuſcipitur, quæ inter vitæ pericula cuſtoditur. *Super Pſ. 118. verſ. Multi qui perſequuntur me. folio 192. col. 4.*

26. Vera devotio nequaquàm ſine charitate habetur, etiamſi ſine fervore, ſapore, & ſuavitate habeatur, quæ non ſemper ſunt certa veræ devotionis indicia. *In exhort. ad Novit. art. 5. prope medium.* DIONYSIUS CARTHUS.

27. Spiritualibus non es dignus, qui nihil ſpiritualiter ſapis. *In ſuis opuſcul. collat. 18. pagina 458 tom. 3.* S. FRANCISCUS ASSISIAS.

28. Devotionis affectus, mentis eſt cibus. *Libro 4. ſuper 1. Regum, cap. 4. poſt med. ſup. illud, Et tunc comedent. &c. col. 1426. D. tom. 2.* S GREG. MAG.

29. Caſta mentis intentio, devotionem cuſtodit. *Tom. 4. Epiſt. 54. ad Oceanum de vita Clericor. ante med. pag. 318. C.* S HIERONYM.

30. Omnis actio, quæ ſine devotione eſt, mortua eſt. *Hom. 1. ſuper Eccleſiaſten, poſt med. pag. 59. littera H. tom. 1.* HUG. A S. VICTORE.

31. Devotio quantò humilitati propinquior, tantò

eſt Deo acceptabilior. *De modo orandi. cap 5. ante finem. pag.155. G. tom.2.*

HUGO A S. VICTORE.

32. Perire non poteris, ſi devotus inventus fueris. *Libro 2. de Sacram. part.14. cap. 3. in princ. pag. 496. C. tom.3.*

HUGO CARD.

33. Sine devotione aridum eſt cor humanum, & ſitit anima ejus. *Super Geneſ. cap. 28. folio 39. columna 2. tom. 1.*

34. Amarus eſt labor operis, niſi adſit pinguedo devotionis. *Ibidem, cap. 41. in princ. Myſtice. folio 58. columna 1.*

35. Qui indevotus orat, judicium ſibi poſtulat. *Super Pſalm. 3. Allegoricè, folio 8. col.1. tom. 2.*

36. Plus Deo placet affectûs devotio, quàm intellectûs applicatio. *Super Pſalm. 5. poſt initium, folio 10. col. 2. tom. 2.*

37. Eſt clamor
- Interior cordis. & Exterior oris
  - Primus eſt ipſa devotio.
  - Secundus eſt ſignum, & excitatio devotionis. *Sup. Pſ. 30. fol. 76. col. 2. tom. 2.*

38. Dùm quis vacat contemplationi, orationi, lectioni: creſcit, & augetur tunc devotio. Lucerna illorum in nocte extinguitur, qui in proſperitate ſunt devoti, ſed in tentatione ſtatim ſunt victi. *Super Prov. cap.31. Myſticè. folio 68. col. 3. tom.3.*

39. Quondam in clauſtris abundat devotio, ſed nunc areſcit devotio. *Super Hierem. cap. 24. folio, 236. col.2. tom. 4.*

40. Sepulchrum JESU eſt mens devota, ubi Jesus multùm deſiderat ſepeliri. *Sup. Marc. cap. 14. Myſticè. folio 116. col. 1. tom.6.*

JOAN. CASS.

41. Melius eſt devotum in mioribus, quàm indevotum in majoribus profeſſionibus inveniri. *Collat. 19. Abb. Joan. cap. 3. in medio. pag. 750.*

IOAN. GERS.

42. Mens devota eſt in incipientibus, devotior in proficientibus, devotiſſima in perfectis. *Tract. 6. ſup. Magnificat. Notula 2. circa med. folio. 435. col. 4. litt. C. parte 3.*

IOAN. TRITH.

43. In vanum pulſatur auris corporis, dùm non inclinatur devotio mentis. *Super Prolog. regul. S. Bened. cap. 1. ab init. pag. 155. col. 1.*

44. Fervor devotionis ex tempore conſumitur, niſi fomentis quotidie renovetur. *Orat. 2 in Conventu Abbat. habitâ, ante med. pag. 852. col. 2.*

LACT. FIRM.

45. Inutilis eſt, qui devotione caret. *Lib. 5. de divin. inſt. cap. 20. ante med. pag 228.*

S. LAUR. JUST.

46. Non ad ſatietatem ſpiritualis eſt ſectanda devotio, ne ex familiaritate nimia contemptum, aut ex aſſiduitate inprudenti tædium generet. *De interiori conflictu. cap. 6. ante finem, pag. 365. columna 1. littera C. parte 1.*

47. Devotio eſt
- Proprius amantium cibus.
- Donum humilium.
- Manſuetorum merces.
- Ros cælicus.
- Abſconditum manna.
- Inviſus theſaurus.
- Refectio ſalutaris.
- Jucundiſſimum bonum.
- Spirituale commercium.
- Futuræ beatitudinis præcurſor. *Lib. 2. de ſpirituali Reſur. cap. 34. in fine. pag. 553. col. 2. C. part. 2.*

S. LEO I.

48. Parum religioſus alio tempore demonſtratur, qui in feſtis diebus religioſior non invenitur. *Serm. 2. Quadrag. circa init.*

49. Nullâ devotione fidelium magis Dominus delectatur quàm iſtâ, quæ pauperibus ejus impenditur. *Ibid. ſerm. 10. in fine.*

50. Nemo tàm devotus, ut non debeat eſſe devotior. *Serm. 11. Quadrag. prope init.*

S. LEO I.

51. Tunc eſt efficacior ſanctiorque devotio, quando in operibus pietatis totius Eccleſiæ unus animus, & unus eſt ſenſus. *Ser. 4. de Jejun. ſeptimi menſis, ante med.*

LUDOV. BLOS.

52. Gratior eſt Deo humilis internarum derelictionum tolerantia, quàm ingens devotionis dulcedo. *In canon. vitæ ſpirit. cap. 9 in fine.*

53. Rationalis devotio longè certior, ipſique Domino acceptior eſt, quàm devotio ſenſibilis. *Ibidem, cap. 26. ſtatim ab initio.*

54. Vera devotio in vera ſuiipſius ſubmiſſione, reſignatione, abnegatione, ac nihili penſione ſita eſt, potiùs quàm in ſenſibili ſapore & dulcedine. *In ſpeculo ſpirit. cap. 13. in princ.*

55. Periculoſa res eſt, ſenſibilis devotionis dulcedo, his qui eam impurè deſiderant, impureque ea utuntur: hoc eſt, qui oblectationem magis quàm ſui mortificationem Deique honorem in illa & per illam quærunt. *Libro 1. Enchirid. parvulorum, Document. 2. circa medium.*

S. PETR. DAM.

56. Qnidquid ſapitis, quidquid poteſtis, quidquid vivitis, quidquid eſt quod ſperatis, in ara veſtræ devotionis imponite. *Lib. 8. Ep. 14. ad Sorores. poſt med. pag. 135. columna 2. E. tom. 1.*

57. Indiſcretâ devotio magis obeſſe ſolet, quàm prodeſſe. *Serm. 58. de S. Andrea. ante fin. pag. 288. col. 1. lit. C. tom. 2.*

58. Noo pietatis opus ſegnities ignava appretiat, ſed devotio celeris ac prompta commendat. *Opuſc. 9. cap. 1. in fine, pagina 473. columna 1. littera C. tom. 3.*

RICH. A S. VICTORE.

59. Triplex eſt officium veræ & perfectæ devotionis.
- Primum eſt confeſſio criminis
- Secundum, poſtulatio miſerationis.
- Tertium, glorificatio miſerentis.
  - Primum eſt accuſatio culpæ.
  - Secundum, ſupplicatio veniæ.
  - Tertium, magnificatio divinæ munificentiæ. *Part. 1. lib. 1. de Erud. hom. inter. cap. 14. in princ. pagina 87. col. 2. A.*

60. Optimum ſtudii genus eſt, ſummæ devotioni ſummam coram impendere. *Ibidem, lib. 2. cap. 12. poſt med. pagina 135. columna 1. A.*

61. Sine ſancto Spiritu devotio noſtra vera eſſe non poteſt. *Ibidem, cap. 34. in fine, pagina 152. columna 1. A.*

SALVIANI.

62. Tantùm apud nos honor & reverentia Dei proficit: ut quæ in devotione non facimus, etiam odio digna eſſe ducamus. *Lib. 3. de Gubernat. ante med. apud Bibl. Patr. tom 5. part. 3. pag. 351. col. 2. G. edit. Colon.* 1618.

63. Eò plus Deo devotio noſtra debet, quò minora à nobis exigit & majora conceſſit. *Ibidem.*

64. Nulla eſt major fidei devotio, quàm quæ conſcientiam vitat hominum, Deo teſte contenta. *Ep. ad Salonium Epiſc. circa medium, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pagina 365. columna 1. D. edit. Colon.* 1618.

65. Devotiores eſſe nos Dominus ſibi vult, quia tàm magno devotionem noſtram pretio comparavit. *Lib. 2. ad Eccleſ. Catholic. ante medium, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 369. col. 1. C. editionis Colon.* 1618.

66. Turpis opulens, devotione pauper: & quantò ditior multitudine, tantò egentior devotione. *Ibidem, libro 1. circa init, pag. 366. col. 1. D.*

S. THOMAS AQUINAS.

67. Mens ſemel ad devotionem excitata, faciliùs poſtmodùm ad devotionem priſtinam revocatur. 2. 2. *quæſt. 171. art. 2. in corp. ad 2.*

68. Pinguedo devotionis facit ſacrificium orationis eſſe Deo acceptum. *Opuſc. 7. ſup. Pater noſter. Petit. 1. circa init. tom. 1.*

69. Devotio plerumque propter prolixitatem orationis obtunditur. *Ibidem.*

THOMAS A KEMPIS.

70. Sicut virtus non poteſt ſtare cum vitio, ſic devotio non poteſt acquiri ſine luctu & ſilentio. *In hortulo roſar. cap. 5. in princ. tom. 2.*

Thomas a Kempis. 71. Ubi riſus & diſſolutio, ibi fugit devotio. *Ibidem, cap. 15. ſect. 2.*

72 Citò perit devotio, quæ non cuſtoditur ſub ſilentii fræno. *De Diſciplina clauſtral. cap. 8. ſect. 3. tom. 2.*

S. Thomas a Villa nova. 73. Omnis appetitus carnalis evanuit, cùm ſpiritus devotioois incaluit. *Tom. 2. conc. de S. Dorothâa, circa medium.*

Vide etiam tit. Affectiones quatuor ſent. 32. Multiloquium. ſent. 71. Opus ſent. 117. Religioſus. ſent. 96. Solitudo. ſent. 109. Tentatio. ſent. 261. Tepiditas. ſent. 49.

Deus.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, ET DESCRIPTIO.

ETYMOLOGIA.

Hugo Card. DEus latinè idem eſt quod θεὸς græcè θεὸς autem dicitur à θέειν, quod eſt ardere, vel à θάλπειν, quod eſt fovere, vel à θεωρεῖν, quod eſt contemplari, vel conſiderare. *Super Pſalm. 72. folio 183. columna 3. tom 2.*

Deus hebraicè, latinè dicitur timor: quaſi qui ſolus eſt timendus. *Super Ezech. cap. 28. fol. 97. col. 4. tom. 5.*

Deus græcè dicitur θεὸς à θεάομαι, quod eſt videre, quia omnia videt: vel à θεωρεῖν, quod eſt conſiderare, vel à θέω, quod eſt currere, quia omnia percurrit. *Ibidem, &c.*

DEFINITIO, ET DESCRIPTIO.

S. Athanas. Patriarch. Definitio definitionum eſt Deus, quæ omnia quidem definit, ipſa verò à nullo definitur. *Prof.*

Definiri nequit quod ſecundùm eſſentiam ſuam ſub ſignificationem noo cadit, ut Deus. *In lib. viæ ducis, cap. 2. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 1. pag. 585. col. 2. G. edit. Colonienſis 1618.*

S. Athanas. Magn. Deus eſt eſſentia ſine cauſa, & omnium eſſentiarum ſuperſubſtantialis cauſa. *De definit. poſt init. col. 795. E. tom. 4.*

S. Basilius Seleuc. Deus quod ſit credi debet, ſed quid ſit, quo latiùs humanus animus ſe diffundit, tantò clariùs deprehendit intelligentiæ ſuæ inſcitiam. *Proſecutio.*

Ac ſi quid magnificentius dicere contendat, infra veritatem erit.

Deus eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, mundi origo, expers originis: prædives emicantis lucis fons, venuſtiſſima præ omni ornamento pulchritudo: Trias in monade cognita, & Monas in Triade veneratione numinis affecta. *Orat. 39. longè poſt init. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 461. col. 2. littera F. G. edit. Colonienſis 1618.*

S. Bernard. Quid eſt Deus? non ſanè occurrit meliùs, quàm qui eſt: meritò quidem nil competentius æternitati, quæ Deus eſt, ſi bonum, ſi magnum, ſi beatum, ſi ſapientem, vel quidquid tale de eo dixeris, in hoc verbo inſtauratur, quod eſt, eſt nempè, hoc eſt ei eſſe, quod hæc omnia eſſe. *Lib. 5. de conſid. ad Eugen. Pap. ante med fol. 283. col. 2. F.*

Quid eſt Deus? ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: ex quo omnia creabiliter, non ſeminabiliter: per quem omnia, ne alium anthorem atque alium opificem arbitretur: io quo omnia non quaſi io loco, ſed quaſi in virtute. *Ibidem, &c. columna 3. littera G.*

S. Bernard. Quid eſt Deus?
- Longitudo. — Longitudo, propter æternitatem.
- Latitudo. — Latitudo, propter charitatem.
- Sublimitas. — Sublimitas propter majeſtatem.
- Profundum. — Profundum, propter ſapientiam. *Ibidem, ante finem.*

Quid eſt Deus?
- Quod ad univerſum ſpectat, finis.
- Quod ad electionem, ſalus.
- Quod ad ſe, ipſe novit. *Ibidem, poſt med. fol. 282. col. 2. F.*

Quid eſt Deus?
- Voluntas omnipotens.
- Benevolentiſſima virtus.
- Lumen æternum.
- Incommutabilis ratio.
- Summa beatitudo.
- Creans mentes ad ſe participandum.
- Vivificans ad ſentiendum.
- Afficiens ad appetendum.
- Dilatans ad capiendum.
- Juſtificans ad promerendum.
- Accedens ad zelum.
- Fæcundans ad fructum.
- Dirigens ad æquitatem.
- Firmans ad benevolentiam.
- Moderans ad ſapientiam.
- Roborans ad virtutem.
- Viſitans mentes ad conſolationem.
- Illuminans ad cognitionem.
- Perpetuans ad immortalitatem.
- Implens ad felicitatem.
- Secundans ad ſecuritatem. *Ibidem.*

Cassiodorus. Deus eſt ſubſtantia incorporea ſimplex, & iocommutabilis. *Super Pſal. 2. circa med. verſ. 7. folio 6. columna 3.*

S. Cyprian. Affirmatio de Dei eſſentia ioprompto baberi non poteſt, neque definibilis eſt divinitas; ſed verius ſinceriuſque remotio indicat negando quid oon ſit, quàm aſſerendo quid ſit. *Proſec.*

Quidquid audiri, vel videri, vel ſciri poteſt, oon convenit Dei majeſtati, hebes eſt in hac conſideratione omnis acies ſenſuum, & caligat aſpectus. *In præfat. ad Cornelium Papam, cap. 2. circa med. pag. 444. col. 1. tom. 3.*

S. Greg. Naz. Deus eſt ſimplex & iodiviſibilis eſſentia. *Orat. 29. poſt init. pag. 227.*

Certè hoc eſt Deus, quòd cùm dicitur, non poteſt dici; cùm æſtimatur, noo poteſt æſtimari; cùm definitur, ipſa definitione creſcit. *De fide non longè a medio, pag. 398.*

S. Thomas Aquinas. Deus nihil eſt aliud, quàm gubernator & proviſor rerum omnium. *Tom. 1. opuſc. opuſc. 6. ſup. Symbol. Apoſt. art. 1. ab initio, folio 14. pag. 1.*

Aristotel. Deus eſt ſubſtantia æterna, & actus ſimplex, cauſa agens, & finalis totius univerſi ſumma delectatio & optima, & omnimodè immutabilis, ioalterabilis. *12. Methaphyſ. & habet. apud Bedam, tom. 2.*

Deus eſt ens, quo melius excogitari noo poteſt. *4. Phyſic. Et habet. apud Bedam, tom. 2.*

Plato. Eſſentia divina eſt id quod reverà exiſtit, nonquàm ullam mutationem ſuſcipit, & nunquàm uſquàm ullo modo ullam alterationem ſuſcipit. *Tom. 1. Sizygia 1. in dialog. Phedonis. ante med. pag. 78. D. E.*

Deus eſt ens immortale, ſcipſo contentum ad felicitatem; eſſentia ſempiterna, naturæ boni cauſa. *Tom. 3. Sizygia 6. de definit. in princ. pag. 411. A.*

SENECA. Quid eſt Deus? mens univerſi. *Profec.*

Quid eſt Deus? quod vides totum, & quod non vides totum: ſic magnitudo ſua illi redditur, quâ nihil majus excogitari poteſt. *Lib. 1. quaſt poſt medium, pagina* 648. *tom.* 1.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Deus extrà, Deus intùs, Deus ubique eſt. *Libro 3. de Virginibus. longe poſt med. columna* 109. *littera C, tom.* 1.

2. Unus Deus, unum nomen, una divinitas, una majeſtas: nullus ergo ſecundus, quia principium omnium Trinitas eſt, & Trinitatis primatus ſuper omnia eſt *De Inſtit. Virgin. cap.* 10. *in fine*, 137. *littera D. tom.* 1.

3. Cui Deus portio eſt, nihil debet curare niſi Deum, ne alterius impediatur neceſſitatis munere. *De fuga ſeculi, cap.* 2. *ante medium, columna* 198. *A tom.* 1.

4. Deus naturæ eſt ſimplicis, non conjunctæ, neque compoſitæ, cui nihil accidat, ſed ſolùm quod divinum eſt in natura habeat ſua. *Profec.*

5. Eſt complens omnia, nuſquàm ipſe confuſus; penetrans omnia, nuſquàm ipſe penetrandus.

6. Ubique totus eſt, eodemque tempore, vel in terra, vel in noviſſimo maris præſens.

7. Eſt viſu incomprehenſibilis, ſactu ininterpretabilis, ſenſu inæſtimabilis, fide ſequendus, religione venerandus.

8. Et quidquid religioſius ſentiri poteſt, quidquid præſtantius ad decorem, quidquid ſublimius ad poteſtatem, hoc Deo intelligas convenire. *Lib.* 1. *de fide ad Gratianum. cap.* 7. *in medio, columna* 281. *littera D. tom.* 2.

9. Deus Pater nobis eſt, cùm benè agimus: judex noſter eſt, cùm peccamus. *Ser.* 13. *ante med. columna* 705. *D. tom.* 3.

10. Non in loco Deus videtur, ſed mundo corde: nec corporalibus oculis Deus quæritur, nec circumſcribitur viſu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec ſentitur inceſſu. *Libro* 1. *ſuper Lucam, cap.* 1. *in illud Matth.* 5. *Beati mundo corde, &c. columna* 1627. *B. tom.* 5.

S. AUGUSTIN. 11. Deus eſt veritas, in quo, & à quo, & per quem vera ſunt, quæ vera ſunt omnia. *Proſecutio.*

12. Deus vera & ſumma vita, in quo, & à quo, & per quem vivunt, quæ verè ſumméque vivunt omnia.

13. Deus beatitudo, in quo, & à quo, & per quem beata ſunt, quæ beata ſunt omnia.

14. Deus bonum & pulchrum, in quo, & à quo, & per quem bona & pulchra ſunt, quæ bona & pulchra ſunt omnia.

15. Deus intelligibilis lux; in quo, & à quo, & per quem intelligibiliter lucent, quæ intelligibiliter lucent omnia.

16. Deus, à quo averti, cadere: in quem converti, reſurgere: in quo manere, conſiſtere eſt.

17. Deus, à quo exire, emori: in quem redire, reviviſcere; in quo habitare, vivere eſt.

18. Deus, quem nemo amittit, niſi deceptus: quem nemo quærit, niſi admonitus, quem nemo invenit, niſi purgatus.

19. Deus, quem relinquere, hoc eſt quod perire: quem attendere, hoc eſt quod amare: quem videre, hoc eſt quod habere.

20. Deus, cujus nos fides excitat, ſpes erigit, charitas jungit. *Lib.* 1. *Solilog. cap.* 1. *poſt init. & conſequenter. pag.* 358. *D. &* 359. *A. tom.* 1.

21. Eſt unus Deus, atque una & ſumma eſſentia, ex qua eſt omne quidquid eſt, in quantum eſt: quia in quantum eſt, quidquid eſt, bonum eſt. *De vera Relig. cap.* 11. *poſt med. pag.* 494. *D. tom.* 1.

22. Bonorum ſumma, Deus eſt, ſummum bonum Deus eſt: neque infrà remanendum eſt, neque ultrà quærendum. *De Moribus Eccleſ. cap.* 8 *in fine. pag.* 523. *A. tom.* 1. S. AUGUSTIN.

23. Summum bonum omninò, & quo eſſe aut cogitari nihil melius poteſt, aut intelligendus, aut credendus Deus eſt. *De Morib. Manich. cap.* 11. *ſub fin pag.* 546. *D. tom* 1.

24. Deus bonus eſt, Deus juſtus eſt, Deus omnipotens eſt: hoc dubitare omninò dementis eſt. *Epiſt.* 28. *ad D. Hieronym. poſt medium, pagina* 65. *littera B. tom* 2.

25. Deus totus oculus eſt, totus manus eſt, totus pes eſt. Totus oculus eſt, quia omnia videt: totus manus eſt, quia omnia operatur: totus pes eſt, quia ubique eſt. *Profec.*

26. Nec in loco Deus videtur, ſed mundo corde (illo modo non vult Deum videre impius, quia cor mundare non vult) nec corporalibus oculis Deus quæritur, nec circumſcribitur viſu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec ſentitur inceſſu. *Epiſt.* 111. *ad Fortunatianum. poſt medium, pagina* 337. *littera A. & B. tom.* 2.

27. Non inveniri quiſquam poteſt, qui hoc Deum credat eſſe, quo melius aliquid eſt. *Libro* 1. *de doctrina Chriſtiana. cap.* 7. *in fine, pagina* 6. *D. tom.* 3.

28. Veriùs cogitatur Deus, quàm dicitur, & veriùs eſt quàm cogitatur. *Lib.* 7. *de Trin. cap.* 4. *prope init. pag.* 241. *littera B. tom.* 3.

29. Sic intelligamus Deũ, ſi poſſumus quantùm poſſumus.
Sine qualitate bonum.
Sine quantitate magnum.
Sine intelligentia Creatorem.
Sine ſitu præſentem.
Sine habitu omnia continentem.
Sine loco ubique totum.
Sine tempore ſempiternum.
Sine ulla ſui mutatione mutabilia facientem, nihilque patientem. *Libro* 5. *de Trinit. cap.* 1. *prope fin. pag.* 225. *A. tom.* 3. *Prof.*

30. Quiſquis Deum ita cogitat, etſi nondum poteſt omnimodo invenire quid ſit, piè tamen caveat, quantùm poteſt, aliquid de eo ſentire quod non ſit. *Ibidem.*

31. Deus infinitæ miſericordiæ, fons totius bonitatis & pietatis, tu es gaudium plenum, beatitudo ſumma: tu es id quo nihil melius deſiderari poteſt, nihil beatius, vel utilius poſſideri. *De ſpirit. & anima. cap.* 64. *in fine, pag.* 642. *D. tom.* 3.

32. Deus hoc eſt, quod nulla attingit opinio: plus eſt enim quàm quidquid dici poterit, aut cogitari. *In quaſt. veter. & nov. Teſtam. quaſt.* 1. *in princip. pag.* 497. *D. tom.* 4.

33. Nemo poſſidet Deum, niſi qui poſſidetur à Deo: ſimus noſipſi facti Dei poſſeſſio, & efficietur nobis poſſeſſio Deus. *De ſalutar. docum. cap.* 10. *in princ. pag.* 752. *D. tom.* 4.

34. Viſibilium omnium maximus eſt mundus, inviſibilium omnium maximus eſt Deus. *Libro* 11. *de Civit. Dei, cap.* 4. *in principio, pagina* 192. *littera D. tom.* 5.

35. Summum bonum, quò ſuperius non eſt, Deus eſt. *De Natura boni, cap.* 1. *in princ. pag.* 382. *littera D. tom.* 6.

36. Spes tua Deus ſit, fortitudo tua Deus ſit, firmitas tua Deus ſit, exoratio tua ipſe ſit, laus tua ipſe ſit, finis in quo requieſcas ipſe ſit, adjutorium cùm laboras, ipſe Deus ſit. *Sup. Pſ.* 32. *conc.* 2. *poſt med. verſ.* 16. *pag.* 149. *B. tom.* 8.

37. Sit ſpes noſtra Deus noſter: qui fecit omnia, melior eſt omnibus: qui pulchra fecit, pulchrior eſt om-

nibus, qui fortia, fortior eſt : qui magna, major eſt: quidquid amaveris, ille tibi erit. *Sup. Pſ.* 39. *ante med. verſ.* 6. *pag.* 238. *C. tom.* 8.

S. AUGUSTIN. 38. Quidquid mihi præter Deum eſt, dulce non eſt: quidquid mihi vult dare Dominus meus, auferat totum, & ſe mihi det. *Super Pſal.* 26. *Enarrat.* 2. *poſt med. verſ.* 14. *pag.* 92. *D. tom.* 8.

39. Confitemini Domino quoniam bonus) Quid ſit grandius iſta brevitate non video, cùm ita ſit proprium Deo quòd bonus eſt. *Super Pſ.* 117. *in princ. Expoſit. pag.* 906. *D. tom.* 8.

40. Deus tibi totum eſt. Si eſurieris, panis tibi eſt: ſi ſitieris, aqua tibi eſt : ſi in tenebris es, lumen tibi eſt : ſi nudus es, immortalitatis veſtis tibi eſt : omnia poſſunt dici de Deo, & nihil dignè dicitur de Deo, & nihil latius hac inopia. *Tract.* 13. *ſup. Evang. Joan. de cap.* 3. *ante med. pag.* 79. *A. tom.* 9.

41. Deſideras Deum? deſiderari poteſt, concupiſci poteſt, ſuſpirari poteſt, in illum poteſt dignè cogitari, ſed verbis explicari non poteſt. *Ibidem, tract.* 34. *de cap.* 8. *à medio, pag.* 182. *D.*

42. Deus recipis quod non invenis, & nunquàm amiſiſti, nunquàm inops & gaudes lucris, nunquàm avarus, & uſuras exigis. Supererogatur tibi ut debeas, & quis habet quidquam non tuum? reddis debita nulli debens, donas debita nihil perdens. *In Medit. cap.* 29. *ab initio tom.* 9.

43. Deus eſt
- Lux, quam non capit locus.
- Vox, quam non capit tempus.
- Odor, quem non ſpargit flatus.
- Cibus, quem non minuit edacitas.
- Amplexus, quem non divellit ſatietas.

Et habet. in Gloſſa ord. ſuper Ep. 1. *Joan. cap.* 1. *in illud, Deus lux eſt, &c. columna* 1379. *littera A. tom.* 6.

44. Qui Deo ſe committit, diabolum non timet. *De verbis Dom. ſerm.* 28. *in fine, pagina* 77. *littera A. tom.* 10.

45. Nihil delectabilius Deo, nihil illo pulchrius, nihil illo dulcius. *Hom.* 38. *ex quinquaginta Hom. ante med. pag.* 354. *D. tom.* 10.

46. Altus eſt Deus, erigis te & fugit à te : humilias te, & deſcendit ad te. Quare hoc? quia excelſus eſt & humilia reſpicit, & alta de longe cognoſcit. *Proſecutio.*

47. Humilia de proximo reſpicit, ut attollat: alta, id eſt, ſuperba, de longè cognoſcit, ut deprimat. *Ser.* 2. *Aſcenſ. & in ord.* 175. *circa med. pagina* 699. *littera A. tom.* 10.

48. Deus eſt ſperantibus in ſe
- Theſaurus in paupertate.
- Solatium in ſolitudine.
- Gloria in abjectione.
- Honor in contemptu.
- Umbraculum in omni protectione. *Ser.* 21. *ad fratres in Eremo, in fine, pagina* 939. *littera A. tom.* 10.

S. BASILIUS MAGNUS. 49. Non omnium Deus eſt Deus, ſed eorum qui ipſi conjuncti ſunt per dilectionem. *Sup. Pſ.* 29. *conc.* 7. *poſt init. verſ.* 2. *pag.* 88. *tom* 1.

S. BERNARD. 50. Totus ſuavis eſt Deus, totus ſalubris eſt, totus delectabilis, totus deſiderabilis. *Ser.* 1. *poſt octav. Epiph. ante med. folio* 22. *columna* 1. *C.*

51. Deus
- Per ſe infunditur.
- Per ſe innoteſcit.
- Purus capitur à puris.
- Solus nullius indiget.
- Solus & ſibi & omnibus de ſola omnipotenti voluntate ſufficiens eſt. *Ser.* 5. *ſuper Cantica, ante fin. folio* 137. *columna* 2. *E.*

S. BERNARD. 52. Deus
- Amatur ut charitas.
- Novit ut veritas.
- Sedet ut æquitas.
- Dominatur ut Majeſtas.
- Regit ut principium.
- Tuetur ut ſalus.
- Operatur ut virtus.
- Revelat ut lux.
- Aſſiſtit ut pietas. *Libro* 5. *de Conſid. ad Eugen. Pap. ante finem, folio* 283. *columna* 2. *F.*

53. Deus non partibus conſtat, ut corpus: non affectibus diſtat, ut anima: non formis ſubſtat, ut omne quod factum eſt. *Ibidem, circa medium, folio* 283. *columna* 4. *K.*

54. Non eſt compoſitus Deus, merum ſimplex eſt: tàm ſimplex Deus, quàm unus eſt; eſt autem unus, & dici poſſit, uniſſimus eſt. *Ibidem, poſt med. folio* 283. *col.* 4. *lit. L.*

55. Dulcis & rectus eſt Deus : dulcis, quia perire non patitur : rectus, quia punire non obliviſcitur. *De* 12. *gradibus humilit. cap. Locuturus, ante med. fol.* 299. *col.* 3. *H.*

56. Honor Deo ſummus eſt, illum venerari & imitari : imitaris ſi pius es, veneraris ſi miſericors. *Lib. Medit. cap.* 6. *ante fin. fol.* 324. *col.* 1. B.

57. Deus eſt
- In Angelis deſiderabilis.
- In Sanctis delectabilis.
- In creaturis admirabilis.
- In hominibus amabilis. *Ibidem. cap.* 1. *ab init. fol.* 322. *col.* 1. *B.*

58. Deus omnia potenter creat, ſapienter gubernat, benignè diſpenſat. *Ibidem.*

59. Quidquid boni quæris, ſummum bonum, & omne bonum ipſe Deus eſt. *Proſec.*

60. Si gaudere vis, ipſe gaudium : ſi te pugnare delectat, ipſe palma eſt.

61. Si coronari vis, ipſe corona eſt : ſi vincere cupis, ipſe victoria eſt.

62. Si potentiam deſideras, ipſe potentia eſt : ſi fortitudinem quæris, ipſe fortitudo eſt.

63. Si juſtitiam vis habere, ipſe juſtitia eſt : ſi amas ſapientiam, ipſe fons ſapientiæ eſt.

64. Si charitatem vis, Deus charitas eſt : ſi divitias appetis, ipſe dives eſt.

65. Si pulchritudinem cupis, ſumma pulchritudo ipſe eſt : ſi plenitudinem omnis boni quæris, ipſe plenitudo eſt.

66. Si gloriam & honorem deſideras, vera gloria & ſummus honor Deus eſt : ſi pacem vis, pax æterna ipſe eſt. *Ser. de miſeria humana, ante fin. folio* 103. *col.* 1. *lit. B. C.*

67. Deus totus eſt ſemper deſiderabilis, totus dulcis, totus amabilis, totus ſuavis, & totus delectabilis. *Ibid. &c. C.*

68. Cùm Deo nihil melius excogitari queat, id quo melius nihil eſt, bonum eſſe quis dubitat? *Lib.* 3. *de conſolat. Philoſoph. Proſa* 10. *poſt init.* BOETIUS.

69. Boni ſummi, ſummus Deus eſt pleniſſimus. *Ibid. ante medium.*

70. Deo nihil conſtat eſſe præſtantius. *Ibidem.*

71. Naturâ Deus quidem unus eſt; participatione verò nihil prohibet eſſe quàm plurimos. *Proſec.*

72. Uti juſtitiæ adeptione juſti, ſapientiæ ſapientes fiunt, Deos fieri ſimili ratione neceſſe eſt. *Ibidem, lib.* 3. *Proſa* 10. *poſt med.*

73. Tria Deo apponuntur, ſcilicet unum, ſimplex, ſtabile : unum ſuper omnem materiam, ſimplex ſuper omne materiatum, ſtabile ſuper omne creatum. *Sup. Pſ.* 38. *in princ.* S. BONAVENT.

S. Bonavent.

74. Deus eſt
- Laudifluus.
- Largifluus.
- Lucifluus.
- Mellifluus. *Expoſ. 2. ſuper Pſ.* 118. *cap.* 1. *art.* 4. *verſ.* 12. *pag.* 162. *col.* 2. *E. tom.* 1.

75. Nihil Deo dignins, nihil charius eſſe poteſt. *Serm.* 4. *infra oct. Nativ. Dom. prope med. pagina* 28. *columna* 2. *tom.* 3.

76. Deus nobis loquitur
- Ut Rex potentiſſimus in jubendo.
- Ut Magiſter prudentiſſimus in docendo.
- Ut amicus dulciſſimus in conſolando.
- Ut Judex æquiſſimus in examinando. *Serm.* 1. *de Ss. Evang. & in ord.* 11. *pagina* 310. *columna* 2. *tom.* 3.

77. Deus,
- In Seraphim amat, ut charitas.
- In Cherubim novit, ut veritas.
- In Thronis ſedet, ut æquitas.
- In Dominationibus dominatur, ut majeſtas.
- In Principibus regit, ut principium.
- In Poteſtatibus tuetur, nt ſalus.
- In Viriutibus operatur, ut virtus.
- In Archangelis revelat, ut lux.
- In Angelis aſſiſtit, nt pietas. *In Itinerario, cap.* 4. *circa med. pag.* 131. *col.* 2. *littera B. tom.* 7.

78. Negativæ de Den ſunt veræ, affirmativæ verò incompactæ. *Libro* 1. *Compend. Theolog. verit. cap.* 16. *prope finem, pagina* 694. *columna* 2. *littera D. tom.* 7.

Cassiodorus. 79. Si Deum cuſtodias, ille ſine dubitatione te cuſtodit. *Super Pſalm.* 36. *ante finem, verſ.* 39. *fol.* 56. *columna* 3.

80. Dii dicuntur homines, qui bonis converſationibus gratiam ſupernæ majeſtatis accipiunt. *Super Pſ.* 49. *in princ. verſ.* 1. *folio* 73. *col.* 3.

81. Deus non habet incrementum; quia ipſe in ſe totus ſingularis & ineffabilis intelligitur plenitudo: nec aliundè poteſt creſcere, qui conſuevit creaturis omnibus incrementa præſtare. *Sup. Pſal.* 69. *à medio, verſ.* 5. *folio* 105. *col.* 2.

82. In Deo nulla eſt diſparitas, vel diverſitas æſtimanda: quia ubi unus Deus rectè creditur, ibi minor & major non poteſt inveniri; neſcit enim numerum unitas, nec gradum admittit æqualitas. *Super Pſal.* 116. *in fine, folio* 178. *col.* 1.

Clemens Alex. 83. Deo nibil præſtantius. *Lib.* 1. *Pædag. cap.* 8. *poſt init. fol.* 24. *pag.* 2. *D.*

84. Deus res apprehenſu & venatu difficillis, quæ ſemper recedit, & procul abeſt ab eo, qui perſequitur: cùm autem procul ſit, incedit tamen vel propinquiſſimè. *Libro* 2. *ſtromat. poſt init. folio* 75. *pag.* 2. *littera D.*

S Cyrillus Hierosol. 85. Deus perfectus eſt in videndo. perfectus in potentia, perfectus in magnitudine, perfectus in ſcientia, perfectus in bonitate, perfectus in juſtitia, perfectus in benignitate. *Catecheſ.* 6. *ante medium, apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 410. *col.* 1. *A. editionis Colonienſis* 1618.

S Cyprianus. 86. De Deo dicere etiam vera, periculoſum eſt. *Sup. Symbol. Apoſt. in princ.*

87. Deum cùm audis, ſubſtantiam intellige, ſine fine, ſimplicem, ſine ulla admiſtione, inviſibilem, incorporeum, ineffabilem, inæſtimabilem: in qua nihil creatum ſit. *Ibidem, ſuper illud, Credo in Deum, &c.*

88. Sine authore eſt ille, qui author eſt omnium. *Ibidem.*

S. Diadoch. 89. Nihil egentius illa menre, quæ de Deo extra Deum philoſophatur. *De perfect. ſpirituali, cap.* 7. *apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 746. *col.* 1. *B. edit. Colonienſis* 1618.

S. Dionysius Areopagit. 90. Eorum quæ ſunt omnium principium & finis eſt Deus, qui omnia antiquitate antecedit. *Proſecutio.*

91. Principium quidem, ut author; finis autem, ut cujus cauſa facta ſunt omnia. *De divinis nomin. cap.* 5. *part. ult. in fine, apud Bibl. Patr. tom.* 1. *pag.* 150. *col.* 2. *E. editionis Colon.* 1618.

92. Divinitas eſt omnia contemplans providentiâ, & omnia undique luſtrans atque complexu ſuo continens, ſeque complens, & iis omnibus, quæ ipſius providentiâ fruuntur, antecellens. *Ibidem, cap.* 2. *in princ. pag.* 156. *col.* 2. *F.*

Evagrius. 93. Deus mente comprehendi nequit nam ſi in comprehenſionem cadit, Deus certè non eſt. *De octo vitiosis cogitat. poſt medium, apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 926. *col.* 2. *E. editionis Colonienſis* 1618.

S. Eucherius. 94. Nihil Deo magnificentius, nihil glorioſius, nihil clarius, nihil pulchrius, nihil verius, nihil munificentius, nihil ſincerius, nihil copioſius. *In Ep Paranetica. circa med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 776. *col.* 1. *C. edit. Colon.* 1618.

Franciscus Titelm. 95. Nemo Deo invenitur ſuperior, cujus judicio ſiſti poſſit: ſed è contrario ipſe ſupremus eſt, & judex omnium. *In Elucid. ſup. cap.* 9. *Job, ſub fin. fol.* 82. *pagina* 2.

96. Verè excelſus eſt Deus, magnus Dominus, magnus Deus, magnus Rex; magnus in potentia, magnus in ſapientia, magnus in bonitate, magnus in duratione, magnus in gloria, magnus in omnibus. *In Elucid. ſup. Pſ.* 47. *in princ. in illud, Magnus Dominus, &c. pag.* 432. *ſect.* 1.

S. Greg. Mag. 97. Deum apprehendere non valet, qui adhuc in delectatione peccati jacet. *Lib.* 16. *Moral. cap.* 15. *circa med. col.* 539. *B. tom.* 1.

98. Deus ſolus verè eſt æternus, verè immortalis; quia in eo nihil eſt tranſitorium, nihil mutabile, nihil quod alienum ſit a ſempiterna ejus divinitate. *Super ſeptem Pſalm. Pœnit. ſup. Pſ.* 5. *verſ.* 13 *ſub fin. col.* 598. *C. tom.* 2.

99. Virtus divinitatis in ſe, quaſi ſol in Cœlo eſt: virtus divinitatis in hominibus, quaſi ſol in terra eſt. *Homil.* 30. *ſuper Evang. ſub finem, columna* 456. *A. tom.* 2.

S. Greg. Naz. 100. Suavius eſt aliquid de Deo diſcere, quàm docere. *Orat.* 1. *ad Nazianzenſes, ante finem, pagina* 26.

101. Deus nequaquàm neus eſt ſeditionis & confuſionis, ſed ordinis & pacis. *Orat.* 5. *de ſua excuſat. ante med. pag.* 36.

102. Nihil ſine initio, niſi ſolus Deus. *Lib. de fide, longè poſt init. pag.* 395.

S. Greg. Nyss. 103. Omnium pulcherrimum ac præſtantiſſimum eſt Deus ipſe, ad quem omnia reſpiciunt, quæcunque boni deſiderio tanguntur. *De opific. hominis. cap.* 11. *poſt medium, col.* 66. *littera D.*

S. Hilarius. 104. Non eſt humano, ſeculi ſenſu, in Dei rebus loquendum. *Libro* 8. *de Trin. ante medium, folio* 41. *columna* 3.

105. Non humano modo ex compoſitis Deus eſt: ut in eo aliud ſit, quod ab eo habet, & aliud ſit ipſe qui habeat; ſed totum quod eſt, vita eſt, natura ſcilicet perfecta & abſoluta & infinita, non ex diſparibus conſtituta, ſed vivens ipſa per totum. *Ibidem, poſt med. fol.* 45. *col.* 2.

Hug. a S. Victore. 106 Deus veritas eſt ſine fallacia, bonitas ſine malitia, felicitas ſine miſeria. *De ſcriptur. & ſcriptor. cap.* 1. *ſub finem, pag.* 1. *littera F. tom.* 1.

107. Deus
- Non poteſt vinci, quia virtus eſt.
- Non poteſt falli, quia ſapientia eſt.
- Non poteſt corrumpi, quia juſtitia eſt.
- Non poteſt ſuſtineri, quia æternus eſt.
- Non poteſt vitari, quia ubique eſt. *Super Ioël. ante med. in illud, Convertimini. pag.* 136. *littera F. tom.* 1.

Hugo a S. Victore.

108. Deus
- Poteſt exorari, quia miſericordia eſt.
- Poteſt placari, quia benignitas eſt.
- Poteſt mundare, quia ſons eſt gratiæ.
- Poteſt ſatiare, quia panis eſt vitæ.
- Poteſt ſe dare, quia unctio eſt.
- Poteſt beatificare, quia beatitudo eſt. *Ibidem.*

109. Deus verax eſt in effectu, veritas in eſſentia. *In Annot. ſuper Epiſt. ad Rom. ante med. in illud, Eſt autem Deus verax. pagina* 262. *littera A. tom.* 1.

110. Nimis eſt avarus, cui non ſufficit Deus. *Super Regul. S. Auguſtin. cap.* 1. *in illud, Non habemus hic manentem civitatem, pag.* 5 *E. tom.* 2.

111. Dominus Deus ad indulgentiam eſt facilis, tardus ad vindictam, pronus ad remunerandum, placabilis, benignus *Lib.* 4. *propriet. rerum, cap.* 4. *in med. pag.* 306. *A. tom.* 2.

112. Variari & mutari non poteſt Deus.
- Nec augeri, qui immenſus eſt.
- Nec minui, qui unus eſt.
- Nec loco mutari, qui ubique eſt.
- Nec tempore, qui æternus eſt.
- Nec cognitione, qui ſapientiſſimus eſt.
- Nec affectu, qui optimus eſt. *De Sacrament. lib.* 1. *parte* 3. *cap.* 13. *per totum, pag.* 366. *B. tom.* 3.

Hugo Card.

113. Nulli eſt aſſimilandus Deus, quia omnibus excellentior eſt in dignitate naturæ. Nulli adæquandus, quia omnibus ſuperior eſt poteſtate & virtute. Nulli comparandus, quia omnibus melior eſt in valore & bonitate. *Super Iſayam, cap.* 46. *Myſticè. folio* 105. *columna* 1. *tom.* 4.

S. Innoc. III.

114. Deus eſt ſpiritus
- Increatus. — Increatus, quia non incœpit in tempore.
- Immenſus. — Immenſus, quia non circumſcribitur loco.
- Incommutabilis. — Incommutabilis, quia non variatur affectu.
- Summè potens. — Summè potens, cui nihil eſt impoſſibile.
- Summè ſapiens. — Summè ſapiens, cui nihil eſt ignorantiæ
- Summè bonus. — Summè bonus, cui nihil eſt invidentiæ. *Libro* 1. *Myſter. Miſſæ. cap.* 62. *poſt med. fol.* 179. *columna* 2.

Ioan. Cass.

115. Nihil de Deo tàm conveniens dici poteſt, quàm ut ſemper eſſe dicatur: quia eſſe nec præteriti initium, nec futuri terminum habet; & ideò apertiſſimè hoc de æterni Dei natura dicitur, quod æternitati optimè coaptatur. *Lib.* 5. *de Incarnat. cap.* 8. *ſub finem, pagina* 1029.

S. Ioannes Chrysost.

116. Deus ſine initio eſt ſempiternus, ſine fine perpetuus. *Homil.* 1. *de Lapſu primi hominis, in princ. col.* 541. *A. tom.* 1.

117. Deus benignus eſt, ac miſericors: infinita bonitas, ineffabilis miſericordia, inæſtimabilis pietas. *Hom.* 13. *ſuper Matth. oper. perf. ante fin. columna* 126. *B. tom.* 2.

118. Deus potens eſt ad faciendum, ſapiens ad intelligendum, miſericors ad exaudiendum. *Homil.* 22. *ſup. Matth. operf. in med. col.* 887. *B. tom.* 2.

119. Ubique religioſo nobis opus eſt intellectu, maximè autem ubi de Deo aliquid loquimur vel audimus: quoniam neque ad loquendum de Deo lingua ſufficit, neque ad percipiendum prævalet intellectus. *Homil.* 2. *ſup. Ep. ad Hebr. in princ. col.* 1667. *littera A. tom.* 4.

120. Nihil vetuſtum apud Deum, nec aliquid novitatis: ſed totum ſempiternum, æternitate plenum, nec initium habens, nec finem. *Homil. ſuper illud Iſay. Gaude Sion. in principio, columna* 836. *littera B.*

S. Joannes Chrysoston.

121. Si Deus eſt, quemadmodùm eſt, nihil eo ſuperius. Si omnium Conditor, primus: ſi Dominus & Princeps omnium, omnia poſt ipſum, & creaturæ & ſecula. *Hom.* 1. *ſup. Joan. poſt med. in illud, In principio erat verbum, &c. col.* 18. *B. tom.* 3.

122. Supernis potentiis ſublimior eſt Deus. *Ser.* 3. *ſup. Epiſt. ad Epheſ. poſt med. columna* 965. *lit. C. to.* 4.

123. Multa de Deo intelligimus, quæ eloqui penitùs non valemus: multa item loquimur, quæ tamen intelligere non ſumus idonei. *Homil.* 2. *ſup. Ep. ad Heb. circa init. col.* 1667. *B. tom.* 4.

S. Joannes Damasc.

124. Deus ortu ac fine caret, ſempiternus eſt, increatus, atque ab omni converſione & commutatione liber. Simplex eſt compoſitioniſque expers: nec oculis videri, nec tangi, nec circumſcribi, nec conſiderari atque comprehendi poteſt. *Lib.* 1. *Ortodox. fid. cap.* 2. *ab init. fol.* 148. *pag.* 1. *C.*

S. Irenæus.

125. Deus melior eſt, quàm natura, habens apud ſemetipſum velle, quoniam bonus: & poſſe, quoniam potens eſt: & perficere, quoniam dives & perfectus eſt. *Libro* 2. *adverſ. Hæreſ. cap.* 52. *in fine pag.* 121.

S. Isid. Hisp.

126. Deus dicitur ſimplex, ſive non amittendo quod habet, ſeu quia non aliud eſt ipſe, & aliud quod in ipſo eſt. *Libro* 1. *de ſummo bono. cap.* 1. *ſent.* 6. *pag.* 618. *columna* 1.

127. Deus eſt intra omnia, ſed non incluſus: extra omnia, ſed non excluſus. *Ibidem, cap.* 2. *ſent.* 3. *pag.* 618. *col.* 1.

Lact. Firm.

128. Deus unus, unus autem nomine non eget, eſt enim qui eſt ſine nomine. *Lib.* 1. *de divin. Inſtit. cap.* 6 *poſt init. pag.* 11. *verbo græco* ἓ ὢν θεὸς. *Profec.*

129. Deo igitur nomen eſt, quia ſolus eſt: nec opus eſt proprio vocabulo, niſi cùm diſcrimen exigit multitudo, ut unamquamque perſonam ſuâ appellatione deſignes: Deo autem, quia ſemper unus eſt, proprium nomen non eſt. *Ibidem.*

130. Unus Deus, qui ſolus eſt, excedens omnem magnitudinem, increatus. *Ibidem, in fine, pag.* 13. *verbo græco* εἷς θεὸς. *poſt Sybillam Erythræam.*

131. Deus ſolus, unus, eminentiſſimus, qui fecit cœlum, ſolemque & ſtellas, & lunam, fructiferamque terram, & aquæ maris fluctus. *Ibidem, verbo græco.* ἀλλὰ θεὸς.

132. Solus Deus ſum, & non eſt aliud Deus. *Ibid. verbo* εἷς μόνος.

133. Fieri non poteſt, quin id quod ſit, aliquando eſſe cœperit: conſequens eſt, ut quando nihil ante illum fuit, ipſe ante omnia, ex ſeipſo ſit procreatus, ideoque ab Apolline αὐτοφυὴς (id eſt ex ſe ortus à *Sybilla* ἀγέννητος (id eſt ingenitus) & ἀποίητος (id eſt non factus.)

134. Deus unus eſt, in quo vis & poteſtas conſummata eſt; nec minui poteſt, nec augeri. *De ira Dei. cap.* 11. *in princ. pag.* 346.

135. Quid tàm juſtum ad æquitatem, tàm pium ad honorem, tàm neceſſarium ad ſalutem, quàm Deum cognoſcere ut parentem, venerari ut Dominum, ejuſque legi aut præceptis obtemperare? *In Epitome. pag.* 395.

136. Deus, qui eſt æterna mens, ex omni parte perfectæ conſummatæque virtutis eſt. *Lib.* 1. *de divin. Inſt. cap.* 3. *in princ. pag.* 5.

137. Deus ſola veritas eſt, mundi parens, & conditor rerum: qui oculis non videtur, & mente vix cernitur. *De ira Dei. cap.* 1. *in fino. pag.* 333.

138. Debemus Deum omnes,
- Et amare, quòd Pater eſt.
- Et vereri, quòd Dominus eſt.
- Et honorificare, quòd beneficus eſt.
- Et metuere, quòd ſeverus eſt. *Ibidem, cap* 23. *à medio, pag.* 363.

139. Quid Deo aut potentiâ majus eſt, aut ratione perfectius, aut claritate luculentius? *Ibidem.*

LACT. FIRM. 140. Nulla gens eſt, neque tàm immanſueta, neque tàm fera, quæ non, etiamſi ignoret, qualem Deum haberi deceat, tamen habendum ſciat. *Lib. 3. de divin. inſt. cap. 10. circa med.*

141. Ideò naſcimur, ut cognoſcamus factorem mundi & noſtri Deum: ideo colimus ut immortalitatem pro mercede laborum capiamus, ideò agnoſcimus ut colamus: *Ibidem, lib. 7. cap. 6. in princ.*

S. LEO I. 142. Deus Omnipotens eſt & clemens, cujus natura bonitas, cujus volumas potentia, cujus opus miſericordia eſt. *Serm. 2. de Nativitate Domini, in principio.*

143. Magnum eſt hujus muneris Sacramentum, & omnia excedit hoc donum: ut Deus hominem vocet Filium, & homo Deum nominet Patrem. *Ibidem, ſer. 6. poſt medium.*

MINUT. FELIX 144. Deus nec principium habet, nec terminum. *Profec.*

145. Univerſa quæcunque ſunt, verbo jubet, ratione diſpenſat virtute conſummat.

146. Hîc nec videri poteſt, viſu clarior eſt: nec comprehendi poteſt, nec æſtimari.

147. Senſibus major eſt, infinitus, immenſus & ſoli ſibi tantus, quantus eſt notus. Nobis verò ad intellectum, pectus anguſtum eſt: & ideò ſic eum dignè æſtimamus, dùm inæſtimabilem dicimus.

148. Eloquar quemadmodùm ſentio: magnitudinem Dei qui ſe putat noſſe, minuit: qui non vult minuere, non novit.

149. Nec nomen Dei quæras, Deus nomen eſt illi.

150. Deo, qui ſolus eſt, Dei vocabulum totum eſt: quem ſi Patrem dixero, terrenum opineris: ſi regem, carnalem ſuſpiceris: ſi Dominum, intelliges utique mortalem. Aufer additamenta nominum, & perſpicies ejus claritatem *In ſuo Octavio. ante med. apud Bibliothec. Patrum, tom. 3. pagina 5. columna 1. litera C. edit. Colon. 1618.*

S PATRUS CHRYSOLOG. 152. Qui credit in Deum, Deum diſcutere non præſumat: Deus quòd ſit, ſufficit; qui requirit undè ſit, quantus ſit Deus, Deus quid ſit, hic neſcit. *Ser. 61. circa med. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. pagina 706. edit. Colonienſis 1618.*

S PETR. DAM. 151. Omnipotenti Deo non eſt heri vel cras, ſed hodie ſempiternum; cui nihil defuit, nihil accedit, cui nihil eſt varium, nihil à ſe diverſum. *Opuſc. 36. cap. 8. in prin. pag. 658. col. 2. A. tom. 3.*

PHILO JUD. 153. Nihil eſt Deo ſuperius. *Libro de Abrahamo. poſt init. pagina 497. tom. 1.*

154. Inter ea quæ intellectu percipiuntur, nihil eſt quidquàm Deo perfectius. *Lib. Quòd mundus ſit incorruptib. in princ. pag. 1263. tom. 2.*

155. Deus eſt bonus, Conditor, parenſque hujus rerum univerſitatis providens ſuis operibus, ſervator atque benefactor beatiſſimus, omnique felicitate referòſſimus. *Lib. 1. de victimis, ante medium, pag. 1233. tom. 2.*

156. Deus non hominum tantùm, ſed & deorum eſt Deus, magnus, verè ens, & pollens potenſque. *Lib. 2. de victim. à medio, pag. 1252. tom. 2.*

SALVIANUS. 157. Deus eſt,
- Et inſpector.
- Et invitator.
- Et ductor.
- Et ſolicitator.
- Et ſponſor.
- Et protector.
- Et munerator.
- Et probator.
- Et ſublimator.
- Et ultor.
- Et judex. *Libro 1. de Gubern. Dei. poſt medium, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 326. col. 1. E. edit. Colonienſis 1618.*

TERTULLIAN. 158. Deus ſi unus non eſt, Deus non eſt. *Libro 1. contra Marcionem. cap. 3. tom. 3.*

S. THEOPHIL. ANTIOCH. 159. Deus principio caret, eſt enim ingenitus: nulli mutationi ſubjacet, eſt enim immortalis. *Lib. 1. ad Autolycum, ante med. apud Bibl. Patr. tom. 2. pag. 157. col. 1. littera B. editionis Colon. 1618.*

THOMAS A KEMPIS. 160. Nil magnum, nil altum, nil gratum, nil acceptum tibi ſit, niſi purè Deus, aut de Deo ſit. *Profec.*

161. Solus Deus æternus & immenſus, implens omnia, ſolatium animæ, & vera cordis eſt lætitia. *Libro 2. de Imit. Chriſti. cap. 5. ſect. 3. tom. 2.*

162. Deus eſt
- Pater bonis Filiis.
- Malevolis diſtrictus judex.
- Infirmis medicus.
- Sanis ſolidus cibus.
- Doctor ignorantibus.
- Obtemperantibus ſalus.
- Via incipientibus.
- Veritas proficientibus.
- Vita perfectis.
- Spes pœnitentibus.
- Juſtis conſolator optimus.
- Gloria humilium.
- Pœna ſuperborum.
- Lux in tenebris.
- Lucerna in noctibus. *In Soliloq. animæ, cap. 12. ſect. 4. poſt med. tom. 2.*

163. Deus
- Hortatur verbis.
- Provocat exemplis.
- Minatur virgis.
- Blanditur donis.
- Caſtigat adverſis.
- Lætificat proſperis. *In hortulo Roſar. cap. 12. ſect. 3. tom. 2.*

IN VITIS PATR. 164. Deo majus nihil eſt, neque par, neque quod non maximè inferius ſit. *Lib. 10. cap. 144. prope med. pag. 899. col. 1.*

S. ZENO EPISC. MART. 165. Negat quodammodo Deum, quiſquis rationibus humanis Deum metiri conatur. *Serm. de fide in fine, apud Bibl. Patrum, tom. 3. edit. Colon. 1618.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 166. Deus & natura nihil prorsùs faciunt fruſtrà. *Lib. 1. de Cælo, cap. 4. text. 33. tom. 1.*

167. Deus eſt ens neceſſarium, perpetuum, intranſmutabile, indiminubile, inalterabileque. *Lib. 3. Theolog. cap. 3. ab initio, tom. 1.*

168. Deus exiſtit neceſſariò, ex actu, ex eſſentia ſua: imò eſt ens verum, atque etiam ſupra ens, propterea quòd ab eo entitas pendet, & in ipſo ſervatur. *Ibidem*

169. Deus eſt lux lucum, bonum bonorum, dignitas dignitatum, entitas entium, & ipſummet ens, extrà quod non eſt aliquod ens; eſt quoque principium, per quod omnia exiſtunt ac permanent. *Ibidem, lib. 4. cap. 1. ante med.*

170. Unum non eſt prius tempore altero, niſi quia ſub tempore complectuntur utraque: hoc autem eſt impoſſibile Deo, cùm ſit cauſa omnium, imò etiam ſubſtantiis ſimplicibus, quantò magis Deo ſublimi. *Ibidem, cap. 3. in princ.*

171. Poteſtas humana infima nequit Deum comprehendere, nihilque attributorum ejus præſcire valet. *Ibidem, in calce.*

172. Author primus eſt gloriâ ſupremus, quatenus eſt perfectione ſummus. *Ibidem, lib. 10. cap. 1. in princ.*

173. Deus eſt ens primum, ſed prioritate eſſentiæ & naturæ. *Ibidem, cap. 2. in princ.*

174. Author primus eſt ſapiens, ac potens, & liberalis ſiquidem cùm ſit ſapiens, repellit inſcitiam: cùm ſit potens, laſſitudinem non patitur: cùm ſit liberalis, invidiâ avaritiâve non retinetur. *Ibid. cap. 12. in fine.*

175. Deus

ARISTOTEL. 175. Deus non habet rem aliquam exteriorem, quæ poſſit eum repræſentare. *Ibidem, cap.13. in fine.*

176. Nequimus Dei eſſentiam, qualis in ſeipſa exiſtit, detegere, atque attingere. *Ibidem, libro 11. cap.4. in princ.*

177. Deus exiſtit infinitus potentiâ, bonitate, ac pulchritudine. *Ibidem, in medio.*

178. Deus ens unum abſolutum, eſt cauſa omnium aliorum creatorum, neque exiſtit in aliquo eorum, nec eſt aliquid ſimile illis, eſt autem cauſa omnium aliorum entium creatorum: ſiquidem omnia procedunt ab illo. *Ibidem, lib.13. cap.1. in princ.*

179. Deus ens unum abſolutum, exiſtit perfectum & purum. *Ibidem, cap.2. in princ.*

180. Deus eſt ens unum, verum, ſupremè perfectum. *Ibidem, circa medium.*

181. Deus non dividitur per imaginationem ſicut ens creatum, nec multiplicatur habitu formarum exemplarium, atque exiſtit unus ſuperatus ab omni numero naturali & ſpiritali, cujus unitas non apprehenditur, niſi abſtractione. *Profec.*

182. Author ſupremus eſt unus unitate abſtractiva, intelligiturque eſſe unus non ex eo tantùm, quia non numeretur aliqua ſpecie numeri, ſed quoniam non adjungitur ei aliquid ultraneum ipſi eſſentiæ, exiſtitque abſtractus ab omni pluralitate, multiplicationeque numerali *Ibid. cap. 5. a medio.*

183. Deus unâ ſemper ſimplicique gaudet voluptate. *Libro 7. ad Nicomachum Ethic. cap. 14. poſt med. tom. 2.*

184. Habet Deus ſummum bonum, ſed eſt id quod eſt ipſe. *Ibidem, libro 9. cap. 4. poſt initium, tom. 2.*

185. Deus, cùm nullâ re egeat, nec amico etiam opus habet. *Libro 7. Ethic. ad Eudemium, poſt medium, tom. 2.*

186. Dicimus Deum ſempiternum, optimumque vivens eſſe: quare vita & ævum, continuum & æternum Deo ineſt; Hoc enim eſt Deus. *Lib. 12. Metaph. cap. 7. poſt med. tom. 2.*

187. Deus ſummam & principem adeptus eſt ſedem, reſideтque ſummo in vertice univerſi cœli. *De mundo poſt med. tom. 2.*

188. Deus viribus acerrimus eſt, ſpecie eximius, vitâ immortalis, virtute præſtantiſſimus. *Ibidem, longè poſt med.*

189. Deus ſummus præeſt, & purus in puro conſiſtit loco, quem ritè οὐρανὸν, hoc eſt, cœlum, appellamus. *Ibidem.*

190. Deus cùm ſit unus, multis ſignatur nominibus: quippè qui nomina ſortiatur ex ipſis operibus, quibus maximè viget. *Ibidem, ante fin.*

191. Deus principium, finem, & media rerum omnium tenet. *Ibidem, in fine.*

CICERO. 192. Certè nihil omnium rerum melius eſt Deo, nihil præſtabilius, nihil pulchrius. *Lib. 2. de natura Deorum, ante med. tom 4. num.* 18.

193. Nihil eſt præſtantius Deo; nulli enim naturæ obediens, aut ſubjectus Deus. *Ibidem, ante medium, num.* 77.

194. Hoc omnibus innatum eſt & inſculptum: eſſe igitur Deum ita perſpicuum eſt, ut is qui neget, vix eum ſanæ mentis exiſtimem. *Ibidem, &c.*

PLATO. 195. Deus nuſquàm nequaquàm injuſtus eſt, ſed quantùm fieri poteſt juſtiſſimus: Deo autem nihil ſimilius eſt, quàm cùm ex nobis hominibus aliquis quàm juſtiſſimus eſt. *Sizygia 2. de ſcientia, circa med. pag.* 176. *C. tom.* 1.

196. Qui ad Deum propiùs accedunt, & qualis ſit Deus commonſtrant, ita conſtanter attribuere debent conſentanei Dei naturæ, ut conſtituant Deum revera eſſe bonum. *Sizygia 4. lib. 2. de Republ. poſt med pag.* 379. *A. tom.* 2.

197. Bonarum rerum, nulla alia cauſa ſtatuenda eſt præter Deum: malarum autem aliæ quæpiam cauſæ inveſtigandæ ſunt; ſed nullo modo Deus mali author exiſtimandus eſt. *Ibidem.* PLATO.

198. Fieri nullo modo poteſt, ut Deus commutetur, ſed (ut conſentaneum eſt) ut pulcherrimus & optimus eſt; ſemper idem unus, & ſimpliciter in ſua ipſius forma. *Ibidem, ante finem, pag.* 381. *C.*

199. Deus mentiri aut verbis, aut reipſa non poteſt. *Ibidem.*

200. Simplex & verax eſt Deus, & opere & verbis. Neque mutatur ipſe, neque alios decipit, neque ſimulachrorum objectis, neque ſermonibus, neque ſignis immiſſis, neque pervigilio, neque inſomnio. *Ibidem, ſub fin. pag.* 382. *E.*

201. Deus eſt extra omnem culpam. *Ibidem, lib.* 10. *poſt med. pagina* 617. *E.*

202. Deum & cognoſcere, & videre, & audire omnia, nihilque proindè illum effugere poſſe eorum, quæ vel in ſenſum, vel in intelligentiam cadunt, affirmandum eſt. *Sizygia 4. libro 10. de legibus, poſt med. pag.* 901. *A. tom.* 2.

203. Solis & cæterorum aſtrorum motus, cauſam Deum eſſe, aio. *Ibid. lib. 13. in medio, pag.* 983. *A.*

204. His omnibus de cauſis æternus eſt ille Deus. *Tom. 3. Sizyg. 5. in dialogo Timæi. ante med. pag.* 34. *B.*

205. Deus ortu & virtute, antiquior eſt mundo. *Ibidem.*

206. Bonitas Dei fuit cauſa factionis mundi, & origo omnium rerum. *Ibidem.*

207. ERAT & ERIT, æternæ eſſentiæ non rectè attribuimus: dicimus tamen ERAT, EST, & ERIT; at revera illi EST propriè tantùm quadrat. *Ibidem, ante med. pag.* 37. *E.*

208. Deus medicus eſt peritiſſimus, qui novit quid amet, quid reſpuat hominis natura, quid illi aptum ſit, quid contra. *Tom. 3. Sizygia 5. de convivio, ante med. pag.* 186. *D.*

209. Circa omnium Regem ſunt omnia, & illius cauſa omnia, & ipſe eſt omnium rerum pulchrarum cauſa. *Tom. 3. Sizygia 6. Ep. 2. ad Dionyſ. circa med. pag. pag.* 312. *E.*

210. Perſpicuum eſt Deum rerum omnium, & quæ ſunt, & quæ erunt, Imperatorem & cauſam eſſe, illiuſque Imperatoris & cauſæ eſſe Patrem. *Ibidem, Epiſt. 6. ad Hermeam Coriſcum, in calce. pag.* 323. *D.*

211. Deus hominibus ſapientibus lex eſt, inſipientibus voluptas. *Ibidem, Ep. 8. ad Dionem. in medio, pag.* 354. *littera E.*

212. Si ſolus eſt Deus, omnia opus ſuum & extrà, & intrà, tenet. *Libro 1. quæſt. poſt med. præfat. pagina* 648. *tom.* 1. SENECA.

213. Deus eſt prima omnium cauſa, ex qua cæteræ pendent. *Lib. 4. de Benef. cap. 7. à medio, pag.* 435. *tom* 2.

214. Deus colitur, & amatur. *Ep. 54. ante finem, pag.* 605. *tom.* 2.

215. Nihil eſt divino divinius, cæleſti cæleſtius; divinorum enim una natura eſt. *Ep. 66. ante med. pag.* 645. *tom.* 2.

216. Nulla ſine Deo mens bona eſt. *Ep. 73 in fin. pag.* 673. *tom.* 2.

217. Magnitudinem Dei non invenies, etiamſi pennis volare poſſis. *Sent. 24. pag. 64. col. 2. D. apud Bibl. Pat. tom. 3. edit. Colonienſis* 1618. SIXTUS PHIL.

218. Nomen Dei ne quæras, quia non invenies: nam omne quod nomine appellatur, à digniore nomen accipit, ut alius quidem vocet, alius autem audiat. *Profec.*

219. Quis ergo eſt, qui nomen impoſuit Deo? Deus autem non nomen eſt Deo, ſed indicium quod ſentimus de Deo: nihil de Deo, quod non licet, quæras. *Ibidem, ſent.* 25. &c.

220. Omne tempus, quo de Deo non cogitas, hoc puta te perdidiſſe. *Ibid. ſent. 47. pag. 65. columna* 1. *A.*

Sixt. Philos. 221. Sine Deo non poteris vivere Deo. *Ibidem, ſent.* 205. *pag.* 66. *col.* 1. *A.*

222. Nefas eſt Deum Patrem invocare, & aliquid inhoneſtum agere. *Ibidem, ſent.* 216. *pagina* 66. *col.* 1. *littera B.*

223. In multitudine dicere de Deo non audeas. *Ibidem, ſent.* 249.

224. Dignus eſt Deo homo, Deus eſt & in hominibus. *Ibidem, ſent.* 363.

225. Mortui ſunt apud Deum, per quos nomen Dei maledicitur. *Ibidem, ſentent.* 165. *pag.* 65. *col.* 2 *littera G.*

Trismegist. 226. Sanctus Deus, Pater omnium: ſanctus Deus, cujus voluntas à propriis poteſtatibus adimpletur: ſanctus Deus, qui ſuis familiaribus innoteſcit. *Proſecutio.*

227. Sanctus es, qui verbo cuncta conſtituiſti: ſanctus es, cujus imago eſt omnis natura: ſanctus es, quem nunquàm natura creavit: ſanctus es, omni poteſtate validior: ſanctus es, omni excellentiâ major: ſanctus es, omni laude melior. *Libro de poteſt. & ſap. Dei, cui tit. Pimander. cap.* 1. *in fine.*

228. Deus atque ipſa divinitas, dico nunc non quod genitum videlicet, quia ingenitum. *Ibid. cap.* 2. *in princ.*

229. Gloria omnium Deus; divinum divinâ naturâ, principium univerſorum, Deus, mens, natura, actus, neceſſitas, & finis & renovatio. *Ibidem, cap.* 3. *in princ.*

230. Sol Deus deorum cœleſtium præſtantiſſimus, ſoli Cœlites reliqui (veluti principi regique) parent. *Ibidem, cap.* 5. *ante med.*

231. Sempiternus, immortalis, ingenitus Deus eſt. *Ibidem, cap.* 8. *poſt init.*

232. Deus eſt bonum, pulchrum, beatitudo, ſapientia, æternitas, eſſentia, ipſum idem. *Ibidem, cap.* 11. *in princ.*

233. Ipſum Deum, unum quidem credimus eſſe. *Ibid. circa med.*

234. Nonne inviſibilis eſt Deus? *Ibidem, in fine.*

235. Dei membra ſunt, vita, immortalitas, providentia, natura, mens, ipſum bonum. *Ibidem, cap.* 12. *ante finem.*

236. Eſt quis factor genitorum, atque is ingenitus ut genitis antiquior ſit: genita enim diximus ab alio fluere. Nihil autem præter ingenitum, genitis eſſe poteſt antiquius, unicus quippè ſoluſque revera eſt; cùm nihil omninò ipſum præcedat. Præterea genita, viſibilia ſunt; inviſibilis eſt ille ingenitus. *Ibidem, cap.* 14. *poſt init.*

237. Deum cognominato propter potentiam, factorem propter actum, Patrem denique propter bonum. *Ibidem, ante med.*

238. Ipſum cœlum plenum eſt Deo. *De voluntate divina, cui titulus Aſclepius, cap.* 2. *poſt initium.*

239. Deus ſempiternus, Deus æternus, nec naſci poteſt, nec potuit: hic eſt, hic fuit, hic erit ſemper. Hæc ergo eſt, quæ ex ſe tota eſt, natura Dei. *Ibidem, cap.* 7. *in princ.*

240. Solus Deus, & meritò ſolus in ſe & à ſe, & circum ſe totus eſt, plenus atque perfectus, iſque ſua firma ſtabilitas eſt, nec alicujus impulſu, nec loco moveri poteſt; cùm in eo ſint omnia, & in omnibus ipſe eſt ſolus. *Ibidem, cap.* 11. *in princ.*

241. Deus ſemper ſtabilis fuit, ſemperque cum eo ſimiliter æternitas conſiſtit. *Ibidem.*

242. Hoc quod eſt in Deo, infinitum, incomprehenſibile, inæſtimabile eſt: nec ſuſtineri, nec ferri, nec indagari poteſt. *Ibidem. ante med.*

243. Ad unum ſolumque Deum tendamus, incomparabile enim bonum eſt, ſine termino infinitum. *Libro* 1. *de poteſt. & ſap. Dei, cui titulus Pimander. cap.* 4. *circa finem.*

Vide etiam tit. Eſſe. ferè per totum. Fructus. ſent. 37. *Lux. ſent.* 66. 81. *Magnus. ſent.* 2. *Nomen. ſent.* 72. *Occaſio. ſent.* 35. *Odium in genere. ſent.* 10. *Pædagogia. ſentent.* 18. *Philoſophia. ſentent.* 33. 34. *Virtutes Theolog. ſentent.* 47.

Dei amcitia.

Vide Amcitia Dei.

Dei amor.

Vide Amor Dei.

Dei auxilium.

Vide Auxilium Divinum.

Dei beneficium.

Vide Beneficium Dei.

Dei charitas.

Vide charitas Dei.

Dei cognitio.

Vide Cognitio Dei.

Dei deſertio.

Vide Deſertio Dei.

Dei dilectio.

Vide Dilectio Dei.

Dei donum.

Vide Beneficium Dei.

Dei flagellum.

Vide Flagellum Dei.

Dei gratia.

Vide Gratia Dei.

Dei ira.

Vide Ira Dei.

Dei judicium.

Vide Judicium Dei.

Dei juſtitia.

Vide Juſtitia Dei.

Dei laus.

Vide Laus Dei.

Dei liberalitas.

Vide Liberalitas Dei.

Dei miſericordia.

Vide Miſericordia Dei.

Dei odium.

Vide Odium Dei.

Dei patientia.

Vide Patientia Dei.

Dei paupertas.

Vide Paupertas Dei.

Dei poteſtas.

Vide Poteſtas Dei.

Dei præceptum.

Vide Mandatum Dei.

Dei præſcientia.

Vide Præſcientia Dei.

Dei præſentia.

Vide Præſentia Dei.

Dei providentia.

Vide Providentia Dei.

Dei ſapientia.

Vide Sapientia Dei.

Dei ſcientia.

Vide Scientia Dei.

Dei timor.

Vide Timor Dei.

Dei verbum.

Vide Verbum Dei.

Dei vindicta.

Vide Vindicta Dei.

Dei viſio.

Vide Viſio Dei.

Dei vocatio.

Vide Vocatio Dei.

Dei voluntas.

Vide Voluntas Dei.

Deo adhærere.

Vide Adhærere.

Deo placere.

Vide Placere.

Deo ſervire.

Vide Servire Deo.

Deum adorare.

Vide Colere Deum.

Deum negare.

Vide Negare.

Deum placare.

Vide Placare Deum.

Deum quærere.

Vide Quærere Deum.

Ad Deum accedere.

Vide Accedere ad Deum.

Diabolus.

ETYMOLOGIA, COMPARATIO.

ETYMOLOGIA.

GRÆCE' interpretatur diabolus clauſus ergaſtulo, & hoc ſibi convenit, quia non permittitur tantùm nocere, quantùm vellet. *Libro 2. Compendii* S. BONAVENT.

Theolog. verit. cap 26. in medio. pagina 712. col. 1. littera D. tom. 7. parte 4.

S. BONAVENT. Diabolus dicitur à dia, quod eſt duo, & bolus, quod eſt morſellus, quia duo occidit, ſcilicet corpus & animam. *Ibidem*, &c.

S. HIERON. Diabolus græcum verbum eſt, quod latinè dicitur criminator: lingua verò hebræa, Sathan appellatur, ideſt, adverſarius, ſive contrarius: & ab Apoſtolo Belial, hoc eſt, abſque jugo, quia de collo ſuo Dei abjecit ſervitutem. *Libro 2. ſuper Ep. ad Epheſ. cap. 4. in illud, Neque locum detis diabolo. pag.* 227. *C. tom.* 9.

S. ISIDORUS HISPALENS. Diabolus hebraicè dicitur deorſum fluens, quia quietus in cœli culmine ſtare contempſit, ſed ſuperbiæ pondere deorſum corruens, cecidit. *Profec.*

Diabolus verò græcè criminator vocatur, vel quòd crimina, qua ipſe illicit, ad Deum referat: vel quia electorum innocentiam criminibus accuſet fictis. *Lib.* 8. *Etym. cap.* 11. *ante medium, folio* 110. *col.* 1.

COMPARATIO.

S. AMBROSIUS. Sicut ſcorpio corpus aculeo vulnerat, ut per vulnus venenum intromittat, per quod hominem interficiat: ita diabolus aut ira, aut ſuperbia, aut libidine mentem vulnerat, ut per hoc venenum ſuæ malitiæ infundat, animamque interficiat. *Sup. Apocal. cap. 9. ante medium, columna* 3074. *D. tom.* 5.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Ideò diabolus ſerpens dicitur, quòd occultè ſerpat, & quòd ſenſus hominis temiter in labendo pertentat: quos ſi vicerit, medullis ſe hominum atque oſſibus implicat, & immergit. *De Salomo. cap. 3. poſt med. col.* 1227. *A. tom* 4.

2. Tanta eſt nequitia dæmonum, ut ſi Deus illis permitteret, ſtatim ut homo mortale facinus admitteret, eum interficerent. *Sup. Apocal. cap. 9. poſt init. col.* 3074. *B. tom.* 5.

S. ANSELMUS. 3. Diabolus inceſſanter pios perſequitur, & tantò periculoſiùs, quantò occultiùs. *Sup. 2. Tim. 3. in illud, Perſecutionem patientur.*

S. ANTONINUS. 4. A magnis ſpe, & vigore rationis, diabolus ipſe proſternitur, & abjicitur. *Parte 1. tit. 3 cap. 10. §. 10. ante med. folio* 62. *columna* 3.

5. Diabolus quantò diutiùs poſſedit, tantò difficiliùs dimittit. *Parte 2. tit. 9. de Acedia. cap. 13. § 1. ante med. fol.* 285. *columna* 2.

S ANTONIUS ABBAS. 6. Dæmones ridere nos faciunt tempore fletus, & flere tempore riſus. *Epiſt. 2. ad fratres ante medium, apud Bibl. Patrum, tom. 4. pagina 25. columna 1. D. edit. Colon.* 1618.

S. ANTONIUS DE PADUA. 7. Diabolus mentem, in qua habitat, deſertam & ſterilem à bono opere facit. *Serm. Dom. 3. Quadrag. poſt med. fol. 39. pagina* 1.

8. Diabolus tanquàm lapus quidquid preſſerit pede ſuperbiæ, occidit. *Ser. Dom. 2. poſt Paſcha. poſt med. folio* 132. *pagina* 1.

9. Conjecturis exterioribus, & hominum complexione, quaſi per odoratus narium perſentit, & odorat diabolus, ad quæ vitia unuſquiſque ſit magis applicabilis, & ibi laqueos tendit. *Ser. Dom. 4. poſt Paſcha. circa princ. fol.* 146. *col.* 2.

10. Dæmones hominis, quem captivum ducunt, cervici onera gravia imponunt; & tanquàm bovem vel aſinum per funem ad collum ligatum minando trahunt, & laſſo nullam requiem dant, dùm de peccato in peccatum præcipitant. *Serm. Dom. 6. poſt Paſcha. poſt init. fol. 159. pag.* 2.

S ATHANAS. MAGNUS 11. Unica ratio vincendi diabolum, eſt lætitia ſpiritualis. *De vita S. Antonii, ante medium, col.* 1008. *D. tom.* 5.

S. AUGUSTIN. 12. Quem non poteſt diabolus devorare ſeductum ad nequitiam, famam ipſius inquinare conatur; ut ſi fieri poteſt, opprobriis hominum, & malarum linguarum detractione deficiat, & ſic in ejus fauces ruat. *Ep. 137. ad Clerum, in medio, pag. 424. littera D. tom.* 2.

S. AUGUSTIN. 13. Diabolus non ſpeciale nomen eſt, ſed commune: in quocunque enim opera diaboli fuerint inventa, ſine dubio diabolus appellandus eſt. *De quaeſt. vet. & novi Teſtament. quaeſt. 90. ferè in princ. pag. 541. littera B. tom.* 4.

14. Quid aſtutius ad decipiendum, atque callidius malitia dæmonum? *Libro 2. de Civ. Dei. cap. 9. in fin. pag.* 28. *C. tom* 5.

15. Malignitas dæmonum, niſi alicubi ſe transfiguret in Angelos lucis, non implet negotium deceptionis. *Ibidem, cap. 26. ante medium, pag. 39. littera B. tom.* 5.

16. Diabolus non fornicator, vel ebrioſus, vel ſi quid hujuſmodi mali eſt, tamen maximè ſuperbus atque invidus. *Ibidem, lib. 14. cap. 3. poſt med. pag. 247. B. tom.* 5.

17. Diabolus natura eſt Angelus, ſed quod natura eſt, opus Dei eſt: quod verò diabolus, vitio ſuo eſt, utendo malè naturæ ſuæ bono. *Lib. 1. Hypognoſt. in fine, pag. 930. C. tom.* 7.

18. Diabolo poteſtas quædam eſt, plerumque tamen vult nocere, & non poteſt, quia poteſtas iſta ſub poteſtate eſt: nam ſi tantùm poſſet nocere diabolus quantùm vult, non aliquis juſtorum remaneret, aut aliquis fidelium eſſet in terra. *Sup. Pſ. 61. poſt med. verſ. ultimo. pag. 433. B. tom.* 8.

19. Non ceſſat hoſtis perſequi, & ſi non apertè ſævit, inſidiis agit. *Profec.*

20. Non tibi ſævitiam perdidiſſe diabolus videatur: quando blanditur, tunc magis cavendus eſt. *Tract. 10. ſuper Evang. Joann. de cap. 2. in princ. pagina 60. littera D. tom.* 9.

21. Qui Deo ſe committit, diabolum non timet. *De verb. Dom. ſer. 28. in fine, pag. 77. A. tom.* 10.

22. Diabolus accuſator Sanctorum eſt. *Hom. 38. ex quinquaginta Homil. ante medium, pagina 335. littera A. tom.* 10.

23. Diabolus eſt Angelus per ſuperbiam, ſeparatus à Deo, qui in veritate non ſtetit, author mendacii & à ſemetipſo deceptus. *Ser. 2. in vigil. Nativ. & in ord. 4. poſt init. pag. 392. C. tom.* 10.

24. Diabolus eſt
- Adverſarius humani generis.
- Inventor mortis.
- Superbiæ inſtitutor.
- Radix malitiæ.
- Scelerum caput.
- Princeps omnium vitiorum.
- Perſuaſor turpium cogitationum. *Ibid.*

25. Diabolus non poteſt intrare domum vel mentem, in qua pax dominatur. *Ser. 2. ad fratr. in Eremo, ante med. pag. 911. A. tom.* 10.

26. Diabolus in umbra mutabilium rerum alludit, alludendo decipit, decipiendo occidit. *Ibidem, ſerm. 4. ante med. pag. 914. C.*

V. BEDA. 27. Niſi quis porci more vixerit, nunquàm accipiet in eum diabolus poteſtatem, aut ad probandum tantùm, non autem ad perdendum, accipiet. *Libro 3. ſuper Luc. cap. 8. in illud, Erat ibi grex porcorum, &c. columna 312. tom.* 5.

S. BERNARD. 28. Urget undique inimicus diabolus, in inſidiis draco, in aperto leo: cogit ſocios, ignes injicit, bella ſuſcitat, inſidias ſubmittit, totius cordis minitatur excidium. *Serm. de parabola filii Regis, poſt med. folio 107. columna 1. littera B.*

29. Diabolus eſt
- Veritatis adverſarius.
- Charitatis æmulus.
- Hoſtis antiquus.
- Scandalorum ſuggeſtor.
- Diſſidii author.
- Turbator unitatis & pacis. *Epiſt. 82. ad Abbat. S. Joannis Carnutenſis poſt med. fol. 227. col. 2. F.*

S. BERNARD.

30. Diabolo nullum aliud eſt deſiderium, nullum negotium, nullum ſtudium, niſi animas perdere. *Libro Medit. cap. 15. circa medium, folio 325. col. 3. G.*

31. Diabolus
- Malum machinatur.
- Arguè loquitur.
- Artificioſè ſuggerit.
- Callidè decipit.
- Illicitos motus inſufflat.
- Venenatas cogitationes inflammat.
- Movet bella.
- Nutrit odia.
- Incitat gulam.
- Movet libidinem.
- Deſideria carnis inſtigat.
- Peccati occaſiones parat.
- Mille nocendi artibus corda hominum pulſare non ceſſat. *Ibidem.*

32. Superbis & libidinoſis plus dominatur diabolus. *De orrptne vita, ante finem, fol. 337. columna 4. littera M.*

33. Diabolus venit in chorum, dormitorium occupat, inſidet refectorio, circuit clauſtrum, reviſit officinas, nullam prætermittit artem nocendi, ſed ubi libet ſuæ calliditatis aſſignat argutias. *Proſec.*

34. In choro devotionem, in thoro caſtitatem, in refectorio parcitatem, in clauſtro lectionem, in officinis ſilentii virtutem, virtutis inimicus extirpat. *Ser. 3. de Nativ. Dom. ipſi adſcripto, prope medium, fol. 343. columna 2. littera F.*

S. BONAVENT.

35. Triplex eſt malum in dæmonibus,
- Furor irrationabilis.
- Demens concupiſcentia.
- Phantaſia proterva. *Expoſ. 2. ſuper Pſ. 118. cap. 5. verſ. 6. art. 2 pag. 204. col. 1. A. tom. 1.*

36. Diabolus dicitur leo & draco: leo fuit tempore martyrum, draco in tempore plenitudinis: in leone eſt ſævitia, in dracone aſtutia *Proſec.*

37. Diabolus dicitur leo, quia ſicut leo eſt rex omnium animalium; ſic diabolus eſt rex omnium malorum. *Super Pſalm. 39. in princ. pag. 106. col. 2. B. tom. 1.*

38. Diabolus more leonis in Sanctos deſævit, contra eos fortiſſimè rugit, ut quem devoret, ſolicitè quærit. *Proſecutio.*

39. Non enim comedit, neque bibit, nullo unquàm tempore dormit, ſed ſemper ſuſpirat ad prædam.

40. Cùm ergo ipſe ſit fortiſſimus & nos infirmi, ipſe ſagaciſſimus nos ignari, ipſe ſolertiſſimus nos pigri, neceſſe haberemus ſuccumbere, ſi nobis auxilium divinum non adeſſet. *Serm. 5. de uno Confeſſ. & in ord. 27. in princ. pag. 334. col. 1. tom. 3.*

41. Princeps tenebrarum eſt
- Fraudulentiſſimus in promiſſione.
- Inquietiſſimus in tentatione.
- Crudeliſſimus in perditione.
- Injuſtiſſimus in retributione. *Serm. 2. Dom. 3. poſt Paſcha in princ. pag. 111. to. 3.*

42. Diabolus inſipiens eſt ad bonum, & ſagaciſſimus ad malum. *Serm. 7. in die Pent. ante med. pag. 130. col. 1. tom. 3.*

43. Exigua dat diabolus in mundo, & multa improperat in inferno. *Ibidem.*

44. Debilis eſt hoſtis, qui non vicit, niſi volentem. *Sup. lib. 2. ſent. diſt. 6. dub. 3. pag. 75. col. 2. B. tom. 4.*

45. Diabolus
- Premendo rapit.
- Inſidiando circumvenit.
- Minando terret.
- Suadendo blanditur.
- Deſperando frangit.
- Promittendo decipit. *In centiloq. part. 1. ſect. 2. in fine, pag. 56. col. 2. A. tom. 6.*

S. BONAVENT.

46. Tanta eſt diaboli crudelitas, quòd nos omni hora tranſglutiret, niſi divina protectio nos cuſtodiret. *Tit. 7. diata. cap. 1. poſt med. pag. 308. col. 2. D. tom. 6.*

47. Pater diabolus non diligit filios ſuos, ſed odit: ſic amat diabolus filios ſuos ut perdat, ſicut amat gluto porcellum, ut comedat. *Lib. 1. Pharet. cap. 50. in fine, pag. 127. col. 1. B. tom. 6.*

48. Diabolus ibi libentiùs inſidiatur, ubi majores meritorum divitias cernit inquiri, ubi innocentem inquirat & occidat, ubi ſe Deo magis obſequium præſtare ſperabat. *De ſex alis ſeraph. cap. 7. ante fin. pag. 92. col. 2. B. tom. 7. parte 3.*

49. Dæmones ſpiritus ſunt impuri, humani generis inimici, mente rationales, in nequitia ſubtiles, cupidi nocendi, per ſuperbiam tumidi, & ſemper in fraude *Lib. 2. Compend. Theolog. verit. cap. 26. in princ. pag. 712 col. 1. C. tom. 7. parte 4.*

50. Diabolus nullo ſuggerente peccavit, & ideò nullo reparante redibit. *Ibidem, cap. 25. pagina 712. col. 1. littera B.*

S. CÆSARIUS ARELAT.

51. Diabolus eſt
- Inimicus ſpiritui.
- Amicus carni.
- Invidens virtuti.
- Conſentiens voluptati *Hom 4. ante med. apud Bibl. Patr. to. 5. part. 3. pag. 748 &c.*

52. Diabolus cùm infelices quoſque ſibi aſſenſum facilem accommodare præviderit, ad fauces ſuas ſolicitationum carminibus trahit, ut voluntariam prædam inermis expectet. *Ibidem, ſtatim à medio, pag. 748. col. 1. D.*

53. Diabolus tantò infectior eſt ad expugnandum animæ theſaurum, quantò magis novit eſſe pretioſum. *Ibidem, Homil. 5. ſub fin. pagina 749. columna 2 H.*

54. Nunquàm timebis dæmonem, qui eſt in carne aliena, ſi eum non habueris in anima tua: multi enim dæmonem in corpore alieno formidant, & in ſuo corde diſſimulant. *Ibid. Hom. 23. in princ. & ante med. pag. 768. col. 2. F. & G.*

55. Aſtutus & crudelis hoſtis diabolus calliditate veteris artificii, ac multiformis ingenii, animas quas ſemel perſuaſione nequiſſima deſides ac tepidas, vel negligentes effecerit, etiam in aliorum ſubverſione eas ſibi ſervire compellit. *Proſec.*

56. Tales animas diabolus omni lumine veritatis & charitatis excæcat, & quaſi venator robuſtiſſimus, & auceps callidiſſimus velut indicea ſibi ad capiendas, ſi poteſt, etiam ſanctas animas, aptat & præparat. *Ibidem, Hom. 35. circa init. pag. 779. col. 2. F.*

CASSIODORUS.

57. Illo tempore prævalet diabolus rapere, cùm nobis peccatis noſtris obſtantibus Creator diſtulerit ſubvenire. *Super Pſalm. 7. in princ. verſ. 2. Ne quando rapiat, &c. folio 12. col. 2.*

58. Diabolus animas, quas comprehendit, conterit. *Ibidem, ante medium, verſ. 5. Perſequatur inimicus, &c. folio 12. columna 3.*

59. Diabolus toties punitur, quoties ab eo peccator ſubjugatus eripitur. *Ibidem.*

60. Se perſequitur, qui diabolum ſequitur. *Sup. Pſ. 10. poſt med. verſ. 6. folio 18. col. 1.*

61. Diabolus humanis ſemper delectatur exitiis. *Sup. Pſ. 21. poſt med. verſ. 22. fol. 33. col. 1.*

62. Sathanas quantùm fortior, tantùm nequior. *Super Pſ. 73. poſt med. verſ. 15. fol. 113. col. 3*

S. CYPRIAN.

63. Diabolus ſemper mendax, mentitur ut fallat, blanditur ut noceat, bona promittit ut malum tribuat, vitam pollicetur ut perimat. *Ep. 39. cap. 2. pag. 73. col. 1. to. 1*

64. Evadere diabolum difficilè poterit, qui ſe diaboli laqueis ſemel implicavit. *Ep. 62. ad Pomponium. cap. 1. poſt med. pag. 140. columna 1. tom. 1.*

65. Diabolus blanditur ut fallat, arridet ut noceat, allicit ut occidat. *De diſcipl. & habit. Virgin. cap. 9. prope med. pag. 232. col. 1. tom. 2.*

S. CYPRIAN. 66. Quid aſtutius, quid ve ſubtilius diabolo? *De unitate Eccleſiæ, cap. 2. in princ. pagina 253. columna 2. tom. 2.*

67. Si diabolus imparatum invenerit militem Chriſti, ſi rudem, ſi non ſolicitum, ac toto corde vigilantem, circumvenit neſcium, fallit incautum, decipit imperitum. *De Exhort. martyrii ad Fortunat. in præfat. ante med. pag. 330. col. 1. tom. 3.*

68. Diabolus eſt {
Spiritus nequam.
Fermentator immundus.
Sanctitatis corruptor.
Simplicium perturbator.
Incendiator libidinum.
Omnium turpitudinum adinventor. *De jejun. & tent. Chriſti, cap. 6. ante med. pag. 465. col. 2. tom. 3.*
}

69. Diabolus in his regnat, quos inquinat: & in his, quos polluit, dominatur. *Ibidem.*

S. CYRILLUS ALEX. 70. Vehemens adverſarius eſt Satanas, qui per fraudem & dolum eorum animis, qui rectam & inculpabilem vitam elegerunt, impedimenta objicere, & eorum, qui à virtutis perfectione propiùs abſunt, labores infringere facilè poſſit. *Homil. 10. de feſtis Paſchal. ante med. pag. 115.*

S. CYRILLUS HIEROSOL. 71. Princeps peccati eſt diabolus, & pater malorum. *Catech. 2. poſt init. apud Bibl. Patrum, tom. 4. pag. 399. col. 1. D. edit. Colon.* 1618.

72. Poteſt quidem diabolus animam incitare, cogere autem præter voluntatem omninò non poteſt. *Catecheſ. 4. de ſtatu homin. in fine, apud Bibliothecam Patrum, tom. 4. pag. 405. col. 2. littera E. edit. Colonienſis* 1618.

73. Diabolus perſuadere quidem poteſt volentibus, cogere autem non poteſt. *Ibidem. Catecheſ. 4. de lib. ſtatim à med. pag. 407. col. 1 littera B.*

DIDYMUS ALEX. 74. Diabolus ſecundùm naturam non eſt malus, ſed ex mutatione liberæ voluntatis malus eſt. *Libro contra Manich. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 266. col. 1. littera D. edit. Colon.* 1618.

DIONYSIUS CARTHUS. 75. Diaboli ubicunque volitent in aëre aut in terris, vel ſub terris vagentur, aut detineantur, ſuarum ſemper ſecum ferunt tormenta flammarum. *Sup. Ep. Jacobi. cap. 3. art. 5. ante med. fol. 11. D.*

S. EPHRÆM. 76. Dæmones omni odio imbuti nihil æquè deſiderant, quam cunctos funditùs perire. *De vita ſpirit. cap. 58. pag. 54. D. tom. 1.*

77. Dæmon quos opere inſontes videt, cogitatione perimit. *Ibidem*, &c.

S. EUSEBIUS CÆSARIENS. 78. Eſca diaboli electa eſt; de malis non curat, quia ſui ſunt. *Ep. ad Damaſ. Papam. de morte D. Hieronym. longè ante med.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 79. Diabolus obſeſſa ſemel pectora, molliſſimis ſeductionibus decipit. *Homil. 3. de Epiphan. ante med. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 1. edit. Colon.* 1618.

80. Diabolus calliditate veteris artificii condit blandimenta peccandi. *Ibidem.*

81. Diabolus per rerum carnalium concupiſcentias, & illicitas voluptates extrinſecùs blanditur, intrinſecùs inſidiatur, interficit ſpiritum, dùm oblectat affectum. *Ibidem.*

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 82. Adeò intolerabilis eſt dæmonis aſpectus (quo nihil terribilius aut infeſtius in mundo excogitari poteſt) quòd nec tantillum temporis eum ſuſtinere quiſpiam valebit, niſi divino fuerit illuſtratus præſidio. *In ſuis opuſcul. Apophthegmat. 46. pagina 439. tom. 3.*

83. Diabolus ſi de ſuo capillum habere poteſt ex homine, citò excreſcere facit in trabem. *In ſuis opuſc. collat. 6. pag. 298. tom. 3.*

FRANCISCUS TITELM. 84. In omnibus quæ agit malignus diabolus, ſemper Dei gloriæ adverſatur, & hominum ſaluti; undè Sathanę vocabulo propriè meruit appellari, quod adverſarium ſignificat. *In Annotat. ſuper cap. 1. Job, ante medium, in illud, Circuivi terram, &c. folio 14. pagina 2.*

FRANCISCUS TITELMAN. 85. Valdè multos diabolus, dùm terram circuit in ſuam capit ſervitutem, quos ipſe venatorum inſtar multâ aviditate & diligentiâ inſectatur, donec in reti ſuo omnes comprehendat. *Profec.*

86. Hæc quidem ſententia nimiùm, heu! nimiùm vera eſt: & quos autem comprehenderit, eos velut ſervos & captivos ante ſe minat, & quaſi jumenta ſervilia agit, quò voluerit. *Ibidem.*

S. GAUDENT. 87. Diabolus tùm maximè accenditur, cùm extinguitur: tunc enim ſævit in Dei famulos, quando prima virtus ejus in primogenitis occiditur. *Tract. 6. ante finem, apud Bibliothec. Patrum, tom. 4. edit. Colon.* 1618.

88. Diabolus hujus mundi princeps uſurpatione dicitur, non naturâ: etenim ſeducens humanum genus, ut derelicto Deo ipſum Sathanam coleret, principatum violenter tenuit. *Ibidem, tract. 12. circa med. pag. 822. col. 1. A.*

89. Magnum ſuppliciis ſuis diabolus putat hoc eſſe remedium, ſi pœnarum ſocios multos acquirat. *In Reſponſ. ad Germinium, poſt medium, pagina 830. columna 2.*

GLOSS. ORD. 90. Diabolus propter excellentiam malitiæ, non ſolùm iniquus, ſed etiam iniquitas nominatur. *Super libr. Judic. cap. 6. columna 189. littera C. Moraliter. tom. 2.*

91. Diabolus licet à ſanctis ſæpiùs vincatur, tamen iterùm inſtaurat prælium contra eos: & dùm uno modo vincitur, alio ſtatim vincere conatur. *Sup. 3. Reg. cap. 20. col. 839. D. tom. 2.*

92. Maligni ſpiritus ſi in ſpiritualibus vincuntur, in corporalibus bellum parant, ſatagentes ut animas de ſupernis ad ima præcipitent, quò faciliùs vincant. *Profec.*

93. Si viderint cœleſtia deſiderare, terrena ad amandum ingerunt; ſi proſperitate conceſſa Deo gratiæ agantur, ſtudent ut per adverſa frangantur. *Ibidem.*

GLOSS. INT. 94. Malignus hoſtis, licet ſuperatus, ab inceptâ malitiâ non deſiſtit: ſed iterùm bellum intendit, & totum furoris ſui effundit tumultum. *Super Judith. cap. 1. col. 1553. B. tom. 2.*

GLOSS. ORD. 95. Diabolus turbam malignorum ſpirituum, ad ſeducendas gentes per totum orbem diſpergit: nec parcit dignitati, nec honori, omnes ad gehennam trahere cupiens. *Ibid. cap. 1. fol. 1554. D.*

GLOSS. INT. 96. Omnes dæmones, maximè ſunt potentiæ amatores. *Ibidem.*

GLOSS. ORD. 97. Diabolus princeps eſt falſiloquii. *Sup. Iob. cap. 16. col. 185. B. tom. 3.*

GLOSS. INT. 98. Diabolus dùm peccatis obligat, mortem peccantis ſitit. *Ibidem, cap. 18. col. 199. A.*

GLOSS. ORD. 99. Diabolus non vi, ſed callidè interficit. *Ibidem, cap. 40. col. 386. littera E.*

100. Dæmones tantò atrociores ſunt, quantò meliùs homines agere ſibi videntur. *Ibid. cap. 41. col. 403. littera B.*

101. Mundus & infernus ſunt fines diaboli. *Super Pſ. 7. col. 483. B. tom. 3.*

102. Diabolus mala quæ ſuggerit, bona mentitur: & dùm bona promittit æterna, ducit ad tormenta. *Sup. Proverb. cap. 14. in illud, Profert mendacia verſipellis. col. 1664. F. tom. 3.*

103. Niſi quis more porci vixerit, diabolus in eum poteſtatem non accipit, niſi fortè ad probandum. *Super Matth. cap. 8. ſub finem, columna 168. littera E. tom. 2.*

104. Diabolus inventor eſt, non author: quia nec interiora, niſi per habitus & geſtus novit. *Ibidem, cap. 15. col. 265. B.*

Digitized by Google

GLOSSA ORD. 105. Diabolus in ſubſtantia bonus eſt, ſed voluntate malus. *Sup.* 1. *Ioan. cap.* 4. *col.* 1438. *D. tom.* 6.

S. GREG. MAG. 106. Diabolus humilitate ſternitur, & patientiâ ſuperatur. *Lib.* 2. *Moral. cap.* 13. *in titulo col.* 37. *D. tom.* 1.

107. Maligni ſpiritus certis quibuſque vitiis ſinguli obſequi ſunt credendi. *Ibid. lib.* 15. *cap.* 16. *in princ. col.* 501. *A. tom.* 1.

108. Occulta juſtitiæ licentia malignis ſpiritibus datur, ut quos volentes io peccati laqueo ſtrangulant, in peccati pœnam etiam volentes trahant. *Ibid. lib.* 2. *cap.* 16. *a medio col* 41. *B.*

109. Diabolus
- Aut opprimendo rapit.
- Aut inſidiando circumvolat.
- Aut ſuadendo blanditur.
- Aut minando terret.
- Aut deſperando frangit.
- Aut promittendo decipit. *Ibid. lib.* 32. *cap.* 8. *in fine col.* 1103. *C.*

110. Immundi ſpiritus, qui de cœlo æthereo lapſi ſunt, in hujus cœli terræque medio vagantur. *Ibid. lib.* 17. *cap.* 25. *ſub fin. col.* 53. *D.*

111. Diabolus diem ſe eahibet, quia per proſpera incipit, ſed in noctis tenebras ſemper deſinit, quia ad adverſa perducit. *Ibid. lib.* 4. *cap.* 9. *in princ. num.* 8. *col.* 98. C.

112. Diabolus antrum ac latibulum beſtiæ eſt, ut inſidians hominibus viam hujus vitæ carpentibus, in illo & per ſigna lateat, & per malitiam occidat. *Ibid. lib.* 27. *cap.* 17. *in princ. col* 920. *D.*

113. Malignus ſpiritus cupidis proſpeta, etiam dormientibus promittit; & quos formidare adverſa conſiderat, eis hæc duriùs ſomnii imaginibus intentat: quatenùs indiſcretam mentem, diverſa qualitate afficiat, eamque aut ſpe ſublevans, aut deprimens, timore confundat. *Ibid. lib.* 8. *cap.* 13. *ante fin. col.* 262. *A.*

114. Diabolus hujus mundi rapinis inſidians, humanâ quotidie morte ſatiatur. *Ibid. lib.* 31. *cap.* 7. *in princ. num* 8. *col.* 1049. *B.*

115. Diabolus quia hoc quod contra ſe agit, ignorat, bruto ſenſu bellua eſt: quia malitioſè hominibus nocere appetit, draco eſt: quia verò de naturæ ſuæ ſubtilitate ſuperbè extollitur, avis eſt. *Ibidem lib.* 33. *cap.* 14. *ante med. num.* 20. *col.* 1145. *A.*

S. GREGOR. NYSSANUS. 116. Diabolus eſt vitiorum omnium dux, atque imperator. *De vita Moſis longè ante fin. col.* 159. *B.*

HAYMO. 117. Nec aëris illius priora ſpatia, ſed iſta caliginoſa tenere dæmones permiſſi ſunt, qui eis quaſi carcer eſt, uſque ad tempus judicij, poſtea verò igne inextinguibili ſine fine cruciandi ſunt. *Serm. fer.* 6. *Pent. poſt init.*

118. Diabolus nunquàm dormiens, nunquàm ab inſidiis bominum roquieſcens eſt; ſed ſemper die & nocte circuit tentando & inſidias ponendo hominibus, qualiter quemquam illorum ſua valeat ſuggeſtiooe decipere. *Serm.* 1. *dom.* 4. *poſt Pent. in medio.*

S. HIERON. 119. Non quærit diabolus homioes infideles, non eos qui foris ſunt: ſed de Eccleſia Chriſti rapere feſtinat. *Tom.* 1. *Ep.* 22. *ad Euſtoch. poſt. init. pag.* 135. *B.*

120. Minoris malitiæ ſunt dæmones, quam diabolus, cujus ſatellites ſunt, *Lib.* 1. *ſup. Mat. cap.* 8. *can.* 5. *num.* 68. *ſup. illud, Quid nobis & tibi, &c. pag.* 26. *A. tom.* 9.

S. HILARIUS. 121. Sicut omnibus ſanctis caput, Chriſtus eſt: ita omnibus iniquis caput, diabolus eſt. *Sup. Pſ.* 139. *poſt med fol.* 117. *col.* 1.

122. Pecuniæ æſtus, voluptatum ſtimulus, ambitionis ardor, odiorum malignitas, invidiæ aculeus, conviciorum furor: ſuperbia, amentia, diaboli ſunt arma atque virtutes. *Sup. Pſ.* 138. *poſt med. fol.* 114. *col.* 3.

HUGO CARD. 123. Dæmones ſunt quaſi fures: ſi expellis unum per eleemoſinam, aut per jejunium, alius intrat per vanam gloriam, aut per triſtitiam. *Sup. Geneſ. cap.* 19. *fol.* 24. *col.* 3. *tom.* 1.

HUGO CARD. 124. Diabolus, dùm es in proſperitate, videtur bonus & ſimplex, ſed non eſt: recedente autem proſperitate, maledicet tibi, & ita non eſt ſimplex, ſed duplex. *Sup. Iob. cap.* 1. *fol.* 299. *col.* 2. *tom.* 1.

125. Diabolus duos habet gladios: proſperitatem & carnalem delectationem: ſtulti conſiderant ſplendorem, & non attendunt mucronem, quia limatus eſt, ut fulgeat per delectationem: exacutus eſt, ut cædat æternâ pœnâ. *Sup. Pſ.* 9. *fol.* 17. *col.* 4. *tom.* 2.

126. Diabolus eſt.
- Draco ſibilans tentando.
- Beſtia devorando.
- Pſeudo propheta decipiendo. *Sup. Pſ.* 104. *fol.* 273. *col.* 1. *Moraliter. tom.* 2.

127. Faber eſt diabolus, qui modò ſufflat ſuggerendo, ut in æternum incendat. *Sup. Prov. cap.* 19. *fol.* 43. *col.* 2. *tom.* 3.

IDIOTA. 128. Diabolus eſt
- Humani generis inimicus.
- Inventor mortis.
- Superbiæ inſtitutor.
- Radix malitiæ.
- Scelerum caput.
- Princeps omnium vitiorum.
- Omnium voluptatum perſuaſor. *Lib.* 3. *contemplat. de conflictu carnis. cap.* 3. *ante med. apud. Bibl. Patr. tom.* 10. *pag.* 17 *col.* 1. *A. edit. colon.* 1618.

S. INNOC. III 129. Tripliciter dæmon hominem vexat.
- Primò per culpam, auferendo gratuita.
- Secundò per pœnam, lædendo naturalia.
- Tertiò per jacturam, inferendo diſcrimina. *Serm. de S. Maria Magdal. in princ. fol.* 59. *col.* 4.

JOAN. VII. 130. Verſutus hoſtis diabolus habet mille nocendi modos: conatur à principio ruinæ ſuæ unitatem Eccleſiæ reſcindere, charitatem vulnerare, ſanctorum operum dulcedinem invidiæ felle inficere, & omnibus modis humanum genus evertere & perturbare. *Ep. ad Iſaac Epiſcop. Syracuſan. & hab. in decret. Gratiani part.* 2. *cauſa* 19. *quæſt.* 2. *can. viſiſ. poſt init. fol.* 255. *col.* 4.

S. JOANNES CHRYSOST. 131. Diabolus cùm viderit ſpirituales divitias coacervatas, alacritatem fervidam, mentem vigilem, & quotidie divitias augeri, cruciatur, & dentibus frendet, & quaſi pirata circumit, ut deprædetur. *Hom.* 31. *ſup. Gen. in princ. col.* 250. *B. tom.* 1.

132. Diabolus mala beſtia eſt, & multiplices machinationes ſtruit, ut illius jacula nocere queant. *Ibidem.*

133. Angelus primus, qui Sathaël dictus, præcipitatus de culmine angelico, Sathan & diabolus nominatur. *Hom. de Adam & Eva. ante med. col.* 535. *D. tom.* 1.

134. Diabolus eſt
- Serpens.
- Deceptor hominis.
- Prævaricator mundi.
- Origo mortis.
- Delicti materia.
- Seminarium ſceleris.
- Culparum genus.
- Inventor pœnæ.
- Vitæ ablator cæleſtis. *Serm. ſup. illud. Gen.* 3. *Inimicitias ponam, &c. in princ. col.* 547. *D. tom.* 1.

135. Diabolus non naturæ nomen eſt, ſed præſumptionis: non enim diabolus factus eſt à principio, ſed Angelus creatus eſt. *Hom.* 3. *de patientia Job ante med. col.* 669. *A. tom.* 1.

136. Diabolus ſerpens eſt, Aſpis & baſiliſcus, & princeps omnium vitiorum. *Hom. ſup. Pſ.* 90. *poſt med. verſ.* 13. *col.* 759. *A tom* 1.

137. Dæmones verè latronum ſunt principes, atque magiſtri, & omnis malitiæ callidi machinatores.

Digitized by Google

S. JOANNES CHRYSOSTOM. *Hom. de nativit. ſeptem Machabæor. poſt. init. col.* 848. *A. & ante fin. col.* 853. *C. tom.* 1.

138. Hoſtis diaboli Chriſtus eſt, & omnia quæ diaboli ſunt ipſe diſpergit. *Hom.* 42. *ſup. Mat. oper. perf. circa med. col.* 371. *D. tom.* 2.

139. Omnis qui obedit diabolo, ipſe ſe deponit deorsùm. *Hom.* 5. *ſup. Mat. oper. imperf. à medio col.* 779. *B. tom.* 2.

140. Diabolus omni ſerpente nocentior eſt, inſilit omnibus, & ſcorpij inſtar aculeum exerens, impetit. *Hom.* 43. *ſup.* 1. *Cor. poſt med. colum.* 670. *D. tom.* 4.

141. Diabolo nihil eſt ſceleſtius, ſuos enim undique inutilibus promiſſionibus obruit & diſſipat. *Serm.* 2. *ſup. Epiſt. ad Phil. in fine ante Morale col.* 1133. *C. tom.* 4.

142. Nihil diabolo ſceleſtius, aut pejus. *Hom.* 65. *ad Pop. Antioch. in princ. col.* 420. *B. tom.* 5.

S. IOAN. CLIM. 143. Sunt inter immundos ſpiritus reliquis nequiores, qui peccatum ſolos operari nos minimè conſulunt, ut graviori ſupplicio nos mulctandos parent. *Gradu.* 26. *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 283. *col.* 2. *F. Edit. colon.* 1618.

144. Nullum certius argumentum eſt, quòd dæmones à nobis victi ſint, ſi nos acerrimè oppugnent. *Gradu.* 26. *circa med. apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 289. *col.* 1. *B. Edit. colon.* 1618.

S. JOANNES DAMASC. 145. Quæque dæmonum claſſis peculiare quoddam miniſterium & officium animæ peſtiferum nacta eſt. *Libro* 1. *Parall. cap.* 12. *poſt med. fol.* 15. *pag.* 1. *B.*

S. IRENÆUS. 146. Diabolus nunquàm omninò quietus eſt, immò nec ipſas quidem gentes vult in tranquillo agere, ut ſe alterutrum homines vice piſcium conſumant. *Lib.* 5. *adverſ. Hæreſ. cap. Omnia circa med. pag.* 327.

S. ISID. HISP. 147. Diabolus non eſt immiſſor, ſed incentor potiùs vitiorum. *Lib.* 3. *de ſum. bono, cap.* 5. *ſent.* 6. *pag.* 663. *col.* 2

148. In oculis carnalium diabolus terribilis eſt, in electorum verò oculis terror ejus vilis eſt. *Ibid. ſent.* 12. *pag.* 664. *col.* 1. *Profec.*

149. Ab incredulis ut leo timetur, à fortibus in fide ut vermis contemnitur atque repellitur. *Ibidem.*

150. Maligni ſpiritus hoc quod intra nos mundare cupimus, ſine intermiſſione tentant iterùm ſordidare. *Ibid. ſent.* 20. *pag* 664. *col.* 2.

151. Multis vitiorum præſtigiis mentes reproborum diabolus poſſidendo deludit. *Profec.*

152. Nunc promiſſis decipit, nunc rebus tranſitoriis, quaſi neceſſariis, allicit.

153. Nunc etiam ipſa inferni ſupplicia quaſi levia & tranſitoria ſuggerit, quatenùs miſerorum corda in cupiditatem laſciviamque diſſolvat, ſecum ad tartara ducat. *Ibidem ſent.* 21. &c.

154. Diabolus pro ſuo merito aërem, quaſi avis, pro carcere meruit. *Ibidem ſent.* 27. *pag.* 665. *col.* 1.

155. Nunquàm vacat diabolus adversùs hominem juſtum: aut enim tribulationes cordis illi exaggerat, aut dolores corporis ſuſcitat. *Ibidem ſent.* 34. *pag.* 665. *col.* 2.

156. Incentor diabolus eos, quos viventes accendit ad vitis, ſubitò morientes pertrahere nititur ad tormenta. *Ibid. cap.* 62. *ſent.* 5. *pag.* 692. *col.* 2.

S. ISID. PELUS. 157. Diabolus idoneum tempus nactus, ea quæ contigerunt magis inflammat, ad ultionem irritat, ad inimicitias extimulat, ad accuſationes excitat, injuriarum memoriam parit, innumeraque hinc mala procreat. *Libro* 2. *Ep. Epiſt.* 189. *ad Ammonium. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 552. *col.* 1. *C. Edit. colon.* 1618.

158. Diabolus exiguos effectus, magnos occultè reddit: eaque quæ curari facilè poſſunt, vix aut etiam nullo modo curabilia efficit. *Ibidem*, &c.

LACT. FIRM. 159. Dæmones, qui ventitant circa terram & circa pontum indefeſſi, domantur ſub flagello Dei. *Libro* 1. *de divin. inſt. cap.* 7. *poſt med. pag.* 14. *verbo Græco* Δαίμονες.

160. Spiritus contaminati ac perditi per omnem terram vagantur, & ſolatium perditionis ſuæ, perdendis hominibus operantur, & omnia inſidiis, fraudibus, erroribus complent. *Ibid. lib.* 2. *cap.* 15. *circa finem. pag.* 87.

S. LAURENT. IUSTIN.

161. Diabolus eſt
- Mali auctor.
- Nequitiæ origo.
- Bonorum hoſtis.
- Corruptio ſeculi.
- Homini inimicus. *De ligno vitæ de fide cap.* 4. *part.* 1.

162. Diabolus
- Laqueos tendit.
- Lapſus parat.
- Foveas fodit.
- Aptat ruinas.
- Stimulat corpora.
- Pungit animas.
- Cogitationes ſuggerit.
- Mittit iras.
- Dat virtutes odio.
- Vitia addit.
- Errores ſerit.
- Diſcordias nutrit.
- Pacem turbat.
- Affectus diſſipat.
- Humana violat.
- Divina contemnit. *Ibidem.*

S. LEO. 163. Inimicum malignis ſpiritibus eſt omne quod rectum, omne quod caſtum eſt. *Serm.* 19. *de Paſſione ante finem.*

PETR. BLES. 164. Diaboli cibus eſt delicatus: iſte enim non comedit groſſum fœnum, ſed ſubtile & tenuiſſimum: fœnum illud eſt Religioſus, Monachus, vel quicunque jejuniis macilentus. *Serm.* 8. *de S. Vincent. in fine. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 849. *col.* 2. *G. Edit. Colon.* 1618.

S. PETRUS CHRYSOL. 165. Diabolus eſt quidem per ſe nequam, fit tamen nequior provocatus. *Serm.* 12. *ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *Edit. Colon.* 1618.

166. Diabolus impellit quidem viribus ad ruinam, ſed poſteaquàm hominem proſtraverit relinquit. *Proſecutio.*

167. Diabolus non quærit hominem, ſed hominis interitum quærit: ille malis noſtris gaudet, turget ruinis noſtris, vulneribus convaleſcit, noſtrum ſanguinem ſitit, noſtrâ ſaturatur ex carne, noſtris vivit ex mortibus.

168. Diabolus hominem non vult habere, ſed perdere: quia ad cælum undè ille cecidit, non vult, non fert, non patitur, hominem pervenire. *Ibidem.*

169. Diabolus plus uritur de virtute ſtantium, quàm lætetur de fragilitate labentium. *Ep. ad Demetriad. ante med.*

170. Sæpè diabolus quos impulſione non movit, elatione dejecit. *Ibidem.*

171. Quantò clariores ſunt meritis, tantò eos diabolus aptiores ſuis invenit inſidiis. *Ibidem.*

RICH. A S. VICTORE. 172. Maligni ſpiritus nihil eſt undè magis doleant, nihil eſt quod ampliùs ingemiſcant, quàm bonum noſtrum, quàm profectum noſtrum. *Profec.*

173. Penè plus oderunt bona noſtra, quàm tormenta ſua: immò malunt quotidie tormenta ſua augere, quàm noſtra bona: & tamen tot conatibus, tantis diſcriminibus nihil aliud agunt, niſi ut boni quique quotidie meliores fiant. *Part.* 2. *ſup. Pſ.* 2. *in fine. pag.* 41. *col.* 1. *B.*

RUPERT. AB. 174. Dæmonibus nulla eſt fides, nulla concordia, nullus

Digitized by Google

nullus pacti tenor, nullâ jurati fœderis cuſtodia. *Lib. 1. in volumen Evangel. in medio. fol. 413. pag. 1.*

RUPERT. ABB. 175. Omne quod loquitur diabolus, mendacium eſt, etiamſi ſit, aut eveniat quippiam eorum, quæ eſſe, vel futura eſſe dixerit: nihil enim corde ſimplici, nihil omninò loquitur abſque intentione fallendi. *Lib. 8. in Ioan. cap. 8. ſup. illud, Cum loquitur mendacium, pag. 186.*

SALVIAN. 176. Diabolus hoſtis eſt omni hoſte truculentior, improviſus aggreditur, præviſus elabitur, ſpernit objectos, ſternit incautos: ſi ſequatur, intercipit: ſi fugiat, evadit. *Lib. 8. Ep. 6. ad Nammatium. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 1029. col. 2. G. edit. Colon. 1618.*

S. SYNESIUS EPISCOPUS. 177. Omnia diabolo religioſa ædes, ac ſepta clauduntur: nulla diabolo in paradiſo pars eſt, qui ſi clàm irrepſerit, expelletur. *Ep. 58. in fine. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 100. col. 2. H. edit. Colon. 1618.*

S. THOMAS AQUINAS. 178. Aer caliginoſus eſt quaſi carcer dæmonibus, uſque ad tempus judicii. *Part. 1. Quæſt. 64. art. 4. in argum. in contrar.*

179. Dæmones ordinantur ad exercitium hominum, quibus impugnantes, coronas fabricant. *Sup. 2. ſent. diſt. 6. Art. 4. in contrar.*

180. Dæmones ſemper igne inferni puniuntur, etiam quando in inferno non ſunt. *Sup. 2. ſent. diſt. 6. art. 4. ad 2.*

181. Sicut dæmones ſunt incentores vitiorum, ita ſunt executores pœnarum. *Ibid. ad 4.*

S. VALERIAN. 182. Diabolus ut bonis operibus inſidietur, objectâ ſeculi pompâ blanditur. *Hom. 7. de misericord. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. edit. Coloniæ 1618.*

EX VIT. PATR. 183. Diabolus impudentiſſimus animarum violator eſt, pater tenebrarum. *In vita S. Baſilii. cap. 8. ante finem. lib. 1. pag. 158. col. 1.*

Vide etiam Tit. Anima. ſent. 16. Aſtutia. ſent. 17. 20. Cogitatio. ſent. 39. Confeſſio. ſent. 29. Cor. ſent. 54. Damnatio. ſent. 1. Deceptio. ſent. 8. 9. 10. 18. 25. 26. 27. 28. 31. 32. Divinatio. ſent. 14. Exactio. ſent. 15. Finis. ſent. 35. Gehenna. ſent. 10. Inſidia. ſent. 16. 17. 22. Mundus. ſent. 37. Occiſio. ſent. 69 Perſecutio. ſent. 53. Præſentia Dei. ſent. 69. Providentia in genere. ſent. 14. Scrupuloſitas. ſent. 1. Servitus. ſent. 57. Suaſio. ſent. 34. Tentatio. ſent. 3. 8. 10. 17 40. 78. 173. Vigilare. ſent. 7.

Diaboli Poteſtas.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. TANTA eſt nequitia dæmonum, ut ſi Deus illis permitteret, ſtatim ut homo mortale facinus admitteret, eum interficerent. *Sup. Apocal. cap. 9. poſt init. col. 3074. lit. B. tom. 5.*

S. ANTONINUS. 2. Diabolus quantò diutiùs poſſedit, tantò difficiliùs dimittit. *Part. 2. tit. 9. de Acedia. cap. 13. §. 1. ante med. fol. 285. col. 2.*

S. ANTONIUS DE PADUA. 3. Diabolus tanquam lupus quidquid preſſerit pede ſuperbiæ, occidit. *Serm. Dom. 2. poſt Paſcha. poſt med. fol. 132. pag. 1.*

4. Dæmones hominis, quem captivum ducunt, cervici onera gravia imponunt; & tanqam bovem vel aſinum per funem ad collum ligatum minando trahunt, & laſſo nullam requiem dant, dùm de peccato in peccatum præcipitant. *Serm. Dom. 6. poſt Paſcha. poſt init. fol. 259. pag. 2.*

S. AUGUSTIN. 5. Quem non poteſt diabolus devorare ſeductum ad nequitiam, famam ipſius inquinare conatur, ut ſi fieri poteſt, opprobriis hominum, & malarum linguarum detractione deficiat. *Ep. 137. ad Clerum in medio. pag. 424. D. tom. 2.*

6. Diabolis utitur Deus, & eis permittit, ut aut exerceantur boni, aut puniantur mali. *Annot. in Iob. cap. 16. ante med. tom. 4.*

S. AUGUST. 7. Diabolo poteſtas quædam eſt, plerùmque tamen vult nocere, & non poteſt, quia poteſtas iſta ſub poteſtate eſt: nam ſi tantùm poſſet nocere diabolus quantùm vult, non aliquis juſtorum remaneret, aut aliquis fidelium eſſet in terra. *Super Pſ. 61. poſt med. verſ. ultimo. pag. 433. B. tom. 8.*

8. Diabolus non poteſt intrare domum vel mentem, in qua pax dominatur. *Serm. 2. ad fratr. in Eremo. ante med. pag. 911. A. tom. 10.*

V. BEDA. 9. Niſi quis porci more vixerit, nunquam accipiet in eum diabolus poteſtatem, aut ad probandum tantùm, non autem ad perdendum accipiet. *Lib. 3. ſup. Luc. cap. 8. in illud, Erat ibi grex porcorum, &c. col. 312. tom. 5.*

S. BERNARD. 10. Superbis & libidinoſis plus dominatur diabolus. *De ordine vitæ, ante fin. fol. 337. columna 4. littera M.*

S. BONAVENT. 11. Debilis eſt hoſtis, qui non vicit, niſi volentem. *Sup. 2. ſent. diſt. 6. dub. 3. pag. 75. col. 2. lit. B. tom. 4.*

12. Tanta eſt diaboli crudelitas, quòd nos omni hora tranſglutiret, niſi divina protectio nos cuſtodiret. *Tit. 7. Diætæ. cap. 1. poſt med. pag. 308. col. 2. B. tom. 6.*

CASSIODORUS. 13. Illo tempore prævalet diabolus rapere, cùm nobis peccatis noſtris obſtantibus Creator diſtulerit ſubvenire. *Sup. Pſ. 7. in princ. verſ. 2. Ne quando rapiat. &c. fol. 12. col. 2.*

14. Diabolus animas, quas comprehendit, conterit. *Ibidem, ante med. verſ. 5. Perſequatur inimicus. &c. fol. 12. col. 3.*

15. Sathanas quantùm fortior, tantùm nequior. *Sup. Pſ. 73. poſt med. verſ. 15. fol. 113. col. 3.*

S. CYPRIAN. 16. Evadere diabolum difficilè poterit, qui ſe diaboli laqueis ſemel implicavit. *Ep. 62. ad Pomponium cap. 1. poſt med. pag. 140. col. 1. tom. 1.*

17. Diabolus in his regnat, quos inquinat: & in his, quos polluit, dominatur. *De jejun. & tent. Chriſti cap. 6. ante med. tom. 3.*

S. CYRILLUS ALEX. 18. Vehemens adverſarius eſt Sathanas, qui per fraudem & dolum eorum animis, qui rectam & inculpabilem vitam elegerunt, impedimenta objicere, & eorum qui à virtutis perfectione propiùs abſunt, labores infringere facilè poſſit. *Hom. 10. de feſtis Paſchal. ante med. pag. 112.*

S. CYRILLUS HIEROSOL. 19. Poteſt quidem diabolus animam incitare, cogere autem præter voluntatem omninò non poteſt. *Catech. 4. de ſtatu hominis. in fine. apud Bibl. Patr. tom. 4. pagin. 405. columna 2. E. edition. Coloniæ. 1618.*

20. Diabolus perſuadere quidem poteſt volentibus, cogere autem non poteſt. *Ibid. Catech. 4. de libris à medio. pag. 407. col. 1. B.*

S. EPHREM. 21. Non quantùm vult malignus tentat affligitque nos, ſed quantùm ipſi à Deo permittitur. *Serm. de impatientia poſt med.*

S. EUSEBIUS EMISS. 22. Diabolus obſeſſa ſemel pectora, molliſſimis ſeductionibus decipit. *Hom. 3. Epiph. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. edit. Colon. 1618.*

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 23. Diabolus ſi de ſuo capillum habere poteſt ex homine, citò excreſcere facit in trabem. *In ſuis opuſc. collat. 6. pag. 298. tom. 3.*

FRANCISCUS TITELMAN. 24. Valdè multos diabolus, dùm terram circuit, in ſuam capit ſervitutem, quos ipſe venatorum inſtar multâ aviditate & diligentiâ inſectatur, donec in reti ſuo omnes comprehendat. *Profec.*

25. Hæc quidem ſententia nimiùm, heu! nimiùm vera eſt: quos autem comprehenderit, eos velut ſervos & captivos antè ſe minat, & quaſi jumenta ſervilia agit quò voluerit. *In Annot. ſup. cap. 1. Iob. ante med. in illud, Circuivi terram.*

GLOSS. INT. 26. Omnes dæmones, maximè ſunt potentiæ amatores. *Sup. Iudith. cap. 2. columna 1555. littera B. tom. 2.*

S. Greg. mag. 27. Occulta juſtitiæ licentia malignis ſpiritibus datur, ut quos volentes in peccati laqueo ſtrangulant, in peccati pœnam etiam volentes trahant. *Lib. 2. moral. cap. 16. a medio. col. 41. B. tom. 1.*

28. Omnis voluntas diaboli injuſta eſt, & tamen permittente Deo omnis poteſtas juſta. *Lib. 18. Moral. cap. 1. in fine ſup. illud, Iob. 27. Vivit Deus, qui abſtulit judicium, &c. tom. 1.*

29. Formidari non debet, qui nihil niſi permiſſus valet: ſola ergo vis illa timenda eſt, quæ cùm hoſtem ſævire permiſerit, ei ad uſum juſti judicii, & injuſta illius voluntas ſervit. *Ibidem, lib. cap. 6. circa med. col. 32. lit. A.*

30. Diabolus à facie Domini exiit, quia poteſtatem tentationis accipiens, ad malitiæ ſuæ vota pervenit. *Ibidem, cap. 8. in fine. num. 23. columna 33. littera D.*

31. Diabolus
- Occupat incautos.
- Inermes ſauciat.
- Timidos expoliat.
- Alios necat.
- Alios captivat.
- Alios ſuffocat. *Sup ſeptem Pſ. Pœnit. ſup. Pſ. 7. verſ. 11. in princ. col. 633. D. tom. 2.*

32. Antiquus hoſtis undè bonos cernit per charitatem provehi ad gloriam, indè perverſos per invidiam rapit ad pœnam. *Lib. 3. dialogi. cap. 15. poſt init. col. 1344. D. tom. 1.*

S. Hieron. 33. Nuſquàm diabolus apertâ fronte ſe prodit. *Tom. 1. Ep. 52. de vita Malchi. poſt. init. pag. 256. C.*

34. Infirmus hoſtis eſt, qui non poteſt vincere niſi volentem: non enim cogendo, ſed ſuadendo nocet. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriad. longè poſt medium pagina 23. lit. B.*

35. Poteſtas diaboli non in temeritate illius atque jactantia, ſed in tua eſt voluntate. *Lib. 2. ſup. Ep. ad Epheſ. cap. 4. in illud, Neque locum detis diabolo. pag. 227. D. tom. 9.*

Hugo a S. Victore. 36. Diabolus
- Per quoſdam de exercitu ſuo clauſtralibus minatur, ut terreat eos.
- Per alios blanditur, ut decipiat.
- Per alios promittit, ut pervertat.
- Per reliquos inſidiatur, ut rapiat. *Lib. 1. de clauſtro animæ. capit. 1. circa finem. pagin. 31. lit. A. tom. 2.*

Hugo Card. 37. Non eſt timendus diabolus, qui nihil poteſt, niſi permiſſus. *Sup. Geneſ. cap. 31. fol. 44. columna 1. tom. 1.*

38. In homine duo ſunt, natura ſc. & voluntas. Diabolus ſi permittitur, poteſt ſupra naturam hominis, ſed non ſuper voluntatem hominis: quia homo, niſi volens, non poteſt vinci à diabolo. *Profec.*

39. Vel poteſt dici quòd diabolus poſſit ſuper hominem, ſi ſibi ſoli relinquatur: ſed non poteſt ſuper hominem, cum quo eſt gratia Dei. *Sup. Deuteron. cap. 7. in princ. fol. 156. col. 2. tom. 1.*

40. Diabolus non ſolùm opus, ſed etiam cogitationes corrumpere conatur. *Sup. 3. Reg. cap. 14. fol. 297. col. 2. tom. 1.*

41. Aurum charitatis, & argentum caſtitatis, & vaſa bonæ operationis tollit diabolus ab anima, quam capit per peccatum. *Profec.*

42. Sic ergo totum hominem intùs, & extrà ſpoliat: à corde enim tollit charitatem, à corpore caſtitatem, & ab utroque bonam operationem. *Ibidem.*

43. Habet diabolus
- Jugum. — Jugum diaboli, luxuria eſt.
- Virgam. — Virga diaboli, ſuperbia eſt.
- Sceptrum. — Sceptrum diaboli, avaritia eſt. *Sup. Iſay. cap. 9. fol. 25. columna 2. tom. 4.*

44. Diabolus in ſe fortis eſt, ſed debilis in conſpectu Dei: quia nihil poteſt, niſi permiſſus: & non permittitur nocere, niſi volenti. *Sup. Hierem. cap. 5. Myſticè. fol. 191. col. 3. tom. 4.*

Hugo Card. 45. Magnum tormentum eſt diabolo à læſione hominis ceſſare, quia tantò graviùs dimittit, quantò diutiùs poſſedit. *Sup. Marc. cap. 1. fol. 91. columna 3. tom. 6.*

46. Dæmones habent venenum in ore, ut ſerpentes: & in cauda, ut ſcorpiones, quia actionem bonam nituntur corrumpere in principio, & in fine. In principio, intentionem corrumpendo: in fine, vanam gloriam ſuggerendo. *Sup. Luc. cap. 10. fol. 193. col. 3. tom. 6.*

47. Diabolus corda claudit, ſed Dominus aperit. *Super Acta Apoſt. cap. 16. fol. 299. columna. 2. tom. 7.*

S. Joannes Chryſoſtom. 48. Diabolus neminem cogit, vel vim facit; ſed decipit tantùm: & quos negligentes videt, ſupplantat. *Hom. 31. ſup. Geneſ. circa initium col. 250. littera C. tom. 1.*

49. Licèt diabolus aliquid poſſit, nihil tamen poteſt, niſi quando poteſtas ei fuerit conceſſa: poteſtas enim non eſt ei propria, ſed à Deo illi conceſſa. *Serm. de Iob. & Abrah. ante med. col. 699. C. tom. 1.*

50. Diabolus ad malum hortari poteſt, cogere autem non poteſt. *Hom. 5. ſup. Matth. oper. imperf. à medio. col. 779. B. tom. 2.*

51. Gaudium, gloria, & poteſtas diaboli nuſſibi eſt niſi in ſuperbia, in invidia, in ira, in vana gloria, & his ſimilibus. *Ibid. poſt med. col. 781. A.*

52. Diabolus non manducat, non bibit, non dormit, non opus aliquod aliud operatur, niſi ut tentet, ut fallat, ut ſubvertat: hic eſt cibus illius, hic honor, hoc gaudium, hæc poteſtas. *Ibidem.*

53. Quamvis diabolus ſit infirmus, tamen fortior eſt homine negligenti: fortem enim diabolum noſtra negligentia facit, non illius potentia. *Ibid. Hom. 29. poſt med. col. 929. C.*

54. Diabolus ligatus eſt: malum quidem conſilium ſuadere poteſt, cogere autem non poteſt. *Ibid. ante fin. col. 930. C.*

55. A ſeipſo diabolus nihil agere poteſt, niſi occaſionem à nobis acceperit. *Ibid. Hom. 43. à medio. col. 1049. A.*

56. Nuſquàm nocentiſſimus ille adverſarius irritatur graviùs, quàm cùm ſuorum inſtrumentorum multa eripi videt. *Hom. 43. ſup. 1. Cor. poſt med. col. 670. C. tom. 4.*

57. Si diabolus nactus fuerit initium nocendi, omnia ſibiipſi ſubindè ſuoptè ingenio veſtigat & amplificat. *Serm. 14. ſup. Ep. ad Epheſ. poſt med. col. 1037. B. tom. 4.*

S. Ioan. Dam. 58. Nullam adverſùs quemquam vim ac poteſtatem dæmones habent, niſi ea ipſis Dei conſilio ac diſpenſatione concedatur. *Profec.*

59. Nullum vitium, nullum impurorum affectuum genus eſt, quod non ab ipſis excogitatum ſit. *Lib. 2. Parall. cap. 4. à medio. fol. 178. pag. 2. A.*

Joan. Trith. 60. Diabolus eſt
- Mali author.
- Nequitiæ origo.
- Rerum hoſtis.
- Corruptor ſeculi.
- Hominis ſemper inimicus. *Sup. Prolog. Regulæ S. Bened. cap. 2. poſt med. pag. 161. col. 2.*

Joan Trith. & Laurent. Iuſtin. 61. Diabolus
- Laqueos tendit, lapſus parat.
- Foveas fodit, comparat ruinas.
- Stimulat corpora, pungit animas.
- Cogitationes ſuggerit, immittit iras.
- Nutrit diſcordias, pacem turbat.
- Sanctos affectus diſſipare nititur.
- Humana violat, divina tentat. *Ibidem, & Laurent. Iuſtin. De ligno. vitæ de fide. cap. 4.*

JOAN. TRITH.

62. Licet diabolo data ſit facultas tentandi, non tamen datur ei poteſtas nocendi, niſi quantùm Deo permittente, utile eſt ad noſtram exercitationem. *Ibidem. cap. 2. text. 17. circa med. pag. 183. col. 2.*

S. IRENÆUS.

63. Diabolus apoſtata exiſtens Angelus, hoc tantùm poteſt quod egit in principio, ſeducere & abſtrahere mentem hominis ad tranſgredienda præcepta Dei. *Lib. 5. adverſ. Hæreſ cap. Omnia. poſt. med.*

LACT. FIRM.

64. Diabolus omnia quæ illici poſſunt, pro laqueis habet, & quidem tàm ſubtilibus, ut oculos mentis effugiant, ne poſſint hominis proviſione vitari. *Proſecutio.*

65. Summa prudentia eſt pedetentim incedere quoniam utrobique diabolus ſaluti inſidet, & offendicula pedibus latenter opponit. *De opific. Dei cap. 1. in med. pag. 366.*

S. LAURENT. JUSTIN.

66. Poteſtatibus Angelorum aëreæ ſunt ſubditæ poteſtates & per ipſos arcentur, ne quantùm volunt, hominibus noceant. *De caſto connubio. cap. 16. poſt med. pag. 183. col. 1. B. Part. 1.*

S. LEO I.

67. Vis omnis diaboli mendacio nititur. *Serm. 4. de collectis. poſt init.*

68. Diabolus facilè in omnia flagitia impellit, quos religione decipit. *Ibidem.*

69. Adverſarius in apertis inefficax perſecutionibus, tectâ nocendi arte deſævit: ut quos non percuſſit ictu afflictionis, lapſu dejiciat voluptatis. *Serm. 6. Epiphan. poſt med.*

70. Diabolus quorum obtinere non poteſt mortes, impetit mores: & quos damnis non fregit, cupiditate corrumpit. *Proſec.*

71. Malignitas enim longo uſu propriæ imbuta nequitiæ non depoſuit odium, ſed vertit ingenium, quo ſibi mentes fidelium blandiùs ſubdat.

72. Inflammat concupiſcentiis, quos non poteſt vexare tormentis; ſerit diſcordias, accendit iras, incitat linguas. *Ibidem.*

73. Non ignoramus, quòd hi hoſtes noſtri contra ſe geri omnia ſentiunt, quæcunque nos pro noſtra ſalute agere tentamus: & hoc ipſo quòd boni aliquid appetimus, adverſarios provocamus. *Proſec.*

74. Hæc enim inter nos atque illos per diabolicæ invidiæ fomitem inveterata diſſenſio eſt: ut quia illi ab his bonis exciderunt, ad quæ nos (Deo auxiliante) provehimur, noſtris juſtificationibus torquenatur.

75. Si ergo nos erigimur, dæmones corruunt: ſi nos convaleſcimus, illi infirmantur. Remedia noſtra, plagæ ipſorum ſunt: quia curatione noſtrorum vulnerum vulnerantur. *Serm. 1. Quadrag. circa med.*

76. Fremit expoliati hoſtis impius furor, & novum quærit lucrum, quia jus perdidit antiquum. *Proſecutio.*

77. Captat indeſeſſus & pervigil, ſi quas reperiat oves à ſacris gregibus negligentiùs evagantes, quas per procliva voluptatum, & per devexa luxuriæ in diverſoria mortis inducat.

78. Inflammat iras, nutrit odia, acuit cupiditates, irridet continentiam, incitat gulam. *Ibidem. ſerm. 2. prope med.*

79. Non ambigatis diabolum (qui omnium virtutum eſt adverſarius) invidere, & ad hoc vim ſuæ malignitatis armare, ut pietati laqueos de ipſa pietate prætendat: & quos non potuerit dejicere per diffidentiam, conetur ſuperare per gloriam. *Ibidem. ſerm. 4. circa med.*

80. Ad præmia æterna tendentibus, in eo maximè diaboli inſidiatur aſtutia, ut quorum pervertere non poteſt probitatem, ſubruat fidem. *Ibidem. ſerm. 6. circa med.*

81. Diabolus malitiâ nocendi avidus, dùm irruit, ruit: dùm capit, capitur. *Serm. 6. de Paſſione. poſt med.*

82. Malignis ſpiritibus nihil in quenquam ampliùs licet, quàm juſtitia divina permiſerit, qui dignatur ſuos aut corrigere diſciplinâ, aut exercere patientiâ. *Ibidem. ſerm. 19. ante fin.*

S. LEO I.

83. Beneficia dæmonum omnibus ſunt nocentiora vulneribus: quia tutius eſt homini inimicitiam diaboli meruiſſe, quàm pacem. *Ibidem.*

84. Malignorum ſpirituum adverſus ſanctos inſidiæ non quieſcunt: & ſive occulto dolo, ſive aperto prælio omnibus fidelibus propoſitum bonæ voluntatis infeſtant. *Ibidem.*

85. Novit diabolus cui adhibeat æſtus cupiditatis, cui illecebras gulæ ingerat, cui apponat incitamenta luxuriæ, cui infundat virus invidiæ. *Proſec.*

86. Novit quem mœrore conturbet, quem gaudio fallat, quem metu opprimat, quem admiratione ſeducat.

87. Omnium diſcutit conſuetudinem, ventilat curas, ſcrutatur affectus: & ibi cauſas quærit nocendi, ubi quemque viderit ſtudioſiùs occupari. *Serm. 7. de Nativit. in medio.*

S. MACHARIUS ÆGYPT.

88. Sathan terrenis occupationibus cribrat omne genus hominum obnoxiorum peccato. *Hom. 5. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 53. col. 2. F.*

S. MAXIMUS MART.

89. Dæmones quoties noſtri curam non habemus, ipſi obſervatâ opportunitate, ex improviſo in nos magna cum vehementia irruunt. *De charit. centur. 2. cap. 33. apud Bibl. Patr. tom. 7. pagin. 353. col. 2. H. edit. Colon. 1618.*

ORIGENES.

90. Si dæmoniis auferatur libertas arbitrii, nullus ultra impugnabit athletas Chriſti; nullo autem impugnante, nec certamen aliquod erit; & ſublato certamine, nullum erit præmium, nulla victoria. *Hom. 13. in cap. 22. Numer. ante fin. tom. 1.*

91. Nequiſſimi dæmones ſubitò pervolant totum mundum, ſubitò univerſa peragrant, quæ ſub cælo ſunt, & ubique ſubitò ſunt præſentes in omni prælio, in omni pugna, in omni perturbatione atque mortis ruina, in omni ſeditione ac tumultu, in omni contentione & lite, in omni ſanguine & homicidio, in omni furto & adulterio, ubique præſentes ſunt nequiſſimi dæmones. *Lib. 1. in Iob. ſup. illud. 1. Circuivi omnem terram. tom. 1.*

PETR. BLES.

92. Diabolus quamdiù poteſt, & quantùm poteſt, nos non ceſſat fallere: & quantò nos nequiùs decipit, tantò graviori pœnæ ſeipſum ſubjicit. *Serm. 45. ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 907. col. 1. D. edit. Colon. 1618.*

S. PETRUS CHRYSOLOG.

93. Diabolus
- Mali author.
- Nequitiæ origo.
- Rerum hoſtis.
- Secundi hominis ſemper inimicus.
- Laqueos tendit.
- Lapſus parat.
- Foveas fodit.
- Aptat ruinas.
- Stimulat corpora.
- Pungit animas.
- Cogitationes ſuggerit.
- Immittit iras.
- Dat virtutes odio.
- Vitia dat amori.
- Errores ſerit.
- Diſcordias nutrit.
- Pacem turbat.
- Affectus diſſipat.
- Conſcindit unitatem.
- Sapit malum.
- Violat divina.
- Humana tentat. *Serm. 11. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 669. col. 2. E. edit. Colon. 1618.*

94. Diabolus ſemper primordia boni pulſat, tentat rudimenta virtutum, ſancta in ipſo ortu feſtinat

extinguere, ſciens quòd ea ſubvertere fundata non poſſit. *Ibid. ante med.* &c.

S. PETRUS CHRYSOL.

95. Sic ſuos ſuadet diabolus, ſic ſuis providet ſemper, ſic ſuos elevat, ut de alto præcipitet validiùs in ruinam. *Ibid. ſerm.* 13. *poſt med. pag.* 671. *col.* 1. *D.*

96. Conſiliis ſuis ſe diabolus prodit: Ipſus quærit, præcipitis imperat, & tali conſilio multos martyres ſuos facit ſine clamore, dicendo: Si vis martyr eſſe, mitte te deorſum; ut eos impellat de alto ad mortem, non de homili tollat & elevet ad coronam. *Ibidem.*

97. Dæmones niſi vincti, non cedent: lædere non valent, niſi juſſi. *Ibidem. ſerm.* 16. *in fine.*

98. Diabolus totius mali & author eſt & origo: diabolus naturâ cæleſtis fuit, nunc eſt nequitiâ ſpiritualis, ætate major ſeculo, nocendi uſu tritus, lædendi arte peritiſſimus. *Ibidem. ſerm.* 70. *poſt medium pag.* 714. *col.* 2. *G.*

99. Diabolus non peccatores quærit capere, quos poſſidet ſubjugatos; ſed ut juſtos capiat, elaborat. *Ibid. ſerm.* 97. *ſub fin. pag.* 734. *col.* 1. *B.*

100. Diabolus nihil eſſet, ſi eſſent ſolicitiores homines & cautiores. *Ibid. ſerm.* 105. *in princ. pag.* 740. *col.* 1. *C.*

101. Quid in homine unquàm diabolus prævaluit virtute, niſi arte, mendacio, inſidiis, fraude, dolo, nequitiâ, vitiorum miniſterio, furore criminum? *Proſec.*

102. Ille voluntates hominum ſemper explorat, & bonas quidem voluntates reſugit, malis autem voluntatibus obſecundat: ut ſit miniſter ſcelerum, criminum leno, paraſitus ipſe vitiorum.

103. Et quia poteſtate non poteſt, dominatur turpiſſimis mentibus, turpiſſimâ ſervitute: ſic mendacio decepit Evam, ſic cupiditate laqueavit Iudam, ſic Iudæos cæcavit invidiâ, ſic gentes idolorum caligavit errore, ſic confudit populos pompâ & vanitate rerum. *Ibidem. poſt init. pag.* 740. *col.* 2. *E.*

S. PETRUS DAMIANUS.

104. Diabolus venit in oratorium, dormitorium occupat, inſidet refectorio, circuit clauſtrum, reviſit officinas: nullam prætermittit artem nocendi, ſed ubique ſuæ calliditatis aſſignat argutias. *Proſec.*

105. Et in choro quidem inter orandum & pſallendum mentem pertrahit in diverſa, præteritorum rememoratione puritatem intellectus involvens.

106. In choro devotionem, in thoro caſtitatem, in refectorio parcitatem, in clauſtro lectionem, in officinis ſilentii virtutem, virtutis inimicus extirpat. *Serm.* 60. *de vigil. Nat. Dom. ante med. pag.* 291. *col.* 2. *D. tom.* 2.

S. PROSPER.

107. Dæmones hominibus nihil noxæ inferre poſſunt, niſi Deus permiſerit. *Sup. Pſ.* 103. *verſ.* 22. *apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *edit. Colon.* 1618.

108. Diabolus indeſinenter habet nocendi cupiditatem, nemini tamen plus tentationum poteſt inferre, quàm ſinitur. *Ibid. verſ.* 28.

RICH. À S. VICTORE.

109. Nihil aliud circa nos Dominus per diabolum facere, vel fieri permittit, niſi quod pium, vel quod juſtum eſſe diſcernit. *Part.* 2. *ſup. Pſ.* 134. *poſt med. pag.* 123. *col.* 2. *B.*

ROBERTUS BELLARMIN.

110. Diabolus utitur corpore tanquàm inſtrumento ad debellandam animam: & quò corpus magis viget ac floret, eò eſt aptius inſtrumentum diaboli. *Conc.* 23. *Dom.* 1. *Quadrag. ante med.*

RUPERTUS ABBAS.

111. Diabolus quocumque in malo ſit ſubtilis & callidus, quantumcumque creaturæ perverſione malitioſus abutatur, tamen ad cognoſcendum arcanæ divinitatis conſilium, brutum eſt. *Lib.* 1. *in lib. Regum. cap.* 25. *in medio. fol.* 270. *pag.* 1.

S. THEODORET.

112. Permittente Deo dæmones operantur. *Quæſt.* 12. *ſup. Deuter. in princ. pagin.* 44. *col.* 2. *littera E. tom.* 1.

Vide etiam Tit. Homo. ſent. 89. *Poteſtas. ſent.* 3.

Dies.

DEFINITIO.

COLLECTOR.

DIES eſt præſentia ſolis, ſive ſol ſuper terras, ſicut nox, ſol ſub terris. *Vel.*

Dies eſt lux diei, ſpatium viginti quatuor horarum continens.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS.

1. Finis diei, veſper eſt; jàm ſequens dies, ex noctis fine ſuccedit. *Lib.* 1. *Hexam. cap.* 10. *ante med. tom.* 4.

2. Horæ diei duodecim ſunt. *Lib.* 7. *ſup. Luc. cap.* 15. *in illud Quantis panibus &c. tom.* 5.

3. Diem ſol facit, menſes curſus lunæ. *Sup. Ep. ad Galat. cap.* 4. *in illud, Dies obſervatis, &c. tom.* 5.

4. Mora unius diei in cælo præfertur innumerabilibus annis hujus vitæ plenæ deliciis. *Lib.* 3. *de lib. arb. cap.* 25. *ante fin. tom.* 1.

S. AUGUSTIN.

5. Tardabam converti ad Deum, & differebam de die in diem vivere in te. *Lib.* 6. *Conf. cap.* 11. *ante fin. tom.* 1.

6. Anni tui dies unus, & dies tuus non quotidie, ſed hodie: quia hodiernus tuus non cedit craſtino, neque ſuccedit heſterno. *Ibidem, lib.* 11. *cap.* 13. *ante finem.*

7. Totus dies nocturnis & diurnis horis omnibus viginti quatuor expletur. *Ibid. cap.* 15. *poſt med.*

8. Ubi dies nec heſterni fine inchoatur, nec initio craſtini terminatur, ſemper hodiernus eſt. *In Enchirid. cap.* 49. *ante med. tom.* 3.

9. Diem lætum dicimus, quia lætos nos facit. *Lib.* 1. *de Geneſi contra Manich. cap.* 22. *ſub finem. tom.* 1.

10. Septem dies hebdomadæ, ſunt ſeptem ætates mundi. *Ibidem. cap.* 23. *per totum.*

11. In quo quemque invenerit ſuus noviſſimus dies, in hoc eum comprehendet mundi noviſſimus dies. *Ep.* 80. *poſt. init. tom.* 2.

12. Ira corrumpit cor, ſi in alium diem duraverit. *Ep.* 87. *in fine. tom.* 2.

13. Diem mortis penè omnes differre conantur; tantum habet vim carnis & animæ dulce conſortium. *Ep.* 120. *cap.* 6. *ante med. tom.* 2.

14. Ultimum diem nulli mortalium evitare conceditur. *Epiſt.* 237. *in medio tom.* 2.

15. In toto tempore mundi dies veniunt præteritis ſimiles, nullus autem idem redit. *Lib.* 4. *de Geneſi ad lit. cap.* 1. *poſt init. tom.* 3.

16. Totus dies, totus circuitus ſolis veriùs nuncupatur, non ab oriente uſque in occidentem, ſed ab oriente uſque ad orientem. *Ep.* 80. *ante med. tom.* 2.

17. In his quæ evidentiùs appellantur creata, vel facta, primùm factus eſt dies. *Lib.* 5. *de Geneſi ad lit. cap.* 5. *circa med. tom.* 3.

18. Apud Deum nunquàm craſtinus, nunquàm heſternus dies eſt, ſed ſemper hodie. *De quinque hæreſ. cap.* 4. *longè ante fin. tom.* 6.

19. Latet ultimus dies, ut obſerventur omnes dies. *Hom.* 13. *ex quinquag. Hom. poſt init. tom.* 10.

20. Dies præſentis ſeculi boni dicuntur, & non ſunt. *Ibidem, Hom.* 1. *cap.* 3. *poſt med.*

21. Malos dies vis addere malis diebus, quis promiſit tibi Deus indulgentiam: ſed craſtino die te victurum nemo promiſit. *Ibid. Hom.* 11. *cap.* 3. *in princ.*

22. Hodiernum diem in malitia peregiſti, vel cras mutare cogitas: neſcis quid pariat craſtinus dies. *Tract.* 33. *ſup. Ioan. ante finem tom.* 9.

23. Propter illos qui ſpe periclitantur, fecit Deus diem mortis incertum: quando veniat ultimus dies neſcis; ingratus es, quia hodiernum habes, in quo corrigatis. *Ibid. prope finem.*

S. Augustin. 24. Dies iſte qui circuitu ſolis hujus impletur, paucas horas habet: dies præſentiæ Chriſti uſque in conſummationem ſeculi extenditur. *Ib. tract. 44. circa med.*

25. Non aliter probatur perfecta charitas, niſi cùm cœperit dies mortis deſiderari. *Tract. 9. ſup. Ep. Joan. longe poſt init. tom. 9.*

26. Incertus dies tanquàm quotidianus ſperandus eſt. *De decem chordis. cap. 2. in fine, pag. 628. D. tom. 9.*

27. Melior ibi eſt dies una, ſuper millia dierum. *Profec.*

28. Millia dierum deſiderant homines, & multùm volunt vivere: contemnant millia dierum, deſiderent unum diem, qui non habet ortum neque occaſum.

29. Unum diem, diem ſempiternum, cui non cedit heſternus, quem non urget craſtinus. *Super Pſal. 83. ante fin. verſ. 10. Melior eſt dies una, &c. tom. 8.*

30. Noviſſimus dies terribiliter venturus auditur eis, qui ſecuri eſſe benè vivendo nolunt, & malè vivere diu volunt. *Super Pſalm. 36. conc. 1. in principio, tom. 8.*

31. Dies noviſſimus ſicut infidelibus laborem auget, ſic fidelibus finit. *Ibidem, poſt init.*

32. Etſi longè ſit dies judicii, tuus certè dies ultimus, longè abeſſe non poteſt. *Ibidem, ante med.*

33. Dies malos duæ res faciunt, miſeria hominum & malitia hominum: ſed miſeria communis eſt, non autem malitia. *De verbis Apoſt. ſerm. 24. in princ. pag. 256. D tom. 10.*

V. Beda. 34. Omnis dies velut ultimus tractandus eſt. *In ſuis Prov. verbo Omnis, pag. 194. tom. 2.*

S. Bernard. 35. Veniet dies judicii, ubi plus valebunt pura corda, quàm aſtuta verba; & conſcientia bona, quàm marſupia plena. *Epiſt. 1. ad Robertum poſt med.*

S. Bonavent. 36. Feſti dies per honeſtum quietis otium, alii verò dies per laboris debiti exercitium honorantur. *In ſpeculo diſcipl. parte. 1. cap. 22. poſt init. pag. 546. col. 1. A. tom. 7. parte 4.*

Cassiodorus. 37. Licet Deus cunctos dies creaverit, ſingulariter tamen diem feciſſe dicitur, qui Chriſti Domini Nativitate ſacratus eſt. *Super Pſalm. 117. ante finem. verſ. 23. Hæc eſt dies, &c. folio 179. col. 3.*

S. Eusebius Emissen. 38. Citò tranſeunt dies noſtri, utinam benè tranſeant! *Homil. 10. ad Monachos, in fine, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 1. pagina 587. col. 2. F. edit. Colonienſis 1618.*

39. Jucundiores ſunt illi dies, quibus renaſcimur, vel reparamur, quàm illi, quibus naſcimur. *Hom. 6. de Paſcha in princ.*

40. Quis mihi reddet hunc diem, quem in vanis fabulis perdidi? *Ibidem, Hom. 9. ad Monachos, in fine. pag. 586. col. 2. G.*

41. Quis mihi reddet hanc diem, quam vanis rebus perdidi, quam in cogitationibus noxiis peſſimiſque conſumpſi? *Ibidem, Hom. de Machabæis, ante fin. pag. 574. col. 2. H.*

S. Gregor. Magn. 42. Diabolus diem ſe exhibet, quia per proſpera incipit, ſed in noctis tenebras ſemper deſinit, quia ad adverſa perducit. *Libro 4. Moral. cap. 9. in princ. num. 8. col. 98. C. tom. 1.*

S. Greg. Taumaturg. 43. Homini diviti, dies tenebræ ſunt. *Super Eccleſiaſten, cap. 5. in fine, apud Bibliothec. Patrum, tom. 3. pagina 53. columna 1. littera C.*

Hayno. 44. Diem malum appellamus præſens tempus, non quòd per ſe malum ſit; ſed quia multis mala in eo fiant. *Serm. Dom. 22. poſt Pent. in Appendice, circa med.*

S. Hieron. 45. Virtutes dies bonos viventi faciunt, vitia malos. *Super Eccleſiaſten, cap. 7. ſuper illud, Ne dixeris quid factum eſt, &c. pag. 82. B. tom. 7.*

S. Innoc. III. 46. Dies illi ſunt noſtri, quibus benè vivimus, & vitam æternam meremur: illi verò non noſtri, ſed potiùs alieni, quibus opera diaboli exercemus. *Super Pſalm. 101. poſt medium, verſ. 23. folio 147. columna 1.*

47. Extremæ ingratitudinis illud eſt, cùm ſex dies impendantur rebus ſecularibus, unum ſpiritualibus diem nolle impendere. *Homil. 5. ſuper Matth. oper. perfect. in principio, columna 51. littera A. tom. 2.* S. Joannis Chrysost.

48. Si vel parum argenti amiſeris, id omninò damnum appellas: ſin totos dies in diaboli operibus conſumpſeris, nihil amiſiſſe opinaris. *Homil. 57. ſuper Joannem, ante finem, columna 275. littera A. tom. 3.*

49. Ne unum quidem diem toto vitæ noſtræ tempore nos tranſigere liceat, ſi fieri poteſt, quo non aliquid lucri nobis reponamus. *Hom. 73. ad Popul. Antiochen. poſt init. tom. 5.*

50. Nulla prætereat dies, in qua unuſquiſque ſe melior non evaſerit. *Libro 1. Homil. 9. ad Monachos. in fine. pag 448. col 2.* Joan. Trith.

51. Dies à ſole magis effulgeſcit, & augeſcit. *Libro 2. adverſ. Hæreſ. cap. 27. in princ. pag. 96.* S. Irenæus.

52. Dies æternitatis, dies eſt ſine fine. *Lib. 3. Pſychagog. cap. 3. ante med.* Ludov. Blos.

53. Non videbit diem malum, qui dies bonos habere pauperem fecit: videbit diem malum, qui diem judicii ſine advocatione pauperis intraverit. *Serm. 14. poſt med. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 672. col. 1. B. edit. Colon. 1618.* S. Petrus Chrysol.

Sententiæ Paganorum.

54. Cùm dubia incertis verſetur vita periclis, Cato Poëta.
Pro lucro tibi pone diem, quicunque laboras.
Lib. 1. Diſtichor. metr. 64.

55. Quot dies quam frigidis rebus abſumpſi! *Lib. 1. Epiſt. 9. ad Minutium Fundan. ante medium, pagina 21.* Plinius II.

56. Inſtar totius vitæ dies eſt. *Epiſt. 61. in princip. tom. 2.* Seneca.

57. Agit nos, agiturque velox dies, inſcii rapimur: omnia in futurum diſponimus, & inter præcipitia lenti ſumus: meliora prætervolant, deteriora ſuccedunt. *Ep. 108. poſt med. pag. 834. tom. 2.*

58. Fluunt dies, & irreparabilis vita decurrit. *Ep. 123. circa med. pag. 886. tom. 2.*

59. Unus dies, gradus eſt vitæ. *Ep. 12. circa medium, tom. 2.*

60. Anguſtiſſimum habet dies gyrum, ſed & hic ab initio ad exitum venit, ab ortu ad occaſum. *Ibidem.*

61. Unus dies par omni eſt: nam ſi dies tempus eſt viginti quatuor horarum, neceſſe eſt omnes inter ſe dies pares eſſe; quia nox habet quod dies perdidit. *Ibidem.*

62. Quotidie eſt deterior poſterior dies. *In ſuis Proverb. littera Q.*

Vide etiam tit. Præſcientia Dei. ſent. 56. Timor mortis. ſent. 97.

Differentiæ.

DEFINITIO.

Differentia eſt, quâ ſpecies abundat à genere. Collector.

Vel

Differentia eſt quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale.

Sententiæ Patrum.

1. Hæc eſt breviſſima & apertiſſima differentia duorum Teſtamentorum, timor & amor. *Contra Adimant. cap. 17. ante med. pag. 137. B. tom. 6.* S. Augustin.

2. Per multas differentias aliter atque aliter quæque res ad diſcernendum dividi ſolent; ut quod in hac erat parte, per alias differentias, in alia parte inveniatur ubi ante non erat. *Lib. 20. contra Fauſtum. cap. 10. poſt init. tom. 6.*

S. BERNARD. 3. Differunt neglectus & contemptus : neglectus languor inertiæ eſt, contemptus verò ſuperbiæ tumor. *De precepto & diſpenſ. longè ante medium*, *folio* 291. *col.* 2. *littera F.*

BOETHIUS. 4. Differentiæ ibi abſunt, ubi abeſt pluralitas. *De Trin. ante fin.*

S. CÆSARIUS ARELAT. 5. Non diſcernuntur filii Dei, & filii diaboli, niſi humilitate & ſuperbia. Quemcumque ſuperbum videris, diaboli filium eſſe non dubites : quemcumque humilem conſpexeris, Dei eſſe filium confidenter credere debes. *Homil.* 18. *ante med. apud Bibliothecam Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 763. *col.* 1. *lit. B. editionis Colonienſis* 1618.

DIONYSIUS CARTHUS. 6. Brevis differentia Evangelii & legis, eſt amor & timor. *Super Epiſt Jacobi*, *cap.* 1. *art.* 3. *poſt init. folio* 7. *littera A.*

GLOSS. ORDI. 7. Mos & mores & conſuetudo differunt : nam mos ſumitur pro jure non ſcripto, conſuetudo ſumitur generaliter pro jure ſcripto & non ſcripto, mores ſumuntur pro frequentibus actibus hominum *In decretis Gratiani. fol.* 1. *col.* 3. *edit. Lugdun.* 1540.

8. Docilis & docibilis differunt; quia homo eſt docilis, liber docibilis. *In decret. Gratiani. folio* 24. *col.* 3. *edit. Lugdun.* 1540.

GLOSS. ORD. 9. Differunt iſta duo, convitiari & improperare. Nam convitiari eſt imponere, vel irrogare alicui crimen vitioſum : improperare verò eſt aliquid turpe irrogare, quod tamen non eſt vitium. *Sup. Eccleſiaſtic. cap.* 23. *col.* 2082. *F. tom.* 3.

10. Impietas eſt, in Deum peccaſſe : iniquitas, in homines. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 1. *in illud, Super omnem impietatem. col.* 24. *D. tom* 6.

S. GREG. MAG. 11. Quia in hac vita eſt diſcretio operum, erit in illa æterna proculdubio diſcretio dignitatum. *Libro* 4. *Moral. cap.* 31. *poſt init. num.* 42. *col.* 129. *littera A. tom.* 1.

12. Principari & dominari differunt : nam principari eſt inter reliquos priorem exiſtere, dominari verò eſt etiam ſubjectos quoſque poſſidere. *Hom.* 34. *ſup. Evang. circa med. col.* 478. *D. tom.* 2.

S. HIERONYM. 13. Inter Chriſtianum & Gentilem non fides tantùm debet, ſed etiam vita diſtinguere : & diverſam religionem, per diverſa opera monſtrare. *Tom.* 1. *Epiſt.* 14. *ad Celantiam. ante med. pag.* 109. *A.*

14. Summa tibi ſcientia ſit, & notitia ſumma, vitia virtuteſque diſtinguere ; quæ quamquàm ſemper contraria ſibi ſint, aliqua tamen ex eis tanta junguntur ſimilitudine, ut diſcerni omninò vix poſſint. *Profec.*

15. Quàm multi enim ſuperbiam, libertatis loco ducunt, adulationem pro humilitate ſuſcipiunt, malitiam prudentiæ amplectuntur vice, & ſtultitiæ ſimplicitatis nomen imponunt : hac fallaci atque peſſimâ ſimilitudine decepti, vitiis pro virtutibus gloriantur. *Tom.* 4. *Ep.* 1. *ad Demetriad. poſt med. pagina* 21. *A.*

HUGO A S. VICTORE. 16. Accenditur conſideratione cogitatio, inflammatur diſcretione meditatio, illuminatur cogitatione contemplatio. *Profec.*

17. Eſt cogitatio in mente, quaſi fumus in igne : meditatio, quaſi flamma cum fumo : contemplatio, ignis cum flamma ſine fumo.

18. Cùm mens ad conſideranda cœleſtia laborat, tunc cogitatio occupatione temporalium impeditur, meditatio otio conturbatur, contemplatio curioſitate revocatur. *Lib.* 2. *de clauſtro anim. cap.* 14. *ab init. pag.* 45. *H. tom.* 2.

19. Sit diverſitas inter indumentum palatii & monachi. *Ibidem*, *cap.* 18. *in princ. pag* 48. *E.*

HUGO CARD. 20. Diffrentia eſt inter gloriam & honorem : quia gloria eſt in ſe ad alios, honor verò in ſe ab aliis. *Sup. Pſ.* 8. *folio* 16. *columna* 4.

21. Differentia eſt inter probare & examinare : probare quærit rationem facti, examinare ipſum factum : ratio facti magis cor tangit, factum verò magis tangit corpus. *Sup. Pſ.* 16. *folio* 30. *col.* 3. *tom.* 2.

HUGO CARD. 22. Differentia eſt inter peccatum & delictum : peccatum eſt in commiſſis, delictum verò in omiſſis. *Super Pſ.* 18. *folio* 42. *col.* 3. *tom.* 2.

23. Differentia eſt inter manſuetum & mitem : manſuetus eſt qui etſi movetur, non deducitur ; mitis autem, qui nec movetur, nec deducitur. *Sup. Pſal.* 24. *folio* 57. *col.* 2. *tom.* 2.

24. Differunt inter ſe inops, pauper, & egenus. Inops propriè dicitur, qui nihil habet, qui eſt ſine ope & opibus : pauper, cui non ſufficit quod habet : egenus, qui ab aliis quærit mendicando quod habet. *Super Pſ* 34. *fol.* 87. *col.* 4. *tom* 2.

25. Differunt miſericordia, & miſeratio : quia miſericordia dicit habitum virtutis, miſeratio autem dicit actum. *Super Pſ* 50. *fol.* 131. *col.* 2. *tom.* 2.

26. Nota differentiam inter impietatem, iniquitatem, & peccatum : quia impietas eſt in Deum, iniquitas in proximum, peccatum in ſeipſum. *Ibidem.*

27. Nota differentiam inter deſiderium & concupiſcentiam : concupiſcitur enim & quod habetur & quod non habetur, deſideratur autem tantùm id quod non habetur. *Super Pſalm.* 118. *folio* 304. *columna* 3. *tom.* 2.

28. Differentia eſt inter tribulationem & anguſtiam : tribulatio enim exterior eſt, anguſtia interior. *Sup. Pſ.* 118. *in illud, Tribulatio & anguſtia invenerunt me. fol.* 317. *col.* 3. *tom* 2.

29. Differunt pravitas & perverſitas : pravitas enim ad intellectum, perverſitas ad effectum referenda eſt. *Sup. Prov. cap.* 8. *folio* 16 *columna* 2. *tom* 3.

30. Diſtat inter miſericordiam, & pietatem, & clementiam : quia miſericordia eſt miſeria cordis de alieno malo, quod facit ſuum, pietas ſua bona aliis communicat, clementia verò eſt lenitas in pœnis aliorum mitigandis. *Super Proverb. cap.* 11. *fol.* 24. *column* 2. *tom.* 3.

31. Differunt ſuperbus & arrogans : quia ſuperbus eſt propriè, qui aliis appetit præeminere vel præeſſe : arrogans verò qui falsò ſibi tribuit quod non habet, vel quod habet adſcribit meritis, vel viribus ſuis. *Ibid. cap.* 21. *fol.* 47. *col.* 4.

32. Differt impius & peccator : impius enim in fide errat, peccator in moribus. Vel impius in magnis ſceleribus, peccator etiam in minoribus. *Sup. Eccleſiaſten, cap.* 8. *folio* 94. *col.* 1. *tom.* 3.

33. Differentia eſt inter apoſtaſiam & ſuperbiam : nam apoſtaſia dicitur voluntas non ſubeſſendi, ſuperbia verò voluntas præeſſendi. *Sup. Eccleſiaſtic. cap.* 10. *folio* 190. *col.* 2. *tom.* 3.

34. Differunt miſeratio & miſericordia, ſicut fons & rivulus : miſericordia enim quaſi fons eſt in affectu, miſeratio quaſi rivulus in effectu. *Sup. Eccleſiaſtic. cap.* 18. *fol.* 204. *col* 2. *tom.* 3.

35. Hoc diſtat inter renuntiare & relinquere : quia renuntiare convenit omnibus, qui licitè mundanis utuntur : relinquere verò omnia perfectorum eſt, qui omnia temporalia abjiciunt propter Deum. *Super Luc. cap.* 14. *folio* 222. *col.* 2. *tom.* 6.

36. Differunt lux & lumen, ſicut fons & rivus : lux enim eſt in propria natura exiſtens, lumen autem actus lucis. *Super Joann. cap.* 1. *folio* 283. *columna* 2. *tom.* 6.

37. Aliud eſt non diligere, & aliud odire : quia non diligere eſt quædam privatio, odire poſitio. *Sup.* 1. *Joan cap.* 3. *folio* 351. *col.* 2. *tom.* 7.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 38. Hæc inter paſtorem & mercenarium eſt differentia. Alter propriæ, contemptis ovibus ; alter ſuâ contemptâ, ovium ſemper ſaluti invigilat. *Hom.* 59. *ſup. Ioan. in princ. col.* 281. *littera C. tom.* 3.

S. ISID. HISP. 39. Inter nullum & neminem hoc intereſt, quòd nullus poteſt ad liquid referri, nemo ad hominem; & eſt nemo, quaſi nec homo. *Lib.* 1. *de differens. Different.* 2. *pag.* 281. *col.* 1.

40. Inter deſerere & relinquere hoc intereſt, quòd

relinquimus voluntate, deſerimus inviti. *Ibidem. Differ. 41. pag. 282. col. 2.*

S. Isidorus Hispalens.

41. Inter donum & munus hoc intereſt, quòd donum dantis ſit, munus accipientis: illud à dando, iſtud à muniendo. *Ibidem, Different. 108. pagina 285. columna 1.*

S. Thomas Aquinas.

42. Hebetudo, ſtultitia, ignorantia, & præcipitatio differunt: quia prima opponitur intellectui, ſecunda ſapientiæ, tertia ſcientiæ, quarta conſilio. *2. 2. quæſt. 8. art. 6. in corp. ad 1.*

Difficultas.

DEFINITIO.

S. Thomas Aquinas.

DIFFICILE eſt quod tranſcendit potentiam *Parte 1. ſumma. quæſt. 62. art. 2. in corp. ad 2. pagina 113. col. 2.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambroſius.

1. Nihil eſt tàm facile, quin habeat difficultatem, quod facias invitus. *Lib. 5. Hexam. cap. 15. ante finem, col. 867. D. tom. 4.*

S. Athanas. Magnus.

2. Res magnas & apprehenſu difficiles, nonniſi fide conſequi datur. *De Incarnat. Verbi. in princ. col. 547. A. tom. 3.*

S. Auguſtin.

3. Nihil eſt tàm arduum atque difficile, quod non Deo adjuvante planiſſimum, atque expeditiſſimum fiat. *Libro 1. de lib. arbitrio, cap. 6. circa init. pag. 438. C. tom. 1.*

4. Nihil eſt tàm durum atque ferreum, quod non amoris igne vincatur. *De Moribus Eccleſ. cap 22. in med. pag. 530. D. tom. 1.*

5. Viæ Dei duræ ſunt timori, leves amori. *De natura & gratia. cap. 70. in princ. pag. 518. littera D. tom. 7.*

6. Quidquid difficile eſt, leve eſt amanti. *Super Pſalm. 67. ante medium, verſ. 14. pagina 485. lit. A. tom. 8.*

7. Rumpit vincula difficultatis, qui ſe conſtituit in operationem æquitatis. *Sup. Pſ. 106. in princ. verſ. 8. pag. 859. B. tom. 8.*

8. Facta eſt facultas, quæ antea fuerat difficultas. *Ibidem, poſtea. verſ. 8. pag. 860. C.*

9. Quæ hominibus difficilia ſunt, Deo facilia ſunt: cui facile eſt, quod hominibus difficile eſt. *Sup. Pſ. 110. poſt med. verſ. 5. & 6. pag. 887. B. tom. 8.*

10. Omnia ſæva & immania, prorſùs facilia & prope nulla efficit amor. *Serm. 9. de verbis Dom. poſt med. pag. 22. C. tom. 10.*

11 Quæ dura ſunt laborantibus, eiſdem ipſis miteſcunt amantibus. *Ibidem, ante finem, pagina 22. littera C.*

12. Nihil tàm facile bonæ voluntati eſt, quàm ipſa ſibi: hæc ſufficit Deo. *Ibidem, in fine*, &c.

13 Omne impoſſibile difficile eſt, ſed non omne difficile eſt impoſſibile. *Serm. 1. poſt Dom. 5. Trinit. & in ord. 205. poſt initium, pagina 745. littera B. tom. 10.*

14. Anima id ſolum agere videtur, quod agit cum difficultate. *De quantit. animæ, cap. 35. in principio, tom. 1.*

S. Bernard.

15. Nihil credentibus impoſſibile, nihil amantibus difficile, nihil aſperum mitibus, nihil humilibus arduum reperitur. *Serm. de converſ. ad Clericos. cap. 30. poſt medium. folio 116. col. 4. K*

16. Non eſt vir fortis, cui non creſcit animus in ipſa rerum difficultate. *Epiſt. 256. ad Eugen. Pap. in princ. folio 262. col. 3. I.*

17. Nil eſt tàm durum, quod duriori non cedat. *Libro 4. de Conſid. ad Eugen. Pap. ante med. folio 280. col. 4. M.*

18. Nulla ibi apparet difficultas, ubi eſt charitas. *Serm. 14. de Cœna Dom. ante med. folio 118. columna 3. littera G.*

S. Bonavent.

19. Omnis difficultas confitendi, orandi, laudandi, & utilia loquendi, vinculum eſt diaboli. *Serm. 3. Dom. 11. poſt Pent. in fine, pagina 174. columna 1. tom. 3.*

20. Totum te Deo committe, & quod tibi eſt grave, fiet citò portabile. *In Alphabeto Religioſor. lect. 19. pagina 529. columna 2. littera D. tom. 7. parte 4.*

Dionysius Carthus.

21. Fac quod in te eſt, ſicque citò ſenties facile quod fuit difficile. *De perfect. charit. art. 4. in fine, folio 173. pag. 2.*

S. Greg. Mag.

22. Nil ſibi mens difficile æſtimet, quod perfectè peragi ab aliis videt. *Lib. 9. Moral. cap. 35. ante med. num. 43. col. 33. D. tom. 1.*

S. Hieronym.

23. Nulla res tàm facilis eſt, quin difficilis fiat, ſi invitus facias. *Tom. 4. Ep. 19. ad Præſidium de cereo paſchali. in princ. pag. 116. D.*

S. Joannes Chryſoſtom.

24. Studio & vigilantiâ etiam omnia ardua & difficilia facilia fiunt. *Hom. 14. ſuper Gen. in medio, col. 91. B. tom. 1.*

25. Quando ſuperna gratia cooperatrix eſt, difficilia facilia fiunt, & gravia levia. *Ibidem, Hom. 54. ante med. col. 427. B. tom. 1.*

26. Quando quis ſauciatur charitatis deſiderio, nihil difficile ſpectat, ſed id quod fuerit plenum periculis, & multâ miſeriâ, leviter fert, ut ſuo potiatur deſiderio. *Ibidem, Hom. 55. ante med. col 434. A.*

27. Verſari in rebus difficillimis, eaſque difficultates eluctari ac ſuperare, immenſæ cujuſdam virtutis eſt. *Homil. 4. ſuper 1. Cor. ante med. columna 345. D. tom. 4.*

S. Laurent. Juſtin.

28. Ex longo uſu etiam difficillima levia ſunt. *De caſto connubio. cap. 7. poſt medium, pagina 154. col. 1. B. parte 1.*

Petr. Bles.

29. Nihil arduum, nihil magnum eſt magno viro; nec timendum eſt ei quidquam eſſe difficile, cùm ſoleat difficultas ex ſolo timore procedere. *Epiſt. 87. ad Guiliel. Epiſcop. Elienſ. ante finem, apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 772. col. 2. E. edition Colon. 1618.*

Philo Jud.

30. Deo favente ac propitio, facilia redduntur omnia difficilia. *De præmiis, ante finem, pagina 1249. tom. 2.*

Thomas a Kempis.

31. Fiat Domine mihi poſſibile per gratiam, quod mihi impoſſibile videtur per naturam. *Libro 3. de Imit. Chriſti. cap. 19. ſect. 4. in medio, tom. 2.*

Sententiæ Paganorum.

Cicero.

32. Quid eſt præclarum, quod non idem arduum & difficile? *Lib. 3. Tuſc. quæſt. in fine, tom. 4.*

Mimus Publ.

33. Fer difficilia, ut facilia leviùs feras. *In ſuis ſent. ſent. 142.*

Seneca.

34. Nihil eſt tàm difficile & arduum, quod non humana mens vincat, & in familiaritatem perducat aſſidua meditatio. *Libro 2. de Ira, cap. 12. à medio, pag. 416. tom. 1.*

35. Majus eſt perſtringere difficilia, quàm læta moderari. *Ep. 66. ſub finem, pag. 652. tom. 2.*

36. Nos omnia nobis difficilia, facilium faſtidio fecimus. *Epiſt. 90. ante medium, pagina 752. tom. 2.*

37. Non quia difficilia, non audemus; ſed quia non audemus difficilia ſunt. *Epiſt. 104. poſt medium, pagina 823. tom. 2.*

Vide etiam tit. Incipere, ſent. 80. Malum. ſentent. 146. Mandatorum facilitas. per totum. Natura, ſent. 69. 79.

Dignitas. Dignus.

DEFINITIO.

CICERO. DIGNITAS eſt alicujus honeſti, & cultu, & honore, & verecundia digna autoritas. *Libro 2. de Invent. Rhetor. poſt medium, columna* 148. *littera F. tom.* 1.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Non ſiocta indigno committenda arbitreris. *Libro 2. Offic. cap. 24. à medio, columna 54. A. tom.* 1.

2. Ita incubuerunt mores hominum ad admirationem divitiarum, ut nemo niſi dives honore dignus putetur. *Ibidem, cap. 26. in principio, columna 55. littera A.*

3. Dignus planè debet eſſe vir, qui ſequendus proponitur omnibus. *Libro 10. Epiſt. 82. ad Vercellenſem Eccleſiam, ante medium, columna 662. littera C. tom.* 3.

S. ANTONINUS. 4. Dignitates & honores temporales plenæ ſunt periculis, & vitiis malis. *Parte 2. tit. 3. cap. 5. §. 2. poſt med. folio 133 columna* 1.

S. ANTONIUS DE PADUA. 5. Tu qui dignitatis culmen affectas, tuæ gratiæ exitium, tuæ famæ diſpendium, tui corporis periculum inquiris. *Serm. Dom. 17. poſt Trinit. poſt med. folio 293. pag.* 1.

S. ATHANAS. MAGNUS. 6. Quiſquis ad majora idoneus eſt, multò magis ad minora idoneus erit. *De Paſſione & cruce Domini, poſt init. col. 666. B. tom.* 3.

S. ATHANAS. PATRIARCH. 7. Quantùm damni, & jacturæ facit, qui dignitatem adeptus, non exercet miniſterium rectè, & aſſiduè. *Epiſt. 3. ad Epiſc. Apameæ, in principio, apud Biblioth. Patr. tom. 13. pag. 488. col. 1. D. edit. Colonienſis* 1618.

S. AUGUSTIN. 8. Dignitatis homini negotiari deforme eſt, & popinam ingredi notabile eſt. *De quaſt. vet. & novi Teſtam. quaſt. 102. ante med. pag. 558. D. tom* 4.

9. Quantò præ aliis major dignitas in honore eſt, tantò major difficultas in reddenda ratione. *Ser. 39. ad fratres in Eremo, in fine, pagina 972. littera D. tom.* 10.

10. Omnis hujus ſeculi dignitas, ad ſpem vitæ æternæ commutata eſt. *De Agone, cap. 12. in principio, tom.* 3.

11. Non placatur Dei majeſtas, quibus humana dignitas inquinatur. *Libro 2. de Civ. Dei, cap. 29. poſt med. tom.* 5.

12. Faſtigia dignitatum nihil afferunt conſolationis: cùm ſit eis indigere, quàm eminere præſtantius. *Ep. 121. cap. 2. poſt init. tom.* 2.

13. Deus nullum eligit dignum, ſed eligendo efficit dignum; nullum tamen punit indignum. *Libro 5. contra Julian. cap. 3. in fine tom.* 7.

S. BERNARD. 14. Dignitas ſine ſcientia non prodeſt: illa verò etiam obeſt, ſi virtus defuerit. *Tract. de diligendo Deo, poſt init. folio 295. columna 2. E.*

15. Dignatio locum non habet, ubi fuerit dignitatis præſumptio. *De Inter. domo. cap. 37. poſt med. fol. 330. col. 2. D.*

16. Humilitas in dignitate, dignitas eſt dignitatis. *Profec.*

17. Omnis dignitas ipſo dignitatis nomine eſt indigna, ſi humilia dedignatur. *Libro 5. Florum, cap. 9. circa med.*

BOETIUS. 18. Non virtutibus ex dignitate, ſed ex virtute dignitatibus honor accedit. *Libro 2. de conſolat. Philoſoph. Proſa 6. poſt init.*

19. Collata improbis dignitas, non modò non efficit dignos; ſed prodit potiùs, & oſtendit indignos. *Ibid.*

20. Non poſſumus ob honores reverentiâ dignos judicare, quos ipſis honoribus judicamus indignos. *Ibidem, lib. 3. Proſa 4. poſt princ.* BOETIUS.

21. Ineſt dignitas propria virtuti, quam protinùs in eos, quibus fuerit adjuncta, transfundit. *Ibidem, prope med.*

22. Sæpiùs dignitas improbos facit, quos pluribus oſtentat deſpectiores. *Ibidem.*

23. Si reverendos facere nequeunt dignitates, ſi improborum contagione ſordeſcunt, ſi mutatione temporum ſplendere deſinunt, quid eſt quod in ſe expetendæ pulchritudinis habeant, nedùm aliis præſtent? *Ibidem, in fine.*

24. Nullus debet gloriari de ſublimitate dignitatis, niſi habeat vitam condecentem dignitati: Judas enim fuit unus ex diſcipulis Domini, & tamen perditus & damnatus eſt. *Super Joan. cap. 12. pag. 372. columna 2. tom.* 2. S. BONAVENT.

25. Aſcendere ad dignitates non eſt aliud, quàm ſibi præcipitium præparare: & tantò magis, quantò aſcenditur ſublimiùs. *Serm. 7. de Ss. Apoſtolis. poſt init. pag. 303. col. 2. tom.* 3.

26. Fœnore quodam nocendi quàm fuerit amplior ſumma dignitatis, & honorum, tàm major exigitur uſura pœnarum. *Ep. 2. ad Donatum, cap. 9. in fine, pag. 5. col. 1. tom.* 1. S. CYPRIANUS.

27. Nefas eſt etiam quæ bona ſunt, non ex dignitate tractare. *Epiſt. 8. ad Demophilum Monach. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 1. pag. 162. col. 1. B. edit. Colonienſis* 1618.

28. Deo dignum te iſtud reddet, ſi nihil ipſo indignum committas. *De octo vitioſis cogitat. poſt med. apud Bibl. Patrum, tom. 4. pag. 926 col. 2. lit. F. editionis Colon.* 1618. EVAGRIUS.

29. Duæ res præcipuæ ſunt, quæ maximè homines in negotiis ſeculi vinctos tenent, & eblanditis ſenſibus captos, illecebroſo amore conſtringunt: opum voluptas, & honorum dignitas. Quorum prior, non voluptas ſed egeſtas: ſequens, non dignitas ſed vanitas nuncupanda eſt. *Profec.* S. EUCHERIUS.

30. Hæc peſtiferè pectoribus humanis, blanda deſideriis vitia inſpirant, defatigataſque mentes mortalium facili jucunditate ſolicitant. *In Epiſt. parænetica ad Valerian. poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 774. col. 2. F. edit. Colon.* 1618.

31. Ad dignitatem promiſcuè cum bonis mali ambitione conſcendunt. *Proſecutio.*

32. Non unius meriti viros unus honor ambit, dignoſque & indignos non jam diſcernit dignitas, ſed confundit. *Ibidem.*

33. Dignus eſt, qui ſalvat indignum; & ex dignitate ſua facit dignum, quem culpabilis vitæ tractus faciebat indignum. *Sup. orat. Manaſſ. in illud, Quia indignum ſalvabis. columna 1270. E. tom.* 2. GLOSS. ORD.

34. Homo vicinior luci, ſentit quid antè fuit: & quò eſt dignior, ſibi videtur indignior, & longè eſſe quò propior. *Super Job, cap. 39. in calce, columna 382. D. tom.* 3.

35. Propenſius malum eſt, dignitatem perdidiſſe, quàm non habuiſſe. *Super Ep. ad Rom. cap. 9. in principio, col. 118. F. tom.* 6.

36. Dignitas contemptibilis eſt ſine ſubjectis; officium enim eſt, per quod dignitas conſtat. *Sup. 1. ad Cor. cap. 12. col. 307. A. tom.* 6.

37. Niſi digni dignè à dignis promoveantur, dignitates eſſe deſinunt. *In decret. parte 2. cauſ. 1. can. Remiſſionem. §. Sed.* GRATIANUS.

38. Ipſa occupatio ſecularium dignitatum, tantò facilioribus vitiis premitur, quantò majoribus curis gravatur. *Lib 17. Mor. cap. 12. in fine, num. 10. columna 572. lit. A.*

39. Mens humilis, undè dignior efficitur, indè ſibimet indigna videtur. *Ibidem, lib. 32. cap. 1. col. 1092. D.*

40. Quid

S. Gregor. Magn. — 40. Quid ſuor aliud labentium dignitatum inſulæ, niſi pulvis? *Libro 2. in primum Regum, cap. 1. longè poſt medium, ſup. illud, Suſcitans de pulvere egenum, &c. columna 1265. C. tom. 2.*

41. Dignè indigniorem recipiunt, qui indignum indignè ejicere præſumunt. *Ibidem, lib. 4. cap. 4. longè ante med. columna 1405. A.*

S. Greg. Naz. — 42. Non timeas ne indignus videaris, niſi omninò indignus haberi velis. *Orat. 5. de ſua excuſat. ante med. pagina 36.*

S. Hieronym. — 43. Non facit eccleſiaſtica dignitas Chriſtianum. *Epiſt. 1. ad Heliodor. poſt medium, pag. 4. littera C tom. 1.*

44. Quamvis clarus honor ſit, vileſcit in turba: & apud viros bonos indignior fit ipſa dignitas, quam multi indigni poſſident. *Tom. 1. Ep. 26. ad Pammach. ante med. pag. 164. C.*

45. Quodcunque in Conditorem præſentis temporis videtur indignum, hoc etiam eo donante non eſt indignum. *Tom. 2. Epiſt. 15. ad Pammach. ante med. pag. 170. D.*

46. Raró per gradus dignitatis aſcendit homo, quin multò graviùs non deſcendat. *In Regula Monach. cap. 15. in medio, pag. 329. B. tom. 4.*

47. Non dignitas & nomina dignitatum, ſed opus dignitatis ſalvare conſuevit. *Super Sophon. cap. 3. ſup. illud 1. Tim. 3. Qui Epiſcopatum deſiderat. pag. 222. D. tom. 6.*

48. Fruſtrà jactat dignitatem, cujus opera non exhibet. *Sup. Malach. cap. 2. ſup. illud, Aggei 2. Interrogate ſacerdotes. pag. 295. C. tom. 6.*

Hugo Card. — 49. Non ſequitur, Eſt indignus omni bono, ergo eſt dignus omni malo. *Super Gen. cap. 15. folio 21. col. 1. tom. 1.*

50. Dignus eſt, qui ſalvat indignum, & ex dignitate ſua facit dignum, quem culpabilis vitæ tractus faciebat indignum. *Sup. Orat. Manaſſis. in illud, Indignum ſalvabis me. folio 345. col. 1. tom. 1.*

51. Undè mens dignior efficitur, indè ſibi indigna videtur. *Super Pſalm. 24. folio 58. columna 2. tom. 2.*

52. Quemcunque mundus oſculatur oſculo collatæ dignitatis, tradit in mortem. *Sup. Prov. cap. 31. fol. 70. col. 2. tom. 3.*

S. Innoc. III. — 53. Dignitas & poteſtas, malè jacent in pulvere: honor & gloria malè ſedent in cinere. *Libro 2. de contemptu mundi. cap. 37. ante medium, pag. 118.*

S. Joannes Chrysost. — 54. Nihil prodeſt dignitas naturæ conceſſa, niſi & voluntatis accedant ornamenta. *Hom. 67. ſup. Gen. ante medium, col. 520. B. tom. 1.*

55. Dignitas humanæ originis facilè agnoſcitur, conſideratâ ſublimitate authoris. *Serm. Quomodo primus homo omni prælatus ſit creaturæ, in principio, col. 532. A. tom. 1.*

56. Indignum quiſquis ſe exiſtimat, fit omnium digniſſimus. *Hom. 3. ſup. Matth. oper. perf. ante fin. col. 33. B. tom. 2.*

57. Nullâ re Deus magis offenditur, quàm ſi quis indignus dignitate præfulgeat. *Ibidem, Hom. 41. poſt med. col. 364. C.*

58. Dignitates ad multa obſcœna hominem inducunt. *Ibidem.*

59. Valdè magno animo ſublimique opus eſt ingenio, ut dignitate uti, non abuti poſſis. *Ibidem.*

60. Dignitates hujus ſeculi temporariæ ſunt, & ſimul cum hac vita depereunt, & tamen pretio venales habentur. *Serm. 1. ſuper Ep. ad Rom. in princ. Moral. col. 15. B. tom. 4.*

61. Sicut dùm ignoratur, dignitatis magnitudo ſegniores facit eos, qui honorantur: ita ſi noſcatur, gratos reddit & magis ſtudioſos efficit. *Homil. 21. ad Populum Antiochenum, in princ. columna 187. littera C. tom. 5.*

Ioan. Trith. — 62. Qui alios præcellit dignitate honoris, condecens eſt ut præcedat eoſdem perfectione virtutis. *Epiſt. 1. ad novum Presbyt. poſt initium, pag. 918. columna 2.*

S. Isidorus Hispalens. — 63. Qui non ſe dignum exiſtimat, locum ejus, qui dignus eſt, non præoccupet. *Libro 3. de ſum. bono, cap. 33. ſent. 1. pag. 678. col. 2.*

64. Plerique abjecto opere dignitatis, ſolam nominis appetunt dignitatem. *Ibid. cap. 34. ſent. 5. pag. 679. columna 1.*

65. Tantò majori humilitate conſpicuus eſto, quantò magnâ es dignitate prælatus. *Libro 2. de Synonim. cap. 16. in calce, pag. 321. col. 1.*

S. Isid. Pelus. — 66. Firma & ſtabilis dignitas virtute comparatur. *Libro 2. Epiſt. 291. ad Serenum, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 566. col. 1. C. edit. Colon. 1618.*

Lact. Firm. — 67. De dignitate contendere, nihil fœdius, nihil arrogantius, & nihil à ſapientis ratione ſemotius. *Lib. 5. de divin. Inſt. cap. 16. prope med. pag. 220.*

S. Laurent. Justin. — 68. Sine humilitate proculdubio nullus in dignitatis culmine poſitus valet eſſe ſecurus. *De Regimin. Prælat. cap. 14. circa medium, pagina 588. col. 1. B. parte 2.*

S. Leo Papa I. — 69. Quid tàm inſolitum, tàm pavendum, quàm labor fragili, ſublimitas humili, dignitas non merenti? *Ser. 2. in Anniverſ. die aſſumpt. ejus ad Pontific. in principio.*

70. Gravi ſemetipſum afficit damno, qui ad ſuæ dignitatis collegium ſublimat indignum. *Ep. 87. ad Epiſcop. African. cap. 11. ante medium.*

Minut. Fel. — 71. Vanus error hominis, & inanis cultus dignitatis eſt, fulgere purpurâ, mente ſordeſcere. *In ſuo Octavio, ante finem, apud Bibliothecam Patrum, tom. 3. pagina 10. columna 2. littera E. editionis Colonienſis 1618.*

Petr. Bles. — 72. Quot paupertas ad cœlum promovet, tot cum dignitatibus ſuis infernus abſorbet. *Ep. 131. ad quendam Priorem, ante fin. apud Bibliothecam, Patrum, tom. 12. part. 2. pagina 807. columna 2. lit. E. edit. Colonienſis 1618.*

73. Sicut alios dignitate præcellis, ſic vitæ meritis antecedas. *Ibidem, Ep. 132. ad quendam Abbat. poſt med. pag. 808. col. 2. F.*

S. Petrus Damianus. — 74. Qui tantæ dignitatis adminiſtras officium, formidabile valde eſt, ſi te reddas aliquando torpore deſidiæ reſolutum. *Lib. 8. Ep. 2. ad Cinthium præfect. in princ. pag. 123. col. 1. B. tom. 1.*

75. Quantò glorioſius eſt in obtinendâ dignitate faſtigium, tantò durius erit in reddendâ ratione judicium. *Opuſc. 57. Diſſert. 1. cap. 1. in princ. pag. 763. col. 2. A. tom. 3.*

Salvianus. — 76. Quid eſt dignitas in indigno, niſi ornamentum in luto? *Libro 4. de Gubernat. Dei, in principio, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 3. editionis Colonienſis 1618.*

77. Quid omnium aliud dignitas ſublimium, quàm proſcriptio civitatum? *Profec.*

78. Ad hoc enim dignitas à paucis emitur, ut cunctorum exactione ſolvatur: reddunt miſeri dignitatum pretia quas non emunt.

79. Commercium neſciunt, & ſolutionem ſciunt: ut pauci illuſtrentur, mundus evertitur. *Ibidem, longè ante med.*

S. Synesius Episcopus. — 80. Si dignus ſit, qui dignitatem aſſequitur, ad animi fructum accidit ſuaviſſimum: ſin multùm rei dignitate ſit inferior, acerbam futuri ſpem proponit *Epiſt. 105. ad fratr. in principio, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 1. pag. 112. col. 1. D. edition. Colon. 1618.*

S. Thomas Aquinas. — 81. In dignitate conſtitutis, ratione ſublimioris gradus debetur honor, timor ratione poteſtatis, obedientia verò officio gubernationis. *Secunda ſecundæ quæſtione 102. art. 2. in corp. ad 3.*

S. THOMAS A VILLA NOVA. 83. Quàm multi in humili ſtatu ſalvarentur, qui in alto dignitatis gradu poſiti pereunt! *Tom.1.ſerm. Dom. 3. Advent. poſt med.*

84. Altitudo dignitatis officii, quaſi præcipitium timenda eſt: magnus ſtatus, ſed majus pondus. *Ibidem.*

85. Magna dignitas, laborioſa & periculoſa eſt. *Ibidem.*

86. Oportet te tantùm cæteros præcedere virtute, quantùm præcedis dignitate. *Ibidem.*

S. VALERIAN. 87. Ubi indignitas dominatur, notari actus ſuos æſtimat, ſi illaudatus abſcedat. *Homil. 14. ſub finem, pag. 492. columna 2. F. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. edit. Colon.* 1618.

SENTENTSÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 88. Qui exiguis dignus, magnis ac honorabilibus ſe dignum arbitratur, hic eſt exiguis dignus; magnaque affectans, vituperationem meretur: dedecens enim, id eſt, ac minimè honeſtum, præter dignitatem quippiam conſequi. *Libro 3. Ethic. ad Eudomium, poſt med. tom. 2.*

CICERO. 89. Non poteſt, qui dignus habetur, indignus putari. *De Petit. conſul. in princ. num. 2. tom. 4.*

MINUT. PUBL. 90. Loco ignominiæ, eſt apud indignum dignitas. *In ſuis ſentent. ſent.* 210.

SENECA. 91. Confragoſa in faſtigium dignitatis via eſt. *Ep.* 84. *in fine, pag.* 718. *tom.* 2.

92. Faciliùs creſcit dignitas, quàm incipit. *Ep.* 101. *in princ. pag.* 810. *tom.* 2.

VALERIUS MAXIMUS. 93. Multò potior eſſe debet probis vita ſine dignitate, quàm dignitas ſine vita. *Lib. 3. dictor. memorabil. cap. 2. ante med. pag.* 111.

Vide etiam Tit. Cadere. ſent. 4. Differentia. ſent. 51. Electio. ſent. 42. Felicitas. ſent. 72. Nomen. ſent. 11. Oſculum. ſent. 41. Papa. ſent. 19. Sacerdotis dignitas, per totum.

Dilatio.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. CUM impetraveris quod petiſti, ingrati eſt tardare promiſſum. *Lib. 1. de Cain & Abel. cap. 7. in princ. folio 932. C. tom. 4.*

2. Neſcit tarda molimina ſancti Spiritus gratia. *Lib. 2. ſuper Lucam, cap. 1. in illud, Exurgens autem Maria, &c. col. 1635. D. tom. 5.*

S. ANSELMUS. 3. Dominus ſæpè differt quod petitur, ut excitet magis appetitum: non differt quod nolit dare, ſed ut aucto deſiderio abundantiùs poſſit dare. *De Menſuratione Crucis. poſt med. verbo Naſcitur.*

4. Non eſt differenda acquiſitio veniæ, ne diuturnior receſſus difficiliorem reditum operetur. *De Menſurat. crucis. G. in fine.*

5. Dilata non minuuntur, ſed magis creſcunt deſideria, *In Meditationibus. G. prope finem.*

S. ANTONINUS. 6. Ubi periculum vertitur, vitanda eſt mora. *Part. 2. tit. 9. de Acedia. cap. 13. in princ. fol. 284. col. 3.*

S. AUGUSTIN. 7. Malos decipit ſpes dilationis, dùm ſe diutiùs victuros putant, & perditos mores aliquando in melius mutaturos. *Lib. quæſt. Evangel. ex Matth. quæſt. 11. poſt med. pag. 258 D. tom. 4.*

8. Quamdiù, quamdiù, cras & cras? quare non modò, quare non hac hora finis turpitudinis meæ? *Lib. 8. Confeſſ. cap. 12. ante medium, pag. 106. C. tom. 1.*

9. Impatiens eſt animus, nec lachrymis modus fit, niſi amori detur quod amatur. *Lib. 2. Soliloq. cap. 1. in princ. pag. 368. C. tom. 1.*

10. Ille quod conceſſurus eſt, etſi differt, non aufert. *Super Pſalm. 65. in fine, pagina 471. littera A. tom. 8.* S. AUGUSTIN.

11. Dulcior venit dilata jucunditas, cùm ſpatium temporis (quod ſubvenienti breve eſt) longum eſt amanti. *Super Pſalm. 118. conc. 20. in medio, pag. 947. A. tom. 8.*

12. Cùm aliquando Deus tardiùs dat, commendat dona, non negat: diù deſiderata dulciùs obtinentur, citò autem data viloſcunt. *Profec.*

13. Pete, quære, inſta, petendo & quærendo creſcis ut capias: ſervat tibi Deus quod non vult citò dare, ut & tu diſcas magna magnè deſiderare. *Serm. 5. de verbis Dom. ante medium, pag. 10. C. tom. 10.*

14. Quantùmlibet diù mors differatur, veniet quod differtur. *Tractatu 43. ſuper Joannem, in medio, tom. 9.*

15. Laborat ne moriatur homo moriturus: id autem agit, ut multùm mors differatur, non ut evadatur. *Ibid. tract. 49. poſt init.*

16. Differtur quod petimus, non negatur. *Ibidem, tract. 73. poſt med.*

17. Quædam non negantur, ſed ut congruo dentur tempore differuntur. *Ibidem, tract. 102. poſt initium.*

18. Deus differendo extendit deſiderium, deſiderando extendit animum, extendendo facit capaciorem. *Tract. 4. ſuper Ep. Joan. in medio. tom. 9.*

19. Si pœniteo, parcis: inſuper dùm differo, præſtolaris. *Lib. Med. cap. 2. ante med. tom. 9.*

20. Differebam de die in diem vivere in te, & non differebam quotidie in memetipſo mori. *Lib. 6. Conf. cap. 11. ante fin tom. 1.*

S. BERNARD. 21. Inſtar urentis ſolis, excruciat amantem dilatio. *Serm. 28. ſup. Cant. in fine, folio 158. columna 2. littera E.*

22. A deſiderio ſuo diuturna fraudatio, eſt tædiorum nutrix, ſuſpitionum fomes. impatientiæ fax, noverca amoris, mater deſperationis. *Ibid. ſer. 75. poſt init. folio 195. col. 1. A.*

23. Dilatum auxilium venit validiùs, & ſubvenit perfectiùs. *Ep. 156. ad Innocent. Pap. in fine, fol. 242. col. 2. littera E.*

24. Quid tardas ipſum, quem jamdudùm conceperas ſpiritum parturire ſalutis? *Ep. 105. ad Roman. Subdiacon. poſt init. folio 232. columna 2. E.*

25. Impatiens deſiderium quò ampliùs differtur, igneſcit. *Profecutio.*

26. Cupienti animæ nihil ſatis feſtinatur. *Serm. de Virgin. abſintio, folio 355. columna 3. H.*

27. Non cures ſi differatur petitio tua: quia ſi differtur, non aufertur; imò cùm haberi cœperit, cariùs poſſidetur. *Serm. 7. de Cœna. Dom. poſt med. folio 112. columna 1. B.*

BOETIUS. 28. Nihil eſt in tàm brevibus vitæ metis ita ſerum, quod expectare longum immortalis animus putet. *Lib. 4 de conſol. Philoſ. Proſ. 4. ante med.*

S. BONAVENT. 29. Bonum deſideratum viſum lætificat; ſed diu expectatum valdè affligit animam & corpus. *Serm. 5. de uno Mart. & in ord. 13. ſub finem, pagina 314. col. 2. tom. 3.*

30. Expecta cum patientia, ut creſcant tua deſideria. *Profec.*

31. O modicum longum, ô modicum nimis prolixum! quia etſi modica ſunt merita, longa tamen ſunt deſideria. *In Soliloq. cap. 4. ante fin. pag. 124. col. 2. B. tom. 7. parte 3.*

32. Dilatio fit, aut ut tantò cautiùs cuſtodiatur acceptum, quò difficiliùs impetratur, aut ut humilietur orans, dùm tardiùs exauditur. *Profec.*

33. Deus ad hoc beneficium ſuum protrahit, ut non ſit nobis vile quod donat. *Libro 2. de profectu Relig. cap. 71. in medio pag. 605. col. 1. littera E. tom. 7. parte 4.*

CASSIODORUS 34. Periclitantium mos eſt, tardum judicare, quamvis celerrimum præſtetur auxilium. *Super Pſalm. 69. in fine, folio* 105. *columna* 3.

35. Nos tardum putamus, quod deſiderio magno requirimus. *Ibidem, &c.*

36. Repellere putatur petitionem noſtram Deus, quando vota noſtra diſtulerit: & quamvis ille profutura faciat, nos tamen graviter dilata contriſtant. *Profecutio.*

37. Differuntur enim ad augmentum ſuum. procraſtinantur ad gloriam: quia non tantùm prodeſt audiri, quantùm expedit pro muneris augmentatione differri. *Sup. Pſ.* 87. *ante fin. verſ.* 25. *fol.* 134. *col.* 1.

38. Sancti viri, quamvis deſiderio magno flammentur, expectationi ſuæ ardorem ſemper adjiciunt: dùm tantò plus ventura felicitas expetitur, quantò ampliùs eorum expectatio protelatur. *Super Pſ.* 118. *verſ. Præveni in maturitate, &c. fol.* 192. *columna* 1.

39. Proxima eſt oblivioni protracta longinquitas. *Super Pſalm.* 138. *in principio proœmii, folio* 211. *columna* 4.

GLOSS. ORD. 40. Non ſtatim Deus facit, quidquid ad ſalutem oratur: nec ideò negat, quia differt; ſed tempore ſuo, ideſt congruo, præſtat. *Sup. Ep ad Galat. cap. 6. in illud, Tempore enim ſuo, &c. col.* 520. *B. tom.* 6.

S. GREG. MAG. 41. Sæpè accelerandi boni tarditas conſilium putatur: & cùm expectatur ut tardatione proficiat, hor inſidians mora ſupplantat. *Lib.* 32. *Moral. cap.* 17. *longè poſt med. col.* 1119. *C. tom.* 1.

42. Juſtorum deſiderium differtur, ut proficiat: & tarditatis ſuæ ſinu nutritur, ut creſcat. *Ibidem, libro* 5. *cap.* 4. *prope finem, num.* 3. *columna* 134. *littera C.*

43. Omne deſiderium pœna eſt, cùm differtur. *Ibidem, libro* 9. *cap.* 15 *ante medium, num.* 20 *col.* 310. *littera B.*

44. Quod diſponenti breve eſt, longum eſt amanti. *Ibidem, libro* 13. *cap.* 17. *in medio, ſuper illud Job,* 17. *Et patientiam meam quis conſiderat? columna* 449. *littera B.*

45. Nemo qui tardiùs auditur, credat quòd à ſuperna cura negligatur: ſæpè enim deſideria, quia celeriter non fiunt, exaudiuntur; & quod impleri concitè petitur, ex ipſa meliùs tarditate proſperatur. *Ibidem, lib.* 26. *cap.* 15. *prope init. num.* 16. *col.* 867. *B.*

46. Sæpè petitio eò perficitur, quò differtur. *Ibidem.*

47. Deſideria dilatione extenduntur, ut proficiant: proficiunt, ut ad hoc quod perceptura ſunt, convaleſcant. *Ibidem*

48. Dilatus amor ex ipſa ſua dilatione proficit, & ardenti deſiderio, quaſi quod negatur, creſcit. *Hom.* 19. *ſup. Ezech. circa med. col.* 270. *D.*

49 Sancta deſideria dilatione creſcunt, ſi autem dilatione deficiunt, deſideria non fuerunt. *Hom.* 25. *ſuper Evang. ante med. col.* 423. *B.*

S. HIERON. 50. Non eſt damnum dilatio, ubi certior ſit ex dilatione victoria. *Tom.* 2. *lib.* 1. *adverſus Jovian. poſt init. pag.* 18. *D.*

51. Dilatio regni ſanctorum, patientiæ comprobatio eſt. *Sup. Daniel, cap.* 12. *ſub finem, pag.* 606. *B. tom.* 5.

HUGO A S. VICTORE. 52. Omnis mora deſideranti longa eſt. *Prof.*

53. Differtur deſiderium, ut creſcat.

54. Flebo, quia abeſt quod deſidero: flebo, quia adeſt quod non amo. *Super Pſ.* 41. *cap.* 51. *pag.* 47. *lit. F. tom.* 1.

HUGO CARD 55. Solet differri noſtra poſtulatio, ut præmium amplius pro noſtra perſeverantia capiamũs. *Super Iſay. cap.* 30. *fol.* 65. *col.* 4. *tom.* 4.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 56. Uſurpatum redditur, quidquid dilatione temporis fœneratur. *Ser. quomodo primus homo omni prælatus ſit creatura, in medio, col.* 533. *B. tom.* 1.

57. Corrigat te dilatio miſerantis, ne cenſura puniat judicantis. *Ibidem.* S. JOANNES CHRYSOST.

58. Nihil eſt quod ita vitam noſtram valeat evertere, ſicut operum actionem bonorum tardare, ſemperque differre. *Homil.* 16. *ſuper Matth. oper. perfect. poſt med.* 163. *D. tom.* 2.

59 Grandem iram grandis dilatio præcedere debet: & grandis dilatio juſtius facit eſſe judicium Dei, & digniorem interitum peccatorum. *Homil.* 19. *ſup. Matth. oper. imperf. ante finem, col. C. tom.* 2.

60. Quantùm differtur merces ſanctorum, tantùm uſuræ augentur. *Homil.* 43. *ſuper Acta Apoſtolorum, in principio Moralis, columna* 729. *littera D. tom.* 3.

61. Etſi differt aliquando Deus, non id odio facit, neque te averſatur: ſed differendo diutiùs te ſecum ſervare vult. *Hom.* 1. *in dictum Apoſt. Sive oratione, &c. ante fin. col.* 1048. *B.*

62. Periculum & metus eſt in differendo; ſalus verò certa ac ſecura, ſi nulla ſit dilatio. *Homil.* 22. *ſuper* 2. *Cor. circa medium Moralis, col.* 830. *lit. A. tom.* 4.

63. Sæpè nocuit diſtuliſſe bonum in tempus futurum, quod fieri citiùs potuiſſet. *Lib.* 1. *Hom.* 5. *ad Monach. poſt med. pag.* 430. *col.* 2. JOAN. TRITH

64. Noli differre bonum hodiernum in dubium craſtinum. *Lib.* 1. *Hom.* 18. *ad Monachos, poſt med. pag.* 439. *col.* 2.

65. Non eſt tutum differri bonum, quod negligi poteſt. *De vanit. & miſer. hum. vitæ. cap.* 3. *ſub fin. pag.* 790. *col.* 2.

66. Paucorum nequitia ſemper creſcit dilata. *De Ruina Monaſt. ordin. cap.* 1. *circa medium, pag.* 807. *columna* 2.

67. Mora mutat propoſitum, & bonæ voluntatis dilatio fruſtrat effectum. *Orat.* 1. *in conventu Abbat. habitâ. ante med. pag.* 844. *col.* 1.

68. De mora periculis robur. *Ibidem.*

69. Nihil morâ periculoſius: quia ſæpè dùm velle negligitur, poſſe aufertur. *Ep.* 7. *ad Monac. lapſ. ante med. pag.* 935. *col.* 2.

70. Infirmatur voluntas, quæ differtur. *Epiſt.* 10. *ad Nicolaum Presbit. Mernicenſem. in princ. pag.* 942. *columna* 1.

71. Nihil morâ periculoſius, quæ & mentem à propoſito, & amorem fugat & evacuat à deſiderio. *Ibidem, ante med. pag.* 943. *col.* 1.

72. Tolle moras, in craſtinum nihil differas: in bonis dilatio nocet, & in id quod expedit, differre impedit. *Libro* 2. *de Synonim. cap.* 12. *poſt med. pag.* 319. *col.* 1. S. ISID. HISP.

73. Quidquid differtur, non aufertur: differtur ultio, ut tempus poſſit habere correctio. *Serm.* 12. *Quadrag. ante med.* S. LEO I.

74. Dilatio auget deſiderium, quod quantò creſcerit, tantò creſcit & meritum. *Serm.* 34. *in feſto omnium Ss. in fine. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pagin.* 1892. *columna* 2. *littera H. editionis Colonienſis* 1618. PETR. BLES.

75. Spes, quæ differtur, affligit animam. *Lib.* 1. *Ep* 20 *ad Joan. Epiſc. S. Maclovii. in principio, apud Bibl. Patrum, tom.* 12. *part.* 2. *edit. Colon.* 1618. PETR. CELL.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

76. Pleriſque in rebus gerendis tarditas, & procraſtinatio odioſa eſt. *Orat.* 48. *Philipp.* 6. *in medio, num.* 7. *tom.* 2. CICERO.

77. Mora omnis odio eſt, ſed facit ſapientiam. *In ſuis ſent. ſent.* 221. MIMUS PUBL.

78. Omnis ſperatæ rei dilatio, longa eſt. *De brevit. vitæ cap.* 16. *ante med. pag.* 574. *tom* 1. SENECA.

79. Nihil differamus, ſic formemus animum, tanquàm ad extremum vitæ ventum ſit. *Profec.*

SENECA. 80. Maximum vitæ vitium eſt, quòd ſemper aliquid ex illa differtur. *Epiſt.* 101. *prope medium*, *pagina* 811. *tom.* 2.

81. Nihil æquè amarum, quàm diu pendêre: æquiore quidam animo ferunt præcidi ſpem ſuam, quàm trahi. *Lib.* 2. *de beneſic. cap.* 5. *in princ.*

Vide etiam tit. Actio. ſent. 6. 7. *Clamor. ſent.* 46. *Deſiderium. ſent.* 19. 76. *Patientia Dei. ſent.* 5. 73. *Promiſſio ſent.* 21. *Propoſitum. ſent.* 23. 63. *Salus corporis, ſentent.* 52. 53. *Sententia. ſentent.* 4. 5. 6. 7. *Vindicta Dei. ſent.* 66.

Dilatio Converſionis.

Vide Converſionis Dilatio.

Dilectio in genere.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIFFERENTIA, PRODUCTIO.

ETYMOLOGIA.

S. ANTONIUS DE PADUA. DILECTIO dicitur, eo quòd duos in ſe legit: vel diligere dicitur, eo quòd duos ſoleat ligare. *Serm. Dom.* 13. *poſt Trinit. ante medium*, *folio* 253. *pagina* 2.

S. BONAVENT. Dilectio eſt ex diverſis electio. *Super* 1. *ſentent. Diſt.* 10. *Dub.* 1. *in fine*, *pagina* 86. *columna* 1. *lit. C. tom.* 4.

Dilectio eſt quaſi duo ligans, ſociat enim amantem cum amato in amore, ut ſe mutuo diligant. *Libro* 5. *Compendii Theolog. veritatis. cap.* 24. *in medio*, *pag.* 760. *col.* 1. *E.*

CASSIODORUS. Dilectio dicitur, quaſi de omnibus electio. *Super Pſalm.* 17. *in princ. verſ.* 1. *Diligam te*, *&c. folio* 24. *columna* 4.

DEFINITIO.

DIONYSIUS CARTHUS. Diligere eſt alicui bonum velle. *Sup. Ep. ad Tit. cap.* 2. *art.* 2. *fol.* 111. *D.*

DIFFERENTIA.

S. ANTONIN.

Differunt iſta tria. { Amor. / Dilectio. / Charitas. }

- Amor importat complacentiam ad rem amatam; & ſic eſt communis nobis & brutis.
- Dilectio ſupra amorem addit electionem; & poteſt convenire & bonis & malis.
- Charitas autem addit ſupra dilectionem quandam perfectionem, ſeu divinam infuſionem & convenit tantũ bonis. *Parte* 1. *tit.* 6. *cap.* 2. §. 1. *circa med. folio* 127. *columna* 1.

PRODUCTIO.

HUGO A S. VICTORE. Duo ſunt rivi, qui de fonte dilectionis emanant; cupiditas, & charitas: alter eſt amor mundi, alter eſt amor Dei. *De fruct. carn. & ſpirit. cap.* 19. *non longè ab initio*, *pag.* 163. *B. tom.* 2.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. In hac vita virtus non eſt, niſi diligere quod diligendum eſt. *Ep.* 52. *ad Macedonium. pag.* 153. *A. tom.* 2.

2. Divitiæ ſi diliguntur, ibi ſerventur, ubi perire non poſſunt. Honor ſi diligitur, illic habeatur, ubi nemo indignus honoratur. Salus ſi diligitur, ibi adipiſcenda deſideretur, ubi adeptâ nihil timetur. Vita ſi diligitur, ibi acquiratur, ubi nulla morte finitur. *Epiſt.* 45. *ad Armentar. paulò poſt med. pag.* 102. *D. tom.* 2. S. AUGUSTIN.

3. Ille juſtè & ſanctè vivit, qui ordinatam dilectionem habet,

- Ne aut diligat, quod non eſt diligendum.
- Aut non diligat, quod eſt diligendum.
- Aut ampliùs diligat, quod minùs eſt diligendum.
- Aut æquè diligat, quod vel minùs vel ampliùs eſt diligendum.
- Aut minùs vel ampliùs diligat, quod æquè eſt diligendum. *Lib.* 1. *de doctrina Chriſt. cap.* 27. *pag.* 10. *D. tom.* 3.

4. Non meliùs nec decentiùs quàm per dilectionem rependi poteſt, quod per dilectionem datum eſt. *De ſpiritu & anima. cap.* 17. *in fine. pag.* 613. *B. tom.* 3.

5. Quatuor ſunt diligenda.

- Unum, quod ſupra nos eſt.
- Alterum, quod nos ſumus.
- Tertium, quod juxta nos eſt.
- Quartum, quod infra nos eſt. *Lib.* 1. *de doct. Chriſt. cap.* 23. *pag.* 9. *B. tom.* 3.

6. Diligenda eſt ipſa dilectio, quâ diligitur quod diligi oportet: ſicut odio habenda eſt dilectio, quâ diligitur quod diligi non oportet. *Sup. Pſ.* 118. *conc.* 8. *poſt med. ſup. illud*, *Concupivit anima mea deſiderare*, *&c. pag.* 923. *B. tom.* 8.

7. Talis eſt quiſque, qualis ejus dilectio eſt. Terram diligis, terra eris: Deum diligis, quid dicam. Deus eris? Non audeo dicere ex me: Scripturas audiamus, ego dixi, Dii eſtis. *Tract.* 2. *ſup. Ep. Ioan. de cap.* 2. *pag* 403. *B. tom.* 9.

8. Dilige, & quod vis fac. Sive taceas, dilectione taceas: ſive clames, dilectione clames: ſive emendes, dilectione emendes: ſive parcas, dilectione parcas. *Ibidem, tract.* 7. *de cap.* 4. *poſt med. pag.* 427. *B.*

9. Dilectio magnanimum facit. *Ser.* 1. *Dom. Rogat. & in ord.* 169. *ante fin. pag.* 692. *C. tom.* 10.

10. Qui plus diligit mundum quàm Deum, ſeculum quàm clauſtrum, gulam quàm abſtinentiam, ſequitur diabolum & ibit cum illo in ſupplicium æternum. *Libro Medit. cap.* 3. *poſt med. fol.* 323. *columna* 1. *B.* S. BERNARD.

11. Quid levius, quid ſuavius, quidve dulcius, quàm diligere? *Ser.* 14. *de Cœna Dom. fol.* 118. *col.* 3. *H.*

12. Ordinem dilectionis illi pervertunt, nec modum diligendi cuſtodiunt, qui aut mundum (qui contemnendus eſt) diligunt: aut corpora ſua minùs diligenda plus diligunt: aut proximos ſuos, non ſicut ſeipſos aut Deum pluſquàm ſeipſos non diligunt. *Ibid. fol.* 118. *col.* 4. *K.*

13. Mundum diligis, & Deum relinquis. *Ser. de miſeria humana poſt init. folio* 102. *col* 3. *I.*

14. Dilectio hominum fallax eſt & inſtabilis, facilè cedit, facilè lædit. *De Inſtit. novit. part.* 2. *cap.* 14. *in fine*, *pag.* 623. *col.* 2. *A. tom.* 7. *part.* 4. S. BONAVENT.

15. Melius eſt diligere, quàm diligi: quia diligere, propriæ virtutis eſt; ſed diligi, alienæ. *Libro* 5. *Compend. Theolog. verit. cap.* 31. *ante medium*, *pagina* 762. *columna* 2. *littera D. tom.* 7. *parte* 4.

16. Diligere debemus proficua, non noxia: quia potiùs execrari convenit, per quæ nos pœna perpetuæ damnationis affligit *Super Pſal.* 4. *ante medium*, *verſ.* 3. *Diligitis vanitatem*, *&c. fol.* 8. *col.* 3. CASSIODORUS.

17. Natura rerum eſt, ut ab eo te diligi poſſe nullatenùs arbitreris, quem charâ mente non appetis. *Super Pſalm.* 98. *in concluſ. folio* 149. *columna* 3.

18. Diligere non profutura, dementis eſt. *Super Pſalm.* 118 *verſ. Omnem viam iniquam odio habui. folio* 390. *col.* 2.

19. Valida eſt, quæ eſt ex ratione dilectio. *Lib.* 2. *Stromat. longè poſt med. folio* 84. *pag.* 1. *C.* CLEMENS ALEX.

DIONYSIUS CARTHUS.

20. Non perfectè, nec verè diligit, qui cum eo quem diligit, etiam adhuc ſeipſum aut aliquid aliud diligit. *De perfect. Charit. art. 20. in fine. fol. 193. pagin. 1.*

GILLEBERTUS ANGLUS.

21. Amantis anxietas illum dormire non ſinit. *Proſecutio.*

22. Quieſcit tentatio, quieſcit occupatio, quieſcit afflictio, ſed quieſcere dilectio neſcit. *Serm. 2. ſup. Cant. poſt med. apud D. Bernard. in 2. volum.*

GLOSS. ORD.

23. Ita dilectio, quâ diligenda diliguntur, diligenda eſt: ſicut odienda eſt dilectio, quâ non diligenda diliguntur. *Sup. Pſ. 118. in illud, Concupivit anima deſiderare. &c. col. 1352. lit. F. tom. 3.*

24. Dilectio alicujus rei, facit de illa re frequenter meditari. *Ibid. ſup. illud, Et meditabar in mandatis tuis. col. 1364. lit. E.*

25. Vires dilectionis ſuæ homo ignorat, niſi experimento cognoſcat. *Sup. Geneſ. cap. 22. in princ. fol. 263. lit. B. tom. 1.*

S. GREG. MAG.

26. Perverſa mens dùm dilectioni creaturæ ſe ſubdit, à Creatoris ſocietate ſe diſiungit. *Lib. 3. Moral. cap. 7. ante med. col. 68. D. tom. 1.*

27. Nil ſic ad edomandum deſideriorum carnalium appetitum valet, quàm ut unuſquiſque hoc quod vivum diligit, quale ſit mortuum penſet. *Ibid. lib. 16. cap. 29. poſt med. col. 557. C.*

28. Turpe eſt diligere, quod conſtat citiùs perire. *Hom. 3. ſuper Evangel. in fine. columna 328. littera B. tom. 2.*

29. Pro magno diligi non debet quidquid fine clauditur: illa ſummoperè diligenda ſunt, quæ inventa nec tranſeunt, nec adepta deficiunt. *Lib. 7. in Regiſtro. indict. 2. cap. 54. Epiſt. 54. ad Adeodatam illuſtrem. in medio. col. 956. A. tom. 2.*

S. HIERONYM.

30. Grandem vim obtinet vera dilectio, & qui perfectè diligitur, totam ſibi diligentis vendicat voluntatem. *Tom. 1. Ep. 14. ad Celantiam. poſt init. pag. 108. littera D.*

31. Dilectio pretium non habet. *Tom. 1. Ep. 41. ad Ruſin. in fine. pag. 215. A.*

32. Nihil eſt quod non toleret, qui perfectè diligit. *In Regula Monachor. cap. 28. de Charitate. circa med. pag. 294. C. tom. 4.*

33. Qui diligit, nunquàm ſe lædi æſtimat: nunquàm aliud niſi quod diligit, ſuſpicatur. *Lib. 3. ſup. Ep. ad Galat. cap. 5. in illud, Fructus ſpiritus. &c. pag. 196. B. tom. 9.*

HUG. A S. VICTORE.

34. Plus diligitur, quàm intelligitur: intrat dilectio & appropinquat, ubi ſcientia foris eſt. *Lib. 6. ſup. cap. 7. cœleſtis Hierarch. a medio pag. 379. G. tom. 1.*

35. Tale eſt cor hominis, ut ſi quid diligit, adipiſci non valeat, ampliùs deſiderio ſuo marceſcat. *Lib. 4. de Arca Noë morali. cap. 4. circa med. pag. 213. littera F. tom. 2.*

36. Caro diligenda eſt, ut contra corruptionem foveatur: anima diligenda eſt, ut contra iniquitatem cuſtodiatur. *Lib. 2. de Sacram. part. 13. cap. 7. poſt init. pag. 487. G. tom. 3.*

IDIOTA.

37. Hoc juſtum eſt, quòd qui diligitur, diligat. *Lib. 1. In contemplat. de Amore Dei cap. 27. in medio. apud Bibl. Patr. tom. 10. pag. 8. col. 2. E. edit. Coloniæ 1618.*

S. IOANNES CHRYSOST.

38. Dilectio cuncta facilè mala & terribilia depellit. *Hom. 50. ſup. Matth. oper. perf. in princ. col. 421. D. tom. 2.*

39. Dilectionem ab hominibus exigere, non eſt dominii, ſed paternitatis. *Hom. 40. ſup. Matth. oper. imperf. in princ. col. 1011. A. tom. 2.*

40. Sicut odium omne malum ſuggerit, ſic dilectio omne bonum. *Ibidem, Hom. 42. ante fin. col. 144. littera D.*

41. Magnum & inſuperabile quiddam dilectio eſt, quæ non nudis verbis, ſed re oſtendenda eſt. *Hom. 75. ſup. Ioan. poſt med. col. 357. D. tom. 3.*

S. IOANNES CHRYSOST.

42. Dilectionem non tantùm ſine ſimulatione eſſe oportet, ſed & intenſam, & ferventem; & ignitam. *Serm. 21. ſup. Ep. ad Rom. poſt med. col. 244. littera D. tom. 4.*

43. Quæ erit utilitas ſi ſincerè quidem dilexeris; non dilexeris autem ferventer? *Ibidem, poſt med. col. 245. A.*

44. Nihil ita diligi facit ut honor, ac benè merendi ſtudium. *Ibidem.*

45. Virtutis principium ac finis eſt dilectio. *Ibidem. Serm. 23. ante fin. col. 259. D.*

46. Debitum dilectionis tale eſt, ut & reddatur, & ſemper debeatur. *Ibidem.*

47. Dilectionis hoc proprium eſt, ut quod pro ſe quiſque curat, idem faciat & pro altero. *Ibid. ſerm. 27. in medio. col. 288. C.*

S. IRENÆUS.

48. Non ſimiliter diliguntur ea, quæ ultrò adveniunt, quàm illa quæ cum multa ſolicitudine adinveniuntur. *Lib. 4. ad verſ. Hæreſ. cap. 72. ante finem pag. 284.*

S. ISIDORUS HISPALENS.

49. Dilectio, quæ munere glutinatur, eodem ſuſpenſo diſſolvitur. *Lib. 3. de ſum. bono. cap. 31. ſent. 2. pag. 677. col. 2.*

50. Qui bona mundi diligit, velit nolit, timoris & doloris pœnæ ſuccumbit. *Proſec.*

51. Qui plus quàm oportet res tranſitorias diligunt, majorem ſibi ingerunt dolorem rei ablatæ, quàm amorem parturiebant poſſeſſæ. *Ibidem, cap. 59. ſent. 2. pag. 689. col. 2.*

S. LAUR. JUST.

52. Dilectio, quæ munere glutinatur, eo ſuſpenſo diſſolvitur. *De ligno vitæ. Tract. 4. de Charitate. cap. 17. in princ. pag. 34. col. 2. C. part. 1.*

S. LEO I.

53. Rationalis animus, qui ſine dilectione eſſe non poteſt, aut Dei amator eſt, aut mundi. In dilectione Dei, nulla nimia: in dilectione mundi, cuncta ſunt noxia. *Serm. 5. de jejun. ſeptimi menſis. circa med.*

S. MAXIMUS MART.

54. Proprium dilectionis eſt, unicum efficere animum quærentium quæ pertinent ad illam. *Centur. 1. de virt. & vitio. cap. 48. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 369. col. 2. G. edit. Colon. 1618.*

PETR. BLES.

55. Dilectio nihil prodeſt, niſi combinata ſit. *Ep. 50. ad Henric. Epiſc. Bajocenſ. poſt med. pag. 240. col. 2. littera G.*

56. Dilectio in morte non moritur, cujus fortitudini mors ſuccumbit. *Ep. 66. ad Gualter. Epiſc. Panormitan. circa fin. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 753. col. 2. H. edit. Colon. 1618.*

57. Vix invenitur dilectio, quæ non ſit quæſtuaria. *Ibidem, in princ. Prologi. de Amicit. pag. 967. columna 2. littera G.*

S. PROSPER.

58. Ordinem dilectionis illi pervertunt, nec modum diligendi cuſtodiunt, qui aut mundum (qui contemnendus eſt) diligunt: aut corpora ſua minùs diligenda, plus diligunt: aut proximum non ſicut ſeipſos, aut Deum pluſquàm ſeipſos non diligunt. *Lib. 3. de vita contempl. cap. 15. circa init.*

S. REMIGIUS.

59. Omnis dilectio, quæ ſecundùm Deum non eſt, & pro Dei amore non agitur, ſimulatio & fictio vocanda eſt. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 12. Can. 9. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 850. col. 1. littera A. editionis Colon. 1618.*

RICH. À S. VICTORE.

60. Dilectionis dulcedine nihil jucundius invenitur, nihil in quo animus ampliùs delectetur; quam dulcedinem ſolus non poſſidet, qui in exhibitâ ſibi dilectione ſocium & condilectum non habet. *Part. 1. lib. 3. de Trinit. cap. 14. ante fin. pag. 366. col. 2. A.*

ROBERTUS BELLARMIN.

61. Qui diligit, omnia tolerat, ne amittat quod diligit. *Conc. 19. Dom. Quinquag. circa med.*

THOMAS A KEMPIS.

62. Vanitas eſt, diligere quod cum omni celeritate tranſit. *Lib. 1. de Imitation. Chriſt. cap. 1. a medio tom. 2.*

S. VALERIAN.

63. Hæc illa perfecta dilectio eſt, quæ affectum integri amoris inſtituit. *Hom. 13. in fine. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. edit. Colon. 1618.*

Sententiæ Paganorum.

Cicero. 64. Non eſt viri boni diligere, quod per ſe non ſit diligendum. *Lib. 1. de legib. poſt medium, num. 48. tom. 4.*

Sixtus Phil. 65. Noli diligere ea, quæ corporis ſunt. *Sent. 93. pag. 65. col. 1. C. edit. Colon. 1618.*

Vide etiam Titul. Debitum. ſent. 43. Differentiæ. ſent. 37. Neceſſitas. ſent. 29. Parentes. ſent. 122. 132. & Titulos ſequentes.

Dilectio Dei.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO.

Etymologia.

S. Auguſtin. Dilectio Dei dicitur, quaſi Dei electio. *Part. 4. tit. 6. de Charitate, cap. 1. in fine fol. 90. col. 1.*

Definitio.

S. Auguſt. Diligere Deum eſt, nihil ei quidquam in diligendo atque ſequendo præponere. *De Morib. Eccleſ. cap. 11. circa med. pag. 524. D. tom. 1.*

S. Albertus Magn. Dilectio Dei eſt magna voluntas Deo ſerviendi, dulcis affectus Deo placendi, ferventiſſimum deſiderium Deo fruendi. *De adhærendo Deo cap. 11. in fine.*

Quid eſt toto corde Deum diligere, niſi purè & ſine ſocio amare, id eſt, nihil præter eum diligere? *Serm. 8. de SS. Apoſt. poſt med. in illud Deuter. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. pag. 306. columna 1. tom. 3.*

Diligere Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, eſt diligere ſine errore, ſine contradictione, & ſine oblivione. *Sup. lib. 3. ſent. diſt. 27. art. 2. quæſt. 6. ſub finem pagin. 310. columna 2. littera C. tom. 5.*

Toto corde Deum diligere, eſt omne quod blanditur de carne propria vel aliena, ſacro-ſanctæ carnis amori poſtponere. *In Medit. vita Chriſti cap. 99. poſt med. pag. 400. col. 2. E. tom. 6. part. 2.*

S. Cyprian. Deum toto corde diligere, eſt amare in illo, quòd Pater eſt: timere, quòd Deus eſt. *De orat. Domin. cap. 7. pag. 267. col. 2. tom. 2.*

Dionysius Carthus. Diligere Dei, eſt velle alicui bonum conferre: odiſſe verò, eſt gratiam juſtè ſubtrahere. *Sup. Ep. ad Roman. cap. 9. art. 13. prope med. in illud, Iacob dilexit, &c. fol. 21. lit. A.*

S. Proſper. Quid eſt diligere Deum, niſi occupari animo, concipere fruendæ viſionis ejus effectum, peccati odium, mundi faſtidium? *Lib. 3. de vita contempl. cap. 15. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 75. col. 2. lit. H. edit. Colon. 1618.*

Divisio.

S. Thomas Aquinas. Dnplex eſt dilectio Dei, ſcilicet, dilectio concupiſcentiæ, & dilectio amicitiæ. *Profec.*

Concupiſcentiæ, qua quis vult frui Deo, & delectari in ipſo: amicitiæ verò, qua homo præponit honorem Dei, etiam huic dilectioni qua fruitur Deo. *Sup. Ep. ad Philipp. cap. 1. lect. 2. in fine fol. 172. col. 3.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambroſius 1. Deus diligi maluit, quàm timeri. *Lib. 9. Ep. 72. ad Irenæum. in fine col. 641. C. tom. 3.*

S. Anſelmus. 2. Totum quod ſum tuum eſt Domine, conditione, fac totum tuum dilectione. *In Meditat Redempt. humanæ cap. 7. circa med.*

S. Antonius de Padua. 3. Diliges Dominum Deum tuum, &c.) Tuum, & ideò plus diligendus eſt: plus enim noſtra quàm aliena diligimus. *Profec.*

4. Dignus eſt verè à te diligi, qui cùm ſit Dominus Deus tuus, factus eſt tibi ſerviens, ut tu ejus fieres ſervus, & ei ſervire non erubeſceres.

5. Diliges ergo Dominum Deum tuum, in primo opere, cùm non eſſes, te tibi dedit: in ſecundo opere, cùm malè eſſes, ſe tibi dedit, te tibi reddidit. Datus ergo, & redditus, te debes, & bis debes, & te totum debes. S. Antonius de Padua.

6. Diliges ergo Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: qui totum dixit, non tibi partem de te dimiſit, ſed totum ſibi te offerre præcepit: ſe enim toto emit totum te, ut ſolus te totum poſſideret.

7. Deus ex toto non ex parte vult diligi: non habet partes, qui ubique totus eſt, & ideò non vult partem in tuo, qui totus eſt in ſuo.

8. Vis totum habere? da Deo totum, & ipſe dabit tibi ſuum, & ſic nihil habebis de te, quia habebis eum totum cum toto te. *Serm. Dom. 13. poſt Trinit. ante med. fol. 254. pag. 1. & 2.*

9. Nemo poteſt perfectè diligere quò vocamur, niſi oderit undè revocamur. *De vera Relig. cap. 46. poſt med. pag. 512. D. tom. 1.* S. Auguſtin.

10. Hoc diligimus in Trinitate, quod Deus eſt: ſed Deum nullum alium vidimus aut novimus, quia unus eſt Deus, ille ſolus quem nondum vidimus & credendo diligimus. *Lib. 8. de Trin. cap. 5. in fine pag. 250. C. tom. 3.*

11. Magna hominis miſeria eſt, cùm illo non eſſe, ſine quo non poteſt eſſe: in quo enim eſt, proculdubiò ſine illo non eſt, & tamen ſi ejus non meminit, eumque diligit, cum illo non eſt. *Ibidem, lib. 14. cap. 12. in fine pag. 309. B. tom. 3.*

12. Quantò flagrantiùs diligimus Deum, tanto certiùs ſereniùſque videmus. *Lib. 8. de Trin. cap. 9. in fine pag. 254. C. tom. 3.*

13. Dilectio fortis res, fratres, dilectio fortis res. Vultis videre quàm ſit fortis dilectio? quiſquis per aliquam neceſſitatem non potuerit implere quod jubet Deus, amet illum qui implet, & in illo implet. *Sup. Pſ. 121. poſt med. verſ. 6. pag. 990. D.*

14. Conſtat ſine Spiritu ſancto Chriſtum nos diligere non poſſe, & id nos poſſe atque agere tantò minùs, quantò illum percipimus minùs: tantò autem ampliùs, quantò illum percipimus ampliùs. *Tract. 74. ſup. Evang. Ioan. de cap. 14. circa medium pag. 295. lit. A. tom. 9.*

15. Incomprehenſibilis eſt dilectio Dei, neque mutabilis, qua in unoquoque noſtrûm novit & odiſſe quod fecimus, & amare quod fecit. *Ibidem, Tract. 110. de cap. 17. poſt med. pag. 357. A. B.*

16. Scio Domine, ſcio & fateor, quia non ſum dignus quem tu diligas: ſed certè tu non es indignus, quem ego diligam. *In Medit. cap. 10. in princ. pag. 479. B. tom. 9.*

17. Illi Deum diligunt, qui non aliud quàm undè nomen Dei glorificetur, exercent. *De vita Chriſtiana cap. 9. in fine pag. 612. D. tom. 9.*

18. Poteſt dicere aliquis, Propter infirmitatem corporis mei, non poſſum à vino & carnibus abſtinere: nunquid poteſt dicere, Non poſſum diligere? *Serm. 1. feria. 6. poſt Dom. Quinquageſ. & in ord. 59. ab init. pag. 500. D. tom. 10.*

19. Non omnium Deus eſt Deus, ſed eorum qui ipſi conjuncti ſunt per dilectionem. *Sup. Pſ. 29. Conc. 7. poſt init. verſ. 2. pag. 88. tom. 1.* S. Baſilius Magnus.

20. Injuriam magnam Creatori facit, qui creaturam ullam pluſquam illum diligit. *In ſuis Proverb. verbo injuriam. pag. 191. tom. 2.* V. Beda.

21. Non habet callidus hoſtis machinamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem Dei, quàm ſi efficere poſſit ut in ea incautè, & non cum ratione ambuletur. *Serm. 19. ſup. Cant. in fine. fol. 148. col. 1. littera C.* S. Bernard.

22. Dilexit nos Deus dulciter, ſapienter, fortiter. Dulciter, quia carnem induit: ſapienter, quia culpam

cavit: fortiter, quia mortem ſuſtinuit. *Ibidem, ſerm. 20. poſt med. fol.* 148. *col.* 2. *E.*

S. BERNARD. 23. Diſce ô Chriſtiane à Chriſto quemadmodum diligas Chriſtum: diſce amare dulciter, amare prudenter, amare fortiter. Dulciter ne illectus, prudenter ne deceptus, fortiter ne oppreſſus, ab amore Domini avertaris. *Ibidem, ante med. &c. lit. F.*

24. Non abduci blanditiis; nec ſeduci fallaciis, nec injuriis frangi, toto corde, tota anima, tota virtute diligere eſt. *Ibidem, poſt medium fol.* 148. *columna* 3. *littera I.*

25. Duriſſimi cordis eſt, quiſquis Deum toto affectu non diligit. *Serm. de diligendo Deo, ſtatim ab initio fol.* 104. *col.* 1. *C.*

26. Cauſa diligendi Deum, Deus eſt: modus, ſine modo diligere. *Tract. de diligendo Deo in princ. fol.* 295. *col.* 1. *C.*

27. Ob duplicem cauſam Deus propter ſeipſum eſt diligendus: ſive quia nihil juſtius, ſive quia nihil diligi fructuoſius poteſt. *Ibidem.*

28. Prior Deus dilexit nos, tantus & tantùm, & gratis tantillos & tales. *Ibidem, cap. Hic primum in princ. fol.* 296. *col.* 3. *H.*

29. Non ſine præmio diligitur Deus, etſi abſque præmii intuitu diligendus ſit. *Tract. de diligendo Deo cap. Dicto fol.* 296. *col.* 4. *K.*

30 In Dei dilectione modus amoris nullus eſſe debet: ſine modo te dilexit, ſine modo eum diligere debes, modum dilectionis exceſſit te diligendo, pro te moriendo. *Serm.* 1. *de Cæna Dom. ſtatim à medio fol.* 107. *col.* 2. *D.*

31. Perfectè vult amari, qui ſolus vult diligi; non vult conſortem habere in amore, qui parem non habet in dilectionis retributione. *Ibidem, Ser.* 8. *circa med. fol.* 112. *col.* 3. *lit. H.*

32. Fruſtrà ſe Deum diligere dicit, qui mandatis ejus ſuis operibus contradicit. *Ibid. ſerm.* 9. *circa med. fol.* 113. *col.* 2. *lit. F.*

33. Nimis eſt felix, nimis eſt beatus, cujus tantùm eſt dilectio Chriſtus. *Ibidem, ante med. fol.* 113. *columna* 1. *B.*

34. De dilectione Dei quo plus bibo, plus ſitio. *Ibidem, Serm.* 13. *in princ. fol.* 117. *col.* 4. *lit. K.*

35. Tunc verè Deum diligis, ſi pro amore illius bona, quæ potes, operaris. *Serm.* 51. *ad Sororem in medio fol.* 93. *col.* 3. *lit. H.*

S. BONAVENT. 36. In dilectione Conditoris lingua, mens, & vita requiritur. *Collat.* 64. *ſup. cap.* 14. *Ioan. in medio pag.* 451. *col.* 2. *tom.* 2.

37. Veraciter deſponſata eſt anima, quæ veraciter diligit. *Serm.* 4. *Dom. infra oct. Epiph. in fine pag.* 37. *col.* 2. *tom.* 3.

38. Quid eſſe Dei dilectionem credimus, niſi ignem? quid culpam, niſi rubiginem? *Profec.*

39. Ergo tantò ampliùs peccati rubigo conſumitur, quantò peccator dilectionis igne concrematur. *Serm.* 2. *de S. Maria Magdal. in princ. pag.* 260. *columna* 1. *tom.* 3.

40. Dilectio Dei probatur ex ſex ſignis.
- Ex deteſtatione peccatorum.
- Ex repulſione inimicorum.
- Ex operatione mandatorum.
- Ex proviſione ſubditorum.
- Ex renuntiatione terrenorum.
- Ex toleratione adverſorum. *Serm.* 3. *Dom.* 17. *poſt Pent. in princ. pag.* 192. *col.* 1. *tom.* 3.

41. Quantùm Deus diligitur, tantùm diabolus, caro, & mundus contemnuntur. *Ibidem, ante medium, &c.*

42. Eligat homo magis dilecto Deo mori, quàm offenſo vivere: hoc eſt experimentum veræ dilectionis. *Ibidem, in fine. pag.* 192. *col.* 2. *tom.* 3.

43. Non ſe Deum diligere credat, qui eum corde ſæpè non cogitat, qui cum ſæpè ore non laudat, qui opere mandata ejus non ſervat. *Serm.* 8. *de SS. Apoſtolis. in princ. pag.* 305. *col.* 1. *tom* 3.

44. Chriſtus dilexit Joannem dulciùs & familiariùs, ſed Petrum dilexit ferventiùs & fortiùs. *Profec.*

45. Petrus quia dilexit ferventiùs, diligebatur fortiùs: Joannes verò quia dilexit dulciùs, diligebatur familiariùs. *Sup. lib.* 3. *ſent. diſt.* 32. *art.* 1. *quæſt.* 6. *in corpore pag.* 360. *col.* 1. *C. tom.* 5.

46. Qui Chriſtum ſuper omnia diligunt, nihil ejus amori præponunt in via, quem habituri ſunt mercedem in patria. *In ſpeculo diſcipl. part.* 2. *cap.* 6. *in fine pag.* 557. *col.* 2. *B. tom.* 7. *part.* 4.

47. Si omne quod bonum eſt diligendum eſt in quantum bonum: ille qui ſummè bonus eſt, & infinitum bonum eſt, ſummè & infinitè diligendus eſt. *Lib.* 2. *de profectu Religioſor. cap.* 23. *in princ. pag.* 585. *col.* 2. *D. tom.* 7. *part.* 4.

48. Tantùm Deum debemus diligere, quando nos punit, ut purget, ac ſi blandiatur, ut conſoletur. *Ibid. cap.* 2. *poſt initium. pag.* 576. *col.* 2. *littera A. tom.* 7. *part.* 4.

49. Diligendus eſt Deus toto corde, id eſt, intellectu ſine errore: tota anima, id eſt, voluntate ſine contrarietate: tota mente, id eſt, memoria ſine oblivione. *Lib.* 5. *compend. Theolog. verit. cap.* 29. *in calce. pag.* 762. *col.* 1. *A. tom.* 7. *part.* 4.

50. Qui Dei teſtimoniis fideliter credit, ipſe eum veraciter diligit. *Sup. Pſ.* 77. *poſt med. verſ.* 40. *fol.* 120. *col.* 4. CASSIODORUS.

51. Deus perfectè diligitur, cùm devoti animus nullâ accidentium malorum adverſitate dejicitur: ſed in miſeriis ſuis ſpe futurorum ſemper accenditur. *Sup. Pſ.* 114. *in princ. verſ.* 1. *fol.* 176. *col.* 3.

52. Eximia certè hæreditas eſt illis, qui totius univerſi regem JESUM CHRISTUM diligere volunt. *Lib.* 1. *Glaphyr. in Numeros. cap.* 2. *in princ. pag.* 321. S. CYRILLUS ALEX.

53. Unuſquiſque tantò eſt melior, ac felicitati futuræ propinquior, immò & tantò majori beatitudine dignus ac præmiandus, quantò plus diligit Deum vero & ſpiritali amore. *De profectu ſpirit. art.* 16. *ante med. fol.* 158. *pag.* 2.

54. Domine tu prior dilexiſti non diligentem, ut de non diligente diligentem faceres. *De perfect. Charit. art.* 1. *ante med. fol.* 170. *pag.* 1.

55. Quiſquis Deum diligit, utique abſque Deo eſſe formidat. *Lib.* 1. *quæſt. novi Teſtam. de Epiſt. B. Ioan. in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. S. EUCHERIUS.

56. Impium eſt Deum non diligere: cui rependere non queas, etiam cùm dilexeris. *In Epiſt. parænet. ad Valerian. poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 776. *col.* 2. *E. edit. Colon.* 1618.

57. Quàm durum eſt in dilectionis jura peregrina admittere curam, & cæleſte ſecretum ſecularibus infeſtare turbellis? *Serm.* 11. *ſup. Cantica. in princ. apud D. Bernard. volum.* 2. GILLEBERTUS ANGLUS.

58. Fruſtrà ſe Conditorem diligere credunt, qui ejus monita contemnunt. *Sup. Cant. cap.* 1. *col.* 1821. *lit. B. tom.* 3. GLOSSA ORD.

59. Virtuti mortis dilectio comparatur; qui nimirùm mentem, quàm ſemel ceperit, à dilectiône mundi funditùs occidit. *Lib.* 10. *Moral. cap.* 12. *circa fin. ſup. illud Cant.* 8. *Fortis eſt ut mors dilectio. col.* 364. *A. tom.* 1. S. GREG. MAG.

60. Solent nonnulli in proſperis Deum diligere, in adverſis poſiti flagellantem minùs amare. *Ibid. lib.* 2. *cap.* 11. *poſt med. num.* 17. *col.* 37. *B.*

61. Tres gradus dilectionis ſunt. Diliges Dominum Deũ tuum
- Ex toto corde tuo. — In corde accipitur conſilium.
- Ex tota mente tua. — In mente voluntas.
- Ex tota virtute tua. — In virtute amoris affectio deſignatur.

Lib. 3. *in* 1. *Reg. cap.* 1. *poſt med. ſup. illud, Revertere, &c. tom.* 2.

S. GREG. MAG. 62. Si unicuique veſtrûm requiratur an diligat Deum; totâ fiduciâ, & ſecurâ mente reſpondet, Diligo: probatio dilectionis, exhibitio eſt operis. *Hom.* 30. *ſup. Evang. in princ. ſup. illud, Si quis diligit me, &c. col.* 450. *B. tom.* 2.

S. GREG. NYSS. 63. Dei dilectio eſt fortitudo ejus, qui diligit. *Hom.* 8. *ſup. Eccleſ. ante med. col.* 212. *D.*

HAYMO. 64. Quia immenſus eſt Deus, ſine menſura eſt diligendus: ut cùm eum multum diligimus, parum nos diligere fateamur. *Serm. Dom.* 14. *poſt Pent. ante medium.*

65. Non Deum diligimos priùs; nam ad hoc nos ille dilexit priùs, ut diligamus eum. *Serm.* 1. *Dom.* 2. *poſt Pent. in princ.*

S. HIERONYM. 66. Si verè Chriſtum diligimus, nihil magis velle, nihil omninò debemus agere, quam quod illum velle cognoſcimus. *Tom.* 1. *Ep.* 14. *ad Celantiam. poſt init. pag.* 108. *D.*

67. Ille diligit Deum, qui ædificat fratres. *Sup.* 1. *ad Cor. cap.* 8. *in illud, Si quis diligit Deum, &c. pag.* 311. *D. tom.* 9.

S. HILARIUS. 68. Dilectionis in Deum hoc proprium officium eſt, parere monitis, ſtatutis obtemperare, pollicitis confidere. *Sup. Pſ.* 127. *poſt init. fol.* 91. *col.* 4.

HUGO A S. VICTORE. 69. Anima quæ Deum diligit, quibuſdam amoris paſſibus per charitatem ad Deum currit. *Profec.*

70. Charitas Dei via pacis eſt, quia in amore Conditoris currens animus, nihil quod lædat, invenit. *Sup. Pſ.* 13. *cap.* 11. *ante med. pag.* 40. *B. tom.* 1.

71. Deus diligendus eſt
- Ex toto corde, id eſt, ſapienter.
- Ex tota anima, id eſt, dulciter.
- Ex totis viribus, id eſt, fortiter.
- Ex tota mente, id eſt, memoriter.

In allegor. veteris Teſtam. lib. 3. *ſup. Exod. cap.* 4. *in fine. pag.* 169. *E.*

72. Deus diligendus eſt quibuſcunqoe modis dici poteſt: quia non poteſt nimis dici, quod non poteſt nimis diligi. *Ibidem.*

73. Perdit quod vivit, qui Deum non diligit: qui autem diligit, illum deſiderat, in eo meditatur, delectatur, paſcitur, & impinguatur. *Lib.* 4. *de Anima. cap.* 9. *ante med. pag.* 132. *F. tom.* 2.

74. Si dona Dei accipis, quare viciſſitudinem dilectionis non rependis? aut dona illius (ſi potes) reſpue; vel ſi dona illius reſpuere non potes, viciſſitudinem dilectionis repende. *Profec.*

75. Dilige illum, dilige te propter illum, dilige dona illius propter illum. Dilige illum, ut fruaris illo: dilige te, quòd diligeris ab illo, dilege in donis illius, quòd data ſunt ab illo. Illum tibi, & te illi dilige: dona illius ab illo tibi propter te.

76. Hæc pura & caſta dilectio eſt, nihil habens ſordidum, nihil amarum, nihil tranſitorium, decorâ caſtitate, jucundâ dulcedine, ſtabili æternitate. *In ſolilog. de Arrha anima. longè ante med. pag.* 145. *lit. D. tom* 2.

77. Prædeſtinati poſtquàm Deum diligere cœperint, vel perſeveranter diligunt, ut à dilectione non cadant: vel cùm à dilectione ceciderint, iterùm ad illam reſurgunt, ne pereant. *Lib.* 2. *de ſacram. part.* 13. *cap.* 11. *ante fin. pag.* 492. *B. tom.* 3.

IDIOTA. 78. Nihil Deo juſtius, nihilque fructuoſius diligi poteſt. *Lib.* 1. *In contemplat. de Amore Dei. cap.* 9. *in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 10. *edit. Colon.* 1618. *pag.* 3. *col.* 2. *G.*

79. Qui Deum totâ animâ diligit, jàm habet quem diligit, nec eum verè diligere poſſet, ſi eum quem diligit non haberet. *Ibid. cap.* 13. *circa medium pag.* 4. *col.* 2. *lit. H.*

80. Dilectio Dei totius eſt mentis ligamen, & viſcum, & glutinum, hominem ſibi indiſſolubiliter uniens, atque ligans. *Ibidem, cap.* 14. *ante med. pag.* 5. *col.* 1. *A.*

81. Dilectio vera Dei, hominem invincibilem reddit. *Ibid. cap.* 15. *ante med. pag.* 5. *col.* 1. *C.*

82. Dilectio Dei eſt via rectiſſima abſque devio ad eum veniendi, via brevis abſque tædio, via plana abſque tumulo, via clara abſque nubilo, via ſecura abſque periculo, via jucunda cum bono ſocio. *Ibid. cap.* 17. *ante med. pag.* 5. *col.* 2. *G.* IDIOTA.

83. Si quis ad patriam cæleſtem velit celeriter pervenire, per viam dilectionis ambulare debet. *Ibid. poſt medium, &c.*

84. Summæ bonitatis eſt, ut Deum diligamus. *Ibid. cap.* 21. *poſt med. pag.* 6. *col.* 2. *H.*

85. Ille ſolus novit ſe verè diligere, qui veraciter Deum diligit. *Ibidem. cap.* 31. *in princ. pag.* 9. *col.* 1. *littera D.*

86. Verè nihil eſt quod ampliùs diligere debeamus, quàm Deum: amici enim recedunt, parentes deficiunt; ſolus autem Deus nec recedit, nec deficit, donec voluerimus eſſe cum ipſo. *Hom.* 26. *ſup. Matth. oper. imperf. circa med. col.* 909. *A. tom.* 2. S. JOANNES CHRYSOST.

87. Dilectionem ab hominibus exigere, non eſt dominii, ſed paternitatis. *Ibidem, Hom.* 40. *in princ. col.* 1011. *A. tom.* 2.

88. Quid eſt in tota anima diligere Deum? eſt certiſſimum animum habere in veritate, & firmum eſſe in fide. *Ibidem, Hom.* 42. *poſt medium, columna* 1042. *littera D.*

89. Quis diligit Deum? qui omne bonum credit apud Deum, & omne bonum credit eſſe Deum, & extra Deum non credit eſſe Deum. *Ibidem, poſt med. col.* 1043. *A.*

90. Magnitudo dilectionis Dei, nuſquàm non ſeſe extendit. *Serm.* 7. *ſup. Ep. ad Epheſ. ſub fin. ante morale. col.* 991. *D. tom.* 4.

91. Hoc curemus dilecti, nempè ut dilectionem Dei cognoſcamus: nihil quippè nobis ita proderit, nihil ita compunget. *Ibidem, in princ. moralis. col.* 992. *littera D.*

92. Nihil tàm præclarum, quàm à Deo diligi, & ipſum diligentem tanquàm Deum diligere. *Hom.* 64 *ad Popul. Antioch. in princip. col.* 416. *C. tom.* 5.

93. Etiamſi oporteat divitias vel corpora, vel animam ipſam pro dilectione Dei dare, ne parcamus. *Profec.*

94. Nihil enim ita noſtram ſalutem conſervat, ſicut Deum diligere. *Hom.* 30. *ſup.* 2. *Cor. in princ. moralis. col.* 878. *B. tom.* 4.

95. Diligamus Deum, ſicut oportet diligere. Hæc enim magna merces, hoc regnum & voluptas, hæ deliciæ, gloria & honor, hæc lux & magna beatitudo, quàm ſermo declarare non poteſt, non mens comprehendere. *Hom* 48. *ad Popul. Antioch. ante med. tom.* 5.

96. Quidquid plus Chriſto diligis, hoc ejus amori præponis. *In cap.* 4. *Regula S. Bened. verbo Quidquid. in princ. pag.* 275. *col.* 1. JOAN TRITH.

97. Nihil tàm juſtum, nihil tàm ſanctum, nihil in humanis actionibus tàm poteſt eſſe honeſtum, quàm Deum ex toto corde & ſuper omnia ſempee diligere. *Lib.* 1. *ad Monachos, Hom.* 23. *in princ. pag.* 515. *columna* 1.

98. Virtuoſus non eſt, qui Deum non diligit, cùm omnium virtutum ſumma ſit charitas. *Lib.* 2. *ad Monachos. ſerm.* 5. *circa med. pag.* 548. *col.* 1.

99. Anima, quæ Deum veraciter diligit, omnia præter ipſum contemnit. *Lib.* 1. *de Regione clauſtral. tract.* 2. *Region.* 2. *art.* 2. *ſub fin. pag.* 589. *col.* 2.

100. Nullus te diligit, niſi rectus: & nullus eſt rectus, niſi qui te diligit. *Sup. Cantica. cap.* 1. *in princ. in illud, Recti diligunt te. pag.* 719. *col.* 1. S. ISIDORUS HISPALENS.

101. Si dilectio Deus eſt, nullum debet habere terminum charitas Dei, quia nullo poteſt claudi fine divinitas. *Serm.* 10. *Quadrag. poſt med.* S. LEO I.

101. Diligenti Deum ſufficit ei placere quem diligit: quia nulla major expetenda eſt remuneratio, quam

ipſa

[illegible] *Serm. 7. de [illegible] ſeptimi menſis. poſt med.*

LUDOV. BLOS. [illegible] Deum verè diligit, cui ipſe Deus eſt id quod eſt, cui cæleſtia ſapiunt, & terrena deſipiunt. *De inſtit. ſpirit. cap. 5. in fine.*

PETRUS BLES. 1[illegible]4. Quantò major eſt ſummi boni dilectio, tantò ſuavior in ea eſt delectatio, & tantò plenior beatitudo. *De Amicit. cap. 12. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 971. col. 2. E. edit. Colon* 1618.

105. Te ſingulariter diligit, qui nihil ſine te diligens, alia propter te diligit. *Profec.*

106. Licet dilectio diffundatur in plures, tamen eſt in ſingulis tota, ut omnes unicè diligens, ab omnibus unicè diligatur. *De Charit. cap 21. in fine. pag. 985. col. 2. C. apud Bibl. Patr. &c.*

S. PROSPER. 107. Illi pluſquàm ſe diligunt Deum,
- Qui pro ejus amore, ſuæ ad tempus ſaluti non parcunt.
- Qui ſeipſos tribulationibus ac periculis tradunt.
- Qui nudari facultatibus propriis, patriæ ſuæ extorres fieri, parentibus & uxoribus ac filiis ſuis renuntiare parati ſunt.
- Quia ipſam corporis mortem, non ſolùm non refugiunt, ſed etiam libenter excipiunt, ambientes à corporis ſui vita, magis quàm à Deo, vita vitæ ſuæ, diſcedere. *Lib 3. de vita contemplat. cap. 15. circa med.*

108. Illi perfectè Deum diligunt, qui volendo quod vult Deus, & nolendo quod non vult: nec ullis peccatis, quibus offenditur, acquieſcunt: & ſemper ſe ad virtutes, quas ipſe dignatur donare diligendas & habendas, extendunt. *Ibidem, in fine.*

RICH. A S. VICTORE. 109. Ex magnitudine divinæ dilectionis, pendet modus divinæ revelationis. *Part. 1. lib. 4. de contemplat. cap. 16. poſt med. pag. 300. col. 2. A.*

S. THOMAS AQUINAS. 110. Quantò magis ab amore terrenorum animus elongatur, tantò magis firmatur in dilectione divina. *Opuſc. 9. de decem præcept. verbo Ex jam dictis. tom. 1.*

111. Tantò perfectiùs animus hominis ad Deum diligendum fertur, quantò magis ab affectu temporalium revocatur. *De perfect. vitæ ſpirit. cap. 6. in medio. tom. 2.*

112. Neceſſarium eſt ad ſalutem, ut homo ſic Deum diligat, ut in eo finem ſuæ intentionis ponat, nihilque admittat quod contrarium divinæ dilectioni æſtimat. *Ibidem, cap. 10. ante med.*

113. Non neceſſitas, quæ ex divina dilectione procedit, minuit dilectionem, ſed auget. *Ibidem, cap. 12. prope finem.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SIXT. PHILOS. 114. Cor diligentis Deum, in manu Dei ſtabilitum eſt. *Sent. 402. pag. 67. col. 1. D. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colon.* 1618.

115. Si non diligis Deum, non ibis ad Deum. *Ibid. ſent. 424. pag. 67. col. 2. E.*

Vide etiam tit. Actio. ſent. 260. Cognitio Dei ſent. 20. Crux. ſent. 119. Dilectio ſui. ſent. 26. 30. Felicitas. ſent. 34. Iuſtitia in genere, ſent. 52. Odium ſui. ſent. 9. Opus. ſent. 5.

Dilectio proximi.

DEFINITIO.

GLOSS. IOT. VEra proximi dilectio eſt, quæ & amicos in Deo & inimicos propter Deum diligit. *Sup. Iob. cap. 31. col. 298. D. tom. 3.*

LAURENT. IUSTIN. Dilectio proximi eſt debitum naturale, quo unus homo obligatus eſt alteri, à quo debito nullus abſolvitur. *Part. 1. de ligno vitæ tract. 4. de charitate cap. 15. circa init. pag. 33. col. 1. F.*

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Amantem diligere naturæ eſt: non amantem verò diligere gratiæ eſt. *Part. 1. de Paradiſo animæ cap. 1. de virtutibus poſt med. pag. 17.* S. ALBERTUS MAGN.

2. Plus certè diligere debemus quos perpetuò nobiſcum putamus futuros, quàm quos in hoc tantùm ſeculo: illi degeneres naſcuntur frequenter, qui dedeceant patrem, eos ante eligimus ut diligamus. *Profecutio.* S. AMBROSIUS.

3. Itaque illi neceſſitate diliguntur, quæ non ſatis idonea atque diuturna eſt ad perpetuitatem diligendi magiſtra.

4. Non enim vehementior eſt natura ad diligendum, quàm gratia. *Lib. 1. Offic. cap. 7. in fine col 4. C. tom. 1.*

5. Probare debes quos diligas, & diligere quos elegeris. *Ibidem, &c.*

6. Ratio diligendi proximum, Deus eſt: hoc enim debemus in proximo diligere, ut in Deo ſit. *Part. 4. tit. 6. de charitate. cap. 4. poſt initium fol. 98. columna 1.* S. ANTONIN.

7. Quicumque dilexerit proximum, diliget animam propriam. *Ep. 2. ad fratre. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 26. col. 1. C. tom. 1.* S. ANTONIUS ABBAS.

8. Ea eſt regula dilectionis proximi, ut quæ ſibi vult bona provenire, & illi velit: & quæ accidere ſibi mala non vult, & illi nolit *De vera Relig. cap. 46. in princ. pag. 512. C. tom. 1. edit. Colon. 1618* S. AUGUST.

9. Quod agis tecum, id agendum cum proximo eſt: non enim eum diligis tanquam teipſum, ſi non ad id bonum ad quod ipſe tendis, adducere ſatagis. *De Morib. Eccleſ. cap. 26. ante medium. pag. 532. littera C. tom. 1.*

10. Non eſt interior litteratum ſcientia, quàm ſcripta conſcientia, id ſe alteri non facere, quod nolit pati. *Lib. 1. Conf. cap. 18. in fine pag. 53. A. tom. 1.*

11. Diliges proximum tuum, &c.) proximus hoc loco non ſanguinis propinquitate, ſed rationis ſocietate penſandus eſt, in qua ſocii ſunt omnes homines. *Ep. 52. ad Macedonium. ante finem pag. 153. littera B. tom. 2.*

12. Omnes homines æquè diligendi ſunt: ſed cùm omnibus prodeſſe non poſſis, his potiſſimùm conſulendum eſt, qui pro locorum, vel temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus conſtrictiùs tibi quaſi quadam ſorte junguntur. *Lib. 1. de doctrina Chriſt. cap. 28. ab initio pag. 11. A. tom. 3.*

13. Dilige, & quod vis fac. Sive taceas, dilectione taceas: ſive clames, dilectione clames: ſive emendes, dilectione emend[illegible]: ſive parcas, dilectione parcas. *Tract. 7. ſup. Ep. Ioan. de cap. 4. poſt med. pag 427. B. tom. 9.*

14. Ill[illegible] proximum ſuum tanquàm ſeipſum diligit, qui ei nonnulli aliquid facit quod nec ſibi vult fieri: ſed ſi quid boni prout ipſe ab omnibus recipere optat & conſ[illegible] qui, libenter impertitur. *De vita Chriſtiana cap. 10. in princ. pag. 612. D. tom. 9.*

15. Nihil Deo ſpecialius virtute dilectionis proximi, nihil deſiderabilius diabolo, quàm extinctio dilectionis. *Serm. 13. ad Sororem ante med. fol. 84. col. 3. lit. G.* S. BARNARD.

16. Perfectè proximum non diligit, qui illi in neceſſitate non ſuccurrit *Ibid. Serm 14. [illegible] ab initio fol. 84. col. 4. lit. L.*

17. Dilectio eſt ſoror charitatis, charitas nunquàm fuit ſine dilectione, nec dilectio ſine charitate. *Ibidem, ſerm. 13. in fine fol. 84. columna 4. littera K.*

18. Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem.) Leve præceptum, ſuave præceptum, & dulce præceptum: ad portandum leve, ad amplectendum ſuave, ad tenendum dulce. *Serm 14. de Cœna Dom. circa med. fol. 118. col 3. lit. G.*

S. Bonavent. 19. Dic mihi, quid acquiris, ſi proximum tuum non diligis? præter hoc quod in hac vita torqueris, & dolore extenderis, dùm eum proſperis rebus abundare cernis, traderis ſummis malis, pœnis maximis æternaliter duraturis. *Profec.*

20. Attende ergo & cerne crimen, & nunc proximum dilige, ſi vis mortem æternam evitare, & vitam ſempiternam acquirere. *Serm. 9. de SS. Apoſtolis. ſub finem. pag. 308. col. 1. tom. 3.*

21. Mali homines ſecundùm quod imaginem Dei gerunt, diligendi ſunt ex charitate; non tamen ſecundùm quod mali ſunt, immò ſecundùm hoc deteſtandi ſunt. *Sup. lib. 3. ſent. diſt. 28. art. 1. quæſt. 3. in princ. corp. pag. 317. col. 1. B. tom 5.*

Cassiodorus. 22. Proximum diligimus ſicut nos ipſos, cùm nulli malum facimus; ſed omnes ſimili ut nos metipſos affectione tractamus. *Sup. Pſ. 133. in medio proœmii. fol. 206. col. 2.*

23. Perfectum odium eſt, homines diligere, & eorum vitia ſemper horrere: nam in illa parte, quâ creatura Dei ſunt, amandos eſſe non dubium eſt. *Sup Pſ. 138. poſt med. verſ. 22. Perfecto odio oderam illos. fol. 213. col. 3.*

Clemens Alex. 24. Dilectio proximi veræ ſunt deliciæ, hic eſt pretioſus theſaurus. *Lib. 2. Pædag. cap. 12. ante med. fol. 43. pag 2. E.*

S. Edmundus. 25. Debemus diligere bonos, quia boni ſunt: & malos etiam, quia boni eſſe poſſunt. *In ſpeculo Eccleſ. cap. 30. in medio. apud Bibl. Patr. tom. 13. pag. 366. col. 2. E. edit. Colon. 1618.*

S. Eusebius Cæsariens. 26. Sic diligendi ſunt homines, ut bonitas exaltetur, & vitium deturpetur. *Epiſt. ad Damaſ. Pap. de morte Hieron. circa med.*

S Franciscus Assisias. 27. Beatus ſervus, qui tantùm diligit fratrem ſuum, quando eſt infirmus, quantùm, quando eſt ſanus. *In ſuis opuſc. In admonit. ad fratres cap. 24. pagina 79 tom. 1.*

Glossa ord. 28. Qui dicit ſe diligere proximum, non ſolùm ei malum non facit, quod ſibi non vult: ſed etiam bonum facit ei, quod ſibi vult ab alio fieri. *Sup. Ep. ad Galat. cap. 5. in illud, Diliges proximum tuum, &c. col. 513. B. tom. 6.*

29. Qui diligit fratrem ſuum, tolerat omnia propter unitatem charitatis. *Sup. 1. Ioan. cap. 2. col. 1384. E. tom. 6.*

30. In veritate proximum diligit, qui ſecundùm Deum diligit affectuoſâ charitate. *Sup. 2. Ioan. cap. 3 col. 1427. C. tom. 6.*

S. Greg. Mag. 31. Nihil pretioſius eſt Deo virtute dilectionis: nihil eſt delectabilius diabolo extinctione charitatis. *Profec.*

32. Quiſquis enim ſeminando jurgia, dilectionem proximorum perimit, hoſti Dei familiariùs ſervit. *Part. 3. Paſtor. cap. 1. Admonit. 24. ante med. col. 1294. C. tom. 1.*

33. In ſincera dilectione, nec vires abſentia, nec locum habet oblivio. *Lib. 9. in Regiſtro. indict. 4 cap. 62. Ep. 62. ad Aregium Epiſc. tom. 2.*

34. Nemo poteſt diligere, quem non vult videre. *Ibid. lib. 7. indict. 1. cap. 23. Ep. 23. ad Ruſticianam patriciam circa med. col. 913. C*

S. Greg. Nyss. 35. Dilectionis proximi intentio atque incrementum, miſericordia eſt. *Orat. 5. de beatit. ante med. col. 537. A.*

S. Hieron. 36. O ſi oculis cerni dilectio poſſet, profectò videres quanta apud te noſtra eſſet dilectio: ſi æquiparans dilectioni eſſet tuæ, magnum tibi afferret gaudium; aut ſi major eſſet, magnum tibi afferret imitationis ſtudium. *Tom. 1. Ep. 40. ad Auguſt. circa med. pag. 213. A.*

37. Qui diligit quempiam, ſemper in ejus felicitate lætatur: & ſi eum viderit aliquo errore deceptum, & peccatorum lubrico concidiſſe, dolebit quidem, & eruere feſtinabit. *Lib. 3. ſup. Ep. ad Galat. cap. 5. in illud, Fructus ſpiritus, &c. pag. 196. A. tom. 9.*

[H]ieronym. 38. Perfecta dilectio non ſolùm totum quod habet gratis impendit, ſed etiam ipſa libenter ſuperimpenditur, ſi neceſſe eſt. *Sup. 2. ad Cor. cap. 12. in illud, Ego autem libentiſſimè impendam, &c. pag. 243. A. tom 9.*

39. O miram Dei clementiam! ô ineffabilem pietatem Dei! præmium nobis pollicetur, ſi nos mutuò diligamus, & ſi nobis ea præſtamus invicem quibus invicem indigemus: & non ſuperbo inſuper & ingrato animo ei renitimur, cujus imperium beneficium eſt. *Apud D. Antonin. part. 4. tit. 6. §. 3. in princ. fol. 98. col. 4.*

Hugo a S. Victore.

40. Diligendus eſt proximus	Beneficio.	In beneficio eſt opus bonum.
	Verbo.	In verbo eſt ſanum conſilium.
	Voto.	In voto eſt pium deſiderium. *In Allegor.*

veter. Teſtam. lib. 3. in Exod. cap. 4. in fine. pag. 169. E. tom. 1.

41. Dùm diligis proximum, ut purè diligas ipſum, diligis propter Deum. *Lib. 3. de clauſtro anim. cap. 23. poſt med. pag. 67. G. tom. 2.*

Hugo Card.

42. Modus diligendi proximum, conſtat in tribus.	Quia debet diligi.	Firmiter.
		Efficaciter.
		Verè. *Sup. 1.*

Ioan. 3. fol. 351. col. 2. tom. 7.

S. Joannes Chrysost. 43. Magnorum affectuum eſt, eorumque qui valdè diligunt, dilectos invicem habere. *Serm. 8. ſup. Ep. ad Rom. in medio moralis. col. 88. D. tom. 4.*

44. Quiſquis diligit verè, quidvis feret potiùs, quàm ut offendi videat amantem. *Hom. 32. ſup. 1. Cor. poſt med. col. 581. A. tom. 4.*

45. Magnum crimen eſt non diligere, quando quis diligitur, & non diligit. *Hom. 27. ſup. 2. Cor. in princ. moralis. col. 859. D. tom. 4.*

46. Dilectionis eſt, quâ proximi diliguntur, non ab illis accipere, ſed illis potiùs largiri. *Hom. 6. ſup. 1. Theſ. poſt init. col. 1358. C. tom. 4.*

47. Plurimùm ſolatii & recreationis diligenti affert, ſi ei quem diligit, quòd à ſe diligatur manifeſtum eſſe cognoverit. *Ibidem, Hom. 4. ante med. col. 1346. D.*

48. Nulla invidia, nullum crimen locum habet, ubi fuerit vera & germana dilectio. *Hom. 7. ſup. 2. Tim. in morali. circa med. col. 1576. B. tom. 4.*

49. Proximi gratiâ anxium eſſe, excellentis eſt dilectionis. *Serm. 9. ſup. Ep. ad Philip. poſt med. col. 1182. D. tom. 4.*

50. Si dilexeris conſervum tuum, magnum lucrum facies, & efficieris ſimilis Deo. *Profec.*

51. Vides, quia nihil gratiæ illi præſtas, ſed tibi: ipſum meritum enim non illi, ſed tibi comparas: etiamſi ſit malignus, tantò major erit & merces. *Hom. 19. ſup. Ep. ad Hebr. in morali. poſt med. col. 1784. A. tom 4.*

52. Quod maximè divinum nobis amorem conciliat, eſt proximi dilectio, quam à Petro Chriſtus exegit, quia os & princeps & vertex erat Apoſtolorum. *Hom. 87. ſup. Ioan. in princ. tom. 3.*

Joan. Trith. 53. Præceptum habemus, ut diligamus proximum, ſicut noſmetipſos: quia verè Deus non diligitur, ubi proximus oditur. *Sup. Prolog. Regulæ. S. Bened. cap. 2. text. 16. ante fin. pag. 182. col. 2.*

S. Isid. Hisp.

54. Duo ſunt erga dilectionem proximi conſervanda	Unum, ne malum quis inferat.	Primum, ut caveat lædere.
	Alterum, ut bonum impendat.	Secundum, ut diſcat præſtare. *Lib. 3. de ſum.*

bono. cap. 28. ſent. 1.

55. Quantùm bonus eſt, qui pro Deo fratrem diligit, tantùm pernicioſus, qui eum pro ſeipſo amplectitur. *Ibidem. ſent. 5. pag. 677. col. 1.*

S. Just Orgelitan. 56. Diligitur in malis non iniquitas, quam ipſi faciunt: ſed creatura, in qua boni à Deo formati ſunt. *Sup. Cant. cap. 2. explicat. 30.*

S. Laurent. Justin. 57. Sine martyrio, ſcientiâ, facundiâ, facultatibuſque

poſſunt homines cœlorum adipiſci regna, ſine proximi verò dilectione nunquàm. *In faſciculo amor. cap.* 2. *poſt med. pag.* 221. *col.* 1. *D. part.* 1.

S. LAURENT. JUSTIN. 58. Nihil tàm pium tamque religioſum eſt, quàm proximum ſuum pro Chriſto ſicut ſeipſum, diligere. *De Humilit. cap.* 5. *in princ. pag.* 663. *columna* 2. *lit. E. part.* 2.

PETR. BLES. 59. Sola dilectio eſt, quam non alterat caſualis eventus, quam ſeparatio corporalis non dividit, quam corporis longitudo non abolet, quæ defectui non ſuccumbit. *Ep.* 30. *ad Epiſc. Bathonienſ. in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 727. *col.* 2. *H. edition. Coloniæ* 1618.

60. Ex dilectione proximi noſtros Deus metitur affectus. *Ibidem, Ep.* 50. *ad Henric. Epiſc. Bajocenſ. poſt med. pag.* 740. *col.* 2. *G.*

61. Ut alium æquè ut teipſum diligas, neceſſe eſt, ut in ipſum transfundas illum, quem habes ad te dilectionis affectum, ut ſit tibi quaſi alter tu. *Ibidem, De Amicit. cap.* 5. *in fine. pag.* 969. *col.* 2. *G.*

62. Sic proximus diligatur, ut ſecundùm exigentiam meriti aut dignitatis ipſius unus alteri præferatur, & in dilectionis exbibitione certi ordinis menſura ſervetur. *Ibidem, de Charit. cap.* 41. *in princ. pag.* 992. *col.* 1. *C.*

S. PETRUS CHRYSOLOG. 63. Dilectio proximi omnibus deſideriis amplectanda eſt, quæ tot bona poteſt habere, quot præmia. *Serm.* 53. *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 700. *col.* 2. *E. edit. Colon.* 1618.

S. PROSPER. 64. Proximos diligimus ſicut nos, ſi non propter aliquas utilitates noſtras, non propter ſperata beneficia, vel accepta: non propter affinitates, ſed propter hoc tantùm quòd ſunt naturæ noſtræ participes, diligamus. *Proſec.*

65. Neque ideò proximum tanquàm ſeipſum diligit quiſque, quia ſibi frater aut ſoror, pater aut filius, mater aut filia, nepos aut neptis eſt. *Lib.* 3. *de vita contemplat. cap.* 15. *ante med.*

66. Hæc eſt proximi tota dilectio, ut bonum, quod tibi conferri vis, velis & proximo: & malum, quod tibi nolis accidere, nolis & proximo. *Ibid. circa med.*

67. Ab omni contaminatione mens libera, in proximo nihil diligit, niſi quòd ex Deo eſſe novit. *Ep. ad Demetriadem. poſt med.*

THEOPHILACTUS. 68. Hominum alios diligere, alios odio habere, imperfectorum eſt: omnes autem diligere, perfectorum. *Sup. Matth. cap.* 5. *in calce. pag.* 18. *B.*

S. THOMAS AQUINAS. 69. Debemus in peccatoribus odire quòd peccatores ſunt, & diligere quòd homines ſunt beatitudinis capaces. 2. 2. *Quæſt.* 25. *art.* 6. *in corp.*

70. Proximum magis quoad animæ ſalutem, quàm corpus proprium ex charitate diligere homines tenentur. *Ibidem, Quæſt.* 26. *art.* 5. *in corpore.*

71. Manifeſtum eſt quòd quando gravia pro eo quem diligimus, ſuſtinemus, amor ipſe non deſtruitur, imò creſcit. *Opuſc. ex decem præcept. verbo Ex jam dictis. tom.* 1.

72. A dilectione proximi deficiunt, qui de bonis quæ habent, proximis neceſſitatem habentibus ſubvenire non curant. *De perfect. vitæ ſpirit. cap.* 14. *circa med. tom.* 2.

73. Non propter hominis dilectionem vitia diligimus, nec propter deteſtationem vitiorum naturam hominis deteſtamur, ſed naturam diligimus, vitia deteſ-
S. VALERIAN. tantes. *De divinis moribus. cap. Deus. in fine. tom.* 2.

74. Primus dilectionis gradus eſt, charitatis affectum amicitiis nutrire: integræ autem dilectionis eſt cumulus, odium amore repenſare. *Hom.* 12. *ab initio. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 489. *col.* 1. *C. editionis Colon.* 1618.

75. Longè minor fructus eſt, ſi amantem te diligas, potiùs quàm non amantem. Alienis moribus ſervit, qui non amantem diligit: ſuis autem moribus ſervit, qui amantem diligit; nam qui amantem diligit, debitum reddit. *Ibidem, ante med.*

76. Ille dilectionis plenus affectus eſt, ſi obliteratis contumeliis, infirmitatibus miſerearis alienis. *Ibidem, in fine. pag.* 490. *col.* 1. *B.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

77. Dilige ſic alios, ut ſis tibi charus amicus, *Lib.* 1. *diſtichor. Metr.* 21. CATO POETA.

78. Deligere oportet, quem velis diligere. *Lib.* 4. *de arte Rhetor. ante med. tom.* 1. CICERO.

79. Qui non diligit ſapientem, nec ſeipſum diligit. *Sent.* 217. *pag.* 66. *col.* 1. *B. apud Bibl. Patr. tom.* 3. *edit. Colon.* 1618. SIXTUS PHIL.

Vide etiam Tit. Laſc. ſent. 3 *Punitio. ſent.* 42.

Dilectio Dei, & proximi.

ETYMOLOGIA.

Dilectio Dei & proximi dicitur, eoquòd duos liget, Deum & hominem, vel duos proximos. *Sup. Ep. ad Galat. cap.* 5. *Can.* 22. *apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 957. *col.* 1. *B.* S. REMIGIUS.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Exiſtentes in æterna vita diligunt Deum pluſquàm ſeipſos, & ſe invicem tanquàm ſeipſos, & Deus illos pluſquàm illi ſeipſos: quia illi illum, & ſe, & invicem per illum: & ille ſe, & illos per ſeipſum. *In Proſologio cap.* 25. *prope med.* S. ANSELMUS.

2. Diligimus Deum & proximum, in quantum diligimus, ut nos & proximus Deum diligamus. *Part.* 4. *tit.* 6. *cap.* 3. §. 9. *in fine fol.* 97. *col.* 4. S. ANTONINUS.

3. Qui proximum diligit, conſequens eſt, ut ipſam præcipuè dilectionem diligat, Deus autem dilectio eſt. *Lib.* 8. *de Trin. cap.* 7. *in medio pag.* 252. *C. tom.* 3. S. AUGUSTIN.

4. Qui fratrem diligit, magis novit dilectionem (quæ Deus eſt) quâ diligit, quàm fratrem, quem diligit, diligere. *Ibidem, cap.* 8. *in princ. pagina* 252. *littera D.*

5. Cuſtodienda eſt ſinceriter dilectio Dei & proximi: in hac enim caſtitas animi ſanctificatur. *De Mendacio ad Conſentium cap.* 19. *ante medium, pag.* 19. *A. tom.* 4.

6. Qui non diligit fratrem, non eſt in dilectione: & qui non eſt in dilectione, non eſt in Deo (quia eſt Deus dilectio eſt.) Qui non eſt in Deo, non eſt in lumine, quia Deus lumen es. Qui ergo non eſt in lumine, lumine, quid mirum ſi non videt lumen, id eſt, non videt Deum, quia in tenebris eſt? *Proſec.*

7. Fratrem autem videt humano viſu, quo videri Deus non poteſt: ſed ſi eum quem videt humano viſu, ſpiritali charitate diligeret, videret Deum, qui eſt ipſa charitas viſu interiore quo videri poteſt.

8. Itaque qui fratrem quem videt non diligit, Deum quem propterea non videt (quia Deus dilectio eſt, quâ caret qui fratrem non diligit) quomodo poteſt diligere? *Lib.* 8. *de Trin. cap.* 8. *ante fin. pag.* 253. *A. tom.* 3.

9. Ex una eademque charitate Deum proximumque diligimus: ſed Deum propter Deum, nos autem & proximum propter Deum. *Lib.* 8. *de Trinit. cap.* 8. *in calce. pag.* 253. *B. tom* 3.

10. Ubi dilectio proximi eſt, ibi neceſſariò etiam dilectio Dei. *Tract.* 83. *ſup. Evang. Joan. de cap.* 15. *ante fin. pag.* 307. *A. tom.* 9.

S. BERNARD. 11. Proximum purè diligere quomodo poteſt, qui in Deo non diligit? Porrò in Deo diligere non poteſt, qui Deum non diligit: oportet ergo Deum diligi priùs, ut in Deo diligi poſſit & proximus. *Tract. de diligendo Deo cap. Amor. circa med. fol.* 297. *col.* 3. *G.*

S. BERNARD. 12. Dilectio habet duas alas: ala dextera eſt dilectio Dei, ala ſiniſtra eſt dilectio proximi. Nec ſola dilectio Dei ſine dilectione proaimi, nec ſola dilectio proximi ſine dilectione Dei valet. *Ibidem.*

13. Sic diligendus eſt proaimus, ut in illo ſemper diligatur Deus: ſic enim debet diligi proximus, ut amoris cauſa ſit ſemper Deus, non autem proximus. *Serm. 5. de Cœna Dom. poſt medium. fol.* 110. *col.* 3. *littera I.*

S. BONAVENT. 14. Ad dilectionem proximi pertinet innocentia, quâ oulli nocemus; & benevolentia, quâ proſumus quibus poſſumus. *Collat.* 68. *ſup. cap.* 15. *Ioan. in illud, Vt diligatis invicem. pag.* 453. *col.* 2. *tom.* 2.

15. Nemo ſe Deum diligere putet, qui de omnibus proximis unum odit. *Serm.* 3. *Dom.* 17. *poſt Pent. ante med. pag.* 192. *col.* 1. *tom.* 3.

16. Dilectio proximi ex dilectione Dei naſcitur: quia propter Deum, & in Deo & ſecundùm Deum proximus eſt diligeodus. *Lib.* 2. *de profectu Relig. cap.* 26. *in princ. pag.* 586. *col.* 2. *lit. E. tom.* 7. *part.* 4.

17. Deum diligimus in ſe, & propter ſe; proximum verò diligimus in Deo, & propter Deum. *Lib.* 5. *compend. Theolog. verit. cap.* 24. *ante fin. pag.* 760. *col.* 2. *B. tom.* 7. *part.* 4.

CASSIODORUS. 18. Utrumque conjunctum, utrumque ſociatum eſt: ut nec Deus ſine proximo ametur, nec proximus ſine Deo diligatur. *Sup. Pſ.* 12. *ante med. verſ.* 1. *fol.* 19. *columna* 3.

S. CLEMENS PAPA. 19. Non poterit ille ex toto corde Deum diligere, qui noſcitur ex proximi corruere dilectione: quia per dilectionem proximi pervenitur ad dilectionem Dei. *Ep.* 1. *non longè à medio. fol.* 209. *pag.* 1.

DIONYSIUS CARTHUS. 20. Dilectio Dei & proximi ex ſua ratione honeſta eſt, virtuoſa & ad ſalutem neceſſaria. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 8. *art.* 12. *ante med. fol.* 18. *F.*

21. Ratio diligendi proximum eſt Deus: ergo qui proaimum diligit, Deum diligit. *Ibidem, cap.* 13. *art.* 17. *in medio. fol.* 27. *lit. H.*

22. Dilectio ſc. Dei & proximi, eſt primum & maximum donum, in quo cætera dona ſeu beneficia conferuntur. *Sup. Ep.* 1. *ad Cor. cap. ult. art.* 13. *in princ. fol.* 68. *lit. D.*

23. Dilectio Dei & proximi ſe mutuò complectuntur. *Sup.* 1. *Petri. cap.* 4. *art.* 8. *ante medium. fol.* 32. *littera B.*

24. Qui perfectè vult Deum diligere, neceſſe eſt ut diligat & proximum ſicut ſeipſum. *De perfect. Charit. art.* 9. *in princ. fol.* 178.

S. DOROTH. 25. Quo magis à Dei dilectione recedimus, eò & à proximi dilectione diſtamus. *Doctrina* 6. *in fine. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 776. *col.* 1. *C. editionis Coloniæ* 1618.

GLOSS. INT. 26. Ille probatur diligere proximum, qui etiam Deum diligit. *Sup.* 1. *Ioan. cap.* 5. *in princ. col.* 1411. *A. tom.* 6.

S. GREG. MAG. 27. Pleniùs in dilectione Dei profecimus, ſi in ejuſdem dilectionis gremio, priùs proaimi charitate lactamur. *Lib.* 7. *Moral. cap.* 10. *circa init. col.* 221. *C. tom.* 1.

28. In dilectione Dei, neceſſariò tenenda eſt fides & vita: in dilectione autem proaimi, debet ſummoperè patientia & benignitas cuſtodiri. *Hom.* 21. *ſup. Ezech. poſt init. col.* 291. *B. tom.* 2.

29. Fides robuſta eſt, quæ ſe io dilectiooe Dei ac proximi exercet. *Hom.* 16. *ſup. Ezech. ante med. col.* 231. *C. tom.* 2.

HAYMO. 30. Nec Deus verè ſine proximo, nec proximus verè diligitur ſine Deo. *Serm. Dom.* 3. *poſt Paſcha ante finem.*

31. Verè non diligitur Deus ſine proaimo, nec verè proaimus ſine Deo. *Profec.*

32. Si quis enim ita Deum diligit, ut proximi curam negligat; vel ita proximum diligit, ut Dei dilectionem poſtponat, uoo habere veram dilectionem credendus eſt. *Serm. Dom.* 14. *poſt Pentecoſten. ante medium.*

HUGO A S. VICTORE. 33. Dilectio Dei, quaſi forma eſt dilectionis proximi, & cauſa: dilectio proximi, quaſi materia eſt dilectionis Dei. *In Annotat. ſup. Ep. ad Rom. poſt medium. in illud, Qui diligit proximum, &c. pagin.* 267. *littera C. tom.* 1.

HUGO CARD. 34. Diligere Deum, eſt velle Deum Deo: diligere proaimum, eſt velle Deum proximo. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 5. *folio* 32. *columna* 2. *tom.* 7.

IOIOXA. 35. Non poteſt quiſquam Deum diligere, qui in proximi dilectione noſcitur oberrare. *Libro* 1. *in Contemplat. de amore Dei. cap.* 29. *in medio, apud Bibl. Patrum, tom.* 10. *pag.* 9. *columna* 1. *littera A. edit. Colon.* 1618.

S. INNOC. III. 36. Non proximum diligit ſicut ſeipſum, quem inedia perimit, & egeſtate conſumit: neque Deum diligit ſuper omnia, qui præfert aurum, & præponit argentum. *Libro* 2. *de contemptu mundi. cap.* 11. *in fine, pagina* 75.

S. JOANNES CHRYSOST. 37. Duæ ſunt alæ, dilectio Dei & proaimi. *Homil. ſuper Pſalm.* 90. *poſt medium, verſ.* 9. *columna* 758. *B. tom.* 1.

38. Sicut in imagine ſua rea honoratur, vel cootemnitur: ſic Deus in homine vel diligitur, vel oditur. *Hom.* 42. *ſuper Matth. oper imperf. ante finem, col.* 1044. *A. tom.* 2.

S. ISID. HISP. 39. Servat in ſe dilectionem Dei, qui à charitate non dividitur proximi. *Lib.* 2. *de ſummo bono, cap. ſent.* 7. *pag.* 638. *col.* 1.

40. Non poterit Deum diligere, qui ooſcitur in proximi dilectione errare. *Profec.*

41. Chriſtus Deus eſt, & homo: totum ergo Chriſtum oon diligit, qui hominem odit. *Ibidem.*

42. Per adverſa & proſpera comprobatur, ſi verè diligatur Deus & proximus. Quia dùm adverſa procedunt, amor fraudulentus detegitur: ſtatimque deſpicit, quem ſe diligere ſimulavit. *Ibidem, lib.* 3. *cap.* 29. *ſent.* 3. *pagina* 677. *col.* 2.

LACT. FIRM. 43. Deum honora tanquàm Patrem, hominem dilige velut fratrem: in his enim duobus tota juſtitia conſiſtit. *De ira Dei. cap.* 14. *in fine, pagina* 352.

S. LEO I. 44. Charitatis Dei pietas perfecta eſſe non poterit, niſi diligatur & proximus. *Serm.* 1. *de jejun. decimi menſis. ante medium.*

45. Dilectio quæ ſimul Deo hominique debetur, nullis uoquàm impeditur obſtaculis, ut non ei benè velle ſit liberum. *Serm.* 6. *Quadrag. in medio.*

46. Dilectio proximi, dilectio Dei eſt. *Serm.* 9. *de jejun. ſeptimi menſis in fine.*

LUDOVICUS BLOSIUS. 47. Deum proaimumque diligere, quid levius? quid dulcius? quid contrà magis grave & amarum quàm odiſſe? *In Canone vitæ ſpirit. cap.* 33 *in princ.*

S. MAXIMUS MART. 48. Qui Deum diligit, non poteſt non etiam hominem ut ſeipſum diligere. *De charit. centur.* 1. *cap.* 13. *apud Biblioth. Patrum, tom.* 7. *pag.* 348. *columna* 2. *littera G.*

ORIGENES. 49. Qui Chriſtum diligit, neceſſariò diligit & proaimum ſuum: qui verò noo diligit proximum, neſciat neceſſe eſt diligere Chriſtum. *Libro* 9. *in cap.* 13. *Epiſt. ad Romanos in illud, Qui diligit proximum, &c. tom.* 2.

PETR. BLES. 50. Diligendus eſt proximus, ut ratio habeatur ad illum charitatis affectum, quâ ſupra te diligis Deum: nam ſi Deum non diligis, nec proximum diligis, nec teipſum. *Profec.*

51. Cùm ergo proximum tenearis diligere ſicut teipſum, ſcias quòd ea dilectionis menſura, quâ diligis Deum, potes æſtimare quantùm proximum diligas, vel teipſum.

52. Qui Deum non diligit, nec ſe diligit: ſi autem non diligit ſe, nec proximum ſicut ſe. Ideoque ex dilectione Dei potes, quam habes ad te & proximum dilectio-

Digitized by Google

nem, certâ æſtimatione metiri. *De charit. cap. 39. poſt medium, apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pagina 991. col. 2. G. edit. Colon.* 1618.

PETR. BLES. 53. Mentem quam ad Dei proximique dilectionem nullus affectus excitat, plerumque ratio movet tantò ſacratiùs, tantò ſecuriùs, tantò defæcatiùs, quantò nihil eſt rationali dilectione præſtantius. *Ibidem, cap. 49. in calce. pag. 994. columna 1. littera C.*

S. THOMAS AQUINAS. 54. In quantum dilectio proximi includit dilectionem Dei, intelligitur quod dilectio proximi excludit malum, non ſolùm quod eſt contra proximum, ſed etiam quod eſt contra Deum. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 13. lect. 2. in fine.*

55. Dilectio Dei finis eſt, ad quem dilectio proximi ordinatur. *Secunda ſecunda quaſt. 44. art. 2. in corp.*

S. VALERIAN. 56. Qui proximum diligit, Deum diligit: qui diligit, oportet ut Chriſti ſui proximum diligat. *Hom. 12. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 490. col. 1. A. edit. Colon.* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SIXT. PHILOS. 57. Dilige omne, quod ejuſdem tecum naturæ eſt, Deum verò pluſquàm animam dilige. *Sent. 98. pag. 65. columna 1. littera D. apud Bibl. Patrum, tom. 3. edit. Colonienſis* 1618.

58. Animam bonam poſt Deum dilige. *Ibidem, ſent. 282. pag. 68. columna 2. E.*

Dilectio inimici.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. ILLUD magnificentiſſimæ bonitatis ac benevolentiæ eſt, ut tuum inimicum diligas: quoniam diligere inimcos, perfectorum eſt Filiorum Dei. *In Enchiridio. cap. 73. in principio, pagina 122. littera C. tom. 3.*

2. Perfectio miſericordiæ, qua plurimùm animæ laboranti conſulitur, ultra dilectionem inimici porrigi non poteſt. *De ſerm. Dom. in monte. lib. 1. poſt med. pag. 804. littera D. tom. 4.*

3. Virtus dilectionis inimici in hoc probatur, quod diligit à quo non diligitur, honorat à quo ſpernitur, benedicit à quo maledicitur, benefacit ei, qui ſibi malum machinatur. *De Amicitia, cap. 16. in fine, pag. 780. C. tom. 4.*

4. Multi alteram maxillam præbere noverunt, diligere verò illum à quo feriuntur, ignorant. *De Sermone Domini in monte, lib. 1. poſt medium, folio 801. littera B. tom. 4.*

5. Non deſerit amicum, qui benè optat inimico. *Super Pſalm. 31. circa medium Præfationis, pag. 126. C. tom. 8.*

6. Homo hominem vincis humana felicitate, diabolum autem vincis inimici dilectione. *Profec.*

7. Cura ergo in corde ſervare inimici dilectionem, qua diabolum vincis.

8. Sæviat homo quantùm poteſt, auferat quidquid poteſt; ſi diligitur apertè ſæviens, victus eſt occultè ſæviens. *Sup. Pſ. 54. ante med. verſ. 3. tom. 8.*

9. Diligamus inimicos, corripiamus, caſtigemus, excommunicemus, cum dilectione à nobis etiam ſeparemus. *Ibidem, ante med. verſ. 6.*

10. Primum medicamentum eſt animæ ægrotanti plena & perfecta dilectio, per quàm poſſit non ſolùm amicos, ſed etiam inimicos diligere. *Serm. 3. Dom. 3. poſt Paſcha, & in ord. 168. in princ. pag. 688. littera D. tom. 10.*

11. Filii Dei ſunt homines renovati ad ejus imaginem, & ei ſimiles facti, uſque ad dilectionem inimici. *Contra Adimant. cap. 5. ante finem, tom. 6.*

S. AUGUSTIN. 12. Perfectio dilectionis eſt inimicos diligere: non enim dilectio noſtra carnalis eſſe debet. *Tract. 1. ſuper Ep. Joan. poſt med. tom. 9.*

13. Extende dilectionem in proximos, tranſcende & ipſos, perveni ut diligas inimicos. *Ibid. tract. 8. ante medium.*

14. Optamus fieri amicum quem veraciter diligimus inimicum; quia non eum diligimus niſi velimus bonum, quod utique non erit, niſi amiſerit inimicitiarum malum. *Ep. 62. in medio, tom. 2.*

15. Hæc regula eſt, qua & oderimus inimicum, propter id quod in eo malum eſt, ideſt, iniquitatem: & diligamus inimicum propter id quod in eo bonum eſt. *Libro 19. contra Fauſt. cap. 24. ante medium, tom. 6.*

16. Diligamus toto corde non ſolùm amicos, ſed etiam inimicos. *Homil. 5. ex quinquag. circa finem, tom. 10.*

17. Inimicos noſtros oportet ut diligamus, quos tamen habere, niſi cogente juſtitia, non debemus. *Ib. Hom. 24. cap. 1. ante fin.*

18. Opta inimico ut habeat tecum vitam æternam, opta illi ut ſit frater tuus: non enim amas in illo quod eſt, ſed quod vis ut ſit. *Tract. 1. ſup. Ep. Joan. poſt med. tom. 9.*

19. Inimicos Deus dilexit, ut amici efficeremur. *Ib. tract. 9. poſt med.*

20. Sic diligendus eſt inimicus, non in quantùm inimicus, ſed in quantùm homo eſt, ut ei hoc velis provenire, quod tibi. *Serm. 1. Fer. 6. poſt Dom. Quinquag. & in ord. 59. in princ. pag. 500. D. tom. 10.*

21. In reliquis operibus bonis interdùm poteſt aliquis qualemcumqne excuſationem prætendere: in habenda vero dilectione inimici, nullus ſe poterit excuſare. *Profec.*

22. Poteſt mihi aliquis dicere, Non poſſum jejunare: nunquid poteſt dicere, Non poſſum amare?

23. Poteſt dicere, Virginitatem non poſſum ſervare, non poſſum res totas vendere, & pauperibus erogare: nunquid poteſt dicere, Non poſſum diligere inimicos? *Ibidem, poſt init.*

V. BEDA. 24. Inimicos diligere, grave quidem eſt tormentum, ſed grande præmium. *In ſuis Proverb. verbo Inimicos. pag. 191. tom. 2.*

S. BERNARD. 25. Oſculum juſtitiæ eſt, inimicos diligere. *De Inter. domo, cap. 2. circa initium, folio 326. columna 1. littera C.*

26. Diligere inimicos magis divinum eſt, quàm humanum. *Libro de Paſſione Dom. cap. 11. in princ. fol. 63. col. 2. D.*

S. CÆSARIUS ARELAT. 27. Primum & principale animæ medicamentum eſt, ut non ſolùm amicos, ſed etiam inimicos velit toto corde diligere. *Homil. 11. in princ. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pagina 756. columna 1. D. edit. Colon.* 1618.

CASSIODORUS. 28. Inimicos noſtros amare, glorioſum eſt: Dei autem odiſſe, devotum. *Super Pſalm. 138. poſt medium, verſ. 22. Perfecto odio oderam illos. folio 213. columna 2.*

29. Meritò adverſarios noſtros jubemur diligere, quos nos noſtro vitio contingit offendere. *Ibidem.*

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 30. Ille veraciter inimicum ſuum diligit, qui non dolet de injuria quam ſibi fecit; ſed de peccato animæ ſuæ uritur propter amorem Dei, & oſtendit ei ex operibus dilectionem. *In ſuis opuſc. in admonit. ad fratres, cap. 9. pag. 75. tom. 1.*

GLOSS. ORD. 31. Cumulus perfectionis eſt diligere inimicos, & orare pro illis, ſicut & Chriſtus fecit. *Super Matth. cap. 5. in calce, col. 120. E. tom. 5.*

GLOSS. INT. 32. Nunquàm pietatis obliviſcitur, qui nec hoſtes ſuos patitur vulnerari. *Ibidem, cap. 22. ſup. illud, Et cùm tetigiſſet auriculam ejus, &c.*

S. GREG. MAG. 33. Inimici dilectio tunc veraciter cuſtoditur, cùm nec de ejus profectu dejicimur, nec de ruina illius

lætamur. *Libro 22. Moral. cap. 6. in princ. columna 742. A. tom. 1.*

S. GREG. MAG. 34. Summa eſt perfectio charitatis diligere inimicos, & de eorum profectu gaudere, & de ruina dolere. *Ibid. in tit. col. 742. A.*

35. Virtus eſt coram hominibus adverſarios tolerare, ſed virtus coram Deo diligere. *Parte 3. Paſtoral. cap. 1. Admonit. 10. poſt medium, ſup. illud Matth. 5. Diligite inimicos veſtros. columna 1267. littera B. tom. 1.*

36. Ille propter Deum diligit eos, quos diligit, qui jàm eos diligere à quibus non diligitur, ſcit. *Proſecutio.*

37. Charitas vera eſt, cùm & in Deo diligitur amicus, & propter Deum diligitur inimicus. *Hom. 38. ſup. Evang. poſt med. col. 513. A. tom. 2.*

38. Inimicos Dei perfecto odio odiſſe eſt, & quod facti ſunt diligere, & quod faciunt increpare. *Parte 3. Paſtoral. cap. 1. Admonit. 23. poſt med.*

S. HILARIUS. 39. Inimicos quidem noſtros amare præcipimur: ſed noſtros, non Dei. *Super Pſal. 138. circa fin. fol. 115. columna 2.*

HUGO CARD. 40. Qui amicos diligit, propter ſe diligit: qui autem inimicos diligit, non propter ſe, ſed propter Deum diligit. *Super Matth. cap. 5. ſub finem, fol. 21. col. 4. tom. 6.*

IDIOTA. 41. Nihil Deo in natura ſimilius eſt, quàm homo, qui malevolis, & inimicis lædentibus placabilis eſt. *Libro 1. in contemplat. de amore Dei, cap. 30. circa init. apud Bibl. Patr. tom. 10. pag. 9. col. 1. lit. C. edit. Colon. 1618.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 42. Si diligere inimicos præcipimur, tamen eos ut caveamus, admonemur. *Serm. ſuper illud Geneſ. 3. Inimicitias ponam, &c. ante medium, col. 548. lit. B. tom. 1.*

43. Unum ſpectandum eſt: non, ne quid mali patiamur ab inimicis: ſed quâ ratione fieri poſſit, ne quid illis mali faciamus. *Hom. 3. de David & Saule, ante med. col. 626. B. tom. 1.*

44. Caro inimicum ſuum diligere non poteſt, quia impoſſibile eſt, ut injuriam non ſentiat ſibi illatam. *Proſec.*

45. Anima verò diligere inimicum poteſt, quia dilectio vel odium carnis in ſenſu eſt, animæ autem in intellectu. *Hom. 13. Matth. oper. imperf. poſt init. col. 825. A. tom 2.*

46 Qui nec amicum ſuum ſincerè diligit, quomodo diligat inimicum? *Hom. 18. ſuper Matth. oper. imperf. in princ. tom. 2.*

47. Nihil ita Deum placat, ſicut inimicorum dilectio. *Homil. 83. ſuper Joan. poſt medium, col. 398. D. tom. 3.*

48. Si inimicos diligere oportet; perpende quâ penâ dignus ſit, qui amicos etiam perire ſinit. *Serm. 4. ſuper Epiſt. ad Epheſ. circa medium Moral. col. 976. B. tom. 4.*

49. Imitatio Chriſti, dilectio eſt inimici. *Ibidem, ſer. 7. in fine, Moral. col. 995.*

JOAN. TRITH. 50. Si quis diligit Deum, etiam inimicum ut diligat neceſſe eſt: quia Creatorem non diligis, ſi odis creaturam. *In cap. 4. Regul. S. Bened. verbo Hinc, ante med. pag. 285. col. 1.*

LUDOV. BLOS. 51. Tu omnes inimicos tuos & adverſantes ſincerâ charitate dilige tanquàm fratres. *In ſpeculo ſpirit. cap. 3. in princ.*

52. Illis, qui te infeſtant ac lædunt, omnem offenſam ex corde remittas, teque benignum eis dilectione exhibeas. *Ibidem, cap. 8. circa med.*

TERTULLIAN. 53. Jubemur inimicos diligere, ut hæc ſit perfecta & propria bonitas noſtra non communis. *Proſecutio.*

54. Amicos enim diligere, omnium eſt: inimicos autem, ſolorum Chriſtianorum. *In libro ad Scapulam, cap. 1. poſt medium, pagina 152. littera E. tom. 1.*

55. Quantò perfectiùs viget in homine charitas Dei, tantò faciliùs animus ejus flectitur ut diligat inimicum. *De perfect. vita Spirit. cap. 14. ante medium, tom. 2.* S. THOMAS AQUINAS.

56. Inimicum dilexiſſe, viciſſe eſt. *Hom. 12. ab init. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 489. col. 2. edit. Colon. 1618.* S. VALERIAN.

57. Non eſt impoſſibile inimicum diligere, ſi partium tuarum utilitatem cogites: nemo æſtimet ſe aliquod inimico præſtare beneficium: qui enim inimicum diligit, ſe diligit. *Proſec.*

58. Sibi enim pepercit, qui latrocinantis dexteram magni muneris prædâ compeſcuit: ſuum corpus texit, qui armato hoſti precibus obviavit. *Ibidem, Hom. 13. prope med. pagina 490. col. 2. G.*

59. Primus gradus dilectionis eſt ille, ut inimicum diligas: ſecundus verò, ut inimico benefacias: nam ibi affectus docetur, hìc opus miſerationis exigitur. *Proſec.*

60. Parum apud inimicum tuum proficit gratia dilectionis tuæ, ſi eum quem diligere te aſſeris, eſurire patiatis. *Ibidem, in medio, pagina 490. columna 2. littera H.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

61. Nulla eſt tanta vis, tanta copia, quæ non ferro ac viribus debilitari frangique poſſit: verùm animum vincere, adverſarium nobilitate, ingenio, virtute præſtantem, non modò extollere jacentem, ſed etiam amplificare ejus priſtinam dignitatem: hæc qui facit, non ego cum ſummis viris comparo, ſed ſimillimum DEO judico. *Orat. 4. pro Marcello, ante medium, num. 8. tom. 2.* CICERO.

Dilectio ſui.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. TUNC ſic quis verè ſeipſum diligit, cùm talem ſe exhibet, ut diligatur à Deo. *Parte 4. tit. 6. cap. 3. §. 10. in princ. folio 97. col. 4.* S. ANTONIN.

2. Teipſum ſalubriter diligis, ſi pluſquàm te diligis Deum. *De Moribus Eccleſ. cap. 26. ante med. pag. 532. C. tom. 1.* S. AUGUSTIN.

3. Seipſum amare quiſque debet, aut quia juſtus eſt, aut ut juſtus ſit: qui aliter ſe diligit, injuſtè ſe diligit, quoniam ſe ad hoc diligit, ut ſit injuſtus. *Libro 8. de Trin. cap. 6. in fine, pagina 251. B. tom. 3.*

4. Fieri non poteſt ut ſeipſum, qui Deum diligit, non diligat: imò verò ſolus ſe novit diligere, qui Deum diligit. *Proſec.*

5. Ille ſe ſatis diligit, qui ſedulò agit, ut ſummo & vero perfruatur bono. *De Moribus Eccleſ. cap. 26. in princ. pag. 532. C. tom. 1.*

6. Quantumlibet homo excidat à veritate, manet illi dilectio ſui, & dilectio corporis ſui. *Libro 1. de Doctr. Chriſt. cap. 9. B. tom. 3.*

7. Fugax animus ab incommutabili lumine omnium regnatore id agit, ut ipſe ſibi regnet & corpori ſuo: & ideò non poteſt, niſi & ſe & corpus diligere. *Ibidem.*

8. Dilectio ſui in malo, meliùs odium vocatur. *Ibidem, à medio, &c.*

9. Fit infirmus animus, cùm de mortali corpore cruciatur: neceſſe eſt enim ut illud diligat, & ejus corruptione prægravetur. *Ibidem, poſt med. pag. 9. B.*

10. Modus diligendi præcipiendus eſt homini, quomodo ſe diligat ut proſit ſibi, quin autem ſe diligat & prodeſſe ſibi velit, dubitare dementis eſt. *Ibidem, cap. 25. in princ. pag. 10. C.*

S. Augustin. 11. Tantò magis inhæretur Deo, quantò minùs diligitur proprium. *Libro 12. de Trin. cap. 11. prope init. pag. 283. B. tom. 3.*

12. Qui ſe, propter habendum Deum, diligunt, ipſi ſe verè diligunt: quia ut ſe diligant, diligunt Deum. *Tract. 83. ſuper Evang. Joan. de cap. 15. in fine pag. 307. B. tom. 9.*

13 Cùm ille diligitur de quo vivitur, non ſe diligendo magis diligit, qui propterea ſe non diligit, ut eum diligat de quo vivit. *Ibidem, tract. 123. de cap. 21. poſt med. pagina 385. B. tom. 9.*

14. Negligis quod factus es, diligis quod feciſti: amas extrà opera tua, negligis in te opus Dei. *De verbis Domini, ſerm. 54. ſtatim à medio. pag. 142. littera D. tom. 10.*

15. Sicut nemo eſt, qui non diligat animam ſuam: ſic nemo eſt, qui non amet carnem ſuam. *Hom. 37. ex quinquaginta, Hom. in med. pag. 353. A.*

S. Bernard. 16. Modi ſe diligendi, ſunt quatuor.
- Carnem amare carnaliter.
- Spiritum amare carnaliter.
- Carnem ſpiritualiter.
- Spiritum ſpiritualiter. *In ſuis ſent. cap. Modi, folio 133. col. 1. C.*

17. Multi ſe diligunt non eâ dilectione, quæ charitas eſt: ſed eâ, quæ in Dominum eſt blaſphemia. *Ser. 14. de Cœna Dom. circa medium, folio 118. columna 3. littera G.*

S. Bonavent. 18. Nimis ſeipſum diligit, qui ſeipſum nimis diligendo, plus debito afficitur; circa bonum privatum ſperando, & gaudendo de ejus præſentia, timendo & dolendo de ejus abſentia. *Super Lucam, cap. 17. pag. 215. columna 2. A. tom. 2.*

19. Natura dictat quòd homo plus ſe, quàm alterum diligat. *Super libr. 3. ſent. diſt. 31. art. 3. quæſt. 3. in principio Corp. pagina 352. columna 1. littera D. tom. 5.*

S. Diadoch. 20. Qui ſe diligit, Deum diligere non poteſt: qui verò ſe non diligit propter Deum, hic Deum diligit. *Profec.*

21. Qui enim ſe diligit, gloriam ſuam quærit: qui autem Deum diligit, gloriam authoris ſui diligit. *De perfect. ſpirit. cap. 12. apud Bibl. Patrum, tom. 4. pagina 746. columna 2. littera G. editionis Colonienſis 1618.*

Dionysius Carthus. 22. Dilectio vera tui includitur in dilectione Dei: diligendo quippè rectè Deum, diligis tuum verum, unicum & ſummum bonum: diligendo autem tuum bonum, utique diligis teipſum. *De perfect. charit. art. 9. in fine. folio 179. pag. 2.*

Doroth. 23. Nihil in te diligas, quod priſtinum hominem redoleat. *Doctrina 24. ſub fin. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 779. col. 2. H. edit. Colon. 1618.*

Evagrius. 24. Fieri non poteſt ut qui ſe ſibiipſi addicit, in ſons maneat. *Et habet. apud Div. Joannem Damaſc. libro 1. parall. cap. 77. in calce, folio 41. pagina 1. littera C.*

S. Fulgent. 25. Tunc ſe homo rectè diligit, cùm dilectionem Dei ſibi devotus & humilis anteponit. *Libro 1. de remiſſ. peccator. cap. 17. in princ.*

Joan. Trith. 26. Nunquàm amator ſui, Deum poteſt diligere. *Orat. 2. in Conventu Abbat. habitâ, ante fin. pag. 855. columna 2.*

Petr. Bles. 27. Quiſquis per ſe ſibi charus eſt, nec aliena, nec intrinſeca ope indiget, ut ad ſe diligendum vehementiùs excitetur. *De Amicitia, cap. 5. in fine, apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pagina 969. columna 2. F. edit. Colon. 1618.*

S. Prosper. 28. Ab omni contaminatione mens libera, in ſe nihil diligit, niſi quod ex Deo eſſe novit. *Ep. ad Demetriad. poſt med.*

S. Thomas Aquinas. 29. Diligunt mali ſeipſos ſecundùm exterioris hominis corruptionem: boni autem diligunt ſeipſos, ſecundùm interioris hominis integritatem & perfectionem. *Secunda ſecundæ quæſt. 25. art. 7. in principio, Corporis.*

S. Thomas Aquinas. 30. Qui non diligit Deum, nec ſeipſum diligit. *Ibidem, art. 12. in princ.*

31. Quicunque verè ſeipſum diligit, non ſolùm vult ſibiipſi bonum advenire, & malum abeſſe: ſed etiam pro poſſe bona ſibi procurat, & mala repellit. *De perfect. vitæ ſpirit. cap. 13. in fine, tom. 2.*

Tho. a Kempis. 32. Ex hoc vitio quòd homo ſemetipſum nimis inordinatè diligit, penè totum pendet, quidquid radicaliter vincendum eſt. *Libro 3. de Imit. Chriſti. cap. 53. ſect. 3. tom. 2.*

Diligentia.

DEFINITIO.

Cicero. DILIGENTIA eſt accurata conſervatio ſuorum. *Libro 4. de arte Rhetorica, ante medium, tom. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Augustin. 1. Quod minùs habet peritia, ſuppleat diligentia. *Lib. 1. de anima & ejus origine, cap. 3. in fine, pag. 780. D. tom. 7.*

2. In unoquoque opere bono, mater eſt diligentia. *Serm. 16. ad fratres, in Eremo, in medio, pag. 931. B. tom. 10.*

3. Juvenis quod minùs habet peritiâ, ſuppleat diligentiâ. *Libro 1. de Anima & orig. cap. 3. circa finem, tom. 7.*

S. Basilius Magnus. 4. In omnibus neceſſaria eſt diligentia. *Quæſt. 20. quæſt. Diffusè explicat. in fine, pagina 531. tom 3.*

Dionysius Carthus. 5. Quemadmodùm graviſſima eſt negligentium damnatio, ſic diligentium copioſa erit felicitas. *Sup. Ep. 1. Petri. cap. 5. art. 9. ante med.*

S. Eu. Emissen. 6. Quantùm nos appoſuerimus ad diligentiam, tantùm Deus addet ad gratiam. *Homil. 7. ad Monachos. ante finem, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. editionis Colonienſis 1618.*

7. Opus eſt ut quod tribuit gratia, cuſtodiat diligentia. *Homil. 1. de Symbolo, in fine, apud Bibliothecam Patr. tom. 5. part. 1. pag 554. col. 1. littera A. edit. Colonienſis 1618.*

Gloss. d. 8. Diligens in ſuis, debet in alienis ſimiliter eſſe. *In decret. Gratiani, folio 299. columna 3. editionis Lugdunenſis 1540.*

Gloss. ord. 9. Deus, qui ubique eſt, diligentibus præſentior eſt, negligentibus abeſt. *Sup. Luc. cap. 20. col. 956. D. tom. 5.*

S. Greg. Naz. 10. Ante diligentiæ tempus, ea quæ diligentiæ ſunt, præſignentur. *Orat. 10. in funere S. Baſilii, ante med. pagina 84.*

Hugo Card. 11. Ingenioſus negligens, juſtiùs de negligentia punietur: & tardus diligens, jucundiùs de ſtudio coronabitur. *Super Job, cap. 5. folio 403. columna 3. tom. 1.*

12. Diligentia in quatuor conſiſtit, ſcilicet: In
- Studio.
- Labore.
- Sumptu.
- Tempore. *Super Eccleſiaſten, cap. 7. folio 91. col. 1. tom. 3. Proſecutio.*

13. Undè diligens eſt, qui iſta quatuor exhibet, prout magnitudo rei requirit. *Ibidem.*

S. Isidorus Hispalens. 14. Solertia meliorem ſenſum reddit, pejorem facit negligentia. *Libro 2. de Synonim. cap. 12. poſt med. pag. 319. columna 1.*

Petr. Cell. 15. Negligentia malè olet, diligentia ſemper benè redolet. *Libro 1. Epiſt. 19. ad Joan. Epiſc. S. Ma-*

ſtovis, ſub finem, apud Bibl. Patr tom 12. part. 2. edit. Colon. 1618.

S. THEOPHIL. ALEX. 16. Sicut peccata germinat negligentia, ita virtutes parit diligentia. *Epiſt. Paſchal. 3. poſt initium, apud Bibl. Patr. tom. 4. edit. Colon.* 1618.

THOMAS A KEMPIS. 17. Diligens non negligit opera ſua. *In hortulo Roſar. cap. 12. ſect. 6. in princ. tom. 2.*

18. Homo fervidus & diligens, ad omnia eſt paratus. *Libro 1. de Imit. Chriſti. cap. 25. ſect. 11. in medio, tom. 2.*

S VALERIAN. 19. Diligentia naturam vincit, negligentia revocat ad naturam. *Hom. 17. in princ. apud Bibl Patr. tom. 5. part. 3. pagina 495. columna 1. littera B. edit. Colonienſis 1618.*

SANTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 20. Impoſſibile eſt non diligentis domini, diligentes eſſe vicarios. *Libro 1. œconomic. cap. 6. ante medium, tom. 2.*

CICERO. 21. Diligentia comparat ſibi divitias, negligentia corrumpit animum. *Libro 4. de arte Rhetor. ante med. tom. 1.*

22. Quò major eſt præſtantia & divinior, eò majore indiget diligentiâ. *Lib. 4. Tuſcul. quæſt. poſt med. num.* 58. *tom. 4.*

SENECA. 23. Diligentia maximum etiam mediocris ingenii eſt ſubſidium. *Lib. 3. declamat. circa med. procemii, pag. 274. tom. 1.*

24. Nihil eſt quod non expugnet pertinax opera, & intenta ac diligens cura. *Epiſt. 50. in medio, pag. 610. tom. 2.*

Diſcere.

DEFINITIO.

PLATO. DISCERE eſt petitionem illius rei fieri, quam aliquis inſtituit diſcere. *Tom. 1. Syzygia 2. de ſcientia, longè ante med. pag. 145. D.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Quantumlibet quiſque profecerit, nemo eſt qui doceri non egeat dùm vivit. *Libro 1. Offic. cap. 1. in calce, col. 1. C. tom. 1.*

2. Plures erunt de quibus diſcat, ſi ipſe ſe doceat, qui virtutes magiſtras habet: quia quidquid egerit, diſciplina eſt. *Libro 2. de virginib. poſt init. col. 88. littera B. tom. 1.*

S. ANTONINUS 3. Studioſi frequenter diſcunt ea, quæ melius eſſet neſcire, quàm ſcire. *Parte 3. tit. 5. de doctoribus, cap. 2. §. 11. in princ. folio 68. col. 4.*

S. AUGUSTIN. 4. Naturæ ordo ita ſe habet, ut cùm aliquid diſcimus, rationem præcedat authoritas. *De Moribus Eccleſ. cap. 2. in princ. pag. 520. C. tom. 1.*

5. Erubeſcebat diſcere, qui docere conſueverat: me autem potiùs magiſtrum audire, quàm velut magiſtrum delectat audiri. *Ep. 28. ad D. Hieron. ante med. pag. 63. B. tom. 2.*

6. Ad diſcendum quod opus eſt, nulla mihi ætas ſera videri poteſt: quia etſi ſenes magis decet docere quàm diſcere, magis tamen diſcere, quàm quid doceant ignorare. *Ibidem, in princ. pag. 60. D.*

7. Ridiculum eſt, cùm propereà ſuperflua multa didiceris, ut tibi aures hominum ad neceſſaria præparentur, ipſa neceſſaria non tenere, quibus ſuſcipiendis ea ſuperflua præparaveris: & dùm occuparis ut diſcas, undè facias intentos, nolle diſcere quod infundatur intentis. *Ep. 56. ad Dioſcorum. ante med. pag. 166. D. tom. 2.*

8. Quantò tenaciùs & faciliùs puer meminit, quantoque acutiùs intelligit, & ſtudet ardentiùs, tantò eſt laudabilioris ingenii. *Lib. 10. de Trin. cap. 11. pag. 268. to. 3*

9. Ad diſcendum neceſſario dupliciter ducimur, authoritate atque ratione: tempore authoritas, re autem ratio prior eſt. *Profec.*

10. Quamquàm bonorum authoritas imperitæ multitudini videatur eſſe ſalubrior, ratio verò aptior eruditis. *Libro 2. de ordine, cap. 9. in princ. pag. 338. lit. D. tom. 1.*

11. Rectè dicitur anima diſcendo, quaſi creſcere: & contrà minui, dediſcendo. *De quantit. animæ. cap. 19. in princ. pag. 417. A. tom. 1.*

12. Non parva pœna ipſa inſipientia vel imperitia, quæ uſque adeò fugienda meritò judicatur, ut per pœnas doloribus plenas pueri cogantur quæque artificia, vel litteras: ipſumque diſcere ad quod pœnis adiguntur, tàm pœnale eſt eis, ut nonnunquàm ipſas pœnas, per quas compelluntur diſcere, malint ferre quàm diſcere. *Libro 21. de Civit. Dei, cap. 14. prope init. pag. 446. C. tom. 5.*

13. Docibilis ille eſt, qui eſt ad diſcendi patientiam lenis & mitis. *Libro 5. de Baptiſmo, cap. 26. in princ. pag. 302. D. tom. 7.*

14. Aliud eſt diſcere, aliud videri ſibi didiciſſe: ſi ergo te didiciſſe arbitraris, quod adhuc neſcis, non planè didiciſti, ſed temerè credidiſti quod libenter audiſti, & ſurrepſit tibi falſiloquium per ſuaviloquium. *De natura & origine, lib. 2. cap. 6. poſt med. pag. 795. B. tom 7.*

15. Quò quis eſt capacior ut diſcat, eò magis eſt idoneus ut alios doceat. *De bono perſeverantiæ. cap. 16. poſt med. pagina 874. C. tom. 7.*

16. Non erubeſcat diſcere, neſciens quod ignorat: nec ſciens tardus ſit docere quod novit. *Sermone 3. Dom. infra octav. Epiph & in ord. 38. poſt initium, pag. 448. D. tom. 10.*

17. Quod violenter diſcitur, permanere non ſolet: quod verò cum jucunditate ac gratia ingreditur, durabiliùs quodammodo animis noſtris inſidet. *Sup. Pſal. 1. conc. 1. ab init. pag. 63. tom. 1.* S. BASILIUS MAGNUS.

18. Quantò notitia rerum ſalutarium plus diſcitur, tantò ampliùs credentibus atque operantibus æterna vita præſtatur. *De princ. ſacra ſcript. poſt medium, pag. 6. columna 2. E. tom. 1.* S. BONAVENT.

19. Nemo benè diſcit, ſi doctoris verba non reverenter audit, ſi audita non ſæpè ruminat, & ſi cogitata experimento non probat. *Ser. 2. de uno doctore. in princ. pag. 342. col. 2. tom. 3.*

20. Omnibus hoc amabile eſt, cunctiſque exoptatum; ut quæ ignorat quis diſcat, quæ didicerit, doceat. *Libro 1. Recognit. longè poſt medium, folio 28. pagina 1. & Epiſt. 3. de Officio ſacerdot. ante medium, folio 226. pagina 2.* S. CLEMENS PAPA.

21. Qui rebelliter vivit, & diſcere atque agere bona recuſat, magis diaboli, quàm Chriſti membrum eſſe oſtenditur: & potiùs infidelis, quàm fidelis monſtratur. *Epiſt. 63. de Offic. ſacerdot. poſt initium, folio 226. pagina 2.*

22. Præſtat benè ſilendo vera diſcere, quàm malè loquendo falſa docere. *In Elucid. ſuper cap. 34. ſub poſt medium, in illud, Doce me, fol 228. pag. 1.* FRAN[illegible] TI[illegible]

23. In præſenti vita quilibet debet diſcere quantum poteſt, ne quid indiſcuſſum relinquat: ne cùm non poſſit diſcere, incipiat. *Super Exod. cap. 16. col. 658. E tom. 1.* GLOSS. ORD.

24. Quantò quiſque profundiùs diſcit, tantò profundiora cognoſcit. *Super Sapient. cap. 7. col. 1914. E. tom. 3.* GLOSS. INT.

25. Nulla ars doceri præſumitur, niſi intentâ priùs meditatione diſcatur. *Parte 1. Paſtoralis, cap. 1. in princ columna 1227. A. tom 1.* S. [illegible] MA[illegible]

26. Nihil eſt ad diſcendum veritate facilius. *Ibidem, parte 3 cap. 1. Admonit. 12. poſt init. columna 127 D. tom. 1.*

27. Stultus eſt, qui in eo ſe primum exiſtimat, ut

bona

bona quæ viderit, diſcere contemnat. *Libro 7. in regiſtro ind. 2. Ep. 63. cap. 63. ad Joan. Epiſc. in fine.*

HAYMO. 28. Turpe eſt eo tempore diſcere, quando quis debet docere. *Sermone Dominica* 8. *poſt Pentecoſt. poſt medium.*

S. HIERONYM. 29. Diſce quod doceas, & permane in his, quæ didiciſti, ſciens à quo didiceris. *Tom. 1. Ep. 2. ad Nepotian. circa med. pag.* 14. C.

30. Multo tempore diſce quod doceas. *Ibidem, Ep. 4. ad Ruſtic. poſt med. pag. 47. B.*

31. Ne diſcat ætas tenera, quod poſteà ei dediſcendum eſt: difficulter eraditur, quod rudes animi perbiberunt. *Ibidem, Epiſt. 7. ad Lætam. ante med. pag. 55. B.*

32. Melius eſt aliquid neſcire ſecurè, quàm cum periculo diſcere. *Tom. 1. Ep. 22. ad Euſtoch. poſt med. pag. 144. D.*

33. Optima quæque malunt contemnere plerique, quàm diſcere. *In præfat. ſup. Paralip. ad Domnionem. ſub finem, pag. 20. D. tom. 3.*

34. Nihil prodeſt facienda didiciſſe, & non facere. *Tom. 4. Epiſt. 1. ad Demetriad. longe poſt med. pag. 22. littera D.*

35. Qui litteræ ſcientiam deſiderat habere; ſi diſcendi non ſuſceperit tædia, peritiæ gaudia adipiſci non poterit. *Tom. 4. Ep. 5. ad virginem in exilium miſſam. ante medium, pag. 34. C.*

36. Litterarum radices amaræ ſunt, fructus dulces. *Lib. 1. ſup. Hierem. cap. 1. ſup. illud, Virgam vigilantem ego video. pag. 263. C. tom. 5.*

37. Solent & viri, ſolent & monachi, ſolent & mulierculæ hoc inter ſe habere certamen, ut qui plus edidiſcunt, in eo ſe putent eſſe meliores: ille plus edidicit, qui plus facit. *Sup. Pſ. 133. verſ. 3. Extollite manus veſtras. pag. 193. D. tom. 8.*

HUGO A S. VICTORE. 38. Primùm diſce quod facias, poſteà quære quod ſcias. *Super Pſalm. 118. cap. 67. ſub finem, pag. 52. littera D.*

39. Magis bonum eſt, aliena verecundè diſcere, quàm ſua impudenter ingerere. *Hom. 1. ſup. Eccleſiaſten. ante medium, in illud, Vanitas vanitatum, pag. 57. tom. 1.*

40. Sapiens quidam, cùm de modo & forma diſcendi interrogaretur: MENS (reſpondit) humilis, ſtudium quærendi, vita quieta, ſcrutinium tacitum, paupertas, terra aliena, hæc reſerare ſolet nonnulla obſcura legenti. *Libro 3. Didaſc. cap. 13. in princip. pagina 14. H. tom. 3.*

41. Cur diſcere erubeſcis, & neſcire non verecundaris? pudor iſte major eſt illo. *Ibidem, cap. 14. ante medium, pagina 15. B.*

42. Ab omnibus libenter diſce quod tu neſcis: quia humilitas commune tibi facere poteſt quod natura cuique proprium fecit. *Proſec.*

43. Sapientior omnibus eris, ſi ab omnibus diſcere volueris: qui ab omnibus accipiunt, omnibus ditiores ſunt. *Ibidem, prope med. pagina 15. C.*

44. Omnia diſce, videbis poſteà nihil eſſe ſuperfluum. *Ibidem, libro 6. cap. 3. in medio, pagina 25. littera G.*

S. JOANNES CHRYSOST. 45. Quæ priſcis Patribus evenerunt, ſi diſcere quis velit, maximæ doctrinæ ſunt occaſio. *Homil. 29. ſuper Geneſ. in princ. col. 229. A. tom. 1.*

46. Puerilis eſt ingenii, mox à principio omnia ſe percepiſſe arbitrari; & nondùm ipſis contactis initiis, ac ſi finem attigerit, ſuperbire. *Hom. 12. ſuper 1. Cor. in medio, columna 411. A. tom. 4.*

IOANNES SARRE. 47. Nihil turpius eſt, quàm in riſum conuenientium ora laxare, dùm non diſcendi propoſito, vehementiùs inſiſtis arti quam neſcias, ut ſi linguam, quam non noveris, facetus attentes. *Lib. 1. de Nugis Curial. cap. 4. circa fin. apud Bibl. Patr. tom. 15. pag. 345. col. 2. F. edit. Colon.* 1622.

48. Non prodeſt quidquàm diſcere facienda, & non facere ſcita. *Super Prolog. Regul. S. Bened. cap. 2. text. 30. in princ. pag. 198. col. 1.* JOAN TRITH.

49. Quod in juventute addiſcitur, in matura ætate conſervatur. *In cap. 7. Regul. S. Bened. grad. 12. longe ante med. pag. 399. columna 2.*

50. Amor diſcendi admiſſus, ægrè amittitur, atque in deſiderium tranſiens, ſuâ ſe voluntate perpetuat. *Ep. 81. ad Simon. Canonic. Carnotenſ. circa medium, apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 766. columna 1. littera B.* PETR. BLES.

51. Melius eſt certè doctoribus à diſcipulis diſcere, quàm ſuperbè, quæ recta ſunt, ignorare. *Proſecutio.* S. PETRUS DAMIANUS.

52. Honeſtius eſt majori, ut quæ neſcit addiſcat; quàm quæ diſcenda ſunt, neſciat. *Opuſc. 33. cap. 7. circa med. pag. 640. columna 2. B. tom. 3.*

53. Diſcentibus nihil tàm proprium ac utile, quàm quærere, rogare, ſcitari, non videri ſibi vel ſcire aliquid, vel percepiſſe ſolidè. *Libro Quis rerum divinar. hæres ſit. longè poſt initium, pagina 668. tom. 1.* PHILO JUD.

54. Fieri non poteſt, ut magna ante parva diſcantur. *Et habet. apud D. Joan. Damaſc. lib. 1. Parall. cap. 24. in fin. folio 22. pagina 1. D.*

55. Nihil nobis proderit implenda didiciſſe; niſi ea quæ didicimus, ſtudeamus implere. *Lib. 3. de vita contemplat. cap. 27. ante med.* S. PROSPER.

56. Eſto humilis ſemper ad diſcendum; quod enim non didicit homo, quomodo docere proximum poteſt? *In ſentent. in fine poſitis. ſentent. 61. pagina 999. columna 2.* IN VIT. PATR.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

57. Diſce puer, quæ viro ſunt uſui futura. *In ſent. in medio, ſent. 3.* ARISTIPPUS.

58. Credere, qui diſcere velit aliquid, pleraque oportet. *Lib. 1. Elench. cap. 2. circa finem, tom. 1.* ARISTOTEL.

59. Ut ſapiens vivas, audi quo diſcere poſſis. *Libro 2. Diſtich. metr.* 8. CATO POETA.

60. Inſtrue præceptis animum, nec diſcere ceſſes:
Nam ſine doctrina, vita eſt quaſi mortis imago.
Lib. 3. Diſtich. metr. 4.

61. Diſcere ne ceſſes; curâ ſapientia creſcit. *Ibid. lib. 4. metr. 55.*

62. Ne pudeat, quæ neſcieris, te velle doceri:
Scire aliquid laus eſt, pudor eſt nil diſcere velle.
Ibidem, libro. 4. metr. 59.

63. Diſcere turpe non eſt, quod ſcire honeſtum eſt. *De perfecto Oratore. poſt medium, num. 142. tom. 1.* CICERO.

64. Is qui futurus eſt philoſophus, quotidie diſcat; & cùm juvenis fuerit & ſenex, ut quamplurima in vita diſcat. *Sizygia 2. de Philoſophia, poſt init. pag. 133. C. tom. 1.* PLATO.

65. Conſentaneum eſt, ut is qui neſcit, diſcat ab illo qui ſcit. *Sizygia 4. lib. 1. de Republ. ante med. pag. 337. D. tom. 2.*

66. Nihil eſt quod diſcere velis, quod ipſe docere non poſſis. *Lib. 1. Epiſt. 22. ad Catilium Severum, in princ. pag. 36.* PLINIUS II.

67. Quæ dementia eſt, ſupervacua diſcere in tanta temporis egeſtate? *Epiſt. 148, in calce, pag. 607. tom. 2.* SENECA.

68. Quid ſtultiùs, quia diù non didiceris, quàm non diſcere? omnis ætatis homines, ſchola admittit, hac ſeneſcamus, hanc ut juvenes ſequamur. *Proſecutio.*

69. Tamdiù diſcendum, quamdiù neſcias, & (ſi proverbio credimus) quamdiù vivas, etiam ſeni diſcendum eſt. *Epiſt. 76. in principio, pagina 682. tom. 2.*

70. Diſcas oportet, & quod didiciſti, agendo confirmes. *Ep. 94. poſt med. pag. 779. tom. 2.*

SENECA. 71. Qui didicit, nondùm ſapiens eſt; niſi in ea quæ didicit, animus ejus transfiguratus ſit. *Ibidem.*

72. Non quantùm vis, ſed quantùm capis haurien-dum eſt: bonum tantùm habe animum, capies quan-tùm voles; quò plus recipit animus, hoc ſe magis laxat. *Ep.* 108. *in princ. pagina* 830. *tom.* 2.

73. Idem & docenti & diſcenti debet eſſe propoſi-tum: ut ille prodeſſe velit hic proficere. *Ibidem.*

74. Id diſce, quod potes, ſcire. *De quatuor virt. poſt init. pag* 674. *edit. Baſileenſis* 1537.

SIXTUS PHIL. 75. Peccata diſcentium, opprobria ſunt doctorum. *Sent.* 163. *pag.* 65. *col.* 2. *G. apud Bibl. Patrum*, *tom.* 3. *edit. Colon.* 1618.

76. Ea quæ oportet dicere & facere, ne coneris fa-cere antequàm diſcas. *Ibidem*, *ſent.* 280. *pag.* 66. *col.* 2. *littera E.*

77. Diſce quod oportet ſciri, ut beatus fias. *Ibidem*, *ſent.* 334. *pag.* 66. *col.* 2. *H.*

Vide etiam tit. Deus. ſent. 96. *Doctrina. ſent.* 120. *Epiſcopus. ſentent.* 21. 56. *Fides. ſentent.* 110. *Labor. ſentent.* 12. *Magiſter. ſentent.* 37. 41. *Scientia in genere. ſentent.* 29. *Turpiloquium. ſentent.* 57.

Diſciplina.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO, COMPARATIO.

ETYMOLOGIA.

S. ISID. HISP. DISCIPLINA à diſcendo nomen accepit, unde & ſcientia dici poteſt: nam ſcire dictum eſt à diſ-cere, quia nemo ſcit, niſi qui diſcit. Aliter diſciplina, quia diſcitur plena. *Libro* 1. *Etymolog. cap.* 1. *in princip. pag.* 1. *col.* 1.

RICHARDUS A S. VICTORE. Indè diſciplina dicitur, quòd ad plenum diſcatur; ut idem intelligatur diſciplina quod diſcentia plena. *Par-te libro* 6. *de Trinit. cap.* 25. *circa med. pag.* 420. *col.* 1. *littera B.*

S. THOMAS AQUINAS. Diſciplina dicitur à diſcendo: & ideò diſciplina ali-quando ſumitur pro ſcientia, quæ græcè dicitur ἐπιστήμη: aliquando autem ſumitur pro correptione, & græcè dicitur παιδεία. *Sup. Ep. ad Hebræos*, *cap.* 12. *lect.* 2. *ſub fin. folio* 266. *col.* 3.

DEFINITIO.

S. ANTONINUS. Diſciplina eſt bona & honeſta converſatio, cui parùm eſt non malum facere, ſed etiam ſtudet in his quæ be-nè agit irreprehenſibilia apparere. *Part.* 1. *tit.* 17. *cap.* 1. §. 3. *in fine. folio* 226. *col.* 3.

S. BONAVENT. & S. AUGUSTIN. Diſciplina eſt morum ordinata correctio, & majorum præcedentium regularis obſervatio. *Parte* 3. *Centiloquii ſect.* 44. *à medio. pag.* 88. *col.* 1. *E. tom.* 6. *parte* 1. *& Auguſt. de* 12. *Abuſ. cap.* 11. *in princ.*

HUGO A S. VICTORE. Diſciplina eſt membrorum omnium motus ordina-tus, & diſpoſitio decens in omni habitu & actione. *De Inſtit. Novitior. cap.* 10. *in princ. pagina* 22. *littera H. tom.* 2.

Diſciplina eſt neceſſarium ſanctitatis officium vitia arguentis, & peccata corrigentis. *Libro* 4. *de Anima. cap.* 16. *in medio pag.* 135. *H. tom.* 2.

DIVISIO.

S. AUGUSTIN. Diſciplina in duobus diſtribuitur: in coërcitionem, & inſtructionem: coërcitio timore, inſtructio verò amo-re perficitur. *De Moribus Eccleſ. cap.* 28 *ante medium*, *pag.* 533. *B. tom.* 1.

HUGO À S. VICTORE. Triplex eſt diſciplina, correctionis, inſtitutionis, converſationis: prima & ſecunda ad magiſtrum, tertia ad diſcipulum pertinet. *Profec.*

Duobus modis fit diſciplina correctionis, monitis & flagellis.

Duobus modis traditur diſciplina inſtitutionis, præ-ceptis & exemplis.

Duobus agitur modis diſciplina converſationis, mo-ribus & ſtudiis. *Lib.* 1. *Miſcellan. codicis primi. tit.* 76. *pag.* 140. *E. tom.* 3.

HUGO CARD. Duplex eſt diſciplina, una quæ fit verberibus & tribulationibus, quæ dicitur παιδεία, latinè Pædiatalia quæ fit verbis & doctrina, quæ græcè dicitur ἐπιστήμη, latinè Epiſteme, undè verſus, Pædia verberibus caſti-gat, Epiſteme verbis. *Super Pſalm.* 17. *fol.* 37. *columna* 4. *tom.* 2.

COMPARATIO.

S. BONAVENT. Sicut aquila retrahit alas, ut meliùs extendat: ſic interdum remittenda, & temperanda eſt diſciplina, ut poſteà convaleſcat. *Tit.* 4. *dieta*, *cap.* 1. *circa med. pag.* 251. *col.* 2. *C. tom.* 3.

HUGO CARD. Diſciplina quaſi limatio cordis eſt ad ſuſcipiendam deaurationem doctrinæ; & quaſi ſpinarum extirpatio ad ſuſceptionem ſeminis. *Super Proverb. cap.* 19. *folio* 42. *columna* 3. *tom.* 3.

SENTENTIÆ PATRUM.

B. ALANUS DE RUPE. 1. Diſcipli-na eſt
- Filia juſtitiæ.
- Soror Religionis.
- Amica pœnitentiæ.
- Domina humilitatis.
- Duciſſa fortitudinis.
- Magiſtra caſtitatis.
- Fabricatrix devotionis.
- Sponſa Sanctorum.
- Nutrix bonorum.
- Medica omnium. *Parte* 5. *cap.* 49. *circa medium*, *pag.* 481.

S. AMBROSIUS. 2. Prima inſtitutionis eſt diſciplina, culpam aver-tere, ſecunda virtutem infundere. *De viduis poſt init. col.* 155. *C. tom.* 1.

3. Ne neglexeris diſciplinam Dei, ſevera quidem eſt in corripiendo, ſed dulcis in corrigendo. *Super Pſalm.* 43. *poſt initium*, *columna* 1367. *littera A. tom.* 4.

S. AUGUSTIN. 4. Non dormiat ſeveritas diſciplinæ, in qua tantò eſt efficacior emendatio pravitatis, quantò diligentior conſervatio charitatis. *Lib.* 3. *contra Epiſt. Parmeniani*, *cap.* 2. *poſt medium*, *pagina* 40. *littera C. tom.* 7.

5. Tunica corporis Chriſti, diſciplina Eccleſiæ eſt: qui autem extrà diſciplinam eſt, alienus eſt à cor-pore Chriſti. *De* 12. *Abuſion. cap.* 11. *in fine*, *pag.* 570. *C. tom.* 9.

6. Omnes in domo diſciplinæ ſumus, ſed multi nolunt habere diſciplinam: & quod eſt perverſius, nec in domo diſciplinæ volunt habere diſciplinam. *De diſciplina Chriſtiana. cap.* 1. *in princ. pag.* 622. *D. tom.* 9.

7. Diſciplina magiſtra eſt religionis, magiſtra veræ pietatis: quæ nec ideò increpat ut lædat, nec ideò caſti-gat ut noceat. *De bono diſciplinæ*, *cap.* 1. *circa init. pag.* 650. *D. tom.* 9.

8. Sic vigilet tolerantia, ut non dormiat diſcipli-na. *De verbis Apoſt. ſerm.* 22. *poſt med. pag.* 253. *littera A. tom.* 10.

9. Sicut diſciplinam qui abjicit, infelix eſt: ſic diſci-plinam qui negat, crudelis eſt. *Serm.* 1. *in Sabbat. poſt* 3. *Dom. Quadr. & in ord.* 94. *ſub fin. pag.* 564. *litt. D. tom.* 10.

10. Si puer indiſciplinatus ſic vivat ut pereat, & pater diſſimulet, pater parcat, pater perditum filium diſciplinæ aſperitate offendere timeat, parcendo cru-delis eſt. *Ibidem*, *in fine*, *pag.* 565. *A.*

Digitized by Google

S. Augustin.

11. Nemo habere diſciplinam poteſt in animo, qui nihil didicit. *Libro 3. contra Academic. cap. 3. poſt init. tom. 1.*

12. Semper vivit in quo eſt diſciplina. *De Immortal. animæ, cap. 1. in princ. tom 1.*

13. Unaquæque diſciplina quamvis vilis & facilis, ut percipi poſſit, doctorem aut magiſtrum requirit. *De utilitat. cred. cap. 17. circa fin. tom 6*

S. Bernard.

14. O quàm compoſitum reddit omnem corporis ſtatum, necnon & mentis habitum, diſciplina! *Epiſt. 113. ad Sophiam Virginem, ante finem, folio 355. col. 1. littera C.*

15. Diſciplina
- Cervicem ſubmittit.
- Ponit ſupercilia.
- Componit vultum.
- Ligat oculos.
- Cachinnos cohibet.
- Moderatur linguam.
- Gulam frænat.
- Iram ſedat.
- Format inceſſum. *Ibidem.*

16. Diſciplina,
- Cupiditatis compes.
- Malorum deſideriorum carcer.
- Frænum luxuriæ.
- Iracundiæ vinculum.
- Intemperantiam domat.
- Levitatem ligat.
- Omnes corporis inordinatos motus, & omnes illicitos ſuffocat appetitus. *Libro 5. Florum, cap. 12. in med.*

S. Bonavent.

17. Quando ſapientis diſciplinâ corrigeris, ornaris ornamento pulcherrimo: quando diſciplinam contemnis, margaritam conculcas. *Ser. 2. in Hexam. circa medium, pag. 16. col. 1 E.*

18. Diſciplina in tribus conſiſtit.
- In præceptis — In præceptis, experitur obedientia.
- In teſtamentis — In teſtamentis, conſtantia.
- In flagellis — In flagellis, patientia. *Super Pſ. 17. ante fin pag. 93. col. 1. D. tom. 1.*

19. Rigor diſciplinæ eſt crux carnis, cujus quatuor ſunt brachia: ſcilicet, vigilia, abſtinentia, aſperitas veſtium, & diſciplina verberum. *Sup. Luc. cap. 23. in illud Galat. ult. Mihi mundus crucifixus eſt, &c. pag. 277. col. 1. E. tom. 2.*

20. Cùm diſciplina negligitur, inſolentiæ creſcunt. *Ep ad quendam Provincial. ante med. pag. 432. col. 2. B. tom. 7. parte 4.*

21. Religioſus extrà diſciplinam vivens, gravi patet ruinæ. *In octo collat. collat. 7. pag. 531. col. 2. littera C. tom. 7. parte 4.*

22. Diſciplina eſt
- Malorum deſideriorum carcer.
- Frænum laſciviæ.
- Elationis jugum. *In ſpeculo diſciplinæ, parte 1. cap. 7. in princ. pag. 537. col. 1. C. tom. 7.*

23. Diſciplina
- Domat intemperantiam.
- Levitatem ligat.
- Inordinatos motus mentis ſuffocat. *Ibidem.*

24. Qui diſciplinam in novæ converſationis initio negligit, ad eam poſtmodùm difficilè applicatur; & formam quam primò quis recipit, vix deponit. *In ſpeculo diſcipl parte 1. in princ Pro 1, pagina 532. col. 2. littera B. tom.*

S. Cyprian.

25. Diſciplina eſt
- Cuſtos ſpei.
- Retinaculum fidei.
- Dux itineris ſalutaris.
- Fomes ac nutrimentum bonæ indolis.
- Magiſtra virtutis. *De diſciplina & habit. virg. cap. 1. in princ. pag. 226. col. 2 tom 2.*

S. Gregorius Magnus.

26. Cor quod ſine diſciplina eſt, exaltari non valet. *Lib. 13. Moral. cap. 11. in fine. col. 444. A. tom. 1.*

27. Etſi corpus ſub diſciplina eſt, cor ſæpè ſub diſciplina non eſt: & dùm quis flagellatur, ad humilitatem mentis non reducitur. *Ibidem, lib. 13. cap. 11. ante med. columna 443. D.*

28. Grave eſt ut illic habere pravam contingat actionem refugium, undè diſciplinæ debet prodire cenſura. *Libro 4. in Regiſt. Indict. 13. cap. 62. Ep. ad Rom. Exarchum. in princ. col 783. C. tom. 2.*

29. Proprium diſciplinæ eſt, ab illicitis prohibere, & exceſſus culparum ſalubriter reſecare. *Ibid. lib. 7. Indict. 2. cap. 36. ad Chryſant. Epiſc. Spoletan. in princ. col. 490. littera C.*

S. Greg. Naz.

30. Utraque ſunt inutilia tàm ſegnities odioſa, quàm fervor diſciplinæ neſcius. *Orat. 20. de modeſtia, ante med pag. 173.*

Hugo a S. Victore.

31. Qui ſub diſciplina Dei non eſt, ad hæreditatem Filiorum Dei pertingere non poteſt. *Sup. Pſ. 17. cap. 30. in fine, pagina 43. D. tom. 1.*

32. Nemo contemnat diſciplinam Dei, quia ſi peccator, eſt neceſſaria eſt illi ut corrigatur: ſi juſtus eſt, neceſſaria eſt illi, ut erudiatur. *Ibidem.*

33. Si gravior eſt culpa, gravior competit diſciplina. *Super Regul. D. Auguſt. cap. 7. in fine, pagina 12. lit. C. tom. 2.*

34. Quamvis in nullo loco diſciplinam ſuam homo deſerere debeat, diligentiùs tamen, & magis ſolicitè ibi conſervanda eſt, ubi vel neglecta pluribus generat ſcandalum, vel cuſtodita bonæ imitationis exemplum. *De Inſtit. Novit. cap. 13. in medio, pag. 20. lit. B. tom. 2.*

35. Quatuor ſunt præcipuè, in quibus ſervanda eſt diſciplina,
- In habitu.
- In geſtu.
- In locutione.
- In menſa. *De Inſtit. Novit. cap. 10. in fin. pag. 23. B. to. 2.*

36. Rationalis diſciplina, perfecta eſt diſciplina *Lib. 2. de clauſtro animæ. cap. 21. in fine, pag. 51. G. tom. 2.*

37. Quid utilius diſciplina, quæ quietem generat, perverſos necat? *Ibidem, lib. 3. cap. 6. in fine. pag. 56 H.*

38. Diſciplina eſt vitiorum emendatrix. *Libro 4. de Anima. cap. 16. in fine, pagina 136. A. tom. 2.*

Hugo Card.

39. Tenenda eſt diſciplina tanquàm via regia, quæ ducit ad civitatem Dei. *Sup. Prov cap. 4. fol. 9. col. 3. to. 3.*

40. Diſciplina mores informat, & vitia deſtruit. *Ibidem, cap. 8. folio 16. col 2.*

41. Diſciplina in præſenti habet quidem amaritudinem, ſed gaudium generat & exultationem mentis, etiam in præſenti: in futuro, fructum æternæ remunerationis. *Super Epiſt. ad Hebræos. cap. 12. folio 272. columna 2. tom. 7.*

S. Joannes Chrysost.

42. Diſciplina domini ex moribus familiæ demonſtratur. *Homil. 10. ſuper Matth. oper. imperf. col. 805. B. tom. 2.*

43. Magiſtri abſentiâ diſcipuli pigriores fiunt, & ſatis eſt ad correctionem ejus præſentia. *Homil. 14. ſuper 1. Cor. in Morali, poſt medium, col. 427. littera D. tom. 4*

44. Diſciplina participatio ſanctitatis eſt, negligentiam pellit, cupiditates excludit, animam convertit. *Hom. 29. ſuper Epiſt. ad Hebr. in princ. Moralis. columna 1746. A. tom. 4.*

45. Diſciplina exercitatio eſt, quæ athletam efficit fortiorem, & inſuperabilem reddit in certaminibus, & inexpugnabilem declaret. *Ibidem, Hom. 30. poſt init. columna 1850. littera B.*

S. Joannes Chryſoſt. 46. Eruditio diſciplinæ cuſtos eſt ſpei, vinculum fidei, dux viæ ad ſalutem ferentis, & magiſtra virtutum. *Homil. de erudit. diſciplina, in princ. columna* 743. *B. tom.* 5.

S. Joannes Damasc. 47. Amabilis reverà & expetenda eſt ſpiritualium diſciplinarum ſuavitas: ut quæ animos ſanctitate afficiat, eoſque dilat & augeat. *In princ. ſuorum oper. circa init. præfat.*

Petr. Bles. 48. Diſciplina unica eſt clavis innocentiæ, Religionis anchora, cuſtos ordinis. *Ep.* 86 *ad Alexandr. Carthuſ. ante finem, apud Bibl. Patr. tom.* 52. *part.* 2. *pagina* 771. *col.* 1. *D. edit. Colon.* 1618.

49. Diſciplinæ auſteritas, ſola eſt clavis innocentiæ, religionis anchora, cuſtodia cordis, & peremptoria prorsùs appetitus illiciti. *In invectiva contra depravator. ante medium, pag.* 946. *columna* 2. *littera F. apud Bibl. Patrum, &c.*

Richard. à S. Victore. 50. Diſciplina corporis ſine diſciplina cordis, abſque dubio inutilis eſt: diſciplina verò cogitationum ſine diſciplina ſenſuum, omninò obſervari non poteſt *Parte* 1. *de Benjamin minore. cap.* 32. *in princ. pagina* 194. *columna* 2. *B.*

Thomas à Kempis. 51. Ubi diſciplina viget, ibi major pax & ſpiritualis profectus invenitur. *De diſciplina Clauſtr. cap.* 1 *in princ. tom.* 2.

52. Ubi diſciplina perit, ibi diſſolutio creſcit, ibi vitia regnant & virtutes enervantur. *Ibidem.*

53. Ubi diſciplina cuſtoditur, ibi adeſt gratia cœleſtis, ibi devotio floret, ibi lectio ſapit, ibi meditatio dulceſcit, ibi oratio fervet. *Ibidem.*

54. Religioſus extrà diſciplinam vivens, gravi patet ruinæ *Ibidem, lib.* 1. *cap.* 25. *ſect.* 7.

S. Valerian. 55. Diſciplina magiſtra eſt religionis, magiſtra veræ pietatis: quæ nec ideò increpat, ut lædat: nec ideò caſtigat, ut noceat. *Hom.* 1. *de bono diſciplinæ. in principio, apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 476. *col.* 1. *A. edition. Colon.* 1618.

56. Nihil eſt quod non diſciplina aut emendet, aut ſalvum faciat. *Ibidem.*

57. Omnia ſub metu diſciplinæ vitia jacent; & niſi conſtitutus eſſet ordo vivendi, nunquàm profectò finem poneret natura peccandi. *Profec.*

58 Quid adultero caſtum? quid furi tutum? quid latroni non pervium? quid non præſumptio poſſideret, niſi furorem animorum ſub metu pœnæ diſciplina compeſceret?

59. Nihil eſt quod non gula ſuadeat, ſi gulæ diſciplina conſentiat.

60. Nihil eſt quod non perdat luxuria, ſi amore vitiorum ab homine diſciplina diſcedat.

61. Nihil eſt quod non habendi ac poſſidendi cupiditate animus occupet, niſi avaritiæ vitium diſciplina condemnet. *Ibidem, ante med. pag.* 476. *columna* 1. *littera D.*

62. Hoſtis eſt & inimicus animæ ſuæ qui ſpretis diſciplinæ monitis, diabolicis occupatur officiis. *Ibidem, a medio. pag.* 476. *col.* 2. *H.*

63. Diſciplinæ jugum non gravat, niſi perditos aut perituros. *Ibidem.*

64. In omni actu tuo, vitam tuam diſciplina comitetur. *Ibidem, in fine, pag.* 477. *col.* 1. *D.*

Santentiæ Paganorum.

Antisthenes Philosophus. 65. Præcipua diſciplina, dediſcere mala. *In ſent. poſt medium.*

Aristoteles 66. Maximè intendendum eſt circa diſciplinam juventutis: nam id neglectum in civitatibus, affert reipublicæ detrimentum. *Libro* 8. *Polit. cap.* 1. *in principio, tom.* 2.

Seneca. 67. Educatio & diſciplina mores faciunt: & id unuſquiſque ſapit, quod didicit. *De moribus, in principio, pag.* 676. *edit. Baſilea.* 1537.

Vide etiam titul. Arrogantia. ſent. 17. *Bonitas. ſent.* 7. 8 10. *Domare. ſent.* 52 *Dominus. ſent* 20 *Iniquitas ſent.* 83. *Mores. ſent.* 31. *Tentatio. ſent.* 261. *Zelus. ſent.* 40.

Diſcipulus.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. PERFECTIO diſcipulorum, gaudium & corona magiſtri eſt. *Super* 1. *ad Theſſal. cap.* 2. *in calce, col.* 2040. *littera D. tom.* 5.

2. Fructus magiſtri diſcipulus eſt obediens, cujus dùm bona converſatio proficis magiſtro, fructus ſui edis laborem. *Profec.*

3. Labor enim diſcipuli in opere bono, coronam das magiſtro. *Ibidem*, &c.

4. Multi videntur diſcipuli JESU, qui non modò faciunt, quæ ab eo præcipiuntur, ſed & magiſtro inſidias ponunt, ut proditor Judas. *Serm. ſup. illud, Invenietis pullum, &c. in medio, columna* 598. *littera tom.* 3.

5. Pudet doctos homines, ex diſcipulis Platonis, fieri diſcipulos Chriſti. *Libro* 10. *de Civit. Dei, cap.* 29. *ſub fin. pag.* 186. *tom.* 5.

6. Docentis authoritas, attentiores diſcipulos reddit. *Apud D. Joan. Damaſc. lib.* 1. *parallel. cap.* 90. *in princ. folio* 46. *pag.* 1. *D.*

7. Loqui & docere, magiſtrum condecet: tacere & audire, diſcipulo convenit. *In Regula, cap.* 6. *a medio,*

8. Diſcipulus aurem parat magiſtro. *Serm.* 7. *ſuper Cant. in princ. folio* 138. *col.* 1. *B.*

9. Erubeſcunt ſuperbi eſſe diſcipuli, ſi eos in humilitate præceſſerint magiſtri. *In ſuis ſent. verbo Quantum.* 128. *col.* 2. *littera E.*

10. Quiſquis in ſchola Chriſti non proficit, ejus indignus eſt magiſterio. *Ep.* 341. *ad Monachos S. Bertini. in princ fol.* 273. *col.* 2. *D.*

11. Non eſt dignus ſcientiâ, qui ſcientiæ inſur præceptoris. *De diſciplina ſcholarum, & habetur apud Bedam. tom* 2. *in Axiomat. Philoſoph. verbo Non eſt. pag.* 151.

12. Diſcipulus debet eſſe docilis, attentus, & benevolus: docilis cum ingenio, attentus in exercitio, benevolus animo ad audiendum. *Ibidem*, &c. *verbo Diſcipulus. pag.* 136.

13. Miſerum eſt eum eſſe magiſtrum, qui nunquàm novit ſe eſſe diſcipulum. *Ibidem*, &c. *verbo Miſerum. pag.* 147.

14. Ille diſcipulus eſt bonus, qui eſt attentus ad audiendum, docilis ad intelligendum, benevolus ad retinendum. *Sup. Luc. cap.* 16. *in illud, Omnes erant docibiles. pag.* 349. *col* 1. *tom.* 2.

15. Diſcipulus Filii Dei eſt, qui eſt docibilis ejus auditor: diſcipulus enim eſt, qui aurem parat. *Collat* 62. *ſuper cap.* 13. *Joan. circa initium, pag.* 450. *col.* 2. *tom.* 2.

16. Ille verus eſt diſcipulus Chriſti, qui ſemper in ejus doctrina & ſermone, nec unquàm per aliquam tentationem ſeparatur ab ejus dilectione: nec unquam quibuſlibet damnis, opprobriis, & ſuppliciis illatis ceſſat ab ejus nominis confeſſione. *Sermone* 2. *Dominica in octav. Paſchæ, ante medium, pag.* 102. *col.* 2. *tom.* 3.

17. Boni magiſtri bonos diſcipulos facere conſueverunt. *De ſex alis Seraphim. cap.* 6. *ante fin. pag.* 89. *col.* 2. *A. tom.* 7. *parte* 3.

18. Nihil injuſtius, vel inhoneſtius eſt, quàm diſcipulos magis inobedientes vel protervos exiſtere *Epiſt.* 3. *de Officio Sacerdotis, prope initium, fol.* 22 *pagina* 1.

S. Fran[illegible] Aſiſiat. 19. M[illegible]dicuntur jam eſſe membra diaboli, qui poſtea [illegible]puli erunt Chriſti. *In ſuis opuſc. collat. 22. in calce pag. 141. tom. 3.*

Gilebertus Anglus. 20. Nihil confert cultura diligens diſciplinæ, ſi cuſtodia deſit. *Serm. 35. ſup. Cant. poſt init. apud D. Bernard. volum. 2.*

Gloss. ord. 21. Modus eſt docilis diſcipuli, aurem ſuam humiliter inclinare ad verba magiſtri ſui. *Sup. Pſ. 77. col. 1016. lit. F. tom. 3.*

22. Nulla eſt hæreſis, quæ primis contenta ſit diſcipulis: ſed ſemper novos, quos decipiat, quærit. *Sup. Prov. cap. 7. col. 1633. B. tom. 3.*

S. Greg. Mag. 23. Nonnulli dùm veritatis diſcipuli eſſe humiliter negligunt, magiſtri errorum fiunt. *Lib. 6. Moral. cap. 17. in medio. numero 26. columna 204. littera B. tom. 1.*

24. Plerumque diſcipuli incaſsùm bona audiunt, cùm ex magiſtri vitâ malâ, & exemplo deſtruuntur. *Ibidem, lib. 21. cap. 8. in princ. num. 8. col. 719. litt. C. tom. 1.*

25. Dùm quique veritatis diſcipuli eſſe humiliter negligunt, magiſtri errorum fiunt. *Ibidem, lib. 6. cap. 17. ante med. num. 26. col. 204. B.*

26. Magna humilitate debet magiſtro loqui diſcipulus. *Ibidem, lib. 5. cap. 14. circa med. col. 143. littera A. tom. 1.*

27. Qualis magiſter erit, ſi diſcipulus non fuerit? *Lib. 7. in Regiſtro. Indict. 1. cap. 5. Ep. 5. ad Brunechildam. Regin. Franc. ante med. col. 902. B. tom. 2.*

S. Hieronym. 28. Ne miles antequàm tyro, ne priùs magiſter ſis, quàm diſcipulus. *Tom. 1. Ep. 4. ad Ruſtic. ante med. pag. 45. A.*

29. Plus debet diſcipulus Chriſti præſtare, quàm mundi Philoſophus. *Tom. 1. Ep. 26. ad Pammach. circa med. pag. 164. D.*

30. Lædit diſcipulus magiſtrum, ſi per negligentiam ſuam præcepta ejuſque laborem diſperdat. *In Regula Monachor. cap. 6. de Correct. & Doctrina ante med. pag. 273. A. tom. 4.*

31. Trade te illi, cujus ſermo & habitus & inceſſus, doctrina virtutum eſt. *In Regula Monachor. cap. 24. de virt. humilit. poſt med. pag. 292. C. tom. 4.*

32. Opus magiſtri, ſalus diſcipuli eſt. *Lib. 1. ſup. Ezech. cap. 3. Si dicente me ad impium, &c. pag. 386. B. tom. 5.*

33. Diſcipulorum ſalus, præmium magiſtrorum eſt. *Ibid. lib. 13. cap. 45. ſub finem. pag. 550. C.*

34. Luctus doctoris, eſt malus diſcipulus. *Lib. 2. ſup. Michæam. cap. 7. ab init. pag. 160. B. tom. 6.*

35. Doctor nunquàm ſatiatur multitudine ſectatorum: & quantò plures habuerit diſcipulos, tantò magis ad doctrinæ ſtudium concitatur. *Lib. 1. ſup. Habacuc. cap. 2. ſup. illud, Væ qui congregat. &c. pag. 19. A. tom. 6.*

Hugo a S. Victore. 36 Diſcipulus debet eſſe humilis, ſanctus, obediens, intentus, patiens, promptus, diligens, præceptorem ſuum parentis animi, non corporis loco habens & colens. *Lib. 4. de propriet. rerum. cap. 4. ante med. pag. 305. H. tom. 2.*

Hugo Card. 37. Noo priùs doceas, quàm addiſcas: non priùs ſis canalis, quàm concha: non priùs ſis didaſcalus, quàm diſcipulus. *Sup. Eccleſiaſtic. cap. 11. fol. 192. col. 2. tom. 3.*

38. Qui non novit eſſe diſcipulus, neſcit eſſe magiſter. *Ibidem, cap. 18. fol. 204. col. 3.*

39. Diſcipuli Domini ſunt, qui ejus audiunt lectiones. *Sup Matth. cap 18 fol 66. col. 1. tom. 6.*

S. Joannes Chrysostom. 40. Non eſt verus diſcipulus, qui non imitatur magiſtrum: nec eſt vera imago, quæ ſimilis non eſt authori. *Hom. 35. ſup. Matth. operis imperf. in fine. col. 989. A. tom. 2.*

41. Non ſemper clementiâ utendum eſt, & lenitate: ſed ignavus diſcipulus, & ingenio pinguior, actionibus magiſtri ſtimulis ab ignavia excitandus eſt. *Hom. 43. ſup. Ioan. in princ. columna 220. littera C. tom. 3.*

S. Ioannes Chriſos[illegible]. 42. Doctoris opus eſt, ſuis operibus diſcipulos moderari. *Hom. 44. ſup. Acta Apoſt. poſt init. col. 732. A. tom. 3.*

43. Optimi doctoris eſt, non ubique diſcipulorum obſecundare libidini, ſed eos ad ſuam cogere voluntatem. *Serm. 16. ſup. Ep. ad Rom. poſt med. col. 195. C. tom. 4.*

44. Hæc vita, hæc conſolatio, hæc refrigeratio eſt doctorum, ſi diſcipulos proficere videant. *Ibid. Hom. 15. in fine ante morale. col. 791. B.*

45. Diſcipuli hæc maxima laus eſt, quando doctor de illo gloriatur. *Ibidem, Hom. 16. in princ. col. 795. littera D.*

46. Hæc paterna ſunt viſcera, diſcipulorum ſalutem ſuæ gloriæ præferre. *Ibidem, Hom. 29. in princ. Moralis. col. 873. D.*

47. Tùm placidè leniterque loqui diſcipulis, cùm opus eſt acrimoniâ: non doctoris, ſed corruptoris eſt hoſtis. *Sup. Ep. ad Galat. cap. 1. in princ. col. 881. D. tom. 4.*

48. Convenit diſcipulis, præceptoribus obtemperare. *Ibid. poſt med. col. 895. C.*

49. Si diſcipulus es, magiſtrum imitare, hoc quippè eſt diſcipuli. *Hom 28. ſup. Ep. ad Hebr. in morali. poſt init. col. 1833. C. tom 4.*

50. Doctores, qui videot diſcipulos priorum lectioonum memoriam animo benè tenere, majore alacritate ſequentium ſcientiam concredunt. *Hom. 8. ſup. Gen. in princ. col. 48. B. tom. 1.*

51. Diſcipuli quæ acquiſierunt, cuſtodiunt: quæ verò necdùm didicerunt, diſcendo acquirunt. *Hom. 24. ſup. Ep. ad Hebr. in morali. ante fin. col. 1812. B. tom. 4.*

S. Ioan. Clim. 52. Caſtitas diſcipulum Theologum facit. *Gradu 30. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 2. pag. 293. col. 2. E. edit. Colon. 1618.*

Joan Trith. 53. Nulla res diſcipulis ita eſt fructuoſa, ſicut magiſtri ſancta vita. *Sup. Prolog. Regulæ S. Bened. cap. 2. ante med. pag. 155. col. 2.*

54. Magiſterium Chriſti, diſcipulos humiles requirit. *Ibidem, cap. 2. Text. 34. in princ. pag. 206. columna 2.*

55. Nullus ſuperbus, nullus avarus, nullus denique carnalis homo, Chriſti diſcipulus eſſe poteſt. *Ibidem.*

56. Magiſterium periculoſum eſt, diſcipulatus autem ſecurus: nam qui alterius regitur voluntate, etiam errans, dicitur non errare; quia non ſibi, ſed culpa imputabitur gubernanti. *In cap. 7. Regul. S. Bened. verbo, Sicut. in princ. pag. 347. col. 1.*

57. Non te pudeat nomen ſubire diſcipuli, ſi pertingere cupias ad honorem magiſterii. *De Inſt. vita Sacerd. cap. 4. ante fin. pag. 776. col. 2.*

S. Isid. Pelus. 58. Diſcipuli veros magiſtros, & ut patres amare, & ut principes timere debent: ac neque ob amorem metum diſcutere, neque ob metum amorem obſcurare. *Lib. 2. Ep. 26. ad Orionem Diacon. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 524. col. 1. D. edit. Colon. 1618.*

S. Leo I. 59. Tales illic erunt diſcipuli, ubi quales docebunt magiſtri. *Ep. 93. ad Turibium Aſturienſ. Epiſc. cap. 17. in medio.*

60. Ut doctoris ignorantia diſcipulos perdit: ita diſcipulorum negligentia doctori periculum affert. *In lib. Aſcetico. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Colon. 1618.*

61. Diſcipulus, qui magiſtro ſuo inſidias parat, Judam illum magiſtri ſui proditorem imitatur. *Et habet. apud D. Ioan. Damaſc. lib. 2. Parall. cap. 21. fol. 70. pag. 1. C.*

Philo Jud. 62. Præcipua virtus diſcipulorum eſt, dare operam ut perfectum ipſi quoque perfectè imitentur. *De Sacrific. Abel. ante med. pag. 198. tom. 1.*

SALVIANUS. 63. Quomodo bonus magiſter eſt, cujus tàm malos videmus e[illegible]e diſcipulos? *Lib. 4. de Gubern. Dei. ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. edit. Colon.* 1618.

THEOPHILACTUS. 64. Nihil ita offendit diſcipulos, ut divelli, & non idem ſentire ductores. *Sup. Ioan. cap. 17. ante fin pag.* 393. *B.*

65. Diſcipulorum virtus, præceptorem ornat. *Sup. 2. Cor. cap. 3. circa init. pag. 559. B.*

66. Præceptor tùm diſcipulo damnum infert quando delinquentem oon objurgat. *Ibidem, cap. 7. ſup. illud, In nullo detrimentum patiamini, &c. pagin. 573. littera B.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 67. Is maximè docilis eſt, qui attentiſſimè paratus eſt audire. *Lib. 1. de Invent. Rhet. ante med. tom. 1.*

Vide etiam Tit. Contemptus ſui. ſent. 72. Error. ſent. 59. Magiſter. ferè per totum. Sequi Chriſtum ſent. 91.

Diſcordia.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, PRODUCTIO.

ETYMOLOGIA.

S. ANTONIN. DISCORDIA dicitur, quaſi diverſum cor ab altero. *Part. 2. tit. 4. de Inani gloria. cap. 8. in princ. fol. 176. col. 1.*

DEFINITIO.

S. BONAVENT. Diſcordia eſt voluntas fugiens minorationem ſapientiæ, ab his, quæ ab aliis dicuntur, diſſentiens. *Part. 1. Centiloquii ſect. 18. in fine pag. 63. col. 2. A. tom. 6. part. 1.*

PRODUCTIO.

S. ANTONINUS. Diſcordia eſt ſexta filia inanis gloriæ, ſub qua continetur ſeditio. *Part. 2. tit. 4. de inani gloria. cap. 8. in princ. fol. 176. col. 1.*

S. BONAVENT. Ex diſcordia animorum, etiam diſcordia verborum procedit. *In ſpeculo animæ cap. 1. longè ate finem pag. 32. col. 2. B. tom. 7. part. 3.*

JOAN. CASS. Ex diſcordia ſine dubio contentiones, rixæque verborum plerumque conſurgunt. *Collat. 16. Abbatis Joſeph. cap. 8. in medio pag. 676.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Ubi inimicitiæ ſunt, diſcordia eſt. *De fuga ſeculi cap. 7. poſt med. col. 207. D. tom. 1.*

2. Nulla ſpatia poſſunt ſatis eſſe diſcordibus. *Lib. 2. de Abraham. cap. 6. in princ. col. 1012. C. tom. 4.*

3. Sapienti pacis eſt ſtudium, imprudenti amica jurgia. *Ibid. ante med. col. 1013. B.*

4. Melius eſt emigrare cum gratia, quàm cohabitare cum diſcordia. *Ibidem, lib. 1. cap. 3. in princ. col. 987. lit. D.*

S. ANTONIN. 5. Turpius nihil eſt, quàm cum illo bellum gerere, cum quo familiariter vixeris. *Part. 2. tit. 4. cap. 8. §. 3. ante med. fol. 177. col. 2.*

S. AUGUSTIN. 6. Diſſentiones nunquàm debent amari, ſed aliquando tamen aut à charitate naſcuntur, aut charitatem probant. *Ep. 87. ad Felicitatem & Ruſticum in medio pag. 255. B. tom. 2.*

7. Ubi eſt æqualitas, nulla diſcordia. *Lib. 4. de Muſica cap. 14. poſt med. tom. 1.*

8. Quomodo ſanitatem pacis tenere animus poteſt, qui diſcordiis & certaminibus paſcitur? *De Catechiz. rudibus cap. 16. poſt med. pag. 649. A. tom. 4.*

9. Non poteſt concordiam habere cum Chriſto, qui diſcors voluerit eſſe cum Chriſtiano. *De verb. Dom. ſerm. 57. in medio. pag. 145. B. tom. 10.*

S. [illegible] MAXIMUS. 10. Diſſenſio atque bellum non eſſent inter homines, ſi peccatum n[illegible] 18. *ante med. pag.* 627. [illegible]

11. Qui ſocietatem [illegible] diſcordiæ peſte contaminant, Chriſtum pro[illegible]. *Lib. 4. ſup. Marc. cap. 14. in illud, Promiſerunt ei pecuniam, &c. pag. 190. tom.* [illegible]

S. BER[illegible] 12. Culpas diſcutere, retractare cauſas, recordari injurias, ſolent hæc magis inſtigare, quàm mitigare diſcordias. *Ep. 1. ad Robertum Nepotem ſuum circa init. fol. 204. col. 2. lit. E.*

13. Inexpiabilis & gravis culpa diſcordiæ, nec paſſione purgatur. *De unit. Eccleſ. cap. 8. in princ. pag.* [illegible] *col. 1. tom. 2.*

14. In perpetuum cum Caïn damnabitur, qui h[illegible] genere homicidii tenetur ut diſcordet à fratribus. *Sup. 1. Ioan. cap. 3. in illud, Omnis homicida non habet*, [illegible] *col. 1398. lit. E. tom. 6.*

15. Quando per diſcordiam homines diſſ[illegible]ent, quaſi membra a corpore cadunt. *Lib. 21. Moral. cap. 10. in medio. col. 728. B. tom. 1.*

16. Per linguæ incontinentiam, diſcordi[illegible] origo propinatur. *Ibidem, lib. 5. cap. 11. in fine. columna* 14[illegible] *littera A.*

17. Diſcordes etſi boni operis fructus ſuis [illegible] bus proferunt, profectò nulli ſunt: quia non ex uni[illegible]te charitatis oriuntur. *Part. 3. in Paſtorali. cap. 1. Admonit. 24. ab initio. col. 1294. B. tom. 1.*

18. Diſcordia conſuevit ſcandala generare. *Lib. 2. in Regiſt. Ind. 10. cap. 3. Ep. 3. circa fin. col. 689. lit. A. tom. 2.*

19. Nihil ad diſcordiam facit, quàm diſſonantia de Deo. *Orat. 1. & in ord. 13. de reconciliat. Monach. circa med. pag. 130.*

20. Diſcordia res eſt valdè pernicioſa, ac multorum malorum cauſa. *Ibid. poſt med. pag. 133.*

21. Pax eſt quid pulcherrimum & uti[illegible]m, diſcordia verò eſt quid turpiſſimum & dam[illegible]oſiſſimum. *Orat. 20. de Modeſtia in diſceptationibus. in princ. pagina 171.*

S. [illegible] 22. In tanta morum diſcordia, quæ poteſt eſſe concordia? *Tom. 1. Ep. 2. ad Nepotian. ante med. pag. 13. littera A.*

23. Melius eſt parva bona cum charitate face[illegible] ſine ſcientia, quàm magis effulgere virtutibus cum admixtione diſcordiæ. *In Regula Monachor. cap. 24. de vir. humilit. ante med. pag. 291. B. tom. 4.*

24. Quidquid ſeparat inter fratres, inſ[illegible]us dicendus eſt. *Ibidem, cap. 28. de charitate. in fine pa*[illegible]*. 294. littera C.*

S. [illegible] 25. Diſſentientibus voluntatum motibus, diſſentiens quoque fit ſenſus animorum. *Lib. 10. de* [illegible] *in princ. fol. 58. col. 3.*

S. IGN[illegible] MAR[illegible] 26. Ubi amicorum diſcordia eſt, ibi Deus minimè habitat. *Ep. 9. ad Philadelph. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 1. pag. 86. col. 1. D. edit. Colon.* 1618.

S. JO[illegible] CHRY[illegible] 27. Quemadmodùm quique etſi ſexcenta miracula edant, dùm diſſident inter ſe, ridiculi cæteris erunt: ita etiamſi nullum ſignum edant, diligant autem ſeſe verè, invicti ſuſpiciendique omnibus mortalibus permanebunt. *Hom. 32. ſup. 1. Cor. ante fin. col. 58*[illegible]*. D. tom. 4.*

28. Morbus diſcordiæ præcipuè fœminarum eſt. *Hom. 4. ſup. 2. Cor. ab initio Moralis. col. 720. littera B. tom. 4.*

29. Tantò longior erit pœna, quantò & [illegible] *Lib. 2. de compunct. cordis longe ante med.* [illegible] 70. *C. tom. 5.*

IOA[illegible] TR[illegible] 30. Exterior diſcordia, interioris diſcordiæ [illegible] cium eſt. *De ruina Monaſt. ordin. cap. 8. in fine. pa*[illegible] 834. *col. 1.*

L[illegible] 31. Nulla vehementior diſcordiarum eſt cauſa, quàm unius fœminæ ſpeciem à multis maribus appeti. [illegible]*b. 3. de divin. Inſt. cap. 21. in fine. pag. 130.*

32. Diſcordia atque diſſ[illegible]nſio non eſt [illegible]cundùm hominis rationem. *Ibid. lib. 6. cap. 11. in princ. pag 255*

LACT. FIRM. 33. Diſcordiis, diſſenſionibuſque turbulentis ac peſtiferis, humanæ ſocietates & publici fœderis divina conjunctio rumpitur, dirimitur, diſſipatur. *De ira Dei. cap. 23. ante fin. pag. 364.*

SALVIANUS. 34. Maxima cauſa eſt diſcordiarum, diverſitas voluntatum. *Lib. 8. de Gubern. Dei. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. edit. Colon.* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES 35. Diſſolvendæ ſtatim ſunt eorum diſcordiæ, qui multum poſſunt: omninò enim excellentium virorum diſcordiæ, totam poſt ſe trahunt civitatem. *Lib. 5. Politic. cap. 4. in princ. tom. 2.*

CICERO. 36. In tranquillo tempeſtatem adverſam optare, dementis eſt: ſubvenire autem tempeſtati quovis animo, quavis ratione, ſapientis eſt. *Lib. 1. de Offic. ante med. tom.* 4.

37. Nullus alius diſcordiarum ſolet eſſe exitus inter potentes viros, niſi aut univerſus interitus, aut victoris dominatus, aut regnum. *Orat.* 30. *de Haruſpic. reſponſis. ante fin. num.* 54. *tom.* 2.

PLATO. 38. Vitium eſt diſcordia, virtus concordia. *Tom.* 1. *Sizygia.* 1. *in dialogo Phædonis. poſt med. pag.* 93. *E.*

SENECA. 39. Vir bonus in diſſenſione vinci, quàm vincere mavult. *Lib.* 4. *de benefic. cap.* 32. *in medio pag.* 450.

40. Concordiâ parvæ res creſcunt, diſcordiâ maximæ dilabuntur. *Ep.* 94. *poſt med. pag.* 779. *tom.* 2.

Vide etiam Tit. Concordia. ſent. 29. 44. *Culpa. ſent.* 44. *Divortium. ſent.* 19. *Pax. ſent.* 64.

Diſcretio.

DEFINITIO, DIVISIO.

DEFINITIO.

S. BERNARD. DISCRETIONIS virtus eſt, qua veras à palliatis atque ſimulatis virtutibus diſcernimus. *Serm. de donis Spirit. S. cap. 5. à medio fol.* 127. *col.* 4. *lit. K.*

HUGO CARD. Diſcretio eſt, qua diſcernitur quid, quando, quomodo, & propter quid faciendum. *Sup. Prov. cap.* 12. *fol.* 46. *col.* 3. *tom.* 3.

HUGO A S. VICTORE. Diſcretio eſt adjudicandis rerum cauſis provida humanorum motuum moderatrix ratio. *De fruct. carnis & Spiritus cap.* 15. *ab initio. pag.* 162. *littera D. tom.* 2.

S. IOAN. CLIM. Diſcretio eſt vera ſuorum intimorum profectuum recognitio. *Gradu* 26. *in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 279. *col.* 1. *B.*

JOAN. GERS. Diſcretio eſt prudentia præceptiva, ſegregans, vel ſecernens à commodis omnia incommoda. *Part.* 4. *de deſcript. termin. cap. virtut. prope med. fol.* 25. *col.* 4. *lit. M.*

DIVISIO.

RICH. A SANCTO VICT. Diſcretionis gradus ſunt quinque:
- Primus, dijndicatio.
- Secundus, deliberatio.
- Tertius, diſpoſitio.
- Quartus, diſpenſatio.
- Quintus, moderatio. *Part.* 2. *ſup. Pſ.* 143. *ante med. pag.* 125. *col.* 1. *C. &* 2. *D. Profec.*

Dijudicatio diſcernit inter licitum & illicitum, deliberatio inter commodum & incommodum, diſpoſitio inter ordinatum & inordinatum, diſpenſatio inter opportunum & importunum, moderatio inter moderatum & immoderatum.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ALBERTUS MAGNUS. 1. Argumentum veræ diſcretionis habet, qui omnia facta ſua cum conſilio diſcretorum per tractat. *Part.* 1. *de Paradiſo animæ cap.* 34. *de virtutibus poſt med. pag.* 243.

S. ANTONIUS ABBAS. 2. Quamplurimos, qui ſuſtinuerunt maximum certamen in converſatione ſanctiſſima, indiſcretio interfecit. *Ep.* 2. *ad fratres. ſub finem. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 26. *col.* 2. *F. edit. Colon.* 1618.

S. AUGUSTIN. 3. Si quis ſine diſcretione fuerit, ſicut navis abſque gubernaculo, pro impetu ſuo inſtabili motu ſemper feretur. *De Amicitia. cap.* 21. *in fine pag.* 780. *littera D. tom.* 4.

V. BEDA. 4. Vera diſcretio, non niſi vera humilitate acquiritur. *In ſuis Proverb. verbo, Vera. pag.* 199. *tom.* 2.

S. BERNARD. 5. Diſcretio, quæ mater virtutum eſt, & conſummatio perfectionis, docet ne quid nimis, ut non plus nec minùs fiat. *Serm.* 3. *de circumciſ. in fine. fol.* 19. *col.* 2. *lit. F.*

6. Nihil ſic ſpiritum diſcretionis extinguit, quomodo voluntas propria, ſubvertens corda hominum, & rationis oculos claudens. *Serm.* 2. *Paſchæ circa med. fol.* 37. *col.* 3. *lit. H.*

7. Diſcretio omni virtuti ordinem ponit, ordo modum tribuit & decorem, etiam perpetuitatem. *Serm.* 49. *circa med. fol.* 173. *col.* 4. *lit. L.*

8. Diſcretio non tàm virtus eſt, quàm quædam moderatrix & auriga virtutum, ordinatrixque affectuum & morum doctrix. *Ibidem.*

9. Tolle diſcretionem, & virtus vitium erit, ipſaque affectio naturalis in perturbationem magis convertetur, exterminiumque naturæ. *Ibidem*, &c.

S. BONAVENT. 10. Prælatus indiget non modicâ diſcretione, ut ſciat inter rigorem & remiſſionem medium tenere. *De ſex alis Seraph. cap.* 7. *ante med. pag.* 90. *col.* 2. *D. tom.* 7. *part.* 3.

11. Eſto diſcretus in omnibus agendis. *In Alphabet. Relig. lect.* 18. *pag.* 529. *columna* 1. *littera C. tom.* 7. *part.* 4.

12. Eſt habenda diſcretio circa opus, & quod faciendum eſt, diſcretè fiat. *In ſpeculo diſcipl. part.* 1. *cap.* 22. *in princ. pag.* 545. *columna* 2. *littera E. tom.* 7. *part.* 4.

DIONYSIUS CARTHUS. 13. In omni actu virtuoſo, moderatrix, doctrix, & velut auriga eſſe debet diſcretio. *De profectu ſpirit. art.* 23. *in fine fol.* 168. *pag.* 2.

GLOSSA ORD. 14. Neceſſe eſt, ut non ſolùm intueamur quod agimus, ſed qua diſcretione agimus. *Sup. Hierem. cap.* 48. *col.* 873. *A. tom.* 4.

S. GREG. MAG. 15. Ubi virtus diſcretionis perditur, intentio (quæ initium virtutis habuit) finem accepit criminis. *Lib.* 3. *Moral. cap.* 9. *in titulo. col.* 70. *C. tom.* 1.

S. HIERON. 16. Nihil poteſt habere virtutis, quod indiſcretio facit. *In Regula Monachar. cap.* 36. *in fine. pag.* 337. *B. tom.* 4.

17. Virtutes diſcretionem quærunt. *Lib.* 1. *ſup. Prov. cap.* 4. *ſup. illud, Averte pedem tuum a malo. pag.* 12. *D. tom.* 7.

HUGO A S. VICTORE. 18. Summa diſcretio eſt, nolle quod non potes, providere quod neſcis. *Lib.* 2. *de clauſtro anim. cap.* 12. *ab initio. pag.* 44. *D. tom.* 2.

19. Diſcretio fræno ſui moderaminis furentes cohibet, moderatur, dirigit, & gubernat. *Serm.* 41. *de diverſ. de Purificat. B. M. ante fin. pag.* 353. *littera F. tom.* 2.

20. Tantum valet diſcretio, ut ſine ipſa & omne otium turpe ſit, & labor inutilis. *Lib.* 5. *Didaſc. cap.* 5. *poſt med. pag.* 23. *A. tom.* 3.

HUGO CARD. 21. Sine diſcretione omnis via præcipitium habet. *Sup. Prov. cap.* 16. *fol.* 36. *col.* 2. *tom.* 3.

22. Diſcretio eſſe debet ſermonis,
- In judicando.
- In ordinando.
- In orando.
- In prædicando.
- In corrigendo. *Sup. Eccleſiaſtic. cap.* 20. *in princ. fol.* 207. *col.* 1. *tom.* 3.

IOAN. CASS. 23. Diſcretio non ſolùm lucerna corporis, ſed etiam ſol nuncupatur: hæc vitæ noſtræ gubernatio, hæc con-

ſilium rectiſſimè dicitur. *Collat. 2. Abbat. Moyſis. cap. 4. in princ. pag. 331.*

IOAN. CASS. 24. Omnium virtutum generatrix, cuſtos, moderatrixque diſcretio eſt. *Ibidem, in fine. pag. 331.*

S. IOAN CLIM. 25. Diſcretio eſt in tenebris lucerna, errantium reditus, cæcutientium illuminatio. *Gradu 26. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 2. pag. 284. col. 1. B. edit. Colon.* 1618.

26. Diſcretus eſt ſanitatis inventor, morbique emendator. *Ibidem.*

S. ISIDORUS HISPALENS. 27. Prudentis viri diſcretio ſolerter proſpicit, ne bonum intemperanter agat, & de virtute in vitium tranſeat. *Lib. 2. de ſum. bono. cap. 34. ſent. 5. pag. 652. columna 2.*

28. Diſcretio Sanctorum tanta eſſe debet, ut inter bonum & malum præditi ratione dijudicent, ne eos diabolus per ſpeciem boni fallat. *Ibidem, lib. 3. cap. 5. ſent. 9. pag. 663. col. 2.*

29. Interdùm ordinata diſcretio eſt, dùm negatur proximo, quod præſtatur extraneo. *Ibidem, cap. 21. ſent. 5. pag. 674.*

30. In omni actione tene diſcretionem, in nullâ re indiſcretus appareas. *Profec.* .

31. Perſpice quid cui aptum ſit tempori:) quid, ubi, quando, qualiter, quandiu facere debeas.

32. Cauſas rerum, & temporum regulas inſpice, ſingulorum operum diſcretiones agnoſce

33. Diligenter diſtingue omnia, quæ agis: qualiter bonum incipias, qualiter citò peragas.

34. Servi unicuique virtuti congruè in tempore ſuo; cùm benè diſtinxeris opus tuum, optimè intùs eris.

35. Quidquid cum diſcretione feceris, virtus eſt: quidquid ſine diſcretione geſſeris, vitium eſt.

36. Virtus enim indiſcreta, pro vitio deputatur: virtus ſine diſcretione, vitii obtinet locum. *Lib. 2. de ſynonim. cap. 16. ante medium. pagina 320. columna 2.*

LACT. FIRM. 37. Quis diſcernere bonum & malum, pravum & rectum poterit, niſi qui ſapiens fuerit? *De ira Dei. cap. Nam. circa med. pag. 396.*

LUDOV. BLOS. 38. Rationis judicium, & ſanctæ diſcretionis moderamen ubique ſequatur. *Lib. 1. Enchirid. parvulor. Document. 12. ante med.*

S. NILUS. 39. Virtutis omnis fons, ac radix & caput, atque vinculum, eſt diſcretio. *Orat. 8. de ſuperb. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2.*

PETRUS BLESSENS. 40. Diſcretio inter amicos plurimùm neceſſaria eſt. *Profec.*

41. Sicut enim navis ſine remige, ſic ſpiritus amicorum ſine diſcretione. *De Amicit. cap. 16. in princ. apud Bibl. tom. 12. part. 2. pag. 973. col. 1. C. edit. Colon.* 1618.

S PETRUS DAMIANUS. 42. Ille ſcit rectè diſcernere, qui virtutem novit à vitio ſeparare: qui autem cum zizaniis ſimul etiam triticum eradicat, hic proculdubio vim diſcretionis ignorat. *Opuſc. 12. cap. 11. circa med. pag. 497. col. 1. C. tom. 3.*

RICH A S. VICTORE. 43. Qui diſcretione caret, pauper eſt. *Part. 1. lib. 2. de erudit. hom. inter. cap. 38. ante fin. pag. 155. col. 1. B.*

44. Citò magnum periculum incurritur, ſi timor per diſcretionem non moderatur. *Part. 1. de Benjamin minore. cap. 65. in calce. pag. 214. col. 2. B.*

45. Quis neſciat vera bona animi ſine diſcretione nec poſſe acquiri, nec poſſe conſervari? *Profec.*

46. Meritò ergo diſcretio ſingulariter diligitur, ſine qua nulla virtus conquiritur, nulla conſummatur, nulla conſervatur. *Ibidem, cap. 67. in princ. pag. 215. col. 1. A.*

47. Diſcretio cuſtos, non corruptrix eſſe ſolet internæ puritatis. *Ibid. cap. 68. in medio. pag. 215. col. 2. D.*

48. Niſi per diſcretionem, virtutum damna animus nec cognoſcit, nec corrigit. *Ibid. cap. 68. circa med. pag. 216. col. 1. A.*

RICHARDUS A S. VICTORE. 49. Quantò crebrioribus periculis exercemur, tantò perfectiùs ad diſcretionem erudimur; & ſæpè aliarum virtutum damna, diſcretionis ſunt lucra. *Ibid. cap. 68. poſt med. pag. 215. col. 1. A.*

THOMAS A KEMPIS. 50. Quidquid modum excedit, & diſcretionem non tenet, nec Deo placet, nec diu durare ſolet. *De diſcipl. Clauſtr. cap. 9. ſect. 2. tom. 2.*

Diſpenſatio.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

ETYMOLOGIA.

S. BONAVENT. DISPENSARE dicitur, quaſi diverſa penſare. *Sup. 4. ſent. diſt. 19. dubio. 6. pag. 257. col. 1. D. tom. 5.*

DEFINITIO.

S. BONAVENT. Diſpenſatio eſt juris relaxatio facta cum cauſæ cognitione ab eo, qui jus habet diſpenſandi. *Ibidem.* .

HUGO CARD. Diſpenſatio eſt qua ordinatur res in ſuo loco, & tempore, ſecundùm quod videtur expedire rei quæ diſpenſatione indiget. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 1. fol. 10. col 4. tom. 7.*

RICHARD. A S. VICTORE. Diſpenſatio eſt, quæ ſupervenienti occaſioni cedit, & humanæ infirmitati conſulens, humanam diſpoſitionem divinæ diſpoſitioni reſultare non permittit. *Part. 2. ſup. Pſ. 143. ante medium. pag. 125. columna. 2. littera D.*

S. THOMAS AQUINAS. Diſpenſatio eſt quædam commenſurata diſtributio, vel applicatio communis alicujus ad ea quæ ſub ipſo continentur. 2. 2. *Quæſt.* 88. *art. 10. in corpore. pag. 167. col. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Melius eſt mercedis præmium, quàm diſpenſationis obſequium. *Lib. 5. Ep. 20. ad Horontian. in medio col. 547. A. tom. 3.*

S. AUGUST. 2. Multa ſecundùm veniam relaxantur infirmitati, quamvis ſinceriſſimæ nequaquàm placeant veritati. *Contra mendacium cap. 19. poſt medium. pag. 37. B. tom 4.*

S. BERNARD. 3. Fidelis reverà famulus es, ſi de multa gloria Domini tui, etſi non exeunte ex te, tamen tranſeunte per te, nil tuis manibus adhærere contingat. *Serm. 13. ſup. Cant. ante med. fol. 142. col. 4. lit. L.*

4. Ratio diſpenſationis in præceptis, eſt evidens neceſſitas, vel communis utilitas. *Profec.*

5. Ubi autem neceſſitas urget, excuſabilis diſpenſatio eſt: ubi utilitas communis provocat, diſpenſatio laudabilis eſt cùm nihil horum eſt, non planè fidelis diſpenſatio, ſed crudelis diſſipatio eſt. *Lib. 3. de Conſid. ad Eugen. Pap. poſt med. fol. 279. col. 4. lit. M.*

6. Abſque neceſſitate remiſſio voti, non diſpenſatio, ſed prævaricatio eſt. *De precepto & diſpenſ. ante med. fol. 290. col. 4. lit. M.* .

7. Indulgentiæ ſuo judicio non ſunt admittendæ, nec tamen recuſandæ ſunt alieno. *Part. 2. ſpeculi diſcipl. ad Novit. cap. 2. in princ.*

DIONYSIUS CARTHUS. 8. Tenuitas victus & veſtitus, ita ſunt de eſſentia Religionis, quò ſuper ea non cadit diſpenſatio. *De profeſſ. Monaſt. art. 11. poſt med.*

GLOSS. ORD. 9. Non ſunt diſpenſatores, ſed prodigi extirpatores, qui tollunt panem filiorum, & mittunt canibus. *Sup. Matth. cap. 7. col. 146. D. tom. 5.*

10. Qui temporalia, quæ poſſidet, non benè diſpenſat, æternorum ſibi gloriam, de qua tumet, evacuat. *Ibid.*

11. Si carnales divitias, quæ labuntur, non benè diſpenſatis, veras & æternas quis dabit vobis? *Ibidem.*

S. GREG MAG. 12. In rebus temporalibus diſpenſandis quantò eſt cura diſtenſior, eò nobis multipliciùs inimicus inſidiatur. *Profec.*

13. Omnis

S. GREGORIUS MAGNUS. 13. Omnis enim qui diſpenſandis terrenis rebus præſidet, occulti hoſtis jaculis latiùs patet. *Lib. 2. Moral. cap. 26 in princ. col. 54. B. tom. 1.*

14. Recta mens cùm curas diſpenſationis ſuſcipit, quid ſibi, quid proximis debeat, attendit. *Ibidem, cap. 26. ante fin. col. 55. A.*

15. Piæ diſpenſationi nequaquàm ſe gloria vitæ præſentis admiſceat: ſed opus rectitudinis appetitionem ignoret favoris. *Part. 3. Paſtor. cap. 1. Admonit. 21. ante med. col. 1287. B. tom. 1.*

16. Monſtrat quàm benè diſpenſet propria, qui fideliter adminiſtrat aliena. *Lib. 2. in Regiſtro. Indict. 11. cap. 72. Ep. 33. ad Dinamium. in princ. col. 727. D.*

S. HIERONYM. 17. Optimus diſpenſator eſt, qui ſibi nihil reſervat. *Tom. 1. Ep. 2. ad Nepotian. in fine.*

HUGO A S. VICTORE. 18 Quod ſine culpa fieri non poteſt, abſque diſpenſatione faciendum non eſt. *Profec.*

19. Etſi cùm aliquando conceditur, ipſum malum non eſt: indulgentiâ enim eget, quia non ſine malo eſt. *Lib. 1. Miſcellan. codic. 1. tit. 153. pag. 101. F. tom. 3.*

HUGO CARD. 20. Indiſcretio diſpenſationis non fiat occaſio diſſolutionis, ne medela modum excedat. *Sup. Cant. cap. 8. fol. 138. col. 3 tom. 3.*

JOAN. GERS. 21. In diſpenſando debet quiſque duplicem oculum aſſumere: unum, quo commune bonum; alium, quo particularem profectum conſideret. *De Religion. perfect. Conſid. 14. fol. 249 col. 3. H. part. 3.*

22 Factâ monacho diſpenſatione voti, deſinit eſſe monachus. *In dialogo de caſtit. Eccleſiaſticor. Act. 4. ante fin. part. 2.*

JOAN. TRITH. 23. Diſpenſationem niſi Deus approbet, te minimè excuſabit. *De Ruina monaſt. Ord. cap. 4. longè poſt init. pag. 815. col. 1.*

24. Quid proderit in judicio hîc temere præſumpta diſpenſatio, quam nec probare licebit teſtimonio, nec jure defendere? *Ibidem, longè ante med. pag. 816. col. 2.*

25. Quid mihi diſpenſationem allegas? putaſne ſummi Pontificis authoritate iram Dei te poſſe effugere? *Prof*

26 Audeo dicere: nihil tibi proderit diſpenſatio Papæ, ſi fraude, ſi dolo, ſi mendacio, ſi injuſtè fuerit impetrata. *Ibidem.*

27. Ad diſpenſationem, ut juſta ſit, quatuor requiruntur: ſine quibus diſpenſatio te minimè ſalvabit.

Neceſſitas.	Sit neceſſitas evidens & manifeſta
Congruitas.	Sit congruentia vera.
Utilitas.	Sit utilitas non privata, ſed publica.
Honeſtas.	Sit honeſtas non ficta, ſed propria: alioquin diſpenſatio erit injuſta. *Ibidem*, &c.

28. Non ſalvabit te diſpenſatio, quam fraude poſtulas, mendacio narras, importunis ſupplicationibus extorques. *Ibid. ante med. pag. 8 8. col. 1.*

29. Licita diſpenſatione non indigent: ſin autem illicitum eſt, quia licitum faciet? diſpenſatio? vehementer dubito. *Ibidem, poſt med. pag. 821. col. 1.*

30. In his quæ ſunt de jure poſitivo, diſpenſatio licitum facit, quod alioquin non licuit, ſi cauſa rationabilis id expoſcat *Ibid. poſt med. pag. 821. col. 2.*

31. Non diſpenſatio faciet licitum, quæ falſis narrationibus fuerit impetrata: ſi non adſit in ſupplicatione neceſſitas, in intentione ſupplicantis integritas, in uſu diſpenſationis honeſtas. *Profec.*

32. Quando autem cauſa narrationis falſa eſt, diſpenſatio non liberat, ſed damnat impetrantem. *Ibidem, poſt med. pag. 823. col. 1.*

ORIGENES 33. Non ad diſpenſantem culpa reflectitur, ubi digna diſpenſatorum meritis providentur. *Hom. 16. in cap. 47. Geneſ. poſt init. tom. 1.*

34. Non eſt in præcepto Domini diſpenſatio admittenda. *Ep. 90. ad Gulielm. Abbat. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 11. part. 2. pag. 774. col. 2. G. edit. Colon. 1618.* PETRUS BLESENS.

35. Nihil diſpenſes de ordine ſine recompenſatione, aut cogente neceſſitate. *Serm. 31. de S. Auguſtino. in fine. pag. 886. col. 2. G. apud Bibl. Patr. &c.*

36. Sunt quæ diſpenſare pro velle juxtà rationem poſſumus, ſunt & alia, quæ non ut ſtatuta ſunt, diſpenſare nec poſſumus, nec debemus. *Lib. 6. Ep. 27. ad Eugen. Pap. ante finem.* S. PETRUS MAURITIUS ABBAS CLUN.

37. Uſurpata abſolutio, damnationem parit. *Lib. 4. ad Eccleſ. Catholic. ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 382. col. 1. A. edit. Colon. 1618.* SALVIANUS.

38. Infidelis eſt diſpenſans, ſi non habet intentionem ad bonum commune: imprudens autem, ſi rationem diſpenſandi ignoret. *1. 2. Quæſt. 97. art. 4. in fine corp.* S. THOMAS AQUINAS.

39. Diſpenſatio non debet fieri in præjudicium boni communis; ſed eâ intentione, ut ad bonum commune proficiat *Ibidem, &c. ad 1.*

40. Omnis diſpenſatio à prælato petita, debet fieri ad honorem Chriſti, in cujus perſona diſpenſat. *2. 2. Quæſt. 88. art. 12. in fine corporis.*

41. Magis convenit cum imperfectis & novitiis, in jejuniis diſpenſare, quàm cum antiquioribus & perfectis. *Ibidem, Quæſt. 147. art. 4. in corp. ad 5.*

42. Sicut Papa non poteſt diſpenſare, ut aliquis ſine baptiſmo ſalvetur: ita nec quòd ſalvetur ſine confeſſione. *Part. 3. ſupplementi. Quæſt. 6. art. 6. in corpore.*

Diſplicere.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN.

1. Chriſtus.
- Diſplicet avaris, quia non aureum corpus habuit.
- Diſplicet impudicis, quia ex fœmina natus eſt; multùm enim oderunt impudici, quòd concipiunt & pariunt fœminæ.
- Diſplicet ſuperbis, quia contumelias patienter pertulit.
- Diſplicet delicatis, quia cruciatus eſt.
- Diſplicet timidis, quia mortuus eſt. *De Agone Chriſt. cap. 11. poſt init. tom. 3.*

2. Propter hoc renaſcimur, ut Deo placeamus, cui meritò diſplicet quod naſcendo contraximus. *In Enchirid. cap. 76 poſt init. tom. 3.*

3. Si placent corpora, Deum ex illis lauda; ne in his quæ tibi placent, tu diſpliceas. *Lib. 4. Conf. cap. 11. in fine tom. 1.*

4. Non eſt ſanitas eis, quibus diſplicet aliquid creaturæ tuæ. *Ibid lib. 7. cap. 14. in princ.*

5. Gemitus meus teſtis eſt, diſplicere me mihi. *Ibid. lib. 10. cap. 2. circa init.*

6. Cùm malus ſum nihil eſt aliud confiteri tibi, quàm diſplicere mihi. *Ibidem, in medio.*

7. Sibi placentes, multùm tibi diſplicent. *Ibidem, cap. 39. circa med.*

8. Perfecto diſplicet rerum imperfectio. *Ibid. lib. 13. cap. 4. ante medium. tom. 1.*

9. Eſt hoc erroris proprium, ut quod cuique diſplicet, hoc etiam Deo diſplicere arbitretur. *Lib. 2. de Geneſi contra Manich. cap. 16. ante finem tom 1.*

10. Quantò magis nobis diſplicet vitium, tantò minùs volumus inemendatum interire vitioſum. *Ep. 54. circa init. tom. 2.*

11. Non vobis diſpliceat quòd rogamini à bonis, quia nec bonis diſplicet quòd timemini à malis. *Ibid. poſt med.*

12. Qui ad horam contriſtatur, nec timet diſplicere hominibus, quia corripitur; ſed timet diſplicere Deo, quia non corrigitur. *Epiſt. 87. poſt medium, tom. 2.*

S. AUGUSTIN. 13. Non ita diſplicet aliis ſermo tuus, ut diſplicet tibi. *De Catechiz. rud. cap. 2. poſt med. tom. 4.*

14. Quando diabolo placemus, diſplicemus Deo. *Annot. in Iob. cap. 31. poſt init. tom. 4.*

15. Bonis vita malorum diſplicet. *Lib. 1. de Civit. Dei cap. 9. ante med. tom. 5.*

16. Homo plus intendere in ea debet, in quibus ſibi diſplicet, quàm in ea, quæ non tàm ipſi, quàm veritati placent. *Ibidem, lib. 5. cap. 20. in fine.*

17. Cui diſplicet Deus qui fecit mundum, cur non diſplicet Deus per quem factus eſt mundus? *Lib. 1. contra adverſ. legis. cap. 3. in fine tom. 6.*

18. Legis juſtitia eſt jubere quod Deo placet, vetare quod diſplicet. *Lib. 3. ad Bonifac. cap. 7. poſt med. tom. 7.*

19. Dolor quo ſibi diſplicet homo quando ſentit correptionis aculeum, excitat eum in majoris orationis affectum. *De corrept. & grat. cap. 5. poſt initium. tom. 7.*

20. Cùm cœperit tibi diſplicere quod feciſti, indè incipiunt bona opera tua, quia accuſas mala opera tua. *Tract. 12. ſup. Ioan. longè ante fin. tom. 9.*

21. Quæ gravior offenſio, quàm ut ſuperbiâ illi diſpliceas, qui propter te ſuperbis diſplicuit? *De ſancta Virgin. cap. 38. poſt initium pag. 573. littera B. tom. 6.*

22. Hoc ipſum quod tibi diſplicuit peccatum tuum, non tibi diſpliceret, niſi Deus tibi luceret. *Tract. 12. ſup. Ioan. longè ante fin. tom. 6.*

23. Non Deus erit major, quia placet tibi: ſed tu minor, ſi diſplicet tibi. *Ibidem, Tract. 18. circa initium.*

24. Diſplicentes amati ſumus, ut eſſet in nobis undè placeremus. *Ibidem, Tract. 102. ante finem.*

25. Si de infirmitate vitæ ſurrepſerit peccatum, continuò diſpliceat, & ſecurus ad judicem venies. *Tract. 1. ſup. Ep. Ioan. circa med. tom. 9.*

S. BERNARD. 26. Anima quò ſibi plus diſplicet in malo, quod in ſe videt, eò ſe ardentiùs ad bonum, quod æquè in ſe conſpicit, trahit. *Serm. 82. ſup. Cant. ante fin. fol. 201. col. 1. A.*

27. Qui ſibi diſplicet, Deo placet. *De Inter. domo, cap. 28. in fine fol. 328. col. 2. E.*

28. Cum vides aliquid quod tibi diſplicet, vide ſi hoc eſt in te, & abſcinde: ſi verò vides aliquid quod tibi placet, vide ſi hoc eſt in te, & tene, ſi non eſt, aſſume. *In notabili documento ante med. fol. 340. col. 2. littera E.*

29. Totus diſpliceas tibi, ut totus poſſis placere ei, qui eſt ſummus, verus & ſolus Deus: cui nemo placet, niſi qui ſibimetipſi diſplicet: & nemo ei diſplicet, niſi qui ſibimetipſi placet. *Serm. de miſeria humana ante med. fol. 102. col. 4. lit. K.*

30. Verè ille eſt fœlix, & æterna felicitate dignus, qui diſplicet ſibi, ut placeat Creatori ſuo. *Serm. 15. de Cœna Dom. fol. 119. col. 1. lit. A.*

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 31. Servo Dei nulla res debet diſplicere, præter peccatum. *In ſuis opuſc. In admonit. ad fratres. cap. 15. pag. 76. tom. 1.*

S. GREG MAG. 32. Quantò quiſque ſe minùs videt, tantò minùs ſibi diſplicet. *Lib. 35. Moral. cap. 5. in princ. col. 1200. B. tom. 1.*

33. Magna eſt conſolatio in eo quod diſplicet, quòd illo ordinante erga nos agitur, cui nonniſi juſtum placet. *Ibidem, lib. 2. cap. 13. in medio. num. 18. col. 38. B.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 34. Quod carni placet, animæ diſplicet: & quod animæ placet, carni diſplicet. *Hom. 53. ſup. Matth. oper. imp. poſt med. col. 830. D. tom. 2.*

LACT. FIRM. 35. Neceſſe eſt bono ac juſto diſplicere quæ prava ſunt: & cui malum diſplicet, moveri juſtitiæ zelo, cùm id fieri videat. *De Ira Dei. cap. 17. in fine, pagina 356.*

S. PAULINUS. 36. Beata eſſet noſtra conditio, ſi æquè Deo ut hominibus vel diſplicere timeremus, vel curaremus placere. *Ep. ad Alethium Epiſc. ante medium. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 193. col. 2. G. edit. Coloniæ 1618.*

THOMAS A KEMPIS. 37. Deo ſæpè diſplicet, quod hominibus placet. *Lib. 1. de Imit. Chriſt. cap. 7. ſect. 3. tom. 2.*

S. VALERIAN. EPISCOPUS. 38. Diſcat priùs diſplicere ſeculo, qui placere vult Chriſto. *Hom. 17. de bono Martyrii ſtatim à medio, apud Bibl. Patr. tom. 5. pag. 495. columna 2. F. edit. Colon. 1618.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SENECA. 39. Nulla major pœna nequitiæ eſt, quàm quod ſibi ac ſuis diſplicet. *Epiſt. 42. ab initio. pagina 596. tom. 2.*

Vide etiam Tit. Delicia. ſent. 14. Placere. ſent. 8. 17. 24. 27. 30. 48. 51. 56. 65. Viſum. ſent. 32.

Diſputatio.

DEFINITIO.

COLLECTOR. DISPUTATIO eſt actus ſyllogiſticus unius ad alterum, ad propoſitum oſtendendum.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Diſputatio ſine ira, ſuavitas ſine amaritudine ſit. *Lib. 1. Offic. cap. 22. in medio. columna 15. littera B. tom. 1.*

S. AUGUSTIN. 2. Meliores ſunt fabulæ, quàm diſputationes. *Lib. 3. Conf. cap. 6. ante finem. pag. 61. A. tom. 1.*

3. Vix quiſquam invenitur, quem non pudeat convinci diſputantem. *Lib. 2. Soliloq. cap. 7. in fine pag. 372. C. tom. 1.*

4. Aufer litem, & revoca pacem, ne tibi pereat homo amicus, & de te gaudeat diabolus inimicus. *Epiſt. 75. ad Auxilium Epiſc. in fine pag. 221. littera B. tom. 2.*

5. Non inutiliter exercentur ingenia, ſi adhibeatur diſceptatio moderata. *In Enchiridio cap. 59. in fine pag. 122. C. tom. 3.*

6. Tantò fortius convincuntur hæretici, quantò plures exitus patent ad eorum laqueos evitandos. *Lib. 1. de Trinit. cap. 13. in fine, pagina 184. littera C. tom. 3.*

7. Gratanter ſuſcipit oculum columbinum, pulcherrima & modeſtiſſima charitas. *Profec.*

8. Dentem caninum vel evitat cautiſſima humilitas, vel retundit ſolidiſſima veritas. *Lib. 2. de Trinit. poſt med. proœmii pag. 184. D. tom. 3.*

9. Melius eſt dubitare de occultis, quàm litigare de incertis. *Lib. 8. de Geneſi ad litt. cap. 5. poſt init. pag. 433. A. tom. 3.*

10. Turpe eſt diſputantibus in verborum quæſtione immorari, cùm certamen nullum de rebus remanſerit. *Lib. 2. contra Academicos. cap. 11. circa med. pag. 304. C. tom. 1.*

11. Cùm de re conſtat, propter quam verba dicuntur, de verbis non debet contendi. *Ibidem, lib. 3. cap. 13. circa med. pag. 315. A. tom. 1.*

12. In ſcripturis ſacris bonorum vita, non diſputationum ambagibus, ſed myſteriorum authoritate facillimè purgatur. *Lib. 2. de Ordine cap. 9. in fine. pag. 339. A. tom. 1.*

13. Tanta eſt pernicies animorum, qui cùm vincere homines volunt, ab errore convincuntur. *Contra Adimantum cap. 28. in fine pag. 146. littera C. tom. 6.*

14. Diſputare non amant hæretici, ſed quoquo modo ſuperare impudentiſſimâ pervicaciâ, ut congregent quæ non pepererunt, Chriſtianos ſcilicet, quos

maximè ſub Chriſti nomine ſeducunt. *Lib. 13. contra Fauſtum cap. 12. circa med. pag. 198. D. tom. 6.*

S. AUGUSTIN.

15. Qui verus diſputator eſt veritatis, à falſitate diſcretor eſt. *Lib. 1. contra Creſconium cap. 15. in princ. pag. 142. D. tom. 7.*

16. Ubi de re obſcuriſſima diſputatur, non adjuvantibus divinarum ſcripturarum certis clariſque documentis, cohibere ſe debet humana præſumptio, nihil faciens in partem alteram declinando. *Lib. 2. de peccat. meritis & remiſſione cap. 36. in fine pag. 485. B. tom. 7.*

17. Diſputationes tunc fructuoſæ ſunt diſputantibus, ſi non ibi conſiderentur, niſi viæ Domini. *Sup. Pſ. 118. Conc. 6. ſup. illud, Et conſiderabo vias tuas. pag. 919. B. tom. 8.*

18. Ubi multum laboraturus eſt diſputator, non remiſſus debet eſſe auditor. *Tract. 63. ſup. Evang. Ioan. de cap. 13. ante med. pag. 279. tom. 9.*

19. Quod ſimpliciter prædicatur, credendum eſt: quod ſubtiliter diſputatur, intelligendum. *De verb. Dom. ſerm. 51. in princ. pag. 134. D. tom. 10.*

20. Sit veritas in pugna, ut acquiratur ſecuritas in victoria. *De verbis Apoſtoli ſerm. 3. poſt med. pag. 176. C. tom. 10.*

21. In rebus incomprehenſibilibus exempla non ſuppetunt diſputanti. *Contra Felician. cap. 3. poſt med. tom. 6.*

22. Divino intonante præcepto obediendum eſt, non diſputandum. *Lib. 16. de Civ. Dei cap. 32. poſt init. tom. 5.*

23. Celeritas intelligendi, & diſputandi acumen, donum Dei eſt. *Lib. 4. Conf. cap. 16. in medio tom. 1.*

24. Dementia eſt diſputationes ſuas rationi tribuere, & actiones ſuas caſibus ſubjugare. *De continentia cap. 5. ante finem tom. 4.*

25. In collatione diſputationis, hoc cavendum eſt, ne prorumpatur in litem. *Lib. 4. contra Creſcon. cap. 3. ante med. tom. 7.*

V. BEDA.

26. Sufficit unicuique ſic diſputare, ut intelligatur. *In ſuis Proverbiis verbo Sufficit. pag. 198. tom. 2.*

S. BONAVENT.

27. Si reſiſtentiæ incidant verba, cedendum eſt continuò reſiſtenti. *In ſpeculo diſcipl. part. 1. cap. 20. ante fin. pag. 544. col. 2. E. tom. 7.*

28. Inter Dei ſervos collatio, non altercatio debet eſſe. *Ibidem.*

S. CLEMENS PAPA.

29. Nihil gravius eſt, quàm ſi quis defendat verum eſſe, quod falſum eſt. *Lib. 5. Recognit. poſt init. fol. 93. pag. 2.*

S. CYRILLUS HIEROSOL.

30. Salus ipſa fidei noſtræ non ex commentitia diſputatione, ſed ex demonſtratione divinarum ſcripturarum eſt. *Catheſ. 4. de Spiritu ſancto in fine. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 405. columna 1. littera B. editionis Coloniæ.* 1618.

FRANCISCUS TITELM.

31. Nihil perículoſius eſſe poteſt, quàm ſimplices cum illis diſputatione contendere, qui pro ſui ingenii pravitate & aſtutiâ ſimul & exercitatione, longè in ſuis vanitatibus parati ſunt ad impugnandam validè admodùm veritatem. *In Annot. ſup. Pſ. 37. ante fin. pag. 332.*

S. FULGENT.

32. Quid poteſt abſurdius dici, quàm ut eum de Deo quis diſputat, nonniſi de craſſioribus tantùm corporibus documenta diſputationis aſſumat? *Lib. 2. ad Monimum. cap. 2. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 6 part. 1. pag. 28. col. 1. edit. Colon.* 1618.

S. GAUDENT.

33. Deſinamus fide neglectâ, contumelioſis quæſtionibus divinum pulſare myſterium. *Tract. 14. ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 4. edit. Coloniæ* 1618.

GLOSSA ORD.

34. Non omnium eſt de Deo diſputare, ſed eorum qui nihil fœmineum, nihil fluxum in cogitationibus vel operibus habent. *Profec.*

35. De Deo diſputare præſumere non debemus, dùm per ſingulares phantaſias, à maſculorum dignitate declinamus. *Sup. Levitic. cap. 6. col. 953. B. tom. 1.*

36. Diſputando de Deo, id eſt, theologizando, ſufficit nobis tantùm tangere: qui enim vult calefieri, ſi manum in ignem miſerit, pro calefactione aduſtionem ſuſtinebit. *Ibidem.*

GLOSS. ORDIN.

37. Sicut qui multa cogitat, ipſa frequenter ſomniat: ſic in ſtultitiam recidit, qui ultra ſe de Deo diſputat. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 5. in princ. col. 1777. lit. A. tom. 3.*

GLOSS. INT.

38. De verbis Domini humano ſenſu argumentari, ſacrilegium eſt. *Sup. Hierem. cap. 31. fol. 1793. littera A. tom. 4.*

S. GREG. MAG.

39. Jurgantium controverſias celeri ſententia terminare, & æquitati proculdubio convenit, & rigori. *Lib. 2. in Regiſtro. Ind. 10. cap. 28. Ep. 28. ad Ioan. Epiſc. Ravennat. in princ. col. 760. B. tom. 2.*

S. GREG. NAZ.

40. Rixoſæ diſputationes pugna jucunda non eſt hominibus piis, ut quibus adverſarius unus, nempè diabolus, negotii ſatis exhibeat. *Lib. 3. de Theologia. ſub finem. pag. 259.*

HESYCHIUS.

41. Qui profundiùs, vel altiùs de Deo diſputare præſumit, pro eo quò glorioſius quid vult oſtendere, in blaſphemiam cadit. *Lib. 2. ſup. Levitic. cap. 1. ante medium. apud Bibl. Patr. tom. 7. edit. Colonia* 1618.

S. HIERON.

42. Nunquàm de forma mulierum diſputes. *Tom. 1. Ep. 2. ad Nepotian. ante finem pag. 16. D.*

43. Nihil tàm facile, quàm otioſum & dormientem de aliorum labore & vigiliis diſputare. *Lib. 1. ſup. Michæam. cap. 2. ſup. illud, Ne loquamini, &c. pag. 241. C. tom. 6.*

HUGO CARD.

44. Optimus diſputator eſt, qui ibi benè reſpondet, ubi multis concluditur. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 8. fol. 93. col. 2. tom. 3.*

45. Multa mala oriuntur ex diſputationibus curioſis. *Sup. 1. ad Tim. 6. fol. 219. col. 4. tom. 7.*

46. In diſputando homines, qui volunt ſe oſtentare, invident aliis quando ſuperantur. *Ibidem.*

S. JOANNES CHRYSOST.

47. Rationibus divina velle diſcutere, blaſphemia eſt. *Hom. 5. ſup. 1. Timot. poſt med. col. 1457. lit. A. tom. 4.*

48. Ubi certant facta cum dictis, dimicat doctrina cum factis. *Hom. 11. ex variis in Matth. locis, ante med. col. 1167. B. tom. 2.*

49. In diſputationibus de rebus divinis, ſolis illis debetur corona, qui ſe rei magnitudine victos ingenuè fatentur. *Hom. in dictum Apoſt. Cùm ſubjecta fuerint, &c. in princ. col. 986. D. tom. 3.*

IOAN. TRITH.

50. Stulta eſt rei decertatio, quæ ex laude pendet aliena. *Lib. 2. de vir. illuſtr. Ord.* S. *Bened. cap.* 144. *circa med. pag. 61. col. 1.*

51. Melior eſt, qui pauca novit, & multa facit: quàm qui plura diſputat, & minus opere implet. *In cap. 4. Regula S. Bened. verbo Sacrat. ſub finem. pag. 302. col. 1.*

S. ISID. HISP.

52. Tunc clariùs manifeſtatur veritatis aſſertio, quando patuerit quælibet diſſenſio. *Lib. 1. de ſum. bono. cap. 16. ſent. 5. pag. 628. col. 2.*

53. In diſputatione cavenda eſt propoſitionum artificioſa ſubtilitas, quæ callidis objectionibus retia tendit. *Profec.*

54. Ita enim verſutis aſſertionibus pravorum diſputatio innodatur, ut recta eſſe ſimulent, quæ perverſa perſuadent. *Lib. 3. de ſum. bono. cap. 14. ſent. 6. pag. 671. col. 1.*

55. In diſputatione tolle certamen, tolle pertinacem vincendi defenſionem: cede citò veritati, non contradicas juſtitiæ, non contendas evacuare quod rectum eſt. *Profec.*

56. Jure, non fraude contende: nec te peritiorem aliis judices, nec te ad diſputationes contrarias præpares, nec ut vincas oppugnare coneris. *Lib. 2. de ſynonim. cap. 15. ante med. pag. 320. col. 1.*

57. In omni diſputatione tene rationem; plus dilige audire, quàm docere; plus auſcultare, quàm loqui. *Ibidem, in medio, &c.*

LACT. FIRM.

58. Turpe eſt hominem ingenioſum dicere id, quod ſi neges, probare non poſſit. *Lib. 3. de divin. Inſt. cap. 29. ante med. pag. 141.*

ORIGANES. 60. Neque ea tantùm periculoſa ſunt, quæ falſa de Deo dicuntur; ſed etiam quæ vera ſunt, & non opportunè proferuntur, diſputanti periculum generant. *Hom. 1. in cap. 12. Ezechiel. ante finem. tom. 1.*

PETRUS BLES. 61. Fortior eſt diſputatio in contradictione, & contrarietate operum, quàm verborum. *Ep. 52. ad Ganfrid. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 750. col. 2. G. edit. Colon.* 1618.

62. Propter diſputationes illicitas & incautas, virulenta hæreſum ſeges circumquaque ſilveſcit. *Ibidem, contra perfid. Iudaor. cap. 1. in princ. pag. 949. columna 1. D.*

63. Abſurdum eſt de Trinitate in triviis diſputare, & æternam Filii genituram in materiam ſcandali, & in arenam publicæ diſputationis extrudere. *Profec.*

64. Ideò Juſtinianus Chriſtianiſſimus Imperator generali ſanctione conſtituit, ne de ſumma Trinitate & fide catholica diſputetur.

65. Diſputatio enim corporis & ſanguinis Chriſti, & de cæteris fidei noſtræ articulis plena diſcrimine eſt. *Ibidem, ut ante.*

66. Noli cum Judæo vel hæretico diſputare, ſi enim in theatrum pugnæ vulgaris ſolus & inermis introeas, imminet tibi periculum, ſi ſuccumbas. *Ibidem, ante med. pag. 949. col. 2. E.*

PHILO JUD. 67. Tu quiſquis es, noli unquàm cum malis contendere, in quo victor victo fit deterior. *De Agricult. poſt med. pag.* 287. *tom.* 1.

S. THOMAS AQUINAS. 68. Publicè diſputare cum infidelibus, coram fidelibus idiotis & ſimplicibus, dubitando de fide, peccatum eſt. *Profec.*

69. At diſputare de fide ad exercitium, vel ad errores confutandos, coram tamen ſapientibus, vel confirmatione fidei egentibus, laudabile eſt. 2. 2. *Quaſt.* 10. *art. 7. in princ. corporis.*

70. Non debet diſputari de his, quæ ſunt fidei, quaſi de eis dubitando: ſed propter veritatem manifeſtandam, & errores confutandos. *Ibidem, &c. ad* 3.

71. Ad hoc debet tendere Chriſtiani diſputatoris intentio in articulis fidei, non ut fidem probet, ſed ut fidem defendat. *Contra Gracos & Armenos. cap. 2. poſt med. tom.* 2.

THOMAS À KEMPIS. 72. Caveas diſputare de altis materiis, & de occultis Dei judiciis: iſta omnem humanam facultatem excedunt, nec ad inveſtigandum judicium divinùm ulla ratio prævalet vel diſputatio. *Lib. 3. de Imit. Chriſt. cap. 58. in princ. tom. 2.*

73. Taceant carnales & animales homines de Sanctorum ſtatu diſſerere, qui non norunt niſi privata gaudia diligere. *Ibidem, cap. 58. ſect.* 5.

S. ZENO EPISCOPUS ET MART. 74. De eo, quod modum humani ſenſus excedit, diſputare devita. *Serm. de fide. in fine. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colon.* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CATO POETA. 75. Contra verboſos noli contendere verbis,
Sermo datur cunctis, animi ſapientia paucis.
Lib. 1. Diſtichor. metr. 19.

76. Vincere cùm poſſis, interdùm cede ſodali;
Obſequio quoniam dulces retinentur amici.
Ibidem, metr. 66.

CICERO. 77. Non tàm authoritatis in diſputando, quàm rationis momenta quærenda ſunt. *Lib. 1. de natura Deorum, poſt init. num. 10. tom.* 4.

78. Acutè diſputantis illud eſt, non quid quiſque dicat, ſed quid cuique dicendum ſit videre. *Lib. 5. Tuſc. quaſt. poſt med. tom.* 4.

MIMUS PUBL. 79. Nimium altercando, veritas amittitur. *In ſuis ſent. ſent.* 261.

PLINIUS II. 80. Diſputatio decens eſt cum docto homine & perito; cui nihil aquè ut brevitas placet. *Lib. 1. Ep. 20. ad Cornel. Tacit. in princ. pag.* 31.

SENECA. 81. Vir bonus in diſſenſione vinci, quàm vincere mavult. *Libro 4. de Benefic. cap. 32. in medio, pagina* 450.

Vide etiam tit. Advocatus. ſent. 15. Arrogantia. ſent. 11. Blaſphemia. ſent. 28. Deus. ſent. 85. Eloquentia. ſent. 11. Fides. ſent 178. Meritum. ſent. 51. Philoſophia. ſent. 62. Remedium. ſentent. 22. Trinitas. ſentent. 89. Verbum. ſentent. 45.

Diſſimulatio.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. FORTIS eſt viri non diſſimulare, cùm aliquid immineat. *Lib. 1. Offic. cap. 38. prope med. col. 27. B. tom. 1.*

2. In cauſa Dei, ubi communionis periculum eſt, etiam diſſimulare, peccatum non eſt leve. *Ibid. lib. 2. cap. 24. in calce. col. 54. B.*

3. Melius eſt diſſimulare injuriam, quàm cùm redarguis vindicare. *Super Pſal. 37. poſt med. col. 1334. B. tom. 4.*

S. ANTONINUS. 4. Quod facit fluctus irruens, hoc & ſentina neglecta. *Parte 2. Tit. 9. cap. 3. §. 3. prope medium, fol. 267. columna 1.*

5. Quatuor ſunt cauſæ diſſimulandi delicta.
- Prima, cùm mali ſunt occulti, & non poſſunt à bonis diſcerni.
- Secunda, cùm multitudo tanta eſt in ſcelere, quod non poſſit extirpari ſine ſchiſmate Eccleſiæ.
- Tertia, quando probabiliter præſumitur de emendatione.
- Quarta, omiſſio correctionis, ſi excitando bonos, proſunt Eccleſiæ. *Ib. cap. 5. §. ultimo, in fine, folio 271. columna 2.*

S. AUGUSTIN. 6. Perpetienda ſunt vitia multitudinis, ut curentur: & priùs toleranda, quæ ſedanda eſt peſtilentia. *De Moribus Eccleſ. cap. 32. circa finem, pag. 537. lit. A. tom. 1.*

7. Sic vigilet tolerantia, ut non dormiat diſciplina. *De verbis Apoſtoli, ſerm. 22. poſt med. pag. 253. lit. A. tom. 10.*

S. BERNARD. 8. Proprium eſt mollis & delicatæ animæ, etiam neceſſarias diſſimulare curas, ne æſtuantes ſolicitudines ſentiat, ſub latibulo diſſimulationis abſcondi. *Serm. 39. ſuper Cant. poſt medium, folio 167. col. 2. littera D.*

9. Multa neſcias, plurima diſſimules, nonulla obliviſcaris. *Lib. 4. de conſid. ad Eugen. Pap poſt med. fol. 282. col. 1. A.*

S. CYPRIAN. 10. Diſſimulanda veritas non eſt, nec vulneris medicina reticenda. *De lapſis. cap. 5. in princ. pag. 240. col. 1.*

11. Contumelias diſſimulare & ferre poſſem, ſicut diſſimulavi ſemper & pertuli: ſed diſſimulandi nunc locus non eſt, cùm decipiatur fraternitas. *Epiſt. 10. ad Clerum de presbyteris, in princ. pag. 25. columna 1. tom. 1.*

GRATIANUS. 12. Quæ eſt iſta juſtitiæ inimica bonitas, palpare criminoſos, & vulnera eorum uſque in diem judicii incurata ſervare? *In decret. Diſt. 50. can. Si quis Diaconus. §. Ecce.*

S. GREGORIUS MAGNUS. 13. Aliquando ſubjectorum vitia prudenter ſunt diſſimulanda: ſed quia diſſimulantur, ſunt indicanda. *Parte 2. Paſtoralis, cap. 10. in princ. col. 1252. lit. D. tom. 1.*

14. Culpa, quæ feriri digna ſeveritate non poteſt, diſſimulanda eſt, non exponenda: quia audaciùs à

ſubjectis delinquitur, ſi prælatorum infirmitas agnoſcatur. *Libro 4. in 1. Regum, cap. 5. in fine, col.* 1477. *C. tom.* 2.

S. HIERONYM. 15. Prudentis viri eſt diſſimulare. *Tom.* 1. *Ep.* 4. *ad Ruſtic. poſt init. pag.* 43. *B.*

16. Vera amicitia quod ſentit diſſimulare non debet. *Tom.* 2. *Epiſt.* 20. *ad Rufin. in princ. pagina* 195. *littera B.*

17. Prudentis hominis eſt (etiamſi doleat) diſſimulare. *Tom.* 2. *Ep.* 21. *ad Pammach. & Marcellin. lib.* 1. *ante med pag.* 100. *D.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 18. Melius eſt propter bonos, etiam malos fovere, quàm propter malos, etiam bonos negligere. Melius eſt malis juſta præſtare, quàm bonis juſta ſubtrahere. *Hom.* 43. *ſup. Matth. oper. imperf. poſt init. col* 1046. *D. tom.* 2.

19. Nullum tàm certum eſt amicitiæ indicium, quàm non diſſimulare delinquentibus. *Serm.* 19. *ſuper Epiſt. ad Epheſ. in medio Moralis. col.* 1069. *littera B. tom.* 4.

JOANNES SARISB. 20. Multorum exceſſibus viam aperit, qui ſubjectorum diſſimulatis erroribus, eis præſtat audaciam delinquendi. *Epiſt.* 33. *in princ. apud Bibl. Patrum, tom.* 15. *pagina* 505. *columna* 1. *littera C. editionis Colonienſis* 1622.

JOAN. TRITH. 21. Ubi remiſſio poteſtatis diſſimulat, vigor juris vacillat. *De Ruina Monaſt. ordin. cap.* 7. *in princ. pag.* 831. *columna* 1.

22. Paucorum diſſimulata rebellio, multis reluctandi erit occaſio. *Ibidem, poſt medium, pagina* 832. *columna* 1.

23. Vereor & vehementer timeo, ne diù diſſimulata iniquitas, graviori tandem animadverſione veniat punienda. *Orat.* 3. *in Conventu Abbat. habitâ. ante med. pag.* 860. *col.* 1.

S. LEO PAPA I. 24. Rectores multam ſæpè nutriunt peſtilentiam, dùm neceſſariam diſſimulant adhibere ſubditis medicinam. *Epiſt.* 3. *ad Januarium Aquileienſ. Epiſcop. in fine.*

MINUT. FELIX 25. Deus cùm patitur, diſſimulat. *In ſuo Octavio, ante med. apud Bibl. Patrum, tom.* 3. *pag.* 3. *columna* 2. *edit. Colon.* 1618.

PETR. BLES. 26. Graviter offenditur Deus, cùm quis propriam malitiam diſſimulando, eam miniſterio proſequitur alieno. *Epiſt.* 10. *ad Capellan. Regis Siciliæ. ante finem, apud Bibliothecam Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pagina* 708. *col.* 2. *F. edit. Colonienſis* 1618.

27. Enorme famæ & animæ diſcrimen incurres, ſi injuriam Chriſti ſilentio aut neglectu diſſimules. *Ibidem, Epiſt.* 112. *ad Aurelianenſ. Epiſc. poſt med. pag.* 792. *col.* 1. *D.*

S. THOMAS AQUINAS. 28. Ex hoc ipſo quòd prælati diſſimulant, videntur annuere. 2. 2. *Quæſt.* 147. *art.* 4. *in corp. ad tertium in fine.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 29. Qui moderatè diſſimulatione utuntur, nec ea diſſimulant, quæ nimis ante oculos ſunt & exiant, gratioſi ſunt. *Libro* 4. *Ethic. ad Nicomach. cap.* 7. *in fine, tom.* 2.

CICERO. 30. Apertè amare vel odiſſe, magis ingenuum eſt, quàm frontè occultare, ſeu diſſimulare ſententiam. *De Amicit. poſt med. tom.* 4.

MIMUS PUBL. 31. Inviſat culpam, qui peccatum præterit. *In ſuis ſent. ſent.* 185.

SENECA. 32. Sæpè ſatius fuit diſſimulare, quàm ulciſci. *Lib.* 2. *de Ira. cap.* 33. *in principio, pag.* 418. *tom* 1.

33. Sæpè animus etiam aperta diſſimulat. *Ep.* 94. *ante med. pagina* 775. *tom.* 2.

SIXTUS PHILOSOPHUS. 34. Domeſticorum indignationes ferre, ſapientis domini eſt. *Sent.* 283. *pag.* 66. *col.* 2. *apud Bibl. Patrum, tom.* 3. *editionis Colonienſis* 1618.

Vide etiam titul. Correctio. ſent. 78. *Defenſio. ſent.* 12. *Ingenium. ſent.* 63. *Judicium ſui. ſent.* 16. *Suſpitio. ſent.* 25. *Vitium. ſent.* 179.

Divinatio.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO.

ETYMOLOGIA.

DIVINATIO non divinitùs datur, ſed per antiphraſim dicitur, quaſi quæ per homines fiat dæmonibus repletos. *Sup. Num. cap.* 23. *columna* 1349. *C. tom.* 1. GLOSS. ORD.

Divini dicti ſunt, quaſi Deo pleni: divinitate enim ſe plenos ſimulant, & aſtutia quadam fraudulenta, hominibus futura conjectant. *Lib.* 8. *Etym. cap.* 9. *in med. pag.* 108. *columna* 1. S. ISIDORUS HISPALENS.

Ex hoc aliqui divini dicuntur, quòd manifeſtè uſurpant ſibi divinando, quod Dei eſt. 2. 2. *quæſt.* 95. *art.* 1. *poſt med. corp. pag.* 177. *col.* 1. S. THOMAS AQUINAS.

Divinatio non dicitur ab ordinata participatione alicujus divini, ſed ab indebita uſurpatione ejus, quod Dei eſt. *Ibidem.*

Præſtigium vocatur ex eo quòd oculi hominum præſtringuntur. *Ibidem, quæſt.* 95 *art.* 3. *in corpore. pag.* 177. *col.* 2.

DEFINITIO.

Divinatio eſt ſuperſtitioſa inveſtigatio præſcientiæ futurorum. *Part.* 1. *Centiloquii. ſect.* 29. *in princ. pag.* 67. *col.* 2. *C. tom.* 6. *parte* 1. S. BONAVENT.

Sortilegium eſt ratio divinandi per ſortes. *Ibidem, ante med. pag.* 67. *col.* 2. *littera D.*

Maleficium eſt peritia, per quam mulieres faciunt aliquas ligaturas in damnum vel incommodum alicujus. *Ibidem.*

Augurium eſt ratio divinandi per garritus avium, vel geſtus, ut per volatum. *Ibidem.*

Præſtigium eſt per quod diabolicis illuſionibus oculi hominum perſtringuntur, ne poſſint cernere quòd verum eſt, ſed phantaſticè figmenta, ut faciunt incantatores. *Ibidem.*

Sortilegus eſt, qui ſub nomine fictæ religionis, divinationis ſcientiam profitetur, vel ex inſpectione aliquarum ſcripturarum prædicit futura. *Ibidem, ante fin. pag.* 68. *col.* 1. *A.*

Sortilegium eſt, cùm id quod futurum eſt, per dæmonum conſultationes inquiritur. *In ſpeculo animæ, cap.* 1. *poſt initium, pagina* 31. *columna* 2. *littera C. tom.* 7. *parte* 3.

Arioli ſunt, qui circumeunt aras nefandis precibus, & divinationem in extis animalium quærunt. *Super Deuter. cap.* 18. *in illud, Qui Ariolos ſciſcitetur, &c. col.* 1563. *B. tom.* 1. GLOSS. ORD.

Divinatio eſt mendax futurorum prædictio. *Super Eccleſiaſtic. cap.* 34. *folio* 237. *col.* 3. *tom.* 3. HUGO CARD.

Divinatio eſt quædam in miniſterio præſcientiæ operatio dæmonum, quæ artibus quibuſdam ab iis, qui ſe dæmonibus mancipaverint, colligitur. *Homil.* 16. *in cap.* 13. *Num. poſt med. pag.* 147. *tom.* 1. ORIGEN.

Divinatio eſt peccatum, quo quis ſibi uſurpat futurorum, ut futura ſunt, notitiam & prædictionem, ad Deum propriè pertinentem. 2. 2. *quæſt.* 95. *art.* 1. *in princ. corp. pag.* 177. *col.* 1. S. THOMAS AQUINAS.

Omnis divinatio eſt præcognitio futuri eventus, aliquo dæmonum conſilio vel auxilio. *Ibidem, art.* 3. *in princ. pag.* 177. *col.* 2.

Præſtigium eſt divinatio per dæmones ingerentes ſe aſpectui, & auditui hominum ad prænuntiandum futura. *Ibidem.*

CICERO. Divinatio eſt earum rerum, quæ fortuitæ putantur prædictio, atque præſenſio. *Lib. 1. de divinat. poſt init. col. 352. num. 9. E. tom 4.*

DIVISIO.

S. BONAVENT.

Divinationis quinque ſunt ſpeciea. { Mantia. Maleficium. Sortilegium. Augurium. Præſtigium. } *Parte 1. Centiloquii. ſect. 29. in princ. pag. 67. col. 2. C. tom. 6. parte 1.*

S. ISID. HISP. Duo ſunt genera divinationis, ars & furor. *Lib. 8. Etymol. cap. 9. in medio, pag. 108. col. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. Illos planetarios, quos Mathematicos vocant, planè conſulere non deſiſtebam: quod quaſi eis nullum eſſet ſacrificium, & nullæ preces ad aliquem ſpiritum ob divinationem dirigerentur, quod tamen Chriſtiana & vera pietas conſequenter repellit & damnat. *Libro 4. Confeſſ. cap. 3. in principio, pagina 65. littera A. tom. 1.*

2. Hi, qui de paginis evangelicis ſortes legunt, ut ad dæmonia conſulenda concurrant, maximè ſunt cavendi. *Epiſt. 119. ad Januarium. cap. 20. in fine, pag. 373. A. tom. 2.*

3. Ex notatione velle naſcentium mores, actus, eventa prædicere, magnus error & magna dementia eſt. *Profec.*

4. Conſtellationes enim, quas vocant, notatio eſt ſiderum, quomodo ſe habeant, cùm ille naſceretur, de quo iſti miſeri à miſerioribus conſuluntur, ſine ulla dubitatione refellitur hæc ſuperſtitio. *Lib. 2. de doctrina Chriſt. cap. 22. in princ. pag. 23. B.*

5. Iſtæ opiniones quibuſdam rerum ſignis humana præſumptione inſtitutis, ad eadem illa quaſi quædam cum dæmonibus pacta & conventa referenda ſunt. *Ibid. in fine, pag. 24. C.*

6. Bono chriſtiano ſive Mathematici, ſive quilibet impiè divinantium, maximè dicentes vera, cavendi ſunt. *Libro 2. de Geneſi, ad litteram, cap. 17. in fine, pag. 374. C. tom. 3.*

7. Ars matheſeos evitanda, & fugienda eſt: hanc enim aſtutia & ſubtilitas invenit diaboli. *De quæſt. vet. & novi Teſtamenti. quæſt. 115. ferè in princ. pag. 594. C. tom. 4*

8. Nefarios ritus ſuos hominibus ſacrilega curioſitate deceptis, vel decipiendis, magicarum artium doctrina commendat. *Tract. 97. ſup. Evang. Ioan. de cap. 16. circa med. pag. 328. D. tom 9.*

9. Illæ illicitæ divinationes inſpectis pecudum viſceribus occiſarum, aut vocibus & volatilibus avium, aut ſignis multiformibus dæmoniorum, inſuſurrant auribus hominum periturorum per colloquia perditorum. *Ibidem.*

10. Magi turbant mentes hominum confidentium in Deo, ac ſine ullo veneni hauſtu, violentia tantùm carminis interimunt. *Et habet. in decretis Gratiani. parte 2. cauſa 26. quæſt. 5. can. Nec. §. Magi. folio 332. columna 1.*

11. In præcantationibus, ſeu in caracteribus ſuſpendendis atque ligandis, ars dæmonum eſt ex quadam peſtifera ſocietate hominum & angelorum malorum exorta. *Ibidem, can. Nec. §. Adhæc, &c. Profec.*

12. Undè hæc vitanda ſunt Chriſtiano, & omni penitùs execratione repudianda atque damnanda. *Ibidem.*

13. His portentis per diabolorum fallaciam illuditur curioſitas humana, quando id impudenter appetunt ſcire, quod nulla ratione competit eis inveſtigare. *Ibidem can. Nec. §. His, &c.*

14. Nec per miracula diabolica diabolum colentes, diaboli ſimus hæredes. *Orat. 27. circa finem, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 446. col. 1. D. editionis Colonienſis 1618.* S. BASILIUS SELEUC.

15. Omnis divinatio deceptio eſt, & deluſio diabolica; & ideò à Deo maledicta, & ab Eccleſia interdicta. *In Centiloq. parte 1. ſect. 29. in fine, pag. 68. col. 1. A. tom. 6.* S. BONAVENT.

16. Turpiſſimum crimen eſt, divinatio mendax, ſtudiumque vaticiniorum. *Hom. 14. de feſtis Paſchal. poſt med. pag. 170.* S. CYRILLUS ALEX.

17. Fuge omnem diabolicam operationem, neque auguriis, neque divinationibus ullis mentem adhibeas. *Catecheſ. 4. de libris, ſtatim à medio, apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 407. col. 1. littera B. editionis Colonienſis 1618.* S. CYRILLUS HIEROSOL.

18. Qui ad augures & divinos atque incantatores currit, captivum ſe diabolo tradit. *Homil. 10. ad Monachos, ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 587. col. 1. A edit. Colon. 1618.* S. EUSEBIUS EMISSEN.

19. Grande peccatum eſt, ad magos vel ariolos declinare: hoc eſt enim à Deo recedere. *Profec.* GLOSI. ORD.

20. Sunt enim arioli deceptores & adulatores, qui veneficis verbis auditus multorum corrumpunt, & à veritate avertunt. *Sup. Levit. cap. 20. col. 1081. lit. C. tom. 1.*

21. Omne genus divinationis dæmoniacæ interdicitur: Dei enim ſolius rerum futurarum cognitio propria eſt, ac ſanè impius, qui Sathanæ eam attribuit, quoniam mendax eſt. *Super Deuter. cap. 18. folio 1563. C. tom. 1.*

22. Impium eſt dicere dæmones incantamentis curioſorum in animas poteſtatem habere, in quas, quo ad homines, poteſtatem nullam habuerunt. *Sup. 1. Reg. cap. 28. col. 499. E. tom. 2.*

23. Arioli, haruſpices, incantatores, & ſortilegi, atque cæteri hujuſmodi ſectatores, ab Eccleſia ſunt eliminandi. *In decret. parte 2. cauſa 26. quæſt. 5. can. Quicunque, in fine. §. Ex præmiſſis.* GRATIANUS

24. Si ad vates abieris pro perditis recuperandis, animam tuam perdes, & aliis deriſio eris, atque iterùm rem perditam malè amittes. *Hom. 5. de patientia Iob, ante med. col. 687. D. tom. 1.* S. JOANNES CHRYSOST.

25. Impoſtrices mulieres maximè ſunt fugiendæ, quæ ſolent dæmones provocare, & incantationibus ſuis vulnus augere. *Hom. 16. ex diverſ. in Matth. poſt init. col 1182. A. tom. 2.*

26. Nonnulli ſortibus, auſpiciis, ſignis atque etiam adalligationibus & magicis carminibus utuntur, & cum diabolo pereunt. *Hom. 4. ſup. 1. Cor. in Moral. ante fin. col. 322. A. tom. 4.*

27. Vatis proprium eſt, mente commoveri & neceſſariò compelli, & trahi tanquam furiis percitum. *Ibidem, Hom. 29. poſt init. col. 549. C.*

28. Sortilegi & vates dicunt quidem multa & bona, nihil autem ſciunt eorum quæ dicunt. *Ibidem.*

29. Pompa ſathanica, ſunt dierum obſervationes & præſagia & omina. *Homil. 21. ad Popul. Antioch. poſt med. col. 194. C. tom. 5.*

30. Contriſtavit te diabolus ablatis pecuniis, afficias illum triſtitiâ, & tu ne exhilares eum: ſi divinatores acceſſeris, exhilarabis illum; ſi Deo gratias agis, lethaliter eum vulnerabis. *Profec.*

31. Et vide quid fiat; neque amiſſa reperies, ſi divinatores acceſſeris: neque enim divinatores quod quæris ſcire poterunt. Sin fortè divinatione rem attigerint, ſimul tamen animam perdes, & rursùs ea malè perdes.

32. Videns enim dæmon quòd damnum ferre nequeas, ſed & bonorum temporalium gratiâ Deum tuum neges, pecunias reddit, ut occaſionem habeat denuò te ſeducendi.

33. Si verò divinatores quod quæritur dixerint; ne mireris, incorporalis eſt dæmon, ubique circuit, la-

trones ipſos ipſe in facinora armat, neque enim iſta ſine dæmone fiunt.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 34. Si ergo iſtos armat & novit ubi locorum in inſidiis abditi ſunt, non celabit hoc miniſtros ſuos divinatores. *Homil. 3. ſuper 1. Theſſal. poſt med. columna* 2342. *D. tom* 4.

LUDOV. BLOS. 35. Qui ad ſortilegos & magiæ profeſſores ſe conferunt, nefaria conſilia ab eis petituri, derelicto Deo ad diabolum deſciſcunt. *In can. vitæ ſpirit. cap.* 9. *ante med.*

MINUTIUS FELIX. 36. Magi non tantùm ſciunt dæmones, ſed etiam quidquid miraculi edunt, per dæmones faciunt; illis aſpirantibus & infundentibus, præſtigias edunt: vel quæ non ſunt, videri: vel quæ ſunt, non videri. *In ſuo Octavio, poſt medium, apud Bibliothecam Patrum, tom.* 3. *pagina* 7. *columna* 2. *littera G. editionis Colonienſis* 1618.

S. SYNESIUS EPISC. 37. Nequaquàm negligenda divinatio eſt, quæ ad divina paulatim contendit, & quaſi conſectarium habet illud quod eſt in hominum facultate pretioſiſſimum. *De Inſomnis à medio, apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *parte* 1. *pagina* 85. *columna* 1. *littera A. edit. Colonienſis* 1618.

38. Quæ in mundo ſunt maleficæ virtutes, etiam ex uſu divinæ providentiæ ſunt, cùm in eos animadvertant, qui ſint animadverſione digni ſunt, illæ tamen & inviſæ Deo & execrabiles. *Epiſt.* 57. *adversùs Andronic, in princ. apud Bibliothecam, Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *pagina* 97. *columna* 2. *littera H. editionis Colon.* 1618.

S. THEODORET. 39. Omni impietati ſerviunt, veneficiis dæmonumque carminibus utentes, *Super Pſalm.* 80. *verſ.* 11. *pag.* 143. *col.* 1. *C. tom.* 1.

S. THOMAS AQUINAS. 40. Divinator non ipſe divinat, id eſt, quod divinum eſt, facit: ſed magis quod divinum eſt, ſuſcipit & uſurpat. 2. 2. *quæſt.* 95. *art.* 1. *in corp.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 41. Homines faſcinando utuntur invocatione aſtutâ, ut ex ſe videantur id facere: vir enim juſtus, non recipit impreſſionem faſcinationis. *Libro 6. Theolog. cap.* 3. *in princ. & poſt medium, tom.* 1.

42. Vir pronus ad aliquam diſpoſitionem exteriorem, facilè ſuſcipit impreſſionem faſcinationis. *Ibidem, cap.* 4. *in princ.*

CATO POËTA. 43. Quid Deus intendas, noli perquirere ſorte:
Quid ſtatuat de te, ſine te deliberat ipſe. *Lib.* 2. *Diſtich. metr.* 33.

EPICTETUS. 44. Ad vatem acceſſurus memento te negotii eventum ignorare: ſed eâ de cauſâ adeſſe, ut eum è vate cognoſcas. *In ſuo Enchirid, cap.* 39. *in princ.*

PLATO. 45. Quicunque ad alterius incommodum veneficiis utitur, non tantùm ad hominum pernitiem, ſed & ad pecorum, aut aliorum hujuſcemodi calamitatem, ſive illa ſit lethalis, ſive non, capite puniatur. *Tom.* 2. *Sizygia* 4. *libro* 11. *de legibus, poſt medium, pag.* 933. *littera C.*

SENECA. 46. Sæpè fortuita eſt divinatio. *Lib.* 6. *Controverſ. in calce, pag.* 309. *tom.* 1.

Vide etiam tit. Superſtitio, ſentent. 2.

Divitiæ.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO,

ETYMOLOGIA.

CASSIODORUS. DIVES dictus à divo, qui quaſi Deus nihil creditur indigere. *Super Pſ.* 48. *ante finem, verſ.* 17. *folio* 73. *columna* 1.

COLLECTOR. Divitiæ dicuntur, quaſi diræ deliciæ.

DEFINITIO.

COLLECTOR. Divitiæ ſunt communiter opum ac poſſeſſionum abundantiæ, ſeu quidquid ſupereſt deducto honeſto victu & cultu.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Non ſoli tibi, ſed etiam pluribus congreges: dives eſto, ſed pauperibus, ut naturæ participes tuæ, participes etiam ſint facultatum. *Libro* 1. *de virgin. poſt med. columna* 84. *littera A. tom.* 1. S. AMBROSIUS.

2. Dives ille verè eſt, qui habet pacem animi, tranquillitatem quietis, ut nihil concupiſcat, nullis agitetur cupiditatum procellis, nec vetera faſtidiat, & nova quærat, & ſemper deſiderando non fiat ſummis divitiis inops. *Libro* 3. *Epiſt.* 10. *ad Simplicianum, poſt init. col.* 525. *D. tom* 3.

3. Etſi aliis dives videtur, ſibi pauper eſt, qui non utitur eo quod habet: qui adhuc alia rapit, alia deſiderat. *Ibidem, in medio. col.* 526. *A.*

4. Ubi nullus cupiditati modus, quis fructus divitiarum? *Ibidem.*

5. Nemo eſt dives, qui quod habet, ſecum hinc auferre non poteſt: quod enim hîc relinquitur, non noſtrum, ſed alienum eſt. *Ibidem.*

6. Hic magis dives eſt, hic magis Rex, qui ita ſibi abundat, ſuaſque regit cupiditates, ut nihil alienum concupiſcat. *Ibidem, poſt medium, columna* 526. *littera B.*

7. Diſcant homines bonorum operum divitias quærere, & morum eſſe locupletes. *Profec.*

8. Pulchritudo enim divitiarum non in ſacculis divitum, ſed in alimentis pauperum eſt. *Ibidem, libro* 7. *Epiſt.* 44. *ad Conſtantium, ante finem, columna* 606. *littera B.*

9. Citò invenitur dives naturæ, difficilè cupiditatis. *Ibidem, libro* 10. *Epiſt.* 82. *ad Vercellenſ. poſt med. col.* 667. *D. tom.* 3.

10. Qui neſcit regere ſuum cenſum, onere ſuo mergitur. *Ibidem, poſt med. col.* 668. *A.*

11. Eſto pauper ſpiritu, & eris dives qualicumque cenſu, quia non in abundantia divitiarum vita eſt hominis, ſed in virtute ac fide *Profec.*

12. Iſtæ divitiæ te verum divitem facient, ſi ſis in Deum dives. *Libro* 1. *de Cain & Abel, cap.* 5. *in calce col.* 931. *lit. B. tom.* 4.

13. Nihil ſatis eſt divitum cupiditati: quantò ditior quis fuerit, tantò avidior ad poſſidendum. *Lib.* 1. *de Abraham. cap.* 3. *poſt initium, col.* 990. *littera A. tom.* 4.

14. Divitiæ dictæ ſunt curæ, eo quòd mentem dividant, atque in diverſum ſcindant, & in partes trahant, nec ſinant incorruptam eſſe & integram. *Ibidem, lib.* 2. *cap.* 8. *in fine, col.* 1022. *D.*

15. O dives! neſcis quàm pauper ſis: quàm inops tibi ipſi videaris, qui te divitem dicis. *Profec.*

16. Quantò plus habueris, plus requiris: & quidquid acquiſieris, tamen tibi adhuc indiges. *De Nabuthe. cap.* 2. *in princ. col* 1107. *A. tom.* 4.

17. Dives quod ſuum eſt, quaſi vile faſtidit: quod alienum eſt, quaſi pretioſiſſimum concupiſcit. *Ibidem, in fine, col.* 1107. *D.*

18. Ipſum nomen conſidera; ditem dicunt gentiles inferni præſulem, arbitrum mortis ditem appellant & divitem. *Profec.*

19. Quid niſi mortem dives inferre noverit, cui regnum de mortuis, cui ſedes inferna ſint?

20. Quid eſt enim dives, niſi quidam inexplebilis gurges divitiarum; inexplebilis auri fames ac ſitis? quò plus hauſerit, plus inardeſcit. *Ibidem, cap.* 6. *ab initio, columna* 1110. *D.*

21. Dives naturæ ipſius neſcit munia, nec ſomni ipſius novit vices, nec eſt quod eum ſinat dormire. *Profec.*

22. Excitat eum cupiditas, exagitat cura pervigil aliena rapiendi, torquet invidia, mora vexat, ſterilitas proventuum perturbat, ſolicitat abundantia. *Ibidem, circa med. col.* 1111. *A.*

S. AMBROS. 23. Neſcis, homo, ſtruere divitias: ſi vis dives eſſe, eſto pauper ſeculo, ut ſis dives Deo. *Profec.*

24. Dives fidei, dives eſt Deo: qui dives eſt in miſericordia, hic eſt dives Deo.

25. Dives ſimplicitate, dives Deo eſt: dives ſapientiæ & ſcientiæ, dives eſt Deo. *Ibidem, cap.* 14. *circa med. columna* 1117. *littera A.*

26. Cùm divitiæ ſint caducæ, pœna perpetua eſt. *Lib.* 4. *ſuper Lucam, cap.* 4. *in illud, Multi erant, &c. columna* 1644. C. *tom.* 5.

27. Fruſtra congregat opes, qui ſe his neſcit uſurum. *Ibidem, lib.7.cap.12. in illud, Dic fratri meo, &c. col.* 1733. *B.*

28. Diſcant divites non in facultatibus crimen hærere, ſed in iis qui uti neſciunt facultatibus. *Ibidem, libro* 8. *cap* 19. *in illud, Et confeſtim vidit, &c. col.* 1768. *littera A.*

S. ANTONINUS. 29. Aliud eſt divitias amare & non habere, aliud habere & non amare, aliud nec habere nec amare, aliud habere & amare. *Profec.*

30. Amare & non habere, vanum eſt & infructuoſum: habere nec amare, laborioſum: nec habere nec amare, perfectum: habere & amare, periculoſum & pernitioſum. *Parte* 2. *tit.* 1. *cap.* 1. §. 1. *in medio. folio* 7. *columna* 1.

S. ANTONIUS ABBAS. 31. Divitias nobis tribuit Deus, ut & ipſas, his qui indigent, miniſtremus: ſed nos, qui divitias poſſidemus, pauperes è contrario ſpoliamus. *Serm. de vanitate mundi, ab initio, apud Bibl. Patrum, tom.4. pagina* 31. *columna* 1. *A. edit. Colonienſis* 1618.

S. ANTONIUS DE PADUA. 32. Cùm miſer homo affluit divitiis, ſe dilatat in deliciis, & tunc decreſcit, quia libertatem amiſit per ſollicitudinem divitiarum, quæ cum ita afficit, ut deficiat à ſe, & in ſe decreſcat. *Profec.*

33. Tunc enim minor eſt, cùm ſe rei, & non rem ſibi ſupponit: hæc ſervilis ſuppoſitio tunc apertiùs cognoſcitur, quando quod cum amore poſſidetur, cum dolore amittitur: ipſe verò dolor, magna ſervitus eſt. *Serm. Dom. infra octav. Nativit. circa init. folio* 19. *columna* 1.

34. Dives purpuratus, quia hic ſepultus fuit in deliciis, poſtmodùm ſepultus eſt in pœnis inferni. *Sermone Dom.* 6. *poſt Paſcha, ante medium, folio* 160. *pagina* 1.

35. Divitiæ diſſolvunt, deliciæ enervant. *Ser Dom. infra octav. Nativit. verſus init. folio* 19. *pagina* 1.

S. AUGUSTIN. 36. Multò mirabilius eſt non inhærere divitiis, quamvis poſſideas, quàm omninò eas non poſſidere. *De Moribus Eccleſ. cap.* 23. *circa medium, pag.* 530. *D. tom.* 1.

37. Divitiæ ſi diliguntur, ibi ſerventur, ubi perire non poſſunt. *Ep.*45. *ad Armentarium paulo poſt med. pag.* 102. *D. tom.* 2.

38. Si in divitiis velit homo requieſcere, magis ſuperbus efficitur quam ſecurus. *De Catechiz. rudibus. cap.* 16. *in princ. pag.* 648. *lit. D. tom.*4.

39. Per fraudes & ſcelera ad divitias pervenitur. *Super Pſalm.* 9. *poſt medium, verſ.* 25. *pagina* 43. *lit. A. tom.* 8.

40. Quis dicitur dives in hac terra? quando laudatur dives, quid dicitur? multum dives eſt, nihil illi deeſt: laus certa laudantis illa eſt, nam iſta non eſt, cùm dicit, nihil illi deeſt. Attende ſi nihil deeſt, ſi nihil cupit, nihil illi deeſt: ſi autem adhuc cupit majora quàm quæ habet, ad hoc acceſſerunt divitiæ ut egeſtas creſceret. *Super Pſalm.* 122. *in fine, pag.* 998. C. *tom.* 8.

41. Nihil eſt quod ſic generent divitiæ, quomodo ſuperbiam; omne pomum, omne granum, omne frumentum, omne lignum habet vermem ſuum: vermis divitiarum eſt ſuperbia. *Ser.* 5. *de verbis Dom. poſt med. pag.*11. *A. tom.*9.

42. Pauper nihil portat, tu nimium oneratus es: ille nihil ſecum portat, tu iterùm plus portas quàm opus eſt. Oneratus es, da illi de eo quod habes, & illum paſcis, & pondus minuis. *Ibidem, ante fin. pagina* 11. *littera B.*

S. AUGUST. 43. Illæ ſunt veræ divitiæ, quas cùm habuerimus, perdere non poſſumus. *Ibidem, ſer.*35. *poſt med. pag.*91. *littera B.*

44. Vermis divitiarum, ſuperbia eſt; difficile eſt ut non ſit ſuperbus, qui dives eſt. Tolle ſuperbiam, divitiæ non nocebunt. *Hom.*13. *ex quinquaginta homil. ante med. pag.* 301. *D. tom.*10.

45. Tu fortè putas quòd ille ſit dives, cujus arca plena eſt auro, & ille non ſit dives, cujus conſcientia plena eſt Deo? *Profec.*

46. Non ita eſt fratres, ſed ille verè dives eſſe videtur, in quo Deus habitare dignatur. *Ser.*1. *Dom.* 3. *poſt Epiphan. & in ord.* 44. *ante medium, pagina* 465. *littera A.*

47. Morbus divitiarum eſt ſuperbia; nam grandis animus eſt, qui inter divitias iſto morbo non tentatur. *Profec.*

48. Magnus animus eſt in divitiis ſuis, qui eas vincit non concupiſcendo, ſed contemnendo.

49. Magnus eſt dives, qui non ſe ideò magnum putat, quia dives eſt: qui autem ideò ſe magnum putat, ſuperbus & egenus eſt. *Ser.* 1. *Dom.* 8. *poſt Trinit. & in ord.* 212. *in princ. pag.*755. *B. tom.* 10.

50. Habent delectationem ſuam divitiæ, ſed plus habet delectari juſtitia; delectare divitiis cum juſtitia. *Ser.* 6. *de Martyrib. & in ord.* 50. *poſt init. pag.* 907. *B. tom.* 10.

51. Venenum commixtum dulcedini faciliter ſumitur, & qui recipit moritur: ſic qui divitias amat, dulcedinem videtur guſtare, ſed ecce mors inter divitias latens, hominem divitem inflatum aggreditur, aggreſſus occiditur, & occiſus ad infernum perducitur. *Serm.*31. *ad fratres in Eremo, poſt medium, pag.* 956. *littera D. tom.* 10.

52. Comes divitiarum, ſuperbia & luxuria eſt. *Ibid. ſer.* 40. *poſt med. pag.* 974. *D.*

53. A regula mortis non etiam parcitur diviti: cur divitiis te jactas? ipſæ enim potiùs inſidiæ tibi ſunt, quàm amicitiæ. *Ibidem, ſerm.* 48. *in fine, pagina* 991. *littera A.*

S. BASILIUS MAGNUS. 54. Quis eſt mendacii pater? quis confictæ accuſationis opifex? quis perjurii parens? nonne divitiæ? nonne opum ſtudium? *Conc.* 7. *ad divites, poſt med. pag.*175. *tom.* 1.

V. BEDA. 55. Dives dicendus, cui parvus ſuppetit uſus. *In ſuis Proverb. verbo Dives. pag.*188. *tom.* 2.

56. Quis dives? qui nil cupit: & quis pauper? avarus. *Ibidem, verbo Quis. pag.* 196. *tom.*2.

S. BERNARD. 57. Veræ divitiæ non opes ſunt, ſed virtutes, quas ſecum conſcientia portat, ut in perpetuum dives fiat. *Ser.* 4. *de Adventu, poſt init. folio* 3. *columna* 2. *D.*

58. Laqueus diaboli, divitiæ ſunt hujus ſeculi. Heù quàm paucos invenimus, qui ab hoc laqueo liberati exultent! *Ser.*3. *ſup. Qui habitat. ante med. fol.*79. *col.*1. *B.*

59. Divitiæ cum labore acquiruntur, cum timore poſſidentur, cum dolore amittuntur. *Profec.*

60. Quæris ut acquiras, acquiris ut perdas, perdis ut doleas. *Serm. de quinque negotiat. ante med. fol.* 359. *col.* 1. *B.*

BOETIUS. 61. O præclara opum mortalium beatitudo! quam cùm adeptus fueris, ſecurus eſſe deſiſtis. *Libro* 2. *de conſol. Philoſ. Proſa* 5. *circa medium.*

S. BONAVENT. 62. Quærat divitias Paganus, qui ſine Deo vivit: quærat Judæus, qui terrenas promiſſiones accepit: ſed quâ fronte Chriſtianus divitias quærit, poſtquàm Chriſtus beatos eſſe pauperes prædicavit? *Serm.* 2. *de S. Andrea. poſt med. pag.* 217. *col.* 1. *tom.* 3.

63. Divitiæ potiùs hominem gladiis prædatorum exponunt, quàm beatum faciunt: ſæpè enim divites cum periculo capitis vadunt, ubi pauperes ſecurè incedunt. *Serm.* 7. *de Ss. Apoſtolis, poſt init. pag.* 303. *col.* 2. *tom.* 3.

S. BONAVENT. 64 Quot ſunt, quibus (quia divites ſunt) ponuntur inſidiæ, capiuntur, ligantur, tormentis exponuntur, & occiduntur, ut ab eis quod lucrati ſunt, auferatur? *Ser. 1. de plur. Confeſſ. & in ord. 28. circa med. pag.* 336. *col.* 2. *tom.* 3.

65. Dives divitias non congregat abſque labore, non tenet abſque metu, non deſinit abſque dolore. *Tit.* 8. *dieta, cap.* 1. *poſt initium, pag.* 315. *columna* 1. *E. tom.* 6.

66. Divitiæ diù colliguntur, citò amittuntur. *Libro* 1. *de profectu Religioſor. cap.* 35. *in princ. pag.* 570. *col.* 2. *C.*

67. Quid quæris, undè plus crucieris? affligunt divitiæ nondùm habitæ, etiam habitæ & amiſſæ. *Ibidem, poſt init.*

68. Divitiæ pœnas æternas amatoribus ſuis lucrantur. *Ibidem, ante med.*

69. Fructus divitiarum eſt largitas eleemoſinarum, ſine qua infructuoſæ ſunt & periculoſæ. *Ibidem, in medio.*

70. Qui delicata quærit, cupit divitias, ut poſſit habere quæ appetit. *Ibidem, cap.* 36. *pag.* 571. *col.* 1. *littera A.*

CASSIODORUS. 71. Si locuples humilitatem diligat, non eſt ſeculi dives. *Super Pſalm.* 71. *ab init. verſ.* 2. *folio* 108. *columna* 2.

CLEM. ALEX. 72. Sunt habendæ divitiæ ut eſt rationi conſentaneum: ſuntque benignè, non autem ſordidè, nec inſolenter communicandæ. *Lib.* 3. *pædag. cap.* 6. *in princ. fol.* 48. *col.* 2. *D.*

S. CYRILLUS ALEX. 73. Angitur dives & graviore quàm alii diſcruciatur cura. *Homil.* 27. *de feſtis paſchalib. ante medium, pag.* 275.

S. CYRILLUS HIEROSOL. 74. Non ad apparentiam divites ſunt, multaque poſſident, qui in anima pauperes ſunt. *Profec.*

75. Quantò enim plura congregant, tantò magis eorum quæ deſunt concupiſceotiâ tabeſcunt.

76. Fidelis autem vir (quod eſt maximè paradoxon) in paupertate dives eſt. *Catecheſ.* 5. *in princ. apud Bibliothecam, Patrum, tom.* 4. *pagina* 407. *columna* 2. *littera E. editionis Colon.* 1618.

DIONYSIUS CARTHUS. 77. Quantò quis Dei amore perituras divitias ampliùs ſpernit, eò in anima exuberantiùs locupletatur. *Profec.*

78. Et quantò quis temporales divitias diligentiùs quærit, eò in anima extat pauperior. *Sup. Apocal. cap.* 2. *art.* 3. *ante med. folio* 104. *H.*

S. EDMUNDUS. 79. Divites ſunt qui divitias habent & amant; aut qui divitias non habent, ſed illas amant, & habere cupidè deſiderant. *In ſpeculo Ecleſ. cap.* 16. *in fine, apud Bibliothecam Patrum, tom.* 13. *pagina* 361. *columna* 2. *littera F. editionis Colonienſis* 1618.

S. EUCHERIUS. 80. Quid opibus pernitioſiùs, quæ rarò cum juſtitia congeruntur? *Profec.*

81. Quid divitiæ iſtæ in ſe voluptatis habent, quarum eſt & miſera poſſeſſio, & incerta tranſmiſſio? *In Epiſt. parænetica ad Valerian. ante medium, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1 *edit. Colon.* 1618.

82. Si opibus capimur, veris opibus exciteumur: optimna quiſque in cœleſtes opes, terrenas opes transfert. *Ibidem.*

S. EUSABIUS CÆSARIENS. 83. Impoſſibile eſt divitiis affluere, & Chriſtum ſequi. *Ep. ad Damaſ. Pap. de morte D. Hieronym. longè ante med. quæ eſt* 61. *Ep. D. Hier. tom* 4.

FRANCISCUS TITELM. 84. Divites ſeculi, qui in divitiis tranſitoriis hujus mundi ſpem ſuam conſtituunt, & in illis omne adhibent ſtudium, ipſi verè egeni ſunt, pauperes & inopes, eſuriemque & defectum magnum patientes. *In Elucidat. ſuper Pſal.* 33. *ante med. verſ.* 10. *Divites eguerunt, &c. pag.* 277. *ſect.* 1.

85. Divites avari veras & æternas non noverunt divitias, ſed ſuas ſine modo expetunt, nullum ſuæ cupiditati conſtituentes terminum, itaut nunquàm expleri valeat illorum inordinata cupiditas. *Profec.*

FRANCISCUS TITELM. 86. Hi verò etiam in ampliſſimis poſſeſſionibus ſemper adhuc egent, ſemper eis deeſt aliquid ad quod aſpirent: imò quò ampliùs conquirunt, eò & pluribus & majoribus indies indigent. *In Annot. ſuper Pſ.* 33. *a med. pag.* 282. *ſect.* 1.

GLOSS. INT. 87. Facilè deſpicit divitias, qui non habet: difficilè viles æſtimat, qui habet. *Super Job, cap.* 12. *col.* 152. *B. tom.* 3.

88. Divitiis præeſt iniquus Mammon, ut de iis tentet homines. *Sup. Luc. cap.* 16. *col.* 917. *A. tom.* 5.

89. Qui multiplicandis divitiis incumbunt, alterina vitæ gaudia contemnunt. *Ibidem, cap.* 18. *col.* 940. *E.*

GLOSS. ORD. 90 Divitiæ grave malum eſt, quia contumeliæ & injuriarum ſunt adhortatrices. *Sup. Iſay cap.* 2. *col.* 44. *E. tom.* 4.

91. Divitiis ſervire, Deum negare eſt *Super Matth. cap.* 6. *col.* 138. *E. tom.* 5.

92. Qui carnales divitias, quæ labuntur, non benè diſpenſatis, veras & æternas divitias quis dabit vobis? *Ibidem, littera C.*

93. Servit qui divitias cuſtodit ut ſervus: qui ſervitutis excuſſit jugum, diſtribuit ut dominus. *Super illud* 16. *Luc. Non poteſtis Deo ſervire, & Mammonæ, col.* 918. *E. tom.* 5.

S. GREGORIUS MAGNUS. 94. Hoſtes ad rapinam provocat, qui ſuas eorum notitiæ divitias denudat. *Libro* 8. *Moral. cap.* 30. *ante med. ſuper illud Pſ* 77. *Tradidit in captivitatem virtutes eorum. col.* 284. *B. tom.* 1.

95. Fallaces ſunt divitiæ, quæ nobiſcum diò permanere non poſſunt: fallaces ſunt, quæ mentis noſtræ inopiam non expellunt. *Profec.*

96. Solæ divitiæ veræ ſunt, quæ nos divites virtutibus faciunt. *Homil.* 15. *ſuper Evang. ab initio, col.* 368. *C. tom.* 2.

97. Quid ſunt divitiæ pereuntes, & tranſitoriæ facultates, niſi ſtercora? *Libro* 2. *in* 1. *Reg. cap.* 1. *longè poſt medium, ſuper illud, Suſcitans de pulvere egenum. col.* 1265. *C. tom.* 2.

S. GREG. NAZ. 98. Non ſubſtantiâ ſolùm diteſcas, ſed & pietate: noo ſolùm auro, ſed & virtute. *Orat.* 17. *de paupert. poſt med. pag.* 157.

99. Si dives eſt aliquis, à divitiis philoſophari incipiat: diſtribuat indigentibus, de iis quæ poſſidet, tanquàm aliorum diſpenſator. *Orat.* 25. *poſt medium, pag.* 206.

S. GREG. TAUMATURG. 100. Quid abſurdius eſſe poteſt, quàm cum magno ſtudio & curâ reconditas opes conſervare, ac ſexcentorum malorum occaſiones ſibiipſi cuſtodire? *Super Eccleſiaſten, cap.* 5. *poſt med. pag.* 53. *col.* 1. *B.*

HAYMO. 101. Homini diviti, dies tenebræ ſunt, ac vita luctus. *Ibidem, in fine.*

102. Divitiæ cum labore acquiruntur, & cum magna ſolicitudine cuſtodiuntur, & ſine iniquitate aut vix, aut raiò haberi poſſunt. *Serm. Dom.* 10. *poſt Pent. circa medium.*

S. HIERONYM. 103. Præpara tibi divitias, quas quotidie eroges, & nunquàm deficiant, dùm viget ætas, dùm nondùm cania ſpargitur caput, antequam ſubeant morbi, triſtiſque ſenectus. *Tom.* 1. *Ep.* 13. *ad Paulin in fine, pag.* 105. *A.*

104. Non laudis eſt poſſidere divitias, ſed pro Chriſto eas contemere. *Tom.* 1. *Ep.* 27. *ad Euſtoch. poſt init. pag.* 170. *littera C.*

105. Grandi tibi opus eſt vigilantiâ, grandique curâ, & tantò ſolicitiùs cavendus eſt inimicus, quantò apud Deum ditior eſſe cœpiſti. *Profec.*

106. Quantò ditior es, tantò debes eſſe vigilantior: qui enim plus poſſidet, plus debet timere. *Tom.* 4. *Ep.* 1. *ad Demetriad. longè poſt medium, pagina* 23. *littera A.*

107. Omnes divitiæ de iniquitate deſcendunt: niſi alter perdiderit, alter invenire non poteſt. Undè vulgata ſententia videtur eſſe veriſſima; quòd dives aut iniquus, aut iniqui hæres. *In Regula Monachor. cap.* 4. *de Paupert. circa med. pag.* 270. *D. tom.* 4.

Digitized by Google

S. Hieron. 108. Nihil vanius deprehendi poteſt, quàm eum hominem, qui divitias congregat, & cui eas relinquat ignorans. *Super Eccleſiaſten, cap. 4. ſup. illud, Et vidi vanitatem, pag. 75. B. tom. 7.*

109. Iræ Dei eſt, ut peccator diebus ac noctibus opes congreget, & nequaquàm eis utens, aliis relinquat. *Ibidem, cap. 2. ſup. illud, Non eſt bonum homini, &c. pag. 70. A. tom. 7.*

110. Blandæ ſunt divitiæ, aliud agentes, aliud pollicentes: lubrica eſt earum poſſeſſio, dùm huc illucque circumferuntur, & inſtabili gradu vel habentes deſerunt, vel non habentes reſarciunt. *Lib. 2. ſuper Matth. cap. 13. can. 2. num. 135. ſuper illud, Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, &c. pag. 40. A. tom 9.*

111. Non dixit Jesus, impoſſibile eſt divites intrare in regnum cœlorum, ſed difficile; ubi difficile ponitur, non impoſſibilitas prætenditur, ſed raritas demonſtratur. *Libro 3. ſuper Matth. cap. 19. can. 2. num. 195. ſuper illud, Dives difficilè intrabit, &c. pag. 57. D. tom. 9.*

112. Fruges juſtitiæ ſunt facultates, cùm de eis fit juſtitia: cùm verò aut iniquè congregantur, aut ad avaritiam vel ſuperbiam poſſidentur, fruges iniquitatis ſiunt. *Super 2. ad Cor. cap. 9. in illud, Et augebit incrementa frugum juſtitiæ veſtræ, pag. 338. D. tom. 9.*

113. Occaſio tentationis eſt, & laqueus diaboli, velle habere divitias. *Super 1. ad Tim. cap. 6. in illud, Incidunt in tentationem, pag. 387. B. tom. 9.*

114. Difficilè divitem invenies non ſuperbum, qui pauperes vel parentes agnoſcat: & qui non graviter ferat minimè ſibi ab inferiore honorem deferri. *Ibidem, cap. 6. in illud, Non ſublime ſapere, pagina 388. littera A.*

S. Hilarius. 115. Periculoſa cura eſt, velle diteſcere: & grave onus innocentia ſubit incrementis opum incrementis opum occupata. *Super Matth. can. 19. ante finem, in illud, Difficile eſt divitem, &c. folio 24. col. 2.*

Hugo a S. Victore. 116. Per divitiarum affluentiam, quod placet impetrari ſolet. *Libro 1. de Clauſtro animæ, cap. 4. poſt init. pag. 32. E. tom. 2.*

117. Divitiæ citò tranſeunt, ſuperbiam generant, mentem ſolicitudine pungunt, viam ad Dominum impediunt, à dæmone denuntiantur. *Profec.*

118. Spinæ ſunt ſemen bonum ſupprimentes, radicare non ſinentes: iis tamen bonæ ſunt, qui illis utuntur benè.

119. In metallis, in gemmis, & victualibus, ac utenſilibus, theſauris, & poſſeſſionibus conſiſtunt. *Libro 4. de propriet. rer. cap. 4. ante med. pag. 305. littera H. tom. 2.*

110. Laqueus diaboli ſunt divitiæ hujus mundi: heu quàm pauci ſunt, qui volunt ab iſto laqueo liberari? quàm multi ſunt, qui dolent quòd parùm ſunt irretiti? *Libro 2. Miſcellan. Codic. 2. tit. 57. in medio. pag. 160. G. tom. 3.*

Hugo Card. 121. Divitiæ ſtercora ſunt, quæ in unum congregatæ fœtent, diſperſæ fœcundant. *Super Gen. cap. 6. Myſticè, folio 10. col. 1. tom. 1.*

122. Quantò plus quis fulcitur divitiis temporalibus, tantò ampliùs refrigeſcit ab amore Dei & proximi. *Sup. 3. Reg. cap. 1. fol. 262. col. 4. tom. 1.*

123. Divites dividuntur in tres partes. { Nam. { Anima datur dæmonibus. / Pecunia raptoribus. / Cadaver vermibus. *Super Pſ. 53. fol. 138. co. 2.*

124. Simus fimus diſperſus utilis eſt, congregatus fœtidus; ſic divitiæ. *Super Eccleſiaſten, cap. 5. fol. 85. col. 3. tom. 3.*

125. Miſerabilis prorſus divitis infirmitas, quæ totius vitæ comes eſt inſeparabilis, & tàm miſerabili morte, & caſu periculoſiſſimo terminatur. *Ibidem.*

Hugo Card. 126. Dives nihil niſi pœnam habet, & laborem in acquirendo, timorem in poſſidendo, dolorem in deſerendo. *Super Sapient. cap. 5. folio 146. col. 2. tom. 3.*

127. Divitiæ ignis ſunt, & ſpinæ, & lapides. Mirabile eſt ignem tangere, & non uri: ſpinas colligere, & non pungi; lapides ſupportare, & non lædi. *Super Eccleſiaſtic. cap. 31. folio 231. col 4. tom. 3.*

Idiota. 128. Divitiarum acquiſitio magni laboris eſt, poſſeſſio magni timoris, & amiſſio magni doloris. *Libro 1. in Contemplat. de Amore Dei. cap. 33. in principio, apud Bibl. Patrum, tom. 10. pagina 9. columna 2. littera H. edit. Colonienſis 1618.*

S. Innoc. III. 129. Dives à ſuperfluitate reſolvitur, & jactantiâ effrænatur, currit ad libitum, & corruit ad illibitum. *Profec.*

130. Etiam ſiunt inſtrumenta pœnarum, quæ fuerant oblectamenta culparum.

131. Labor in acquirendo, timor in poſſidendo, dolor in amittendo, mentem ejus ſemper fatigat & affligit. *Libro 1. de contemptu mundi, cap. 14. in fine, pag. 28.*

132. O falſa divitiarum felicitas, quæ divitem veraciter efficit infelicem! *Profec.*

133. Quid eſt infelicius, quàm opes mundi, quæ divitiæ nuncupantur?

134. Oppoſita ſunt eſſe divitem & egenum; at opes mundi non auferunt, ſed afferunt egeſtatem.

135. Quot & quanti magnates indigeant, ipſemet frequenter experior: opes itaque non faciunt hominem divitem, ſed egenum. *Ibidem, lib. 2. cap. 8. per totum, pag. 71.*

136. Faciliùs invenies, qui divitias diligit, & non habeat: quàm qui habeat, & non diligat. Quia difficile eſt eſſe in igne & non ardere: difficilius eſt poſſidere divitias, & non diligere. *Ibidem, cap. 15. poſt med. pag. 80.*

137. Opes cupidus congregat, & avarus conſervat. *Ibidem, cap. 26. in princ. pag. 97.*

Joan. Caſſ. 138. Divitiæ ſenum non ſunt canitie capitis, ſed induſtriâ juventutis, ac præteritorum laborum ſtipendiis metiendæ. *In collat. 2. Abbat. Moyſis. cap. 13. in princip. pagina 340.*

S. Joannes Chryſost. 139. Quantò facultatum major eſt acceſſio, tantò & curam & ſtudium ſuum ampliùs dives intendit. *Hom. 12. ſup. Gen. poſt init. col. 70. D. tom. 1.*

140. Magna in conſervandis facultatibus eſt formido, & inſtabilis opum poſſeſſio. *Ibidem.*

141. Sæpè ante mortem poſt multos labores & ſudores, quaſi procellâ quadam ingruente negotiorum difficultate, repentè qui plurimas poſſidebat divitias pauperrimis factus eſt pauperior. *Ibidem, ante med. col. 71. littera A.*

142. Facultatum multitudo cauſa fit diſceſſus, diviſionem operatur, concordiam impedit, & cognationis vinculum dirimit. *Ibidem, Hom. 33. ante medium, col. 273. B.*

143. Quid inſidius & fugacius divitiis, quæ ſæpè nec uſque ad veſperam permanent: ſed ſicut ingratus tranſfuga ab hoc ad illum, & ab illo ad alium ſubitò tranſeunt. *Homil. De habenda cura ſalutis proximi. poſt med. col. 556. D. tom. 1.*

144. Maximus ros eſt, nequaquàm amore divitiarum ab inopum converſatione revocari: ſuntque omnibus ditiores, qui divitiarum cupiditatem conculcarunt. *Hom. 4. ſup. Matth. oper. perfect. in fine, columna 50. B. tom. 2.*

145. Duo vitia inter ſe oppoſita in divitiis ſunt. Alterùm quod incendit ſolicitudinem, & obfuſcat curis: alterùm quod molliores delitiis reddit. *Ibidem, Homil. 45. poſt med. col. 393. C.*

146. Quid prodeſt, ſi divitiis non ſervis, ignavus autem atque mollis ſis? *Ibidem, poſt med. columna 394. littera B.*

147. Quid intereſt, ſi non divitiarum fraude, ſed otio: aut non otio, ſed puſillanimitate corrumparis? *Ibidem.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 148. Duplex peſtis cogitationes divitis invadit: deliciarum putredo & curarum magnitudo. *Ibidem.*

149. Quæ divitiarum voluptas ſit, ego non video, niſi dolores & mœrores ipſarum, qui ſunt curæ, inſidiæ, deſidia, odium, timor, perpetua ſitis, & mœſtitia ſempiterna. *Proſeq.*

150. Quæ tranquillitas aut voluptas animi eſt, ubi continua obſeſſio, bellum ingens, & tempeſtas univerſos maris fluctus exuperans, viget? *Ibidem. Homil.54. poſt med. col.675. A. & 676. A.*

151. Non dives ille eſt, qui multis opibus circumvallatus eſt, ſed qui non eget multis. *Conc.2. de Lazaro. ab initio, col.1231. B. tom. 2.*

152. Quid ſunt divitiæ? umbra iners, fumus, qui citò evaneſcit, flos fœni, vel etiam viliores. *Hom. 32. ſuper Joan in fine, columna 162. littera D. tom. 3.*

153. Famè pauper tabeſcit, tu copiâ rumperis: frater nudo corpore oberrat, tu veſtibus addis, quæ tineis conſumuntur: quantò ſatiùs foret, ut his egenorum corpora tegerentur? *Ibidem, Hom.58. ante fin. col.280. C. tom. 3.*

154. Ille verè dives eſt, qui omnia præſentia contemnit. *Ibidem, Hom.80 ante fin. columna 383. A.*

155. Dives nihil aliud mihi eſſe videtur, quàm civitas abſque muris in agro ſita, & undique inſidiantibus expoſita. *Hom.13. ſup. Acta Apoſt. circa med. Moral. col. 535. D. tom. 3.*

156. Divitis anima omnibus eſt plena malis, arrogantiâ, vanâ gloriâ concupiſcentiis innumeris, irâ & furore, avaritiâ, injuſtitiâ, & omni alio. *Ibidem, poſt med. col. 536. littera C.*

157. Malus dives ſupplicij viaticum divitias habet, niſi permutet quæ poſſidet, & ante ſupplicium, ſæpè ipſi multorum malorum authores factæ ſunt divitiæ, & in multas dejecerunt miſerias. *Hom.29. ſup.1. Cor. in Morali, ante med. col. 555. B. tom.4.*

158. Divitiæ ad malitiam additæ affectus augent. *Ibidem.*

159. Qui ſomnio diteſcunt, poſtquàm evigilaverunt, nihilo magis quæ habere videbantur, habent: par divitum eſt ratio, imò deterior. *Ibidem, Hom.36. in fine. col. 620. A.*

160. Si vis ditari, contemne divitias. *Homil.12. ſuper 2. Cor. in fine Moralis, columna 777. littera D. tom. 4.*

161. Ille dives eſt, qui verè philoſophus eſt. *Sermone 21. ſuper Epiſt. ad Epheſ. in Morali a medio, col. 1097. D. tom. 4.*

162. Eſt profectò multò gravius atque oneroſius oſtentare, quàm cuſtodire divitias. *Hom. 7. ſup.2. Tim. in Morali. ante finem, col. 1578. A tom.4.*

163. Ditior eſt ille, qui nihil colligens in affluentia multa conſiſtit, & nullius eget: quàm qui per ſingulos dies exigit, & feſtinat plura colligere, & timet ne aliquid ei deficiat. *Hom 18. ſuper Ep. ad Hebr. in Morali, ante fin col. 1780. A. tom 4.*

164. Nihil tàm infidum, quàm divitiæ, nihil infidelius, nihil miſerabilius his, qui circa ipſas ſtudium collocant. *Hom.2. ad populum Antioch. ante med. col.* 30. C. *tom. 5.*

165. Dives eſt, non qui multa poſſidet, ſed qui multa pauperibus expendit. *Ibidem, circa medium, col. 31. C.*

166. Vis ditari? amicum habeas, & omnium ditiſſimus eris. *Ibidem, poſt med. col. 33. A.*

167. Nihil tàm invidioſum, quàm homo dives. *Ibidem.*

168. Non eſt dives, qui multa poſſidet, ſed qui nullius indiget. *Ibidem, Homil. 65. poſt medium, columna 422. littera C.*

169. Divitiarum pediſſequa eſt luxuria, ira, intemperantia; furor, injuſtitia, arrogantia, ſuperbia, omniſque irrationabilis motus. *Hom. Quod nemo læditur, niſi a ſeipſo. prope med. col.759. A. tom.5.*

170. Divitiæ plus odii, quàm amoris acquirunt. *Ibid. poſt med. col. 761. B.* S. JOANNES CHRYSOSTOM.

171. Opes luxuriæ occaſio, malitiæ ſchola, turpis vitæ & deſtuentis cauſa, animæ corruptela, via ad diverſa ferens mala. *Homil.7. de pœnit ante medium, col.875. A. tom. 5.*

172. Ille verè eſt dives, qui in Deo dives eſt, qui magis miſericordiâ opulentus eſt, quàm divitiis. *Homil. de miſericord. & duab. viduis. ante med. col. 928. A. tom. 5.*

173. Divitiæ periculoſæ proditrices ſunt, ingratæ, fugitivæ, homicidæ, crudeles, beſtiæ incurabiles, præcipitium undequaque præruptum, ſcopulis aſſiduis plenæ, mare innumeris ventis & fluctibus agitatum. *Hom. de Avaritia. poſt initium, col. 962. B. tom.5.*

174. Divitiæ tyranni ſunt acerbè imperantes, dominæ quovis barbaro ſæviores, inimicæ irreconciliabiles, hoſtes implacabiles. *Ibidem.*

175. Contemne divitias, & eris locuples. *Homil. 25. ſuper Epiſt. ad Hebr. in princ. Moralis 1815. B. tom. 4.*

176. Opes vitii potiùs, quàm virtutis miniſtræ ſunt. *Libro 1. Parallel. cap. 77. poſt medium, folio 41. paginæ. A.* S. IOAN. DAM.

177. Quicunque jàm non habet divitias, ſtultus eſt, aſinus, ſtipes, caudex, plumbum, aut ſi quid inſenſibilius eſt. *Libro 5. de Nugis Curial. cap.17. a medio, apud Bibl. Patr. tom. 15. pag. 413. col. 1. littera D. editionis Colonienſis 1622.* IOANNES SARESB.

178. Sic omnes poſt divitias currunt, ac ſi alibi laborum requies, dolorumque ſolatium inveniri non poſſet. *Proſec.*

179. Ac ſi naufragi de profundo queant enatare faciliùs, ſi prægravi ſarcina fuerint onerati.

180. Sed quis autem ulceroſus ſpinas congeſſit, ut volutatus in eis quieſcat molliter?

181. Profectò ſi ei perfectè crederes, qui ait, divitiæ ſunt ſpinæ, minimè tanto ſtudio à ſapientibus noſtri temporis quærerentur. *Ibidem.*

182. Divites pauperibus miſeriores ſunt, eo quòd à ſapientia longiùs abeunt. *Proſec.*

183. Appetitus divitiarum ſapientiæ excluſio eſt, & fuga virtutum. *Ibidem, poſt medium, pagina 413. col. 2. littera E.*

184. Non ſunt opes in vitio, ſed voluntas: nam crimen in rebus non eſt, ſed in uſu agentis. *Lib.3. de ſummo bono. cap.59. ſentent. 12. pag.690. col.2.* S. ISID. HISP.

185. Graviter delinquunt, qui divitiis à Deo conceſſis, non in rebus ſalutaribus, ſed in uſibus pravis utuntur. *Proſec.*

186. Neſciunt enim impartire pauperibus, oppreſſis ſubvenire deſpiciunt: & indè magis augent delicta, indè redimere debuerunt. *Ibidem, cap. 60. ſent. 1. pag. 690. col. 2.*

187. Divitiæ uſque ad periculum pertrahunt, divitiæ nunquàm ſine peccato acquiruntur, gazæ ſemper cumulum peccatorum faciunt. *Proſec.*

188. Multi propter opes periclitaverunt, multi propter divitias in diſcrimen venerunt, multis exitiabiles fuerunt divitiæ, multiſque mortem generaverunt opes. *Libro 2. de Synonim. cap.17. ante med. pag. 21. col. 2.*

189. Valdè rarum eſt, ut qui divitias poſſident, ad requiem tendant. *Ibidem, circa med. pag. 321. col. 2.*

190. Divitiæ ſuperbiam & arrogantiam pariunt, voluptates ſubminiſtrant, vitii omnis architectæ ſunt. *Lib. 3. Epiſt. 322. ad Martinian. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 610. col. 2. H. editionis Colonienſis 1618.* S. ISIDORUS PELUSIOTA.

191. Nullo modo laudandæ ſunt divitiæ, quæ delectant quidem adhibitamque materiem firmant, ſed ad extremum materiei conſumptio ſunt & vermes & ignis & fures & tyranni. *Ep. ad Zenam, poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 2. pag.71. col.1. C. edit. Colon. 1618.* S. JUSTIN. MART.

LACT. FIRM. 192. Hinc divitiarum maximus & veriſſimns fructus eſt, non uti opibus ad propriam unius voluptatem, ſed ad multorum ſalutem: non ad præſentem ſuum fructum, ſed ad juſtitiam, quæ ſola non interit. *Lib. 6. de div. inſt. cap. 12. in princ. pag.* 158.

193. Qui apud Deum dives eſt; pauper eſſe nunquàm poterit. *Ibidem, ante fin. pag.* 261.

194. Divitiæ non faciunt inſignes, niſi quos poſſunt bonis operibus facere clariores. *Ibid. lib. 5. cap. 16. poſt init. pag.* 219.

195. Divites ſunt, non qui divitias habent, ſed qui utuntur illis ad opera juſtitiæ. *Ibidem.*

196. Unum eſt ſapientis & juſti viri opus, divitias ſuas in ſola juſtitia collocare. *Ibid. lib. 6. cap. 13. poſt med. pag.* 262.

197. Locupletes multis & ingentibus ſarcinis onerati per viam mortis incedunt, quæ latiſſima eſt, quoniam latè perditio dominatur. *Ibid. lib. 7. cap. 1. ante fin. pag.* 289.

198. Quis furor eſt in divitiis congerendis laborare? *In Epitome. cap. Cohibenda. in princ. pag.* 399.

199. Si quid opum, ſi quid ſuppetit copiarum, non voluptati unius, ſed multorum ſaluti impartiatur. *De Ira Dei, cap. 23. ſub fin. pag.* 364.

S. LAURENT. IUSTIN. 200. Divitiæ plus cruciant adeptæ amiſſionis timore: quàm delectat cupiditas adeptionis amore. *De ligno vitæ. de Timore. cap. 5. ante med. pag. 6. col. 2. C. parte* 1.

201. Divitiæ ſeculares, ſi deſunt, non per mala opera quærantur in mundo: ſi autem adſunt, per bona opera ſerventur in cœlo. *Proſec.*

202. Animum virilem & fidei virtute decoratum, nec debent ſi accedant extollere, nec debent frangere, ſi recedant. *De ligno vitæ. de fide, cap. 5. circa med. pag. 10. col. 2. C. parte* 1.

S. LEO PAPA I. 203. Terrenæ & corporeæ facultates ex largitate Dei proveniunt: ut merito rationem earum quæſiturus ſit; quæ non magis poſſidenda tradidit, quàm diſpenſanda commiſit. *Ser. 5. de Collectis, circa init.*

MINUT. FELIX 204. Dives es, ſed fortunæ malè creditur, & magno viatico breve vitæ iter non inſtruitur, ſed oneratur. *In ſuo Octavio, ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 10. col. 2. E. edit. Colon.* 1618.

S. NILUS ABBAS MART. 205. Divitias ſi habes, diſtribue: ſi verò non habes, ne collige. *Paræneſ. 52. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. parte 2. edit. Colonienſis* 1618.

206. Opulentus ſolicitudinibus, veluti navis onerata, opprimitur. *Orat. 3. de Avarit. in principio, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. editionis Colonienſis* 1618.

207. Dives ærumnis & moleſtiis impeditus, canis inſtar, catenis devinctus eſt. *Ibidem, prope medium.*

PETRUS BLES. 208. Niſi divitiæ & honores variis anxietatum aculeis pungerent, nunquàm ſpinis eas Dominus comparaſſet. *Epiſt. 93. ad Guilielmum Abbat. ante medium, apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pagina 777. col. 1. C. editionis Colonienſis* 1618.

209. Dives filius eſt avaritiæ, cultor mammonæ, ſervus pecuniæ. *Ibidem, circa med.*

210. Qui opes congregat, ignem in ſinu portat. *Proſec.*

211. Cum colubro dormit, qui opes ambit. *Serm. 9. de Purific. circa med. pag. 850. columna 1. D. edit. Colon.* 1618.

212. Ubi copia divitiarum major exuberat, ibi ſe gravior moleſtia ſolicitudinem totius perturbativa quietis intrudit. *Ibidem, de charit. cap. 4. a medio. pag. 978. col. 1. D.*

213. Sanctos etiam inter divitias, nec ſolitudo ſervandi, nec timor amittendi ſolicitat. *Ibidem, cap. 5. circa med. pag 978. col. 2. G.*

S. PETRUS CHRYSOL. 214. Dives quantò plus habet, tantò ampliùs debet. *Serm. 26. circa finem, apud Bibliothecam Patr. tom. 5. part. 2. pag. 682. col. 1. G. edit. Colonienſis* 1618.

S. PETR. DAM. 215. Qui divites ſunt, diſpenſatores potiùs jubentur eſſe, quam poſſeſſores, & non proprii juris debent deputare quod habent: quia non ad hoc bona tranſitoria perceperunt, ut deliciis affluant, vel in proprios uſus inſumant, ſed ut adminiſtrationis fungantur officio, dùm in commiſſo permanent villicatu: quapropter qui ſtipem pauperibus erogant; aliena reddunt, non ſua diſtribuunt. *Opuſc. 9. cap. 1. circa med. pag 472. col. 2. C. tom:* 3.

216. Quantò in egenis mundi lucris copioſior fueris, tantò à veris divitiis ærumnoſiùs evaneſcis. *Opuſcul. 12. cap. 4. poſt medium, pagina 493. col. 2. E. tom.* 3.

217. Quid prodeſt congregare divitias, quas neque huc quiſpiam, dùm ingrederetur advexit; neque comitari poterunt de ſeculo recedentem? *Opuſc. 31. cap. 3. ſub fin. pag. 624. col. 1. A tom* 3.

218. Ingentes opes ſæpè una dies abſtulit. *De Ioſeph.* PHILO JUD. *circa med. pag. 749. tom.* 1.

219. Divitiæ umbris & vanis imaginibus, nihil ſolidum firmumve habentibus ſimiles ſunt: feruntur enim ultrò citroque ventorum in morem; quia ſicut interdùm repentè advolant, ita priuſquàm prehendantur, poſſeſſore illuſo, rursùm avolant. *Lib. 1. de Monach. poſt init. pag. 199. tom.* 2.

220. Malorum nullus dives eſt, quamvis etiam omnia ea, quæ ubivis terrarum ſunt, metalla adeptus ſit. *Et habet. apud D. Ioan. Damaſc. lib. 1. parall. cap. 24. in medio, fol. 22. pag. 1. C.*

221. Divitiarum pulchritudo non in crumenis, ſed in ſublevanda pauperum inopia ſita eſt. *Ibidem lib. 2 cap. 16. in fine, folio 61 pag. 2. D.*

S. PROSPER. 222. Ditari divitiis, grande eſt bonum: ſed indè ditari, undè debeas, non eſt habenda facultas, ſed deteſtanda calamitas. *Libro 2. de vita Contemplat. cap. 13. ante medium.*

223. Illæ nobis ſunt ambiendæ divitiæ; quæ nos ornare poſſint pariter & munire; quas nec acquirere poſſumus inviti, nec perdere: quæ nos contra hoſtiles impetus armant, à mundo diſterminant, Deo commendant, ditant animas noſtras atque nobilitant. *Proſecutio.*

224. Divitiæ noſtræ credendæ ſunt, pudicitia, quæ nos pudicos: juſtitia, quæ juſtos: pietas, quæ pios: humilitas, quæ humiles: manſuetudo, quæ manſuetos: innocentia, quæ innocentes: puritas, puros: prudentia, quæ prudentes: temperantia, quæ temperantes; & charitas, quæ nos facit Deo & hominibus charos. *Ibidem, circa med.*

225. Qui divitias habere volunt, ſine labore non quærunt, ſine difficultate non inveniunt, ſine cura non ſervant, ſine anxia delectatione non poſſident, ſine dolore non perdunt. *Ibid. in fine.*

ROBERTUS BELLARMIN. 226. Cenſus terrenus eis, à quibus vitioſè diligitur, non eſt voluptatum materia, ſed dolorum. *Ibidem.*

227. Divites non ſibi, ſed pauperibus divites ſunt. *Conc. 5. de Tribulat. parte 1. poſt med.*

228. In hoc mundo magnæ opes impedimento potiùs, quàm adjumento ſunt. *Conc. 26. Dom. Lætare 2. parte ante fin.*

229. Divitiæ fluunt, dùm affluunt. *Super Pſalm. 61. verſ.* 10.

SALVIAN. 230. Nemo dubitat omnibus fermè malis & infidelibus, divitias mundi cauſam mortis magis eſſe, quàm vitæ. *Libro 1. ad Eccleſ. Cathol. ante medium, apud Bibl. Patrum, tom. 5. parte 3. pag. 366. col. 2. F. edit. Colon.* 1618.

231. Si ſervatæ divitiæ ad malum hominis conſervantur, quantò utique ad majus malum ſi coacervantur? *Proſec.*

232. Quis enim nunc divitum tantæ eſt continentiæ, qui opes cuſtodire contentus, accumulare jàm nolit?

233. O miſeria temporis! cùm ſervare opes genus ſit magni criminis: non augere, jàm genus putatur eſſe virtutis. *Ibidem, in med. pag* 367. *col. 2. E.*

SALVIANUS.

234. Quid dici ſimplicius, quid evidentius poteſt? Non dicit diviti, torquendus es, quia homicida es: torquendus es, quia fornicator; ſed torquendus es tantummodò, quia dives. Hoc eſt, quia divitiis malè uteris, quia datas tibi ad opus ſanctum divitias non intelligis. *Profec.*

235. Non enim divitiæ ipſæ per ſe noxiæ ſunt, ſed mentes malè utentium crimnoſæ.

236. Nec ipſæ opes homini pœnæ cauſa ſunt, ſed de opibus ſibi pœnas divites faciunt: quia dùm uti divitiis benè nolunt, ipſas ſibi divitias in tormenta convertunt. *Ibidem, poſt med. ſup. illud, Jacobi 5. Agite nunc divites, &c. pag.* 367. *col.* 2. *F.*

237. Omnis fructus divitiarum, in uſu eſt poſitus delitiarum. *Ibidem, lib.* 2. *ante medium, pag.* 369. *col.* 2. *littera E.*

238. In divitiis, diaboli catena eſt. *Ibidem, poſt med. pag.* 371. *col.* 2. *G.*

239. Divitiæ hoc fallunt homines nomine præſentium bonorum, cùm ſint cauſæ malorum æternorum. *Ibidem, ante fin. pag.* 372. *col.* 1. *A.*

240. Dicite mihi, quæſo, omnes Chriſtum amantes, ſi eſſe ulli omninò homines tàm ſævi ac tàm crudeles adverſùm inimicos ſuos poſſunt, quàm ſunt divites adverſùm ſe? *Profec.*

241. Nulli quippè ſunt tàm fieri, tàm inhumani, qui non vel deſperatos jam atque morientes adverſarios ſuos perſequi deſinant: iſti ſeipſos etiam in morte poſiti perſequuntur.

242. O quantò leviores ſunt extranei, & carnales inimici. Illi enim corporum tantùm hoſtes ſunt, vos ſpirituum: illi tantùm artuum, vos & animarum. *Ibid. ſub finem. pag.* 372. *col.* 1. *D.*

S. THEOPHIL. ALEX.

243. Divitiarum cura ſomnos interrumpit dulciſſimos, innoxiis calumnias ſtruit. *Epiſt. Paſchal.* 3. *ante fin. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *edit. Colon.* 1618.

244. Non tantùm adverſarii contra hoſtes ſuos, quantùm divitiæ contra virtutes dimicant. *Ibidem.*

245. Nunquàm divitiarum deſiderium, ullis divitiis ſatiari poteſt. *Ibidem.*

246. Divitiarum cupidinem, niſi ratione frænetur, nec conſilium temperat, nec lex mitigare poteſt, nec ulla ſatiat abundantia. *Ibidem.*

S. THOMAS AQUINAS.

247. Divitiæ ſunt non habentibus ad tentationem, habentibus in laqueum. *Sup.* 1. *Tim. cap.* 6. *lect.* 2. *in princ.*

248. Magnæ virtutis dives eſſe oſtenditur, & perfectâ charitate fixus in Deo, qui ex affectu divitiarum maculam peccati non contrahit, qui poſt aurum concupiſcendo non vadit, nec de divitiis confidendo, per ſuperbiam ſuper alios ſe extollit. *De perfect. vitæ ſpirit. cap.* 7. *ſub finem, tom.* 2.

249 Verè mirabilia facit, qui in divitiis vivens, divitiis affluentibus cor non apponit. *Ibidem, in fine.*

THOMAS À KEMPIS.

250. Vanitas eſt, divitias perituras quærere, & in illis ſperare. *Lib.* 1. *de Imitat. Chriſt. cap.* 1. *à medio. tom.* 2.

S. VALERIAN.

251. Nihil tibi proſunt divitiæ tuæ, ſi divitiarum beneficiis non utaris: nam pars mendicitatis eſt, congeſtam ſecretò pecuniam poſſidere. *Hom.* 8. *de miſericord. à medio. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 485. *col.* 1. *C. edit. Colon.* 1618.

252. Illæ divitiæ acceptabiles ſunt Deo, cujus largitate pauper alitur, nudus veſtitur, captivus redimitur, vinctus abſolvitur, cæleſtis regni hæreditas comparatur. *Ibidem, ante finem. pagina* 485. *columna* 2. *lit. F.*

253. Divitiæ hujus ſeculi quotidie augmento ſuo famem faciunt, & in poſterum dignitatis ſuæ flore nudatæ, amatores ſuos eſurire patiuntur. *Ibidem.*

254. Infructuoſæ divitiæ adverſum ſe ultrices criminum flammas accendunt. *Ibidem, ſub finem. pagina* 485. *col.* 2. *G.*

255. Quid proſunt homini opes, quæ ad hoc ſolùm congregantur ut pereant? *Ibidem. Hom.* 20. *de avarit. ante med. pag.* 498. *col.* 1. *E.*

S. ZENO EPISCOPUS ET MART.

256. Divitiæ ſi erogaveris, pecunia eſt: ſi ſervaveris, ſimulachra. *Serm.* 2. *de avarit. in medio. apud Bibl. Patr. tom.* 3. *edit. Colon.* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTIPPUS PHILOSOPHUS.

257. Opes ejuſmodi tibi para, quæ navi fractâ, ſimul cum Domino enatent. *In ſent. in medio. ſent.* 1.

ARISTOTEL.

258. Divitiæ magna ex parte ab hominibus pravis potiùs, quàm bonis habentur. *Sect.* 29. *Problem. Quæſt.* 8. *tom.* 2.

259. Ipſæ divitiæ non ſunt id, quod quærimus, bonum: utiles enim ſunt, & ob aliud quæri ſolent. *Lib.* 1. *Ethic. ad Nicomach. cap.* 5. *in fine. tom.* 2.

260. Divitiis optimè is utetur, qui virtutem eam habet, quæ ad pecuniam attinet. *Ibidem, lib.* 4. *cap.* 1. *poſt initium.*

261. Divitiarum nullus eſt finis conſtitutus hominibus. *Lib.* 1 *Polit. cap.* 5. *in fine. tom.* 2.

262. Abſurdum eſt tales eſſe divitias affirmare, quarum abundans quis fame perire poſſit. *Ibidem, poſt medium.*

263. Non eſt finis divitiarum; omnes enim in infinitum augent, qui pecuniis ſtudent. *Ibidem, poſt medium.*

264. Divitiis quiſquam proderit, cùm juſtè utatur: & lædet, cùm injuſtè. *Lib.* 1. *Rhetor. cap.* 1. *ante finem. tom.* 2.

265. Divitem eſſe in utendo magis, quàm poſſidendo conſiſtit: utentis enim operatio eſt; poſſeſſio verò ipſæ divitiæ ſunt. *Ibid. cap.* 5. *prope med.*

266. Mores qui divitias comitantur, facilè omnes perſpicere poſſunt: contumelioſiores namque ſunt ac ſuperbi, delicati, arrogantes. *Ibidem, lib.* 2. *cap.* 16. *in princ.*

267. Sunt quaſi pretium aliorum divitiæ, quibus eorum dignitas æſtimatur; ac idcircò cuncta videntur emi poſſe divitiis. *Ibidem.*

BIAS PHILOS.

268. Quis dives? qui nihil cupiat? quis pauper? avarus. *Ex dictis ſapient. ex Auſonio. Dict.* 3.

CATO POETA.

269. Deſpice divitias, ſi vis animo eſſe beatus. *Lib.* 4. *diſtichor metr.* 5.

270. Utere quæſitis opibus; fuge nomen avari:
Quid tibi divitiæ proſunt, ſi pauper abundas?
Ibidem, metr. 34.

CICERO.

271. Omnium rerum nec aptius eſt quidquam ad opes tuendas ac tenendas, quàm diligi: nec alienius, quàm timeri. *Lib.* 2. *de Offic. ante med. tom.* 4.

272. Animus hominis dives, non arca appellari ſolet, quamvis illa ſit plena; dùm te inanem videbo, divitem non putabo *Profec.*

273. Animus oportet tuus ſe iudicet divitem, non hominum ſermo, neque poſſeſſiones tuæ: qui ſi nihil deeſſe tibi putas, nihil cures ampliùs, ſatiatus es, aut etiam contentus pecuniâ, concedo dives es. Sin autem propter aviditatem pecuniæ nullum quæſtium turpem putas, ſi quotidie fraudas, decipis, poſcis, paciſceris, aufers, rapis, ærarium expilas.

274. Qui innumerabiles cupiditates habet, quæ brevi tempore magnas copias exhaurire poſſint, hunc ego quomodo appellabo divitem, cùm ipſe egere ſe ſentiat?

275. Etenim divitiarum fructus in copia eſt, copiam declarat ſatietas rerum atque abundantia. *De Paradoxis. cap.* 6. *circa med. tom.* 4.

276. Quis dubitet, quòd in virtute divitiæ ſint: quoniam nulla poſſeſſio, nulla vis auri & argenti pluris quàm virtus æſtimanda eſt *Ibid. poſt med.*

277. Uter eſt ditior, cui deeſt, aut cui ſuperat? qui eget an qui abundat? cui poſſeſſio quò major eſt, eò plus requirit ad ſe tuendam, an qui ſuis viribus ſe ſuſtinet? *Profec.*

278. Non eſſe cupidum pecuniæ, non eſſe tenacem

vectigalis, contentum verò ſuis eſſe rebus, maximæ ſunt certiſſimæque divitiæ. *Ibidem.*

CICERO. 279. Sivoles divitias cum virtute comparare, vix ſatis idoneæ tibi videbuntur divitiæ, quæ virtutis pediſſequæ ſint. *Lib. 4. de arte Rhetor. ad Herennium. ante med. tom. 1.*

280. Omnes ſunt divites, qui cælo frui poſſunt. *Lib. 7. Ep. 16. ad Atticum. in fine. tom. 3.*

PLATO. 281. Alii, non ſibi dives eſt, quiſquis eſt dives. *Tom. 2. ſizygia. 4. in dialogo Menexeni. in medio. pagina 246. littera E.*

282. Felices vix, & ne vix quidem fieri poſſunt divites, qui magnam pecuniarum vim poſſident, quàm etiam improbus quiſpiam poſſidere poſſet. *Profec.*

283. Quod ſi ita eſt, nunquàm equidem concedam divitem revera eſſe felicem, niſi etiam ſit bonus: fieri verò non poteſt, ut quis & probitate & divitiis unà abundet. *Tom. 2. ſizygia. 4. lib. 5. de legibus poſt med. pag. 742. lit. E.*

284. Nullum gravius malum opulentiâ: opes enim quantò majores, tantò plures & majores calumniantium impetus ſentit, & turpium noxiarumque voluptatum architectos in ſuo nutrit ſinu. *Tom. 3. ſizygia. 6. Epiſt. 3. ad Dionyſ. in medio. pag. 317. C.*

285. Divitiæ corpori & animo ſubſerviant. *Ibidem, Ep. 8. ad Dionem. circa med. pag. 355. B.*

286. Sermo ille, qui divites appellat beatos planè eſt inſelix, muliercularum & puerorum ineptiis magis conveniens, prorſus vecors & inſipidus, & eos qui illi fidem adhibent, tales efficit. *Ibidem.*

SENECA. 287. Non eſt quòd putes omnibus divitias convenire, nihil eſt inſolentius novitio divite. *Lib. 2. controverſ. controv. 9. poſt med. pag. 98. tom. 1.*

288. Tunc eſt tormentum carere divitiis, cùm illas jàm ſenſeris. *Ibidem, lib. 1, controv. 6. circa medium, pag. 73.*

289. Divitias nego bonum eſſe; nam ſi eſſent, bonos facerent. Nunc quoniam quod apud malos deprehenditur, dici bonum non poteſt, hoc illis nomen nego: cæterùm & habendas eſſe, & utiles, & magna commoda afferentes, fateor. *De vita beata. cap. 24. in fine. pag. 507. tom. 1.*

290. Divitiæ apud ſapientem virum, in ſervitute ſunt: apud ſtultum, in imperio. *Ibidem, cap. 26. circa init. pag. 509.*

291. Otioſi divitiis luditis, nec providetis illarum periculum. *Ibid. ante med. pag. 509.*

292. Sapienti quiſquis abſtulerit divitias, omnia illi ſua relinquet. *Ibid. circa med. pag. 509.*

293. Animus eſt, qui divites facit, pecunia nihil ad animum pertinet. *De conſolat. ad Helviam. cap. 11. poſt med. pag. 636. tom. 1.*

294. Quis ſit divitiarum modus, quæris? primus, habere quod neceſſe eſt: proximus, quod ſat eſt. *Ep. 2. in calce. pag. 525. tom. 2.*

295. Is maximè divitiis fruitur, qui minimè divitiis indiget. *Ep. 14. in fine. pag. 548. tom. 2.*

296. Si ad naturam vives, nunquàm eris pauper: ſi ad opinionem, nunquàm dives. Exiguum naturà deſiderat, opinio immenſum. *Epiſt. 16. poſt medium. pag. 551. tom. 2.*

297. Non eſt in divitiis vitium, ſed in ipſo animo. *Ep. 17. in fine. pag. 553.*

298. Magnus eſt ille, qui in divitiis pauper eſt: ſed ſecurior, qui caret divitiis. *Ep. 20. poſt med. pag. 559. tom. 2.*

299. Si vis te divitem facere, non pecuniæ adjiciendum, ſed cupiditatibus detrahendum eſt. *Ep. 21. circa med. pag. 561. tom. 2.*

300. Breviſſima ad divitias, per contemptum divitiarum via eſt. *Ep. 62. in fine. pag. 635. tom. 2.*

301. Divitem illum putas, quia aurea ſuppellex etiam in via eum ſequitur: quia tantùm agri poſſidet? *Profec.*

SENECA. 302. Latè poſſidet, ſed multum debet: habet domum formoſam, ſed alienis nummis paratam: & cùm omnia dixeris, pauper eſt: quia debet quantum poſſidet, quia debet omnia. *Ep. 87. poſt initium, pag. 730. tom. 2.*

303. Non tantùm bonum divitiæ non ſunt, ſed malum ſunt. *Ep. 87. poſt med. pag. 734. tom. 2.*

304. Divitiæ cauſa ſunt malorum, non quia ipſæ faciant aliquid, ſed quia facturos irritant. *Profec.*

305. Inflant animos, ſuperbiam pariunt, invidiam contrahunt: & uſque eo mentem alienant, ut fama pecuniæ eos etiam nocitura delectet. *Ibidem.*

306. Divitiæ non ſunt bona: bona autem omni carere culpâ decet, pura ſunt, non corrumpunt amicos, non ſolicitant; extollunt quidem, & dilatant, ſed ſine tumore. *Profec.*

307. Quæ bona ſunt, fiduciam faciunt, divitiæ autem audaciam: quæ bona ſunt, magnitudinem animi dant, divitiæ inſolentiam. *Ibidem, poſt medium, pagina 735.*

308. Divitiæ non dant magnitudinem animo, nec fiduciam, nec ſecuritatem, ſed inſolentiam, tumorem, arrogantiam creant. *Ibidem.*

309. Opes auctoramenta ſunt ſervitutum. *Ep. 104. in fine. pag. 824. tom. 2.*

310. Homines in animo, non in patrimonio putent eſſe divitias: eum eſſe locupletem, qui paupertati ſuæ aptus eſt, & parvo ſe divitem ſecit. *Ep. 108. ante med. pag. 831. tom. 2.*

311. Oſtenduntur res iſtæ, non poſſidentur: & dùm placent, tranſeunt. Ad veras potiùs te converte divitias, diſce parvo eſſe contentus. *Ep. 110. ſub finem. pag. 843. tom. 2.*

312. Omnia iſta nobis accedant, non hæreant: ſi abducantur, ſine ulla noſtri laceratione diſcedant: utamur illis, non gloriemur, & utamur parcè tanquàm depoſitis apud nos & abituris: quiſquis illa ſine ratione poſſedit, non diu tenuit. *Ep. 74. in medio. pagina 676. tom. 2.*

313. Quæ ſunt maximæ divitiæ? non deſiderare divitias. *De moribus ante medium. pag. 677. edit. Baſileæ 1537.*

314. Utendum eſt divitiis, non abutendum. *Ibid. in medio. pag. 677.*

315. Mihi crede, non potes dives eſſe, & felix. *Ibid. poſt. med. pag. 678.*

SIXTUS PHIL. 316. Difficile eſt divitem ſalvari. *Sent. 183. pag. 65. col. 2. litt. H. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colon. 1618.*

VALER. MAX. 317. Divitum frons hilaris, ſed multis intus amaritudinibus mens eſt reſetta. *Lib. 4. dictor. memorabil. cap. 4. in princ. pag. 175.*

Vide etiam Tit. Abundantia. ſent. 1. 11. Acquirere. ſent. 24. Amiſſio. ſent. 17. 114. Authoritas. ſent. 35. Contemptus in genere. ſent 46. Damnum. ſent. 32. Devotio. ſent. 66. Dignitas. ſent. 2. 29. Egeſtas. ſent. 18. 44. Eleemoſina. ſent. 301. Gloria vana. ſent. 115. Habere. ſent. 37. 39. 40. 67. Maledictio. ſent. 31. Onus. ſent. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Paupertas in genere. ſent. 9. 10. 52. 59. 60. 62. Paupertas Chriſti. ſent. 7. Paupertas voluntaria. ſent. 80. 140. 193. Pecuniarum cupiditas. ſent. 1. 4. 17. 25. 29. 41. 42. Poſſeſſio. 7. 30. 85. Rapina. ſent. 44. Relinquere. ſent. 29. Renuntiatio. ſent. 48. Sufficientia. ſent. 32. Superbia ſent. 96. Virtus ſent. 142.

Divortium.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

ETYMOZOGIA.

GLOSS. DECR. DIVORTIUM dictum eſt à diverſitate mentis, vel quia in diverſas partes eunt, qui matrimonium diſtrahunt: nec fit divortium quoad matrimonii eſ-

ſentiam, ſed quoad uſum carnis; & dupliciter fit, vel perpetuò, vel ad tempus. *Apud Gratianum in decret. fol.* 369. *col.* 1.

S. Isid. Hisp. Divortium dictum eſt à fluxu viarum, hoc eſt, via in diverſa tendens. *Lib.* 9. *Etym. cap.* 8. *à medio. pag.* 132. *col.* 2.

Definitio.

Gloss. Decr. Divortium eſt ſeparatio corporalis, quæ cauſa fit delicti, non autem cauſa honeſtatis. *Apud Gratianum in decretis fol.* 341. *col.* 2.

S. Isid. Hisp. Repudium eſt, cùm uxor ſub teſtimonio teſtium, vel præſenti, vel abſenti dimittitur. *Lib.* 9. *etym. cap.* 8. *à medio. pag.* 132. *col.* 2.

Sententiæ Patrum.

S. Augustin. 1. Dominus ut non facilè uxor dimittatur, ſolam cauſam fornicationis excepit, cæteras verò univerſas moleſtias (ſi quæ fortè extiterint) jubet pro fide conjugali, pro caſtitate fortiter ſuſtineri. *Serm. Dom. in monte lib.* 1. *circa med. pag.* 794. *D. tom.* 4.

2. Nihil iniquius quàm fornicationis cauſa dimittere uxorem, ſi ipſe convincitur fornicari. *Ibidem.*

3. Licitè dimittitur conjunx ob cauſam fornicationis, ſed manet vinculum prioris, propter quod fit reus adulterii, qui dimiſſam duxerit, etiam ob cauſam fornicationis. *Lib.* 2. *de Adulterinis conjug. cap.* 4. *in fine pag.* 592. *D. tom.* 6.

4. Etiamſi per repudium conjunx caſto corpore ſeparetur, non ideò uxorem ſoluit, niſi mors conjugis, non in adulterium corruentis, ſed de corpore exeuntis. *Ibidem, cap.* 13. *poſt init. pag.* 596. *D.*

5. Interveniente divortio, non aboletur illa confœderatio nuptialis: ita ut ſibi conjuges ſint etiam ſeparati, cum illis autem adulterium committant, quibus etiam fuerint poſt ſuum repudium copulati, vel illa viro, vel ille mulieri. *De bono conjugali cap.* 7. *in fine. pag.* 550. *C. tom.* 6.

6. Non erit turpis, neque difficilis, etiam poſt perpetrata atque purgata adulteria, reconciliatio conjugum poſt divortium, ubi per claves regni cælorum non dubitatur fieri remiſſio peccatorum. *Proſec.*

7. Non ut poſt viri divortium adultera revocetur, ſed ut poſt Chriſti conſortium adultera non vocetur. *Lib.* 2. *de Adult. conjug. cap.* 9. *in princ. pag.* 594. *D. to.* 6.

8. Conjuges à ſuo conſortio divortiantes, non alia quærant conjugia, quia non erunt conjugia, ſed adulteria. *Ibidem, cap.* 19. *in principio.*

9. Cauſâ fornicationis, divortium naſcitur. *Ibid. lib.* 1. *cap.* 1. *prope finem pag.* 580. *D.*

10. Sicut conjunctio à Deo, ita divortium à diabolo eſt. *Tract.* 9. *de cap.* 2. *ſup. Evang. Ioan. circa init. pag.* 55. *B. tom.* 9.

S. Basilius Magnus. 11. Sive aſper ſit, ſive feris moribus maritus, neceſſe eſt ferre conjugem, & ex nulla occaſione admittere, ut unio divortio divellatur. *Hom.* 7. *Hexam. ante finem. pag.* 38. *tom.* 1.

V. Beda. 12. Melius eſt facere divortium cum homine, quàm cum Deo. *In ſuis Proverb. verbo Melius. pagina* 192. *tom.* 2.

S. Bonavent. 13. Licet Eccleſia propter impedimenta matrimonii, poſſit divortia facere, nunquam tamen poteſt, nec debet matrimonium (quod legitimè celebratum eſt) diſſolvere. *Lib.* 6. *compend. Theolog. verit. cap.* 38. *in princ. pag.* 786. *col.* 2. *E. tom.* 7. *part.* 4.

Gratianus. 14. Adulter uxorem adulteram dimittere non poteſt. *In decretis part.* 2. *cauſa* 32. *quæſt.* 6. *Can. Non mœchaberis. in fine.* §. *His authoritatibus.*

15. Divortium non eſt verum, niſi quod animo perpetuam conſtituendi diſceſſionem fit. *In decret. part.* 2. *de Pœnit. diſt.* 1. *Can. Divortium.*

S. Greg. Mag. 16 Etſi mundana lex præcipit, converſionis gratiâ, utrolibet invito poſſe ſolvi conjugium: divina tamen lex hoc fieri non permittit. *Lib.* 9. *in Regiſtro. Indict.* 4. *cap.* 44. *Ep.* 44. *ad Adrianum Notarium. circa med. col.* 1074. *D. tom.* 2.

17. Excepta fornicationis cauſa, viro uxorem dimittere nulla ratione conceditur. *Ibidem, in fine.*

S. Greg. Naz. 18. Lex ob omnem cauſam divortium permittit, Chriſtus autem nequaquàm ob omnem cauſam: ſed ſolùm à meretrice ſeparari concedit, omnia verò reliqua boni conſulere jubet. *Orat.* 28. *ante medium, pag.* 223.

S. Hieron. 19. Diſcordia ſeminarium eſt repudii. *Tom.* 2. *Ep.* 1. *adverſus Helvidium. ante fin. pag.* 14. *D.*

20. Ubicunque eſt fornicatio, & fornicationis ſuſpicio, liberè uxor dimittitur. *Lib.* 3. *ſup. Mat. cap.* 19. *Can.* 2. *Num.* 190. *ſup. illud, Quicunque dimiſerit uxorem ſuam, &c. pag.* 56. *C. tom.* 9.

21. Grave pondus uxorum eſt, ſi exceptâ cauſâ fornicationis, eas dimittere non licet: Quid ſi temulenta fuerit, ſi iracunda, ſi malis moribus, ſi luxurioſa, ſi guloſa, ſi vaga, ſi jurgatrix, ſi maledica, tenenda erit iſtiuſmodi? velis nolis ſuſtinenda eſt. *Ibidem.*

Hugo a S. Victore. 22. Separatio per libellum repudii, eſt penitùs interdicta. *Lib. ſentent. tract.* 7. *cap.* 5. *in fine pag.* 341. *F. tom.* 3.

23. Quiſquis fornicationis cauſa vult abjicere uxorem ſuam, prior debet eſſe à fornicatione purgatus. *Ibid. cap.* 9. *ante med. pag.* 345. *E.*

Hugo Card. 24. Repudium malum eſt, tamen cum ratione licitum eſt. *Sup. Matth. cap.* 19. *fol.* 63. *columna* 3. *tom.* 6.

Ioan. Cass. 25. Tutius eſt cum homine, quàm cum Deo habere divortium. *Collat.* 21. *Abb. Theona. cap.* 9. *in fine. pag.* 787.

26. Divortia inter unanimes fratres, hoſtis invidus ac malignus interſerit. *Collat.* 16. *Abbat. Ioſeph. cap.* 8. *poſt med. pag.* 676.

S. Joannes Chrysost. 27. Cùm videas ſive virum, ſive mulierem de dimittendis uxoribus aut viris legem interrogantes; cognoſce quia vir ille laſcivus eſt, & mulier illa meretrix. *Hom.* 32. *ſup. Matth. oper. imperf. poſt init. col.* 947. *D. tom.* 2.

28. Matrimonium non facit coïtus, ſed voluntas: & ideò illud non ſolvit ſeparatio corporis, ſed ſeparatio voluntatis. *Ibid. in medio. col.* 950. *C.*

29. Sicut crudelis eſt & iniquus, qui uxorem caſtam dimittit: ſic fatuus eſt & injuſtus, qui retinet meretricem. *Ibidem.*

30. Cùm propter continentiam & puſillanimitatem & alias cauſas fieri divortia contingit, melius eſt ut non fiant à principio. *Hom.* 19. *ſup.* 1. *Cor. circa medium, in illud.* 7. *uxorem à viro non diſcedere, &c. col.* 464. *litt. D. tom.* 4.

31. Si tibi vir imperat, ut impietatem cum eo propter matrimonium communices, vel ut diſcedas: melius eſt divortium facere nuptiarum, quàm pietatis. *Ibidem, poſt med. ſup. illud.* 7. *ſi infidelis diſcedit, &c. col.* 466. *B.*

32. Qui patrem reliquit, propter uxorem: ſi illam ipſam quoque poſtea dimiſerit ac reliquerit, quanam veniâ dignus erit? *Serm.* 20. *ſup. Ep. ad Epheſ. ante fin. col.* 1085. *B. tom.* 4.

S. Isid. Hisp. 33. Ubicunque eſt fornicatio, & fornicationis ſuſpitio, liberè uxor dimittitur. *Lib.* 2. *Offic. Eccleſ. cap.* 19. *poſt med. pag.* 609. *col.* 1.

S. Thomas Aquinas. 34. Repudii proxima cauſa, eſt odium viri in uxorem. *In ſupplement. part.* 3. *Quæſt.* 67. *art.* 6. *in princ. Corporis.*

Sententiæ Paganorum.

Cicero. 35. Ut in uxore divortium fiat, neceſſitas cogit. *Lib.* 3. *de oratore. poſt med. num.* 159. *tom.* 5.

Sixt. Philos. 36. Vir qui uxorem dimittit, profitetur ſe nec mulierem gerere. *Sent.* 227. *pag.* 66. *col.* 1. *B. apud Bibl. Patr. tom.* 3. *edit. Colon.* 1618.

Valerius Maximus. 37. Repudium inter uxorem & virum à condita urbe,

Digitized by Google

uſque ad viceſimum & quingenteſimum annum nullum interceſſit. *Lib. 2. dictor. memorabil. cap. 1. poſt initium. pag. 56.*

Doctrina, Doctor.

DEFINITIO.

COLLECTOR. DOCERE nihil aliud eſt, quàm diſciplinæ vel alterius cujuſcunque rei cognitionem dare.

SENTENTIÆ PATRUM.

B. ALANUS DE RUPE. 1. Quid alios volare doces, qui vix reptare potes? *Part. 1. in Apologia cap. 15. poſt medium, pagina 46.*

2. Quantò diutiùs impenſiúſque doces alios, tantò illuſtrior tibi creſcit ſcientia. *Ibidem, circa medium, pag. 51.*

S. AUGUSTIN. 3. Memento gravitatis tuæ, ut graviſſimum aliquid, & ſaluberrimum doceas. *Ep. 56. ad Dioſcorum ante med. pag. 166. lit. D. tom. 2.*

4. Doctrina conſtans mutato præcepto non mutat inſtructionem. *Ep. 5. ad Marcellin. poſt init. pag. 12. C. tom. 2.*

5. Vidit Apoſtolus Jacobus in audiendo facillimè ſervari humilitatem, quæ difficilis eſt in docendo: quoniam neceſſe eſt ut doctor habeat ſuperiorem locum, ubi laborioſum eſt obtinere ne ſubrepat elatio. *Ep. 132. ad Florentinam. in medio pagina 418. littera D. tom. 2.*

6. Omnis doctrina vel rerum eſt, vel ſignorum. *Lib. 1. de doctr. Chriſtiana cap. 2. in princ. pag. 5. lit. A. tom. 3.*

7. Sicut gratus eſt, qui cognoſcenda enubilat; ſic oneroſus eſt, qui cognita inculcat: nam delectandi gratia etiam nota dicuntur, ubi non ipſa, ſed modus quo dicuntur, attenditur. *Ibidem, lib. 4. cap. 10. poſt med. pag. 53. B.*

8. Hæc eſt in docendo eloquentia, qua fit dicendo, non ut libeat quod horrebat, aut fiat quod pigebat, ſed ut appareat quod latebat. *Ibidem, cap. 11. in princ. pag. 53. B.*

9. Bonorum ingeniorum inſignis eſt indoles, in verbis verum amare, non verba. *Profec.*

10. Quid enim prodeſt clavis aurea, ſi aperire quod volumus non poteſt? aut quid obeſt lignea, ſi hoc poteſt, quando nihil quærimus, niſi patere quod clauſum eſt? *Ibidem, cap. 11. in medio. pag. 53. littera B.*

11. Dixit quidam eloquens, & verum dixit, ita dicere debere eloquentem, ut doceat, ut delectet, ut flectat: docere neceſſitatis eſt, delectare ſuavitatis, flectere victoriæ. *Ibidem, cap. 12. in princ. pagina 53. littera B.*

12. Doctor & dictor id agere debet, ut non ſolùm intelligenter, verum etiam libenter, & obedienter audiatur. *Ibidem, cap. 26. paulò poſt med. pag. 64. lit. C.*

13. Doctor eligat bonam vitam, ut etiam bonam non negligat famam. *Ibidem, cap. 28. in princ. pag. 65. lit. A.*

14. Doctor non exiſtimet dici meliùs, niſi quod dicitur veriùs: nec doctor verbis ſerviat, ſed verba doctori. *Ibidem.*

15. Surgunt indocti & cælum rapiunt, & nos cum doctrinis noſtris ſine corde: ecce ubi, volutamur in carne & ſanguine. *Lib. 8. Conf. cap. 8. in princ. pag. 103. A. tom. 1.*

16. Cavendum eſt ne quid aperiatur ei, qui non capit: meliùs enim quærit quod clauſum eſt, quam id quod apertum eſt, aut infeſtat, aut negligit. *De Serm. Dom. in monte lib. 2. poſt med. pag. 827. littera B. tom. 4.*

17. Doctrina Chriſtianorum eſt planè conferenda, ſed incomparabiliter præferenda doctrinis philoſophorum. *De Epicur. cap. 8. in fine. pag. 605. littera A. tom. 6.* S. AUGUSTIN.

18. Quando Deus docet, non per legis litteram, ſed per ſpiritus gratiam, ita docet, ut quod quiſque didicerit, non tantùm cognoſcendo videat, ſed etiam volendo appetat, agendoque perficiat. *Lib. 1. de gratia Chriſti. cap. 14. circa med. pag. 523. B. tom. 7.*

19. Non eſt ut hæreat lector, ubi caliget auditor. *Lib. 2. contra Iulian. cap. 5. ante med. pag. 660. littera C. tom. 7.*

20. Non ſit in voluntate exercitatio doctrinæ tuæ, ſed in neceſſitate. *Sup. Pſ. 139. poſt med. verſ. 12. pag. 1109. A. tom. 8.*

21. Doctrina per malos, palmes in ſepe, botrum inter ſpinas, cautè lege: botrum carpe, ſpinam cave, ne dùm quæris fructum, laceres manum; & cùm audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem. *Tract. 46. ſup. Evang. Ioan. de cap. 10. poſt med. pag. 232. A. D. tom. 9.*

22. In doctore moleſta eſt cauſa, nec facere, nec præcipere, nec obſervare: in diſcente verò audire velle quod nolit implere, aures auditu accomodare, & ab opere voluntatem avertere. *Serm. 3. de verbis Dom. ab initio. pag. 6. C. D. tom. 10.*

23. Sine Deo nulla doctrina inſtruit. *Lib. 8. de Civit. Dei cap. 4. in fine. tom. 5.*

24. Doctrina inconſtans, mentis lepram ſignificat. *De verbis Apoſtoli ſerm. 10. in fine pag. 203. littera A. tom. 10.*

25. Sicut cæcus ſine ductore, ſic homo ſine doctore viam rectam vix graditur. *Serm. 1. fer. 6. poſt Dom. Paſſ. & in ord. 115. poſt med. pag. 607. A. tom. 10.*

26. Nemo docenti homini tribuat quod ex ore docentis intelligit: quia niſi intùs ſit qui doceat, doctoris lingua exteriùs in vacuum laborat. *Serm. 1. Vigil. Pent. & in ord. 181. in medio pagina 709. littera B. tom. 10.*

27. Docentis authoritas, fidem orationi conciliat, attentioreſque diſcipulos reddit. *Apud D. Ioan. Damaſc. lib. 1. Parall. cap. 90. in princ. fol. 46. pagina 1. littera D.* S. BASILIUS MAGNUS.

28. Doctrinæ verba paucis proſunt ſine factis. *In ſuis Prov. verbo Doctrina, pag. 188. tom. 2.* V. BEDA.

29. Expers doctrinæ, tenebras patietur ubique. *Ibid. verbo Expers. pag. 189.*

30. Fruſtrà ſibi officium doctoris uſurpat, qui diſcretionem catholicæ fidei ignorat; neque ſanctuarium Domino; ſed ruinam ſibi ædificat, qui docere alios regulam, quam ipſi non didicere conantur. *De templo Salomon. cap. 4. circa med. col. 7. tom. 8.*

31. Loqui & docere, magiſtrum condecet; tacere & audire, diſcipulo convenit. *In Regula capit. 6. à medio.* S. BENEDICT.

32. Doctrina Spiritus ſancti non curioſitatem acuit, ſed charitatem accendit. *Serm. 8. ſup. Cant. circa med. fol. 139. col. 1. A.* S. BERNARD.

33. Indoctus ſi præſumit docere quod neſcit, nihil indoctiùs agit. *Ep. 89. ad Ogerium Canonic. regular. in medio fol. 559. col. 3. lit. H.*

34. Docere nec indocto eſt in promptu, nec monacho in auſu, nec peccanti in affectu. *Ibidem.*

35. Tu qui alios doces, doce teipſum. *Lib. 4 de Conſid. ad Eugen. Pap. poſt med. fol. 382. col. 1. A.*

36. Docet Deus quinque modis, S. BONAVENT.
- Per ſcripturam.
- Per doctrinam.
- Per inſpirationem
- Per exemplum.
- Per flagella. *Sup. Pſal. 70. circa med. pag. 122. col. 1. B. tom. 1.*

37. Doctoris eſt, audientium conſiderare perſonas, ne

ne irrideant, antequàm andiant. *Sup. Luc. cap. 9. pag. 117. col. 2. D. tom. 2.*

S. BONAVENT.

38. Ille ſolus verus eſt doctor, qui poteſt ſpeciem imprimere, & lumen infundere, & virtutem dare cordi audientis. *De Reduct. artium ad Theolog. poſt med. pag. 3. col. 2. lit. E. tom. 6.*

S. CLEMENS PAPA.

39. Si indoctus & inſcius officium doctoris accipiat, ſine dubio auditores ignorantiæ tenebris obvoluti, in interitum demergentur. *Ep. 1. ante med. fol. 207. pag. 1.*

S CYRILLUS ALEX.

40. Doctrina ſanctorum eſt ſpiritalis, non caliginoſum habens velum, ſed ſplendorem & puritatem. *Lib. 1. Glaphyror. in Deuteronom. cap. 4. poſt medium, pag. 355.*

DIONYSIUS CARTHUS.

41. In moralibus documenta ſunt tantò perfectiora, quantò plus ad particularia deſcendunt ac limitantur. *De fructuoſa temporis deductione. in fine proœmi. fol. 95. pag. 2.*

FRANCISCUS TITELMAN.

42. Valdè turpe eſt doctori, ſi ea quæ alios docuit, ipſe cùm maximè opus fuerit ſibi, negligat. *In Elucidat. ſup. cap. 4. Iob. poſt init. in illud, Tetigit te, & conturbatus es. fol. 52. pag. 1.*

43. Præſtat benè ſilendo vera diſcere, quàm malè loquendo falſa docere. *Ibid. ſup. cap. 34. poſt med. in illud, Si erravi, tu doce me. fol. 228. pag. 1.*

S. GAUDENT.

44. Doctrina veritatis.
- Obedientes vivificat.
- Rebelles interficit.
- Vitia proſternit.
- Virtutes erigit.
- Incredulos dejicit.
- Fideles extollit.

In Præfat. ad Benevolum, ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 4. edit. Colon. 1618.

GILLEBERTUS ANGLUS.

45. Suſpecta eſt omnis doctrina, & certè deſpecta, quæ nullam inducit de Chriſto mentionem. *Serm. 5 ſup. Cant. longè poſt init. apud D. Bernard. volum. 2. fol. 4. col. 4. lit. M.*

46. Non tàm debes attendere, quæ te dicere deceat, quàm quæ debeant audire quos inſtruis. *Serm. 27. ſup. Cant. poſt init. apud D. Bernard. volum. 2.*

GLOSSA ORD.

47. Cuſtodia noſtræ ſalutis & dux, doctrina eſt. *Sup. Levitic. cap. 16. in princ. col. 1041. C. tom. 1.*

48. Doctores Eccleſiæ, quaſi Patres & Matres ſovent plebem: Patres authoritate, Matres pietate. *Sup. Deuter. cap. 22. col. 1291. A. tom. 1.*

GLOSS. INT.

49. Vaſa infirma ad conflictum nec ſunt apta, quibus ne frangantur & pereant, non permittitur docere, ſed tantùm doceri. *Sup. Ioſue. cap. 1. col. 14. D. tom. 2.*

50. Qui gradum doctoris accipit, merito vitæ perfectioris, tranſcendere debet actionem vulgi. *Sup. 2. Eſdræ. cap. 8. col. 1377. A. tom. 2.*

51. Verè docet qui facit quod docet; aliter condemnat ſeipſum. *Sup. Matth. cap. 5. in illud, Sic luceat lux veſtra, col. 102. E. tom. 5.*

52. Non eſt priùs doctor alii idoneus mederi, qui nondùm ſe ſanaverit. *Sup. Luc. cap. 6. col. 790. D. tom. 5.*

GRATIANUS.

53. Qui ea docet quæ ab auditoribus non valent intelligi, non ad eorum utilitatem, ſed ad ſui oſtentationem facit. *In decret. Part. 1. Diſt. 43. Can. Diſpenſatio. §. Pariter.*

54. Oportet eum, qui docet & inſtruit animas rudes, eſſe talem, ut pro ingenio diſcentium ſemetipſum, poſſit aptare, & verbi ordinem pro audientium capacitate dirigere. *Ibid. part. 2. cauſa 8. quæſt. 1. Can. Oportet.*

S. GREG. MAG.

55. Vera doctrina tantò vehementiùs elationis vitium fugit per cogitationem, quantò ardentiùs verborum ſuorum jaculis ipſum magiſtrum elationis inſequitur. *Lib. 23. Moral. cap. 7. poſt init. num. 13. col. 776. C. tom. 1.*

56. Non cuncta tempora doctrinæ ſunt congrua: nam plerumque doctorum virtus perditur, ſi intempeſtivè proferatur: ſæpè verò & quod leniùs dicitur, conventu temporis congruentis animatur. *Ibidem; lib. 30. cap. 7. poſt med. col. 1013. A.*

S. GREG. MAG.

57. Quantalibet doctrina mens polleat, gravis ejus imperitia eſt, velle docere meliorem. *Ibidem, lib. 6. cap. 18. prope fin. ſup. illud Iob. 5. Quod auditum mente pertracta. col. 207. D.*

58. Plerumque doctor, qui docere audet quod negligit agere: cùm deſierit bona loqui, quæ operari contempſit, docere ſubjectos incipit prava quæ agit. *Ibid. lib. 11. cap. 9. ante med. num. 10. col. 382. D.*

59. Culpa ſuperbiæ eſt, docere meliorem. *Ibidem, lib. 16. cap. 8. in princ. edit. 1514. ſup. illud Iob. 22. Suſcipe ex ore illius legem, &c.*

60. Doctrina ut pervenire ad cor audientis valeat, quæ ſibi congrua ſint temporum momenta perpendat. *Ibidem, lib. 29. cap. 7. ante finem. columna 1012. littera A.*

61. Tantò quiſque minùs oſtenditur doctus, quantò minùs convincitur patiens: non poteſt enim veraciter bona docendo impendere, ſi vivendo neſcit æquanimiter aliena mala tolerare. *Part. 3. Paſtor. cap. 1. Admonit. 10. poſt init. col. 1266. C. tom. 1.*

62. Tunc poſſidet homo quod docet, quando ſe innoteſcere non gaudet, ſed prodeſſe. *Hom. 12. ſup. Ezech. ante med. col. 186. B. tom. 2.*

63. Nemo docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit: quia niſi intùs ſit Spiritus ſanctus qui doceat, doctoris lingua exteriùs in vacuum laborat. *Hom. 30. ſup. Evang. ante med. ſup. illud Ioan. 14. Ipſe vos docebit omnia. col. 451. C. tom. 2.*

64. Magnis virtutum fulgoribus ornari debet perſona doctoris. *Lib. 6. in 1. Reg. cap. 3. ante med. ſup. illud, Erat autem rufus & pulcher. col. 1614. D.*

65. Doctrinæ ſermo non ſuppetit, niſi in ætate perfecta. *Hom. 2. ſup. Ezech. poſt init. col. 73. C. tom. 2.*

S. GREG. NAZ.

66. Feris & immanibus hominibus lapidum vice eſt, vera & ſolida doctrina. *Lib. 2. de Theologia. poſt init. pag. 236.*

S. HIERON.

67. Noli temeritate quorumdam docere quod neſcias: ſed antè diſce quod docturus ſis. *Tom. 1. Ep. 27. à medio pag. 165. A.*

68. Non præjudicata doctoris opinio, ſed doctrinæ ratio ponderanda eſt. *Tom. 3. Ep. 31. ad Minerium & Alexandr. ſub finem pag. 196. C.*

69. Multo tempore diſce quod doceas, & ſic non temeritate quorumdam doceas quod neſcias, ſed antè diſce quod dicturus es. *In Regula Monachor. cap. 6. de correct. & Doctrina. poſt med. pag. 273. A. tom. 4.*

70. Stultiſſimum eſt docere, quod noverit ille, quem doceas. *In Regula Monachor. cap. 24. de virt. humilit. circa med. pag. 291. B. tom. 4.*

71. Doctrina hæreticorum, non in ſenſu: ſed in multiloquio, & clamore verſatur. *Lib. 7. ſup. Iſajam. cap. 22. ſup. illud, Clamoris plena, &c. pag. 96. C. tom. 5.*

72. Nonnulli rugatâ fronte, demiſſo ſupercilio, verbiſque trutinatis, authoritatem ſibi doctorum vendicant. *Lib. 2. ſup. Ep. ad Epheſ. cap. 4. in illud, Cum humilitate, &c. pag. 221. B. tom. 9.*

73. Quid tàm ſuperbum, quàm divinis contraïre doctrinis? *Sup. 2. ad Cor. cap. 10. in illud, Et omnem altitudinem, &c. pag. 339. C. tom. 9.*

S. HILARIUS.

74. Doloſa doctrina eſt hæreticorum, ſub nomine Dei blaſphema, ſub prætextu religionis impia, ſub veritatis ſpecie fallax. *Sup. Pſ. 138. ante fin. fol. 115. col. 1.*

75. Sacratiſſimam doctrinam habet, qui docet quod ſapit, qui inſtruit quod ſentit: qui docet non ſolùm cognoſcere verum, ſed apprehendere bonum & amare juſtum. *Lib. 4. ſup. cap. 3. cæleſtis Hierarch. ante fin. pag. 366. F. tom. 1.*

HUGO A S. VICTORE.

76. Sapientes velle docere, ſuperbia eſt. *De Inſtit. Novitior. cap. 14. propè medium, pag. 26. littera D. tom. 2.*

77. Doctrina debet eſſe de fide & moribus; catholica, id eſt, generalis, publica, ſana, diſcreta, vera, matura. *Lib. 4. de Propriet. rerum. cap. 4. in medio. pag. 306. A. tom. 2.*

HUGO A S. VICTORE. 78. Non videri doctus, ſed eſſe diſcas, vel quæras. *Lib. 3. Didaſc. cap. 14. in fine. pag. 15. E. tom. 3.*

HUGO CARD. 79. Omnes arrogantes cùm doctorum ſpeciem accipiunt, velut in alto poſiti, diſtantes ab aliis loquuntur, quaſi verba eorum dignatione quadam, ſuper indignos homines cælitùs effundantur. *Sup. Iob. cap. 34 in princ. fol. 441. col. 4. tom. 1.*

80. Velle doceri, prudentia eſt: velle docere, charitatis. *Sup. Prov. cap. 15. fol. 33. col. 2. tom. 3.*

81. Sicut tibiæ vehiculum ſunt corporis, ita verbum doctrinæ vehiculum eſt cordis. *Ibidem, cap. 16. fol. 57. columna 4.*

82. Boni, qui ſalutem ſuam, & aliorum quærunt, magis volunt exemplo quàm verbo docere. *Sup. Eccleſiaſtic. cap. 5. fol. 181. col. 1. tom. 3.*

83. Doctrina in tribus conſiſtit.
- In ſuggillatione vitiorum.
- In plantatione fidei.
- In ædificatione morum. *Ibidem, cap. 25. ſub finem. fol. 223. col. 3. Myſtici.*

84. Nihil proficit exteriùs vox doctoris, niſi intùs operetur gratia Conditoris. *Sup. Iſay. cap. 10. Myſticè fol. 205. col. 4. tom. 4.*

85. Duo ſunt neceſſaria docenti.
- Ut ſit fide dignus, ut diligatur ab his quos docet.
- Ut liberum tempus ſit à tumultu. *Sup. Matth. cap. 24. Moraliter. fol. 75. col. 4. tom. 6.*

86. Hæreticorum doctrina venenoſa eſt, Philoſophorum infirma, avarorum lutoſa, luxurioſorum fœtida, ſuperborum inanis. *Sup. 2. ad Tim. cap. 1. fol. 223. col. 4. tom. 7.*

IOAN. CASS. 87. Duabus ex cauſis inefficacem ſpiritalium rerũ conſtat eſſe doctrinam.
- Aut ille qui docet inexperta commenta vano verborum ſono inſtruere nititur auditorem.
- Aut certè nequam ac vitiis refertus auditor ſalutarem ſpiritalia viri, ſanctamque doctrinam obturato corde non recipit. *Collat. 14. Abbat. Neſterot. cap. 18. pag. 651.*

S. JOANNES CHRYSOST. 88. Lethale venenum falſæ doctrinæ fugiendum eſt, multò majus hoc damnum, & tantò majus damnum, quantò anima corpore melior eſt. *Hom. 5. Gen. ante fin. col. 31. B. tom. 1.*

89. Multò fidelior & certior eſt doctrina operum, quàm ſermonum. *Ibid. Hom. 13. in fine. col. 87. B. tom. 1.*

90. Reſpectum perſonarum neſcit ſpiritualis doctrina. *Ibidem, Hom. 18. poſt med. col. 129. B.*

91. Qui doctrinæ gratiam ad utilitatem aliorum accipit, nec utitur eâ, gratiam quoque ipſam omninò perdit: qui autem ſtudioſè ac ſedulò utitur, majorem gratiam impetrabit. *Hom. 79. ſup. Matth. oper. perf. circa med. col. 640. D. tom. 2.*

92. Si is qui alios docet, alterius indiguerit doctrinâ: non præceptoris, ſed diſcipuli munere fungitur. *Hom. 1. ſup. Ioan. in medio. col. 17. A. tom. 3.*

93. Iſtud potiſſimum eſt generoſi doctoris, non ſolùm ſermone, quos imbuit ac docet, ſed & precibus juvare. *Serm. 32. ſup. Ep. ad Rom. in fine ante Morale. col. 321. A. tom. 4.*

94. Doctorem oportet non ſolùm conſulendo docendoque diſcipulorum mores inſtruere ac corrigere, ſed & terrendo, Deoque tradendo. *Serm. 12. ſup. Ep. ad Epheſ. in princ. col. 1029. D. tom. 4.*

95. Sæpiùs doctorem volentem ad ulteriora procedere, & ſecretiores altioreſque ſermones attingere non permittit ſegnities diſcentium. *Hom. ſup. Ep. ad Hebr. in princ. col. 1722. B. tom. 4.*

JOAN SARESB. 96. Sicut doctorum officium eſt docere, ſic auditorum ſe præbere dociles. *Lib. 7. de nugis curial. cap. 24. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 15. pag. 444. B. edit. Colon. 1622.*

JOAN. TRITH. 97. Doctrina eò diuturniùs perpetuata ſeneſcit, quò publicata fœcundiùs ſe diffundit. *Lib. 1. de Regim. clauſtr. ante fin. pag. 154. col. 1.*

98. Non facilè ſine doctore doctus efficitur. *Orat. 5. in Conventu. Abbat. habitâ poſt med. pag. 880. col. 1.*

99. Nemo poteſt docere utiliter, quod ipſe non priùs didicerit: veraciter docet, qui ſemper paratus eſt diſcere. *Ep. 4. ad Nicolaum Preſbit. Mernicenſem. poſt med. pag. 918. col. 2.* JOAN. TRITH.

100. Doctrina ſine adjuvante gratia, quamvis infundatur auribus, ad cor nunquàm deſcendit: foris quidem perſtrepit, ſed interiùs nihil proficit. *Lib. 3. de ſum. bono. cap. 10. ſent. 1. pag. 669. col. 2.* S. ISID. HISP.

101. Quomodo docere poterunt, qui non didicerunt? deſinat locum docendi ſuſcipere, qui neſcit docere. *Ibidem, cap. 35. ſent. 1. pag. 679. col. 2.*

102. Doctoris vitio, etiam ipſa vera doctrina vileſcit: quia dùm non vivit ſicut docet, ipſam quam prædicat veritatem contemptibilem facit. *Ibidem, cap. 37. ſent. 1. pag. 680. col. 1.*

103. Bonus doctor & in humilitate ſervat diſciplinam, & per diſciplinam non incurrit ſuperbiam. *Ibidem, cap. 37. ſent. 1. pag. 681. col. 1.*

104. Multi ſunt, qui non ex conſulto ædificandi, ſed ex tumore ſuperbiendi docent. Nec ut proſint, ſapientes ſunt: ſed ut ſapientes videantur, docere ſtudent. *Ibidem.*

105. Superbi doctores vulnerare potiùs, quàm emendare noverunt. *Ibid. ſent. 6. pag. 681. col. 2.*

106. Non omnibus una eademque doctrina eſt adhibenda; ſed pro qualitate morum, diverſa ſit exhortatio doctorum: nam quoſdam increpatio dura, quoſdam verò exhortatio corrigit blanda. *Ibidem, cap. 43. ſent. 1. pag. 681. col. 2.*

107. Prima prudentiæ virtus eſt, eam quam docere oporteat, æſtimare perſonam. *Ibid. ſent. 4. pag. 682. col. 1.*

108. Bonum quod audieris, dic: bonum quod didiceris, doce; diſcendi & docendi non contemnas ſtudium. *Profec.*

109. Scientiam, quam aure concipis, ore effunde: ſapientiam enim cùm cæteris impartiris, tibi magis hanc auges.

110. Doctrina quantò ampliùs data fuerit, tantò magis abundat: ſapientia dando largior fit, retinendo minorabitur. Largiendo redundantior eſt ſapientia, & dùm plus confertur, plus abundat. *Lib. 2. de ſynonim. cap. 14. in princ. pag. 319. col. 2.*

111. Cùm doces, cùm erudis, cùm inſtruis, noli verborum obſcuritate uti: ita dic, ut intelligaris; nec ſimplicibus diſpliceas, nec prudentes offendas. *Profec.*

112. Juxta ſenſum audientis, ſit ſermo docentis: ſecundùm mores impertienda eſt doctrina: juxtà vulnus adhibendum eſt remedium.

113. Sic alios inſtrue, ut te cuſtodias: ſic doce, ut humilitatis gratiam non amittas.

114. In doctrinâ ipſâ ab humanâ laude te tempera: cave ne dùm alios docendo erigis, ipſe laudis appetitu demergaris. *Ibidem, à medio, &c.*

115. Plus dilige diſcere, quàm docere: diſce quod neſcis, ne doctor inutilis inveniaris: anteà eſto auditor, poſteà doctor. *Ibid. cap. 15. à medio. pag. 320. col. 1.*

116. Doctrina morum dux eſt, in hoc conſtituta, ut omnia quæ in nobis ſunt, ex ratione moderetur. *Lib. Ep. 411. ad Nicanor. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 313. col. 2. H. edit. Colon. 1618.* S. ISID. PELUS.

117. Clauſum habeat os peccator: quia qui ſeipſum non docuit, alium docere non poteſt. *Hom. 38. ſuper Levitic. tom. 1.* ORIGENES.

118. Quantò doctrina ſecretior, tantò jucundior, quantò moroſior, tantò gratior. *Serm. 2. de S. Petro ad vincula. poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 878. col. 2. E. edit. Colon. 1618.* PETRUS BLESENS.

119. Priùs teipſum doce, quam alios doceas: non eſt ſapiens, qui non eſt ſapiens ſibi. *Ibid. Tract. de Inſt. Epiſcopi. poſt init. pag. 941. col. 1. D.*

120. Delicioſus & improbus doctor eſt, qui in eo quòd alium docet, ſeipſum non docet. *Lib. 4. Ep. 6. in calce. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. edit. Colon. 1618.* PETR. CELL.

S. SIDONIUS EPISCOPUS. 121. Miſer eſt, qui antè compulſus eſt docere, quàm diſcere, tanquàm ſterilis arbor, cùm non habeat opera pro pomis, ſpargit verba pro foliis. *Lib. 5. Ep. 3. ad Apollinar. a medio. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. edit. Colon.* 1618.

S. THOMAS AQUINAS. 122. Sacra doctrina eſt cibus & potus animæ, quia illam portat & ſatiat: aliæ enim ſcientiæ tantùm illuminant intellectum, hæc autem illuminat, nutrit, & roborat animam. *Sup. Ep. ad Hebr. cap. 5. lect. 2. in medio.*

THOMAS À KEMPIS. 123. Doctrina Chriſti, omnes doctrinas ſanctorum præcellit. *Lib. 1. de Imit. Chr. cap. 1. in princ. tom. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 124. Minimum valet doctrina, niſi induſtriâ, ſtudio, labore, diligentiâ comprobetur. *Lib. 3. de arte Rhetor. ad Herenn. in fine. tom. 1.*

125. Quod noſſe pulcherrimum eſt, id docere glorioſum. *De perfecto oratore. poſt med. Num. 142. tom. 1.*

126. Sicut ager, quamvis fertilis, ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt: ſic ſine doctrina animus. *Lib. 2. Tuſc. quæſt. poſt init. tom. 4.*

SENECA. 127. Eum elige doctorem, quem magis admireris cùm videris, quàm cùm audieris. *Ep. 52. circa med. pag. 614. tom. 2.*

128. Hæc aliis dic, ut dùm dicis, audias ipſe. *Ep. 89. in calce. pag. 749. tom. 2.*

SEXTUS PHIL. 129. Doctrinam, quæ non eſt Deo digna, ne dicas. *Sent. 239. pag. 66. col. 1. C. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colon.* 1618.

130. Doctrinam ex qua proficere potes in amore Dei, illam neceſſariò expete. *Ibid. ſent. 242. pag. 66. col. 1. C.*

131. Fidelis, qui libenter vult doceri, operarius efficietur veritatis. *Ibidem, ſent. 371. pag. 67. col. 1. B.*

VALER. MAX. 132. Doctrina proficit ut politiora, non ut meliora fiant ingenia. *Lib. 5. dictor. memorabil. cap. 4. ante finem. pag. 233.*

Vide etiam Tit. Arrogantia. ſent. 34. Correctio. ſent. 50. Deus. ſent. 96. Diſcere. ſent. 16. Epiſcopus. ſent. 21. 56. Lex ſent. 55. Magiſter. ſent. 37. Memoria. ſent. 22. Perſecutio. ſent. 104. 105. Perſona. ſent. 15. Prædicatio. ſent. 67. Retrogredi. ſent. 41.

Dogma.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIFFERENTIA, COMPARATIO.

ETYMOLOGIA.

S. ISIDORUS HISPALENS. DOGMA à putando Philoſophi nominaverunt, id eſt, hoc puto eſſe verum, hoc puto eſſe bonum. *Lib. 8. etym. cap. 2. in princ. pag. 102. col. 1.*

SENECA. Græci δόγματα vocant, nobis vel decreta licet appellare, vel ſcita, vel placita. *Ep. 95. ante med. pag. 785. tom. 2.*

DEFINITIO.

S. AUGUSTIN. Dogmata ſunt placita ſectarum, id eſt, quod placuit ſingulis ſectis. *Lib. quæſt. Evang. quæſt. 11. in fine. pag. 233. B. tom. 4.*

CLEM. ALEX. Dogma eſt quædam quæ fit ratione comprehenſio. *Lib. 8. ſtromat. prope med. fol. 160.*

DIFFERENTIA.

S. BASILIUS MAGNUS. Aliud eſt dogma, & aliud prædicatio: dogmata enim ſilentur, prædicationes verò publicantur. *De Spiritu ſancto cap. 27. ante med. pag. 398. tom. 2.*

COMPARATIO.

S. IOANNES DAMASC. Ut oculus turbatus, ſic anima quoque à repugnantibus naturæ dogmatibus infecta & conſpurcata, veritatis lucem planè intueri non poteſt. *Lib. 1. parall. cap. 12. poſt med. fol. 14. pag. 2.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. BASILIUS MAGNUS. 1. Dogma quæ in Eccleſia ſervantur ac prædicantur, partim ex conſcripta doctrina habemus, partim ex Apoſtolorum traditione ad nos delata in myſterio recipimus. *De Spiritu ſancto cap. 27. in princ. pag. 398. tom. 2.*

2. Contempta ſunt Patrum dogmata, cùm novorum hominum inventa in Eccleſiis regnant. *Ep. 61. ad fratres Epiſcop. a medio pag. 687. tom. 4.*

S. BERNARD. 3. Prava dogmata, mali imbres ſunt, quæ pro fructibus ſpinas producunt, & tribulos. *Serm. 58. ſup. Cant. à medio fol. 180. col. 4. K.*

4. Hæretici prava dogmata diſſeminant in populo, & perverſitate doctrinæ ſuæ fidem catholicam obnubilant, & inducunt ſimplices in errorem. *Serm. ad paſtores in Synodo congregatos. ante med. fol. 362. col. 2. littera E.*

CASSIODORUS. 5. Hæretici viam Domini deſerentes, pravis dogmatibus populos decipere, potiùs quàm docere feſtinant. *Sup. Pſalm. 139. poſt initium, verſ. 5. fol. 214. col. 2.*

S. CYRILLUS HIEROSOL. 6. Pietatis modus in his duobus conſiſtit, in piorum dogmatum certitudine & bonis operibus. *Profec.*

7. Neque enim dogmata ſine bonis operibus accepta ſunt Deo, neque abſque piis dogmatibus opera perfecta ſuſcipit Deus. *Catheſ. myſtagog. 4. circa init. pag. 403. col. 2. E. edit. Colon.* 1618.

GLOSS. DECR. 8. Dogma eſt quod conſiſtit in doctrina fidei Chriſtianæ. *In decretis Gratiani fol. 3. col. 3. editionis. Lugdun.* 1540.

GLOSS. INT. 9. Hæreticorum dogmata non habent bonum Chriſti odorem, ſed fœtorem. *Sup Geneſ. cap. 11. col. 179.*

10. Sapientes hujus ſeculi, dogmata mortua exhalant. *Sup. Pſ. 5. col. 472. lit. E. tom. 3.*

GLOSS. ORD. 11. Qui repentè in fide Catholica nova dogmata inſerit, mendacii miniſter eſt. *Sup. Prov. cap. 12. col. 1655. A. tom. 3.*

12. Hæretici dogma dogmatibus conjungunt, donec deficiant. *Sup. Iſayam. cap. 5. col. 67. littera A. tom. 4.*

13. Quid immundius hæreticorum dogmatibus? *Sup. Oſeam. cap. 8. col. 1747. B. tom. 4.*

14. Dogmata philoſophorum, citò creſcunt & corruunt, nil vitale promittentia. *Sup. Matth. cap. 13. col. 244. lit. E. tom. 5.*

S. GREG. MAG. 15. Mens Deo ſpiritaliter inhærens, cùm perverſis perſuaſionibus ad pravitatem dogmatis perducitur, quaſi aliena conjunx à corruptore maculatur. *Lib. 16. Moral. cap. 25. paulò ante med. num. 28. ſup. illud, Iob. 24. Oculus adulteri, &c. col. 553. C. tom. 1.*

16. Omnis qui ſentiendo, vel agendo perverſitate dogmatis nequiter vivit, vultum ſuum operit, ut ab omnipotente Deo in judicio recognoſci non poſſit. *Ibid. &c. ſup. illud, & operiet vultum ſuum, &c.*

17. Nonnulli inquieti ſpiritus, dùm plus exquirunt contemplando, quàm capiunt, uſque ad perverſa dogmata erumpunt: & dùm veritatis diſcipuli eſſe humiliter negligunt, magiſtri errorum fiunt. *Ibidem, lib. 6. cap. 17. in medio. num. 26. col. 204. B.*

S. HIERON. 18. Quaſi Chriſtianus Chriſtianis loquor, venenata ſunt Origenis dogmata, aliena à ſcripturis ſanctis, vim ſcripturis facientia. *Tom. 2. Ep. 19. ad Pamm. & Ocean. ante med. pag. 199. C.*

19. Nec propter doctrinam Origenis prava recipienda ſunt dogmata, nec propter dogmatum pravitatem, ſi quos commentarios in ſcripturas ſanctas utiles edidit, penitùs reſpuendi ſunt. *Tom. 2. Ep. 34. ad Tranquillum in fine pag. 314. D.*

20. Sæpè Eccleſiæ falſorum dogmatum jacula ſuperveniunt, & intrare deſiderant: ſed auxiliante Chriſto Domino, irruunt quidem, ſed ingredi non poſſunt. *Sup. Nahum. cap. 3. in fine. pagina 181. littera D. tom. 6.*

S. Hieron. 21. Eccleſiæ dogmata libera ſunt, die gratulantur & lumine. *Lib. 1. ſup. Habacuc. cap. 2. ſup. illud, Va qui potum dat. &c. pag. 193. A. tom. 6.*

22. Omne dogma perverſum, abominatio deſolationis eſt. *Lib. 3. ſup. Matth. cap. 24. Can. 2. num. 248. ſup. illud, Tunc qui in Judæa ſunt. &c. pag. 71. C tom. 9.*

23. Inimica ſunt omnia dogmata falſitatis Deo repugnantia. *Lib. 3. ſup. Ep. ad Galat. cap. 5. in illud Rom. 8. Inimica eſt Deo, &c. pag. 195. A. tom. 9.*

S. Hilarius. 24. Hæretici cognitionem ſe habere divinarum ſcripturarum mentientes, hæretica & perverſa dogmata prædicant. *Sup. Pſ. 118. verſ. Defecit in ſalutare tuum, &c. poſt med. fol. 64. col. 4.*

Hugo a S. Victore. 25. Qui fidei conſtantiam pravis dogmatibus impugnant, ſanctæ Eccleſiæ inimici & hæretici ſunt. *Sup. Thren. poſt med. in illud 1. Aperuerunt ſuper te. &c. pag. 121. H. tom. 1.*

26. Perverſi dogmatis authores, quaſi venena fugiendi ſunt. *Lib. 3. Didaſc. cap. 14. in fine. pag. 15. E. tom. 3.*

Hugo Card. 27. Hæretici varia & pernitioſa dogmata inter ubera collocantes, expoliati virtutibus, infidelibus comparantur. *Sup. Oſeam. cap. 2. fol. 168. col 3. tom. 5.*

Ioan. Cass. 28. Hæretici dogmata ſua divinæ ſcripturæ pallio tegere conſueverunt. *Lib. 7. de Incarnat. cap. 7. in titulo. pag. 1095.*

S. Joannes Chrysost. 29. Sicut mala dogmata impuram inducere conſueverunt vitam; ita & vita perverſa dogmatum perverſitatem ſæpè parit. *Serm. in dictum Pauli, Nolo vos ignorare. &c. in fine. col. 975. B. tom. 3.*

30. Non laborandi artes & honeſta exercitia, ſed mendacia & conficta dogmata contemptibiles ſolent reddere doctores. *Serm. 2. ſup. Ep. ad Rom. poſt med. col. 23. B. tom. 4.*

31. Dogmata philoſophorum ſunt pernitioſa. *Hom. 35. ſup. 1. Cor. circa med. col. 607. A. tom. 4.*

32. E corrupta vita, dogmata corrupta pullulantur. *Ibidem, Hom. 40. a medio. col. 611. D.*

33. Ibi dogmatum malorum eſt cauſa, ubi immunda eſt vita. *Serm. 13. ſup. Ep. ad Epheſ. ante med. col. 1035. B. tom 4.*

34. Plerique ex eo confirmantur, quia multos habent dogmatum conſortes. *Hom. 1. ſup. Ep. ad Coloſſ. ante med. col. 1231. B. tom. 4.*

35. Pudefiant quotquot humani præſidii gratia ob perſecutionem in aliena dogmata tranſeunt. *Hom. 2. ſup. 2. Theſſ. ante med. col. 1403. B. tom. 4.*

36. Ubi vita reprehenſibilis fuerit, dogma item hujuſmodi ſit neceſſe eſt. *Hom. 5. ſup. 1. Timot. circa med. col. 1456. C. tom. 4.*

37. Omne dogma non ſolùm pietate, verùm etiam vitæ integritate perficitur. *Ibidem, Hom. 7. ante med. col. 1465. C.*

38. Si fidei dogma quiſlibet pervertat, etiamſi Angelus ſit, obedire noli: ſin verò recta docet, noli vitæ, ſed verbis intendere. *Hom. 2. ſup. 2. Timot. in morali ante med. col. 1545. A. tom. 4.*

39. Non ex verbis dogmata, verùm ex ipſis rebus atque vita gentiles judicare conſueverunt. *Hom. 4. ſup. Ep. ad Tit. poſt med. col. 1622. D. tom. 4.*

40. Chriſtiano nihil proſunt recta dogmata, ſi vitam ſuam non benè inſtituat. *Hom. 13. ſup. Geneſ. circa fin. col. 87. B. tom 1.*

41. Vita conſonet fidei dogmatibus, & dogmata prædicent vitam. *Ibid. Hom. 2. ſub fin. columna 11. A.*

S. Isidorus Pelusiota. 42. Cum rectis dogmatibus ſapientiam conjungere oportet: quod ſi ambo permiſceantur & copulentur, tùm perfecta & ſuprema gloria eluceet. *Lib. 3. Ep. 403. ad Caſſian. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 611. col. 1. B. edit. Colon. 1618.*

S. Maximus Mart. 43. Omnia dogmata aut de Deo, aut de viſibilibus & inviſibilibus, aut de ea, quæ in illis eſt providentia & judicio conſtituta ſunt. *Centur. 1. de charit. cap. 78. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 351. col. 1. B. edit. Colonia 1618.*

S. Petrus Damianus. 44. Vitium in hæreſim vertitur, cùm perverſi dogmatis aſſertione firmatur. *Opuſc. 5. in medio præfat. pag. 417. col. 2. A. tom. 3.*

45. Qui per abrupta perverſi dogmatis rapitur, in hæreſim neceſſe eſt prolabatur. *Opuſc. 24. ſub finem Præfat. pag. 597. col. 2. A. tom. 3.*

Philo Jud. 46. Anima, quæ ex ſeipſa tollit dogma pium, & virtutis amicum, virtuti eſt mortua. *Lib. de eo quod deterius potiori, &c. ante med. pag. 231. tom. 1.*

S. Synesius Episc. 47. Difficile eſt, vel fieri potiùs nullo pacto poteſt, ut quæ ſcientiarum ratione ad demonſtrationem perductâ, dogmata in animum pervenerint, convellantur. *Ep. 5. ad fratrem, poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. edit. Colonia 1618.*

S. Thomas Aquinas. 48. Peſtifera & mortifera dogmata non ſunt, niſi illa quæ opponuntur dogmatibus fidei, per quam juſtus vivit. *2. 2. Quæſt. 11. art. 2. in argum. in contrar.*

Dolor.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

Etymologia.

Cassiodorus. DOLOR dictus eſt, quaſi domabilis horror. *Sup Pſ. 7. ſub finem. verſ. 17. fol. 13. col. 2.*

Definitio.

S. August. Quid eſt dolor corporis, niſi corruptio repentina ſalutis ejus rei, quàm malè utendo anima corruptioni fecit obnoxiam? *De vera Religione cap. 12. in princ. pag. 495 A. tom. 1.*

Dolor eſt diſſenſio ab his rebus, quæ nobis nolentibus accedunt. *Lib. 14. de Civit. Dei cap. 15. ante fin. pag. 258. D. tom. 5.*

S. Thomas Aquinas. Dolor eſt appetitus ſenſitivi motus, conſequens apprehenſionem mali.

Cicero. Dolor eſt motus aſper in corpore à ſenſibus alienus. *Lib. 2. Tuſc. quæſt. poſt med. col. 200. A. num. 35. tom. 4.*

Sententiæ Patrum.

S. Augustin. 1. Sine dolore non pereunt, quæ cum amore poſſeſſa ſunt. *In Enchiridio cap 68. in fine pag. 124. D. tom. 3.*

2. Valde durus eſt, cujus mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare. *Profec.*

3. Sciat culpabiliter ſe durum, qui deflet damna temporis, & dolorem peccati lachrymis non oſtendit. *De vera & falſa pœnit. cap. 9. in fine pag. 744 C. tom. 4.*

4. Doleat peccator, & de dolore gaudeat, & de doloris pœnitentia ſemper doleat: & non ſit ſatis quod doleat, ſed ex fide doleat, & non ſemper doluiſſe doleat. *Ibidem, cap. 13. in fine pag. 746. .. tom. 4.*

5. Nemo eſt, qui non magis dolorem fugiat, quàm appetat voluptatem. *De 83. quæſt. quæſt. 36. poſt init. pag. 385. B. tom 4.*

6. Vis deſideriorum facit tolerantiam dolorum. *De Patient. cap. 4. in fine pag. 717. B.*

7. Non relinquitur ſine dolore, quod cum delectatione retinetur. *De Serm. Dom. in monte lib. 1. longè poſt init. pag. 785. A. tom. 4.*

8. Dolor carnis offenſio eſt animæ ex carne, & quædam ab ejus paſſione diſſenſio; ſicuti animæ dolor (quæ triſtitia nuncupatur) diſſenſio eſt ab his rebus, quæ nobis nolentibus acciderunt. *Lib. 14. de Civit. Dei cap. 15. poſt med. pag. 258. D. tom. 5.*

9. Eſt quædam vita ſine dolore, dolor autem ſine aliqua vita eſſe non poteſt. *Ibidem, lib. 19. cap. 13. ante med. pag. 391. A.*

10. Dolor teſtimonium eſt boni adempti, & boni relicti: niſi enim bonum relictum eſſet, bonum amiſſum dolere non poſſet. *Ibid. paulò poſt med. pag. 391. B.*

11. Dolere anima etiam non dolente corpore poteſt, dolere autem corpus ſine anima non poteſt. *Sup. Pſ. 87. poſt init. verſ. 3. pag. 663. A. tom. 8.*

S. AUGUSTIN.

12. Multi dolores, ſed multæ conſolationes: amara vulnera, ſed ſuavia medicamenta. *Super Pſ. 93. poſt med. verſ. 19. pag. 726. C. tom 8.*

13. Patiens eſto, ſuſtine, tolerat in doloribus medicus exigit patientiam, ſed poſt dolores promittit ſalutem. *Profec.*

14. Et ipſe qui tolerat dolores in ferro medici, niſi ſibi proponat ſanitatem, quam nondùm habet, deficit in dolore quem patitur. *Super Pſ. 91. in princ. pag. 701. A. tom. 8.*

15. Neceſſe eſt ut vivat dolens, non eſt neceſſe ut occidat dolor. *Lib. 21. de Civ. Dei. cap. 3. ſub init. tom. 5.*

16. Melius ordinatur natura, ut juſtè doleat in ſupplicio, quàm ut impunè gaudeat in peccato. *De natura boni, cap. 9. in medio, tom. 6.*

17. Melior eſt natura ſentiens & cùm dolet, quàm lapis qui dolere nullo modo poteſt. *Lib. 12 de Civ Dei, cap. 1. poſt medium, tom. 5.*

18. Omninò non dolere, cùm ſumus in loco miſeriæ, ſtupiditas eſt. *Ibidem, libro 14. cap. 9. in medio.*

19. Profectò convenientiùs injuſtus dolet in ſupplicio; quàm lætatus eſt in delicto. *Ibidem, lib. 19. cap. 13. poſt medium.*

20. Mirabile eſt, in ignibus dolere, & tamen vivere; ſed mirabilius eſt in igne vivere, nec dolere *Ibidem, lib. 2. cap. 2. in fine.*

21. Certum eſt vivere omne quod dolet, doloremque omnem niſi in re vivente eſſe non poſſe. *Ibidem, cap. 3. circa init.*

22. Qui dolet miſerum, mallet tamen utique non eſſe quod doleret qui germanitùs miſericors eſt. *Lib. 3. Conf. cap. 2. poſt med. tom. 1.*

23. Meliùs timor capitis dolet, dùm curatur, quàm dùm ei parcitur. *Epiſt. 15. cap. 2. circa medium, tom. 2.*

24. In hoc mundo non dolere impoſſibile eſt. *Epiſt. 82. ante med. tom 2.*

25. Anima dolet, cùm corpus vulneratur. *Ep. 120. cap. 13. circa med. tom. 2.*

26. Quod valdè putre eſt, nec dolet, non pro ſano habendum, ſed pro mortuo computandum eſt. *Homil. 28. ex Homil. quinquag. cap. 3. circa initium, tom. 10.*

27. Plus dolet vulnus cùm curatur, quàm ſi non curaretur: ſed ideò plus dolet accedente medicina, ut nunquàm doleat ſuccedente ſalute. *Tract. 9. ſup. Epiſt. Ioan. ante med. tom. 9.*

28. In corpore melius eſt vulnus cum dolore, quàm putredo ſine dolore. *De Natura boni. cap. 20. tom. 6.*

29. Nonnullus dolor approbandus, nullus amandus eſt. *Libro 3. Confeſſ. cap. 2. poſt medium tom. 1.*

30. Miſericordia, quia non ſine dolore eſt, hac una cauſa amantur dolores. *Ibid. circa med.*

31. Abſurdiſſimum eſt dolorem neceſſarium fuiſſe, ne ulceris dolor eſſet. *De Nat. & grat. cap. 27. ante med. tom. 7.*

32. Poſſunt dolores curari doloribus. *Ibidem, cap. 28. ante fin.*

S. BASILIUS MAGNUS.

33. Iis, qui in dolore verſantur, ſolatium affert gemituum ſocietas. *Apud D. Ioan. Damaſc. lib 3. parall. cap. 56. fol. 128. pag. 2. A.*

V. BEDA.

34. Cum dolore abſcindenda ſunt, quæ leviter ſanari non poſſunt. *In ſuis Proverb. verbo Cum pag. 187. tom. 2.*

35. Dolentem non poteſt conſolari, qui non concordat dolori. *Ibidem, verbo Dolentem. pag. 188.*

S. BERNARD.

36. Dolor nimius non deliberat, non vereeundatur, non conſulit rationem, non metuit dignitatis damnum, legi non obtemperat, judicio non acquieſcit, modum ignorat & ordinem *Ep 1. ad Robertum Nepotem ſuum, in princ. fol. 204. col. 1. C.*

37. Si doles condoleo, ſi non doles doleo, & maximè ſciens longiùs à ſalute abſiſtere membrum quod obſtupuit: & ægrum ſeſe non ſentientem periculoſiùs laborare. *Profec.* — S. BERNARD.

38. Plaga recens dolore non caret; neque enim occaluit vulnus, nec in tàm brevi verſum in inſenſibile eſt. *Libro 1. de Conſid. ad Eugen. Pap. in princ. folio 274. columna 3. littera H.*

39 Melius eſt ſtomachum dolere quàm mentem. *De ordine vitæ, poſt initium, folio 334. columna 4. littera K.*

S. BONAVENT.

40. Sicut clavus clavo repellitur, ſic majori dolor dolore curatur. *Serm. 5. de plurib. Mart. & in ord. 22. in medio, pagina 326. col. 1. tom. 3.*

41. Valdè dolorem aggravat, dùm ille mala irrogat, qui conſolari debebat. *Ser. 5. de Ss. Apoſt. ante fin. pag. 301. col. 1. tom. 3.*

42. Turpe eſt, & valdè alienum, immò contra naturam, ut ſub capite dolente membrum non doleat. *Serm. 2. de plurib. Mart. & in ord. 19 circa med. pag. 322. col. 1. tom 3.*

CASSIODORUS.

43. Creſcit dolor, ubi calamitas augetur. *Sup. Pſ. 73. ante med. verſ. 8. fol. 112 col. 4.*

FRANCISCUS TITELMAN.

44. Dolor vehemens prolixiora verba, quantumvis videantur conſolatoria, non æquo ſatis animo ſuſtinet. *In Elucidat. ſup. cap. 2. Job in fine, in illud, Videbant dolorem eſſe vehementem, fol. 29. pag. 1.*

45. Donec exceſſus doloris nullus cernitur, paſſionum acerbitas, non quanta fuerit, æſtimatur. *Ibidem, ſup. cap. 3. circa med. fol. 44. pag 1.*

GLOSS ORD.

46. Dolens animus debet ſe cuſtodire, ne de igne probatorio murmuret. *Super Job, cap. 1. columna 34. D. tom. 3.*

47. Cùm dolor nos percutit, elatio mentis ſuccisa cadit, ut jàm quærat manum levantis. *Ibidem, cap. 6. col. 93. lit. B.*

48. Quamdiù dolor tenetur clauſus in corde, magis pungit: ſed per fletum & planctum evaporat & evaneſcit. *Super Ezech. cap. 26. columna 1265. littera C. tom. 4.*

S. GREG MAG.

49. Quò ſe interiùs gaudiis animus robuſtiùs inſerit, eò minus exteriùs dolores ſentit. *Libro 10. Moral. cap. 12. ab initio, col. 361. A. tom. 1.*

50. Non frangit quod ex dolore obviat, ſi menti citiùs hoc quod ex munere ſublevat, occurrat. *Ibidem, libro 3. cap. 7. poſt med. col. 69. B.*

51. Mitigat vim doloris conſiderata æquitas & potentia ferientis. *Ibidem, lib. 9. cap. 12. ante med. num. 17. col. 307. B.*

52. Juſtus non eſt, qui juſtitiam in dolore deſerit. *Ibidem, libro 14. in principio, num. 16. col. 466. littera D.*

S. GREG. NAZ.

53. Magnum doloris medicamentum ab iis accipitur, qui dolentibus condoleſcunt: condolentia ad mitigandum dolorem ſatis virium habet. *Et habetur apud D. Damaſcenum, lib. 3. parall. cap. 56. folio 128. pag. 2. A.*

S. HIERONYM.

54. Modum adhibeas in dolore, memor illius ſententiæ, ne quid nimis. *Tom. 1. Ep. 3. ad Heliodor. ante med. pag. 23. A.*

55. Quod ſatis dolet, majori dolore expellitur. *Tom. 1. Ep. 47. de vitando ſuſpecto contubernio, poſt init. pagina 224. lit. D.*

56. Sapienter debet dolere, qui dolet, ne perdat ſine cauſa quod dolet. *Tom. 4. Ep. 52. ad Tyraſium, in fine, pag. 313. B.*

HUGO à S. VICTORE.

57. Quantò profundior eſt amor, tantò altiùs tangit dolor. *Super Pentateuc. cap. 7. ante med. pag. 13. H. tom. 1.*

58. Qui dolorem capitis non patiuntur benignè, pro Chriſto capitis abſciſſionem quomodo paterentur? *Lib. 1. de Clauſtro animæ, cap. 12. ante med. pag. 36. H. tom. 2.*

HUGO CARD.

59. Dolor & timor quaſi duæ molæ ſunt, inter quas

molirur juſtus, ut fiat panis, & poſſit comedi à Chriſto & Eccleſiæ incorporari. *Super Gen. cap. 20. fol. 26. col. 2. tom. 1.*

HUGO CARD. 60. Dolor principium eſt hominis, labor medium, timor finis. *Super 3. Regum, cap. 3. folio 265. columna 1. tom. 1.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 61. Si quis dolores pertulerit, & gratias egerit, martyrii coronam ſortitur. *Hom. 8. ſup. Ep. ad Coloſſ. poſt med. col. 1287. C. tom. 4.*

62. Quantò doloris plus toleratum fuerit, tantò etiam corona erit magnificentior. *Orat. 5. adverſ. Judæos, poſt medium. columna 1142. littera B. tom. 5.*

63. Anima magni doloris particeps, irritari atque iraſci non patitur: ubi enim dolor & contritio, longè omnis abit irritatio. *Hom. 59. ſuper Joan. circa med. col. 285. A. tom. 3.*

64. Mens dolore percuſſa, non ſtudet elationi, ſed amarè ingemiſcit, amariùs flet. *Ibidem.*

65. Prorsùs neminem invenies doloris exortem: neque enim fas eſt, ut homo qui ſit, mortalemque hanc agat vitam, doloris angoriſque ſit expers, ſive quiſpiam dives ſit, ſive Rex. *Hom. 1. ſup. 2. Tim. in princ. Moralis. col. 1537. D. tom. 4.*

66. Doleamus hîc animo, ne doleamus illîc ſupplicio. *Hom. 23. ſup. Epiſt. ad Hebr. in fine Moral. col. 1807. A. tom. 4.*

S. ISIDORUS HISPALENS. 67. Qui dolorem clauſo pectore tegit, quantò ampliùs per ſilentium linguam premit, tantò acriorem dolorem intrinſecùs nutrit. *Lib. 2. de ſum. bono. cap. 29. ſent. 28. pag. 650. col. 2.*

68. Electus Dei doloribus vitæ hujus atteritur, ut perfectionem vitæ futuræ lucretur. *Ibidem, lib. 3. cap. 1. ſent. 3. pag. 661. col. 1.*

LACT. FIRM. 69. Omne animal doloris eſt fugiens. *Libro 3. de divin. Inſtit. cap. 8. ante med. pag. 103.*

PETR. BLES. 70. Dolor ſpeciem ignis gerit, quia dùm plus tegitur plus igneſcit. *Ep. 49. ad Decan. Carnotenſ. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. edit. Colon. 1618.*

71. Ubi cauſa eſt doloris, modus debet eſſe dolentis. *Ibidem, Epiſt. 176. ad quendam. in medio.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 72. Dolor refrigeratio pectoris eſt. *Sect. 11. Problem. quæſt. 13. tom. 2.*

CICERO. 73. Habet præteriti doloris ſecura recordatio delectationem. *Libro 5. Epiſt. 12. ad Lucceium, in med. tom. 3.*

74. Eò gravior eſt dolor, quò culpa major. *Lib. 11. Ep. 11. ad Atticum, in fine. tom. 3.*

75. Peccati dolor maximus eſt & æternus: ſolius, cujus peccatum corrigi non poteſt. *Ibidem, Ep. 15. circa medium.*

76. Doloris medicina eſt philoſophia. *Libro 1. Academic. quæſt. poſt initium, num. 11. tom. 4.*

77. Majores ſunt dolores animi, quàm corporis. *Lib. 2. de finibus, poſt med. num. 107. tom. 4.*

78. Firmandus eſt animus ad dolorem ferendum. *Lib. 2. Tuſc. quæſt. ante med. tom. 4.*

79. Conſuetudo laborum, perpeſſionem dolorum efficit faciliorem. *Ibidem, circa med.*

80. Nemo juſtus eſſe poteſt, qui dolorem timet. *Libro 2. Offic. ante med. tom. 4.*

81. Hoc maximè in dolore providendum eſt, ne quid abjectè, ne quid timidè, ne quid ignavè, ne quid ſerviliter, ne quid muliebriter faciamus. *Proſecutio.*

82. Ingemiſcere nonnunquàm viro conceſſum eſt, idque raro: ejulatus ne mulieri quidem. *Lib. 2. Tuſc. quæſt. poſt med. tom. 4.*

83. Multum poteſt prævifio animi & præparatio ad minuendum dolorem. *Ibidem, lib. 3. ante med.*

MIMUS PUBL. 84. Cuivis dolori remedium, eſt patientia. *In ſuis, ſent. ſent. 80.*

85. Dolor decreſcit, ubi quo creſcat, non habet. *Ibidem, ſent. 93.* MIMUS PUBL.

86. Imperare dolori ſilentium non poteſt. *Libro 5. de declamat. controverſ. 8. in principio, pagina 283. tom. 1.* SENECA.

87. In tuis malis id agere te oportet, ut dolori tantùm des, quantùm poſcit ratio, non quantùm conſuetudo. *De Tranquillit. animi. cap. 15. poſt init. pag. 539. tom. 1.*

88. Dolorem dies conſumit, licet contumaciſſimum quotidie inſurgentem, & contra remedia efferveſcentem; tamen illum efficaciſſimum mitigandæ ferociæ tempus enervet. *De conſolat. ad Marciam. cap. 8. in princ. pag. 603. tom. 1.*

89. Omnis magnitudo doloris modum excedentis, neceſſe eſt delectum verborum eripiat, cùm ſæpè vocem quoque ipſam intercludat. *De conſolat. ad Helviam. cap. 1. in fine. pag. 625. tom. 1.*

90. Dolore nihil eſt apud miſeros potentius. *Ibidem cap. 2. in princ. pag. 625. tom. 1.*

91. Quædam nos magis torquent, quàm debeant: quædam antè torquent, quàm debeant: quædam torquent, cùm omninò non debeant. Aut augemus dolorem, aut fingimus, aut præcipimus. *Ep. 13. ante med. pag. 543. tom. 2.*

92. Imbecillus eſt & ignavus, qui propter dolorem moritur: ſtultus, qui doloris cauſa vivit. *Ep. 58. in fine. pag. 630. tom. 2.*

93. Nulla res citiùs in odium venit, quàm dolor: qui recens conſolatorem invenit, inveteratus verò deridetur. *Epiſt. 63. ante finem, pag. 637. tom. 2.*

94. Non eſt, niſi ex eo quod ſentias, dolor. *Ep. 74. in calce. pag. 679. tom. 2.*

95. Summi doloris intentio inveniet finem, nemo poteſt valdè dolere & diù. *Proſec.*

96. Sic nos amantiſſima noſtri natura diſpoſuit, ut dolorem aut tolerabilem, aut brevem faceret.

97. Maximè dolores conſiſtunt in macerrimis corporis partibus: nervi, articulique, & quidquid aliud exile eſt acerrimè ſævit, cùm in arcto vitia concepit: ſed citò hæ partes obſtupeſcunt, & ipſo dolore ſenſum doloris amittunt.

98. Hoc itaque ſolatium vaſti doloris eſt, quòd neceſſe eſt deſinas illum ſentire, ſi nimis ſenſeris. *Ep. 78. ante med. pag. 692. tom. 2.*

99. Dolorem gravem ſentio: quidni ſentias, ſi illum muliebriter tuleris. *Ibidem.*

100. Dolor, egeſtas ignominia, carcer, exilium, cùm ad ſapientem pervenêre manſueta ſunt. *Ep. 85. in calce, pag. 725. tom. 2.*

101. Plus dolet, quàm neceſſe eſt; qui antè dolet, quàm neceſſe ſit. *Ep. 98. in medio, pag. 801. tom. 2.*

102. Plus oſtentatio doloris exigit, quàm dolor. *Ep. 99. in medio, pag. 805. tom. 2.*

103. Toto contra dolorem pugnet quiſque animo: vincetur, ſi pugnare ceſſerit: vincet, ſi ſe contra dolorem ſuum intenderit. *Ep. 78. in medio, pag. 693. tom. 2.*

104. Vincetur dolor ratione, ſi victus eſt uſu. *Ep. 78. poſt med. pag. 694. tom. 2.*

105. Dolor imminet; ſi exiguus eſt, feramus, levis enim eſt patientia: ſi gravis eſt, feramus, non levis eſt gloria. *De remediis fortuitor. ante med. pag. 283. edit. Baſileenſis 1537.*

106. Dolor clamorem exprimit, dùm ſecreta non exprimat: non poteſt par dolori eſſe, nec rationi dolor. *Ibidem.*

Vide etiam tit. Deſiderium. ſent. 31. Lachryma. ſent. 37. 69. Peccatum in genere. ſent. 5. Pœna. ſent. 50. ſanctitas. ſent. 25.

Dolus.

Vide Fraus.

Domare.

SENTENTIÆ PATRUM

S. ANTONIN. 1. NIHIL ſic valet ad carnis deſideria edomanda, ſicut cogitare qualis ſit futura mortua. *Parte 4. tit. 4. de Temperantia. cap. 4. §. 3. in fine, folio 42. columna 1.*

2. Cùm corpus per flagella atteritur, cor circa libidinis delectationes non vagatur. *Part. 4. tit. 3. cap. 7. §. 18. ferè in medio, folio 33. col. 4.*

S. AUGUSTIN. 3. Fræni gutturis temperata relaxatione & conſtrictione tenendi ſunt. *Lib. 10. Conf. cap. 31. in fine, pag. 128. C. tom. 1.*

4. Carnem veſtram domate jejuniis, & abſtinentia eſcæ, quantum valetudo permittit. *Regula 3. ad Clericos, poſt init. pag. 592. D. tom. 1.*

5. Id agit ſpiritus in domanda carne, ut ſolvat malæ conſuetudinis quaſi pacta perverſa, & fiat pax conſuetudinis bonæ. *Lib. 1. de doctr. Christiana. cap 24. poſt med. pag. 10. C. tom. 3.*

6. Non ait Apoſtolus, Linguam nullus domare poteſt; ſed, nullus hominum: ut cùm domatur, Dei miſericordia, Dei adjutorio, Dei gratia fieri fateamur. *Profec.*

7. Conetur ergo anima domare linguam, & dùm conatur, poſcat auxilium, & oret lingua, ut dometur lingua, domante gratia. *De Natura & gratia. cap. 15. in fine, pag. 498. D. tom. 7.*

8. Princeps & domina carnis naturaliter anima eſt, quæ domare carnem debet & regere. *Libro 2. contra Julian. cap. 8. ante medium, pagina 665. littera B. tom. 7.*

9. Non meliùs poterit caro luxurioſa domari, quàm qualis erit poſt mortem præmeditari. *De ſpeculo peccator. cap. 4. circa initium, pagina 691. littera A. tom. 9.*

10. Linguam nullus hominum domare poteſt: & homo domat feram, non domat linguam; domat leonem, & non refrænat ſermonem; domat ipſe, & non domat ſeipſum. *Serm. 4. de verbis Dom. in princ. pag. 7. B. tom. 9.*

11. Equus non ſe domat, camelus non ſe domat, elephantus non ſe domat, aſpis non ſe domat, leo non ſe domat; ſic & homo non ſe domat: ſed ut dometur equus, camelus, elephantus, aſpis, leo, quæritur homo; ergo Deus quæratur, ut dometur homo. *Ibidem, ab init. pag. 7. B.*

12. In frænandis libidinibus & coërcendis voluptatibus, ne ſeducat quod malè blanditur, & enervet quod proſperum dicitur, continentia opus eſt. *Serm. 1. Dom. 23. poſt Trin. & in ord. 245. in princ. pagina 808. C. tom. 10.*

13. Summa verecundia eſt, & depreſſa dejectio, non poſſe linguam refrænare, & vile non poſſe ligare membrum. *Serm. 3. ad fratres in Eremo. poſt init. pag. 912. D. tom. 10.*

14. Per temperantiam linguam refræna, appone ei peſſulum rationis, circumcide eam maturitate diſcretionis. *Ibidem.*

15. Reſtringenda eſt parva linguæ favilla, ne in magnam vertatur flammam, ſurculus ne creſcat in ſilvam, gutta ne tumeſcat in fontem. *Ibidem.*

16. Caro domanda eſt, ne impinguata, incraſſata, & dilatata recalcitret. *Ibid. ſer. 40. ante fin. pagina 975. littera A.*

17. Equum fame domares, quem fræno non poſſes. *De utilit. jejunii. cap. 3. in medio. tom. 9.*

18. Filium tuum domas, ut tibi obediat, non propterea odiſti. *Ibidem.*

19. Facilius eſt feras domare, quàm linguam. *De Nat. & grat. cap. 15. circa init. tom. 7.*

V. BEDA. 20. Affectus carnis, niſi mentis jure domentur, unumquemque hominem ducunt ad perditionem. *In ſuis Proverb. verbo Affectus. pag. 186. tom. 2.*

21. Ferreas mentes libido domat. *Ibidem, verbo Ferreas. pag. 189.*

S. BERNARD. 22. Refrænari debent incontinentes motus voluptatis, beſtiales motus curioſitatis, & cervicoſi motus elationis. *Serm 3. de Circumciſ. poſt med. fol. 19 col. 1. littera C.*

23. Conculca beſtiales tuos motus, quia domari debent, ne dominari prævaleant, niſi calcati fuerint, conculcabunt te; niſi premantur, opprimentte. *Serm. 4. Aſcenſion. ante finem, folio 42. columna 3. littera I.*

24. Equum indomitum flagella domant, animam immitem contritio ſpiritus, & aſſiduitas lachrymarum. *Serm. 1. omnium Ss. circa medium, folio 62. columna 2. lit. F.*

25. Jugo diſciplinæ inſolentia morum domanda eſt. *Serm. 23. ſuper Cant. ante medium, folio 151. columna 3. littera H.*

26. Duriùs tractandum eſt corpus, ne rebellet, ne inſoleſcat: ſic tamen ut ſervire ſufficiat, quia ad ſerviendum ſpiritui datum eſt. *De vita ſolit. ante med. folio 316. col. 1. C.*

S. BONAVENT. 27. Puer quando nimis clamat, compeſcitur: ſic homo cenſurâ quadam judiciali debet paſſiones domare. *Serm. 19. in Hexam. in fine, pag. 59. col. 1. C. tom. 1.*

28. Corpus eſt verberibus, jejuniis macerandum, & vigiliis edomandum, ne ſit ſicut equus ſine calcaribus & fræno, & ſicut bos ſine ſtimulo, qui laſcivit in prato. *Serm. 2. de S. Nicolao, in medio pag. 221. col. 1. tom. 3.*

29. Turpe eſt, & rationi contrarium, ut ubi ſe refrænat brutalis natura, quæ tota in laſciviam prona eſt; ſine fræno vivat rationalis creatura, quæ ſenſualitatis & carnis eſt domina, & non ancilla. *Ser. 5. de una virg. ante medium, pag. 350. columna 2. tom. 3.*

30. Pudicitiæ eſt moderamine rationis petulantiam domare. *In Centiloquio, parte 3. sect. 42. in fine, pag. 87. col. 1. E. tom. 6.*

CLEMENS ALEX. 31. Oportet carnem reſtringere, non extinguere; reprimere, non opprimere: ut ſerviat, non laſciviat; ancilletur, non dominetur. *Libro 2. de profectu Relig. cap. 1. poſt initium, pagina 574. columna 1. lit. D. tom. 7.*

DIONYSIUS CARTHUS. 32. Voluptates continere, ventrique dominari, eſt maximi imperii. *Libro 2. Pædagogi. cap. 10 ante med fol. 40. pag. 1. B.*

S. GREG. MAG. 33. Si vis tendere ad perfectionem, neceſſe eſt ut ſtudeas mentis tuæ vitioſas paſſiones edomare. *De perf. charit. art. 4. poſt med. fol. 173.*

34. Quò plus caro premitur, eò de cœleſti ſpe animus ſecuriùs lætatur. *Libro 31. Moral. cap 17. longè poſt init. ſuper illud Job 39. Terram ungula fodit col. 1077. littera D.*

35. Tantò mens meliùs ad ſuperna appetenda componitur, quantò ab illicitis arctiùs corpus edomatur. *Ibidem.*

36. Spiritus per attenuationem ſic carnem domat, ut tardè ſuperbiat. & citò conquieſcat. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 1. poſt med. col. 1489. C.*

37. Diſcretione magni moderaminis, carnis cura frænanda eſt, ut ſerviat, & minimè principetur, ne quaſi domina animum vincat, ſed ſubjecta mentis dominio, quaſi ancilla famuletur. *Libro 9. Moral. cap. 40. circa med. num. 51. col. 341. B. tom. 1.*

S. HIERON. 38. Tenera adhuc & primæ ætatis animalia, ſine labore domari ſolent: quantoque citiùs à vagandi libertate diſſueta ſunt, tantò faciliùs vel colla jugo, vel frænis ora inſueſcunt. *Tom. 4. Epiſt. 1. ad Demetriad. ante med. pag. 18. C.*

39. Grande eſt domare luxuriam, & concupiſcentiæ

flammam adoleſcentiæ facibus æſtuantem animi virtute reſtinguere. *Tom. 4. Ep. 14. ad Maurum filiam, in princ. pag. 87. B.*

S. HIERONYM.

40. Quomodo poteſt libidinem refrænare, qui nec manum valet cohibere, nec linguam? *Lib. 16. ſup. Iſay. cap. 58. ſup. illud 1. Tim. 3. Iejunatus, & percutitis, pag. 216. D. tom. 5.*

HUGO A S. VICTORE.

41. Quando caro domatur, ſpiritus roboratur. *Sup. regul. D. Auguſt. cap. 3. in illud, Carnem veſtram domate. pag. 8. C. tom. 2.*

42. Tantùm debet quiſque carnem ſuam domare per abſtinentiam, quantùm valetudo permittit naturæ. *Ibidem.*

43. Sic nutrienda eſt caro, ut ſerviat: ſic domanda, ut non ſuperbiat. *Ibidem.*

HUGO CARD.

44. Qui de ſtatu peccati egrediuntur, debent carnem domare, & ſic in terram viventium ad Deum Patrem ire. *Super Gen. cap. 45. myſticè. folio 65. columna 3. tom. 1.*

45. Tantùm caro domanda eſt, quantùm valetudo permittit: Id eſt, tantùm ut carnis laſcivia reprimatur, & natura cuſtodiatur. *Ibidem, cap. 46. Myſtice. folio 66. columna 2.*

JOAN. CASS.

46. Iræ contereodus eſt furor, triſtitiæ ſuperanda eſt dejectio, vana gloria contemnenda, ſuperbiæ calcandus eſt faſtus, mentis quoque ipſius inſtabiles vagique diſcurſus aſſiduâ Dei memoriâ refrænandi. *Libro 5. de Cœnob. Inſt. cap. 10. poſt med. pag. 118.*

S. JOANNES CHRYSOST.

47. Non eſt vulgaris negotii refrænare cupiditatem, cohibere ſitim inanis gloriæ, coërcere faſtum, à deliciis temperare, & in aſpera degere diſciplina. *Conc. 3. de Lazaro, poſt med. col. 1347. D. tom 2.*

48. Canes doces imperare ventri, & furorem in leone domas, & ferociam in equo, & teipſum domare neſcis. *Hom. 34. ſup. Acta Apoſt. in Morali, à med. col. 674. D. tom. 3.*

49. Magnum eſt, corpus frænare. *Homil 9. de pœnit. poſt med. col. 891. D. tom. 5.*

JOAN. TRITH.

50. Adverſarius noſter caro, tantò nobis periculoſior eſt, quantò vicinior: quem domari oportet, ne impugnatus inſoleſcat: domandus, inquam, eſt, non occidendus. *Lib. 1. de tentat. Relig. cap. 3. circa med. pag. 667. col. 1.*

S. ISID. HISP.

51. Non poteſt quiſpiam ſpiritalia bella ſuſcipere, niſi priùs carnis edomaverit cupiditates. *Libro 2. de ſum. bono. cap. 41. ſent. 1. pagina 657. col. 1.*

S. NILUS.

52. Equus benè frænatus, eſt corpus ediâ domitum. *Orat. 1. de Gula. in fine, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. editionis Colonienſis 1618.*

THOMAS A KEMPIS.

53. Virtuoſius eſt paſſiones domare, quàm dæmones fugare. *De Diſciplina Clauſtral. cap. 1. ſect. 5. tom. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SENECA.

54. Nulli ſunt tàm feri, & ſui juris affectus, ut non diſciplinâ perdomentur. *Lib. 2. de Ira. cap. 12. à medio, pag. 416. tom. 1.*

55. Ut licentioſa mancipia, animi imperio coërce linguam, ventrem, & libidinem. *De morib. circa init. pag. 677. edit. Baſil. 1537.*

Vide etiam tit. Gula. ſent. 93. Libido. ſent. 49. 55. Victoria ſui. ſent. 18. 19.

Dominium, Dominus, Dominari.

DEFINITIO.

S. ANTONIN.

DOMINIUM eſt jus habendi, poſſidendi, & utendi aliqua re ſimpliciter pro libito voluntatis; vel ſecundùm aliquem determinatum modum ex quadam ſuperioritate & authoritate. *Part. 3. tit. 3. de Domin. cap. 3. §. 4. poſt init. fol. 50. col. 3.*

EPICTETUS.

Cujuſque dominus is eſt, qui ea quæ ipſe vult poteſtatem habet vel conſervandi, vel eripiendi. *In ſuo Enchirid. cap. 20. in princ.*

PLATO.

Dominium eſt principatus juſtus. quem nemo accuſare poteſt. *Tom. 3. Sizygia 6. de definit. ante finem. pag. 415. littera D.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS.

1. Dominus nomen magnificentiæ. nomen eſt poteſtatis. *Libro 1. de fide ad Gratianum. cap. 1. ante med. col. 271. D. tom 2.*

S. ANTONINUS.

2. Aſperitas verborum reddit dominos ſervis oneroſos, ut non eis à ſervis prompto animo ſerviatur. *Part. 4. tit. 2. cap. 5. §. 7. in princ. fol. 22. col. 2.*

3. Sic cum inferiore vivas, quemadmodùm ſuperiorem tecum vivere velis. *Ibidem, ſub finem, folio 22. columna 2.*

4. Conſiderare debent domini ſe cum ſervis ab uno Deo eſſe productos, ad ſuam imaginem eſſe factos, & ejuſdem gloriæ eſſe capaces. *Ibidem, &c.*

S. AUGUSTIN.

5. In dominationibus & ſervitutibus clara juſtitia eſt, ut qui excellunt ratione, excellant dominatione. *Libro 1. quæſt. ſuper Geneſ. quæſt. 153. in fine, pagina 84. D. tom. 4.*

6. Cùm quis hominibus dominari affectat, intolerabilis omninò ſuperbia eſt. *Lib. de Doctr. Chriſt. cap. 23. in fine. pag. 9. B. tom. 3.*

7. Homo cùm dominari appetit (etſi populi ſerviant) ipſa ei dominandi libido dominatur. *Libro 1. de Civitate Dei. cap. 1. ante medium, pagina 3. littera B. tom. 5.*

8. Libido iſta dominandi, magnis malis agitat, & conterit genus humanum. *Ibidem, lib. 3. cap. 14. circa medium, pagina 49. A.*

9. In domo juſti viventis ex fide, qui imperant ſerviunt eis quibus videntur imperare. *Ibid. lib. 19. cap. 14. in fine, pag. 392. D.*

10. Qui contemptor gloriæ, dominationis eſt avidus, beſtias ſuperat crudelitate vitæ, ſive fluxu luxuriæ. *Ibid. lib. 5. cap. 19 prope med. pag. 96. C.*

11. Hominem rationalem factum ad imaginem ſuam, noluit Deus niſi irrationalibus dominari; non hominem homini, ſed hominem pecori. *Ibidem, lib. 19. cap. 15. in princ pag. 392. D.*

12. Juſti non dominandi cupiditate imperant, ſed officio conſulendi: nec principandi ſuperbiâ, ſed providendi miſericordiâ. *Ibidem, cap. 14. in fine, pag. 392. littera D.*

13. Qui imperant, ſerviunt eis quibus imperare videntur: neque enim dominandi cupiditate imperant, ſed officio conſulendi. *Lib. 19. de Civ. Dei cap 14. in fine, pag. 392. D. tom. 5.*

14. Sicut prodeſt humilitas ſervientibus, ita nocet ſuperbia dominantibus. *Ibidem, cap. 1. poſt med pag. 393. littera A.*

15. Non ferè quiſquam eſt, qui careat amore dominandi. *Sup. Pſ. 1. in princ. verſ. 1. Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit. pag. 7. A. tom. 8.*

V. BEDA.

26. Nullus ferè eſt, qui careat amore dominandi. *ſup. Pſalm. 1. ante med. col. 314. tom. 8.*

S. BERNARD.

17. Diſce homo obedire, diſce terra ſubdi, diſce pulvis obtemperare, Deus ſe hominibus ſubdit, & tu dominari geſtiens hominibus, tuo te præponis authori? *Homil. 1. ſuper Miſſus, ante finem. folio 5. columna 2. littera F.*

18. Quàm pauci evadunt, quibus non dominandi libido dominetur! *Serm. 4. Aſcenſ. longè poſt init. folio 41. col. 4. L.*

19. Ament te domeſtici tui: ſi non, facito ut timeant. *Libro 4. de Conſid. ad Eugen. Pap. ante fin. fol. 282. col. 1. littera B.*

20. Non oportet ut vitia domus tuæ ultimus ſcias; quapropter alius aliud diſpenſet, de diſciplina tu provide. *Ibidem, poſt med. fol. 282. col. 1. B.*

21. Nullum

S. Bernard. 21. Nullum venenum, nullus gladius plus formidandus eſt, quàm libido dominandi. *Ibidem, libro 3. poſt init. folio 278. columna 2. F.*

S. Bonaventur. 22. Verè dominus eſt, qui non eget ſervo. *Collat. 35. ſuper cap. 6. Joan. in princ. pagina 438. columna 1. tom. 2.*

23. Vera dominatio eſt non pejorum exceſſus, ſed omnis & pulcbrorum & bonorum poſſeſſio, & cadere non valens fortitudo. *Profec.*

24. Vera dominatio eſt ſervitute privata, habitù libera, nullo modo in ſubjectos tyrannica, dilectione flebili, ſevera & manſueta. *Ibidem.*

S. Cæsarius Arelat. 25. Intolerabile jugum peccatorum, & fœda dominatio & erubeſceoda ſubjectio. *Homil. 4. prope med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 748. col. 1 lit. B. edit. Colon. 1618.*

Cassiodorus. 26. Neceſſe eſt devotum famulum dolore cruciari, quando irreverendiſſimum aliquid de domino contingit audire. *Super Pſalm. 99. ante medium, verſ. 5. folio 143. columna 1.*

S. Greg. Mag. 27. Cum auſteritate & potentia imperant, qui ſubditos ſuos non tranquillè ratiocinando corrigere, ſed aſperè inflectere dominando feſtinant. *Libro 23. Moralium, cap. 7. poſt initium, columna 776. littera B. tom. 1.*

28. Domioorum eſt ſervos alere, oon negligere: delinquentes corrigere, oon necare; fugientes requirere, non abdicare. *Super ſeptem Pſalm. Pœnitent. ſuper Pſalm. 1. verſ. 1. in princ. columna 536. C. tom. 2.*

29. Cuſtodiâ fidei dominorum fulget imperium. *Libro 5. in Regiſtro indict. 14. cap. 163. Ep. 63. ad Maurit. Auguſt. in princ. columna 859. littera D. tom. 2.*

S. Greg. Naz. 30. Ubi nullum eſt imperium, ibi nullus ordo: ubi multorum imperium, ibi ſeditio. *Libro 3. de Theologia, circa initium, pag.* 251.

S. Innoc. III. 31. O extrema conditio! dominum, ſi crudelis eſt, oportet vereri propter nequitiam ſubjectorum: ſi mitis eſt, contingit illum contemni propter inſolentiam ſubjectorum: ſeverum ergo metus affligit, manſuetum vilitas parvipendit. Nam crudelitas parit odium, & familiaritas parit contemptum. *Libro 1. de contemptu mundi, cap. 15. in medio, pag. 3.*

Ioan. Cass. 32. Verè dominationem in illo non poteſt exercere peccatum, qui dominatur affectibus peccatorum. *Collat. 21. Abbat. Theona. cap. 30. in fine, pagina* 805.

S. Joannes Chrysostom. 33. Boni domini eſt, omnia providere quæ ad utilitatem pertinent ſervi: boni autem ſervi eſt, fideliter operari, & non diſcutere domini ſui actus. *Homil.* 28. *ſuper Matth. oper. imperfect. ante med. columna* 919. *C. tom.* 2.

S. Isid. Hisp. 34. A ſubjectis venerari magis, quàm timeri, ſtude: ſubjecti plus te revereantur, quàm metuant: plus tibi officio dilectionis, quàm oeceſſitate adhæreant. *Profec.*

35.* Talem te redde ſubditis, ut magis ameris, quàm timearis.

36. Ex reverentia enim amor procedit, odinm timor affert, fidem metus tollit, affectus reſtituit.

37. Quapropter tempera dominii auſteritatem, ſummâ bonitate ſubditos rege: nec ſis terribilis, ſed amabilis in ſubjectis.

38. Sic eis dominare, ut tibi delectentur ſervire, & in diſciplina & in modeſtia modum para: nec nimiùm, nec parùm indulgeas, nec modicùm, nec ſatis ignoſcas. *Libro 2. de Synonim. cap. 16. circa initium, pagina* 320. *columna* 1.

S. Laur. Just. 39. Non natura, ſed infirmitas & ſuperbia fecit hominem hominibus dominari. *Prof.*

40. Nuſquàm reperies quòd Deus mandaverit, nt hominibus dominarentur homines: verùm ut homo

homines regeret, hoc in divinis frequentiſſimè claret eloquiis. *De Regim. Prælat. cap. 2. poſt init. pag. 558. col. 1. E. part. 2.*

S. Leo I. 41. Dùm dominari magis, quàm conſulere ſubditis quæritur: placet honor, inflat ſuperbia. *Ep. 84. ad Anaſtaſ. Epiſc. Theſſalon. cap 1. ante med.*

Petr. Bles. 42. Sæpè multorum dominatio, eorum eſt damnatio. *Profec.*

43. Quot paupertas ad cœlum promovet, tot cum dignitatibus ſuis infernus abſorbet. *Epiſt. 131. ad quendam. Prior. ante finem, apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pagina 807. columna 2. littera D. editionis Colonienſis* 1618.

Salvianus. 44. Boni domini, bonus famulus. *Libro 3. de Gubernatione Dei, circa medium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. parte 3. pagina 322. col. 2. editionis Colonienſis* 1618.

45. In domo ſua dominus quaſi corporis ſui caput eſt, & vita ejus cunctis norma vivendi. *Ibidem, libro 7. longè poſt initium, pagina 353. columna 2. littera E. Profec.*

46. Morbido autem capite nil ſanum eſt: neque ullum omninò membrum officio ſuo fungitur, ubi quod eſt principale non conſtat. *Ibidem.*

*Sententiæ Paganorum.

Aristoteles. 47. Dominus eſt, noo in poſſidendo ſervos, ſed io otendo ſervis. *Lib. 1. Polit. cap. 4. in fine, tom.* 2.

48. Equum maximè pinguem facit oculus domini. *Lib. 1. Oeconomic. cap. 6. ante med. tom. 2.*

Plato. 49. Eum, qui nunquàm ſervivit, nec bonum laudabilemve unquàm dominum futurum, perſpicuum eſt. *Tom. 2. Sizygia 4. lib. 6. de legibus, ante medium, pagina 762. lit. D.*

Seneca. 50. Ille multorum eſt dominus, ſed plurium, ſcilicet vitiorum, ſervus. *Epiſt. 9. in fine, pagina 537. tom. 2.*

51. Sic cum inferiore vivas, quemadmodum tecum *ſuperiorem velles vivere. *Profec.*

52. Quoties in meotem venerit, quantùm tibi in ſervum liceat, veniat in mentem tantumdem in te domino tuo licere. *Epiſt. 47. in medio, pagina 604. tom 2.*

53. Servis tuis hilarem te præſtes, non ſuperbè ſuperiorem: colant potiùs te, quàm timeant. *Ep. 47. ante fin. pag. 604. tom. 2.*

54. Dominus, qui in ſervos iraſcitur, & crudelis eſt, ſatis oſtendit poteſtatem adversùs alienos ſibi defuiſſe. *De Morbus. ante fin. pag. 678. editionis Baſilienſis* 1537.

Vide etiam. tit. Servitus. ſent. 21. 23. 31. Timor. ſent. 75.

Domus.

DEFINITIO.

Collector. DOMUS propriè eſt ædificiom ad habitaculum factum, quod ex tecto & pariete conſtat.

Sententiæ Patrum.

S. Ambros. 1. Bona domns, io ipſo veſtibulo agnoſci debet, ac primò prætendat ingreſſu, nihil intùs latere tenebrarum. *Libro 2. de Virginibus, poſt initium, col. 88. littera A. tom. 1.*

S. Antoninus. 2. Domus eſt tutiſſimum hominis receptaculum. *Parte 4. tit. 2. cap. 6. §. 2. ante finem, folio 23. columna 3.*

* 3. Mulieris eſt domi philoſophari, ideſt in domo operoſam continuè ſe reddere, & à diſcurſibus ſe cohibere.

Part.4.tit.2. de Prudentia cap.5. §.2. prope med. fol. 20. columna 2.

S. ANTONIUS DE PADUA.

4. Beata illa domus, quam ſapor ſapientiæ afficit, in qua ipſa ſapientia requieſcit. *Serm. Dom. 10. poſt Trin. poſt medium, fol. 235. col. 1.*

5. Domus ex tribus conſiſtit.	Fundamento.	In fundamento, humilitas.
	Parietibus.	In parietibus, virtutum congeries.
	Tecto.	In tecto, charitas notatur. *Ibidem.*

S. AUGUSTIN.

6. Domus nulla tàm felix, in qua non aliquod flagitium extiterit. *Ep. 137. ad Clerum, ante fin. pag. 425. B. tom. 2.*

7. Quantumlibet vigilet diſciplina domus meæ, homo ſum, & inter homines vivo, nec mihi arrogare audeo, ut domus mea melior ſit quàm Arca Noë, ubi tamen inter octo homines reprobus unus inventus eſt. *Profec.*

8. Aut melior ſit quàm domus Abrahæ, ubi dictum eſt, Ejice ancillam & filium ejus.

9. Aut melior ſit quàm domus Iſaac, cui de duobus geminis dictum eſt, Jacob dilexi, Eſaü odio habui.

10. Aut melior ſit quàm cohabitatio ipſius Domini Chriſti, in qua undecim boni, perfidum & furem Judam toleraverunt.

11. Aut melior ſit poſtremò, quàm cœlum, undè Angeli ceciderunt. *Ibidem, in fine, pagina 425. lit. B.*

12. In domo juſti viventis ex fide, qui imperant, ſerviunt eis, quibus videntur imperare. *Libro 19. de Civitate Dei. cap. 14. in fine, pagina 392. littera D. tom. 5.*

13. Ubi caro imperat, & ſpiritus ſervit, perverſa domus eſt: Recta domus eſt, ubi vir imperat, femina obtemperat. *Tract. 2. ſuper cap. 1. Evan. Joan. ante fin. pag. 13. B. tom. 9.*

14. Si negotiationis domus, non debet fieri domus Dei, diſſolutionis debet fieri? *Ibidem, Tract. 10. de cap. 2. ante med. ſuper illud, Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis. pag. 62. C.*

15. Diabolus intrare non poteſt domum, in qua pax dominatur. *Serm. 2. ad fratres in Eremo. ante med. pag. 911. A. tom. 10.*

16. Alii ita ſunt in domo Dei, ut ipſi etiam ſint eadem domus Dei: alii autem ita dicuntur eſſe in domo Dei, ut non pertineant ad compagem domus. *Libro 7. contra Donatiſt. cap. 51. tom. 7.*

17. Non vis corrumpi domum tuam, quare corrumpis domum Dei? *De decem chordis. cap. 10. poſt med. tom. 9.*

18. Lætitia domus lætitiam ſignificat eorum qui lætantur in domo, etiamſi non eos domus ipſa, ſed alia res lætos faciat. *Libro 11. de Civ. Dei. cap. 8. poſt initium. tom. 5.*

19. Adduc ad domum Dei tecum, qui in domo tua ſunt tecum: vel non te pigeat in domum Dei cum illis venire, qui in domum tuam ſoliti fuerant convenire. *Ep. 66. ante fin. tom. 2.*

20. Filii cum parentibus unam domum habent ſuam, & domum Dei non habent unam. *Epiſt. 147. poſt med. tom. 2.*

21. Domum tuam intras propter requiem temporalem, domum Dei intras propter requiem ſempiternam. Si ergo in domo tua ne quid perverſum fiat ſatagis: in domo Dei non debes ferre quantùm in te eſt, ſi quid fortè perverſum videris. *Tract. 10. ſup. Joan. poſt med. tom. 9.*

22. Domus Dei adhuc ædificatur. *Ibidem, tract. 68. poſt medium.*

S. BASILIUS SELEUC.

23. Infelix, qui habitationem inimico accommodans, de ſe arma miniſtrat adverſario. *Orat. 36. ante medium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 3. pagina 456. columna 1. littera A. editionis Colonienſis* 1618.

S. BERNARDI.

24. Felix domus eſt, ubi de Maria & Martha conqueritur: nam Mariæ Martham æmulari, indignum prorsùs eſt. *Serm. 3. Aſſumpt. B. M. poſt initium, fol. 54. col. 4. L.*

25. Mira abuſio! domus ardet, ignis inſtat à tergo, & fugienti prohibetur egredi, evadenti ſuadetur regredi, ab his qui in incendio poſiti ſunt. *Ep. 111. in medio, folio 234. columna 3. littera G.*

26. Quid eſt negligentia gubernantis domum? ignis validus in domo accenſus. *Epiſt. de cura & regim. rei familiaris in ſecundo volumine poſita. in princ. folio 371. col. 1. B.*

27. Si vis ædificare domum, inducat te neceſſitas, non voluntas: cupiditas enim ædificandi, ædificando non tollitur. *Ibidem, poſt medium, fol. 371. columna 1. littera E.*

BOETIUS.

28. Famuli ſi vitioſi moribus ſunt, pernitioſa domus ſarcina eſt. *Libro 2. de conſolat. Philoſoph. Proſa 5. circa med.*

29. Humili domum memento certus figere ſaxo. *Ibid. libro 2. metro 4.*

S. BONAVENT.

30. Domus alta, non in petra, ſed in arena fundata, ſemper minatur ruinam: & tantò major eſt, quantò ſitum obtinet altiorem. *Ser. 2. de S. Bartholom. ſub finem, pag. 271. col. 2. tom. 3.*

31. Fundata domus in arena, ſemper minatur ruinam: nec à caſu poteſt eſſe tuta, niſi diligentiſſimè fuerit conſervata. *Ser. 6. de Ss. Apoſtol. circa med. pag. 302. col. 2. tom. 3.*

CLEMENS ALEX.

32. Res eſt pulcherrima, mulier domûs cuſtos. *Libro 3. Pædagogi, cap. 11. ante med, folio 52. pagina 1. littera A.*

FRANCISCUS TITELM.

33. Rectè domus & habitacula, in quibus ſuper terram homines inhabitant, tabernacula vocantur, quoniam minimum temporis in eis permittuntur demorari, neque ulla in eis fixa aut ſtabilis manſio eſt. *In Annot. ſuper Pſalm. 48. poſt medium, verſ. 11. pagina 458. ſect. 1.*

34. Frequenter contingit, ut mox, poſtquàm ædificatæ fuerint divitum domus, morte abſorbeantur: immò nonnunquàm & priuſquàm ad perfectum ſtructura fuerit perducta, coguntur, velint, nolint, erectas multis laboribus poſteris derelinquere. *Ibidem, &c.*

35. Sit domus Chriſtiani hominis, immunis à choro diaboli, ſit planè humana, ſit hoſpitalis. *Tract. 8. ante medium, apud Bibl. Patrum, tom. 4. editionis Colonienſis* 1618.

S. GREGORIUS MAGNUS.

36. In domo Domini nil noxium, nilque debet eſſe confuſum. *Libro 7. in Regiſtro. Indict. 2. cap. 110. Epiſt. 110. ad Syagrium Epiſcop. in princ. columna 983. lit. B.*

S. HIERON.

37. Nec quid agatur in una domo, domus alia per te noverit. *Tom. 1. Epiſt. 2. ad Nepotian. ante finem, pag. 16. D.*

38. Inſtar palatii, privatorum extructæ ſunt baſilicæ, ut vile corpuſculum hominis pretioſiùs inambulet, qui tecta ſua volunt magis aſpicere, quàm cœlum. *Tom. 1. Epiſt. 18. ad Marcellam. poſt med. pagina 130. littera C.*

HUGO à S. VICTORE.

39. Domus Dei, totus eſt mundus; domus Dei, Eccleſia Catholica eſt: domus Dei, etiam eſt quilibet fidelis. *Profec.*

40. In mundo eſt, ut Imperator in regno: in Eccleſia eſt, ut pater familias in domo: in anima eſt, ut ſponſus in thalamo. *Libro 1. de Arca Noë Morali, cap. 1. circa medium, pagina 196. littera C. tom. 2.*

Hugo Card.

41. Domus Dei eſt,
- Humanitas Chriſti.
- Beata virgo.
- Quælibet anima fidelis.
- Conſcientia pura.
- Corpus juſti.
- Fides.
- Quælibet virtus.
- Eccleſia militans.
- Eccleſia triumphans.
- Religio.
- Hoſpitale paoperum.
- Vita activa.
- Vita contemplativa.
- Sacta ſcriptura. *Super Pſalm. 25. fol. 60. columna 2. tom. 2.*

42. Tanta eſt ſtultitia bominum, ut ita ædificent domos, & præparcut, & repleant, ac ſi ſemper eſſent victuri: de cœleſti verò domo conſtruenda adeò negligentes ſunt, quaſi non eſſent in ea oiſi per biduum, aut tridnum moratuti. *Super Eccleſiaſten, cap. 9. fol. 95. columna 1. tom. 3.*

43. Omnia domus Dei, ubicunque ſit, pauperum eſt, & omnia ejus booa. *Sup. Matth. cap. 5. folio 15. col. 3. tom. 6.*

S. Ioannes Chryſoſtom.

44. Domus non extruitur, oiſi ſit qui ædificet. *Homil. 3. ſuper Geneſ. circa medium, columna 15. littera C. tom. 1.*

45. O ſtultos homines illos, qui pauperibus maledicunt, dicentes inopia univerſam perturbari vitam, & dedecore claras nonnunquàm domos maculari. *Proſecutio.*

46. Quod eſt enim hoc dedecus? dic quæſo. Non eſt ſibi conſtructus ebore lectulus, non argentea vaſa: ſed ſamia cuncta ſunt, & lignea, ac magna iſtud gloria & nobilitas domus eſt.

47. Quare cùm ab exterioribus nimiùm pendere hominem videas, tunc de dedecore illius erubeſcere debes: nullus enim habitus, nulla honeſta ſpecies in divitum ædibus aſpicitur.

48. Nam quaodo vides ligna peripetaſmatibus velata, lectos exornatos argento, quaſi in theatro, & ſuperbâ ſcenatum pompâ, quid hac deſormitate deformius fieri poteſt?

49. Quæ igitur domus orcheſtræ, ac tripudiorum locis ſimilis eſt, divitis-ne an pauperis? Divitis certè, hæc ergo dedecoris plena eſt.

50. E regione autem, quæ domos Pauli, aut Abrahæ domui conſerri poteſt? nonoe domus inopis?

51. Hæc igitur optima atque probatiſſima domus eſt: quod ut meliùs diſcas, Zachæi domum cogitatione ingrediaris, & conſidera, cùm audiſſet Chriſtum apud eum manſurum, quomodo eam ornavit.

52. Sic & nos, oro, domos noſtras exornemus, ut Chriſtum ſuſcipere mereamur: hæc pulcherrima ſunt portarum velamina, ibi cœlorum rex babitat.

53. Vilitas enim & deformitas domus, non à vaſis inordinatè projectis, non à neglecto lectulo, non à muris fumo decoloratis, ſed ab improbitate habitantium cernitur.

54. Quod indè Chriſtus oſtendit, quia virtute habitaotis vel viliſſimas petere caſas non dedignatur: ad improborum autem ædes, etiamſi aureis contegantur laquearibus, nunquàm tamen ingreditur.

55. Illa igitur regia domus rutilantiſſima eſt, in qua Dominus omnium habitat: hæc verò quamvis aureia tecta, iogentibuſque columnis conſtet, cloacis tamen, & omni ſorditie confluentibus rivis ſimilis eſt, cùm diaboli vaſa in ea contineantur.

56. Quapropter nuſquàm videmus Chriſtum in ſplendidas ædes divertiſſe, ſed regiis omiſſis, & molles indutis purpuras poſthabitis, publicanorum caſas & piſcatorum eligebat.

57. Quare tu etiam, cùm ipſum in domum tuam vocare volueris, eleemoſinâ, orationibus, ſupplicationibus, vigiliis ipſam diligenter ornato. S. Joannes Chryſost.

58. Quas ob res nemo vilitate domus erubeſcat, ſi his ornamentis eam decorat. *Homil. 84. ſup. Matth. oper. perfect. ante finem, columna 676. littera C. tom. 2.*

59. Sicut Sancti domus facti ſunt Chriſti, ita impii domus ſunt diaboli. *Hom. 20. ſuper Matth. oper. imperf. poſt initium, col. 877. A. tom. 2.*

60. Mundus domus eſt diaboli: ſicut enim in domo Dei malum non eſt, ita in domo diaboli non invenitur bonom. *Ibidem, Homil. 29. ante finem, columna 930. littera C.*

61. Via domum Dei ædificare? da fidelibus pauperibus undè vivant, & ædificaſti rationabilem domum Dei: in domibus enim homines habitant, Deus autem in hominibus ſanctis. *Ibidem, Hom. 45. poſt init. col. 1058. lit. D.*

62. Si in hac vita ut ſplendidas nobis domoa & ſalubres comparemus, magnam pecuniarum vim ædificando anxii conſumimua: qui nobis ſubeundi ſunt labores, ut clariſſimam nobis in cœlis domum ædificemus, ubi lux illa ineffabilis eſt? *Hom. 55. ſup. Joan. ante finem, col. 265. C. tom. 3.*

63. Quæ tibi domus utilitas, ô homo? numquid ipſam tecum ducens abibis? Noo certè, ſed animam ducens migrabis, & tamen domum potiùs quàm animam ornas: quomodo non turpe eſt marmoribus parietes fruſtrà & temerè contegere, Chriſtum verò nudum circumeuntem negligere? *Hom. 2. ad pop. Antioch. à medio, col. 32. A. tom 5.*

64. Domus neceſſitate major, in cœlos tranſitum impedit. *Ibidem.*

65. Vis magnas & ſplendidas domos ædificare? ædifica tabernacula in cœlis, ut & alios ſuſcipere poſſis, tabernacula nunquàm deficientia. *Ibidem.*

66. Qui ſplendidas domus ædificat, poſt tantos labores, tantoſque pecuniarum ſumptus inutiles, miſer eſt: & quamvis ita laboret, ut immortalem ſervet ſui memoriam, tamen non eſt hoc tàm laudem, quàm crimen ſibi parere. *Proſec.*

67. Nam ſtatim ad hæc ſubjungentur plurimarum contumeliarum verba: Domus hæc hujus eſt avari, hujus rapacis, hujus viduarum & orphanorum ſpoliatoris. Hoc non eſt memoriam aſſequi, ſed infamari. *Hom. 30. ſup. Gen. ante med. col. 243. B. tom. 5.*

68. Civitas ac domus ſi fuerit ſciſſa, diſſolvetur. *Hom. 42. ſup. Matth. oper. imperfect. poſt init. col. 369. B. tom. 2.*

69. Juſti & ſapientis viri domus non debet illuſtribus patere, ſed humilibus & abjectis. *Lib. 6. de divin. inſt. cap. 12. poſt init. pag. 258.* Lact. Firm.

70 Non aliquo ſingularitatis obtentu deſeras domum tuam, ne alibi domum tibi ædifices ad gehennam. *In invectiva contra Depravatorem, ante medium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 12. part. 2. pagina 946. columna 2. H. editionis Colonienſis 1618.* Petr. Bles.

71. Da operam, ô anima! ut fias Dei domus ſacroſancta, robuſta reddita è debiliſſima, potens ex impotente, ex imprudente intelligens, è delira ſapientiſſima. *De ſomniis, poſt medium, pagina 807. tom. 2.* Philo Jud.

72. Domus ſine triplici conjunctione, ſcilicet viri & uxoris, patris & filii, domini & ſervi, non eſt perfecta. *Secunda ſecundæ quæſtion. 58. art. 7. in corpore.* S. Thomas Aquinas.

73. Omnis bona domus debet habere fundamentum firmum, parietes rectos, feneſtras claras, & tectum integrum. *Serm. 30. ad Novit. diviſ. 1. in calce. tom. 1.* Thomas a Kempis.

74. Claude oſtium domus tuæ, & eris in pace. *In hortulo Roſar. cap. 11. in princ. tom. 2.*

IN VIT. PATR. 75. Quid opus eſt alienam domum ædificare, & propriam ſubvertere? *In ſent. in fine poſitis. ſent. 79. pag. 999. col. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 76. Ornanda eſt dignitas domo, at non ex domo tota quærenda; nec domo dominus, ſed domino domus eſt honeſtanda. *Libro 1. de Officiis. poſt medium, tom. 4.*

MIMUS PUBL. 77. Cui nuſquàm domus eſt, ſine ſepulchro eſt mortuus. *In ſuis ſent. ſent. 112.*

SENECA. 78. Domus munimentum ſit adverſus infeſta corpori. *Ep. 8. circa med. pagina 533. tom. 2.*

79. Sic habita, ut potiùs laudetur dominus, quàm domus. *De Moribus. ante finem, pag. 678. edit. Baſil. 1537.*

80. Nulla puſilla domus, quæ multos amicos capit. *Ibidem.*

Vide etiam tit. Ædificium. ſentent. 31. Diſciplina. ſent. 6. Dominus. ſent. 20. Epiſcopus. ſent. 47. Infernus. ſent. 84. Nobilitas. ſent. 132. Regimen. ſent. 127. 128. 131.

Donum.

DEFINITIO, DIFFERENTIA.

DEFINITIO.

PLATO. DONUM eſt gratiæ commotatio. *Tom. 3. ſizyg. 6. de definit. circa med. pag. 414. littera A.*

DIFFERENTIA.

S. ISIDORUS HISPALENS. Inter munus & donum hoc intereſt, quòd munus accipientis ſit, donum dantis: illud à muniendo, iſtud à dando. *Libro 1. de differentiis. Differ. 108. pag. 285. columna 1.*

PHILO JUD. Obſerva dona differre à muneribus: illa enim magnitudinem bonorum præſe ferunt, hæc intra parvum modum contrahuntur. *Lib. 2. legis allegoriarum. longè poſt med. pagina 136.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Quidquid ex affectu puro ac ſincero promitur, hoc eſt decorum. *Libro 2. Offic. cap. 21. ante fin. col. 52. C. tom. 1.*

2. Qui non habet quod donet, adſcribi ei culpa non poteſt, quòd non donaverit: qui autem habet quod donet, & non dat, utique obnoxius eſſe incipit peccato. *Super Pſalm. 118. ſerm. 9. verſ. 5. in fine, col. 1496. A. tom. 4.*

3. Perit omne quod perditis datur. *Ser. 81. poſt med. col. 778. D. tom. 3.*

S. ANSELMUS. 4. Plus dat, qui arborem ſimul cum fructibus, quàm qui ſolos fructus dat. *De ſimilitud. cap. 84. poſt initium.*

S. ANTONIN. 5. Datum offuſcat, qui cum triſtitia dat, vel illud extollit. *Part. 4. tit. 4. de Temperantia. cap. 1. §. 7. poſt med. fol. 37. col. 4.*

S. ATHANAS. MAGNUS. 6. Nemo ampliùs dedit, quàm qui ſibi nihil reſervavit. *In Exhort. ad Monachos. poſt medium. columna 833. littera E.*

S. AUGUSTIN. 7. Nemo eſt donis Dei beatus, qui donanti exiſtit ingratus. *De bono viduit. cap. 16. poſt medium, pag. 732. D. tom. 4.*

8. Qui dat, ſic ſervet hilaritatem, ut qui accipit non perdat ſecuritatem. *De amicitia, cap. 25. in fine, pag. 781. B. tom. 4.*

9. Deus, non cui detur, ſed quo animo detur, attendit. *Libro 21. de Civit. Dei. cap. 27. ante med. pag. 458. C. tom. 5.*

10. Habet ſemper undè det, cui plenum pectus eſt charitatis. *Super Pſal. 36. conc. 2. ante med. verſ. 22. pag. 196. D. tom. 8.* S. AUGUSTIN.

11. Vis ut Deus det ſe tibi? quid ſi quod vis habere, non vult ipſe ut habeas, ut ſe tibi det? impedimenta removet, ut intret ad te, & ſe tibi det. *Sup. Pſ. 85. ante med. verſ. 4. pag. 649. C. tom. 8.*

12. Deus dare vult, ſed non dat niſi petenti, ne det non capienti. *Super Pſal. 102. non procul ante med. verſ. 5. pag. 799. A. tom. 8.*

13. Quando non dat Deus, ideò non dat, ne obſit quod dat. *Super Pſ. 144. poſt med. verſ. 16. pag. 1153. A. tom. 8.*

14. Totum habet, qui bonam voluntatem habet: ipſa eſt quæ poteſt ſufficere, ſi cætera non ſint. Si autem ſola deſit, nihil prodeſt quidquid habitum fuerit; ſola ſufficit, ſi adſit. *Hom 8. ex quinquaginta Hom. à medio, tom. 10.*

15. Omnia dona temporalia figuræ ſunt donorum æternorum. *Contra Adimant. cap. 20. ante finem, tom. 6.*

16. Bona mea, dona tua ſunt. *Lib. 10. Conf. cap. 4. ante med.*

17. Res proſpera, donum eſt conſolantis: res adverſa, donum eſt admonentis Dei. *Epiſt. 87. circa med. tom. 2.*

18. Bis dat, qui dat celeriter. *In ſuis Proverb. verbo Inopi. pag. 191. tom. 2.* V. BEDA.

19. Nonne jure perditum reputatur, quod ingrato donatum eſt? aut dediſſe non pœnitet, quod periſſe videtur? *Serm. 2. de ſeptem panibus, ante med. fol. 50. col. 4. littera L.* S. BERNARD.

20. Cavendum eſt ex his aut dare quod nobis accepimus, aut quod erogandum accepimus, retinere. *Serm. 18. ſuper Cantic. poſt initium, folio 146. col. 4. littera M.*

21. Numquid non perit, quod donatur ingrato? *Ibidem, ſerm. 51. poſt medium, folio 174. columna 2. littera E.*

22. Quis dare velit quod dediſſe dedeceat, accepiſſe non proſit? *Profec.*

23. Libenter do, invitus perdo: ſcimus quoniam ſperanti grandia, modica minùs grata venire ſolent: quod autem non venit gratum, perditum eſt, non datum.

24. Scio quidem dare quàm accipere beatius eſſe; ſed ſi detur quod danti honeſtum eſt, accipienti utile ſit. *Ep. 153. ad Bernard. de portis. circa med. folio 242. col. 1. littera A. B.*

25. Nullus ſe poterit excuſare, quin omni petenti ſe tribuat: qui autem dare non poſſunt, tàm afflicti, quàm voluntariâ paupertate coacti, voluntatem dare tenentur. *Libro de Paſſione Dom. cap. 31. ante med. fol. 71. col. 2. F.*

26. Plus te delectet dare, quàm accipere: melius eſt enim dare, quàm accipere. *Ser. 44. ad Soror. in fine, folio 92. col. 2. E.*

27. Mimis & hiſtrionibus dare, nihil aliud eſt, quàm dæmonibus immolare. *Super Lucam, cap. 16. in illud, Omni petenti te tribue, pagina 74. col. 2. B. tom. 2.* S. BONAVENT.

28. Copioſiùs donat, qui ex majori corde donat. *Ibidem, cap. 21. in principio, pagina 251. columna 1. littera E.*

29. Dona perfecta gratuita, perficiunt dona optima naturalia. *De 7. donis Spirit. S. in genere. cap. 2. ante med. pag. 227. columna 2. A. tom. 6.*

30. Minima dona per magna reputa, eris & dignus majora accipere. *In Alphabeto Religioſorum, lectione 12. pagina 529. columna 1. littera A. tom. 7. parte 4.*

S. FULGENT. 31. Tantò quis deterioris tenetur ſuperbiæ reus, quantò in melioribus donis exiſtit ingratus. *Proſecutio.*

32. Damnabilis eſt, qui ſubſtantiâ ſeculi malè utitur: ſed damnabilior eſt, qui ſpiritalibus donis ſuperbus efficitur. *Epiſt. 6. ad Theodorum. cap. 8. in calce. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 1. pag. 138. col. 1. edit. Coloniæ* 1618.

GLOS. INT. 33. Voluntas dantis à Deo penſatur, non dati quantitas. *Sup. Tobiam cap. 4. columna* 1516. *littera D. tom.* 2.

GLOSSA ORD. 34. Quidquid bono animo non datur, apud Deum gratiam non meretur. *Sup. Eccleſiaſtic. cap. 35. in princ. col. 2149. A. tom.* 3.

35. Qui invitus dat propter præſentem pudorem, non habet mercedem. *Sup. 2. ad Cor. cap. 9. in illud, Non ex triſtitia, &c. col. 423. A. tom. 6.*

36. Qui ſpiritualibus donis dotati ſunt, terrenis non debent negotiis implicari: cavendum eſt tamen, ut hi qui donis ſpiritualibus emicant, nequaquàm proximorum infirmantium negotia funditùs deſerant. *Sup. 1. ad Cor. cap. 6. col. 238. C. tom. 6.*

37. Largè dat, qui affectum largiendi habet, etſi nihil habeat quod largiri poſſit. *Sup. 2. ad Cor. cap. 9. in illud, Hilarem datorem diligit Deus. col. 423. littera A. tom. 6.*

GRATIANUS. 38. Eorum, qui pauperes opprimunt, dona ſunt refutanda. *In decret. part. 1. Diſt. 90. Can. Eorum.*

S. GREG. MAG. 39. Plerumque mali, qui provocari donis ad meliora debuerant, donis pejores fiunt. *Lib. 11. Moral. cap. 2. in princ. num. 1. col 374. A. tom 1.*

40. Quiſquis dona percipit, ſed donorum tempore nequaquàm etiam flagella pertimeſcit, in elationem per lætitiam corruit. *Ibidem, lib. 3. cap. 7. poſt med. col.* 69. *B.*

41. Omne quod datur, dantis mente penſatur. *Ibid. lib. 22. cap. 8. ante med. col. 744. D.*

42. Quoties dignâ conſideratione aliqua merentibus conceduntur, & Deum lætificant, & ipſum ditant ſine dubio largientem. *Lib. 10. in Regiſtro. Indict. 5. cap. 2. Ep. 2. ad Anthemium ſubdiacon. in princ. col.* 1097. *A. tom. 2.*

43. Quid det pauper, niſi ea quæ pauperis ſunt? *Ibidem, lib. 7. Indict. 1. cap. 3. Ep. 3. ad Anaſtaſ. Epiſc. Antiochen. in fine col. 90?. B.*

44. Non in omnipotentis Dei judicio quid datur, ſed à quo datur aſpicitur. *Ibidem, lib. 7. Indict. 2. cap. 126. Ep. 126. ad Recharedum Regem Viſigothor. ante med. col. 1000. D.*

45. Dùm per occultum tumorem apud ſemetipſum extollitur, ejus qui donum tribuit, gratiâ privatur. *Ibidem. paulo poſt med.*

46. Neceſſe eſt ut de dono cæleſti & timendo gaudeas, & gaudendo pertimeſcas. *Ibid. lib. 9. Indict. 4. Ep. 58. ad Auguſt. Epiſc. Anglor. poſt init.*

S. GREG. NAZ. 47. Donando magnificus, jucundiùs dat, quàm alii accipiunt. *Orat. 3. de ſancto lavacro. a medio. pagina* 302.

S. HIERON. 48. Nunquàm petentes, raro accipiamus rogati; beatius eſt enim dare, quàm accipere. Neſcio quomodo etiam ipſe qui deprecatur ut tribuat, cùm acceperis, viliorem te judicat, & mirum in modum, ſi eum rogantem contempſeris, plus te poſteriùs veneratur. *Tom. 1. Ep. 2. ad Nepotian. ante finem. pagina 17. littera A.*

49. Non eſt grata donatio, ſi unus offerat rem duorum. *Tom. 1. Ep. 14. ad Celantiam. poſt med. pag.* 114. *littera C.*

S. JOANNES CHRYSOST. 50. Dat Deus temporalia bonis & malis, ſed ſenoo dat, niſi tantummodò bonis. *Hom. ſup. Pſ. 33. ante fin. col. 722. D. tom. 1.*

51. Dona pauperum, lucra ſunt animarum. *Serm. de Zachæo. in medio. col. 1264. D. tom. 2.*

52. Donum non eſt accipientis meritum, ſed largitoris liberalitatis gratificatio. *Serm. de verb. Apoſtol. Habentes eumdem ſpiritum, &c. ante med. col.* 1002. *A. tom. 3.*

53. Non quæritur num multa quiſque dederit, vel modica; ſed an non minùs dederit, quàm potuerit. *Serm. 1. ſup. Epiſt. ad Coloſſ. in fine col. 1238. littera B. tom. 4.*

LACT. FIRM. 54. Perit quidquid gratiæ causâ tribuitur non indigentibus, aut cum fœnore redit. *Lib. 6. de divin. Inſt. cap. 11. in fine. pag.* 258.

S. LEO I. 55. Semper illi quod largiatur occurrit, cui benè velle non deficit. *Serm. 1. de jejun. decimi menſis. poſt medium.*

56. Temporale donum, in præmium tranſit æternum. *Serm. 2. de jejun. ſeptimi menſis. prope fin.*

S. THOMAS AQUINAS. 57. Quicunque dat aliquid quod multiplicatur ſibi, debet promptè, abundanter, & hilariter dare. *Sup. 2. Cor. cap. 9. lect. 2. in princ.*

58. Qui obligat ſe ad dandum aliquid minus, non reputatur reus, ſi dederit majus. *De perfect. vitæ ſpirit. cap. 25. circa med. tom. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 59. Gratia ſequitur eum, qui dat, non eum qui non capit; & laus etiam magis: facilius eſt etiam non accipere, quàm dare. *Lib. 4. Ethic. ad Nicomach. cap. 1. poſt init. tom. 2.*

CATO POETA. 60. Quod donare potes, gratis concede roganti. *Lib. 4. diſtichor. metr.* 19.

PLATO. 61. Manus manum fricat: da aliquid, & cape aliquid. *Tom. 3. ſizygia. 6. in dialogo Axiochi. ante med. pag. 366. D.*

SENECA. 62. Ne ceſſaveris dare, opus tuum perage, & partes boni viri exequere. *Lib. 1. de benefic. cap. 2. in fine. pag.* 380. *tom.*

63. Non quid fiat, aut quid detur refert, ſed quâ mente. *Ibid. cap. 6. in princ. pag.* 384.

64. Multò gratiùs venit, quod facili, quàm quod plenâ manu datur. *Ibidem, cap. 7. circa finem. pagina* 384.

65. Non quanti quæque ſint, ſed à quali dentur, perſpiciendum eſt. *Ibidem, cap. 9. in princ. pag.* 385.

66. Sic demus, quomodo vellemus accipere: ante omnia libenter, citò ſine ulla dubitatione. *Ibid. lib. 2. cap. 1. in princ. pag* 390.

67. Qui tardè dedit, & diem extrahens, profuit, non ex animo fecit. *Ibidem, cap. 5. in fine. pag.* 392.

68. Idem eſt quod datur, ſed intereſt quomodo detur. *Ibid. cap. 6. in fine. pag.* 393.

69. Quàm dulce, quàm pretioſum eſt, ſi gratias ſibi agi non eſt paſſus, qui dedit: ſi dediſſe, dùm dat, oblitus eſt. *Ibidem.*

70. Omni genere, quod des, quò ſit acceptius, adornandum eſt. *Ibid. cap. 8. in princ. pag.* 393.

71. Qui quod dedit imputat, gratiam deſtruit: & qui quantum det oſtendit, munus ſuum non commendat, ſed exprobrat. *Ibid. cap. 15. a medio. pag.* 397.

72. Æſtimenda eſt perſona, cui damus. *Ibidem.*

73. Non refert quid ſit quod datur, niſi à volente volenti detur. *Ibid. cap. 18. in fin. pag.* 400.

74. Turpiſſimum genus perdendi eſt, inconſulta donatio. *Ibidem, lib. 4. cap. 10. in medio. pag* 436.

75. Stultum eſt dare alicui, quod accipere non poſſit. *Ibid. lib. 7. cap. 18. in medio. pag.* 515.

76. Non eſt magni animi, dare, & perdere: ſed hoc eſt magnianimi, perdere & dare. *Lib. 7. de Offic. cap. ultim. in calce pag. 523. tom. 2.*

77. Plurimum intereſt, utrum quis dare ſciat, an ſervare neſciat: multi ſunt enim, qui non donant, ſed projiciunt *Ep. 120. ante med. pag. 873. tom. 2.*

78. Id quod datur nec bonum, nec malum eſt: animus eſt, qui parva extollit, ſordida illuſtrat, magna & in pretio habita dehoneſtat. *Lib. 1. de benefic. cap. 6. in medio. tom. 2.*

SENECA. 79. Magis nos obligat, qui dedit parva magnificè, qui regum æquavit opes animo: qui exiguum tribuit, ſed libenter. *Ibidem, cap. 27. in princ.*

SEXT. PHILOS. 80. Occaſiones donorum perquire, etiam cum labore. *Sent. 92. pag. 65. col. 1. C. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colon.* 1618.

81. Quæcunque dat mundus, nemo firmiter tenet. *Ibidem, ſent. 390. pag. 67. col. 1. C.*

Vide etiam tit. Dilatio. ſent. 12. 13. Eleemoſina. ſent. 24. 26. 27. 28. 44. 99. 100. 101. 102. Euchariſtia. ſent. 32. Ingratitudo ſent. 18. Inſidiæ. ſent. 22. 23. Miſericordia in genere ſent. 95. 96. 98. Opus. ſent. 82. Reddere ration. ſent. 30. Virtutes Theolog. ſent. 69.

Dormire.

DEFINITIO, DIVISIO, COMPARATIO.

DEFINITIO.

CASSIODORUS. DORMIRE eſt à ſenſibus carnis remiſſa mentis intenſione requieſcere. *Sup. Pſ. 40. poſt med. verſ. 9. fol. 62. col. 3.*

Dormire eſt ad actus vitæ noſtræ reparato animi vigore remeare. *Ibidem.*

S. GREG. NYSS. Somnus nihil aliud eſt, quàm brevis & temporaria mors. *De ſomno & vigilia, & habetur apud D. Ioan. Damaſcen. lib. 3. parall. cap.* 88. *in calce fol.* 136. *pag. 1. littera B.*

DIVISIO.

HUGO CARD. Eſt dormitio quadruplex. ſc.
- Dormitio naturæ.
- Dormitio mortis.
- Dormitio culpæ.
- Dormitio gratiæ. *Sup. Geneſ. in cap. 8. fol. 12. col. 1. tom. 1.*

COMPARATIO.

DIONYSIUS CARTHUS. Sicut corporaliter dormit, qui oculos carnis tenet clauſos, nec utitur ratione; ſic ſpiritaliter dormit, qui oculos mentis ad ea quæ Dei ſunt, ac ſuæ ſalutis, non aperit. *Sup. Apocal: cap. 3. art. 4. poſt init. fol.* 107. *littera B.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Dormire non priùs cupiditas, quàm neceſſitas ſit: & tamen cùm quieſcit corpus, vigilet animus. *Proſecutio.*

2. Qui frequenter in ſomnis aut lecta repetit, aut ſomno interrupta continuat, aut diſpoſita gerit, aut gerenda prænuntiat. *Lib. 2. de Virginib. poſt initium. col.* 88. *A. tom.* 1.

3. Dormiat caro tua, vigilet fides; dormiant illecebræ corporis, vigilet cordis prudentia. *In Exhortat. ad Virgines poſt med. col.* 123. *D. tom.* 1.

4. Perfidis dormit JESUS, fidelibus vigilat. *Sup. Pſ. 43. ante med. col.* 1375. *D. tom.* 4.

5. Grave eſt ſi te otioſum in ſtratis radius ſolis orientis inverecundo pudore inveniat. *Sup. Pſ.* 118. *ſerm.* 19. *verſ. 4. in princ. col.* 1583. *C. tom.* 4.

S. ANTONIN. 6. Nec ſomnus Sanctorum vacat à merito. *Part. 4. tit. 9. cap. 1. §. 2. ante med. fol. 136. col. 3.*

S. ARSENIUS. 7. Sufficit una hora Monacho ad dormiendum, ſi pugnator fuerit, & adverſarius vitiorum. *Et habetur apud Ioannem Trithemium. Hom. 17. ad Monachos ante med. pag.* 485. *col. 1. edit. Moguntiæ.*

S. AUGUSTIN. 8. Si dormiat fides veſtra, dormit Chriſtus in vobis: in quo autem non dormit fides, vigilat Chriſtus *Sup. Pſ. 120. verſ. 4. Ecce non dormitabit, &c. pag.* 980. *C. tom.* 8.

9. Vigilat hoſtis, dormis tu? *Sup. Pſ. 65. in fine. pag. 471. A. tom. 8.*

S. AUGUST. 10. Cùm dormis, benedicat anima tua Dominum: non te excitet cogitatio flagitii, non te excitet depoſitio furti, non te excitet condicta ſorte corruptio. Innocentia tua etiam in dormiente, vox eſt animæ tuæ. *Sup. Pſ. 102. ab initio verſ. 1. pag. 794. C. tom.* 8.

11. Medicamentum laſſitudinis, ſomnus eſt: medicamentum fatigationis, dormitio eſt: medicamentum dormitionis, vigilatio eſt. *Hom. 38. ex quinquaginta Hom. poſt med. pag. 355. B. tom.* 10.

S. BERNARDINUS SENENS. 12. Nimia dormitio hebetem ad virtuoſa reddit hominem, & inertem: negligentiam parit & fovet, ex quo faciliter mens ad caſum omnibus tentationibus patet. *Serm. 1. de Chriſtiana vita. art. 1. cap. 2. pag. 3. col. 1. E. tom. 3.*

S. BERNARD. 13. Dormiens in contemplatione, Deum ſomniat. *Serm. 18. ſup. Cant. ante fin. fol. 147. columna 2. lit. F.*

14. Non eſt tutum dormire vicinis ſerpentibus. *Epiſt. 241. ad Toloſanos. poſt initium fol. 259. columna 1. lit. B.*

15. Cave in quantum potes, ſerve Dei, ne totus aliquando dormias: ne ſit ſomnus tuus non requies laſſi, ſed ſepultura corporis ſuffocati: non reparatio, ſed extinctio ſpiritus tui. *De vita ſolit. ante med. fol. 317. col. 4. K.*

16. Suſpecta res eſt ſomnus, & ex magna parte ebrietati ſimilis. *Ibidem.*

17. Iturus ad ſomnum, ſemper aliquid boni defer tecum in memoria, vel cogitatione; in quo placidè obdormias, quod nonnunquàm etiam ſomniare juvet. *Ibidem.*

18. Sobrium cibum ſequitur ſobrius ſomnus. *Ibidem.*

19. Ruminantem pſalmos ſomnus te occupet, ut in ſomno ſomnies te dicere pſalmos. *In formula honeſtæ vitæ in fine. fol. 340. col. 1. C.*

S. BONAVENT. 20. Verè periculoſus eſt ſomnus negligentiæ: Noë dormiens denudatur, Tobias dormiens excæcatur, Iſboſeth dormiens jugulatur. *Serm. 4. Dom. 3. poſt Epiph. in princ. pag. 46. col. 1. tom. 3.*

21. Stultum eſt, & rationi contrarium, ibi dormire, ubi eſt vigilandum. *Serm. de S. Petro ad vincula. ab init. pag. 263. col. 2. tom. 3.*

22. Valdè turpe eſt, ut brutum volatile pro ſua ſalute vigiliam tentat, & rationale animal dormiat *Proſecutio.*

23. Nam & leo ſi cogente naturâ dormiat, ſemper tamen ejus oculi vigilant, eo quòd eos dormiendo non claudat.

24. Lepuſculus etiam, quando dormit nunquàm oculos claudit; in quibus docemur non dormire, ſed ſemper vigilare. *Serm. 4. de Angelis. poſt init. pag. 361. col. 2. tom. 3.*

25. Beatus Arſenius dixit, quòd Monacho ſufficeret, ſi unâ horâ dormiret. Væ igitur illis miſeris, qui tota nocte dormiunt, ut in die vanitatibus intendant. *Ibid. ante med. pag. 361. col. 2.*

CLEM. ALEX. 26. In lanuginoſis plumis dormire, eſt noxium. *Lib. 2. Pædagogi. cap. 9. prope initium, fol. 38. pag. 2. littera F.*

S. CYPRIAN. 27. Chriſtianus cùm dormit oculis, debet corde vigilare. *De Orat. Dominica. cap. 13. prope fin. pag. 272. columna 1.*

28. Non dormiat in theſauris ſuis, qui pauperes dormire non ſinit. *De 12. Abuſion. cap. 4. ante med. pag. 598. col. 1. tom. 3.*

GILLEBERTUS ANGLUS. 29. Amantis anxietas illum dormire non ſinit. *Serm. 2. ſup. Cant. poſt med. apud D. Bernard. volum. 2. fol. 1. col. 3. lit. I.*

S. GREG. MAG. 30. Dormire eſt, in peccatis jacere. *Lib. 8. Moral. cap. 6. ante med. num. 10. col. 250. B. tom. 1.*

31. In terrenis deſideriis oculos mentis claudere, in pulvere dormire eſt. *Ibid. lib. 15. cap. 34. ab init. num. 26. col. 516. B.*

Digitized by Google

S. Hiaonym. 32. Inſidiatur hoſtis ut rapiat, & tu frondoſæ arboris tectus umbraculo molles ſomnos futurus præda, carpis? *Ep. 1. ad Heliodor. ante medium, pag. 2. lit. D. tom. 1.*

33. Nulla ſecuritas eſt, vicino ſerpente dormire: poteſt fieri ut me non mordeat, tamen poteſt fieri ut aliquando me mordeat. *Tom. 2. Ep. 6. adverſ. Vigilant. in fine pag. 126. C.*

34. Non priùs corpuſculum requieſcat, quam animam paſcat. *In Regula Monachor. cap. 14. de contemplat. poſt init. pag. 280. D. tom. 4.*

35. Monachus, qui non vigilat, ſed dormit, non cuſtodit ſe. *Sup. Pſ. 76. verſ. 4. pag. 117. littera A. tom. 8.*

S. Hilarius. 36. Qui dormit, in ipſo ſomni opere eſt: qui autem dormitat, antequàm dormiat, dormitat. *Sup. Pſ. 118. verſ. Adhæſit pavimento anima mea. à medio. fol. 55. col. 4.*

Hugo a S. Victore. 37. Somnus officium membrorum tollit, paulatim ſerpit, phantaſmata ingerit, corpus aggravat, poſtea ipſum fovet ad laborem. *Lib. 4. de propriet. rerum. cap. 17. poſt med. pag. 312. D. tom. 2.*

Hugo Card. 38. Turpe eſt Chriſtiano, ſi radius ſolis eum invenerit otioſum in lecto. *Sup. Pſ. 5. fol. 10. columna 3. tom. 2.*

39. Uſurarius nunquàm dormit, ſicut diabolus. *Sup. Pſ. 14. fol. 28. col. 1. tom. 2.*

40. Laqueos comedis & bibis, & in laqueis quieſcis & dormis. *Sup. Prov. cap. 11. fol. 24. columna 1. tom. 3.*

Ioan. Cass. 41. Nullatenus poterit fragilis caro ita totius noctis quiete fraudari, ut per conſequentem diem ſine dormitatione mentis animique torpore inconcuſſam poſſit ſervare vigilantiam. *De Cænob. Inſt. lib. 3. de Noct. Orat. cap. 8. circa med. pag. 59.*

S. Joannes Chrysostom. 42. Somnus ſanitatis, in mediocri ſatietate conſiſtit. *Hom. 16. ſup. Acta Apoſt. poſt med. in Morali. col. 557. D. tom. 3.*

43. Qui naturali ſomno quieſcit, nec bonum, nec malum operatur. *Hom. 50. in Geneſ. ſub fin. col. 405. D. tom. 1.*

44. Dormit, qui in peccatis eſt. *Serm. 18. ſup. Ep. ad Epheſ. ante med. col. 1065. A. tom. 4.*

Joan. Trith. 45. Periculoſum eſt ſe in eo ſtatu reponere ad lectum, in quo quis mori non vellet. *In cap. 4. Regulæ S. Bened. verbo, Hinc. in med. pag. 313. col. 2.*

46. Dormiendi conſuetudo poſtquàm Monachum ſemel captivum abduxerit, rarò liberum permittit. *Lib. 1. Hom. 17. ad Monachos. poſt med. pag. 487. col. 2.*

47. Somnus multus eſt
- Comes & ſoror libidinis.
- Raptor vitæ hominis.
- Imago mortis.
- Oblivionis conciliator.
- Inertiæ conjunx. *Ibidem, ante finem. pagina 488. columna 1.*

48. Somnus immoderatus.
- Stomachum corrumpit.
- Cerebrum lædit.
- Cor ſimul & animam diſſolvit. *Ibidem.*

49. Frequenter ſomno deditus
- Sapientiam ſpernit.
- Caſtitatem proſtituit.
- Animæ ſalutem negligit.
- Tempus pretioſum perdit.
- Mentem interficit.
- Vitia nutrit. *Ibidem*, &c.

S. Petrus Chrysolog. 50. Quàm ſecurè dormit, qui Deum ſuorum meruit habere cuſtodem. *Serm. 7. ſub fin. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 667. columna 1. littera A. edit. Colon. 1618.*

51. Quid tàm mortis ſimile, quàm dormientis aſpectus? quid tàm vita plenum, quàm forma vigilantis? *Profec.*

52. Indulgendum eſt ſomno, ut corpus reparet, non reſolvat: & vires revocet, non enervet. *Ibidem, ſerm. 24. in princ. pag. 679. col. 1. C.*

S. Petrus Damianus. 53. Præveniat ſomnus accubitum, non accubitus ſomnum: ut quò difficiliùs neceſſitas dilata conceditur, à feſſis membris avidiùs rapiatur. *Opuſc. 48. cap. 11. circa med. pag. 719. col. 2. B. tom. 3.*

Thomas à Kempis. 54. Sit lectus tuus velut ſepulchrum, in quo quieturus es modicùm, paulò poſt iterùm ſurrecturus ad Dei laudes celebrandas. *Profec.*

55. Quantò præparatiùs tranſis dormitum, tantò expeditior eris ad ſurgendum. *De exercit. ſpirit. cap. 11. ſect. 2. tom. 2.*

S. Valerian. 56. Non eſt utilis ſervus, qui feriatos dies ad hoc expectat, ut dormiat. *Hom. 19. poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 497. col. 1. D. edit. Colonia 1618.*

In Vitis Patr. 57. Satietas ſomni mentem ſenſumque hominis, ſtupidum pigrumque reddit. *Lib. 3. num. 2. circa med. pag. 492. col. 2.*

58. Sufficit Monacho; ſi dormierit unam horam, ſi tamen pugnator eſt. *Lib. 5. libell. 4. de continent. pag. 568. col. 1.*

Sententiæ Paganorum.

Aristotel. 59. Scire oportet nullum penitùs animal eſſe, quod aut ſemper vigilando, aut ſemper dormiendo vitam agat, imò verò eidem animali res utraque tribuitur; nec animal ullum eſt, quod utraque privetur. *De ſomno & vigilia poſt init. tom. 1.*

Cato Poëta. 60. Somnia ne cures: nam mens humana quod optat,
Dum vigilat ſperans; per ſomnum cernit id ipſum. *Lib. 2. diſticher. metr. 68.*

Cicero. 61. Jacet corpus dormientis, ut mortui; viget autem & vivit animus. *Lib. 1. de divinat. circa med. num. 63. tom. 4.*

Hypocrates. 62. Somnus & vigilia modum ſi exceſſerint, malum. *Comentar. 2. Aphoriſm. 3.*

Mimus Publ. 63. Benè dormit, qui non ſentit quàm malè dormiat. *In ſuis ſentent. ſent. 58.*

Seneca. 64. Dormio minimùm, breviſſimo ſomno utor: ſatis mihi eſt vigilare deſiiſſe, aliquando dormîſſe me ſcio, aliquando ſuſpicor. *Ep. 83. poſt init. pag. 712. tom. 2.*

65. Stultum eſt ſomno delectari, & quaſi mortem moliri. *De Moribus. poſt med. pag. 678. edit. Baſil. 1537.*

Vide etiam tit. Chorus. ſent. 40. 44. Officium. divin. ſent. 6.

Dubium.

DEFINITIO.

Collector. Dubium eſt judicio deficiente acceptio utriuſque partis cum formidine, & ad neutram partem determinatio. *Vel.*

Dubium eſt motus indifferens in utramque partem contradictionis. *Vel.*

Dubium eſt æqualitas rationum contrariarum.

Sententiæ Patrum.

S. Antonin. 1. In dubiis tutior via eſt eligenda, propter quod ſcrupuloſus eligit viam rigidiorem. *Part. 1. tit. 3. cap. 10. §. 10. ante med. fol. 62. col. 3.*

2. In dubiis bonorum vita, aliis vivendi regula eſt: & tantò magis, quantò meliores ſunt. *Ibidem, cap. 10. §. 11. poſt med. fol. 63. col. 1.*

3. Dubia meliùs ſolvuntur ratione, quàm inquiſitione. *Part. 3. tit. 16 cap. 10. §. 3. circa init. fol. 256. col. 2.*

4. In rebus dubiis & incertis ratio non debet proferre judicium abſque inquiſitione rationis præcedente. *Part. 4. tit. 2. de prudentia cap. 1. §. 4. ante med. fol. 13. columna 2.*

S. Augustin. 5. De omnipotentia Dei & juſtitia dubitare, dementis eſt. *Lib. 1. Retract. cap. 9. poſt med. pag. 9. B. tom. 1.*

S. AUGUSTIN. 6. Omnis, qui utrùm ſit veritas dubitat, in ſeipſo habet verum, undè non dubitet: non itaque oportet eum de veritate dubitare, qui potuit undecumque dubitare. *De vera Relig. cap. 39. in fine. pag.* 508. *littera D. tom.* 1.

7. Si mens dubitat undè dubitet meminit; ſi dubitat, dubitare ſe intelligit, ſi dubitat, certa eſſe vult, ſi dubitat, cogitat, ſi dubitat, ſcit ſe neſcire, ſi dubitat, judicat non ſe temerè conſentire oportere. *Lib.* 10. *de Trinit. cap.* 10. *circa medium pag.* 267. *B. tom* 3.

8. Melius eſt dubitare de occultis, quàm litigare de incertis. *Lib.* 8. *de Geneſi ad litt. cap.* 5. *poſt init. pag.* 433. *A. tom.* 3.

9. Nemo debet cum trepidatione prædicare, undè non poteſt dubitare. *Sup. Pſ.* 88. *poſt init. verſ.* 5. *pag.* 670. *D. tom.* 8.

10. Tene certum, dimitte incertum. *Hom.* 41. *ex quinquaginta Hom. in fine, pag.* 361. *A. tom.* 10.

V. BEDA. 11. Gravis animus dubiam non habet ſententiam. *In ſuis Prov. verbo Gravis pag.* 190. *tom.* 2.

S. BERNARD. 12. Nemo ſuper his quæ certa ſunt hæſitet, nemo dubia pro certis admittat, nemo ſibi in dubiis judicium vendicet. *Serm. Quomodo voluptas noſtra divinæ voluntati ſubjici debeat. poſt med. fol.* 102. *col.* 3. *lit. G.*

13. Unicum in dubiis remedium, ſeu refugium, oratio eſt. *Serm.* 57. *ſup. Cant. poſt med. fol.* 179. *col.* 4. *lit. M.*

14. In rebus dubiis plus alieno ſe, quàm proprio credendum eſt judicio. *Ep.* 82. *ad Abbat. S. Ioan. Carnut. in princ. fol.* 227. *col.* 2. *lit. E.*

15. Error eſt humanæ mentis, certa recipere pro dubiis, dubia pro certis. *Ep.* 85. *ad Vuillelmum. Abb. in princ. fol.* 227. *col.* 4. *lit. L.*

16. Nunquàm pertinaciter aliquid affirmes, aut neges: ſed ſint tuæ affirmationes & negationes dubitationis ſale conditæ. *In notabili documento ante med. fol.* 340. *col.* 2. *lit. E.*

CASSIODORUS. 17. Anxius ſpiritus vicinitatem periculi prodit. *Sup. Pſ.* 142. *ante med. verſ.* 4. *Et anxiatus eſt. fol.* 217. *columna* 3.

S. GAUDENT. 18. Dubiis in fide Chriſti, inhærere exitialis eſt quædam parata ſubmerſio, ac naufragium. *In Reſp. ad Paulum. ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *edit. Colon.* 1618.

S. GREGOR. MAG. 19. Cùm in dubiis conſtringimur, utiliter minimis ſubdimur, ne in magnis ſine venia peccemus. *Lib.* 32. *Moral. cap.* 17. *ante fin. num.* 20. *col.* 1116. *C. tom.* 1.

20. In rebus ambiguis, abſolutum non debet eſſe judicium. *Lib.* 2. *in Regiſtro. Indict.* 11. *cap.* 83. *Ep.* 44. *ad Andream Epiſc. Tarentin. ab initio. col.* 732. *A.*

21. Minus nobis Maria Magdalene præſtitit, quæ citiùs credidit, quàm Thomas, qui diu dubitavit. *Profec.*

22. Ille etenim dubitando vulnerum cicatrices tetigit, & de noſtro pectore dubitationis vulnus amputavit. *Hom.* 29. *ſup. Evang. in princ. col.* 444. *A.*

S. HIERON. 23. Ubi quid ambiguum eſt, non citò ſententiam proferamus. *Lib.* 2. *ſup. Matth cap.* 13. *Can.* 10. *num.* 140. *ſup. illud, Qui ſeminat bonum ſemen, &c. pag.* 41. *lit. D. tom.* 9.

HUGO A S. VICTORE. 24. Dubia in meliorem partem ſemper vertenda ſunt. *De Quæſt. circa Ep. ad Rom. quæſt.* 315. *pag.* 300. *B. tom.* 1.

HUGO CARD. 25. Peſſimus in dubiis augur, timor eſt: nam ſi qua lateant, pejora putat. *Sup. Sapient. cap.* 17. *fol.* 167. *col.* 3. *tom.* 3.

S. JOANNES CHRYSOST. 26. Res dubia ſemper facit hominem negligentem. *Hom.* 49. *ſup. Matth. oper. imperf. in fine. col.* 1103. *B. tom.* 2.

IOAN. GERS. 27. Dubius in fide, infidelis eſt. *De mirab. victor. cujuſdam puellæ. ab initio. part.* 2.

S LAURENT. JUSTIN. 28. Oratione meliùs ſolvuntur dubia, quàm inquiſitione. *De ligno vitæ. tract.* 13. *de Orat. cap.* 1. *poſt med. pag.* 71. *col.* 1. *E. part.* 1.

S LEO I. 29. In his, quæ vel dubia, vel obſcura fuerint, id noverimus ſequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis ſanctorum Patrum inveniatur adverſum. *Ep.* 9. *ad Ruſtic. Narbonenſ. Epiſc. in fine.*

SALVIANUS. 30. Res dubia ac latens meliùs ſemper bonis interpretatoribus, quàm malis defenſoribus creditur. *Ep.* 7. *ad Aprum, & Verum. in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 364. *col.* 1. *D. edit. Colon.* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 31. Dubitationis ſolutio, inventio eſt veritatis. *Lib.* 7. *Ethicor. ad Nicomach. cap.* 2. *in calce tom.* 2.

32. Gravis animus dubiam non habet ſententiam. *In ſuis ſentent.* 151.

SENECA. 33. Proximus eſt neganti, qui dubitavit. *Lib.* 2. *de benef. cap.* 1. *ante med. pag.* 390. *tom.* 2.

34. Expaveſcimus dubia pro certis: non ſervamus modum rerum, ſtatim in timorem venit ſcrupulus. *Ep.* 13. *ante finem. pag.* 544. *tom.* 2.

35. Semper quidquid dubium eſt, humanitas inclinet in melius. *Ep.* 81. *ante finem. pag.* 705. *tom.* 2.

36. De dubiis non definias, ſed ſuſpenſam teneas ſententiam. *De quatuor virtut. in princ. pag.* 673. *edit. Baſileæ* 1597.

Vide etiam Tit. Definitio. ſent. 11. *Sententia. ſent.* 40. *Suſpitio. ſent.* 15. *Vulnus. ſent.* 5.

Dux.

DEFINITIO.

COLLECTOR. Dux eſt princeps præcipuus, qui coram populo eſt, & ei indicat quid faciendum ſit.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANTONIN. 1. Julius Cæſar dicere ſolitus erat, Dux qui non laborat, ut militibus charus ſit, militem neſcit amare, neſcit humilitatem ducis. *Part.* 3. *tit.* 3. *cap.* 1. §. 9. *poſt med. fol.* 47. *col.* 1.

S. CYPRIANUS. 2. Glorioſi ducis eſt, commiſſa ſibi ſigna ſervare. *Ep.* 73. *ad Jubajanum cap.* 3. *ante med. pag.* 182. *col.* 1. *tom.* 1.

S. GREG. MAG. 3. Dux impius eſt, qui à tramite veritatis exorbitat, & dùm ipſe in præceps ruit, ad abrupta ſequentes invitat. *Lib.* 14. *Moral. cap.* 15. *in princ. num.* 30. *col.* 823. *C. tom.* 1.

4. Dux impius eſt, qui per tumoris exemplum, viam oſtendit erroris. *Ibidem.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 5. Dux, niſi antea miles optimus fuerit, ne dux quidem eſſe aliquando poterit. *Hom.* 5. *ſup.* 1. *Timot. circa med. col.* 1456. *B. tom.* 4.

JOAN. GERS. 6. Si unus dux efficiatur Epiſcopus vel Sacerdos, remanet dux. *De poteſt. Eccleſiaſt. & laïca. cap.* 7. *poſt med. part.* 1.

JOAN. SARISB. 7. In tota re militari nihil utilius, nihil clarius duce erudito: nam virtus & induſtria ducis, efficaciam exercitus, quaſi alterâ lance compenſat. *Lib.* 6. *de nugis curial. cap.* 15. *circa med. apud Bibl. Patr. tom.* 15. *pag.* 422. *D. edit. Colon.* 1622.

S. URB. I. PAPA MART. 8. Quis tàm arrogans, tàm impudens, qui in cæleſti militia, quæ propenſiùs ponderanda eſt, ſtatim dux eſſe deſideret, cùm tyro antè non fuerit? *In decret. Gratiani. part.* 1. *diſt.* 80. *Can. Si Officia. fol.* 68. *col.* 3.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

MIM. PUBL. 9. Ducis in conſilio poſita eſt virtus militum. *In ſuis ſent. ſent.* 100.

PLATO. 10. Probro ſummo duci eſt, ambitioſum & pecuniæ amantem eſſe: ſi palàm duces imperii cauſa mercedem exigant, mercenarii vocantur: ſi clam ex ſuo illo imperio mercedem acceperint, fures. *Tom.* 2. *Syzygia.* 4. *lib.* 1. *de Republ. poſt medium, pagina* 347. *littera B.*

E.

LIBER V.

EBRIETAS.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO, DIFFERENTIA, PRODUCTIO, COMPARATIO.

Etymologia.

S. Remigius. BRIAM genere maſculino dicimus calicem aptum potioni à quo dicitur ebrietas, quæ eſt nimia potio vini. *Sup. Ep. ad Galat. cap. 5. Canon. 21. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pagina 957. columna 1. littera A. edition. Coloniæ* 1618.

Definitio.

S. Basilius Magnus. Ebrietas eſt ſpontaneus dæmon ex voluptate in animas irruens. *Conc. 14. contra ebrioſos poſt init. pag.* 213. *tom.* 1.

S. Bonavent. Ebrietas eſt exceſſus, & dicitur ebrietas quaſi extra briam: nam bria dicebatur antiquitus calix vel poculum, qui erat menſura potus; dabatur enim vinum ad menſuram. *Tit. 1. diata cap. 8. in fine. pag. 279. col. 1. A. tom. 6. part.* 1.

Hug. a S. Victore. Ebrietas eſt, per quam menti quædam ſui oblivio generatur, ex ſuperfluorum potuum indulgentia. *De fructib. carnis & ſpiritus cap. 9. prope init. pag. 161. littera D. tom.* 2.

Crapula eſt ſolius corporis cauſa illecebra, & avidus potuum appetitus.. *Ibidem, &c. prope med. lit. D.*

Joan. Gess. Ebrietas eſt vitium, quo quis potat quando & qualiter & qualia non oportet, & plus quàm oportet. *Part. 4. in deſcript. termin. cap. Temperantia. circa init. fol. 26. col. 2. lit. Q.*

Seneca. Nihil aliud eſt ebrietas, quàm voluntaria inſania. *Ep. 83. poſt med. pag. 714. tom.* 2.

Divisio.

S. Ambrosius.

Ebrietatis ſpecies gemina eſt.
- Una quæ titubationem corpori afferat, atque ejus ſupplantet veſtigia, ſenſumque perturbet.
- Altera quæ mentem virtutis vapore gratia, & omnem infirmitatem videatur avertere. *De Noë & Arca cap. 29. poſt med. col. 983. A. tom.* 4.

Philo Jud.

Eſt duplex ebrietas.
- Altera vino madere. — Alterum horum eſt peccatum.
- Altera vino delirare. — Alterum peccati cauſa: utrumque alienum à boni viri officio. *De plantat. Noë poſt med. pag.* 329.

Differentia.

Seneca. Plurimum intereſt inter ebrium & ebrioſum: poteſt, qui ebrius eſt, tunc primùm eſſe, nec habere hoc vitium; qui ebrioſus eſt, ſæpè extra ebrietatem eſſe. *Ep. 83. ante med. pag. 713. tom.* 2.

Productio.

S. Ambrosius. Fuit ebrietas origo inceſti, peſſimæ regeneratricia partus deterior. *De Helia & jejunio. cap. 5. a medio. col. 1124. lit. B. tom.* 4.

S. Basilius Magnus. Ebrietas mater eſt malitiæ, hoſtis virtutis. *Conc. 14. contra ebrioſos. poſt init. pag. 213. tom.* 1.

S. Isid. Hisp. Eſca crapulam, potus ebrietatem generat, ebrietas autem perturbationem gignit mentia, furorem cordis, flammam libidinis. *Lib. 2. de ſum. bono cap. 43. ſent. 1. pag. 658. col.* 2.

Seneca. Cogita quas cladea ediderit publica ebrietas: hæc acerrimas gentes, bellicoſaſque hoſtibus tradidit. *Proſec.*

Hæc multorum annorum pertinaci bello defenſa mœnia patefecit.

Hæc contumaciſſimos, & jugum recuſantes, in alienum egit arbitrium.

Hæc invictos acie mero domuit, ac fatalis ſcyphus condidit. *Epiſt. 83. poſt medium, pagina 715. tom.* 2.

Comparatio.

S. Augustin. Sicut piſcis cùm avidas fauces profert ut glutiat eſcam, repentè hamum intra fauces reperit; ita & ebrioſus intra ſe vinum ſuſcipit inimicum, qui cum ut intraverit, mox impellit ad omne opus nefandiſſimum. *De ſalut. docum. cap. 37. in fine pag. 760. lit. C. tom.* 4.

S. Bonavent. Sicut ebrietas corporalis auſert officium membrorum, & uſum ſenſuum, ſic ebrietas ſpiritualis. *Sup. Pſalm. 35. in fine. pagina 104. columna 2. littera D. tom.* 1.

Seneca. Quemadmodum muſto dolia rumpuntur, & omne quod in imo jacet, in ſummam partem vis caloris ejectat: ſic vino exæſtuante, quidquid in imo jacet abditum, effertur & prodit in medium. *Proſec.*

Onerati mero, quemadmodum non continent cibum vino redundante: ita ne ſecretum quidem, quod ſuum alienumque eſt pariter effundunt. *Ep. 83. circa med. pag. 714. tom.* 2.

Sententiæ Patrum.

S. Ambros. 1. Ubi caro inebriatur, mens titubat, animus vacillat, cor fluctuat. *Lib. 1. de pœnit. cap. 14. circa med. col. 179. C. tom.* 1.

2. Ebrietas fomes eſt libidinis, qua per carnes vapotantur interna viſcera, animus igneſcit, anima exuritur. *Lib. 1. de Cain & Abel cap. 5. ante finem col. 931. A. tom.* 4.

3. Non eſſet hodiè ſervitus, ſi ebrietas non fuiſſet. *De Helia & jejunio. cap. 5. ante med. col. 1124. littera A. tom.* 4.

4. Habet hoc temulentia, ut & molliat & reſolvat corda temulentorum. *Ibidem, cap. 12. in medio. col. 1129. C.*

5. Ebrietas perpetuum dat tremorem, ſudant vino corpora temulentorum: ſi leviùs ea tetigeris, exprimis vinum. *Ibidem, cap. 16. circa init. col. 1132. littera B. tom.* 4.

6. Ebrietas fomentum eſt libidinis, ebrietas incentivum inſaniæ, ebrietas venenum inſipientiæ. *Ibidem.*

7. Quid eſt homo ebrius, niſi ſuperflua creatura? *Ibidem. &c.*

8. O quanta inſania! bibamus pro ſalute Imperatoris, & qui non biberit ſit reus in devotione: videtur enim non amare imperatorem, qui pro ejus ſalute non biberit. *Ibidem, cap. 17. in princ. col. 1132. littera D.*

S. Antonin. 9. Ebrietas fomes eſt, & nutrix omnium vitiorum. *Part. 2. tit. 6. cap. 3. §. 1. in princ. fol 216. columna* 4.

S. Augustin. 10. Non eſt aliud ebrietas, quàm manifeſtus dæmon. *De ſalutar. docum. cap. 37. in medio. pag. 760. C. tom.* 4.

11. Ebrioſus putat ſe aliquod optimum gerere, cùm fuerit ad præcipitia devolutus. *Proſec.*

12. Per vinolentiam armatur ad maledicta, & convitia proximorum, & immutatur mens ejus, & lingua balbutit. *Ibidem.*

S. August.

13. Ebrietas eſt
- Flagitiorum omnium mater.
- Culparum materia.
- Radix criminum.
- Origo omnium vitiorum.
- Turbatio capitis.
- Subverſio ſenſus.
- Tempeſtas linguæ.
- Procella corporis.
- Naufragium caſtitatis.
- Temporis amiſſio.
- Inſania voluntaria.
- Ignominioſus languor.
- Mentis ſanæ debilitatio.
- Turpitudo morum.
- Dedecus vitæ.
- Houeſtatis infamia.
- Animæ corruptela. *De ſobriet. cap. 1. ante med. pag. 684. littera D. tom. 9.*

14. Ebrietas
- Timorem Dei aufert.
- Futurum Dei judicium de corde ſe habentium tollit.
- Cuncta mala ſemper appetit, & nefanda committit.
- Temulentis tempora furatur.
- Dies ſurripit.
- Depoſiti ſui non reminiſcitur.
- Ante temulentum poſita, nec mente nec oculis contuetur. *Ibidem.*

15. Quiſquis immoderatus convivioque medius amiſſis modeſtiæ frænis inſana fuerit ebrietate proſtratus, averſos reſpicit nutantes, quos integros videre nequivit, aut ſermone longo ſuperflua verba emittit, & vana dicta componit, malè clamans & benè ſibi ſonans. *Ibidem, à medio. pag. 685. A.*

16. Ad univerſa, vel crudelitatis, vel turpitudinis facinora perpetranda facilis invenitur, cui nulla ſobriæ mentis ratio, ſed ebrietas dominatur, cordis ſui arcana patefacit, & amicorum ſibi commiſſa ſecreta in medium prodit. *Ibidem.*

17. Sobrietas in fœminis ad terram deponit aſpectum, ebrietas autem amiſſo pudore inverecundos erigit vultus. *Ibidem, cap. 3. in principio pagina 687. littera B.*

18. Omne ſecretum quod ſobrietas cuſtodit, temulentia publicat. *Ibid. poſt init. &c.*

19. Qui alterum cogit, ut ſe pluſquam opus eſt bibendo inebriet: minus malum ei eſſet, ſi carnem ejus vulneraret gladio, quàm animam ejus per ebrietatem necaret. *Serm. 1. Dom. 17. poſt Trinit. & in ord. 231. in princ. pag. 781. B. tom. 10.*

20. O infelicitas generis humani! quàm multi inveniuntur, qui ebrioſos amplius quàm oportet cogunt bibere, & ante oſtium pauperibus petentibus vel unum calicem diſſimulant dare. *Ibidem, ante med. pag. 782. lit. D.*

21. Ebrietas eſt quaſi inferni puteus, quoſcumque ſuſceperit (niſi digna ſubvenerit pœnitentia) ita fortiter ſibi vendicat, ut eoſdem ipſos de inferni tenebroſo puteo ad ſobrietatis lucem redire non permittat. *Ibid. poſt med. pag. 783. B.*

22. Se dicunt eſſe viros, qui in ebrietatis cloaca jacent: & illos non dicunt eſſe viros, qui honeſtè & ſobriè ſtant. Jacent proſtrati & viri ſunt: ſtant erecti, & viri non ſunt. *Serm. 2. Dom. 17. poſt Trinit. & in ord. 232. in princ. pag. 784. D. tom. 10.*

23. Nullus ſe veſtrum inebriet, quia ebrius inſano ſimillimus eſt. *Serm. 1. Dom. 26. poſt Trinit. & in ord. 251. ſub fin. pag. 820. D. tom. 10.*

24. Sunt multi, quod pejus eſt, qui non ſolùm ſeipſos inebriant, ſed etiam alios cogunt & adjurant, ut amplius quàm expedit bibant, & indè ſæpè inter eos naſcuntur jurgia & homicidia. *Ibidem, &c.*

S. Augustin. 25. Ebrietas omnium malorum eſt mater, omnis luxuriæ ſoror, omnis ſuperbiæ pater. *Serm. 33. ad fratr. in Eremo in med. pag. 959. B. tom. 10.*

26. O ebrietas! tu mentem cæcas, judicio recto cares, conſilium nullum habes, blandus dæmon es, venenum dulce es, peccatum ſuave es. *Proſec.*

27. O ebrietas! nunquid non per te inflatur ſtomachus? nunquid non per te putreſcit anhelitus? nunquid non oculos cæcas? nunquid non cuncta membra debilitas? nunquid non mortem accéleras? nunquid non burſam evacuas? *Ibidem, à medio, &c.*

28. Sicut ignis facilè incendit ſtipulas, & leviter ſiccas exurit paleas: ſic ebrietas corpus corrumpit & animam, ſimul & corpus in grave peccatorum incendium dejicit. *Serm. 64. ad fratr. in Eremo ante med. pag. 1005. A. tom. 10.*

29. Homo ebrioſus diverſis in luxuriis ſe proruit, & in ſtercore vitiorum ſe volutat. *Ibid. ſerm. 67. in fine. pag. 1009. B.*

S. Basilius Magnus. 30. Ebrietas Dominum non ſuſcipit, ebrietas Spiritum ſanctum fugat. *Conc. 1. de jejunio in fine pag. 147. tom. 1.*

31. Ebrietas fortem timidum reddit, temperatum petulantem, juſtitiam non novit, prudentiam tollit. *Conc. 14. contra ebrioſos poſt init. pag. 213. tom. 1.*

32. Sicut piſcis ſe præparat ut glutiat eſcam, ita & ebrioſus in vino ſuſcipit inimicum. *Apud Bedam. tom. 7. in ſuiſ ſcintillis. cap. 28. col. 41.*

S. Benedict. 33. Nihil ſic contrarium eſt omni Chriſtiano, quomodo crapula. *In Regula cap. 39. poſt med.*

S. Bernard. 34. Ebrietas ſolet evertere mentem, atque omninò reddere immemores ſui. *Tract. de diligendo Deo cap. Sed. ante med. fol. 298. col. 2. D.*

35. Ebrius nihil rectè facit, niſi cùm in lutum cadit. *Epiſt. de cura. & regimine rei familiaris poſt med. fol. 371. col. 2. lit. F.*

36. Sentis vinum? fuge conſortium: ſentis vinum? quære ſomnum, antequàm colloquium. *Proſec.*

37. Qui ſe ebrium verbis excuſat, ebrietatem ſuam apertè accuſat. *Ibidem, &c.*

38. Ebrietas.
- Corpus debilitat.
- Animam illaqueat.
- Perturbationem mentis generat.
- Furorem cordis auget.
- Fornicationis flammam nutrit. *Serm. 25. ad Sororem poſt init. fol. 88. col. 3. lit. G.*

39. Ebrietas manifeſtiſſimus eſt dæmon. *Ibidem, in fine fol. 88. col. 3. lit. H.*

40. Homo ebrius eſt ita à ſemetipſo alienus, ut neſciat ubi ſit. *Ibidem, poſt initium. fol. 88. columna 3. lit. G.*

41. Nullum ſecretum eſt, ubi ebrietas eſt. *Ibidem, in princ. fol. 88. col. 2. lit. F.*

42. Quiſquis eſt ebrius, amaritudinem laboris, quem tolerat, ignorat. *Collat. 12. ſup. cap. 2. Ioan. in calce pag. 429. col. 2. tom. 2.*

43. Ubi crapulam ructantis inter pocula ſenſerit Chriſtus, ſua vina (quæ ſuper mel & favum dulciora ſunt) propinare non dignatur. *Serm. 1. de Dedicat. Eccl. circa med. pag. 354. col. 1. tom. 3.*

S. Bonavent. 44. O quanta mala ebrietatem ſequuntur, dùm ratio ſubvertitur, dùm ſecreta omnia revelantur, dùm omnia turpia committuntur, dùm rixæ & ſæpè homicidia generantur. *Serm. 1. de uno Conf. & in ord. 23. poſt med. pag. 328. col. 2. tom. 3.*

45. Ebrietas eſt parens litium, furoris mater, & petulantiæ deformis eſt magiſtra. *Proſec.*

46. Hanc qui habet, ſe non habet: hanc qui habet, homo non eſt: hanc qui habet, peccatum non facit,

ſed ipſe eſt peccatum. *De ſex aliis Cherubim. Ala.* 3. *Pœna* 4. *pag.* 645. *col.*1. *B. tom.* 7. *part.* 4.

S. BONAVENT.

47. Ebrietas eſt
- Dæmon blandus.
- Veneoum dulce.
- Rabies voluntaria.
- Illecebroſa honeſtatis injuria. *Ibidem.*

S. EPHRÆM.

48. Qui delectatur ebrietate, multis damnis afficietur. *Paræneſi* 46. *in princ. pag.* 430. *B. tom.* 2.

S. EUSEBIUS EMISSEN.

49. Qui vinolentiâ delectatur, ebrietatis (quæ mater eſt vitiorum) captivus efficitur. *Hom.* 11. *de Paſcha poſt init. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 566. *col.* 1. *A. edit. Colon.* 1618.

FRANCISCUS TITELMAN.

50. Homines cùm multum biberint, infirmantur, & magno dolore nonnunquàm torquentur; ſubindè etiam cum amaritudine evomere compulſi, quæ cum modicâ delectatione fuerant ingurgitata. *Profec.*

51. Et cùm in compotatione ad diem ſederint, fatigati coguntur recedere, & ſomno ſeſe dare: rationeque ita deſtituuntur, & ejus uſu privantur, ut neque proximos ſibi, neque etiam ſeipſus cognoſcant. *In Annot. ſup. Pſ.* 35. *poſt med. pag.* 304. *ſect.* 1.

S. HIERONYM.

52. Qui inebriatur, & mortuus & ſepultus eſt. *Tom.* 2. *Ep.* 41. *ad Ocean. poſt med. pag.* 324. *C.*

53. Noë ad unius horæ ebrietatem, nudat ſemora ſua, quæ per ſexcentos annos ſobrietate contexerat. *Profec.*

54. Lot per temulentiam neſciens libidini miſcet inceſtum, & quem Sodoma non vicerat, vina vicerunt. *Ibidem.*

55. Ebrietas eſt cibus dæmonum. *Tom.* 3. *Ep.* 24. *ad Damaſ. Papam. ante med. pag.* 129. *A.*

56. Qui inebriatur, nocte inebriatur, quod juxta litteram ſtare non poteſt: quanti enim in prandiis conviviiſque dierum inebriantur? ſed quia ebrietas cordis offendeos Deum, tenebrarum eſt & non lucis, propterea quicunque inebriatur, nocte inebriatur. *Lib.* 3. *ſup. Ezech. cap.* 8. *ſup. illud Prov.* 11. *Qui inebriatur, &c. pag.* 402. *D. tom.* 5.

57. Ebrii vomunt ut bibant, bibunt ut vomant; digeſtio ventris & guttur uno occupatur officio; & qui plus biberit, fortior computatur. *Sup. Ep. ad Tit. cap.* 1. *in illud, Non vinolentum. pagina* 246. *D. tom.* 9.

58. Nunquàm ego ebrium caſtum putabo, qui etſi vino conſopitus dormierit, tameo potuit peccare per vinum. *Ibidem.*

59. Vinum & ebrietas incendium eſt. *Et hab. in decretis Gratiani part.* 1. *diſt.* 35. *Can. Vinolentum. fol.* 40. *col.* 1.

S. HILARIUS.

60. Quid infelicius ebrietatis domioatu? ventri ultra capacitatem infundere, ſenſui rationem adimere, noo loqui, non meminiſſe, non ſtare, & mortem quandam naturæ imperare? *Sup. Pſ.* 125. *fol.* 88. *col.* 4.

HUGO A S. TO VICT.

61. Ebrietas perturbationem gignit mentia: furorem cordis, flammam libidinis. *Lib.* 4. *de Anima. cap.* 17. *in princ. pag.* 136. *A. tom.* 2.

62. Ebrietas ita mentem alienat, ut ipſa ubi ſit neſciat, ſæpeque malo conſentit, quod per ebrietatem immittitur. *Ibidem.*

63. Ebrietas.
- Ex frequenti potatione provenit.
- Vomitum provocat.
- Hominem audaciorem reddit.
- Greſſus titubare facit,
- Linguam impedit, & quaſi balbutientem reddit.
- Greſſus permutat.
- Inſenſibilem facit.
- Secreta denudat.
- Fletum provocat.
- Officium membrorum tollit.
- Oblivionem ingerit.
- Sui immemorem facit.
- Diſcretionem aufert. *Lib.* 4. *de Propriet. rerum. cap.* 5. *in princ. pag.* 306. *G. tom.* 2.

HUGO CARD.

64. Sex mala facit ebrietas.
- Primò ad pœnam obligat.
- Secundò parentes damniferat.
- Tertiò proximos exaſperat.
- Quartò ſibi laqueum parat.
- Quintò corpus vulnerat.
- Sextò ſeipſum excæcat. *Sup.* 2. *Reg. cap.* 4. *ſub finem. fol.* 245. *col.* 4. *tom.* 1.

65. Ebrius eſt
- Primò hilaris.
- Secundò ſibi dives videtur.
- Tertiò loquitur.
- Quartò furit. *Sup. Eccleſiaſtic. cap.* 31. *fol.* 232. *col.* 4. *tom.* 3.

S. INNOC III.

66. Quid turpius ebrioſo? cui fœtor in ore, tremor in corpore, qui promittit multa, prodit occulta, cujus mens alienatur, facies transformatur. *Lib.* 2. *de contemptu mundi. cap.* 19. *in princ. pag.* 86.

67. Ebrietas verenda nudavit, inceſtum commiſit, filium regis occidit, principem exercitus jugulavit. *Ibid. cap.* 20. *in princ. pag.* 88.

S. JOANNES CHRYSOST.

68. Nihil lucri quippiam ex ebrietate accedit, immò pernitioſum damnum, & jactura intolerabilis indè expectatur. *Hom.* 1. *ſup. Geneſ. ante medium, col.* 2. *C. tom.* 1.

69. Crapula humano generi innumerorum malorum cauſa eſt, & conciliatrix. *Ibidem, prope med. col.* 3. *lit. A.*

70. Satietas ebrietatis morbus eſt, radix & fons omnium malorum. *Ibidem.*

71. Ebrietas degravans mentem, & impinguans corpus, captivam facit animam, nec eam ſinit rationis judicium firmum obtinere, ſed impellit ut in præceps feratur. *Ibid. poſt med. col.* 4. *D.*

72. Sicut navis, quæ aquis ita impletur, ut exhauriri nequeat, ſtatim ſubmergitur: ita & homo quando ebrietati ſeipſum exponit, in præceps vadit, & rationem ſuam ſubmergit. *Ibidem, Hom.* 10. *poſt init. col.* 61. *D.*

73. Graviſſimum quiddam eſt ebrietas, & quod poteſt excæcare ſenſus, & ſubmergere mentem. *Ibidem, Hom.* 29. *ante med. col.* 233. *B.*

74. Ebrius nihil boni valet operari, ad malum tamen faciendum non omninò impotens eſt, jacetque ridiculus omnibus, & uxori & pueris & famulis. *Ibidem.*

75. Quid eo miſerius, qui ebrietati quotidie vacat, & vinum profundit, & mentis ſuæ judicium corrumpit. *Ibidem?*

76. Si quis ebrietate vincatur, non traducatur, nec evulgetur: ſed à ſuis contegatur, & non jaceat omnibus riſus & turpitudinis materia. *Ibidem.*

77. Ebrietati vacantes nunquàm ſatiantur, ſed quantum ingurgitant, tantum & ſiti flagrant, & inflammatio quædam eſt eis uſus vini. *Ibidem.*

78. Verè ebrietas voluntarius eſt dæmon, & gravius quàm dæmon mentem obtenebrat, & captum omnium benevolentiâ deſtituit. *Ibidem, a medio. col.* 235. *littera D.*

79. Qui ebrius eſt, quidquid fecerit, non eſt veniâ dignus; quia ſponte & libenter eò devenit, ut ebrietatis tyrannidi ſeipſum dediderit. *Ibidem.*

80. Ebrii quantò magis mero ſe ingurgitant, tantò magis flagrant ſiti, & caminum ſuccendunt minus tolerabilem. *Ibidem, Hom.* 31. *ante fin. col.* 259. *lit. A.*

81. Quid turpius ebrioſâ feminâ, quæ huc & illuc ex temulentia pervagatur? quantò enim infirmius vaſculum eſt, tantò magis naufragium fit. *Hom.* 58. *ſup. Matth. oper. perf. poſt medium, col.* 489. *lit. B. tom.* 2.

S. Joannes Chryſoſt. 82. Si non eſſent deliciæ, non eſſet ebrietas: vinum, Dei, ebrietas opus diaboli eſt. *Ibidem.*

83. Nolite pati pejores beſtiis homines fieri, nihil eoim ultrà quàm opus eſt illæ deſiderant, iſti autem mediocritatis terminos excedentes, irrationabiliores illis conſtituuntur. *Proſec.*

84. Quantò melior aſinus ebrioſo eſt! quantò canis præſtantior! *Ibidem, ante finem, columna* 490. *littera B.*

85. Quemadmodùm hydra apud Poëtas, mulóceps beſtia eſt: ſic & ebrietas, multis capitibus armatur. Hinc fornicatio, hinc ira, hinc mollities, hinc turpes amores, & alia hujuſmodi oriuntur. *Ibidem, Homil.* 71. *poſt medium, col.* 585. *D.*

86. Ubi temulentis, ibi dæmones & diabolus exultant. *Ibidem ante fin. col.* 587. *A.*

87. Quiſquis in temulentia totos agit dies, & in ingurgitatione, ſub diaboli tyrannidem redactus eſt. *Conc.* 1. *de Lazaro mendico. in princ. columna* 1313. *C. tom.* 2.

88. Quid ebrio turpius? ridiculus eſt famulis, ridiculus eſt inimicis, miſerabilis apud amicos, omnium deteſtatione dignus. *Homil.* 27. *ſuper Acta Apoſtolorum in Morali. ante med. columna* 631. *A. tom.* 3.

89. Ebrius beſtia magis eſt, quàm homo. *Ibidem,* &c.

90. In crapula invenitur inſuavitas, mala valetudo, infirmitas, illiberalitas, ſumptus. *Ibidem.*

91. Nihil adeò concupiſcentiam & iram inflammat, ſicut ebrietas & vinolentia. *Serm.* 24. *ſuper Epiſt. ad Rom poſt med. col.* 264. *D. tom.* 4.

92. Ex ebrietate ſcortatio, ex ſcortatione adulterium, ex adulterio cædes, imò cæde etiam aliquid pejus oritur. *Ibidem, in Morali, poſt medium, col.* 268. *littera A.*

93. Ebrietas anxietatis mater eſt, diaboli lætitia, innumera pariens mala: hinc morti ſimilis ſomnus, hinc gravedo capitis, hinc morbi & oblivio & mortis imago. *Homil.* 27. *ſuper* 1. *Cor. in fine. columna* 541. *littera B. tom.* 4.

94. Ubi ebrietas, ibi diabolus adeſt. *Hom.* 12. *ſup. Epiſt. ad Coloſſ. ante finem, columna* 1319. *littera A. tom.* 4.

95. Ebrius nunquàm mero ſatiatur, ſed ſiti ſemper anhelat. *Hom.* 7. *ſup.* 2. *Tim. in Morali, poſt init. col.* 1574. *A. tom.* 4.

96. Quid ebrietate miſerabilius? mortuus eſt animatus, ebrius dæmon eſt voluntarius, morbus veniam non habens, ruina excuſatione carens, commune generis humani opprobrium. *Hom.* 1. *ad populum Antioch. ante medium; col.* 14. *D. tom.* 5.

97. Nihil diabolo tàm gratum, quàm ebrietas, quoniam omnium eſt fons malorum & genitrix. *Ibid. Hom.* 71. *à medio. col.* 449. *A.*

98. Ex temolentis luxuria, ex luxuria adulterium, ex adulterio homicidium oritur. *Serm. carnis Concupiſcentias ne ſectemur, poſt medium, col.* 808. *littera C. tom.* 5.

99. Ebrietas nihil aliud eſt, quàm excidiſſe à recta ratione, deliratioque & ſanæ mentis privatio. *Orat.* 5. *adverſ. Judæos, in principio, columna* 1131. *littera B. tom.* 5.

Joan. Gerſ. 100. Vinum compellit eos quos inebriat, vivere more ſimiarum, porcorum, vel leonum. *Serm. Dom.* 1. *Advent. poſt medium in collat. folio* 59. *col.* 1. *litt. M. parte* 4.

S. Iſidorus Hiſpalenſ. 101. Ebrietas ita mentem alienat, ut ubi ſit, neſciat: undè etiàm & malum non ſentitur, quod par ebrietatem committitur. *Libro* 2. *de ſummo bono. cap.* 43. *ſent.* 3.

S. Juſtin. Mart. 102. Cùm quiſpiam ebrioſus loquitur, nec irridendus eſt, nec arcendus, ſed ferendus, quoad propter ſilentium erubeſcens finem faciat. *Epiſt. ad Zenam, ante med. apud Bibliothecam Patrum, tom.* 2. *pag.* 70. *col.* 1. *B. editionis Colonienſis* 1618.

S. Juſt. Mart. 103. Ebrio lingua primùm impeditur & colligatur, deindè oculi lucent, tùm pedes tremunt & nutant; poſtremò ſenſus officium ſuum non faciunt. *Ibid. poſt med. pag.* 71. *col.* 1. *A.*

S. Leo 104. Quotidiano experimento probatur, potûs ſatietate aciem mentis obtundi. *Serm.* 8. *de Jejun. decimi menſis in princ.*

Origenes 105. Sobrietas omnium virtutum mater eſt, ſicut è contrario ebrietas omnium vitiorum. *Hom.* 7. *in cap.* 10. *Levitic. poſt init. tom.* 1.

106. Eſt ebrietas vini pernicioſa in omnibus; ſola namque eſt, quæ ſimul cum corpore & animam debilem reddit. *Ibidem.*

107. In ebrietatis ægritudine corpus ſimul & animam corrumpitur, ſpiritus pariter cum carne vitiatur. *Proſec.*

108. Omnia membra debilitat, pedem, manum, linguam reſolvit, oculos tenebrat, mentem velat oblivio, itaut hominem ſe neſciat eſſe, nec ſentiat. *Ibidem.*

S. Petrus Chryſol. 109. Ebrietas in laïco crimen eſt, in ſacerdote ſacrilegium: alter animam ſuam necat, ſacerdos ſpiritum ſanctitatis extioguit. *Serm.* 26. *circa medium, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *parte* 2. *pag.* 680. *col.* 2. *H. edit. Colon.* 1618.

110. Ebrietas cædis mater, parens litium, furoris genitrix, petulantiæ deformiter eſt magiſtra. *Proſecutio.*

111. Hanc qui habet, ſe non habet; hanc qui habet, homo non eſt: hanc qui habet, non peccatum facit, ſed eſt ipſe peccatum. *Ibidem.*

112. Ebrietas eſt dæmon blandus, venenum dulce, rabies voluntaria, invitatus hoſtis, illecebra honeſtatis, & pudoris injuria. *Ibidem.*

113. Vinum ebrietas non eſt: ſed ebrietatem non cognovi, niſi per vinum. *Ibidem, ſerm.* 116. *ante med. pagina* 748. *col.* 2.

Philo Jud. 114. Vir bonus non inebriatur. *De plant. Noë in fin. pag.* 336. *tom.* 1.

Robertus Bellarm. 115. Inſanorum, phreneticorum, à dæmone obſeſſorum, multò melior conditio eſt, quàm ebriorum. *Conc.* 2. *Dom. Quinquag. part.* 2. *ante fin.*

116. Crapula & ebrietas, à diabolo ſunt. *Sup. Pſal.* 103. *verſ.* 17.

Sententiæ Paoanorom.

Ariſtotel. 117. Ebrioſi tremunt, & eò magis, quò liberaliùs merum hauſerunt. *Sect.* 3. *Problem. quæſt.* 5. *in princ. tom.* 2.

118. Multi vinolenti ſeſe interimunt. *Ibidem, ſect.* 30. *quæſt.* 1 *poſt med.*

119. Vino merſi, ſiquid mali perpetrarint, ſine controverſia afferunt injuriam, quandoquidem ipſi ſibi ejus ignorantiæ cauſa extiterunt. *Lib.* 1. *magnor. Moral. cap.* 34. *poſt med. tom.* 2.

120. Non excidit ebriis ratio, nec quidem ſcientia, quæ ſub ebrietate deliteerat, fueratque proſtrata: deindè ab ebrietate immunis, rursùs fit qui priùs erat. *Ibidem, lib.* 2. *cap.* 6. *ante med.*

Cato Poëta 121. Quòd poto peccas, ignoſcere tu tibi noli.
Nam nullum crimen vini eſt, ſed culpa bibentis.
Lib. 2. *diſtich. metr.* 50.

Plato. 122. Qui ebrius eſt, ignorat ubinam terrarum ſit. *Tom.* 2. *ſizygia* 4. *libro* 3. *de Republ. poſt medium, pag.* 403. *lit. E.*

Seneca. 123. Vir ebrius tyrannicum quendam ſpiritum gerit. *Ibid. libro* 9. *poſt init. pag.* 573. *B.*

124. Turpis eſt ebrietas in rege, quem oculi omnium, aureſque ſequuntur. *Lib.* 3. *de Ira. cap.* 14. *poſt init. pag.* 443. *tom.* 1.

125. Ebrietas donec exſiccetur, dementia eſt, &

nimiâ gravitate defertur in ſomnum. *Lib. 3. quæſt. 20. in fine, pag. 711. tom. 1.*

SENECA. 126. Non eſt animus in ſua poteſtate, ebrietate devinctus. *Ep. 83. circa med. pagina* 714. *tom. 2.*

127. Quàm turpe eſt virum ebrium fieri, & plus ſibi ingerere quàm capiat, & ſtomachi non eſſe menſuram! *Ibidem.*

128. Quàm multa ebrii faciunt quibus ſobrii erubeſcunt! *Ibidem.*

129. Omne vitium ebrietas & intendit & detegit, obſtantem malis conatibus verecundiam removet. *Ibidem, poſt med. pag.* 714.

130. Ubi poſſedit animum nimia vis vini, quidquid mali latebat, emergit. *Profec.*

131. Non facit ebrietas vitia, ſed prodit: tunc libidinoſus ne cubiculum quidem expectat, ſed cupiditatibus ſuis, quantùm petierint, ſine dilatione permittit.

132. Impudicus morbum ſuum profitetur, ac publicat: tunc petulans in linguam, non manum continet.

133. Creſcit inſolenti ſuperbia, crudelitas ſævo, malignitas livido, omne denique vitium detegitur & prodit. *Ibidem, poſt med. pag.* 715

SIXTUS PHILOSOPHUS. 134. Ebrietatem, quaſi inſaniam, fuge. *Sent.* 261. *pag.* 66. *columna* 1. *littera D. apud Bibliothec. Patrum, tom.* 3. *edit. Colon.* 1618.

Vide etiam tit. Clericus. ſent. 66. *Furor. ſent.* 22. *Gula. ſent.* 122. *Libido. ſent* 59. *Maria. ſent.* 203. *Sacerdos. ſent.* 9. 10. *Sobrietas. ſent.* 4. 6. 16. *Vinum. ferè per omnia.*

Eccleſia.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

ETYMOLOGIA.

S. ISID. HISP. ECCLESIA græcum eſt, quod in latinum vertitur convocatio, eo quòd omnes ad ſe convocet. *Lib.* 8. *Etymol. cap.* 1. *in princ. pag.* 101. *col.* 1.

DEFINITIO.

CATECHISMUS ROMANUS. Eccleſia eſt omnium Chriſti fidem atque doctrinam profitentium congregatio, quæ ſub uno & ſummo poſt Chriſtum capite & paſtore in terris gubernatur.

CASSIODORUS. Eccleſia eſt convocatio, quæ de diverſis gentibus aggregata colligitur. *Super Pſal.* 81. *in Proœmio. folio* 126. *columna* 4.

HUGO A S. VICTORE. Quid eſt Eccleſia, niſi multitudo fidelium, univerſitas Chriſtianorum? *Libro* 2. *de ſacram. parte* 2. *cap.* 2. *in fine, pag.* 442. *F. tom.* 3.

LUDOV. BLOS. Eccleſia eſt omnium fidelium ad Chriſti corpus attinentium congregatio. *Lib.* 1. *Collyrii hæreticor. cap.* 2. *in princ. pag.* 296. *col.* 2.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Eccleſia quædam forma juſtitiæ eſt, commune jus omnium, in commune orat, in commune operatur, in commune tentatur. *Libro* 1. *Offic. cap.* 29. *in fine, col.* 20. *D. tom.* 1.

2. Aurum Eccleſia habet, non ut ſervet, ſed ut eroget, & ſubveniat in neceſſitatibus. *Ibidem, lib.* 2. *cap.* 28. *poſt init. col.* 56. *B.*

3. Eccleſiæ vaſa pro pauperibus ſublevandis, pro captivis redimendis, pro templis ædificandis, confringere, conflare, vendere licet. *Ibidem, in fine, columna* 57. *lit. A.*

4. Sancta Eccleſia immaculata coitu, fœcunda partu, virgo eſt caſtitate, Mater eſt prole. *Lib.* 1. *de virginibus in medio. col.* 82. *littera D. tom* 1. S. AMBROSIUS.

5. Sancta Eccleſia virgo eſt ſacramentis, mater eſt populis, ſponſo nupta eſt æterno. *Ibidem.*

6. Nihil Eccleſia præter fidem ſibi poſſidet: poſſeſſio enim Eccleſiæ ſumptus eſt egenorum. *Libro* 5. *Epiſt.* 31. *ad Valentinianum Imper. in medio, col* 571. *D. tom.* 3.

S. ANTONIN. 7. Ad Eccleſiam ſit humilis & devotus acceſſus, nec ibi fiant parlamenta, nec judicia, vel vaniloquia, ſed auditio & meditatio attenta divinorum. *Parte* 2. *tit.* 1. *cap.* 21. §. 6. *in fine, fol.* 85. *col.* 3.

8. Sit ad Eccleſias humilis & devotus ingreſſus, ſit in eis quieta converſatio, Deo grata, inſpicientibus placida, quæ conſiderantes non ſolùm inſtruat, ſed etiam reficiat ibidem convenientes. *Parte* 3 *tit.* 12. *de Eccleſiis, cap.* 7. §. 1. *ante medium, folio* 149. *columna* 4.

9. Eccleſia, quæ errare non poteſt, & fides quæ non poteſt deficere, eſt Eccleſia Romana, & fides Romanæ Eccleſiæ. *Profec.*

10. Et hæc dicitur Eccleſia Romana & fides Eccleſiæ Romanæ: ſive ſint Romæ, ſive alibi. *Parte* 4. *tit.* 8. *de fide. cap.* 4 §. 4. *circa med. fol.* 129. *col.* 3.

S. ANTONIUS ABBAS. 11. Eccleſia Catholica domus eſt veritatis. *Epiſt.* 4. *ad fratres. circa init. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 28. *col.* 1. *D. edit. Colon.* 1618.

S. AUGUSTIN. 12. Meritò, Eccleſia Catholica mater Chriſtianorum veriſſima, omnis apud te medicina præpollet. *Profec.*

13. Tu pueriliter pueros, fortiter juvenes, quietè ſenes, prout cujuſque non corporis tantùm, ſed & animi ætas eſt, exerces, ac doces.

14. Tu fœminas viris ſuis, non ad explendam libidinem, ſed ad propagandam prolem, & ad rei familiaris ſocietatem, caſta & fideli obedientia ſubjicis.

15. Tu viros conjugibus, non ad illudendum imbecilliorem ſexum; ſed ſinceri amoris legibus præficis.

16. Tu parentibus filios libera quadam ſervitute ſubjungis. parentes filiis pia dominatione præponis.

17. Tu fratribus fratres Religionis vinculo firmiore atque arctiore quàm ſanguinis, nectis.

18. Tu omnem generis propinquitatem, & affinitatis neceſſitudinem, ſervatis naturæ voluntatiſque nexibus, mutua charitate conſtringis.

19. Tu dominis ſervos, non tàm conditionis neceſſitate quàm officii delectatione, doces adhærere.

20. Tu dominos ſervis, ſummi Dei ſcilicet communis Domini conſideratione, placabiles & ad conſulendum quàm coërcendum propenſiores facis.

21. Tu cives civibus, gentes gentibus, & prorsùs hominibus homines, primorum parentum recordatione, non ſocietate tantùm, ſed quadam etiam fraternitate conjungis.

22. Quibus honor debeatur, quibus affectus, quibus reverentia, quibus timor, quibus conſolatio, quibus admonitio, quibus cohortatio, quibus diſciplina, quibus objurgatio, quibus ſupplicium, ſedulò doces: oſtendens quemadmodùm, & non omnibus omnia, & omnibus charitas, & nulli debeatur injuria. *De Moribus Eccleſ. cap.* 30. *ab initio uſque ad med. pag.* 533. *A. tom.* 1.

23. Blandè pia mater Eccleſia perditos filios (ſi per ſalubres leges in ejus gremio revocentur) amplectitur, & de illis multò ampliùs, quàm de his, quos nunquàm perdiderat gratulatur. *Epiſt.* 50. *ad Bonifac. pag.* 141. *B. tom.* 2.

24. Qui vult habere Spiritum ſanctum, caveat foris ab Eccleſia remanere, caveat in eam ſimulatè intrare: aut ſi jàm talis intravit, caveat in eadem ſimulatione perſiſtere, ut veraciter coaleſcat arbor vitæ. *Ibidem, in fine, pag.* 149. *A.*

25. Eccleſia ſine macula & ruga ex omnibus genti-

bus congregata ; atque in æternum regnatura cum Chriſto, ipſa eſt terra beatorum, terra viventium. *Libro 3. de Doctr. Chriſt. cap. 34. ſub finem, pagina 44. C. tom. 3.*

S. AUGUSTIN. 26. Eccleſia tantummodò Catholica poteſt unicuique prodeſſe, & perceptio baptiſmatis, & opera miſericordiæ, & nominis Chriſti glorioſa confeſſio, ſi tamen in Eccleſia catholica benè vivat. *De fide ad Petrum, cap. 3. poſt med. pagina 160. littera C. tom. 3.*

27. Eccleſia Catholica per totum orbem longè latéque diffuſa, inſidioſas hæreticorum quæſtiones fide irridet, diligentia diſcutit, intelligentia diſſolvit. *De Agone Chriſtiano, cap. 12. in medio, pag. 545 littera A. tom. 3.*

28. Nuſquàm tàm vigere debent viſcera miſericordiæ, quàm in Catholica Eccleſia, ut tanquàm vera mater nec peccantibus filiis ſuperbè inſultet, nec correctis difficilè ignoſcat. *Proſec.*

29. Debet ergo Eccleſia Catholica correctis & pietate firmatis filiis libenter ignoſcere, cùm ipſi Petro perſonam ejus geſtanti, & cùm in mari titubaſſet, & cùm Dominum carnaliter à Paſſione revocaſſet, & cùm aurem ſervi gladio præcidiſſet, & cùm ipſum Dominum ter negaſſet, & cùm in ſimulationem poſteà ſuperſtitioſam lapſus eſſet, videamus veniam eſſe conceſſam, eumque correctum atque firmatum uſque ad Dominicæ Paſſionis gloriam perveniſſe. *Ibidem, cap. 30. in med. pagina 550. littera D.*

30. Charitas Chriſtiana, niſi in unitate Eccleſiæ, non poteſt cuſtodiri. *Lib. 2. contra lit. Petilians. cap. 77. poſt med. pag. 89. B. tom. 7.*

31. In medio ſpinarum eſt Eccleſia, ſicut lilium, malis & bonis permixta. *Lib. 5. de Baptiſmo. cap. 27. poſt init. pag. 303. A. tom. 7.*

32. Tota Eccleſia conſtans ex hominibus fidelibus (quia fideles omnes membra ſunt Chriſti) habet illud caput poſitum in cœleſtibus, quod gubernat corpus ſuum, etſi ſeparatum eſt à viſione, ſed annectitur charitate. *Super Pſalm. 56. poſt initium, pagina 381. B. tom. 8.*

33. Si quis abſque Eccleſia inventus fuerit, alienus erit à numero filiorum : nec habebit Deum Patrem, qui Eccleſiam noluerit habere matrem. *Proſec.*

34. Eccleſia mater eſt ſpiritalis, Eccleſia ſponſa Chriſti eſt, gratiâ ejus dealbata, pretioſo ſanguine dotata. *Libro 4. de Symbolo, cap. 13. in princ. tom. 9.*

35. Eccleſia omnium credentium mater eſt, quæ natos à morte regenerat ad ſalutem. *Serm. 2. Dedicat. Eccleſ. & in ord. 253. in principio, pagina 822. littera D. tom. 2.*

S. BERNARD. 36. Eccleſiæ nomine non una anima, ſed multarum unitas, vel potiùs unanimitas deſignatur. *Serm. 61. ſup. Cant. poſt initium, folio 182. columna 4. M.*

37. Authoritati matris Eccleſiæ non reluctari, ſummus honor eſt & gloria. *Ep. 185. ad Euſtach. ante med. folio 246. columna 4.*

S. BONAVENT. 38. Quatuor ſunt eccleſiæ neceſſaria, ut non ſuccumbat,
- Mandata. — Mandatis firmatur.
- Flagella. — Flagellis probatur.
- Chariſmata. — Chariſmatibus decoratur.
- Tentamenta. — Tentamentis conſervatur.

Expoſ. 2. ſuper Pſalm. 128. poſt med. pagina 282. columna 2. B. tom. 1.

39. Pulchra eſt Eccleſia plena fide, pulchrior ſpe, pulcherrima charitate. *Proſec.*

40. Pulchra in conjugatis, pulchrior in viduis, pulcherrima in virginibus.

41. Pulchra in incipientibus, pulchrior in proficientibus, pulcherrima in perfectis. *Ser. 6. in Rogat. prope med. pag. 120. col. 1. tom. 3.*

42. Eccleſia fit ſpelunca latronum, quando in ea eſt negotiatio cupidorum. *Serm. 4. Dom. 9. poſt Pent. ſub fin. pag. 168. columna 2. tom. 3.*

43. Noluit Eccleſiam ſuam cæcam eſſe omnipotens Deus, oculos ei dedit, qui eam illuminarent, & ei veritatis viam oſtenderent, qui eam errare non permitterent. *De Confeſſor. ſerm. 3. poſt init. pagina 131. columna 1. tom. 3.* S. BRUNO.

44. Regnum cœlorum, regnum Angelorum, regnum Apoſtolorum, ſancta Eccleſia eſt : quoniam cœlis munitur, cœlis clauditur, cœlis regitur & defenditur. *Ibid. ſerm. 11. in princ. pag. 146. columna 2. tom. 3.*

45. Eccleſia meritò hæreditas Chriſti dicitur, cujus pretioſo ſanguine comparata monſtratur. *Super Pſ. 5. in fine Proœmii. folio 9. columna 3.* CASSIODORUS.

46. Ornatur Eccleſia
- Auro Apoſtolorum.
- Argento Prophetarum.
- Gemmis Virginum.
- Cocco Martyrum.
- Purpura pœnitentium.

Super Pſalm. 44. poſt med. verſ. 11. folio 68. columna 2.

47. Eccleſia ſolet paſſionis falce creſcere, & perſecutionum plagis in ſancto populo ſemper augeri. *Super Pſ. 79. circa medium, verſ. 9. fol. 124. col. 3.*

48. Quidquid abſque Catholica Eccleſia fuerit, ſimulatio eſt. *In ſentent. Epiſc. Conc. Carthag. ſent. 75. pag. 405. col. 2. tom. 2.* S. CYPRIAN.

49. Eccleſiæ fœtu naſcimur, illius lacte nutrimur, ſpiritu ejus animamur. *De unitat. Eccleſ. longè poſt init. tom. 2.*

50. Quiſquis ab Eccleſia ſegregatus adulteræ jungitur, à promiſſis Eccleſiæ ſeparatur : nec pertinet ad Chriſti præmia, qui relinquit Eccleſiam Chriſti, alienus eſt, prophanus eſt, hoſtis eſt. *Ibidem.*

51. Habere jàm non poteſt Deum Patrem, qui Eccleſiam non habet matrem. *Ibidem.*

52. Catholica vocatur Eccleſia, quia per univerſum orbem terrarum diffuſa, à finibus terræ uſque ad extrema. *Catechiſ. 18. poſt med. apud Bibliothecam Patrum, tom. 4. pagina 449. columna 2. littera E. editionis Colonienſis 1618.* S. CYRILLUS HIEROSOL.

53. Una ſola eſt Catholica Eccleſia, non aliud quid habens : ſed Chriſti Chriſtianorum Eccleſia exiſtens : non Chriſtorum ſed Chriſtianorum. *Hereſ. 42. contra Marcioniſtas, longè poſt medium, pagina 165. littera B. C.* S. EPIPHAN.

54. Mater omnium Eccleſiarum eſt Romana, & Domina omnium eſt Religionum. *In ſuis opuſc. collat. 20. in princ. pag. 337. tom. 3.* S. FRANCISCUS ASSISIAS.

55. Eccleſiarum non eſt dignus ingreſſu, qui eas violat. *Epiſt. ad Epiphan. Epiſcop. Et habet. in decret. Gratiani. part. 2. cauſa 17. quæſt. 4. can. Ad Epiſcopos. in princ. fol. 267. columna 2.* S. GELASIUS PAPA.

56. Eccleſia — GILLEBERTUS ANGLUS.
- Remittit. — Delicta remittit.
- Permittit. — Infirma permittit.
- Promittit. — Æterna promittit.
- Præmittit. — Et ipſorũ primitias quoſdam præmittit.

Ser. 34. ſup. Cant. ante medium, apud D. Bernard. volum. 2.

57. Nemo extrà Eccleſiam ſalvatur : qui foras exit, mortis ſuæ reus fit. *Sup. Joſue, cap. 2. col. 21. littera C. tom. 2.* GLOSSA ORD.

58. Eccleſia mater dicitur omnium Chriſtianorum, licèt multi eorum ſint ejus filii numero, & non merito. *Super libr. Judic. cap. 17. col. 263. littera C. Moral. tom. 2.*

59. Eccleſia quantò ſinum cordis gratiæ recipiendæ dilatat, tantò fluctus ſeculi ſecuriùs calcat. *Super Marcum, cap. 3. columna 513. littera A. tom. 5.*

60. Quantùm ſancta Eccleſia aſcendendo profecerit, tantùm Deus hominibus ex ejus virtutibus innoteſcit. *Homil. 15. ſuper Ezech. poſt initium, in* S. GREG. MAG.

illud, Et aſcendit per gradus ejus. col. 217. *littera D. tom.* 2.

S. GREGOR. MAGN. 61. Sanctis Eccleſia ea quæ per publicam locutionem prædicat, etiam per intimam fidem ſervat: nec in aperto aliud docet, atque in occultis aliud retinet: ſed & quod ſentit, loquendo docet; & quod loquitur, vivendo cuſtodit. *Libro* 8. *Moral. cap.* 2. *prope fin. ſup. illud Iob* 5. *Et non invenietis in lingua mea iniquitatem. num.* 3. *col.* 242. *A. tom.* 1.

62. Sancta Eccleſia conſiſtit unitate fidelium; ſicut corpus unitum eſt compage membrorum. *Ibidem, libro* 19. *cap.* 14. *poſt medium, num.* 22. *columna* 657. *littera B.*

63. Sancta Eccleſia afflictionis tempore, proverbium pravis efficitur. *Ibidem, libro* 20. *cap.* 17. *prope init. col.* 689. *C.*

64. Sancta Eccleſia ſcit in paſſionibus creſcere, atque inter opprobria honorabilem vitam tenere: ſcit nec adverſis dejici, nec de proſperis gloriari. *Ibidem, ante med. num.* 19. *col.* 690. *A.*

65. Abſit quòd Eccleſia cum augmento recipiat, quod de rebus terrenis videtur amittere, & lucra damnis quærat. *Lib.* 12. *in regiſtro. Indict.* 7. *ſup.* 11. *Interrog. cap.* 4. *in fine. col.* 1199. *A. tom* 2.

66. Eccleſis petræ ſoliditate ſundata, nec minarum ventis concutitur, nec perſecutionum fluminibus movetur, nec corporalium pœnarum incommodis titubat, nec mortis ipſius timore vacillat. *Super ſeptem Pſalm. Pœnit. in Pſalm.* 5. *verſ.* 26. *ante med. col.* 609. *littera A. tom.* 2.

67. In Eccleſia nec mali ſine bonis, nec boni ſine malis eſſe poſſunt. *Homil.* 38. *ſup. Evang. ante med. col.* 510. *D. tom.* 2.

S. HIERONYM. 68. Hæreticorum Eccleſiæ, Synagogæ magis diaboli appellandæ ſunt, quàm Chriſti conciliabula. *Tom.* 1. *Epiſt.* 11. *ad Geruntiam à medio, pagina* 90. *littera D.*

69. Chriſti Eccleſia perſecutionibus crevit, martyriis coronata eſt. *Tom.* 2. *Ep.* 16. *ad Theophil. ante fin. pag.* 186. *D.*

70. Pulchrè Eccleſis Chriſti appellatur terra viventium, ut è contrario hæreticorum conciliabula mortuorum terra eſſe credantur. *Lib.* 10. *ſup. Ezech. cap.* 32. *ſup. illud, Dedi terrorem meum, &c.*

71. Eccleſia non in parietibus conſiſtit, ſed in dogmatum veritate: Eccleſia ibi eſt, ubi fides vera eſt. *Sup. Pſ.* 133. *verſ.* 2. *Qui ſtatis in domo Domini. pag.* 193. *littera A. tom.* 8.

72. Sancta Romana Eccleſia, quæ ſemper immaculata permanſit, Domino providente, & beato Petro opem ferente, in futuro manebit ſine ulla hæreticorum inſultatione prævalente, atque firma & immobilis omni tempore perſiſtet. *Et habetur in decretis Gratiani. Parte* 2. *cauſa* 24. *quæſt.* 1. *can. Hac.* §. *Item.*

S. HILARIUS. 73. Hoc Eccleſiæ proprium eſt, ut tùm vincat cùm læditur, tùm intelligat cùm arguitur, tùm obtineat cùm deſeritur. *Lib.* 7. *de Trinit. poſt initium, folio* 33. *columna* 2.

74. Eccleſis inſtar navis eſt, quæ diverſiſſimi generis & gentis vectore ſuſcepto, ſubjecta eſt omnibus, & ventorum fluctibus & maris motibus. *Sup. Matth. can.* 7. *poſt medium, fol.* 9. *col.* 2.

HUGO CARD. 75. Eccleſia triplicem habuit inimicum, & quartum expectat, ſcilicet Antichriſtum. Primò habuit manifeſtos perſecutores tempore Martyrum, ſecundò fraudulentos hæreticos, tertiò falſos fratres. *Sup. Pſ.* 3. *Myſticè. folio* 7. *col.* 3. *tom* 2.

76. In ſanguine Martyrum fundata eſt Eccleſia. *Sup. Pſ.* 43. *Myſticè. fol.* 114. *col.* 2. *tom.* 2.

77. Caput Eccleſiæ, eſt prælatus: cor ejus Religioſus. *Super Pſ.* 54. *folio* 438. *col.* 4. *tom.* 2.

78. Eccleſia fidelis domus, & habitaculum Chriſti eſt. *Sup. Prov cap.* 31. *Myſticè folio* 67. *col.* 3. *tom.* 3.

79. Eccleſis locus eſt quidam medicinæ ſpiritualis. *Homil.* 1. *ſuper Geneſ. ab initio, columna* 1. *littera C. tom.* 1. S. JOANNES CHRYSOST.

80. Eccleſia Dei mercatus eſt quidam ſpiritualis, medicorumque officina animabus. *Ibidem, Hom.* 32. *in princ. col.* 260. *A.*

81. Mater eccleſis prælium in filiis quotidie gerit, in confeſſoribus vincit, in martyribus triumphatrix exiſtit. *Serm. ſup. illud, Gen.* 3. *Inimicitias ponam inter te, &c. in fine, col.* 549. *B. tom.* 1.

82. Eccleſia luna dicitur, quæ creſcit in Sanctis, decreſcit in peccatoribus. *Homil. ſuper Pſalm.* 71. *verſ. Donec auferatur luna. ſub finem, col.* 753. *littera D. tom.* 1.

83. In Eccleſia gaudentium, conſervatur gaudium; in Eccleſia animo dejectorum, animorum eſt recreatio: in eccleſia dolentium, eſt voluptas: in eccleſia defatigatorum, eſt reſpiratio: in eccleſia laborantium, eſt requies. *Hom. de verb. Iſaye, poſt initium, col.* 800. *A. tom.* 1.

84. Eccleſia radices in cœlo fixas habet, potiùs quàm in terra. *Ibidem, Hom.* 4 *ante med. columna* 821. *littera B.*

85. Eccleſia eſt cœlo honoratior: quare conditum eſt cœlum? propter Eccleſiam, Eccleſia non eſt condita propter cœlum: cœlum conditum eſt propter hominem, non homo propter cœlum. *Ibidem, &c.*

86. Eccleſia ſanctorum eſt civitas.
- Cives ejus ſunt omnes fideles.
- Turres illius ſunt Prophetæ.
- Portæ ejus ſunt Apoſtoli.
- Muri ejus ſunt ſacerdotes & doctores.

Hom. 10. *ſup. Matth. oper. imperfect. ante medium, col.* 803. *littera D. tom.* 2.

87. Quamvia infeſtatione inimici, vel ſeculi tempeſtate Eccleſia laboret, quibuſvis tentationum fluctibus pulſetur, naufragium facere poteſt, quia Filium Dei habet gubernatorem. *Ibidem, Homil.* 23. *ante fin. col.* 891. *C.*

88. Non ille de Eccleſis exire videtur, qui corporaliter exit: ſed qui ſpiritualiter veritatis Eccleſiaſticæ fundamenta relinquit. *Ibidem, Homil.* 46. *poſt medium, col.* 1071. *D.*

89. Eccleſia hæreticorum deſerta eſt, non ab hominibus (abundat enim perverſis hominibus: ſicut ſemper malorum major eſt copia quàm bonorum) ſed deſerta eſt à Sanctis, deſerta à ſanctitate, à fide, à veritate, à gratia, à ſpiritu, deſerta denique eſt ab ipſo Deo. *Ibid. circa fin. col.* 1074. *C.*

90. Non eſt hic locus lupanar, ſed Eccleſia, ſi membra meretricis habes, abeſto ab Eccleſia, ne præſentiâ tuâ ſordeſcat. *Homil.* 62. *ſup. Joan. in fine. col.* 304. *A. tom.* 3.

91. Nihil ita decet Eccleſiam, ut ſilentium, ut morum compoſitio: ſtrepitus ad theatra pertinent & fora, non ad Eccleſiam. *Hom.* 30. *ſup. Acta Apoſt. in Moral. ante fin. col.* 650. *D. tom.* 3.

92. Non tonſtrina eſt Eccleſia, aut officina forenſis; ſed locus Angelorum, locus Archangelorum, Regia cœli, cœlum ipſum. *Hom.* 36. *poſt medium, col.* 618. *A. tom.* 4.

93. Eccleſia nihil aliud quidquam, quàm ſancta ſonare decet. *Ibidem.*

94. Numquid domos ad nugandum habetis? Eccleſia enim neque nugandi, neque diſceptandi, ſed diſcendi locus eſt. *Ibidem.*

95. Si quid in Eccleſia frugis bonæ eſt, nugis exploditur. *Ibidem.*

96. Nihil aliud eſt Eccleſia, quàm ex animabus Chriſtianis conſtructa domus. *Serm.* 10. *ſuper Epiſt. ad Epheſ. poſt medium, columna* 1019. *littera B. tom.* 4.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 97. In aulam regiam intraturus, & habitu & oculis & inceſſu, & in cunctis aliis componis & ornas temetipſum: hûc autem ingreſſurus, ubi verè eſt aula regia, & talis qualis cœleſtis eſt, non contremiſcis? colligis temetipſum, ſed rides. *Profec.*

98. Stat ſacerdos Dei orationem offerens cunctorum, tu autem rides nihil timens; & ille tremens orationem pro te offert, tu autem ridendo contemnis?

99. Tu velas & obnubis caput tuum, & rides, ô mulier, in Eccleſia ſedens?

100. Ingreſſa es confiteri peccata, procidere Deo, poſtulare & deprecari pro delictis tuis, & cum riſu hoc facis? *Hom. 15. ſup. Ep. ad Hebr. in Moral. poſt medium, columna* 1764. C *tom.* 4.

101. Chriſti Eccleſiâ nihil fortius; ſi quis impugnare proponit, vires atterat neceſſe eſt. *Profec.*

102. Homini ſi bellum inferas, fortaſsè vinces, aut fortè vinceris: Eccleſiam vincere nulla vis poterit. *Homil. de Expulſione ipſius. ab init. col. 953. littera C. tom* 5.

IOAN. DAM. 103. Ab Eccleſia ne abſcedas, nihil Eccleſiâ valentius, rupe fortior eſt, cœlo latior. *Profec.*

104. Numquàm ſenex eſt Eccleſia, ſed ſemper viget: everti non poteſt, labefactari & corrumpi nequit. *Libro 2. Parallel. cap. 14. in fine, folio 56. pagina 1. littera A.*

IOAN. GERS. 105. Numquàm Eccleſia fuit melior, quàm dùm vixit in paupertate. *Lect. 2. ſuper Marc. circa finem, parte* 1.

S. IRENÆUS. 106. Eccleſia per univerſum orbem uſque ad fines terræ ſeminata, & ab Apoſtolis, & à diſcipulis eorum accepit eam fidem, quæ eſt in unum Deum Patrem omipotentem, & in unum JESUM CHRISTUM Filium Dei, incarnatum pro ſalute noſtra, & in Spiritum ſanctum. *Libro 1. adverſ. Hæreſ. cap. 2. in princ. pagina* 20.

107. Ubi Eccleſia, ibi ſpiritus: & ubi ſpiritus Dei, illic Eccleſia. *Ibidem, libro 3. cap. 40. circa medium, pag.* 198.

108. Ubique Eccleſia prædicat veritatem, & hæc eſt lucerna Chriſti bajulans lumen. *Ibid. libro 5. cap. Omnes. ante med. pagina* 322.

S. ISIDORUS HISPALENS. 109. Gemina eſt Eccleſiæ pulchritudo: una quàm hic benè vivendo conſequitur, altera per quam illic ex retributione glorificabitur. *Lib. 1. de ſummo bono. cap. 16. ſent. 1. pag. 628. columna* 1.

110. Sancta Eccleſia Caholica ſicut malè viventes in ſe patienter tolerat, ita malè credentes à ſe repellit. *Ibidem, ſent. 3.* &c.

111. Sancta Eccleſia ideò dicitur Catholica, pro eo quòd univerſaliter per omnem ſit mundum diffuſa *Ibidem, ſent. 6. pagina* 628. *col.* 2.

112. Eccleſia vocatur propriè, propter quod omnes ad ſe vocet, & in unum congreget. *Libro 1. de Officiis. Eccleſ. cap. 1. in medio. pag. 581. col.* 1.

LACT. FIRM. 113. Quia ſinguli quique cœtus hæreticorum ſe potiſſimùm Chriſtianos, & ſuam eſſe Catholicam Eccleſiam putant: ſciendum eſt illam eſſe veram, in qua eſt religio, confeſſio, & pœnitentia: quæ peccata & vulnera (quibus eſt ſubjecta imbecillitas carnis) ſalubriter curat. *Libro 4. de divin. Inſt. cap. 30. in fine, pagina* 193.

114. Sola Catholica Eccleſia, vera religio eſt: hic eſt fons veritatis, hoc eſt domicilium Dei, hoc templum Dei; quò ſi quis non intraverit, vel a quo ſi quis exiverit, à ſpe vitæ ac ſalutis æternæ alienus eſt. *Ibidem*, &c.

S. LEO I. 115. Eccleſia Catholicæ fidei erutos mundo, inſerit cœlo. *Serm. 2. de Anniverſar. die aſſumpt. ejus ad Pontif. poſt medium.*

116. Soliditas fidei Eccleſiæ, quæ in Apoſtolorum principe eſt laudata, perpetua eſt: & ſicut permanet quod in Chriſto Petrus credidit, ita permanet quod in Petro Chriſtus inſtituit. *Ibid. prope med.*

S. LEO I. 117. Eccleſia Dei per furorem crudelitatis tyrannorum non minuitur, ſed augetur. *Ser. 6. Epiphan. in medio.*

S. LUCIUS PAPA MART. 118. Hæc ſancta & Apoſtolica mater omnium Eccleſiarum Chriſti Eccleſia, nec hæreticis novitatibus depravanda ſuccubuit: ſed ut in exordio normam fidei Chriſtianæ percepit ab authoribus ſuis Apoſtolorum Chriſti principibus illabata fidetenus manet. *Epiſt. ad omnes Epiſcop. & habet. in decret. Gratiani. parte 2. cauſa 24. quæſt. 1. can. A recta folio 314. columna* 2.

S. NILUS. 119. Eccleſiam non ſecus ac cœlum frequenta: nihilque in ipſa ſeu loquere, ſeu cogita terrenum. *Paraneſ. 57. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. parte 2. editionis Colonienſis* 1618.

PETR. BLES. 120. Proprium eſt eccleſiæ, ut
- Tunc vincat, cùm læditur.
- Tunc intelligat, cùm arguitur.
- Tunc ſecura ſit, cùm deſeritur.
- Tunc obtineat, cùm ſuperata videtur.

Epiſt. 125. in fine, apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. edit. Colon. 1618.

S. PETRUS DAMIANUS. 121. Sceptrum Filii Dei eſt Eccleſia Catholica, hæc regnum, hæc eſt & noſtri Redemptoris imperium. *Libro 1. Epiſt. 20. ad Cadaloum Antipap. circa med. pag 18. columna 2. tom.* 1.

122. Poſt crucem, poſt Virginem, poſt Angelos, quid eſt majus in terris, quid in cœlis ſublimius ſanctâ Eccleſiâ Chriſti ſponſa? *Ser. 69. de Dedic. Eccleſ. in princ. pagina 315. col. 1. littera E. tom.* 2.

S. PETRUS MAURITIUS ABBAS CLUN. 123. Recordamini Eccleſiam ſemper laboribus creviſſe, paſſionibus multiplicatam eſſe, tolerantia cuncta reſiſtentia viciſſe. *Libro 1. Epiſt. 1. ad Innocent. Pap. in fine, apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 14. col. 1. lit. B. edit. Colon.* 1618.

S. PROSPER. 124. Sicut ex latere Adæ dormientis formata eſt Eva: ita ex latere Chriſti in cruce pendentis formata eſt Eccleſia, quæ verè eſt mater omnium vivorum. *De Promiſſ. part. 1. cap. 1. in fine.*

125. Nihil aliud ſunt res Eccleſiæ, niſi vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonium pauperum. *Libro 2. de vita Contemplat. cap. 9. ſub finem.*

S. THEODORETUS. 126. Salus per Eccleſiam provenit, qui verò ſunt extra illam, non fruuntur æternâ vitâ. *Quæſt. 1. ſuper Jeſum Filium Nave. circa medium, pagina 49. col. 2. littera H. tom.* 1.

S. THEOPHIL. ANTIOCH. 127. Hortus Domini eſt Eccleſia Catholica, in qua ſunt roſæ martyrum, lilia virginum, violæ viduarum, hedera conjugum. *Lib. 4. in Evangelia. in calce, apud Bibl. Patrum, tom. 2. pagina 156. columna 1. littera D. editionis Colonienſis* 1618.

Vide etiam tit. Aſpectus. ſent. 49. Baptiſmus. ſent. 35. Bonum. ſentent. 45. Definitio. ſentent. 12. Epiſcopus. ſent. 13. Myſterium. ſent. 33. Perſecutio. ſent. 74. 119. Rapina. ſent. 43. Schiſma ſent. 20. Status. ſent. 15. Veritas. ſent 86. Virtutes Theolog. ſent. 75. Unitas. ſent. 55.

Eccleſiaſticus.

Vide Clericus.

Ecſtaſis.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO,

ETYMOLOGIA.

S. THOMAS AQUINAS. ECSTASIS græcè, latinè dicitur exceſſus mentis: qui fit duobus modis, vel pavore terrenorum, vel mente

mente rapta ad ſuperna, & inferiorum oblita. *2.2. quæſt. 175. art. 2.*

Definitio.

S. Augustin. Quando penitùs avertitur atque abripitur animi intentio a ſenſibus corporis, tunc ecſtaſis dici ſolet. *Lib. 12. de Geneſi ad litt. cap. 12. ante med. tom. 3.*

Dicitur ecſtaſis, cùm mens non pavore alienatur, ſed aliqua inſpiratione revelationis aſſumitur. *Super Pſ. 115. circa initium, Expoſit. verſ. 2. Ego dixi in exceſſu meo. tom. 8.*

Joan. Gerb. Ecſtaſis eſt raptus mentis, cum ceſſatione omnium operationum in inferioribus potentiis. *De Myſtica Theologia. Part. 7. conſid. 36. circa med. part. 3.*

S. Thomas Aquinas. Ecſtaſis eſt exceſſus à ſeipſo, ſecundùm quem aliquis extrà ſuum ordinationem ponitur. *2.2. quæſt. 175. art. 2. ad primum.*

Sententiæ Patrum.

S. Antonin. 1. Divinus amor ecſtaſim facit. *Parte 3. tit. 31. cap. 3. §. 2. in fine, folio 431. col. 3.*

S. Augustin. 2. Amore Dei anima ſecedit, & excedit à corporeis ſenſibus, ut ſeſe non ſentiat, quæ Deum ſentit. *In Manuali. cap. 20. poſt medium, pag. 549. littera A. tom. 9.*

3. Mens ineffabili Dei illecta dulcedine, quodam modo ſeſe ſibi furatur, imò rapitur, atque labitur à ſeipſa, ut Deo fruatur ad jucunditatem. *Ibidem, prope fin. pag. 549. A.*

4. Nihil ad beatam vitam præſtantius videtur, quàm velut clauſis ſenſibus extra carnem mundique affectum quempiam intrà ſemetipſum converti, alienumque effectum à mortalium cupiditatibus, ſibi ſoli & Deo loqui. *De ſpiritu & anima, cap. 14. in fine, pag. 612. lit. C. tom. 3.*

S. Bernard. 5. Dormiens in contemplatione, Deum ſomniet. *Serm. 18. ſuper Cantica, ante finem, folio 147. col. 2 littera F. Profec.*

6. Reverà enim dormitio eſt; quæ tamen ſenſum non ſopiat, ſed obducat. *Ibidem, ſer. 52. ante med.*

7. Mens ineffabili Verbi illecta dulcedine, quodammodo ſe ſibi furatur, immò rapitur atque elabitur à ſeipſa, ut Verbo fruatur. *Ibidem, ſerm. 85. ante finem, fol. 203. col. 2. E.*

S. Bonavent. 8. Mentis exceſſus fit tribus modis,
- Mentis dilatatione.
- Mentis ſublevatione.
- Mentis alienatione. *Super Pſalm. 115. ante medium, pagina 144. col. 2. C. tom. 1.*

9. Primò anima ignitur, ignita ungitur, uncta rapitur, rapta ſpeculatur, vel contemplatur, contemplans guſtat, guſtans quieſcit. *De 7. grad. contemplat. in principio, pag. 96. col. 2. D. tom. 7. part. 3.*

10. O paſſio mirabilis, quæ ſuum meditatorem alienat, & non ſolùm reddit angelicum, ſed & divinum. *In ſtimulo amoris part. 1. cap. 1. ante med. pag. 193. col. 2. B. tom. 7. part. 3.*

11. Quantò amor Dei vehementior & intelligentior & lucidior, tantò validiùs mentem in ſe rapit. *Libro 2. de profectu Relig. cap. 72. poſt medium, pag. 607. col. 1. A. tom. 7. part. 4.*

S. Dionysius Areopagit. 12. Eſt mentis ſeceſſum extaſimque faciens divinus amor: amatores ſui juris eſſe non ſinens; ſed in ea quæ amant penitùs transferens. *De divin. Nomin. cap. 4. part. 1. ante fin. edit. Pariſ. 1515.*

S. Gregorius Magnus. 13. Quotieſcumque ſanctum contemplationis ardor in altum rapit, ſe procul dubiò toties ſub ſe relinquit. *Lib. 2. dialogi. cap. 3. poſt medium, col. 1355. D.*

14. Animus in viſione Dei raptus videre ſine difficultate poteſt omne quod infra Deum eſt. *Ibidem, cap. 35. in fine, col. 1377. D.*

15. Cùm animus in Dei lumine rapitur, ſuper ſe in interioribus ampliatur, & dùm ſub ſe conſpicit exaltata, comprehendit quàm breve ſit quod comprehendere humiliata non poterat. *Ibidem.*

Sententiæ Paganorum.

16. Rerum eſt quoddam genus, eorum, qui ſe à corpore avocent, & ad divinarum rerum cognitionem curâ omni, ſtudioque rapiuntur. *Lib. 1. de Divin. poſt med. num. 111. tom. 4.* Cicero.

17. Subſilire in cœlum, ex angulo licet. *Ep. 31. in fine, pag. 583.* Seneca.

Egeſtas.

DEFINITIO.

Egenus eſt, qui aliquid habet, & aliquo indiget. *Sup. Pſalm. 39. verſ. penultimo. Ego verò egenus, &c. pag. 61. C. tom. 8.* S. Hieronym.

Sententiæ Patrum.

1. Ille egentiſſimus eſt, cui aurum ſuum vile, alienus verò palmes pretioſiſſimus exiſtimatur. *Lib. 3. Ep. 10. ad Simplicianum. poſt med. col. 526. B. tom. 3.* S. Ambros.

2. Affectus dives egere non novit. *De Nabuthe. cap. 2. poſt init. col. 1107. B. tom 4.*

3. Major & miſerabilior egeſtas nulla eſt, quàm egere ſapientia, & qui ſapientia non eget, nulla re omninò egere poteſt. *De Beata vita Diſput. 3. diei. ante med. pag. 353. B. tom. 1.* S. Augustin.

4. Omnis copia, quæ Deus meus non eſt, egeſtas mihi eſt. *Lib. 13. Confeſſ. cap. 8. in fine, pag. 157. littera A. tom. 1.*

5. Nullus perfectus aliquo eget, & quod videtur corpori neceſſarium, ſumet ſi affuerit: ſi non affuerit, non eum iſtarum rerum franget inopia. *De beata vita in diſput. 3. diei. poſt init. pag. 354. D. tom. 1.*

6. Ab abundantia egeſtas aliena non eſt. *Ibidem, poſt med. pag. 357. A.*

7. Quidquid vel parum, vel nimium eſt, quia modò eget, obnoxium eſt egeſtati. *Ibidem.*

8. Modus animi ſapientia eſt, egeſtas autem ſtultitia. *Ibidem, &c.*

9. Melius eſt minùs egere, quàm plus habere. *In Regula 3. ad Clericos, ante medium, pag. 593. lit. A. tom. 1.*

10. In egeſtate conſervare juſtitiam, magnifica res eſt. *De quæſt. vet. & novi Teſtam. quæſt. 124. circa princ. pag. 615. A. tom. 4.*

11. Pauperem egeſtas revocare debet à cupiditate luxuriæ. *Ibidem, in medio, pag. 615. A.*

12. Penuriam pati, quorumcumque hominum eſt: ſed ſcire penuriam pati, magnorum eſt. *De bono conjugali. cap. 21. circa medium, pagina 557. littera A. tom. 6.*

13. Nobilis inopia eſt mentis humilitas, & ineptæ divitiæ ſunt animorum enormitas. *De 12. Abuſion. cap. 18. in fine, pag. 568. C. tom. 9.*

14. Egenus æquè eſt is, qui non ſatis habet, & is cui copia nulla ſufficit. *In ſuis Proverb. verbo Egenus, pag. 188. tom. 2.* V. Bedæ.

15. Omnia illi deſunt, qui nihil ſibi deeſſe putat. *Libro 2. de Conſid. ad Eugen. Pap. prope med. folio 277. col. 2. F.* S. Bernard.

16. Perfectus carere & neceſſariis paratus eſt. *In Præfat. vita S. Malachiæ, circa med.*

17. Afflictorum indigentia, dùm pietas mentes ad ſubveniendum provocat; etiamſi lingua ſileat, vita clamat. *Sup. Lament. Hierem. cap. 2. poſt medium, pagina 426. columna 2. B. tom. 1.* S. Bonavent.

18. Sicut divitiæ non ſunt in culpa, ſed cupiditas divitiarum: ſic egeſtas in culpa non eſt, ſed

impatientiâ egeſtatis. *De paupert. Chriſti contra Magiſtr. Guillelm. quæſt. 1. art. 2. ad octav. Argum. reſponſ. partis negat. in princip. pagina* 367. *columna* 2. *tom.* 7. *part.*4.

CASSIODORUS. 19. Poſſunt aliquid egere quibus divitiæ, quibus ſalus corporis, quibus regna tribuuntur: ſolus ipſe nihil indiget, qui Domini timore ditatus eſt. *Super Pſalm.* 33. *circa medium, verſ.* 9. *Nihil deeſt timentibus eum. folio* 49. *columna* 2.

CLEMENS ALEX. 20. Vir bonus nunquàm laborat inopiâ, quamdiù habuerit ſalvam in Deum confeſſionem. *Libro* 3. *Pædag. cap.* 7. *in fine folio* 49. *pag.* 1. *C.*

S. CYPRIAN. 21. Egeſtas eſſe nulla jàm poterit, cùm ſemel pectus cœleſtis ſagina ſaturaverit. *Ep.*2. *ad Donat. cap.*10. *poſt medium, pag.* 5. *col.* 2.

S. EPHRÆM. 22. Si abundantiâ delectamur, in egeſtate facilè capiemur. *De perfect. Monachi, poſt med. pagina* 475. *A. tom.* 2.

EVAGRIUS. 23. Vir probus paucis rebus eget, ut qui in immortalis, & mortalis vitæ, tanquàm confinio ſit. *Profecutio.*

24. Nam quòd eget, id ei propter mortale corpus accidit: quòd autem non multis rebus eget, Id ei propter animam immortalitatis cupiditate flagrantem contigit. *Et hab. apud D. Joan. Damaſc. lib.* 1. *parall. cap.* 26. *in calce folio* 23. *pag.* 1. *B.*

FRANCISCUS TITELM. 25. Neſcit ſufficentiæ rerum temporalium externam commoditatem, qui non aliquando paſſus eſt earum magnam indigentiam. *In Annot. ſuper Pſ.* 70. *ante fin. verſ.*22. *pag.* 651. *ſect.*1.

GLOSS. INT. 26. Abundantia frequenter extollit, & penuria tolerata divitias cœleſtes aequirit. *Super Epiſt. ad Philipp. cap.* 4. *columna* 603. *littera B. tom.* 6.

S. GREGOR. MAGN. 27. Diſcamus penuriam pati, ne ea quæ non habemus, habere etiam cum culpa requirámus: ne fœlices putemus, quos rebus onuſtos cernimus. *Homil.* 19. *ſuper Ezech. poſt med columna* 274. *littera D. tom.* 2.

S. HIERON. 28. Pigritia nutrix eſt egeſtatis & penuriæ. *Libro* 1. *ſuper Prov. cap.*6. *ſup. illud, Et veniet quaſi viator egeſtas. pag.* 15. *B. tom.* 7.

29. Nemo plus habet, quàm qui nullius iodiget: ille verò nihil eget, qui præter neceſſaria oihil requirit. *Super* 2. *ad Cor. cap.*6. *in illud, Tanquàm nihil habentes. pag.* 334. *D. tom.* 9.

HUGO A S. VICTORE. 30. Egeſtas, quæ propter Dominum eſt, generat humilitatem. *Super Regul. D. Auguſt. cap.* 5. *in illud, Melius eſt minùs egere, &c. pag.* 9. *littera F. tom.* 2.

31. Melius eſt egeſtatem quantumcumque minimam pati, quàm ſuperabundantiâ frui. *Ibidem.*

32. Se debet quiſque probare, & ſolicitè penſare, quantùm illi intùs deſit. *Sup. Regul. D. Aug. cap.* 8. *ante med. pagina* 12. *G. tom.* 2.

33. Sunt quidam, qui rebus temporalibus egent: ſed inviti, & vocari ſolet egeſtaa; egent enim rebus, & egent bonâ voluntate, quâ ditius nihil eſſe poteſt. *Libro* 1. *de clauſtro animæ. cap.* 9. *in princ pag.* 35. *littera C. tom.* 2.

S. JOANNES CHRYSOST. 34. Egeſtas propter Chriſtum benè tolerata, facit martyrium. *Homil. de Divite, in fine, columna* 1312. *C. tom.* 2.

35. Qui multia indiget, multorum ſervus eſt, etſi ea poſſidere videatur. *Profec.*

36. Dominus qui multis indiget, ſervorum ſervus eſt, & magis quàm illi ſervitium ſubit: vera namque libertas, nullâ re indigere. *Homil.* 79. *ſuper Joan. ante medium, columna* 371. *C. & circa fin. col.* 379 *A. & D. tom.* 3.

37. Egeſtas ſanitatis eſt mater, non tantùm corporis, verùm & animæ. *Homil.* 54. *ad popul. Antioch. a med. columna* 386. *C. tom.* 5.

S. ISIDORUS HISPALENS. 38. Egeſtas eſt electorum, quòd peregrinantur à bonis ſempiternis, & in hoc exilio diutiùs remorantur. *Profec.*

39. Egeſtas eſt reproborum, quòd abundant vitiis, & virtutibus vacuantur, ſeque eſſe inopes neſciunt. *Libro* 3. *de ſummo bono, cap.* 58. *ſenent.* 6. *pag.* 690. *columna* 1. S. ISID. HISP.

40. Si aliquando egeſtate opprimamur, illam approbemus, hilarique vultu excipiamus. *Epiſt. ad Zenam, poſt init. apud Bibliothecam Patrum, tom.* 2. *pagina* 69. *columna* 2. *littera F. editionis Colonienſis* 1618. S. IUST. MART.

41. Nemo dubitat, quin timidi & imbecilli ſit animi, aut dolorem aut egeſtatem metuere; quæ quiſquis oon exhorruerit, fortiſſimus judicabitur. *Lib.*6. *de divin. inſt. cap.* 17. *ab initio, pagina* 267. LACT. FIRM.

42. Nemo juſtus poteſt eſſe, qui egeſtatem timet. *Ibidem, in fine, pag.* 269.

43. Virtus pro fide, pro juſtitia nec egeſtatem timet. *In Epitome, cap. Dicam. circa medium, pagina* 406.

44. Divites avari, egentiores ſunt omnibus egenis. *Ser.*5. *de Collectis. ante med.* S. LEO I.

45. Judicium Dei eſt, ut ſemper indigeat, qui ſemper indigentiam timet. *Ep.* 17. *ad quendam Clerie. ante fin. apud Bibl. Patrum, tom.* 12. *part.*2. *pag.*718. *col.* 1. *A. edit. Colon.* 1618. PETR. BLES.

46. Quid ais, ô homo, qui Chriſtianum te dicis, cùm Chriſtum egere videas, ut facultates io quibuſcunque non indigentibus derelinquas? *Profec.* SALVIANUS.

47. Chriſtus eget, & pauper eſt: & tu opes divitum æmulas: Chriſtus rerum omnium egeſtate conficitur, & à te luxorioſis copiæ congregantur. *Lib.* 4. *ad Eccleſ. Catholic. in medio, apud Bibl. Patrum, tom.*5. *part.*3. *pag.* 380. *col.*2. *F. edit. Colon.* 1618.

48. Eget ſemper, qui avarus eſt. *Epiſt. Paſchal.* 3. *ante fin. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 723. *columna* 1. *B. edit. Colon.* 1618. S. THEOPHIL. ALEX.

49. Inopia rerum, paupertatem docet amare. *De diſcipl. Clauſtr. cap.* 12. *in princ. tom.*2. THOMAS A KEMPIS.

50. Corporalis egeſtas, medicina eſt animæ fidelis. *Ibidem.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

51. Cùm labor in damno eſt, creſcit mortalis egeſtas. *Lib.*1. *diſticor. Metr.* 76. CATO POETA.

52. Egens æquè eſt is, qui non ſatis habet, & is cui nihil ſatis eſſe poteſt. *Libro* 4. *de arte Rhetor. ante med. tom.* 1. CICERO.

53. Nemo juſtua eſſe poteſt, qui egeſtatem timet. *Libro* 2. *de Offic. ante med.*

54. Deus quidem nullius eget, fidelis autem Dei ſolius: æmulatur ergo illum, qui nullius eget, is qui paucis in rebus neceſſariis indiget. *Sent.*43. *pag.*65. *col.*1. *A. apud Bibl. Patr. tom.*3. *edit. Colon.* 1618. SIXTUS PYTHAGORAEUS.

Egredi foras.

SENTENTIÆ PATRUM

1. SICUT columbarum pulli non volant diſcurrendo, ſed clauſi manent in nidis ſuis: ſic & Religioſi oon debem diſcurrere vagi per civitates & villas ſine neceſſitate. *Parte* 4. *tit.* 15. *cap.* 35. *§.* 9. *poſt med. folio* 351. *columna* 2. S. ANTONIN.

2. Indecens eſt, & nihil turpius, quàm Monachus per urbes & caſtella diſcurrens, niſi cùm cogit charitas, quæ operit multitudinem peccatorum. *Serm.*63. *de parvis ſermonibus in medio, folio* 126. *columna* 1. *litteraC.* S. BERNARD.

3. Quid facis in urbe, qui clauſtrum elegiſti? quid tibi cum ſeculo, qui ſeculum ſpreviſti? *Ep.*2. *ad Fulconem, ante fin. fol* 206. *col.* 3. *H.*

4. Melius eſt tibi in clauſtro ſedere, quàm plateas civitatis circuire. *Serm.* 66. *ad Sororem, poſt med. fol.* 98. *columna* 1.

5. [illegible] vagari [illegible] foris quæri? qui[illegible] his carnali[illegible] des? quidm[illegible] us te implicas *Ser. de miſ[illegible] bum in 1. in prin[illegible] 2. col 3. H*

6 Q[illegible] magis ad mundum accedis, tantò lon[illegible] à Deo r[illegible] dis *Ibidem.*

7. [illegible] magi[illegible] for[illegible] plent, tantò magis intùs ſtatus [illegible] er[illegible]. *Ibidem.*

8. Qu[illegible] magis ext[illegible] luc:aris tantò magis intùs perdis *Ibidem*

9. Qu[illegible] mag[illegible] hi quæ [illegible]oris ſunt vagaris, tantò ma[illegible] nt[illegible] vacuari. *Ibidem.*

S. Bonavent. 10 Multum Monachi pr[illegible]ic[illegible]u[illegible]t, qui clauſtra cuſtodiunt: [illegible] te deficiunt qui ſæpiùs foras vadunt. *Serm. 5 de una virg. & in ord. 6. ante med. pag.* 350. *col. 2. tom*

11. Sicut piſcis non diù [illegible]vit extrà aquam: ſic Religioſus [illegible] indus citò moritur per culpam. *Tr. 4. diæta cap 1. ante medium pag. 291. col. 2. littera E. tom 6.*

12. Evagatio nimia plurimorum, non exempla poſt ſe relinquit [illegible] ſcandala potiùs animarum. *Ep. ad miniſtr Provinc. & cuſtodes. ante med. pag. 433 col. E. tom. [illegible] parte 4.*

13. In do[illegible]o conſiſtere & turbæ & hominibus abſconditum l[illegible]e, ſemper Religioſo utile eſt, qui ibi deſiderat & D[illegible] acare. *Profec.*

14. Q[illegible] devotionis in domo colligis, hæc foris egre[illegible] ſpargis potius quàm augeas & conſerves *In inſtit Novit. part 1. cap. 34. pagina 618. col. 1. C. tom. 7. parte 4.*

15. Non [illegible]bet tibi eſſe [illegible]onſ[illegible]latio extrà domum evagari. *Ibidem* [illegible]c.

16. Qua[illegible]do e[illegible]trà domum [illegible] is, non multum circumſpicias [illegible] ateis, n[illegible] deas undè tenteris. *Ibidem, cap. 35. pag. 618. col.* [illegible] *E.*

S. Cæsarius Arelat. 17. Qui in Religione imm[illegible]latum & purum cor ſervare deſiderat, aut nunquam in publicum, aut certè nonniſ[illegible] & in vitabili neceſſitate procedat. *Ep. 1. ad quoſdam. [illegible] initium, apud Bibl. Patr. tom 5. part 3. pag [illegible]88. col 2 F. edit Colon 1618.*

S. Cyrillus Hierosol. 18. Monacho nihil tam nocuum, deteſtabile & mortale, quàm vicos & civitates, & gentium multitudinem circumire. *Epiſt. ad Auguſtin. de miraculis D. Hieronymi, longè poſt med pag. 381. B.*

19. Quod aqua piſcibus, hoc idem Monachis Monaſterium operatur. *Ibidem, longè poſt medium, pagina 382 C*

Dionysius Carthus. 20. Quantùm Religioſis noceat clauſtrum exire, cum ſecularibus converſari, non eſt opus deſcribere, cùm experientia id (proh dolor!) ſatis docuerit atque quotidie doceat. *Profec.*

21 Quemadmodum filiis Iſraël maximè nocuit egredi, & converſari cum Chananæis: ſic Religioſis potiſſimè nocet e[illegible]di & converſari cum mundanis.

22. Sic ut piſces ſi extrà aquam perſeverent, protinùs moriuntur: ſic Religioſi ſi extrà clauſtrum perdurent, perimuntur. *De mortificat. vivifica. art. 5. ante med fol.* 1[illegible]0. *pag. 1.*

Dorothe. 23 Sterquilinium enim ſis & cinis, non homo, cur ad homines ingrederis? *Doctrina 14. ante med. apud Bibl. Patr. tom 4. pag. 789. col. 2. littera F. editionis Colonien.* 1618.

S. Eusebius Emissen. 24. Quid prodeſt quòd diſcedis, qui quocunque loco vadas, te tecum portas? meritò diſcederes, ſi quoquam t[illegible] u[illegible] poſſes. *Profec.*

25. Dignè aliquis diſcedit, ſi illuc ire poſſit, ubi cum diabo[illegible] inveniri non poſſit.

26. Non [illegible]llas, non fugis diſcedendo adverſarium de loco ad locum, ſed de vitio ad virtutem, de paſſione ad emendation[illegible] ſi eum aliter fugias, ſequetur te: emenda[illegible], & fugiet à te.

27. Quocunque diſcedis, vincula, quibus adſtrictus es, paſſionum, hinc atque in[illegible] vallant intima tua. *Hom 3. ad Monach. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5 part.* [illegible] *pag* [illegible]80. *col. 1. C. edit. Colon. 1618.*

28. Neſcio ad quæ lucra velimus in ſeculo converſari: nam cùm hîc in Religione grande putetur damnum, non quotidie acquirere aliquid; illic grandis quæſtus eſſe putandus eſt, vel acquiſita non perdere: hîc grande detrimentum creditur, non quotidie proficere, ibi verò ſumma virtus eſt, non perire. *Ibid. Hom. 5 poſt med. pag. 583. col. 1. C.*

Gillebertus Anglus. 29. Noli foris eſſe, ne tibi foris eſſe contingat. *Serm. 16. ſup. Cant. poſt med. apud D. Bernard. volum. 2.*

Glossa ord. 30. Si Diſcipulus Deum ſequuturus arguitur, quòd renuntiare domui velit: quid fiet illis, qui nulla utilitate ſæpè viſitant domos ſuorum, quas dereliquerunt? *Super Luc. cap. 9 in fine, col. 834. D. tom 5.*

S. Greg. Mag. 31. Religioſus inſtruitur, ut tarò ſit in publico, frequens in ſecreto; ut qui tardiùs aſpicitur, devotiùs veneretur. *Lib. 4. ſup. 1 Reg cap. 4. poſt med. ſuper illud, Feſtina nunc, hodie, &c. col. 1425. B. tom. 5.*

32. Non frequenter foras egrediaris, ſed tu ad lectionem atque orationem vaca *Lib. 2. in regiſtro. indict. 11. cap. 42. Ep. 3. ad Joan. Abbat. a medio, col. 712. B. tom. 2.*

S. Hieronym. 33. Interpretare vocabulum Monachi, hoc eſt nomen tuum, quid facis in turba ſolus? *Ep. 1. ad Heliodor. ante med pag. 2. D. tom. 1.*

34. Quid agis, frater, in ſeculo, qui major es mundo? *Ibidem.*

35. Viderint quid alii ſentiant: unuſquiſque enim ſuo ſenſu ducitur; mihi oppidum carcer, & ſolitudo Paradiſus. *Profec.*

36. Quid deſideramus urbium frequentiam, qui de ſingularitate cenſemur? *Ib Ep. 4. ad Ruſtic. pag. 44. D.*

37. Crebriùs in urbibus quàm in cellula eſt: & inter fratres ſimulat verecundiam, qui platearum turbis gaudet collidi. *Ibid. ante med pag 45. A.*

38 Morbidæ oves, quæ ſuum relinquunt gregem, luporum faucibus devorantur. *Ibid. Ep. 8. ad Demetriad. ante fin. pag. 71. A.*

39. Virgines veræ diebus feſtis propter frequentiam populorum pedem domi cohibent, nec tunc egrediuntur, quando major eſt adhibenda cuſtodia, & publicum penitùs devitandum. *Ibidem.*

40. Summæ ſtultitiæ eſt, renuntiare ſeculo, dimittere patriam, urbes deſerere, Monachum profiteri, & inter majores populos peregrè vivere, quàm eras victurus in patria. *Profec.*

41. Si cupis eſſe quod diceris, Monachus, id eſt ſolus, quid facis in urbibus, quæ utique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum? *Tom. 1. Ep. 13. ad Paulin. circa med. pag. 103. A.*

42. Secularium, & maximè potentium conſortium devita. Quid tibi neceſſe eſt ea videre crebriùs, quorum contemptu Monachus eſſe cœpiſti? *Ibidem, a medio, pag. 103. B.*

43. Raro ſit egreſſus in publicum: nunquàm cauſa deerit procedendi, ſi ſemper quando neceſſe eſt proceſſura ſis. *Tom 1. Ep. 22. ad Euſtoch. longè ante med. pag. 193.*

44 Tu filia, ejus domum anguſtam judicas, cujus non tibi fuit venter anguſtus? *Profec.*

45. Decem menſibus utero clauſa vixiſti, & uno die in cubiculo cum matre non duras?

46. An oculos ejus ferre non potes? & quia omnes motus tuos, ut potè illa quæ genuit, quæ aluit, & ad hanc adduxit ætatem, faciliùs intelligit; teſtem domeſticam fugis?

47. Si virgo es, quid times diligentem cuſtodiam? ſi corrupta, cur non palàm nubis? ſecunda poſt naufragiũ tabula eſt, quod malè cœperis, ſaltem hoc remedio temperare.

48. Si ad matrem migraveris poſt ruinam, faciliùs poteris cum ea plangere, quod per illius abſentiam perdidiſti. Quòd ſi adhuc integra es, & non perdidiſti, ſerva ne perdas. *Tom. 1. Ep 47. de vitando ſuſpecto contubernio, ante med. pag. 224. D.*

S. Hieron.

49. Ovis quæ de ovili egreditur, lupi ſtatim morſibus patet. *Tom. 1. Ep. 52. de vita Malchi. poſt init. pag. 256. littera C.*

50. Rarus tibi ſit egreſſus in publicum: nunquàm tibi cauſa deerit procedendi, ſi ſemper neceſſariè proceſſurus ſis. *In Regula Monachorum, cap. 3. ſub fin. pag. 269. A. tom 4*

51. Egredientes hoſpitium armet oratio, & egredientibus occurrat oratio antequàm ſeſſio: nec priùs corpuſculum requieſcat, quàm animam paſcat. *Ibidem, cap. 14. de Contemplat. poſt initium, pagina 280. littera D.*

52. Monachum ſolitudo facit, non publicum. *Tom. 4. Epiſt. 54. ad Ocean. de vita Clericor. poſt med pag. 318. littera D.*

Hugo a S. Victore.

53. Quaſi compedes Clauſtralibus adduntur catenis obedientiæ, dum vagari, vel egredi foras non permittuntur. *Libro 2. de Clauſtro anim. cap. 15. circa medium, 46. G. tom. 2.*

54. Sunt quidam, qui cùm exeunt foras, non tantùm intùs ſunt diſſoluti, ſed etiam foras curioſi. *Ib. cap. 22. in princ. pag. 51. H.*

55. Frequentem exitum caveamus, ne egrediamur temerè: nemo de conſcientia ſua confidat, Dina intùs virgo, intùs caſta, intùs columba fuit, egreſſa foras colorem pariter cum nomine mutavit. *Libro 2. de Arca Noe Morali, cap. 5. in fine, pagina 202. littera F. tom. 2.*

56. Gloriatio monachi eſt, quando in loco ſuo permanet, & huc illucque non vagatur. *Lib. de Miſcellan. codic. 1. tit. 199. circa medium, pagina 114. littera E. tom. 3.*

Hugo Card.

57. Bonus Clauſtralis mente & corpore exivit de mundo: ſed ſunt quidam, qui etſi corpore, nondùm tamen mente egreſſi ſunt. *Profec.*

58. Qui egreditur ex toto debet egredi, ut verè dicat cum Philoſopho, Omnia mecum porto. *Sup. Gen. cap. 12. Moral folio 17. columna 2. tom. 1.*

59. Maximè Noviiis periculoſus eſt omnis egreſſus, quia citò læduntur. *Ibidem, cap. 34. Moraliter. folio 47. columna 3.*

60. Diabolus ſemper monet egredi: malum autem eſt egredi, quia vix regreditur homo. *Sup. Iſay. cap. 36. fol. 79. columna 4. tom. 4.*

61. Quamdiù Clauſtrales ſtant clauſi in clauſtris ſuis, vacantes contemplationi & orationi, habent gratiam coram Deo & coram hominibus: exeuntes autem ad publicum, & frequentes curias, amittunt utrumque. *Super Marc. cap. 14. Myſtice, folio 126. columna 1. tom. 6.*

62. Si tàm durè arguitur, qui nondùm fuerat Dominum ſecutus, quid erit de Regularibus illis, qui quotidie, quibuſdam modicis occaſionibus viſitant domos parentum? *Super Lucam, cap. 9. folio 191. columna 2. tom. 6.*

S. Joannes Chrysost.

63. Nemo Religioſorum, qui egredi cupit, dicat: Habeo patrem, habeo matrem: Reſpondebo tibi, Habes Jesum, quid quæris iſta, quæ mortua ſunt? Qui habet Jesum, habet patrem, habet matrem, habet filios, habet omnem propinquitatem. *Profec.*

64. Mortuus pater non exigit pietatem filii, quid ergo quæris patrem? quid quæris matrem? Aut chriſtiana eſt mater, aut non eſt Chriſtiana, aut ſancta eſt, aut peccatrix. Si ſancta eſt, gaudet quia ſervis Domino: Si peccatrix, dimitte illam, mortua eſt. *Homil. 17. ex diverſ. in Matth. poſt med. col. 1190. B tom. 2.*

S. Ioan Clim.

65 Labore ingenti & fatigatione mores graves & optimos acquirimus, & quod multo temporis labore quæſiverimus, fieri poteſt ut egrediendo ad ſecularia, uno momento temporis amittamus. *Profec.*

66. Qui poſt abrenuntiationem, cum ſecularibus verſatur, in eoſdem laqueos, in quibus ſeculares incidunt, incidet. *Gradu 3. in fine, apud Bibliothecam Patrum, tom 6. par* [illegible] *247.* [illegible] *B. edit. Coloniensis 161*[illegible]

67. Melior eſt ſubdit[illegible] er, quam ſoli[illegible] hinc indè diſtrahitur. *Ibid. Gradu 27 circa me*[illegible] *pag. 2*[illegible] *col. 1. C.*

68. Expertus ſum [illegible] turba ſeculari ſolum Monachum [illegible] in gente noſtra pericul[illegible] *Ep.* [illegible] *apud Bibl. Patr. tom. 15. pagina* [illegible]*18.* [illegible] *Colonienſis 1622.*

69. Monachus in turba, eſt p[illegible] *Libro* [illegible] *de vir. illuſtr. Ord. S. Bened. cap. 33* [illegible] *circa medium, 115. col 2.*

70. Nihil eſt quod Monachi propoſi[illegible]um [illegible] ſolvat, quomodo eva[illegible] *Re gul. S. Bened. verbo Gyrovagus, poſt medium, p*[illegible] *210. columna 1.*

71. Amator Chriſti etiam in medio [illegible] Jesum cogitat *Homil.* [illegible]*2. ad Monachos, ant. med.* [illegible] *pag. 459. col. 2.*

72. Corporis motu ſpiritus nun po[illegible] mentis ſolitudo cuſtoditur. *Ibidem.*

73. Sicut arbuſta de loco in locum plur[illegible] tata, fructum rarò afferre conſueverunt; ita [illegible] qui de uno monaſterio in aliud leviter [illegible] ſanctus, ſeu ſtabilis. *Lib. 1. de ventat. Re*[illegible] *fin. pag. 683. col. 1.*

74. Rarus egreſſus in publicum, magnam t[illegible] be reverentiam maturitatis exhibet. *De* [illegible] *cap. 6 poſt init. pag.* [illegible]*78 col. 2.*

75. Nihil plus nocet infirmis clauſtral[illegible] quens viſitatio amicorum. *Orat. 5. in C*[illegible] *habitâ. ante med. pag. 877. col 1.*

76. Rarus egreſſus magnam tibi apud [illegible] turitatis reverentiam præbebit. *Ep. 4. ad N*[illegible] *Mermonenſ. poſt med. pag. 929. col. 2.*

77. Onager (ut ait Job) contemnit [illegible] verus Monachus communem ſecularium [illegible] verſationem. *Libro 3. de ſummo bono. cap. 1* [illegible] *5 pag. 673. col. 1.*

78. Nec naturæ pudorem, nec ipſam d[illegible] monaſticam curatis, nec mollitiem eam qua [illegible] tes & oculis & auribus afferunt, metuitis, nec fu[illegible] comminationem huic rei denuntiatam per[illegible] ad urbem crebrò commeantes. *Profectio.* [illegible] ciorum periculum facere minimè vol[illegible] bellum fugite, quod religioſæ ac Deo con[illegible] exercitationem gravibus ac periculoſ[illegible] tatur. *Libro 1. Epiſt. 367. ad Monachos, apud Bibliothec. Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 510. col. 1. C. edit. Colonienſis 1618.*

79. Verendum eſt, ne redeat ægritudo, quod e[illegible] turbæ commixtione fieri conſuevit. *In libro A*[illegible]*co. poſt med. apud Bibliothecam Patrum tom. 5. part.* [illegible] *edit. C*[illegible]*nienſis 1618.*

80. Facilè in laqueos, ex quibus ſ[illegible] extricaſſe ar[illegible] bantur, rurſùs incidunt, qui ſine timore cu[illegible] bis verſari ſtudent. *Ibidem*

81. Quid eſt Clauſtralem redire ad ſeculum, n[illegible] habitatorem cadere in infernum? *Epiſt. 13. ad Mona*[illegible] *neum. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag* [illegible] *col 1. C. edit. Colon. 1618.*

82. Periculoſum eſt neophytis, & nondùm [illegible] ſancta Religione firmatis exire in publicum. *Ibidem.*

8[illegible]. Si vis exire de clauſtro, ut obtineas [illegible] devias & aberras: recedens enim à clauſtro el[illegible]gat à Deo. *Ibidem, poſt med. &c.*

84. Non decet ad ſeculum tàm frequenter redire monaſtici ordinis profeſſorem. *Ibidem, ante* [illegible] *pag 712. col. 1. A.*

85. Ama, quæſo, clauſtrum, & abſcind[illegible] tuo deſiderium exeundi. *Profec.*

86. Nam ſi paradiſus in hac vita præſenti [illegible] in [illegible]

[illegible] quid enim [illegible], plenum eſt anxietate, [illegible] ne, amaritudine, formidine, ſolicitudine, & dolo[illegible]

Patr. Bles. 87. Fallax & ſeductoria illa evagandi voluptas, conſumit clauſtralis innocentiæ fructus. *Ibid. in fine. pag. 712. col. 1. B.*

Patr. Cell. 88. Monachi eſt, non egredi: pium eſt quidem ire, pium non ire. *Lib. 7. Ep. 20. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. edit. Colon. 1618.*

S. Petrus Damianus. 89. Lectioni vel orationi minimè vacat, quem extra egredi, & terrena quæque tractare imminens potiùs neceſſitas dictat. *Profec.*

90. Charitas in eo minuitur, quia mens, quæ tot actionum ſecularium ventos recipit, ab amoris intimi fervore tepeſcit.

91. Suum quoque caſtitas mentis diſpendium patitur, quia nonnunquàm mens concupiſcentiæ telo configitur per carnis ſpeciem, quam exteriùs contemplatur. *Opuſ. 12. cap. 21. ante med. pag. 494. col. 1. A. tom. 3.*

92. Monachus diſcurrens lachrymarum compunctionem, quibus peccata defleat, non habet: quia mens arida, quæ per æſtum terrenæ converſationis incedit, dùm perfundi rore ſancti Spiritus non meretur, areſcit. *Ibidem, a medio. pagina 497. columna 1. littera C*

93. Monachus ſi iter mundi ſæpè terit, procuratos inſidiarum laqueos non evadit: cùm verò ad propriæ habitationis clauſtra revertitur, cominùs illum quaſi quædam conglobata turba omnium quæ viderat, vel audierat, comitatur. *Profec.*

94. Si orationi vacare ſolitus cœperit, ecce phantaſmata cogitationum, ecce imagines, quas viderat, rerum: ita ut in quolibet angulo conſtitutus videatur ſibi iſtis intereſſe, & inter ipſas adhuc reſidere. &c. Vide ibi plura. *Ibidem, cap. 12 in princ. pag. 497. col. 2. lit. B.*

95. Monacho ab egreſſione ad publicum niſi cauſa converſionis exegerit, ſtudendum eſt declinare. *Ibid. cap. 13. ſub finem pag. 498. col. 2. A.*

96. Noverit Monachus vitio vagationis addictus, quia niſi à ſeculo pedem retrahat, nec perfectionis culmen attingere, nec ordinia ſui dignè poterit munia cuſtodire. *Ibidem, cap. 20. in princ pag. 501. columna 1. lit. C.*

97. Qui diſcurrendo per ſeculum propriæ libidini ſatisfacit, & tamen obedire ſe majorum juſſionibus aſſerit, noverit Deum non tàm coloratis verboſitatibus credere, quàm de occultis hominum juxta conſcientiam judicare. *Ibidem, cap. 21. in medio. pag. 501. col. 2. E.*

98. Quiſquis ſe per negotiorum ſecularium exercitia delectabiliter fundit, holocauſti ſui medullas cum viſceribus ſubtrahit, & ſolam victimæ pellem (quæ offerri prohibetur) adolere contendit. *Ibid. cap. 22. circa med. pag. 502. col. 2. A.*

99. Monachus non aliquando progredi, niſi violenta popoſcerit neceſſitas, acquieſcat; ſed id tantò parciùs, tantóque agat, quantò ſcit, quòd vagando per ſeculum, neque ſpiritualiter vivere, neque ad perfectionis culmen valeat (etiamſi diligenter invigilet) pervenire. *Ibidem, cap. 23. in fine. pag. 503. columna 2. littera B.*

100. Quiſquis Monachus perfectionis culmen feſtinat attingere, intra remotionis ſuæ ſe clauſtra cohibeat: diſcurrere verò per ſeculum, velut mergere ſe in lacum ſanguinis perhorreſcat. *Ibidem, cap. 32. in princ. pag. 508. col. 1. B*

101. Meliùs eſt in Religione vel ſegniter vivere, quàm funditùs in mundana converſatione perire. *Opuſc. 13. cap. 7. ab initio. pag. 515. columna 1. littera B. tom. 3.*

102. Rarò progreſſurus egredere, ut ſemen verbi, quod ſparſeras, jugiter ſtudiis excolendo rigare. *Ibidem, cap. 15. in princ. pagina 519. columna 2. littera D.*

103. Monachi diſcurrentes, non Monachi dicendi ſunt, ſed gyrovagi. *Opuſc. 27. cap. 3. in titulo. pag. 610. col. 1. B. tom. 3.* S. Petr. Dam.

104. Nihil ſimplicitati noſtræ cum aſtutia ſeculari, nec decet ut qui in ſeculo eremum elegimus, nunc de eremo ad ſeculum redeamus. *Lib. 6. Ep. 12 ad Eugen. Pap in fine. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 124. col. 2. F. edit. Colon. 1618.* S. Petrus Mauritius Abbas Clun.

105. Si vis in bono ſtatu perſeverare, noli extra domum tàm ſæpè vagari. *Serm. 2. ad Novit. in fine. tom. 1.* Thomas a Kempis.

106. Quantò quis latius foris extenditur, tantò intùs minoratur. *Ibidem, Serm. 3. Diviſ. 1.*

107. Cor Religioſi debet eſſe in cælo, non vagari in ſeculo. *Ibid. Serm. 13. Diviſ. 2. in calce*

108. O quàm rarum & alienum eſt in multis Religioſis ſæpiùs non egredi, qui pro pœna carceris reputarent, ſi infra annum extra ſepta monaſterii, vel extra portam ſpatiandi cauſâ exire non deberent! *Ibidem, Serm. 13. Diviſ. 10.*

109. Nullus ædificat evagandi libertas, nam veræ devotionis nutritius, eſt ſolitarius & Religioſus incluſus. *Ibid. Serm. 14. Diviſ. 5. in calce.*

110. Cùm aliquis uno pede claudus, aut monoculus egreditur, rarò utroque ſanus revertitur. *Ibidem, Serm. 14. Diviſ. 6.*

111. Vulpes exiens foveam, neſcit diù per rectam incedere viam: ſic homo vagus, diù nequit ſe fingere, ſed ſeipſum prodit etiam invitus coram multis ignotis, aut verbis, aut factis apertis. *Ibidem.*

112. Laudabile eſt homini Religioſo, rarò foras ire, fugere videri, nolle etiam homines videre. *Lib. 1. de Imit Chriſti. cap. 20. ſect. 6. tom. 2.*

113. Lætus exitus, triſtem ſæpè reditum parit. *Ibid. cap 20. ſect. 7.*

114. Neceſſaria & utilis eſt vago clauſura *In hortulo Roſar. cap. 8 ſect. 2. tom. 2.*

115. Qui ſæpiùs foris evagatur, rarò indè melioratur. *Ibidem, cap. 10. ſect. 2.*

116. Vagus horret diſciplinam & cellam, ſicut avis capturam. *Ibid. cap. 11. ſect. 2.*

117. Foris vagantibus Deus denegat experimentum internæ ſuavitatis. *Ibid. cap. 12. ſect. 3.*

118. Væ tibi, qui ſæpè foris evagaris, & tempus infructuoſè expendis. *In valle Lilior. cap. 15. in principio tom. 2.*

119. Vagus & inſtabilis vileſcit, ſæpè foris viſus: fugiens autem turbas & manens intùs, reputatur ſanctus. *Ibid. cap. 18. ſect. 2.*

120. Qui libenter foris ambulat, & hinc indè fabulari deſiderat, rarò eſt, quin cor ſuum maculet, & indevotior ad cellam pacis amicam redeat. *Ibid. cap. 23. in princ.*

121. Qui foris vagatur, innumeris periculis patet. *De diſcipl. clauſtr. cap. 7. ſect. 3. tom. 2.*

122. Quòd ſi omne rarum, charum cenſetur: tantò erit quis Deo charior, & hominibus reverentior, quantò rariùs foris videtur. *Profec.*

123. Lumen in lucerna clauſum, fulgorem ſuum retinet & ardorem: extra verò poſitum & ejectum, levi flatu extinguitur & tenebreſcit. *In dialogo Novit. cap. 4. ſect. 4. tom. 2.*

124. Cave à frequenti exitu, & ubi opus non habes, ne accedas. *De exercit. ſpirit. cap. 4. ſect. 2. in principio. tom. 2.*

125. Si obedientia jubet, vel utilitas egredi requirit, vade cum decenti diſciplina, & citò ad tua revertere ſecreta. *Ibidem.*

126. Foris ſæpè hauritur, undè interior homo inquinatur. *Ibidem.*

127. Ad cavendum laqueos apertos vel occultos, libentiùs ſis intùs, quàm foris. *Ibidem.*

THOMAS à KEMPIS. 128. Vidi frequenter evagantes, & nullum fructum indè ferentes: heu! rarò exitur ſine periculo, rariùs ſine culpa reditur. *Ibidem, cap. 4. ſect. 4.*

IN VITIS PATR. 129. Sicut arbor fructificare non poteſt, ſi ſæpiùs transferatur: ſic Monachus frequenter migrans nec poteſt fructificare. *Lib. 5. libell. 7. de fortitud. num. 36. pag. 590. col. 1.*

130. Patres noſtri deſerta ſequebantur, nos autem civitates ſequimur. *Lib. 10. cap. 168. in princ. pag. 906. col. 2.*

131. Cùm in cella ſum, in pace eſt anima mea: cùm autem foris egredior, conturbor. *In ſent. in fine poſitas. ſent. 25. in princ. pag. 997. col. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CLEOB. LIND. 132. Egreſſurus domo, tecum expendito, quid foris agere velis: domum ubi redieris, quid egeris reputato. *In ſentent. ſent. 2.*

EPICTETUS. 133. Si aliquando acciderit, ut foras promineas, & alicui placere cupias, te de ſtatione tua dejectum eſſe ſcito. *In ſuo Enchirid. cap. 30. in princ.*

SENECA. 134. Non eſt accedendum eò, undè liber regreſſus non ſit. *De tranquillitate animi. cap. 5. in fine. pag. 527. tom. 1.*

135. Circumcidenda eſt concurſatio. *Ibidem, cap. 12. pag. 535.*

136. Iſti qui per officia diſcurſant, ſe alioſque inquietant. *De brevit. vitæ. cap. 14. poſt med. pag. 573.*

137. Primum argumentum compoſitæ mentis exiſtimo, poſſe conſiſtere, & ſecum morari: nuſquàm eſt, qui ubique eſt, non coaleſcit planta, quæ ſæpè transfertur. *Ep. 2. circa init. pag. 524. tom 2.*

138. Quid tibi vitandum præcipuè exiſtimem, quæris? turbam: non dùm illi te tutò commiſeris. *Ep. 7. in princ. pag. 530. tom. 2.*

139. Avarior redeo, ambitioſior, luxurioſior, immò verò crudelior, & inhumanior, quia inter homines fui. *Ibid. poſt init. pag. 530.*

140. Non vagatur quod eſt fixum & fundatum. *Ep. 35. in fine. pag. 587. tom. 2.*

141. Tàm frequens migratio, inſtabilis animi eſt: coaleſcere otio non potes, niſi deſinas circumcurſare & errare. *Proſec.*

141. Ut animum poſſis continere, priùs corporis tui fugam ſiſte: interrumpenda non eſt quies, & vitæ prioris oblivio. Quoties proceſſeris, in ipſo tranſitu aliqua quæ renovent cupiditates tuas, tibi occurrent. *Ep. 69. in princ. pag. 657. tom. 2.*

Vide etiam Tit. Cella. ſent. 53. 82. 83. Monachus ſent. 8. 10. 11. 90. Multitudo. ſent. 40. 41. Otium. ſent. 87. Religioſus. ſent. 134.

Electio.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO.

ETYMOLOGIA.

CASSIODORUS ELIGERE non eſt niſi de multis unum legere. *Super Pſal. 118. verſu, Viam veritatis elegi. fol. 182. columna 3.*

HUGO CARD. Eligere eſt extra alios aliquem legere. *Sup. Luc. cap. 6. fol. 164. col. 4. tom. 6.*

DEFINITIO.

S ANTONIN. Eligere eſt appetere aliquid propter aliquid conſequendum. *Part. 1. tit. 4. de voluntate. cap. 2. §. 1. in princ. fol. 70. col. 1.*

S AMBROSIUS Eligere eſt alterum alteri præoptare. *Sup. 1. ſent. diſt. 40. art. 3. quaſt. 1. Argument. 2. pag. 327. col. 2. littera C. tom. 4.*

S. IOAN. DAM. Nihil aliud eſt electio, quàm è duabus rebus propoſitis alterius præ altera ſuſceptio. *Lib. 2. de fide Orthod. cap. 22. poſt med. fol 204. pa... 1. A.*

Electio eſt appetitio cum deliberatione ... earum rerum, quæ in noſtra poteſtate ſitæ ſunt. *Lib. 1. in vita SS. Barlaam & Joſaphat. cap. 15. poſt med. pag 277. col. 1.*

Electio eſt probatio recta cujuſlibet rei. *Tom. 3. Syzygia. 6. de definit. ante med. pag. 413. B.*

DIVISIO.

Sunt tres modi eligendi: electio, ſubelectio, & prælectio. *Proſec.*

Electio eſt quando de multitudine bonorum & malorum, eligitur bonum.

Subelectio eſt quando de bonis ele...is, eliguntur meliores: poſteaquam de melioribus optimi eliguntur, prælectio eſt. *Serm. 39. ad fratr. in Eremo ante med. pag. 970. D. tom. 10.*

Quadruplex eſt electio.
- Divina.
- Humana.
- Angelica.
- Diabolica. *Serm. 4. Dom. 19. poſt Pent. in princ. in illud, Pauci ... 1. pag. 199. columna 2. tom. 3. Proſec.*

Eliguntur enim homines à Deo, ab hominibus, ab Angelo, à diabolo: ſed heu! licet pauci ſunt electi Dei tamen electi diaboli multi ſunt,

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Dignus planè debet eſſe vir, qui ſequendus proponitur omnibus. *Lib. 10. Ep. 82. ad Vercellen. Eccleſiam. ante med. col. 662. C. tom. 3.*

2. Si terreſtrium rerum diſpenſatores idonei quærendi ſunt, quantò magis cæleſtium? *Proſec.*

3. Magna ergo cura eligendus eſt, qui domum Dei regendam accipiat. *Sup. 1 Timot. 3. in illud, Ne in opprobrium incidat, &c. col. 2055. B. tom. 5.*

4. Ubi eſt æſtimatio vel diſcretio, ibi eſt & ... *Part. 1. tit. 4. cap. 5. §. 1. prope med. fol. 7. col.*

5. Nobilitas excuſare non poteſt, ut promoveatur malus: quia quantò nobilior, tantò nocivior. *Part. 2. tit. 1. cap. 20 §. 1. poſt med.*

6. Neceſſarium eſt conſilium ante judicium de eligendis haberi. *Part. 4. tit. 2. de Prudentia cap. 1. ... 4 ante med. fol. 13. col. 2.*

7. Quiſquis ad majora idoneus eſt, multo magis ad minora idoneus erit. *De Paſſione & Cruce Domini, poſt init. col. 666. B. tom. 3.*

8. Quis ferat eligi divitem ad ſedem honoris, contempto paupere inſtructiore atque ſanctiore? ... *ad D. Hieronym. ante finem. pag. 74. C. tom.*

9. Nullo pacto potes rectè eligere, quando ... eligas non eſt. *Lib. 3. de lib. arbitrio cap. 8. in princ. ... 472. C. tom. 1.*

10. Illum cognoſce miſſum à Deo, quem non hominum laudatio, vel potiùs adulatio eligit, ſed illum, quem & vita & mores optimi commendant. *In dialogo 65. quæſt. quæſt. ultima. in princ. pagina 495. lit. A. tom. 4.*

11. Circa illum, quem eligis, probanda eſt diſcretio. *De Amicitia cap. 21. circa medium, pag. 8.. D tom. 4.*

12 Plerùmque homines ſelecti ſunt nobilitate criminum, non dignitate virtutum. *Lib. 7. de Civ. Dei cap. 33. in medio pag. 131. B. tom. 5.*

13. Ubi merita conſiderantur, ... eſt, n... ſors. *Super Pſal. 30. Conc. 2. ante fin. v... 18. pag. 1... B. tom. 8.*

14. Eliguntur qui non ſunt, nec errat qui eligit, nec vanè eligit: eligit tamen, & habet electos, quos creaturus eſt eligendos. *De verbis Apoſtoli ſerm. 11 poſt init. pag. 204. D. tom. 10.*

15. Tene certum, dimitte incertum. *Hom 41. ex quinquaginta Hom. in fine. ... 1. A. tom.*

S. AUGUST. 16. Magnum eſt quod elegit, qui non fallitur dùm elegit, majus eſt quod Dei eſt opus ad quod elegit, ſed maximum quod inter electos præelegit. *Serm. 39. ad fratr. in Eremo ante med. pag.* 970. *D. tom.* 10.

DIONYSIUS CARTHUS.
17. Electio.
- Primò fieri debet cum diſcretione atque concordia.
- Secundò ex charitate.
- Tertiò de grėmio Eccleſiæ.
- Quartò, qui eligitur debet eſſe bonæ famæ.
- Quintò, virtuoſæ converſationis.
- Sextò, ut magis cupiat prodeſſe quàm præeſſe. *Sup. Acta Apoſtol. cap.* 6. *art.* 6. *poſt init. fol.* 72. *lit. F.*

S. EUGENIUS PAPA. 18. Miniſtri eligantur, quorum vita atque doctrina illos magis exornet, quàm dehoneſtet. *Et hab. in decretis Gratiani. part.* 2. *cauſa* 12. *quæſt.* 1. *Canon. Neceſſaria. fol.* 219. *col.* 2.

S. EUSEBIUS EMISS. 19. Ubi ſe virtutum non poteſt ingerere comparatio, ſtudiorum non laborat electio. *Serm. de ordinat. Sacerdot. in medio. apud Bibl. Patr tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 603. *col.* 1. *D. edit. Colon.* 1618.

GILLEBERTUS ANGLUS. 20. In eligendo ſemper eſt libertas, ſed non eſt ſemper libertas ad eligendum. *Profec.*

21. Eligere niſi liberè non poteſt, ſed eſt aliquid quod non eligere per ſe poteſt. *Serm.* 39. *ſup. Cant. circa med. apud D. Bern. volum.* 2.

GLOSS. DECR. 22. Eligendus eſt potiùs, qui peccavit & pœnituit, quàm qui ſemper fuit bonus: quia magis ſcit compati peccatoribus. *In decret. Gratiani. fol.* 59. *col.* 4. *edit. Lugdun.* 1540.

GLOSS. ORD. 23. Habet Chriſtus conſcium munditiæ teſtem, cùm ſuum non dubitet eligere proditorem. *Sup. Math. cap.* 10. *col.* 188. *lit. E. tom* 5.

GLOSS INT. 24. Quicunque divitem propter divitias eligit, & pauperem propter paupertatem abjicit, utrobique peccat. *Sup. Ep. Jacobi. cap.* 2. *in illud, Nolite in perſonarum acceptione habere fidem. col.* 1275. *A. tom.* 6.

S. GREG. MAG. 25. Unum ſignum electionis, eſt ſoliditas charitatis. *Hom.* 17. *ſup. Ezech. paulo ante finem. col.* 250. *C. tom.* 2.

26. Manifeſtum bonitatis eſſe liquet indicium, in unius electione cunctorum convenire conſenſum. *Lib.* 4. *in Regiſtro. Indict.* 13. *cap.* 59. *Epiſt.* 15. *ad Ioan. Epiſc. Ravenna. in princ. col.* 788. *C. tom.* 2.

27. Nulla ſit in electione venalitas, ne dùm electores præmia appetunt, diſcretionem electionis amittant, & illum dignum ad hoc eſſe arbitrentur officium, qui non datione, ſed meritis placuerit. *Ibidem, cap.* 67. *Ep.* 23. *ad Caſtorium notarium prope med. col.* 785. *C.*

28 Non largus præmiis, ſed dignus meritis in officio eligatur. *Ibidem, in medio, &c.*

29. Ille ad quodlibet officium perducatur, quem morum gravitas commendat & actio. *Ibidem, lib.* 5. *Indict.* 14. *cap.* 107. *Epiſt.* 7. *ad Theodorum Epiſcop. in fine. col.* 828. *C. tom.* 2.

30. Ille ad officium eligatur, quem dignum vita & mores oſtenderint: & nullus ex datione pecuniæ, vel quarumlibet patrocinio perſonarum, ſeu proximitatis accedere patiatur. *Ibidem, lib.* 7. *Indict.* 1. *cap.* 5. *Epiſt.* 5. *ad Brunichildam Reginam Francorum. ante med. col.* 902. *A. tom.* 2

31. In ſacerdotibus fides eſt eligenda cum vita: ſi enim vita deeſt, fides meritum non habet. *Ibidem, lib.* 7. *Indict.* 2. *cap.* 114. *Epiſt.* 114. *ad Theodoric. & Theobert. Reges Francor. poſt init. col.* 901. *C. tom.* 2.

32. Ad electionem officiorum ſacerdotum viri ſancti non ſolùm recipiendi ſunt, ſed etiam invitandi. *Lib.* 3. *in* 1. *Reg. cap.* 4. *in fine. col.* 1372. *A.*

33. Dignè indigniorem recipiunt, qui indignum indignè ejicere præſumunt. *Ibidem, lib.* 4. *cap.* 4. *ante med. col* 1405. *A.*

34. Omnis qui eligitur, ut fidelibus ſubditis dignitate præemineat, prælatione ſuâ non ſuum, ſed Domini lucrum quærat. *Ibid. cap.* 5. *longè poſt init. ſup. illud, Vivit te Deus in principem. col.* 1446. *B. tom.* 2.

35. Illud præ omnibus tibi curæ ſit, ut in electionibus nec datio quibuſcunque modis interveniat præmiorum, nec quarumlibet perſonarum patrocinia convaleſcant. *Lib.* 2. *in Regiſtro. Indict.* 11. *cap.* 61. *Ep.* 22. *ad Antonium ſubdiacon. poſt initium columna* 722. *A. tom.* 2. S. GREG. MAG.

36. Si quorumdam patrocinio fuerit quiſquam electus, ordo Eccleſiaſticus non ſervatur. *Ibidem, ante medium.*

37. Talem perſonam electores debent ſibi eligere, quæ nullius incongruæ voluntati deſerviat; ſed vita ac moribus decorata, digna valeat inveniri. *Ibidem.*

38. Talem eligite, quaſi cui ſemper debeatis obedire. *Ibidem, cap.* 68. *Ep.* 29. *prope medium, col.* 725. *littera D.*

39. Judicari ſemel in electione debet prælatus, non ultrà: ſed tantò nunc ſubtiliter judicandus eſt, quantò poſtmodùm judicandus non eſt. *Ibidem, in medio.*

40. Fit plerúmque ut ad electionem dùm blanda vox quæritur, quæri congrua vita negligatur. *Ibidem, lib.* 4. *Indict.* 13. *cap.* 88. *Ep.* 44. *circa init. columna* 810. *littera D.*

41. Qui carnalem præpoſitum conſtituit, tot incurrit pœnarum merita, quot ille ſubditis præbet pravitatis exempla. *Lib.* 5. *in* 1. *Reg. cap.* 2. *circa med. col.* 1494. *lit. D. tom.* 2.

42. Quantò magis quis repugnat, tantò magis in ſe ſtudia omnium concitat, & meretur negando, quod eſſe non vult: eoque dignior eſt, quò ſe clamat indignum. *Tom.* 1. *Ep.* 3. *ad Heliodor. ante medium, pagina* 23. *lit. B.* S. HIERONYM.

43. Magiſter probæ ætatis, & vitæ, atque eruditionis eſt eligendus. *Ibidem, Ep.* 7. *ad Lætam. ante med. pag.* 55. *A,*

44. Mores magis eliguntur, quàm vultuum elegantia. *Ibidem, Ep.* 8. *ad Demetriad. poſt med. pagina* 68. *lit. C.*

45. Electio de iis fieri debet, quæ expediunt, non quæ licent. *Lib.* 18. *ſup. Iſayam. cap.* 65. *ſup. illud.* 1. *Cor.* 6. *Omnia mihi licent. &c. pagina* 247. *littera B. tom.* 5.

46. Moyſes amicus Dei, cui facie ad faciem Deus locutus eſt, potuit utique ſucceſſores principatûs filios ſuos facere, & poſteris propriam relinquere dignitatē: ſed extraneus de alia tribu eligitur Jeſus; ut ſciremus principatum in populos non ſanguini deferendum eſſe, ſed vitæ. *Profec.*

47. At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere, ut non quærant eos, qui poſſunt Eccleſiæ plus prodeſſe, & in Eccleſia erigere columnas: ſed quos vel ipſi amant, vel quorum ſunt obſequiis deliniti, vel pro quibus majorum quiſpiam rogaverit. *Sup. Ep. ad Tit. cap.* 1 *in illud, Et conſtituas Presbyteros, &c. pag.* 245. *A. tom.* 9.

48. Nemo eligitur, niſi de pluribus; & ubi ſunt aliqui viliores, ibi electio perpetratur. *Lib.* 1. *ſup. Ep. ad Epheſ. cap.* 1. *in illud, Sicut elegit nos. &c. pag.* 205. *C. tom.* 9.

49. Qui præſtantior eſt, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligatur. *Et hab. in decret. Gratiani. part.* 2. *cauſa* 8. *quæſt.* 1. *Can. licet. fol.* 195. *col.* 1.

50. Virtutum deſerit conſortium, qui ſpeciem eligit non veritatem. *Sup. Geneſ. cap.* 13. *fol.* 18. *columna* 2. *tom.* 1. HUGO CARD.

51. Non prodeſſet electio, niſi ſequeretur aſſumptio: Judas enim fuit electus, ſed non fuit aſſumptus. *Sup. Pſ.* 64. *fol.* 160. *col.* 1. *tom* 2.

52. Rarò aliquis canonicè eligitur, ſed fruſtatim de ventre matris extrahitur violenter à paucis electori-

bus. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 3. Moraliter. fol. 78. col. 4. tom. 3.*

HUGO CARD. 53. Nullus debet eligi in prælatum, niſi qui mortuus ſit peccato, & parentibus, & mundo, & ſibi. *Super Eccleſiaſtic. capite 10. fol. 189. columna 3. tom. 3.*

54. Rarò quis eligitur in prælatum, niſi ratione ſanguinis, aut nobilitatis, aut divitiarum: ut poſſit Eccleſiam ab hoſtibus corporalibus liberare, & de animabus quæ ſunt in Eccleſia cura nulla eſt. *Sup. Iſaj. cap. 3. Myſticè fol. 10. col. 4. tom. 4.*

55. Multi hodie libenter eligunt prælatos, qui benè eos paſcant & veſtiant. *Ibidem, cap. 41. fol. 92. col. 3.*

56. Multos hodie eligit carnalis amicitia, ſed ferè omnes eligit hodie ſimulata juſtitia: qui quidem prælatione accepta non fiunt qood non erant priùs, ſed quod erant oſtendunt. *Ibidem.*

57. Hodie frequenter non de bonis melior, ſed de malis pejor eligitur: in quo eligentes ſimiles ſunt dæmonibus, qui pejorem diabolum ſibi caput conſtituerunt. *Super Lucam capite 6. fol. 164. columna 4. tom. 6.*

58. Electio debet eſſe circumſpecta, ut melior & utilior Eccleſiæ eligatur: debet eſſe libera, non coacta, vel conducta prece, vel minis, vel pretio, vel timore. *Ibidem.*

59. Non quemlibet eligit Deus, ſed eum in quo mortuus eſt mundus, vel diabolus. *Ibid. cap. 9. fol. 193. col. 1.*

60. Non debet eligi in dignitatem Eccleſiaſticam, vel ſecularem, vel canonicum, vel plebanum, niſi qui mandata cuſtodierit. *Sup. Apocal. cap. 2. fol. 376. col. 2. tom. 7.*

61. In omni electione melior debet præponi, & eligi: & qui aliter facit, peccat. *Profec.*

62. Sed contrà dicit dominus Papa, quòd ſufficit ad bonam electionem, ſi bonus eſt qui eligitur: ſemper tamen præponendus eſt melior, ſi poteſt fieri cum pace Eccleſiæ: ſin autem, ſufficit ſi bonus eſt; malus autem nunquàm debet eligi. *Sup. 1. ad Cor. 14. in fine. fol. 114. col. 4. tom. 7.*

S. INNOC III. 63. Eligentes ſcienter indignum, privati ſunt poteſtate eligendi in electione, quæ primò occurrit facienda. *Lib. 1. decret. conſt. conſtit. 42. in titulo. fol. 254. columna 3.*

64. Electio per minorem partem capituli facta non tenet, nec per ſubſequentem conſenſum ratificari poteſt. *Ibid. conſt. 46. in titulo. fol. 255. col. 2.*

65. Compromittentes tenentur recipere electum à compromiſſariis, ſi ſit dignus, niſi contra formam compromiſſi, eum appateat electum. *Ibid. conſt. 49. in titulo. fol. 256. col. 2.*

66. Si ex ſeptem compromiſſariis tres eligunt quartum, & ille conſentit; ſi eſt idoneus, confirmabitur electio. *Ibidem, conſt. 50. in titulo. fol. 256. columna 3.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 67. Non apparentia præ apparentibus, & futura præ iis quæ in manibus ſunt, præeligenda ſunt. *Hom. 31. ſup. Gen. ante med. col. 253. C. tom. 1.*

68. Non quæ voluptuoſa ſunt, ſed quæ proſunt, eligamus. *Hom. 15. ſup. Ep. ad Hebr. in fine moralis. col. 1765. B. tom. 4.*

JOAN. SARISB. 69. Tantò dignior judicaris, quantò à crimine ambitionis videris eſſe remotior. *Lib. 5. de Nugis curial. cap. 1. in princ.*

JOAN. TRITH. 70. Dignum videtur, ut is cæteris præferatur, quem vitæ meritum & ſapientiæ doctrina adornant. *In cap. 2. Regul. S. Bened. verbo. Ingenuus. poſt init. pag. 235. col. 1.*

71. Eliguntur ut plurimùm non doctiores, ſed ad congregandas divitias perituras avidiores. *De Inſt. vita Sacerd. cap. 4. circa med. pag. 775. col. 2.*

LACT FIRM. 72. Non poteſt quiſquam eligere meliora & ſcire quid bonum ſit: niſi ſciat ſimul rejicere ac vitare quæ mala ſunt. *De ira Dei. cap. 13. à medio.*

73. Boni operis ſibi comparat fructum, qui rectum ſervat in eligendo judicium. *Profec.* S. LEO I.

74. Gravi ſemetipſum afficit damno, qui ad ſuæ dignitatis collegium ſublimat indignum. *Ep. 87. ad Epiſc. African. cap. 1. ante med.*

75. Valdè laborandum eſt, ut in electione non erretur: nam totius familiæ domini ſtatus & ordo nutabit, ſi quod requiritur in corpore, non inveniatur in capite. *Ep. 87. ad Epiſcop. African. poſt init.*

76. Valdè iniquum eſt & abſurdum, ut imperiti magiſtris, novi antiquis, & indigni præferantur emeritis. *Ibidem, poſt med.*

77. Qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur. *Hom. 6. in cap. 8. Levitici. ſup. illud. Convocavit Moyſes Synagogam. tom. 1.* ORIGEN.

78. Diſcant Eccleſiarum principes, ſucceſſorea ſibi non eos, qui conſanguinitate generis juncti ſunt, nec qui carnis propinquitate ſociantur, in Eccleſiæ principatum eligere, ſed Dei judicio totum de ſucceſſoris electione remittere. *Hom. 22. in cap. 27. Numer. ſup. illud, Et apponeris ad populum, &c. tom. 1.*

79. Nulla hìc populi acclamatio, nulla conſanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habeatur contemplatio: gubernatio populi illi tradatur, quem Deus elegerit; homini ſc. tali, qui habeat ſpiritum Dei, in quo ſit claritas legis & ſcientia. *Ibid. ſup. illud, Aſſume ad teipſum Ieſum filium Nave.*

80. Nihil electum, niſi melius, & majus, ex alio. *Ep. 3. ad Sympronian. ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 243. col. 2. H. edit. Colon. 1618.* S. PACIANUS EPISC. BARCINON.

81. Electio clandeſtina & furtiva, conſuetudini contraria eſt, inimica legibus, damnata decretis, & moribus reprobata. *Epiſt. 27. ad Canonicos. poſt med. apud Bibliothecam Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 726. col. 1. D. editionis Colonienſis 1618.* PETR. BLES.

82. Elegerunt te fratres tui, eſto in illis quaſi unus ex illis. Ædifica eos verbo, actu, vultu, habitu, & inceſſu: ſic te amabilem exhibeas & imitabilem, ut tota converſatio tua ædificet alios ad ſalutem. *Ibid. Ep. 134. ad Vuilhelm. Electum. poſt init. pag. 809. col. 2. G.*

83. Qui per Dei miſericordiam inter vos prudentes habetis, unus ex eis eligatur, qui ad exequendum hoc negotium utilior invenitur. *Lib. 5. Ep. 10. ad Clerum Faventin in fine. pag. 70. col. 2. B. tom. 1.* S. PETRUS DAMIANUS.

84. Seligendus vobis aliquis eſt, qui ſit omnium utiliſſimus. *Ep. 57. adverſ. Andronic. ſub finem. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 100. col. 1. C. edit. Colon. 1618.* S. SYNESIUS EPISC.

85. Quotieſcunque Chriſtianis aliquid eligendum eſt, Chriſtus eſt ante omnia auſcultandus. *Lib. 1. In vita S. Eugeniæ. cap. 10. circa init. pag. 343. col. 2.* IN VIT. PATRŪ

SENTENTIÆ PAGANORUM.

86. Electio virtuti eſt familiariſſima, & magis quàm ipſi actus, dijudicat mores, atque expendit. *Lib. 3. Ethic. ad Nicomach. cap. 2. in princ. tom. 2.* ARISTOTEL.

87. Electio non eſt eorum, quæ fieri nequeunt: quòd ſi quis eligere dixerit ea, amens eſſe videtur. *Ibid. ante med.*

88. Conſtat ſine prudentia, ſineque virtute, electionem rectam non fore. *Ibid. lib. 6. cap. 13. in fine.*

89. Deligenti ducem exercitûs, deligendus eſt rei militaris peritiſſimus homo. *Ibidem, lib. 9. cap. 2. in princ.*

90. Ut benè eligamus quales res ſint bonæ, quænam malæ, arte & induſtriâ opus eſt. *Tom. 1. ſizygia. 3. de Rhetorica. poſt med. pag. 500. A.* PLATO.

91. Quòd optima ſunt, eo ipſo ſunt eligenda. *Tom. 2. ſizygia 4. lib. 4. de legibus. poſt med. pag. 722. A.*

92. Imperaturus omnibus, eligi debet ex omnibus. *In panegyrico de Traiano Auguſto. longè ante med. pag. 327.* PLINIUS II.

93. Hoc

SENECA. 93. Hoc mihi videtur miſerrimum, quoniam mala pro bonis legere, dementia eſt. *De beata vita. cap. 6. ante med. pag. 493. tom. 2.*

Vide etiam tit. Dignitas. ſent. 37. Epiſcopus. ſent. 69. 75. 77. 119. Honeſtas. ſent. 26. Paſtor. ſent. 76. 95. Perſonarum acceptio. ſent. 5. Prædeſtinatio. ſent. 47. Proximus. ſent. 16. Regimen. ſent. 59. Reſurrectio à peccato. ſent. 95.

Eleemoſina.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO, COMPARATIO.

ETYMOLOGIA.

S. ANTONIUS DE PADUA. ELEEMOSINA dicitur ab Eli, quod eſt Deus; & Moya, quod eſt aqua. Indè eleemoſina, quaſi Dei aqua. *Serm. Dom. 10. poſt Trinit. poſt medium fol. 237. pag. 1.*

DEFINITIO.

S. BERNARDIN. Eleemoſina eſt ſubventio miſerationis corporalis ad alterius miſeriam relevandam. *Serm. 9. Domin. 1. Quadrag. art. 3. cap. 2. in medio pag. 46. col. 2. littera D. tom. 3.*

S. THOMAS AQUINAS. Eleemoſina eſt opus, quo datur aliquid indigenti ex compaſſione propter Deum. 2. 2. *Quæſt. 32. art. 1. in corpore. pag. 64. col. 2.*

DIVISIO.

S. BONAVENT. Quatuor genera ſunt eleemoſinæ.
- Proximi correctio.
- Injuriarum remiſſio.
- Sui miſeratio.
- Proprii beneficii collatio. *Sup. Pſ. 36. in fine. pag. 105. col. 2. A. tom. 1.*

HUGO CARD. Septem ſunt eleemoſinæ.
- Tres glorioſæ.
  - Doctrina.
  - Conſilium
  - Liberalitas.
- Quatuor glorioſiores.
  - Oratio.
  - Compaſſio.
  - Injuriarum remiſſio.
  - Amoris conjunctio.

Sup. Prov. cap. 19. fol. 42. col. 2. tom. 3.

S. ISIDORUS HISPALENS. Duæ ſunt eleemoſinæ: una corporalis, ſcilicet, egenti dare quidquid potueris: altera ſpiritalis, ſcilicet, dimittere à quo læſus extiteris. *Proſec.*

Harum prima adhibenda eſt miſeris, ſecunda malis. *Lib. 3. de ſum. bono cap. 60. ſent. 14. pagina 691. columna 2.*

COMPARATIO.

S. BONAVENT. Homo eleemoſinarius eſt ſicut nutrix, quæ lactat puerum. *Tit. 2. diata. cap. 7. ante med. pag. 285. col. 2. E. tom. 6. part. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Grandis culpa, ſi ſciente te fidelis egeat, ſi ſcias eum ſine ſumptu eſſe, fame laborare, ærumnam perpeti, qui præſertim egere erubeſcat. *Lib. 1. Offic. cap. 30. ante med. col. 21. C. tom. 1.*

2. Affectus divitem eleemoſinæ collatorem, aut pauperem facit, pretiumque rebus imponit. *Ibidem, in medio col. 21. D.*

3. Pauper quod habes poſcit, quod non habes non requirit: fructus laboris tui, theſaurus eſt inopi, & duo æra, ſi ſola ſint, cenſus eſt largientis. *Lib. 1. de Virginibus poſt med. col. 85. C. tom. 1.*

4. Nullum tàm grave delictum, quod non purgetur, & tingu atur eleemoſinis. *Proſec.*

5. Magna enim eſt eleemoſina, quæ ardentium criminum globos benevolentiæ ſuæ fonte refrigerat, & quodam irriguo largitatis obruit incendia delictorum. S. AMBROSIUS.

6. Ut quamvis offenſus Deus, quamvis criminibus provocatus, cogatur liberare eleemoſinis, quem diſpoſuerat punire peccatis. *Serm. 15. in princ. col. 705. C. tom. 5.*

7. Eleemoſina quodammodo animarum aliud eſt lavacrum, ut ſi quis fortè poſt baptiſmum humana fragilitate deliquerit, ſuperſit ei, ut iterum eleemoſinis emundetur. *Serm. 31. in fine. columna 724. littera C. tom. 3.*

8. Non minùs eſt criminis habenti tollere, quàm cùm poſſis & abundes, indigentibus denegare. *Proſecutio.*

9. Eſurientium panis eſt, quem tu detines: nudorum indumentum eſt, quod tu recludis, miſerorum redemptio eſt pecunia, quam tu in terram defodis.

10. Tot te ergo ſcias invadere bona, quot poſſis præſtare quod velis. *Serm. 81. ſub finem. col. 780. D. tom. 3.*

11. Da pecuniam ſi habes, proſit alii quæ tibi otioſa eſt: da quaſi non recepturus, ut lucro cedat ſi reddita fuerit. *Proſec.*

12. Qui non reddit pecuniam, reddet gratiam: ſi fraudaris pecunis, acquires juſtitiam: ſi amittitur pecunia, comparatur miſericordia. *De Tobia cap. 2. in fine col. 1140. B. tom. 4.*

13. Seculares de bonis propriis non dantes eleemoſinam indigentibus, quos ſciunt, cùm decenter poſſunt, furtum faciunt. *Part. 1. tit. 15. cap. 4. §. 11. ante fin. fol. 203. col. 4.* S. ANTONIN.

14. Inhumanus cùm non det eleemoſinas ex avaritia, Deum placare non poteſt: & per conſequens remanet inimicus, & nil quod facit boni poteſt Deo eſſe gratum. *Part. 2. tit. 1. cap. 24. §. 2. poſt init. fol. 93. columna 3.*

15. Qui vult eleemoſinam ordinatè dare, à ſeipſo debet incipere, & eam ſibi primùm dare: eſt enim eleemoſina opus miſericordiæ veriſſimè dictum. *In Enchirid. cap. 76. in princ. pag. 126. D. tom. 3.* S. AUGUSTIN.

16. Ea eleemoſina nihil eſt majus, qua ex corde dimittimus quod in nos quiſque peccavit. *Ibidem, cap. 73. in princ. pag. 125. B.*

17. Per eleemoſinas de peccatis præteritis eſt propitiandus Deus; non ad hoc emendus quodammodo, ut ea ſemper liceat impunè committere. *Ibidem, cap. 70. fere in princ. pag. 125. A.*

18. Non ſolùm qui dat eſurienti cibum, ſitienti potum, nudo veſtimentum, peregrinanti hoſpitium, fugienti latibulum, ægro vel incluſo viſitationem, non ſano medelam, erranti viam, deliberanti conſilium, & quod cuique neceſſarium eſt indigenti: verùm etiam & qui dat veniam peccanti, eleemoſinam dat. *Ibidem, cap. 72. in principio pag. 125. A.*

19. Eleemoſina datur ad ſupplendam neceſſitatem, non ad paſcendam pigritiam. *De opere Monachor. cap. 16. circa med. pag. 560. D. tom. 3.*

20. In judicio cordis conſideranda eſt eleemoſina tribuentis: nec conſiderandum eſt quantùm, ſed quâ mente, quâ affectione dat quod poteſt. *De vera & falſa pœnit. cap. 15. prope med. pag. 747. A. tom. 4.*

21. Sis cautè prævidens diſcretionem eleemoſinæ, ita ut utriſque, danti ſcilicet & accipienti, ſit ſolatium. *De ſalut. docum. cap. 5. in fine pag. 751. littera A. tom. 4.*

22. Multi multa pauperibus, non miſericordia, ſed ambitione largiuntur. *Serm. Dom. in monte lib. 2. longè poſt med. pag. 831. A. tom. 4.*

23. Qui porrigit eleemoſinam Chriſtiano, non Chriſtiano porrigit, qui non in eo diligit Chriſtum. *Proſec.*

S. AUGUSTIN. 24. Deus, non cui detur, ſed quo animo detur, attendit. *Lib. 21. de Civit. Dei. cap. 27. ante med. pagina* 458. *C. tom.* 5.

25. Si fregeris eſurienti panem, ut careas tædio interpellantis, non ut reficias viſcera indigentis, panem & meritum perdidiſti. *Sup. Pſ.* 42. *in fine. pag.* 265. *A. tom.* 8.

26. Supplicem nullum ſpernas; & cui dare non potes quod petierit, non eum ſpernas. Si potes dare, da: ſi non potes, affabilem te præſta. Coronat Deus intùs bonitatem, ubi non invenit facultatem: nemo dicat, Non habeo: charitas non de ſacculo erogatur. *Sup. Pſ.* 103. *Conc.* 1. *in fine. pag.* 815. *B. tom.* 8.

27. Habet ſemper undè det, cui plenum pectus eſt charitatis. *Profec.*

28. Plus à te Deus non exigit, quàm quod tibi intùs dedit: vacare enim non poteſt voluntas bona. *Super Pſ.* 36. *Conc.* 2. *ante med. verſ.* 22. *pag.* 196. *lit. D. tom.* 8.

29. Tranſit ſomnus iſte, tranſit vita iſta, & nihil invenerunt in manibus ſuis, qui nihil poſuerunt in manibus Chriſti. *Sup. Pſ.* 75. *circa med. verſ.* 5. *pag.* 573. *A. tom.* 8.

30. Omni petenti te da. Etſi peccator eſt qui te petit, da non tanquam peccatori. Quando das tanquam peccatori? quando in quo peccator eſt, hoc tibi placet ut des: Deum offendis. *Profec.*

31. Cùm ergo eſurierit neſcio quis, ſi habes undè des, da: ſi vides dandum eſſe, ad ſubveniendum da.

32. Occurrit tibi homo peccator: duo nomina dixi: hæc duo nomina non ſuperflua ſunt: aliud quod homo, aliud quod peccator: quod homo, opus eſt Dei: quod peccator, opus hominis eſt. Da operi Dei, noli operi hominis. *Sup. Pſ.* 102. *poſt med. verſ.* 6. *Faciens miſericordias Dominus pag.* 800. *D. tom.* 8.

33. Non tibi Deus dicit, Perde quidquid habes, ut vivas exiguo tempore in labore ſolicitus: ſed da pauperi undè habes, ut vivas ſemper ſine labore ſecurus. *Tract.* 49. *de cap.* 11. *poſt initium. pag.* 243. *lit. A. tom.* 9.

34. Quàm multi ſunt, qui jactantiæ cauſa multa tribuunt, multa donant, & non ibi quærunt, niſi laudem humanam, & gloriam popularem plenam ventis, nulla ſtabilitate ſolidatam! *Tract.* 6. *ſuper Epiſt. Ioan. de cap.* 3. *ab initio pagina* 418. *littera D. tom.* 9.

35. Accipitur magis plaga charitatis, quàm eleemoſina ſuperbiæ. *Ibidem, Tract.* 8. *de cap.* 4. *poſt med. pag.* 432. *D.*

36. Hoc eſt bonum undè ſis juſtitia bonus, ſi habes bonum undè ſis bonus, fac bonum de bono undè non es bonus. *Profec.*

37. Habes pecuniam, eroga: erogando pecuniam, auges juſtitiam, minuitur pecunia, augetur juſtitia: illud minuitur quod eras dimiſſurus, illud minuitur quod eras relicturus, illud augetur quod in æternum es poſſeſſurus.

38. Conſilium do lucrorum, diſce mercari: laudas mercatorem, qui vendit plumbum, & acquirit aurum, & non laudas mercatorem, qui erogat pecuniam & acquirit juſtitiam. *Serm.* 5. *de verbis Dom. poſt init. pag.* 9. *B. tom.* 9.

39. Da petenti, ut poſſis ipſe accipere: tribue pauperi, ſi non vis flammis exuri. Da in terra Chriſto, quod tibi reddat in cælo. *Ibidem, ſerm.* 25. *in fine. pag.* 72. *lit. C.*

40. Si ante nos aliquid mitteremus, non ad immane hoſpitium veniremus: quod enim pauperi damus, ante nos præmittimus, quod autem rapimus, hic totum dimittimus. *Ibidem.*

41. De juſtis laboribus facite eleemoſinas, ex eo quod rectè habetis date: non enim corrupturi eſtis judicem Chriſtum, ut non vos audiat cum pauperibus, quibus tollitis. *Ibid. ſerm.* 35. *poſt init. pag.* 90. *D.*

42. Noli velle eleemoſinas facere de fœnore & uſuris. *Ibidem, ante med. pag.* 91. *A.*

43. Duæ ſunt eleemoſinæ: una cordis, alia pecuniæ. Eleemoſina cordis eſt dimittere ei à quo læſus es: nam dare aliquid indigenti aliquando quæris, & non habes: indulgere peccanti quantum volueris, redundabit tibi. *Profec.* S. AUGUSTIN.

44. Si in cellario vel in horreo non habes quod dare poſſis, de theſauro cordis tui potes proferre quod tribuas.

45. Eleemoſina cordis multo major eſt, quàm eleemoſina corporis.

46. Eleemoſina charitatis ſine terrena ſubſtantia ſufficit ſibi, illa verò quæ corporaliter datur, ſi non benigno corde tribuitur, omninò non ſufficit. *Hom.* 6. *ex quinquaginta Homil. ante fin. pag.* 289. *B. tom.* 10.

47. Prior de communi tolle quod ſufficit neceſſitatibus domus tuæ, quod reliquum eſt da Chriſto. *Ibid. Hom.* 8. *poſt init. pag.* 292. *D.*

48. Intellige ſtulte, qui vis eleemoſinam facere de rapina: quoniam ſi quando paſcis Chriſtianum, paſcis Chriſtum; quando ſpolias Chriſtianum, ſpolias Chriſtum. *De verb. Apoſtoli ſerm.* 19. *circa medium, tom.* 10.

49. Eleemoſinæ illis proſunt, qui vitam mutaverunt: das enim Chriſto egenti, ut peccata tua redimas præterita. *Profec.*

50. Nam ſi ideò illi das, ut liceat tibi ſemper impunè peccare, non Chriſtum paſcis, ſed judicem incorruptibilem corrumpere conaris. *Hom.* 13. *ex quinquaginta Hom. in fine. pag.* 303. *A. tom.* 10.

51. Funde quod habes, ut capias quod non habes. *Ibidem, Hom.* 37. *in medio. pag.* 353. *A.*

52. Nemo det eleemoſinam quamlibet, niſi undè det, ab illo accipiat qui non eget. *In Enchir. cap.* 77. *circa fin. tom.* 3.

53. Qui manus ad eleemoſinas expandit, dextralia à Chriſto percipiet. *Hom.* 26. *ex quinquag. Homil. circa med. tom.* 10.

54. Sacrificium Chriſtiani eſt, eleemoſina in pauperem. *Ibid. Hom.* 29. *cap.* 1. *circa med.*

55. Cultor eleemoſinarum felix vivit, & ſecurus moritur. *Ibid. Hom.* 39. *circa init.*

56. Magnum opus eſt eleemoſina, ut faciat homo quod fecit Deus. *Ibid. Hom.* 39. *ante finem.*

57. Tribuendæ ſunt eleemoſinæ pro modo & quantitate. *Ibid. Hom.* 48. *cap.* 2. *ante med.*

58. Det ſi poteſt ſuas eleemoſinas omnis cum hilaritate. *Ibid. Hom.* 50. *cap.* 3. *ante med.*

59. Perparvum eſt quod in eleemoſinis datur, ſed cùm piè datur, æternum indè meritum comparatur: & ideò potiùs quia parvum eſt quod datur, magna impietate non datur. *Lib.* 1. *contra adverſ. legis. cap.* 16. *poſt med. tom.* 6.

60. Eſurientis eſt panis, quem tu detines: nudi eſt pallium, quod tu in veſtiario conſervas; diſcalceati eſt calceus, qui apud te computreſcit: indigentis eſt argentum, quod defoſſum habes. *Profec.* S. BASILIUS MAGNUS.

61. Quarè, tot hominibus injuriam facis, quot dare potes. *Conc.* 7. *de Avaritia in fine pagina* 170. *tom.* 1.

62. Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter. *In ſuis Proverb verbo Inopi. pag.* 191. *tom.* 2. V. BEDA.

63. Deus non recipit eleemoſinam de manu raptoris, ſeu fœneratoris, nec de hypocritæ quidem, qui cùm facit eleemoſinam, facit cani ante ſe, ut glorificetur ab hominibus. *Serm.* 71. *ſup. Cant. ante fin. fol.* 192. *col.* 1. *A.* S. BERNARD.

64. Pauper qui nihil habet, vellet dare pauperi, & nihil habet quod det: voluntas pro facto reputatur. *Serm. in Hexam. poſt initium, pagina* 26. *columna* 2. *A. tom.* 1. S. BONAVENT.

65. Per pœnitentiam purgatur culpa, ſed per pietatem miſericordiæ in ſubventione pauperum per

eleemoſinas dimittitur: pœna. *Serm.* 1. *Dom.* 1. *poſt Pent. à medio. pag.* 142. *col.* 1. *tom.* 3.

S. BONAVENT. 66. Eleemoſinas dare eſt commodare, non perdere: ſicut ſeminare, eſt utiliter ſemina abjicere. *Serm.* 1. *de SS. Evangel. & in ord.* 11. *poſt med. pag.* 312. *col.* 1. *tom.* 3.

67. Mentem Deus miſericordem requirit, non pecuniæ quantitatem. *Lib.* 2. *Pharetra. cap.* 49. *ante med. pag.* 153. *col.* 1. *D. tom.* 6.

68. Da indigenti, & non da ſaltanti, ut non cum tuis pecuniis, & tuam & illius perdas animam. *Ibidem.*

69. Eleemoſinarum largitio alligat contrita, fracta conſolidat, & omnia ſanat. *De ſex alis Cherubims. Ala.* 2. *Penna.* 4. *pag.* 644. *col.* 2. *D. tom.* 7.

70. Dare ſuperfluum, neceſſitatis eſt neceſſitate extrema: ſed dare quibus egemus, conſilii eſt. *Lib.* 5. *compend. Theolog. verit. cap.* 70. *circa med. pag.* 770. *col.* 2. *D. tom.* 7.

S. CÆSARIUS ARELAT. 71. Manus pauperis gazophylacium Chriſti eſt: quidquid accipit, ne in terra pereat, in cælo reponit. *Hom.* 2. *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 747. *col.* 1. *A. edit. Colon.* 1618.

72. Divites dùm ſuperflua miſericorditer erogant, & à peccatis ſe redimunt, & ad præmia æterna perveniunt. *Profec.*

73. Potes forſitan dicere, quòd carnem tuam jejuniis ac vigiliis non poſſis affligere; nunquid potes dicere quòd ea quæ tibi ampliùs quàm opus erat. Deus dedit, non poſſis pro peccatis tuis pauperibus erogare? *Ibid. Hom.* 9. *ante med. pag.* 754. *col.* 1. *C.*

74. Quidquid ampliùs, quàm nobis opus eſt, à Deo accipimus, pauperibus erogare debemus. *Profec.*

75. Si quod eis deputatum eſt, noſtris cupiditatibus vel vanitatibus reſervamus, quanti pauperes in locis ubi nos ſumus, fame vel nuditate mortui fuerint, noverimus nos rationem de animabus illorum in die judicii redditturos. *Ibidem.*

76. Per eleemoſinam theſaurizemus cælo, ut ibi ſequatur cor noſtrum, quò præmittimus theſaurum noſtrum. *Ibidem, Hom.* 16. *à medio. pag.* 761. *col.* 2. *littera H.*

77. Nunquàm tibi deficit, quidquid alteri de te proficit. *Ibidem, Hom.* 28. *in medio. pag.* 773. *col.* 2. *littera F.*

CASSIODORUS. 78. Primus virtutis gradus eſt, aliena non quærere; ſed egentibus propria non negare. *Sup. Pſ.* 33. *poſt med. verſ.* 14. *fol.* 49. *col.* 3.

79. Ipſa eſt perfecta eleemoſina, quæ priùs à ſe inchoat, & ſic ad alterius juvamina venire feſtinat. *Sup. Pſ.* 36. *poſt med. verſ.* 27. *fol.* 55. *col.* 4.

S. CYPRIAN. 80. Eleemoſina præclara & divina res eſt, ſalutaris operatio, ſolatium grande, ſecuritatis ſalubre præſidium, munimentum ſpei, tutela fidei, medela peccati. *De opere & eleemoſ. cap.* 10. *prope fin. pag.* 311. *col.* 2. *tom.* 2.

S. CYRILLUS HIEROSOL. 81. Vis frui gratiâ Spiritus ſancti, & cibis ſenſibilibus pauperes non reficis: magna quæris, & parva non expendis. *Catecheſ.* 3. *circa med. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 402. *col.* 1. *D. edit. Colon.* 1618.

DIONYSIUS CARTHUS. 82. Eleemoſina eſt Deo odor ſuaviſſimus, & hoſtia gratiſſima. *Sup. Ep. ad Philipp. cap.* 4. *art.* 4. *in fine. fol.* 90. *E.*

S. ELIGIUS. 83. Quàmlibet largas eleemoſinas aliquis tribuat, ſi capitalia crimina non declinat, pecuniam perdit, & peccatum non redimit. *Hom.* 8. *ante medium, apud Bibliothecam Patrum, tom.* 7. *pag.* 241. *col.* 2. *E. edition. Colon.* 1618.

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 84. Non licet alienum auferre, & pauperibus erogare: peccati pœna, non meriti gloria eſt, aliena donare. *In ſuis opuſc. oraculo.* 10. *pag.* 500. *tom.* 3.

85. Pauper magis poteſt eſſe largus, quàm dives: quia dives ſi dat quidquid habet, deficiet & confuſus eſt. *Profec.*

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 86. Si verò non dat, cùm habeat, licet vellet dare non deficeret, voluntas quidem bona eſt, ſed non reputatur pro facto ſibi, quia adhuc habet ſubſtantiam.

87. Sed pauper (qui nihil habet) qui vellet dare pauperi, & nihil habet quod det, in hoc voluntas pro facto reputatur. *Ibidem, Oraculo* 29. *pag.* 505.

88. O homo eleemoſinam pauperi elargire, per quem illam tribuis Creatori. *Ibid. ſerm.* 3. *in princ. pag.* 511. *tom.* 3.

89. Non ſolùm multùm, qui multùm habet, tribuit dives: ſed & plurimùm largitur, qui, quæ habet, pauper impendit. *Ibidem, poſt initium, pagina* 512. *tom.* 3.

90. Hæreditas pauperum eſt eleemoſina. *Ibidem, ante med. pag.* 512.

91. Quidquid poſt ſe homines in terra relinquunt, emarceſcit: ſolùm quam in vita fecerunt eleemoſina ſemper vireſcit. *Ibidem, ante finem. pagina* 512.

92. Pro furto mihi reputo à magno eleemoſinario reputandum, ſi hoc quod fero, non dedero magis egenti. *Ibidem, Apophthegm.* 40. *pagina* 436. *tom.* 3.

S. FULGENT. 93. Dare eleemoſinam, omnibus eſt poſſibile, ſi adſit bona voluntas: omnibus facile, ſi non adſit dira cupiditas: omnibus ſalubre, ſi ferveat charitas: cunctis debet eſſe commune, ut omnibus donetur æterna fœlicitas. *Serm.* 1. *de Confeſſor. circa medium.*

94. Qui tantæ virtutis nondùm eſt, ut quæ habet, vendat: de his ſaltem quæ habet, in quantum habet, eleemoſinam faciat: tantùm operetur bona voluntas, quantùm ſuppetit facultas. *Ibidem.*

S. GAUDENT. 95. Is qui eleemoſinis remedium peccatorum pœnitens quærit, debet jàm non agere pœnitenda, ne quod uno latere extinguitur, alio ſuccendatur. *Tract.* 13. *circa fin. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *edit. Colon.* 1618.

96. Rarus eſt, qui rorem ſpargat eleemoſinæ ſuo refrigerio profuturum. *Ibidem.*

GLOSS. DECR. 97. Eleemoſina in peccato facta, non propriè dicitur eleemoſina; quia inordinatè fit, dùm à ſe non incipit; & dùm ſibi crudelis exiſtit, non placet Deo. *In decretis Gratiani fol* 398. *col.* 1. *edit. Lugd.* 1540.

GLOSS. INT. 98. Eleemoſina poſt culpam eſt pretium, quo redimatur: ſed non valet ei, qui in malo permanet. *Sup. Iob. cap.* 15. *col.* 182. *D. tom.* 3.

GLOSA. ORD. 99. Qui dat ut careat tædio interpellantis, non ut reficiat viſcera indigentis, & meritum & rem perdit. *Sup.* 2. *ad Cor. cap.* 9. *in illud, Hilarem datorem diligit Deus. col.* 423. *A. tom.* 6.

100. Licet exiguum ſit, quòd parùm habens tribuit, abundat tamen: quia recto judicio fit, quòd non quæritur de quanto, ſed quo animo detur. *Ibid. cap.* 9. *in illud, Abundetis in omne opus bonum. col.* 424. *D.*

101. Qui invitus dat propter præſentem pudorem, non habet mercedem. *Sup. illud.* 2. *Cor.* 9. *Non ex triſtitia. &c. col* 423. *A. tom.* 6.

GRATIANUS. 102. Qui invitus dat propter præſentem pudorem, & rem, & meritum perdit. *In decret. part.* 2. *cauſa* 23. *quæſt.* 6. *Can. Iam.* §. *Ex his.*

S. GREG. MAG. 103. Rem quamlibet plerúmque dat, etiam qui non compatitur: nunquàm autem qui verè compatitur, quod neceſſarium proximo conſpicit, negat. *Lib.* 20. *Moral. cap.* 26. *poſt med. num.* 27. *col.* 702. *D. tom.* 1.

104. Patrimonium noſtrum retentum perditur, manet erogatum. *Ibid. lib.* 18. *cap.* 9. *in fine ſup. illud Iob.* 27. *Dives cùm dormierit.*

105. Eleemoſina ſuperbi eum redimere non valet, quam perpetrata ſimul rapina pauperis ante Dei oculos aſcendere non permittit. *Ibid. lib.* 12. *cap.* 23. *poſt init. col.* 425. *D.*

106. Sæpè ſuperbi divites cùm eleemoſinam tribuunt, non hanc pro æternæ vitæ deſiderio; ſed

pro extendenda vita temporali largiuntur, mortem ſe poſſe differre donationibus credunt. *Ibidem.*

S.Greg. Mag. 107. Ille perfectè tribuit, qui cum eo quod afflicto porrigit, afflicti quoque in in ſe animum ſumit. *Ibidem, lib.21.cap. 26. prope initium, col.* 701. *D.*

108. Tolerabilius eſt minùs tribuere, quàm poſt largitatem ſuam ex inopiæ anguſtia murmurare. *Ibidem, ab initio, num.* 702. *A.*

109. Quiſquis ſuper eum, cui aliquid tribuit, faſtu ſe elationis extollit, majorem culpam intrinſecùs ſuperbiendo peragit, quàm extrinſecùs largiendo mercedem. *Ibidem, libro* 21. *cap.* 14. *poſt med. num.* 14. *columna* 726. *D.*

110. Sunt nonnulli, qui pietatis ſuæ viſcera tendere uſque ad incognitos neſciunt: ſed ſolis quos per aſſiduitatem notitiæ didicerint, miſerentur: apud quos plus familiaritas valet, quam natura. *Profec.*

111. Apud aliquos plus familiaritas, quàm natura valet, dùm quibuſdam neceſſaria, non quia homines, ſed quia noti ſunt, largiuntur.

112. Apud piam autem mentem plus natura valet, quàm notitis: nam unuſquiſque qui indiget, eò ipſo quò homo eſt, ei jam incognitus non eſt. *Ibidem, ſub finem, num.* 14. *columna* 727. *A.*

113. Mundari priùs debet animus, qui eleemoſinam præbet: quia omne quod datur, dantis mente penſatur. *Ibidem, libro* 22. *cap.* 8. *ante medium, col.* 744. *littera D.*

114. Qui eſcam aut veſtimentum pauperibus largitur, ſed tamen animæ vel corporis iniquitate polluitur, quod minus eſt juſtitiæ obtulit, & quod majus eſt culpæ committit: ſua enim Deo dedit, & ſe diabolo. *Part.* 3. *Paſtor. cap.* 1. *Admonit.* 21. *longè poſt medium, col.* 1288. *B. tom.* 2.

115. Tot penè quotidiè divites perimunt, quot morientium pauperum apud ſe ſubſidia abſcondunt: nam cùm quælibet neceſſaria indigentibus miniſtramus, ſua illis reddimus, non noſtra largimur. *Ibid. Admonit.* 22. *prope init. col.* 1289. *D.*

116. Aliud eſt eleemoſinam ex præcepto facere, aliud ex charitate: ex præcepto enim facere, bonum inchoantium eſt: ex charitate autem, bonum perfectorum, qui non ſolùm quis jubetur faciunt, ſed etiam diligunt faciendo quod jubetur. *Hom.* 10. *ſuper Ezech. poſt medium, ſuper illud* 29. *Pater eram pauperum, col.* 164. *B. tom.*2.

117. Eleemoſinæ tergunt maculas peccatorum. *Homil.* 37. *ſuper Evang. in fine, columna* 506. *littera B. tom.* 2.

118. Egentibus oportet in quantum ratio patitur, benigna mente præbere ſubſidium. *Libro* 1. *in regiſtro Indict.* 9. *cap.* 69. *Epiſt.* 69. *ad Petr. Subdiacon. in princ. columna* 681. *A. tom* 2.

119. Reſpondet dives pauperibus, Non habeo quod vobis dare poſſim: & miror ſi is qui veſtes habet, argentum habet, cellaria habet, quod pauperibus debeat dare non habet. *Ibidem, lib.* 5. *Ind.* 14. *cap.* 129 *Ep.* 29. *ad Secundinum, circa medium, columna* 841. *littera D.*

120. Eleemoſina non eſt reputanda, ſi pauperibus diſpenſetur quod ex illicitis rebus accipitur: quia qui hac intentione malè accipit, ut quaſi benè diſpenſet, gravatur potiùs, quàm juvatur. *Ibidem, libro* 7. *Indict.* 2. *cap.* 110. *Ep.*110. *ad Syagrium Epiſc. ante med. col.*984. *B. tom.* 2.

121. Eleemoſina Redemptoris noſtri oculis illa placet, quæ non de illicitis rebus & iniquitate congeritur; ſed quæ de rebus conceſſis & acquiſitis impenditur. *Ibidem.*

122. Quidquid tribuitur pauperi non eſt donum, ſed mutuum: quia quod datur, multiplicato ſine dubio fructu recipitur. *Ibidem, libro* 8. *Indict.* 3. *cap.* 20. *Epiſt.*20. *ad Joannem Proconſul. in princ columna* 1016. *littera A.*

S.Greg. Mag. 123. Qui indigenti etiam peccatori panem ſuum, non quis peccator, ſed quia homo eſt, tribuit: nimirùm non peccatorem, ſed pauperem juſtum nutrit. *Parte* 3. *Paſtoralis, cap.* 1. *Admonit.* 21. *circa medium, col.* 1288. *A. tom.* 1.

124. Ad tribuendum pigri cur eſtis, quando hoc quod jacenti in terris porrigitis, ſedenti in cœlo datis? *Hom.* 40. *ſuper Evang. in fine.*

S.Greg. Naz. 125. Ne fratrem deſpice, ne pauperem prætergredere, ne averſeris tanquàm piaculum, tanquàm aliud quid fugiendum, & exhorrendum; tuum eſt membrum, licet ſub calamitate abſcondatur. *Orat.*17. *de paupert. poſt med. pagina* 158.

126. Quandiù vento navigas ſecundo, manum naufrago præbe: quandiù rectè vales & dives es, afflicto ſuccurre. *Ibidem.*

127. Da parum quid indigenti: non enim parum eſt ei, qui omnium eſt egenus, immò nec Deo, ſi pro viribus dederis. *Profec.*

128. Da pro magno promptitudinem; ſi nihil habes, des vel lacbrymulam: magnum remedium eſt afflicto, miſericordia quæ ex animo procedit. *Ibidem.*

129. Pulchra eſt hæc herba eleemoſinæ, quâ animæ abſtergimus ſordes, & inquinamenta, dealbamurque. *Ibid. pagina* 161.

S. Hieron. 130. Sunt qui pauperibus paulùm tribuunt, ut ampliùs accipiant: & ſub prætextu eleemoſinæ quærunt divitias, quæ magis venatio appellanda eſt, quam eleemoſinæ genus. *Tom.* 1. *Epiſt.* 2. *ad Nepotian. poſt med. pagina* 15. *A.*

131. Melius eſt Chriſtum veſtire in pauperibus, quàm Eccleſias ædificare, & ebore argentoque valvas, & gemmis aurata diſtinguere altaria, & parietes marmorum cruſtis veſtire. *Ibid. Epiſt.* 8. *ad Demetriad. poſt medium, pag.* 69. *A.*

132. Quamvis omnem cenſum tuum in pauperes diſtribuas; nihil apud Chriſtum erit pretioſius, niſi quod manibus tuis ipſa confeceris. *Ibidem.*

133. Quotieſcumque manum extendis, Chriſtum cogita. *Tom.* 1. *Epiſt.* 10. *ad Furiam, poſt medium, pagina* 82. *D.*

134. Eleemoſina ſeminarium eſt meſſis Dominicæ. *Ibidem, ante fin. pag.* 84.

135. Sub prætextu eleemoſinæ, priſtinis opibus incubantes, quomodo poſſumus aliena fideliter diſtribuere, qui noſtra timidè reſervamus? *Tom.* 1. *Ep.*13. *ad Paulin. ab init. pag.* 102. *C.*

136. Nemo plus dedit pauperibus, quàm qui ſibi nihil reſervavit. *Tom.* 1. *Ep.* 27. *ad Euſtoch. ante fin. pagina* 183. *littera A.*

137. Quidquid ad breve dederis, hoc recipies in perpetuum. *Tom.* 2. *lib.* 1. *dialog. adverſ. Pelagianos, poſt initium, pag.* 262. *D.*

138. Quidquid in ſumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. *Tom.* 3. *Epiſt.* 1. *ad Paulin. in fine, pag.* 10. *littera C.*

139. Quid tibi prodeſt, ſi ſis largus in eleemoſina, & invidioſus ſis? *Sup. Pſ.* 97. *verſ.* 7. *Pſallite Domino in cithara. pag.* 144. *C. tom.*8.

140. Eleemoſinas non facere, crimen habentis eſt: cæterùm qui non habet undè faciat eleemoſinam, liber eſt. *Super Pſalm.* 111. *verſ.* 5. *Jucundus homo qui miſeretur pag.* 168. *B. tom.* 8.

141. Magis tu agito gratias Chriſto, quando eleemoſinam dederis; quàm pauper, qui à te acceperit, tibi agat gratias: grande enim beneficium præſtant pauperes. *Super Pſalm.* 133. *verſ.* 3. *Et benedicite Domino. pag.* 194. *A. tom* 8.

142. Multum quidem in terrena facultate ſunt pauperes, ſed in magna ſimplicitate ſunt divites, plus cupientes dare, quàm habent: ac propterea Deus animum magis probat, quàm quod dextera porrigit. Qui enim quantùm poteſt facit, totum fecit: ſimiliter dives & pauper, quamvis dives ampliùs dare videa-

tur. *Super 2. ad Cor. cap.8. in princ. pag.336. littera D. tom. 9.*

S. Hieronym. 143. Avarus hilariter dare non nuvit. *Ibidem, cap. 9. in illud, Hilarem datorem, &c. pagina 338. littera B.*

144. Sine diſcretione omnibus ſimpliciter indigentibus tribuite, non quærentes cui, ſed quare detis. *Ibidem, cap. 9. ſuper illud, Ut in omnibus locupletati, &c. pag. 338. D.*

Hugo Card. 145. Illa ſola eleemoſina remunerabitur à Deo, quæ Chriſto datur, ideſt, propter Chriſtum. *Sup. Eccleſiaſtic. cap.12. folio 194. columna 2. tom. 3.*

146. Nihil dat, qui pro terreno commodo pauperibus erogat, vel qui pro ſavure humano ſua dat, ille gratis dat, ideſt, pro nihilo. *Ibidem, cap.33. fol. 26. columna 3.*

147. Quidam quanta largiuntur reſpiciunt: ſed quanta rapiunt, non attendunt; & ideò quæ largiuntur, in ſaccu pertuſo reponunt. *Ibidem, cap.34. fol. 238. columna 4.*

148. Eleemoſina ſine compaſſione eſt cibus ſine ſapore. *Sup. Iſay. cap. 58. fol.141. col.1. tom. 4.*

149. Octo eleemoſinam ornant:
- Compaſſio cordis.
- Dulcedo ſermunis.
- Facultatis quantitas.
- Hilaritas dantis.
- Humilitas dantis.
- Diſcretio.
- Velocitas.
- Intentio recta. *Super Matth. cap. 6. fol. 22. col. 1. tom. 6.*

150. Eleemoſinis factis ex fervure charitatis, ſuccenditur munitio diaboli. *Sup. 2. ad Cor. cap.9. in princ. fol. 136. col. 3. tom. 7.*

S. Innoc. III. 151. Eleemoſina tripliciter erogatur:
- Ex corde, per compaſſionem.
- Ex ore, per correctionem.
- Ex opere, per largitionem. *Serm. 1. in die Cinerum, ante finem, fol. 12. columna 3.*

152. Eleemoſina danda eſt ordinatè: primò nobis, ſecundò proximis. Crudelis enim & fatuus eſt, qui alii compatitur, & ſibi non miſeretur: qui alii ſubvenit, & ſe decipit. *Ibidem.*

153. Effectus eleemoſinæ:
- Eleemoſina mundat.
- Eleemoſina liberat.
- Eleemoſina redimit.
- Eleemoſina prutegit.
- Eleemuſina poſtulat.
- Eleemoſina impetrat.
- Eleemoſina perficit.
- Eleemuſina benedicit.
- Eleemoſina juſtificat.
- Eleemoſina reſuſcitat.
- Eleemoſina ſalvat. *De Eleemoſinis, cap. 1 in princ. fol. 91. col. 3.*

154. Niſi ramus eleemuſinæ de charitatis radice procedat, nun habet pinguedinem vel humorem, ut ſuavem vel maturum fructum producat: nam vera eleemoſina, fructus eſt charitatis. *Ibidem, cap. 3. poſt init. fol. 93. col. 1.*

155. Eleemoſina ab omni peccato, & à morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras. *Proſecutio.*

156. Non ſe paupertas excuſet, quia ſufficit ut voluntas ſit dives, ubi facultas eſt pauper. *Ibid. cap. 4. in fin. fol. 39. col. 4.*

157. Solerter attende, quòd niſi dederis eleemoſinam cordis, Deus non acceptat eleemoſinam uperis. *Ibid. poſt med. 95. col. 2.*

158. Circa eleemuſinam quatuor diligenter attendas: videlicet S. Innoc. III.
- Cauſam. — Cauſam, ut fiat ex charitate.
- Finem. — Finem, ut fiat propter beatitudinem.
- Modum. — Modum, ut fiat ex hilaritate.
- Ordinem. — Ordinem, ut fiat ſecundùm regulam. *Ibidem, cap. 5. in princip. fol. 94. col. 1.*

159. Eleemoſina maximè valet ad abolenda peccata, & extinguendum gehennæ ignem, modò liberaliter & non ad oſtenſionem hominum illa fiat. *Hom. 8. ſup. Gen. ante fin. col. 53. A. tom. 1.* S. Joannes Chrysost.

160. Si cupis veſtimenta parare & ornare animam; eleemoſina & largitas præcipua ſunt animæ veſtimenta, atque nitidiſſima indumenta. *Hom. 21. ſup. Gen. col. 157. A. tom. 1.*

161. Nihil proſùs ita nos eximere poteſt à gehenna ignis, ſicut largitas eleemoſinarum. *Ibidem, Homil. 31. in fine, col. 259. C.*

162. Magna in dandis eleemoſinis largitate utendum eſt, quò datis parvis, adipiſcantur magna. *Ibid. Homil 34. ante med. col. 280. C.*

163. Magnitudo eleemoſinæ non in multitudine pecuniarum, vel upum ſita eſt, ſed ex alacritate dantium judicatur. *Ibidem, Homil. 55. poſt med. col. 435. littera D.*

164. Da ei, qui Idcircò pauper effectus eſt, ut te divitem faceret: fœnerare, undè puſſis nun mortem fructificare, ſed vitam. *Hom. 5. ſup. Matth. oper. perf. ante fin. col. 56. D. tom. 2.*

165. Dedecus divitum, eſt clamor pauperum: proceſſit eleemoſina, & extinxit dedecus. *Hom. ſup. Pſ. 95. ante med. col. 768. A. tom. 1.*

166 Da eleemoſinam, & tunc pecunia tuta ſervabitur: & quod eſt ampliùs, non modò non conſumetur ipſa, verum etiam majora incrementa ſuſcipiet. *Homil. 21. ſuper Matth. oper. perf. ante med. col. 203. B. tom. 2.*

167. Eleemuſina ars eſt, non certè contemnenda, quâ diſcunt upulenti conferendum indigentibus eſſe: præcipua enim eſt, & aliis artibus multò præſtantior. *Proſec.*

168. Hujus artis officina in cœlo eſt, hujus non à ferro, neque ab ære inſtrumenta ſunt, ſed vuluntate ſula ac benignitate mentis cunſtructa; hujus magiſter Chriſtus eſt, finis ejus cœlum eſt. *Ibidem, Hom. 50. à medio, col. 425. D.*

169. Non eſt impoſſibile ſalvari, præſertim ſi eleemoſinæ remedia mutuemur, quibus vulnera noſtra diligenter curemus. *Ibidem, Homil. 65. poſt medium, col. 542. C.*

170. Lubricum eleemoſinæ oleum corpus hominis ita conſtituit, ut manus diaboli facilè propter lubricitatem effugiat. *Ibidem.*

171. Anima non ſimpliciter eſt meretrix, ſed furiuſa meretrix efficitur, cùm facit eleemoſinam cumulatè ad uſtentationem: ſic à thalamo paterno eam educit, cumque pater jubeat ne ſiniſtræ quidem eam apparere, ipſa ſervis, notis atque ignotis ipſam oſtentat. *Ibid. Hom. 72. poſt med. col. 591. C.*

172. Eleemuſina myſterium eſt: claudendæ igitur ſunt januæ, ne quis aſpiciat, quæ videre nefas eſt. *Ibidem, ante fin. col. 592. D.*

173. Tu cùm eleemoſinâ uteris, januas claude, ipſe qui recipit ſolus conſcius ſit: immò ſi puſſibile eſt, nec ipſe quidem percipiat, undè erogatum ſibi beneficium ſit. *Ibid. ſub fin. col. 593. B.*

174. Perire neceſſe eſt eum, qui eleemoſinâ caret. *Ibidem, Homil. 78. circa finem, columna 636. littera C.*

S. Joannes Chrysostom.

175. Melius eſt ut nemini noceas, etſi nemini prodes, quàm ut alios veſtias, alios ſpolies: ſine cauſa enim eleemoſinas facis de rebus, quibus alios expoliaſti. *Hom.* 11. *ſup. Matth. oper. imperf. ante fin. col.* 812. *D. tom.* 2.

176. In eleemoſina facienda non tantùm locus, nec actus ſecretus ſervandus eſt, ſed magis voluntas ſecreta. *Ibidem, Homil.* 13. *poſt medium, columna* 830. *littera D.*

177. Eleemoſina ingrata non eſt ante Deum quæ hominibus viſa fuerit; ſed quæ ideò facta, ut ab hominibus videatur. *Ibidem, ante medium, columna* 827. *littera D.*

178. Eleemoſina quod per te pauperi præſtat. temporale eſt & terrenum, quod autem tibi per illam, perpetuum & cœleſte. *Ibidem, Hom.* 46. *poſt init. columna* 1066. *littera C*

179. Quàm odioſum, quàm perverſum eſt, quàm fœdum quàm inordinatum opus, eleemoſinam facere cum delectatione laudis humanæ. *Homil.* 10. *ex diverſ. in Matth. in princ. col.* 1164. *C. tom.* 10.

180. Vis frui gloriâ? facias eleemoſinam, tunc te Angeli laudabunt, & Deus accipiet. *Hom.* 68. *ante finem, col.* 328. *A. tom* 3.

181. Certus theſaurus eſt, pauperum manus. *Ibidem.*

182. Eleemoſinis & fide purgantur peccata: eleemoſinis inquam, non ex injuſtè quæſitis: hæc enim non eleemoſina, ſed crudelitas eſt & inhumanitas. *Ibidem, Hom.* 72. *poſt med. columna* 344. *C.*

183. Eleemoſina eſt, quæ omni caret iniquitate, omnia munda facit, jejunium ſuperat, illuminat animam, ſaginat, pulchram decoramque facit. *Ibid. Hom.* 80. *in fin. columna* 383. *C.*

184. Si eleemoſinam demus (etſi ille cui datur indignus ſit) nobis Deus placatior erit. *Hom.* 21. *ſup. Acta Apoſtolorum in Morali, ante medium, columna* 593. *B. tom.* 3.

185. Eleemoſina non ſolis fit pecuniis, ſed etiam in operibus. *Ibidem, Homil.* 25. *circa med. Moral. col.* 620. *A. tom* 3.

186. Non pauperem reſpicias accipientem, ſed Deum redditurum: non eum qui ſtipem accipit, ſed eum qui ſe tibi debitorem obligat. *Serm.* 1. *de verb. Apoſt. Habentes eundem Spirit. &c. poſt med. col.* 1011. *A. tom.* 3.

187. Majora accipis, quàm das: das ſenſibilia, accipis intelligibilia & ſpiritualia: das pecuniam, accipis remiſſionem peccatorum: liberas pauperem à fame, ille te liberat ab ira divina. *Ibidem, poſt med. col.* 1012. *lit. B.*

188. Medici animarum ſunt pauperes, benefactores & protectores: neque enim tantùm das, quantùm accipis: das pecuniam, & accipis regnum cœlorum: ſublevas egeſtatem, & reconcilias tibi Dominum. *Ibidem. ſerm.* 2. *poſt med. col.* 1030. *D.*

189. Non tam apta eſt aqua ad abluendas corporis maculas, quàm eleemoſina ad abolendas ſordes animæ. *Ibidem, ante finem, col.* 1031. *B.*

190. Quando ex neceſſitate quis & coactè, quando ex injuſtitia, quando ex vanæ gloriæ ſtudio, eleemoſinam tribuit, perit omnis fructus. *Serm.* 30. *ſuper Epiſt. ad Rom. circa medium, columna* 305. *littera D. tom.* 4.

191. Qui eleemoſinam dat invitus, avarè dat: avaritia enim involuntariorum eſt. *Hom.* 19. *ſuper* 2. *Cor. in princ. col.* 811. *B. tom* 4.

192. Quemadmodùm triticum quod ſeminatur, prægnantes ariſtas oſtendit, ita eleemoſina, multos manipulos juſtitiæ efficit, & ineffabiles fructus profert. *Ibidem, Homil.* 20. *ante medium, columna* 817. *littera C.*

193. Quemadmodùm oleum lucem ſuam conſervat, ita eleemoſina magnam & admirabilem in futuro lucem largitur. *Ser.* 4. *ſup. Ep. ad Phil. in Moral. poſt med. col.* 1150. *D. tom.* 4.

194. Pauperes medici ſunt vulnerum tuorum, manus eorum tibi medicamenta præſtant. *Proſec.*

S. Joannes Chryſoſt.

195. Non ita medicus ut medicamenta imponat, extendens manum, curationem exhibet; ſicut pauper abs te, ut accipiat porrigens manum: dediſti pecuniam, & peccata ſimul exuiſti.

196. Majora recipis, quàm largiris, beneficiumque potiùs accipere quàm ferre probares, Deoque non hominibus fœneraris divitiaſque non minuis ſed auges: minuis autem illas, niſi erogas, niſi indigentibus des. *Hom.* 14. *ſuper* 1. *Tim. in fine, ante Morale, col.* 1507. *D. tom.* 4.

197 Fac tibi debitorem Deum. & ita demùm illum exige: fœnerare primò, tunc repete, ut cum uſura recipias. *Hom.* 1. *ſuper* 2. *Tim. in Morali circa fin. col.* 1540. *B. tom.* 4

198. Virginitate præſtantior eſt eleemoſina. *Homil.* 6. *ſuper Epiſt. ad Tit. in Morali, ante med. col.* 1637. *A. tom.* 4.

199. Eleemoſina charitatis eſt mater. *Ibidem.*

200. Eleemoſina ſcelerum eſt medicina, hæc animæ ſordes emundat, hæc eſt ſcala, quæ in cœlum uſque porrigitur. *Ibidem.*

201. Eleemoſina artifex magna conſiſtit, & auxiliatrix eorum, qui ipſam faciunt, amica Dei eſt, & ſemper ei propinqua. *Homil.* 32. *ſup. Ep. ad Hebr. in Morali, circa med. col.* 1864. *B. tom.* 4.

201. Eſt ars omnium artium quæſtuoſiſſima eleemoſina: ſi enim artis eſt proprium ad aliquam utilitatem pervenire, eleemoſinâ verè nihil eſt utilius. *Hom.* 33. *ad Populum Antiochenum, in princ. col.* 259. *littera D, tom.* 5.

203. Eleemoſinæ magnitudo, non in pecuniarum multitudine judicatur, ſed in dantium promptitudine. *Ibidem, Homil.* 34. *poſt medium, columna* 269. *littera C.*

204. Magnum & pulchrum & pretioſum donum eleemoſina. *Ibidem, Homil.* 36. *ab initio, columna* 276. *littera B.*

205. Multò gratior eleemoſina eſt, quàm aurea vaſa: quænam utilitas eſt, cùm menſa ſit aureis calicibus plena, ipſe verò pauper fame diſpereat? *Proſecutio.*

206. Aureum facis calicem, nec frigidæ aquæ calicem porrigis. *Ibidem, Homil.* 60. *poſt medium, columna* 398. *C.*

207. Extende manus tuas non in cœlum, ſed ad pauperum manus: ſi ad pauperum manus extenderis manum, ipſum cœli verticem tetigeris. Qui enim illic ſedet, eleemoſinam ſuſcipit: ſi verò porrexeris vacuas, nihil profeceris. *Ibidem, Homil.* 67. *prope finem, col.* 434. *B.*

208. Eleemoſina vincula diſrumpit, tenebras ſolvit, extinguit ignem, ſtridorem effugat dentium; huic cœlorum aperiuntur portæ. *Hom.* 7. *de pœnit. poſt med. col.* 878. *D. tom.* 5.

209. Nihil Chriſtiani tàm præfert characterem, quantùm eleemoſina: hanc & infideles quique mirantur. *Ibidem.*

210. Magna res eſt eleemoſina, præcidit aërem, tranſit lunam, ſolis radios cædit, ad ipſum venit cœlorum culmen, ipſos pertranſiens cœlos, & Angelos decurrens, Archangelorumque choros, & omnes ſuperiores poteſtates, ipſi adſiſtit regali throno. *Ibidem.*

211. Qui peccat & eleemoſinam facit, perdit quod facit. *Super Matth. oper. imperf. poſt init. col.* 842. *A. tom* 2.

212. Eleemoſina non eſt, opes dare; ſed cum miſericordia illas dare, eleemoſina eſt. *Hom.* 13. *ſup.* 2. *Cor. in princ. Moral. col.* 782. *A. tom.* 4.

S. JOANNES CHRYSOST. 213. Iſta major eſt gratia, ſcilicet eleemoſinam facere, quàm mortuos excitare: nam hic ipſe debitor efficeris Deo, in eleemoſina verò Deum debitorem conſtituis. *Ibidem, Homil. 16. in princ. Moralis, col. 799. littera D.*

214. Eleemoſina eſt, quando eom alacritate fit, quando cum liberalitate, quando cùm oon putas dare, ſed accipere. *Ibidem.*

215. Floretis vos opibus, florent pauperes vitâ & fiduciâ in Deum. Detis igitur illis de opibus, quibus abundatis, ut accipiatis à fiducia; ſecundùm quam illi divites ſunt, vos autem penuriam patimini. *Ibid. Hom. 17. poſt med. col. 802. D.*

216. Non quantitate datorum, ſed facultate & voluntate dantium, eleemoſinæ magnitudo pooderatur. *Homil. 1. ſuper Epiſt. ad Hebr. in fine Moralis, 1666. C. tom. 4.*

217. Eleemoſioa medicamentum eſt validum, quod maximè ad pœnitentiam operatur. *Ibidem, Homil. 9. in Morali, poſt initium, columna 1726. littera D. tom. 4.*

218. Eleemoſina illa vera eſt, qualis fuit illius viduæ, quæ rotam vitam ſuam evacuavit. *Proſec.*

219. Si autem non potueris tantùm dare, quantùm illa vidua dedit, ſaltem quod tibi ſupetabundat, non dubites impertire. *Ibidem, Hom. 28. in Morali. longè poſt init. col. 1837. C.*

JOAN. TRITH. 220. Clamant ad januam pauperes, & nullus dignatur ſubvenire. *De ruina Monaſt. ordin. cap. 6. ante med. pagina 829. col. 1.*

S. ISID. HISP. 221. Qui eleemoſinam vanæ gloriæ cauſa impartit, ex virtote vitium facit. *Libro 2. de ſummo bono, cap. 34. ſent. 6. pagina 952. col. 2.*

222. Terrena omnia ſervando amittimus, largiendo ſervamus: patrimonium enim retentum perit, manet autem erogatum. *Ibidem, lib. 3. cap. 60. ſent. 3. pag. 690. columna 2.*

223. Nulla ſcelera eleemoſinis poſſunt redimi, ſi in peccatis quiſque permanſerit. *Proſec.*

224. Tunc autem fructu eleemoſinarum indulgentia conſequitur, quando à ſcelerum opere deſinitur. *Ibidem, ſent. 6. pagina 691. col. 1.*

225. Non eſt eleemoſina, quæ gloriæ magis causâ, quàm miſericordiæ impertitur intuitu: quali enim intentione ab unoquoque largitur, taliter & apud Deum recipitur. *Ibidem, ſent. 7. pag. 691. col 1.*

226. Non eſt eleemoſina cum murmuratione præbenda, ne comitante triſtitiâ, merces pereat diſpenſata: tunc autem beoè tribuitur, qoando eum mentis hilaritate præbetur. *Ibidem, ſent. 15. pag. 691. col. 2.*

227. De rapinis eleemoſinam facere, non eſt officium miſerationis, ſed emolumentum magnum ſceleris. *Proſec.*

228. Qui enim injuſtè tollit, juſtè nunquàm diſtribuit: oec benè alteri præber, qood ab alio malè extorquet. *Ibidem, ſent. 16. &c.*

LACT. FIRM. 229. Hic divitiarum maximus & veriſſimus fructus eſt, non uti opibus ad propriam unius voluptatem, ſed ad multorum ſalutem; non ad præſentem ſuum fructum, ſed ad juſtitiam, quæ ſola non interit. *Proſecutio.*

230. Tenendum eſt igitur omninò, ut ab officio miſericordiæ ſpes recipiendi abſit omninò: hujus enim operis & officii merces à Deo expetenda eſt ſolo. Nam ſi ab homine expetes, jàm non humanitas erit illa, ſed beneficii fœneratio.

231. Nec poteſt videri benè meruiſſe, qui quod fecit, non alteri, ſed ſibi præſtat, & tamen eò redit, ut quod alteri quiſque præſtiterit, nihil ab eo commodi ſperans, verè ſibi præſtet, quia mercedem capiet à Deo. *Libro 6. de Divin. Inſt. cap. 12. in princ. pag. 158.*

232. Quæ in ſupervacua impenſurus es, ad meliora convertas: undè beſtias emis, hinc captivos redime: undè feras paſcis, hinc pauperes ale: transfer ad magnum ſacrificium malè peritura, ut pro his veris muneribus habeas à Deo munus æternum. *Ibid. in fine, pagina 261.*

233. Quoties rogaris pro eleemoſina, tentari te à Deo crede, an ſis dignus exaudiri. *Ibidem, cap. 13. in princ. pag. 262.* LACT. FIRM.

234. Cibus egeni, regni cæleſtis eſt pretium: largitor temporalium, hæres efficitur æternorum. *Ser. 4. de Collectis, in medio.* S. LEO I.

235. De ſui corporis qualitate ſecurus non eſt, qui nulla eleemoſinarum purificatione mundatur. *Ibid. ſer. 5. poſt med.*

236. Eleemoſinæ peccata delent, mortem perimunt, & pœnam perpetui igois extinguunt. *Ibidem.*

237. Semper illi quod largiatur occurrit, cui benè velle non deficit. *Serm. 1. de Jejun. decimi menſis poſt medium.*

238. Numquàm merito caret, etiam in tenui facultate bonæ voluntatis opulentia. *Proſec.*

239. Majora quidem impendia ſunt divitum, & minora mediocrium: ſed non diſcrepat fructus operum, ubi idem eſt affectus operantium. *Ser. 2. Quadrag. ante finem.*

240. Quidquid in cibos pauperum impenditur, noo minuitur ſed augetur. *Serm. 1. de Jejun. Pentecoſtes. in fine.*

241. Modicum eſt, quod pauperi ſatis eſt; nec victus illius, nec veſtitus oneroſus eſt. *Proſec.*

242. Vile enim eſt quod eſurit, vile eſt quod ſitit; & nuditas, quæ indiget operiri noo poſcit ornari. *Ser. 3. de Jejun. decimi menſis prope finem.*

243. Da quod accipias, ſere quod metas, ſparge quod colligas, quamvis non habeas, niſi quod acceperis, non potes tamen non habere quod dederis. *Ibidem, ſerm. 6. ante med.*

244. Subſtantia tua cùm benè erogatur, augetur: infidelis & iniquus etiam ſibi, qui quod æſtimat diligendum, non vult habere perpetuum. *Ibidem, circa medium.*

245. Parum eſt non auferre aliena, niſi largiaris & propria. *Serm. 1. de Jejun. ſeptimi menſis, poſt medium.*

246. Eleemoſina ſecundum eſt animarum lavacrum: ot ſi quis fortè poſt baptiſmum fragilitate deliquerit, ſuperſit ei, ut iterùm eleemoſinis emundetur. *Homil. 2. de Eleemoſin. in fine. apud Bibliothecam Patr. tom. 5. part. 1. pag. 44. col. 1. A. edit. Colon. 1618.* S. MAXIMUS EP. TAURIN.

247. Si ſeminaveris pauperibus, quæ tua ſunt ſerito: aliena enim zizaniis ſunt amariora. *Paraneſ. 178. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 2. edit. Colon 1618.* S. NILUS.

248. Ne velis artibus diteſcere, ut pauperum ſis ſublevator: de juſtè partis enim jubet Deus miſereri juſtum. *Ibidem, Paraneſ. 184.*

249. Planam & facilem viam eleemoſina munit. *Et habet. apud D. Ioan. libr. 2. Parall. 16. in fine, fol. 61. col. 2. D.*

250. Regnum Dei tanti eſt, quantùm ex affectu compaſſioois pauperibus ejus exhibes. *Proſec.* PETR. BLES.

251. Pauper, Chriſti vicarius eſt: & ſicut ſe io eo contemni erubeſcit, ita ſe in eo recipi delectatur. *Ep. 91. ad Radulph. Lexovienſ. Epiſc. ante medium, apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 775. columna 2. lit. E. edit. Colon. 1618.*

252. Manus pauperis Abrahæ ſinus eſt: ubi quidquid pauper acceperit mox reponit. *Proſec.* S. PETRUS. CHRYSOLOG.

253. Theſaorus cœli, eſt manus pauperis: quod ſuſcipit ne in terra pereat, reponit in cœlum. *Serm. 8. circa med. apud Bibliothec. Patrum, tom. 5. part. 2. edit. Colonienſis 1618.*

254. Manus pauperis eſt gazophylacium Chriſti: quia quiquid pauper accipit, Chriſtus acceptat. *Proſecutio.*

Digitized by Google

S. PETRUS CHRYSOL. 255. Da ergo homo pauperi terram, ut accipias cœlum: da nummum, ut accipias regnum.

256. Da micam, ut accipias totum: da pauperi, ut des tibi. Quia quidquid pauperi dederis, tu habebis: quod pauperi non dederis, non habebit alter. *Ibidem, poſt med. pag.* 667. *col.* 2. *G.*

257. Judicat Deus, non ubi eleemoſinam facias, quando facias, ſed qualiter facias: quia Deus de cordibus, non de manibus facta metitur; & de ſenſu, non de luce operum colligit qualitatem. *Ibidem, poſt med. pag.* 668. *col.* 1. *D.*

258. Eſurivi, & dediſtis mihi manducare) vult in paupere ſibi dari: & qui vult ſibi dari, vult quod datum eſt ſe debere: & qui vult ſe debere quod datum eſt, vult largientibus nil perire. *Profec.*

259. Homo daturus Deo, da ſecretò: ut quod dederis non ſit oneris, ſed honoris. *Ibid. ante fin, pag.* 668 *col.* 1. *D.*

260. Benè tuba, quia talis eleemoſina hoſtilis eſt non civilis, non miſericordiæ dedita, ſed clamori; ſeditionis vernula, non alumna pietatis: oſtentationis nundinatio, non commercium charitatis. *Ibidem, ſerm.* 9. *ante med. pag.* 668. *col.* 1. *C.*

261. Eleemoſinam quiſquis oſtentat, inſultat. *Ibidem.*

262. Eſurivi, & dediſtis mihi manducare) Non dixit, Eſurivit pauper, & dediſtis illi manducare: ſed, eſurivi, & dediſtis manducare mihi. Sibi datum clamat, quod pauper acceperit: ſe manducare dicit, quod comederit pauper; quod bibit pauper, ſibi teſtatur infuſum. *Ibidem, ſerm.* 14. *poſt init. pag.* 671. *columna* 2. *H.*

263. Nimis eſt quod ſapit Deo pauperis cibus, qui totius creaturæ bona non eſurit, ſaginatum ſe in eſca pauperis prophetizat in regno cœli coram omnibus Angelis, in conventu reſurgentium. *Profec.*

264. Quòd Abel paſſus ſit, quòd ſervavit mundum Noë, quòd Abraham fidem ſuſcepit, quòd Moyſes legem tulit, quòd Petrus crucem reſupinus aſcendit, Deus tacet, & hoc clamat ſolùm quòd comedit pauper. *Ibidem, in medio. pag.* 672. *col.* 1. *A.*

265. Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſinam) Homo, tali monitu Chriſtus te ditare voluit, non nudare: manere tibi tua voluit, non perire: perpetuari, non vacuari ſacculos imperavit: juſſit te transferre, non perdere. *Ibidem, ſerm.* 22. *circa init. pag.* 677. *col.* 2. *littera F.*

266. Quidquid pauper acceperit, Pater cœleſtis ſuſcipit, & ubi recondit? in cœlo. *Ibidem, ſerm.* 25. *poſt med.*

267. Sanari neſcit, qui neſcit pauperi fœnerari. *Ibidem, ſerm.* 32. *ſub finem, pagina* 685. *columna* 2. *littera F.*

268. Manducat Deus in cœlo panem, quem perceperit pauper in terra. *Ibid. ſerm.* 42. *in fine, pagina* 693. *col.* 1. *C.*

269. Homo ſi non habes nummum, da pauperi manum. *Ibidem, ſerm.* 22. *in fine. pagina* 753. *columna* 2. *lit. G.*

270. Theſaurus cor hominis aut per eleemoſinam levat ad cœlum, aut per avaritiam demergit in terram. *Profec.*

271. Homo mitte & præmitte theſaurum tuum in cœlos, ne cœleſtem animam demergas in terram. Aurum de profundo terræ, anima ab excelſis cœli.

272. Melius proindè eſt ad ſedem animæ deferri aurum, quàm in ſepulchro auri anima demergatur. *Ibidem, ſerm.* 22. *in medio, pagina* 677. *columna* 2. *littera H.*

S. PETR. DAM. 273. Dignum eſt ut pauperes Chriſti refrigerium ſentiant de ſtipe potiſſimùm illius Eccleſiæ quam frequentant. *Lib.* 4. *Ep.* 1. *ad Albert. Epiſc. ſub fin. pag.* 45. *col.* 1. *B tom.* 1.

274. Marſupium ubi divitiæ tutiſſimè reponuntur, ſinus eſt pauperum. *Lib.* 8. *Ep.* 14. *ad Sorores. in medio, pag.* 135. *col.* 2. *D. tom.* 1. S. PATRUS DAMIANUS.

275. Suſcipit Deus per manus pauperis eleemoſinam, eamque ſibi reconditam in illa cœleſtis promptuarii ſecuritate conſervat. *Opuſc.* 9. *cap.* 1. *ante med. pagina* 472. *col.* 2. *B. tom.* 3.

276. Qui ſtipem pauperibus erogant, aliena reddunt, non ſua diſtribuunt. *Ibidem, circa medium, &c.*

277. Qui nunc pauperibus ſubvenire contemnunt, in tremendæ diſcuſſionis examine non tàm accuſantur avaritiæ quàm rapinæ: nec ſuorum tenaces, ſed alienorum potiùs convincentur fuiſſe raptores. *Ibidem, circa medium, &c.*

278. Tremit manus avari, cùm tribuit: & ſicut æger exhorrens amareſcentis antidoti, differt poculum; ſic ſte daturus aliquid, differt in poſterum. *Ibid. in fine, pagina* 473. *col.* 1. *D.*

279. Numquàm Deo charus erit, qui vel effectum, vel affectum eleemoſinæ non habuerit. *Ibidem, cap.* 4. *in princ. pagina* 475. *columna* 1. *A.*

280. Quod in terra Deo datur, in cœlo recipitur: & indè ſperandum eſt præmium, quò præceſſit munus oblatum. *Ibidem, cap.* 6. *prope med. pag.* 476. *col.* 1. *E.*

281. O virtus eleemoſinæ, quæ velut fluentum fontis irrigui, & peccatorum inquinamenta detergis, & æſtuantium vitiorum flammas extinguis! *Proſecutio.*

282. O felix eleemoſina, quæ de gehennæ barathro tenebrarum filios extrahis, & adoptatos luci perpetuæ regnis cœleſtibus introducis.

283. Tu de manibus pauperum volas in cœlum, & illic tuis amatoribus paras hoſpitium.

284. Si vinum es, non coaceſcis; ſi panis, non emittis mucorem: ſi caro vel piſcis, non verteris in putredinem: ſi veſtis, nullam contrahis vetuſtatem.

285. Tu negotiatrix omni mangone prudentior, quæ terrenis mercibus cœleſtia comparas, & tranſitoriis æterna permutas.

286. Felices nundinæ tuæ; in quibus datur hoſpitium, ſuſcipitur habitaculum; præbetur panis exiguus, recipitur regnum: porrigitur nummus, comparatur aula cœlorum. *Ibidem, cap.* 8. *in princ. pag.* 477. *col.* 2. *B.*

287. Multorum teſtimonio definitum eſt, quòd utilior eſt & fructuoſior eleemoſina pauperum, quàm quælibet oblatio tradita manibus carnaliter viventium ſacerdotum. *Profec.*

288. Eleemoſina animas hominum in tenebras ire non patitur, terreniſque munuſculis ſiderea regna mercatur. *Opuſcul.* 33. *cap.* 7. *in principio, pag.* 640. *col.* 1. *E. tom.* 3.

289. Eleemoſinæ largitio minùs accepta eſt, ſi tardè vel avarè aliquis tribuat: maculata verò, ſi cum ſuperbia, vel cum convitio fiat. *Parte* 2. *ſuper Cant. cap.* 9. *poſt medium, pag.* 162. *col.* 1. *D.* RICHARD. A S. VICTORE.

290 Eleemoſina quidem ſemper fructuoſa eſt, ſi propter Deum fiat: ſed tamen non parum intereſt in bonum ne, an in malum hominem conferatur. *Conc.* 1. *de morte. part.* 2. *in princ.* ROBERTUS BELLARM.

291. Cùm multi maximas opes hæredibus, interdùm etiam extraneis derelinquant: hoc ſolum ſe putant perdere, quod pro ſua dederint ſalute. *Epiſt. ad Salonium Epiſc. ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pagina* 365. *col.* 1. *littera C. edit. Colonienſis* 1618. SALVIANUS.

292. Quàm pius, quam indulgens Dominus Deus noſter, invitans nos ad erogandum terrenæ ſubſtantiæ facultatem: cùm totum ſuum ſit, quod ab eo accepimus, noſtrum eſſe dicit, ut demus. *Ibidem, lib.* 1. *ad Eccleſ. Catholic. circa med ſup. illud Prov.* 3. *Honora Dominum de tua ſubſtantia*

293. Parum detur, ſi parum dediſſe ſufficit: ſed ego ſufficere parùm neſcio, immò parum non ſufficere certè

certè ſcio. *Ibidem, libro 2. ante medium, pag.* 369. *col.* 2. *littera H.*

SALVIANUS. 294. Si opes non damus ob peccatorum redemptionem, demus ſaltem ad emendam beatitudinem: ſi non damus ne damnemur, demus ſaltem ut muneremur. *Profec.*

295. Quia etiamſi præterita mala non ſint, quæ oporteat Sanctos redimere; ſunt tamen perennia bona, quæ magno debeant comparari. Etiamſi pœna non ſit, quæ timeatur: eſt tamen regnum, quod ambiatur: ac per hoc etiamſi non habeant Sancti, quæ redimant; habent tamen quæ emant. *Ibidem, poſt med. pagina* 371. *columna* 1. *C.*

296. Humanum eſt, quod ab omnibus vobis, ô divites, petitur, ac delicioſum: ſi impetrari ab unoquoque veſtrum non poteſt, ut eſſe in hoc ſeculo pauper velit, præſtet ſibi ſaltem, ne in æternitate mendicet *Profec.*

297. Qui præſentem inopiam tantùm fugitis, cur in perpetuum non reformidatis?

298. Si tenuitatem temporariam gravem ducitis, qualis, quæſo, erit illa quæ numquàm deſinet?

299. Si uſu veſtrarum rerum penitùs carere non vultis, id agite ne aliquando careatis.

300. Delicioſam à vobis rem, & voluptuariam poſcimus: qui ſine divitiis omnibus eſſe non acquieſcitis, id agite ut divites ſemper eſſe poſſitis. *Ibidem, ante fin. pag.* 372. *col.* 1. *B.*

301. Numularii Salvatoris, pauperes & egeni ſunt: quia pecunia, quæ talibus diſpenſatur, augetur. *Profecutio.*

302. Cum uſuris abſque dubio à Deo redditur, quidquid egentibus erogatur. *Ibidem, lib.* 3. *in princ. pag.* 372. *col.* 2. *H.*

303. Si vis tibi eſſe conſultum, ſi vis æternam habere vitam, relinque ſubſtantiam tuam indigentibus, relinque claudis, relinque cæcis, relinque languentibus. *Profec.*

304. Sint facultates tuæ alimenta miſerorum, ſit opulentia tua pauperum vita, ut illorum refrigeria præmia tua ſint, ut illorum refectio te reficiat.

305. Si illi de tuo edent, tu ſaturaberia: ſi illi de tuo biberint, tu ſitis tuæ æſtum ardoremque reſtringes: te illorum veſtitus veſtiet, te illorum apricitas delectabit. *Ibidem, libro* 4. *poſt medium, pagina* 381. *col.* 1. *littera G.*

306. Das res tuas divitibus, & egenis negas: das luxurioſis, & negas ſanctis: das cuicunque fortaſſe perdito, & negas Chriſto. *Ibidem, poſt med. pag.* 381. *col.* 2. *E.*

307. Vile eſt quod datur, ubi tàm grande eſt quod accipitur. *Ibidem, circa finem, pagina* 382. *columna* 1. *littera B.*

308. Nihil magnum in terris ab homine Deo ſolvitur, ubi quod eſt in cœlo maximum comparatur. *Ibidem*, &c.

309. Durum eſt avaris, ut largiantur ſua. *Ibidem*, &c.

THEOPHILACTUS. 310. Eleemoſina prima eſt filia deificantis charitatis. *Super Luc. cap.* 11. *in illud, Date eleemoſinam*, &c. *pag.* 196. *A.*

S. THOMAS AQUINAS. 311. Summa Chriſtianæ religionis in pietate conſiſtit, quæ maximè per eleemoſinarum largitionem commendatur. 2. 2. *quæſt.* 32 *art.* 8. *in princ.*

THOMAS A KEMPIS. 312. Qui fratri indigenti ſubvenit, JESUM per manum retinet. *In hortulo Roſarum, cap.* 17. *in principio, tom.* 2.

313. In faciendis eleemoſinis non cujuſquàm excipienda perſona, nec habendum electionis judicium: quia res, quæ neceſſitati ſervit, erogationis ordinem non requirit. *Profec.*

S. VALERIAN. 314. Quid tibi eſt opus quærere, utrùm Chriſtianus an Judæus, utrùm hæreticus an gentilis, utrùm Romanus an Barbarus, utrū liber an ſervus ſit ille qui poſtulat?

315. Ubi incumbit neceſſitas, non opus eſt ut perſonam diſcutias, ne cùm indignos miſericordiâ ſegregas, Dei Filium pariter amittas. *Hom* 7. *de miſericord. à med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pagina* 484. *col.* 1. *C. edit. Colonienſis* 1618. S. VALERIAN.

316. Satius planè eſt eleemoſinam ſtatim negare, quàm eſurientem ſpe promiſſâ decipere. *Ibidem, Hom.* 9. *à medio. pag.* 486. *col.* 2. *E.*

317. Tanta eſt apud Dominum cura miſerorum, ut ſibi præſtitum putet quidquid egentibus erogatio miſeranda contulerit. *Ibidem, poſt med.*

318. Nihil eſt tutius, quàm in ore pauperum partem recondere facultatum: tibi fraudas, quidquid reſervas. *Ibidem, Homil.* 13. *ante finem, pagina* 491. *columna* 1. *littera D.*

319. Bonus modus dandi eleemoſinam eſt, quando eleemoſina (quæ eſt opus pietatis) datur cum pietate, benignitate, & ex pura charitate. *Ser.* 1. *fer.* 6. *poſt diem Cinerum, poſt med. folio* 117. *col.* 2. *parte* 1. S. VINCENT. FERRAR.

320. Divitiæ ad ſempiternam regionem per pauperum manus præmittuntur. *Libro* 1. *in vita St. Barlaam & Joſaphat, cap.* 15. *in princ. pag.* 276. *col.* 1. IN VIT. PATR.

321. Fœnerando pauperibus omnes copias avaritiæ ſubactas, veſtrum ſine invidia transfertis in cenſum: quid enim eſſe poteſt ditius homine, cujus profitetur Deus ſe eſſe debitorem? *Serm.* 2. *de Avaritia in calce, apud Bibl. Patrum, tom.* 3. *pag.* 130. *columna* 2. *E. edit. Colon.* 1618. S. ZENO EPISCOPUS ET MART.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

322. Nonnunquàm eſt largiendum, nec hoc benignitatis genus omninò repudiandum. *Profec.* CICERO.

323. Nec ita claudenda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire non poſſit: nec ita reſeranda, ut omnibus pateat, modus adhibeatur. *Libro* 2. *de Offic. poſt medium.*

324. Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter. *In ſuis ſentent. ſent.* 183. MIMUS PUBL.

325. Nullum magno principe impendii genus dignius, quàm quod erogatur in pauperes. *In panegyrico de Trajano Auguſto. ante med. pag.* 342. PLINIUS II.

326. Primùm eſt antecedere deſiderium cujuſque, proximum ſequi, illud melius, occupare antequàm rogemur. *Libro* 2. *de Beneſic. cap.* 1. *circa med. pag.* 390. *tom.* 2. SENECA.

327. Non tulit gratis, qui cùm rogaſſet accepit. *Ibidem.*

328. Ipſe qui juvatur fallendus eſt, ut habeat: nec à quo acceperit, ſciat: ille neſciet à quo acceperit, ſciet accepiſſe ſe, & ego ſciam me dediſſe. *Ibidem.*

329. Quod præſtamus, offendit, niſi abſconditur. *Ibidem, poſt med. pag.* 394.

330. Dabo egenti, ſed ut ipſe non egeam: ſuccurram perituro, ſed ut ipſe non peream. *Ibidem, cap.* 15. *circa med. pag.* 397.

331. Reſpiciendæ ſunt cuique facultates ſuæ, viresque, ne aut plus præſtemus, quàm poſſumus, aut minùs. *Ibid. à med. pag.* 397.

332. Eleemoſina non tàm accipientibus, quàm dantibus prodeſt. *De Moribus, circa med. pag.* 677. *edit. Baſil.* 1537.

333. Si benignus ſis erga indigentes, magnus eris apud Deum. *Sent.* 45. *pag.* 65. *col.* 1. *A. apud Bibl. Patr. tom.* 3. *edit. Colonienſis* 1618. SIXTUS PHIL.

334. Omni homini impartito. *Ibidem, ſent.* 258. *pag.* 66. *col.* 1. *lit. D.*

335. Optimè facultatibus utitur is, qui indigentibus libenter tribuit. *Ibidem, ſent.* 329. *pag.* 66. *columna* 2. *littera G.*

336. Si quid dederis, ut hominibus innoteſcas; non homini, ſed propriæ libidini præſtitiſti. *Ibid. ſent.* 332. *pag.* 66. *col.* 2. *H.*

337. Pro reficiendo paupere, etiam jejunare bonum eſt. *Ibidem ſent.* 259. *pag.* 66. *col.* 1. *D.*

SIXTUS PHILOSOPHUS. 338 Si non das egenti, cùm poſcit: non accipies à Deo cùm popoſceris. *Ibidem, ſent.365. pagina 67. col.1. littera B.*

339. Qui ex animo dat cibum indigenti, parum quidem eſt quod dat: ſed magna fiet ei bonæ voluntatis retributio. *Ibidem, ſentent. 366. pagina 67. columna 1. littera B.*

340. Deus quidem nequaquàm eget: lætatur tamen ſuper his, qui indigentibus tribuunt. *Ibidem, ſent. 369. pag. 67. col.1. B.*

VALERIUS MAXIMUS. 341. Multum occupaſſe, habere invidiam poteſt: totum tribuiſſe, gloriâ carere non poteſt. *Lib.4. dictor. memorabil. cap.8. circa med. pag.198.*

Vide etiam tit. Avaritia. ſent.55. Devotio. ſent. 49. Divitiæ. ſent. 32. 38. 65. 99. 209. Donum. ſent 14. 33. 35. 37. 52. 53. 57. 63. 64. 65. 71. Gratiarum actio. ſent. 57. Honor. ſent. 72 Neceſſitas. ſent. 17. Panis. ſent. 26. Paupertas in genere. ſent. 9. 10. 11. 12. Pecunia. ſent. 3. 4. Proximus. ſent. 12. Redemptio captivor. ſent. 3. Subſtantia ſent. 19. 24. 25. Superfluitas. ſent. 5. 22. 23. Venia. ſent. 48.

Eloquentia.

DEFINITIO.

S. AUGUSTIN. ELOQUENTIA eſt quædam doctrina ſalutaris movendo, (affectui diſcentium accommodata) à viſibilibus ad inviſibilia, à corporalibus ad ſpiritalia, à temporalibus ad æterna. *Ep.119 ad Januarium. cap. 7. in fin. pag. 366.C. tom.2.*

Eloquentia facultas eſt dicendi, congruenter explicans quæ ſentimus, qua tunc utendum eſt, cùm recta ſentimus. *Libro 1. contra Creſconium, cap.1. poſt medium, pag. 137. A. tom. 7.*

CICERO. Nihil eſt aliud eloquentia, niſi copioſè loquens ſapientia. *79. Oratoriarum Partitionum, columna 421. littera E. tom. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. In factis mirabilibus congruenter aliquid ſignificantibus quodammodò luculentior eſt divina eloquentia. *Epiſt. 49. ad Deograt. quæſt. 6. ante med pag. 132. D. tom. 2.*

2. O eloquentia! tantò terribilior, quantò purior; & quantò ſolidior, tantò vehementior: ô verè ſecuris concidens petras. *Libro 4. de doctr. Chriſt. cap.14. poſt init. pag. 54. D. tom. 3.*

3. Eſt quædam eloquentia, quæ magis ætatem juvenilem decet, eſt quæ ſenilem: ſed nec dicenda eſt eloquentia, ſi perſonæ non congruat eloquentis. *Ibidem, cap.6. poſt init. pag 48. D. Proſec.*

4. Eſt & quædam eloquentia, quæ viros ſumma authoritate digniſſimos planéque divinos decet *Ibidem, &c.*

5. Qui eloquenter dicunt, ſuaviter: qui ſapienter, ſalubriter audiuntur. *Ibidem, cap. 5. ſub finem.*

6. Quod minùs habet peritia, ſuppleat diligentia: & quod cruditas loquacitatis eructat, ætatis maturitas decoquat. *Proſec.*

7. Illud eſt moleſtum & periculoſum, ſi cùm laudatur eloquentia, perſuadetur inſipientia, & in pretioſo poculo bibatur peſtifera potio. *Lib.1. de Anima & ejus origine. cap.3. in fine, pag.780. littera D.*

8. Valdè ſunt noxia prava diſerta; quia hominibus minùs eruditis, eo quòd diſerta ſint, videntur & vera. *Libro 2. de anima & orig. cap.1. in medio, tom. 7.*

9. Ingenium tuum, prudentia, eloquentia, & cætera quibus ornantur mores tui, dona ſunt Dei. *Ep.238. poſt med. tom.2.*

S. AUGUSTIN. 10. Niſi divinæ gratiæ ſubveniat adjutorium, nihil prodeſt copioſum & ornatum cujuſlibet exhortantis eloquium. *Lib.2. contra Iulian. oper. imperf. num.10. in fin. tom. 7.*

11. Non ornato politoque ſermone, ſed rebus manifeſtis convincenda eſt vanitas Hæreticorum. *Libro 1. de Geneſi contra Manichæos, cap. 1. circa initium. tom. 1.*

S. BASILIUS MAGNUS. 12. Ipſa eloquentia, quam tantoperè omnes expetunt, aures tantùm demulcet. *Ep.42. ad Maxim. Philoſ. in medio, pag. 673. tom.4.*

S. BERNARD. 13. Monſtruoſa res, lingua magniloqua, & manus otioſa: ſermo multus, & fructus nullus. *Libro 2. de Conſid. ad Eugen. Pap. poſt medium, fol. 277. col. 2. littera E.*

14. Verboſum adoleſcentem & ſtudentem eloquentiæ, cùm ſapientiæ ſit inania, non aliud quàm juſtitiæ hoſtem reputes. *Ibidem, lib. 4. circa med. fol.281. col.2. littera C.*

15. Cùm loquitur quis, non ſtudeat eloquentiæ, ſed ſermo ejus ſit potius ruſticanus, quàm urbanus. *In Speculo Monachorum, paulò poſt med. fol. 340. col. 4. littera L.*

DIONYSIUS CARTHUS. 16. Eloquentia animum mollit, & ad conſentiendum aures inclinat, niſi ſapientia audientibus adſit atque juſtitia. *Sup. Acta Apoſtol. cap. 24. art. 24. in princ. fol. 96. D.*

S. EUSEBIUS CÆSARIENS. 17. Plus movet corda hominum vitæ ſanctitas, quàm ornata eloquentia. *Ep. ad Damaſ. Pap. de morte D. Hieron. longè ante med.*

GILLEBERTUS ANGLUS. 18. Magna eloquentiæ laus eſt, cauſam quam ſuſceperis, aptè exequi, & ad ejus commodum cuncta referre. *Proſec.*

19. Nuſquam evidentius eloquentiæ tuæ ſignum dabis, quàm ſi humilem materiam exequaris ornatè, & ſermonis temperamento attollas, quæ per ſe jacere videbantur. *Serm. 27. ſuper Cant. poſt init. apud D. Bernard. volum.2.*

GLOSA 2201. 20. Quantò æs auro vilius, tantò inferior eſt eloquentia multorum veræ ſapientiæ fructu. *Sup. 2. Paralip. cap.12. columna 1180. D. tom. 2.*

21. Eloquentia hæretici præparata eſt ad animas decipiendas & quoſcumque aſſociare poteſt, ſpirituali morte perimit. *Super Proverb. cap. 7. col. 1633. B. tom. 3.*

S. GREG. MAG. 22. Plerúmque dùm proprietas verborum attenditur, ſenſuum virtus amittitur. *Libro 1. in regiſtro. ind. 9. cap.28. Ep.28. ad Ariſtobolum Expræfectum. in fine. col. 659. C. tom. 2.*

S. HIERONYM. 23. Nec ruſticus & ſimplex frater, ideò ſe ſanctum putet, ſi nihil noverit; nec peritus & eloquens, linguâ æſtimet ſanctitatem: multóque melius eſt è duobus imperfectis ruſticitatem ſanctam habere, quàm eloquentiam peccatricem. *Tom.1. Epiſt. 2. ad Nepotian. poſt med. pag. 15. A.*

24. Veræ eloquentiæ torcularia, non verborum pampinis; ſed ſenſuum, quaſi uvarum expreſſionibus redundant. *Ibidem, Epiſt. 4. ad Ruſtic. ante medium, pag. 44. C.*

25. Ejuſdem eloquentiæ eſt & pauca multis, & multa paucis verbis poſſe dicere. *Tom.2. Ep.15. ad Pammach. ante med. pag. 167. A.*

26. Vir nobilis & urbanæ eloquentiæ, non habet quidquam in eloquio ruſticitatis admixtum. *In Præfatione ſuper Iſayam. in principio, pagina 26. littera C. tom. 3.*

27. Eloquentiæ, quæ verborum ſit fronde compoſita, facilè vulgus cedit ignobile. *Super Eccleſiaſten, cap. 10. ſuper illud, Pſ. 11. Eloquia Domini, &c. pag. 95. A. tom. 7.*

HUGO CARD. 28. Quidquid eloquentiæ in Sanctis reperitur, totum in laudem Dei cedit; nihil Sanctorum viribus, ſed Dei virtuti adſcribitur. *Super Geneſ. cap. 24. fol.32. col.3. tom.1.*

HUGO CARD. 29. Eloquentia ſcientiæ ſecularia, quaſi meretrix, auditorea ſuoa allicit: adeò ut non ſit fovea, à qua faciliùs uon explicarent ſe homines. *Sup. Prov. cap.22. fol. 49. columna 3. tom. 3.*

30. Non magis quæras ornatum verborum, quàm fructum auditorum. *Super Eccleſiaſtic. cap. 4. fol. 179. columna 2. tom. 3.*

S. JOANNES CHRYSOST. 31. Eloquentea plurimoa video, ſed probos invenire non poſſum. *Serm. de Hieremia. ante med col. 83. A. tom. 1.*

32. Nihil prodeſt habere te verba, ſi ſcientiam non habueris: nihil prodeſt habere te verba, habere te ſcientiam, ſi uon habueris opera. *Homil. 11. ſuper Marc. circa med. col. 1275. C. tom. 2.*

JOAN. GERS. 33. Exigitur eloquentia torrena & vehemens, ſuadibilis & ſuavis, copioſaque, ne adhæreat lingua palato, & areſcat. *Serm. in concilio Rhemenſi. conſiderat. 2. ante fin. parte 2.*

JOANNES SARISB. 34. Nihil utilius, nihil ad gloriam aut rea acquirendas commodius juventuti, quàm eloquentia, quæ ex eo plurimùm comparatur, ſi rerum in mente, & in ore copia ſit verborum. *Libro 7. de nugis curial. cap. 12. apud Bibliothecam Patr. tom. 15. pag. 441. col. 2. E. edit. Colonienſis* 1622.

JOAN. TRITH. 35. Nequaquàm in eloquentia, ſed in virtute Dei regnum eſt. *Super Prolog. Regula S. Bened. cap. 2. circa medium, pag. 166. col. 1.*

36. Quidquid non ædificat, prorſùs abjiciendum eſt, profunda namque & ſenſum & devotionem auferunt eloquentiæ verba. *Ibidem.*

S. ISIDORUS HISPALENS. 37. Sæpè reperitur ſimplicitas veridica, & compoſita falſitas quæ hominem ſuis erroribus allicit, & per linguæ ornamenta laqueos dulces ſpargit. *Libro 3. de ſum. bono, cap. 13. ſent. 8. pag. 671. col. 1.*

38 Antiqui forenſem eloquentiam, caninam facundiam nuncupabant. *Ibidem, cap. 56. ſent. 2. pag. 688. columna 2.*

S. ISID PELUS. 39. Eloquentem hunc eſſe ſtatuerim, qui id quod animo concepit, perſpicuâ oratione demonſtrate poteſt; non qui doctiſſimis ac ſublimibus verbis, ea etiam quæ clara & dilucida ſunt, obſcurat. *Libro 3. Ep. 42. ad Theodor. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 572. col. 1. B edit. Colon.* 1618.

LACT. FIRM. 40. Veritas licet poſſit ſine eloquentia defendi, ut eſt à multia ſæpè defenſa: tamen claritate ac nitore ſermonis illuſtranda, & quodammodo differenda eſt, ut potentiùs in animos influat, & vi ſuâ inſtructa, & luce orationis ornata. *Libro 1. de div. Inſtit. cap. 1. circa med. pagina 2.*

S. LEO I. 41. Ad erudiendum Dei populum, nullorum eſt utilior forma, quàm Martyrum eloquentia. *Ser. in Natali S. Laurent. poſt init.*

LUDOV. BLOS. 42. Memento ſalutem animæ, non in eloquentia, neque in venuſtate ſermonis ſitam eſſe. *In can. vita ſpirit. cap. 16. circa med.*

43. Non improbanda eloquentia eſt, ſed abuſus eloquentiæ vituperandus eſt. *Ibidem, poſt medium.*

S. MAXIMUS MART. 44. Eloquentia ſæpè nihil quod ſit pretioſum, magnive faciendum in profundo babet. *De Eccleſiaſt. myſtagog. circa init. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 410 col. 2. G. edit. Colon.* 1618.

S. PETRUS CHRYSOLOG. 45. Seponenda eſt eloquentiæ voluptas, quando ſcientiæ depoſcitur fortitudo. *Serm. 18. circa medium, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 2. editionis Colonienſis* 1618.

S. SIDONIUS EPISCOPUS. 46. Moris eſt eloquentibus viris, ingeniorum facultatem negotiorum probare difficultatibus: & illic ſtylum perilum, quaſi quendam fœcundi pectoris vomerem figere, ubi materiæ ſterilis argumentum velut arida ceſpitis macri gleba jejunat. *Libro 8. Ep. 10. ad Ruricium, ante medium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 1. pagina 1031. columna 1. C. editionis Colonienſis* 1618.

THOMAS A KEMPIS. 47. Plus eſt optanda bona & pura conſcientia, quàm ſubtilis & verboſa eloquentia. *Ser. 12. ad Novit. diviſ. 5. tom 1.*

48. Multa pulchra verba non implent ſaccum, nec eloquentia verborum ſanctificat otioſum, neque ambitioſum. *In hortulo Roſar. cap. 6. in fine.*

IN VITIS PATR. 49. Eloquentia ſine virtutibus moribuſque honeſtis, panis profectò ſine ſale eſſe videtur. *In Append. Heraclidis. cap. 36. poſt medium, pagina 969. col. 1.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 50. Eloquentia, quæ ſapientiæ conjuncta eſt, humanæ eſt vitæ gubernatrix. *De Rhetor. ad Alexandr. ante fin. tom. 2.*

CICERO. 51. In eloquentia multa ſunt, quæ teneant, quæ ſi omnia ſumma non ſunt, cùm pleraque magna ſint, neceſſe eſt ea ipſa quæ ſunt, mirabilia videri. *Lib. 1. de Oratore, circa fin. tom. 1.*

52. Is eloquens eſt, qui & humilia ſubtiliter, & magna graviter, & mediocria temperatè poteſt dicere. *Profec.*

53. Is eſt eloquens, qui poteſt parva ſubmiſsè, modica temperatè, magna graviter dicere. *De perfect. Oratore, ante med. num. 70. tom. 1.*

54. Eloquendi vis, quàm eſt præclara, quàmque divina! quæ primùm efficit, ut ea quæ ignoramus, diſcere; & ea quæ ſcimus, alios docere poſſimus. *Lib. 2. de nat. Deor. poſt med. num. 148. tom. 4.*

55. Quid eſt tàm inhumanum, quàm eloquentiam à natura ad ſalutem hominum, & conſervationem datam, ad bonorum peſtem perniciemque convertere? *Lib. 2. Offic. a medio. tom. 4.*

56. Effectus eloquentiæ eſt audientium approbatio. *Libro 2. Tuſc. quaeſt. poſt init. tom. 4.*

PLINIUS II. 57. Orationi & carmini parva eſt gratia, niſi eloquentia ſit ſumma. *Lib. 5. Ep. 8. ad Capitonem. ante med. pagina 140.*

58. Ut quaſdam artes, ita eloquentiam, nihil magis quàm ancipitia commendant. *Lib. 9. Ep. 26. ad Lupercum. in princ. pag. 257.*

SENECA. 59. Quò plura exempla inſpecta ſunt, plus eloquentiâ proficitur. *Libro 1. Controverſ. poſt init. pag. 37. tom. 2.*

60. Magna & varia res eſt eloquentia, nec adhuc ulli ſic indulſit, ut tota contingeret: ſatis felix eſt, qui in aliquam ejus partem eſt receptus. *Libro 3. de declamat. circa medium Procœmii. pag. 275. tom. 1.*

61. Nihil æquè eloquentiam, & omne aliud ſtudium auribus deditum vitiavit, quàm popularis aſſenſio. *Epiſt. 102. circa medium. pag. 815. tom 2.*

Vide etiam tit. Doctrina. ſent. 8. 11. Laus ingenere. ſent. 102. 103. Sapientia. ſent. 105.

Epiſcopus.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO.

ETYMOLOGIA.

S. AMBROSIUS. NIHIL aliud interpretatur Epiſcopus, niſi ſuperinſpector, maximè cùm ſolio in Eccleſia editiore reſideat, & ita cunctos reſpiciat, ut & cunctorum oculi in ipſum reſpiciant. *De dignitate Sacerdotali. cap. 6. in calce, columna 1262 littera C. tom. 4.*

S. AUGUSTIN. Epiſcopatus græcum nomen eſt, atque indè ductum vocabulum, quòd ille qui præficitur, eis quibus præficitur ſuperintendit curam eorum ſcilicet gerens. *Profec.*

Ἐπὶ quippè ſuper, σκοπὸς verò intentio eſt: ergo ἐπισκοπεῖν græcè, ſi velimus, latinè ſuper intendere poſſumus dicere. *Lib. 19. de Civ. Dei. cap. 19. poſt medium, pag. 395. B. tom. 5.*

HUGO CARD.

Epiſcopus dicitur ſuperintendens, quia ſuper omnes debet intendere, pro omnibus ſolicitus eſſe, omnes vita & doctrina tranſcendere. *Super 1. ad Tim. cap. 3. fol. 212. columna 2.*

DEFINITIO.

S. IGNATIUS MART.

Quid aliud eſt Epiſcopus, quàm is qui omni principatu & poteſtate ſuperior eſt, & quoad hominem licet, pro viribus imitator Chriſti Dei factus? *Epiſt. 5. ad Trallianos. circa medium, apud Bibl. Patr. tom. 1. pag. 79. col. 1. D. edit. Colon.* 1618.

DIVISIO.

HUGO A S. VICTORE.

Epiſcoporum ordo in tria dividitur. In { Epiſcopos. Archiepiſcopos. Patriarchas. *Libro 1. de Sacrament. cap. 40. in princ. pag. 262. littera C. tom. 3.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS.

1. In Epiſcopo vita formatur omnium, ut placido & pacifico judicio præferatur vir omnibus, qui eligatur ex omnibus, & qui medeatur omnibus. *Lib. 10. Ep. 82. ad Vercellenſ. Eccleſiam, ante medium, col. 661. D. tom. 3.*

2. Honor & ſublimitas Epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. *Proſec.*

3. Si Regum fulgori compares, & Principum diademati, longè erit inferius, quàm ſi plumbi metallum, ad auri fulgorem compares. *De dignitate Sacerdotali. cap. 2. in medio. col. 1258. B. tom. 4.*

4. Sicut nihil eſt Epiſcopo excellentius, ſic nihil eſt miſerabilius, ſi de ſancta vita Epiſcopus periclitetur. *Ibidem, cap. 3. in medio. col. 1258. littera D.*

5. Honor Epiſcopalis coram hominibus præclarus eſt, ſed ſi ruinam ſuſtineat, dolor magnus eſt. *Proſecutio.*

6. Nam quantò præ cæteris gradus Epiſcopalis altior eſt, tantò ſi per negligentiam dilabatur, ruina gravior eſt. *Ibidem, poſt medium, columna 1259. littera A.*

7. Si quis Epiſcopatum deſiderat, &c.) hoc eſt, ſi Epiſcopus eſſe deſideras, magnum eſt quod eſſe cupis; ſed ſi & opus bonum ſimul complectaris: nam ſi aliter eſſe cupis, Epiſcopus eſſe non potes. *Ibidem, cap. 4. in princ. col. 1259. B.*

ANTHERUS PAPA.

8. Mutationes Epiſcoporum ſcitote communi utilitate atque neceſſitate fieri licere, ſed non propria cujuſquam voluntate, aut dominatione. *Epiſt. omnibus Epiſcopis. Et habetur in decretis Gratiani, parte 2. cauſa 7. quæſt. 1. canon. Mutationes, folio 590. columna 2.*

S. ANTONIN.

9. Qui nec regiminis in ſe rationem habuit, nec ſua delicta deterſit, nec filiorum crimen correxit, canis impudicus dicendus eſt magis, quàm Epiſcopus. *Parte 1. tit. 3. cap. 7. §. 1. poſt medium, folio 51. columna 4.*

10. Multis virtutibus debet ſplendere vita Pontificis, ut gradui conferat decorem, quem ab eo non accepit. *Proſec.*

11. Non enim loca, ſed vita & mores ſanctum faciunt Epiſcopum: undè ex officio ſuſcepto non licentiam peccandi, ſed neceſſitatem benè vivendi ſe noverit aſſecutum. *Ibidem, tit. 15. cap. 5. poſt med. fol. 212. col. 2.*

12. Epiſcopatus dicitur ſtatus perfectionis activæ, quia alios debet perficere, ſcilicet ſubditos. *Parte 2 tit. 3. cap 5. §. 3. poſt med fol. 134. col. 1.*

S. ATHANAS. MAGNUS.

13. Eccleſia non deſerenda eſt ab Epiſcopo: magni enim ſceleris eſt, Epiſcopum Eccleſiam deſerere, & negligere gregem Dei. *Proſec.*

14. Paſtorum abſentia, lupis invadendi gregis occaſionem præſtat. *Apolog. ad Imperator. Conſtantium, longè ante finem, columna 327. littera D. tom. 2.*

S. ATHANAS. PATRIARCH.

15. Quantum damni & jacturæ facit, qui dignitatem adeptus, non exercet miniſterium rectè & aſſiduè. *Epiſt 3. ad Epiſcop. Apamea, in princ. apud Bibliothecam Patrum, tom. 13. pagina 488. columna 1. D. editionis Colon.* 1618.

16. Ego eum, cui grex Chriſti commiſſus eſt, ſi dignitatem muneris norit, iniquum eſſe arbitror, non uſque ad ſanguinem aſſiduè ei ſtudere, & incumbere. *Ibidem, Epiſt. 4. ad eumdem, circa init. pag. 488. col. 2. G.*

17. Quid juſtius, quàm ſi Epiſcopus quiſque jubeatur, velit nolit, ad diœceſim ſuam redire, quòd debitum ſolvere teneatur? *Ibid. Epiſt. 8. ad Imperat. in medio. pag. 491. col. 2. E.*

S. AUGUSTIN.

18. Nihil eſt in hac vita difficilius, laborioſius, periculoſius Epiſcopi officio; ſed apud Deum nihil beatius, ſi eo modo militetur, quo noſter Imperator jubet. *Epiſt. 148. ad Valerium, in princ. pag. 442. C. tom. 2.*

19. Sciat ſe non eſſe Epiſcopum, qui præeſſe cupit, non prodeſſe. *In dialogo 65. quæſt. quæſt. ultima. in fine. pag. 495. A. tom. 4.*

20. Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.) Exponere voluit Apoſtolus, quid ſit Epiſcopatus, quia nomen eſt operis, non honoris: ut intelligat non ſe eſſe Epiſcopum, qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe. *Lib. 19. de Civit. Dei. cap. 19. poſt med. pag. 395. B. tom. 5.*

21. Oportet Epiſcopos non tantùm docere, ſed & diſcere: quia & ille melius docet, qui quotidie creſcit & proficit diſcendo meliora. *Lib. 5. de Baptiſmo. cap. 26. in princ. pag. 302. D. tom. 7.*

22. Byrrhum pretioſum fortè decet Epiſcopum, quamvis non deceat Auguſtinum. *Ser. 2. de vita Clericor. poſt medium.*

23. Non eſt Epiſcoporum ſervare aurum, & à ſe revocare mendicantis manum.. *Et habetur in Decretis Gratiani, part. 2. cauſa 12. quæſt. 1. can. Nolo. fol. 220. columna 1.*

24. Epiſcopalis dignitas nobis fructuoſior erit, ſi gregem Chriſti depoſita magis collegerit, quàm retenta diſperſerit. *De geſtis cum Emerito, in medio, tom. 7.*

25. Sine Epiſcopatu ſalvi eſſe poſſumus, ſine Chriſtiana verò Religione non poſſumus. *Lib. 2. contra Creſcon. cap. 11. in fine. tom. 7.*

26. Secundum honorum vocabula, quæ jàm Eccleſiæ uſus obtinuit, Epiſcopus presbytero major eſt. *Ep. 19. cap. 4. in fine, tom. 2.*

27. Non eſt Epiſcopatus artificium tranſigendæ vitæ fallacis. *Ep. 216. in fine, tom. 2.*

28. Longè eſt glorioſius Epiſcopatus ſarcinam propter Eccleſiæ vitanda pericula depoſuiſſe, quàm propter regenda gubernacula ſuſcepiſſe: ille quippè ſe honorem, ſi pacis ratio pateretur, dignè accipere potuiſſe demonſtrat, qui acceptum non defendit indignè. *Ep. 238. poſt init. tom. 2.*

29. Si Dominum cogitamus, locus iſte altior ſpecula vinitoris eſt, non faſtigium ſuperbientis: ſi cùm volo retinere Epiſcopatum meum, diſpergo gregem Chriſti, damnum eſt gregis, non honor paſtoris. *De geſtis cum Emerito, ante med. tom. 7.*

30. Non Epiſcopi propter vos ſumus, ſed propter eos quibus verbum & ſacramentum Dominicum miniſtramus. *Libro 2. contra Creſcon. cap. 11. poſt initium, tom. 7.*

31. Pro pace Chriſti Epiſcopi debent eſſe, aut debent non eſſe. *De geſtis cum Emerito, ante medium, tom. 7.*

32. Epiſcopi propter Chriſtianos populos ordinamur. Quod ergò Chriſtianis populis ad Chriſtianam

pacem prodeſt, hoc de noſtro Epiſcopatu faciamus. *Ibidem.*

S. AUGUSTIN.

33. Es Epiſcopus multis curis occupatus, ut ego: undè nec tibi facilè vacat prolixum aliquid legere, nec mihi ſcribere. *Ep.* 23. *poſt med. tom.* 2.

34. Totius plebis grande ſcandalum eſt, cùm Epiſcopos ſuos, quos pro magno habent, ſordidâ avaritiâ maculatos putant, dùm maligna ſpecies non vitatur. *Ep.* 239. *ante med. tom.* 2.

35. Die omni & omni hora, & cura omninò continua cogitare debet Epiſcopus, quantæ diſpenſationis ſarcinam gerat, qualem de illa rationem Domino ſuo reddat. *Hom.* 24. *ex quinquag. Hom. in principio. tom.* 10.

36. Eccleſia ab Apoſtolorum temporibus, per Epiſcoporum ſucceſſiones certiſſimas uſque ad noſtra, & deinceps tempora perſeverat. *Lib.* 1. *contra adverſ. legis. cap.* 20. *circa init. tom.* 6.

37. Epiſcopi non ſanatis magis, quàm ſanandis hominibus præſunt. *De Morib. Eccleſ. cap.* 32. *poſt med. tom.* 1.

S. BERNARD.

38. Quid prodeſt, ſi Epiſcopi canonicè eligantur, & non canonicè vivant? *Serm. ad clerum Rhemenſ. poſt init. fol.* 361. *col.* 1. *B.*

39. Pro Epiſcopatibus impudenter hodie decertatur, ut Eccleſiarum reditus in ſuperfluitatis & vanitatis uſus diſſipentur. *Serm.* 6. *ſup. Qui habitat. in fine fol.* 80. *col.* 3. *lit. I.*

40. Revereamur Epiſcopos, ſed vereamur labores eorum; ſi labores penſamus, non affectamus honores. *Profec.*

41. Inhumanè eorum redarguis opera, quorum onera refugis. *Serm.* 12. *ſup. Cant. poſt med. fol.* 142. *col.* 2. *lit. E.*

42. Inſolentiæ clericorum mater eſt negligentia Epiſcoporum. *Ep.* 152. *ad Innocent. Pap. in princ. fol.* 241. *col.* 4. *lit. L.*

43. Non magnum eſt te Epiſcopum fieri; ſed Epiſcopum pauperem vivere, id planè magnificum. *Ep.* 24. *ad Magiſtrum Gilbertum Epiſcop. Londinenſem. ante med. fol.* 212. *col.* 4. *lit. L.*

44. In omnibus actis ſuis vel dictis, nihil ſuum quærat Epiſcopus, ſed tantùm aut Dei honorem, aut ſalutem proximorum, aut utrumque. *Epiſt.* 42. *ad Henric. Senonenſ. Archiep. ante medium, fol.* 215. *col.* 4. *lit. M.*

45. Monſtruoſa res, gradus ſummus, & animus infimus: ſedes prima, & vita ima: ingens authoritas, & nutans ſtabilitas. *Lib.* 2. *de Conſid. ad Eugen. Pap. poſt med. fol.* 277. *col.* 2. *E.*

46. Satis ſuperque Epiſcopi ad manum habent, quibus animas credant, & cui ſuas committant facultates non inveniunt. *Ibidem, lib.* 4. *ante finem.*

47. Domum Epiſcopi decet ſanctitudo, decet modeſtia, decet honeſtas, horum diſciplina cuſtos. *Ibidem.*

48. Ubi (proh dolor!) reperiemus Epiſcopos, qui poſt adeptam dignitatem, in humilitate ſe contineant? *Serm. ad Clerum in Concilio Rhemenſi ante med. fol.* 361. *col.* 1. *B.*

S. BONAVENT.

49. Epiſcopus debet eſſe leo fortiſſimus beſtiarum, ut ad nullius paveat occurſum. *Sup. Luc. cap.* 6. *pag.* 68. *col.* 2. *E. tom.* 2.

50. Apoſtoli fortes fuerunt in bello, non molles in ſerico. *Ibidem, cap.* 7. *circa med. in illud, Quid exiſtis videre? &c. pag.* 86. *col.* 2.

S. BRUNO.

51. Quoniam qui deſiderat Epiſcopatum, operari bonum deſiderat: ergo neceſſe eſt volentem epiſcopari, eſſe irreprehenſibilem, quia ſi ſit reprehenſibilis, quandiu in eo eſt, bonum operari nequit. *Sup.* 1. *Timoth.* 3. *in princ. pag.* 320. *col.* 2. *tom.* 2.

52. Videte homines quantùm Epiſcopos veſtros diligere debeatis: lumina veſtra ſunt, oculi veſtri, & lucernæ veſtræ ſunt. *Serm.* 3. *de Confeſſ. init. pag.* 131. *col.* 1. *tom.* 3.

S. CLEMENS PAP.

53. Neceſſe eſt Epiſcopum ante oculos habere exempla præteritorum, iiſque peritè utatur ad regendum eos, qui vel aſperis vel lenioribus opus habent ſermonibus. *Lib.* 2. *conſtit. cap.* 25.

CONCIL. CARTHAGIN. 4.

54. Epiſcopus vilem ſupellectilem & menſam & victum pauperem habeat, & dignitatis ſuæ authoritatem, fidei & vitæ meritis quærat. *Et hab. in decret. Gratiani part.* 1. *Diſt.* 41. *Can. Epiſcopus. fol.* 45. *col.* 2.

CONCILIUM TRIDENT.

55. Nulli Epiſcopo liceat cujuſvis privilegii prætextu pontificalia in alterius diœceſi exercere, niſi de Ordinarii loci expreſſâ licentiâ, & in perſonas eidem Ordinario ſubjectas tantùm: ſi ſecùs factum fuerit, Epiſcopus ab exercitio pontificalium, & ſic ordinati ab executione Ordinum ſint ipſo jurè ſuſpenſi. *Seſſion.* 6. *in fine. pag.* 49.

S. CYPRIAN.

56. Utile & ſalutare eſt, cùm ſe Epiſcopus per firmamentum fidei, fratribus præbet imitandum. *Epiſt.* 4. *circa med. pag.* 12. *col.* 2. *tom.* 1.

57. Scire debes Epiſcopum in Eccleſia eſſe, & Eccleſiam in Epiſcopo: & ſi quis cum Epiſcopo non ſit, in Eccleſia non eſſe. *Epiſt.* 69. *ad Florentium. cap.* 4. *ante med. pag.* 170. *col.* 2. *tom.* 1.

58. Oportet Epiſcopum non tantùm docere, ſed & diſcere: quia ille meliùs docet, qui quotidie creſcit, & proficit diſcendo meliora. *Epiſt.* 74. *ad Pompeium. cap.* 4. *in fine. pag.* 193. *col.* 2. *tom.* 1.

59. Hæretici nemine Epiſcopatum dante, Epiſcopi ſibi nomen aſſumunt. *De unitat. Eccleſ. ante medium, tom.* 2.

60. Epiſcopi nec poteſtatem poteſt habere, nec honorem, qui Epiſcopatus nec unitatem vult tenere nec pacem. *Epiſt.* 52. *ad Antonian. poſt med. pag.* 97. *col.* 1. *tom.* 1.

S. CYRILLUS HIEROSOL.

61. Epiſcopus aut ſanctiſſimus eſt, aut diabolus. *Profec.*

62. Magni certè meriti ſtatus Epiſcopalis, ſed periculi infiniti: leviſſimum peccatum aliis imputandum, graviſſimum Epiſcopo imputatur.

63. Pontificis vitium in ſubditos diffunditur per exemplum. *Epiſt. ad Auguſtin. de miraculis D. Hieronymi quæ eſt penultima tomi* 4. *Epiſt. D. Hieronymi longè poſt med. pag.* 383. *B.*

64. Quot ovium Chriſti, vel negligentiâ Epiſcopi, vel exemplo in peccata deviant, de tot tenetur Domino reddere rationem. *Ibidem*

65. Securius eſt Epiſcopalem ſtatum fugere, quàm appetere. *Ibidem, longè ante finem. pagina* 384. *C.*

66. Laudo certè Epiſcopatum tanquam vicariatum Domini noſtri JESU CHRISTI; ſed illos, qui in eo vitam agunt militum terrenorum, qui mundi gloriam & pompas appetunt, non collaudo, imò eis conſulo ut effugiant quantùm poſſunt. *Ibidem.*

DIONYSIUS CARTHUS.

67. Quamvis Epiſcopatus ſit dignitas magna, habet tamen ſummum laborem, & maximam ſolicitudinem ſibi annexam; itaut potiùs appelletur opus quàm dignitas. *Sup. Ep.* 1. *ad Timot. cap.* 3. *art.* 3. *in princ. ſup. illud, Si quis Epiſcopatum deſiderat, &c. fol.* 104. *littera B.*

S. ELIGIUS.

68. Dùm timeo de me, & dùm formido de animabus mihi commiſſis, duplici timore ac dolore conſumor. *Hom.* 12. *in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 7. *pagina* 248. *col.* 1. *H. edit. Colon.* 1618.

S. EVARISTUS PAPA.

69. Sicut vir non debet adulterare uxorem ſuam, ita nec Epiſcopus Eccleſiam ſuam. *Et hab. in decretis Gratiani part.* 2. *cauſa.* 7. *quæſt.* 1. *Canon. Sicut. fol.* 187. *col.* 2.

GRATIANUS.

70. Epiſcopus, qui crimina non corrigit, magis dicendus eſt canis impudicus, quàm Epiſcopus. *In decret. part.* 1. *Diſt.* 83. *Can. Nemo.*

71. Omnis electio Epiſcopi à principibus facta, irrita maneat. *Ibidem, Diſt.* 63. *Can. Omnis.*

GRATIANUS. 72. Si quis Epiſcopus ſecularibus poteſtatibus uſus, Eccleſias per ipſos obtinuerit, deponatur, & ſegregentur ab Eccleſia omnes qui illi communicant. *Ibidem.*

73. Diſſidentes Epiſcopos (ſi non timor Dei) ſynodus reconciliet. *Ibidem, Diſt. 90. Can. Diſſidentes.*

S. GREGOR. MAGN. 74. Tunc laudabile fuit Epiſcopatum quærere, quando per hunc quemquam dubium non erat ad ſupplicia graviora pervenire. *Part. 1. Paſtoralis cap. 8. prope med. col. 1233. A. tom. 1.*

75. Locum Epiſcopi tenere, grandis eſt honor: ſed grave eſt pondus iſtius honoris. *Hom. 26. ſup. Evang. ante med. col. 431. D. tom. 2.*

76. Neceſſitatem patientibus pontificale convenit adeſſe ſubſidium. *Lib. 3. in Regiſtro. Indict. 12. cap. 28. Ep. 28. ad Candidum Defenſorem. in princ. col. 763. lit. D. tom. 2.*

77. Ille ad Epiſcopatum eligatur, quem dignum vita & mores oſtenderint: & nullus ex datione pecuniæ, vel quarumlibet patrocinio perſonarum ſeu proximitatis patiatur accedere. *Ibidem, lib. 7. Indict. 1. cap. 5. Epiſt. 5. ad Brunichildam Reginam Francorum. ante med. col. 901. A.*

78. Si actus diſſentiat à nomine, Epiſcopatûs nomen non eſt in honore, ſed onere. *Ibidem, lib. 7. Indict. 2. cap. 117. Ep. 117. ad Syagrium Epiſc. in princ. col. 994. A.*

79. Nec novum, nec reprehenſibile eſt in eligendo Epiſcopo, vel quocunque alio ſe vota in duas partes dividere: ſed grave eſt, quando in hujuſmodi cauſa, non ex judicio, ſed ex ſolo favore venit electio. *Ibidem, lib. 8. Ind. 3. cap. 40. Ep. 40. de eligendo Epiſcopo. in princ. col. 1027. D.*

80. Dignitas Epiſcopi non conſtat in ambitione culminis, ſed in ſublimitate virtutis. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 1. prope finem. ſup. illud, Perrexit omnis populus in Galgala. col. 1489. D. tom. 2.*

81. Epiſcopo Epiſcopatûs nomen non eſt in honore, ſed onere. *Lib. 7. in Regiſtro. Ind. 2. cap. 117. Ep. 117. ad Syagrium Epiſcop. Auguſtod. poſt init. columna 994. A.*

82. Nihil in Epiſcopali cervice ſplendidiùs fulget, quàm humilitas. *Ibidem, lib. 2. Indict. 11. cap. 93. Ep. 54. ad Ioan. Epiſcop. Ravennat. ante medium, columna 739. A.*

83. Verè Epiſcopalem vitam ſequeris, ſi per zelum, linguamque tuam hos qui à fidei veritate diſſentiunt, in Eccleſiæ unitatem reduxeris. *Ibidem, cap. 98. Ep. 59. ad Euticium Epiſc. Tundaritanum. in fine. columna 742. littera C.*

84. Epiſcopatum appetit, qui non per hunc boni operis miniſterium, ſed honoris gloriam quærit. *Part. 1. Paſtoral. cap. 8. à medio.*

85. Sacrum Epiſcopatûs officium, non ſolùm non diligit omninò, ſed neſcit, qui ad culmen regiminis anhelans, in occulta meditatione cogitationis cæterorum ſubjectione paſcitur. *Ibidem, in fine.*

86. Apoſtolorum profectò nunc in Eccleſia Epiſcopi locum tenent. *Hom. 26. ſup. Evang. ante med. col. 431. C. tom. 2.*

87. Epiſcopus cum loco mutet mentem. *Lib. 5. in Regiſtro. Ind. 14. cap. 129. Ep. 29. ad Secundin. poſt med. col. 841. D. tom. 2.*

88. Epiſcopus non ſibi credat ſolam lectionem, orationem ſufficere, ut remotus ab aliis ſtudeat ſedere, & de manu nihil fructificare, ſed longam manum habeat, neceſſitatem patientibus concurrat, alienam inopiam ſuam credat; quia ſi hoc non habet, vacuum Epiſcopi nomen tenet. *Ibidem, ut ante.*

89. Quiſquis Epiſcopatum non ad elationis pompam, ſed ad utilitatẽ adipiſci deſiderat: priùs vires ſuas, cum hoc quod eſt ſubiturus onere metiatur: ut ſi impar eſt, abſtineat, & ad id cum metu etiam, qui ſe ſufficere exiſtimat, accedat. *Ibidem, lib. 7. Indict. 2. cap. 110. Ep. 110. ad Syagrium Epiſcop. poſt medium, col. 985. littera A.*

90. Epiſcopi cujuſque indumenti honor, humilitas atque juſtitia eſt. *Ibid. cap. 129. Ep. 129. ad Maxim. Epiſc. Salonitan. ante med.* S. GREGORIUS MAGNUS.

91. Eccleſiæ lychnus, eſt Epiſcopus. *Ep. 18. ad Cæſarienſ. poſt init. pag. 409.* S. GREG. NAZ.

92. Non omnes Epiſcopi, Epiſcopi ſunt (qui benè miniſtrat, bonum gradum acquirit) attendis Petrum, ſed & Judam conſidera: Stephanum ſuſpicis, ſed & Nicolaum reſpice: probet ſe unuſquiſque, & ſic accedat. *Ep. 1. ad Heliodor. poſt med. pag. 4. littera C. tom. 1.* S. HIERONYM.

93. Gloria Epiſcopi eſt, pauperum inopiæ providere. *Ibidem, Epiſt. 2. ad Nepotian. ante medium, pag. 13. lit. B.*

94. Epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe noverint, non dominos: honorent Clericos, quaſi Clericos; ut & ipſis à Clericis, quaſi Epiſcopis, honor deferatur. *Ibidem, circa med. pag. 14. C.*

95. Sciat Epiſcopus, cui commiſſa eſt Eccleſia, quem diſpenſationi pauperum curæque præficiat: genus arrogantiæ eſt, clementiorem te velle videri, quàm pontifex Chriſti eſt. *Ibid. poſt med. pag. 15. A.*

96. Epiſcopus cæcorum eſſe debet baculus,
- Eſurientium cibus.
- Spes miſerorum.
- Solamen lugentium.
- Subvenire pauperibus.
- Viſitare languentes.
- Provocare hoſpitio.
- Lenire blanditiis.
- Gaudere cum gaudentibus.
- Flere cum flentibus. *Ibidem, Ep. 3. ad Heliodor. ante med. pag. 24. C.*

97. Domus Epiſcopi & converſatio, quaſi in ſpecula conſtituta, magiſtra eſt publicæ diſciplinæ: quidquid fecerit, id ſibi omnes faciendum putant. *Ibidem, poſt med. pag. 25. B.*

98. Epiſcopus & Presbyter, & Diaconus, non ſunt meritorum nomina, ſed officiorum. *Tom. 2. lib. 1. adverſ. Iovian. poſt med. pag. 41. A.*

99. Mundi totius, & propriæ Eccleſiæ condimentum, Epiſcopus eſt. *Tom. 2. Ep. 12. adverſ. Luciferianos. poſt init. pag. 136. D.*

100. Ideò ſcientiæ ſuæ Deus igniculum in Epiſcopo ſuccendit, ut non ſibi tantùm luceat, ſed & omnibus proſit. *Ibidem, longè poſt init. pag. 137. A.*

101. Hæreticus Epiſcopus, hoſtis eſt Chriſti, infatuatum ſal, lucerna ſine igniculo, oculus ſine pupilla. *Ibidem.*

102. Eccleſiæ ſalus in ſummi ſacerdotis dignitate pendet. *Ibid. ante med. pag. 139. B.*

103. Amari ut parens Epiſcopus debet, non timeri: antiqua ſententia eſt; quem metuit quis, odit: quem odit, periiſſe cupit. *Tom. 2. Ep. 16. ad Theophil. poſt init. pag. 184. C.*

104. Servetur ab Epiſcopis patienter & leniter charitas animi, collegii honor, vinculum fidei, concordia ſacerdotii. *Tom. 2. Ep. 12. adverſ. Luciferianos. ante fin. pag. 146. D.*

105. Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.) Opus, non dignitatem: laborem, non delicias. Opus, per quod humilitate decreſcat, non intumeſcat faſtigio. *Tom. 2. Ep. 41. ad Ocean. poſt medium, pag. 323. B.*

106. Potentia divitiarum, & paupertatis humilitas, vel ſublimiorem, vel inferiorem Epiſcopum non facit. *Tom. 2. Epiſt. 45. ad Evagr. poſt medium, pagina 329. B.*

107. Tanta debet eſſe ſcientia & eruditio Pontificis Dei, ut & egreſſus ejus, & motus, & univerſa, vocalia ſint: veritatem mente concipiat, & toto eam habitu

reſonet & ornatu, ut quidquid agit, quidquid loquitur, ſit doctrina populorum. *Tom. 3. Ep. 6. ad Fabiolam de veſtitu ſacerd. in fine pag. 63. B.*

S. HIERONYM. 108. Omne quod non licet Chriſtiano, commune eſt tàm Epiſcopo, quàm laico. *Tom. 2. Ep. 12. adverſ. Luciferianos. ante med.*

109. Eccleſiæ lumen eſt Epiſcopus. *Ibidem.*

110. Cùm ideò Epiſcopus in Eccleſiis conſtituatur, ut populum coërceat ab errore, quantus erit error in populo, cùm errat ipſe qui doceat? *Ibidem.*

111. Vita Epiſcopi, forma debet eſſe Clericorum. *Tom. 4. Ep. 54. ad Oceanum de vita Clericor. in principio pag. 317. B.*

112. Qui Epiſcopatum (inquit Apoſtolus) deſiderat, bonum opus deſiderat. Videte quid dixerit, bonum opus deſiderat, non dignitatem: ſi autem deſpecto opere, ſolam aſpexerit dignitatem, citò corruit. *Sup. Sophoniam. cap. 3. ſup. illud. 1. Tim. 3. Qui Epiſcopatum deſiderat. &c. pag. 222. D. tom. 6.*

113. Sciat Epiſcopus ſibi populum conſervum eſſe, non ſervum. *Sup. Ep. ad Tit. cap. 1. ſup. illud, Oportet Epiſcopum, &c. pag. 246. C. tom. 9.*

114. Epiſcopus, qui imitator Apoſtoli eſſe cupit, habens victum & veſtitum, his tantùm debet eſſe contentus. *Ibid. ſup. illud, Non turpis lucri cupidum, &c. pag. 247. A. tom. 9.*

115. Si quis vult Pontifex eſſe, non tàm vocabulo, quàm merito imitetur Moyſen, imitetur & Aaron. *Et hab. in decret. Gratiani part. 1. diſt. 36. Can. Si quis. fol. 40. col. 4.*

HUGO A S. VICTORE. 116. Epiſcopi domos non impares Eccleſiis magnitudine conſtruunt, pictos delectantur habere thalamos; veſtiuntur ibi imagines pretioſis colorum indumentis, pauper autem ſine veſtibus incedit, & vacuo ventre clamat ad oſtium. O mira, ſed perverſa delectatio! *Proſec.*

117. Troyanos geſtat paries pictus, purpurâ & auro veſtitos, & Chriſtianis panni negantur veteres.

118. Græcorum exercitui dantur arma, Hectori clypeus datur auro ſplendens, pauperi verò ad januam clamanti non porrigitur panis: & ut verum fatear, pauperes ſpoliantur ſæpè, ut veſtiantur lapides & ligna. *Lib. 1. de clauſtro animæ. cap. 2. circa initium, pag. 30. E. tom. 2.*

119. Ornant prætoria columnis, fores domibus anteponunt, quæ utinam pauperes includerent, non excluderent. *Ibidem.*

120. Ecce ſacerdos magnus.	Magnus officio.	Magnus officio, quia Epiſcopus.
	Magnus merito.	Magnus merito, quis dignus Cælo.
	Magnus præmio.	Magnus præmio, quis beatus.
	Magnus ſuffragio.	Magnus ſuffragio, quis noſter Patronus.

Serm. 19. de diverſ. in princ. pagina 327. littera E. tom. 2.

121. Sacri canones definiunt nullum in Epiſcoporum dignitatem eligendum, niſi qui priùs in ſacris ordinibus religioſè fuerit converſatus. *Lib. 2. de ſacram. part. 3. cap. 3. pag. 448. A. tom. 3.*

HUGO CARD. 122. Felix Epiſcopus, qui hoc dicere poteſt: Quando ego ſuſcepi Epiſcopatum, pauci erant in eo boni, & modò ſunt multi. *Sup. Geneſ. cap. 30. fol. 42. col. 2. tom. 1.*

123. Nunc in Eccleſia Dei nullus ad Pontificatum dignus eſt, niſi priùs noverit, qualiter perfectus vitam ſuam informare, & ſecularem adhuc agentibus vitam, qualiter religionis rigorem debeat temperare. *Sup. Levit. cap. 8. fol. 108. col. 3. tom. 1.*

124. Epiſcopus in mitra habet duo cornua: quia vita ſimul & doctrina in ipſo requiritur. *Sup. Iſay. cap. 3. Myſticè fol. 10. col. 2. tom. 4.*

125. Debent Epiſcopi eſſe reges, ſe primò & poſtea alios regendo: ad hoc enim eliguntur. Sed multi dimiſſo proprio officio, ſc. animas regendi, alienum officium uſurpant: magis enim videntur comites vel duces, quàm Epiſcopi. *Sup. Hierem. cap. 22. Moraliter. fol. 230. col. 4. tom. 4.* HUGO CARD.

126. Uno epiſcopato, tota epiſcopata eſt ejus progenies. *Super Ezech. capite 31. fol. 104. columna 4. tom. 5.*

127. Nunc ſi unus fiat epiſcopus, toti progeniei mutatur nomen ſuum; quia ipſo epiſcopante, tota ſua progenies Epiſcopatur cum illo. *Sup. Luc. cap. 14. fol. 219. col. 3. tom. 6.*

128. Qui rectè vult appetere Epiſcopatum, appetat verè opus, non dignitatem; laborem, non delicias; non creſcere faſtigio, ſed humilitate decreſcere. *Sup. 1. ad Tim. 3. in princ. fol. 212. col. 1. tom. 7.*

129. Multi malè intrant in Epiſcopatus: non prodeſſe appetunt, ſed præeſſe, honorem quærunt, non onus; quietem, non opus; commodum proprium, non ſalutem animarum: quos introduxit, non Chriſti charitas, ſed propria cupiditas. *Ibidem.*

130. Principes & Cæſares ipſi Epiſcopo pareant, Epiſcopus Chriſto. *Ep. 9. ad Philadelph. in medio. apud Bibl. Patr. tom. 1. pagina 85. columna 2. H. editionis Colon. 1618.* S. IGNATIUS MART.

131. Qui honorat Epiſcopum, à Deo honorabitur: ſicut qui illum ignominiâ afficit, à Deo punietur. *Ibidem, Epiſt. 10. ad Smyrnenſ. poſt medium, pagina 88. col. 1. C.*

132. Quantò taciturniorem videritis Epiſcopum, tantò magis eum reveremini. *Ibid. Ep. 14. ad Epheſ. ante med. pag. 92. col. 1. D.*

133. Nomen Epiſcopi plus ſonat oneris, quàm honoris: quoniam Epiſcopus non tàm ut præſit, quàm ut proſit eligitur. *Lib. 1. Myſter. Miſſæ. cap. 6. fol. 158. columna 4.* S. INNOC. III.

134. Provideat diligenter Epiſcopus, & attendat ſtudioſè, ut ſignum ſine ſignificato non ferat; ut veſtem ſine virtute non portet: ne fortè ſimilis ſit ſepulchro de foris dealbato, intùs autem omni pleno ſpurcitiâ. *Proſec.*

135. Quiſquis autem foris indumentis ornatur, & honeſtis moribus non induitur; quantò venerabilior apparet hominibus, tantò indignior redditur apud Deum.

136. Pontificalem itaque gloriam jàm non honor commendat veſtium, ſed ſplendor animarum. *Ibidem, cap. 64. ante med. fol. 165. col. 4.*

137. Epiſcopus non debet ſubeſſe principibus, ſed præeſſe. *Lib. 1. Decretal. conſt. conſtit. 128. in titulo. fol. 272. col. 4.*

138. Epiſcopus debet eſſe manſuetus, ut magis indulgendo, quàm vindicando regat Eccleſiam, ut magis ametur, quàm timeatur. *Hom. 10. ſup. Matth. operis imperfect. in principio, columna 802. littera C. tom. 2.* S. JOANNES CHRYSOSTOM.

139. Epiſcopus debet eſſe eſuriens & ſitiens juſtitiam, ut pigros circa opera bona fiducialiter verbo Dei, aut increpationis flagello valeat excitare, magis exemplo ſuo, quàm voce. *Ibidem.*

140. Epiſcopus debet omnium onera portare, quia aliis iraſcentibus datur venia, ipſi verò nequaquàm: quia aliis peccantibus ſupereſt excuſatio, ipſi verò minimè. *Proſec.*

141. Hic enim omnium linguis expoſitus eſt, omnium judiciis objectus, & ſapientium & inſipientium: curis perpetuis obtunditur, tùm diurnis, tùm nocturnis. *Hom. 3. ſup. Acta Apoſt. poſt med. col. 464. lit. A. tom. 3.*

142. Epiſcopus unius civitatis Epiſcopus eſt: nihilque à navi, quæ fluctibus jactatur, differt. Undique premitur ab amicis & inimicis, à ſuis & ab alienis. *Ibidem.*

S. Joannes Chrysost.

143. Epiſcopus ea eo dicitur, quòd omnes inſpiciat, cunctaque ſpeculetur. *Hom. 10. ſup. 1. Timoth. in princ. col.* 1479. *B. tom.* 4.

144. Nocet plurimùm Epiſcopo præcedena peſſima, falſa licet opinio. *In fine ante morale. col.* 1482. *littera C.*

145. In cui Eccleſiæ principatua eſt ereditus, quique dignitate Epiſcopatus ornatus eſt, ſi non populo quæ agenda ſunt dictet, non erit innoxius. *Hom. 1. ſup. Ep. ad Tit. circa med. col.* 1602. *C. tom.* 4.

146. Epiſcopum convenit & ſtudio acri, & perpetuâ vitæ continentiâ tanquàm adamantinis armis circumſeptum, quoquo verſus circumſpicere: nec ubi nudo quis, aut neglecto loco deprehenſo lethale vulnus adferat. *Lib.* 3. *de ſacerdot. circa medium, columna* 517. *C. tom.* 5.

147. Epiſcoporum animi tales eligantur, qualia olim in Babylonia fornace Sanctorum illorum corpora divinæ gratiæ largitas exhibuit. *Ibidem, in medio. columna* 517. *C.*

148. Oportet Epiſcopum Angelum eſſe, nullæ humanæ perturbationi vitiove ſubjectum. *Hom.* 10. *ſup.* 1. *Timot. prope med. col.* 1480. *C. tom.* 4.

Ioan. Trith.

149. Epiſcopum vivere, portabile eſt: ſed mori Epiſcopum, horribile. *In cap.* 4. *Regula S. Bened. verbo Iudicium. circa med. pag.* 291. *col.* 2.

150. Delectabile quidem eſt vivere Epiſcopum, ſed ô quàm terribile & horrendum eſt mori prælatum! *In cap.* 7. *Regul. S. Bened. Grad.* 12. *ante fin. pag.* 407. *col.* 2.

S. Isid. Hisp.

151. Qui non ſe dignum ad Epiſcopatum exiſtimat, locum ejus qui dignus eſt, non præoccupet: Graviùs enim condemnabitur, qui indignus ſuſcipit quod non meretur. *Lib.* 3. *de ſum. bono, cap.* 34. *ſent.* 1. *pag.* 679. *columna* 1.

152. Plerique ſuæ magis utilitatis cauſâ, quàm gregis præeſſe deſiderant: nec ut proſint Præſules fieri cupiunt, ſed magis ut divites fiant & honorentur. *Proſecutio.*

153. Suſcipiunt enim ſublimitatis culmen, non pro paſtorali regimine, ſed pro ſolius honoris ambitione. *Ibid. ſent.* 5. *pag.* 679. *col.* 1.

154. Ignorantia Præſulum, vitæ non congruit ſubjectorum: deſinat Præſul locum docendi ſuſcipere, qui neſcit docere. *Ibid. cap.* 35. *ſent.* 1.

155. Duræ ſunt quietè vivere volentium ſarcinæ curarum Epiſcopalium. *Ibidem, cap.* 39. *ſent.* 1. *pag.* 680. *col.* 2.

156. Agnoſcat Epiſcopus ſe eſſe conſervum plebis, non dominum: verùm hoc charitas, non conditio exigit. *Ibid. cap.* 41. *ſent.* 3. *pag.* 681. *col.* 2.

157. Ita præemineas merito, ſicut & gradu. *Ibidem, cap.* 45. *ſent.* 1.

158. Notandum eſt vehementer ab omni Pontifice, ut tantò cautiùs erga commiſſos agat, quantò duriùs à Chriſto judicari formidat. *Ibidem, cap.* 46. *ſent.* 18.

159. Epiſcopo, dùm conſecratur, datur baculus, ut ejus judicium ſubditam plebem, vel regat, vel corrigat, vel infirmitates infirmorum ſuſtineat. *Lib.* 2. *de Offic. Eccleſ. cap.* 5. *in medio. pag.* 598. *col.* 1.

160. Epiſcopus nec ſancta ingredi, nec nomen Antiſtitis poterit poſſidere, qui & terrenis deſideriis gravatur, & expers eſt ſcientiæ veritatis. *Sup. Levitic. cap.* 13. *in calce pag.* 471. *col.* 1.

S. Isidorus Pelusiota.

161. Epiſcopus & nomen & res ipſa divinum quiddam eſt, atque omni alio munere ac dignitate præſtantius. *Lib.* 2. *Epiſt.* 125. *ad Theodoſ. presbyt. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pagina* 539. *columna* 2. *G. edition. Colon.* 1618.

162. Grave eſt eum, qui inter ſubditos cenſetur, peccare: gravius eum, qui divino cultui conſecratus eſt: longè verò graviſſimum, eum qui Pontificis dignitatem nactus ſit. *Lib.* 3. *Epiſt.* 15. *ad Eliſaeum Monach. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 569. *col.* 2. *H. edit. Colon.* 1618.

S. Isid. Pelus.

163. Si quis Epiſcopatum deſiderat. Non dixit, Unuſquiſque Epiſcopatum deſideret, non præcepit, non imperavit, non legem ſanxit: non dixit, Quilibet deſideret, ſed bonum opus deſiderat, ſc. arduum negotium. *Proſec.*

164. Opus eſt hæc res, non ludus atque animi oblectatio; cura, non luxus: munus referendis rationibus obnoxium, non imperium ab omni cenſura liberum atque immune: paterna procuratio, non tyrannica licentia: diſpenſatoria præfectura, non ejuſmodi poteſtas, quæ ſub reddendarum rationum neceſſitatem minimè cadat.

165. Ego epiſcopatus opus mirificè laudo, divinum enim eſt, ipſius autem amorem minimè laudo, periculoſus enim eſt. *Ibidem, Ep.* 215. *ad Hieronem. pag.* 596. *col.* 2. *H.*

S. Laurent. Iustin.

166. Inſtituti ſunt plebibus Epiſcopi, veluti mediatores Dei & populi, quatenùs piis ſuis interceſſionibus orationumque ſuffragiis, divinam juſtitiam erga delinquentes faciant eſſe placabilem. *De Regim. prælat.* 10. *ante med. pag.* 577. *col.* 1. *C. part.* 2.

167. Humilitas pretioſiſſima corona eſt Pontificum, ſine qua proculdubio nullus in dignitatis culmine poſitus valet eſſe ſecurus. *Ibidem, cap.* 14. *ante med. pag.* 588. *col.* 1. *B.*

S. Leo I.

168. Non prærogativa terrenæ originis obtinet unctionem, ſed dignatio cæleſtis gratiæ gignit antiſtitem. *Serm.* 2. *in Anniverſ. die aſſumpt. ejus ad Pontific. paulò poſt init.*

169. Nulla ratio ſinit, ut inter Epiſcopos habeantur, qui nec à Clericis ſunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à Provincialibus Epiſcopis cum Metropolitani judicio conſecrati. *Epiſtola* 92. *ad Ruſtic. Narbonenſ. Epiſc. cap.* 1.

170. Epiſcopus, qui vult ſplendere virtutibus, laudabilis erit, & in omni loco plurimùm dilectionis acquiret: non ambiendo humana, ſed promerendo divina. *Epiſt.* 55. *ad Pulcheriam Auguſt. poſt medium.*

171. Gravis injuriæ Epiſcopus reus eſt, qui de fratris Eccleſia id quod eſt utilius, aut pretioſius audet vel allicere, vel tenere. *Ep.* 84. *ad Anaſtaſ. Epiſc. Theſſalon. cap.* 19.

Origen.

172. Requiritur in ordinando ſacerdote Epiſcopo præſentia populi, ut ſciant omnes & certi ſint; quia qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur. *Hom.* 6. *in cap.* 8. *Levitici. ſup. illud, Convocavit Moyſes Synagogam, &c. tom.* 1.

S. Pelagius Pap.

173. Epiſcopus non mutat ſedem, qui non mutat mentem. *Epiſt. ad Benign. Archiep. Et habet. in decret. Gratiani. part.* 2. *cauſa.* 7. *quæſt.* 1. *Can. Scias. fol.* 190. *col.* 2.

Petr. Bles.

174. Hæc à tuæ adminiſtrationis officio exactiſſimè requiruntur: ut per omnia ſit in te humilitas non viluſcens, dignitas non præſumens. *Epiſt.* 15. *ad Epiſc. Carnotenſ. poſt init. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *edition. Colon.* 1618.

175. In Epiſcopali conditione nihil eſt medium: vel ſecularis erit tua converſatio & probroſa, vel ſancta, & tàm apud Deum quàm homines glorioſa. *Proſecutio.*

176. Nihil eſt quod adeò vitam hominis citò obtenebret, aut illuſtret, ſicut Pontificalis authoritas: citò enim fit vel bonus odor Deo, vel rumor in populo. *Ibid. in medio.*

177. Illorum Epiſcoporum vitam deteſtabilem reputes, quorum inceſſus erectâ cervice, quorum facies torva, truces oculi, minæ terribiles: non collegæ Petri, ſed Simonis, non Chriſti diſcipuli, ſed Neronis. *Ibid. in medio, &c.*

178. Nun poteſt eſſe præclarior famæ titulus in

Epiſcopo,

Epiſcopo, quàm ſi viriliter tueatur ſtatum Eccleſiaſticæ libertatis. *Ibidem, Epiſt.* 20. *ad Criſpin. circa med. &c.*

PETR. BLES. 179. Epiſcopus illiteratus, præco eſt mutus. *Ibidem, Epiſt. ad Octavian. Cardinal. ante medium, &c.*

180. Verba Epiſcoporum vim juratoriam in ſe habent, ut in eis juſiurandum ſit, quod eſt verbum ſimplex maliis, & quod in aliis eſt ſimplex perjurium, ſacrilegium ſit illis. *Ibidem, Epeſt.* 51. *ad Ioan. Epiſc. Sarisberienſ. circa initium.*

181. Frequens eſt inter Epiſcopos aliquem invenire, qui primum ſuæ promotionis annum dedicet ſanctitati: cumque in ſua novitate ſit factus agnus, ſed inveteratus aliquot dierum, ſit rapaciſſimus lupus. *Tract. de Inſtit. Epiſcopi circa medium, apud Bibl. Patrum, &c. ut ante.*

S. PETRUS DAMIANUS. 182. Qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.) Hîc evidenter oſtenditur, nihil aliud eſſe Pontificem, quàm boni operis ſectatorem. *Profec.*

183. Qui ad epiſcopatum anhelat poſſidendum ſine bono opere, inane vult nomen induere, ſine rei ipſius veritate. *Lib.* 2. *Ep.* 1. *ad Epiſc. Cardinales. circa med. pag.* 25. *col.* 2. *B. tom.* 1.

S. PETRUS MAURITIUS ABBAS CLUN. 184. Attendens Pontificalis ordinis faſtigium, attendas & periculum: agnoſcens honorem, agnoſcas & laborem: diligens gradum altiorem, formides caſum graviorem. *Profec.*

185. Sicut ſanctis Epiſcopis, præparatur in altis ſuperior locus: ita vitâ & moribus Exepiſcopis, reſervatur in imis inferior infernus. *Lib.* 2. *Ep. Ep.* 50. *ad Atonem Trecenſ. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *edit. Colon.* 1618.

S. SYNESIUS EPISC. 186. Ego cùm meipſum conſidero, omninò inferiorem ſentio, quàm ut Epiſcopali faſtigio reſpondere poſſim. *Epiſt.* 105 *ad fratrem. in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 112. *col.* 1. *D. edit. Colon.* 1618.

187. Epiſcopum divinum eſſe hominem oportet, qui quò vitæ ſuæ propoſitum teneat, ab innumerabilibus oculis cuſtoditur. *Ibid. ante med. pag.* 112. *col.* 2. *F.*

188. Palàm ſine ullâ cunctatione dico Epiſcopum nullâ omninò labe pollui debere, multum ut ei ſuperſit, tanquàm qui aliorum piacula ac ſordes abſtergat. *Ibid. circa med. pag.* 112. *col.* 2. *G.*

189. Si ad Epiſcopale munus vocer, nolo ementiri dogmata. *Ibidem, poſt med. pag.* 113. *col.* 1. *B.*

THEOPHILACTUS. 190. Epiſcopus, qui voluntariis præſidet, non debet arrogans eſſe, ut ſuo conſilio & voluntate, citrà ſubditorum ſententiam omnia agat, quod tyrannicum eſt. *Sup. Ep. ad Titum. cap.* 1. *in illud, Non ſuperbum, &c. pag.* 755. *A.*

S. THOMAS AQUINAS. 191. Status pontificalis non abſque vitio ambitionis deſideratur, & quem appetere præſumptuoſum eſt. *De perfect. vitæ ſpirit. cap.* 19. *in princ. tom.* 2.

192. Qui pontificatus honorem ſuſcepit, ſpirituale magiſterium aſſumit: ridiculum eſt perfectionis magiſtrum fieri, qui perfectionem per experimentum non novit. *Ibidem, ante med.*

193. Ordo Epiſcoporum perfectiſſimus eſt. *Ibidem, cap.* 17. *in fine.*

194. Epiſcopatum quamvis expediat ſubterfugere, tamen pertinaciter recuſare non eſt bonum. Undè obligare ſe ad non recipiendum, malum eſt: quis quamvis oblatum recipere quis non debeat, tamen debet recipere injunctum. *Sup.* 3. *ſent. diſt.* 39. *Quaſt.* 1. *art.* 2. *ad* 4.

S. THOMAS A VILLA NOVA. 195. Oportet te tantum cæteros præcedere virtute, quantum præcedis dignitate. *Tom.* 1. *Serm. Dom.* 3. *Advent. poſt med.*

Vide etiam Tit. Dux. ſent. 6. *Electio. ſent.* 77. 78. *Hoſpitalitas. ſent.* 47. *Papa. ſent.* 19. *Paſtor. ſent.* 56. *Prælatio. ſent.* 18. *Privilegium. ſent.* 6. *Reddere rationem. ſent.* 21 44. *Simonia. ſent.* 40. *Virtutes cardinales. ſent.* 28.

Epiſtola.

ETYMOLOGIA.

S. ANSELMUS. EPISTOLA græcè, ſupermiſſa latinè dicitur, ἐπὶ enim græcè, latinè ſuper: στολὴ verò miſſa dicitur. *Profec.*

Et hinc epiſtolæ dicuntur ſupermiſſæ, eoquòd ſuper id quod fideles accipiunt, ſint eis miſſæ. *In princ. prologi ſuper Ep. ad Rom. fol.* 1. *col.* 1.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTINUS. 1. Litteræ, quæ de cæleſti civitate nobis venerunt, ipſæ ſunt ſcripturæ. *Sup. Pſ.* 90. *Conc.* 2. *poſt init. pag.* 693. *B. tom.* 8.

2. Tuis Epiſtolis me magis onerare, quàm honorare dignatus es. *Epiſtola* 131. *in principio tomo* 2.

S. BERNARDUS. 3. Ancilla Chriſti quæ in abſcondito litteras recipit, ordinem ſuum frangit, magnum malum facit; & grande peccatum committit. *Serm.* 61. *ad Sororem in princ. fol.* 96. *col.* 3. *lit. G.*

DIDYMUS ALEX. 5. Sicut mortalem gloriam homines appetentes in ſuis conſcriptionibus, dignitates, quas putantur habere, præponunt: ita ſancti viri in epiſtolis, quas ſcribunt, ſe proferunt ſervos eſſe Domini noſtri JESU-CHRISTI, æſtimantes hanc appellationem ſupra regna totius mundi conſiſtere. *Sup. Epiſt. Iacobi. cap.* 1. *in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 248. *col.* 2. *E. edit. Colon.* 1618.

S. GREG. MAG. 6. Charitati nihil longè eſt; quia quos dividunt loca, jungit epiſtola. *Lib.* 9. *in Regiſtro. Indict.* 4. *cap.* 61. *Epiſt.* 61. *ad Quirin. Epiſc. in princ. columna* 1087. *lit. A.*

7. Tuam ſuſcepi epiſtolam, ſolius charitatis calamo ſcriptam. *Ibid. lib.* 7. *Indict.* 2. *cap.* 125. *ad Leandr. Epiſc. Hiſpan. in princ. col.* 998. *D.*

S. HIERONYM. 8. Blandas & dulces litterulas, ſanctus amor non habet. *Tom.* 1. *Epiſt.* 2. *ad Nepotian. ante med. pagina* 13. *lit. B.*

9. Epiſtola ſola res eſt, quæ homines abſentes præſentes facit. *Tom.* 1. *Ep.* 41. *ad Nitiam. in principio pag.* 215. *A.*

10. Quid eſt, ut ita dicam, tàm præſens inter abſentes, quàm per epiſtolas & alloqui & audire quos diligas? *Ibidem.*

11. Fœderemus amicitias reciprocis epiſtolis: illæ inter nos currant, illæ ſibi obvient, illæ nobiſcum loquantur. *Tom.* 1. *Epiſt.* 6. *ad Florentium. circa init. pag.* 53. *A.*

12. Chartæ exiguitas, indicium ſolitudinis eſt. *Tom.* 1. *Epiſt.* 39. *ad Virgines Hermonenſes. in princ. pag.* 212. *littera D.*

13. Si amas, ſcribe obſecranti: ſi iraſceris, iratus licèt ſcribe: magnum & hoc deſiderii ſolamen habebo, ſi amici litteras vel indignantis accipiam. *Tom.* 1. *Epiſt.* 42. *ad Nitiam. in calce pagina* 216. *lit. C.*

14. Non debet charta dividere, quos amor mutuus copulavit. *Tom.* 1. *Epiſt.* 43. *ad Chromatium. in princ. pag* 216. *D.*

15. Niſi fortè negligentiæ ſemper excuſatione ſocia, aſſeras te non habuiſſe quod ſcriberes; cùm hoc ipſum debueris ſcribere, te non habuiſſe quod ſcriberes. *Tom.* 1. *Epiſt.* 44. *ad Chryſogon. in fine pag.* 218. *D.*

16. Acceptis litteris non reſpondere, ſuperbiæ eſt. *Tom.* 2. *Ep.* 5. *ad Riparium adverſ. Vigilant. in principio pag.* 118. *D.*

17. Suſpectæ litterulæ, argumenta ſunt diaboli, mortis æternæ indicia, & luxuriæ nuntia. *In Regula Monachar. cap.* 20. *in fine. pag.* 331. *B. tom.* 4.

IOAN. CASS. 18. Ite cogitationes patriæ, pariter cum epiſ-

tolis concremamini, nec me ulteriùs ad illa quæ fugi, revocare tentetis. *Lib. 5. cœnob. Inſt. cap. 32. in fine. pag.* 134.

JOAN. TRITH. 19. Uſus litterarum ad hoc cognoſcitur inſtitutus, ut abſentiam amicorum faciat eſſe præſentem. *Epiſt. 18. ad Domin. Bartholom. circa medium, pagina* 956. *columna* 2.

S. PETRUS DAMIANUS. 20. Jàm ſe reprimens calamus cohibeat ſtylum, ne regulam brevitatis excedat epiſtolare compendium. *Opuſc. 34. cap. 9. in fine. pagina 647. columna 2. A. tom. 3.*

S. PETRUS MAURITIUS ABBAS CLUN. 21. Brevis eſt epiſtola, ſed multa reſpondendi materia. *Lib. 6. Ep. 3. ad S. Bernard. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. edit. Colon.* 1618.

22. Utinam ſicut præſentem epiſtolam, ita vobis mentem mittere poſſem. *Ibidem, ante med. pag.* 120. *col. 2. E.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 23. Nunc expromam abſens audaciùs, epiſtola enim non erubeſcit. *Lib. 5. Epiſt. 12. ad Lucceium. in princ. tom. 3.*

24. Epiſtolæ offendunt, non loco redditæ. *Lib. 11. Ep. ad Brutum. Ep. 16. in princ. tom. 3.*

PLINIUS II. 25. Nullas mihi epiſtolas mittis: nihil eſt, inquis, quod ſcribam. At hoc ipſum ſcribe, nihil eſſe quòd ſcribas: vel ſolùm illud, undè incipere priores ſolebant: ſi vales, benè eſt, ego valeo, hoc mihi ſufficit, eſtque mihi maximum. *Lib. 1. Ep. 11. ad Fabium Iuſtum. ferè per totum. pag.* 23.

SENECA. 26. Errat, ſi quis ſperat reſponſum ſibi, quem dilatione laſſavit, expectatione torſit. *Lib. de beneſic. cap. 1. circa med. pag. 378. tom. 2.*

27. Nunquàm epiſtolam tuam accipio, ut non protinùs unà ſimus. *Ep. 40. in princ. pag. 592. tom. 2.*

28. Si imagines nobis amicorum abſentium jucundæ ſunt, quantò jucundiores ſunt litteræ, quæ veri amici abſentis veſtigia, veraſque notas afferunt? *Proſecutio.*

29. Nam quod conſpectu dulciſſimum eſt, id amici manus Epiſtolæ impreſſa præſtat agnoſcere. *Ibidem.*

Error.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

ETYMOLOGIA.

S. ATHANAS. MAGNUS. ERROR dicitur ab eo quòd obliquè mentem trahat. *De definit. ante finem. columna 802. littera E. tom. 4.*

DEFINITIO.

S. AUGUSTIN. Nihil eſt aliud errare, quàm verum putare, quod falſum eſt, falſumque quod verum eſt: vel certum habere pro incerto, incertumve pro certo, ſive falſum, ſive ſit verum. *In Enchirid. cap. 17. in medio pag. 110. D. tom. 3.*

S. BERNARD. Error dicitur, quando aliud debet fieri, & aliud fit. *Serm. 65. ad Sororem. in principio fol. 97. columna 3. littera G.*

HUGO A S. VICTORE. Quid eſt error? neſcire quod rectum eſt. *Hom. 10. Super Eccleſiaſten. poſt medium, pagina 70. littera B. tom. 1.*

HUGO CARD. Errare eſt à recta via deviare, & per devium ambulare. *Super Pſalm. 118. fol. 321. columna 4. tom. 2.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Nullus error, ubi ſimplex pietatis affectus, atque omnis fidelis eſt ſenſus. *Sup. Pſ. 37. in medio præfationis. col. 1321. D. tom. 4.*

S. ANTONINUS. 2. Nullibi periculoſiùs erratur, quàm cùm de ultimo fine tractatur: parvus enim error in principio, maximus eſt in fine. *Part. 4. tit. 11. cap. 4. §. 2. prope init. fol. 166. col. 4.*

S. AUGUSTIN. 3. Error eſt, cùm ſequimur aliquid, quod non ad id ducit quò volumus pervenire: & quantò magis in via vitæ quis errat, tantò minùs ſapit. *Lib. 2. de libero Arbit. cap. 9. circa medium, pagina 454. littera D. tom. 1.*

4. Quædam acutiſſima & excellentiſſima ingenia tantò in majores errores ierunt, quantò præfidentiùs, tanquam ſuis viribus cucurrerunt. *Ep. 52. ad Macedonium. ante med. pag. 151. A. tom. 2.*

5. Nimis perversè ſeipſum amat, qui & alios vult errare, ut error ſuus lateat: quantò enim meliùs & utiliùs, ubi ipſe erravit, alii non errant, quorum admonitu errore careat, quod ſi noluerit, ſaltem comites erroris non habeat? *Epiſt. 7. ad Marcellin. in princ. pag. 19. B. tom. 2.*

6. Quæ eſt pejor mors animæ, quàm libertas erroris? *Epiſtola 166. in medio. pagina 488. littera C. tom. 2.*

7. Nonnullis errare profuit aliquando, ſed in via pedum, non in via morum. *In Enchiridio cap. 17. poſt init. pag. 110. D. tom. 3.*

8. In quibus rebus nihil intereſt ad capeſſendum Dei regnum, utrùm credantur an non, vel utrùm vera ſive ſint, ſive putentur falſa; in his errare, id eſt, aliud pro alio putare, non arbitrandum eſt eſſe peccatum: aut ſi eſt, minimum eſſe atque leviſſimum. *Ibidem, cap. 21. in princ. pag. 112. D.*

9. Errores etiamſi peccata non ſunt, tamen in malis hujus vitæ deputandi ſunt: quæ ita ſubjecta eſt vanitati, ut approbentur hîc falſa pro veris, reſpuantur vera pro falſis, teneantur incerta pro certis. *Ibidem, prope finem. pag. 113. A.*

10. Laudator errans confirmat errorem, & adulans allicit in errorem. *Lib. 2. de Trinit. in fine proœmii pag. 184. D. tom. 3.*

11. Errat quiſquis putat veritatem poſſe cognoſcere, cùm adhuc nequiter vivat. *Proſec.*

12. Sicut in cognitione cavendus eſt error, ſic in actione cavenda eſt nequitia. *De Agone Chriſtiano cap. 13. in princ. pag. 545. A. tom. 3.*

13. Non eſt conſequens, ut continuò erret quiſquis aliquid neſcit, ſed quiſquis ſe exiſtimat ſcire quod neſcit. *In Enchiridio. cap. 17. in princ. pagina 110. littera D. tom. 3.*

14. Approbare falſum, erroris eſt proprium. *Ibidem.*

15. Tanta eſt pernities animorum, qui cùm vincere homines volunt, ab errore convincuntur. *Contra Adimantum cap. 28. in fine pag. 146. C. tom. 6.*

16. Ipſe erroris accipit crimen, qui errori communicat crimen. *Lib. 3. contra Iulian. cap. 1. circa med. pag. 673. B. tom. 7.*

17. Melius eſt errore non decipi, quàm errantium laudibus honorari. *Lib. 3. de Anima & ejus origine cap. 1. in fine pag. 801. B. tom. 7.*

18. Intereſt quantùm & in quibus erretur, & quàm facilè quiſque corrigat, vel quantâ pertinaciâ ſuum defendere conetur errorem. *De bono perſeverantiæ cap. 21. poſt med. pag. 880. C. tom. 7.*

19. Errorem definire eſt facilius, quàm finire. *Lib. 1. contra Academ. cap. 4. poſt init. tom. 1.*

20. Sapiens eris, ſi malueris errore non decipi, quàm errantium laudibus honorari. *Lib. 3. de anima & ejus orig. cap. 1. poſt med. tom. 7.*

21. Lædes me, ſi mihi tacueris errorem meum, quem fortè inveneris in factis vel dictis meis. *Ep. 15. cap. 2. circa init. tom. 2.*

22. Dùm erubeſcis corrigere errorem, non erubeſcis permanere in errore, quod utique potiùs erubeſcendum fuit. *Ep. 48. circa fin. tom. 2.*

23. Homo non poteſt mentem vindicare ab

Digitized by Google

erroribus, niſi Deus adſit lux mentium. *Ep. 52. ante med. tom. 2.*

S. AUGUSTIN. 24. Qui deſperant ſe poſſe in catholica diſciplina invenire quod quærunt, atteruntur erroribus. *Lib. 1. de Gen. contra Manich. cap. 1. circa finem tom. 1.*

25. Hoc eſt erroris proprium, ut quod cuique diſplicet, etiam Deo diſplicere arbitretur. *Ibidem, lib. 2. cap. 16. ante fin.*

26. Non omnis error hæreſis eſt, quamvis omnis hæreſis, quæ in vitio ponitur, niſi errore aliquo, hæreſis eſſe non poſſit. *De Hæreſibus ad Quodvultdeum, poſt init. tom. 6.*

27. Quantùm accedit finis mundi creſcunt errores. *Tract. 25. ſup. Ioan. longè poſt init. tom. 9.*

28. Noli in homine amare errorem, ſed hominem: hominem enim Deus fecit, errorem ipſe homo fecit. *Tract. 7. ſup. Ep. Ioan. ante finem. tom. 9.*

29. Jàm grandes etiam Deo ſervientes, tentat error ut decipiat. *Lib. 4. contra Iulian. cap. 16. ante fin. tom. 7.*

30. Error veritate pellendus eſt. *Ibidem, lib. 6. cap. 1. in primo.*

31. Ab omni errore veritas liberat, atque in omni errore falſitas implicat. *De Mendacio cap. 1. circa med. tom. 4.*

32. A Dei contemplatione decidentes, magnis erroribus implicamur. *De Moribus Eccleſ. cap. 19. poſt init. tom. 1.*

33. Solus liber fit, qui errorem vincit. *Lib. 4. de Muſica cap. 6. circa init. tom. 1.*

34. Erroris præoccupatio impedit veritatis intelligentiam. *Lib. 2. de nuptiis. cap. 23. circa init. tom. 7.*

35. Nunquàm errari tutiùs exiſtimo, quàm cùm in amore veritatis & rejectione nimia falſitatis erratur. *De Mendac. cap. 1. circa med. tom. 4.*

V. BEDA. 36. Errat facillimè qui non curat, quò rectiùs pergat. *In ſuis Proverb. verbo Errat. pagina* 188. *tom. 2.*

S. BONAVENT. 37. Prudentis eſt diſcernere, ubi contingit errare. *Super Eccleſiaſten. cap. 7. ante med. pag. 320. col. 2. C. tom. 1.*

38. Errare potero, hæreticus nunquam ero. *Sup. Sap. cap. 7. ante med. pagina 365. columna 2. littera E. tom. 1.*

39. Quantò nobilior eſt cognitio, tantò pejor eſt error. *Lib. 2. compend. Theolog. verit. cap. 25. pag. 712. col. 1. B. tom. 7.*

CASSIODORUS. 40. Tribus modis provenire humanos conſtat errores: cogitatione, facto, & dicto. *Sup. Pſ. 1. verſ. 1. fol. 4. col. 3.*

41. Quid poteſt eſſe gravius, quàm ibi errare, ubi & alterum poſſis extinguere? *Sup. Pſ. 5. circa medium, verſ. 9. fol 9. col. 4.*

S. CYPRIAN. 42. Si non obtemperat error veritati, multò magis veritas non conſentit errori. *In ſentent. Epiſcopor. Concilii Carthag. ſent. 23. pagina 402. columna 1. tom. 2.*

DIONYSIUS CARTHUS. & S. BONAVENT. 43. Modicus error in principio, magnus erit in fine. *De fructuoſa temporis deductione. art. 1. in princ. fol. 95. pag. 2. Et S. Bonavent. ſerm. 10. de Apoſt. ante med. tom. 3.*

GRATIANUS. 44. Quid prodeſt illi ſuo errore non pollui, qui conſenſum præſtat erranti? *In decret. part. 1. Diſt. 83. Can. Quid.*

S. GREG. MAG. 45. Error cùm virtus creditur, difficiliùs emendatur. *Lib. 32. Moral. cap. 17. ante fin. num. 23. col. 1019. C. tom. 1.*

46 Melius eſt, ne quiſquam errore vulneretur, obſiſtere, quàm vulneratus, qualiter ſanari poſſit exquirere. *Lib. 3. in Regiſtro Indict. 12. cap. 35. Ep. 35. ſub finem. col. 768. D. tom. 2.*

S. HIERONYM. 47. Erravimus juvenes, emendemus ſenes. *Tom. 2. Epiſt. 19. ad Pammach. & Ocean. in medio. pagina 191. littera B.*

48. Erraſſe, humanum eſt; confiteri errorem, prudentis. *Tom. 2. Epiſt. 59. ad Pammach. ſub finem. pag. 370. D.* S. HIERON.

49. Error quantò manifeſtiùs agnoſcitur, tantò citiùs reprobatur: occultus autem, dùm foris ſpeciem veritatis erexit, intus venenum falſitatis infundit. *Lib. 1. de vanit. mundi. ante fin. pagina 174. lit. F. tom. 2.* HUGO à S. VICTORE.

50. Error nunquàm ſtat, ſed ſerpit. *Sup. 2. Tim. cap. 3. fol. 228. col. 3. tom. 7.* HUGO CARD.

51. Error, cui non reſiſtitur, approbatur: & veritas, cùm minimè defenſatur, opprimitur. *Et hab. in decretis Gratiani. Diſt. 3. Can. Error. fol. 92. columna 1.* S. INNOC. III.

52. Ipſa res facit errare, quæ facit alterius errorem non cognoſcere. *Hom. 19. ſup. Matth. oper. imperf. poſt init. col. 868. C. tom. 2.* S. JOANNES CHRYSOST.

53. Non error diabolicus fecit homines malos, ſed homines mali diabolicum ſibi fecerunt errorem. *Ibid. poſt init. col. 868. D.*

54. Non error generat peccata, ſed peccata errorem. *Ibid. poſt init. col. 869. A.*

55. Magnum ſanè & laudabile eſt miſereri pauperibus, ſed multò magis errantem ab errore revocare. *Hom. 3. ſup. 1. Cor. in morali. ante med. col. 343. lit. D. tom. 4.*

56. Ea eſt erroris vis, ut ſiſti non queat, ſed corruptum dogma ſemper profert. *Hom. 8. ſup. 2. Tim. à medio. col. 1580. D. tom. 4.*

57. Conditio erroris etiam nullo ſibi obſiſtente conſeneſcit ac defluit. *Hom. 4. de laud. D. Pauli. ſub finem. col. 1081. tom. 3.*

58. Invaleſcentibus errorum tenebris, veritas evaneſcit, & virtutum radice ſucciſâ, ſeges germinat vitiorum, lumen rationis extinguitur, & totus homo caſu miſerabili fertur in præceps. *Lib. 1. de nugis curial. cap. 1. in medio pagina 342. columna 2. littera E. apud Bibliothecam Patrum, tom. 15. editionis Coloniæ 1622.* JOAN SARESB.

59. Magiſtri erroris exiſtunt, qui veritatis diſcipuli non fuêre. *Epiſt. 10. ad Flavian. Conſtantinop. Epiſc. cap. 1. in fine.* S. LEO I.

60. Splendeſcit fidei puritas, cùm ab ea ſordes ſeparantur errorum. *Epiſt. 22. ad Conſtantinopolit. in fine.*

61. Licèt error ſemper ſit & ubique vitandus, tolerabilius tamen eſt ſi quis juſtificet peccatorem, quàm ſi præjudicet innocentem. *Opuſc. 30. cap. 1. ante med. pag. 619. col. 1. B. tom. 3.* S. PETR. DAM.

62. Quid prodeſt illi ſuo errore non pollui, qui conſenſum præſtat erranti? *Et habet. in decret. Gratiani part. 1. diſt. 83. Can Quid. fol. 92. col. 1.*

63. Multi in principio ex parvo errore cœpto, in pelagus erroris dilapſi & effuſi ſunt. *Contra Manich. poſt initium. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 104. col. 1. A. edit. Colon. 1618.* SALVIANUS.

64. Quem amor tenet ſervandæ integritatis, ante omnia falſi ad ſe famam non admittat erroris. *Hom. 1. de bono diſcipl. ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 477. col. 1. C. edit. Colon. 1618.* S. VALERIAN.

65. Superfluè te putas ardui itineris, & viæ aſperæ ſemitas tenere, ſi animæ impediaris errore. *Ibid. Hom. 2. de arcta vita. prope med.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

66. Cujuſvis hominis eſt errare; nullius autem, niſi inſipientis, in errore perſeverare. *Orat. 54. Philipp. 12. poſt init. num. 5. tom. 2.* CICERO.

67. Simulatque editi in lucem ſumus, in omni continuò pravitate, & in ſumma opinionum perverſitate verſamur, ut penè cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur. *Lib. 3. Tuſc. quæſt. in principio tom. 4.*

SENECA. 69. Nemo ſibi tantùm errat, cùm errat, ſed alii erroris cauſa, & author eſt. *Profec.*

70. Verſat nos & præcipitat traditus per manus error, alieniſque perimus exemplis. *De beata vita. cap. 1. poſt med. pag.* 490. *tom. 1.*

71. Cæci ducem quærunt, nos ſine duce erramus. *Ep.* 50. *ante med. pag.* 610. *tom.* 2.

72. Cùm ſingulorum error publicum fecerit, ſingulorum errorem facit publicus. *Epiſt.* 81. *ante finem. pag.* 705. *tom.* 2.

73. Recti apud nos locum tenet error, ubi publicus factus eſt. *Ep.* 123. *ante med. pag.* 885. *tom.* 2.

Vide etiam Tit. Bonum. ſent. 54. *Deſertio Dei. ſent.* 1. *Fama. ſent.* 17. *Gratia Dei. ſent.* 22. *Peccatum in genere. ſent.* 189. *Peccatorum Defenſio. ſent.* 62. *Poteſtas in genere. ſent.* 41. *Via. ſent.* 56.

Eſſe.

DEFINITIO.

S. ANTONIUS DE PADUA. ESSE verè propriéque dicuntur, quæ nec intenſione creſcunt, nec detractione minuuntur, nec variatione permutantur: eſſe autem non habet contrarium, niſi non eſſe. *Serm.* 2. *Dom.* 5. *poſt Trinit. poſt med. fol.* 203. *pag.* 1.

BOETIUS. Eſſe eſt, quod ordinem retinet, ſervatque naturam: quod verò ab hac deficit, eſſe etiam quod in ſui natura ſitum eſt, derelinquit. *Lib.* 4. *de conſol. Philoſoph. Proſa* 2. *poſt med.*

S. THOMAS AQUINAS. Eſſentia eſt illud, cujus actus eſt eſſe. *Part.* 1. *ſumma. quæſt.* 39. *art.* 2. *in corp. ad* 3. *pagina* 73. *columna* 2.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANSELMUS. 1. Eſſentia divina per ſe eſt id quod eſt, & per quam eſt quidquid verè aut bonum, aut magnum aliquid eſt: & quæ eſt ſummum magnum, ſummumque bonum, ſummumque Ens ſive exiſtens, ideſt ſummum omnium quæ ſunt. *In Monologio cap.* 4. *ante finem.*

2. Nec ille de quo eſt aliquis, poteſt eſſe ille qui de ſe eſt: nec ille qui de aliquo eſt, valet eſſe is de quo eſt. *De Proceſſ. Spirit. ſancti. verbo Credunt, in fine. littera B.*

S. ANTONIUS DE PAD. 3. Malè eſſe, non eſt eſſe, & qui à vero eſſe eecidit, nihilum & inane poteſt reputari. *Profec.*

4. Eſſe verè proprieque dicuntur, quæ nec intenſione creſcunt, nec detractione minuuntur, nec variatione permutantur: eſſe autem non habet contrarium, niſi non eſſe. *Serm.* 2. *Dom.* 5. *poſt Trinit. poſt med. fol.* 203. *pag.* 1.

S. AUGUSTIN. 5. Verum eſt id quod eſt; quia quidquid eſt, verum eſt. *Lib.* 2. *Soliloq. cap.* 5. *in fine pag.* 370. *littera D. tom.* 1.

6. Conſidera quantum potes, quàm magnum bonum ſit ipſum eſſe, quod & beati & miſeri volunt: nam ſi hoc benè conſideraveris, videbis te in tantum eſſe miſerum, in quantum non propinquas ei, quod ſummè eſt. *Lib.* 3. *de libero Arbitrio cap.* 7. *ante med. pag.* 471. *B. tom.* 1.

7. Eſt una, atque ſumma eſſentia, ex qua eſt omne quidquid eſt, in quantum eſt: quia in quantum eſt, quidquid eſt, bonum eſt. *De vera Relig. cap.* 11. *poſt med. pag.* 494. *D. tom.* 1.

8. Non meo vel ingenio, vel merito, ſed Dei dono ſum, ſi quid laudabiliter ſum. *Ep.* 52. *ad Macedonium. ante med. pag.* 151. *A. tom.* 2.

9. Sicut ab eo quod eſt ſapere, dicta eſt ſapientia, & ab eo quod eſt ſcire, dicta eſt ſcientia: ita ab eo quod eſt eſſe, dicta eſt eſſentia: & quis eſt, quàm ille qui dixit famulo ſuo Moyſi, Ego ſum, qui ſum? *Lib.* 15. *de Trinit. cap.* 2. *in princ. pag.* 125. *A. tom.* 3.

S. AUGUSTIN. 10. Magna hominis miſeria eſt, cum illo non eſſe, ſine quo non poteſt eſſe: in quo enim eſt, proculdubio ſine illo non eſt, & tamen ſi ejus non meminit, eumque non diligit, eum illo non eſt. *Ibid. lib.* 14. *cap.* 12. *in fine. pag.* 309. *B.*

11. Eſſe duobus modis eſt in aliquo.
- Uno, quo ita eſt, ut etiam ſejungi, atque alibi eſſe poſſit.
- Altero autem, quo ita eſt aliquid in ſubjecto, ut ab eo nequeat ſeparari. *Lib.* 2. *Soliloq. cap.* 12. *in princ. pag.* 375. *A. tom.* 1.

12. Vide quàm abſurdè illud dicatur: Mallem non eſſe, quàm miſer eſſe. Qui dicit, Mallem hoc quàm illud, eligit aliquid; non eſſe autem non eſt aliquid, ſed nihil, & ideò nullo pacto potes rectè eligere, quando quod eligas non eſt. *Lib.* 3. *de lib. arbitr. cap.* 8. *in prin. pag.* 472. *C. tom.* 1.

13. Hoc maximè eſſe dicendum eſt, quod ſemper eodem modo ſeſe habet, quod omnimodo ſui ſimile eſt, quod nulla ex parte corrumpi ac mutari poteſt, id enim eſt quod eſſe veriſſimè dicitur. *De Morib. Manich. cap.* 1. *ante med. tom.* 1.

14. Nihil eſt eſſe quàm unum eſſe: itaque in quantum quodque unitatem adipiſcitur, in tantum eſt. *Ibid. cap.* 6. *poſt med.*

15. Ubi non ego, ibi feliciùs ego. *De continent. cap.* 13. *in medio. ſup. illud ad Galat.* 2. *Vivo ego, ſed non ego. pag.* 713. *B. tom.* 4.

16. Non eſt ullus ulli medius locus, ut poſſit eſſe, niſi cum diabolo, qui non eſt cum Chriſto. *Lib.* 1. *de peccator. merit. & remiſſ. cap.* 28. *ante med. pag.* 459. *B. tom.* 7.

17. Hæc eſt tota ſcientia magna hominis, ſcire quia ipſe per ſe nihil eſt; quoniam quidquid eſt; à Deo eſt, & propter Deum eſt. *Sup. Pſal.* 70. *Conc.* 1. *in princ. pag.* 517. *B.*

18. Ut homo ſit aliquid, convertat ſe ad illum à quo creatus eſt: à quo habet ut ſit, apud illum habet ut ei benè ſit. *Sup. Pſ.* 70. *Conc.* 2. *circa med. verſ.* 21. *pag.* 530. *D. tom.* 8.

19. Ego ſum, qui ſum:) eſt enim verè eſt, & eo ipſo quòd verè eſt, ſine initio & ſine termino eſt. *Sup. Pſ.* 134. *circa med. Enarrat. verſ.* 3. *pag.* 1064. *littera D. tom.* 8.

20. Homo aliud eſt quod eſt, aliud quod poteſt. Aliquando & eſt homo, & non poteſt quod vult: aliquando autem ſic eſt homo, ut poſſit quod vult. Itaque aliud eſt eſſe ipſius, aliud poſſe ipſius: ſi enim hoc eſſet eſſe ipſius, quod eſt poſſe ipſius, cùm vellet poſſet. *Profec.*

21. Deus cui non eſt alia ſubſtantia ut ſit, & alia poteſtas ut poſſit, ſed conſubſtantiale illi eſt quidquid ejus eſt: & quidquid eſt, quia Deus eſt, non alio modo eſt, & alio modo poteſt, ſed eſſe & poſſe ſimul habet, quia velle & facere ſimul habet. *Tract.* 20. *ſup. Evang. Ioan. de cap.* 5. *ante med. pag.* 120. *D. tom.* 9.

22. O Domine Deus, quid eſt quod aiſti: Ego ſum qui ſum? Nunquid cælum non eſt? nunquid terra non eſt? nunquid non ſunt ea, quæ in terra & in cælo ſunt? nunquid homo ipſe, cui loqueris, non eſt? nunquid Angelus, quem mittis, non eſt? ſi omnia ſunt hæc, quæ per te facta ſunt, quid eſt quod tibi proprium quiddam tenuiſti ipſum eſſe, quod aliis non dediſti, ut tu ſolus eſſes? nam quomodo audio, ego ſum qui ſum, quaſi alia non ſint. *Profec.*

23. Res ergo quælibet qualicunque excellentia, ſi mutabilis eſt, non verè eſt: non enim eſt ibi verum eſſe, ubi eſt non eſſe.

24. Quidquid enim mutari poteſt, mutatum non eſt quod erat: ſi non eſt quod erat, mors quædam ibi facta eſt; peremptum eſt aliquid ibi

quod erat, & non eſt. *Ibidem, Tract.* 38. *de cap.* 8. *poſt med. pag.* 199. *A. B. tom.* 9.

S. Auguſtin. 25. Diſcute rerum mutationes, invenies, fuit, & erit: cogita Deum, invenies, eſt, ubi fuit & erit eſſe non poſſit. *Ibidem.*

26. Tu es ſummum eſſe, à quo eſt omne eſſe; quidquid enim eſt, à te eſt, quia ſine te nihil eſt. *In Soliloq. animæ cap.* 31. *ante medium, pag.* 536. *littera C. tom.* 9.

27. Melius eſt carere eſſe, quàm eſſe & perpetuò cruciari: nam non eſſe, cui poſſet obeſſe ignoro, ſed habere eſſe & perpetuò cruciari, quid aliud eſt quàm mortem ſine morte ſemper habere? *Profec.*

28. Melius eſt non eſſe, quàm cum eſſe perpetuò affligi; eſſe Dei gratia habere nos ſcimus, ſed ſemper benè eſſe, omninò ignoramus. *Serm.* 26. *ad fratr. in Eremo poſt med. pag.* 945. *A. tom.* 10.

29. De gignente non abſurdè dicitur, hoc eum Eſſe, quod eſt illud, quod ab eo gignitur. *De Immortal. animæ cap.* 8. *circa med. tom.* 1.

30. Credimus ex uno Deo omnia eſſe quæ ſunt. *Lib.* 1. *de liber. arb. cap.* 2. *ante med. tom.* 1.

31. Si ingrata es in eo quod eſſe vis, jure cogeris eſſe quod non vis. *Ibidem, lib.* 3. *cap.* 6. *ante medium.*

32. Quamò ampliùs Eſſe amaveris, tantò ampliùs vitam æternam deſiderabis. *Ibidem, lib.* 3. *cap.* 7. *in medio.*

33. Qui plus amat Eſſe, quàm odit miſer Eſſe, adjiciendo ad id quod amat, quod odit excludat. *Ibidem, in fine.*

34. Qui eligit non Eſſe, profectò ſe nihil eligere convincitur. *Ibidem, cap.* 8. *poſt init.*

35. Omnes naturæ corruptibiles, omninò naturæ non eſſent, niſi à Deo eſſent: nec corruptibiles eſſent, ſi de illo eſſent; quia hoc quod ipſe eſt, eſſent. *De Natura boni cap.* 10. *tom.* 6.

36. Natura noſtra ut eſſet, Deum habet authorem. *Lib.* 11. *de Civitate Dei capite* 25. *in fine tom.* 5.

37. Tàm porrò nemo eſt qui Eſſe nolit, quàm nemo eſt qui non beatus eſſe velit: quomodo enim poteſt beatus eſſe, ſi nihil ſit? *Ibidem, capite* 26. *in fine.*

38. Deus rebus quas ex nihilo creavit, Eſſe dedit, ſed non ſummè Eſſe, ſicut ipſe eſt: & aliis dedit Eſſe ampliùs, aliis minùs. *Ibidem, lib.* 12. *cap.* 2. *in medio. tom* 5.

39. Credibile eſt alicubi Eſſe, quod hîc non eſt; & aliquando fuiſſe, quod nunc non eſt. *Ibidem, lib.* 5. *cap.* 9. *in fine.*

40. Non eſſem, niſi eſſes in me. *Lib.* 1. *Conf. cap.* 2. *in medio tom.* 1.

41. Ero ipſe tecum, quia & ut ſim tu dediſti mihi. *Ibidem, cap.* 20. *in fine.*

42. Inſpexi quæ infra te ſunt, & vidi nec omninò eſſe, nec omninò non eſſe. Eſſe quidem, quoniam abs te ſunt: non eſſe autem, quoniam id quod es, non ſunt; id enim verè eſt, quod incommutabiliter manet. *Ibidem, lib.* 7. *cap.* 11. *in princ.*

43. Omnia vera ſunt, in quantum ſunt; nec quidquam eſt falſitas, niſi cùm putatur eſſe, quod non eſt. *Ibidem, cap.* 15. *in medio.*

44. Mecum eras, & tecum non eram. *Ibid. cap.* 27. *in medio.*

45. Omnes naturas quæ non ſunt quod tu es, & tamen ſunt, tu feciſti: & hoc ſolum à te non eſt, quod non eſt. *Ibid. lib.* 12. *cap.* 11. *circa princ.*

46. Priuſquam Eſſem, tu eras: nec eram cui præſtares ut eſſem, & tamen ecce ſum ex bonitate tua præveniente totum hoc quod me feciſti. *Ibid. lib.* 13. *cap.* 1. *in medio.*

47. Me feciſti, ut de te mihi benè ſit, à quo mihi eſt, ut ſim, cui benè ſit. *Ibid. in fine.*

48. Hoc maximè eſſe dicendum eſt, quod ſemper eodem modo ſeſe habet. *De Moribus Manich. cap.* 1. *circa med. tom.* 1. S. Auguſtin.

49. Eſſe contrarium non habet, niſi non eſſe. *Ibid. poſt med.*

50. Nulla eſſentia in quantum eſſentia eſt, aliquid habet contrarium: multò minùs habet contrarium prima illa eſſentia, quæ dicitur veritas, in quantùm eſſentia eſt. *De Immort. animæ cap.* 12. *poſt initium, tom.* 1.

51. Omnia eſſentia non ob aliud eſſentia eſt, niſi quia eſt. Eſſe autem non habet contrarium, niſi non Eſſe: undè nihil eſt eſſentiæ contrarium. *Ibidem.*

52. Deus author eſſentiæ eſt. *De Morib. Manich. cap.* 8. *poſt init. tom.* 1.

53. Erubeſco pingere quod ſum, non audeo pingere quod non ſum: odi quod ſum, & non ſum quod amo. *Ep.* 106. *ante fin. tom.* 2.

54. Quis eſſes jam quidem acceperam, ſed qualis erga me eſſes, nondum tenebam. *Ep.* 265. *poſt med. tom.* 2.

55. Quidquid eſt, ex Deo ita eſt, ut ei debeat quod eſt. *Lib.* 4. *de Geneſi ad litt. cap.* 12. *in medio, tom.* 3.

56. Nemo à ſeipſo Eſſe poteſt. *In Enchirid. cap.* 1. *poſt med. tom.* 4.

57. Quia bonus eſt Deus, ſumus: & in quantum ſumus, boni ſumus. *Lib.* 1. *de doctr. Chriſt. cap.* 32. *poſt init. tom.* 3.

58. Deus naturas eſſentiarum gradibus ordinavit. Sicut enim ab eo quod eſt ſapere, vocatur ſapientia: ſic ab eo quod eſt Eſſe, vocatur Eſſentia. *Lib.* 12. *de Civit. Dei cap.* 2. *in medio tom.* 5.

59. Omne quod ad interitum tendit, ad non Eſſe tendit. *Contra Epiſt. Manichæi. cap.* 40. *in medio. tom.* 6.

60. Quod verè eſt, incommutabile eſt. *Tract.* 2. *ſup. Ep. Joan. ante med. tom.* 9.

61. Majoris miraculi eſt Eſſe qui non erat, quàm reviviſcere qui erat. *Tract.* 8. *ſup. Ioan. poſt init. tom.* 9.

62. Cùm putamus nos aliquid eſſe, cùm nihil ſimus, non ſolùm non accipimus quod non ſumus, ſed amittimus quod ſumus. *Ibidem, Tract.* 1. *poſt init. tom.* 9.

63. Dùm ſibi parcens, ſibi blandiens, ſibi perſuadens homo, aliquid ſe eſſe exiſtimat, cum nihil ſit, jàm ipſe ſe ſeducit. *Serm.* 11. *ſup. Qui habitat. prope med. fol.* 85. *col.* 2. *E.* S. Barnard.

64. Eſſe in Deo verè eſt, quod nec à FUIT præciditur, nec ab ERIT expungitur, ſed ſolùm atque inexpugnabile remanet ei EST, & manet quod EST: nec FUIT ſanè tollit illi ab ESSE æterno, nec ERIT ESSE in æternum, ac per hoc ſibi vendicat verum ESSE, ideſt increabile, interminabile, invariabile. *Serm.* 31. *ſup. Cant. in principio. fol.* 160. *columna* 3. *littera G.*

65. Qui curat eſſe, niſi propter te, Domine JESU, pro nihilo eſt, & nihil eſt: & qui eſſe vult ſibi, & non tibi, nihil eſſe incipit inter omnia. *Ibidem, Serm.* 20. *in principio. fol.* 148. *columna* 1. *littera C.*

66. Eſſe eſt nomen Dei; quia eſſe Dei, eſt omne illud quod in Deo eſt. *Serm.* 2. *in Hexam. poſt med. pag.* 18. *col.* 2. *B. tom.* 1. S. Bonavent.

67. Eſſe eſt nomen Dei manifeſtiſſimum & perfectiſſimum, & propriè proprium. *Ibid. Serm.* 11. *in princ. pag.* 38. *col.* 1. *C. tom.* 1.

68. Dic ubi tunc eſſet, cùm præter eum nihil eſſet? tunc ubi? nunc in ſe, quoniam ſibi ſufficit ipſe. *Lib.* 1. *compend. Theolog. verit. cap.* 17. *poſt med. pag.* 695. *col.* 1. *D. tom.* 7. *part.* 4.

69. Eſſe non eſt accidens Deo, ſed ſubſiſtens

Digitized by Google

veritas, & mancna cauſa. *Ibidem, cap. 18. in princ. pag. 695. col. 2. B.*

S. BONAVENT.

70. Aliquid alicujus dicitur eſſe novem modis.
- Per identitatem, ut Eſſentia Patris.
- Per creationem, ut creatura Dei.
- Per profectionem, ut peccata filiorum dicuntur eſſe patrum.
- Per continentiam, ut quæ continet infernus.
- Per actionem, ut occiſio Caïn.
- Per myſterium, ut baptiſmus Joannis.
- Per cultum, ut Deus Abraham.
- Per dationem, ut juſtiria Dei.
- Per acceptionem, ut juſtitia hominis.

Sup. Pſ. 50. circa med. pag. 112. col. 1. D. tom. 1.

71. Qui EST principalius eſt nomen omnibus nominibus Dei, quæ de Deo dicuntur: totum enim in ſeipſo comprehendit, velut quoddam pelagus ſubſtantiæ infinitum & interminatum. *De ſeptem itinerib. Itin. 5. diſt. 4. in medio. pag. 172. col. 1. E. tom. 7.*

S. CYRILLUS ALEX. 72. Proprium eſt divinæ naturæ, ſemper Eſſe: quod autem ſemper Eſt, omni principio & fine caret. *Hom. 12. de feſtis Paſchal. poſt med. pag.* 148.

S. FULGENT. 73. Deus quod eſt, ſemper eſt; & ſicut eſt, ita eſt. Non in ſe habet non eſſe poſſe, quod eſt; quia nec in ſe habet eſſe poſſe, quod non eſt. *Epiſt. 6. ad Theodorum. cap. 4. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 1. edit. Colon.* 1618.

GLOSS. INT. 74. Non naturâ ſumus, ſed gratiâ. *Sup. Matth. cap. 5. col. 119. A. tom. 5.*

S. GREG. MAG. 75. Qui per ventura tendit ad eſſe, ſemper ex præteritis feſtinat non eſſe. *Lib. 4. Moral. cap. 2. circa init. col. 92. A. tom. 1.*

76. Res aliquod habet eſſe, peccatum verò eſſe nullum habet. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 4. longè ante med. ſup. illud, Oſtendemus vobis rem. col. 1530. B. tom. 2.*

77. Nullus debet deſpici quod fuit, quia jàm incipit eſſe quod non fuit. *Et hab. in decret. Gratiani. part. 1. Diſt. 50. Can. Ferrum. fol. 55. col. 4.*

S. GREG. NYSS. 78. Qui verè eſt, is vera vita eſt; & hic cognitione non comprehenditur. *De vita Moyſis poſt medium, col. 152. lit. B.*

S. HIERON. 79. Non conſideremus quid aliquando fuerimus, ſed quid ſemper futuri ſimus. *Sup. Ionam. cap. 3. ſup. illud, Et pervenit verbum ad regem. pag. 131. C. tom. 6.*

S. HILARIUS. 80. Eſſe non eſt accidens Deo, ſed ſubſiſtens veritas, & manens cauſa, & naturalis generis proprietas. *Lib. 7. de Trin. ante med. fol. 37. col. 2.*

81. Non ex compoſitis atque inanimis Deus (qui vita eſt) ſubſiſtit: neque qui virtus eſt, ex infirmis continetur: neque qui lux eſt, ex obſcuris coaptatur: neque qui ſpiritus eſt, ex diſparibus formabilis eſt. Totum in eo quod eſt, unum eſt. *Ibidem, poſt med. fol. 37. col. 2.*

HUGO à S. VICTORE. 82. Deus eſſentialiter & propriè, & verè eſt, & in omni re, ſive natura, ſive eſſentia eſt, ſine ſui definitione, & in omni loco ſine circumſcriptione, & in omni tempore ſine mutabilitate. *Lib. 1. de ſacram. part. 3. cap. 17. in princ. pag. 367. B. tom. 3.*

HUGO CARD. 83. Homo ex ſe nihil eſt, ſi autem aliquid eſt, ex Dei munere eſt. *Sup. Sapient. cap. 6. ſub finem. fol. 149. col. 3. tom. 3.*

84. Sicut injuſti peccant, dicendo ſe eſſe quod non ſunt: ita aliquando juſti peccarent, ſi tacerent quod ſunt. *Sup. Iob. cap. 32. fol. 433. col. 3. tom. 3.*

S. JOANNES CHRYSOST. 85. Quid vilius, quàm hodie aliquid eſſe, cras verò deſinere? *Hom. 23. ſup. Matth. oper. perf. ante med. col. 215. C. tom. 2.*

86. Tales eſſe, quales apparent, juſtorum eſt. *Hom. 8. ſup. 2. Cor. poſt init. col. 746. D. tom. 4.*

S. IOAN DAM. 87. Ex omnibus nominibus, quæ Deo tribuuntur, nullum æquè proprium videtur, ſicut Entis nomen: univerſum id quod eſt, tanquàm immenſum quoddam & infinitum eſſentiæ ſuæ pelagus complexu ſuo continet. *Lib. 1. de fide orthodoxa cap. 14. circa med. fol. 165. pag. 2. littera A.*

88. Excordes ac ſtolidi homines animo ita comparati ſunt, ut ea quæ ſunt, perindè ac ſi non ſint aſpernentur: ea autem quæ non ſunt, perindè ac ſi ſint amplectantur ac mordicùs retineant. *Profec.* S. JOAN. DAM.

89. Qui eorum, quæ ſunt, dulcedinem minimè deguſtavit: is eorum, quæ non ſunt, naturam perſpectam habere non poterit. *De SS. Barlaam & Ioſaphat. cap. 2. circa med. fol. 508. pag. 2. D.*

90. Vera eſſentia non ſubjacet æſtimationi: qui ſe æſtimat eſſe quod non eſt, errat: & qui ſe reputat quod eſt, virtutem venalem portat. *Lib 2. de Tent. Religioſ. cap. 4. ab initio. pag. 707. col. 1.* JOAN. TRITH.

91. Omnis qui non eſt quod eſſe debet, malè eſt. *Orat. 7. in Conventu Abbat. habitâ. ſub fin. pag. 911. col. 2.*

92. Etſi aliquid es, niſi tantò te humilies, quantò magnus es, perdes omninò quod es. *De conflictu vitior. & virt. poſt init. pag. 710. col. 1.* S. ISID. HISP.

93. Eſſe, quàm videri præſtantius eſt. *Lib. 3. Ep. 374. ad Archont. Presbit. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 617. col. 2. E. edit. Colon.* 1618. S. ISID. PELUS.

94. Eſt, apparet aliquando cœpiſſe: nulla res eſſe in mundo ſine exordio poteſt. & quia cœpit, apparet quandoque deſitura. *Lib. 1. de divin. Inſt. cap. 11. ante fin.* LACT. FIRM.

95. Eſſe Deo quod eſt, ſemper æternum, ſemper eſt proprium. *Ep. 93. ad Turibium, Epiſc. Aſturienſ. cap. 5. in fine.* S. LEO I.

96. Graviter decipiuntur, qui putant ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſint. *Epiſt. 107. ad Amicum ſuum. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 789. col. 2. H. edit. Colon.* 1618. PETR. BLES.

97. Nunquàm Deus mutatur de futuro eſſe in eſſe, vel de eſſe in fuiſſe; ſed ſemper idem eſt, & ſemper eſt quod eſt. *Opuſc. 36. cap. 15. ante fin. pag. 664. col. 1. A. tom. 3.* S. PETRUS DAMIANUS.

98. Eſſe eſt ipſa natura Dei, quod nulli alii convenit: nihil de eſſe ſibi deeſt, habet enim totum eſſe ſuum ſimul, quod de creatura, in quantum mutabilis eſt, dici non poteſt. *Sup. 1. ſent. diſt. 8. Quæſt. 1. art. 1. in contrar.* S. THOMAS AQUINAS.

99. Aliquid dicitur eſſe in aliquo dupliciter; uno modo ſecundùm ſuam eſſentiam, alio modo ſecundùm ſuam ſimilitudinem; utroque autem modo creatura in Deo eſſe dicitur. *Ibid. diſt. 36. Quæſt. 1. art. 1. in contrar.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

100. Omnes ea quæ ſunt, alicubi eſſe exiſtimant: quia id quod non eſt, nuſquàm eſt. *Lib. 4. Phyſic. cap. 1. text. 1. tom. 1.* ARISTOTELES.

101. Melius eſt eſſe, quàm non eſſe. *Lib. 2. de Generat. & interitu. cap. 10. text. 59. tom. 1.*

102. Author primus eſt eſſentia, ex qua emanant reliquæ eſſentiæ; & ob id propriè eſt ſupereſſentia. *Lib. 12. Theolog. cap. 19. in princ. tom. 1.*

Etymologia.

DEFINITIO.

ETYMOLOGIA eſt, quæ vim nominis alicujus rectè deſignat, & ex ipſo ſenſu explicat. *De definit. ante fin. col. 802. E. tom. 4.* S. ATHANAS.

Etymologia eſt oratio brevis per certas aſſonationes oſtendens ex quo nomine id quod quæritur venerit nomen. *Sup. Pſ. 5. verſ. 1.* CASSIODORUS.

Evagatio mentis.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. EXIGUIS momentis mens inclinatur humana, & huc atque illuc pro verſutia ſuadentis frequenter impellitur. *Lib. 4. ſuper Lucam cap. 4.* S. AMBROSIUS.

Digitized by Google

in illud, JESUS *ductus eſt in deſertum. columna* 1666. *tom.* 5.

S. ANTONIUS DE PADUA. 2. Animus diſtentus per multa, multis laceretur curis neceſſe eſt. *Serm.* 1. *Pentecoſt. in calce, folio* 167. *pagina* 1.

S. BASILIUS MAGNUS. 3. Peculiaris hic morbus eſt deſidis & ignavæ animæ, vigilante corpore inſomnia videre. *Apud Div. Joan. Damaſc. libro* 3. *Parall. cap.* 55. *fol.* 128. *pag.* 1. *littera D.*

4. Habent morem hunc dæmones, ut faciendæ orationis tempore per ſpecioſam ſcilicet aliquam laudabilis cauſæ alicujus ſimulationem nobis ſedulò authores ſint, ut ab ea nos ſubducamus, ut quam ſalutem afferre nobis intelligunt, ab ea nos probabiliter abducant. *De Abdicat. rerum. poſt med. tom.* 2.

V. BEDA. 5. Quantò mens fit diviſa ad multa, fit minor ad ſingula. *In ſuis Proverb. verbo Quantò, pag.* 196. *tom.* 2.

6. Quantò magis exteriùs mente quique vagando manent, tantò minùs quæ ſunt interna guſtant. *In libros Regum, quaſt.* 14. *in calce columna* 339. *tom.* 4.

7. Animus toties à nobis recedit, quoties ad appetenda terrena foris vagatur. *Hom. ſup. Litanias majores, in princ. col.* 26. *tom.* 7.

S. BERNARD. 8. Sæpè dùm oro, non attendo quod dico: oro quidem ore, ſed mente foris vagante, orationis fructu privor. *Proſec.*

9. Corpore ſum interiùs, ſed corde exteriùs, & ideò perdo quod dico: parum enim prodeſt ſola voce cantare ſine cordis intentione.

10. Propterea magna perverſitas, imò magna inſania eſt, quando cum Domino Majeſtatis loqui in Officio præſumimus, & inſenſari aurem avertimus, & ad neſcio quas ineptias convertimus cor.

11. Magna quoque inſania & graviter vindicanda. cùm viliſſimus pulvis loquentem ad ſe audire dedignatur creatorem univerſitatis. *In Medit. cap.* 8. *fero. per totum, folio* 324. *col.* 2. *E.*

12. Nihil in me corde fugacius quod quoties me per evagationes deſerit, & per pravas cogitationes diffluit, toties Deum offendit. *Ibidem, cap.* 9. *in princ. folio* 324. *col.* 2. *F.*

13. Tanta eſt levitas mentis: aliud canto, & aliud cogito: in choro ſum corpore, in aliquo negotio mente; nunc intùs maneo, nunc foras exeo. *De inter. domo. cap.* 33. *in medio.*

S. BONAVENT. 14. Magna abuſio eſt, habere os in choro, & cor in foro. *In regula Novit. cap.* 1. *in princ. pag.* 623. *col.* 2. *E. tom.* 7. *part.* 4.

CASSIODORUS. 15. Vix reperies ut oranti cuiquam non aliquod inane cogitationis incurrat obſtaculum, & intentionem quâ in Deum mens dirigitur declinet ac frangat. *Sup. Pſ.* 101. *ante med. Proœmii. fol.* 151. *col.* 3.

DIONYSIUS CARTHUS. 16. Vile & fatuum eſt, & coram Deo ridiculoſum, mundum & ea quæ mundi ſunt corporaliter reliquiſſe, & tamen per mentis affectum, per cogitationes inanes, per incuſtodiam miſeri cordis, mundum diſcurrere, & mundum intra ſe clauſum tenere, ac per fœda & vana phantaſmata diſtrahi. *De profectu ſpirit. art.* 14. *circa med. fol.* 156. *pag.* 1.

17. Evagatio mentis eſt in cogitatione. *De perfect. charit. art.* 41. *in medio, fol.* 217. *pag* 2.

S. EPHRÆM. 18. Noli eſſe amator evagationis. *Adhort.* 4. *in med. pag.* 291. *A. tom.* 2.

S. EUSEBIUS EMISSEN. 19. Caveamus ne fortè hîc ſolo corpore conſiſtamus, & corda noſtra probentur errare per ſeculum. *Homil.* 4. *Epiphan. in princ. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *pagina* 550. *columna* 1. *B. editionis Colon.* 1618.

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 20. Ubi eſt quies & meditatio, ibi nec ſolicitudo, nec evagatio. *In ſuis opuſc. in admonit. ad fratres. cap.* 26. *pag.* 80. *tom.* 1.

21. Pudere debet quemquam in vagationes nugatorias diſtrahi, cùm tempore orationis magnum regem alloquitur. *In ſuis opuſc. oraculo* 11. *pagina* 500. *tom.* 3.

GLOSS. INTER. 22. Qui ſponte negligens vagatur, mox à diabolo corrumpitur. *Sup Geneſ. cap.* 34. *in illud, Egreſſa eſt Dina, &c. col.* 362. *F. tom.* 1.

S. GREG. MAGN. 23. Intentioni animæ, ſi exterior evagatio clauditur, interior receſſus aperitur. *Libro* 30. *Moral. cap.* 9. *poſt med. col.* 1020. *D. tom.* 1.

24. Dùm mens per multa ſpargitur, ſtare in intimis fixa prohibetur. *Ibidem, lib.* 1. *cap.* 4. *circa med num.* 4. *col.* 4. *D.*

25. Mens ſparſa in infimis jacet, quæ collecta ſi vellet, ad ſumma conſurgeret. *Ibidem, lib.* 31. *cap.* 7. *poſt medium, num.* 9. *col.* 1031. *A.*

26. Quaſi huic adhuc mundo vivimus, cùm mente in eum vagamur. *Ibidem, lib.* 5. *cap.* 5. *circa medium, col.* 135. *C. tom.* 1.

27. Quantò extrà ſe inhians animus funditur, tantò ampliùs in internis obtutibus reverberatur. *Libro* 22. *Moral. cap.* 2. *a med. col.* 733. *A.*

28. Grave conſilium cordis omnem inconſtantiam vagationis expellit. *Ibidem, lib.* 19. *ante med. ſuper illud Job* 28. *Quando ponebat pluviis legem, columna* 636. *littera D.*

29. Nihil nobis vicinius corde noſtro, & tamen cùm per pravas cogitationes ſpargitur, longiùs evagatur. *Ibidem, lib.* 26. *cap.* 23. *paulò poſt med. num.* 29. *col.* 882. *D.*

S. GREG. NYSS. 30. Hominum mens, ſi paſſim diffunditur, perpetuò diffluit ac diſſipatur: ſed ſi undique ſeſe collegerit, atque in ſe receperit, nihil impedimento erit, quò minùs ad ſuperiora feratur. *De virginit. cap.* 7. *in principio. col.* 653. *lit. B.*

HUGO A S. VICTORE. 31. Sunt quidam, qui mente vagi, attoniti oculis, habitu diſſoluti, plana parietum proſpicientes perluſtrant, aliud cantant, & aliud cogitant. *Proſecutio.*

32. In choro ſunt corpore, ſed in foro mente: pſalmodiæ verba proferunt, ſed pſalmodiæ ſenſum non attendunt. *Libro de Clauſtro animæ, cap.* 22. *in princ. pag.* 51. *H tom.* 2.

33. Non orat, ſed ſubſannat potiùs, & ad iracundiam provocat Deum, qui cùm ante conſpectum ejus, quaſi poſtulaturus, venerit, ſubitò ſe ad alia (quæ nihil ad rem pertinere videntur) replicanda convertit. *De modo orandi. cap.* 4. *prope initium, pagina* 355. *littera B. tom.* 2.

HUGO CARD. 34. Diabolus ſtatim atque videt animam extrà ſe vagantem, diligit eam, & rapit, & corrumpit. *Super Gen. cap.* 19. *fol.* 24. *col.* 1. *tom.* 1.

35. Qui in evagatione delectatur, ſæpè fugit in mundum, etiam dùm cantat in Eccleſia. *Ibidem, cap.* 31. *fol.* 44. *col.* 1. *tom.* 1.

36. Cor evagans ad exteriora, non poteſt laudare Dominum. *Sup. Pſalm.* 102. *in princ.* 262. *columna* 2. *tom.* 2.

S. IOAN. CASS. 37. Tria ſunt, quæ vagam mentem ſtabilem faciunt, vigiliæ, meditatio, & oratio; quarum aſſiduitas & jugis intentio, conferunt animæ ſtabilem firmitatem. *Collat.* 10. *Abbat. Iſaac. cap. in princ. pag.* 551.

S. IOAN. CLIM. 38. Certa tota animi intentione, mentemque ſemper inquietam ac vagam infatigabiliter contine, teipſum colligens. *Gradu* 4. *poſt med. apud Bibliothec. Patrum, tom.* 6. *part.* 2. *pagina* 253. *col.* 2. *littera E. edit. Colon.* 1618.

39. Si te ſemper exerceas, ut mens tua numquàm longiùs evagetur, etiam in ipſa menſæ appoſitione prope te erit oratio. Si autem effrenis liberè vagari patieris, numquàm tecum permanere poterit. *Ibidem, Gradu* 28. *ante med. pag.* 290. *col.* 2. *H.*

LUDOV. BLOS. 40. Etiam precatio illa, quæ cum diſtractione cordis peragitur, fructuoſa eſt, & à Deo ſuſcipitur: ſi modò is qui orat, patitur invitùs hujuſmodi diſtractionem. *In brevi regula Tyronis. verbo Si inter.*

S. PETRUS CHRYSOL. 41. Nihil eſt præſentia corporalis, ubi fuerit mentis miſeranda ſeparatio. *Serm.* 32. *in principio, apud*

Bibliothec. Patrum, tom. 5. part. 2. editionis Colonienſis 1618.

S. PETRUS CHRYSOLOG. 42. Non ſtat in conſilio, impiis cogitationibus qui vagatur: iſte modò fertur ad cœlum, modò refertur ad terras: jactatur per maria, levatur fluctibus, mergitur in profundo, & ſuâ ſemper mente volutatur ut ebrius. *Ibidem, ſerm. 44. ante medium, pagina 694. columna 1. lit. C.*

S. PETRUS MAURITIUS ABBAS CLUN. 43. Acedioſus cellulâ clauſus inter frequentias populorum diſcurrit, nundinas & angiportus ſolicitus mercator oberrat. *Profec.*

44. Fit ei requies tormentum, ſeſſio labor, ſilentium pœna, clauſura infernus.

45. Sic cœcatus lumine mentis, clauſuſque tenebroſo carcere, rursùs ad molam inquietudinis redit. *Lib. 1. Ep. 20. ad Giſlebert. circa med. apud Bibliothecam Patr tom. 12. part. 2. pag. 22. col. 2. lit. E. edit. Colonienſi,* 1618.

46. Difficile eſt mentem fuſam per diverſa, facilè ſe recolligere poſſe: contractus enim terrenis actibus pulvis, non leviter à mentis oculis abſtergitur. *Ibid. lib. 2. Epiſt. 17. ad Jordanum, poſt medium, pagina 60. col 2. lit. H.*

THALASSIUS. 47. Senſus naturâ ſenſibilibus afficitur: ſed cùm circa ea diſtrahitur, diſtrahitur & mens. *Hecatontad. 2. ſent. 42. apud Bibliothecam Patrum, tom. 7. edit. Colon.* 1618.

48. Coge ſenſus in mentis obſequium, & non des ipſis occaſionem eam diſtrahendi. *Ibidem, ſentent. 43. &c.*

S. THOMAS AQUINAS. 49. Si quis ex propoſito in oratione, mente evagetur, hoc peccatum eſt, & impedit orationis fructum. *2.2. quaeſt. 83. art. 13. in corp. ad 3.*

THOMAS À KEMPIS. 50. Nihil laborioſius, quàm cor cuſtodire ab evagatione & vitioſis imaginibus, ex ſenſibilibus rebus acquiſitis. *Serm. 13. ad Novit. Diviſ. 1. tom. 11.*

51. Vagus vagè orat, levis leviter cantat. *Ibidem, ſerm. 30. diviſ. 11.*

52. Parvum fructum de multis verbis colligit, qui orando cor à pravis cogitationibus non præmunit. *In hortulo Roſar. cap. 12. ſect. 5. tom. 2.*

53. Non eſt leve peccatum, in præſentia Dei & Sanctorum, in choro vago corde ſtare. *De diſcipl. clauſtral. cap. 8. ſect. 5. tom. 2.*

IN VIT. PATR. 54. Initium malorum eſt, diſtendere mentem. *Libro 5. libell. 2. de quiete. num. 12. in princ. pagina 564. columna 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SENECA. 55. Animum cogo ſibi intentum eſſe, nec avocari ad externa. *Epiſt. 56. circa medium, pagina 621. tom. 2.*

Evangelium.

DEFINITIO.

COLLECTOR. EVANGELIUM eſt annuntiatio gratiæ Dei peccatoribus reſipiſcentibus per Chriſtum partæ, & efficaciter credentibus & Deum timentibus oblatæ ad vitam æternam.

Evangelium eſt Teſtamentum novum & æternum de gloria Dei, noſtraque ſalute, quod cordibus noſtris immediatè aut mediatè inſcribitur à Chriſto.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. Verbum ſalutis Evangelicæ cum patientia defenditur, ſine diffidentia prædicatur. *Lib. 2. contra Creſcon. cap 1. poſt init. tom. 7.*

2. Quæ unquàm litteræ ullum habebunt pondus authoritatis, ſi Evangelicæ non habebunt? *Libro 33. contra Fauſt. cap. 6. poſt init. tom. 6.*

3. Primarum vocum Evangelizantium, infidelitas hominum cauſa extitit. *Lib. 13. Conf. cap. 21. antè med. tom. 1.* S. AUGUSTIN.

4. Fas non eſt Evangeliſtarum aliquem mentitum fuiſſe vel exiſtimare, vel dicere. *Lib. 2. de conſenſ. Evang. cap. 12. poſt medium, tom. 4.*

5. Omnes Evangeliſtæ vera dicunt, nec ſibi ullo modo contraria, ſi lector non hæretico animo accedat, ſed fideli corde undè ædificetur, inquirat. *Lib. 3. contra Fauſt. cap. 5. in medio. tom. 6.*

6. Hæreticici Evangelium accuſare non poſſunt, ut non Chriſtum honorent, ſed ut decipiant Chriſtianos. *Contra Adimant. cap. 13. in med. tom. 6.*

7. Non oportet in parte credere Evangelio, & in parte non credere. *De Agone Chriſt. cap. 22. poſt init. tom 3.*

8. Fieri poteſt ut aliqui verum habeant Evangelium, quod non rectè intelligendo falſa credant de Deo. *De unico baptiſmo. cap. 11. prope init. tom. 7.*

9. Angelus propter Evangelium, quod nuntiavit hominibus, nuntius eſt. *Libro 18. de Civ Dei. cap. 35. in medio. tom. 5.*

10. Inter funera Martyrum, prædicatum eſt toto orbe Evangelium. *Ibidem, cap. 50. poſt medium.*

11. Omnes qui contra Chriſtum portant ſignum Chriſti, & contra Evangelium, de ipſo Evangelio, quod non intelligunt, gloriantur. *Ep. 61. poſt initium, tom. 2.*

12. Attendunt homines quanta celeritate Evangelium prædicatur, & non attendunt quanta perverſitate contemnitur. *Ep. 122. poſt init. tom 2.*

13. Inter omnes divinas authoritates, quæ ſanctis litteris continentur, Evangelium meritò excellit. *Proſecutio.*

14. Quod enim lex & Prophetæ futurum eſſe prænuntiaverunt, hoc completum in Evangelio demonſtratur. *Libro 1. de conſ. Evang. cap. 1. in principio, tom. 4.*

15. Evangelium ſummum culmen authoritatis obtinuit. *Ibidem, libro 2. cap. 12. poſt med.*

16. In tribus Evangeliis activæ, in Joannis autem Evangelio dona contemplativæ virtutis elucent eis, qui hæc dignoſcere ſunt idonei. *Ibidem, libro 4. cap. 10 ante finem.*

17. Authoritas Evangelii hominum doctiſſimorum ingenia ſubegit. *Lib. 3. contra Fauſt. cap. 2. poſt initium, tom. 2.*

18. Evangelium ſi aliud eſt præter id, quod ſive per ſe, ſive per aliquem Dominus dedit, jàm nec Evangelium rectè dici poteſt. *In Expoſ. Ep. ad Galat. cap. 1. poſt init. tom. 4.*

19. Evangelium quod ſecundùm hominem eſt, mendacium eſt. *Ibid. poſt medium.*

20. Semper ante te habes quem ſequaris, Dominus exemplum in terram poſuit, cùm Evangelium ibi reliquit, in Evangelio tecum eſt. *Homil. 34. ex quinquag. Hom. cap. 9. poſt init. tom. 10.*

21. Cùm caput tibi dolet, laudamus, ſi Evangelium ad caput tibi poſueris. *Tract. 7. ſuper Ioan. ante med. tom. 9.*

22. Tota intentio cordis ad Evangelium feratur, nemo aliundè cogitet. *Ibidem, tract. 12. circa initium.*

23. Chriſtus pervenit ad nos ut loqueretur nobis Evangelium, ut perveniamus ad vitam æternam, ubi non nobis legatur Evangelium; ſed ille qui modò nobis Evangelium diſpenſavit, appareat. *Ibidem, tract. 22. circa initium.*

24. Nos ſic audiamus Evangelium, quaſi præſentem Dominum. *Ibid. tract. 30. circa init.*

25. Quod in ſancto Evangelio breviter dicitur, non breviter oportet exponi, ut quod auditur intelligatur: verba enim Domini pauca, ſed magna ſunt, non numero æſtimanda, ſed pondere. *Ibid. tract. 37. in princ.*

26. Tranſgrediuntur homines Evangelium: etiam

ad tales Dominus excitandos non dedignatur accedere. *Ibidem, tract. 49. poſt medium.*

S. AUGUSTIN. 27. Spiritales materno affectu, imitationem ſuam perſuadentes, pariunt per Evangelium. *Annotat. in Iob, cap. 39. poſt init. tom. 4.*

28. Ego Evangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoveret authoritas. *Contra Epiſt. Manich. cap. 5. ante med. tom. 6.*

29. Non deſunt adhuc ultimæ gentes, quibus Evangelium nondùm fuerit prædicatum. *De nat. & gratia. cap. 2. circa med. tom 7.*

S. BERNARD. 30. Evangelium ad hoc ſcriptum eſt ut legatur: nec ob aliud legitur, quàm ut rationabilem conſolationem, vel deſolationem exindè capiamus. *Serm. 1. de ſeptem panibus in princ.*

31. Evangelium ſpeculum veritatis nemini blanditur, nullum ſeducit, talem in eo ſe quiſque reperiet, qualis fuerit: ut nec ibi timore trepidet, ubi non eſt timor, nec lætetur cùm malè fecerit. *Ibidem*, &c.

32. Conſecraſti os tuum Evangelio, nugis jàm aperire illicitum, aſſueſcere ſacrilegum eſt. *Libro 2. de Conſider. ad Eugenium Pap. prope finem, fol. 278. columna 1, littera B.*

S. CYPRIAN. 33. Non poteſt Evangelium in parte conſiſtere, & in parte nutare: aut utrumque oportet ut valeat, aut utrumque vim veritatis amittat. *De lapſis, poſt medium, tom. 2.*

34. Martyres aut nihil poſſunt, ſi Evangelium ſolvi poteſt, aut ſi Evangelium non poteſt ſolvi, contra Evangelium facere non poſſunt, qui de Evangelio Martyres fiunt. *Ibidem.*

35. Nunc Eccleſiæ jungitur, qui ab Evangelio ſeparatur. *Ibidem, paulò ante med.*

DIONYSIUS CARTHUS. 36. Brevis differentia Evangelii & legis, eſt amor & timor. *Super Epiſt. Jacobi. cap. 1. art. 3. poſt init. fol. 7. littera A.*

GILLEBERTUS ANGLUS. 37. Evangelicè ex toto loquere, qui vir Evangelicus es. *Serm. 16. ſuper Cant. circa med. apud D. Bernard. volum. 2. fol. 13. columna 4. M.*

S. GREG. MAG. 38. Quantum ſanctum Evangelium Teſtamentum vetus præcellit, tantò & prædicatores ejus in deſcriptione prophetica præferri debuerunt. *Hom. 16. ſup. Ezech. ante medium, in illud, Cumque aſpicerem animalia. tom. 2.*

S. HIERONYM. 39. Divinis Evangelium vocibus contonat. *Ep. 1. ad Heliodor. circa med. pagina 3. A. tom. 1.*

40. Nunc etiam Sacerdotes Dei omiſſis Evangeliis & Prophetis, videmus comœdias legere, amatoria Bucolicorum verſuum verba canere, tenere Virgilium: & id quod in pueris neceſſitas eſt, crimen in ſe facere voluptatis. *Tom. 3. Ep. 24. ad Damaſ. Pap. ante med. pag. 129. B.*

41. Hæretici Evangelicam veritatem corrumpunt prava intelligentia, & ſunt caupones peſſimi, facientes de vino aquam. *Libro 1. ſup. Iſayam. cap. 1. ſuper illud, Caupones tui miſcent vino aquam. pagina 10. littera A. tom. 5.*

42. Quatuor ſunt qualitates, de quibus ſancta evangelia contexantur.
- Præcepta. — In præceptis juſtitia.
- Mandata. — In mandatis charitas.
- Teſtimonia. — In teſtimoniis fides.
- Exempla. — In exemplis perfectio.

Super Marc. in medio præfat. pag. 87. D. tom. 9.

43. Non putemus in verbis Scripturarum eſſe Evangelium, ſed in ſenſu: non in ſuperficie, ſed in medulla: non in ſermonum foliis, ſed in radice rationis. *Lib. 1. ſuper Ep. ad Galat. cap. 1. in illud, Notum vobis facio Evangelium. pag. 162. B. tom. 9.*

HUGO CARD. 44. Evangelium eſt ars medendi: pixides ejus ſunt ſeptem Eccleſiaſtica ſacramenta: unguenta ſunt virtutes, & dona electuaria ſunt miracula & exempla. *Super Eccleſiaſtic. cap. 38. fol. 244. columna 3. tom. 3.*

S. INNOC. III. 45. Prædicatio JESU-CHRISTI in quatuor Evangelia derivatur. *Ser. de Evangeliſt. ante medium, fol. 75. columna 2.*

46. Sanè ſicut caput præeminet corpori, & ei cætera membra ſubſerviunt: ſic Evangelium toti Officio præcellit, & ei cæteræ partes intellectuali ratione conſentiunt. *Libro 2. Myſter. Miſſa. cap. 47. in princ. fol. 174. columna 4.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 47. Evangelium eſt nuntium bonum. *Hom. 8. ſuper Matth. a medio, tom. 2.*

48. Ubi eſt virtus Evangelii, in figuris litterarum, an in intellectu ſenſuum? Si in figuris, benè circa collum ſuſpendis: ſi in intellectu, ergo meliùs in corde poſita proſunt, quàm circa collum ſuſpenſa. *Ibidem, Hom. 43. poſt medium, in illud 23. Dilatant phylacteria ſua.*

49. Si in quacumque domo Evangelium eſt, illuc diabolus ingredi non audet. Quantò minùs animam ei aſſiduis lectionibus familiarem, neque dæmon, neque peccatum attinget? *Præfec.*

50. Sanctifica igitur animam, ſanctifica corpus: hoc continget, ſi Evangelium ſemper & animo habueris & linguâ. *Homil. 31. ſuper Ioannem ante finem, tom. 3.*

51. Mel quamvis amarum ſit ægrotantibus, naturâ tamen dulce eſt: ſic & Evangelium boni odoris eſt, etiamſi qui pereunt increduli; nec enim Evangelium facit, ut illi pereant, ſed illorum amentia. *Hom. 5. ſup. 2. Cor. ante med. tom. 4.*

S. PETRUS DAMIANUS. 52. Cuncta ſancti Evangelii præcepta, Crucem ſpirant: & ut Crux poſt Chriſtum portetur, invitant. *Opuſcul. 25. cap. 2. in fine, pagina 604. columna 1. littera D. tom. 3.*

S. PROSPER. 53. De Evangelio vivunt, qui nihil habere proprium volunt, qui nec habent, nec habere aliquid concupiſcunt, non ſuorum, ſed communium poſſeſſores. *Lib. 2. de vita contemplat. cap. 14. in princ.*

Euchariſtia.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

ETYMOLOGIA.

COLLECTOR. EUCHARISTIA græca dictio eſt: εὐχαριστία enim græcè, latinè gratiarum actio dicitur.

HUG. A S. VICTORE. Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti dicitur propter ſui excellentem virtutem Euchariſtia, id eſt, bona gratia. *De quæſt. circa Ep. 1. ad Cor. quæſt. 85. pag. 307. lit. D.*

S. REMIGIUS. Sacramentum corporis Chriſti à communi cœna dicitur (cœnon quippè Græci dicunt commune) quia commune debet eſſe omnibus fidelibus & juſtis. *Super 1. ad Cor. cap. 11. can. 20. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 3. pagina 886. columna 2. G.*

DEFINITIO.

CATECHISMUS ROMANUS. Euchariſtia eſt ſacramentum, quo verum Chriſti corpus, atque ſanguis ſub ſpeciebus panis & vini continetur, nobis ut offeratur, adoretur, atque ſumatur relictum.

S. JOANNES DAMASC. Euchariſtia eſt communio, per quam cum Chriſto commercium habemus, ac carnem ipſius & divinitatem percipimus, atque adeò nos inter nos communicamus atque copulamur. *Libro 4. de fide orthodox. cap. 14. ſub fin. fol. 279. pag. 2. B.*

S. THOMAS AQUINAS. Euchariſtia eſt ſacramentum unitatis Eccleſiaſticæ, quæ attenditur ſecundùm hoc, quod multi ſunt unum in Chriſto. *Part. 3. ſumma quæſt. 82. in corp. ad tertium pag. 187. col. 2.*

Sententiæ Patrum.

S. ALBERTUS MAGNUS. 1. Minùs dignè communicat, qui in peccatis manens, eo fine accepit ut melior fiat. *Proſec.*

2. Nam ex ſumptione Euchariſtiæ nullus malus fit bonus, ſed malus pejor efficitur, & bonus in bono roboratur: ſicut ſebricitantem vinum necat, & ſanum lætificat & conſortat. *Part.2. de Paradiſo animæ. cap.24. de vitiis in medio. pag.* 814.

S. AMBROSIUS. 3. Sacramentum iſtud quod accipis, Chriſti ſermone conficitur: ſermo ego Chriſti, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non poteſt ea quæ ſunt in id mutare, quod non erant? *De Myſteriis initiandorum, cap. 9. ante medium, columna* 1236. *littera A. tom.* 4.

4. Vera caro Chriſti ibi eſt, quæ crucifixa eſt, quæ ſepulta eſt, & verè carnis illius ſacramentum eſt. *Ibidem, in medio, columna* 1236. *B.*

5. In iſto ſacramento Chriſtus eſt, quia corpus eſt Chriſti; non verò corporalis eſca, ſed ſpiritalis eſt: corpus enim Dei, corpus eſt ſpiritale; corpus Chriſti, corpus eſt divini ſpiritus. *Ibidem, ante finem, columna* 1236. *littera D.*

6. Meus panis eſt uſitatus, ſed panis iſte, panis eſt ante verba ſacramentoram: ubi acceſſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti. *Proſec.*

7. Quomodo poteſt qui panis eſt, corpus eſſe Chriſti? conſecratione: conſecratio quibus verbis eſt, & cujus ſermonibus? Domini Jesu.

8. Ubi venitur ut conficiatur venerabile ſacramentum. jàm non ſuis ſermonibus Sacerdos, ſed utitur ſermonibus Chriſti.

9. Non erat corpus Chriſti ante conſecrationem, ſed poſt conſecrationem dico tibi quòd jàm corpus eſt Chriſti. *Libro 4. de ſacram. cap. 4. columna* 1248. *A. tom.* 4.

10. Si quotieſcumque effunditur ſanguis, in remiſſionem peccatorum funditur, debeo illum ſemper accipere, ut ſemper mihi peccata dimittantur; qui ſemper pecco, ſemper debeo habere medicinam. *Ibidem, cap. 6. poſt medium, columna* 1249. C.

11. Qui vulnus habet medicinam requirit: vulnus eſt, quia ſub peccato ſumus, medicina eſt cœleſte & venerabile ſacramentum. *Lib. 5. de ſacram. cap. 4. poſt med. col.* 1252. *C. tom* 4.

12. Ne veluti quidam eſſet horror cruoris, ſed maneret gratia redemptionis, ideò in ſimilitudinem quidem accipis ſacramentum; ſed veræ naturæ gratiam, virtutemque conſequeris. *Ibidem, lib. 6. cap. 1. poſt med. col.* 1253. *D.*

13. Quanta Domine Jesu Christe cordis contritione, & lachrymarum fonte, quanta reverentia & tremore, quanta corporis caſtitate, & animi puritate, iſtud divinum & cœleſte ſacrificium eſt celebrandum? *Proſec.*

14. Ubi caro tua in veritate ſumitur, ubi ſanguis tuus in veritate bibitur, ubi ſumma imis junguntur.

15. Ubi adeſt præſentia ſanctorum Angelorum, ubi tu es Sacerdos & ſacrificium mirabiliter & ineffabiliter conſtitutus.

16. Quis dignè hoc celebrare poterit, niſi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum? *Precat. ante Miſſam, ante medium, columna* 1263. *D. tom.* 4.

17. Accipe quotidiè, quod quotidiè tibi proſit: ſic vive, ut quotidie merearis accipere: qui non meretur quotidiè accipere, non meretur poſt annum accipere. *Libro 5. de ſacram. cap. 4. a medio. col.* 1252. *B. tom.* 4.

S. ANTONIN. 18. O pretioſum convivium, magnificum, ſalutiferum, & omni ſuavitate repletum. *Proſec.*

19. Hoc purgantur peccata, virtutes augentur, & omnium chariſmatum abundantia mens impinguatur. *Parte 3. tit. 14. de Sacramentis. cap. 1. §. 5. in fine. fol.* 179. *col.* 1.

20. Quid melius corpore & ſanguine Domini noſtri? nihil in ſacrificiis majus eſſe poteſt, nec ulla oblatio major reperitur. *Ibidem, cap. 4. in principio, fol.* 182. *columna* 3. S. ANTONIN.

21. Cibus ſum grandium, creſce & manducabis me: nec tu me in te mutabis, ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me. *Libro 7. Conf. cap. 10. in medio, pag.* 94. *C. tom.* 1. S. AUGUSTIN.

22. Si peccata tanta non ſunt, ut excommunicandus quiſquam homo judicetur, non ſe debet à quotidiana medicina Dominici corporis ſeparare: faciat unuſquiſque quod ſecundùm fidem ſuam piè credit eſſe faciendum. *Proſec.*

23. Ille honorando non audet quotidie ſumere, & iſte honorando non audet ullo die prætermittere: contemptum non vult cibus ille, ſicut manna faſtidium. *Ep.* 118. *ad Januarium. cap. 3. circa med. pag.* 360. *C. D. tom.* 2.

24. Solvere inaures timent, & corpus Chriſti cum ſigno diaboli accipere non timent. *Ep. 73. ad Poſſidium. à medio. pag.* 219 *B. tom.* 2.

25. Manna typus eſt eſcæ ſpiritualis, quæ reſurrectionis Domini veritas facta eſt in Euchariſtiæ myſterio. *Ex quæſt. veteris & novi Teſtamenti. quæſt 95. part 2. de novo Teſtament. in medio, pagina* 547. *littera B. tom* 4.

26. Quotidie Euchariſtiæ communionem percipere, nec laudo nec reprehendo: omnibus tamen Dominicis diebus communicandum ſuadeo & hortor, ſi tamen mens ſine affectu peccandi ſit: nam habentem adhuc voluntatem peccandi gravari magis dico Euchariſtiæ perceptione, quàm purificari. *De Eccleſiaſticis dogmatibus cap. 53. in principio, pag.* 145. *littera A. tom.* 3.

27. Quamvis quis peccato mordeatur, peccandi non habeat de cætero voluntatem, & communicaturus ſatisfaciat lachrymis & orationibus, & confidens de Domini miſeratione, qui peccata piæ confeſſioni donare conſuevit, accedat ad Euchariſtiam intrepidus & ſecurus: ſed hoc de illo dico, quem capitalia & mortalia peccata non gravant. *Proſec.*

28. Nam quem mortalia crimina poſt baptiſmum commiſſa premunt, hortor priùs publica pœnitentia ſatisfacere, & ita ſacerdotis judicio reconciliatum communioni ſociari, ſi vult non ad judicium & condemnationem ſui Euchariſtiam percipere. *Ibidem in medio, pag.* 145. *A.*

29. Paveat quem vera delectat pœnitentia, ut non priùs ad Domini corpus accedat, quàm conſortet illum conſcientia bona. *De vera & falſa pœnit. cap. 15. in medio. pag.* 747. *A. tom.* 4.

30. Corporis & ſanguinis Chriſti ſacrificium, ſucceſſit omnibus illis ſacrificiis veteris Teſtamenti, quæ immolabantur in umbra futuri. *Libro 17. de Civ. Dei, cap. 20. poſt medium, pagina* 340. *C. tom.* 5.

31. Sicut Judas, cui buccellam tradidit Dominus, non malum accipiendo, ſed malè accipiendo locum in ſe diabolo præbuit: ſic indignè quiſque ſumens Dominicum ſacramentum, non efficit, ut quia ipſe malus eſt malum ſit, aut quia non ad ſalutem accipit, nihil acceperit. *Libro 5. de baptiſmo. cap. 8. in medio. pag.* 294. *C. tom.* 7.

32. Vis ut Deus det ſe tibi? quid ſi quod vis habere, non vult ipſe ut habeas, ut ſe tibi det? impedimenta removet, ut intret ad te. *Super Pſal. 85. ante med. verſ.* 4. *pag.* 649. *C. tom.* 8.

33. Quidquid mihi præter Deum eſt, dulce non eſt: quidquid mihi vult dare Dominus meus, auferat totum, & ſe mihi det. *Super Pſ. 26. Enarrat. 2. poſt med. verſ.* 14. *pag.* 92. *D. tom.* 8.

34. Nemo Chriſti carnem manducet, niſi priùs adoraverit. *Super Pſalm. 98. circa med. verſ. 5. pag.* 760. *D. tom.* 8.

35. Chriſtus eſt panis vivus, qui de cœlo deſcendit:

& qui in via reficit nos, in patria ſaturabit nos. *Sup. Pſ. 139. ante fin. verſ. 13. pag.* 1110. *C.*

S. August. 36. In patria cœleſti quomodo Chriſtus ſaturabit, qui in peregrinatione ſic paſcit? *Sup. Pſal.* 147. *poſt med. Expoſit. verſ* 3. *pag.* 1183. *A. tom.* 8.

37. O ſacramentum pietatis! ô ſignum unitatis! ô vinculum charitatis! qui vult vivere, habet ubi vivat, habet undè vivat: accedat, credat, incorporetur ut vivificetur, hæreat corpori, vivat Deo, de Deo. *Tract. 26. ſuper Evang. Joan. de cap. 6. poſt med. pag.* 155. *B. tom.* 9.

38. In hac peregrinatione pignus nos conſoletur, quia qui nos dignatus eſt oppignerare, multum paratus eſt dare: ſi talis eſt arrha, quid eſt cujus eſt arrha? *Ibidem, tract.* 32. *de cap.* 7. *circa med. pagina* 175. *littera B.*

39. Hinc docemur, quàm ſit cavendum malè accipere bonum: multùm quippè intereſt, non quid accipiat ſed quis accipiat: nec quale ſit quod datur, ſed qualis ſit ipſe cui datur. Nam & bona obſunt, & mala proſunt, ſicut fuerint quibus dantur. *Proſec.*

40. Per bonum factum eſt malum, dùm malè accipitur bonum: & per malum factum eſt bonum, dùm benè accipitur malum.

41. Quid ergo miraris ſi datus eſt Judæ panis Chriſti, per quem manciparetur diabolo, cùm videas è contrario datum Paulo angelum diaboli, per quem perficeretur in Chriſto? ita & malo bonum obfuit, malum bono profuit. *Ibidem, tract.* 62. *de cap.* 13. *circa init. pag.* 278. *C. tom.* 9.

42. Menſa omnipotentis quæ ſit noſtis, ubi eſt corpus & ſanguis Chriſti: qui accedit ad talem menſam præparet animam ſuam. *Ibidem, tract* 47. *de cap.* 10. *poſt init. pag.* 234. *C.*

43. Intrare quiſquam Eccleſiam poteſt nolens, accedere ad altare poteſt nolens, accipere poteſt ſacramentum nolens, credere non poteſt niſi volens. *Ibidem, tract.* 26. *de cap.* 6. *poſt init. pag.* 152. *C.*

44. Quàm multi Euchariſtiam de altari accipiunt & moriuntur, & accipiendo moriuntur! *Proſecutio.*

45. Nonne buccella Dominica venenum fuit Judæ? & tamen accepit, & cùm accepit, in eum inimicus intravit: non quia malum accepit, ſed quia bonum malè malus accepit. *Ibidem, circa med. in illud* 1. *Cor.* 11. *Judicium ſibi manducat & bibit. pag.* 154. *D.*

46. Qui manducat & bibit indignè, judicium ſibi manducat & bibit.) Non ait Apoſtolus quia illa res mala eſt; ſed quia ille malus malè accipiendo, ad judicium accipit bonum quod accipit. *Ibidem, tract.* 6. *de cap.* 1. *poſt med. pag.* 38. *C.*

47. Cùm ad vos accedo, non recedo undè procedo. *Ibidem, tract.* 69. *de cap.* 14. *in fine, pagina* 288. *littera D.*

48. Confirmetur mens mea inter tanta myſteria dulcedine præſentiæ tuæ, ſentiat te ſibi adeſſe, & lætetur coram te. *Proſec.*

49. Ignis qui ſemper luces, amor qui ſemper ardes, dulcis Chriſte, bone Jesu, lumen æternum & indeficiens, panis vitæ qui nos reficis, & in te non deficis, quotidie comederis & ſemper integer manes.

50. Reſplende mihi, accende me, illumina & ſanctifica vas tuum, de malitia evacua, imple de gratia, & plenum conſerva, ut ad ſalutem animæ meæ manducem cibum carnis tuæ, quatenus te manducando, vivam de te, vivam per te, perveniam ad te, & repauſem in te. *In Manuali. cap.* 11. *a medio uſque ad finem, pag.* 546. *C. D. tom.* 9.

51. Deus cibus eſt, quem non minuit edacitas. *Et habet. in gloſſa ordin. ſup.* 1. *Joan. cap.* 1. *in illud, Deus lux eſt, &c. col.* 1379. *tom.* 6.

52. Vivificum Dominici corporis ſacramentum ſuſcipere non renuas, quin potiùs illud avidiſſimè quæras, fideliter comedas: cibus ille incomparabilis, ineffabilis eſt. *Lib.* 2. *de viſitat. infirm. cap.* 4. *in principio, pag.* 658. *D. tom.* 9.

53. Quotidiè ſi accipis, quotidiè tibi hodiè eſt: tibi hodiè eſt Chriſtus, tibi quotidiè reſurgit. *De verbis Dom. Serm.* 28. *à medio, pagina* 76. *littera C. tom.* 10. S. Augustin

54. Corporis Chriſti ſacramentum multi accipiunt, ſed non omnes qui accipiunt hoc ſacramentum, habituri ſunt apud Deum etiam locum promiſſum membris ejus. *Ibidem, Serm.* 53. *in principio, pag.* 138. *littera D. tom.* 10.

55. Corpus Chriſti manducare, refici eſt: ſed ſic reficeris, ut non deficiat undè reficeris. *Proſec.*

56. Sanguinem ejus bibere quid eſt, niſi vivere? manduca vitam, bibe vitam, habebis vitam, & integra eſt vita; tunc vita erit tibi corpus & ſanguis Chriſti. *De verb. Apoſt. Serm.* 2. *poſt init. pag.* 170. *litterâ C. tom.* 10.

57. In Chriſti corpore vita noſtra conſiſtit; mutet ergo vitam, qui vult accipere vitam: ſi non mutet vitam, ad judicium accipiet vitam. *Serm.* 1. *de tempore. in princ. pag.* 387. *A. tom.* 10.

58. Ut panem Angelorum manducaret homo, Dominus Angelorum factus eſt homo. *Ser.* 9. *de Nat. & in ord.* 13. *in princ. pag.* 414. *D. tom.* 10.

59. Unuſquiſque conſideret conſcientiam ſuam, & quando ſe aliquo crimine vulneratum eſſe cognoverit, priùs orationibus, jejuniis, vel eleemoſinis ſtudeat mundare conſcientiam ſuam, & ſic Euchariſtiam præſumat accipere. *Serm.* 1. *Dedicat. Eccleſ. & in ord.* 252. *in princ. tom.* 10.

60. Si in arca ſordibus plena veſtis non mittitur pretioſa, qua fronte in anima, quæ peccatorum ſordibus inquinatur, Chriſti Euchariſtia ſuſcipitur? *Ibidem, ante fin. pag.* 822. *C.*

61. Nolumus omnia quæ dedit, ſi non dat ſeipſum, qui omnia dedit. *Et hab. apud D. Bonavent. ſer.* 4. *de Rogat. in medio, pag.* 119. *col.* 1. *tom.* 3.

62. Manducare panem eſt in novo Teſtamento ſacrificium Chriſtianorum. *Lib.* 17. *de Civ. Dei. cap.* 5. *in fine, tom.* 5.

63. Sacrificium corporis Chriſti dæmones fugat. *Ibidem, lib.* 22. *cap.* 8. *ante med.*

64. Secundùm quendam modum, ſacramentum corporis Chriſti, corpus Chriſti eſt: ſacramentum ſanguinis Chriſti, ſanguis Chriſti eſt. *Epiſt.* 23. *ante finem, tom.* 2.

65. Noſter panis & calix, non quilibet, ſed certa conſecratione myſticus, fit nobis corpus Chriſti, non naſcitur. *Libro* 20. *contra Fauſt. cap.* 13. *poſt initium, tom.* 6.

66. Sacrificii caro & ſanguis, ante adventum Chriſti per victimas ſimilitudinum promittebatur: in Paſſione Chriſti per ipſam veritatem reddebatur: poſt Aſcenſionem Chriſti per ſacramentum memoriæ celebratur. *Ibidem, cap.* 21. *ante finem.*

67. Scelera & crimina omnes vitare debent, qui accipiunt corpus Chriſti & ſanguinem. *Hom.* 19. *ex quinquag. Hom. ante med. tom.* 10.

68. Lota facie corpore Chriſti & ſanguine communicemus. *Ibidem, Hom.* 28. *cap.* 5. *in fine.*

69. Euchariſtia eſt quotidianus cibus. Norunt enim fideles quid accipiant, & bonum eſt eis accipere panem quotidianum, huic tempori neceſſarium. *Ibid. Hom* 42. *cap.* 4 *poſt med.*

70. Ut quid paras dentes & ventrem? crede, & manducaſti. *Tract.* 25. *ſuper Joan. in medio, tom.* 9.

71. Norunt fideles corpus Chriſti, ſi corpus Chriſti non negligant eſſe: fiant corpus Chriſti, ſi volunt vivere de ſpiritu Chriſti. *Ibidem, tract.* 26. *poſt medium.*

72. Qui Chriſtum manducant, vivunt in æternum, quia Chriſtus eſt vita æterna. *Ibidem in fine.*

73. De uno pane & Petrus & Judas accepit: Petrus accepit ad vitam, Judas ad mortem. *Ibidem, tract. 50. poſt medium.*

S. AUGUSTIN. 74. Accipere ſacramentum corporis & ſanguinis Domini & malus poteſt. *Tract. ſuper Epiſt. Joan. ante med. tom. 9.*

S. BERNARD. 75. Bonum parat habitaculum Deo, cujus nec ratio decepta, nec voluntas perverſa, nec memoria fuerit inquinata. *Serm. 2. Dedicat. Eccleſ. ſub fin. fol. 75. columna 3. littera I.*

76. Vide ne ad illum immundus accedas. *Ser. 2. Paſcha. poſt med. fol. 37. columna 3. littera I.*

77. Chriſtus unius horæ momento, ab ortu ſolis uſque ad occaſum, ab aquilone uſque ad auſtrum præſtò eſt omnibus in Euchariſtia, unus in multis, idem in diverſis locis. *Serm. 1. in Cœna Domini poſt init.*

78. Panis iſte per excellentiam dicitur Euchariſtia, id eſt bona gratia: in hoc enim ſacramento non ſolùm quælibet gratia, ſed ille à quo omnis gratia, ſumitur. *Ibidem.*

79. Quid facis homo indigne? quid facis homo ingrate? adora devotiùs, & recole frequentiùs in ſacramento altaris ſalutem mundi pro te paſſam, vitam pro te mortuam, fortitudinem infirmatam. *Proſec.*

80. Si membrum Chriſti es, compatere capiti tuo: ſi frater Chriſti es commorere fratri tuo.

81. Plange, dole cum gemitu & lachrymis ſuper mortem pretioſam unigeniti Dei Patris.

82. Alioquin ſi non doles, ſi non plangis, ſi non compateris: deliras, degeneras, belluam ſapis, lethargiam pateris, hominem diffiteris. *Ibidem, ante medium.*

83. Gratulare ſponſa, gaude incomparabiliter, præſidentem habes & rectorem ſponſum in præſentis exilij militia: pignus habes, arrham tenes, quibus feliciter ſponſo uniaris in patria. *Proſec.*

84. Glorioſa & amabilis ſponſa, in terra ſponſum habes in ſacramento, in cœlis habitura es ſine velamento: & hìc & ibi veritas, ſed hìc palliata, ibi manifeſta. *Ibidem, ante med.*

85. Vitulus ſaginatus, integer ac perfectus, agnus anniculus, plenus & immaculatus, cum omni ſuavitate, dulciſſimo ſapore, gratiſſimâ jucunditate percipitur, & ſumptus non conſumitur: cibus enim vitæ eſt, qui de cœlo deſcendit. *Ibidem, à medio.*

86. Potes-ne æſtimare quale, vel quantum eſt hoc Sanctum Sanctorum, & ſacramentum ſacramentorum, amor amorum, dulcedo omnium dulcedinum? *Proſecutio.*

87. Hæc ſunt verè feſta paſchalia, hæc ſunt gaudia & fercula vitalia juſtorum, hæc ſunt ſpirituales delitiæ Sanctorum. *Ibidem à medio.*

88. Hoſtia, quam vides, jàm non eſt panis, ſed caro mea, quæ pependit in cruce pro mundi vita. *Proſecutio.*

89. Sanè mutatio iſta, benedictionis opus eſt, non originis: virtus hoc facit, non uſus: effectus eſt potentiæ, non uſus naturæ: dignatio eſt, non ratio: miſericordia eſt, non miſeria: non commune, ſed ſolum: divinum eſt, non humanum: pietatis ſacramentum, non deitatis detrimentum.

90. Hìc pereat phyſicale nutrimentum: cibus iſte non eſt ventris, ſed mentis: non enim datus ad ruinas hujus vitæ, ſed ad æternam vitam animæ conferendam: iſte eſt panis Angelorum, qui neſcit putreſcere, non vadit in ſeceſſum, ſed tendit in excelſum. *Ibidem, poſt medium.*

91. Mira ſunt, fratres, quæ de ſacramento iſto dicuntur: fides eſt neceſſaria, ſcientia rationis ſupervacua: ſcientia ratione & intellectu colligitur, fides ſola authoritate inducitur. *Ibidem, poſt medium.*

92. Odor, ſpecies, ſapor, pondus remanent ad myſterii ritum, & ad guſtus ſuffragium, ut horror penitùs tollatur, & meritum ſortiatur. *Proſec.*

93. Etenim ne humana infirmitas eſum carnis, & potum ſanguinis in ſumptione horreret, Chriſtus velari & palliari illa duo voluit ſpeciebus panis & vini, quæ inter humani generis victualia quodammodò tenent principatum. *Ibidem, ante finem.* S. BERNARD.

94. Sic corpus & ſanguinem ſuum ſumenda propoſuit, ut ſenſus in uno foveretur, in altero fides ædificaretur. *Proſec.*

95. Fovetur enim ſenſus in uno, dùm ſolita tantùm & conſueta proſpicit: ædificatur fides in altero, dùm oculo carnis vidente aliud exteriùs, oculus cordis aliud ſentit & reveretur interiùs: aliud enim latet, aliud patet.

96. Tria in ſacramento altaris attendere debes.
- Speciem panis — Uſque ad ſpeciem panis, ſenſus pertingit exterior.
- Veritatem carnis — Ad veritatem carnis, fides interior.
- Virtutem gratiæ ſpiritualis — Ad virtutem gratiæ ſpiritualis, charitas ſuperior. *Ibid. ante finem.*

97. Corpus Domini ſine dubio eſt vita illis, quibus Chriſtus eſt vita: illis verò mors eſt, qui per culpam & negligentiam membra ſunt diaboli. *Ser. 28. ad Sororem. poſt medium, fol. 89. columna 4. littera L.*

98. Quicumque ad menſam Chriſti ſedere voluerit, non ſine lachrymis accedat; & ſi acceſſerit, ſaltem ſine gemitu non recedat. *In prologo Sermon. de Cœna Dom. in medio, fol. 106. columna 4. M.*

99. Hoc ſacramentum potens eſt peccata conſumere, debellare obvias poteſtates, inferre cœlis revertentes de terra. *In vita S. Malachiæ. verbo Mortua. in fine.*

100. Sine Euchariſtia, vel manducatione corpo- S. BONAVENT.
ris Domini, non eſt ſalus. *Super Ioannem, cap. 6. in illud, Niſi manducaveritis, &c. pagina 351. columna 1. tom. 2.*

101. Magnificum & mirificum, rarum & mellificum ac ſalvificum prandium, quod apponit Dominus ſuis electis, ſcilicet ſeipſum verum hominem & Deum. *Collat. 89. ſup. cap. 21. Ioan. ſup. illud, Venite & prandete. pagina 462. col. 2. tom. 2.*

102. Sicut magna eſt unio eſcarum ad ſumentem, quia carni & ſanguini ſumentis unitur: ſic nos mirabiliter unimur eſcâ corporis Chriſti. *Sermon. 4. in Cœna Domini, in fine pagina 86. columna 2, tom. 3.*

103. Cibus ſum grandium, ait Auguſtinus, id eſt grandis gratiæ. *Ibid. &c.*

104. O quantum peccatum reputares, ſi corpus Chriſti cani daretur: & certè tu luxurioſe, tu invide, tu avare, ſordidior es quolibet cane & fœtidior. *Serm. 5. Dom. 2. Quadrag. in medio, pagina 71. columna 2. tom. 3.*

105. Illo fervore & devotione corpus Jeſu accipere debes de altari, quâ illud corpus accepit Joſeph de Cruce. *Ser. 3. Dom. in oct. Paſchæ. in medio. pag. 103. col. 2. tom. 3.*

106. Quotidie corpus ſuum dat Chriſtus pro te offerendo, quanta putas dabit in cœlo, qui tanta dat in mundo? *Serm. 4. in Rogat. in fine, pagina 119. columna 2. tom. 3.*

107. Menſa divinæ refectionis præparatur, corpus Chriſti hìc verè manducatur, in quo nobis divinitas propinatur. *De ſeptem donis Spirit. S. in ſpecie. de dono ſcientiæ. cap. 3. in medio, pag. 241. col. 1. littera A. tom. 6. part. 1. Proſec.*

108. Ex cujus manducatione reſurrectio nobis promittitur, vita æterna ſperatur, janua cœleſtis aperitur. *Ibidem.*

109. Quantò alimenta ſpiritualia plus ſumuntur, tantò plus appetuntur. *Ibidem, poſt init. pag. 241. col. 1. B.*

110. Nihil

S. Bonaventur. 110. Nihil eſt quod ita gratam mentibus præſtet refectionem, ſicut pania Euchariſtiæ. *Ibidem, ante med. pag. 241. col. 2. D.*

111. O qualis refectio, ubi dapifer Chriſtus, pincerna Spiritus-ſanctus! *Ibidem, de dono Sapientia, cap. 11. poſt medium, pagina 263. columna 1. littera A. tom. 6.*

112. Heu! quot hodie ſunt Sacerdotes miſeri, & ſuæ ſalntis improvidi, qui corpua Chriſti in altari velut carnes pecudum manducant, & involuti atque contaminati abominationibus, (de quibua fas non eſt dicere) ſceleratis manibus, & pollutis labiis contingere non verentur, & oſculari Filium Dei & Mariæ Virginis unigenitum. Talea non ſunt ſacerdotes, ſed ſacrilegi: non Chriſtiani, ſed Hæretici: profectò ſi fidem rectam haberent, aut peccare timerent, aut celebrare ceſſarent. *De præpar. ad Miſſam. cap. 4. in medio, pagina 68. columna 1. littera B. tom. 7.*

113. Cave ne nimis tepidus & inordinatus accedas, & inconſideratus: quia indignè ſumis, ſi non accedis reverenter, circumſpectè & conſideratè. *Ibidem, cap. 5. in princ. pagina 68. columna 2. A.*

114. Accedere indignè, horrendum eſt judicium: non accedere ex notabili negligentia, vel contemptu, damnabile eſt. *Ibidem*

115. Cùm ſacerdos eſt abſque peccato mortali, & in propoſito bono, non habens legitimum impedimentum, & non ex reverentia, ſed ex negligentia celebrare omittit, quantum in ipſo eſt, privat
- Trinitatem laude, & gloriâ.
- Angelos lætitiâ.
- Peccatores veniâ.
- Juſtoa ſubſidio, & gratiâ.
- In purgatorio exiſtentes refrigerio.
- Eccleſiam Chriſti ſpirituali beneficio.
- Seipſum medicinâ & remedio. *Ibid. circa med. &c. poſt Bed.*

116. Tria requiruntur in eo, qui Euchariſtiá ſuſceptuius eſt,
- Corporalis munditia.
- Puritas conſcientiæ.
- Actualis devotio. *In Faſciculario. cap. 7. ante medium, pagina 101. columna 2. D. tom. 7. parte 3.*

117. Habeas reverentiam & timorem: terribilis enim eſt hæc menſa, ad quam cum debita reverentia, & congrua vigilantia, neceſſe eſt accedaa. *Ibidem.*

118. Cogita quòd iſte quem tu ſumis, erit Judex tuus. *Ibidem.*

119. Corpus Chriſti eſt
- Ægris medicina.
- Peregrinantibus via.
- Debiles confortat.
- Valentes delectat.
- Languorem ſanat.
- Sanitatem conſervat. *Lib. 6. Comp. Theolog. verit. cap. 15. in fine, pag. 777. col. 2. D. tom. 7. part. 4.*

120. Per Euchariſtiam fit homo
- Manſuetior ad correctionem.
- Potentior ad laborem.
- Ardentior ad amorem.
- Sagacior ad cautelam.
- Promptior ad obedientiam.
- Devotior ad gratiarum actionem. *Ibid.*

121. Indigna communio
- Peccatis hominem illaqueat.
- Damnationem præparat.
- Proximum ſcandalizat.
- Mentem excæcat.
- Tentationi ſubjugat.
- Deum irritat.
- Vitam temporalem breviat.
- Gratuitis ſpoliat. *Ibidem.*

S. Bonaventur. 122. Gaude ô felix anima, quòd potes eſſe tanti hoſpitis hoſpita. *In Soliloq. cap. 1. poſt init. pag. 106. col. 2. C. tom. 7.*

S. Cæsarius Arelat. 123. Unica & perfecta hoſtia fide æſtimanda eſt, non ſpecie: nec exteriori cenſenda viſu, ſed interiori aſpectu. *Homil. 7. circa init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pagina 751. columna 1. littera B. editionis Colonienſis* 1618.

Cassiodorus. 124. Cibus iſte non dentibua manditur, ſed animæ aviditate devoratur. *Sup. Pſ. 64. poſt med. verſ. 10. fol. 95. columna 2.*

S. Cyrillus Hierosol. 125. Panis & vinum Euchariſtiæ ante ſacram invocationem adorandæ Trinitatis, panis erat & vinum merum, peractâ verò invocatione, panis quidem fit corpus Chriſti, vinum autem ſanguis Chriſti *Catecheſ. Myſtagog. 1. ſtatim à medio, apud Bibliothecam Patrum, tom. 4. pag. 451. columna 2. F. editionis Colonienſis* 1618.

126. Ne conſideres tanquàm panem nudum, & vinum merùm, corpus enim eſt & ſanguis Chriſti, ſecundùm ipſius Domini verba. *Profec.*

127. Quamvia enim ſenſus hoc tibi ſuggerit, tamen fides te confirmet, ne ex guſtu rem judices, quin potiùs habeas ex fide pro certiſſimo, ita ut nulla ſubeat dubitatio eſſe tibi donatum corpus & ſanguinem. *Ibidem, Catecheſ. Myſtag. 4. circa medium, pagina 453. columna 2. littera F.*

Dionysius Carthus. 128. In Euchariſtia ſplendet ac innoteſcit excellentiſſima Chriſti dilectio, ſumma dignatio, pietas maxima, miſericordia infinita. *Sup. hymn. corporis Chriſti ad Laudes, ſub fin. fol. 156. F.*

S. Ephræm. 129. Pretioſus calis tremendi ſanguinis Chriſti lumine ac vita plenua, nobis ecce præſtò eſt, tantò propinquior, quantò qui acceſſerit fuerit purior. *De extremo judicio. ante medium, pag. 235. A. tom. 1.*

130. Potiſſimùm participatione immaculatorum nos myſteriorum dignos exhibeamus, ut mente noſtra ſordidis cogitationibus purgatâ, in nobis inhabitet Dominua. *Ep. ad Joan. Monach. a medio, pag. 272. E. tom. 2.*

S. Eusebius Caesariens. 131. O nobile convivium, in quo ſub panis & vini ſpecie, totus Chriſtus Deua & homo ſumitur! *Profec.*

132. O comeſtio delicatiſſima, in qua omnia ſaporis & odoris eſt ſuavitas, omne delectamentum, omnis medicina, omnis ſuſtentatio, omnis requies, necnon & omne quod deſiderari poteſt. *Ep. ad Damaſ. Pap. de morte. D. Hieron. longè poſt medium.*

S. Eusebius Emissen. 133. Verè unica & perfecta hoſtia, fide eſt æſtimanda, non ſpecie: nec exterioria cenſenda viſu, ſed interioria affectu. *Homil. 5. de Paſcha. circa init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. edit. Colon.* 1618.

134. Tu cùm ad reverendum altare ſalutari cibo, potuque reficiendus accedis, ſacrum Dei tui corpus & ſanguinem fide reſpice, honore mirare, mente continge, cordis manu ſuſcipe, & maximè hauſtu interiore aſſume. *Ibid. ante med. pag. 560. col. 1. D.*

135. Euchariſtiæ ſacra ſuſceptio, non in quantitate, ſed in virtute conſiſtit. *Ibid. circa med. pag 560. col. 2. littera F.*

S. Franciscus Assisias. 136. Si quietè corpus cibum ſuum futurum cum ipſo vermium eſca, accipit; cùm quanta pace & tranquillitate anima accipere debet cibum vitæ, qui eſt Deus? *In ſuis Opuſcul. oraculo 16. pag. 502. tom. 3.*

137. Si hic cibua eſt animæ, ſine quo languet & marceſcit, cur non quotidie ad menſam, in qua proponitur cunctis, cuncti ſedere & manducare deſiderent? *Profec.*

138. Qui itineris fatigatur moleſtia, plus cibi indiget refrigerio, cùm omnes viatores ſumus, & ad patriam pergimus, cur pretioſo & ſapidiſſimo cibo confortari non appetamua?

139. Si ſæpiùs hunc panem, ut decet, ſumeremus, magis in via virtutis proficeremus, & ad deſtinatam nobis patriam robuſtiùs pergeremus. *In ſuis opuſc. ſerm. 7. in fine, pag. 516. tom. 3.*

S. Franciscus Assisiar.

140. Quantum debet eſſe ſanctus & juſtus & dignus, qui non moriturum, ſed in æternum victurum & glorificatum, in quem deſiderant Angeli proſpicere, contrectat manibus, corde & ore ſumit, & aliis ad ſumendum præbet! *In ſuis Opuſc. Ep. 12. ad Sacerdotes, poſt med. pag. 35. tom. 1.*

141. Totus homo paveat, totus mundus contremiſcat & cœlum exultet, quando ſuper altare in manibus Sacerdotis eſt Chriſtus Filius Dei vivi. *Proſecutio.*

142. O admiranda altitudo! ô ſtupenda dignatio! ô ſublimitas humilis! quòd Dominus univerſitatis Deus, & Dei Filius, ſic ſe humiliat, ut pro noſtra ſalute, ſub modica panis formula ſe abſcondat. *Ibidem, ante finem, pag. 36.*

S. Fulgent.

143. Ut panem Angelorum manducaret homo, Creator Angelorum factus eſt homo, utroſque paſcens & integer permanens. *Proſec.*

144. Quàm bonus panis, qui & Angelos paſcit per ſpeciem, ut de ipſo ſatientur in Patria: & nos paſcit per fidem, ne deficiamus in via!

145. Ille panis, qui ſeipſum dat Angelis ad gaudium ſtabilitatis: ſeipſum dedit hominibus ad remedium ſanitatis: & qui eſt Angelorum eſca, nobis factus eſt medicina. *Lib. 2. de Nativit. in medio.*

Glois. ord.

146. Virtus Euchariſtiæ ſugitur in vi amoris. *Super Eſther. cap. 1. columna 1614. littera F. Moraliter tom. 2.*

147. Exemplo Judæ filium hominis tradit, qui illud inviolabile Dominici corporis ſacramentum violare præſumit. *Super Luc. cap. 22. in illud, Ecce manus tradentis me. col. 972. F. tom. 5.*

148. Euchariſtia dignè ſumentibus, eſt vitæ ſpiritualis ſolatium; & indignè ſumentibus, judicium. *Sup. Ioan. cap. 6. col. 1133. C. tom. 5.*

S. Greg. Mag.

149. Quid prodeſt corpus & ſanguinem Chriſti ore percipere, & ei perverſis moribus contraire? *Hom. 22. ſup. Evang. poſt med. col. 411. D.*

150. Etſi iniqui ſacramentum Euchariſtiæ ore percipiunt, virtute ſacramenti nequaquàm replentur. *Lib. 2. in 1. Reg. cap. 1. Expoſit. Moralis. a medio, ſup. illud, Repleti prius pro panibus, &c. columna 1262. littera B tom. 2.*

151. Quid eſt hoc loco ſe probare, niſi evacuata peccatorum nequitia, ſe probatum ad Dominicam menſam, & purum exhibere? *Ibidem, ſup. illud 1. Cor. 11. Probet ſeipſum homo. col. 1262. B.*

152. Cibus electæ animæ, perſona eſt Redemptoris. *Ibid. cap. 2. ſup. illud, Sed quicumque, &c.*

153. Salutis fructum non percipiunt in comeſtione ſalutaris hoſtiæ, qui ea quibus ſe repleverant flagitia, portant in mente. *Ibidem, cap 1. a medio, ſup. illud, Repleti priùs pro panibus &c. col. 1262. B.*

154. Quis fidelium habere dubium poteſt, in ipſa immolationis hora ad Sacerdotis vocem cœlos aperiri, in illo Jesu-Christi myſterio Angelorum choros adeſſe, ſummis ima ſociari, terrena cœleſtibus jungi, unum quoddam ex viſibilibus atque inviſibilibus fieri? *Lib. 4. dialogi cap. 58. in fine, col. 1468. C.*

S. Greg. Nyss.

155. Propterea nobis ſeipſum comedendum proponit is, qui verè eſt: ut cùm ipſum in nobiſipſis acceperimus, illud fiamus, quod ille eſt. *Hom. 8. ſup. Eccleſiaſten. ante med. col. 221. E.*

S. Hieron.

156. Caro Verbi, & ſanguis, qui eſt in carne, non unam habet gratiam; ſed eſt & ſuavis iis qui guſtant, & appetendus iis qui deſiderant, & iis qui diligunt amabilis. *Ibidem.*

157. Nihil quietius, nihil purius, nihil denique pulchrius ea mente eſſe debet, quæ in Dei habitaculum præparanda eſt. *Tom. 1. Ep. 14. ad Celantiam poſt med. pag. 112. C.*

158. Utinam omni tempore jejunare poſſimus, ut Euchariſtiam abſque condemnatione noſtri, & pungente conſcientiâ, ſemper accipere poſſimus. *Tom. 1. Ep. 28. ad Lucinum, ante fin. pag. 194. C.*

S. Hieronymi

159. Dominus Jesus, ipſe conviva & convivium eſt: ipſe comedens, & qui comeditur. *Tom. 3. Ep. 28. ad Hedibiam. quæſt. 2. pag. 142. D.*

160. Nullus unquàm divinis expletur epulis, nec aliquando patitur de ſatietate faſtidium: tantò unuſquiſque capacior, tantoque avidior erit, quantò indè plus hauſerit. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriad. ante med. pag. 17. B.*

161. Veraciter fame conficitur, quiſquis cœleſti pane ſatiari non meretur. *In orat. Hierem. ſup. illud, Pellis noſtra quaſi clibanus, &c. pag. 375. B. tom. 5.*

162. Nihil ita veſcentis animum roborat, quomodo panis vitæ. *Libro 1. ſuper Ezech. cap. 4. in fine. pag. 390. C. tom. 5.*

163. Vultis ſcire quis ſit iſte fructus? Virgo de Virgine, Dominus de ancilla, Deus ex homine, Filius ex matre, fructus ex terra. *Proſec.*

164. Chriſtus flos Mariæ; fructus factus: ut nos illum comederemus, ut nos manducaremus carnem ejus. *Sup. Pſ 66. verſ. penult. Terra dedit fructum ſuum. pag. 92. C. tom. 8.*

165. Quidam ſanè dicunt, quòd non indignum, ſed indignè accipientem revocet à ſancto: ſi ergo etiam dignus indignè accedens, retrahitur, quantò magis indignus, qui non poteſt accipere dignè? *Sup. 1. ad Cor. cap. 11. in illud, Quicumque manducaverit panem hunc, &c. pag. 317. C.*

S. Hilarius.

166. De veritate carnis & ſanguinis non relictus ambigendi locus: nunc enim & ipſius Domini profeſſione, & fide noſtra verè caro eſt, & verè ſanguis eſt. *Lib. 8. de Trin. ante med. fol. 41. col. 3.*

Hugo à S. Victore.

167. Sicut in pane & vino, plena & principalis refectio corporum eſt; ſic in hoc ſacramento, plena & principalis eſt refectio animarum. *De quæſt. circa Ep. 1. ad Cor. quæſt. 88. pag. 307. E. tom. 1.*

168. Per edulium carnis Chriſti, venitur ad guſtum divinitatis. *Ibidem quæſt. 146. pag. 307. E.*

169. Carnem aſſumptam Jesus nobis in edulium propoſuit, ut per cibum carnis ad guſtum invitaret divinitatis. *Lib. 2. ſup. cap. 1. Cœleſtis Hierarch. longè ante fin. ſup. illud Iſay. 53. Verè languores noſtros, &c. pag. 350. A. tom. 1.*

170. Accedo ad humilem elatus, iratus ad mitem, crudelis ad miſericordem: & tamen patitur humilis elatum, mitis iratum, crudelem miſericors. *Proſec.*

171. Accedo ſervus ad Dominum, non amore, ſed timore, non devotione, ſed uſu.

172. Acedo ad Dominum, cujus percuſſi ſervum: ad Patrem accedo, cujus occidi filium. Percuſſi, occidi exemplo: nec tamen pertimeſco Dominum, nec revereor Patrem.

173. Appropinquo ad oſculum pacis, qui priùs reconciliatus accedere debuiſſem ad oſculum fratris. *Lib. 2. de clauſtro anim. cap. 23. in princ. pag. 52. E. tom. 2.*

174. In ipſa immolationis hora, ad ſacerdotis vocem cœli aperiuntur; in illo Jesu-Christi myſterio Angelorum chori adſunt. ſummis ima ſociantur, terra cœleſtibus jungitur, unum ex viſibilibus atque inviſibilibus fit. *Lib. 3. de Anima cap. 50. ante med. pag. 127. G. tom. 2.*

175. Vera caro Chriſti eſt, quam formâ panis opertam in ſacramento ſumimus, & verus ſanguis Chriſti, quem ſub vini ſpecie, ac ſapore potamus. *Ibidem.*

176. Chriſtus in ſacramento per partes manducatur, & manet integer: totus in cœlo, totus in corde tuo: totus in fracto, totus in integro: tantum eſt in exiguo, quantum conſtat eſſe in toto. *Proſec.*

177. Nihilominùs habent ſinguli, quàm univerſi, totum unus, totum duo, totum plures ſine diminutione percipiunt, quia non in ſpecie vel quantitate ſacramenti eſt gratia, ſed in virtute Chriſti. *Ibidem, pag. 128. A.*

178. Communio malorum non maculat aliquem participatione ſacramentorum, ſed conſentione facto-

rum. Sicut Judas, cui Dominus buccellam tradidit, non malum accipiendo, ſed bonum malè accipiendo, locum in ſe præbuit diabolo: ſic indignè quiſque accipiens, locum in ſe præbet diabolo. *Ibidem, in medio, pagina* 128. *littera B.*

HUG. A S. VICTORE. 179. Venit Chriſtus inviſibilis, venit occultus, venit incomprehenſibilis; venit ut tangat te, non ut videatur à te: venit ut admoneat te, non ut comprehendatur à te: venit non ut totum infundat ſe, ſed ut guſtandum præbeat ſe: non ut impleat deſiderium, ſed ut trahat affectum: primitias quaſdam porrigit ſuæ dilectionis, non plenitudinem exhibet perfectæ ſatietatis. *In Soliloquio de Arrha animæ. in fine, pag.* 150. *G. tom.* 2.

180. Magnus eſt bonor, magna ſecuritas, magna gloria, Deum in ſe habere habitatorem. *Ser. 2. de Dedicat. Eccleſ. prope fin. pag.* 316. *F. tom.* 2.

181. Si deteſtandus eſſet Sacerdos, qui accederet ad altare ſine veſtibus: quàm deteſtandus, quàm horrendus eſt, qui accedere præſumit cum vitiis & ſine virtutibus? Quid prodeſt ornari veſtibus, niſi ornemur & virtutibus? *Profec.*

182. Sicut igitur non audemus accedere ad altare ſine veſtibus, ſic non præſumamus accedere ſine virtutibus. *Serm.* 14. *de diverſ. in princ. pagina* 325. *lit. A. tom.* 2.

183. Ipſa Euchariſtia (id eſt bona gratia) hoſtia ſacra & diviniſſima vocatur, quoniam divinos facit, & participes divinitatis eos, qui ſe dignè participant. *Libro 2. de ſacram. part.* 8. *cap.* 8. *in fine. pag* 463. *B. tom.* 3.

184. Tanta eſt dignitas in Euchariſtia corporis Chriſti, ut nec corruptione aliqua affici poſſit, nec ſordibus maculari. *Ibidem, cap.* 12. *in fine, pagina* 464. *littera B.*

S. IGNATIUS MART. 185. Panis (ſcilicet Euchariſticus) pharmacum immortalitatis eſt, mortis antidotum, vitamque in Deo concilians per JESUM CHRISTUM, medicamentum purgans vitia, & omnia pellens mala. *Ep.* 14. *ad Epheſ. in fine, apud Bibl. Patr. tom.* 1. *pagina* 93. *col.* 2. *littera H. edit. Colon.* 1618.

S. JOANNES CHRYSOST. 186. Sicut corpus indiget ſenſibili cibo, ita & anima quotidianâ ſpiritualium ciborum refocillatione. *Hom.* 10. *ſuper Gen. circa finem. columna* 66. *littera A. tom.* 1.

187. Quantò plures Euchariſtiæ ſunt participes, tantò plus ſubſtantiæ illius accreſcit. *Ibidem, Homil.* 45. *in princ. col.* 371. *B.*

188. Euchariſtiæ ſacramentum, pacis ſacramentum eſt. *Homil. 52. ſuper Matth. oper. perf. a medio. col.* 433. *C. tom.* 2.

189. Dæmoniaco multò pejor eſt, qui peccati ſibi conſcius ad ſacram Euchariſtiam accedit. *Profec.*

190. Qui indignè adeunt, æternis tradentur tormentis. *Ibidem, Homil.* 83. *circa finem, columna* 671. *littera B.*

191. Nullus communicet, niſi ex diſcipulis ſit, nullus impuro animo, ſicut Judas, panem aſſumat, ne ſimilia patiatur. *Ibidem.*

192. Si quis venerit cum ſordibus ignoranter, nulla culpa eſt. *Ibidem, in fine.*

193. Quod de manu ſacerdotis porrigitur, nec animalibus dandum eſt, nec infidelibus tribuendum: quia non ſolùm ſanctificatum, ſed etiam ſanctificatio eſt, & ſanctificat accipientem. *Hom.* 17. *ſup. Matth. oper. imperf. in fine, col.* 859. *A. tom.* 2.

194. Qui manducat de ſpirituali convivio, impletur Spiritu ſancto, dilatatur ſenſibus, nutritur in veritate, pingueſcit in fide, & acquirit ſibi vitam æternam. *Proficuo.*

195. Qui ab hoc convivio ſpirituali longè fuerit factus, evacuatur Spiritu ſancto, anguſtatur ſenſibus, deficit à veritate, diſtillat à fide, & noviſſimè cadit in mortem. *Ibidem, Hom.* 41. *poſt init. columna* 1025. *littera B. tom.* 2.

196. Sacrificium Euchariſtiæ, quod eſt Chriſtianorum, tollendum eſt ab Antichriſto, confugientibus Chriſtianis ante eum per loca deſerta, & non erit qui aut in Eccleſiam intret, aut oblationem offerat Deo. *Ibidem, Hom.* 49. *col.* 1086. *D.* S. JOANNES CHRYSOST.

197. Ex latere Chriſti myſteria ortum habent; ut quoties ad ſumendum calicem accedis, tanquàm ab ipſo latere hauriens accedas. *Homil.* 84. *ſup. Joan. col.* 403. *A. tom.* 3.

198. Qui ſacratæ hujus cœnæ indigno participatur accubitu, non cum Petro perveniet ad ſalutis portum, ſed ſuſtinebit cum Juda ſine reparatione naufragium. *Serm.* 1. *in feria* 5. *Paſſionis. in princ. col.* 805. *littera B. tom.* 3.

199. Habebit debitam cum proditore pœnam, qui ad Euchariſtiæ bonum malam attulerit conſcientiam. *Ibidem.*

200. Ad terribilem menſam cum debita reverentia, & cum congrua vigilantia invitamur. Nullus ibi Judas reperiatur, nullus malignus accedat, nullus veneno purgatur. *Profec.*

201. Nullus fictus accedat, nullus fucato animo tantis audeat myſteriis proximare, ne condemnetur & ſententiam mereatur: & quod Judas ſuſtinuit, patiatur.

202. Nam in illum poſt communionem menſæ diabolus intravit, non quia contempſerat Dominicum corpus, ſed quia impudentia ejus & malignitas mentis, ut adverſarius in eo habitaret, effecit. *Hom. de prodit. Juda. poſt med. col.* 823. *A. tom.* 3.

203. Nemo ſit Judas in menſa, hoc ſacrificium cibus ſpiritualis eſt. *Profec.*

204. Nam ſicut corporalis cibus cùm ventrem invenerit adverſis humoribus occupatum, & ampliùs lædit, magis nocet, & nullum præſtat auxilium: ita & iſte ſpiritualis cibus, ſi aliquem reperit malignitate pollutum, magis eum perdet, non ſuâ naturâ, ſed accipientis vitio.

205. Pura igitur mens in omnibus, pura cogitatio, quia & ſacrificium purum eſt. *Ibidem, ante finem, col.* 823. *littera B.*

206. Meritò noſtræ reconciliationis cauſa hoc ſacrificium conſtitutum eſt: & ſi ſacrificii præcepta contempſeris, ſacrificii remedium ſentire non poteris. Comple illud, cujus cauſa ſacrificium factum eſt, ut ſacrificio perfruaris. *Ibidem, circa finem.*

207. Quemadmodùm cera igni adhibita, illi aſſimilatur, nihil ſubſtantiæ remanet, nihilque ſuperfluit: ſic puta myſteria conſumi corporis Chriſti ſubſtantiâ. *Serm. de Euchariſtia, ante medium, columna* 919. *D. tom.* 3.

208. Quemadmodùm corpus Euchariſticum, unitum eſt Chriſto: ita & nos per hunc panem unione conjungimur. *Homil.* 24. *ſuper* 1. *Cor. in medio. in illud* 10. *Et panis quem frangimus, &c. columna* 150. *littera C. tom.* 4.

209. Quod Chriſtus in Cruce paſſus non eſt, id in Euchariſtia patitur, & propter te frangi ſuſtinet, ut omnes ſatiet. *Ibidem.*

210. Quidnam eſt panis? corpus Chriſti: quid autem fiunt qui accipiunt corpus Chriſti? non multa, ſed unum corpus. *Ibidem, in illud* 10. *Quoniam unus panis, & unum corpus, &c.*

211. Quemadmodùm frigida acceſſio periculoſa eſt, ita nulla myſticæ illius cœnæ participatio, peſtis eſt & interitus. *Ibidem, in Morali, poſt med. col.* 315. *littera A.*

212. Hæc menſa, animæ vis eſt, nervi mentis, fiduciæ vinculum, fundamentum, ſpes, ſalus, lux, vita noſtra. *Ibidem.*

213. Abſterge ab omni ſorde animam tuam, præpara mentem ad horum myſteriorum ſuſceptionem. *Ibidem.*

S. IOANNES CHRYSOSTOM

214. Si animæ puritatem & vitæ rectitudinem habueris, ſemper accedere poteris ad ſacram ſynaxim. *Ibidem, Homil.* 28. *poſt init. columna* 542. *littera B.*

215. Cùm ſis Religioſus audes accedere & contrectare corpus Chriſti, cùm animam habeas ſordidam: tu ſordido vaſe nolles uti, animâ verò ſordidâ accedis? *Profec.*

216. Adſtat menſa regia, adſunt Angeli menſæ hujus miniſtri, adeſt rex ipſe, & tu oſcitabundus adſtas: ſi veſtibus indutus es mundis, recumbe & communica. *Serm.* 3. *ſup. Ep. ad Epheſ. in Morali, poſt med. col.* 969. *C. tom.* 4.

217. Non eſt audaciæ ſæpiùs accedere ad Dominicam menſam: ſed indignè accedere; etiamſi ſemel tantùm quiſpiam in toto vitæ tempore accedat, magnæ temeritatis eſt & audaciæ. *Homil.* 5. *ſuper* 1. *Timoth. in Morali, in principio, columna* 1458. *littera B. tom.* 4.

218. Tu cùm carnalem cibum ſumpturus accedis, os & faciem & manus lavas: cùm verò ad ſpiritualem menſam acceſſurus es, animam lavare diſſimulas, atque immunditiâ plenus accedis. *Ibidem, ſub finem, columna* 1459. *A. tom.* 4.

219. Conſidera ne tu ſis reus corporis & ſanguinis Chriſti: Judæi ſanctiſſimum corpus jugularunt, tu verò pollutâ ſuſcipis animâ poſt tot beneficia. *Hom.* 60. *ad populum Antiochenum, poſt initium, columna* 396. *litt. A. tom.* 5.

220. Quo non oportet eſſe puriorem tali fruentem ſacrificio? cogita quali ſis inſignitus honore, quali menſa fruaris. *Ibidem.*

221. Quod Angeli videntes horreſcunt, neque liberè audent intueri propter emicantem indè ſplendorem, hoc nos paſcimur, huic nos unimur, & facti ſumus unum Chriſti corpus, & una caro. *Ibidem.*

222. Dæmonium patiente pejor eſt, qui poſtquàm peccavit, accedit. *Ibidem, circa medium, columna* 397. *littera B.*

223. Menſâ ſpirituali frueris, menſâ regia; & rurſùm luto corpus contaminas; ungis unguento, & fœtore rurſùm imples. *Ibidem, Homil.* 61. *poſt medium, col.* 404. *littera C.*

224. Magnus eſt iſte panis, qui replet mentem & non ventrem: iſte panis & noſter eſt, & Angelorum: iſte panis manducatur, & integer manet, de ipſo comedimus, indè vivimus, indè paſcimur, indè nutrimur, indè pervenimus. *Hom. de orat. Dom. circa medium, in illud, Panem noſtrum quotidianum, &c. columna* 716. *D. tom.* 5.

225. Reverenda ac ſalutaria illa myſteria, quæ in omni Eccleſiæ congregatione celebramus, Euchariſtia (Id eſt gratiarum actio) nuncupantur. *Homil.* 26. *ſup. Matth. poſt medium, col.* 247. *C. tom.* 1.

226. Si fœteat os, ne cibum quidem unà capere ſuſtines: at cùm tantus fœtor ſit in anima, dic mihi, audes communicare myſteriis? *Hom.* 6. *ſup.* 2. *Cor. poſt med. Moral. columna* 734. *C. tom* 4.

227 Non munditia animi, ſed intervallo temporis longiore, conſtare meritum putas, ſummamque arbitraris reverentiam eſſe, ſi non ſæpiùs cœleſtem illam adeas menſam. *Profec.*

228. Ignoras quoniam indignè accedere, etiamſi ſemel tantùm fiat, te ſupplicio tradit: dignè verò etiamſi ſæpè accedas, ſalutem indè conquiris? *Hom.* 5. *ſup.* 1. *Tim. in princ. Moral. col.* 1458. *B. tom.* 4.

229. Non eſt audaciæ, &c. *vide ſupra, ſent.* 217.

230. Angeli ſunt præſentes cum timore & tremore, ipſe autem accedis oſcitans & pigreſcens. *Hom.* 27. *ſup. Ep. ad Hebr. in Morali, ante med. col.* 1830. *B. tom* 4.

231. Tanquàm leones ignem ſpirantes, ab illa menſa recedamus, facti diabolo terribiles. *Hom* 61. *ad popul. Antioch. circa init. col.* 400. *B. tom.* 5.

232. Semetipſum nobis commiſcet, & non fide tantùm, verùm & ipſâ re nos ſuum efficit corpus. *Ibidem, Hom.* 60. *poſt init.*

S. JOANNES CHRYSOST.

233. Quot nunc dicunt, Vellem ipſius formam aſpicere, figuram, veſtimenta, calceamenta. Ecce eum vides, ipſum tangis, ipſum manducas. Et tu quidem veſtimenta videre cupis? ipſe verò tibi concedit non tantùm videre, verùm & manducare, & tangere, & intrà te ſuſcipere. *Profec.*

234. Ideò accedat nemo cum nauſea, nemo reſolutus, omnes accenſi, omnes ferventes & excitati. *Ibid.*

235. Non parva pœna proponitur indignè ſumentibus: itaque conſidera ne tu ſis reus corporis & ſanguinis Chriſti. *Ibidem. Vide ibi plura.*

236. Oportet eum, qui ad hoc corpus accedit, eſſe ſublimem, & cum terra nihil habere commune. *Homil.* 24. *ſup.* 1. *Cor. poſt medium, tom.* 4.

S. JOANNES DAMASC.

237. Summo cum metu, & purâ conſcientiâ, fideque haud quaquàm dubiâ accedamus, Diique efficiamur. *Libro* 4. *de fide orthodoxa. cap.* 14. *poſt medium, fol.* 279. *pagina* 1. *C.*

IOAN. GERS.

238. Credendum eſt planè, quòd Euchariſtiæ ſacramentum continet in ſe plenitudinem omnis gratiæ & meriti ſpiritualis: nihilominus quoad ſatisfactionem pro reatibus culparum, conſtituit hoc ſacramentum Deus in numero, pondere & menſura, itaut ſit valoris finiti. *De orat. verbo Loquimur. part.* 3.

JOAN. TRITH.

239. Sacra communio dignè ſumpta, omnem dæmonis enervat poteſtatem. *Libro* 1. *de tent. Religioſ. cap.* 6. *ante med. pag.* 676. *col.* 2.

S. IRENÆUS

240. Quando & mixtus calix, & factus panis percipit verbum Dei, fit Euchariſtia ſanguinis & corporis Chriſti, ex quibus augetur & conſiſtit carnis noſtræ ſubſtantia. *Libro* 5. *adverſ. Hæreſ. cap. Traductis. longè ante med. pagina* 296.

S. ISID. HISP.

241. Qui ſceleratè vivunt, & communicare non deſinunt, putantes ſe tali communione mundari: diſcant nihil ad emundationem ſibi proficere, ſed ad condemnationem. *Libro* 1. *de ſummo bono, cap.* 22. *ſent.* 7. *pagina* 633. *col.* 1.

242. Eligendi ſunt aliqui dies, quibus priùs homo continentiùs vivat, quo ad tantum ſacramentum dignus accedere poſſit. *Libro* 1. *de Offic. Eccleſ. cap.* 18 *poſt med.*

243. Caro Chriſti eſca Sanctorum. *Sup. Gen. cap.* 31. *poſt med. pag.* 447. *col.* 1.

S. LAURENT. JUSTIN.

244. Noli tu Judam imitari, noli Dominum tuum, atque teipſum venumdare in peccatis, noli ita de Dei bonitate præſumere, ut de te præſumendo cadas atque intereas: quod ordinatum eſt ſanctè, ſanctificatus accipe, ut ſanctificeris adhuc. *Profectio.*

245. Eò ad Euchariſtiam percipiendam eris dignior, quò corde humilior, mente mundior, dilectione ferventior, virtutibus ſolidior, vitâ inventus fueris ſanctior. *De triumphali Chriſti Agone, cap.* 4. *circa med. pag.* 285. *col.* 1. *A parte* 1.

S. LEO P.

246. Multâ nobis vigilantiâ laborandum eſt, ut cordis noſtri receptaculum tanto hoſpite non ſit indignum: itaque jugi oportet ſolicitudine præcaveri, ne quid in noſtris animis incompoſitum, ne quid inveniatur immundum. *Ser.* 5. *Quadrag. in princ.*

LUDOV. BLOS.

247. Nulla lingua exprimere, nullum cor comprehendere poteſt, quàm ingentia bona homini proveniant ex pia perceptione ſacramenti Euchariſtiæ. *In ſpeculo ſpirit. cap.* 12. *ante med.*

248. Quando ad ſacram cœleſtemque menſam (in qua Chriſtus verè ſumitur) es acceſſurus, religioſâ mente recolas charitatem illam ſtupendam, quâ ipſe Dominus Deus noſter, pro nobis pati morique voluit. *Lib.* 1. *Enchirid. parvulor. Document* 12. *poſt med.*

249. Tota TRINITAS inhabitat ipſum corpus Chriſti, quia tota divinitas in eo eſt. *In inſtit. ſpirit. cap.* 8.

S MACHARIUS ÆGYPT. SEN.

250. Qui fruitur Deo, ſatietatem neſcit; quantòque magis eum guſtaverit, ac ederit, tantò plus eſurit. *Homil.* 15 *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 68. *col.* 2. *H.*

ORIGEN. 251. Communicare non times corpus Chriſti, accedens ad Euchariſtiam quaſi mundus & porus, qui impurus es, quaſi nihil in te ſit indignum, & putas quòd effugias judicium Dei? *Hom.2. in Pſal.37. ſub finem, tom. 1.*

PETR. BLES. 252. Frequentia contemptum parit, & ex ipſa raritate creſcit reverentia ſacramenti. *Epiſt 86. ad Alexandr. Carthuſ ante med. apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 770. columna 1. D. edit. Colon.* 1618.

253. Hoſtia indignè accepta ſuſcipientem damnat, non ſalvat: inquinat, non emundat. *Ibidem.*

254. Qui Chriſti corpus indignè conficit, Chriſtum tradit: ut Chriſtus dùm traditur, dicat, Ecce manus tradentis me, mecum eſt in menſa. *Ibidem, Epiſt. 123. ad Richard. Londonenſ. Epiſcop. ante med pag. 799. columna 1. C.*

255. Damnabiliter peccat, qui ad corpus Chriſti cum felle conſcientiæ pravæ, & cum aceto iniquitatis accedit. Perfidus Judæus, perfidus Chriſtianus: ille de latere, iſte de calice ſanguinem Chriſti fundit. *Profec.*

256. Nonne potiùs Antichriſtianus eſt, quàm Chriſtianus judicandus: qui quantum in ſe eſt, Chriſtum jàm factum impoſſibilem, ita tractat indignè, ita probris afficit, ita crudeliter interimit, & ſepelit inhoneſtè? *Ibidem*, &c.

257. Quicumque ad altare Domini accedit inquinatus luxuriâ, juxtà filium Virginis idolum ponit Veneris. *Profec.*

258. Qui ſacra illius ſacramenti verba ore immundo profert, in faciem Salvatoris ſpuit.

259. Cùm in os immundum ſanctiſſimam carnem ponit, eam quaſi in lutum platearum projicit.

260. Ad ſuum judicium ad hoc ſacramentum accedit, qui adhuc abenæ cuticulæ tactu hilareſcit, qui æſtibus vitiorum inardeſcit. *Ibidem, ſer. 38. in calce, pag. 897. col. 2. H.*

PETR. CELL. 261. Proculdubio bujus menſæ edacitas inculpabilis potiùs commendatur, quàm condemnatur. *Profec.*

262. Abſtinere quidem culpa eſt, & pœna: abſorbere verò, gloria & corona.

263. Num fortè ibi formidas conſomptionem, ubi omne bonum exundat conſummationem?

264. Non parcè eſt prandendum, ubi cibum invenis Deum.

265. Hodie ſi totum præſumpſeris, totum cras ſine dubio nihilominùs habebis.

266. Totum diligendo, totum ſumis, ſed non conſumis: ſicut enim diligendo non vaſtatur dilectio, ſic quando à nobis ſumitur Deus amando, nequaquàm finitur ille, qui eſt vera dilectio.

267. Ventremne times onerare? immò abundanter accipe, ſi ventrem & mentem vis relevare: onera noſtra tollit, non imponit: non in ventre tumor, non in venis excreſcit ſuperfluus humor.

268. Cor petit & ſanat, cor implet & mundat, cor luſtrat & illuſtrat.

269. Cibus iſte vitam ſine moleſtia parat, levamen ſine gravamine, immortalitatem ſine corruptione. *De Panibus. cap. 2. ab initio, apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pagina 637. col. 2. littera E. editionis Colon*, 1618.

270. Euchariſtia aut purgat, aut necat: ſi ſanabilis es, curat te: ſi inſanabilis, ægritudinem augmentat. *Profec.*

271. Medicina eſt, ſi morbus curabilis eſt, apta medicinam; quâ ſi qualia oportet purgari, purgentur.

272. Qui enim ſine reverentia, & ſine delectu panem ſanctum accipit, plus ei ſua irreverentia obeſt, quàm ſibi ſanctitas prodeſt. *Ibidem, cap. 3. ante fin. pag. 640. col. 1. A.*

S. PETRUS CHRYSOL. 273. Neſcit laſſari, mori non poteſt, cui panis, cui vita Deus eſt. *Ser.166. in medio, apud Bibl. Patr. tom.5. part. 2. pag.781. col.2. F. edit. Colon.* 1618.

S. PETR. DAM. 274. Hæc eſt illa ſublimis menſa, in qua Deus eſt & cibans, & cibus; munerans & munus, offerens & oblatum, conviva & convivium. *Serm. 59. de S. Nicolao, à medio pag. 289. col. 2. E. tom. 2.*

275. Frequens ſanctæ Euchariſtiæ ſuſceptio eſt præſidium caſtitatis. *Opuſc.47. cap.2. in tit. pag.710. col. 1. D. tom. 10.* S. PETRUS DAMIANUS.

276. Cibus iſte ſine labore curaque hominum eſt: non è terra more conſueto editos, ſed cælitùs exhibitus prodigioſâ beneficentiâ. *De congreſſu quærenda, &c. circa fin. pag.620. tom.1.* PHILO JUD.

277. Probet ſe, id eſt diſcutiat ſe homo, examinet ſe, & probabilem ſe reddat, utrùm dignus ſit, nec ne. *Sup. 1. Cor. cap.11. can.28. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part.3. pag. 887. col.2. H. editionis Colon.* 1618. S. REMIGIUS.

278. Cum timore & tremore debemus accedere ad illud terribile ſacramentum, ut ſciat mens reverentiam ſe debere præſtare ei, ad cujus corpus ſumendum accedit. *Ibidem, can 29.* &c.

279. Euchariſtia cibus quidem eſt, ſed ſanorum, & Benevolentium. *Conc. 26. Dom. Lætare. part.1. ante finem.* ROBERTUS BELLARM.

280. Euchariſtiæ ſacramentum eſt manna abſconditum: quia videlicet in hoc ſacramento aliud oculis cernitur, aliud fide intelligitur. *Libro 2 in Apoc. cap.2. ſuper illud, Dabo mana abſconditum. pag.27.* RUPERT. ABB.

281. Caro Chriſti corpore & ſanguine veſcitur, ut mens de Deo ſaginetur. *De Reſur. cap.38. a medio. pag. 694. F. tom.3.* TERTULLIAN.

282. O pretioſum & admirandum convivium, ſalutiferum, & omni ſuavitate repletum! *De Offic. corp. Chriſt. lect.2. in princ. tom.2.* S. THOMAS AQUINAS.

283. Nullum ſacramentum eſt iſto ſalubrius, quo purgantur peccata, virtutes augentur, & mens omnium ſpiritualium chariſmatum abundantiâ impinguatur. *Ibidem lect. 3. circa init.*

284. Euchariſtia excellentiſſimum eſt omnium ſacramentorum. *Sup. 4. ſent. diſt.8. art. 1. in contrar.*

285. Euchariſtia ſacramentum eſt charitatis. *Opuſc. 58. cap.25. in princ. tom.1.*

286. Euchariſtia miraculorum eſt ab ipſo factorum maximum. *Opuſc. 57. lect. 3. poſt med. tom. 1.*

287. O dulciſſime & benigniſſime Jesu, quanta tibi reverentia & gratiarum actio cum perpetua laude pro ſuſceptione ſacri corporis tui debetur, cujus dignitatem nullus hominum explicare potens invenitur? *Libro 4. de Imit. Chriſti. cap.2. ſent. 2. tom.2.* THOMAS A KEMPIS.

288. Si haberes angelicam puritatem, & S. Joannis Baptiſtæ ſanctitatem, adhuc non eſſes dignus hoc ſacramentum accipere, nec tractare. *Ibid. cap.5. in princ. tom.2.*

289. Quando Sacerdos celebrat, Deum honorat, Angelos lætificat, Eccleſiam ædificat, vivos adjuvat, defunctis requiem præſtat, & ſeſe bonorum omnium participem efficit. *Ibidem, cap.5. in calc.*

290. Cùm tuam dignitatem Domine, & meam vilitatem penſo, valdè contremiſco, & in me ipſo confundor. Si enim non accedo, vitam fugio: ſi indignè me ingeſſero, offenſam incurro. *Ibidem, cap.6. in princ.*

291. Corpus Chriſti eſt medicina tantæ virtutis, quod recipientem benè dipoſitum curat ab omni peccato. *Ser. 2. in die Paſche. poſt init. fol. 3. col. 4.* S. VINCENT. FERRAR.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

292. Singulis partibus, unum adeſt & idem, quod à nullâ parte abeſt, ſive minor quidem illa ſit, ſive major, ſive quomodocumque ſe habeat, & ubique ſimul eſt totum. *Tom.3. fix. pag 5. in dialogo Parmenidis, pag.144. C.* PLATO.

293. Deus ad homines venit &(quod propius eſt) in homines venit. *Epiſt. 73. in fine. pag.673. tom.2.* SENECA.

Exactio.

ETYMOLOGIA.

EXACTIO eſt rei alienæ violenta, & importuna extorſio. *Sup. Iſayam. cap 3. fol. 11. col.1. tom. 4.* HUGO CARD.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANTONIN. 1. Publicus exactor caput eſt rapinæ, lex violentiæ, prædo ſine timore, medicus exterminii, immanior furibus: nam fur laqueos legis timet, hic quidquid fecerit, legem vocat. *Profec.*

2. Quis eo iniquior, qui verbis juſtitiam damnat, & armis innocentem ſpoliat, vulnerat, occidit? lege utique legem perimit, & dùm alios urget ad legem, à lege decidit.

3. Officiali Cæſaris, niſi in omnibus acquieveris, Cæſari contradices. *Parte 3. tit. 3. cap. 1. §. 9. ante medium, fol. 46. col. 4.*

S. AUGUSTIN. 4. Benignus exactor eſt, non egenus, qui non creſcit ex redditis, ſed in ſe creſcere facit redditores. *Epiſt. 46. ad Armentarium, poſt medium, pagina* 102. *lit. D. tom.* 1.

5. Ad compellendum non poteſt eſſe moleſtus exactor, quando ad reddendum devotus eſt debitor. *De quinque hæreſ. cap. 1. in princip. pagina* 22. *littera D. tom.* 6.

6. Quod exigit Deus, non ſibi, ſed tibi proderit, tibi ſervatur: non hoc à te amat quod illum augeat, ſed quod te ad illum perducat. *Sup. Pſ. 102. poſt init. verſ. 2. pag. 795. littera A. tom.* 8.

7. Non dixit Dominus, Nihil exigatis, ſed nihil ampliùs exigatis: undè intelligimus quòd apud Deum, non tàm exactio, quàm exactio iniqua damnetur. *De verb. Domini, ſerm. 19. poſt initium, pagina 59. littera B. tom.* 10.

8. Peccat qui exigit ultra debitum, non peccat autem qui exigit debitum. *Libro 19. contra Fauſt. cap. 25. ante medium, tom. 6.*

9. Ubi charitas non eſt, amarus exactor eſt: ubi autem charitas eſt, & qui exigit dulcis eſt, & à quo exigitur. *Tract. 9 ſuper Epiſt. Ioan. in princ. tom. 9.*

S. BONAVENT. 10. Ad debitam exactionem requiritur debita authoritas, debita cauſa, & debita menſura. *Sup. cap. 2. Luc. ſup. illud, Nihil ampliùs quàm quod conſtitutum eſt vobis, faciatis pag. 37 columna* 1. *B. tom.* 2.

11. Ad hoc quòd tributa debitè exigantur, requiritur debita authoritas & debita menſura. *Ibidem, cap. 3. ante medium.*

FRANCISCUS TITELM. 12. Dignus eſt omni potentiâ & fortitudine ſuâ privari, qui illâ malè uſus eſt ad oppreſſionem ſimplicium, quos defendere potiùs & juvare deberet. *In Elucid. ſup. cap. 31. Job, paulò poſt med. fol. 209. pagina* 1.

S. FULGENT. 13. Cùm pauperem quis premit, ſibi graviſſimum pondus imponit. *Serm. de verb. Michea. ante finem, apud Bibliothecam Patrum, tom. 6. part. 1. edit. Colon.* 1618.

GLOSS. ORD. 14. Vitium cupiditatis eſt, exigere velle quod cognoſcis te non commodaſſe. *Sup. Deuter. cap. 23. col. 1600. D. tom.* 1.

15. Diabolus exactor eſt, quotidie enim nummum peccati, quem primo homini commiſit, à poſteris cum uſura exigit. *Sup. Iſayam. cap. 9. in illud, Et ſceptrum exactoris ſuper alli. columna 119. A. tom. 4.*

S. GREG. MAG. 16. Exactor eſt, qui pecuniam homini commodavit, ſed hanc cum uſuris exigit. *Lib. 4. Moral. cap. 31. in princ. num. 41. columna 128. littera D. tom. 1.*

17. Domum pauperis confringit & nudat, qui eum, quem per potentiam conterit, ſpoliare quoque per avaritiam non erubeſcit. *Ibid. libro 15. cap. 12. ante med. num. 10 ſup illud Job, 20. Confringens nudavit domum, col. 497. C.*

S. HIERONYM. 18. Omnis iniquitas & oppreſſio, judicium ſanguinis eſt, & licèt gladio non occidat, voluntate tamen interficit. *Lib. 10. ſup. Iſay. cap. 33. ſuper illud, Audite qui longè eſtis, &c. pagina 137. littera B. tom. 5.*

HUGO CARD. 19. Væ tibi, ô princeps, qui injuſtas exactiones extorques à ſubditis, qui eis falſa imponis, ut eorum emungas marſupia. *Super Iſay. cap. 33. in princ. Moral. fol. 71. columna 2. tom. 4.*

20. Nullus hodie audet arguere prælatos de exactionibus eorum. *Ibidem, cap. 42. Moraliter, fol. 96. columna 3.* HUGO CARD.

21. Quid eſt publicanus? nonne caput rapinæ, & lex JOAN. SARIS.
violentiæ? *Profec.*

22. Quid eſt publicanus? prædo ſine pudore, medicus exterminii.

23. Nonne immanior eſt furibus publicanus? Fur namque vel timens furatur, hic autem delinquit confidenter: fur laqueos legis timet; hic quidquid fecerit, legem putat: lex furem deterret ab illicitis; hic ad iniquum malitiæ ſuæ compendium legem trahit.

24. Quis eo iniquior, qui verbis juſtitiæ juſtitiam damnat, & armis innocentiæ ſpoliat, vulnerat, occidit innocentes? lege utique legem perimit, & dùm alios urget ad legem, exlex eſt.

25. Nam ſicut prætor etiam cùm inique decernit; jus dicit, habito tamen reſpectu non ad id quod facit, ſed ad id quod facere debet: ſic & publicanus etiam cùm delinquit, jus videtur implere, habitâ tamen officii, non malitiæ ratione. *Lib. 6. de nugis curial. ante med. apud Bibliothec. Patrum, tom. 15. pag. 414. columna 2. edition. Colonienſis* 1622.

26. Quid eſt officium publicani? Ecce officium publicani, exigere & recipere quod ſtatutum eſt: quidquid autem amplius eſt, à malo exigentis eſt, & accipientis, non præbentis. *Ibidem, &c. H.*

27. Pauperum oppreſſores tantò ſciant ſe graviori S. ISID. HISP.
dignos ſententiâ, quantò prævaluerint his quibus nocere voluerint. *Profec.*

28. Nam tantò atrociùs futuro ſupplicio condemnandi ſunt, quantò hîc fortiùs contra miſerorum vitam exactionibus ſuis invaluerint. *Lib. 3. de ſummo bono. cap. 57. ſent. 1. pag. 688. col. 2.*

29. Audiant judices, & qui præſunt populis, quia pro temporalibus moleſtiis, quas plebibus per exactiones ingerunt; æterno incendio cremabuntur. *Ibidem, ſent. 2. &c.*

30. Devorat juſtum impius, ruſticum curialis, exac- PETR. BLES.
tor innocentem, ſimplicem fraudulentus. *Epiſt. 95. ad Henric. Anglor. Regem. poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pagina 779. columna 1. littera D. editionis Colon.* 1618.

31. Iſti ſunt merguli, rapinâ piſcium ſuam urgentes ingluviem: iſti ſunt ſanguiſugæ principum ſitientes aſſiduè, & bibentes ſanguinem alienum. *Ibidem.*

32. Non eſt ludus in oppreſſionibus pauperum, quæ non expiantur muneribus, nec eleemoſinis redimuntur. *Ibidem, ante finem, pagina 780. col. 1. B.*

33. Ad hoc honor à paucis emitur, ut cunctorum SALVIANUS.
exactione ſolvatur: reddunt miſeri dignitatum pretia, quas non emunt: commercium neſciunt, & ſolutionem ſciunt: ut pauci illuſtrentur, mundus evertitur. Unius honor, orbis excidium eſt. *Profec.*

34. Sciunt hoc Galliæ devaſtatæ, ſed non ab omnibus: & ideò in pauciſſimis adhuc angulis, vel tenuem ſpiritum agentes: quia eas interdùm paucorum integritas aluit, quas multorum rapina ſeu exactio evacuavit.

35. Illud ſcelus quis dignè eloqui poſſit, quòd cùm Reſpublica, vel jàm mortua, vel certè extremum ſpiritum agens, in ea Galliæ parte, quâ adhuc vivere videtur, tributorum vinculis, quaſi prædonum manibus ſtrangulata moriatur?

36. Inveniuntur plurimi divitum, quorum tributa pauperes ferunt: hoc eſt, inveniuntur plurimi divitum, quorum tributa pauperes necant.

37. Undè advertimus, quòd nihil eſſe divitibus ſceleratius poteſt, qui remediis ſuis pauperes perimunt: & nihil pauperibus infelicius, quos etiam illa, quæ pro remedio cunctis dantur, occidunt. *Libro 4. ad Eccleſ. Catholic. ante medium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 3. editionis Colonienſis* 1618.

Digitized by Google

SALVIANUS. 38. Jàm illud quale, quàm ſævum, quàm familiare, quod ſe invicem homines exactione proſcribunt? immò non invicem, nam hoc tolerabilius fermè eſſet, ſi pateretur quiſque quod fecerat, ſed illud gravius eſt, quod plurimi proſcribuntur à paucia. *Profec.*

39. Quibus exactio publica, peculiaris eſt præda, qui fiſcalis debiti titulos faciunt quæſtus eſſe privatos. Et hoc non ſummi tantùm, ſed penè infimi: non judices ſolùm, ſed etiam judicibus obſequentes.

40. Quæ ſunt non modò urbes, ſed etiam municipia atque vici: ubi non quot curiales fuerint, tot tyranni ſunt? *Lib. 5. de Gubern. Dei. longè poſt initium. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 343. col. 1. B. edit. Colon.* 1618.

41. Exactionis publicæ nomen, in quæſtus proprii emolumenta vertitur. *Ibidem, ante med. pag.* 343. *col. 2. G.*

42 Vis ſumma exigit à ſubditis, ut aſpirare ad libertatem velint; ſed eadem vis poſſe non ſinit, quæ velle compellit. Sed imputari his poteſt forſitan, quòd hoc velint homines, qui nihil magis cuperent, quàm ne cogerentur hoc velle. *Profec.*

43. Summa enim infelicitas eſt, quòd volunt: nam multò cum his meliùs agebatur, ſi non compellerentur hoc velle. Sed quid poſſunt aliud velle miſeri, qui aſſiduum, immò continuum exactionis publicæ patiuntur excidium?

44. Quibus imminet ſemper gravis & indefeſſa proſcriptio, qui domos ſuas deſerunt, ne in ipſis domibus torqueantur: exilia petunt, ne ſupplicia ſuſtineant; leviores his hoſtes, quàm exactores ſunt: & idcircò ad hoſtes fugiunt, ut vim exactionis evadant. *Ibidem.*

45. Pauperculos homines tributa divitum premunt, & infirmiores ferunt ſarcinas fortiorum. *Ibidem, circa med. pag.* 344. *col. 1. A.*

46. Quid iniquius eſſe, aut quid indignius poteſt, quàm ut ſoli ſitis immunes à debito? cunctos facitis per exactionem debitores? *Ibidem.*

S. SYNESIUS EPISCOPUS. 47. Tributis civitates exhaurire regium non eſt. *De Regno ad Arcadium Imperat. longè poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. edit. Colon.* 1618.

48. Si Rex ad ea contrahatur quæ neceſſaria ſunt, eorum minimè moleſtus exactor eſſe poteſt. *Ibidem.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 49. Qui magna, & à quibus, & quæ non debent auferunt, ipſi ſunt tyranni. *Lib. 4. Moral. cap. 1. ante finem. edit. Pariſ.* 1565.

CICERO. 50. Tetrum ſpectaculum eſt, oppreſſa ab impiis civitas. *Lib. Epiſt. ad Brutum. Ep. 15. ante medium, tom.* 3.

SENECA. 51. Pecuniæ etiam malè creditæ, exactio eſt. *Lib. 4. de benef. cap. 39. in princ. pag.* 414 *tom.* 2.

52. Sæpè opus eſt malis exactore, etiam bonis admonitore. *Lib. 7. de benef. cap. 23. poſt med. pag.* 518. *tom.* 2.

Vide etiam Tit. Rapina. ſent. 18. 58.

Examen.

DEFINITIO.

COLLECTOR. EXAMEN eſt accurata & diligens diſcuſſio conſcientiæ propriæ, & recogitatio peccatorum.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. Væ etiam laudabili vitæ, ſi remota miſericordia, Domine, diſcutias eam. *Lib. 9. de Confeſſ. cap. 13. poſt init. pag. 115. B. tom.* 1.

2. Unuſquiſque pro modulo ſuo audiat, & ſicut ſibi conſcius fuerit, ita vel doleat corrigendus, vel gaudeat approbandus. *Profec.*

3. Si ſe deviaſſe invenerit, redeat ut in via ambulet: ſi ſe in via invenerit, ambulet ut perveniat: nemo ſuperbus ſit extra viam, nemo piger in via. *Sup. Pſ. 31. in præfat. poſt init. pag. 124. D. tom.* 8. S. AUGUSTIN.

4. Deinceps caveat examinantis ſeveritatem, qui clementiam ſubvenientis expertus eſt. *Sup. Pſ. 24. in medio. verſ. 11. pag. 79. A. tom.* 8.

5. Nihil eſt quod ſic quiſque cogitare debeat, niſi ut in ſemetipſum oculos convertat; in ſe diſcat, ſe inſpiciat, ſe diſcutiat, ſe quærat, & ſe inveniat; & quod diſplicet, necet: quod placet, optet & plantet. *De verbis Dom. ſerm. 12. poſt med. pag. 38. C. tom.* 10.

6. Diſcutite vos ſemper ſine dolo, ſine adulatione, ſine palpatione: non enim aliquis eſt lintus tecum, cui erubeſcas, & jactes te; eſt ibi, ſed cui placet humilitas, & ut ipſe te probet. *De verbis Apoſt. ſerm. 15. in fine pag. 231. A. tom.* 10.

7. Examinet ſe omnis homo, & quidquid in ſe boni invenerit, agat gratias illi, qui dedit: & agendo gratias illi, qui dedit, ab illo petat & quod nondum dedit. *Ibid. ſerm. 17. in fine pag. 237. B.*

8. O homo diſcute mentem tuam, proſpice ſingula ſecreta cordis; quid cor peccavit mala appetendo, oculus vanitatem videndo, os falſitatem dicendo, auria mendacia audiendo, manus verbera perpetrando. *Serm. 30. ad fratr. in Eremo ante med. pag. 953. lit. B. tom.* 10.

9. Pro certo habe, accuratum eorum, quæ quiſque in vita geſſerit, examen fore. *Apud D. Ioan. Damaſc. lib. 1. Parallel. cap. 1. in princ. fol. 17. pag. 1. C.* S. BASILIUS MAGNUS.

10. Qui perfectè examinando ſemetipſum intelligit, ſuo peccato nullius peccatum par eſſe exiſtimat, quod non ſicut ſuum intelligat. *De vita ſolit. longè poſt init. fol. 314. col. 4. K.* S. BARNARDI

11. Manè præteritæ noctia fac à remetipſo exactionem, & venturæ diei tu tibi indicito cautionem. *Profec.*

12. Veſpere diei præteritæ rationem exige, & ſupervenientis noctis fac indictionem: ut ſi quid fuerit intermiſſum, ſi quid neglectum, ſi quid imperfectum, ſuo modo, ſuo loco, ſuo tempore non abeat impunitum, vel irrecompenſatum. *Ibidem, ante med. fol. 317. col. 2. F.*

13. Integritatis tuæ curioſus explorator ſis, & vitam tuam in quotidiana diſcuſſione examina. *Proſecutio.*

14. Attende diligenter quantùm proficias, vel quantùm deficias; qualis ſis in moribus, & qualis in affectibus.

15. Attende quàm ſimilis ſis Deo, vel quàm diſſimilis: quàm propè, vel quàm longè; non locorum intervallis, ſed morum affectibus.

16. Redde te tibi, & ſi non ſemper vel ſæpè, ſaltem interdùm.

17. In te nihil remanear indiſciplinatum; ſtatue te ante te, quàm ante alium, & ſic temetipſum plange. *Lib. Meditat. cap. 5. ab initio fol. 323. col. 3. I.*

18. Si non me inſpicio, neſcio meipſum: quantò me ſubtiliùs & ſæpiùs diſcutio, tantò plures abominationes in angulis cordia mei invenio. *Ibid. cap. 12. in princ. fol. 325. col. 1. B.*

19. Ea quæ præ oculis habeo inſpicio, nec gemo s erubeſcenda video, nec erubeſco: dolenda intueor, nec doleo, quod eſt mortia ſignum, & damnationis indicium. *Ibid. in medio, &c.*

20. Diſcute quid ſis, quid fueris, quid eſſe debueris, quid eſſe poſſis: quid fueris per naturam, quid modò ſis per culpas, quid eſſe debueris per induſtriam, quid adhuc eſſe poſſis per gratiam. *De Inter. domo cap. 65. in fine fol. 333. col. 1. B.*

21. Relinque cætera, & teipſum diſcute: per te curre, & in te conſiſte. *Ibid. in princ. fol. 332. col. 4. M.*

S. BERNARD. 22. O quàm neceſſaria diſcuſſio, & quàm miranda ſpeculatio! tot animi virtutes, tot ejus exercitationes, tot ejus ſtudia, vel merita præ oculis habere, & hujuſcemodi contemplationi diutiùs inhærere. *Ibidem, circa med. fol.* 333. *col.* 1. *A.*

23. Omni die cùm vadis cubitum, examina diligenter, quid cogitaſti, quid dixiſti in die, & quomodo utile tempus & ſpatium, quod datum eſt ad acquirendam vitam æternam, diſpenſaſti. *In notabili documento propè fin. fol.* 340. *col.* 3. *G.*

S. BONAVENT. 24. Signum roboratæ & proficientis charitatis, eſt frequens & juſta conſcientiæ examinatio. *De itiner. æternit.* 4. *diſt.* 4. *art.* 2. *in princ. pag.* 162. *col.* 2. *littera B. tom.* 7. *part.* 3.

DIONYSIUS CARTHUS. 25. Quotidie ad minùs ſemel conſcientiam tuam diligenter examina. *In Exhort. ad Novitios. art.* 2. *in princ. fol.* 3. *pag.* 2.

26. Statutâ horâ perge dormitum; & antequam eas ad ſtratum, recogita qualiter diem ipſum expenderis, quid boni in eo omiſeris, quid mali commiſeris. *Profec.*

27. Examina quomodo ſingulas expenderis horas, an aliquem ſcandalizaſti, aut offendiſti: ſicque coram Deo te increpa, ſperne, humilia, plange, veniam pete, emendationem & ſatisfactionem propone. *In Exhort. ad Novitios art.* 2. *poſt init. fol.* 4. *pag.* 1.

28. Religioſus quotidie diſcutiat conſcientiam ſuam, & penſet quid Deo promiſerit, & quouſque in via virtutum pervenerit. *De profectu ſpirit. art.* 7. *in fine fol.* 150. *pag.* 1.

S. EPHRÆM. 29. Veſpere ingreſſus cubiculum cordis tui, examina temetipſum. *De vita religioſa. circa med. pag.* 548. *D. tom.* 3.

S. EUSEBIUS EMISSEN. 30. Unuſquiſque conſcientias noſtras ante conſpectum interioris hominis conſtituamus: ipſi noſmetipſos quotidie caſtigemus, ipſi nobiſcum rationem de quotidiana converſatione faciamus. *Profec.*

31. Alloquatur ſe in ſecretis cordis unaquæque anima, & dicat: Videamus ſi hanc diem ſine peccato tranſegi: videamus ſi hodie aliquid quod ad profectum meum, quod ad ædificationem aliorum pertinet, operatus ſum. *Hom. de Machabæis. poſt medium. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 574. *col.* 2. *H. editionis Coloniæ* 1618.

S. GREGOR. MAGN. 32. Deum judicem tantò quis ſecuriùs expectat, quantò quotidie vitam ſuam ſuſpectus examinat. *Lib.* 25. *Moral. cap.* 5. *prope finem. columna* 830. *littera B. tom.* 1.

33. Amat judicium quiſquis vias ſuas ſubtiliter diſcutit, & ſecretarium cordis ingreſſus, quid Dominus ipſi tribuat, quid ipſe Domino debeat, penſat. *Ibidem, lib.* 24. *cap.* 13. *prope finem. num.* 29. *col.* 822. *C. tom.* 1.

34. Debet uniuſcujuſque mens cauſas ſuas apud Dominum, & cauſas Domini contra ſe ſolicita inquiſitione diſcutere. *Ibidem, lib.* 25. *cap.* 6. *in princ. col.* 830. *lit. C.*

35. Electi intra ſinum cordis adverſum ſe quid ſe impugnat, enumerant. *Ibidem, poſt initium. col.* 830. *littera D.*

36. Unuſquiſque cùm cauſam examinis conſcientiæ ſuæ contra ſe aggredi cœperit; conſcientia accuſat, ratio judicat, timor ligat, dolor excruciat: ipſemet eſt actor qui exhibet, ipſe reus qui exhibetur: odit ſe qualem fuiſſe ſe meminit, & ſe per ſemetipſum inſequitur. *Ibid. ante med. col.* 831. *A.*

37. Electorum eſt actus ſuos quotidie ab ipſo cogitationis fonte diſcutere, & omne quod turbidum profluit ab intimis exſiccare. *Ibid. poſt med. col.* 831. *C.*

38. Mens noſtra per momenta vivendi ipſo curarum uſu, à ſemetipſa permutatur, & non agnoſcimus, niſi vigilanti cuſtodia ad interiora noſtrà reſidentes, profectus noſtros quotidie defectuſque penſemus. *Profec.*

39. Sui negligens, & propoſitum robur inſenſibiliter perdens, à forma prioris fortitudinis, dùm neſcit, ſeneſcit. *Ibid. ante finem. num.* 7. *col.* 831. *C.* S. GREG MAG.

40. Ad corda noſtra redeamus, diſcutiamus omne quod agimus, & quidquid in nobis divinæ rectitudinis regulam offendit, accuſemus, ut apud diſtrictum judicem, ipſa nos accuſatio excuſet. *Profec.*

41. In hoc mentis noſtræ judicio tantò citiùs abſolvimur, quantò nos diſtrictiùs reos tenemus.

42. Nec ad hæc agenda prætermittenda ſunt tempora, quibus vacat: quia ad hæc agenda poſt hujus vitæ tempora non vacat. *Ibidem, cap.* 7. *circa medium, col.* 833. *D.*

43. Revocemus ante oculos mentis quidquid errando commiſimus; & quod nequiter egimus, flendo puniamus. *Lib.* 11. *in Regiſtro. Indict.* 6. *cap.* 2. *Ep.* 2. *ſerm. ad populum. ante med. col.* 1123. *A. tom.* 2.

44. In electorum examine, non ſolùm culparum cauſæ penſandæ ſunt, ſed etiam merita perſonarum. *Lib.* 5. *in* 1. *Reg. cap.* 4. *poſt med. ſup. illud, Ergone Jonathas morietur? col.* 1553. *A. tom.* 2.

45. Conſiderandum eſt opus quale ſit, quæ cogitatio in opere, quæ intentio in cogitatione. *Hom.* 20. *ſup. Ezech. longè poſt med. ſup. illud Pſ.* 65. *Holocauſta medullata. col.* 287. *D. tom.* 2.

46. Cogitate quid facitis, recogitate quid feciſtis, largitatem ſupernæ pietatis aſpicite, & ad miſericordem judicem, dum adhuc expectat, cum lachrymis venite. *Hom.* 34. *ſup. Evang. prope finem. col.* 485. *lit. A. tom.* 2.

47. Omnis juſtus, qui vitam ſuam ſolicitus aſpicit, & diligenter conſiderat, quantum quotidie in bonis creſcat, aut fortaſſe quantum à bonis decreſcat: iſte quia ſe ante ſe ponit, coram ſe ambulat. *Proſecutio.*

48. Quiſquis verò vitæ ſuæ cuſtodiam negligit, diſcutere quæ agit, quæ loquitur, quæ cogitat, aut deſpicit, aut neſcit, coram ſe iſte non ambulat: quia qualis ſit in ſuis moribus & in actibus, ignorat; nec ſibimetipſi præſens eſt, qui ſemetipſum quotidie exquirere atque cognoſcere ſolicitus non eſt. *Hom.* 4. *ſup. Ezech. poſt med.*

49. Videamus ſi Chriſtiani ſumus, quid in nobis virtutis acceſſerit, quid humilitatis in proſperis, quid patientiæ in adverſis, quid in tribulatione gaudii, quid felicitatis in damnis, quid indulgentiæ in offenſis, quid caſtitatis in occaſione luxuriæ. *Tom.* 4. *Ep.* 37. *ad Pammach. & Ocean. poſt med. pag.* 164. *C.* S. HIERONYM.

50. Homo petitus per ſingulos dies vitam ſuam ad judicium vocat. Manè, quando ſurgere debet, conſiderat quid egerit per noctem; in veſpere, quando cubitum vadit, conſiderat quid egerit per diem: quantùm ad bona agenda ſolito alacrior, quantùm ad mala vincenda ſolito conſtantior. *De Inſt. Novit. cap.* 9. *poſt med. pag.* 22. *F. tom.* 2. HUGO A S. VICTORE.

51. Mentis ratio cogitationes diverſas ad ſecretum cordis quandoque convocet, ut incorrigibiles ejiciat,

Corripiat inquietas.
Negligentes emendet.
Erudiat ſimpliciores.
Mitiget iracundas.
Voluptuoſas reſtringat.
Pigras excitet.
Conſoletur puſillanimes.
Doceat indiſcretas.
Locum primum ratio teneat.
Conſcientia culpas accuſet.
Perverſitas non excuſet.
Superbia reatum non defendat.
Innocentia confiteatur.
Humilitas ſeipſam judicet. *Lib.* 3. *de clauſtro anim. cap.* 6. *à principio. pagina* 56. *littera E. tom.* 2. *Profec.*

Hugo à S. Victore.

52. Scipſas quandoque virtutes invicem accuſent.

Accuſet miſericordia juſtitiam, quòd manus uſque ad crudelitatem extenderit, quòd iracundiæ verba protulerit, quòd manſuetudinis vultum mutaverit.
Accuſet juſtitia miſericordiam, quòd ſeveritatis vultum non induerit, quòd peccatum impunitum dimiſerit, quòd ſe delinquentem non increpaverit.
Accuſet humilitas honeſtatem, quòd excedat mediocritatē, quòd ſequatur ſuperfluitatem, quòd non tantùm utatur honeſtis, ſed etiam voluptuoſis.
Accuſet honeſtas humilitatem, quòd nimiam diligat paupertatem, quòd non impendat corpori neceſſitatem, ſed amet nuditatem, pannoſitatem, & egeſtatem.

53. Redi ad cor tuum, & diligenter diſcute teipſum: conſidera undè venis, quò tendis, quomodo vivis, quid agis, quid amittis, quantùm quotidie proficis, vel quantùm deficis. *Lib. 3. de Anima cap. 6. poſt med. pag. 113. G. tom. 2.*

S. Joannes Chryſoſt. 54. Sedeat mens, atque cogitatio tua Judex in animam atque conſcientiam tuam, adducas omnia delicta tua in medium, ſcrutare quæ animo commiſiſti, & pone dignas ſingulorum pœnas. *Proſec.*

55. Dicas tecum aſſiduè: Quare hoc atque hoc auſus es? quare illud & illud perpetraſti?

56. Quòd ſi ab his quidem conſcientia tua refugit, aliena verò curioſè rimatur, dic ad ipſam: Non ego judex in alios, nec tu alios defenſura judicium ſubiiſti.

57. Quid enim ad te, ſi hic vel ille malè vivat? tu cujus rei gratiâ hoc atque illud deliquiſti? non defende; accuſa tua veſtigia, non aliena.

58. Sic aſſiduè ipſam ad hunc terrorem revoca, deindè ſi cauſam ſuam dicere non poſſit, ſed balbutiat atque ſtupeſcat: quaſi ſuperbam ancillam & fornicatione corruptam, cæde, verberibus, ac flagellis dilania. Hoc judicium quotidie tibi diligenter conſtituatur. *Hom. 43. ſup. Matth. oper. perf. poſt med. tom. 2.*

59. Qui rectè facta ſua oblivioni tradens, peccata ſola videt, & aliorum non delicta, ſed virtutes & rectè acta ſedulò ſcrutatur, perfectus eſt hic vir. *Serm. 9. ſup. Ep. ad Phil. in morali ſub fin. col. 1189. D. tom. 4.*

60. Quando accubueris ſuper ſtratum tuum, & neminem infeſtum pateris, antequàm veniat tibi ſomnus, profer in medium codicem conſcientiam tuam, & reminiſcere peccata tua; ſi quid in verbo, ſeu in facto, vel in cogitatione peccaſti. *Hom. 2. ſup. Pſ. 50. ſtatim à medio. col. 745. B. tom. 1.*

S. Ioan. Clim. 61. Optimus ille trapezita eſt, qui quotidie veſperi lucrum ac detrimentum omninò computat. Quod ſcire manifeſtiùs non poteſt, niſi horis ſingulis in tabulis omnia denotet: nam cùm calculi horis ponuntur, totius diei ratio poſtmodùm clariùs agnoſcitur. *Gradu. 4. apud Bibl. Patr.*

62. Nunquàm diſquirere noſipſos deſinamus, ſi veraciter agnoſcere nos volumus. *Ibidem, Gradu. 25. a medio.*

Joan. Gers. 63. Cogitare debes, ſi jàm mori deberes & occumbere, an ne iſtud faceres, & an auderes mori in eo in quo te ſentis ſtatu? *De Sanctimonial. in principio. part. 4.*

Joan. Trith. 64. Singulis diebus bonus Chriſti miles conſcientiam ſuam ad minus ſemel diſcutiendo examinet: & quantùm in ſancto profecerit deſiderio, vel defecerit eo die, diligentiùs penſet. *Lib. 1. Hom. 14. ad Monachos. poſt med. pag. 471. col. 1.*

S. Isidorus Hispalens. 65. Diſcute conſcientiam tuam, intende mentem tuam, examina te, loquatur tibi cor tuum, conſidera meritum tuum: nihil enim boni agis, nihil rectè facis, nihil æquum perficis, nihil juſtum geris, nihil Deo dignum informas. *Proſec.*

66. Quotidie peccas; quotidie laberis, quotidie præceps in deterius vadis. S. Isid. Hisp.

67. Elatio tua non reſidet, ſuperbia non deponitur, timor & jactantia non cohibentur.

68. Rapit te furor, inflammat ira, clamor excitat, commovet indignatio.

69. Zelaris bonis, invides melioribus, alienis felicitatibus æmularis, aliis virtutibus ſemper invidus exiſtis. *Lib. 1. de Synonim. ante medium, pagina 308. columna 2.*

70. Cor tuum quotidie diſcute & examina, calca ſubjectionis vitium, culpam ibi emenda, ubi naſcitur. *De contemptu mundi. verbo Cor. pag. 325. col. 2.*

71. Ad calcem examinis ſenſus tui collige greſſus: diſcute cor tuum, cautiùs interroga mentem. *Proſec.*

72. Quid ludibrinſum retinet vel geſſit, exponat: quid ſævum, quid noxium concepit, vel operit, pandat: & dùm eſt licentia, totum prædamnare feſtina. *In Exhort. ad pœnit. circa initium, pagina 334. columna 1.*

73. Circumſpice conſcientiam tuam, & (quantum potes) medere vulneribus. *Lib. 6. de divin. Inſt. cap. 13. in princ. pag. 262.* Lacv. Firm.

74. Quiſquis virtutum amator eſt, ſui diligens inquiſitor ſit; quo impulſu, quove affectu ipſius moveatur mens, conſiderare non negligat: hæc eſt via ſine errore, hæc eſt perfectionis ſcala. *De caſto connubio. cap. 7. poſt init. pag. 152. col. 2. C. part. 1.* S. Laurent. Justin.

75. Circumſpiciat ſe omnis anima Chriſtiana, & ſevero examine cordis ſui, interna diſcutiat. *Proſecutio.* S. Leo I.

76. Videat ne quid ibi diſcordiæ inhæſerit, ne quid cupiditatis inſederit: incontinentiam caſtitas procul pellat, mendacii tenebras lux abigat veritatis.

77. Detumeſcat ſuperbia, humilitas aſſumatur, reſipiſcat iracundia, comminuantur jacula noxarum, & obtrectatio linguæ frænetur; ceſſent vindictæ, & oblivioni mandentur injuriæ. *Serm. 1. Quadrag. ante finem.*

78. Scrutetur quiſque conſcientiam ſuam, ſeque ante ſe ſtatuat proprii cenſura judicii: omnia quæ animi puritatem, & ſpeculum mentis obnubilant, abſtergenda ſedulò, & quadam elimatione radenda ſunt. *Proſec.*

79. Videat, ſi in ſecreto cordis ſui, illam quam Chriſtus dat, inveniat pacem; ſi deſiderium ſpiritus nulla concupiſcentia carnis impugnat, ſi humilia non ſpernit, ſi alta non appetit.

80. Si iniquo non delectatur lucro, ſi immoderato rerum ſuarum non gaudet augmento, ſi denique alienâ felicitate non uritur, aut inimici miſeriâ non lætatur.

81. Et cùm harum perturbationum nihil in ſe fortè repererit, ſincero diſquirat examine, qualium cogitationum ſpecie frequentetur: & utrùm nullis vanitatum imaginibus acquieſcat, vel quàm citò animum ab iis quæ noxiè blandiuntur, abducat.

82. Nam nullis illecebris commoveri, nullis cupiditatibus titillari, non eſt hujus vitæ, quæ tota tentatio eſt, & quâ nimirum vincitur, qui vinci ab eadem non veretur. *Serm. 3. Quadrag. ante med.*

83. Intimum cordis tui ſcrutare, & omnes receſſus animæ tuæ diligens explorator ingredere, & vide ſi nulla te impugnat adverſitas, ſi nullus tyrannus vult in mentis tuæ arce dominari. *Serm. de Machabæis in medio.*

84. Explora teipſum, & diſcute quantum meminiſſe potes, ac tibiipſi diſpliceas. *In ſpeculo ſpirit. cap. 1. in medio.* Ludov. Blos.

85. Contemplare diligenter teipſum, ut defectus tuos facilè agnoſcas, agnitoſque pro viribus corrigas. *Ibidem, cap. 14. in fine.*

Ludovicus Bloſius. 86. Veſperè teipſum exactè diſcutias, recogitans quomodo tempus expenderis, & quas offenſas eo die admiſeris: veniam peccatorum petas à Deo, proponens corrigere te, adjuvante illius gratiâ. *In brevi regula Tyronis. verbo Veſperè.*

S. Maximus Mart. 87. Omni diligentia conſcientiam tuam ſcrutare. *Centur. 4. de charit. cap. 33. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 363. col. 1. D. edit. Colon.* 1618.

Petr. Bleſ. 88. Deſcende in teipſum, & fode conſcientiæ tuæ parietem: videbis abominationum genera, quibus te judicare poteris infœlicem. *Epiſt. 21. ad quendam Canonic. ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag.* 721. *col. 2. E. edit. Colon.* 1618.

89. Omnes angulos cordis tui revolve, ſcrutare, & ab eis rejice quod à ſeculo contraxiſti. *Ibidem, Ep.* 137. *ad Alexandr. de S. Albano. poſt medium, pag.* 813. *col. 1. A.*

90. Tuam conſcientiam ſolerti revolve ſcrutinio: explora omnes angulos ejus, nihilque in ea remaneat indiſcuſſum. *Profec.*

91. Fode parietem, & abominationes conſcientiæ monſtruoſas revelabit tibi familiare ſcrutinium. *Ibidem, de Confeſſ. ſacramentali. in medio. pag.* 936. *col.* 1. *littera C.*

92. Revolve in animo quantùm profeceris, & ſpirituales virtutum quotidie metire profectus. Utrùm ſis inſolentior aut humilior, affabilior aut auſterior, manſuetior aut gravior, liberalior aut avarior. *Tract. de Inſtit. Epiſcopi. poſt med. pag. 943. col. 1. C. apud Bibl. Patr. &c. ut ante.*

93. Redde conſcientiæ tuæ de quotidianis actibus rationem: vide ſi diem & noctem ſine cujuſlibet peccati macula tranſegiſti. *Profec.*

94. Vide ſi minùs legiſti, aut oraſti, ſi in cibo, ſi in potu, ſi in ſomno temperantiæ modum exceſſiſti: & ſcias non modicam eſſe temporis illius jacturam, quod in otio, aut fabulis expendiſti.

95. Vide ſi fueris devotior in oratione, in lectione ſtudioſior, in caſtitate cautior.

96. Si fueris parcior in ſobrietate, patientior in duris, in riſu rarior.

97 Si ſuavior in converſatione, gravior in vultu & geſtu & habitu.

98. Si moderatior in verbis, profuſior in lachrymis, in charitate ferventior. *Ibidem, &c.*

S. Petrus Damianus. 99. Omnes animæ tuæ latebras curioſiùs inſpice; cuncta viſcerum tuorum arcana ſcrutare: medicamenta vulneribus, prout cuique apta perſpexeris adhibe, & incolumitatem poſtquàm ſemel adeptus fueris, pervigili ſatage ſolertia cuſtodire. *Opuſc. 44. cap. 13. ferè in medio. pag. 701. col. 1. A. tom.* 3.

S. Prosper. 100. Sobrio caſtoque judicio cordis tui arcana diſcutias, & aculeo totius elationis obtrito, inveſtiges in te atque dinumeres quæ & qualia tibi ſponſus tuus dona contulerit. *Profec.*

101. Aulam tuæ mentis ingredere, & in ſecretario conſcientiæ tuæ, qualia tibi repoſita ſunt ornamenta circumſpice.

102. Et quidquid ibi ſplendidum, quidquid pulchrum, pretioſumque repereris, divini operis & muneris eſſe ne dubites: itaut in omnibus bonis opulentiæ tuæ, & gratiam donatoris & jus proprietatis agnoſcas. *Ep. ad Demetriad. ante finem.*

Rich a S. Vict. 103. Attende te diligentiùs, examina frequentiùs hinc Dei pietatem, illinc ejus ſeveritatem: pietatem in bonis, ſeveritatem in malis. *Part. 1. lib. 2. de contemplat. cap. 23. ante med. pag. 259. col. 2. B.*

Robertus a Sorbonna. 104. Nocte cùm ad ſecretum lecti tui veneris, dic animæ tuæ: O anima mea quid boni malive fecimus hodie? & de malis pete veniam, de bonis verò redde gratias Deo. *Tract. ſup. Confeſſion. ante med. apud Bibl. Patrum, tom. 13. pagina 387. columna 1. B. edit. Coloniæ* 1618.

Theophilactus. 105. Exploret unuſquiſque accuratè ſuamet opera; nùm quidquam fecerit vanâ gloriâ ductus, nùm per ſimulationem, nùm aliâ quapiam humanâ cauſâ. *Sup. Ep. ad Galat. cap. 6. in illud, Opus ſuum probet unuſquiſque, &c. pag. 617. B.*

S. Thomas Aquinas. 106. Studeas ſemel in die examinare quomodo tempus expendiſti, & diſcurre per ſingulas horas, cogitando in quibus fuiſti, cum quibus perſonis, quid cogitaſti, quid dixiſti, quid audiviſti, quod feciſti, ut cognoſcas relaxationes linguæ, cordis, & ſenſuum. *De modo confitendi. In erudit. utili. in princ. tom.* 2.

Thomas à Kempis. 107. Manè propone, veſperè diſcute mores tuos; qualis hodie fuiſti in verbo, opere, & cogitatione: quia in his ſæpiùs forſitan Deum offendiſti & proximum. *Lib. 1. de Imit. Chr. cap. 19. ſect. 4. tom.* 2.

108. Sero jàm facto examinanda eſt conſcientia; de ſtatu defectus hodierni; ſi ſolito pigrior, vel ferventior fuiſti. *Profec.*

109. Non parcas tibiipſi in defectibus corrigendis, ſed argue quæ propriâ iniquitate commiſiſti: Tu reus es, tu hæc & illa feciſti.

110. Recogita quid in choro, quid in Miſſa, quid in conventu, quid in menſa, quid foris, quid in cella hodie egiſti, vel omiſiſti. *De Exercit. ſpirit. cap. 9. in princ. tom.* 2.

111 Multi veſperi computant pecunias, & expenſas rerum: pauci conſcientiam, & negligentias temporum diſcutiunt. *Ibidem, cap. 10. ſect.* 2.

112. Si verè proficere vis, omni veſpere te diſcutere non omittas. *Ibidem.*

113. Sacris ſcrutiniis mens tua invigilet, & ſe frequenter diſcutiat, increpet, & mundet, ut gratiam cautè conſerves, amiſſam recuperes, & ad ſpiritualem profectum vehementiùs inciteris. *Ibid. cap. 10. in calce.*

In Vit. Patr. 114. Debet Monachus quotidie manè & ſerò cogitare in ſemetipſo, quid fecerit eorum quæ vult Deus, & quæ non fecit. *Lib. 5. libell. 11. num. 39 pagina* 611. *col.* 2.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

Plato. 115. Vita, quæ nullo examine exploratur, non eſt vitalis. *Tom. 1. Syzygia 1. in Apologia. poſt med. pag. 38. lit. A.*

Seneca. 116. Quid pulchrius hâc conſuetudine, excutiendi totum diem? qualis ille ſomnus poſt recognitionem ſui ſequitur? *Profec.*

117. Quàm tranquillus ac liber, cùm aut laudatus eſt animus, aut admonitus: & ſpeculator ſui cenſorque ſecretus cognoſcit de moribus ſuis!

118 Utor hâc poteſtate, & quotidie apud me cauſam dico: cùm ſublatum è conſpectu lumen eſt, totum diem meum ſcrutor, facta ac dicta mea remetior.

119. Nihil mihi ipſe abſcondo, nihil tranſeo, quare enim quidquam ex erroribus meis timeam, cùm poſſim dicere; Vide ne iſtud ampliùs facias, nunc tibi ignoſco. *Lib. 3. de Ira, cap. 36. circa med. pag. 4 8. tom.* 1.

120. Securæ & quietæ mentis eſt, in omnes vitæ ſuæ partes diſcurrere. *De brevitate vitæ. cap. 10. poſt med. pag 568. tom.* 5.

121. Sciat unuſquiſque quò iturus ſit, undè ortus, quod illi bonum, quod malum ſit: quid petat, quid devitet; quæ ſit illa ratio, quæ appetenda, ac fugienda ſint, diſcernat. *Epiſt. 82. ante med pag. 707. tom.* 2.

152. Hoc nos peſſimos facit, quòd nemo vitam ſuam reſpicit: quid facturi ſumus, cogitamus, & id raro: quid fecerimus, non cogitamus. *Ep. 82. in princ. pag. 711. tom.* 2.

Exaudire.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Alexand. Pap. 1. 1. SACERDOTES quantò digniores fuerint, tantò faciliùs in neceſſitatibus pro quibus clamant, exaudiuntur. *Et habetur in decretis Gratiani part.* 2.

cauſa 1. *quæſt.* 1. *Can. Ipſi. fol.* 122. *columna* 4.

S. AMBROSIUS. 2. Tunc citiùs noſtra exauditur oratio, cùm Chriſtum, quem mens alloquitur, etiam corpus ſequitur. *Serm.* 56. *poſt init. col.* 750. *D. tom.* 3.

3. Qui preces ſuas exaudiri vult, æmulus debet eſſe vitæ ſanctorum: cum imitatur enim, communicat. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 12. *in illud, Memoriis Sanctorum communicantes. col.* 1865. *D. tom.* 5.

4. Omnibus claret illius innocentiam, atque bona opera magis exaudire Deum, quàm iſtius voces, quibus vita quibuſdam vitiis ſordeſcit. *Sup. Apocal. cap.* 4. *ante finem. col.* 3041. *lit. C. tom.* 5.

S. ANSELMUS. 5. Qui voluerit exaudiri, debet orare ſapienter, ardenter, humiliter, fideliter, perſeveranter, & confidenter. *De Menſuratione crucis. verbo latitudo. lit. H. in principio.*

S. ANTONIN. 6. Oratio quantò affectuoſiùs fit, tantò efficaciùs exauditur. *Part.* 1. *tit.* 3. *cap.* 7. §. 3. *ante finem. fol.* 52. *columna* 3.

7. Cum communitate citiùs exauditur oratio; quia oratio communis plus valet quàm particularis. *Part.* 4. *tit.* 5. *de Inſtit. cap.* 8. §. 7. *in fine fol.* 64. *columna* 1.

S. ATHANAS. MAGNUS. 8. Concordia multitudinis, Deum ad exaudiendum promptiorem habet. *Apolog. ad Imp. Conſtantium. poſt med. col.* 321. *C. tom.* 2.

S. AUGUSTIN. 9. Nunquam divinitas preces ac lachrymas deſpicit peccatorum. *Ep.* 197. *ad Bonifac. in princ. pag.* 591. *B. tom.* 2.

10. Citiùs exauditur una obedientis oratio, quàm decem millia contemptoris. *De opere Monachor. cap.* 17. *ferè in princ. pag.* 561. *B. tom.* 3.

11. Quiſquis ad Deum toto corde clamaverit, exaudiet illum, quoniam miſericors eſt. *De ſpiritu & Anima cap.* 6. *in fine pag.* 606. *D. tom.* 3.

12. Non vocem, ſed affectum audit Deus. *De catechiz. Rudib. cap.* 9. *poſt medium, pagina* 643. *A. tom.* 4.

13. Poteſt fieri ut hîc non exaudiaris, non tamen exaudiris ad voluntatem, ut exaudiaris ad utilitatem. *Sup. Pſ.* 59. *circa med. verſ.* 5. *Et exaudi me. pag.* 417. *A. tom.* 8.

14. Multi clauſo ore exaudiuntur, & multi in magnis clamoribus non exaudiuntur. *Expoſit. ſup. Pſal.* 119. *ante finem. verſu ultimo. pagina* 976. *littera C. tom.* 8.

15. Æger petit multa à medico, non dat medicus: non exaudit ad voluntatem, ut exaudiat ad ſanitatem. *Super Pſalm.* 85. *ante medium, verſ.* 4. *pag.* 649. *lit. A. tom.* 8.

16. Avertit Deus ab orantibus faciem, non exaudiendo ad id quod volunt, quando ſibi neſciunt non expedire quod petunt. *Sup. Pſal.* 87. *in fine pag.* 668. *D. tom.* 8.

17. Malè uſurus eo quod vult accipere, Deo potiùs miſerante non accipit: proinde ſi hoc ab illo petitur undè homo lædatur exauditus, magis metuendum eſt, ne quod poſſet non dare propitius, det iratus. *Tract.* 73. *ſup. Evang. Ioan. de cap.* 14. *in princ. pag.* 192. *D. tom.* 9.

18. Eſt qui exaudit, ne dubiteris orare: qui autem exaudit, intùs manet. *Ibidem, Tract.* 10. *de cap.* 2. *circa init. pag.* 61. *A.*

19. Ideò rogans dives non exauditur in tormentis, quia rogantem pauperem non exaudivit in terris. *De verb. Dom. Serm.* 25. *ſub finem.* 72. *C. tom.* 10.

20. A Deo exaudiri non meretur, qui odium ſervat in corde. *Serm.* 9. *ad fratr. in Eremo ante med. pag.* 922. *D. tom.* 10.

21. Ibi à Deo non poteſt mereri quod petit, qui hoc noluit audire quod juſſit. *Ibidem, ſerm.* 71. *in fine. pag.* 1014. *C.*

22. Deus exaudit deprecantem. *Lib.* 3. *de lib. arb. cap.* 19. *poſt init. tom.* 1.

23. Deus non aliter invocantes exaudit, quàm invocaturos videt: nam & cùm exaudiunt Angeli ejus, ipſe in eis exaudit. *Lib.* 10. *de Civit. Dei. cap.* 12. *propè fin. tom.* 5. S. AUGUSTIN.

24. Multi Deo irato exaudiuntur, multi propitio non exaudiuntur. *De unit. Eccleſ. cap.* 19. *poſt initium, tom.* 7.

25. Deus exaudivit rogantes immundos ſpiritus, ne fortè ſe quiſque magni pendat, ſi fuerit exauditus, cùm aliquid impatienter petit. *Ep.* 121. *cap.* 14. *in medio. tom.* 2.

26. Sancti ad ſalutem per omnia exaudiuntur, ſemper exaudiuntur ad ſalutem æternam. Sed diſcernamus exauditiones Dei; invenimus quoſdam non exauditos ad voluntatem, exauditos ad ſalutem: & rurſus quoſdam invenimus exauditos ad voluntatem, & non exauditos ad ſalutem. *Tract.* 6. *ſup. Ep. Joan. ante medium, tom.* 9.

27. Ita Deus juſtè vindicat, ut etiam exaudiat veniam deprecantes. *Annot. in Iob. cap.* 37. *ante finem. tom.* 4.

28. Deus exaudit propitius, non exaudit iratus: & rurſus non exaudit propitius, exaudit iratus. *Lib.* 5. *contra Iulian. cap.* 4. *poſt med. tom.* 7.

29. Meritò non exauditur, qui clamare diſſimulat, aut omninò non poſtulans, aut tepidè poſtulans & remiſsè. *Serm.* 16. *ſup. Qui habitat, in princ. fol.* 88. *col.* 4. *lit. L.* S. BERNARD.

30. Si digna devotione, pleno affectu, deſiderio vehementi petere, quærere, pulſare ſatageret; ſine dubio petens acciperet, quærens inveniret, pulſanti aperiretur. *In declamat. ante fin. fol.* 313. *col.* 3. *lit. H.*

31. Tàm gratuita eſt & prompta dilectio Dei, tàm ſtupenda dulcedo, tàm inopinata dignatio, tàm invicta manſuetudo, ut qui ad eum clamaverit, exaudiat illum, quoniam miſericors eſt. *Lib. Medit. cap.* 17. *ſub finem, fol.* 325. *col.* 4. *M.*

32. Si perſeveraveris pulſans, non exibis indè vacuus, *De Inter. domo. cap.* 48. *circa med. fol.* 331. *col.* 2. *littera E.*

33. Sæpè multos Deus non exaudit ad voluntatem, ut exaudiat ad ſalutem. *Ibidem, cap.* 51. *in fine fol.* 331. *col.* 3. *lit. I.*

34. Duobus modis oratio impeditur, ne impetrare quis valeat poſtulata; ſcilicet ſi aut mala quiſque committit, aut ſi delinquenti in ſe debita non dimittit. *Ibidem.*

35. Triplici de cauſa juſtus non exauditur; ſcilicet, ratione indigni, pro quo orat: per modum orandi, quando inordinatè orat, & ratione majoris boni. *Sup. Pſ.* 21. *circa init. pag.* 94. *col.* 2. *E. tom.* 1. S. BONAVENT.

36. Brevitas orationis nonnumquam impetrat, quod prolixitas meditationis non penetrat. *Expoſ.* 2. *ſup. Pſ.* 118. *cap.* 2. *art.* 3. *verſ.* 2. *pag.* 167. *col.* 2. *littera E. tom.* 1.

37. Deus pœnitentes tripliciter exaudit.	Vinctos liberando. Inferos obſerando. Cælos reſerando. *Ibidem, cap.* 2. *verſ.* 10. *art.* 2. *pag.* 173. *col.* 2. *B.*

38. Qui bona agit, ad hoc ſe diſponit, ut ejus oratio debeat exaudiri. *Sup. Luc. cap.* 18. *ab initio. pagina* 217. *col.* 1. *B. tom.* 2.

39. Qui vult exaudiri in orationibus ſuis, ſit cultor Dei, & faciat ejus voluntatem. *Sup. Ioan. cap.* 9. *in illud, Hunc exaudit. pag.* 369. *col.* 2. *tom.* 2.

40. Quem reprehendit cor de omiſſis bonis, vel commiſſis vitiis, quæ non vult relinquere, non eſt dignus exaudiri. *Serm.* 3. *in Rogat. circa med. pag.* 118. *col.* 2. *tom.* 3.

41. Opera danda eſt optimis moribus: Deus enim aliter nos exaudire non poterit, benè autem viventes faciliùs exaudiet. *Lib.* 4. *Pharetræ cap.* 37. *in fine pagina* 192. *col.* 1. *B. tom.* 6.

S. Bonavent. 42. Devotæ mentis confidentia, ſolet eſſe indicium exaudirionis. *Lib. 2. de profectu Relig. cap. 67. pag 603. col. 2. C. tom. 7. part. 4.*

43. Si obedientes fuerimus prælatis noſtris, Deus obediet orationibus noſtris. *In regula Novit. cap. 13. in princ. pag. 628. col. 1. A. tom. 7.*

Caſſiodorus. 44. Ipſe clamor eſt, qui tacitus ad Deum pervenit, & exaudiri facit eôs qui bonis operibus conſtanter inſiſtunt. *Sup. Pſ. 4. ante med. verſ. 4. Cùm clamavero ad eum. fol. 8. col. 3.*

45. Si puro corde petimus, cur dubitemus exaudiri? *Super Pſalm. 6. a medio Proœmii fol. 10. columna 4.*

46. Dominus juſtos ſuos ſemper exaudit, ſed quemadmodùm illis expedire cognoſcit. *Sup. Pſ. 21. ante med. verſ. 5. fol. 31. col. 3.*

47. Nemo averſus exaudit, ſed cui aſpectus tranquillus conceditur, ipſi & aures placidiſſimæ commodantur. *Sup. Pſ. 54. in princ. verſ. 1. ſup. illud, Et exaudi me. fol. 81. col. 3.*

48. Reverà hoc eſt exaudiri, cui probantur profutura concedi: nam quale eſt nimietate precum exigere, quod importunum petitorem pœniteat accepiſſe? *Sup. Pſ. 144. ante fin. verſ. 20. fol. 221. col. 2.*

S. Clemens Pap. 49. Hi qui in peccatis verſantur, niſi pœnitentiam egerint, non ſolùm non exaudiuntur cùm ſupplicant, ſed etiam Deum irritant. *Lib. 4. conſtit. cap. 7.*

S. Cyprian. 50. Quomodo te audiri à Deo poſtulas, cùm te ipſe non audias? Vis eſſe Deum memorem tui cùm rogas, quando tu ipſe memor tui non ſis. *De orat. Dominica cap. 13. circa medium. pagina 271. columna 2. tom. 2.*

51. Plus impetrari poteſt paucorum concordi prece, quàm diſcordi oratione multorum. *De unit. Eccleſ. circa med. tom. 2.*

52. Non patitur poſtulatio devota repulſam. *De jejun. & tent. Chriſti. cap. 2. ſub finem pag. 462. col. 1. tom. 3.*

Dionysius Carthus. 53. Quemadmodùm pius ac ſapiens medicus non ſemper exaudit precem ægroti ad votum, quamvis exaudiat eum ad commodum ejus: ſic Deus non ſemper exaudit electos ſecundùm votum ipſorum, quia quod poſtulant, non ſimpliciter expedit eis; exaudit tamen eos, quantùm ad aliquid melius. *Sup. Epiſt. 1. ad Cor. cap. 10. art. 10. ſub finem fol. 78. A.*

54. Qui ſine attentione & cordis cuſtodia, ſine compunctione ac gemitu, ſine fervore & metu orat Altiſſimum, nonne potiùs deſpici quàm exaudiri meretur? *Sup. hymn. Adventus ad Veſperas circa medium, fol. 144. D.*

S. Euſebius Emiſs. 55. Non erit difficilis Deus, ut invocatus exaudiat, qui importunitatem ſupplicantis expectat. *Serm. ſup. illud, Oportet ſemper orare. in princ. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 1. pagina 601. columna 1. D. edit. Colon. 1618.*

Franciscus Titelman. 56. Non Deus quoſlibet indifferenter exaudit; ſed illos exaudit, qui propter humilitatem & fidem ſuam, ex qua procedit eorum oratio, merentur exaudiri. *In Elucid. ſup. cap. 35. Iob ante fin. in illud, Non ergo fruſtra exaudiet Deus. fol. 231 pag. 2.*

57. Tu ut apud Deum exaudiri merearis, vide ne de providentia & juſtitia Dei in corde tuo dubitationem ullam dominari permittas. *Ibidem, &c.*

58. Maxima eſt Dei erga ſuos pauperes ad exaudiendum promptitudo atque facilitas. *In Elucid. ſup. Pſ. 9. in fine. verſ. 41. pag. 75. ſect. 1.*

59. Dominus non ſtatim ſemper primo momento præbet quod poſtulatur, ſed differt nonnunquàm in longum tempus, quoniam ita expedire novit hominum exercitationi atque profectui. *In Annotat. ſup. Pſal. 9. ante fin. verſ. penult. Deſiderium pauperum exaudivit Dominus. pag. 88. ſect. 1.*

Gloss. Ord. 60. Aures Dei ſunt potentia, & clementia; potentia, quâ poteſt: clementia, quâ vult exaudire; niſi enim eſſet clementia, nullius preces exaudiret. *Super Pſal. 5. in illud, Auribus percipe Domine. col. 468. E. tom. 3.*

61. Modus exaudire volentis, eſt auribus attendere ad vocem deprecantis. *Sup. Pſ. 129. col. 1459. C. Moraliter. tom. 3.* Gloss. ord.

62. Sic quis credat, & ſic vivat, ut dignus ſit exaudiri: quia qui obdurat vel declinat aurem, ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis. *Sup. Ep. Iacobi. cap. 1. col. 1205. B. tom. 6.* Gloss. Int.

63. Prudens humilis meretur quod poſcit. *Sup. illud Marc. 7. Exiit dæmonium. &c. col. 560. D. tom. 5.*

64. Rogant Dominum, ſed exaudiri minimè merentur, qui jubentis Domini præcepta contemnunt. *Lib. 16. Moral. cap. 9. poſt med. col. 533. B. tom. 1.* S. Greg. Mag.

65. Suos Dominus cùm velociter non exaudit, quò repellere creditur, trahit. *Ibid. lib. 26. cap. 15. in medio. num. 16. col. 867. B.*

66. Tantò pœnitens pro ſemetipſo exaudiri meretur, quantò devotè pro aliis intercedit. *Ibid. lib. 35. cap. 7. ſub fin. num. 8. col. 1207. A.*

67. Illi à Domino exaudiri merentur, qui divini zelo amoris accenſi, omnia quæ poſſunt bona operantur. *Sup. ſeptem Pſalm. Pœnitent. ſup. Pſal. 5. verſ. 1. in fine. col. 586. A. tom. 2.*

68. Qui perverſis actionibus aſſuetus, operibus iniquitatis invigilat, nequaquàm dignus eſt exauditione, cùm orat. *Ibidem.*

69. Dùm potens quilibet ſupplicantem aliquem audire negligit, quaſi primo aditu repulſus, exaudiri qui ſupplicat, diffidit. *Ibidem, ſup. Pſ. 6. verſ. 2. poſt init. col. 516. B.*

70. Cùm oratio ad Deum per rectæ ſtudium intentionis dirigitur, circa eum quem rogat, velociter exauditur. *Ibid. ante fin.*

71. Ille cum Deo in judicium ingreditur, qui cùm oraverit, murmurat, ſi non exauditur. *Profec.*

72. Stultum eſt ab oratione deficere, ſi Deus differat cùm rogatur, exaudire. *Ibidem, circa medium, col. 625. B.*

73. Non pro magno quis habeat, ſi fuerit exauditus cùm aliquid petat, quod non impetrare plus proſit. *Ibid. ante fin. col. 625. D.*

74. Parum eſt deſideranti, ut exaudiatur, niſi etiam velociter exaudiatur. *Ibid. verſ. 7. in princ. col. 630. A.*

75. Ille exaudiri à Domino pro aliis orans poteſt, qui ex parte aliqua ei, cui ſupplicat, Domino odibilis non eſt. *Lib. 3. in 1. Reg. cap. 5. à medio. ſup. illud, Et exaudivit eum Dominus. col. 1380. C. tom. 2.*

76. Fidelis anima non exaudiri metuens, miſerias quas perlatura eſt, ſi non exauditur, enumerat. *In 7. Pſ. pœnit. ſup. Pſ. 1. verſ. 5. ante med. col. 539. A. tom. 2.*

77. A Domino exaudiri meretur, qui primâ Domini reſponſione repulſâ, clamare nequaquàm ceſſat. *Ibid. ſup. Pſ. 6. verſ. 1. in fine. col. 616. A.*

78. Mora eſt in exauditione, ſi longè ſint aures ab oratione. *Ibidem, verſ. 2. in principio. columna 616. littera A.*

79. Os ab omnipotenti Deo tantò minùs exauditur, quantò ampliùs inquinatur ſtulta locutione. *Lib. 3. dialogi. cap. 15. ante finem. verbo, Apud.*

80. Aliquando ſolet contingere, ut in oratione bona petantur, ſed quia mali ſunt qui petunt, à Domino exaudiri non merentur. *Profec.* Haymo.

81. Superfluè namque ſe exaudiri à Domino putant in orationibus ſuis, qui eum audire contemnunt in ſuis ſermonibus. *Serm. Dominica 5. poſt Paſcha. in principio.*

82. Multò ſalubrius eſt exaudiri ad ſalutem, quàm ad voluntatem. *Ibid. poſt init.*

83. Quicunque fide non dubitans, ea quæ ad ſalutem animæ ſuæ pertinent, perſeveranter petit, ſine dubio exauditur, aut in præſenti, aut in futuro. *Ibidem. ante med.*

84. Labia

S. HIERON. 84. Labia ſancta exaudit Dominus, & ipſis annuit citò precibus, quas lingua immaculata pronuntiat. *Tom. 4. Epiſt. 14. ad Mauritii filiam circa medium, pag. 90. D.*

85. Si id quod Deus præcipit facimus: id quod petimus, obtinemus. *Lib. 2. ſup. Lament. Hierem. cap. 3. ſup. illud, Si cor noſtrum non reprehenderit nos, &c. pag. 367. A. tom. 5.*

86. Omnipotens Deus quid nobis profuturum eſſe valeat ſciens, diſſimulat exaudire dolentium voces, ut augeat utilitatem, ut purgetur vita per pœnam, & quietis tranquillitas (quia hic inveniri non valet) alibi quæratur. *Ibidem, ſup. illud, Sed & cùm clamavero, &c.*

87. Qui non intelligunt quid ſibi proſit, & orant frequenter contraria, expedit eis ut non exaudiantur à Domino. *Lib. 3. ſup. Ezech. cap. 8. in fine pag. 403. D. tom. 5.*

88. Dominus noſter ſciens clementiæ ſuæ pondera atque menſuras, interdùm non exaudit clamantem, ut eum probet, & magis provocet ad rogandum, & quaſi igne excoctum, juſtiorem & puriorem faciat. *Lib. 1. ſup. Abacuc cap. 1. in princ. pagina 183. littera B. tom. 6.*

89. Vis exaudiri à Domino? eſto in tribulatione; clama, & exaudieris: ſi quis non eſt in tribulatione, auxilium Domini invocare non poteſt. *Sup. Pſal. 107. verſ. penult. pag. 161. C. tom. 8.*

S. HILARIUS. 90. In tantum humanæ pacis Chriſtus ſtuduit concordiæ, ut unitatis merito, omnia quæ à Deo precanda ſunt, impetranda eſſe confirmet. *Sup. Matth. Can. 18. poſt med. fol. 13. col. 1.*

HUGO A S. VICTORE. 91. Exaudiri poſtulat, & meretur, qui non ſolùm labiis, ſed etiam corde orat. *Sup. Pſ. 21. cap. 17. in princ. pag. 41. D. tom. 1.*

92. Eſto in valle humilitatis, ut de monte ſancto exaudiri merearis. *Lib. 2. de clauſtro anim. cap. 22. ante med. pag. 52. B. tom. 2.*

HUGO CARD. 93. Quinque ſunt impedimenta, ne oratio exaudiatur.
- Primum eſt, quando oratio non procedit à ratione, ſed à ſenſualitate.
- Secundum eſt indiſcretio petitionis.
- Tertium eſt indignitas petentis.
- Quartum eſt indignitas ejus pro quo petitur.
- Quintum eſt utilitas major futura. *Sup. Pſ. 53. fol. 137. col. 3. tom. 2.*

94. Oratio exauditur, quando eſt commoda, pura, volans, devota, tenax, pia, juſta. *Sup. Pſal. 101. fol. 259. col. 2.*

JOAN. CASS. 95. Tantum quis exaudire, atque obtinere merebitur, quantum vel inſpici ſe à Deo, vel Deum crediderit poſſe præſtare. *Collat. 9. Abbat. Iſaac. cap. 32. in med. pagina 524.*

96. Pro certo non exaudiendum ſe ſupplicans quiſque non dubitet, cùm ſe dubitaverit exaudiri. *Ibidem, cap. 34. circa med. pag. 526.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 97. Deus propter hoc differt & expectat, ut occaſionem accipiat, quâ juſtè nos ſuâ curâ dignos faciat. *Hom. 30. ſup. Gen. poſt med. col. 247. D. tom. 1.*

98. Si non exaudiatur quis, non eſt duritia Dei non præſtantis, ſed hominis negligentis. *Hom. 18. ſup. Matth. oper. imperf. in medio. columna 862. littera D. tom. 2.*

90. Tu non audis orationem tuam, & Dominum vis audire precem tuam. *Hom. 16. ex diverſ. in Matth. poſt med. col. 1186. D. tom. 2.*

100. Cujus preces exaudiuntur, exauditur utique quod precatur, aut deſiderat. *Serm. de Nat. S. Ioan. Bapt. ante med. col. 1289. A. tom. 2.*

101. Exauditus es? gratias age quòd exauditus es: non exauditus es? perſevera ut exaudiaris. *Hom. in dictum Apoſt. Sive orationе, &c. ante finem. col. 1048 B. tom. 3.*

S. JOANNES CHRYSOST. 102. Nemo cùm angore animi, ac diſceptatione orans, exaudiri ſe putet. *Hom. 8. ſup. 1. Timot. ante fin. col. 1470. D. tom. 4.*

103. Nullus in manuum elevatione, nec in verborum copia, ſed in operibus exauditur. *Hom. 67. ad Popul. Antioch. ſub fin. col. 434. C. tom. 5.*

104. Non in verborum multitudine, ſed in mentis ſolertia poſitum eſt, ut quiſque exaudiatur. *Ibid. Hom. 79. poſt init. col. 468. B.*

105. Orans ſi exauditus fueris, gratias age: non exauditus, mane orans ut exaudiaris. *Hom. 9. de pœnit. poſt med. col. 892. C. tom. 5.*

106. Non graviter feramus, ſi quandoque non fuerimus exauditi, aut ſeriùs quàm volebamus exauditi. non enim ſumus Paulo meliores, qui in utroque Dei gratiam confitetur. *Serm. 2. ſup. Ep. ad Rom. ante med. col. 19. C. tom. 4.*

JOAN SARESB. 107. Neceſſe eſt ut patiatur repulſam qui in petitionibus modeſtiam neſcit. *Epiſt. 193. ad Alexandr. Pap. in calce. apud Bibliothecam Patrum, tom. 15. pag. 568. A. edit. Colon. 1622.*

JOAN. TRITH. 108. Mira pietatis dignatio! exaudit Dominus priuſquàm petat ſervus. *Sup. Prolog. Regula S. Bened. cap. 2. text. 9. in fine. pag. 177. col. 1.*

S. ISID. HISP. 109. Tardiùs exaudiuntur quorundam orationes, ut dùm differuntur, toties excitati majoribus præmiis cumulentur. *Lib. 3. de ſum. bono. cap. 7. ſent. 23. pag. 668. col. 1.*

110. Quoties orantes non citò exaudimur, noſtra nobis facta in oculis proponamus, ut hoc ipſum quod differtur, divinæ reputetur juſtitiæ & culpæ noſtræ. *Ibidem, ſent. 24. pag. 668. col. 1.*

111. Interdùm quòd perſeveranter orantes non citò exaudimur, utilitatis noſtræ eſt, non adverſitatis. *Proſec.*

112. Sæpè enim multos Deus non exaudit ad voluntatem, ut exaudiat ad ſalutem. *Ibidem, ſent. 25. &c.*

S. LAURENT. JUSTIN. 113. Nemo ad Deum aliquando flens acceſſit, qui non quod poſtulavit, acceperit. *De ligno vitæ. Tract. 13. de orat. cap. 9. in medio. pag. 77. col. 1. A. part. 1.*

114. Exaudiri nequaquàm meretur, qui confidenti animo ac perſeveranti ſtudio non popoſcerit. *Ibidem, in fine. pag. 77. col. 1. C.*

LUDOV. BLOS. 115. Certò credas eum, qui piè orat, ſemper à Domino exaudiri. *In Canon. vitæ ſpirit. cap. 17. ante medium.*

S. PETRUS DAMIANUS. 116. Qui non audit Deum, non auditur à Deo. *Lib. 5. Ep. 3. ſub finem. pag. 66. col. 1. A. tom. 1.*

117. Meritò in ſuis à Deo precibus exauditur, qui Deum præcipientem exaudivit. *Lib. 8. Ep. 3. ad Albert. poſt init. pag. 123. col. 2. D. tom. 1.*

S. PETRUS MAURITIUS ABBAS CLUN. 118. Precibus non minis, obſequiis non contumeliis, ſolet quod petitur impetrari. *Lib. 1. Ep. 8. ad Stephan. in medio. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 17. col. 1. A. edit. Colon. 1618.*

PHILO JUD. 119. Tibi ſufficiat, ſi datur aſſiduitate, quod quæris aſſequi. *De migrat. Abrahami. ante finem. pag. 585. tom. 1.*

S. PROSPER. 120. Citò obtinentur, quæ bono deſiderio poſtulantur: nec differuntur preces, quæ hoc petunt, quod vult ille qui petitur. *Proſec.*

121. Velox itaque exauditio eſt, cùm ipſa primitùs exauditur oratio: nec tardat auxilium, qui dedit votum. *Sup. Pſ. 101. verſ. 3.*

RICHARDUS A S. VICTORE. 122. Oratio, quæ ex corde contrito & humiliato profertur, citiùs exauditur: humiliato per timorem, contrito per dolorem. *Part. 1. De Benjamin minore. cap. 9. in fine. pag. 182. col. 2. A.*

SALVIANUS. 123. Nulla nobis ratio precandi, ſi ſpes tollitur impetrandi. *Lib. 1. de Gubernat. Dei ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. edit. Colon. 1618.*

124. Quomodo in precibus juſtorum divinæ aures ſunt? quomodo? niſi ut ſemper audiant, niſi ut

ſemper exaudiant, niſi ut promptè audita tribuant, niſi ut illicò exaudita concedant. *Ibidem, lib. 2. circa init. ſup. illud Pſ. 33. Aures ejus in preces eorum. pag. 328. col. 2. H.*

S. Thomas Aquinas. 125. Multorum preces faciliùs exaudiuntur. 2. 2. *Quæſt. 83. art. 7. in Corpore. ad 3. in fine.*

126. Fideliter ſupplicans Deo pro neceſſitatibus hujus vitæ, & miſericorditer auditur, & miſericorditer non auditur: quid enim infirmo ſit utile, magis novit medicus, quàm ægrotus. *Ibidem, art. 15. in corpore, ad 2. in medio.*

127. Orationem peccatoris ex bono naturæ deſiderio procedentem Deus ſi exaudit, non quaſi ex juſtitia (quia peccator hoc non meretur) ſed ex pura miſericordia. 2. 2. *Quæſt. 83. art. 16. in corpore.*

128. Multotiès non exauditur oratio, quia indecentia poſtulantur. *Opuſc. 7. ſup. Pater noſter. Petit. 1. tom. 1.*

Sententiæ Paganorum.

Seneca. 129. Sunt quædam nocitura impetrantibus, quæ non dare, ſed negare, beneficium eſt. *Lib. 2. de Beneſ. cap. 14. in princ. pag. 396. tom. 2.*

Sixtus Phil. 130. Voluptuoſum Deus non exaudit. *Sent. 64. pag. 65. col. 1. B. apud Bibliothecam Patrum, tom. 3. edit. Colon. 1618.*

131. Orationem Deus non exaudit hominis, qui egenum non exaudit. *Ibidem, ſent. 208. pag. 66. col. 1. littera A.*

Vide etiam Tit. Actio. ſent. 266. Deriſio. ſent. 8. Dilatio. ſent. 31. 32. Iudicium extrem. ſent. 141. Maria. ſent. 13. Multitudo. ſent. 17. Peccatum in genere. ſent. 49. Perſeverantia. ſent. 39. Petitio. ſent. 77. 103. Placare Deum. ſent. 25. Sacerdos. ſent. 3.

Excommunicatio.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

Etymologia.

S. Antoninus. EXCOMMUNICATIO dicitur, quaſi excluſio à communione. *Part. 3. tit. 24. de Excommunicatione cap. 1. in princ. fol. 360. col. 3.*

S. Thomas Aquinas. Anathema eſt græcum, & componitur ab ἀνὰ quod eſt, ſurſum, & θέσις, quod eſt, poſitio: ut dicatur Anathema, quaſi ſurſum poſitum. *Super Epiſt. ad Rom. cap. 9. lect. 1. ante medium, fol. 32. columna 4.*

Definitio.

Collector. Excommunicatio eſt cenſura à canone, vel à judice eccleſiaſtico prolata, privans communione ſacramentorum, & quandoque hominum.

S. Bonavent. Excommunicatio eſt animadverſione gladii ſpiritualis Eccleſiæ à communione ſacramentorum & fidelium ſeparatio. *Part. 1. Centiloquii ſect. 27. in medio. pag. 67. col. 1. A. tom. 6. part. 1.*

S. Bruno. Excommunicare eſt tradere ſathanæ. Quia cùm excommunicatur quis, ſathanæ traditur, cujus erat priùs, quàm per baptiſmum juſtificaretur. *Sup. 1. Tim. 1. in fine pag. 316. col. 1. tom. 2.*

Hugo Caro. Excommunicatio eſt medicina, quâ deſtituti à conſilio & auxilio Eccleſiæ, confuſi revertuntur. *Sup. 1. Cor. 5. fol. 84. col. 1. tom. 7.*

Sententiæ Patrum.

S. Anselmus. 1. Nullatenùs oportet, ut illi ſint conſortes de altari participantium, qui per immunditiam ſe faciunt exortes altari deſervientium. *Ep. 8. ad Abbatem Gulielmum. ante med. lit. D.*

S. Antonin. 2. Nullus debet excommunicari, niſi pro mortali & ſcandalo. *Part. 2. tit. 1. cap. 21. §. 3. circa medium, fol. 84. col. 1.*

3. Excommunicatio venenum eſt, & medicina. *Part. 2. tit. 4. cap. 6. §. 4. in principio. fol. 171. columna 8.*

4. Sicut medicus non abſcindit membrum, cùm aliter poteſt curare infirmum: ſic prælatus Eccleſiæ non debet eſſe ſubitus ad fulminandum excommunicationem. *Ibid. ante med. fol. 171. col. 4.*

5. Excommunicatus eſt ſeparatus à ſeptem bonis.
Primò, à cœlo.
Secundò, ab omni ſacramento.
Tertiò, ab Eccleſiæ ſuffragio.
Quartò, à divino officio.
Quintò, à fidelium conſortio.
Sextò, à quolibet actu.
Septimò, à fidelium ſepulchro. *Ibidem, ante medium, & conſeq. uſque ad fin. 172. columna 1. 2. & 3.*

6. Excommunicationis ſententia ferenda non eſt ubi multitudo eſt in crimine, & periculum timetur ſchiſmatis vel ſcandali. *Part. 3. tit. 24. de Excommunicat. cap. 75. §. 1. in fine. fol. 387. col. 2.*

S. Augustin. 7. Præcidendum eſt quod velut puro ſanoque nimium corpori vulnus obrepſit, ne cùm tardiùs abſtergitur, in ipſis penè viſceribus hujus mali non exhaurienda poſt ſentina conſidat. *Ep. 91. poſt initium. pag. 27. A. tom. 2.*

8. Multi unum corpus ſumus in Chriſto, ac per hoc nemo poterit eſſe juſtus, quamdiu fuerit ab unitate hujus corporis ſeparatus. *Ep. 50. ad Boniſac. longe ante finem. pag. 146. D. tom. 2.*

9. Tria mortifera excommunicatione ſunt punienda, donec pœnitentia humiliore ſanentur, ſcilicet impudentia, idololatria, homicidium. *De fide & operibus. cap. 19. in princ. pag. 53. A. tom. 4.*

10. Reus excommunicatus nunquam carebit regenerationis ſacramento, etiam non reconciliatus; quia nunquam moritur Deus. *Lib. 2. de Adulterinis conjug. cap. 5. in princ. pag. 592. D. tom. 6.*

11. Nihil ſic debet formidare Chriſtianus, quàm ſeparari à corpore Chriſti. Si enim ſeparatur à corpore Chriſti, non eſt membrum ejus: ſi non eſt membrum ejus, non vegetatur ejus ſpiritu. *Tract. 27. ſup. Evang. Joannis, de cap. 6. paulo circa medium, pagina 158. D. tom. 9.*

12. Cùm excommunicat Eccleſia, in cœlo ligatur excommunicatus: cùm reconciliatur ab Eccleſia, in cœlo ſolvitur reconciliatus. *Ibidem, tract. 50. de cap. 12. ante fin. pagina 252. D.*

13. Si judex es, ſi judicandi poteſtatem accepiſti, Eccleſiaſtica regula ſi apud te accuſatur, ſi teſtibus convincitur, coërce, corripe, excommunica, degrada. *De verbis Apoſt. ſerm. 22. poſt med. pag. 253. littera A. tom. 10.*

14. Ligas fratrem tuum in terra: ſed ut juſtè alliges, vide: nam injuſta vincula dirumpit juſtitia. *Et habet. in decret. Gratiani Parte 2. cauſa 11. quæſt. 3. can. Cœpiſti. folio 253. columna 1.*

15. Noſtris temporibus ita multa mala in apertam conſuetudinem jàm venerunt, ut pro his excommunicare aliquem laicum non audeamus. *Cap. 80. in Enchiridio, in med. tom. 3.*

16. Severitate Eccleſiæ mali excommunicationibus corripiuntur. *De fide & operibus. cap. 2. circa finem. tom. 4.*

17. Tunc quiſque ab Eccleſia præciditur, cùm viſibiliter excommunicatur. *De unitate Eccleſ. cap. 25. poſt medium, tom. 7.*

18. Excommunicare pigri ſumus: aliquando enim timemus, ne ipſo flagello pejor fiat, qui cæditur. *Hom. 28. ex quinq. Hom. cap. 3. tom. 10.*

S. AUGUSTIN. 19. Alligatur homo amariùs & infeliciùs Eccleſiæ clavibus, quàm quibuſlibet graviſſimis & duriſſimis, ferreis, vel adamantinis nexibus. *Lib. 1. contra adverſ. legis cap. 17. prope fin. tom. 6.*

20. Si homo ab Eccleſia Ethnicus declaratur, gravius eſt quàm ſi gladio feriretur, ſi flammis abſumeretur, ſi feris ſubjiceretur. *Ibidem, &c.*

S. BERNARD. 21. Secundum menſuram cauſæ, excommunicationis extendatur menſura. *De præcepto & diſpenſ. circa med. fol. 292. col. 3. lit. G.*

S. BONAVENT. 22. Peccat ille in Eccleſiam, qui commercium habet cum illo, qui omninò præciſus eſt ab Eccleſia. *In Centiloq. part. 1. ſect. 29. in calce pag. 68. col. 1. lit. B. tom. 6.*

CONCILIUM TRIDENT. 23. Quamvis excommunicationis gladius nervus ſit Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ad continendos in officio populos valdè ſalutaris: ſobriè tamen, magnaque circumſpectione exercendus eſt: cùm experientia doceat, ſi temerè aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari; & perniciem potiùs, parere, quàm ſalutem. *Seſſion. 25. in decreto de reformat. cap. 3. in princ. pag. 274.*

S. DIONYSIUS AREOPAGIT. 24. A ſacris pro meritis arceri, non eſt malum: ſed ſceleſtum profanumque, eſſe indignum iis, quæ ſancta ſunt. *De divin. Nomin. cap. 4. part. ult. in medio. apud Bibliothecam Patrum, tom. 1. pag. 147. col. 1. edit. Colon. 1618.*

S. FABIANUS PAPA. 25. Excommunicatus eſt, qui excommunicatis communicat. *Et hab. in decret. Gratiani part. 2. cauſa 11. quæſt. 3. Can. Sicut. fol. 210. col. 3.*

GLOSS. DECR. 26. Excommunicatio eſt mucro Epiſcopalis. *In decretis Gratiani fol. 141. columna 3. edition. Lugdun. 1540.*

GRATIANUS. 27. Illicita excommunicatio notatum non lædit, ſed excommunicantem condemnat. *In decret. part. 2. cauſa. 24. quæſt. 3. Can. Si habes. §. Vt ergo. fol. 320. col. 4. edit. Lugdun. 1540.*

S. GREG. MAG. 28. Aliter maledictum profertur prætextu juſtitiæ, aliter livore vindictæ. *Profec.*

29. Cùm ſancti viri maledictionis ſententiam proferunt, non ad hanc ex voto ultionis, ſed ex juſtitia examinis erumpunt. *Lib. 4. Moral. cap. 6. ab init. col. 96. C. D. tom. 1.*

30. Sententia excommunicationis paſtoris, ſive juſta, ſive injuſta, timenda eſt. *Hom. 26. ſup. Evang. circa med. col. 432. C. tom. 2.*

31. Non debet is pœnam ſuſtinere canonicam, in cujus damnatione non eſt canonica prolata ſententia. *Lib. 2. in Regiſtro. Indict. 11. cap. 48. Epiſtola 9. ad Antoninum Subdiacon. circa initium, columna 717. B. tom. 2.*

32. Cauſæ penſandæ ſunt, & tunc ligandi atque ſolvendi poteſtas eſt exercenda. *Hom. 26. ſup. Evang. ante med. col. 432. A.*

33. Melius eſt de ovili Dominico morboſam ovem ejicere, quàm unius vitio ſanas amittere. *Lib. 9. in Regiſtro. Ind. 4. cap. 69. Ep. 69. ad Euſeb. Epiſcop. col. 1092. D. tom. 2.*

34. Nihil te oſtendis de cæleſtibus cogitare, dùm pro vindicta propriæ injuriæ (quod ſacris regulis prohibetur) maledictionem anathematis invexiſti. *Ibidem, lib. 2. Ind. 10. cap. 34. Ep. 34. ad Ianuarium Epiſc. col. 704. lit. D.*

HAYMO. 35. Qui diu portati & ſalubriter objurgati, corrigi noluerint: tanquàm putres corporis partes debent ferro excommunicationis abſcindi; ne ſicut caro morbis emortua, ſi abſciſſa non fuerit, ſalutem reliquæ carnis putredinis ſuæ contagione corrumpat. *Serm. 1. fer. 2. poſt vocem jucunditatis in litaniis. in fine.*

S. HIERONYM. 36. Inobediens Eccleſiæ, ſpirituali mucrone truncatur, aut ejectus de Eccleſia, rabido dæmonum ore diſcerpitur. *Ep. 1. ad Heliodor. poſt med. pag. 3. B. tom. 1.*

37. Reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſum animal à caulis ovium repellendum; ne tota domus, maſſa, corpus & pecora, ardeant, corrumpantur, putreſcant, intereant. *Lib. 3. ſup. Epiſt. ad Galat. cap. 5. ſuper illud, Modicum fermentum, & pag. 190. littera B. tom. 9.* S. HIERONYM.

38. Hæc tria in ſententia excommunicationis penſanda ſunt: animus judicis, ordo, & cauſa. Quorum ſi unum pervertatur, dicitur injuſta: modò ex ordine, modò ex cauſa. *Profec.* HUGO A S. VICTORE.

39. Si cauſa non præceſſerit, excommunicatio vera non eſt; nec apud Deum tenetur ligatus, qui ſine culpa ſua fuerit excommunicatus. *Lib. 1. de ſacrament. cap. 27. poſt init. pag. 259. D. tom 3.*

40. Excommunicatus non eſt, qui abſolutè coactus excommunicato communicat; ſecùs ſi coactio fuit conditionalis. *Lib. 1. Decret. conſt. conſtit. 139. in titulo. fol. 274. col. 4.* S. INNOC. III.

41. Dogmata impia & quæ ab hæreticis profecta, arguere & anathematizare oportet, hominibus autem parcendum, & pro ſalute ipſorum orandum. *Serm. de Anathem. in fine. columna 121. littera B. tom. 5.* S. JOANNES CHRYSOST.

42. Nullus eccleſiaſtica deſpiciat vincula: non enim qui ligat eſt homo, ſed Chriſtus, qui hanc contulit poteſtatem, & tanti dominos honoris homines conſtituit. *Hom. 70. ad Popul. Antioch. poſt med. col. 445. C. tom. 5.*

43. His quibus prodeſſe non potuerit correctio, non parcat abſciſſio. *Epiſt. 76. ad Anatolium Epiſc. Conſtantinop. non longè à medio.* S. LEO I.

44. Sententia excommunicationis non eſt temerè ferenda. *Ep. 89. ante finem.*

45. Non poteſt eſſe juſta maledicendi cauſa, ubi ignoratur peccantis affectus. *Hom. 15. in cap. 22. Num. ſup. illud, Quid maledicam, &c. tom. 1.* ORIGENES.

46. Timeat quiſquis tremendi anathematis elogium parvipendit; ne dùm quaſi ſecurus ambulat, latentis eum judicii laqueus comprehendat. *Opuſc. 34. capite 1. ſub finem. pagina 643. columna 1. littera D. tom. 3.* S. PETRUS DAMIANUS.

47. Nullus officio ſacerdotis in excommunicatione uti debet, niſi immunis ſit ab aliis, quæ in illis judicat, alioquin ſeipſum condemnat. *Lib. 4. ſent. diſt. 19. pag. 419. lit. D. in fine.* PETRUS LOMBARDUS MAGISTER SENT.

48. Qui diu portati & ſalubriter objurgati, corrigi noluerint, tanquàm putres corporis partes debent ferro excommunicationis abſcindi: ne ſicut caro morbis emortua, ſi abſciſſa non fuerit, ſalutem reliquæ carnis putredinis ſuæ contagione corrumpit, alios exemplo ſuæ perditionis inficiant. *Lib. 2. de vita contemplat. cap. 7. poſt init.* S. PROSPER.

49. Per excommunicationem fit ſeparatio à communione Eccleſiæ exteriori, per eccleſiaſticam unitatem, non autem ab interiori per charitatem. *Sup. 4. ſent. diſt. 18. Quæſt. 2. art. 1. ad 1.* S. THOMAS AQUINAS.

50. Excommunicatio graviſſima pœna eſt. *Ibidem, ad 3.*

51. Omnis Chriſtianus, qui à ſacerdotibus excommunicatur, ſathanæ traditur. *Serm. 2. fer. 3. poſt Reminiſcere. ante med. fol. 148. col. 2. part. 1.* S. VINCENT. FERRAR.

52. Cavenda eſt ſententia Epiſcopi, licet injuſtè liget. *In decret. Gratiani. cauſ. 11. quæſt. 3. Can. Quibus. fol. 212. col. 1.* S. URB. I. PAP. & MART.

Vide etiam Tit. Officium divinum. ſent. 24.

Excuſatio.

DEFINITIO.

EXCUSATIO propriè eſt objecti criminis dilutio. COLLECTOR.

Sententiæ Patrum.

S. Auguſtin.

1. Nolens ſe eſſe reum, addit potius ad reatum: & ſua excuſando, non accuſando peccata, ignorat non ſe pœnam removere, ſed veniam. *De continentia cap. 5. circa medium, pagina* 708. *littera D. tom.* 4.

2. Sentiat culpam, nec velit excuſare ſe confitens, ne augeat crimen. *De vera & falſa pœnit. cap.* 16. *in princ. pag.* 747. *B. tom.* 4.

3. Pejor damnabiliorque eſt ſuperbia, qua etiam in peccatis manifeſtis ſuffugium excuſationis inquiritur. *Praef.*

4. Accuſatio potius quàm excuſatio vera eſt, ubi mandati divini eſt aperta tranſgreſſio. *Lib.* 14. *de Civit. Dei cap.* 14. *in princ. & in fine, pag.* 257. *lit. B. tom.* 5.

5. Juſtior videtur excuſatio dicentium, Non accepimus audientiam; quàm dicentium, Non accepimus perſeverantiam. *De corrept. & gratia cap.* 7. *ab initio pag.* 907. *B. tom.* 7.

6. Si tu te excuſas, claudis ſinum, includis peccatum, excludis indulgentiam. *Hom.* 11. *ex quinquaginta Homil. à medio pagina* 301. *littera B. tom.* 10.

7. Plerique nolunt alios accuſare, dùm ſe per illos cupiunt excuſare. *Ibidem, Hom.* 50. *ante finem. pag.* 384. *C. tom* 10.

8. Velociores ſunt homines ad excuſationem, quàm ad confeſſionem peccatorum ſuorum. *Lib.* 3. *de lib. arbitr. cap.* 2. *circa med. tom.* 1.

9. Præcepta ideò data ſunt, ut homo excuſationem de ignorantia non haberet. *De gratia & lib. arb. cap.* 2. *poſt init. tom.* 7.

10. Diabolus ſuadet hominibus excuſationes peccatorum. *Hom.* 12. *ex quinquaginta Hom. poſt med. tom.* 10.

S. Bernard.

11. Genus excuſationis eſt, cùm argueris tu, alium incuſare: porrò excuſare te velle, quando corriperis, non modò minimè fructuoſum, ſed & pernitioſum eſt. *Serm.* 16. *ſup. Cant. poſt med. fol.* 145. *col.* 4. *lit. M.*

12. In animam ſuam peccat, qui ſe excuſat, repellens proindè indulgentiæ medicinam, & ſic vitam ſibi proprio ore intercludens. *Ibidem, poſt med. fol.* 146. *col.* 1. *A.*

13. Perfecta & abſoluta excuſatio, teſtimonium conſcientiæ ſuæ eſt. *Lib.* 2. *de Conſid. ad Eugen. Pap. ante med. fol.* 276. *col.* 3. *G.*

14. Multis modis fiunt excuſationes in peccatis: aut enim dicit qui ſe excuſat, Non feci; aut, Feci quidem, ſed benè feci: aut Si malè, non multùm malè; aut ſi multum malè, non malâ intentione. *De* 12. *grad. humilit. Grad.* 8. *in princ. fol.* 303. *columna* 3. *lit. H.*

Caſſiodorus.

15. Faciliùs tacendo culpa refugitur, quàm loquendo. *Sup. Pſalm.* 38. *circa initium. verſ.* 1. *fol.* 59. *columna* 1.

16. Hoc maximum vitium eſt, quo laborat humanitàs, ut poſt peccatum ſuum potiùs ad excuſationes confugiat, quàm pœnitudinis ſe confeſſione proſternat. *Sup. Pſ.* 140. *poſt init. verſ.* 4. *Ad excuſandas excuſationes. &c. fol.* 215. *col.* 2.

S. Franciſcus Aſſiſias.

17. Beatus ſervus, qui non eſt velox ad ſe excuſandum, ſed humiliter ſuſtinet verecundiam & reprehenſionem de peccato, ubi non commiſit culpam. *In ſuis Opuſc. in admonit. ad fratres. cap.* 22. *pagina* 79. *tom.* 1.

Gloſs. Ord.

18. Qui pœnitet ſolicitus eſt ne denuò peccet, & non ſe excuſat: ſed confitetur & vindicat in ſe quod deliquit. *Super* 2. *ad Cor. cap.* 7. *columna* 409. *C. tom.* 6.

S. Hieron.

19. Negligentiæ ſemper excuſatio eſt ſocia. *Tom.* 1. *Ep.* 44. *ad Chryſogon. in fine. pag.* 218. *D.*

S. Hieronym.

20. Prona eſt ad excuſationem ſui humana perverſitas; ut quidquid meritò ſuſtinent, injuſtè ſuſtinere videantur. *Lib.* 1. *ſup. Hierem. cap.* 2. *ſup. illud, Quid vultis mecum judicio contendere? pag.* 268. *littera A. tom* 5.

Hugo Card.

21. Excuſatio veriſimilis hominem poteſt placare, Deum non poteſt fallere. *Sup. Ep. ad Galat. cap.* 6. *fol.* 167. *col.* 3. *tom.* 7.

S. Joannes Chryſoſt.

22. Negligenti virtutem nulla eſt excuſatio; neque licet alicui excuſare juventutem, ubi virtus exercenda eſt. *Hom.* 63. *ſup. Gen. poſt medium. col.* 494. *C. tom.* 1.

S. Iſid. Hiſp.

23. Quorundam excuſatio eſt perverſorum, qui dùm pro ſuis facinoribus arguuntur, verba juſtorum pro cenſura declinanda abjiciunt. *Lib.* 3. *de ſum. bono. cap.* 32. *ſent.* 8. *pag.* 678. *col.* 2.

Richardus à S. Victore.

24. Faciliùs illa excuſamus, quæ per infirmitatem contrahimus, quam quæ ex ſola malitia committimus. *Part.* 1. *lib.* 1. *de Erud. hom. inter. cap.* 28. *poſt med. pag.* 108. *col.* 2. *D.*

Salvianus.

25. Quicunque ſibi ſe excuſat, accuſat Deo. *Lib.* 4. *ad Eccleſias catholic. ante finem. apud Bibliothecam Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pagina* 382. *columna* 1. *littera A. edit. Colon.* 1618.

S. Thomas Aquinas.

26. Pigri ſemper allegant impedimenta. *Sup. Ep. ad Hebr. cap.* 6. *lect.* 3. *in fine.*

Thomas à Kempis.

27. Tu benè ſcis facta tua excuſare, & aliorum excuſationes non vis recipere: juſtius eſſet ut te accuſares, & fratrem tuum excuſares. *Lib.* 2. *de Imit. Chr. cap.* 3. *ſect.* 2. *in princ tom.* 2.

28. O frater amande, excuſa & excuſaberis: compatere, & compatietur tibi. *In hortulo Roſar. cap.* 15. *ſect.* 2. *tom.* 2.

29. Nemo ſecuriùs excuſatur, quàm qui culpam propriam agnoſcens, ſe humiliat. *De fideli diſpenſat. cap.* 1. §. 4. *in fine. tom.* 2.

S. Zeno Epiſcopus et Mart.

30. Infelix culpa eſt, in qua locum qualiſcunque non invenit excuſatio. *Serm.* 3. *de Iſaya. in fine. apud Bibliothecam Patrum, tom.* 3. *editionis Colonienſis* 1618.

Sententiæ Paganorum.

Seneca.

31. Turpiſſima excuſatio eſt: Non putavi. *Libro* 2. *de Ira. capite* 31. *poſt initium, pagina* 427. *tom.* 1.

32. Excuſationem quærere, vitium eſt. *De Moribus. in medio. pag.* 677. *edit. Baſilea.* 1537.

Exemplum.

DEFINITIO.

Cicero.

EXEMPLUM eſt alicujus facti vel dicti præteriti, cum certi authoris nomine propoſitio. *Libro* 4. *de arte Rhetorica ad Herennium poſt med. col.* 70. *lit. F. tom.* 1.

Sententiæ Patrum.

S. Ambroſius.

1. Unius exemplo plurimi corriguntur. *Libro* 5. *ſuper Lucam, cap.* 7. *in illud, Tetigit loculum. col.* 1692. *D. tom.* 5.

2. Ratio evidens exemplis non indiget. *Ibidem, lib.* 8. *cap.* 18. *in illud, Interrogavit eum quidam. columna* 1764. *lit. D.*

3. Exempla faciliùs ſuadent, quàm verba. *Super* 1. *Corinth. capite* 14. *poſt initium. columna* 1922. *C. tom.* 5.

S. Antonin.

4. Senes debent exempla imitatione digna miniſtrare. *Part.* 4. *tit.* 4. *cap.* 10. §. 1. *in fine fol.* 52. *col.* 3.

[illegible]

5. M[illegible] pr[illegible] ſa[illegible]ta p[illegible] *Part. 4. tit. [illegible] de Inſtitut. c. 4. [illegible] poſt initium. [illegible] 5 columna 4.*

6. C[illegible] ſta cæli non [illegible] ſunt [illegible] andum, & vul[illegible] hil op[illegible]andum. *De opere Monachorum cap. 24. in prin. pag. 565. B. tom.*

7. Coram pio vivens impi[illegible] non obligat [illegible] conſentem, cruciat tamen ſentien[illegible]. *Epiſt. 145. ad Sebaſtian. circa med. pa[illegible] 4[illegible] A. tom. 2.*

8. Sana ratio [illegible] antep[illegible] eſt, [illegible] quidem & exempl[illegible] conc[illegible]nt. *Lib. 1 de Civit. Dei. cap. 23. prope init. tom.*

9. Exempl[illegible] antò digniora ſunt imitatione, quantò excelle[illegible]iora pietate. *Lib. [illegible] de Civit. Dei. cap. [illegible] in princ. pag. 7. A. tom. 5.*

10. Exem[illegible] bene vivendo. *Sup. P[illegible] in princ. pag. [illegible] lit. B. tom. 8.*

11. [illegible] illi [illegible] requirendæ [illegible] qui [illegible] exemplum p[illegible] oſtendunt. *De honeſtat. mulier. cap. 2. poſt med. pagina 72[illegible]. A. tom. 9.*

12. Quan[illegible] paſtor[illegible] los attiocet, ove[illegible] ſu[illegible] o[illegible]unt [illegible] vivendo, mal[illegible] exemplum præbendo. *De Paſtoribus cap. 4. in princ. pagina 726. littera D tom. 9.*

13. Qui in conſpe[illegible] populi male vivit, quantum in [illegible] eſt, [illegible] à quo att[illegible], occidit. *Ibidem, poſt med. pag. 72[illegible].*

14. [illegible]nis qui m[illegible] vivit in conſpectu eo[illegible]m quibus præpoſitus eſt, quan[illegible] in ipſo [illegible] oves. *Profec.*

15. Qui imitatur præpoſitum moritur, qui non imit[illegible] quantùm ad [illegible] ambo[illegible] *Ibidem, &c.*

16. O[illegible] facien[illegible]di, quæ[illegible] exempla mal[illegible] *Serm. 2. de communi vita Clericor. poſt med.*

S. Basilius Magnus.

17. [illegible] orum fuge, quorum vita omnium judicio condemnata eſt. *Apud D. Ioan. Damaſc. li[illegible] Parall. cap. 72. poſt initium. fol. 32. pag. 2. lit. C.*

V. Beda.

18. Grave eſt peccatum, unde aliquis peccandi ſumit exemplum. *In ſuis Prover[illegible] verbo Grave. pagina 190. tom. 2.*

S. Bernard.

19. [illegible]ivus & efficax, exemplum operis eſt, plurimum faciens ſuadibile quod dicitur, dùm monſtrat f[illegible] quod ſuadetur. *Serm. de S. Benedicto circa med. fol. 9. co[illegible] C.*

20. Is qui exemplo ſ[illegible] ad remiſſius agendum cæteros provocat, mani[illegible] perſequitur Chriſtum. *Serm. 1. de Conver. S. Pauli circa medium, fol. 2 col. 2. lit. E.*

S. Bonavent.

21. Sic velit homo ali[illegible]re exemplum virtutis, ut tamen non quærat mi[illegible] tranſitorii favoris. *Sup. Luc. cap. 12. in illud, Et lucernæ ar[illegible]ntes, &c. pag. 157. col. 2. A. tom. 2.*

22. Peccat frater in nos, ſi etiam nobis ſcientibus pe[illegible]t; quia quantùm in eo eſt, exemplo nos [illegible]mpit [illegible]nos [illegible] iniquitatis efficit. *Super I[illegible] cap. 1[illegible] poſt initium, pagina 2[illegible] columna 1. tom.*

23. Plu[illegible] operum exempla, quàm verborum [illegible] *1 Dom. poſt Paſcha. ante med. pag. [illegible] col. [illegible] tom. 3.*

S[illegible] A[illegible]

24. [illegible]ut [illegible] admirandus atque laudandus eſt, [illegible] onus, multorum profectus eſt: ita [illegible]us eſt [illegible]jus vita mala, multorum [illegible] *Hom. [illegible] ante medium apud Bibliothecam Patrum, tom. [illegible] part. [illegible] pag. [illegible] columna 2. lit. E. edit. Colon. 1618.*

Cassiodor.

25. [illegible] qui exemplum præbet [illegible] incolari. *Sup. P[illegible] 6. ante med. verſ. 6. fol. 23 col.*

26. [illegible] eſt [illegible] & [illegible] ſibi [illegible] vix [illegible] dedic[illegible]runt. *Profec.*

C[illegible] Tr[illegible]

27. Cu[illegible] in à [illegible] tem ſublati locu[illegible] præ[illegible]tur [illegible] cedum, [illegible] [illegible] producuntur. *Se[illegible] 22. in ac[illegible] de [illegible]rmatione cap. 1. in princ. pag. [illegible]*

28. I[illegible] ſatione ſuperi[illegible] p[illegible] & ſolus in[illegible]certo [illegible] *[illegible]per Epiſt. 1[illegible] cap. [illegible] art. 9. ante med. fol. 4[illegible]*

Dionysius Carthus.

29. Qu[illegible] exempl[illegible] atis, & alian[illegible] tan[illegible] & [illegible]um tantis æt[illegible] p[illegible] *De pro[illegible]one Monaſt. art. 9. [illegible] pa[illegible]*

30. V[illegible] ſunt exempla [illegible] eſt [illegible]plari, [illegible] ædific[illegible]

31. D[illegible] ſemper [illegible] reſpice, nunquam [illegible] *I[illegible] F[illegible] p[illegible] ad [illegible] apud Bi[illegible]cam Patrum tom. 5 part. 1 pag. [illegible] columna [illegible] D. edit. Colon. 1618.*

S. Eucharius.

32. Sicut ille valdè admirandus atque laudandus eſt, cujus [illegible]rſus multorum pro[illegible]us eſt, ita [illegible] merito lugendus eſt, cujus vita multorum ruina [illegible] *Hom. [illegible] ad Monachos. ab initio. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 1. pagina 584. columna 1. D. edition. Colon. 1618.*

H[illegible] E[illegible]

33. Sicut pretio[illegible]m atque p[illegible] eſt in medio multorum bene ag[illegible] ad profectum exemplo boni operis ex[illegible] eſt [illegible] ne[illegible] ac tepid[illegible] ag[illegible] multorum animas depr[illegible] *Profec.*

34. Sicut fructuoſum [illegible] in medio mal[illegible]um poſi[illegible] ita periculoſum eſt aliquid deli[illegible]onis egiſſe. *Ibidem, Hom. 4. in princ. pag. 581 col. 2. F.*

35. Benedicta Deo illa anima, cujus humilitatis exemplum alterius confundit ſuperbiam: cujus patientia proximi extinguit iracundiam: cujus obedientia pigritiam alterius tacitè increpat: cujus fervor inertiam alterius teporis excuſſitat. *Ibidem, Hom. 7. poſt init. pag. 584 col. 2.*

36. Qui cum plurimorum deſtructione ſe perdidit, cum plurimorum ædificatione ſe redimat. *Ibid. Hom. 10. ante med.*

Gloss. Int.

37. Non ſunt in exemplum oſtendenda, niſi quæ ſunt firma. *Sup. Deuter. cap. 1[illegible] col. 1548 lit. D. tom. 1.*

38. Sic[illegible] exempla b[illegible]m admonent, ita exempla m[illegible]rrent. *[illegible]p. Indic[illegible] cap. 8. col. [illegible] D. tom. [illegible]*

39. [illegible]ſtus alius non proficit, tamen præbere bona exempla nunquam [illegible] *Sup. Iob. cap. 13. col. 161. A. tom. [illegible]*

S. Gregorius,

40. Multi in tenebris [illegible] dum ſupe[illegible] de ſe exempla exhib[illegible] more nobis deſuper lucent. *Lib. 2. Mor[illegible] p[illegible] 2. poſt med. col. 114. A. tom. 1.*

41. Qui vitam præcedentium Patrum conſpicit, quid in ſe gemere debeat, ſu[illegible] agnoſcit. *Ibid. lib. [illegible] cap. 35 in fine. col. 33. C.*

42. Dùm de alien[illegible] laudis e[illegible] alios [illegible] exerc[illegible] bona oper[illegible] *Ibid. [illegible] cap. 5 ante med. num. 7. col. [illegible] D.*

43. A[illegible] qu[illegible] dam tranſit [illegible] hu[illegible] tuenda ſunt. *Ibidem, lib. 8. cap. [illegible] columna [illegible] littera C.*

44. [illegible] ampl[illegible] agens, nom[illegible] *Profec.*

S. Gregor. Magn.

45 [illegible] exemplum [illegible], quando pro [illegible]. *Part. 1 Paſtoral. cap. 2.* [illegible] *columna 1228. littera C.*

46 Plerumque co[illegible] qui [illegible]g[illegible]ter de ſe mala op[illegible] [illegible] quidem mala nu[illegible]qua faciunt [illegible] tamen [illegible] ſe [illegible], mul[illegible] *cap 1. Admonit. 36. prope fin. col.* [illegible]19.

47. Sunt nonnulli, quos ad amorem patr[illegible], plus ex[illegible], quàm [illegible]. *Lib. 1. dialogi ante fin. Prologi verbo Vellem. col.* [illegible] *lit. C tom.* [illegible]

48 Q[illegible] exempla bonorum [illegible]erum [illegible]umqua juc per bo[illegible]m famam tribuunt, qu[illegible] odorem, q[illegible] ſanentur ægroti aſpergunt. *Sup. Cant. cap. 7. in fine. col. 55. C. tom. 2*

49. Prælatorum perv[illegible]ſa exempla ſubditos corrumpunt. *Hom. 31. ſup. Evang. ante medium, columna 458 lit. B.*

50 Sæpe ex culpa præſiden[illegible], deterior fit [illegible]ita ſubjectorum; & mala ac[illegible]io præſidentis valdè nocet ſubditis. *Lib. 6 in Regiſtro. Indi[illegible] 15. cap. 1[illegible]1. Ep. [illegible]. ad Mauritium Patricium. poſt med. col. 8*[illegible] *B. tom 2.*

51. [illegible]urientem animam exempla bonorum paſcunt. *Lib. 1. dialogi cap. 11. in fine. columna 13*[illegible] *C tom. 1.*

52 Gravis ſemper eſt pra[illegible]is mo[illegible]ibus vita bonorum *Ibidem, lib. 2. cap. 3. poſt init. verbo Recedente. columna* [illegible]4 *C*

53. Nunquam pecc[illegible]tores ad [illegible]amentum pœnitentiæ redirent, ſi nulla eſſent bonorum exempla, quæ eorum mentem traherent *Ibid. lib. 3. cap. 37. in fine. verbo Maiſtr[illegible]. col. 1320. C.*

54. U[illegible] ſenior juvenibus exemplum [illegible] praebet, [illegible] diſtrictâ increpatione feriendus [illegible]. *Lib. in Regiſtro. Ind. 2* [illegible] *cap. 1 Ep. 1. ad Iannarium Epiſc. Caralitan. in princ. col. 922. C. tom 2.*

55. Subjecti tantò audaciùs peccant, quantò majorum [illegible] nulla coram ſe poſita habent exempla bona, quæ videant. *Profec.*

56 [illegible]ubj[illegible]i val[illegible]è dementiùs ſe præcipitant c[illegible]m in p[illegible]ſ[illegible]oribus ſuis bonum quod ſequatur non vi[illegible]nt, & cujus exemplo pereant malum vident *Lib. 6. in 1. Reg. cap. 2. longe ante finem. col. 1600. B. tom 2.*

S. Hieronym.

57 Nihil omninò agimus, qui nos per multitudinis exempla de[illegible]ndimus, & ad conſolationem noſtram, aliena ſæpe numerantes vitia, deeſſe nobis dicimus quo[illegible] debeamus ſequi. *Tom. 1. Ep. 14. ad Celantiam ante med. pag. 110. C.*

58. Nunquàm exemplum à malis ſumitur, etiam in ſecul[illegible]bus ſemper [illegible] meliori parte incitamenta virtutum ſunt. *Tom. 1. Epiſt. 34. ad Julian. in calce. pag. 209. lit. A.*

59. Erudiunt bonos exempla pejorum *Lib 14 ſup. Ezech. cap. 47. ſup. illud. Prov. 19. Peſtilente flagellato. & pag. 5*[illegible]*0. D. tom. 5.*

S. Hilarius.

60. In [illegible]r[illegible]bus, quæ difficiles ſunt, deſ[illegible]de[illegible]tur exemplum. *Sup. Pſalm.* [illegible] *ab initio. fol. 86. columna 1.*

Hugo a S. Victore.

61 Mag[illegible]æ util[illegible] ſunt Sanctorum exempl[illegible] erudiunt [illegible] ad ſci[illegible]m, attrahunt [illegible] veniam, acce[illegible] ad gr[illegible]tiam [illegible] ad juſ[illegible] provehun[illegible] ad glo[illegible]am. *Sup. Ioelem ante me[illegible] in illud Iob [illegible]3. Re[illegible] homines* [illegible] *pag.* [illegible]17. *B tom. 1.*

62. Qu[illegible]em [illegible] in prav[illegible] per[illegible] [illegible] [illegible]animam p[illegible] [illegible] *Lib. 3* [illegible] *H. tom. 2.*

Hugo Card.

63 [illegible] exe[illegible] [illegible] di[illegible] q[illegible] *Sup.* [illegible] *6.* [illegible] *35. column*[illegible] *tom. 2.*

[illegible] *cap.* [illegible]

6[illegible] Exe[illegible] d[illegible] præl[illegible] [illegible] *col.* [illegible] *tom* [illegible]

6[illegible] Sanctoru[illegible] *Et hab. in decret. Gr*[illegible] *me lib.* [illegible] *20* [illegible] *2.*

67 Nullatenus [illegible] judicio, [illegible] majo[illegible] *M*[illegible] *cap. 1*[illegible]

68 U[illegible] multis ſis [illegible] [illegible]omnibus; bo[illegible] & [illegible] [illegible]iditate: operibus, [illegible] *Epheſ. ante fin. 1095.* [illegible] *tom. 4.*

69. Exemplar [illegible] qu[illegible]m imago propoſitus [illegible] [illegible] regula, ac n[illegible]rm[illegible] ben[illegible] 13 *ſup. 1. Timot. poſt init. columna* [illegible] *tom. 4.*

70. Exempla m[illegible]jorum [illegible] ta virtutis. *Lib. 1. de* [illegible] *curial.* [illegible] *col. 1. C. apud Bibl. Patr. tom.* [illegible] *Colon. 1622.*

71 Magnâ d[illegible]igentia [illegible] qui in ſublimitate [illegible] [illegible] exempl[illegible] perio[illegible] [illegible] imite[illegible]tur. *Ibidem, lib.* [illegible] *fin. pag. 389. col. 2. F*

72. Validiora ſunt op[illegible], quàm v[illegible] [illegible] vitâ docetur, quam voce. *Super* [illegible] *S. Bened. cap. 2. text. 12. poſt medium* [illegible] *lumna 2.*

73. Nihil ſic juvenibus nocet q[illegible] va exempla ſenioru. *De Inſt. vita ſacerd.* [illegible] *pag. 767. col. 2.*

74. Ad converſionem [illegible] [illegible]ſum, multum proſunt exempla [illegible] *centio.*

75. Mores inchoantium non [illegible] benè vivendum, niſi int[illegible] [illegible] torum

76 Reprobi autem non [illegible] [illegible]norum, q[illegible]æ imitent[illegible] in m[illegible]. [illegible] exem[illegible] malorum, qui[illegible] [illegible] utantur [illegible]. *Lib. 2. de ſum[illegible] ſent.* [illegible] *pag. 642. col. 1*

77. [illegible] pravorum ſæpe [illegible] non imitemur Sanctorum di[illegible], & [illegible] *Profec.*

78 Et ſi apti ſuimus imita[illegible] pigri ſumus imitari juſto[illegible] in bonu[illegible] *pag. 642. columna 2.*

79 Exem[illegible] Sa[illegible] qu[illegible] varias faciunt conſe[illegible] *Ib*[illegible] 642. *col 2.*

80 Pl[illegible]ique præ[illegible]ntes [illegible] [illegible] qui in bonis [illegible] *Profec.*

81 [illegible]m quoſ[illegible] [illegible] ſuæ perdunt [illegible] *Ibidem,* [illegible] 2 [illegible]

82. Ex[illegible] malinin[illegible] [illegible] qu[illegible] deteri[illegible] [illegible] *col*

[illegible] *De Reſurr.* [illegible] *F*

84 [illegible] *Pr*[illegible]

85 Cogita quonam [illegible]

[illegible] *tom. , pag.* [illegible]

[illegible] verba : [illegible] *drom.inſt.cap.* 13.

[illegible] & plenius [illegible] *S. Lauren:* [illegible]

88 [illegible] ſpes erigi- [illegible] ſuperbia, humilitas [illegible] bene operari deſi- [illegible] *ante med. apud Bibl Patrum, tom. 12. part* [illegible] *pag.* 918.*col* [illegible] *C.editionis Colon.* 1618.

89. Qu[illegible] ſanguinis reus eſt, q[illegible] ſacri habitus ſchemate talem ſe per ſuſceptæ [illegible] ſſionis incuriam exhibet, ut quærentes ac[illegible]dere, perversè vi[illegible]ndo diſturbet *Libro* [illegible] *Ep.* [illegible] *ad Eremitas poſt init pag.* 1[illegible]5. *columna B.*

S. THEODORET. 90. Nihil æquè [illegible] ut exemplum domeſticum. *Super* [illegible] *Timoth. cap.* [illegible] *poſt init. pagina* 134. *columna* 2. *H. tom.* 2.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CATO POETA. 91. Multorum diſce exemplo, quæ facta ſequaris,
Quæ fugias: vita eſt nobis aliena magiſtra. *Lib.* 3. *Diſtich. Metr.* 2[illegible].

CICERO. 92 Exemplum vitioſum eſt; ſi aut falſum eſt ut reprehendatur, ut ſi improbum ut non ſit imitandum, aut majus aut minus quam res poſtulabit. *Lib.* 2. *de arte Rhetor. ad Herenn. ante fin. tom* 1.

93 Dicimus multos [illegible] peccare & delinquere, quòd a multis exempla ſumant. *Ibidem, libro* 4. *poſt initium.*

PLATO. 94. Exemplo exemplum profectò indiget *Tom.*2. *Sizygia* 4. [illegible] *dialogo Politici ante medium. pagina* 277. *littera D.*

SENECA. 95. Opus eſt aliquo exemplo, ad quod mores noſtri ſe ipſi erigant: niſi enim ad regulam, prava non corriges. *Ep.* 11.*in calce. pag* 540. *tom* 2.

96. Mala exempla re[illegible] authores. *Ep.*81.*circa med. pagina* 704 *tom* 2.

97. Inſtruenda eſt vita exemplis illuſtribus. *Epiſt.*83. *ante med. pag.* 714. *tom* 2.

98 Cogita quantùm nobis exempla bona proſint, & ſcies magnorum virorum non minùs præſentiâ eſſe utilem memoriam. *Epiſt.* 1[illegible]2. *in calce. pag.* 818. *tom.* 2.

99. Ingentis animi eſt, aliena causâ, ſeu exemplo, ad vitam reverti. *Epiſt.* 104. *ab initio, pagina* 819. *tom.* 2.

100. Inter cauſas malorum noſtrorum eſt, quòd vivimus ad exemplum, nec ratione componimur, ſed conſuetudine abducimur. *Epiſt.* 123. *ante medium, pagina* 885. *tom.*2.

Vide etiam titulos, Amor Dei & proximi. ſentent. 21 *Certamen. ſent.* 175. 176. *Dubitatio. ſentent.* 2. *Feſtivitas. ſentent.* 15. 16. 18. *Judicium extrem. ſentent.* 14. 15. *Lectio. ſent.* [illegible] 47. *Lux. ſentent.* 56. *Mandatum in* [illegible] *e. ſentent.* 11. *Opus. ſentent.* 46. *Parente ſentent.* 56. *Paſtor. ſentent.* 48. *Prælatio. ſentent.* 200. *Profectus. ſentent.* 82. *Ra*[illegible] *nt* [illegible] 2. *Regimen. ſentent.* 60. *Reli*[illegible] *ſent.* [illegible] 6. *Res. ſentent.* 61. *Sa*[illegible] *ſentent* [illegible] 66. 6[illegible]. *Sacerdotis dignitas.* [illegible] 38. *Tribulatio. ſent.* 32. *Verecundia. ſent.* [illegible]

Exercitium.

DEFINITIO.

EXERCITATIO eſt [illegible] uſus, & conſuetudo. [illegible] *Lib.* [illegible] *de arte Rhetor. ad Herenn. poſt init. columna* 3. [illegible] *tom* 1.

SENTENTIÆ PATRUM.

1 Bona eſt exercitatio corporis [illegible] virtus exercitio [illegible] augetur, [illegible] exercitata [illegible] labitur. *Libro* 2 *de C*[illegible] *A*[illegible] *cap.* [illegible] *poſt medium, columna* 947. *A. tom* 4. S. AMBROSIUS.

2 Mens in virtutum ſe exerceat [illegible] donec exercitii uſu valeſcat. *Libro* 2. *de Abraham, cap.*10 *poſt med. col.* 1027 *D. tom* 4.

3. Citò fides inexercitata langueſcit, & [illegible] bris otio [illegible] tentatur incommodi. *Proæc.*

4 Remiſſas excubias callidus inſidiator [illegible] rumpit, aſſuetum autem bello virum externa [illegible] & gloriosæ provehit palma victoriæ: pax [illegible], fidei corruptelæ materia eſt *Sup Pſ.* 118. *ſerm.*11 *verſ.*6. *in medio columna* 1513. *D. tom.*4.

S. ANSELMUS. 5. Patientia vel quælibet virtus ſine exercitio, quaſi plumbea lancea eſt. *De ſimilitud. cap.* 184 *in fine.*

S. AUGUSTIN. 6. Non inutiliter exercentur ingenia, ſi adhibeatur diſceptatio moderata. *In Enchirid. cap.* 59. *in fine, pag.* 122. *C. tom.* .

7 Deus exercet bonos per malos *Ep.*157. *longè ante med. tom.* 2.

S. BERNARD. 8. Triforme eſt exercitium electorum, { Auſte[illegible] juniorum. / Aſſiduitas lectionum / Inſtantia orationum. *In ſ*[illegible] *ſent. cap. Triforme, fol.* 131 *columna* 1. *littera C* }

9. Tolle otium, exerce vires, move brachia, complosas explica manus, exercitare in aliquo: & ſtatim ſenties ſola te appetere quæ famem tollant, non fauces demulceant: reddet tibi ſapores rebus exercitium, quos tulit inertia. *Profec.*

10. Otium parit faſtidium, exercitium famem: fames autem miro modo dulcia reddit, quæ faſtidium facit inſipida. *Ep.* 1. *ad Robertum Nepotem ſuum. poſt med. fol* 205.*col.*2. *D. & E.*

11. Quantò ſpiritus corpore melior eſt, tantò ſpiritualis quàm corporalis exercitatio fructuoſior. *In Apolog. ad Guillelm. Abbat. cap. V*[illegible] *poſt medium, fol* 3[illegible]6. *col.* 1. *A.*

12. A ſpiritualibus exercitiis in c[illegible]poral[illegible] nunquàm longè vel in totum [illegible] edatur, ſed facilè ad ea poſſe rediri animus aſſueſcat, & [illegible]um illis [illegible] mutuat, illis ſemper inhæreat. *De vita ſolit. ante med. fol.* 317. *columna* 3. [illegible] *G*

13 Voluntas facit uſum, uſus exercitium, exercitium vires in omni labore ſubminiſtrat. *Ibidem, ante med. fol.* 316. *col.* 3. *I.*

14. Singulis horis ſua diſtribue exercitia: cui ſpiritualia, ſpiritualia: cui corporalia, corporalia: in quibus ſic exſolvat omne debitum ſpiritus Deo, corpus ſpiritui. *Ibidem, ante medium, fol.* 317. *col.* 1. *B*

S. CYRILLUS ALEX. 15. Solent corporeæ exercitationis labores, bonarum actionum eximia decora comitari. *Hom* 20. *de feſtis Paſchal. poſt med. pagina* 230.

EVAGRIUS. 16. Ex diuturna meditatione & exercitatione, vis & feritas perturbationum animi frangitur [illegible]. *Et hab. apud D. Joan. Damaſc. lib.*2. *parall. cap.*70. *fol.* [illegible] *pag.* 1 *A.*

S. HIERON. 17 Cuncta quæ per corpus exercentur [illegible] corpore minora ſiunt. *Tom.*1 *Epiſt* 2 *ad Nepotian ab initio, pag.* 1[illegible] *B.*

18. Solidum corpus eſt, molleſque [illegible] buſta mem-

brorum, quem fr[illegible]quen[illegible] uſus a[illegible]tav[illegible]. *Tom 4 Ep.6.ad Amicum, poſt med. pag.* [illegible] *B*

S.IOAN. CASS. 19. Non in [illegible] p[illegible] al[illegible]us conſiſtit d[illegible]cipl[illegible]næ [illegible]uis, ſed pe[illegible]la pervenitu[illegible] ad [illegible]n[illegible]m. *Pr*[illegible]

20. Incaſſùm igitur hæc exercitia molietur, qui[illegible]quis his velut [illegible] bono contentus [illegible]tentionem ſui cordis huc uſque d[illegible]erit. & non ad [illegible]apiendum finem propter quæ app[illegible]da ſunt, omne ſtudium virtutis extenderit, habens qui[illegible]em diſciplinæ [illegible]lius i[illegible]ſtrumenta; finem vero, in quo omnis fructus c[illegible]nſi[illegible]it, ignorans. *Collat.* 1 *Abbatis Moy*[illegible] *cap.* [illegible]. *poſt med. pag.* 305.

21. Exerciti[illegible] operum ſpiritaliu[illegible] neceſſaria eſſ[illegible] c[illegible]ſemus, quia ſine ipſis ad charitatis faſtigia me[illegible] non poteſt aſcendere *Ibidem, cap.* 1[illegible]. *in medio pagina* 308.

S JOANNES CHRYSOST. 22. Vires roborantur exercitatione frequenti. *Ser. de Geneſi, circa med. col.*539 *D.tom.*1

JOAN. SARESB. 23. Exercitatio parit & alit quieti[illegible] gratiam, quæ otii continuation[illegible], & quodam inertiæ ſuæ marco [illegible]pe[illegible]mitur. *Lib.* 1. *de nugis curial. cap* 8. *ante medium, apud Bibl. Patr. tom* 15. *pag.* 348. *col.* 1. *littera F. edit. C*[illegible]*n.* 1622.

JOAN TRITH. 24. Exercitatio aſpera planat, dura mollificat, indiſcreta temperat, poſſeſſa quoque firmiter tenet. *Super Prolog. Regulæ S. Bened. cap.*2. *circa med. pag* 176. *col.* 2.

S. LEO I. 25. Ad hoc nobis tradita ſunt exercitia Chriſtiana, ut reſecatâ omni illicitâ voluptate, in ſanctas & ſpiritales delicias æſtuemus. *Profec.*

26. Et cùm nos oporteat ſemper ſtudere virtutibus, quidam tamen dies ſunt ad caſtigationem communis obſervantiæ conſecrati, ut anima (quæ terrenis adhuc deſideriis implicatur, & curis ſeculi impeditur) ex intervallo ſaltem ad divina reſpiret. *Serm.* 4. *de Iejun. ſeptimi menſis, poſt med.*

27. Cùm Chriſtianus in ſpiritualibus exercetur, Deus propitiatur, culpa deletur, tentator eliditur. *Ser.* 4. *de Iejun. decimi menſis. ante med.*

LUDOV BLOS. 28. Non omnibus eadem exercitiorum ratio convenit: talia igitur aſſume exercitia, quæ captui tuo congruant: non tam ſpectans quid, aut quantùm alii præſtiterint, præſtentque, quàm quid aut quantùm tu præſtare poſſis. *In canon. vitæ ſpirit. cap.*23. *in fine.*

MINUT. FELIX 29. Vires & mentis & corporis, ſine laboris exercitatione torpeſcunt. *In ſuo Octavio, ante fin. apud Bibl. Patrum, tom.* 3 *pagina* 10. *col.* 1. *littera C. editionis Colon.* 1618.

S PETRUS CHRYSOL. 30. Omnia quæ de uſu veniunt, non fatigant: virtus exercitio perſeverat. *Serm* 28. *poſt init. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.*2 *edit. Colon.* 1618.

S. REMIGIUS. 31. Exercitatio corporalis, quæ fit in aliquo opere, levamen præparat corpori. *Sup* 1. *Timoth. cap.*4 *can.* 8. *apud Bibl. Patrum, tom* 5. *part.* 3. *editionis Colonienſis* 1618.

S SYNESIUS EPISC. 32. Animi robur aſſiduâ exercitatione perficitur. *De Regno, ad Arcadium Imperat. ante med. apud Biblioth. Patrum, tom.* [illegible]. *part.* 1. *edit. Colonienſis* 1618.

THOMAS A KEMPIS. 33. Corporalia exercitia diſcretè ſunt agenda, nec omnibus æqualiter aſſumenda. *Libro* 1. *de Imit. Chriſt. cap.* 19. *ſ*[illegible]. 4. *tom.*2.

34. Neceſſe e[illegible] cor in d[illegible]erſa rapi, & vitiis repentè ſordidari, quod internis [illegible]evo[illegible]is exercitiis non inſiſtit. *De Exercit. ſpirit. cap.* 1. *ſect.* 1. *in calce, tom* 2.

35. Habeas exercitia tuæ [illegible]onverſationi congr[illegible], quæ te inſtruant, renovent, & accendant. *Ibidem, cap.* 1. *ſect.* 2.

IN VIT. PATR. 36. Religioſa exercitatio, angelicæ vitæ imitatio eſt. *Libro* 1. *in vita Ss. Barlaam. & Ioſaphat. in med. Prologi pag.*242. *col.*1.

SEN[illegible]NTIÆ PA[illegible]ANORUM.

ARI[illegible]TEL. 7. Ex[illegible]tatio c[illegible]rporis incommoda oculorum acumini eſt. *S*[illegible]. 31. *Problem. quæſt.* 14. *tom.* 2.

3[illegible] [illegible]
ma c[illegible]
proœmi[illegible] *pa*[illegible]

39. S[illegible] p[illegible] uſu a[illegible] [illegible]uit. *Lib.* [illegible] *de* [illegible] *tom.* 1.

[illegible]. Sunt exercitati[illegible] [illegible]pu[illegible] m[illegible] a lax[illegible]nt & [illegible] *init. pag.* [illegible]48. *tom.* [illegible]

41. Quidquid facies, ci[illegible] illum diebus ac noctibus [illegible] 549 *tom* 2.

42. N[illegible]ſt quod ex[illegible] eſſe ad bona[illegible]entem, quam [illegible] tis, longa ac frequenti rerum pa[illegible] cuit. *Ep.*58. *in fine, pag.* 6[illegible]. *tom* [illegible]

43. Perit[illegible] [illegible] ti, agitatione virtutum. *Epiſt.*109. *in* [illegible] *tom.* 2.

44. Magnâ exercitatione durandus eſt [illegible] 82. *à medio. tom.* 2.

Vide etiam titulos, Pr[illegible] *ſent.* 46 [illegible] *ſent.* 49. 50.

Exilium.

ETYMOLOGIA, DEFINI[illegible]IO.

ETYMOLOGIA.

EXILIUM dictum eſt, quaſi extrà ſ[illegible] nam exul dicitur, qui extrà ſolum eſt. *Lib.*5. *Etymol. cap.* 28. *verbo Exilium. pag.* 62. *col.* 2. IS[illegible]

DEFINITIO.

Exilium eſt patriæ invita relictio. COLLECTOR.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Ipſo exilio clauſtra carceris duriora ſunt *Sup Pſ.* 118. *ſerm.* 20. *verſ.* 2. *col.* 1592. *C.tom.*4.

S. AUGUST. 2. Conſideremus quantùm nobis in hoc exilio [illegible]endum ſit. *De ſpiritu & anima. cap.* 49. *ſub finem, pa*[illegible]. *C.tom.* 3.

3. Melius eſt à congregatione præſenti [illegible]pelli ad tempus, quàm à cœleſti regno perpetuò exulari *Serm.* 26. *ad fratr. in Eremo in medio. pag.* 941 *B. tom.*10.

4. Neſcimus quo fine claudamur in hoc exilio. *Apud D. Antonin. part.* 4. *tit.* 4. *cap.* 2. §. 4. *in princ. fol* 39. *columna* 3.

BER[illegible] 5. Omnem extrà modum habitationem, ſapiens e[illegible]lium reputat. *Lib.* 2. *de Conſid. ad Eugen. Pap.* [illegible] *med. fol.*277. *col.* 4. *L.*

BO[illegible] 6. Hic ipſe locus, quem tu exilium vocas in[illegible]entibus patria eſt. *Lib.* 2. *de conſolat. Philoſ. Pro*[illegible] 4. *circa medium.*

D[illegible] C[illegible] 7. Mundus carcer eſt, atque exilium e[illegible]ctorum. *Super Epiſt. ad Epheſ. cap.*2. *art.* 2. *in fine, fol.* [illegible]0. *A.*

S. GR[illegible] 8. Amiſſa cœleſti patriâ [illegible]epulſus homo dele[illegible]tur ex[illegible]io, & tamen cogit[illegible] [illegible]lat quam gr[illegible] [illegible]. *L*[illegible] [illegible] *Moral. cap.*26. *col* [illegible]0. *A tom* 1

9. Quantò magis æterna co[illegible] [illegible]mus [illegible]anto magis [illegible] hujus exili[illegible] [illegible] dolem[illegible]. *Hom* 10. *ſup. Ezech. circa* [illegible] *co*[illegible] 16[illegible] *B.*

1[illegible] Quis Monach[illegible]rum [illegible] pa[illegible] mund[illegible] no[illegible] opus [illegible] author[illegible] pub[illegible] p[illegible] impen[illegible]s. *tom.*2. *Ep*[illegible] *pa*[illegible]

H[illegible] 1[illegible]. Omnis mu[illegible] h[illegible] nt[illegible]us [illegible] *bro* [illegible] *cap* 2[illegible] *pa.*26[illegible] *tom.*

12. D[illegible]tus i[illegible] ſt [illegible] me [illegible] tis au[illegible], c[illegible] omne ſolum p[illegible] pe[illegible]us [illegible]

cui mundus totus exilium eſt. Ille mundo amorem fixit, iſte ſparſit, hic extinxit. *Ibidem, in medio, pagina 16. littera F.*

HUGO CARD. 13. Sancti ſunt in mundo, quaſi in exilio. *Sup. Pſ. 64. fol. 161. columna 4. tom. 2.*

S. JOANNES CHRYSOST. 14 Si patriâ quis expulſus ſit, ab omnibus miſerabilis judicatur. *Hom. 23. ſuper Ep. ad Hebr. in princ. Moral. columna* 1804. *littera B. tom.* 4.

JOAN. TRITH. 15. Minùs patriam ſuam amare convincitur, quiſquis pulchritudine exilii delectatur. *De vanit. & miſer. hum vita cap. 1. ſub finem. pagina* 786. *columna* 2.

LACT. FIRM. 16. Nemo dubitat, quin timidi & imbecilli ſit animi, aut exilium metuere, aut carcerem: quæ quiſquis non exhorruerit, fortiſſimus judicabitur. *Libro 6. de div. inſt. cap. 17. ab initio. pag.* 267.

17. Nemo juſtus poteſt eſſe, qui exilium timet. *Ib. in fine.*

18. Virtus pro fide, pro juſtitia, nec exilium metuit. *In Epitome. cap. Dicam. circa medium, pagina* 406.

PETRUS CELL. 19. Exilium reputat patriam, cui omne ſolum patria eſt. *Lib. 1. Ep. 10. ad Thomam Cantuarienſ. Archiep. in fine, apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part. 2. pagina* 548. *col.* 2. *E. edit. Colon.* 1618.

20. Ubi major & amplior voluptas corporum, ibi verum eſt exilium animarum. *Ibid. lib. 4. Ep. 10. in princ. pagina* 576. *columna* 2. *littera E.*

PHILO JUD. 21. Legiſlatores ſecundam ab extrema capitali pœna atrociſſimorum criminum convictia ſtatuerunt exilium. *Profec.*

22. Profectò non ſecundam, quantum equidem verè judicare poſſum, ſed aliquantò graviorem.

23. Siquidem mors calamitatum finis eſt, exilium verò non finis, ſed novorum malorum initium, dùm evitatâ unâ ſenſu carente, innumeræ mortes ſentiuntur. *Lib. de Abraham, ante medium, pag.* 498. *tom.* 1.

ROBERTUS BELLARM. 24. Supplicium ingens, ac planè omnium graviſſimum eſt exilium. *Conc. 3. de cruciatibus gehennæ, parte 1. circa medium.*

SALVIANUS. 25. Sunt qui exilia petunt, ñe ſupplicia ſuſtineant. *Libro 1. de Gubern. Dei, ante med. apud Bibliothecam Patr. tom. 5. part. 3. pag.* 343. *columna* 2. *H. editionis Colonienſis* 1618.

26. Miſerti exulum non ſumus, ecce ipſi exules ſumus. *Ibidem, poſt med. pag.* 345. *columna* 1. *littera B.*

27. Hoc novum exilii genus atque tormentum eſt, ſcilicet in exilium anima ipſa mittitur, ubi facultatibus ſuis ſpiritus abdicatur. *Ibidem, lib. 2. ad Eccleſ. Catholic. in fine, pag.* 372. *col.* 2. *E.*

THALASSIUS. 28. Voluptatis amor multâ laboris aſſiduitate in exilium mittitur. *Hecatontad. 3. ſent. 10. apud Bibl. Patr. tom. 7. pagina* 274. *columna* 1. *C. editionis Colonienſis* 1618.

THOMAS A KEMPIS. 29. Exilii proficientis pœna, magis ex amore creſcit. *Libro 2. de Imitatione Chriſti, cap. 12. ſect. 7. tom.* 2.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 30. Exilium non ſupplicium eſt juſtis, ſed perfugium portuſque ſupplicii. *Orat. 12. pro Cæcina, ante fin. num.* 100. *tom.* 2.

31. Vir juſtus exilium non timet: ſed exilium ibi eſſe putat, ubi virtuti non ſit locus, mortem naturæ finem eſſe, non pœnam. *Orat. 38 pro Milone, circa finem, num.* 100. *tom.* 2.

32. Exilium ſcelerum eſt pœna. *De Paradox. cap. 5. poſt medium. tom.* 4.

33. Omnes ſcelerati atque impii, quos leges exilio affici volunt, exules ſunt, etiamſi ſolum non mutârunt. *Ibidem.*

34. An cùm omnes leges te exulem eſſe jubeant, non eris tu exul? *Ibidem.*

35. Quomodo tot legibus in exilium ejectus, nomen exulis non perhorreſcis? *Ibidem, in fine.*

36. Exilium terribile illis eſt, quibus quaſi circumſcriptus eſt habitandi locus: non his qui omnem orbem terrarum unam urbem eſſe ducunt. *De Paradoxis. cap. 3. poſt med. tom.* 4.

37. Nemo juſtus eſſe poteſt, qui exilium timet. *Lib. 2. Offic. ante medium, tom.* 4.

MIMUS PUBL. 38. Exuli ubi nuſquàm domus eſt, ſine ſepulchro eſt tanquàm mortuus. *In ſuis ſentent. ſent.* 111.

39. Se denegare patriæ, exilium eſt pati. *Ibidem, ſent.* 115.

SENECA. 40. Exilium loci commutatio eſt, hanc ſequuntur incommoda, paupertas, ignominia, contemptus. *De Conſolat. ad Helviam, cap. 6. in princ. pagina* 628. *D. tom.* 2.

41. Carere patriâ, intolerabile eſt. *Ibidem.*

42. Nullum invenies exilium, in quo non aliquis animi cauſa moretur. *Ibidem, ante med. pagina* 628.

43. Nullus anguſtus eſt locus, qui virtutum turbam capit: nullum exilium grave, in quo licet cum hoc ire comitatu. *Profectus.*

44. Viro ſapienti videtur ſe magis in exilium ire, qui ſine illo comitatu rediturus eſſet, quàm illum in exilio relinquere. *Ibidem, pag.* 632. *tom.* 1.

45. Nullum tam inops exilium eſt, quod non alendo homini abundè fertile ſit, cùm naturæ ſatis eſt, etiam parum. *Ibidem, cap.* 11 *pag.* 635.

46. Animus eſt, qui divites facit, hic in exilio ſequitur, & in ſolicitudinibus aſperrimis, cùm quantùm ſatis eſt ſuſtinendo corpori invenit: ipſe bonis ſuis abundat & fruitur. *Ibidem, poſt med. pag.* 636.

47 Qui in exilium mittitur: ſi ſapiens, peregrinatur: ſi ſtultus, exulat. *De remediis fortuitor. ante medium, pag.* 283. *edit. Baſileæ* 1537.

VALER. MAX. 48. Quid damnatione, quid exilio miſerius? *Libro 2. dictorum Memorabil. cap. 5. in medio, pagina* 99.

Vide etiam titulos, Dolor. ſentent. 100. *Patria, ſent.* 72.

F.

LIBER VI.

FABULA.

DEFINITIO.

COLLECTOR. FABULA eſt res ad utilitatem ſive delectationem bominum confiCta.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. Meliores ſunt fabulæ, quàm diſputationes. *Lib. 3. Confeſſ. cap. 6. ante finem, pagina* 61. *littera A. tom.* 1.

2. Poëtarum fabulas ad voluptatem excogitatas animorum, Grammatici ad aliquam utilitatem referre conantur. *De catechiz. Rudibus. cap. 6. poſt medium, tom.* 4.

3. Scalpi aures meas falſis ſabellis, quò prurirent ardentiùs. *Libro 1. Confeſſionum. cap. 10. in medio, tom.* 1.

4. Non impiæ fabulæ, quibus vanorum plena ſunt carmina Poëtarum, ullo modo conſonant noſtræ libertati. *Ep.* 131. *poſt init. tom.* 2.

5. Antiquitas recepit ſabulas, nonnunquàm inconditè fictas. *Libro 22. de Civitate Dei. cap. 6. circa init. tom.* 5.

6. Fabulæ animas in qualibet corporis ætate pueriles, variâ quadam delectatione ſolicitant. *Libro 12. contra Fauſt. cap. 27. poſt init. tom.* 6.

7. Habent pagani quædam fabuloſa figmenta, ſed eſſe illas fabulas norunt. *Ibidem, libro 20. cap. 9. poſt initium.*

8. Qui fidei lacte non tenentur, facilè ad ſacrilegas fabulas, promiſſione ſcientiæ ducuntur. *Tract.* 98. *ſuper Joan. in med tom.* 9.

S. BONAVENT. 9. Turpiſſimum eſt neſcire tempus niſi frivolis ac fabuloſis narrationibus detinere. *In ſpeculo diſcipl. parte 1. cap. 28. a medio, pag.* 549. *columna 2. littera B. tom. 7. parte* 4.

S. EPIPHAN. 10. Nemo inanibus fabulis decipiatur. *In libro Ancorato. circa medium, pagina* 347. *editionis Pariſienſis* 1544.

S. EUSEBIUS EMISSEN. 11. Quis mihi reddet hunc diem, quem in vanis fabulis perdidi? *Homil. 9. ad Monachos in fine, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. edit. Colon.* 1618.

S. JOANNES CHRYSOST. 12. Omnia apud Philoſophos gentiles ſunt nugæ, fabulæ, ſcena & hypocriſis. *Homil. 17. ad popul. Antioch. à medio, columna* 157. *A. tom.* 5.

13. Fabula quædam eſt, & ſomnium, vita. *Ibidem, Hom. 55. poſt med. col.* 374. *A.*

PATR. BLES. 14. Scias non modicam eſſe temporis illius jacturam, quod in fabulis expendiſti. *Tract. de inſt. Epiſcopi. poſt med. apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 943. col. 1. C. edit. Colon.* 1618.

S. SYNESIUS EPISCOPUS. 15. Fabula puerorum ſtudium atque diſciplina eſt. *De Provident. ſect. 1. poſt initium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 12. part. 1. pag. 70. columna 1. edit. Colonienſis* 1618.

Facetiæ.

Vide Urbanitas.

Facies.

ETYMOLOGIA.

FACIES dicta eſt, eoquòd notitiam faciat hominis. *Serm. Dom. 14. poſt Trin. poſt medium, fol.* 269. *pagina* 1. S. ANTONIUS DE PAD.

Facies dicta eſt ab effigie: ibi eſt enim facta tota figura hominis, & uniuſcujuſque perſonæ cognitio. *Libro 11. Etymolog. cap. 1. verbo Facies, pagina* 148. *columna* 1. S. ISID. HISP.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Mulieres de adulterio vultus, meditantur adulterium caſtitatis. *Lib. 1. de Virginib. ante med. col.* 81. *littera B. tom.* 1. S. AMBROSIUS.

2. Deles picturam mulier, ſi vultum tuum materiali candore oblinias, ſi acquiſito rubore perfundas. *Libro 6. Hexam. cap. 8. poſt initium, col.* 888. *littera B. tom.* 4.

3. Certè magna nimis præſumptio & ſuperbia eſt, velle aliam formare effigiem, quam Deus non dedit. *Parte 2. tit. 4. cap. 3 §. 6. in medio. fol. 168. col.* 4. S. ANTONIN.

4. Faciei divinæ, faciem diaboli ſuperſcribimus: quot enim mortalia committis, tot facies diaboli, divinæ faciei ſuperponis. *Serm. Dom. 6 poſt Paſcha, poſt med. fol. 162. pag.* 2. S. ANTONIUS DE PADUA.

5. Severus vultus, cuſtos eſt diſciplinæ. *Serm. 2. Dom. 4. Quadrag. & in ord. 97. in fine, pag. 578. littera D. tom.* 10. S. AUGUSTIN.

6. In facie eſt frons hominis, non ſub humero. *Lib. 4. contra Creſcon. cap. 58. tom.* 7.

7. Non diſcordet cor tuum à facie tua: non habeas faciem ſursùm, & cor deorsùm. *De Diſcipl. Chriſt. cap. 5. in medio, tom.* 9.

8. Chriſtus propter te à facie ſua ſputa hominum non abegit. *Ibidem, cap. 14. in medio.*

9. Non decora facies rerum attingit ſenſum meum. *Ep. 56. circa init. tom.* 1.

10. Deus fugientia dorſa perſequitur, faciem redeuntis illuminat. *Homil. 34. ex quinquag. Hom. cap. 4. circa fin. tom.* 10.

11. Faciem videmus alterius, noſtram videre non poſſumus. *Tract. 74. ſup. Joan. circa finem, tom.* 9.

12. Differentia inter faciem hominis, & imaginem de ſpeculo, facies in imagine, facies in corpore, imago in imitatione, corpus in veritate. *Tract. 4. ſup. Ep. Ioan. longè poſt med. tom.* 9.

13. Qui ducere uxorem optat, in illa caſtitatem amet, non carnis faciem. *Ibidem, tract. 9. poſt medium.*

14. Non poteſt facies eſſe rubicunda, cum ſtomacho abſtinentiæ. *Lib. de Paſſione Dom. cap. 42. circa fin. fol. 73. col. 4. M.* S. BERNARD.

15. Numquàm vultum tuum componas, ut hominibus placeas: ſed interiùs orna faciem conſcientiæ tuæ bonis virtutibus, ut JESU CHRISTO cœleſti placere valeas. *Serm. 64. ad Sororem in medio, fol. 97. columna 2. littera E.*

16. Deus non delectatur in compoſitione vultus, ſed in bonis moribus. *Ibidem.*

17. Hominis ſana viſcera reddunt faciem pulchriorem. *Super Pſalm. 55. in fine, verſ. ult. fol. 84. columna* 3. CASSIODORUS.

18. Ornantur ut aliis placeant, quæ in facie, non in corde gloriantur. *Lib. 3. Pædag. ſtatim a medio, fol. 45. pag. 2. F.* CLEM. ALEX.

19. Turpiſſima illius eſt facies, cujus violata eſt virginitas. *Ad Monach. parænef. 1. longè poſt init. pag. 337. E. tom.* 2. S. EPHRÆM.

20. Noli in faciem virginis intendere, ne te ſcan- S. FRANCISCUS ASSISIAS.

daliʒet vultus ejus. *In ſuis Opuſcul. Apophtheg. 33. in fine, pag. 434. tom. 3.*

S. Greg. Mag. 21. Per triſtitiam vultus, corrigitur animus delinquentis. *Lib. 5. Moral. cap. 31. poſt med. num. 33. col. 174. B. tom. 1.*

22. Facies hominis immutatur, cùm ejus ſpecies morte atteritur. *Ibidem, lib. 12. cap. 14. in princ. ſuper illud Iob 14. Immutabis faciem ejus.*

23. Facies prima corporis honorabilior pars eſt. *Ibidem, cap. 22. ante med. num. 22. col. 423. D.*

S. Hieronym. 24. Vide ne mulierum vultus cordi tuo hæreant, & tacitum vivat ſub pectore vulnus. *Tom. 1. Ep. 4. ad Ruſtic. ante med. pag. 44. C.*

25. Fœminæ nomen tuum noverint, ſed vultum tuum neſciant. *Ibidem, poſt med pag. 47. B.*

26. Speculum mentis eſt facies, & taciti oculi cordis fatentur arcana. *Tom. 1. Ep. 10. ad Furiam, poſt med. pag. 82.*

27. Contractam rugis faciem, aratæ frons aſperat *Tom. 1. Ep. 21. ad Paulum Concordienſem, in medio. pag. 133. A.*

28. Vultus priùs pulcherrimus fœminarum, ad tantam poſteà tranſit fœditatem, ut amor in odia commutetur. *Tom. 3. Ep. 17. ad Cyprian. circa med. pagina* 100. *littera D.*

Hugo à S. Victore. 29. Facies facturam, & ſicut vultus voluntatem hominis declarat, cognitionem facit, & diſcretionem. *Lib. 4. de propriet. rerum. cap. 6. in princ. pag.* 306. *F. tom. 2.*

Hugo Card. 30. Facies mulieris, quaſi venenoſa eſt, inficiens corpus & animam. *Super 2. B. Petri. cap. 2. folio 342. col. 3. tom. 7.*

S. Joan. Orgelith. 31. Nihil eſt magis quod faciem ornet in corpore, quàm diſpoſitio oculorum. *Sup. Cant. cap. 1. ſub finem, Explicat. 22. in illud, Oculi tui columbarum.*

S. Nilus. 32. Facies mulieris exornata, quavis procellâ pernicioſior eſt. *Orat. 2. de luxuria. circa med. apud. Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Colon.* 1618.

Tertullian. 33. Facies intentionum omnium ſpeculum eſt. *De Reſurr. cap. 15. poſt med. pag. 683. A. tom. 3.*

34. Facies mulieris plus pro ornatu eſt, quàm pro ſalute ſolicita. *Serm. 2. de Avarit. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colon* 1618.

35. Tot efficis vultus, quot quiſquis intrinſecùs triſtes ſeu hilares ſuos fecerit motus. *Ibidem, ſerm. de Reſurr. ſub fin. pag. 135. col. 2. G.*

Santentiæ Paganorum.

Cicero. 36. Vultus & frons eſt animi janua, quæ ſignificat voluntatem abditam ac retruſam. *De petit. conſul. poſt med. num. 34. tom. 4.*

Seneca. 37. Decentior eſt facies, in qua aliquis nævus eſt. *Libro 2. Controverſ. Controverſ. 10. in calce, pagina* 105. *tom. 1.*

38. Pudicæ ſæpiùs ſunt, quæ malam faciem habent; non quia animus illis deeſt, ſed corruptor. *Ibidem, Controverſ. 9. poſt med. pag. 97.*

39. Si vis aliquem æſtimare, totumque ſcire, qualis ſit, faciem ſolve, multum mali ſub illa latet. *Ep. 80. in calce. pag. 700. tom. 2.*

40. Formoſa facies, muta commendatio eſt. *In ſuis Proverb. in fine poſitis F.*

Vide etiam tit. Fucus per totum. Mens. ſent. 58. Meretricium. ſent. 22. Laſcivia. ſent 8. Pulchritudo. ſent. 79.

Facinus.

Vide Crimen.

Facundia.

Vide Eloquentia.

Falſitas.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIFFERENTIA.

Etymologia.

S. Isidorus Hispalens. FALSITAS appellata eſt à fando aliud quàm verum eſt. *Libro 5. Etymol. cap. 26. verbo Falſitas, pagina 61. columna 1.*

Definitio.

Collector. Falſitas eſt ſignificatio alicujus rei, non ita ſe habentis, quâ putatur eſſe quod non eſt.

Differentia.

S. Isid. Hisp. Inter falſitatem & mendacium hoc intereſt, quòd falſitas fit ingenio, mendacium verò ſimplici verbo. *De conflictu vitior. & virtutum, poſt medium, pag. 716. columna 1.*

Sententiæ Patrum.

S. Antonin. 1. Nullus amarior, ſeu magis noxius cibus animæ, quàm falſitas. *Part. 4. tit. 5. cap. 15. §. 3. poſt init. fol. 75. col. 4.*

2. Fallax exoſus & infamis habetur, quaſi deſtructivus humanæ ſocietatis. *Parte 4. tit. 5. de Iuſtitia. cap. 15. §. 3. prope med. fol. 75. col. 4.*

S. August. 3. Approbare falſa pro veris, ut erret invitus, non eſt natura inſtituti hominis, ſed pœna damnati. *Lib. 1. Retract. cap. 9. ante fin. pag. 9. B. tom 1.*

4. Hic homines fallunt & falluntur, miſerioreſque ſunt, cùm mentiendo fallunt, quàm cum mentientibus credendo falluntur. *In Enchirid. cap. 17. prope fin pag. 111. A. tom. 3.*

5. Qui dicit falſum quod putat verum, non fallit ipſe, ſed fallitur. *Ibidem, cap. 18. poſt initium, pagina* 111. *littera A.*

6. Aliquando temeritatis arguendus eſt, qui falſa incautiùs credita pro veris habet. *Ibidem, ante med. pag. 111. A.*

7. Sub nomine Chriſtiano tàm multæ hæreticorum extiterunt falſitates. *In lib. quæſt. Evang. ſecundùm Matthæum, quæſt. 12. ante medium, pagina 259. littera B. tom. 4.*

8. Non eſt in rebus falſitas, ſed in ſenſu: non autem fallitur, qui falſis non aſſentitur, nec qui falſa videt, fallitur, ſed qui aſſentitur falſis. *Lib. 2. Soliloq. cap. 3. circa med. pag. 369. A. tom. 1.*

9. Similitudo rerum, quæ ad oculos pertinet, mater eſt falſitatis. *Ibidem, cap. 6. ante medium, pag. 371. littera A.*

10. Fallax id rectè dicitur, quod habet quendam fallendi appetitum, qui ſine anima intelligi non poteſt: ſed partim ratione fit, partim natura; ratione in homine, natura in beſtiis. *Ibidem, cap. 9. in princ. pag. 373. littera A.*

11. Fallax vel fallens is rectè dicitur, cujus negotium eſt, ut quiſque fallatur. *Ibidem.*

12. Approbare falſum, erroris eſt proprium. *In Enchiridio, cap. 17. in principio, pagina 110. littera D. tom 3.*

13. Ubi nemo fallit, fallitur nemo. *Ibidem, ſub fin. pag. 111. A.*

14. Fallacia tegmina, & deceptoriæ dealbationes auferantur à rebus, ut ſincero inſpiciantur examine.

Lib. 3. *de Civit.Dei.cap.* 14. *circa medium, pagina* 49. *A. tom.* 5.

S. Augustin. 15. Qui verus diſputator eſt veritatis, à falſitate diſcretor eſt, *Libro* 1. *contra Creſconium.cap.*15.*pag.*42.*D. tom.* 7.

16. Non manifeſtum eſt quantùm nocere animo falſitas poſſit: non tamen falſitas animum interimere poteſt. *De immort. animæ. cap.* 11. *poſt med. tom.* 1.

17. Magna eſt vis veternoſarum opinionum, & diù defenſæ atque creditæ falſitatis. *De duab.animab. cap.* 3. *in medio, tom.* 6.

18. Falſitas quæ nudari & redargui metuit, eorum vitiorum nomine, quæ veritas damnat, diligentiam veritatis accuſat. *Libro* 1. *contra Creſconium, cap.* 6. *circa med. tom.* 7.

19. Falſitas quæ nudari & redargui metuit, eorum vitiorum nomine, quæ veritas damnat, diligentiam veritatis accuſat. *Libro* 1. *contra Creſcon. cap.* 6. *circa med. tom.* 7.

20. In omni errore falſitas implicat. *De Mendac.cap.* 1. *circa med. tom.* 4.

S. Bernard. 21. Turpe eſt falſitate poſſe ſeduci, & veritate reduci non poſſe. *Epiſt.* 232. *ad Abbat. Joan. circa med. fol.* 256. *col.*4.*M.*

22. Nec novum, nec mirum eſt humanum, animum poſſe falli vel fallere: cavendum & hoc & illud, quia otrobique periculum. *Ep.*327 *ad Innocent.Pap. in princ. fol.* 271. *col.* 4. *L.*

S. Bonavent. 23. Falſitas latens eſt cauſa caſus, ſicut veritas apparens eſt cauſa motus. *Profec.*

24. Falſitas latens eſt laqueus periculoſus curioſè ſpectantibus, incurioſè expectantibus, injurioſè tractantibus: hos involvit, hos comprehendit, hos perdit. *Expoſ.*2.*ſup.Pſ.*118.*cap.*7. *verſ.*14.*art.* 3.*pag.*231.*col.*2. *B. tom.* 1.

25. O abuſio maxima! cùm falſitas nihil valeat, ſicut denarius falſus ad decipiendum, tamen ubique regnat. *Serm.*2. *omnium Sanctorum. poſt med. pagina* 285.*columna* 1. *tom.*3.

S. Greg Mag. 26. Veritas fulciri non quærit auxilio falſitatis. *Lib.* 11.*Moral.cap.*13. *paulò ante med. ſup. illud Job,* 13. *Numquid Deus indiget mendacio? columna* 388. *littera D. tom.* 1.

27. Sicut ſemper dicentem falſitas læſit, ita nonnunquàm quibuſdam auditas veritas nocuit. *Parte* 3. *in Paſtorali. cap.* 1. *Admonit.*12. *in princ. columna* 1270. *littera B.*

S. Hieron. 28. Fictitia verba, inſtrumenta ſunt diaboli. *In Regula Monachorum, cap.* 21. *in medio. pagina* 331. *litt. B. tom.* 4.

S. Hilarius. 29. Perimitur falſitas veritate. *In Explanat ſup. Pſ.*53. *poſt med. fol.* 19. *columna* 1.

Hugo Caro. 30. Omnis voluntas fallendi, peccatum eſt. *Super Joſue. cap.* 8. *fol.*183. *columna* 3. *tom.* 1.

S. Joannes Chrysost. 31. Iſtud fallacis eſt, quod id quod verè eſt, occulit: & quod non eſt, oſtentat *Ser.*13.*ſup. Ep.ad Epheſ. à medio. col.* 1037. *A. tom.*4.

32. Falſus homo falſitatem tegit, amicitiam fingit, & odium exercet. *Ser.de virt.& vitiis. ante med.col.*773.*C. tom.* 5.

S. Isid.Hisp. 33. Reddit ſæpè hominem multa falſitas, etiam in veritate ſuſpectum. *Lib.*2.*de ſummo bono. cap.* 30. *ſent.* 1. *pag.* 650 *col* 2.

34. Nonnunquàm falſitas veriloquio adjungitur, & plerumque à veritate incipit, qui falſa confingit. *Ibidem.*

35. Latent ſæpè venena falſitatis circumlita melle verborum: & tamdiù deceptor veritatem ſimulat, quouſque fallendo decipiat. *Ibidem.*

Lact. Firm. 36. Nefas eum, qui veritati ſtudet, in aliqua re eſſe fallacem. *Libro* 6. *de divin. inſt. cap.* 18. *poſt initium, pag.* 270.

37. Sicut ad verum bonum per fallacia mala; ſic ad verum malum per fallacia bona pervenitur. *Ibidem, cap.* 22. *in fine, pag.* 278.

38. Multos invenimus, qui fallere velint: qui autem falli, neminem. *Apud D. Auguſt. in fine tomi* 3. *ſent.* 269. S. Prosper.

39. Nemo cùm ſanam dexteram videt falſitatis reo, debita jure ſupplicia judicet fuiſſe conceſſa. *Hom.* 1. *de bono diſcipl. circa med. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pagina* 476. *columna* 2. *littera F. editionis Colonienſis* 1618. S. Valerian. Episc.

40. Nihil falſitas poſſet, ſi cupiditas otioſa dormiret. *Ibidem, Homil.* 5. *de oris inſolentia, circa initium, pag.* 481. *columna* 1. *A.*

Sententiæ Paganorum.

41. Multi fallere docuerunt, dùm timent falli. *Lib.* 7. *de Benefic. cap.* 3. *in medio. pag.* 525. *tom.*2. Seneca.

42. Res nos fallunt, pro bonis mala amplectimur. *Ep.* 45. *ante med. pag.* 600. *tom.* 2.

43 Numquàm falſis conſtantia eſt, variantur & diſſident. *Ep.*102.*prope med.pag.*815. *tom.* 2.

Fama.

DEFINITIO, COMPARATIO.

Definitio.

FAMA eſt illæſæ dignitatis ſtatus, legibus, moribus comprobatus, & propalatus. Collector.

Fama eſt ore multorum celebrata laudatio. *Super Proverb. cap.* 22. *in principio, fol.* 48. *col* 3. *tom.*3. Hugo Caro.

Fama eſt quoddam multitudinis teſtimonium 76. *Topicor. col.*404. *D. tom.*1. Cicero.

Comparatio.

Sicut naribus dulcis odor attrahitur, ſic totis deſideriis animi famæ ſecularis favor affectatur. *Libro* 2. *de nuptiis, cap.* 170. *F. tom.*2. Hug. a S. Victor.

Sententiæ Patrum.

1. Cùm incipis, debes magis niti ad munditiam vitæ: cùm proficis, ad odorem bonæ famæ. *Ser.Dom.*10. *poſt Trinit. poſt med. fol.* 236. *pag.* 2. S. Antonius de Padua.

2. Caveamus ne in ullo famæ noſtræ vulnere ſerpat nata ab occaſione ſuſpitio. *Profec.* S. Ambros. Mag.

3. Ipſa famæ ſemina, priuſquàm linguis outriantur, intereant. *In Exhort. ad Monachos. poſt med. col.* 833. *A. tom.* 4. S. Augustin.

4. Cùm homo famam quærit, adſtans ante hominem judicem, circumſtante hominum multitudine, inimicum ſuum odio immaniſſimo inſectans vigilantiſſimè cavet, ne quid per linguæ errorem dicat coram hominibus, & ne per mentis furorem hominem auferat ex hominibus non cavet. *Lib.* 1. *Conf. cap.* 18. *in fine, pag.* 53. *A. tom.* 1.

5. Odor bonus, fama bona eſt; quam quiſquis bonæ vitæ operibus habuerit, dùm veſtigia Chriſti ſequitur, quaſi pedes ejus pretioſiſſimo odore perfundit. *Lib.* 3. *de Doctrina Chriſtiana. cap.* 12. *poſt init. pag.* 36. *C. tom.* 3.

6. Quem non poteſt diabolus devorare ſeductum ad nequitiam, famam ipſius inquinare conatur, ut ſi fieri poteſt, opprobriis hominum, & malarum linguarum detractione deficiat, & ſic in ejus fauces ruat. *Ep.* 137. *ad Clerum, in medio. pag.* 424. *D. tom* 2.

7. Solicita eſt bona conſcientia, famæ integritatem ſervare. *De ſpiritu & anima, cap.* 62. *in medio.pag.*641. *A.tom.* 3.

8. Quiſquis famam ſuam cuſtodit, in alios miſericors eſt. *De bono vidu.cap.*22.*ante med.pag.*736.*C. tom.* 4.

9. Nobis

S. AUGUSTIN. 9. Nobis neceſſaria eſt vita noſtra, aliis fama noſtra. *Ibidem*

10 Ad virtutem pertinet bona vita, fama verò ad laudem. *Ibidem.*

11. Conſule quantum poteſt ſaluti, proſpice famæ. *De Amicitia cap. 15. in fine, pagina 779. littera B. tom. 4.*

12. Quiſquis volens detrahit famæ meæ, nolens addit mercedi meæ. *Lib. 3. contra litt. Petiliani. cap. 7. prope med. pag. 114. C. tom. 7.*

13. Cùm per bonam famam probamur, utrùm nos in ſuperbiam non extollamus; & per malam famam probamur, utrùm inimicos eos ipſos, à quibus nobis confingitur, diligamus, diabolum vincimus. *Ibidem, cap. 12. circa med. pag. 116. C.*

14. Solet etiam de bonis mala fama mentiri. *Lib. 3. contra Creſconium, cap. 12. in fine, pagina 171. A. tom. 7.*

15. Intelligat unuſquiſque parùm ſibi prodeſſe converſationis famam, niſi in contemptu mundi amaverit diſciplinam. *De bono diſcipl. cap. 7. in fine, pag. 652. D. tom. 9.*

16. Qui curam bonæ famæ colis, ſtudio tuo gratiam integræ opinionis acquire. *Ibidem, cap. 8. in medio, pag. 653. A.*

17. Quem amor tenet ſervandæ integritatis, ante omnia falſi ad ſe famam non admittat erroris. *Ibidem, poſt med.* &c.

18. Si vis placere Chriſto, elabora ut profeſſionem tuam fides adjuvet, fama commendet. *Ibidem, cap. 9. in medio, pagina 653. A.*

19. Duæ res ſunt conſcientia & fama: conſcientia tibi, fama proximo tuo. *Profec.*

20. Qui fidens conſcientiæ ſuæ negligit famam ſuam, crudelis eſt. *Serm. de communi vita Clericorum, in principio.*

21. Qui ſuperiorem vitæ gradum tenet, ſuæ famæ conſulentes, dùm impetus malorum timent, ab eorum reprehenſione ſeſe abſtinent. *Libro 1. de Civ. Dei, cap. 9. in medio. tom. 5.*

22. Nimis ſuperbum fuit famæ parcere principum civitatis & civium, ubi ſuæ famæ parci numina noluerunt. *Ibidem, lib. 2. cap 9. ante finem.*

23. Mallem in hominem conſideres, quàm in famæ ipſius falſitatem. *Libro 3. contra Creſcon. cap. 9. ante fin. tom. 2.*

24. Cùm falſum quid à maledico fingitur, aut omninò non creditur, aut certè integrâ ſalute, ſola fama vexatur. *Ep. 15. prope fin. tom. 2.*

25. Nullus Philoſophorum finem actionum ſuarum conſtituit in fama vulgi, aut in lingua hominum. *Ep. 56. poſt initium. tom. 2.*

26. Cùm aliquid de aliquo aliquamdiu fama jactat, non utique facile credendum eſt; ſolet quippè fama mentiri. *Epiſt. 106. circa princ. tom. 2.*

27. Fama popularis non in ore vulgi eſt lætabilis, ſed in rebus ipſis. *Epiſt. 128. circa medium, tom. 2.*

28. Noſtra purganda vobis eſt fama, ſi eſt Domino purgata conſcientia. *Epiſt. 225. poſt medium, tom. 2.*

29. Bonam famam cuſtodiamus, diſpenſationi noſtræ multùm neceſſariam. *Epiſt. 239. in medio, tom. 2.*

30. Fama etiam ipſa conſulta, vos peſſimos jactat. *Libro 13. contra Fauſtum, cap. 5. in medio, tom. 6.*

31. Fama de aliquo ſermocinante ſeu benè, ſeu malè, fit non immeritò ut amemus vel oderimus ignotum. *Tract. 90. ſuper Ioannem, circa initium, tom. 9.*

S. BERNARD. 32. Erit virtus contenta candore conſcientiæ, ubi ſequi non poterit odor famæ: cæterùm odor famæ nec excuſare ſufficiet vitium conſcientiæ decoloris. *Sermon. 71. ſup. Cant. poſt initium. fol. 191. columna 1. littera B.*

S. BERNARD. 33. Diſce fragrare bono præconio, habeto teſtimonium bonum, cuſtodi tuam famam bonam: tua bona fama nullis fœtoribus obſcuretur, tua bona fama nullis opprobriis laceretur. *Serm. 16. ad Sororem. in fine, fol. 85. col. 3. G.*

BOËTIUS. 34. Vos immortalitatem vobis propagare videmini, cùm futuri famam temporis cogitatis. *Libro 2. de Conſolat. Philoſoph. Proſa 7. poſt medium.*

35. Plures magnum ſæpè nomen falſis vulgi opinionibus abſtulerunt, quo quid turpius excogitari poreſt? *Ibidem, lib 3. Proſa 6. in princ.*

S. CLEMENS PAPA. 36. Sæpè fama vulgi, prophetiæ ſpeciem tenet. *Libro 3. Recognit. longè poſt initium, folio 60. pagina 2.*

DIONYSIUS CARTHUS. 37. Curandum eſt de fama honeſta, non ad propriam laudem; ſed ad Dei honorem, & proximorum ſalutem. *Super Epiſt. ad Coloſſ. cap. 4. art. 4 ante med. fol. 94. G.*

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 38. Famæ pretium eſt conſcientiæ ſecretum minuere, longeque damnoſius & periculoſius eſt abuti. *In ſuis Opuſc. oraculo 14. pagina 301. tom. 3.*

39. Frater, qui alium fratrem famæ gloriâ ſpoliaverit, habitu eſt ſpoliandus; nec oculos ad Deum elevare poterit, niſi priùs quod abſtulerat, reddiderit. *Ibidem, Apophthegm. 17. in fine, pag. 418. tom. 3.*

GILLEBERTUS ANGLUS. 40. Rapacitatis genus eſt, ſi famam decerpis. *Ser. 19. ſuper Cant. ante med. apud D. Bernard. volum. 2. fol. 16. col. 3. I.*

GLOSS. ORD. 41. Natura famæ eſt ſive bonum, ſive malum nuntiantis ubique omni celeritate diſcurrere. *Super Epiſt. 1. ad Theſſalonic. cap. 1. in fine, columna 640. D. tom 6.*

S. GREG. MAG. 42. Fama à bono opere vires accipit, & favoris gratiam quaſi claritatem luminis aſpergit. *Libro 22. Moral. cap. 5. longè ante medium, num. 7. col. 737. littera D.*

43. Eum quem ad opus bonum laudis amor provocat, concupita fama attingit. *Ibidem, ante med. num. 7. col. 738. B.*

44. Qui exempla bonorum operum circumquaque per bonam famam tribuunt, quaſi odorem, quo ſanentur ægroti, aſpergunt. *Super Cant. cap. 7. in fine, ſuper illud, Mandragora dederunt odorem, columna 55. littera C. tom. 2.*

45. Poſtquàm quis à vera Religione cecidit, redolere per bonæ famæ opinionem ceſſat. *Libro 3. in 1. Regum, cap. 2 in fine, ſuper illud, Tranſlata eſt gloria Domini, col. 1345. C. tom. 2.*

46. Dulcis fama Sanctorum, ſicut mel fluens, dulciter velociterque currit. *Libro 5. in 1. Regum cap. 4. ante medium, ſuper illud, Et apparuit fluens mel. col. 1540. B. tom. 2.*

47. Sicut ignis aura flante fit grandior, ita bonæ mentis ſtudia commendationis fama proficiunt. *Libro 9. in Regiſtro. Indict. 4. cap. 52. Epiſt. 52. in princip. col. 1078. D. tom. 2.*

S. GREG. NAZ. 48. Malim, cùm recto ſtudeam, vitioſus haberi,
Quàm vitio indulgens, juſti clareſcere famâ. *In ſua Poëſi. Et habet. apud D. Ioan. Damaſc. lib. 3. Parall. cap. 89. fol. 136. pag. 1. C.*

S. GREGOR. TAUMAT. 49. Fama bona ſuavior eſt animæ, quàm oleum corpori. *Super Eccleſiaſten. cap. 7. in principio, apud Bibliothecam Patrum, tom. 3. pagina 53. columnna 2. littera E.*

S. HIERONYM. 50. Falſus rumor citò opprimitur, & vita poſterior judicat de priore. *Tom. 1. Ep. 10. ad Furiam. poſt med. pag. 82. littera D.*

51. Si anno præterito fama mentita eſt, aut certè ſi verum dixit: ceſſet vitium, ceſſabit & rumor. *Ibidem, poſt med. pag. 83. A.*

S. HIERON. 52. Faciliùs mala credunt homines, & quodcumcumque domi fingitur, rumor in publicum fit. *Tom. 1. Ep. 47. de vitando ſuſpecto contubernio, poſt med. pag. 226. D.*

53. Cavenda eſt infamiæ macula, quæ nullo nitro elui poteſt. *Ibidem, poſt medium, pagina 226. D.*

54. Multùm in utrumque partem crebrò fama mentitur, & tam de bonis mala, quàm de malis bona falſo rumore concelebrat. *Tom. 3. Ep. ad Ruſin. in princip. pag. 74. C.*

55. Eò perducta res eſt, ut neglectâ veritate meriti, de ſola opinione curemus; qui teſtimonium vitæ noſtræ non à conſcientia noſtra, ſed à fama petimus. *Tom. 4. Epiſt. 1. ad Demetriad. poſt medium, pagina 21. litera B.*

56. Solet fama ſubſequi bonum factum tuum, malum autem fama prævenit. *Tom. 4. Ep. 22. ad Suſannam lapſam poſt med. pag. 141. A.*

57. Fac tibi famam longiorem, ut quomodo unguentum nares odore delectat: ſic ad tuum vocabulum cuncta proſperitas delectetur. *Super Eccleſiaſten, cap. 7. in princ. pag. 81. A. tom. 7.*

HUGO CARD. 58. Nomen bonum habet, qui fidelium teſtimonio laudatur, licet paucorum, non vulgi imperiti. *Super Proverb. cap. 22. in principio, folio 48. columna 3. tom. 3.*

59. Difficillimum eſt famam ſemel læſam reſtituere. *Ibidem, cap. 25. fol. 55. columna 3.*

60. Bonitas famæ conſiſtit in ſex.
- Bonitate & veritate eorum, quæ prædicantur.
- Bonitate & authoritate prædicantium.
- Latitudine & perſeverantiâ prædicationis. *Super Eccleſiaſten, cap. 88. columna 2. tom. 3.*

61. Qui famam negligit, non parcit ſibi, nec proximo: non ſibi, quia indiſcretè agit: non proximo, quia eum ſcandalizat. *Super 2. Cor. 8. folio. 136. col. 2. tom. 7.*

S. JOANNES CHRYSOST. 62. Fortior eſt tua fama, quàm mea virtus. *Homil. 5. ſuper Matth. oper. imperf. in princ. columna 772. lit. C. tom. 2.*

63. Nulla res alia magis famam auget, vel bonam vel malam, quàm vulgus incompoſitum. *Lib. 5. de Sacerdot. 545. B. tom. 5.*

JOANNES SARESB. 64. Quiſquis famæ petitor eſt, vires ſuas excedit: & non quid poſſit, ſed quid aliis placeat, attendit, & illud feſtinat implere. *Lib. 8. de Nugis curial. cap. 2. circa med. apud Bibl. Patrum, tom. 15. pagina 459. col. 2. H. edit. Colon, 1622.*

S. ISID. HISP. 65. Diſce bono fragrare præconio, habeto teſtimonium bonum, cuſtodi bonam famam tuam, nullis fœtoribus obſcuretur, nullis laceretur opprobriis. *Libro 2. de Synonim. cap. 8. ante medium, pag. 317. columna 2.*

S. LAURENT. JUSTIN. 66. Conſultius eſt ac eligibilius introrsùs per humilitatem, Dei ac propriæ conſcientiæ gaudere teſtimonio, quàm exteriùs ad tempus per elationem humanâ opinione florere. *De humilit. cap. 8. in calce. pagina 670. col. 1. F. parte 2.*

S. PETRUS DAMIANUS. 67. Præſentibus converſatio tua luceat, abſentibus fama in benedictione redoleat. *Opuſc. 46. cap. 6. pag. 709. col. 2. B. tom. 3.*

PHILO JUD. 68. Non eſt negligenda bona fama, res in omni vita utiliſſima. *De migrat. Abraha, ante med. pagina 556. tom. 1.*

S. THOMAS AQUINAS. 69. Famâ nihil celerius. *Et hab. apud D. Joan. Damaſc. lib 3. Parall. cap. 102. fol. 140. pag. 1. A.*

70. Nihil eſt ita charum homini ſicut fama *Opuſcul. 9. de decem precept. Precept. 8. verbo, Non loquaris. tom. 1.*

71. Qui occultè detrahunt, ſi famam non reſtituant, ſalvari non poſſunt. *Ibidem.*

72. Melior eſt bona fama ex ſanctitate vitæ, quàm odor unguenti pretioſi & divitiæ multæ. *In Enchirid. Moral cap. 6. ſect. 2. tom. 2.* THOMAS A KEMPIS.

73. Tu qui curam bonæ famæ colis, ſtudio tuo gratiam integræ opinionis acquire. *Ibidem, ante fin. pag. 477. col. 1. C.* S. VALERIAN. EPISC.

74. Si vis placere Chriſto, elabora ut profeſſionem tuam fides adjuvet, fama commendet. *Ibidem, in fine.*

SENTANTIÆ PAGANORUM.

75. Si famam ſervare cupis, dùm vivis, honeſtam; CATO POETA.
Fac fugias animo, quæ ſunt mala gaudia vitæ.
Lib. 4. Diſtichor. metr. 36.

76. Perditiſſima ratio eſt, negligere famam. *Libro 4. de arte Rhetor. ante med. tom. 1.* CICERO.

77. Fundamentum perpetuæ commendationis & famæ, eſt juſtitia, ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile. *Lib. 2. Offic. poſt med. tom. 4.*

78. Bona fama in tenebris, proprium ſplendorem obtinet. *In ſuis ſenteut. ſent. 60.* MIMUS PUBL.

79. Multi famam, conſcientiam pauci verentur. *Lib. 3. Ep. 20 ad Meſium maxim. poſt med. pag. 96.* PLINIUS II.

80. Summam rerum nuntiat fama, non ordinem. *Libro 4. Epiſt. 11. ad Cornelium Minutian. in fine, pagina 109.*

81. Omnes qui famâ ducuntur, mirum in modum aſſenſio & laus à minoribus etiam profecta, delectat. *Lib. 4. Ep. 12. ad Adrianum. in fine pag. 110.*

82. Non perpetua fama, ſed bona concupiſcenda eſt. *In panegyrico de Trajano Auguſto, poſt medium, pag. 368.*

83. Veſtra facta dictaque rumor excipit: & ideò multis magis cavendum eſt, qualem famam habeant, quàm qui qualemcumque meruerint, magnam habituri ſint. *Libro 1. de Clement. cap. 8. circa init. pag. 469. tom. 1.* SENECA.

84. Malè agit, qui famæ, non conſcientiæ gratus eſt. *Libro 6. de Benefic. cap. 42. circa medium, pag. 501. tom. 2.*

85. Ad veram gloriam & famam non eſt ſatis unius opinio. *Epiſt. 102. ante medium, pag. 815. tom. 2.*

86. Fâma, quæ vocem deſiderat, claritas non eſt. *Ep. 102. circa med. pag. 815. tom. 2.*

87. Bonæ famæ tuæ non ſis ſeminator, neque alienæ invidus. *De quatuor virt. à medio, pag. 675. edit. Baſilea. 1537.*

88. Plerique famam, pauci conſcientiam verentur. *In ſuis proverbiis in fine poſitis. lit. P.*

Vide etiam titulos, Æſtimatio. ſentent. 1. 12. Detractio. ſentent. 6. Favor. ſent. 17. Honor. ſentent. 32. 60. Infirmitas. ſent. 7. Magnanimitas. ſent. 13. Maledictio. ſentent. 31. Menſa. ſent. 6. Nomen. ſent. 70. 71. Perſona ſent. 10. Suſpitio. ſent. 2. Vidua. ſent. 14.

Fames.

DEFINITIO.

FAMES eſt appetitus calidi & ſicci, ideſt cibi. COLLECTOR.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Fames amica virginitatis eſt, inimica laſciviæ: ſaturitas verò caſtitatem prodigit, nutrit illecebram. *Sermone 37. de Quadrag. circa medium, col. 731. lit. B. tom. 3.* S. AMBROSIUS.

S. Ambros. 2. Dulciores poſt famem epulæ fiunt, quæ aſſiduitate faſtidio ſunt, & diurna continuatione vileſcunt. *De Helia & Iejunio. cap. 9. poſt med. columna* 1127. *A. tom.* 4.

3. Negligit famem corporis, qui pabula lectionis intendit: nec ventris curam habere poterit, qui alimentum verbi cœleſtis acquirit. *Ser.* 35. *de Iejunio Domini. in fine. col.* 729. *C. tom.* 3.

4. Nihil prodigæ ſatia eſt voluptati; ſemper famem patitur ſui, qui alimentis perpetuis neſcit impleri. *Lib.* 7. *ſuper Lucam, cap.* 15. *in illud, Facta eſt fames, &c. col.* 1749. *A. B. tom.* 5.

S. Antoninus. 5. Patitur otioſus famem univerſalem: oculi deſiderant vanitatem, aures rumores, olfactus odores, gula cibos, quam famem non habet occupatio? *Parte* 2. *tit.* 6. *cap.* 1. §. 10 *in medio. fol.* 213. *col.* 1.

S. Augustin. 6. Fames & ſitis quidam dolores ſunt, urunt & ſicut febris necant, niſi alimentorum medicina ſuccurrat. *Libro* 10. *Conf. cap.* 31 *circa initium, pag.* 127. *A. tom.* 1.

7. Jejunium voluntatis eſt, fames neceſſitatis. *Sup. Pſ.* 42. *in princ. pag.* 261. *A. tom.* 8.

8. Medicamentum famis, cibus eſt. *Hom.* 38. *ex quinquag. Hom poſt med. pagina* 255. *B. tom.* 10.

9. Fames amica virginitatis eſt, inimica laſciviæ: ſaturitas verò caſtitatem prodit, nutrit illecebram. *Ser.* 1. *feriæ* 4. *poſt.* 2. *Dom. Quadrag. & in ord.* 77. *in med. pag.* 534. *C. tom.* 10.

10. Cur corpus fame diſcrucias, cui turpiter peccando blandiris? *Ser.* 1. *fer.* 3. *Rogat. & in ord.* 172. *in medio, pag.* 696 *C. tom.* 10.

11. Non eſt ſanus, qui eſurit. *Hom.* 38. *ex quinquag. Hom. cap.* 6. *ante med. tom.* 10.

S. Basilius Magnus. 12. Fames famelici morbus, miſerabilis eſt affectio. *Concion.* 11. *de Fame, ante finem; pagina* 196. *tom.* 1.

13. Fames humanarum calamitatum caput exiſtit. *Ibidem.*

14. Miſerrimum genus mortis eſt, fame perire. *Ibidem.*

15. Fames lentum habet malum, dolorem differentem ac prolongantem, morbum inſidentem ac deliteſcentem, mortem ſemper præſentem ac ſemper tardantem. *Ibidem.*

16. Fames humiditatem naturalem conſumit, caliditatem frigefacit, molem contrahit, facultatem ac vires paulatim tabefacit. *Ibidem.*

17. Fames & ſiccitates, communes quædam ſunt civitatum ac gentium plagæ, hominum peccata immodica punientes. *Hom.* 9. *Quod Deus non eſt author malorum. poſt init. fol.* 105. *pag.* 2. *tom.* 1. *edit. Pariſ.* 1550.

18. Ad horrea tua aperienda, noli annonæ caritatem expectare: nam qui auget pretium annonæ, publicæ execrationi obnoxius redditur. *Proſec.*

19. Famem ob aurum ne opperitor, noli ob utilitatem privatam, communem inediam affectare. *Hom.* 6. *contra divites, circa med. fol.* 98. *pag.* 1. *tom.* 1. *edit. Pariſienſis* 1550.

S. Bernard. 20. Facta eſt valida fames in terra.
- Qui pecuniam diligit, non ſatiatur.
- Qui luxuriam appetit, non ſatiatur.
- Qui gloriam quærit, non ſatiatur.
- Qui mundum amat, non ſatiatur. *Ser. de Converſ. ad Clericos, cap.* 22. *col.* 3. *G.*

21. Fames, non ſapor provocet appetitum. *In formula honeſta vita, ante finem, folio* 340. *columna* 1. *littera B.*

22. Si blado abundas, non diligas cariſtiam: quia diligens cariſtiam, cupit eſſe pauperum homicida. *Ep. de cura & regim. rei familiaris in* 2. *volum. poſitâ, ante med. fol.* 371. *col.* 2. *D.*

S. Bonavent. 23. Sicut poſt ſaturitatem edere ſuperfluum eſt, ita ante eſuriem otioſum eſt, cum eſurire licitum eſt, poſt eſuriem ſtrenuum eſt. *Sup. Pſ.* 104. *ante med. pag.* 138. *col.* 2. *B. tom.* 1.

S. Bonavent. 24. Paſce fame morientem, ſi non paviſti, occidiſti. *In ſpeculo animæ, cap.* 2. *circa fin. pag.* 37. *col.* 2. *E. tom.* 7. *parte* 3.

Dionysius Carthus. 25. Eorum pauperum, qui ex fame obierunt, mortis reus teneris. *Super Ep. Jacobi. cap.* 5. *ab initio. folio* 15. *littera H.*

S. Ephræm. 26. Abſurdum eſt fame illum confici, qui cibum aliis impertitur. *De Confeſſion. in principio, pagina* 599. *B. tom.* 3.

Franciscus Titelm. 27. Si fames oriatur ſuper terram (quia juſtus es) ſervabit te Deus, ne fame pereas. *In Elucid. ſup. cap.* 5. *Iob, poſt med. in illud, In fame eruet te. fol.* 56. *pag.* 2.

28. Neſcit dulcedinem epularum, qui famem non eſt expertus. *In Annot. ſuper Pſalm.* 70. *ante finem, verſ.* 22. *pag.* 651. *ſect.* 1.

S. Greg. Mag. 29. Sicut fames carnis eſt ſubſtractum ſubſidium corporis: ita & fames mentis eſt ſilentium divinæ locutionis. *Lib.* 6. *Moral. cap.* 15. *poſt initium, ſup. illud Job* 5. *In fame eruet te. col.* 197. *B. tom.* 1.

30. Fames corpus atterit, atque ut ejus neceſſitas repellatur, cibi requiruntur: ſed ſæpè & cibi gravant, qui ad repellendum debilitatis gravamen quæſiti fuerant. *Ibidem, libro* 12. *cap.* 9. *in medio. num.* 9. *col.* 409. *littera C.*

31. Saturitatem excludit eſuries. *In ſeptem Pſalm. Pœnit. ſuper Pſalm.* 6. *ante med. prologi. columna* 613. *B. tom* 2.

32. Nonnulli hujus mundi divites cùm fame crucientur Chriſti pauperes, effuſis largitatibus nutriunt hiſtriones. *Part.* 3. *Paſtoral. cap.* 1. *Admonit.* 21. *circa med.* 1288. *A. tom.* 1.

S. Greg. Nazi. 33. In fame nihil gravius, atque acerbius eſt, quam crudelitas, cupiditaſque inexplebilis eorum, qui rei frumentariæ copiâ circumfluunt. *Et habet. apud. Div. Joan. Damaſc. lib.* 2. *Parall. cap.* 82. *poſt med. fol.* 93. *pag.* 2. *A. Proſec.*

34. Obſervant enim temporum difficultates, atque ex annonæ penuriâ lucrum captant, & ex aliorum calamitatibus meſſem faciunt. *Ibidem.*

S. Greg. Nyss. 35. Affectus famis eſt ejus deſiderium, quo carere non poſſumus. *Orat.* 4. *de beatitud. ante med. col.* 530. *littera C.*

S. Hieron. 36. Ego fame torqueor, & tu judicas quantum ventri meo ſatis ſit. *Tom.* 1. *Epiſt.* 2. *ad Nepotian. in fin. pag.* 17. *A.*

37. Famem vera fides non timet. *Ibidem, Ep.* 8. *ad Demetriad. poſt med. pag.* 68. *D.*

38. Peſtilentia ſemper famem, ac penuriam ſequitur. *Lib.* 4. *ſup. Ezech. cap.* 14. *ſup. illud, Et immittam in eam famem, pag.* 418. *B. tom.* 5.

39. Nihil eſt fame durius, quæ ſæpè compellit obſeſſos humanis veſci carnibus, & in ſuam ſævire naturam. Si hoc facit fames corporum, quid de fame dicendum eſt animarum? *Lib.* 3. *ſup. Amos. cap.* 8. *ſup. illud, Ecce dies veniunt, &c. pag.* 109. *D. tom.* 6.

40. Mittit Dominus famem in terram ſuper eos, qui terrena ſapiunt, & famem non panis, ſed audiendi verbum Dei, quando propter peccata populi doctrina deficit in Eccleſiis. *Ibid. cap.* 8. *ſub fin. pag.* 110. *A.*

41. Fames neceſſitatis eſt jejunium voluntatis. *Sup.* 2. *ad Cor. cap.* 11. *in illud, In labore & ærumna, pag.* 341. *littera D. tom.* 9.

Hugo à S. Victore. 42. Fames
- Vitales meatus arctat.
- Corpus attenuat.
- Squalorem generat.
- Vilia pretioſa reputat.
- Cutem tumeſcere facit, & piloſam.
- Deſidiam & appetitum excitat. *Libro* 4. *de propriet. rerum, cap.* 6. *circa init. pag.* 306. *F. tom.* 2.

Hugo Card. 43. Iofelices, qui intelligitis vos majorem famem habere, quàm ventrem. *Super 2. Reg. 4. fol. 245. col. 4. tom. 1.*

Joan. Caſſ. 44. Pulchrè Abbas Macharius cuidam percunctanti, cur fame ab hora tertia in eremo pulſaretur, qui in cœnobio hebdomadibus integris refectionem ſæpè contemnens, non ſenſiſſet eſuriem? reſpondit: quia nullus hîc eſt jejonii tui teſtis, qui te ſuis laudibus nutriat atque ſuſtentet, ibi autem te digitus hominum, & cenodoxiæ refectio ſaginabat. *Collat. 5. Serapionis Abb. cap. 12. circa med. pag.* 400.

S. Joannes Chryſost. 45. Corpori ob voracitatem multa parantur, animæ verò fame perire ſinitur. *Profat.*

46. Fames corporis illud emaciat, fames animæ illam attenuat. *Hom. 54. ſup. Gen. poſt initium, col. 425. B. tom. 1.*

47. Moleſta eſt fames, quæ ad hoc ſaginatur ut perdas: pernicioſa eſuries, quæ idcircò eaeluditur, ut pejor in homine nutriatur. *Ser. de Iacob & Eſau. circa med. col. 561. B. tom. 1.*

48. Moleſta eſt fames, ubi quod eſurit neceſſitas deeſſe invenit. *Hom. de Helia, ante medium, col. 648. A. tom. 1.*

49. Quando fames premit, neſcit inter divitem & pauperem ullo modo diſcernere, glorioſum & inglorioſum, nobilem & ignobilem non cognoſcit.. *Homil. 59. ſuper Matth. oper. perf. poſt med. col. 496. littera A. tom. 2.*

50. Dives in frumento famem precibus optat, ut auro potiatur: quid hujuſmodi viro miſerandum magis? *Homil. 39. ſuper 1. Cor. poſt med. col. 645. littera B. tom. 4.*

51. Fames repletione eſt tolerabilior; famem namque plures dies quiſquam ferre poterit, repletionem verò ne ſolos quidem duos. *Homil. 1. ſup. Ep. ad Coloſſ. poſt med. col. 1235. B. tom. 4.*

52. Quid eſt fame & ſiti deterius, quid ſævius, quid intolerabilius? *Hom. 28. ſup. Epiſt. ad Hebr. in Moral. longè poſt init. col. 1837. H. tom. 4.*

53. Erubeſcis eſurire, rapere verò non erubeſcis: times fame necari, alios autem necare non times. *Hom. 68. ad Populum Antioch. ante medium, columna 436. A. tom. 5.*

S. Joan. Dam. 54. Condimenti loco ſit tibi fames. *Lib. 1. Parallel. cap. 26. poſt med. fol. 23. pag. 1. A.*

S. Iſid. Hiſp. 55. Sitis & fames, carnis luxuriam interimit: fames & ſitis, carnis libidinem ſuperat. *Lib. 2. de Synonim. cap. 4. circa init. pag. 314. col. 1.*

Philo Jud. 56. Urbium regionumque graviſſimus morbus fames eſt: cujus vires oportet frangere, ne nimiùm auctus incolas deleat. *De Joſeph. ante med. pagina 745. tom 1.*

Sententiæ Paganorum.

Cicero. 57. Cibi condimentum eſt fames. *Lib. 2. de Finibus. poſt med. num. 90. tom 4.*

Hypocrates. 58. Corporibus humidâ carne præditis perferenda fames eſt: nam fames ſiccat corpora. *Commentar. 7. Aphoriſm. 59.*

Seneca. 59. Parvo fames conſtat, magno faſtidium. *Ep. 17. ante med. pag. 552. tom. 2.*

60. Quæris quid ſit remedium inopiæ? famem fames finit. *Ep. 110. in fin. pag. 843. tom. 2.*

61. Ambitioſa non eſt fames, contenta deſinere eſt, quo deſinat, non nimis curat. *Ep. 119. poſt med. pag. 871. tom. 2.*

62. Palatum tuum fames excitet, non ſapores. *De quatuor virtut. circa medium, pag. 674. edit. Baſileenſis 1537.*

Sixt. Philos. 63. Melius eſt fame mori, quàm per incontinentiam ventris maculare animam. *Sentent. 335. pag. 66. col. 2. littera H. apud Bibl. Patrum, tom. 3. edit. Colonienſis 1618.*

Vide etiam tit. Avaritia. ſent. 116. Domare. ſent. 17. Exercitium. ſent. 9. 10. Laus. ſent. 40. Nutrimentum. ſent. 54. Pecunia. ſent. 52. Satietas. ſent. 5.

Familia.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Ambroſius. 1. LAUS Domini, ubi munda poſſeſſio, & innocens familiæ diſciplina. *Lib. 1. Offic. cap. 50. poſt init. col. 35. A. tom. 1.*

S. Auguſtin. 2. Sine obedientia familia aliqua regi non poteſt. *Serm. 7. ad fratr. in Eremo. poſt med. pag. 291. littera A. tom. 10.*

3. Habet omnis familia Dei conſolationem ſuam non fallacem, nec in ſpe rerum nutantium conſtitutam. *Libro 1. de Civitate Dei. cap. 29. in principio, tom. 5.*

Gloſſ. Decr. 4. Ille verè & benè præpoſitus eſt ſuæ domui, qui familiam ſuam benè gubernat verbo & exemplo. *In decret. Gratiam, fol. 52. columna 1. editionis Lugdunenſis* 1540.

S. Greg. Mag. 5. Abſente domina familiæ, ancillarum linguæ perſtrepunt, ſilentium deſerunt, deputati operis officia negligunt, totumque ordinem confundunt. *Lib. 1. Moral. cap. 15. circa init. pag. 64. C.*

S. Hieron. 6. Nobilem familiam virgo virginitate ſuâ nobiliorem facit. *Tom. 1. Ep. 8. ad Demetriad. longè poſt init. pag. 64. C.*

7. Familiam tuam ita rege & confove, ut te matrem magis tuorum, quàm dominam videri velis, à quibus benignitate potiùs quàm ſeveritate exige reverentiam: fidelius & gravius ſemper obſequium eſt, quod ab amore, quàm quod à metu proficiſcitur. *Tom. 1. Ep. 14. ad Celantiam. poſt med. pag. 114. C.*

Hugo a S. Victore. 8. Duæ ſunt familiæ,
- Una Chriſti.
- Altera diaboli.
  - Milites diaboli exteriùs violentiam inferunt.
  - Milites Chriſti interiùs patientiam vincunt. *In dialogo de ſacram. legis naturalis & ſcripta. poſt med. pagina 294. H. tom. 3.*

Hugo Card. 9. Prælatus eſt bonus, cùm familia eſt bona: malus, cùm familia eſt mala. *Sup. Eccleſiaſtic. cap. 10. circa init. fol. 189. col. 1. tom. 3.*

S. Joannes Chryſost. 10. Diſciplina domini ex moribus familiæ demonſtratur. *Homil. 10. ſuper Matth. oper. imperf. circa med. col. 805. B. tom. 2.*

11. Familia ſine flagello non regitur. *Ibidem, Homil. 45. ante med. columna 1060. B.*

12. Nihil concordiâ in familia majus, nihilque magis neceſſarium: id enim præſtat pecuniis & ingenuitati, atque potentiæ, & cæteris omnibus longè utiliſſimum eſt. *Hom. 4. ſup. Epiſt. ad Tit. ante med. col. 1620. D. tom. 4.*

Salvianus. 13. Quantam illic putamus eſſe labem familiarum, ubi domini ſunt impunitatis exemplum? *Libro 7. de Gubernat. Dei. poſt init. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 353. columna 2. littera F. edit. Colonienſis* 1618.

14. Nemini dubium eſt omnes dominorum familias, aut ſimiles eſſe dominis, aut deteriores. *Ibidem, libro 8. circa med. pag. 360. col. 1. C.*

S. Syneſius Epiſcopus. 15. In familia protectio defenſioque, penes mares eſt: penes fœminas autem eorum, quæ intra ædes ſunt, cura atque ſolicitudo. *De regno ad Arcadium Imperat. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pagina 51. col. 2. G. editionis Colonienſis 1618.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 16. Nemo tantâ felicitate eſſe poteſt in magnâ familiâ: ut neminem neque ſervum, neque libertum improbum habeat. *Orat. 2. pro Reſcio, poſt initium, tom. 2.*

Familiaritas.

DEFINITIO.

PLATO. FAMILIARITAS eſt ejuſdem generis ſocietas. *Tom. 3. Sizygia 6. de Definit. circa medium, pag. 413. littera B.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Adulterinus ſermo juvenculæ, nodus adoleſcentium eſt: verba adoleſcentis, vincula ſunt amoris. *Libro 1. de Pœnit. poſt medium, columna 178. littera D. tom. 1.*

2. Quàm religioſum videtur, ut commorationem Chriſtianæ fœminæ non recuſes: ſed crebra inde tentatio. *Profec.*

3. Si attentos Deo viderit diabolus, ſuggerit ut decipiat; ſed tu quamvis de propoſito præſumas, cave tentationem, ſciens naturam. *Lib. 4. ſup. Luc. cap. 4. in illud, Diabolus receſſit ab illo, columna 1671. littera A. tom. 5.*

S. ANTONIN. 4. Nimia familiaritas, quam habent mulieres cum perſonis ſpiritualibus (etſi pura intentione) niſi magno rigore gubernetur, in ſenſualem amorem convertitur. *Parte 1. tit. 6. cap. 2. §. 2. ante medium.*

5. Quomodo credendum eſt, ut non incidat in laqueum diaboli, qui ſtudioſè ſibi laqueum parat? *Parte 2. tit. 5. cap. 1. §. 7. poſt med. fol. 183. col. 1.*

6. Cavendum eſt à mulieribus, etſi ſunt bonæ indolis & piæ converſationis, quia ſæpè ſub affectu pietatis ſe ſupponit viſcus libidinis. *Parte 3. tit. 16. cap. 1. §. 10. ante med. fol. 238. col. 2.*

7. Familiaritas quæ cauſatur ex multa & privata locutione, in omni re præbet audaciam: audaciùs enim petitur aliquid à familiari, quàm ab extraneo. *Parte 3. tit. 16. cap. 1. §. 10. poſt med. fol. 238. col. 3.*

8. Spina lacerans eſt nimia domeſticitas. *Parte 4. tit. 4. de Temperantia, cap. 6. §. 6. in fine, folio 48. columna 1.*

S. AUGUSTIN. 9. Cum malis hominibus nulla tibi ſit familiaritas, ſi non valeas, Domino miſerante, eos ab errore ſuo revocare. *De ſalutar. Document. cap. 44. in medio. pag. 762. C. tom. 4.*

10. Ab omnibus Chriſtianis, præcipuè tamen à Monachis ſeu Clericis, indigna & inhoneſta familiaritas fugienda eſt, quia ſine ulla dubitatione qui familiaritatem mulierum non vult fugere, citò dabitur in ruinam. *De honeſt. mulier. cap. 1. in fine, pag. 722. lit. D. tom. 9.*

11. Quanti per mulierum inhoneſtam familiaritatem, caſtitatis decorem perdiderunt? *Ibidem, cap. 2. poſt medium, pagina 723. A.*

12. Quantò vilior eſt mulierum conditio, tantò ruina facilior. *Ibidem, cap. 723. A.*

13. Si tam multos ſanctos viros incauta familiaritas mulierum, & pernicioſa blandimenta vicerunt, quid de ſe cogitant illi, qui cum mulieribus non ſolùm converſari; ſed etiam in una domo manere, & convivio earum, aut frequenter, aut ſemper intereſſe nec metuunt, nec erubeſcunt? *Hom. 21. ex quinquaginta Hom. in med. pagina 316. D. tom 10.*

14. Nihil pejus eſt, quàm conſortium habere mulierum, & ſocietatem. *Serm. 36. ad fratr. in Eremo, poſt med 964. D. tom 10.*

S. BASILIUS MAGNUS. 15. Abſurdum eſt eum, qui à mundi delectatione ſolutus eſſe ſtudet, voluptatum vinculis per familiaritatem ſeipſum implicare, ut non ampliùs de cætero, neque corpore, neque anima ſolutus eſſe juxta profeſſionem poſſit. *De virginit. poſt medium, pag. 288. tom. 2.*

16. Pernicioſæ ſunt improborum hominum familiaritates. *Apud D. Ioan. Damaſc. lib. 3. parall. cap. 72. in princ. fol. 132. pag. 2. C.* S. BASILIUS MAGNUS.

17. Cum fœmina ſemper eſſe, & non cognoſcere fœminam, nonne plus eſt quàm mortuum ſuſcitare? quod minus es non potes, & quod majus eſt vis credam tibi? *Profec.* S. BERNARD.

18. Quotidie latus tuum ad latus juvenculæ eſt in menſa, lectus tuus ad lectum ejus in camera, oculi tui ad illius oculos in colloquio, manus tuæ ad manus ipſius in opere, & continens vis putari? eſto ut ſis, ſed ego ſuſpitione non careo. *Ser. 65. ſup. Cant. in medio. fol. 186. col. 1. C.*

19. Dignatio facit familiarem, familiaritas præſumptorem. *Ep. 169. ad Innocent. Pap. in princ. fol. 244. col. 1. littera C.*

20. Vulgare proverbium eſt, quòd nimia familiaritas parit contemptum. *In ſcala clauſtralium. verbo Sed. in princ. fol. 339. col. 1. A.*

21. Si familiaritas religioſis interdicitur hominum, quantò mulierum? *In ſpeculo Monach. ante fin. fol. 340. col. 1. L.*

22. Tantò altiùs ſe quiſque noverit in virtutum gradibus aſcendiſſe, quantò minùs humanis colloquiis delectatur. *Lib. 1. de Paſſione Dom. cap. 28. in fine, fol. 68. col. 3. G.*

23. Sæpè familiaritas vincit, quos vitium ſuperare non potuit. *Serm. 58. ad Sororem, ante medium, fol. 96. col. 1. B.*

24. Qui vult ſeipſum mundum conſervare per puritatem pudicitiæ, debet quantùm poteſt fugere conſortia mulierum. *Serm. 2. Dom. 11. poſt Pent. ante med, pag. 172. col. 2. tom. 3.* S. BONAVENT.

25. Ex multiplicatione familiaritatum, ſuſpitiones, infamationes, & ſcandala plurima oriuntur. *Ep. ad Miniſtr. Provinc. & Cuſtodes, in medio, pag. 433. col. 2. A. tom. 7 parte 4.*

26. Mulierum tàm propinquarum, quàm aliarum, cautè ſocietas declinanda eſt, earumque familiare nimis obſequium & tactus omninò fugiendus. *Profecutio.*

27. Nulli ulla ratione ſuſtineant, quod pedes ſibi à muliere laventur.

28. Nudam manum mulieris tangere, vel ad ejus caput vel corpus ubilibet abſque neceſſaria atque evidenti cauſa manum extendere, ab omni prorsùs honeſtate quis dubitat alienum?

29. Non ſine periculo animæ, mulierum habetur ſocietas.

30. Ubique guſtanda eſt cum mulieribus, non continuanda præſentia, ſed quaſi tranſeunter fœminis exhibenda eſt acceſſio.

31. Tutiùs eſt non poſſe perire, quàm juxta periculum non periiſſe.

32. Illum nec caſtum dixerim, nec honeſtum, qui mulierem aut tangere, aut tactum ejus admittere non abhorret: quomodo tangere licet, quod intueri non licet? *In ſpeculo diſcipl. parte 1. cap. 30. circa med. pag. 550. col. 2. D. tom. 7. parte 4.*

33. Ubi multi familiares, ibi multæ locutiones, & ſibili ſingulares. *Ibidem, parte 2. cap. 6. ante med. pag. 556. col. 2. E.*

34. Si familiarem admittis, admitte quem ætas, mores, diſcretio & honeſtas inſignit & commendat. *Ibid.*

35. Familiaritas ſi fuerit ordinata, non erit blanda, improba, puerilis. *Ibidem.*

36. Eſt modeſta quædam in ſancta familiaritate ſeveritas, eſt & juſtitiæ rectitudo: ut nullatenùs vitium foveatur, nec pro amico proximus offendatur. *Ibidem, &c.*

S. BONAVENT. 37. Secularium familiaritas indiſcreta, religioſi quietem multipliciter inquietat. *Ibidem.*

38. Non poteſt corde habitare cum Domino, qui mulierum acceſſibus copulatur. *Ibidem, in med. pag.* 557. *col.* 1. *B.*

39. Aſper ſermo, brevis & rigidus, cum mulieribus habendus eſt. *In regula Novit. cap.* 11. *pag.* 628. *col.* 1. *B. tom.* 7. *part.* 4.

40. Fuge laqueos mulierum, qui non es Davide ſanctior, nec Samſone fortior, nec Salomone ſapientior.

41. Frequens familiaritas, domeſticum eſt periculum, delectabile detrimentum, & malum occultum boni colore depictum. *De modo confitendi. cap.* 14. *poſt init. pag.* 653. *col.* 1. *D. tom.* 7. *parte* 4.

S. CÆSARIUS ARELAT. 42. Quando primæ familiaritatis fœmina cum viro eſſe cœperit, ſatis verecunda & quaſi ſancta eſſe cognoſcitur: ſed diabolus ſubtrahit in primis machinamenta ſua. donec paulatim aſſiduâ familiaritate creſcente inter ambos inimica nutriat! *Profec.*

43. Callidus enim hoſtis facit illos ſibi invicem parvo tempore deſervire, ſine ulla ratione libidinis, ſine ullo diſpendio caſtitatis.

44. Et ita illos falsâ ſecuritate circumvenit, ut eos quaſi in blanda tranquillitate, velut duas naviculas perducat in altum: & dùm ſe putant eſſe ſecuros, ſubitò illos tempeſtate demergit.

45. Tamdiù ſubditos ignes ſine ullis flammis occultat, donec duas faculas jongens ſimul jàm ambas accendat *Epiſt. ad quoſdam, ante medium, apud Bibliothecam Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pagina* 788. *col.* 2. *F. edit. Colon,* 1618.

46. Si tu te oimium familiarem præbueris, alterius concupiſcentiam nutris. *Profec.*

47. Etiamſi ipſe non pecces, alium tamen perdes: & erit tibi cauſa etiam ſine cauſa, ut te libido maculet aliena.

48. Et qui indignam familiaritatem non ſubvertit, aut ſe aut alium citò perdet. *Ibidem.*

49. Attende anima ſancta, diligenter intellige, quanta mala de inordinata familiaritate naſcantur. *Profec.*

50. Familiaritas enim cujuſlibet fœminæ, ſi frequens eſſe cœperit, non niſi

- Corruptionem ſeminat.
- Vicia pullulat.
- Libidioem concipit.
- Ignominiam parat.
- Porrigit furiam.
- Laſciviam paſcit.
- Petulantiam nutrit.
- Caſus exaltat.
- Ruinas ædificat.
- Ripas erigit.
- Præcipitia aperit.
- Periculis naufragat.
- Naufragiis militat.
- Perditione gaudet.
- Interitum fovet.
- Confuſionem mercator.
- Theſauriaat opprobrium.
- Criminationes exaggerat.
- Excuſationes inflammat. *Ibidem, poſt medium, pagina* 789. *columna* 2. *littera H.*

51. Et catervatim ſimul glomerantur numeroſæ indagines captionum; ac per infinita dedecora multiplicis mortis invehit perniciem perditorum.

52. Tot itaque & tanta mala pernitioſæ familiaritatis nemo proſternit, niſi qui ſocietatem, ondè periclitari poſſit, aut difficilè, aut certè rariùs habere contenderit. *Ibidem.*

53. Sancta anima, quæ ſecretum ſuum cuſtodire voluerit, aſſiduitatis malum tota animi virtute fugiat. *Ibidem, ante finem, pagina* 790. *columna* 1. *littera A.*

54. Fugienda aſt molierum familiaritas, fugienda tanquàm ſcopulus difficilis, aut charybdis minæ, aut fabuloſæ ſirenes. *Profec.* CLEMENS ALEX.

55. Suffocat enim hominem, à veritate avertit, abducit à vita; eſt laqueus, eſt barathrum, eſt malum ventilabrum conſuetudo, ſeu familiaritas.

56. Hæc eſt unda, quæ ignem eructat: mala eſt inſula, accumulata oſſibus & cadaveribus. *In orat. adhortat. ad Gentes, ante finem fol.* 15. *pag.* 2. *D.*

57. Tempus certaminis adhuc geritur, & mors per fœminam uſque graſſatur. *Profec.* S. CYPRIAN.

58. Quantos leones, quantos & quales Epiſcopos & clericos & laicos una muliebris infirmitas delicata domuit, quæ cùm ſit vilis & miſera, de magnis efficit prædam! *De ſingular. Cleric. cap.* 3. *circa med. pag.* 522. *col.* 1. *tom* 3.

59. O quàm inordinabilis fœminæ propinquitas jaculatur, cujus vicinia eſt delictorum latrocinium: non eſt in hac ſocietate ſinceritas approbabilis, quæ colliſiones habet, velut quibuſdam fluctibus turbulentas. *Ibid. in fine, pag.* 522. *col.* 2.

60. In familiaritate mulieris non babitet amica concordia, quoniam nonniſi diſcordantes inimicitias creat. *Ibidem.*

61. Caſuale eſt omne quod fœminæ eſt, & copulatio ejus ſemper infeſta eſt. *Ibidem, cap.* 4. *poſt init. pag.* 523. *columna* 1.

62. Mulier fœdere ſuo magnas moleſtias præſtat, & cui adhæſerit contra ſas, ſibi inſaoabilem ingerit plagam. *Ibidem.*

63. De carbonibus ſcintillæ diſſiliunt, de ferro rubigo nutritur, morbos aſpides ſibilant, & mulier fundit concupiſcentiæ peſtilentiam. *Ibidem.*

64. Nec quiſquam ſibi proponat & dicat: Habere volo quod vincam, hoc eſt eoim dicere, Vivere deſidero ſub ruioa. *Ibidem, cap.* 6. *in principio, pagina* 524. *columna* 2.

65. Omnis inconveniens ſodalitas mulieruin, gluten eſt delictorum, & viſcum toxicatum, quo diabolus homioes aucupatur. *Ibidem, cap.* 7. *prope medium, pagina* 525. *col.* 1.

66. Ama fœminas inter ſacra ſolemnia, & odio habe in communione privata. *Ibidem, cap.* 9. *ante med. pag.* 529. *col.* 2.

67. Tunc cavenda ſunt fœminæ participia, quando geritur carnalium curarum continua unanimiter frequentia. *Ibidem.*

68. Tamdiù diabolus ſopitum ignem ſine ullis flammis occultat, donec duas faculas jungens, ſimul ambas accendat: & tamdiù ceſſat ſævitiæ ſuæ tela ſupponere, donec ſicut peritus venator, qnos occiſurus eſt, laquei ſui vinculia alliget. *Ibidem, cap.* 12. *circa med. pagina* 529. *columna* 1.

69. Diabolus ſicut de ſimplici charitate amorem conflat illicitum, ſic per ſanctitatem ſibi inducit interitum. *Ibidem, poſt med.*

70. De clericis familiaribus ergamulieres Apoſtolus ait, Gloria in turpitudine ipſorum. Dilectio eſt, ioqoiunt. O dilectio, quæ iovidet ſibi! ô charitas, quæ cupit ſe in vituperatione laudari! *Ibidem, cap.* 18 *ante med. pagina* 534. *columna* 1.

71. Grande miraculum, ut virginum charitas per familiaritatem, virgines faciat velut conjuges credi, & conjugum charitas conjuges faciat velut virgines æſtimari. *Ibidem.*

72. Amputanda ſunt omnia quæcumque igniferi fomitis ſulphurantibus flammis ſcatens fornax ebullientis carnis exæſtuat, ne vel tenuis quidem ſcintilla ſervata, majora conflet incendia. *Ibidem, cap* 12. *poſt med. pag.* 536. *col.* 1.

73. Ubique guſtanda eſt cum mulieribus, non continuanda præſentia: ſed quaſi tranſcuoter fœminis exhibenda eſt acceſſio quodammodo fugitiva. *Ibidem, cap.* 25. *poſt med. pag.* 536. *col.* 2.

S. Eusebius Cæsariens.

74. Homo & mulier, ignis eſt & palea: diabolus numquàm inſufflare ceſſat, ut accendatur. *Ep. 4. ad Damaſ. Pap. de morte D. Hieron. ante med.*

75. Tanta ſit inter virum & mulierem familiaritatis raritas, ut alter alterius nomen neſciat. *Ibidem.*

S. Franciscus Ambros.

76. Mulierum familiaritates, colloquia, & aſpectus, quæ multis occaſio ſunt ruinæ, eò ſolicitiùs evitare debemus, quò ſæpiùs videmus per hujuſmodi debilem frangi & fortem ſpiritum infirmari. *Proſecutio.*

77. Harum contagionem evadere converſantem cum eis, niſi probatiſſimum virum, tàm facile judico, quàm in igne ambulare & non comburere plantas

78. Non enim ſecurum puto earum formarum introrsùs haurire imagines, quæ poſſunt aut edomitæ carnis reſuſcitare igniculum, aut pudicæ mentis maculare nitorem.

79. Frivolum profectò eſt quodcumque mulieris colloquium, exceptâ ſolâ confeſſione, vel inſtructione breviſſimâ, juxtà quod ſaluti expedit, vel congruit honeſtati. *In ſuis ſpuſcul. collat.* 6. *pag.* 298. *tom.* 3.

Franciscus Titelm.

80. Non familiaritate nimiâ vileſcat authoritas, quia ſolet nimia familiaritas contemptum parere. *In Annotat. ſuper cap.* 1. *Iob poſt initium. fol.* 10. *pagina* 1.

Gloss. Decr.

81. Major familiaritas eſt in cibo ſumendo, quàm in colloquio: & faciliùs quis decipitur inter epulas, quàm inter loquelas. *In decretis Gratiani, fol.* 349. *col.* 2. *edit. Lugdun.* 1540.

S. Greg. Mag.

82. Qui corpus ſuum continentiæ dedicant, habitare cum fœminis non præſumant, ne ruina mentem tantò repentina ſurripiat, quantò ad hoc quod malè concupiſcitur, etiam præſentia concupitæ formæ famulatur. *Libro* 3. *dialogi. cap.* 7. *in princ. columna* 1385. *littera C. tom.* 1.

83. Inter amantes ſe animos hominum, magnum charitatis familiaritas auſum præbet. *Ibidem, cap.* 37. *in princip. col.* 1417. *littera A.*

84. Legitur quòd Beatus Auguſtinus nec cum ſorore habitare conſenſerit, dicens: Quæ cum ſorore mea ſunt ſorores meæ non ſunt. *Libro* 7. *in Regiſtro indict.* 2. *cap.* 39. *Ep.* 39. *ad Roman. defenſor. circa med. col.* 942. *B. Proſec.*

85. Docti viri cautela, magna debet nobis eſſe inſtructio, nam vitium præſumptionis eſt, quod fortis pavet, minùs validum non timere. *Ibidem.*

S. Hieronym.

86. Omnes puellas & virgines Chriſti, aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. *Proſec.*

87. Non in caſtitate confidas: nec ſanctior Davide, nec Samſone fortior, nec Salomone potes eſſe ſapientior: memento ſemper quòd paradiſi colonum poſſeſſione ſua mulier ejecerit. *Tom.* 1. *Epiſt.* 2. *ad Nepot. ante medium.*

88. Periculoaè tibi miniſtrat, cujus vultum frequenter attendis *Ibidem, ante medium, pagina* 13. *littera B.*

89. Solus cum ſola, ſecretò & abſque arbitris vel teſte, non ſedeas. *Ibidem,* &c.

90. Ancillas tibi ſcias eſſe in inſidiis: quia quantò vilior earum conditio, tantò facilior eſt ruina. *Ibidem, Ep.* 4. *ad Ruſtic. ante medium, pag.* 44. *C.*

91. Fœminæ nomen tuum noverint, ſed vultum tuum neſciant. *Ibidem, poſt med. pag.* 47. *B.*

92. Quare ſolus cum ſola, & non cum arbitris ſedes? ut cùm ipſe non pecces, aliis peccare videaris. *Tom.* 1. *Epiſt.* 22. *ad Gaudentium, circa med. pag.* 99. *littera B.*

93. Puellæ quantò licentiùs juvenculos adeunt, tantò difficiliùs evitantur: & quod didicerunt, ſecretò docent. *Ibid. poſt med. pag.* 100. *C.*

94. Solent laſcivi & comptuli juvenes blandimentis, affabilitate, munuſculis aditum ſibi ad virgines quærere: & cùm clementer intraverint, de ſcintillis incendia ſolent concitare, paulatimque proficere ad impudentiam, & nequaquam poſſe prohiberi. *Ibidem, ante fin. pag.* 100. *D.*

S. Hieroni.

95. Quis unquàm mortalium juxta viperam ſecuros ſomnos capit? quæ etſi non percutiat, certè ſolicitat. Securius eſt perire non poſſe, quàm juxta periculum non periiſſe. *Tom.* 1. *Ep.* 47. *de vitando ſuſpecto contubernio, ante med.* 22. *A.*

96. Nulla ſecuritas eſt, vicino ſerpente dormire: poteſt fieri ut me non mordeat, tamen poteſt fieri ut aliquando me mordeat. *Tom.* 2. *Ep.* 6. *adverſ. Vigilant. in fine, pag.* 126. *C.*

97. Quid facit Monachus in cellulis fœminarum? quid ſibi volunt ſola & privata colloquia, & arbitros fugientes oculi? Sanctus amor impatientiam non habet. *Ibidem.*

98. Amice cave tibi à muliere: Cato non niſi cum vera & cognita loquebatur (nec quiſquam fœminarum execratur ludibria, niſi expertus) cùm ait, ſi abſque fœmina poſſet eſſe mundus, converſatio noſtra non eſſet abſque Diis. *Tom.* 4. *Ep.* 51. *ad Ruſinum, ne ducat uxorem. poſt med. pag.* 262. *C.*

99. Mihi crede, non poteſt toto corde cum Domino habitare, qui fœminarum acceſſibus copulatur. *Tom.* 4. *Epiſt.* 54. *ad Oceanum. de vita Clericorum. pagina* 318. *littera C.*

100. Flammigero igne percutit fœmina conſcientiam pariter habitantis, exuritque fundamenta montium. *Proſec.*

101. Si cum viris fœminæ habitent, viſcarium non deerit diaboli.

102. Fœminam, quam benè videris converſantem, mente dilige, non corporali frequentiâ. *Ibidem.*

103. Quid te virginale delectat eloquium? cur ſanctimoniales frequentas? inordinata conſuetudo iſta eſt. *Ibid. ante med. pag.* 318. *D.*

104. Nihil eſt periculoſius viro, quàm mulier: & mulieri, quàm vir: uterque palea, utrque ignis. *In Regula Monacharum, cap.* 11. *poſt med. pag.* 330. *D. tom.* 4.

105. Non nimium ſit ſtricta familiaritas, non ſuſpecta colloquis: quia tàm citò perditur (niſi fortè cuſtodiatur) quod charum habetur & utile. *Ibidem.*

106. Principium ſpiritualis operis (ſi non ſit matura proviſio) ſolet ſubſequi quoddam carnale. *Ibidem.*

107. Sicut in pluribus ſolet contingere mulieribus ſub fervore ſpiritus, ſub charitate nimiùm ſtrictâ (niſi cuſtodia gravitatis ori ponatur) ſi utatur loquendi copiâ, ſtatim libido & actu turpiſſimum, dictu infeliciſſimum, de ſpiritu & charitate naſcitur. *Ibidem.*

108. Chariſſimæ hoc hortor, hoc moneo, hoc mando vobis, ut quæ Chriſti deſponſatæ eſtis conjugio, cui omnem caſtitatis veſtræ fidem voviſtis, viri cujuſcunque, etiamſi eum ſanctitas exornet, etiamſi Baptiſtæ æquaretur in meritis, quæratis effugere familiaritatem. *Ibidem*

109. Secreta verbula non carent ſuſpitione. *Ibidem, cap.* 20. *in medio. pag.* 331. *B.*

110. Nullum venenum nocivius fœminæ, quàm affectio erga virum, quacunque de cauſa procedat. *Ibidem, à medio. pag.* 331. *B.*

111. Proh dolor! infœlix mulieris conditio: ſanctior mulier ultrà quàm dici liceat, ſi viro adhæreat quantumcunque ſpirituali, inſtinctu naturali inclinatur tandem ad nefas, ſi in viro virtus deficiat. *Ibid.*

Hugo a S. Victore.

112. Nutrimentum luxuriæ cohabitatio mulieris miniſtrat, præbet vires, ſupponit igni materiam. *Lib.* 1. *de Nuptiis carnal. cap.* 2. *in fine. pagina* 168. *littera F. tom.* 2.

Ioan. Cassi.

113. Familiaritas fœminarum verè noxia eſt; & ipſa quoque figura ſexus illius execranda. *Collat.* 7. *Abb. Seren. cap.* 26. *a medio. pag.* 453.

S. Joannes Chrysost.

114. Sicut mali ſuâ conſuetudine familiaribus multùm nocent, ſic & bonorum familiaritas conjunctis ſibi maxima affert commoda. *Hom.* 5. *ſup. Gen. ante med. in illud* 1. *Cor.* 15. *Corrumpunt bonos mores, &c. col.* 28. *B. tom.* 1.

S. Joannes Chryſoſt. 115. Quid, qui cælorum civis es, & ſuperiorem philoſophiam colis, cum eis qui terrena ſapiunt, te commiſces? *Hom. 25. ſup. Ep. ad Hebr. in morali. ante med. col.* 1816. *A. tom.* 4.

S. Ioan Dam. 116. Stultorum familiaritates exitioſæ ſunt. *Lib.* 3. *Parall. cap.* 72. *in fine. fol.* 133. *pag.* 1. *B.*

Ioan. Trith. 117. Sicut ſcintillæ de carbonibus proſiliunt, ita virus concupiſcentiæ ex mulierum aſſiduâ familiaritate diffunditur. *De Inſt. vita ſacerd. cap.* 2. *poſt init. pagina* 768. *col.* 2.

118. Janua diaboli, porta inferni, via iniquitatis, ſcorpioniſque dira percuſſio; & nocivum genus fallendi viro caſto, familiaris eſt fœmina: cùm proximat, ſtimulat: cùm loquitur, incendit: cùm tangit, vehementer exurit.

S. Isidorus Hispalens. 119. Circa ſerpentem poſitus, non eris diu illæſus. *Proſec.*

120. Ante ignem conſiſtens, etſi ferreus ſis, aliqoando diſſolveris.

521. Proximus periculo, diù tutus non eris.

122. Per aſſiduitatem citò peccat homo: ſæpè familiaritas implicat, ſæpè occaſio peccandi voluptatem facit.

123. Sæpè quos voluptas non potuit, aſſiduitas & familiaritas ſuperavit. *Lib.* 2. *de Synonim. cap.* 4. *in medio pag.* 314. *col.* 2.

S. Iust Mart. 124. Scabie animus laborat, plenuſque eſt malorum ſuccorum ex aliis colloquiis. *Ep. ad Zenam. ante med. apud Bibliothecam Patrum, tom.* 2. *pag.* 70. *col.* 1. *D. edit. Colon.* 1618.

125. Accedendum eſt ad mulieres cum integritate & cautione, non curioſè, cum metu periculoſæ earum conſuetudinis. *Ibid. poſt med. &c.*

126. Verſandum cum mulieribus majore cum animi fortitudine adhibitâ, diffuſorum ramorum noſtrorum præciſione. *Ibidem, ante fin. &c.*

S. Laurent. Justin. 127. Heu! quàm multi in principio purè & ſine deceptione converſantes, ex nimia familiaritate paulatim infecti, in immane præcipitium dilapſi ſunt, eò miſerabiliùs, quò fœdiùs! *De diſcipl. monaſt. converſat. cap.* 22. *in medio. pag.* 128. *col.* 2. *C. part.* 1.

S. Nilus. 128. Pernitioſa eſt cum vanis hominibus conſuetudo. *In libro Aſcetico. ante fin. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *edit. Colon.* 1618.

129. Lucernæ flammam oleum nutrit, & libidinis ardorem accendit conſuetudo fœminarum. *Orat.* 2. *de Luxuria. in princ. apud Bibl. Patr. &c.*

130. Si vis pudicè vivere, mulierum fuge familiaritatem, nec aditum illis ad te liberum permitte. *Ibidem.*

131. Cave ne te blandis ſermonibus mulieres irretiant; peſtiferum enim illis venenum eſt. *Ibidem, circa medium.*

132. Ad ignem potiùs ardentem, quàm ad mulierem juvenem, juvenis appropinqua: nam ſi ad ignem acceſſeris, dolore affectus celeriter reſilies: at ſi fœminæ verbis incenſus fueris, haud ita facilè recedes. *Ibidem.*

133. Florent olera propè aquam ſata, & libidinis ſemina familiaritate mulierum excitantur. *Ibidem, in medio.*

134. Si in mulierum familiaritate cupiditas animum non commoverit, ei tamen tu minimè fidas. *Ibid. prope finem.*

Petr. Bles. 135. Nullum precor habeas cum homine ſeculari commercium. *Ep.* 134. *ad Vvilhelm. Electum. ante fin. apud Bibliothecam Patrum, tom.* 12. *part.* 2. *edit. Colonia* 1618.

S. Petrus Damianus. 136. Ut vires amittant incentiva libidinum, declinanda eſt ſocietas fœminarum. *Opuſc.* 52. *cap.* 4. *in fine. pag.* 738. *col.* 2. *A. tom.* 3.

137. Si fœmina appropinquaverit maſculo, protinùs ex eis ignis egreditur. *Ibidem, cap.* 5. *in princ. pag.* 738. *col.* 2. *A.*

138. Frequens familiaritas, domeſticum eſt periculum, delectabile detrimentum, & malum occultum bono colore depictum: quæ quidem familiaritas quantò plus creſcit, tantò plus infirmatur principale motivum, & utriuſque puritas maculatur. *De modo confitendi. De periculo familiaritat. circa init. tom.* 1. S. Thomas Aquinas.

139. Quantò rariùs & breviùs loquimini hominibus, tantò ſecurius eſt pro cuſtodia cordis & oris: plus enim ædificabitis bonis moribus, quàm curialitate ſermonis. *Serm.* 4. *ad Novit. Diviſ.* 2. *tom.* 1. Thomas à Kempis.

140. Charitas habenda eſt ad omnes, ſed familiaritas non expedit. *Lib.* 1. *de Imit. Chr. cap.* 8. *ſect.* 2.

141. Cave familiaritatem eorum, qui imitandi non ſunt, quamvis in Chriſto diligendi. *De fideli diſpenſatore. cap.* 1. §. 13. *tom.* 2.

142. Noli affectare familiaritatem extraneorum, qui habitum geris devotorum. *In dialog. Novit. cap.* 4. *ſect.* 4. *in fine. tom.* 2.

143. Raro diu bonus permanebit, qui ſecularibus perſonis libenter ſe immiſcet. *In dialogo Novit. cap.* 4. *ſect.* 4. *tom.* 2.

144. Qui ab hominibus frequentatur, ab Angelis non viſitatur. *Lib.* 4. *cap.* 10. *poſt medium. pagina* 541. *columna* 1. In Vit. Patr.

145. Homo fugiens hominem, ſimilis eſt uvæ maturæ: qui autem cum hominibus libenter converſatur, ſicut uva acerba eſt. *Lib.* 5. *libell.* 1. *de profectu Patrum. Num.* 10. *pag.* 564. *col.* 2.

146. Filioli, ſal ex aqua eſt, ſi appropinquaverit aquæ, continuò ſolvitur, & deficit: & Monachus ſimiliter ex muliere, ſi enim appropinquat mulieri, ſolvitur & ipſe, atque in id definit, ut jàm Monachus non ſit. *Lib.* 10. *cap.* 217. *pag.* 927. *col.* 2.

Vide etiam Tit. Clericus. ſent. 7. 8. 9. 95. 97. 98. *Monialis. ſent.* 81.

Faſtidium.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

Etymologia.

FASTIDIUM à faſtu dicitur: eſt enim faſtidire propriè, cum faſtu quodam contemnere. Collector.

Definitio.

Faſtidium eſt propriè cum faſtu alicujus contemptus. Collector.

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius. 1. Neceſſitas, quæ invito imponit obſequium, affert plerumque faſtidium. *Lib.* 5. *Hexam. cap.* 15. *ante finem. col.* 867. *D. tom.* 4.

2. Epulæ aſſiduitate faſtidio ſunt. *De Helia & jejunio. cap.* 9. *poſt med. col.* 1127. *A. tom.* 4.

S. Augustin. 3. Inter ſe nonnullam ſimilitudinem habent veſcentes atque diſcentes propter faſtidia plurimorum. *Lib.* 4. *de doctr. Chriſtiana cap.* 11. *in fine pagina* 53. *littera B. tom.* 3.

4. Vide ne tædium faſtidiumque verbi Dei te necet, & metuendum eſt, ne anima minùs ſapiat verbum Dei, & faſtidio moriatur. *Sup. Pſ.* 106. *ante med. verſ.* 8. *pag.* 860. *C. D. tom.* 8.

5. Ægrotus, qui faſtidio laborat, & vult evadere hoc malum, concupiſcit utique deſiderare cibum, dùm concupiſcit non habere faſtidium: ſed hoc faſtidium morbus eſt corporis. *Profec.*

6. Concupiſcentia verò qua concupiſcit deſiderare cibum, hoc eſt, carere faſtidio, in animo eſt, non in corpore; & habet eam non gutturis aut faucium delectatio, quæ faſtidio reſtringitur, ſed recuperandæ ratio ſanitatis, quæ ad pellendum eſcæ faſtidium providetur.

Sup. Pſ. 118. Conc. 8. poſt med. ſup. illud, Concupivit anima mea deſiderare, &c. pag. 923. A. tom. 8.

S. Basilius Magnus.

7. Nihil tàm eſt appetendum, quin abeat in faſtidium, ſi perpetuò fruare. *Hom. 1. de jejunio. poſt med. fol. 84. pag. 1. tom. 1. edit. Pariſ.* 1550.

S. Bernard.

8. Æternis inhianti, faſtidio ſunt tranſitoria. *Epiſt.* 111. *in fine fol. 234. col. 3. lit. I.*

Cassiodorus.

9. Faſtidium non habet dulcedo veritatis. *Sup. Pſal. 30. poſt med. verſ. 20. fol. 44. col. 1.*

Dionysius Carthus.

10. Faſtidii mater eſt identitas. *De perfect. charit. art. 47. poſt med fol. 224. pag. 2.*

Gillebertus Anglus.

11. Sæpè feſtiva gaudia vertuntur in faſtidium. *Serm. 38. ſup. Cant. poſt med. apud D. Bernard. volum. 2.*

Gloss. Inv.

12. Præ amoris magnitudine, omnia temporalia ſunt mihi faſtidio. *Sup. Cant. cap. 5. in illud, Amore langueo. col.* 1860. *D tom. 3.*

Glos. Ord

13. Sine faſtidio fit percepta res cum menſura. *Sup. Matth. cap. 7. col. 146. E. tom. 5.*

S. Greg. Mag.

14. Tantò ſe ampliùs faſtidii morbus exaggerat, quantò ſe magis ab eſu dulcedinis elongat. *Hom.* 36. *ſup. Evang. circa init. col. 492. ſ. tom. 2.*

15. Faſtidio noſtro tabeſcimus, & longâ inediæ peſte fatigamur: quia guſtare intùs nolumus paratam dulcedinem, amamus foris miſeri famem noſtram. *Ibidem.*

S. Hieronym.

16. Legenti faſtidium generat longitudo. *Tom. 3. Ep. 2. circa med. pag. 32. D.*

Hugo Card.

17. Ubi nullum eſt faſtidium in fruendo, ibi fruuntur, nec faſtidiunt, qui frui magis ſitiunt. *Sup. Cant. cap. 8. fol. 137. col. 2. tom. 3.*

S. Petrus Chrysolog.

18. Dicenti & audienti, ſemper generat laſſitudo faſtidium. *Serm. 122. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 753. col. 1. B. edit. Colon.* 1618.

S. Petrus Damianus.

19. Faſtidio ſint nobis cuncta, quæ cernimus. *Serm. 18. de Invent. S. Crucis. in finem. pag. 193. col. 2, littera E. tom. 2.*

Sententiæ Paganorum.

Seneca.

20. Omnis ſtultitia laborat faſtidio ſui. *Ep 9. in fine. pag. 537. tom. 2.*

21. Parvo fames conſtat, magno faſtidium. *Ep. 17. ante med. pag. 552. tom. 2.*

22. Inter reliqua hoc nobis natura præſtitit præcipuum, quod neceſſitati faſtidium excuſſit. *Ep. 119. ſub finem. pag.* 871. *tom. 2.*

23. Quidquid ex neceſſitate deſideratur, ſine faſtidio ſumitur. *Ibid. in calce. pag.* 872.

Fatum.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIFFERENTIA.

Etymologia.

Collector.

FATUM dicitur à fari, quaſi effatum divinæ providentiæ; vel quia antiqui ſolebant per illud de futuris effari.

Ioannes Saresb.

Parcas vel fata, antiquis placuit appellari, eoquòd conſtitutiones providentiæ Dei, quin effectui mancipentur, nemini parcant, & à verbo Dei, quo æternaliter omnia dixit & facta ſunt, executionis firmamentum accipiant. *Lib. 2. de Nugis curial. cap. 21. ante finem. apud Bibliothecam Patrum, tom. 15. pag. 363. col. 2. E. edit. Colon.* 1622.

S. Thomas Aquinas.

Fatum à fando dictum intelligimus, id eſt, à loquendo, ut ea fato fieri dicantur, quæ ab aliquo determinante ſunt ante prælocuta. *Part. 1. ſumma. quæſt. 116. art. 1. argum. 2. pag. 211. col. 1.*

Definitio.

Boetius.

Fatum inhærens rebus mobilibus, eſt diſpoſitio, per quam providentia ſuis quæque connectit ordinibus. *Lib. 4. de conſol. Philoſoph. Proſa 6. poſt init.*

S. Thomas Aquinas.

Fatum nihil aliud eſt, quàm diſpoſitio ſyderum, in qua quiſque conceptus eſt, vel natus, ſed hoc ſtare non poteſt. *Part. 1. ſumma quæſt. 116. in corp. art. primi pag. 211. col. 1.*

Cicero.

Fatum eſt ſeries cauſarum, ex omni æternitate fluens veritas ſempiterna. *Lib. 1. de Divinat. ante fin. num. 125. col. 377. C. tom. 4.*

Seneca.

Fatum exiſtimo neceſſitatem rerum omnium, actionumque, quam nulla vis rumpit. *Lib. 2. quæſt. cap. 36. in princ. pag. 686. tom. 1.*

Fatum nihil aliud eſt, quàm ſeries implexa cauſarum. *Lib. 4. de Beneſic. cap. 7. à medio. pagina 435. tom. 2.*

Differentia.

Boetius.

Modus in rebus gerendis, cùm in ipſa divinæ intelligentiæ puritate conſpicitur, Providentia nominatur: cùm verò ad ea, quæ movet atque diſponit refertur, fatum à veteribus appellatum eſt. *Proſecutio.*

Quæ diverſa eſſe facilè liquebit, ſi quis utriuſque vim mente conſpexerit.

Nam Providentia eſt illapſa illa divina ratio in ſummo omnium principe conſtituta, quæ cuncta diſponit: fatum verò inhærens rebus mobilibus, eſt diſpoſitio, per quam providentia ſuis quæque connectit ordinibus.

Providentia cuncta pariter, quamvis diverſa, quamvis infinita, complectitur: fatum verò ſingula digerit in motum, locis, formis, ac temporibus diſtributa.

Ut hæc temporalis ordinis explicatio in divinæ mentis adunata proſpectu, providentia ſit: eadem autem adunatio digeſta atque explicata temporibus, fatum vocetur.

Ita Deus providentiâ quidem ſingulariter ſtabiliterque facienda diſponit; fato verò hæc ipſa, quæ diſponit, multipliciter ac temporaliter adminiſtrat: quo fit ut omnia, quæ fato ſubſunt, providentiæ quoque ſubjecta ſint, cui ipſum etiam ſubjacet fatum. *Lib. 4. de conſolat. Philoſ. Proſa 6. poſt init.*

Sententiæ Patrum.

S. Augusti.

1. Quando damnatur quod fit impellentibus fatis, ſine dubio fata ipſa damnantur. *Proſec.*

2. Iniqua ſunt fata, ſi iniqua ſunt, à Deo non ſunt, ſed à diabolo: ſi à diabolo ſunt, ſimul damnanda ſunt cum illo. *De quæſt. vet. & novi teſtam. quæſt. 115. longe poſt med. pag. 601. B. tom. 4.*

3. Si propterea quiſquam res humanas fato tribuit, quia ipſam Dei voluntatem, vel poteſtatem fati nomine appellat, ſententiam teneat, linguam corrigat. *Lib. 5. de Civit, Dei cap. 1. ante medium, pagina* 80. *littera D. tom. 4.*

4. Ipſam Dei ſummi præcipuè voluntatem, cujus poteſtas inſuperabiliter per cuncta porrigitur, veteres fatum appellare probatur. *Proſec.*

5. Ait enim Seneca: Ducunt volentem fata, nolentem trahunt: nonne evidentiſſime hoc verſu ea fata appellavit ſummi Patris voluntatem? cui ſe paratum obedire dicit, ut volens ducatur, ne nolens trahatur: quoniam ſcilicet, ducunt volentem fata, nolentem trahunt. *Ibidem, cap. 8. circa medium, pagina 85. littera A.*

6. Multò ſunt tolerabiliores, qui vel ſidera fata conſtituunt, quàm iſte qui tollit præſcientiam futurorum: nam & confiteri eſſe Deum, & negare præſcium futurorum, apertiſſima inſania eſt. *Ibidem, cap. 9. in princ. pag. 85. B.*

7. Omnia fato fieri non dicimus, imò nulla fieri fato dicimus: quoniam fati nomen, ubi ſolet à loquentibus poni, id eſt, in conſtitutione ſiderum, qua quiſ-

que conceptus ant natus eſt (quoniam res ipſa inaniter aſſeritur) nihil valere monſtramus. *Profec.*

S. Augustin.

8. Ordinem autem cauſarum ubi voluntas Dei plurimum poteſt, neque negamus, neque fati vocabulo nuncupamus, niſi fortè ut fatum à fando dictum intelligamus, id eſt à loquendo. *Ibidem, cap. 9. in medio. pag.* 86. *D. tom.* 5.

9. Si ſunt fata, quæ à fando, id eſt, à dicendo appellata ſunt, quoniam Chriſtus Verbum Dei eſt, in quo antequam eſſent, dicta ſunt omnia, non conſortium ſiderum fatum Chriſti eſt, ſed fatum etiam ſiderum Chriſtus eſt. *Lib. 2. contra Fauſtum, cap. 5. in fine pag.* 149. *B. tom.* 6.

10. Nulli ſub fato ponant Conditorem cæli, Creatorem atque ordinatorem ſiderum: quia ſi eſſet fatum de ſideribus, non poſſet eſſe ſub neceſſitate ſiderum Conditor ſiderum: quia non ſolùm Chriſtus non habuit quod appellas fatum, ſed nec tu, nec ego, aut ille, aut quiſquam hominum. *Tract.* 8. *ſup. Evang. Joan. de cap. 2. ante finem pag.* 54. *C. tom.* 9.

S. Basilius Magnus.

11. Ubi neceſſitas & fatum dominatur, ibi nullum locum habet æſtimatio pro dignitate, quod juſti judicii præcipuum exiſtit. *Hom. 6. in Hexam. circa med. pag.* 31. *tom.* 1.

Boëtius.

12. Uti eſt ad intellectum ratiocinatio, ad id quod eſt, id quod gignitur: ita eſt fati ſeries mobilis ad providentiæ ſtabilem ſimplicitatem. *Profec.*

13. Ea ſeries fati cælum ac ſidera movet, elementa in ſe invicem temperat, & alterna commutatione transformat.

14. Eadem naſcentia occidentiaque omnia per ſimiles fœtuum ſeminumque renovat progreſſus.

15. Hæc actus etiam fortunaſque hominum indiſſolubili cauſarum connexione conſtringit. *Lib. 4. de conſolat. Philoſoph. Proſa 6. ante med.*

S. Cyrillus Alex.

16. Nullum fatum vitam uniuſcujuſque pro arbitrio moderatur, ſinguloſque aut pravi tenaces, aut virtutis ſectatores facit: ſed ſponte quiſque & volens fertur in utrumque. *Hom. 6. de feſtis Paſchalibus. ante med. pag.* 59.

S. Eusebius Emiss.

17. Nemo dicat, fato urgente peccavi, nemo caſum conditionis ſuæ ignarus accuſet, nemo dominari æſtimet fatum. *Hom. 4. de Epiphan. circa init. pag.* 550. *col. 1. C. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 1. edit. Colon.* 1618.

Gratianus.

18. Fato qui credit, mortaliter peccat. *In decret. part. 2. cauſa 26. queſt. 6. Can. Non obſervetis.*

S. Gregor. Magn.

19. Vita humana neque à ſtellis, neque à fato adminiſtratur, ſed à ſolo Creatore. *Hom. 9. ſup. Evang. circa fin. col.* 347. *D. tom.* 2.

20. Dùm non puer ad ſtellam, ſed ſtella ad puerum cucurrit, ſi dici liceat, non ſtella fatum pueri, ſed fatum ſtellæ is qui apparuit, puer fuit. *Profec.*

21. Sed à fidelium cordibus abſit, ut aliquid eſſe fatum dicant. *Ibidem, Hom. 10. ante med. col.* 350. *B. tom.* 2.

Hugo Card.

22. Ne putes omnia caſu, vel fato agi, & nihil à Deo provideri, ne tradat te in reprobum ſenſum. *Super Eccleſiaſten, capite 5. fol.* 85. *columna* 1. *tom.* 3.

S. Joannes Chrysostom.

23. Crede Deum eſſe juſtum, nec credes eſſe injuſtam geneſim. *Profec.*

24. Crede Deum eſſe, qui cuncta provideat, nec credes eſſe geneſim, quæ cuncta in eſſe contineat.

25. Crede ſupplicium eſſe & regnum, & credere deſiſtes eſſe aliquid geneſim, quæ liberum arbitrium tollat, & nos violenter neceſſitati ſubjiciat.

26. Ne ſemines, neque plantes, neque milites, neque aliquid omninò aliud agas: prorſus enim velis nolis, ventura ſunt, quæ geneſis ipſa præfixerit.

27. Quid jàm nobis orare opus eſt? quid Chriſtianus effici cupia, ſi geneſis eſt?

28. Neque enim, niſi ſis, crimini eris obnoxius. Undè igitur artes? à geneſi? ita ſanè, inquies: ſed illi fato præfixum eſt, ut ſapiens cum laboribus fiat.

S. Joannes Chrysost.

29. Oſtendas igitur aliquem, qui ſine laboribus didicerit artem, adeò non ſunt iſta geneſi, ſed laboribus adſcribenda. *Hom. 1. ſup. 1. Tim. in morali ante med. col.* 1434. *D. tom.* 4.

30. Nihil habet virium fatum, nec in his quæ ſunt maxima, nec in his quæ ſunt minima. *Profec.*

31. Sed undè, inquies, ille conſeneſcit morbo, ille verò in ſanitate perdurat? undè ille probus, alter verò reprobus eſt? undè illi res ex ſententia provenit, alii verò innumera quotidie obſiſtunt impedimenta? à fato remove animum, & hæc omnia diligenter agnoſcea. Crede Deum eſſe, qui providentia ſua cuncta diſponit, & ſcies iſta apertiſſimè.

32. Fatum eſſe credere, injuſtitiæ plenum eſt, dementiæ, crudelitatis, & inhumanitatis. *Hom. 50. ad Popul. Antioch. circa med. col.* 347. *D. tom.* 5.

33. Quemadmodum clarè cernitur malum eſſe occidere, & turpe necare: ita per ſe lucet, fato ſe adjungere, malum eſſe & vetitum. *Orat. 3. de fato. ante med. col.* 675. *B. tom.* 5.

34. Nulla eſt omninò tàm depravata diſciplina, neque tàm inſanabilis tabi plena; quàm eſt de fato, & diei natalis notatione opinio. *Ibidem, Orat. 5. in princ. col.* 684. *B.*

35. Si fatum admittatur, fruſtrà leges & judices, fruſtrà reprehenſiones & admonitiones, fruſtà ſupplicii timor, fruſtrà honores & præmia, fruſtrà palma benè rem gerentibus conſtituitur. *Ibidem.*

36. Si diei natalis notatio aliquid valeat, judicium nullum eſt, ſides nulla, Deus nullus, virtus nulla, nulla nequitia eſt. *Profec.*

37. Si diei natalis notatio aliquid valeat, omnia temerè, omnia nequidquam tùm agimus, tum patimur. Nulla laus, nulla vituperatio, nullus pudor, nulla ignominia, nullæ leges, nulla judicia ſunt. *Ibidem, ante fin. col.* 685. *A.*

Joan. Trith.

38. Quid tibi de fato gentilium, qui Chriſtianus es? Quicunque fatum putat eſſe aliquid, quicunque geneſim credit dominari in hominibus, non Chriſtianus, ſed Paganus eſt. *Profec.*

39. Fatum enim nihil eſt, & nullum ad peccandum conſtellatio provocat, minùs compellit. *Ep. 15. ad Nicol. Presbit. Mernicenſ. ante finem. pagina* 954. *columna* 2.

S. Irenæus.

40. Non decet eum, qui ſuper omnia ſit Deus, cùm ſit liber, & ſuæ poteſtatis, neceſſitati ſerviſſe unquàm dicere, ut ſit aliquid ſecundùm conceſſionem prætec ſententiam ejus. *Lib. 2. adverſ. Hæreſ. cap.* 5. *circa med. pag.* 70.

S. Isidorus Palusiota.

41. Si Deus eſt, fatum non eſt: ſi autem fatum, blaſphemia. *Profec.*

42. Si fatum eſt, lex non eſt: ſi autem lex, fatum non eſt.

43. Si fatum eſt, admonitio non eſt: ſi autem admonitio, fatum non eſt.

44. Si fatum eſt, judicium non eſt: ſi autem judicium, fatum non eſt.

45. Si fatum eſt, non eſt precatio: ſi autem precatio, fatum non eſt.

46. Si fatum eſt, meditationes non ſunt: ſi autem meditationes, fatum non eſt.

47. Si fatum eſt, philoſophia non eſt: ſi autem philoſophia, fatum non eſt.

48. Si fatum eſt, medicina non eſt: ſi autem medicina, fatum non eſt.

49. Si fatum eſt, agricultura non eſt: ſi autem agricultura fatum non eſt. *Lib. 3. Ep. 191. ad Paulum. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag.* 593. *col. 2. E. edit. Colon.* 1618.

S. Leo I.

50. Aſtrologi totam humanæ vitæ conditionem de ſtellarum pendere effectibus mentiuntur: & quod eſt aut divinæ voluntatis, aut noſtræ, indeclinabilium dicunt eſſe fatorum. *Serm. 7. de Nativit. in medio.*

S. Leo I.

51. Anni vitæ noſtræ & actionum temporalium qualitates, nec in natura elementorum, nec in ſtellarum effectibus, ſed io ſummi & veri Dei poteſtate conſiſtunt. *Serm. 6. de Paſſione. in fine.*

Ludovicus Blosius.

52. Fata illa, fatorumve neceſſitates, quas vel Ethnici, vel impii Chriſtiani confingunt, pii Chriſtiani proſua negant & execrantur. *In Canon. vitæ ſpirit. cap. 6. poſt med.*

Minutius Felix.

53. Quid aliud eſt fatum, quàm quod de unoquoque noſtrûm Deus fatus eſt? *In ſuo Octavio ante finem. apud Bibliothecam Patrum, tom. 3. pagina 10. columna 1. littera B.*

S. Prosper.

54. Nihil quidquam fato geri, ſed omnia Dei jodicio novimus ordinari. *Ep ad Rufin. de lib. arbit. cap. 2. ante finem.*

S. Thomas Aquinas.

55. Ægyptii dicebant quibuſdam ſacrificiis fatum poſſe mutari. *Part. 1. quaſt. 116. art. 3. in corpore.*

56. Ea, quæ fato aguntur, non ſunt improviſa. *Part. 1. Quaſt. 116. art. 1. Argum. 2.*

57. Io quantum omnia, quæ hic aguntur, divinæ providentiæ ſubduntur, tamquàm per eam ordiuata, & quaſi prælocuta, fatum rectè ponitur. *Ibidem, quaſt. 116. art. 1. in princ. corporis.*

58. Quidam omnia fortoita & caſualia, quæ in his inferioribus accidunt, ſive in rebus naturalibus, ſive in rebua humanis, reducere voluerunt ad fatum. *Ibidem.*

59. Cauſa fatalis cùm habeat ordinationem ſuper ea quæ fato aguntur, oeceſſe eſt quod ſit directè & per ſe cauſa ejus quod agitur. *Ibidem, in corpore.*

60. Fatum eſt in cauſis creatis, in quantum ordinatæ ſunt à Deo, ad aliquot effectus producendos. *Ibid. art. 2. in corpore.*

61. Intantùm fatum habet rationem cauſæ, inquantùm & ipſæ cauſæ ſecundæ, quarum ordinatio fatum vocatur. *Ibidem, ad 2.*

62. Ratio gubernationis in mente Dei, eſt providentia: ſed io cauſis ſecundis, eſt fatum. *Ibidem, art. 2. in corpore.*

63. Quæcunque cauſis ſecundis ſubduntur, ea ſubduntur & fato: ſi quæ verò ſunt, quæ immediatè à Deo fiunt, cùm non ſubdantur ſecundis cauſis, non ſubduntur fato. *Ibid. art. 4. in corpore.*

64. Ea quæ ſont divinitati propinqua, ſtabiliter fixa, fatalia ordinem mobilitatis excedunt. *Ibidem.*

65. Quantò aliquid longiùs à prima mente diſcedit, nexibus fati majoribus implicatur. *Ibidem.*

66. Ipſa Dei voluntas & poteſtas, fati oomine appellatur. *Part. 1. quaſt. 116. art. 2. in princ.*

Sententiæ Paganorum.

Cicero.

67. Chaldæis in prædictione, & io notatione cujuſque vitæ ex natali die, minimè eſt credendum. *Lib. 2. de Divinat. poſt med. num. 87. tom. 4.*

Seneca.

68. Crudelitatem fati æqualitas conſolatur. *De Conſolat. ad Polybium. cap. 2. in principio. pagina 580. tom. 1.*

69. Fata ita jus ſuum peragunt, ut nec ullâ commoveantur prece, non miſericordiâ flectantur, non gratiâ: ſervant curſum irrevocabilem, ex deſtinato fluunt. *Lib. 2. quaſt. cap. 35. in medio. pagina 686. tom. 1.*

70. Nihil privatim, nihil publicè ſtabile eſt; tàm hominum, quàm urbium fata volvuntur. *Ep. 91. ante med. pag. 759. tom. 2.*

71. Sic vivamus, ſic loquamor, ut paratos nos inveniat, atque impigros fatum. *Ep. 107. in calce. pag. 829. tom. 2.*

72. Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. *Ibidem.*

Sixtus Philosophus.

73. Sapientem fatum non facit: gratia enim Dei fato non ſubjacet. *Sent. 418. pagina 67. columna 2. E. apud Bibliothecam Patrum, tom. 3. editionis Coloniæ 1618.*

Favor.

DEFINITIO.

S. Ambrosius.

FAVOR eſt vox benè precans alicui, ſive alicujus commodum, & laudem tuens.

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius.

1. Pronum eſt genus humanum favere honoratioribus, ne læſos ſe putent, oe victi doleant. *Lib. 2. Offic. cap. 24. in fine. col. 54. B. tom. 1.*

2. Quid tibi prodeſt favere diviti? an quia citiùs faventem remuneret? his enim favemus frequentiùs, à quibus referendæ vicem ſperamus gratiæ. *Profecutio.*

3. Sed cò magis infirmo & inopi nos favere convenit, quia pro eo qui non habet remunerationem ſperamus à Domino Jesu. *Ibidem, cap. 25. in princ. col. 54. B.*

S. Augustin.

4. Favores vulgi aucupantur, viles ſibi ſunt, cùm ſpectatoribus eſſe chari volunt, oon eis ſufficit conſcientia. *Super Pſal. 147. poſt init. expoſit. verſ. 2. pagina 117. A. tom. 8.*

S. Bernard.

5. Quantùm tuis attollor favoribus, tantùm his molibus premor. *Ep. 72. ad Ramaldum Fuſmacenſem Abbat. in princ. fol. 212. col. 3. H.*

S. Cyprianus.

6. Quæ ſolitudo aures obſerat oblatis favoribus? *De cardinalib. operib. Chriſti ad Cornel. Pap. in præfat. cap. 4. ante med. pag. 446. col. 1. tom. 3.*

S. Franciscus Assisias.

7. Non te oportet favoribus pluſquàm injuriis delectari. *In ſuis opuſc. collat. 26. circa medium, pagina 359. tom. 3.*

S. Greg. Mag.

8. Inceſſanter creſcit culpa favoribus nutrita. *Lib. 4. Mor. cap. 25. circa med. num. 29. columna 117. lit. B. tom. 1.*

9. Qui pro virtute qoam agit, humanos favores deſiderat, rem magni meriti vili pretio venalem portat. *Profec.*

10. Vili pretio opus vendit, qui magna impendit, ſed minima recipit. *Ibidem, lib. 8. cap. 25. in princ. col. 277. A.*

11. Laus cum vita præterit, & humanus favor in judicio non ſubſiſtit. *Ibidem, cap. 27. poſt initium, col. 279. C.*

12. In magnitudine favoris, flamma in corde accenditur de amore laudis. *Hom. 21. ſup. Ezech. poſt med. col. 300. C. tom. 2.*

13. Impinguat caput oleum peccatoris, cùm demulcet mentem favor adulantis. *Hom. 12. ſup. Evang. prope med. col. 358. A. tom. 2.*

14. Quid ſunt favores, niſi linguæ? *Lib. 2. in 1. Reg. cap. 1. longè poſt med. ſup. illud, Suſcitans de pulvere, &c. col. 1265. C. tom. 2.*

15. Favor adulantium mentem vanitati intentam, & ſatiat & confortat. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 4. longè ante med. ſup. illud, Maledictus, qui comederit panem hodie. col. 1551. D. tom. 2.*

16. Plerúmque fit, ot hoc quod cauſa Dei agi creditur, pro ſolis humanis favoribus agatur. *Hom. 32. ſup. Evang. ante med. col. 463. B. tom. 2.*

Hugo a S. Victore.

17. Sicut naribus dulcis odor attrahitur, ſic totis deſideriis animi famæ ſecularis favor affectator. *Lib. 2. de Nuptiis ſpirit. cap. 1. in fine. pagina 170. littera F. tom. 2.*

Hugo Card.

18. Sicut tela araneæ ſtudioſè texitur, ſed flatu venti diſſipatur: ſic quidquid hypocrita exſudat, favoris aura exſufflat. *Sup. Iob. cap. 8. fol. 408. columna 1. tom. 1.*

19. Favor humanus, domus eſt hypocritæ. *Ibidem.*

S. Joannes Chrysost.

20. Qui Deum habet faventem, omnibus eſt potentior. *Hom. 3. de David & Saule ante fin. col. 634. A. tom. 1.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 21. Maximum munimen, & inexpugnabilis murus, eſt divinus favor. *Hom. 45. ad Popul. Antioch. in princ. col. 319. B. tom. 5.*

S. ISID. HISP. 22. Magnum ſcelus eſt res pauperum præſtare divitibus, & de ſumptibus inopum acquirere favores potentum: Arenti terræ aquam tollere, & flumina quæ non indigent, irrigare. *Lib. 3. de ſum. bono. cap. 64. ſent. 18. pag. 691. col. 2.*

S. LAURENT. JUSTIN. 23. Popularem auram & cælorum regnum imprudenter perdit, qui immoderato affectu favores quærit humanos. *De triumphali Chriſti Agone. cap. 12. poſt init. pag. 308. col. 1. C. part. 1.*

PETR. BLES. 24. Mundi pompa & favor populi, fumus eſt & aura ſubito evaneſcens. *Ep. 35. ad Anſelm. Sanctimonialem. circa ſin. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 730. col. 2. H. edit. Colon. 1618.*

S. PETRUS DAMIANUS. 25. Popularis favor imperfectis non mediocriter noxius eſt, quia vel in ſe delectatos, in vanæ gloriæ voraginem dejicit; vel etiam reſiſtentes receptæ mercedis terrore transfigit. *Lib. 5. Ep. 12. circa init. pag. 71. col. 1. C. tom. 1.*

26. Undè cæli regnum quis mereri potuit, indè nummum tranſitorii favoris quærit. *Serm. 65. de S. Barbatiano. à med. pag. 307. col. 2. B. tom. 2.*

S. SYNESIUS EPISCOPUS. 27. Favor corrumpendis ſuffragiis efficaciſſimus eſt. *Ep. 1. ad Nicandr. in fine. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 88. col. 2. H. edit. Colon. 1618.*

THOMAS A KEMPIS. 28. Utilior eſt homini contemptus ſui, quàm favor laudis inania. *De Recognit. propriæ fragilit. cap. 6. in medio. tom. 2.*

SENECA. 29. Malis artibus favor quæritur: ſimilem te illis facias oportet: non probabunt, niſi agnoverint. *Ep. 29. ante ſin. pag. 578. tom. 2.*

Felicitas.

DEFINITIO, DIVISIO.

DEFINITIO.

COLLECTOR. FELICITAS eſt quædam operatio animæ per virtutem perfectam. *Vel*

Felicitas eſt quod vitam ſufficientem, optabilem ac nullius indigam præſtat. *Vel*

Felicitas eſt operatio quædam ſecundùm virtutem perfectam operantem exterioribus bonis.

DIVISIO.

S. THOMAS AQUINAS. Vitæ præſentis felicitas eſt duplex: una ſecundùm vitam activam, alia ſecundùm vitam contemplativam. Una quidem perfecta, alia verò imperfecta. *2. 2. Quæſt. 186. art. 3. in corp. ad 4. pagina 324. columna 2.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANTONIN. 1. Nullus eſt tàm compoſitæ felicitatis, qui non aliqua ex parte cum ſua fortuna rixetur. *Part. 1. tit. 6. cap. 6. §. 1. circa princ. fol. 139. col. 1.*

S. AUGUSTIN. 2. Divitiæ atque faſtigia dignitatum, cæteraque hujuſmodi, quibus ſe felices eſſe putant mortales, veræ illius felicitatis expertes, quid afferunt conſolationis, cùm ſit eis non egere, quàm eminere præſtantius, quæ plus excruciant adeptæ timore amiſſionis, quàm concupitæ adeptionis ardore? *Epiſtola 121. ad Probam cap. 2. ferè in principio. pagina 398. C. tom. 2.*

3. Nihil eſt infelicius felicitate peccantium. *Ep. 5. ad Marcellinum. poſt med. pag. 15. A. tom. 2.*

4. Perverſa & adverſa corda mortalium, felices res humanas putant, cùm tectorum ſplendor attenditur, & labes non attenditur animarum. *Ibidem.*

5. Malus ideò infelicitate punitur, quia felicitate corrumpitur. *Lib. 1. de Civit. Dei cap. 8. in medio pag. 7. A. tom. 5.*

6. Melior eſt temporalis felicitas, quàm miſera æternitas. *Ibidem, lib. 8. cap. 16. prope medium, pag. 144. lit. C.* S. AUGUSTIN.

7. Ipſa quæ in rebus humanis vocatur felicitas, plus eſt timenda quàm miſeria; quandoquidem plerúmque miſeria affert ex tribulatione fructum bonum, felicitas autem corrumpit animam perverſa ſecuritate, & dat locum diabolo tentatori. *Sup. Pſ. 68. Conc. 1. ante med. pag. 496. C. tom. 8.*

8. Vita hæc qualibet redundans felicitate, multos fallit & decipit. *Sup. Pſ. 74. in princ. præfat. pag. 562. C. tom. 8.*

9. Tàm multi iniqui redundant felicitatibus, & innocentes premuntur laboribus. *Sup. Pſal. 74. in media expoſit. verſ. 5. pag. 565. B. tom. 8.*

10. Terrenæ felicitatis regnum, ſuperbia eſt. *Sup. Pſalm. 81. circa finem verſ. 5. pagina 625. littera A. tom. 8.*

11. Falſi felices, verè infelices ſunt: quia falſa felicitas vera miſeria eſt; qui verò ſe agnoſcit in vera eſſe miſeria, erit etiam in vera felicitate. *Sup. Pſ. 85. ante finem. verſ. ultimo pag. 656. C. tom. 8.*

12. Nemo præſentia bona ſperet, nemo ſibi promittat felicitatem mundi, quia Chriſtianus eſt: ſed utatur felicitate præſenti ut poteſt, quomodo poteſt, quando poteſt, quantùm poteſt. *Profec.*

13. Cùm adeſt, conſolationi Dei gratias agat; cùm deeſt, juſtitiæ Dei gratias agat; ubique ſit gratus, nuſquàm ſit ingratus. *Sup. Pſ. 91. in princ. pagina 701. B. tom. 8.*

14. Seculi homines infeliciter felices ſunt: Martyres autem feliciter infelices erant: erant enim ad tempus infelices, ſed in æternum felices. *Sup. Pſal. 127. ante med. pag. 1024. C. tom. 8.*

15. Via impiorum, felicitas eſt tranſitoria: finitâ vitâ peracta eſt felicitas. *Sup. Pſ. 36. Conc. 1. verſ. 7. pag. 289. B. tom. 8.*

16. Adam & Eva rapere voluerunt divinitatem, perdiderunt felicitatem. *Sup. Pſ. 68. Conc. 2. verſ. 6. pag. 501. A. tom. 8.*

17. Nulla infelicitas frangit, quem felicitas nulla corrumpit. *Sup. Pſ. 83. poſt med. Enarrat. pag. 630. D. tom. 8.*

18. Ideò malus, felix putatur, quia quid ſit felicitas ignoratur. *Tract. 28. ſup. Evang. Ioan. de cap. 7. ſtatim a medio. pag. 163. B. tom. 9.*

19. Felix eſt malus, laborat bonus: ille malè vivit, & felix eſt: iſte juſtè vivit, & laborat. *Proſecutio.*

20. Non indignetur juſtè vivens & laborans, intùs habet quod felix ille non habet: non ergo triſtetur, non maceretur, non deficiat.

21. Felix ille habet aurum in arca, iſte Deum in conſcientia: ille illud habet quod perit, & ibi habet undè perit: iſte Deum habet, & eum qui perire non poteſt. & ibi habet undè auferri non poteſt. *Ibid. Tract. 25. de cap. 6. ante fin. pag. 150. D.*

22. Magnæ virtutis eſt cum felicitate luctari, ne illiciat, ne corrumpat, ne ipſa ſubvertat felicitas. *Profec.*

23. Magnæ virtutis eſt cum felicitate luctari, magnæ felicitatis eſt à felicitate non vinci. *Serm. 13. de verbis Domini. in fine. pagina 41. littera A. tom. 10.*

24. Ideò Deus felicitatibus terrenis amaritudines miſcet, ut aliqua quæratur felicitas, cujus dulcedo non fallat. *Ibid. ſerm. 29. in medio, pagina 79. B.*

25. Nemo ſe credat aliquam felicitatem in hoc ſeculo poſſidere, beatitudo hîc parari poteſt, poſſideri non poteſt. *Serm. 2. de pluribus Martyr. & in ord. 46. in princ. pag. 903. B. tom. 10.*

26. Terrena felicitas non niſi à Creatore univerſitatis conferri poteſt. *Lib. 3. ad Boniſac. cap. 4. ante fin. tom. 7.*

27. Felicitas

S. AUGUSTIN. 27. Felicitas ſi mala fuerit, felicitas non erit. *Lib.* 4. *de Civit. Dei cap.* 18. *circa init. tom.* 5.

28. Deus felicitatem non dat, niſi bonis. *Ibid cap* 33. *circa med.*

29. Hujus vitæ felicitas temporalis eſt; ab hac vita incipere neceſſitatis eſt, in ea perſiſtere voluntatis. *Ep.* 120. *cap.* 2. *circa init. tom.* 2.

30. Qui tibi dedit felicitatem hujus ſeculi, ad conſolationem tuam dedit, non ad corruptionem. *Tract.* 12. *ſup. Ioan. prope finem. tom.* 10.

31. Malus fœlix putatur, quia quid ſit felicitas ignoratur. *Ibid. Tract.* 28. *in medio.*

32. Nullus invenitur, qui ſe nolit eſſe felicem. *Lib.* 4. *de Civit. Dei cap.* 23. *circa med. tom.* 5.

S. BERNARD. 33. Quantam infelicitatem hæc ipſa non tàm fœlix vanitas, quàm vana felicitas parit! *Sermone de Converſ. ad Clericos cap.* 12. *poſt medium, fol.* 114. *columna* 2. *E.*

34. O quàm fœlix eſt ille, qui pro dilectione Dei ſe fecit infelicem! Verè ille eſt fœlix, & æterna felicitate dignus. *Serm.* 15. *de Cœna Dom. in medio fol.* 119. *col.* 1. *A.*

BOETIUS. 35. Si numerum modumque lætorum, triſtiumve conſideres, adhuc te felicem negare non potes. *Libro* 2. *de Conſolat. Philoſoph. Proſa* 3. *ante fin.*

36. In omni adverſitate fortunæ, infeliciſſimum genus eſt infortunii, fuiſſe felicem. *Ibidem, lib.* 2. *Proſa* 4. *in princ.*

37. Quis eſt tàm compoſitæ felicitatis, ut non aliqua ex parte cum ſtatus ſui qualitate rixetur? *Ibidem.*

38. Feliciſſimi cujuſque ſenſus delicatiſſimus eſt. & niſi ad nutum cuncta ſuppetant, omnis adverſitatis inſolens, minimis quibuſque proſternitur. *Ibidem, in medio.*

39. Quis eſt ille tàm fœlix, qui cùm dederit impatientiæ manus, ſtatum ſuum mutare non optet? *Ibid. poſt medium.*

40. Quàm multis amaritudinibus humanæ felicitatis dulcedo reſperſa eſt! *Profec.*

41. Quæ ſi etiam fruenti jucunda eſſe videatur, tamen quominùs, cùm velit, abeat, retineri non poteſt. *Ibidem.*

42. Quem felicitas amicum fecit, infortunium faciet inimicum. *Ibidem, libro* 3. *Proſa* 5. *in calce.*

43. Quid, ô mortales, extra petitis intra vos poſitam felicitatem? eſt ne aliquid tibi teipſo pretioſius? Nihil, inquies: igitur ſi tui compos fueris, poſſidebis quod nec tu unquam amittere velis, nec fortuna poſſit auferre. *Ibidem, libro* 2. *Proſa* 4. *poſt medium.*

44. Continuus timor non ſinit eſſe felicem. *Ibidem, ante finem.*

S. BONAVENT. 45 Humana felicitas variis amaritudinibus reſperſa eſt. *Sup. Pſal.* 129. *in princ. pag.* 262. *columna* 2. *D. tom.* 1.

46. Dùm felicitatis, facti miſeri, recordantur, multo dolore afficiuntur. *Sermone* 5. *de pluribus Martyribus & in ord.* 22. *in fine. pag.* 327. *col.* 1. *tom.* 3.

47. Fallax felicitas, major eſt infelicitas. *Libro* 3. *Pharetra cap.* 18. *in fine, pagina* 163. *columna* 2. *litera B. tom.* 6.

48. Hujus mundi felicitas, magna infelicitas eſt. *In collat. de contemptu ſeculi circa init. pag.* 95. *col.* 2. *lit. E. tom.* 7. *part.* 3.

CASSIODORUS. 49. Nullus invideat perituris, nullus felices æſtimet, qui ſub æternitate damnandi ſunt: amemus potius afflictiones, quæ faciunt perpetuò felices. *Sup. Pſal.* 93. *in Concluſ. fol.* 143. *col.* 4.

S. EUSEBIUS EMISSEN. 50. Omnis proſperitas, omniſque laborum felicitas in fine conſiſtit. *Hom.* 5. *ad Monachos poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pagina* 583. *columna* 1. *C. edit. Colon.* 1618.

FRANCISCUS TITELM. 51. Puſilli animi eſt alienæ felicitatis conſideratione in ſemetipſo, quaſi invidendo, contabeſcere. *Proſecutio.*

52. Magnanimi autem & fortis viri eſt, alienæ felicitatis conſideratione in ſemetipſo, quaſi invidendo, non contabeſcere. *In Elucid. ſuper cap.* 5. *Job. circa initium. in illud, Parvulum occidit invidia. fol.* 56. *pagina* 1.

53. Satis ipſa inſtabilitas felicitatis vix momentaneæ perſuadet, quòd poſt paululum ſubſequi non rarò ſolet maxima adverſitas. *Ibid. &c.*

54. Certè miſerrimum judicatur genus infelicitatis, in tranſitoriis fuiſſe felicem. *Ibidem, ſuper cap.* 19. *ante med. in illud, Abſtulit coronam de capite meo. fol.* 140. *pag.* 1.

55. Putant impii perpetuam fore ſibi ſuam felicitatem, cùm brevis nimiùm ſit, & vix ampliùs quàm momentanea. *In Annot. ſup. Pſ.* 9. *poſt medium, verſ.* 28. *pag.* 84. *ſect.* 1.

GLOSS. ORD. 56. Ut herba ſine humore, ſic nec felicitas ſine juſtititia conſiſtere poteſt. *Sup. Iob. cap.* 8. *col.* 116. *lit. E. tom.* 3.

GLOSS. INT. 57. Felicitas hujus ſeculi citò extinguitur. *Sup. Prov. cap.* 13. *col.* 1658 *E. tom.* 3.

S. GREG. MAG. 58. Multos ſua pejùs felicitas ſtravit, multos diuturna pax inertes reddidit. *Lib.* 31. *Moral. cap.* 17. *circa med. col.* 1080. *D. tom.* 1.

59. Tunc conſiderandum eſt quo curſu felicitas tranſvolet, cùm ante humanos oculos, quaſi permanens pollet. *Ibid. lib.* 6. *cap.* 4. *poſt med. col.* 180. *A.*

60. Tu me labentis mundi felicitatem appetere cogitas, ſed ego tantò infeliciorem me video, quantò felicitatis gaudia hinc longiùs recognoſco: quia verò illic me futuram felicem credo, hic eò valdè me infelicem arbitror, quò ad gloriam nulla concupiſco. *Lib.* 1. *in* 1 *Reg. cap.* 1. *Allegoricè poſt med. ſup. illud, Mulier infelix nimis ego ſum. col.* 1219. *C. tom.* 2.

S. HIERON. 61. Dei Filius ſuſtinuit ignominiam Crucis, & tu putas beatos, qui felicitate iſtius ſeculi perfruuntur? *Tom.* 1. *Epiſtola* 33. *ad Caſtrutium. circa medium, pag.* 205. *lit. A.*

62. Sicut in ſcopulos perituram navem tempeſtas impellit, ſic infelix felicitas in interitum homines pronos & labiles ducit. *Tom.* 4. *Epiſt.* 6. *ad Amicum. ante med. pag.* 38. *D.*

63. Suâ felicitate miſer eſt, qui cum infelicitatibus, quibus gloria gignitur, nunquam meruit habere conflictum. *Ibid. circa med. pag.* 39. *B.*

64. Non poſſumus eſſe felices, niſi contigerit infelicitatibus purgari. *Ibidem, à medio pagina* 40. *litera C.*

65. Miſer & infelix eſt, qui non fuerit in felicitate tentatus. *Ibidem.*

66. Ille ſe noverit infelicem, qui vagatur inter oblectamenta vitiorum enervatâ felicitate confoſſus. *Ibidem.*

67. Illi ſunt miſeri, qui nimiæ felicitatis inerti tranquillitate torpeſcunt. *Ibidem, poſt medium, pagina* 41. *lit. A.*

68. Nulla res longa mortalium eſt, omniſque felicitas ſeculi dùm tenetur, amittitur: cùm enim tribulationis tempus advenerit, omne quod præteritum eſt, nihil adjuvat ſuſtinentem. *Lib.* 11. *ſup. Iſayam cap.* 38. *ſup. illud, Reputabo omnes annos meos, &c. pag.* 148. *D. tom.* 5.

HUGO CARD. 69. Felicitas hujus ſeculi non eſt vera felicitas, ſed ſumma infelicitas, & indicium æternæ reprobationis. *Sup. Iob. cap.* 21. *fol.* 424 *col.* 2. *tom.* 1.

70. Felicitas temporalis, eſt deſiderium ſemper vadens: æterna autem, eſt deſiderium ſemper veniens, & ſemper præſens. *Sup. Prov. cap.* 13. *fol.* 29. *col.* 1. *tom.* 3.

S. INNOC. III. 71. Mundana felicitas multis amaritudinibus eſt reſperſa. *Libro* 1. *de contemptu mundi cap.* 23. *fol.* 212. *columna* 4.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 72. Qui in ſummum dignitatum verticem evectus omni felicitate fruitur, nihil ſtabile & ſolidum habet, quæ fluminibus ipſis ociùs præterlabitur. *Hom. 28. ſup. Gen. circa med. col. 225. A. tom. 1.*

73. Qui requie in hoc ſeculo & felicitate fruitus eſt, tàm ſplendidam in futuro coronam non eſt conſecuturus. *Hom. 43. ſuper 1. Cor. ante fin. columna 671. C. tom. 4.*

JOAN. SARESB. 74. Non fœlix eſt quis, ut rectè agat; ſed rectè agit, ut feliciter vivat. *Lib. 7. de Nugis curial. cap. 8. ab initio. apud Bibliothecam Patrum, tom. 15. pag. 437. col. 1. B. edit. Colon. 1622.*

JOAN. TRITH. 75. Ubi major putatur eſſe felicitas, ibi miſeria copiolior exuberat. *De vanit. & miſer. hum. vitæ. cap. in fine. pag. 798. col. 2.*

76. Nemo ante mortem verè fœlix dicendus eſt: mors ergo felices facit. Non facit, ſed diſcernit: diſcernit inter felicem & miſerum. *Ibidem, in principio. & in fine.*

S. ISID. HISP. 77. Brevis eſt hujus mundi felicitas, modica eſt hujus ſeculi gloria, caduca & fragilis temporalis potentia *Profec.*

78. Dic, ubi ſunt reges, ubi principes, ubi imperatores, ubi locupletes rerum, ubi potentes ſeculi, ubi divites mundi? tranſierunt quaſi herba, velut ſomnium evanuerunt: quæruntur, & non ſunt. *Lib. 2. de Synonim. cap. 17. ante med. pag. 321. col. 2.*

LACT. FIRM. 79. Nulla eſt in mundo perpetua felicitas. *De Ira Dei. cap. 20. in princ. pag. 359.*

S. LAURENT. JUSTIN. 80. Nihil infelicius felicitate peccantium, quibus tanquàm deſperatis ægrotis, quamquàm contrarium & morbo incongruum, nil negatur quod libeat. *Libra 2. de ſpirit. Reſur. cap. 8. in princ. pag. 543. columna 1. D. part 2.*

MINUT. FELIX 81. Abſque notitia Dei, non poteſt eſſe ſolida felicitas, cùm ſit ſomno ſimilis: antequàm enim teneatur, elabitur. *In ſuo Octavio. ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 10. col. 2. edit. Colon. 1618.*

S. NILUS. 82. Fuge peccatorem felicem, gladius enim juſtitiæ ipſi imminet. *Paraneſ. 94. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Colon. 1618.*

83. Feliciter agentes ride, infelicibus verò condole: alterum enim felicitatis merces eſt, alterum verò philoſophiæ eſt argumentum. *Ibid. Paraneſ. 143.*

S. PROSPER. 84. Salomon felicitate elatus, in ſeuin fornicatus, mente & corpore Dominn ipſum deſerente malè obiit. *Profec.*

85. Metuendum exemplum poſteris relinquens, ne felicitate hujus vitæ turbati, Chriſtum deſerant, qui eſt ſuorum æterna felicitas. *De Promiſſ. part. 2. cap 27 in fine.*

86. Nec felicitas ſeculi hujus nos beatos facit, nec adverſitas miſeros, ſi vera bona & manſura diligamus. *Sup. Pſ. 138. verſ. 12.*

87. Ideò mali cùm habent quod volunt, felices putantur; quia quid ſit felicitas, ignorant. *Apud D. Auguſt. fine tom. 3. ſent. 240.*

ROBERTUS BELLARMIN. 88. Citiſſimè tranſit omnis mundana felicitas, neque aliquid poſt ſe relinquit, niſi tetrum odorem. *Sup. guſt. in Pſ. 101. verſ. 4.*

89. In verâ felicitate ſolâ quieſcere poteſt omne deſiderium noſtrum. *Sup. Pſ. 104.*

SALVIANUS. 90. Invido ita non ſufficit felicitas ſua, ut etiam alium velit eſſe felicem. *Lib. 5. de Gubern. Dei. longè poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 343. col. 1. B. edit. Colon. 1618. Profec.*

91. Parum illi eſt, ſi ipſe ſit felix, niſi alter fuerit infelix. *Ibidem, &c.*

92. Ubi non eſt vera honeſtas, non eſt vera felicitas. *Ibid lib. 7. poſt init. pag. 352. col. 2. F.*

S. SYNESIUS EPISCOPUS. 93. Felicitas onus quoddam eſſe videtur plumbo gravius: eum ergo ſubvertit ac deprimit, qui id humeris impoſuerit, niſi planè ſit robuſtus. *De Regno ad Arcadium Imperator. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 49. col. 2. H. edit. Colon. 1618.*

94. Impoſſibile eſt in famâ ſeu gloriâ humanâ (quæ frequenter fallax eſt) conſiſtere hominis felicitatem. *1. 2. Quæſt. 2. art. 3. in corp.* S. THOMAS AQUINAS.

95. Felicem planè illum judico, cujus glorioſam vitam torvis oculis alter aſpexit. *Hom. 13. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. edit. Colon. 1618.* S. VALERIAN. EPISC.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

96. Optimum, & pulcherrimum, & jucundiſſimum eſt ipſa felicitas. *Lib. 1. Ethic. ad Nicomach. cap. 8. ante finem. tom. 2.* ARISTOTELES

97. Eò majus munus felicitatis eſt, quò cæteris humanis bonis eſt præſtabilius. *Ibidem, capite 9. in principio.*

98. Felicitas præmium, finiſque virtutis optimum, & divinum quoddam, atque beatum eſſe conſtat. *Ibid.*

99. Eum, qui miſerabiliter obiit, nemo felicem dicet. *Ibid. in calce.*

100. Nullus homo felix, quandiu vivit dicendus eſt: tùm felix eſt, cùm è vita deceſſerit, qui beatè vixerit. *Ibid. cap. 10. in princ.*

101. Nemo beatorum erit miſer, miſer nunquàm erit ipſe felix. *Ibid. ante finem.*

102. Quid obſtat eum felicem dicere, qui per virtutem operatur perfectam; non quovis in tempore, ſed in vita perfecta? *Ibidem. in fine.*

103. Cùm futurum quidem incertum ſit nobis, felicitatem finem, & omninò perfectam, omni ex parte ponamus. *Ibid. in fine.*

104. Felicitas eſt principium, cauſaque bonorum: honorabile quiddam, & divinum dicimus eſſe. *Ibidem, cap. 12. in calce.*

105. Felicitas nullius indiget rei, ſed eſt ex ſeſe ſufficiens. *Ibid. lib. 10. cap. 6. in princ.*

106. Felicitas non in ludo jocove conſiſtit, ſed vita fœlix in virtute conſiſtit. *Ibid. poſt med.*

107. Non putandum eſt, multis ac magnis ei opus fore, qui futurus eſt fœlix, ſi fieri non poteſt, ut ſit beatus ſine bonis externis. *Ibid. cap. 8. poſt med.*

108. Felicitatis tantùm unicuique contingit, quantùm virtutis, & quantùm ſecundùm hanc operatur. *Lib. 7. Polit. cap. 1. ante finem. tom. 2.*

109. Felicitatem ſine virtute impoſſibile eſt exiſtere. *Ibid. cap. 9. in princ.*

110. Felicitas neceſſe eſt, per virtutem fiat. *Ibidem, cap. 9. poſt med.*

111. Felicitatis acceſſu nullâ re ampliùs nobis opus eſt. *Lib. 1. magnor. Moral. cap. 2. a medio. tom. 2.*

112. Perfectus finis nil aliud quàm felicitas eſſe videtur. *Ibidem, poſt med.*

113. Benè vivere & benè agere, nihil aliud dicimus, quàm felicem eſſe: ergo & feliciter agere, & felicitas in vivendo eſt. *Ibid. cap. 4. in princ.*

114. In uſu ſit neceſſe eſt, & actione felicitas: nam quorum habitus uſuſque eſt, uſus & actio finis eſt. *Ibidem. cap. 4. ab initio.*

115. Felicitas in vivendo ex virtutibus ſit neceſſe eſt, quoniam optimum bonum eſt felicitas, & hæc ipſa finis. *Ibidem.*

116. Perfectæ virtutis actio, felicitas eſt. *Ibidem ante finem.*

117. Felicitas omnium conſenſu inter humana bona, maximum eſt, & præſtantiſſimum. *Lib. 1. Ethic. ad Eudemium poſt med. tom. 2.*

118. Eſt felicitas fortuna ſecunda cum virtute, & vita tuta ac jucundiſſima. *Lib. 1. Rhetor. cap. 4. in princ. tom. 4.*

119. Non eſt, qui fœlix omnibus in rebus ſit. *Ibid. lib. 2. cap. 21. in princ.*

120. Si quem eximiis honoribus affectum, aut amplâ poteſtate præditum, aut florentem videris, vide ne felicem illum prædices. *In ſuo Enchirid. cap. 26. in princ.* EPICTETUS

121. Eſt vera felicitas, felicitate dignum videri. *In panegyr. de Trajano Auguſto. longè poſt med. pag. 386.* PLINIUS II.

SENECA. 122. Illa magna eſt felicitas, quæ arbitrio ſuo conſtitit. *In lib. Suaſor. Suaſor. 1. longe poſt initium, pagina 4. tom. 1.*

123. Nunquàm in ſolido ſtetit ſuperba felicitas. *Ibid. Suaſor. 2. poſt init. pag. 8.*

124. Intolerabilis in malo ingenio felicitas eſt. *Ibid. Suaſor. 7. in princ. pag. 30.*

125. Omnis inſtabilis, & incerta felicitas eſt. *Lib. 1. Controverſ. Controverſ. 1. poſt init. pag. 44. tom. 1.*

126. Semper eſſe felicem, & ſine morſu animi velle tranſire vitam, ignorare eſt rerum naturæ alteram partem. *Lib. de divina provident. cap. 4. in princ. pagina 384. tom. 1.*

127. Iſti quòs pro felicibus aſpicitis, ſi non quà occurrunt, ſed quà latent videritis, miſeri ſunt, ſordidi, turpes, ad ſimilitudinem parietum extrinſecùs culti. Non eſt iſta ſolida & ſincera felicitas, cruſta eſt, & quidem tenuis. *Ibid. cap. 6. ante med. pag. 389.*

128. Non egere felicitate, felicitas eſt. *Ibidem, in medio. pag. 390.*

129. Felicitas iracundiam nutrit, ubi aures ſuperbas aſſentatorum turba circumſtetit. *Lib. 2. de Ira. poſt med. pag. 421. tom. 1.*

130. Nunquàm erit felix, quem torquebit felicior. *Ibidem, lib. 3. cap. 30. circa med. pag. 454.*

131. Facit avidos nimia felicitas. *Lib. 1. de Clement. cap. 1. poſt med. pag. 463. tom. 1.*

132. In virtute poſita eſt vera felicitas. *De beata vita. cap. 18. in princ. pag. 501. tom. 1.*

133. Putabo hunc non eſſe felicem, ſi quem mihi inveneris, cui nihil pereat. *De Tranquillit. animi. cap. 8. ante med. pag. 529. tom. 1*

134. O quantum caliginis mentibus humanis objicit magna felicitas! *De Brevit. vitæ. cap. 14. in princ. pag. 572. tom. 1.*

135. Res eſt inquieta, mundana felicitas. *Ep. 36. in princ. pag. 588. tom. 2.*

136. Animos immoderata felicitas rumpit, quâ non tantum in aliorum injuriam, ſed etiam in ſuam utuntur. *Ep. 39. poſt med. pag. 591. tom. 2.*

137. Illum feliciſſimum dixerim, qui nihil negotii ſecum habuit. *Ep. 52. ante med. pag. 614. tom. 2.*

138. Ipſa felicitas ſe, niſi temperat, premit: ſi fugaciſſimis bonis credidit, citò deſeritur, & ut non deſeratur, affligitur. *Profec.*

139. Paucis deponere felicitatem molliter licuit: cæteri cum his inter quæ eminuere, labuntur, & illos degravant ipſa quæ extulerant. *Ep. 74. in medio. pag. 676. tom. 2.*

140. Horum, qui felices vocantur, hilaritas ficta eſt aut gravis, & ſuppurata triſtitia. *Ep. 80. a medio. pag. 700. tom. 2.*

141. Perſonata felicitas eſt: contemnes illam, ſi deſpoliaveris. *Ibidem, ſub finem. pag. 700.*

142. Non eſt quòd credas quemquam fieri alienâ poſſe infelicitate felicem. *Epiſt. 94. ante finem. pag. 782. tom. 2.*

143. Id agas, ut ſis fœlix, non ut videaris: & ut tibi videaris, non aliis. *Ep. 110. in calce. pag. 843.*

144. Bonum tunc habebis tuum, cùm intelliges infeliciſſimos eſſe hujus mundi felices. *Ep. 124. in calce pag. 891. tom. 2.*

145. Nemo eſt, cui felicitas ſua, etiamſi curſu venit, ſatisfaciat. *Ep. 115. in fine. pag. 858. tom. 2.*

146. In felicitate ſe erigere, eſt felicitatem ſubmittere. *In ſuis Proverbiis in fine poſitis. lit. I.*

VALERIUS MAXIMUS. 147. Felicitatis cultus, majore ex parte adulationi, quàm charitati erogatus, certè ſuſpectus eſt. *Lib. 4. Dictor. memorabil. cap. 7. circa init. pag. 188.*

Vide etiam Tit. Amicitia. ſent. 245. Finis. ſent. 24. Fortitudo. ſent. 21. Inſtabilitas ſent. 24. Invidia. ſent. 108. 164. Ira Dei. ſent. 57. Iudicium extrem. ſent. 142. Parentes. ſent. 151. Vita æterna. ſent. 170.

Ferire.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. HOSTEM ferire, victoria eſt; reum, æquitas: innocentem, homicidium. *Lib. 8. Ep. 66. ad Paternum in princ. col. 630. lit. D. tom. 3.*

S. ANSELMUS. 2. Qui innocentem percutit injuſtè, ipſe juſtè percuti meretur. *Lib. 1. Cur Deus homo. cap. 7. in medio.*

3. Si percuſſus (qui ſe non debet vindicare) percutiat percutientem ſe, injuſtè hoc facit. *Profec*

4. Percuſſio ex parte repercutientis, injuſta eſt: ex parte verò percuſſi, juſta. *Ibidem.*

S. AUGUST. 5. Inimicus ſævire poteſt, ferire (ſi Deus noluerit) non poteſt: & ſi ille voluerit ut feriat, novit ſuum quemadmodùm excipiat. *Super Pſal. 36. Conc. 2. longe poſt initium, verſ. 18. pagina 193. littera B. tom. 8.*

6. Illi graviùs cor feriunt, qui linguæ gladio feriunt. *Tract. 5. in cap. 1. Ioan. poſt med. pag. 29. lit. B. tom. 9.*

7. Noli dare iræ manum aut pedem ad feriendum. *Ibid. Tract. 41. de cap. 8. ante fin. pag. 211. A.*

8. O error horrendus! itane ô Caypha, ut placeas Deo, percutis placentem Deo, & templum Dei vivum te feriente proſternitur, ne Dei templum lapideum deſeratur? ô execrabilis cæcitas! *Ibidem, Tract. 93. de capite 16. prope finem. pagina 321. littera A.*

9. Attendis quis feriat, & quem feriat; attende quis jubeat. *Serm. 72. de tempore poſt init. tom. 10.*

10. Modò adhuc pugnamus, ferimus & ferimur, ſed qui vincit expectatur: ille autem ferit, qui & quòd vincit, de viribus ſuis non præſumit. *Tract. 4. ſup. Ep. Ioan. longè poſt init. tom. 9.*

S. BERNARD. 11. Improviſa mala graviter feriunt. *Serm. 55. ad Sororem in fine fol. 95. col. 2. E.*

S. BONAVENT. 12. Fœmina ſcorpionis more, ſemper eſt hominem parata ferire. *Serm. 2. de Invent. S. Crucis in medio pag. 251. col. 2. tom. 3.*

13. Sunt hodie homines canibus ſimiles, quorum mos eſt, ut ſi unus percutitur, ab omnibus aliis laceretur. *Serm. 9. de SS. Apoſtolis. prope medium, pag. 307. col. 2. tom. 3.*

14. Etſi vitiis debetur virga ferientis, infirmitati tamen neceſſarius baculus ſuſtentans. *De ſex alis Seraphim cap. 4. in principio. pag. 86. col. 1. littera C. tom. 7. part. 3.*

S. EPHRAM. 15. Cæſus es? gaude te cæſum eſſe verberibus, verùm erratum corrige: injuſtè verberatus es? gaude, quia merces tua magna. *Paraneſ. 38. in princ. pag. 402. D. tom. 2.*

GLOS. ORD. 16. Quibuſdam Deus hîc parcit, ut in æternum feriat: ſed me hîc non parcens feriat, quod eſt mihi conſolatio. *Sup. Iob. cap. 6. in illud, Et hæc mihi ſit conſolatio. col. 94. D. tom. 3.*

17. Aliquando Deus hîc ferire incipit, quod æterna damnatio conſummat. *Ibidem, cap. 35. in fine col. 330. lit. E.*

S. GREGOR. MAGNUS. 18. Ille laudabiliter ſpicula emittit, qui priùs hoſtem, quàm feriat, conſpicit. *Lib. 6. Moral. cap. 18. in fine col. 208. A. tom. 1.*

19. Quiſquis de percuſſione murmurat, quid aliud quàm juſtitiam ferientis accuſat? *Ibidem, lib. 5. cap. 28. ante med. col. 165. B.*

20. Mitigat vim doloris, conſiderata æquitas & potentia ferientis. *Ibidem, lib. 9. cap. 12. ante medium, num. 17. col. 307. B.*

21. Quiſquis pro peccato percutitur, ſi non murmurando renitatur; eò ipſo jàm juſtus eſſe inchoat, quò ferientis juſtitiam non accuſat. *Ibid. lib. 23. cap. 10. ante fin. num. 18. col. 781. B.*

S. Greg. Mag. 22. Virga ſuperbiæ percutere rigidè ſcit, ſed compati humiliter neſcit. *Ibidem, lib. 24. cap. 9. ante med. ſup. illud Prov. 14. In ore ſtulti virga ſuperbiæ. col. 817. littera A.*

23. Quiſquis cum culpâ ſuâ feriri ſe denegat, quid aliud quàm juſtitiam ferientis accuſat? *Ibid. lib. 32. cap. 5. circa init. col. 1093. D.*

24. Minùs jacula feriunt, quæ prævidentur. *Hom. 35. in Evang. in princ. col. 485. D. tom. 2.*

25. Vindicta culpabilem feriat, non innocentem. *Lib. 9. in Regiſtro. Ind. 4. cap. 63. Ep. 63. ad Virgilium Epiſc. Arelat. in fine.*

26. Cognita culpa auſteriùs ferienda eſt. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 4. poſt med. col. 1548. D. tom. 2.*

S. Greg. Naz. 27. Non plagâ percuti, grave eſt: ſed ob plagam nequaquàm refrænari, longè eſt graviſſimum. *Orat. 8. ob Patrem Epiſcop. poſt med. pag. 61.*

S. Hieron. 28. Jàm te verberibus eneceaſſem, niſi iratus eſſem. *Tom. 1. Epiſt. 9. ad Salvinam ante finem, pagina 77. lit. A.*

29. Turpe tibi eſt hoſtem dolis ferire, non viribus. *Tom. 2. Epiſt. 2. ad Pammach. in medio, pagina 105. lit. B.*

30. Ama medicum percuſſorem, cujus plaga mater eſt medicinæ. *Profec.*

31. Nihil impium pietas parit, ut virtutibus amplexis fructum pietatis ſpiritaliter curatus includat.

32. Ferit pietas, ne impietas judicetur, ſi non corrigat delinquentem.

33. Cùm enim non deſit in homine quod curetur, ferit ut curet. *Tom. 4. Ep. 6. ad Amicum poſt init. pag. 37. lit. A*

34. Multa ſunt, quæ non niſi percuſſa ſanantur. *Ibidem, ante med. pag. 38. C.*

35. Felix eſt, qui vapulat, ubi amoris eſt plaga. *Ibidem, ante med. pag. 38. D.*

36. Vince, dùm vapulas, ſic enim potentia Chriſtiana alitur. *Ibid. circa med. pag. 40. C.*

37. Aliter amicus, aliter inimicus percutit: aliter pater, aliter hoſtis: ille ferit ut corrigat, iſte percutit ut occidat. *Lib. 6. ſup. Hierem. cap. 30. ſup. illud, Peſſima plaga tua. &c. pag. 339. A. tom. 5.*

38. Quotieſcunque cædimur, præbeamus maxillam, dorſum opponamus, imitemur Chriſtum: qui enim cæditur, Chriſtum imitatur; qui cædit, antichriſtum. *Sup. Pſ. 5. verſ. penultimo: Et gloriabuntur in te, &c. pag. 7. D. tom. 8.*

39. Si quis peccans non percutitur, iſte miſer & infelix eſt. *Sup. Pſ. 80. verſ. 10. pag. 117. B. tom. 8.*

Hugo Card. 40. Nos, niſi commoti, ferire neſcimus. *Sup. Job. cap. 2. fol. 400. col. 1. tom. 1.*

41. Qui diſtrictè feriendo non parcit, crudelis eſt. *Ibidem, cap. 30. fol. 435. col. 2.*

42. Qui modò percutit virgâ, poſtea percutiet gladio. *Sup. Pſ. 6. fol. 12. col. 2. tom. 2.*

43. Aſperius nihil eſt humili, cùm ſurgit in altum:
Cuncta ferit, dùm cuncta timet, cunctiſque minatur.
Sup. Prov. cap. 19. fol. 41. col. 3 tom. 3.

S. Ignatius Mart. 44. Sta firmus velut incus, quæ verberatur: magni athletæ eſt feriri, & vincere. *Ep. 11. ad Polycarp. Epiſc. Smyrnenſem. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 1. pag. 89. col. 1. C. edit. Colon. 1618.*

S. Joannes Chrysost. 45. Qui alios ferire non ceſſat, quomodo ſe præbeat feriendum? *Hom. 18. ſup. Matth. oper. imperf. in princ. tom. 2.*

46. Percutere eſt, injuſtè percutere: qui autem propter juſtam cauſam percutit; etſi percutiat, percutere non videtur. Percutit enim, non ut ſuum dolorem vindicet, ſed ut illius animam ſalvet. *Hom. 51. ſuper Matth. oper. imperf. ante fin. col. 1112. D. tom. 2.*

Joan. Garl. 47. Verberare æqualem, periculum eſt: majorem, amiſſio: minorem verò, turpe. *Serm. in Septuag. de Ira. poſt med. part. 4.*

48. Quis eſt, qui ſi ictum unum acceperit, non multos pro uno reddat? *Profec.* Salvianus.

49. Tantò ab illo abeſt, ut cædenti maxillam præbeat, ut tùm ſe vincere putet, non quando adverſarium vapulando, ſed quando cædendo ſuperaverit. *Lib. 3. de Gubern. Dei. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 332. col. 2. G. edit. Colon. 1618.*

50. Sicut duplicatas in ſe plagas excitat, qui ferienti S. Valerian. repugnat, ita majori arixæ lucrum facit, qui manus ſuas Episcopus alio feriente continet. *Hom. 13. in medio. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. edit. Colon. 1618.*

Sententiæ Paganorum.

51. Percuſſit te quis? recede: referiendo enim occaſionem ſæpiùs feriendi dabis. *Lib. 2. de Ira. cap. 34. in fine. pag. 430. tom. 1.* Seneca.

52. Nunquàm velit quiſquàm tàm graviter hoſtem ferire, ut relinquat manum in vulnere, & ſe ab ictu revocare non poſſit. *Ibidem.*

53. Magnis telis magna portenta feriuntur. *Ep. 82. in fine. pag. 711. tom. 2.*

Feritas.

DEFINITIO, DIFFERENTIA.

Definitio.

FERITAS eſt cùm quis ſævit in proximum, abſque aliqua culpa præcedente in ipſo. *In ſpeculo animæ cap. 1. poſt med. pagina 34. columna 1. D. tom. 7. part. 3.* S. Bonavent.

Feritas propriè dicitur, ſecundùm quam aliquis S. Thomas in pœnis inferendis non conſiderat aliquam culpam Aquinas. ejus, qui punitur, ſed ſolùm hoc quod delectatur in hominum cruciatu. *2. 2. Quæſt. 159. art. 2. in corpore. pag. 275. col. 1.*

Feritas eſt quoddam vitium exuperans, cùm eo uſ- Aristoteles. que nequam prorſus quempiam intuemur, ut ipſum non hominem, ſed feram eſſe dicamus, ſicut & vitium ipſum feritatem. *Lib. 2. magnor. Moral. cap. 5. in princ. col. 951. tom. 2.*

Differentia.

Crudelitas differt à feritate, ſicut malitia humana S. Thomas à beſtialitate. *2. 2. Quæſt. 159. art. 2. in corp. pag. 275. columna 1.* Aquinas.

Sententiæ Patrum.

1. Quidquid ſævit pro nomine Chriſti, ſi vinci poteſt, tolerabile eſt: ſi vinci non poteſt, & migrare hinc faciat, non aufert, ſed accelerat ipſam requiem. *Part. 1. tit. 5. cap. 1. §. 11. prope med. fol. 108. columna 2.* S. Antoninus.

2. Inimicus ſævire poteſt, ferire (ſi Deus noluerit) S. Augustin. non poteſt: & ſi ille voluerit ut feriat, novit ſuum quemadmodùm excipiat. *Sup. Pſ. 36. Conc. 2. longe poſt init. verſ. 18. pag. 193. B tom. 8.*

3. Sævis? vide cui ſævias, & in quem ſævias; deſine ſævire. *Sup. Pſ. 102. poſt med. verſ. 6. tom. 8.*

4. Quid facit in pectore Chriſtiano luporum feritas S. Cyprian. & canum rabies, & venenum lethale ſerpentum, & cruenta ſævitia beſtiarum? *De Unit. Eccleſ. ante med. tom. 2.*

5. Erga virum Dei ferina corda ſunt hominum, & S. Gregor. quaſi humana beſtiarum. *Lib. 3. dialog. cap. 11. circa med. col. 1389. A.* Magn.

6. Beſtiæ præter naturam eſt, eſſe manſuetam, S. Joannes homini verò præter naturam eſt feritas. *Hom. 3. de* Chrysost. *David & Saule. ante medium, columna 626. littera A. tom. 1.*

7. Ruſtica feritas ratione non ducitur, manſuetudine non ſedatur. *De ruina monaſt. ordin. cap. 7. in princ. pag. 831. col. 2.* Joan. Trith.

S. PETRUS DAMIANUS. 8. Quiſquis per feritatem animi ſuis contubernalibus non concordat, ferarum more ſolus neceſſe eſt ut beſtialiter vivat. *Opuſc. 51. cap. 14. in princ. pag. 735. col. 1. B. tom. 3.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SENECA. 9. Omnis ex infirmitate feritas eſt. *De beata vita. cap. 3. in fine. tom. 1.*

Fervor.

DEFINITIO, DIFFERENTIA.

DEFINITIO.

S. PETRUS CHRYSOL. FERVOR eſt obſequium ratione calens. *Serm. 109. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 743. col. 2. F. edit. Coloniæ* 1618.

RICHARD. A S. VICTORE. Fervor eſt æſtuatio ardentis deſiderii. *Lib. 5. de Erud. hom. inter. cap. 8. poſt med. pag. 318. col. 1. A. part. 1.*

DIFFERENTIA.

S. THOMAS AQUINAS. Inter fervorem amoris, & fervorem iræ hoc intereſt: quòd fervor amoris eſt cum quadam dulcedine, & lenitate: fervor autem iræ eſt cum amaritudine ad conſumendum. 1. 2. *Quæſt. 48. art. 2. in corp. ad 1. pag. 81. col. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Superno igne accenſus animus, non tepeſcat, ſed ferveat, & ſtudeat ſemper ardere. *Profec.*

2. Ac ſi vigorem ejus aliqua turbarit adverſitas, uodè cœpit inflammari, indè poſcat igniri. *Lib. 10. Ep. 84 ad Demetriadem. poſt med. columna 681. littera D. tom. 3.*

S. AUGUST. 3. Cùm Chriſtianus cœperit fervere bonis operibus, patitur reprehenſores & contradictores frigidos Chriſtianos. *De verbis Dom. ſerm. 18. poſt med. pagina 53. D. tom. 10.*

4. Ardent homines iracundiâ, ardent & gratiâ: nam & qui vult ſubvenire, fervet, & qui vult occidere, fervet. *Profec.*

5. Iſte fervet præcepto, ille morbo: iſte bonis operibus, ille ſanioſis ulceribus. *Serm. 2. Sabbat. poſt 3. Dom. Quadrag. & in ord. 95. circa med. pag. 566. C. tom. 10.*

S. BERNARD. 6. Fervor præficiatur fervori, ut fervor virtutis, fervori naturæ dominetur: imò fervor naturalis, attollat ſe in fervorem virtutis. *Serm. de fide, ſpe, & charitate in princ. fol. 359. col. 3. H.*

7. Sunt qui non ideò lucent, quia fervent: ſed magis fervent, ut luceant. *Serm. in Nativit. Joan. Bapt. ante med. fol. 47. col. 2. E.*

8. Reprimendus eſt fervor immoderatus, ne noceat unitati, ſerviat indiſcretioni. *In ſuis ſent. verbo Minuendi.*

9. O quàm multos ſenes & judices Iſraël turpiter vitam negligentes, Rex Babylonis in terra captivitatis & confuſionis poſſidet! & quàm multi juvenes ſpiritu ferventea, Domino ſervientes, vim faciunt cælo, totiſque viribus ſibi diripiunt illud! *Profec.*

10. Utinam talium præconia juvenum noſtri imitarentur ſenes, ut annoſa redderet ſenecta, quod tenera fert ſpontè adoleſcentia. *De ordine vitæ prope fin. fol. 338. col. 1. B.*

S. BONAVENT. 11. Niſi mentis intentio fervent, unda mundi non vincitur, per quam ſemper anima ad ima revocatur. *Lib. 4. Pharetra. cap. 25. ante med. pag. 186. col. 1. E. tom. 6.*

S. CÆSARIUS ARELAT. 12. Melius tibi fuerat in ſeculo manſiſſe frigidum, quàm in monaſterio non eſſe ferventem. *Hom. 30. in medio. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 777. col. 1. B. edit. Colon.* 1618.

DIONYSIUS CARTHUS. 13. Quantò quis Deum plus diligit, tantò delectabiliùs facit opus Dei, atque ferventiùs. *Profec.*

14. Quantò autem delectabiliùs & ferventiùs operâtur, tantò ampliùs promeretur. *Sup. Ep. 1. ad Cor. cap. 3. art. 3. ante med. fol. 36. G.*

15. Multi ſunt, qui in initio converſionis ſuæ, in ſervitio Dei ferventes exiſtunt, ſed proceſſu temporis tepeſcunt. *Sup. Apocal. cap. 2. art. 3. poſt init. fol. 104. lit. D.*

16. Non corruamus à primo noſtro fervore, ſed in eo quotidie creſcamus. *De profeſſ. Monaſt. art. 19. in princ. fol. 90. pag. 1.*

17. Quantò quis creſcit in ſpirituali fervore, tantò plus illuminatur à Spiritu ſancto. *De profectu ſpirit. art. 10. in princ. fol. 152. pag. 1.*

S. EUSEBIUS EMISEN. 18. Hoſti, quem ipſâ converſatione provocavimus, in medio certamine manus damus, ſi in fervore quo cœpimus, non perſeveramus. *Hom. 8. ad monachos. poſt med. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 1. edit. Colon.* 1618.

GILLEBERTUS ANGLUS. 19. Neſcit itinere directo ad Deum ire oratio, quæ ſuccenſa non fuerit. *Serm. 15. ſup. Cant. poſt med. apud D. Bernard. volum. 2.*

S. GREG. MAG. 20. Qui in amore Dei cordis calorem non habet, nec etiam vitam quam diligit, tenet. *Lib. 11. Moral. cap. 26. in medio col. 400. C. tom. 1.*

21. Mens humana dùm igne amoris excoquitur, ſemper in ſe ſervat claritatem pulchritudinis, quotidianâ innovatione fervoris. *Ibidem, lib. 22. cap. 2. ante fin. num. 4. col. 733. B.*

S. HIERONYM. 22. Verus fervor non eſt, niſi ex amore Dei. *Tom. 1. Ep. 3. ad Heliodor. circa med. pag. 24. D.*

23. Ferventiſſimi in terrenis, frigidiſſimi in cæleſtibus ſumus, & ſummam in rebus parvis exhibentes alacritatem, ad majora torpeſcimus. *Profec.*

24. Conſiderare pudet quantus ſit fervor in ſeculo, quâ curâ ſingula quæque ſtudia hominum quotidie ad perfectiora nitantur. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriad. ante med. pag. 17. B.*

25. Multi dùm nimio fervore mentis, rationem ſuarum virium non habent, ſubitò conciderunt. *Ibid. poſt med. pag. 21. B.*

26. Excitandus eſt ſpiritualibus ſtimulis ſemper animus, & majori quotidie ardore renovandus. *Profec.*

27. Orationis inſtantia, illuminatio lectionis, ſollicitudo vigiliarum, & diurna & nocturna ejus incitamenta ſunt. *Ibidem, longè poſt medium, pagina 24. littera D.*

HUGO CARD. 28. Prædicatori neceſſarius eſt fervor: tunc talis poteſt alios inflammare, qui priùs fuerit inflammatus: quia qui non ardet, non incendit. *Sup. Pſ. 104. Moraliter. fol. 27. col. 2. tom. 2.*

29. Novitii primò fervorem magnum concipiunt, ſed poſtmodùm tepiditatem pariunt. *Sup. Iſaj. cap. 33. Moraliter. fol. 72. col. 4. tom. 4.*

30. Peccatores in peccatis magis ac magis frigeſcunt: quia omnis calor fervoris per peccatum conſumitur. *Super Hierem. cap. 6. fol. 193. col. 2. tom. 4.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 31. Sive periclitemur, fratres, ſive quidquam patiamur, ardentiores reddamur ad virtutis ſtudium. *Hom 43. ſup. 1. Cor. poſt med. col. 671. B. tom. 4.*

S. IOAN. CLIM. 32. Statim ut ſuſceperis flammam, curre: neſcis enim utrùm brevi extinguenda ſit, ne fortè in tenebris te deſerat. *Gradu. 3 ab initio. apud Bibliothecam Patrum, tom. 6. part. 2. pagina 246. columna 1. lit. D. edit. Colon.* 1618.

JOAN. GERS. 33. Nimius fervor exterminat fortitudinem. *Serm. de verb. Dom. poſt med. part. 2*

JOAN. TRITH. 34. Calidus eſt, qui fervore divini amoris æſtuat: frigidus verò dicitur, qui vitiis & ſceleribus extinctus, nullo fervore ſpiritus ad Dei amorem elevatur*; tepidus autem eſt, qui ſceleribus & vitiis majoribus non involvitur, & tamen ſine fervore Dei amoris otioſus inter alios converſatur. *Orat. 5. in conventu*

Abbat. habitâ. ante med. ſup. illud Apocal. 3. Vtinam frigidus eſſes, &c.

S. LAURENT. JUSTIN. 35. Tantò quiſque ſit ſerventior in operatione, quantò incertior eſt vocatione. *De ligne vitæ. Tract. 12. de Humilit. cap. 4. poſt med. pag. 67. columna* 1. *lit. D. part.* 1.

S. MAXIMUS EP. TAURIN. 36. Ubi cor ardet, flammam membra non ſentiunt: ubi Chriſti ignis operatur, diaboli neceſſe eſt vincatur incendium: ubi Dei ſpiritus fervet, frigida ſit flamma mortalium. *Hom. 2. de S. Laurentio. in fine. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 1. pag. 35. col.* 1. *C. edit. Colon.* 1618.

ORIGENES. 37. Nihil remiſſum, nihil tepidum habeamus in nobis: ſed eum fervore ſpiritus, & calore fidei cuncta peragamus. *Lib. 9. in cap. 12. Ep. ad Rom. ſup. illud, Spiritu ferventes, &c. tom.* 2.

PETR. BLES. 38. Voluntas benè operandi quantò ferventior, tantò ſtuctuoſior ſemper erit. *De charit. cap. 56. in princ. apud Bibl. Patr. part.* 2. *pag.* 995. *col.* 2. *E. edit. Colon.* 1618.

S. PETR. DAM. 39. In ſpiritualis militiæ tyrocinio, malo ut modum diſcretionis nimius fervor excedat, quàm degeneres animos deſidis ignaviæ torpor aſtringat. *Profec.*

40. Facilius eſt enim refluo vaſi, quod ſuper exuberat demere, quàm quod in eo vacat, implere.

41. Laborioſius eſt, trunco ramos, qui non habentur, inſerere, quàm arbori ſuperfluos amputare.

42. Licèt hoc vitium ſit, quòd limitem diſcretionis excedas, melius eſt tamen te nimii fervoris argui, quàm fœdo deſidiæ morbo notari. *Lib. 6. Epiſt. 22. ad Damian. Monach. circa initium, pagina* 94. *columna* 2. *littera D.*

43. Si vis vocem habere, vel in prædicationibus intonantem, vel orationibus efficacem, ſatage ſemper ut te divinus fervor accendat? *Opuſc. 45. cap. 4. circa med. pag.* 703. *col.* 1. *B. tom.* 3.

44. Monacho ferventi nihil valet eſſe præſtantius, frigido nihil vilius. *Opuſc. 50. cap. 13. poſt med. pag.* 727. *col.* 1. *E. tom.* 3.

RICHARDUS A S. VICTORE. 45. Mentis vilitas tantò pretioſior eſt, quantò de fonte amoris & fervoris radice procedit. *Part. 2. ſuper Cantica capite 14. ante medium, pagina 174. columna* 1. *lit. D.*

S. THOMAS AQUINAS. 46. Fervor voluntatis non eſt virtuoſus, niſi ſit ratione ordinatus. 2. 2. *Quæſt. 106. art. 4. in corpore ad* 2.

THOMAS A KEMPIS. 47. Quæ eſt cauſa quòd tàm multi à prima devotione & fervore tepeſcunt, & tàm parum in veris virtutibus proficiunt? quia, proh dolor! à ſancto propoſito paupertatis & ſimplicitatis quod didicerunt, paulatim recedunt. *Sermone 3. ad Novit. Diviſione* 1. *tom.* 2.

48. Fervor noſter quotidie deberet creſcere, ſed nunc pro magno videtur, ſi quis primi fervoris partem poſſit retinere. *Lib. 1. de Imit. Chr. cap. 11. ſect. 5. tom.* 2.

49. Omni die renovare debemus propoſitum, & ad fervorem nos excitare. *Ibid. cap. 19. in princ.*

50. Homo fervidus & diligens, ad omnia eſt paratus. *Ibid. cap. 25. ſect. 11. in medio.*

51. Felix anima, quæ per ſingulos dies fervorem addit fervori, *De diſcipl. clauſtr. cap. 16. in medio. tom.* 1.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 52. In re frigidiſſimâ cales, in ferventiſſimâ friges. *Lib. 4. de arte Rhetor. ante med. tom.* 1.

Vide etiam Tit. Affectiones quatuor. ſent. 32. Devotio. ſent. 21. 44. Exemplum. ſent. 35. Novitius. ſent. 58. Occupatio. ſent. 23. Oratio. ſent. 72. 162 Propoſitum. ſent. 49. 50. 56. 67. Religioſus. ſent. 96. Severitas. ſent. 20. Spiritus Sanctus ſent. 99. 100. 101. Tepiditas. ſent. 33. 38.

Feſtivitas.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, ORIGO.

ETYMOLOGIA.

S. ISID. HISP. FESTIVITAS dicta eſt à feſtis diebus, quaſi feſtiditas, eo quòd in eis ſola res divina ſit. *Lib. 6. Etymol. cap. 18. in princ. pag. 79. col.* 2.

DEFINITIO.

PLATO. Feſtum eſt tempus ſacrum ſecundum leges. *Tom. 3. Sizygia 6. de Definit. poſt med. pag. 415. A.*

ORIGO.

S. ISIDORUS HISPALEN. Omnes feſtivitates pro varietate Religionum, diverſoque in honore Martyrum tempore, ideò à viris prudentibus inſtitutæ ſunt, ne fortè rara congregatio populi fidem minueret in Chriſto. *Profec.*

Propterea dies aliqui conſtituti ſunt, ut in unum omnes pariter convenirent, ut è conſpectu mutuo, & fides creſcat, & lætitia major oriatur. *Lib. 1. de Officiis Eccleſiaſticis. cap. 35. poſt medium, pagina 593. columna* 1.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Tota die feſtivitatis ſit nobis vel oratio, vel lectio. *Serm. 33. Tempore jejunii. poſt med. col. 726. C. tom.* 3.

2. Dominica nobis ideò venerabilis eſt, atque ſolemnis, quia in ea Salvator velut ſol oriens diſcuſſis infernorum tenebris luce Reſurrectionis emicuit. *Serm. 61. de Pentecoſte. in princ. columna 755. littera D. tom.* 3.

3. Feſtus dies Domini eſt, ubi perfectarum virtutum gratia eſt. *Lib. 2. de Cain & Abel. cap. 2. circa med. col. 941. D. tom.* 4.

S. ANTONINUS. 4. O abuſio perverſa hominum, & jactura temporis irrecuperabilis, & negotium gratiſſimum dæmoniis: quia quod cum multo labore per hebdomadam lucrati ſunt, feſtis diebus in tabernis, in ludis, & ſpectaculis expendunt. *Part. 2. tit. 9. de Acedia. cap. 7. §. 4. circa med. fol. 275. col.* 3.

5. Dæmones inimici peſſimi animæ, ſeu Eccleſiæ, derident hominum feſta: quia non Deo, ſed ſibi vacant, ventri, & dæmoni *Ibidem, &c.*

6. Quis eſt hic, qui ita celebret feſta vacando divinis, & laudabimus eum? *Profec.*

7. Nonne tota occupatio hominum in feſtis eſt circa corpus? mulieres vacant. & non parum temporis exponunt in ſe ornando ad capiendas animas.

8. Famuli & famulæ ad præparandum cibos accuratiùs ſolito: mercatores ad faciendum ſuos computos, & ratiocinia, & ſcribendum libros & litteras. *Ibidem.*

S. APPOLLON. 9. Dei Dominica nihil agendum eſt, niſi Deo vacandum: nulla operatio in illa die ſancta agatur, niſi tantùm hymnis, & canticis ſpiritualibus. *Et habetur in decretis Gratiani part. 3. diſt. 3. Can. jejunia fol. 441. columna* 3.

S. AUGUSTIN. 10. Populus Chriſtianus memorias Martyrum religioſa ſolemnitate concelebrat, ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum conſocietur, atque orationibus adjuvetur. *Lib. 20. contra Fauſtum. cap. 21. ante med. pag. 260. C. tom.* 6.

11. In die feſto nullus ſe à ſacra miſſarum celebratione ſeparet, neque otioſus quis domi remaneat, cæteris ad Eccleſiam pergentibus, neque in venatione ſe occupet, & diabolico mancipetur officio. *Profec.*

12. Quod valde dolendum eſt, ſunt aliqui maximè potentes iſtius mundi, qui cùm veniunt ad Eccleſiam, non ſunt devoti ad laudes Dei celebrandas, ſed

cogunt presbyterum ut abbreviet miſſam, & ad eorum libitum cantet: quatenus unus punctus diei ad Dei officium, & reliquum diurnum ſpatium cum nocte ſimul ad eorum deputetur voluptates.

S. AUGUSTIN.

13. Nolite, fratres mei dilectiſſimi, hæc facere: nolite hæc facientibus conſentire: quia non ſolùm qui hæc faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, pereunt. *Serm. 1. Dom. 26. poſt Trinit. & in ordine 251. in medio & poſt medium pagina* 820. *littera C. D. tom.* 10.

14. Rectè feſta Eccleſiæ colunt, qui ſe Eccleſiæ filios eſſe recognoſcunt. *Serm. 2. Dedicat. Eccleſ. & in ord.* 253. *in princ. pag.*822. *D. tom.*10.

15. Ab ipſis ſanctorum Martyrum in veritate feſtivitatum gaudia celebrantur, qui ipſorum Martyrum exempla ſequuntur. *Proſec.*

16. Solemnitates enim Martyrum, exhortationes ſunt martyriorum: ut imitari non pigeat, quod celebrare delectat.

17. Sed nos volumus gaudere cum Sanctis, & tribulationem mundi nolumus ſuſtinere cum ipſis.

18. Qui enim ſanctos Martyres, in quantum potuerit, imitari noluerit, ad eorum beatitudinem non poterit pervenire. *Ser.3. de Martyribus & in ord.47. in princ. pagina* 904. *D. tom.* 10.

S. BERNARDINUS SENENS.

19. Mira multorum inſania! per totam ſeptimanam laborare pro miſero corpore, & in die feſto laborare pro damnatione infelicis animæ. *Proſec.*

20. Stupenda inſania! per totam hebdomadam laborare in operibus licitis, & diem dominicum polluere & violare ludis, voluptatibus, ebrietatibus, & choreis. *Serm.*10. *Dom.* 1. *Quadr. art.*2. *cap.* 1. *poſt med. pag.*485. *columna* 2. *C. tom*, 2.

S. BERNARD.

21. In Sanctorum vigiliis neceſſe eſt vigilare hominem ſpiritualem, qui ſolemnitates eorum celebrare deſiderat in ſpiritu & veritate. *Ser. vigil. St. Petri & Pauli. in princ. fol.*48. *col.*1. *A.*

22. Speciale obſequium Deo præbetur in obſervantia ſanctarum ſolemnitatum. *Ser.*4. *ſuper Salve Regina. poſt medium. fol.*365. *col.* 4. *L.*

23. Tria ſunt, quæ in feſtivitatibus Sanctorum vigilanter conſiderare debemus: auxilium Sancti, exemplum ejus, confuſionem noſtram. *Serm. vigil. Ss. Petri & Pauli, in princ. fol.* 48. *col.* 1. *B.*

24. In Sanctorum feſtivitatibus & gaudere & confundi debemus. Gaudere, quia patronos præmiſimus: confundi, quia eos imitari non poſſumus. *Ibidem, poſt medium, fol.* 48. *col.* 1.

25. Quandocumque eſt feſtum alicujus Sancti, cogita de illo quanta ſuſtinuit propter Deum, quis brevia; & qualia adeptus eſt, quia æterna. *In notabili documento poſt medium, fol.*340. *col.* 2. *F.*

S. BONAVENT.

26. Feſtum triplex faciendum.
- Feſtum Virginum. — Feſtum Virginum facit, qui obſervantiâ caſtitatia mentem exhilarat.
- Feſtum Confeſſorum. — Feſtum Confeſſorum facit, qui conſolatur in puritate confeſſionis.
- Feſtum Martyrum. — Feſtum Martyrum facit, qui in tribulatione gaudet in ſpe reſurrectionis. *Super Pſal.* 113. *ante medium, pagina* 143. *columna* 2. *littera D. tom.* 1.

27. Nihil pernitioſum facere, eſt diem feſtum agere. *Collat.* 36. *ſuper cap.* 7. *Joan. pagina* 498. *columna* 2. *tom.* 2.

28. Feſtivitas cælica eſt, in qua vacatur divinæ viſioni & fruitioni. *Proſec.*

29. Feſtivitas angelica eſt, ſive divina, in qua indulgetur divino cultui & laudibus, quieſcendo ab operibus ſervilibus & peccatis. *Ibidem.*

S. BONAVENT.

30. Sanctorum feſta ad hoc celebramus, ut dùm quid fecerint, attendimus, imitari pro poſſe ſtudeamus. *Serm.* 3. *& in ordine* 25. *in calce, pag.*332. *col.* 1. *tom.* 3.

31. In ſolemnibus feſtis eſt ab itineratione ceſſandum. *In ſpeculo diſcipl. parte* 1. *cap.* 28. *circa medium, pag.* 549. *columna* 2. *A. tom.* 7. *parte* 4.

S. CÆSARIUS ARELAT.

32. Satis durum & propè nimis impium eſt ut Chriſtiani non habeant tantam reverentiam diei Dominico, quantam Judæi obſervare videntur in ſabbato. *Proſecutio.*

33. Cùm enim ipſi infelices ita Sabbatum obſervent, ut in eo nihil terreni operis exercere præſumant: quantò magis illi, qui pretioſo ſanguine Chriſti redempti ſunt. *Hom.*12. *ante fin. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pagina* 758. *col.* 1. *C. editionis Colonienſis* 1618.

S. CYPRIANUS

34. Dies eorum, quibus excedunt, annotate, ut commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrare poſſimus. *Ep.*37. *quæ eſt ſexta libro* 1. *ad Presbit. & Diacoc. poſt med. tom.* 1.

S. EPHRÆM.

35. Illuſtria & peramabilis ſemper eſt Angelis atque hominibus memoria Sanctorum, ut nos pari zelo & fervore decertemus, & ad eorum imitationem Deum diligamus. *In omnes Sanctos. in principio, pag.* 740. *B. tom.* 3.

S. FRANCISCUS ASSISIAS

36. Feſtivitates Domini & aliorum Sanctorum, magis honorantur inopiâ & paupertate, per quam ipſi cœlum ingreſſi ſunt, quàm curioſitate & ſuperfluitate, per quam anima elongatur à cœlo. *In ſuis opuſc. oraculo* 8. *pag.* 500. *tom.* 3.

S. GREGORIUS MAGNUS.

37. Tranſeunt cuncta, quæ temporaliter feſtiva celebrantur: curate qui ſolemnitatibus intereſtis, ne ab æterna ſolemnitate ſeparemini. *Hom.*26. *ſup. Evang. poſt med. col* 434. *A. tom.*2, *Proſec.*

38. Quid prodeſt intereſſe feſtis hominum, ſi deeſſe contingat feſtis Angelorum? *Ibidem.*

39. Umbra enim venturæ ſolemnitatis, eſt ſolemnitas præſens.

40. Dominico die à labore terreno ceſſandum eſt, atque omnimodo orationibus inſiſtendum: ut ſi quid negligentiæ per ſex dies agitur, per diem reſurrectionis Dominicæ precibus expietur. *Lib.*11. *in regiſt. ind.*6. *cap.* 3. *Ep.* 3. *ad Romanos cives. tom.* 2.

S. GREG. NAZ.

41. Feſti ſumma, Dei eſt memoria, ut Deus laudetur & glorificetur. *Orat.* 2. *in Epiphan. circa medium, pagina* 289.

HAYMO.

42. Mos eccleſiaſticus obtinuit, ut dies beatorum Martyrum, ſive Confeſſorum, quibus de hac vita migraverunt, non funebria, ſed natalitia vocemus: quia tunc feliciùs vivere cœperunt, cùm per mortis umbram ad vitam æternam pervenire meruerunt. *Ser.* 2. *Dom.*3. *poſt Paſcha poſt medium.*

HASYCHIUS.

43. Omnis memoria juſtorum tota votiva eſt celebranda: quia omnis ſolemnitas amicorum Dei eſt glorioſa. *Ser.* 1. *de Laud. B. Mariæ, in principio, apud Bibl. Patrum, tom.* 7. *pagina* 133. *col.* 1. *littera C. edit. Colon.* 1618.

S. HIERONYMUS

44. Solicitiùs providendum eſt, ut ſolemnem diem non tam ciborum abundantiâ, quàm ſpiritus exultatione celebremus. *Proſecutio.*

45. Quia valdè abſurdum eſt, nimiâ ſaturitate velle honorare martyrem, quem ſcias Deo placuiſſe jejuniis. *Tom.* 1. *Epiſt.* 19. *ad Euſtochium in fine, pagina* 131. *lit. B.*

46. Feſtivitas Chriſtianorum, jugis & æterna eſt. *Tom.* 3. *Epiſt.* 29. *ad Algaſiam, quæſt.* 10. *prope med. pag.* 170. *C.*

47. Prima virtus eſt Sacerdotis, non tantùm docere quæ noverit: ſed & omnes Dei feſtivitates cuſtodire, ut poſſit aliis cuſtodienda præcipere, quæ & ipſe obſervaverit. *Lib.*13. *ſup. Ezech. cap.*44. *ſup. illud, Et præcepta in omnibus ſolemnitatibus, &c. pag.*548. *B. tom.* 1.

HUGO A S. VICTORE.

48. Feſti dies aliud ſtudium. & alium converſandi modum exigunt, quàm hi in quibus licet operari. *De Inſtitut. Monaſt. ad Novu. cap. 4. circa medium, pag. 20. D. tom. 2.*

49. Oportet quadam converſationis novitate feſtos dies honorare. *Ibidem.*

50. Quantum addit decoris diebus feſtivia, quies vacationis, tantum ornamenti confert cæteris diebus ſtudium boni operis. *Ibidem, ante finem, pagina 20. littera D.*

51. In feſtis diebus quiſquis noluerit eſſe quietus, judex ſuæ vanitatis eſt: & in aliis qui non fuerit laborioſus, reſtia pigritiæ eſt. *Profec.*

52. Carnales mentes, ne in feſtis diebus quieſcant, vanitas exagitat: ne in aliis in bono opere ſe exerceant, pigritia ligat. *Ibidem, in fine, pag. 20. E.*

53. Multa faciunt, qui putant feſtorum celebritatem conſiſtere in commeſſationum & ebrietatum amplificatione, quod eſt magis feſta violare. *Super Luc. cap. 2. fol. 56. col. 4. tom. 6.*

HUGO CARD.

54. Multi in feſtivis diebus, quando deberent ſe magis conjungere Deo per contemplationem & orationem, amittunt JESUM, id eſt, ſalutem. *Ibidem.*

S. IGNATIUS MART.

55. Feſtivitates ne dehoneſtetis. *Epiſt. 8. ad Philipp. in fine, apud Bibl. Patrum, tom. 1. pag. 84. col. 2. littera E. edit. Colonienſis 1618.*

S. JOANNES CHRYSOST.

56. Veræ feriæ ſunt, ubi animarum ſalus, ubi pax & concordia eſt. *Hom. 1. ſuper Geneſ. circa initium, col. 1. C. tom. 1.*

57. Feſta non multitudo convenientium facere ſolet, ſed virtus: non ſumptuoſus veſtitus, ſed pietatis ornatus: non menſæ dapſilitas, ſed cura animæ. *Homil. 5. de fide Annæ. poſt initium, columna 598. lit. A. tom. 1.*

58 Tunc ſolùm veram ſolemnitatem peragimus, cùm ſpiritualis vitæ continuò cultum augemus, cùm ab alienis manus abſtinemus, cùm in laboribus ſuperfluis atque inanibus, quos propter hanc vitam ſuſtinemus, legem ſabbati conſervamus. *Hom. 40. ſup. Matth. oper. perf. poſt medium, col. 359. C. tom. 2.*

59. Scire nos convenit, quòd ita nos verè ſolemnes ſumus, ſi ſolemnitate ſic utimur, ut præſentem Deum habere mereamur. *Serm. 8. de Reſur. poſt init. col. 863. B. tom. 3.*

60. Ita nobis ſanctorum dierum feſtivitas agatur, ut relaxatione corporum, puritas non corrumpatur animorum: ſed potiùs abſtinentes ab omni luxu, ebrietate, laſcivia, dantes operam ſobriæ remiſſioni, ac ſanctæ ſinceritati, id efficere tentemus; ut quidquid nunc corporali abſtinentia non adipiſcimur, mentium puritate quæramus. *Ibidem, in principio, columna 863. littera A.*

61. Nonnulli feſtivos ſe eſſe dubitant, niſi gulæ, niſi ventri, niſi luxuriæ ſatiafecerint: non eſt fratres feſtivitatem colere, ſed coinquinare. *Profecutio.*

62. Vultis ergo ſcire quid ſit hominem feſtivum eſſe? imitamini in aliquo illos, qui feſtivitate uſi ſunt, dico Sanctos Dei: quorum ſemper fuerunt dies ſobrii, noctes pudicæ, ſanctæ vigiliæ, ſopor caſtus, actus probi, converſatio honeſta, vita ſibi ex omni parte conſentiens.

63. Neque illos ſequamur, quorum Deus venter eſt, qui terrena ſapiunt: hi enim, dilectiſſimi, divinis ſolemnitatibus non interſunt: his ſacræ diei feſta non ſapiunt. *Ibidem, circa med. columna 683. B.*

64. Quamlibèt quis ſolemnitatem pro honore divino celebrare ſe credat, feſtivitatem Dei quia in probris agit, injuria eſt. *Ibidem, ante finem.*

65. Centum ſexaginta octo horas habente hebdomada, unam & ſolam horam ſibiipſi ſegregavit Deus, & hanc in opera ſecularia & in ridicula & in conventicula inſumis. *Serm. de Euchariſtia. ante med. col. 919. D. tom 3.*

66. Solemnitas propterea inſtituta eſt, non ut turpiter vivatur, neque ut peccata accumulentur, ſed ut præſentia tollantur. *Hom. 27. ſup. 1. Cor. ante finem. columna 541. A. tom. 4.*

S. JOANNES CHRYSOST.

67. Solemnitas bonorum operum eſt exhibitio, animæ puritas, vitæ rectitudo: quæ ſi habueris, ſemper celebrare poteris ſolemnitatem. *Ibidem, Hom. 28. poſt init. col. 542. B.*

JOAN. TRITH.

68. Feſta Sanctorum non faciunt Sanctos, ſed probant. Quis dubitaverit innumerabiles cum Chriſto regnare Sanctos, quorum apud viventes nulla feſta celebrantur? *Orat. 8. in Conventu Abbat. habitâ. poſt med. pag. 914 col. 2.*

S. LEO I.

69. Parùm religioſus alio tempore demonſtratur, qui in feſtis diebus religioſior non invenitur. *Ser. 2. Quadrag. circa init.*

70. Cui feſtivitas eſt celebranda ſublimior, ipſe quoque reperiatur virtutibus ornatior. *Ibidem, ſerm. 3. in princ.*

71. Solemnitas Martyrum, exhortationes ſunt martyriorum; ut imitari non pigeat, quod celebrare delectat. *Serm. de Martyrib. in princ.*

ORIGEN.

72. Si deſinas ab omnibus ſecularibus operibus, & nihil mundanum geras, ſed ſpiritalibus operibus vaces, ad Eccleſiam convenias, lectionibus divinis & tractatibus aurem præbeas, & de cœleſtibus cogites, hæc eſt obſervatio ſabbati Chriſtiani. *Hom. 23. in cap. 28. Num. circa med. tom. 1.*

S. PETRUS CHRYSOLOG.

73. Tu Chriſtiane diem Domino Dominicum ſerva, ſi vis illum videre Domini diem, ſi vis quidquid eſt Dominicum per Dominum poſſidere. *Serm. 105. in calce, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Colon. 1618.*

74. Idcircò natales Martyrum annuâ lætitiâ celebrantur, ut quod ſemel actum eſt, per omne ævum in memoria maneat devotorum. *Ibidem, ſerm 129. ſub finem, pag. 759. col. 1. littera A.*

75. Ferveat oratio, & feſtum Martyris celebretur: ſed ut non ſit inanis qui celebrat, imitetur. *Ibidem 137. de S. Laurent. in calce, pagina 76[illegible] col. 1. A.*

S. PETRUS DAMIANUS.

76. Chriſtiano ſabbatum agere, eſt à laborioſa rerum temporalium cupiditate quieſcere, ſolis orationum ac lectionum ſtudiis inſudare, ſecularium negotiorum pondus de mentis cervice projicere, ad contemplanda cœleſtia totâ cordia intentione vacare, & carnis oblectamenta contemnere. *Profec.*

77. Qui ab actionum ſecularium laboribus ceſſat, & divinæ ſervitutis operibus vacat, ille Chriſtianæ religionis ſabbatum celebrat. *Lib. 4. Ep. 16. pag. 60. col. 2. B. tom. 1.*

PHILO JUD.

78. Non alia faciamus, quæ feſtis diebus non licet agere. *De migrat. Abraham, ante medium, pagina 557. tom 1.*

79. Feſtum hilaritatem animæ, & erga Deum gratitudinem ſignificat. *Ibidem.*

S. SYNESIUS EPISCOPUS.

80. Ut Deo dignum te feſti celebratorem præbeas, ne à ſobriâ jejunii menſâ ad ebriam & vinolentam te te conferas, quin potiùs craterem ſobriâ mixturâ plenum Deo immortali offeras. *In Concion. Panegyr. in principio, apud Bibl. Patrum, tom 5. part. 1. pag. 81. col. 1. A. editionis Colonienſis 1618.*

S. THEOPHIL. ALEX.

81. Non eſt hæreticorum ulla ſolemnitas, nec qui errore decepti ſunt, illius poſſunt communione lætari. *Epiſt. Paſchal. 1. poſt init. pag. 710. col. 2. E. apud Bibl. Patrum, tom. 4. editionis Colon. 1618.*

S. THOMAS AQUINAS.

82. Feſtum omne veteris Teſtamenti, habet aliquod feſtum ſibi ſuccedens in novo Teſtamento.
- Feſto Phaſe, ſuccedit feſtum Paſſionis Chriſti & Reſurrectionis.
- Feſto Pentecoſtes, in quo fuit data lex vetus, ſuccedit feſtum Pentecoſtes, in quo fuit data lex ſpiritûs vitæ.
- Feſto Neomeniæ ſuccedit feſtum beatæ Virginis, in qua primò apparuit illuminatio ſolis, id eſt Chriſti, per copiam gratiæ.

S. THOMAS AQUINAS.

Feſto Tubarum ſuccedunt feſta Apoſtolorum.
Feſto Expiationis ſuccedunt feſta Martyrum & Confeſſorum.
Feſto Tabernaculorum ſuccedit feſtum Conſecrationis Eccleſiæ.
Feſto Cœtus atque Collectæ ſuccedit feſtum Angelorum, vel etiam feſtum omnium Sanctorum. 1. 2. *quæſt.* 103. *art.* 3. *in corp. ad* 4.

THOMAS À KAMPIS.

83. Ibi eſt magna & vera feſtivitas, ubi eſt puritas innocentis vitæ, libertas bonæ conſcientiæ, jucunditas ſpiritualis lætitiæ. *Serm.* 29. *ad Novit. Diviſ. in princ. tom.* 1.

84. Felix feſtivitas, quando & mentis jucunditas ſentitur, & ſpiritualibus epulis anima invitata largè reficitur. *Proſec.*

85. Non enim feſtum mihi eſt, ſi in corde non eſt: quia idcircò exteriùs recolitur, ut graviùs & jucundiùs intùs celebretur.

86. Nam exteriora feſta, internorum ſunt incitamenta feſtorum, & æternorum quædam præſagia gaudiorum. *Medit.* 4. *de Nativ. cap.* 1. *tom.* 1.

87. Tantò devotiùs quis feſta celebrat, digniúſque in Sanctis ſuis Deum honorat, quantò in ſpiritu plus proficit, & ad amorem æternitatis ſe latiùs extendit. *Ibidem, cap.* 7. &c.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SENECA.

88. Legum conditores feſtos inſtituerunt dies, ut ad hilaritatem homines cogerentur, tanquàm neceſſarium laboribus interponentes temperamentum. *De Tranquillit. animi. cap.* 15. *poſt medium, pagina* 540. *tom.* 1.

89. Quidni ego magnorum virorum imagines habeam (quæ ſunt incitamenta animi) & natales celebrem? ego verò illos veneror. *Epiſt.* 64. *ſub finem, pagina* 639. *tom.* 2.

Fides.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIFFERENTIA, PRODUCTIO, ET COMPARATIO.

ETYMOLOGIA.

S. ANTONIUS DE PADUA.

FIDES componitur ex duplici verbo, facio ſcilicet, & dico: ſi enim facio quod dico, & apprehendo quod tango, tunc eſt fides, & talis fides ſalvat. *Serm.* 24. *poſt Trinit. in calce, fol.* 337. *pagina* 1.

S. AUGUSTIN.

Fides appellata eſt ab eo, quia fit quod dicitur: duæ ſyllabæ ſonant, cùm dicitur fides. Prima ſyllaba eſt à facto, ſecunda à dicto: interrogo ergo te utrùm credas? dicis, credo; fac quod dicis, & fides eſt. *Serm.* 2. *Dom.* 19. *poſt Trinit. & in ordine* 237. *poſt init. pag.* 796. *C. tom.* 10.

CASSIODORUS.

Fides dicta eſt ab eo quòd fiant dicta. *Sup. Pſal.* 37. *poſt med. verſ.* 40. *fol.* 120. *col.* 4.

DEFINITIO.

CATECHISMUS ROMANUS.

Fides eſt donum Dei ac lumen, quo illuſtratus homo firmiter aſſentitur omnibus, quæ Deus revelavit, & nobis per Eccleſiam credenda propoſuit, ſive ſcripta illa ſint, ſive non ſint.

S. AUGUSTIN.

Fides eſt credere quod non vides, cujus fidei merces eſt videre quod credis. *De verbis Apoſtoli ſer.* 27. *in princ. pagina* 261. *A. tom.* 10.

S. BASILIUS MAGNUS.

Fides eſt aſſenſus non hæſitans de his quæ audita ſunt in certitudine veritatis, & prædicata ſunt per gratiam Dei. *De fidei Confeſſione, poſt initium, pagina* 460. *tom.* 3.

S. BERNARD.

Fides eſt voluntaria quædam & certa prælibatio necdum propalatæ veritatis. *Lib* 5. *de Conſid. ad Eugen Pap. ante med. fol.* 282. *columna* 4. *K.*

S. BONAVENT.

Fides eſt eorum, quæ ſperantur hypoſtaſis: rerum, quæ non videntur, redargutio. *Parte* 3. *Centiloquii ſect.* 57. *in principio, pagina* 84. *columna* 2. *littera E. tom.* 6. *parte* 1.

Fides eſt unicum credendium fundamentum, eos collocans in veritate. *Ibidem.*

S. EDMUND.

Fides nihil aliud eſt, niſi credulitas rei, quæ non poteſt videri. *In ſpeculo Eccleſ. cap.* 17. *in medio, apud Bibliothecam Patrum, tom.* 13.

HUGO À S. VICTORE.

Fides eſt in ſtudio ſancto, quæ ex præmiſſorum veritate ad inviſibilia futura mentem facit tendere. *De fruct. carnis & ſpiritus, cap.* 16. *in princ. pag.* 162. *littera E. tom.* 2.

JOAN. CA.

Fides eſt, quæ futuri judicii, ac ſuppliciorum metu, vitiorum facit contagia declinari. *Collat.* 11. *Abb. Charemonis, cap.* 6. *in medio, pag.* 559.

JOAN CL.

Fides eſt animæ nihil hæſitans ſtatus adeò fixus, ut nulla adverſitate motus agitetur. *Gradu* 27. *de differentia quietis. poſt med. apud Bibl. Patrum, tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 289. *columna* 2. *F.*

S. JOAN DAM.

Fides nihil aliud eſt quàm aſſenſio ab omni curioſitate procul diſſita. *Lib.* 4. *Parall. cap.* 12. *ante medium, fol.* 274. *pag.* 2. *B.*

HUGO À S. VICTORE.

Fides eſt certitudo rerum inviſibilium ad religionem pertinentium, ſupra opinionem & infra ſcientiam conſtituta. *In Apologia de Verbo incarnato, in princ. pag.* 49. *D. tom* 3.

Fides eſt certitudo rerum abſentium, ſupra opinionem & infrà ſcientiam conſtituta. *Lib.* 1. *de ſacram. part.* 10. *cap.* 2. *in fine, pagina* 410. *G. tom.* 3.

S. ISID. HISP.

Fides eſt, qua veraciter credimus id quod nequaquàm videre valemus: nam credere non poſſumus, quod videmus. *Libro* 8. *Etymolog. cap.* 2. *verbo Fides, pag.* 102. *columna* 1.

S. MAXIMUS MART.

Fides eſt facultas conjunctiva, ſive habitudo effectrix ſupernaturalis immediatæ perfectæque unionis ipſius credentis erga Deum, cui creditur. *Centuria* 2. *de virtut. & vitiis. cap.* 8. *apud Bibl. Patr. tom.* 7. *pag.* 374. *col.* 2. *E.*

S. THEODORET.

Fides eſt voluntaria quædam animi compoſitio & conventio, vel latentis ac remotæ rei viſio quædam & contemplatio, vel circa id quod verè eſt animi adhæſio & conſtantia, rerumque inviſibilium apprehenſio quædam naturæ compar & congruens. *Serm.* 1. *de curat. Græcarum affectionum, poſt medium, pag.* 349. *col.* 1. *A. tom.* 2.

Fides eſt inſita credentium animis citrà ambiguitatem aliquam diſpoſitio. *Ibidem.*

S. THOMAS AQUINAS.

Credere eſt actus intellectus aſſentientis divinæ veritati ex imperio voluntatis motæ per gratiam. 2. 2. *quæſt.* 2. *art.* 9. *in corp. pag.* 8. *columna* 2.

Fides eſt certitudo animi quædam de abſentibus ſupra opinionem, & infrà ſcientiam. *Ibidem, quæſt.* 4. *art.* 1. *in fine corporis, pag.* 10 *col.* 1.

PLATO.

Fides eſt recta opinio & perſuaſio quòd res ita ſe habet, velut ipſi videtur. *Tom.* 3. *ſizygia* 6. *de Definit. circa med. pag.* 413. *C.*

DIFFERENTIA.

S. BONAVENT.

Aliud eſt credere Deum, aliud credere in Deum, aliud credere Deo. *Proſec.*

Credere Deum, eſt ipſum credere eſſe: credere in Deum, eſt credendo ipſum amare: credere Deo, eſt credere verbis ejus. *Lib.* 5. *Compendii Theolog. veritat. cap.* 21. *in fine. pag.* 759. *col.* 1. *E. tom.* 7.

PRODUCTIO.

S. AMBROSIUS.

Fides eſt radix virtutum omnium. *Lib.* 2. *de Caïn & Abel, cap.* 9. *ante med. col.* 949. *A. tom.* 4.

S. BONAVENT. Fides eſt radix omnium virtutum, quæ ſi evellatur, cæteræ virtutes areſcunt. *Serm. 1. Dom. 24. poſt Pent. poſt init. pag. 211. columna 2. tom. 3.*

HUG. A S. VICTORE.

Fidei comites ſunt,
- Religio.
- Munditia.
- Obedientia.
- Caſtitas.
- Reverentia.
- Continentia.
- Affectus. *De fructibus carnis & ſpirit. cap. 16. in princ. pagina 162. littera E. tom. 2.*

COMPARATIO.

CICERO. Sicut locus ſine portu, navibus eſſe non poteſt tutus; ſic animus ſine fide, ſtabilis eſſe non poteſt. *Lib. 1. de invent. Rhetoric. poſt medium, columna 95. littera D. tom. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

B. ALANUS DE RUPE. 1. Gratior eſt Deo anima com formata fide, quàm totius hierarchiæ natura ſola. *Profec.*

2. Undè æſtimari non poteſt animæ jactura, ſi vel in minima fidei particula dubitet, aut diſcredat. *Part. 3. ſerm. 4. Regina 11. cap. 23. pag. 249.*

S. AMBROSIUS. 3. Fides fundamentum eſt juſtitiæ: juſtorum enim corda meditantur fidem, & eùm ſe juſtus accuſat, juſtitiam ſupra fidem collocat. *Lib. 1. de Offic. cap. 29 poſt medium, col. 20. D. tom. 1.*

4. Ubi fidea, ibi exercitus Angelorum eſt. *De obitu Theodoſii Imperat. ante medium, columna 493. littera B. tom. 3.*

5. Tene clavum fidei, ut te graves hujus ſeculi turbare non poſſint procellæ. *Libro 7. Ep. 44. ad Conſtantium in princ. col. 602. C. tom. 3.*

6. Ubi fides integra eſt, ibi Salvator docet, vigilat, & exultat; ibi requies, ibi tranquillitas, ibi cuoctorum eſt medicina. *Profec.*

7. Ubi autem fidei admixta eſt perfidia, ibi Chriſtus torpet, domit: & pejor eſt ibi metus, ibi tempeſtas, ibi omnium eſt diſcrimeo. *Serm. 11. in fine, col. 702. A. tom. 3.*

8. Fides noſtra, theſaurus eſt.. *Lib. 1. de Abraham, cap. 9. ante finem, col. 1004. B. tom. 4.*

9. Hæreditas majorum, eſt vera fidea. *Sup. Pſal. 36. longe ante med. col. 1301. C. tom. 4.*

10. Ubi vera eſt fides, ibi veri luminis eſt gratia. *Super Pſalm. 118. ſerm. 8. verſ. 7. columna 1489. B. tom. 4.*

11. Citò fides inexercitata langueſcit, & crebris otioſa tentatur incommodis: pax ergo, fidei corruptelæ materia eſt. *Ibidem, ſerm. 11. verſ. 6. in medio, col. 1513. D. tom. 4.*

12. Morale eſt omnibus, ut qui fidem exigunt, fidem adſtruant. *Lib. 2. ſup. Luc. cap. 1. in illud, Exurgens Maria. col. 1635. D. tom. 5.*

S. ANTONIN. 13. Quantò fides eſt nobilior viva, tantò vituperabilior Chriſtianus ex fide mortua, & dignior majori pœna propter majorem ingratitudioem. *Parte 4. tit. 8. de fide, cap. 1. § 6. in fine. fol. 129. col. 1.*

S. ANTONIUS ABBAS. 14. In operibus delinquere, infirmitatis indicium eſt: incredulum verò eſſe, audaciam temeritatis ſignificat. *Serm. de vanitate mundi, ante fin. apud Bibliothec. Patrum, tom. 4. pag. 31. columna 2. E. editionis Colonienſis 1618.*

S. ATHANAS. MAGNUS. 15. Res magnas & apprehenſu difficiles, non niſi fide conſequi datur. *De Incarnat. Verbi, in princ. col. 547. A. tom. 3.*

16. Indicium voluntatis animæ, fidea eſt. *De Paſſione & cruce Domini. poſt initium, columna 666. littera D. tom. 3.*

17. Non poteſt fides venire in dubium, quæ veritatis fulta præſidio, craſſiora mendaciorum nubila, fulgidæ claritatia lumine diſſipat, *Profec.*

S. ATHANAS. MAGNUS. 18. Non enim poteſt propriis carere viribus, quæ non eget extrinſecus ſuffragiorum adminiculis adjuvari. *Diſputat. contra Arium. longe ante med. col. 814. B. tom. 4.*

S. AUGUSTIN. 19. Non ſic videtur fides in corde, in quo eſt, ab eo cujus eſt: ſed eam tenet certiſſima ſcientia, clamatque conſcientia. *Profec.*

20. Rerum abſentium præſena eſt fides; & rerum quæ foris ſunt, intùs eſt fides: & rerum quæ non videntur, videtur fides. *Lib. 13. de Trinit. cap. 1. in medio. pag. 288. C. tom. 3.*

21. Hæc eſt fidea, quæ paucis verbis tenenda in ſymbolo Chriſtiania datur, quæ pauca verba fidelibus nota ſunt, ut eredendo ſubjugentur Deo, ſubjugati rectè vivant, rectè vivendo cor mundent, corde mundato quod eredunt intelligant. *De fide & ſimbolo. cap. 10. in fine, pagina 106. C. tom. 3.*

22. Fides eſt bonorum omnium fundamentum, fides eſt bumanæ ſalutia initium: ſine hac fide nemo ad filiorum Dei numerum poteſt pervenire, ſine fide omnis labor hominis vacuus eſt. *De fide ad Petrum, poſt init. prolog. pag. 148. D. tom. 3.*

23. Fides non eſt quod creditur, ſed quâ creditur, & illud quod creditur, illâ conſpicitur. *Lib. 14. de Trin. cap. 8. in fine. pag. 307. B. tom. 3.*

24. Omnis fidei violator, iniquua eſt. *Lib. 1. de doctr. Chriſtiana. cap. 36. poſt medium, pagina 13. littera B. tom. 3.*

25. Primum & maximum fidei officium eſt, ut in verum credatur Deum. *Lib. 4. de Civit. Dei. cap. 20. in princ. pag. 71. A. tom. 5.*

26. Pejor eſt deſertor fidei, & ex deſertore oppugnator ejus effectua, quàm ille qui non deſeruit fidem, quam nunquàm tenuit. *Ibidem, lib. 21. cap. 25. poſt med. pag. 454. D. tom. 5.*

27. Ad fidem nullus eſt cogendus invitus. *Libro 2. contra Petilian. cap. 83. in princ. pagina 91. littera B. tom. 7.*

28. Quando Deo adjuvante ex vera vivitur fide, ipſe Deus adeſt & menti illuminandæ, & concupiſcentiæ ſuperandæ, & moleſtiæ perferendæ. *Lib. 5. contra Julian. cap. 3. ante med. pag. 726. C. tom. 7.*

29. Tanta eſt fidei Catholicæ ſanitas, quam ſanctus ubique ſeminat Spiritus, non pravitatis hæreticæ vanitas, & præſumptio ſpiritus. *Lib. 1. contra duas Ep. Pelagian. cap. 14 in fine, pag. 592. D. tom. 7.*

30. Si dormiat fides veſtra, dormit Chriſtua in vobis: in quo autem non dormit fidea, vigilat Chriſtus. *Sup. Pſalm. 120. verſ. 4. Ecce non dormitabit, &c. pag. 980. C. tom. 8.*

31. Diabolus nihil aliud agit, niſi ut intercludat viam ne credatur in Deum; ſi enim ereditur io Deum, patet via, & ipſe Chriſtus eſt via: ſi autem non creditur in Deum, intercluſa eſt via. *Sup. Pſ. 134. Expoſit. myſtica, prope medium, verſ. 11. pag. 1070. C. tom. 8.*

32. Intellectus merces eſt fidei: ergo noli quærere ut credas, ſed crede ut intelligas. *Tract. 29. ſup. Evang. Joannis, de cap. 7. paulò poſt medium, pagina 166. D. tom. 9.*

33. Fides meritum eſt, intellectua præmium. *Tract. 48. in princ. de cap. 10 pag. 239. A.*

34. Fides debet præcedere intellectum, ut ſit intellectus fidei præmium. *De verb. Dom. ſerm. 51. in princ. pag. 134. D. tom. 10.*

35. Fides noſtra, fides recta, Catholica, non opinione præſumptionis, ſed teſtimonio lectioois collecta: nec hæretica temeritate iocerta, ſed Apoſtolica veritate fundata. *Ibidem, ſer. 63. poſt init. pag. 158. D.*

36. Nullæ ſunt majores divitiæ, nulli theſauri, oulli honores, nulla mundi hujus major ſubſtantia quàm eſt fides Catholica. *De verb. Apoſt. ſerm. 1. in fine, pag. 170. C. tom. 10.*

S. AUGUSTIN.

37 Fides Catholica
- Peccatores ſalvat.
- Cæcos illuminat.
- Infirmos curat.
- Catechumenos baptizat.
- Fideles juſtificat.
- Pœnitentes reparat.
- Juſtos augmentat.
- Martyres coronat.
- Virgines, viduas, & conjugales caſto pudore conſervat.
- Clericos ordinat.
- Sacerdotes conſecrat.
- Regnis cœleſtibus præparat.
- In æterna hæreditate cum Angelis ſanctis communicat. *Ibidem.*

38. Piſcis bonus, pia eſt fides: vivit inter fluctus, nec frangitur, nec ſolvitur fluctibus, vivit inter tentationes tempeſtateſque hujus ſeculi pia fides: ſævit mundus, & integra eſt. *De verbis Dom. ſerm.* 29. *ante medium*, *pag.* 78. *littera D. tom.* 10.

39. Melior eſt fides, quàm aurum, melior eſt fides quàm aurum, & melior eſt fides quam argentum, quàm pecunia, quàm prædia, quàm divitiæ: & iſta omnia videntur, fides non videtur. *De verbis Apoſt. ſerm.* 17. *ante med. pag.* 235. *B. tom.* 10.

40. Multò plus fulget fides, quàm aurum; aurum latebris tenebreſcit: animum fides ingenito ſplendore conſpicuat; aurum tutò prodi non poteſt, fides bono publico ſemper fulget, dignitatem fidei fiducia ipſa teſtatur. *Ibidem, ſerm.* 26. *in medio*, *pag.* 250. *B.*

41. Initium bonæ vitæ, cui vita etiam æterna debetur, recta eſt fides. *Ibidem, ſerm.* 27. *in principio*, *pag.* 261. *littera A.*

42. Nihil prodeſt verbis proferre fidem, & factis deſerere veritatem. *Serm.* 1. *de Defunctis. & in ord.* 38. *ante finem. pagina* 891. *A. tom.* 10.

43. Fides eſt ſcutum ſub quo tuta eſt juſtitia, ſicut ſub munimine omnium virtutum. *Et hab. in Gloſſ. ord. ſup. Epiſt. ad Epheſ. cap.* 6. *in illud, Scutum fidei, &c. col.* 569. *A. tom.* 6.

44. Fides quando promittitur, etiam hoſti ſervanda eſt, quantò magis amico? *Et habetur in decretis Gratian. part.* 2. *cauſa* 23. *quæſt.* 1. *can. Noli.* §. *Fides folio* 291. *columna* 2.

V. BEDA. 45. Ardua fides robuſtos exigit annos. *In ſuis Proverb. verbo Ardua. pagina* 186. *tom.* 2.

S. BARNARDI. 46. Fides neſcia falli, fides inviſibilia comprehendens, ſenſus penuriam non ſentit. *Profec.*

47. Fides tranſgreditur fines etiam rationis humanæ, naturæ uſum, experientiæ terminos. *Serm.* 28. *ſuper Cant. poſt medium*, *folio* 157. *col.* 4. *L.*

48. Dicamus fidem vitem, virtutes palmites, botrum opus, devotionem vinum. *Ibidem, ſermone* 30. *ante medium. fol.* 159. *col.* 4. *K.*

49. Eſt fides,
- Alia præceptorum. — Qua credimus in Deum.
- Alia ſignorũ — Qua credimus Deum.
- Alia promiſſorum. — Qua credimus Deo. *Ser.* 1. *parvulor. ſer. à medio*, *fol.* 117. *columna* 2. *D.*

50. Fides
- Attingit inacceſſa.
- Deprehendit ignota.
- Comprehendit immenſa.
- Apprehendit noviſſima.
- Ipſam denique æternitatem ſuo vaſtiſſimo ſinu quodammodò circumcludit. *Ser.* 76. *ſup. Cant. fol.* 196. *col.* 2. *D.*

51. Qualis ſit cujuſcumque fides, tribulatio probat: ſi cujus deficit, ficta eſſe dignoſcitur: ſi cujus perſeverat, probata & perfecta cenſetur. *Ep. ad Henric. Senonenſ. Archiep. fol.* 216. *col.* 3. *G.*

52. Continuâ operatione virtutum, & aſſiduâ meditatione Scripturarum ſanctarum fides eruditur, & erudiendo illuminatur, & illuminando augetur, & augendo perficitur, & perficiendo ſtabilitur. *De ordine vitæ, poſt med. fol.* 336. *columna* 4. *L.* S. BARNARDI.

S. BONAVENT. 53. Licèt fides credulitatis in multis videatur eſſe, fides tamen fidelitatis & confidentiæ reperitur in pauris. *Sup. Luc. cap.* 18. *in illud, Putas inveniet fidem in terra? pag.* 218. *col.* 2. *D. tom.* 2.

54. Fides debet eſſe,
- Primò ſolida in credendo vera fideliter.
- Secundò devota in expectando promiſſa certitudinaliter.
- Tertiò magna in operando ardua viriliter. *Serm.* 3. *Dom.* 23. *poſt Pent. ante finem. pagina* 210. *columna* 2. *tom.* 3.

55. Miro modo anima delectatur in intelligendo quod perfectâ fide credit. *Super lib.* 1. *Sentent. in proœmio, quæſt.* 2. *ab initio corpor. pagina* 5. *columna* 1. *B. tom.* 4.

56. Fides non tantùm eſt virtus gratuita, ſed gratuitarum virtutum regula & auriga. *Sup. lib.* 3. *Sent. diſt.* 23. *art.* 1. *quæſt.* 1. *in corpore. pag.* 241. *columna* 2. *littera B. tom.* 5.

57. Nunquàm fides eſſet virtus, quantumcumque intellectum illuminaret, niſi etiam voluntatem quodammodò rectificaret. *Ibid. diſt.* 23. *art.* 1. *quæſt.* 2. *in fine, corporis, pag.* 244. *col.* 1. *D.*

58. Fides
- Hominem ſalvat.
- Mentem purgat.
- Poſtulata impetrat.
- Perſeverantiam dat.
- Temporalia contemnit.
- Hominem juſtificat, & beatificat. *Lib.* 5. *Compend. Theolog. verit. cap.* 20. *in princ. pagina* 758. *columna* 2. *littera B. tom.* 7.

59. Primum Eccleſiæ ornamentum fides eſt, quæ in toto virtutum exercitu prima eſt. Omnes aliæ virtutes eam ſequuntur, & ſine ipſa cœleſtis regni palatium non ingrediuntur. *Profec.* S. BRUNO.

60. Si veniat humilitas, ſi patientia, ſi caſtitas, ſi ipſa charitas, quæ ab Apoſtolo major dicitur, niſi fides adſit, omnes repelluntur, & ingredi non permittuntur. *De ornament. Eccleſ. cap.* 1. *fide in primo. tom.* 3.

61. Tunc fides ſolida eſt, quando amore caſto formido divinitatis adhibetur. *Super Pſal.* 5 *à medio. verſ.* 11. *fol.* 10. *col.* 1. CASSIODORUS.

62. Plus eſt in fide delinquere, quàm carnis fragilitate peccare. *Super Pſalm.* 10. *in concluſ. fol.* 18. *columna* 1.

63. Tantùm creſcit calor fidei, quantùm de flamma ſubtractum fuerit corporali. *Sup. Pſal.* 118. *verſ. Factus ſum ſicut uter. fol.* 186. *col.* 3.

64. In quo non dormit fides, vigilat Chriſtus. *Super Pſal.* 120. *ante med. verſ.* 4. *Ecce non dormitabit, &c. fol.* 195. *columna* 4.

65. Quantò quis propenſior fuerit in expetenda ratione veritatis, tantò erit firmior in conſervanda fide. S. CLEMENS
Lib. 2. *Recognit. ante fin. fol* 56. *pagina* 2. PAPA.

66. Fides eſt doctrinæ Chriſti perfectio, quæ ex ſe ita perfecta & plena eſt, ut illi nihil deſit. *Libro* 1. *Pædagogia, longè poſt initium*, *fol.* 20. *pagina* 2. *littera E.* CLEM. ALEX.

67. Fides principium eſt actionis, & fundamentum prudentia electionis. *Libro* 2. *Stromat. poſt init. pag.* 554. *col.* 1. *D.*

68. Maxima mater virtutum eſt fides. *Ibidem, longè ante med. fol.* 77. *pag.* 1. *B.*

69. Fides eſt baſis, ac ſtabilimentum charitatis. *Ibid. longè ante medium*, *fol.* 77. *pag.* 2. *F.*

S. CYRILLUS ALEX. 70. Proximus ei, qui nullatenùs credidit, eſt qui fidem negavit. *Homil. 9. de feſtis Paſchal. ante finem, pag.* 107.

S. CYRILLUS HIEROSOL. 71. Tantam habet virtutem fides, ut non ſolùm ille qui credit ſalvetur, verùm etiam aliis credentibus, alii ſerventur. *Catecheſ. 5. circa medium, apud Biblioth. Patrum, tom. 4. pagina* 408. *col.* 1. *littera C. edit. Colon.* 1618.

DIONYSIUS CARTHUS. 72. Fides eſt propugnaculum Chriſtianorum contra univerſas inſidias dæmonum. *Sup. Epiſt. 1. Petri. cap. 5. art. 9. poſt medium, fol. 34. H.*

73. Valdè hoc Deo placet, quòd homo de his quæ ad fidem pertinent, & ad divinum honorem, quæ non capit intellectu, humili veneretur affectu. *De perfect. charit. art. 51. in medio. fol. 232. pag. 2.*

S. ELIGIUS. 74. Nemo poteſt ad veram pervenire beatitudinem, niſi per fidem. *Homil. 11. poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 246. col. 1. A. editionis Colonienſis* 1618.

S. EUSEBIUS EMISSEN. 75. Fides Religionis Catholicæ, eſt
- Lumen animæ.
- Oſtium vitæ.
- Fundamentum ſalutis æternæ. *Homil. 2. de Symbolo. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 354. columna 1. littera A. edit. Colonienſis* 1618.

76. Credere Deum quilibet poteſt hominum, credere verò in illum, ſoli te debere noveris Majeſtati. *Proſecutio.*

77. Eſſe Deum credere, & diabolus invenitur: in Deum verò credere, niſi qui piè in eum ſperaverit, non probatur.

78. Et ideò Deum credere, naturaliter ſcire eſt: in Deum verò credere, hoc eſt fideliter eum quærere, & tota in eum dilectione tranſire. *Ibidem, poſt init. pag. 554. col. 1. littera D.*

79. Divinis rebus admiratio adhibenda eſt, non credulitas abneganda: in omnipotentem te credere confirmas; ſed ſi de factis ejus dubitas, imbecillitatem omnipotentis accuſas. *Ibidem*, &c.

S. GAUDENT. 80. Fidem Dei ſervat, qui mandati ejus jura non violat. *Tract. de Machab. circa medium, apud Bibl. Patr. tom. 4. pagina* 825. *columna 2. littera G. editionis Colonienſis* 1618.

81. Inſignior fides eſt, quæ nec in modicis violatur. *Ibidem.*

GLOSS. DECR. 82. Frangenti fidem, fides frangatur eidem. *In decretis Gratiani, fol.* 105. *columna 4. editionis Lugdunenſis* 1540.

GLOSS. INT. 83. Fides eſt via, quâ verbum Dei ad cor aſcendit. *Super Matth. cap. 3. col. 71. A. tom. 5.*

S. GREG. MAG. 84. In unum terra mareque coarctatur, cùm unam eandemque mentem certitudo ſolidæ fidei roborat. *Libro 10. Moral. cap. 8. paulò ante med. num. 13. col. 354. C. tom. 1.*

85. Plus nobis Thomæ infidelitas ad fidem, quàm fides credentium diſcipulorum profuit. *Homil. 26. ſuper Evang. a medio, col. 433. A. tom. 2.*

86. Si credi fideliter confitenti deſpicitur, cunctorum in dubium fides adducitur. *Libro 5. in Regiſtro ind. 14. cap. 115. Ep. 15. ad Joan. Epiſc. Conſtantinop. in princ. col. 832. D. tom. 2.*

87. Qui rectæ confeſſioni credere non conſentit, in eo quod alium improbat, ſe accuſat. *Ibidem, cap. 16. ad Mauritium Auguſt. circa initium, columna* 833. *littera C.*

88. Nullus ambigit infidelitatem eſſe, fidem fidelibus non habere. *Ibidem, paulò poſt med. col.* 833. *littera D.*

89. Fides earum rerum argumentum eſt, quæ apparere non poſſunt: quæ etenim apparent, jàm fidem non habent, ſed cognitionem. *Hom. 26. ſup. Evang. poſt med. col. 433. B. tom. 2.*

90. Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. *Ibidem, in princ. columna 429. littera C.*

HAYMO. 91. Fides principalis eſt virtus; vera eſt enim fides, quæ hoc credit mente, quod non videt corpore. *Serm. Dom. 15. poſt Pent. in fine.*

S. HIERONYM. 92. Si non extorquet fidem prudentia, extorqueat ſaltem verecundia. *Tom. 1. Epiſt. 7. ad Lætam. ab initio. pag. 54. C.*

93. Rara eſt in hominibus fides. *Tom. 1. Epiſt. 13. ad Paulin. à medio. pag.* 103.

94. Fides propriè Chriſtianorum eſt. *Tom. 2. lib. 1. adverſ. Jovian. longè ante medium, pagina 24. littera D.*

95. Fides pura moram non patitur; ut apparuerit ſcorpius, illicò conterendus eſt. *Tom. 2. Ep. 15. ad Pammach. ante med. pag. 165. A.*

96. Illam ſenex tenebo fidem, in qua puer natus ſum. *Tom. 2. Epiſt. 19. ad Pammach. & Ocean. poſt med. pag. 192. D.*

97. Malo exiſtimatione periclitari, quàm fide. *Ibid, in fine, pag. 193. B.*

98. Populi Chriſtiani Religio fides eſt. *Lib. 6. ſuper Hierem. cap. 32. ſup. illud, Et plantabo eos in terra. pag. 351. A. tom. 5.*

99. Etiam inter hoſtes fides ſervanda eſt: & non conſiderandum cui, ſed per quem juraveris fidem. *Lib. 5. ſup. Ezech. cap. 16. ſup. illud, Et factum eſt verbum Domini, &c. pag. 435. B. tom. 5.*

100. Majoris eſt deteſtationis, qui ſub nomine fidelis agit opera infidelium, quàm hi qui apertè gentiles ſunt. *Lib. 3. ſup. Matth. cap 18. can. 10. Num. 184. ſuper illud, Si Eccleſiam non audierit, pagina 54. littera D. tom 9.*

101. Inter fructus ſpiritus, ſeptimum & ſacratiorem locum fides poſſidet. *Lib. 3. ſup. Ep. ad Galat. cap. 5. in illud, Fructus ſpiritus, &c. pagina 196. B. tom. 9.*

S. HILARIUS. 102. Multi ſunt, qui ſimulantes fidem, non ſubditi ſunt fidei, ſibique fidem ipſi potiùs conſtituunt, quàm accipiunt, ſenſu humanæ inanitatis inflati, dùm quæ volunt, ſapiunt; & nolunt ſapere, quæ vera ſunt. *Libro 8. de Trin. circa init. fol. 39. col. 4.*

S. HORMISDA PAPA. 103. Prima ſalus eſt, rectæ fidei regulam cuſtodire, & à conſtitutis patrum nullatenus deviare. *Et hab. in decret. Gratiani. part. 2. cauſa 25. quæſt. 1. can. Prima. folio 325. col. 3.*

HUGO A S. VICTORE. 104. Fides non poteſt deſtrui, licet poſſit impugnari. *De quæſt. circa Ep. ad Galat. quæſt. 8. pagina 316. C. tom. 1.*

IDIOTA. 105. Fides ſanctiſſimum bonum eſt humani pectoris, quæ nullâ neceſſitate ad fallendum cogitur, nec ullo corrumpitur præmio: ſed eſt firmamentum ſtabilitatis & conſtantiæ in animo. *Lib. 1. de Contemplat. Amoris Dei. cap. 1. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 10. pag. 1. col. 2. G. edit. Colon.* 1618.

IOAN. CASS. 106. Fides eſt ſcutum, quæ excipiens ardentiſſima libidinum tela, metu futuri judicii, & cœleſtis regni credulitate mortificat. *Collat. 7. Abbat. Seren. cap. 5. circa medium, pagina* 433.

S. JOANNES CHRYSOST. 107. Fides
- Eſt religionis ſanctiſſimæ fundamentum.
- Charitatis vinculum.
- Amoris ſubſidium.
- Sanctitatem firmat.
- Caſtitatem roborat.
- Dignitatem exornat.
- In pueris ſplendet.
- In juvenibus floret.
- In perfectis apparet.
- Gubernat ſexus.
- Gradus provehit.
- Officia cuncta cuſtodit.
- In paupere grata eſt.
- In mediocri læta.

In

In locuplete honeſta.
Amicitias ſervat.
Collegia copulat.
Artes commendat.
Nullum deſpicit.
Nullum contemnit.
Nulli deeſt, niſi qui ei fortè defuerit.
Mandata tenet.
Præcepta ſervat.
Promiſſa conſummat.
Familiarca efficit Deo.
Amicos conſtituit Chriſto. *Serm. de fide Abrah. in princ. columna* 549. *C. tom.* 1.

S. Joannis Chrysost.

108. Nullus fidei promiſſa percipiet, niſi profeſſionem actibus ſervet. *Ibidem.*

109. Inexpugnabile ſcutum, pia fides. *Serm. de Iob & Abraham, ante fin. col.* 701. *D. tom.* 1.

110. Fides per verbum Dei naſcitur, per pacem ſervatur, & per charitatem nutritur. *Homil.* 26. *ſup. Matth. oper. imperf. in princ. col.* 906. *C. tom.* 2.

111. Seductionibus aut perſecutionibus fides non corrumpitur, ſed purgatur. *Ibidem, poſt init. col.* 907. *littera D.*

112. Sicut ſemper diſcere, ſignum eſt nihil poſſe proficere: ita ſignum ſemper petere, teſtimonium eſt nunquàm velle credere. *Ibidem, Homil.* 30. *poſt initium, col.* 932. *D.*

113. Similis eſt natura infidelitatis terræ arenoſæ, quæ quamvis pluviam ſuſceperit, tamen quia nullos in ſe tenet humores, non fructificat. *Ibidem.*

114. Anima hominis fidelis, ſponſa eſt Chriſti; infidelis autem meretrix eſt. *Ibid.* &c.

115. Nec conſcientiam ſervat, qui Deo fidem non ſervat. *Ibidem, Homil* 32. *a medio, col.* 951. *littera B.*

116. Fides nunquàm ſeneſcit. *Ibid. Hom.* 35. *ante med. col.* 981. *D.*

117. Talis eſt natura fidei, ut quantò magis vetatur eò magis accendatur. *Ibidem, Homil.* 36. *à medio, col.* 990. *D.*

118. Virtus fidei in periculis ſecura eſt, & in ſecuritate periclitatur: quid enim aliud ſic vigorem fidei in hominibus laxat, quàm longa tranquillitas? *Ibidem.*

119. Fides lampas eſt, quia ſicut lampas illuminat domum, in qua eſt, ſic fides illuminat animam cujus eſt. *Ibidem, Homil.* 52. *ante medium, columna* 1115. *littera C.*

120. Fides hominem, qui terrenus eſt, ſi convertatur, Deo familiarem efficit. *Serm. de fide & lege natura, poſt init. col.* 901. *D. tom.* 3.

121. Sicut plantæ rigatæ magis creſcunt: ita & fides oppugnata magis floret. *Serm. in Juventin. & Maxim. poſt init. col.* 938. *A tom.* 3.

122. Fides eſt origo juſtitiæ, ſanctitatis caput, devotionis principium, religionis fundamentum. *Serm. de fide, ſpe & charitate, in principio, columna* 983. *lit. B. tom* 3.

123. Fides innocens eſt ac pura credulitas: hæc excludit dubia, tenet certa, promiſſa conſignat. Hanc qui tenet, felix eſt: qui deſeruerit, miſer. *Ibidem.*

124. Impoſſibile eſt, qui vitam impuram ducit, in fide non vacillare. *Serm.* 1. *de verbis Apoſt. Habentes eundem ſpiritum. ante finem, columna* 1012. *littera C. tom.* 3.

125. Nihil prodeſt vita incorrupta, niſi accedat fidei ſinceritas. *Ibidem, ſerm.* 2. *poſt medium, columna* 1019. *littera A.*

126. Ubi fidei nobilitas quæritur, ibi nemo barbarus, nemo Græcus, advena nemo, nemo civis: ſed in eandem ſimul omnes aſcendere poſſunt dignitatis excellentiam. *Ser.* 2. *ſup. Ep. ad Rom. a medio, col.* 22. *littera D. tom.* 4.

127. Quemadmodum credere mentis eſt ſublimis & magnificæ: ita incredulum eſſe, animi ſtolidiſſimi, levis & ad brutorum amentiam uſque dejecti ſignum eſt. *Ibidem, ſerm.* 8. *in fine. ante morale, columna* 86. *littera B.*

S. Joannis Chrysost.

128. Quantò certiores & magis neceſſariæ res ſunt, tantò fides eſt minor. *Homil.* 6. *ſup.* 1. *Cor. in morali, poſt init. col.* 365. *B. tom.* 4.

129. Fides velut navis tutiſſima eſt, quæ ducit ad portum: igitur qui ex illa deciderint, neceſſe eſt eos naufragium facere. *Hom.* 5. *ſup.* 1. *Tim. circa med. col.* 1456. *D. tom* 4.

130. Fides quod verum eſt indicat, & ex ſincera fide charitas gignitur. *Ibidem, Hom.* 2 *poſt initium, col.* 1437. *littera C.*

131. Fidelis non modò à munere, verùm etiam ex novitate vitæ debet agnoſci *Hom.* 4. *ſup. Matth. poſt med. columna* 43. *C. tom* 2. *Profec.*

132. Fidelem enim non ab his tantùm, quæ accepit à Deo, verùm etiam ab his, quæ attulerit ipſe Deo, convenit refulgere, & undequaque eſſe notum atque manifeſtum, & ab inceſſu, & ab aſpectu, & à veſte, & à voce. *Ibidem.*

133. Fides lumen eſt animarum. *Hom.* 2. *ſup. Matth. oper. imperf. poſt init. col.* 741. *C. tom.* 2.

134. Magnum bonum fides, cùm à vehementi amore, & flagranti animo procedit: ipſa ſapientiam indicat, ipſa humanam detegit humilitatem. *Hom.* 62 *ſup. Joan. circa medium, columna* 302. *C. tom.* 3.

S. Joan. Clim.

135. Fides firma abrenuntiationis eſt mater. *Gradu* 26. *in princ. Recapitulationis, apud Bibl. Patr. tom.* 6 *part.* 2. *pag.* 286. *columna* 1. *littera B. editionis Colonienſis* 1618.

136. Fides eſt inſperatarum rerum induſtrix. *Ibidem, Gradu* 27. *poſt medium, pagina* 289. *columna* 2. *littera F.*

137. Fides orationis eſt penna, quâ ſine in cœlum evolare non poteſt. *Ibidem, Gradu* 28. *circa med. pag.* 291. *col.* 1. *B.*

Joan. Gers.

138. Dubius in fide, infidelis eſt. *De mirabili victoria cujuſdam animis. part.* 2.

Joannes Sarisb.

139. Ex rerum difficultate creſcit meritum fidei. *Ep.* 97. *poſt init.*

Joan. Trith.

140. Sine fidei ſcuto diabolus non vincitur, nec laſcivæ carnis impetus ſuperatur. *Homil.* 3. *ad Monachos, ante med. lib.* 1. *pag.* 419. *col.* 2.

141. Ubi ſana fides non eſt, non poteſt eſſe juſtitia. *Profec.*

142. Si benè credis, & malè vivis, proprio te gladio perimis. *Ibidem, lib.* 2. *ſer.* 1. *poſt init. pagina* 527. *columna* 1.

S. Irenæus

143. Cùm una & eadem fides ſit, neque is qui multùm de ea poteſt dicere ampliùs, neque is qui minùs, deminorat. *Lib.* 1. *adverſ. Hæreſ. cap.* 3. *in fine, pag.* 20.

S. Isid. Hisp.

144. Fides nequaquàm vi extorquetur, ſed ratione atque exemplis ſuadetur: à quibus autem exigitur violenter, perſeverare in eis non poteſt. *Lib.* 2. *de ſum. bono. cap.* 2. *ſent.* 4. *pag.* 637. *col* 2.

145. Sicut nihil proficit fides, quæ ore retinetur, & corde non creditur, ita nihil profutura eſt fides, quæ corde tenetur, ſi ore non profiteatur. *Ibidem, ſent.* 7. *pag.* 637. *col.* 2.

146. Chriſtianus malus, dùm ſecundùm Evangelii doctrinam non vivit, etiam ipſam fidem, quam verbo colit, obortâ tentatione facilè perdit. *Profec.*

147. Multi fide tantùm Chriſtiani ſunt, opere verò à Chriſtianâ doctrinâ diſſentiunt. *Ibidem, ſent.* 12. *pag.* 638. *columna* 1.

Lact. Firm.

148. Cùm inciderit neceſſitas, ut diſcedere à Deo cogamur, nullus nos metus, nullus terror inflectat, quominùs traditam nobis fidem cuſtodiamus. *Profecutio.*

149. Quòd ſi facultas hujus gloriæ deerit, habebit fides, etiam in pace mercedem. *in Epitome. cap. Fides, circa init. pagina* 403.

LACT. FIRM. 150. Inutilis eſt, qui fide caret. *Lib.5.de div. inſt. cap. 20. ante med.pag.*228.

S. LEO I. 151. Magnum præſidium eſt fides integra, fides vera: ſine qua nihil ſanctum, nihil caſtum, nihil vivum eſt. *Ser. 4. de Nativit. in fine.*

152. Uoa eſt, vera, ſingularis, perfecta, inviolabilis, catholica fides, cui nihil addi, nihil minui poteſt. *Ep.83. ad Paleſtin. Monach. ab initio.*

S. MAXIMUS MART. 153. Cæca præditus eſt fide, qui non peragit mandata divina per fidem. *Contur. 3. de virt. & vitio, cap. 45. apud Biblioth. Patrum, tom. 7. pagina 383. col. 1. littera H.*

S. PETRUS CHRYSOLOG. 154. Qui fidem quærit, rationem non quærit: qui divinam poſtular, ſeponit humanam. *Serm.58. in princ. apud Biblioth. Patr. tom.5. part.2. pagina* 702. *columna* 2. *littera G. editionis Colonienſis* 1618.

155. Dux hujus vitæ, fides eſt. *Ibid. ſerm.*110. *in medio, pag.*744 *col. 1, littera B.*

S. PETRUS DAMIANUS. 156. Fides cordis ſine fide oris, aut nulla eſt, aut parva: ſi oris confeſſio ſubſequatur, hæc eſt conſummata juſtitia, perfecta veritas, & vera perfectio. *Proſecutio.*

157. Nihil enim valet fides cordis ſine fide oris: nec fides oris ſine fide cordis: cùm iſta juſtitiam, illa donet ſalutem; quia ſalus à juſtitia, vel juſtitia à ſalute ſeparari non poſſunt. *Serm.* 58. *de S. Andrea. ante med. pag.* 286. *col.2. E. tom.2.*

158. Fides eſt origo virtutum, fides eſt bonorum operum fundamentum, fides eſt totius humanæ ſalutis exordium. *Proſec.*

159. Per cujus ſemitæ lineam, quiſquis cautè non graditur, erroris laqueo neceſſe eſt capiatur.

160. Qui non novit ambulare per fidem, nequaquàm pertingere valebit ad ſpeciem.

161. Sine recta fide quis nec juſtificationis conſequitur gratiam, nec vitam promeretur æternam. *Opuſcul. de fide, in fine præfat. pag.* 385. *col.2. B. tom.* 3.

162. Lux prima mentis fides eſt. *Opuſc.* 60. *cap.*1. *in fine, pag.* 774. *col.1. C tom.*3.

PHILO JUD. 163. Quiſquis Deo credit ex animo, in nulla re creata corruptibilique collocat fiduciam. *De præmiis, ante med. pagina* 1231. *tom.* 2.

164. Credere ſoli Deo, non gloriæ, principatui, amicis, & cæteris plurimis, res eſt animi magni cœleſtiſque, non ineſcati ullis rebus noſtratibus: nihil enim tàm juſtum, quàm fide ſincerâ Deo credere. *Lib. Quis rerum divinar. hæres ſit, longè ante med. pag* 681. *tom.*1.

165. Solum, certum firmumque bonum eſt fides, quâ Deo creditur, vitæ ſolatium, bonæ ſpei ſupplementum, depulſivum calamitatum, felicitatum conciliativum, ſuperſtitionis ablegatio, pietatis aſſertio, proſperitatis hæreditas. *Libro de Abrahamo, ſub fin. pag.* 536. *tom.* 1.

166. Nihil tàm juſtum, quàm fide ſincerâ Deo credere. *Libro Quis rerum divinar. hæres ſit, ante med. pag.* 681. *tom.* 1.

RICHARD. A S. VICTORE. 167. Nihil procuidubio firmiùs tenetur, quàm quod conſtanti fide apprehenditur. *Lib.1. de Trinit. cap.2. in calce, pag.* 339. *col.2. D. parte* 1.

ROBERTUS BELLARM. 168. Multò miſerius eſt, & amarius, circa fidem naufragare. *Conc.1. de lumine fidei, circa medium.*

SALVIANUS. 169. O miſeria, ô perverſitas! homini ab homine creditur, & non creditur Deo: humanis promiſſionibus fides commodatur, Deo negatur. *Lib.2. ad Eccleſ. Cathol. poſt med. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 371. *col.* 2. *E. edit. Colonienſis* 1618.

S THOMAS AQUINAS. 170. Sine fide nullus dicitur fidelis Chriſtianus. *Opuſc. 6. ſup. Symbol. Apoſt. art.* 1. *in princ. tom.* 1.

THOMAS À KEMPIS. 171. Quàm ſæpè ibi non inveni fidem, ubi me habere putavi? quoties etiam ibi reperi, ubi minùs præſumpſi? *Lib.* 3. *de Imit. Chr. cap.*45. *in princ. tom.*2.

S. VALERIAN. EPISCOPUS. 172. Satis ibi vacillat humanum ſtudium, ubi non requiritur Dei auxilium: nam non dubiè periclitatur fides, ſi non muniatur patrocinio divinitatis. *Hom.*11. *à medio, apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *editionis Colonienſis* 1618.

S. VALERIAN. EPISCOPUS. 173. Satis infelix eſt, & alienus à Chriſto, cujus cor adhuc obſidetur ſtultæ incredulitatis errore. *Ibidem, Hom.* 16. *de bono martyrii, prope med. pag.* 494. *col.*1. *D.*

S. ZENO EPISCOPUS ET MART. 174. Nihil difficile eſt fidei, quæ tantùm habet, quantùm credit. *Ser.*3. *de Abraham, ante medium, apud Bibl. Patr. tom.*3. *pag.*86. *col.* 1. *A. edit. Colon.* 1618.

175. Chriſtianæ fidelitatis felicitas maxima eſt, fidei noſſe naturam. *Ibidem, ſerm. de fide, in princ. pagina* 113. *col.* 1. *littera B.*

176. Diſputatio ſicut excolit hominem, ita ſi verſuta ſit, eradicat fidem; quia fides profectò non eſt, ubi quæritur fides. *Ibidem, poſt init.*

177. Fides interit, ſi à ſuo ſtatu aliquando, vel aliquò declinaverit. *Ibidem.*

178. O quam miſera eſt fides, quàm verba concinnant! *Proſec.*

179. O quàm debilis eſt fides, cujus quotidie diſſipantur variis argumentationibus membra!

180. O quàm indefenſa, quæ Regum, judicum, divitum, aliquoties etiam, (quod pejus eſt) & gentium deſiderat per momenta patrocinia!

181. O quàm turpis ac lubrica, de qua ludit aliena ſententia!

182. O quàm adultera, quæ non agnoſcit, quo authore ſit nata!

183. O quàm ridiculoſa, quæ duobus confligentibus Chriſtianis, ab altero eorum, ſi non tranſducitur: perfida, cùm tranſducta fuerit, fides vocatur!

184. O quàm non vera, ſi factionibus pollet!

185. O quàm publicana, cujus fabulantur etiam prophani ſecreta!

186. O quàm præſumpta, quæ mavult magis novellæ traditioni ſuæ credi, quàm antiquitati! *Ibid. in medio, pag.* 113. *col.* 1. *G.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 187. Fundamentum omnis juſtitiæ eſt fides. *Libro* 1. *Offic. ante med. tom.*4.

MIMUS PUBL. 188. Fidem qui perdit, quo ſe ſervet in reliquum? *In ſuis Sentent. Sent.* 120.

189. Fidem qui perdit, nil poteſt ultrà perdere. *Ibid. ſent.* 133.

190. Fidem nemo unquàm perdit, niſi qui non habet. *Ibid. ſent.*136.

SENECA. 191. Fides ſanctiſſimum humani pectoris bonum eſt, nullâ neceſſitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio. *Ep.*88. *à medio, pag.* 741. *tom.*1.

192. Duæ res plurimùm roboris dant animo, fides veri & fiducia. *Ep.*94. *poſt med. pag.* 778. *tom.*2.

SIXTUS PHILOSOPHUS. 193. Fidelis homo, electus homo eſt. *Sentent.* 1. *pagina* 64. *columna* 2. *F. apud Bibl. Patr. tom.*3. *edit. Colonienſis* 1618.

194. Dubius in fide, infidelis eſt. *Ibid. ſent.* 5. *pag.* 64. *col.* 2. *F.*

195. Infidelis homo mortuus eſt corpore vivente. *Ibidem, ſent.* 6. &c.

196. Verè fidelis, qui non peccat, atque etiam in minimis cautè agit. *Ibidem, ſent.*7. *&c.*

197. Fides actus tuos omnes præcedat. *Ibidem, ſent.* 156. &c.

198. Pravo & peſſimo ingenio, fides aliena eſt. *Ibid. ſent.* 160. *pag* 65. *col.* 2.

199. Malè ſentire de fide, amor jactantiæ facit. *Ibidem, ſentent.* 178. *pagina* 65. *columna* 2. *littera H.*

200. Fidelis eſſe magis, quàm videri, ſtude. *Ibidem, ſent.* 179. *pag* 65. *col.* 2. *H.*

201. Non poteſt benè vivere, qui non integrè credit. *Ibidem, ſent.*189. *pag.* 65. *col.*2. *H.*

202. Multitudinem fidelium non invenies: rarum eſt enim, omne quod rarum eſt. *Ibidem, ſent.* 234. *pag.* 66. *col.* 1. *B.*

Digitized by Google

Sixt. Philos. 203. Fratrem volentem à fide recedere, hortare ne faciat,& ſi inſanabilis ſit, magis obſerva. *Ibidem, ſent.* 321. *pag* 66. *col.* 2. *G.*

204 In fide conare omnes homiues vincere. *Ibidem, ſent.* 322.&c.

205. Animam de terra fides elevat ad Deum. *Ibid. ſent.* 388. *pag.* 67. *col.* 1. *C.*

Trismegist. 206. Intelligere Deum, ipſum credere eſt : at non credere, proculdubio ignorare eſt. *De poteſt. & ſap. Dei, cui titulus Pimander. cap.* 9. *circa med.*

Vide etiam tit. Accedere ad Deum. ſentent. 44. *Amiſſio. ſent.* 40. *Authoritas. ſent.* 29. *Bellum. ſent.* 2. *Deſertio Dei. ſent.* 50. *Diſputatio. ſent.* 31. *Dominium. ſent.* 29. *Error. ſent.* 60. *Intellectus. ſentent.* 26. 27. 34. *Mirabilia. ſent.* 30. *Myſterium. ſent.* 9. *Nomen ſent.* 59. *Oblatio. ſent.* 20 21. *Pax ſent.* 123. *Pœnitentia. ſent.* 68 *Requies. ſent.* 68. *Scrutari. ſent.* 46. *Temporale. ſent.* 7. *Victoria in genere. ſentent.* 22. *Vir. ſent.* 21. 22. 23. *Virtutum connexio in genere. ſent.* 18. *Unitas. ſent.* 58.

Fiducia.

Vide Confidentia.

Finis.

DEFINITIO, DIVISIO.

Definitio.

S. Antonin. FINIS eſt ratio volendi ea, quæ ſunt ad finem. *Parte* 1. *tit.* 4. *de Voluntate. cap.* 6. *ſub finem, fol.* 81. *columna* 2.

Dionysius Carthus. Finis eſt ultimata rei perfectio. *De Mortificat. vivifica, art.* 4. *in princ. fol.* 116. *pag.* 2.

S. Hilarius. Finis eſt, quo concluduntur omnia, cujus cauſa cætera ſunt, ad quem univerſa ſpei, rerum, negotiorum opera feſtinant. *Super Pſalm.* 51. *in princ. fol.* 11. *columna* 4.

S. Thomas Aquinas. Finis eſt operatio rei, vel aliquid conſecutum per operationem. 1. 2. *quaeſt.* 56. *art.* 1. *in corp. pagina* 92. *columna* 2.

Divisio.

Hugo a S. Victore. Eſt finis bonus, & eſt finis malus : finis bonus eſt conſummatio virtutum, finis malus eſt profundum peccatorum. *Super Pſalm.* 17. *cap.* 30. *in princ. pag.* 43. *A. tom.* 1.

Duo ſunt fines rerum omnium, ſummum & infimum : alter eſt finis ſupra quem nihil eſt, & alter ſub quo nihil *Profec.*

Finis ſupra quem nihil, ſummum omnium eſt : finis ſub quo nihil, infimum : cœlum ſummum omnium eſt, infernus infimum. *Homil.* 11. *ſup. Eccleſiaſten. paulo poſt init. pag.* 79. *F. & G. tom.* 1.

S. Laurent. Iustin. Triplex eſt finis: ſcilicet
- Conſumptionis.
- Conſummationis.
- Terminationis. *Parte* 1. *de ligno vitæ, tract.* 4. *de charit. cap.* 2. *a medio, pag.* 25. *col.* 1. *F.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius. 1. Habeat caput in omnibus rationem, & finis modum. *Libro* 1. *Offic. cap.* 22. *poſt med. col.* 15. *littera B. tom.* 1.

S. Antonin. 2. Finis etſi ſit primum in intentione, eſt tamen ultimum in executione operantis. *Part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 2. §. 1. *ante med. fol.* 6. *col.* 3.

S. Antonin. 3. Quis finis luxuriæ ? nonne ſtercus ? quis finis deliciarum? nonne cruciatus aliquando ventris & capitis? quis finis dominii? nonne ſervitus ? quis finis honoris ? nonne frequenter confuſio ? quis finis hominis ? nonne cinis ? *Parte* 2. *tit.* 5. *cap.* 14. §. 3. *ante medium, fol.* 206. *columna* 3.

S. August. 4. Non eſt finis miſeriæ, quamdiù finis officiorum noſtrorum in re inſtabili collocatur. *Ep* 56. *ad Dioſcor, poſt init. pag.* 165. *A. tom.* 2.

5. Illud eſt finis boni noſtri, propter quod appetenda ſunt cætera, ipſum autem propter ſeipſum. *Profecutio.*

6. Et illud finis mali, propter quod vitanda ſunt cætera, ipſum autem propter ſeipſum.

7. Finem ergo boni nunc dicimus, non quo conſummatur ut non ſit, ſed quo perficiatur ut plenum ſit : & finem mali, non quo eſſe deſinat, ſed quo uſque nocendo perducat.

8. Fines ergo iſti ſunt, ſummum bonum, & ſummum malum. *Libro* 1. *de Civit. Dei, circa init. pagina* 378. *D. tom.* 5.

9. Noveris non officiis, ſed finibus à vitiis diſcernendas eſſe virtutes. *Profec.*

10. Officium eſt autem quod faciendum eſt. finis verò propter quod faciendum eſt. *Lib.* 4. *contra Iulian. cap.* 3. *longe ante med. pag.* 701. *B. tom.* 7.

11. Bono fine bona concludantur initia, ut principium medio, medium ne diſcrepet ultimo. *Serm.* 8. *ad fratr. in Eremo, in medio, pag.* 291. *B. tom.* 10.

12. Neſcimus quo fine claudamur in hoc exilio. *Apud D. Antonin. parte* 4. *tit.* 4. *cap.* 2. § 4. *in princ. fol.* 39. *columna* 3.

13. In omni motu actionis ſuæ, qui non reſpicit initium, non proſpicit finem. *Libro* 7. *de Civ. Dei, cap.* 7. *poſt medium, tom.* 5.

14. In omnibus prima ſunt initia, ſummaque ſunt fines. *Ibidem, cap.* 9. *poſt init.*

15. Propter finem cætera volumus, ipſum autem non niſi propter ipſum. *Ibidem, libro* 8. *cap.* 8. *circa initium.*

S. Bernard. 16. Vera virtus finem neſcit. *Ep.* 253. *ab initio, fol.* 262. *col.* 1. *B.*

17. Finis, non pugna coronat. *Lib. de Paſſione Dom. cap.* 14. *circa medium, fol.* 64. *columna* 1. *littera B*

S. Bonavent. 18. Immenſum eſt quod ſine termino ſequitur, & parum eſt quidquid finitur. *In collat. de contemptu ſeculi, poſt initium, pagina* 95. *columna* 2. *littera A. tom.* 7. *parte* 3.

19. Hoc verum puto, quod ei non bonus eſt finis, cui ſemper fuit mala vita. *In collat. de contemptu ſeculi, in fine, pag.* 96. *columna* 2. *tom.* 7.

20. Quantò major eſt amor finis, tantò vehementior eſt motus. *De itiner. æternit. itin.* 1. *diſt.* 2. *in principio, pagina* 141. *columna* 1. *littera D. tom.* 7. *parte* 3.

21. Amor movet in finem deſideratum, ſed intentio omnia per quæ amor poteſt conſequi hunc finem deſideratum, ordinat & diſponit ad illius finis conſequutionem. *Ibidem.*

22. Ex fine dicitur actus bonus vel malus. *Libro* 5. *Compend. Theolog. verit. cap.* 14. *in princ. pagina* 756. *col.* 1. *D. tom.* 7. *parte* 4.

23. Si in actionibus finis primus ponatur Deus, & finis ultimus aliquod temporale, perverſiſſimum eſt. *Ibidem, in fine, pag.* 756. *col.* 2. *A.*

S. Cæsarius Arelat. 24 Omnis proſperitas, omniſque laborum felicitas in fine conſiſtit. *Hom.* 29. *poſt medium, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pagina* 775. *columna* 1. *A. edit. Colon.* 1618.

S. Clemens Papa. 25. In omnibus rebus plurima ex parte ad initium reſpicit finis, ſimiliſque principiis rerum exitus datus. *Lib.* 10. *Recognit. ab init. fol.* 162. *pag.* 1.

S. Cyprianus. 26. Ex fine ſuo unuſquiſque aut juſtificatur, aut condemnatur. *Et habet. apud Bedam, tom.* 7. *in ſcintillis, cap.* 22. *col.* 408.

DIONYSIUS CARTHUS. 27. Plus amatur finis, quàm medium. *Sup. Ep.1.ad Cor. cap.9. art.9. in medio, fol.44. D.*

S.EUCHERIUS. 28. Nihil eſt magnum re, quod parvum eſt tempore: nec longis dilatatur gaudiis, quidquid arcto fine concluditur. *In Epiſt. paræneticam ad Valerian. poſt initium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 1. edit. Colon.* 1618.

S. EUSEBIUS CÆSARIENS. 29. Hoc teneo, hoc verum puto, hoc multiplici experientiâ didici, quòd ei non bonus eſt finis, cui mala ſemper fuit vita. *Profec.*

30. Hoc teneo, hoc verum puto, hoc multiplici experientia didici, quòd ei non bonus finis, qui peccare non timuit, ſed in mundi vanitatibus ſemper vixit. *Ep. ad Damaſ. Pap de morte D. Hieron. ante med.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 31. Omnis proſperitas, omniſque laborum felicitas in fine conſiſtit. *Homil. 5. ad Monach. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 583. col. 1. C. edit. Colon.* 1618.

GLOSS. INT. 32. Multi benè incipiunt, & malè finiunt. *Sup. 2. Paralip. cap.14. col 1185. A. tom. 2.*

GLOSS. ORD. 33. Parum eſt quidquid finitur, ſed qui hoc longum putat, de æternis non curat. *Sup. Iob, cap. 6. col. 97. B. tom. 3.*

34. Finis duobus dicitur modis: quando aliquid deficit, vel quando perficitur. *Sup. Pſ. 3. in calce. col. 457. B. tom. 3.*

35. Mundus & infernus ſunt fines diaboli. *Super Pſ. 7. in illud, Exaltare in finibus, &c. col. 483. littera B. tom. 3.*

36. Quantò accedit finis mundi, tantò magis frigeſcit charitas, creſcunt errores, crebreſcunt mala. *Sup. Ioan. cap.6. col. 162. B.*

S. GREG. MAG. 37. Dùm rerum finis attenditur, omne quod præterit, quaſi jàm fuiſſe penſatur. *Lib.4. Moral. cap.30. in fine, col. 128 C. tom.1.*

38. Sancti viri, qui ad æterna cor elevant, quàm breve ſit quod fine clauditur, penſant: & eorum ſenſibus viléſcit quod præterit. *Ibidem, libro 8. cap. 8. prope init. col. 253. D.*

39. Finem ſuum nemo cognoſcit. *Homil. 38. ſup. Evang. in fine col. 527. B. tom. 2.*

40. Pro magno diligi non debet quidquid fine clauditur. *Lib 7. in regiſt. indict. 2. cap. 54. Ep. 54. ad Adeodatam in medio, col. 956. A.*

41. In hac terra, in qua vivimus, finem ſuum mundus non nuntiat, ſed oſtendit. *Lib. 3. dialogi. cap. 38. poſt med. col. 1421. R. tom. 1.*

42. Sicut finis non eſt gaudio bonorum; ita finis non erit tormento malorum. *Ibid lib. 4. cap 44. col. 1458. A.*

43. Juſtum eſt ut culpa, quæ cum fine perpetrata eſt, ſine fine puniatur. *Ibid. ante med. col. 1458. C. verbo Scire.*

44. Iniqui ideò cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt: nam voluiſſent, ſi potuiſſent, ſine fine vivere ut potuiſſent ſine fine peccare. *Ibid.*

S. GREG. NYSS. 45. Ut agriculturæ finis eſt, frugum perceptio: ædificationis, ædium habitatio: navigationis divitiæ, certaminis corona: ſic virtuoſæ vitæ finis eſt, ut ſervus Dei & ſis & voceris. *De vita Moyſis, ſub finem, col. 162. littera B.*

S. GREGOR. TAUMAT. 46. Res humanas cùm adhuc oriri videntur, jàm finis arripit. *Super Eccleſ. cap 2. poſt medium, apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 51. col. 2. littera H. edit. Colonienſis* 1618.

S. HIERONYM. 47. Cujus talia principia, qualia finis erit? *Tom. 1. Epiſt. 3. ad Heliodor. poſt medium, pagina 25. littera A.*

48. Non quæruntur in Chriſtianis initia, ſed finis: Paulus malè cœpit: ſed benè finivit: Judæ laudantur exordia, ſed finis proditione damnatur. *Tom. 1. Ep. 10. ad Furiam, ante med. pag. 80. D.*

49. Habet unuſquiſque noſtrum terminos ſuos: redde mihi meum, & tu tene tuum. *Tom. 2. Ep.2. ad Pammach. ante med. pag. 103. B.*

50. Celerem habituræ res finem, ſine fine quæruntur. *Tom. 4. Ep 1. ad Demetriad. ante med. pag. 17. littera B.* S. HIERONY.

51. Finis in ipſo exordio cogitandus eſt, qualis ad illum ultimum diem pervenire cupis, talis nunc eſſe conare. *Ibidem, ante med. pag. 18. C.*

52. Nihil longum eſt, quod finem habet. *Libro 3. ſuper Ezech. in principio, Proœmii, pag. 400. lit. A. tom. 5.*

53. Bonum omne & veritas certo fine concluditur: malitia verò atque mendacium ſine fine ſunt. *Super Eccleſiaſten, cap. 12. ſup. illud Eccleſiaſtici 20. Ex multiloquio, &c. pag 100. A. tom. 7.*

54. Mala opera malus finis expectat. *Super 2. ad Cor. cap. 11. in illud, Quorum finis, &c. pag. 341. littera B. tom. 9.*

55. Stulti ſunt, qui in media via finem faciunt, ubi non eſt finis; & non proſpiciunt finem ubi eſt finis. *Hom. 12. ſup Eccleſiaſten, longe poſt initium, in illud Pſ. 7 Concepit dolorem, &c. 82. H. tom. 1.* HUGO à S. VICTORE.

56. Enormis eſt fructus viventis, ſi capiti non reſpondeat finis. *De Eleemoſinis, cap. 6. in medio, fol. 96. col. 1.* S. INNOC. III.

57. In omni arte præcedit quidam ſcopus, quem niſi quis omni ſtudio perſeverantiaque ſervaverit, nec ad finem deſiderati fructus poterit pervenire. *Profectio.* IOAN. CASS.

58. Finis Chriſtianæ profeſſionis, regnum Dei, ſeu regnum cœlorum eſt: ſcopus verò, puritas eſt cordis, ſine qua ad illum finem impoſſibile eſt quempiam pervenire. *Collat. 1. Abbat. Moyſis, cap. 4. ab initio, pag. 302.*

59. Incipere multorum eſt, finire verò paucorum. *Homil. 24. ſuper Matth. oper. imperf. ſub finem, col. 896. D. tom. 2.* S. JOANNES CHRYSOST.

60. Semper in principio delectatio eſt, in fine probatio. *Ibidem.*

61. Cor bonæ fidei eſt exitus bonus: quia incipere aliquod bonum non eſt glorioſum, ſed finire. *Ibidem, in fine, col. 897. A.*

62. Frequenter quod incipit homo, corporis voluptas eſt: quod autem finit, animæ virtus eſt. *Ibidem.*

63. Omnibus laborantibus dulcis eſt finis.
- Viator libenter interrogat, ubi ſit manſio.
- Mercenarius frequenter computat quando annus completur.
- Agricola ſemper tempus meſſis expectat.
- Negotiator die ac nocte thecæ ſuæ diſcutit rationem.
- Mulier prægnans indeſinenter de decimo menſe cogitat.
- Servi Dei libenter de conſummatione ſeculi requirunt. *Ibidem, Homil. 48. in princ. col. 1077. littera B.*

64. Audax & temerarius eſt homo, & tale diaboli ingenium eſt, ut eos qui ſibi conſtituti ſunt fines tranſire ſibi perſuadeat. *Hom. 6. ſuper. Ioan, ante med. col. 46. tom. 3.*

65. Quidquid finem habet, non admodùm pretioſum eſt: & quidquid hodie eſt, & cras deſinit, viliſſimum eſt. *Ibid. Hom. 45. in fine. col. 202. D. tom. 3.*

66. Omnia bona tunc mercedem habent, cùm debitum finem conſequuntur. *Ibidem, Hom. 76. in princ. col. 319. B.*

67. Non exordia ſola oportet habere clara, ſed etiam & finem clariorem. *Hom. 24. ſup. Epiſt. ad Hebr. in princ. Moralis, col. 1811. A. tom 4.*

68. Quotquot exordiis finem non poſuerunt competentem & conſequentem, & concinnum, perierunt. *Ibid.* JOAN. TRITH.

69. Nemo ad finem principalem poteſt pertingere, qui finem negligit obſervare. *Parte 1. de regione Clauſtral. tract. 2. Reg. 2. art. 1. ab init. pag. 587. col. 2.*

JOAN. TRITH. 70. Quidquid intentione vanâ incipitur, bono fine rarò conſummatur. *Orat. 5. in Conventu Abbat. habitâ. ante med. pag. 877. col. 2.*

S. ISID. HISP. 71. Unumquemque Deus de ſuo fine, non de vita præterita judicat. *Profec.*

72. In vita hominis finis quærendus eſt, quoniam Deus non reſpicit quales antea viximus, ſed quales circa finem vitæ erimus. *Lib. de ſummo bono. cap. 14. Sent. 6. pag. 644. columna 2.*

73. Immunditia vitæ prioris mutanda eſt per innocentiam boni finis. *Ibidem.*

74. Ex fine ſuo unumquemque aut juſtificat aut condemnat Deus. *Libro 2. de Offic Eccleſ. cap. 16. ſub fin. pag. 605. col. 2.*

S. JUSTIN. MART. 75. Inutile eſt omne quod ſuo fine caret. *In quæſt. à gentibus poſitis. quæſt. ult. Reſponſ. 11.*

S. LAURENT. JUSTIN. 76. In omni re, in quolibet negotio, videndus eſt finis. *De ligno vitæ. tract. 13. de Orat. cap. 10. in princ. pag. 77. columna 1. F. parte 1.*

S. MAXIMUS MART. 77. Finis cujuſvis principii, eſt conſentanei motus complementum. *Centur. 3. de virt. & vitio. cap. 50. apud Bibliothec. Patrum, tom 7. pag. 384. columna 1. B. edit. Coloinenſis 1618.*

S. NILUS. 78. Uniuſcujuſque rei finem ante initium conſidera. *Paraneſ. 30. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. editionis Colon. 1618.*

S. SYNESIUS EPISCOPUS. 79. Finis iis, quæ ſui cauſa ſunt, meritò anteponendus eſt. *De regno ad Arcadium Imperatorem, longè poſt med. apud Biblioth. Patr. tom. 5. part. 1. edit. Colonienſis 1618.*

S. THEODORET. 80. Humana qualiacumque fuerint, finem habent & celerem finem. *Orat. 4. ſup. Daniel. ante medium, in illud, Magna ſunt mirabilia ejus, pagina 402. columna 2. E. tom. 1.*

S. THOMAS AQUINAS. 81. Ea, quæ ſunt ad finem, ſortiuntur bonitatem ex ordine ad finem. *2. 2. quæſt. 81. art. 6. in corp.*

THOMAS A KEMPIS. 82. In omnibus rebus reſpice finem. *Libro 1. de Imit. Chr. cap. 24. in princ.*

83. Sapientis eſt ordinare vitam ſuam, & debitum actibus ſuis imponere finem. *De Exercit. ſpirit. cap. 1. in fine, tom. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 84. Impoſſibile eſt ſubſtantias eſſe abſque fine, ſic etiam ſi finis à ſapiente non præfigatur, ceſſabit ejus inquiſitio; ſiquidem finis præſuppoſitio in ſcientia, adjuvat multum conſiderantem. *Lib. 1. Theolog. cap. 1. ab init. tom. 1.*

85. Finis cujus gratiâ quidquam vel conſtat, vel conditum eſt, boni honeſtique obtinet rationem. *Lib. 1. de part. animal cap. 5. circa medium, tom. 2.*

86. Finis operationis omnis eſt, qui accommodatur habitui. *Libro 3. Ethic ad Nicomach. cap. 7. ante medium, tom 2.*

87. Finis belli, pax: finis negotii, otium. *Lib. 7. Polit. cap. 15. in princ.*

88. Perfectus finis nihil aliud, quàm felicitas eſſe videtur. *Libro 1. magnor. Moral. cap. 2. poſt medium, tom. 2.*

89. Vita propoſito fine carens, inſignis ſtultitiæ argumentum eſt. *Libro 1. Ethic. ad Eudemium, poſt init. tom. 2.*

SENECA. 90. Optimus virtutis finis eſt, antequàm deficias, deſinere. *Lib. 1. Controverſ. 8. ante medium, pag. 83. to. 1.*

91. Nullius rei meditatio tàm neceſſaria eſt, quàm ſui finis. *Ep. 70. à medio, pagina 660. tom. 2.*

92. Propè eſt rerum omnium terminus, propè eſt inquam, & illud undè felix ejicitur, & illud undè infelix emittitur *Ep. 110. poſt init. pag. 840 tom. 2.*

Vide etiam tit. Error. ſent. 2. Exercitium ſent. 19. 20. Incipere. ſent. 5. 8. 9. 17. 19. 22. 34. 37. 38. 42. 44 53. 55 56. 57. 58. 59. 60 61. 62. 64. 65. 66. 70. 72. Opus. ſent. 116. Proſperitas. ſent. 63. Solicitudo. ſent. 3.

Firmitas.

DEFINITIO.

COLLECTOR. FIRMITAS eſt virtus faciens conſtanter perſiſtere in bono contra difficultatem, quæ provenit quibuſcumque impedimentis exterioribus.

Vel.

Firmitas eſt ſtabilitas animi conſtantis, & in opere perſeverans.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. O Domine Deus! firmitas noſtra quando tu es, tunc eſt firmitas: cùm autem noſtra eſt, infirmitas eſt. *Libro 4. Confeſſ. cap. 16. in fine, pagina 72. littera C. tom. 1.*

2. In tribulationibus, in anguſtiis, in tentationibus fortis eſto, perdura, medici manus eſt, non latronis. *Super Pſalm. 39. poſt med. verſ. 16. pagina 243. tom. 8.*

3. Multos impedit à firmitate, præſumptio firmitatis: nemo enim erit à Deo firmus, niſi qui ſe à ſeipſo ſentit infirmum. *Serm. 13. de verbis Dom. circa med. pag. 40. C. tom. 10.*

4. Nemo tanta eſt firmitate ſuffultus, ut de ſtabilitate ſua debeat eſſe ſecurus. *Serm. 2. in ſabbat. poſt Dominicam Quinquag. & in ord. 63. poſt med. pag. 510. littera C. tom. 10.*

5. In cunctis ſemper idem ſis, tàm in proſperis quàm in adverſis. *Serm. 4. ad fratr. in Eremo. in princ. pag. 913. B. tom. 10*

S. BERNARD. 6. Conſtantia nulli cedit, nec minis concutitur, nec donis corrumpitur, nec circumvenitur dolis. *Ep. 130. ad Piſanos. circa medium, fol. 238. columna 4. littera M.*

S. BONAVENT. 7. Vir juſtus in omnibus ſemper manet immobilis: nam ipſum humilitas non deprimit, ipſum honor non ambit, ipſum adverſitas non frangit. *Tit. 5. dieta, cap. 8. in fine, pagina 302. columna 2. littera B. tom. 6.*

S. CYPRIANI. 8. Adverſus omnes diaboli terrores & minas mundi, animus firmus, & immobilis perſtat, quem futurorum fides certa & ſolida corroborat. *De exhort. Martyr. ad Fortunat. cap 12. prope fin. pag. 339. col. 2. tom 2.*

S. EPHREM. 9. Firmo ac ſtabili corde ſimus; nam virtuti adverſatur ſegnities. *De virtute cap. 4. in princ. pag. 279. A. tom 2.*

GILLEBERTUS ANGLUS. 10. Melior eſt infirmitas Monachi, quàm ſecularis firmitas. *Serm. 37. ſup. Cant. ante med. apud D. Bernard. volum. 2.*

S GREGOR. MAGNUS. 11. Nemo poteſt immobilis ſtare, qui mobilia diligit. *Lib. 8. Mor. cap. 24. in fine, col 276. D. tom. 1.*

S. HIERON. 12. Nemo eſt tantâ firmitate ſuffultus, ut de ſtabilitate debeat eſſe ſecurus. *In Regula Monachor. cap. 3. de Caſtitate in fine pag. 269. A. tom. 4.*

HUG A S. VICTORE. 13. Vir conſtans eligit pugnare, ut vincat: laborare, ut quieſcat; mori, ut vivat. *Lib. 3. Miſcellan. codic. 2. tit. 19. per totum. pag. 173. H. tom. 3.*

S IGNATIUS MART. 14. Sta firmiùs velut incus quæ verberatur: magni Athletæ eſt feriri, & vincere. *Epiſt. 11. ad Polycarp. Epiſcop. Smyrn. ante medium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 1. pag. 89. col. 1. littera C. editionis Colon. 1618.*

LACT. FIRM. 15. Firmitas ubi fuerit, nec ſenectus locum poteſt habere, nec mors quæ ſequitur ſenectutem. *De opific. Dei. cap 4. ante fin. pag. 372.*

PHILO JUD. 16. Nihil eſt in rebus genitis firmum, ſed omnia mortalia neceſſarias mutationes admittunt. *De mundi opific. poſt med. pag. 48. tom. 2.*

THOMAS À KEMPIS. 17. Maneas firmus in medio ſanctæ Congregationis, & manebit tecum Dominus: ſi bonus es, mane, & alios ædifica: ſi peccator es & infirmus, mane

ut ædificeris ab aliis. *Serm. 2. ad Novitios, Diviſ. 3. tom. 1.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 18. Nullis in operibus humanis tanta eſt firmitas, quanta eſt in operationibus hiſce, quæ à virtute proficiſcuntur. *Lib. 1. Ethic. ad Nicomach. cap. 10. circa med. tom. 2.*

SENECA. 19. Meritò certiſſima firmitas habetur, quæ omnes incurſus reſpuit. *De Conſtant. ſapient. cap. 3. a medio. pag 544. tom. 2.*

20. Nihil firmi habet, qui in incerta propenſus eſt *Libro 7. de Benefic. cap. 2. circa med. pagina 504. tom. 2*

21 Experimentum tui profectus capias, non oratione, nec ſcripto, ſed animi firmitate. *Ep. 20. in princ. pag. 538. tom. 2.*

22. Non mirum eſt in tranquillitate non concuti: illud mirare; ibi extolli aliquem, ubi omnes deprimuntur: ibi ſtare, ubi omnes jacent. *Ep. 71. poſt med. pag 666. tom. 2.*

23. Nihil firmum infirmo, nihil fragili æternum & invictum eſt. *Ep. 98. à medio, pag. 801. tom. 2.*

Flagellum Dei.

DEFINITIO, DIVISIO, DIFFERENTIA.

DEFINITIO.

COLLECTOR. FLAGELLUM Dei eſt punitio ejus, vel inflictio pœnæ temporalis, hominibus illata ad correptionem.

DIVISIO.

S. ISID. HISP. Gemina eſt percuſſio divina.
- Una, qua percutimur in carne, ut emendemur.
- Altera, ex qua vulneramur in conſcientia ex charitate, ut ardentiùs diligamus. *Lib. 3. de ſum. bono, cap. 2. ſentent. 1. pagina 661. columna 2.*

DIFFERENTIA.

S. BONAVENT. Percuſſionum Dei diverſa ſunt genera.
- Aliquando peccator percutitur, ut abſque retractatione puniatur.
- Aliquando percutitur, ut corrigatur.
- Aliquando percutitur pro futura culpa vitanda.
- Aliquando percutitur, ut potentia divinæ virtutis monſtretur. *Super Joan. cap. 9. poſt init. pag. 367. col. 2.*

S. ISID. HISP. Trimoda ratione Deus quos voluerit percutit: ſcilicet
- Ad damnationem reprobos.
- Ad purgationem electos.
- Ad propagandam meritorum gloriam juſtos *Lib. 2. de ſum. bono. cap. 2. ſent. 3. pag. 661. col. 2.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Bonum eſt flagellari in delicto, ut cum hominibus flagellemur; ne cum diabolo flagellemur, qui cum hominibus noluit flagellari. *De Paradiſo. cap. 14. poſt medium, col. 920. C. tom 4.*

2. Medicina Chriſti correptio eſt: corripit enim Deus, quem vult convertere. *Super Pſal. 37. ante fin. col. 1337. B. tom. 4.*

3. Ne neglexeris diſciplinam Dei, ſevera quidem eſt in corripiendo, ſed dulcis in corrigendo. *Sup. Pſ. 43. poſt init. col. 1367. A. tom 4.*

S. ANTONIN. 4. Magnum eſt argumentum quòd ad majora bona illos Deus conſervat, quos præſentibus bonis privat. *Proſec.*

S. ANTONIN. 5. Quia niſi correptis hæreditatem Deus dare diſponeret, erudire eos per moleſtias non curaret. *Parte 4. tit. 3. cap. 7. § 9. poſt init. fol. 31. col. 2.*

6. Verè Deus Pater eſt his, quos per flagella emendando caſtigat. *Proſec.*

7. Pater enim qui parcit virgæ, odit filium ſuum: qui autem diligit, inſtanter erudit. *Ibidem, in medio, fol. 31. columna 2.*

8. Conſideratio præmii, minuit vim flagelli. *Ibidem, ante finem, fol. 34. col. 1.*

9. Delitias flagella repellunt. *Parte 4. tit. 3. cap. 7. §. 2. poſt initium, fol. 30. columna 1.*

S. ATHANAS. PATRIARCH. 10. Hoc tuo judicio aſſequeris, puniri nos à Deo, non ut pereamus, ſed ut convertamur. *Epiſt. 6. ad Imperat. in princ. apud Bibl. Patrum, tom 13. pag. 490. col. 2. G. editionis Colonienſis* 1618.

S. AUGUSTIN. 11. Malos & iniquos Deus flagellat pœnis temporalibus, quos voluerit: ipſis namque iniquis, ſi correcti non fuerint, ſervat æterna ſupplicia, qui eorum malitia juſtè utitur, ut aliis mala ingerat temporalia. *Epiſt. 70. ad Boniſac. poſt medium, pagina 215. littera A. tom. 2.*

12. Deus creaturam ſuam, quam non vult perire, ſæpè caſtigat, corripit atque flagellat, & flagellando ad ſe reducit. *De Eſſentia divinit. verbo Zelare, pag. 693. A. tom. 4.*

13. Per ſeveritatem & miſericordiam Dei, tribulationum flagellis ſolet perfidia caſtigari. *Libro 2. contra litt. Petilianas. cap. 83. in princ. pagina 91. littera B. tom. 7.*

14. Cùm punit Deus peccatores, non malum ſuum cis infert; ſed mala eorum eos dimittit. *Sup. Pſ. 5. verſ. 9. pag. 19. A. tom* 8.

15. Flagellum Dei medicamentum eſt contra peccata. *Super Pſalm. 37. poſt medium, verſ. 19. pag. 220. C. tom.* 8.

16. Quando parco, cantas & laudas; quando caſtigo, murmuras: quaſi quando parco ſim Deus tuus, & quando caſtigo non ſim Deus tuus. *Sup. Pſ. 49. poſt med. verſ. 18. pag. 128. C. tom.* 8.

17. Illi Deus iraſcitur, quem peccantem non flagellat. *Super Pſalm. 98. poſt medium, verſ. 9. pagina 762. C. tom.* 8.

18. Cùm flagellat Deus filium, curat ſub manu Patris flagellantis: quia qui flagellat, ad hæreditatem erudit; ab hæreditate non repellit filium ſuum, quem caſtigat, ſed ideò flagellat ut recipiat. *Sup. Pſ. 93. ante med. verſ. 14. pag. 723. A. tom.* 8.

19. Sæviat quantum vult Deus, Pater eſt: ſed flagellavit nos, & afflixit nos, & contrivit nos, Pater eſt. *Proſec.*

20. Fili ſi ploras, ſub Patre plora, noli cum indignatione, noli cum typho ſuperbiæ: quod pateris, undè plangis, medicina eſt, non pœna; caſtigatio eſt non damnatio.

21. Noli repellere flagellum, ſi non vis repelli ab hæreditate: noli attendere quam pœnam habeas in flagello, ſed quem locum in teſtamento. *Sup. Pſ. 102. longe poſt med. verſ. 13 pag. 804. C. tom.* 8.

22. Paterna judicia laudentur & in flagello, ſi promiſſa diligantur in præmio. *Sup. Pſ. 118. conc. 3. ante med. pag. 968. D. tom.* 8.

23. Laudas Deum, quando tibi benè eſt: blaſphemas, quando tibi malè eſt. Quod quidem malè, ſi juſtum, non eſt malè: juſtum eſt autem, quoniam ab illo fit, qui injuſtè facere nihil poteſt. *Proſec.*

24. Eris inſulſus puer in domo patris, amans patrem ſi tibi blanditur, & odio habens quando te flagellat, quaſi non & blandiens & flagellans hæreditatem paret. *Sup. Pſ. 32. conc. 1 verſ. 1. Rectos decet collaudatio. pag. 138. C. tom.* 8.

25. Tu ſi promiſſa patris benè agnoviſti, non timeas flagellari, ſed exhæredari. *Proſecutio.*

26. Peccator filius dedignatur flagellari, cùm ſine

peccato videat unicum Filium Dei flagellatum. *Sup. Pſ. 88. conc. 2. poſt initium, pagina 676. littera C. tom.* 8.

S. AUGUSTIN. 27. Sive in Dei donis, ſive in ejus flagellis laudas eum: laus flagellantis, medicina eſt vulneris. *Sup. Pſ. 144. poſt init verſ. 2. pag. 1146. D. tom* 8.

28. Quòd te Deus permiſerit pati, flagellum corrigentis eſt, non pœna damnantis: ad hæreditatem ſempiternam erudimur, & flagellari dedignamur? *Tract. 7. ſuper Evang. Ioannis, de cap. 1. ante med. pag. 43. B. tom. 9.*

29. Qui te flagellat in iſto ſeculo, ad emendationem, non ad damnationem facit: ſerto patrem erudientem, ne ſentias judicem punientem. *Ibidem, tract. 12. de cap. 3. in fine.*

30. Si exceptus es à paſſione flagellorum, exceptus es à numero filiorum: qui flagellat unicum ſine peccato, numquid relinquet adoptivum cum peccato? *De Paſtorib. cap. 5. circa medium, pag. 727. B. tom. 9.*

31. Si Deum diligis, quod facit Deus diligis: & ſi quod facit Deus diligis, diſciplinam Dei flagellantem te diligis, flagellum Dei libenter ſuſtines. *Profectio.*

32. Flagellum ergo Dei ne contemnas, ſed flagellatus dic, Deo gratias: Dilige corripientem, dilige corrigentem, dilige arguentem. *Libro 1. de Viſitat. infirm. cap. 4. circa medium, & ſub finem, pagina 655. tom. 9.*

33. Flagellum Dei gaudenter ſuſcipe, flagellat in te quod neſcis, nec injuſtè. *Ibidem, cap. 6. in princ. pag. 656. B.*

34. Si non vis in flagello Deum recognoſcere, corpore & anima flagellaberis: non enim flagellat Deus bis in idipſum. *Ibidem, cap. 6. circa princ. pagina 656. lit. C.*

35. Melius eſt ut Deus flagellet te, & recipiat te, quàm parcat tibi & deſerat te. *Profec.*

36. Bona dat Deus, blanditur ne fatigemur in via; corripit, cædit, percutit, dirigit, ne aberremus in via. Sive ergo blanditur ne fatigemur in via, ſive caſtiget ne aberremus in via, refugium factus eſt nobis. *Serm. 4. de Verbis Dom. in fine. pag 8. D. tom* 10.

37. Magnæ miſericordiæ Dei eſt, nequitiæ impunitatem non relinquere: & ne cogatur in extremo gehennæ damnare, modò flagello dignatur caſtigare. *Ibidem, ſerm. 37. ante finem, pag. 95. B.*

38. Flagellamur boni ſimul cum malis, non quia ſimul agunt malam vitam, ſed quia ſimul amant temporalem vitam. *Lib. 1. de Civit. Dei, cap. 9. poſt medium, tom. 5.*

39. Deus nec juſto, nec peccatori parcit; illum flagellando ut filium, iſtum puniendo, ut impium. *Lib. 22. contra Fauſt. cap 20 in fine, tom. 6.*

40. Nemo flagellatus dicat indignè ſe accipere diſciplinam. *Annotat. in Iob, cap. 38. circa initium, tom. 4.*

41 Flagellum Dei ad patientiam erudit bonos. *Lib. 1. de Civ. Dei, cap. 8. ab init. tom. 5.*

42. Quod te permiſerit pati Deus, flagellum corrigentis eſt, non pœna damnantis. *Tract. 7. ſup. Ioan. longè ante med. tom* 9.

43. Dominus dat diſciplinam ad tempus, ne damnet in æternum. *Ibidem, tract. 5. poſt meidum, tom. 9.*

V. BEDA, 44. Deus ideò dicitur creans mala, quia pro peccatis noſtris immittit flagella. *In ſuis Prov. verbo Deus, pag.* 188. *tom.* 2.

45. Pœnas graviſſimas quandoque ſunt paſſuri, qui pro ſceleribus ſuis renuunt parva flagella pati. *Ibidem, verbo Pœnas. pag.* 195.

S. BERNARD. 46. Non eris amore dignus, qui indignus caſtigatione cenſeris. *Serm. 42. ſup. Cantica, ante med. fol. 168. col. 4. lit. K.*

47. Flagellantur aliqui non tàm purgandi quàm probandi, coronandique, & major in eis patientia comprobatur & commendatur. *Serm. fer. 4. hebdomadæ pænoſæ. poſt init. fol. 33. columna 4. L.*

S. BERNARD. 48. Illi iraſcitur Deus, quem peccantem non flagellat; nam quem flagellando non emendat, in futuro damnat. *Libro Medit cap. 6. in fine. fol. 354. columna 1. littera B.*

BOETIUS 49. Talia ſunt Dei flagella, ut deguſtata quidem mordeant, interiùs autem recepta dulceſcant. *Libro 3. de Conſolat. Philoſ. Proſa 1. in medio.*

S. BONAVENT. 50. Cùm à Deo quis flagellatur, ſcrutari debet quòd ſit patris percuſſio, peccatorum purgatio, patientiæ remuneratio. *Expoſ. 1. ſup. Pſalm. 118. in illud, Ne calumnientur me ſuperbi, pagina 155. columna 1. littera B. tom. 1.*

51. Quos in præſenti flagella non corrigunt, ad futura tranſmittunt. *Sup. Sap. cap. 12 in fine, pag. 284 col. 2. C. tom. 1.*

52. Omnium flagellorum cauſa, eſt vita perverſa. *Super Lament. Hierem. cap. 1. ante med. pagina 415. col. 1. littera A. tom. 1.*

53. Homo decem de cauſis puniri conſuevit.
- Primò, ad purgationem, ut Maria ſoror Moyſi.
- Secundò, ad probationem, ut Job.
- Tertiò, ad humiliationem, ut Paulus.
- Quartò, ad glorificationem divinæ potentiæ, ut cæcus natus.
- Quintò, ad commendationem divinæ clementiæ, ut Pater Joannis Baptiſtæ.
- Sextò, ad manifeſtationem divinæ juſtitiæ, ſicut Herodes ab Angelo percuſſus.
- Septimò, ad punitionem parentum, ut pueri Sodomitarum.
- Octavò, ad terrorem aliorum.
- Nonò, ad exempla poſteriorum.
- Decimò, ad deteſtationem criminum.

Super Luc. cap. 13. pag. 164. col. 1. A. tom. 2.

54. Unumquemque electum divina gratia tunc magis erudiendo cuſtodit, cùm eum quaſi percutiens deſerit. *Libro 2. Pharetra. cap. 16. in princ. pag. 135. col. 1. C. tom. 6.*

CASSIODORUS, 55. Peccatori gravis manus eſt Dei, quæ flagellat; & ponderoſa, quæ vindicat. *Sup. Pſ. 31 ante med. verſ. 4. fol. 45. col. 3.*

56. Flagella Dei ſunt, quæ nos celeriter ſanant, quæ nos velociter liberant, & in viam veritatis adducunt. *Super Pſ. 31. ante fin. verſ. 13. Multa flagella peccatoris. fol. 46. columna 2.*

57. Frequenter emundat Deus quos flagellat; ut purgatum recipiat, quem peccatis ſordidum reſpuebat. *Super Pſalm. 88. poſt medium, verſ. 42. fol. 137. columna 2.*

58. Flagellat Deus, ut erudiat. *Sup. Pſal. 102. circa med. verſ. 11. fol. 155. col. 1.*

CLEMENS ALEX. 59. A Domino caſtigari, eſt tanquàm à pædagogo erudiri, & à morte liberari. *Lib. 1. Pædagogi, cap. 7. in fine, fol. 24. pag. 1. C.*

S. CYPRIANUS, 60. Amor Dei ingratos proſequitur, & revocat: neque tunc odit, cùm corripit & flagellat. *De baptiſmo Chriſti. cap. 3. ante finem, pag. 459. columna 1. tom. 1.*

S. CYRILLUS ALEX. 61. Verberat Deus ut liberorum amans Pater traducens ad meliora, & abducens à turpioribus eos, qui iis ſunt impliciti. *Lib. 3. ſuper Iſayam, cap 38. circa medium.*

DIDYMUS, ALEX. 62. Omne flagellum quod à Deo infligitur, utiliter infligitur, cùm ſit bonum, vel efficiens bonum, vel prohibens malum. *Libro contra Manichæos, in fine, apud Bibl. Patrum, tom. 4. pag. 268. col. 2. littera H. edit. Colonienſis 1618.*

DIONYSIUS CARTHUS. 63. Periculoſiſſimum eſt, & maximum divini odii reprobationiſque ſignum, non caſtigari, nec argui à Deo in hoc ſeculo. *Sup. Ep. ad Hebr. cap* 12. *art.* 12. *ante med. ſuper in illud, in Flagellat omnem filium, &c. fol.* 127. *lit. C.*

FRANCISCUS TITELMAN. 64. Correptio & diſciplina Domini, peculiare quoddam eſt amicitiæ & filiationis Dei ſymbolum. *In Elucid. ſup. cap.* 5. *Iob. poſt med. in illud, Increpationem Domini ne reprobes. pag.* 1.

65. Vix poteſt in finem perſtare in numero filiorum, qui extra diſciplinam Dei eſt, quique paternâ Dei viſitatione non aliquando corripitur. *In Elucid. ſup. Pſal.* 17. *poſt med. verſ.* 39. *pag.* 160. *ſect.* 1.

66. Corripere ſolitus eſt Deus homines, quemadmodùm pius pater filium corripit peccantem: partim ut quod per iniquitatem juſtitiæ ſubtractum eſt, per vindictæ pœnalitatem reſtituatur. *Profec.*

67. Partim verò ut correptus, offendiſſe ſe ſciat, & quem offenderit agnoſcat: agnoſcens verò, emendare ſtudeat; ne iterum vel eadem, vel prioribus pejora non caſtigatus committat. *In Elucid. ſup. Pſal.* 38. *ante finem. verſ.* 13. *Propter iniquitatem corripuiſti hominem. pag.* 337. *ſect.* 1.

68. Melius eſt temporaliter affligi, quàm æternâ punitione à Deo feriri. *Ibidem, ſup. Pſal.* 43. *poſt med. verſ.* 23. *pag.* 389. *ſect.* 1.

GLOSS ORD. 69. Sic bonos Deus occidit, ut vivos efficiat: & percutit, ut ſanet. *Sup. Deuter. cap.* 32. *in illud, Ego occidam, &c. col.* 1665. *B. tom.* 1.

70 Deus arguit, ut ſervet, non ut perimat. *Super Iob. cap.* 5. *in illud, Beatus qui corripitur a Domino. col.* 84 *E. tom* 3.

71. Hæc Deus facit, ut tu erratorum cognitor conſtitutus, priſtinum ſplendorem recipias. *Ibidem.*

72. Non pro corrigenda culpa, ſed pro augenda gratia juſtus percuſſus eſt. *Ibidem, cap.* 17. *in princ. col.* 191. *lit. B.*

73. Flagella juſtorum, vel præterita purgant, vel futura peccata avertunt. *Ibidem, cap.* 23. *in fine. col.* 242. *lit. D.*

74. Sicut vitiis tentamur, ne intus extollamur: ita extrà flagellis terimur, ne quid extrà quæramus, & mundo blandiente ſeducamur. *Ibid. cap.* 33. *col.* 312. *littera E.*

75. Tantò minùs de flagello quo caſtigamur, murmurare debemus, quantò certiùs in eo paternæ dilectionis pignus tenemus. *Sup. Prov. cap.* 3. *col.* 1614. *D. tom.* 3.

76. Pauca ſunt, quæ in hac vita Deus flagellat; quia ſi qua hîc punit, plura reſervat; & aliquando ferire incipit, quod æterna damnatio conſumit: quædam punit, ne videatur non curare humana; quædam reſervat, ut judicium reſtare ſentiamus. *Super illud Iob* 35. *Nec ulciſcitur ſcelus. col.* 330 *E. tom.* 3.

GLOSS. INT. 77. Miſericorditer corripis, qui flagellas omnem filium, quem recipis. *Sup. Tobiam. cap.* 3. *col.* 1513. *B. tom.* 2.

78. Hæc eſt via veritatis, ut in flagellis animas noſtras humiliemus, & patientiam habere ſtudeamus. *Sup. lib. Iudic. cap.* 8. *col.* 1578. *D. tom.* 2.

79. Pia oratio, quæ optat malis flagella Dei, non ad pœnam eſt, ſed ad correctionem. *Ibidem, cap.* 16. *col.* 184. *D.*

80. De manu ferientis Dei fugit, qui ſe corrigit. *Ibidem, cap.* 27. *in illud, De manu ejus fugiens. columna* 261. *lit. B.*

81. Flagellat Deus quem diligit. *Ibidem, cap.* 27. *in principio.*

S. GREG. MAG. 82. Peccatorem Deus quoties feriendo corrigit, ad hoc flagellum mittit, ut parcat. *Profec.*

83. Cùm Deus peccatoris vitam in peccato permanentem feriendo concludit, flagellum emittit, ſed nequaquam parcit. *Lib.* 18. *Moral. cap.* 13. *in princ. col.* 598. *A. tom.* 1.

84. Cùm perverſum quemquam Deus omnipotens percutit, condolendum eſt miſeriæ pereuntis, & congaudendum juſtitiæ judicis. *Ibidem, lib.* 22. *cap.* 6. *poſt med. col.* 742. *D.* S. GREG. MAG.

85. Ut electus quiſque æterna ſupplicia evadat, & ad perennem gloriam pauper aſcendat, debet hîc aſſiduis flagellis atteri, quatenùs in judicio valeat purgatus inveniri. *Ibidem, lib.* 6. *cap.* 13. *ante finem, col.* 195. *lit. B.*

86. Flagellum tunc diluet culpam, cùm mutaverit vitam: nam cujus mores non mutat, non expiat actiones. *Ibidem, libro* 18. *cap.* 13. *ante medium, col.* 598. *lit. C.*

87. Omnis divina percuſſio, aut purgatio in nobis vitæ præſentis eſt, aut initium pœnæ ſequentis. *Ibidem.*

88. Dùm flagellatur iniquus, & corrigitur: audire præceptum noluit, audit dolorem. *Ibidem.*

89. Quos damnant flagella, & non liberant, his flagella ab hac vita inchoant, & in æterna percuſſione perdurant. *Ibid. circa med. col.* 598. *D.*

90. Tranſitorio hîc verbere affliguntur electi, ut à pravitate flagella corrigant, quos paterna pietas ad hæreditatem ſervat. *Ibidem, lib.* 21. *cap.* 4. *in princ. num.* 4. *col.* 714. *D.*

91. In hac vita dùm ſumus, flagellis atteri neceſſe eſt: cùm verò flagellis atterimur, malis increpantibus admonemur, ne mundo blandiente ſeducamur. *Proſecutio.*

92. Flagella dùm tentant, ſurgentes in corde hujus mundi voluptates eradicant.

93 Per ferientia flagella cognoſcimus quid de hoc mundo fugiamus; per iſta comprimimur, ne quid extrinſecùs appetamus.

94. In laboribus flagellorum non ſolùm nobis noſtra infirmitas innoteſcit, ſed etiam in quanta virtute profecerimus, agnoſcimus. *Ibidem, lib.* 23. *cap.* 17. *in fine. num.* 17. *col.* 792. *C. D.*

95. Unuſquiſque in flagello poſitus, minùs adhuc peccata ſua conſiderat, ſi vel tantùm vel ampliùs ſe percuſſum quàm merebatur exiſtimat. *Profec.*

96. Qui veraciter pœnitet, quantò ſe juſtè ſub flagello feriri cogitat, tantò diſtrictiori examinatione minùs ſe percuſſum quàm merebatur, agnoſcit.

97. Quia conſpicit quàm gravis ſibi culpa fuerit quòd erravit: & idcircò hoc quod patitur, diſtrictum eſſe non ſentit, quia diſtrictè novit penſare quod fecit. *Ibidem, lib.* 24. *cap.* 6. *ante finem. num.* 9. *columna* 802. *lit. D.*

98. Homo juſtus diſciplinæ flagello percutitur, ut poſtmodum vitæ perfectione roboretur. *Ibid. lib.* 35. *cap.* 15. *ante med. col.* 1222. *B.*

99. Per culpam diſcordes Deo extitimus, dignum ergo eſt, ut ad pacem illius per flagella redeamus. *Ibid. lib.* 3. *cap.* 6. *in fine. ſuper illud Job.* 2. *Si bona accepimus, &c.*

100. Duobus modis flagella penſanda ſunt, aut qualia ſint, aut quanta: nam ſæpè multa ex qualitate, ſæpè gravia ex quantitate levigantur: ſi videlicet cùm multa ſunt, non ſint gravia: cùm verò gravia, non ſint multa. *Ibid. cap.* 3. *circa fin. num.* 3. *ſup. illud Iob.* 2. *Percuſſit Iob ulcere peſſimo. col.* 65. *A.*

101. Quiſquis dona percipit, ſed donorum tempore, nequaquàm etiam flagella pertimeſcit, in elationem per lætitiam corruit. *Profec.*

102. Quiſquis autem flagellis atteritur, ſed flagellorum tempore nequaquam ſe ex donis, quæ eum contigit accepiſſe, conſolatur; à ſtatu mentis omnimoda deſperatione deſtruitur. *Ibidem, cap.* 7. *poſt med. col.* 69. *B.*

103. Beatus homo, qui corripitur à Domino: quia per hoc quod peccator dolore correptionis premitur, quandoque ad beatitudinem, quæ ſine interventu doloris eſt, eruditur. *Ibid. lib.* 6. *cap.* 13. *in fine. col.* 195. *D.*

Digitized by Google

S. Greg. Mag.

104. Quiſquis pro culpa percutitur, ſed in querela ſuæ percuſſionis elevatur, increpationem Domini reprobat, quia homo injuſtè ſe perpeti accuſat. *Ibidem, cap. 14. in princ. col.* 195. *D.*

105. Humanum ſpiritum viſitatio ſuperna cuſtodit, cùm hunc virtutibus ditatum, vel flagello percutere, vel compungere amore non deſinit. *Ibid. lib. 9. cap. 29. prope fin. num.* 38. *col.* 329. *A.*

106. Dolor flagelli temperatur, cùm culpa cognoſcitur; quia tantò quiſque patientiùs ferramentum medici tolerat, quantò putridum conſpicit eſſe quod ſecit. *Ibidem, libro* 10. *cap.* 5. *principio. columna* 330. *littera B.*

107. Flagella bonorum aut vitiis perpetrata purgant, aut ea quæ poterant perpetrari futura devitant. *Ibidem, lib.* 16. *cap.* 19. *circa princip. num.* 20. *col.* 543. *D.*

108. In hac vita cùm Deus percutit, ſi percuſſionem correctio ſequitur, diſciplina patris eſt, non ira judicis: amor corrigentis eſt, non diſtrictio punientis. *Ibidem, lib.* 21. *cap.* 17. *in fine. col.* 729. *D.*

109. Qui in flagellis poſitus murmurat, juſtitiam ferientis accuſat. *Ibidem, lib.* 32. *cap.* 5. *in titulo. num.* 3. *col.* 1096. *C.*

110. Quiſquis contra Dei flagella ſemetipſum defendere nititur, flagellantis judicium evacuare conatur. *Profec.*

111. Nam cum culpâ ſuâ feriri ſe denegat, quid aliud quàm Juſtitiam ferientis accuſat? *Ibid. cap.* 5. *prope init. num.* 3. *col.* 1096. *D.*

112. Magna ſatisfactio percuſſionis eſt, voluntas juſta Conditoris: quæ cùm injuſtum facere nil ſolet, juſta agnoſcitur, etiamſi latet. *Ibid. circa med. num.* 3. *col.* 1097. *A.*

113. Agit hæc divina miſericordia, ut ex una eademque re, ex qua carnalibus dat flagellum, ex ea ſpiritualibus virtutis præſtet incrementum. *Hom.* 1. *ſup. Ezech. ante fin. col.* 71. *C. tom.* 2.

114. Si ipſe hinc ſine flagello non exiit, qui venit ſine peccato: quomodo flagellis digni non erunt, qui huc cum peccato venerunt? *Ibid. Hom.* 8. *poſt medium, ſuper illud, Et ſuper firmamentum, &c. columna* 133. *B. tom.* 2.

115. Quiſquis in hac vita flagellis atteritur, in manſuetudine corripitur, quia correptionibus emendatur. *Super Pſalm. ſeptem Pœnitent. ſup. Pſ.* 1. *verſ.* 1. *Ne arguas me in furore tuo, &c. col.* 526. *D. tom.* 2.

116. Sancti viri in hac vita flagellari deſiderant, ut flagellis correcti, & imminentes culpas videant, & commiſſas ante oculos ponant. *Ibid. ſup. Pſ.* 3. *verb.* 18. *in princ. col.* 562. *B.*

117. Sæpè delinquentium oculos flagella aperiunt, quos inter vitia inſolentiæ & ſecuritatis tenebræ claudunt. *Ibidem.*

118. Qui contra Conditoris flagella murmurat, Dei accuſat judicium, quia ſe æſtimat injuſtè percuſſum. *Ibidem, ſuper Pſalm.* 7. *verſ.* 2. *in principio. col.* 625. *lit. A.*

119. Flagella amoris ſunt indicia. *Lib.* 7. *in Regiſtro. Indict.* 2. *cap.* 32. *Ep.* 32. *ad Andræam. ſub finem. col.* 938. *D. tom.* 2.

120. Percuſſiones Dei favente ejus gratia, non damnationis initium, ſed beneficium purgationis exiſtunt. *Ibid. lib.* 8. *Indict.* 3. *cap.* 41. *Ep.* 41. *ad Dominic. Epiſc. Carthag. circa med. col.* 1029. *A.*

121. Percutit Deus, & ſanat: quia quos per compunctionem ſauciat, per indulgentiæ ſecuritatem curat. *Libro* 3. *in* 1. *Reg. cap.* 4. *longè poſt init. ſup. illud Deut.* 32. *Percutiam, & ego ſanabo. columna* 1355. *littera C. tom.* 2.

122. Qui in amore cæleſtium fixus, ſeculum perfectè deſpexerit, flagellis proficit. *In ſeptem Pſalm. ſup. Pſ.* 2. *verſ.* 13. *Sperantem autem in Domino. col.* 550. *D. tom.* 2.

123. Quem divina diſciplina conterit, ei humana flagella addi ſuperfluum eſt. *Lib.* 12. *in Regiſtro. Ind.* 7. *cap.* 26. *Ep.* 26. *ad Maximian. Epiſc. poſt med.*

124. Neceſſe eſt, ut peccantes tunc conſideremus ampliùs miſeros, quando eos conſpicimus in culpa ſua ſine flagello derelictos. *Hom.* 12. *ſup. Ezech. circa med. col.* 189. *B. tom.* 2.

125. Quiſquis appetit plenè vitia vincere, ſtudeat humiliter purgationis ſuæ flagella tolerare. *Hom.* 15. *ſuper Evang. poſt medium, columna* 370. *littera A. tom.* 2.

126. Facilis erit conſolatio, ſi inter flagella quæ patimur, ad memoriam delicta quæ fecimus revocemus: atque hæc non flagella, ſed dona cognoſcemus. *Lib.* 7. *in Regiſtr. Ind.* 2. *cap.* 125. *Ep.* 125. *ad Leandrum Epiſc. circa finem. col.* 999. *D. tom.* 2.

127. In flagellis poſitos, flagellis digna committere, contra ferientem eſt ſpecialiter ſuperbire, & ferientis actiùs iracundiam provocare. *Ibid. lib.* 8. *Indict.* 3. *cap.* 41. *Ep.* 41. *ad Dominic. Epiſc. circa fin.*

Haymo

128. Quinque modis divina flagella homines in præſenti vita tangunt.
- Alii propter ſolam probationem flagellantur.
- Alii ut curantis virtus glorificetur.
- Alii ob humilitatis cuſtodiam.
- Alii propter enormitatem ſcelerum.
- Alii propter præterita peccata remittenda. *Serm. Dom.* 20. *poſt Pent. poſt med.*

S. Hieron.

129. Quantos cernimus diverſorum dogmatum homines, volutari in cœno libidinum, madere ſanguine, feritate lupos, rapacitate milvos vincere, & nihilominùs flagellum non appropinquare tabernaculis eorum, nec eos cum hominibus verberari? *Tom.* 1. *Epiſt.* 33. *ad Caſtrutium in princ. pag.* 204. *D.*

130. Non corripit Deus, ut interficiat, atque diſperdat: ſed ut corrigat? & emendet. *Tom.* 3. *Ep.* 17. *ad Cyprian. poſt med. pag.* 102. *D.*

131. Paterna flagella, exercitia ſunt innoxiæ pietatis: ama medicum percuſſorem, cujus plaga mater eſt medicinæ. *Profec.*

132. Nihil impium pietas parit, ut virtutibus amplexis fructum pietatis ſpiritaliter curatus includat.

133. Ferit pietas, ne impietas judicetur, ſi non corrigat delinquentem: cùm enim non deſit in homine quod curetur, ferit ut curet. *Tom.* 4. *Ep.* 6. *ad Amicum. ante med. pag.* 37. *A. B.*

134. Felix eſt qui vapulat, ubi amoris eſt plaga. *Ibid. ante med. pag.* 38. *D.*

135. Vince, dùm vapulas: ſic enim potentia Chriſtiana alitur incommodis, malis promovetur adverſis. *Profec.*

136. Ipſius eſt ad portum perpetuæ felicitatis per furentia mundi diſcrimina navigare, & ſub ictibus diſciplinæ medicinalis potenter ipſa neceſſitata regnare. *Ibid. circa med. pag.* 40. *C.*

137. Nos urit Dominus, ut curet: tentat, ut liberet: vexat, ut ſalvet. *Ibidem, poſt medium, pagina* 41. *littera B.*

138. Dominus percutit delinquentes, ut percuſſos corrigat: & non tàm pœna eſt, quàm emendatio. *Lib.* 1. *ſup. Iſayam. cap.* 1. *ſup. illud, In quo percutiam vos, &c. pag.* 7. *A. tom.* 5.

139. Deus quos placatus attenderit, corrigit: quos propitius intuetur, emendat. *Lib.* 1. *ſup. Lament. Hierem. cap.* 2. *ſup. illud, Confregit in ira furoris, &c. pag.* 358. *B. tom.* 5.

140. Quod flagellatur quiſque, agnoſcimus: ſed ex qua cauſa flagellum veniat, ignoramus. *Lib.* 2. *ſup. Lament. Hierem. cap.* 3. *ſup. illud, Miſit in renibus meis, &c. pag.* 363. *D. tom.* 5.

141. Famem & peſtilentiam, & beſtias peſſimas, & quidquid aliud malorum ſuſtinemus in ſeculo, propter noſtra venire peccata manifeſtum eſt. *Lib.* 2. *ſup.*

Ezech. cap. 5. ſup. illud, Quando miſero ſagittas famis, &c. pag. 302. D. tom. 5.

S. HIERON. 142. Quando propter peccata corripimur, vigilat ſuper nos Deus, & viſitat nos: quando verò indigni ſumus correptione, à Deo deſerimur, & tunc dormire dicitur. *Sup. Daniel. cap. 9. ſup. illud, Et vigilavit Dominus. pag. 591. C. tom. 5.*

143. Homo ad hoc punit, ut perdat: Deus ad hoc corripit, ut emendet. *Lib. 3. ſup. Oſeam. cap. 11. ſup. illud, Quomodo dabo te Ephraim? pagina 43. littera D. tom. 6.*

144. Omnis correptio ad præſens non videtur eſſe gaudii, ſed mœroris: & poſtea fructum pacificum juſtitiæ reddet his, qui per eam fuerint eruditi. *Lib. 2. ſup. Michaam. cap. 7. ſup. illud Luc. 12. Sint lumbi veſtri præcincti, &c. pag. 163. D. tom. 6.*

145. Tantò minus de flagello quo caſtigamur murmurare debemus, quantò certiùs in eo paternæ dilectionis pignus tenemus. *Lib. 1. ſup. Prov. cap. 3. ſup illud, Quem diligit Dominus corripit. pagina 10. littera A. tom. 7.*

146. Infelix eſt, qui à Deo non corripitur. *Sup. Pſ. 80. verſ. 10. pag. 117. B. tom. 8.*

HUGO A S. VICTORE. 147. Si quis peccans non percutitur, iſte miſer & infelix eſt. *Ibidem, &c.*

148. Peccator ſub flagello poſitus, gratum Deo ſacrificium immolat, ſi de ſua tribulatione Deum laudat. *Sup. Thren. longe poſt med. ſup. illud. 2. Conſurge, lauda. &c. pag. 125 C. tom. 1.*

149. Qui flagellum timent, quomodo pro Chriſto flagella ſuſtinerent? *Lib. 1. de clauſtro animæ. cap. 12. ante med. pag. H. tom. 2.*

150. Peccator, qui in hoc mundo flagellari non meretur, in inferno torquebitur. *Lib. 4. de Anima. cap. 17. in fine. pag. 126. D. tom. 2.*

HUGO CARD. 151. Clementiis eſt, non ſeveritas, quòd peccator hìc pro ſcelere viſitatur. *Sup. Geneſ. cap. 6. fol. 9. col. 2. tom. 1.*

152. Multis de cauſis flagellat hìc Deus.
- Quandoque, ut ipſe Dominus glorificetur.
- Quandoque, ut hominis meritum cumuletur.
- Quandoque, ut homo probetur.
- Quandoque, ut aliis in exemplum detur.
- Quandoque, ut homo humilietur.
- Quandoque, ut pœna futura hìc incipiat, & in futuro conſummetur.
- Quandoque, ut pœnis culpa expietur.

Sup. Levit. cap. 19. fol. 118. col. 1. tom. 1.

153. Solum flagellum, quod pro culpa infertur, propriè pœna dicitur. *Ibidem.*

154. Flagella ſæpè iterat Deus ad timorem incutiendum: ut quos amor non provocat ad bonum, ſaltem timor revocet à malo. *Sup. Deut. in Prologo. fol. 151. col. 2. tom. 1.*

155. Flagella viæ ſunt ad Cælum. *Sup. Iob. cap. 6. fol. 405. col. 1. tom. 1.*

156. Quaſi ligatam habet manum Dominus, cùm peccantem non corripit, quod eſt ſignum reprobationis. *Ibidem.*

157. Flagella Domini vincula dicuntur, quia ligant nos, ne liberè ad peccata effluamus. *Ibidem, cap. 36. fol. 445. col. 4.*

158. Flagella ſigna ſunt paternæ dilectionis: pœnas æternas in temporalea commutant, & gaudis æterna donant. *Super Pſalm. 22. fol. 53. columna 3. tom. 2.*

159. Quantò homo pronior eſt ad flagella toleranda, tantò Deus pronior eſt ad miſerandum. *Sup. Pſ. 37. fol. 100. col. 3. tom. 2.*

160. Flagella ſigna ſunt æternæ beatitudinis. *Ibidem.*

HUGO CARD. 161. Delinquentes non flagellare, hæc magna ira Dei eſt: flagellare autem, miſericordia. *Sup. Pſal. 80. fol. 215. col. 1. tom. 2.*

162. Juſti hìc flagellantur, ne in æternum damnentur: & ut ſi quid in eis purgandum eſt, per flagella purgetur. *Sup. Sapient. cap. 11. fol. 158. columna 4. tom. 3.*

163. Flagella bonorum & brevia ſunt, & ad correctionem, & ſigna, ſive argumenta ſalutis æternæ ſunt: flagella verò malorum, ſigna æternæ damnationis ſunt. *Ibid. cap. 16. fol. 166. col. 2.*

164. Illorum plaga inſanabilis eſt, & peſſima, qui in flagellis Dei non corriguntur, ſed magis indurantur. *Sup. Hierem. cap. 30. fol. 245. col. 1. tom. 4.*

165. Dominus ut amicus, & ut pater corripit, & caſtigat quos amat. *Ibidem.*

166. Dùm Deus peccatores hìc corripit, dolet diabolus, quia ſic flagellatur à Domino. *Sup. Iſay. cap. 13. fol. 34. col. 2 tom. 4.*

167. Patientia paſcitur flagellis. *Sup. Ezech. cap. 22. fol. 82. col. 3. tom. 5.*

168. Genus divinæ caſtigationis, infirmitas corporis, vel damnum rerum, vel quælibet anguſtia & afflictio. *Super Epiſtolam ad Hebr. cap. 12. fol. 272 columna 2. tom. 7.*

IDIOTA 169. Temporaliter Domine Deus tribulas & affligis peccatorem, ut de commiſſis criminibus puniatur: ſed paternè hoc agis, ut deviantem reducas, & errantem corrigas, & de morte æterna eum eripias. *Lib. 2. de contemplat. vera patientia. cap. 6. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 10. pag. 11. col. 2. G. edit. Colon. 1618.*

170. Flagellas filium, quem diligis: das diſciplinam, ut non auferas miſericordiam: cædis contumacem, ut reddas promiſſam hæreditatem. *Profec.*

171. Nec mirum, ſi hìc flagellas parvulos, quos exindè grandes quæris hæredes.

172. Flagellas igitur, & erudis, & cuſtodis, & illis ad tempus parcis, quos æternum damnabis. *Ibid. cap. 1. circa med. pag. 10. col. 2. E.*

173. Dùm aliquos flagellas, ipſos eligis & erudis ad hæreditatem æternam: qui verò cum hominibus flagellari noluerit, cum dæmonibus flagellabitur. *Ibidem, cap. 9. in medio pag. 12. col. 2. G.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 174. Pœnæ & ſupplicia beneficia ſunt, & Dei erga hominem providentia. *Hom. 26. ſup Gen. circa init. col. 200. A. tom. 3.*

175. Tametſi flagella non gaudii ſint occaſiones, ſed triſtitiæ & mœroris: nihilominus flagella propter Deum, & cauſa propter quam flagellatur quis, gaudium pariunt. *Ibidem, Hom. 23. ante medium, columna 171. lit. A.*

176. Non punimur cùm nos Deus flagellat, ſed erudimur: illud enim admonitionis eſt magis, quàm damnationis, medicinæ quàm ſupplicii, correctionis quàm pœnæ. *Hom. 28. ſup. 1. Cor. circa med. in illud 11. Cùm judicamur, à Deo corripimur. &c. col. 543. littera C. tom. 4.*

177. Age, dic mihi, quid habent ſimile homines, propter Chriſtum flagellari, & cum Deo colloqui? *Hom. 1. ſup. 2. Cor. in fine ante morale. columna 686. B. tom. 4.*

178. Non inferuntur verbera, ut animum frangant aut conterant, ſed ut corrigant. *Serm. 6. ſup. Epiſt. ad Philipp. ſub finem. col. 1165. B. tom. 4.*

JOAN. GERS. 179. Omninò impoſſibile eſt non flagellari, vel hìc ad pœnitentiam, vel in futuro ad exterminationem. *Lib. 3. de Conſolat. Theolog. Proſa. 4. ante finem. part. 3.*

JOAN SARISB. 180. Flagellum æternum declinate caſtigatione præſenti: nam certiores ſumus de venia, quò gravius affligimur præſenti corporis pœnâ. *Ep. 49. in princ. apud Bibliothecam Patrum, tom. 15. pag. 508. col. 1. D. edit. Colon. 1622.*

JOAN. TRITH. 181. Frequenter miſericors Deus eos, quos diligit,

variis modis in hoc mundo percutit, quibus æterna præmia in cælo præparavit. *Lib. 1. Hom. 10. ad Monachos. circa med. pag. 451. col. 1.*

JOAN. TRITH. 182. Deus quos amat ſic ferit, ut caſtiget, non occidat: ergo felix eſt, qui vapulat, ubi amoris eſt plaga. *Proſec.*

183. Beatus, quem ſuperni verberis remedium curat, corrigit, emendat atque componit. *Lib. 2. de Tent. Religioſ. cap. 1. ante fin. pag. 697. col. 1.*

184. Qui vult eſſe in ſorte filiorum, priùs fiat de numero ſub Dei verbere gaudentium. *Ep. 3. ad quaſdam Moniales. in fine. pag. 925. col. 2.*

S. ISIDORUS HISPALENS. 185. Miſerere Domine miſero Iſidoro, indigna agenti & indigna patienti: aſſiduè peccanti, & tua flagella quotidie ſuſtinenti. *Lib. 3. de ſum. bono. cap. 1. ſent. 2. pag. 661. col. 1.*

186. Ordinata eſt miſeratio Dei, quæ priùs hîc hominem per flagella à peccatis emendat, & poſtea ab æterno ſupplicio liberat. *Ibidem, ſent. 3. pag. 661. columna 1.*

187. Nequaquàm Deus delinquenti parcit: quoniam peccatorem aut flagello temporali ad purgationem ferit, aut judicio æterno puniendum relinquit. *Ibidem, ſent. 4. &c.*

188. Juſto temporalia flagella, ad æterna proficiunt gaudia. *Ibidem, ſent. 5. &c.*

189. In hac vita Deus parcit impiis, & tamen non parcit electis: in altera verò vita parcit electis, non tamen parcit impiis. *Ibidem, ſent. 6. pagina 661. col. 1.*

190. Quantò quiſque aut in corpore, aut in mente flagella ſuſtinet, tantò & in fine ſe remunerari ſperet. *Ibidem, ſent. 9. &c.*

191. Valdè neceſſarium eſt, juſtum in hac vita, & vitiis tentari, & verberari flagello: ut dùm vitiis pulſatur, de virtutibus non ſuperbiat. *Ibidem, ſent. 12. pag. 661. col. 2.*

192. Duriùs circa ſuos electos in hac vita Deus agit, ut dùm fortioribus flagelli ſtimulis feriuntur, nulla oblectamenta præſentis vitæ delectent, ſed cæleſtem patriam (ubi certa requies expectatur) indeſinenter deſiderent. *Ibidem. ſent. 13. &c.*

193. Electos ſuos Deus probat, dùm in hac vita illos judicii flagello caſtigat. *Ibidem, ſent. 14. &c.*

194. Flagellatur homo plerumque à Deo ante peccatum, ne malus ſit; flagellatur etiam & poſt peccatum, ut corrigatur. *Ibidem, cap. 2. ſent. 4. pag. 661. columna 2.*

195. Deus ideò plerúmque juſtum flagellat, ne de juſtitia ſuperbiens cadat. *Ibid. ſent 5. &c.*

196. In hac vita Deus tantò magis ſtudet, ut parcat: quantò magis expectando flagellat. *Ibidem, ſent. 8. &c.*

197. Alios Deus feriendo corrigit, alios verò feriendo interficit. Feriendo namque corrigit, quos diligit: alios feriendo perimit, quos incorrigibiliter delinquentes aſpicit. *Proſec.*

198. Quoſque non jàm ſub diſciplina, ut filios pater; ſed diſtrictâ damnatione, ut hoſtes & adverſarios percutit.

199. Undè unuſquiſque feſtinet & timeat, ne ſimul feriatur vita ejus cum culpa.

200. Flagellum namque tunc delet culpam, cùm mutaverit vitam: nam cujus mores non mutat, actiones non expiat. *Ibidem.*

201. Omnis divina percuſſio, aut purgatio vitæ præſentis eſt, aut initium pœnæ ſequentis: nam quibuſdam flagella ab hac vita inchoant, & in æterna percuſſione perdurant. *Ibid. ſent. 7. pag. 662. col. 1.*

202. Quamvis una culpa bis non percutitur, una tamen percuſſio intelligitur, quæ hîc cœpit, illic perficitur: ut in his qui omninò non corriguntur præcedentium percuſſione flagellorum, ſequentium ſit initium tormentorum. *Ibidem, ſent. 8. &c.*

203. Quibuſdam ſecreto Dei judicio hîc malè eſt, illic benè: ut dùm hîc caſtigati corriguntur, ab æterna damnatione liberentur. *Proſec.*

204. Quibuſdam hîc benè eſt, illic malè, ſicut diviti illi accidit, qui hîc potentiæ claritate conſpicuus, poſt mortem gehennæ incendiis traditur cruciandus. S. ISID. HISP.

205. Quibuſdam verò & hîc malè & illic malè eſt: quia corrigi nolentes, & flagellari in hac vita incipiunt, & in æterna percuſſione damnantur. *Ibidem, ſent. 9. pag. 662. col. 1.*

206. Quamvis flagella præſentia juſtum à peccatis abſolvunt, adhuc tamen ſub metu vindictæ turbatur, ne inſtantes ei plagæ non ſufficiant ad purganda delicta. *Ibidem, ſent. 12. &c.*

207. Murmurare in flagellis Dei peccator homo non debet, quia maximè per hoc quòd corripitur, emendatur. *Ibidem, capite 4. ſent. 1. pagina 663. columna 1.*

208. Sunt neceſſarii mali, ut quoties boni offendunt, flagellentur ab illis. *Proſec.*

209. Sed quoties ita fit, de Dei indignatione procedit: ut Deus per illos in eos ſæviat, quos flagellando emendare deſiderat. *Ibidem, cap. 57. ſent. 7. pag. 688. columna 2.*

210. Si hîc flagellis atterimur, purgati in judicio inveniemur. *Proſec.*

211. Semper Deus hîc vulnerat, quos ad ſalutem perpetuam parat. *Lib. 1. de ſynonim. ante med. pagina 308. columna 1.*

212. Converſum à peccatis flagella abſolvunt: converſo inſtantia flagella ad purgationem proficiunt. *Proſec.*

213. Qui enim hîc caſtigatus corrigitur, illic liberabitur: qui verò nec ſub flagello corriguntur, & temporali pœnâ & æternâ damnabuntur.

214. His duplex damnatio eſt, gemina his percuſſio eſt: quia hîc habent initium tormentorum, & illic perfectionem pœnarum. *Ibidem, ante med. pagina 308. columna 2.*

215. Debet unuſquiſque peccator temporalibus flagellis atteri, quatenùs in judicio purgatus valeat inveniri. *Sap. Deuter. cap. 22. in fine. pagina 488. columna 2.*

216. Bonos, quos diligit Deus caſtigat ſæpiùs, & aſſiduis laboribus, ad uſum virtutis exercet: nec eos caducis ac mortalibus bonis corrumpi ac depravari ſinit. *Proſec.* LACT. FIRM.

217. Undè nemini mirum debet videri, ſi pro noſtris ſæpè delictis caſtigamur à Deo: imò verò cùm vexamur ac premimur, tùm maximè gratias agimus indulgentiſſimo Patri, quòd corruptelam noſtram non patitur longiùs procedere, ſed plagis ac vulneribus emendat. *Lib. 5. de divin. Inſt. cap. 23. in medio. pagina 234.*

218. Temporaliter Deus punit, ne in perpetuum damnet. *De triumphali Chriſti Agone. cap. 5. poſt med. pag. 289. col. 1. D. part. 1.* S. LAURENT. JUSTIN.

219. Optimum ſalutis præſidium ſunt divinitùs irrogata flagella. *Proſec.*

220. Purgantur enim electorum palmitum infœcundi rami, ut uberem agricolæ procreent fructum: nam qui inculti remanent, prorſùs ſuo exciduntur tempore, & in ignem mittuntur *De interiori conflictu. cap. 6. ante fin. pag. 365. col. 1. D. part. 1.*

221. Dignum profectò eſt, ut quos divina beneficia non corrigunt, hos varietates temporum, clades diverſæ, aſperitates bellorum, calamitatum preſſuræ, ad ſui provehant cognitionem erroris. *De obedient. cap. 6. ante fin. pag. 619. col. 1. B part. 2.*

222. Nullus, niſi ſit attritus flagellis, fructum conſummare poteſt germinatæ juſtitiæ. *Serm. de vita ſolitar. cap. 11. a medio. pagina 490. columna 1. littera A. part. 2.*

223. Si infirmetur caro, corpus ulceribus impleatur, caput doleat, hebetet viſus, obturetur auditus,

impediatur greſſua, membraque ſingula contrahantur: nihilominùs lætare & lauda, quoniam emendaris ut filius, flagellaris ut electus. *Ibid. cap.* 12. *ante med. pag.* 489. *col.* 2. *C.*

S. LAURENT. IUSTIN. 224. Quemadmodùm continuus ſucceſſus temporalis, indicium damnationis eſt: ita flagelli eruditio, indubium prædeſtinationis agnoſcitur eſſe præſagium. *De contemptu mundi. cap.* 19. *ante med. pag.* 525. *col.* 2. *E. part.* 2.

225. Divini flagelli quis valet enarrare præconia? Eſt
- Munus Dei.
- Filiorum præcipuum ſignum.
- Lumen mentis.
- Peccatorum venia.
- Emendator ſceletum.
- Origo virtutum.
- Concupiſcentiarum interemptor.
- Salus animarum.
- Nutrimentum ſpei.
- Robur fidei.
- Charitatis augmentum.
- Præcurſor veritatis.
- Additamentum ſapientiæ.
- Paſſionum carnalium antidotum. *Ibid. cap.* 19. *ante med. pag.* 525. *col.* 2. *D.*

226. Iſto flagello deficiente, multiplicantur delicta, mentis denſatur cæcitas, mundi inardeſcit cupiditas, & ſuperbiæ accreſcit tinea. *Ibidem.*

LUDOV. BLOS. 227. Nudâ fide, nudaque charitate Deo adhærens, permitte te tundi, & flagellari, ſicut ipſe voluerit, & quandiu ipſe voluerit: Purgat, expolit, & probat te Deus, non deſerit. *In Canon. vitæ ſpirit. cap.* 9. *ante fin.*

S. MAXIMUS MART. 228. Flagellatio corporis, his qui perferunt, robur eſt animi. *Centur.* 1 *de virt. & vitio. cap.* 17 *apud Bibl. Patr. tom.* 7. *pag.* 368. *col.* 1. *A. edit. Colon.* 1618.

ORIGENES. 229. Nemo ita ineruditus divinæ ſit diſciplinæ, ut flagella divina perniciem putet, ut verbera Domini pœnalem credat interitum. *Hom.* 3. *in cap.* 1. *Exodi. poſt med. tom.* 1.

PETR. BLES. 230. Animos electorum Deus flagellis interrogat. *Ep.* 138. *ad Gualter. Rothomag. Archiep. circa med. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *edit. Colon.* 1618.

231. Juſtum ideò flagellat Deus,
- Ut ſe cognoſcat.
- Ut ſuos exceſſus corrigat.
- Ut alios ſuo exemplo deterreat.
- Ut virtus ejus innoteſcat.
- Ut vexatio det intellectum ad cautelam.
- Ut cautela ad coronam & gloriam cedat. *Ibidem.*

232. Flagellis nos Dominus erudit ad ſalutem: dejicit enim ut erigat, vulnerat ut ſanet, ut preſſura vertatur in gratiam, & afflictio in coronam. *Ibidem, Ep.* 141. *ad quendam Prior. ante medium, pagina* 818. *columna* 2. *G.*

233. Qui inter flagella Dei murmurant & blaſphemant, pœnis præſentibus pœnas gehennales accumulant. *Ibidem, de charit. cap.* 30. *in medio. pagina* 988. *columna* 1. *C.*

PETRUS CELL. 234. O quàm pia manus Dei, quæ ideò verberat miſericorditer, ne puniat crudeliter: ideò flagellat temporaliter, ne conflet æternaliter. *Profec.*

235. Piè nunc ſævit, ut impios ad pietatem convertat, & impietatem malorum ad juſtitiam bonorum reflectat. *De Panibus. cap.* 17. *circa medium, apud Bibliothecam Patr. tom.* 15. *part.* 2. *pag.* 660. *col.* 1. *C. edit. Colon* 1618.

S PETRUS CHRYSOL. 236. Domine ne in ira tua arguas me) Hoc eſt dicere; Argue me, ſed non in ira: corripe me, ſed non in furore. *Profec.*

237. Argue me ut pater, non ut judex: corripe me non ut Dominus, ſed ut parens.

238. Argue me non ut perdas, ſed corripias: corripe me non ut interimas, ſed emendes. *Serm.* 45. *circa medium, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 695. *col.* 1. *A. edit. Colon.* 1618.

239. Magna electis Dei eſt conſolatio, ipſa divina percuſſio: quia per momentanea flagella, quæ perferunt, ad nanciſcendam ſupernæ beatitudinis gloriam, firmæ ſpei greſſibus convaleſcunt. *Lib.* 8. *Ep.* 6. *circa init. pag.* 127. *col.* 1. *C. tom.* 1. S. PETRUS DAMIANUS.

240. Sicut duris & obſtinatis flagella gehennalium ſunt tantummodo primitiæ tormentorum: ſic bonis & rectis eadem flagella, cæleſtium ſunt materia præmiorum. *Ibidem, poſt init. &c.*

241. Laudanda eſt divina diſpenſatio, quæ ad hoc ſuos temporaliter verberat, ut perpetuis eos flagellis abſcondat: ad hoc premit, ut elevet: ad hoc ſecat, ut ſanet: ad hoc dejicit, ut exaltet. *Ibidem, circa medium, pag.* 127. *col.* 2. *A.*

242. Dùm verberibus cingeris, dùm cæleſtis diſciplinæ tunſionibus caſtigaris, non mentem deſperatio deprimat, non querela murmurationis erumpat, non triſtitiæ mœror abſorbeat, non impatientem puſillanimitas reddat: ſed ſemper ſerenitas in vultu, hilaritas in mente, gratiarum actio exultet in ore. *Ibidem.*

243. Fili, cave contemnas diſciplinam Domini, & caſtigatus ab eo noli deſpondere animum: quem enim diligit, arguit, & flagellat omnem charum filium. *De congreſſu quærenda, &c. ſub fin. pag. pag.* 621. *tom.* 1. PHILO JUD.

244. Deus noſter, cùm ſit optimus animarum medicus, unicum finem habet propoſitum, ut radicitùs mentis infirmitates exſecet, ne ex reliquiis repullulet malum immedicabile. *Lib. Quod Deus ſit immutabilis. ante med. pag.* 423. *tom.* 1.

245. Quicunque peccatorum ſumus nobis conſcii, precemur Deum ut puniat nos potiùs, quàm incaſtigatos prætereat. *Lib. Quòd deterius potiori, &c. poſt med. pag.* 257. *tom.* 1.

246. Qui perſonam ſuſcipere dignatus eſt Patris, S. PAULIN. nihil circa filios non miſericorditer facit: flagellat adoptatos potiùs, quàm deſerat abdicandos. Non ipſe nos obliviſcitur, ſed ut gratiæ ejus non obliviſcamur, facit. *Sup. Pſ.* 102. *verſ.* 14.

247. Quantò mundi malis juſti acerbiùs urgentur, RICHARDUS À quantò gravioribus flagellis atteruntur, tantò ad Dei S. VICTORE. amorem vehementiùs accenduntur. *Lib.* 2. *de contemplat. cap.* 24. *ante med. pag.* 260. *col.* 1. *B part.* 1.

248. Deus non minùs bonus eſt, cùm nos flagellat, ROBERTUS quàm cùm parcit. *Sup. Pſ.* 53. *verſ.* 6. BELLARMIN.

249. Oſtendit nobis Deus per flagella quid mereamur, etſi non irrogat quæ mereamur. *Profec.* SALVIANUS.

250. Clementiſſimâ enim ac benigniſſimâ caſtigatione mavult nos corrigere, quàm perire: & non clementis cenſuræ temperamento emendare, quàm plagâ juſtæ coërcitionis occidere.

251. Quid miramur, ſi peccantes nos Deus verberat, cùm ipſi peccantes ſervulos verberemus?

252. Homunculos nos flagellari à Deo nolumus, cùm ipſi conditionis noſtræ homines flagellemus. *Lib.* 4. *de Gubern. Dei. poſt initium, apud Bibliothecam Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 335. *columna* 2. *G. edit. Colon.* 1618.

253. Curare nos vult caſtigationibus ſuis Dominus, ſed curam remedia non ſequuntur: urimur & ſecamur, ſed nec ferri ſectione, nec cauteriorum aduſtione ſanamur: immò quod eſt gravius, curâ ipſâ deteriores ſumus. *Ibidem, lib.* 7. *prope initium, pag.* 352. *col.* 2. *E.*

254. Quid querimur quòd durè agat nobiſcum Deus; cùm multò nos cum Deo duriùs agamus? *Ibid. lib.* 4. *ante med. pag.* 337. *col.* 1. *D.*

255. Perſpicuum eſt cuncta quæ affliguntur, judicio Dei percuti, ſed tamen propter peccata ſubverti. *Ibidem, libro* 7. *circa medium, pagina* 355. *columna* 2. *G.*

256. Caſtigationes infligit peccatoribus Deus, ut S. THEODORET pravitatis

pravitatis curſum abſcindat. *Lib. 4. ſup. Hierem. cap. 14. in princ. pag. 279. col. 1. B. tom. 1.*

S. THEODORET. 257. Punicos Deus, miſeretur: & caſtigatione utens, conſolatur. *Ibidem, lib. 10. cap. 52. in fine. pag. 300. col. 2. E.*

258. Pœna, divinæ cognitionis eſt magiſtra. *Sect. 2. ſup. Ezech. Et ſcietis, quia ego ſum Dominus. pag. 317. col. 1. B. tom. 1.*

259. Utilis quæ à Deo adhibetur diſciplina, pœnitentiæ eſt mater *Ibidem, in illud; Et recordabuntur me, &c.*

260 Maxima conſolatio iis eſt, qui puniuntur, punientis Dei cognitio. *Ibidem, Et ſcietis quia ego Dominus. pag. 317. col. 2. G.*

261. Correptio à Deo adhibita, beneficii mater eſt. *Sup. Zachar. cap. 9. poſt init. pag. 497. col. 1. A. tom. 1.*

S. THOMAS AQUINAS. 262. Temporalia mala in pœnam infliguntur impiis, inquantum per ea non adjuvantur ad conſecutionem vitæ æternæ: juſtis autem, qui per hujuſmodi mala juvantur, non ſunt pœnæ, ſed magis medicinæ. *1. 2. Quaſt. ult. art. ult. in corp ad 3.*

263. Humiliatur anima & purgatur per flagella, confunditur ſuperbia, & evaneſcit vana gloria. *In valle liſor. cap. 3. ſect. 2. tom. 2.*

IN VITIS PATR. 264. Ut corpora nitro, vel aliis hujuſmodi lenimentis abluuntur à ſordibus: ita animæ languoribus, aliiſque hujuſmodi caſtigationibus purificantur. *Lib. 2. cap. 1. de vita Ioannis. longe poſt init. pag. 451. col. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SENECA. 265. Deus nos tentat, verberat, & lacerat, patiamur: non eſt ſævitia, certamen eſt; quò ſæpiùs adierimus, fortiores erimus. *Lib. de divina provid. cap. 4. ante finem. pag. 386. tom. 1.*

266. Hos Deus, quos probat, amat, indurat, recognoſcit, exercet: eos autem, quibus indulgere videtur, quibus parcere, molles venturis malis ſervat. *Ibid. ante med. pag. 385. tom. 1.*

Vide etiam Tit. Afflictio. ſent. 24. Correptio. ſent. 121. Dilectio Dei. ſent. 60. Ferire. ſent. 9. 16. 17. 27. Iudicium extrem. ſent. 113. Iuſtificatio. ſent. 26. Paſſio in genere. ſent. 58. Patientia Dei. ſent. 15. Perfectio. ſent. 22. Pœna. ſent. 55. Prædeſtinatio. ſent. 42. Proſperitas. ſent. 83. Providentia Dei. ſent. 59. Punitio. ſent. 48.

Fœmina.

Vide Mulier.

Fornicatio.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO, DIFFERENTIA, PRODUCTIO, COMPARATIO.

ETYMOLOGIA.

S. ANTONIUS DE PADUA. FORNICATIO dicitur, quaſi formæ necatio, id eſt, animæ ad ſimilitudinem Dei formatæ mortificatio. *Serm. Dom. 4. poſt Paſcha poſt med. fol. 151. pag. 1.*

HUGO CARD. Dicitur fornicatio à fornicibus, in quibus pagani turpitudinem exercebant. *Sup. Marc. cap. 7. fol. 101. col. 2. tom. 6.*

DEFINITIO.

S. BONAVENT. Fornicatio eſt luxuria, qua ſolutus cognoſcit ſolutam naturali uſu. *Part. 1. Centiloquii ſect. 24. poſt init. pag. 65. col. 2. A. tom. 6.*

HUGO CARD. Fornicatio eſt omnis uſus carnalis commixtionis, præter legitimum concubitum. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 1. fol. 16. col. 1. tom. 7.*

Fornicatio eſt amor à legitimo connubio ſolutus & vagus, explendæ libidinis conſectando licentiam. *Sup. Marc. cap. 7. fol. 101. col. 2. tom. 6.*

DIVISIO.

S. BERNARD. Fornicatio:
- Alia eſt ſpiritus. — Fornicatio ſpiritus eſt, deſerto Deo adhærere diabolo.
- Alia eſt corporis. — Fornicatio corporis eſt, cum meretricibus, vel fœminis, à legitimis viris abſolutis ſola libidinis explendæ cauſa commiſceri.

Ser. 4. ſup. Salve Regina poſt med. fol. 365. col. 4. lit. M.

Fornicatio triplex eſt.
- Humana fit illicito actu. — Primâ peccatur in proximum. — Prima facit carnis immunditiâ.
- Mundana perverſo affectu. — Secundâ in ſeipſum. — Secunda mundi concupiſcentiam.
- Divina ſcelerato cultu. — Tertiâ in Deum. — Tertia idololatriam.

Serm. de B. M. virg. ante med. fol. 352. col. 4. lit. K.

HUGO A S. VICTORE. Fornicatio triplex eſt.
- Lubrica opere.
- Phantaſtica cogitatione.
- Apoſtatica diſceſſione. *Lib. 3. Miſcellan. codic. 2. tit. 35. in princ. pag. 176. D. tom. 3.*

IOAN. CASS. Fornicationis genera ſunt tria.
- Primum, quod per commixtionem ſexus utriuſque perficitur.
- Secundum, quod abſque fœmineo tactu, quòd immunditia nuncupatur.
- Tertium, quod animo & mente concipitur. *Collat. S. Abbat. Serapionis. cap. 11. circa med. pag. 398.*

DIFFERENTIA.

S. HIERONYM. Tanta diſtantia eſt inter fornicantem & detrahentem, ut ille qui fornicatur, ſe tantùm occidat: ille autem qui detrahit, & ſe & illum qui audit, demergat. *Sup. Pſ. 100. verſ. 5. pag. 147. A. tom. 8.*

S. ISID. HISP. Hoc inter fornicationem carnis, & fornicationem animæ diſtat; quòd fornicatio carnis adulterium ſit, fornicatio animæ ſervitus idolorum. *Libro 2. de ſum. bono cap. 39. ſent. 18. pagina 655. columna 2.*

PRODUCTIO.

IOAN. CASS. De Gaſtrimargia fornicationem neceſſe eſt pullulare; quamobrem ut fornicatio ſubruatur, gaſtrimargiæ vitium eſt caſtigandum. *Collat. 5. Abbat. Serapionis cap. 10. poſt init. pag. 395.*

De fornicatione philargyriam neceſſe eſt pullulare quare ut evellatur philargyria, fornicatio compeſcenda eſt. *Ibidem.*

S. NILUS. Fornicatio, gulæ ſoboles eſt. *Orat. 2. de fornicat. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 974. col. 2. G. edit. Colon. 1618.*

COMPARATIO.

S. EPHRAM. Cani ſimilis eſt fornicatio: ſi blandiaris, manet apud te: ſi pellas, fugit. *Cap. 9. ſup. Attende tibi, ſtatim à medio pag. 315. C. tom. 2.*

S. IOAN. CLIM. Qui ventri dùm obſequitur, fornicationis ſpiritum vincere vult, is ei ſimilis eſt, qui oleo incendium extinguere nititur. *Gradu 14. in medio. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 2. pag. 266. col. 1. D. edit. Colon. 1618.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Fuge fornicationem tanquam furioſam dominam, quæ ſi te comprehenderit, nec die, nec nocte

requieſcere ſinit, exagitat, urit, incendit. *De fuga ſeculi cap. 4. in princ. col. 201. D. tom. 1.*

S. ANSELMUS. 2. Jurè debetis fornicationis malum fugere, quia nullum peccatum ita corpus lædit & deturpat, ut fornicatio. *Sup. 1. Cor. 6. in illud, Fugite fornicationem.*

S. AUGUSTIN. 3. Longè minùs peccat quilibet aſſiduus ad uxorem, quàm vel rariſſimus ad fornicationem. *De bono conjugali cap. 11. poſt init. pag. 552. D.*

4. Vera non eſt caſtitas animi fornicantis. *Lib. 4. contra Julian. cap. 3. poſt med. pag. 703. B. tom. 7.*

5. Fornicatio nulli impunè conceditur. *De conflictu vitior. & virt. cap. 24. poſt medium, pagina 715. A. tom. 9.*

6. Qui fornicans dicit ſe pœnitentiam acturum, quare non timet ne eum ſubitanea febricula, vel aliquo caſu ſubita mors ſuperveniens rapiat, & pereat dilatio, & ſuccedat æterna damnatio? *De honeſt. mulier. capite 4. in principio. pagina 723. littera B. tomo 9.*

7. Fornicatio hominem demergit ad pœnam, in infernum profundat, dæmonibus jungit. *Serm. 65. ad fratr. in Eremo. circa medium, pagina 1007. littera B. tom. 10.*

8. Fornicari hominibus nunquàm licet. *Et hab. in decret. Gratiani part. 1. diſt. 50. Can. Fornicari. fol. 97. columna 1.*

V. BEDA. 9. Recordare quia brevis voluptas fornicationis, ſed perpetua eſt pœna fornicatoris. *Lib. 1. ſup. Proverb. cap. 6. Pretium ſcorti, &c. col. 653. tom 4.*

S. BERNARD. 10. Fornicatio carnis, adulterium eſt: fornicatio animæ, ſervitus idolorum eſt. *Serm. 23. ad Sororem. in princ. fol. 87. col. 3. lit. I.*

11. Prima fornicationis tela, oculorum ſunt: ſecunda, verborum; ſed qui non capitur oculis, poteſt reſiſtere verbis. *Ibidem.*

12. Omnis immunda pollutio, fornicatio dicitur, quamvis quiſque diverſa turpitudinis voluptate perfruatur. *Ibidem.*

13. Fornicatio inter cætera ſeptem vitia maximum ſcelus eſt. *Ibidem, &c.*

14. Fornicatione coinquinari, deterius eſt omni peccato: fornicatio major eſt omnibus peccatis: fornicatio grande peccatum eſt; fornicatio omnia mala ſuperat. *Priſce.*

15. Fornicatio gravior eſt morte; melius enim eſt mori, quàm fornicatione maculari: melius eſt mori, quàm per fornicationem animam perdere. *Ibidem, poſt init. fol. 87. col. 4. K.*

16. Oculi nuntii ſunt fornicationis, viſio enim occaſio eſt fornicationis. *Ibidem.*

17. Viſio impura oculorum ſagittas mittit fornicationis in mentem: oculus enim prima eſt ſagitta fornicationis. *Ibidem.*

S. BONAVENT. 18. Appetitus fornicationis, anxietas eſt: ſatietas, pœnitentia. *Lib. 2. Pharetræ cap. 13. in fine. pag. 133. col. 1. E. tom. 6.*

19. In fornicationis opere totus homo abſorbetur à carne, qui fornicatur ut jàm homo non poſſit animus ſuus eſſe: ſed ſimul totus homo poſſit dici caro. *Ibidem.*

20. Cùm dæmones de omni peccato gaudeant, præcipuè tamen gaudent de fornicatione, quia ibi corpus & anima maculatur, & ideò maximè cavendum. *Ibidem, in calce pag. 133. col. 2. A.*

S. CÆSARIUS ARELAT. 21. Ille qui fornicatur, à diabolo poſſidetur. *Hom. 23. à medio. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 769. col. 1. A. edit. Colon. 1618.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 22. Hoſtem fornicationis fugiſſe, viciſſe eſt. *Hom. 3. de Paſcha. poſt init. pag. 558. col. 1. D. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. edit. Colon. 1618.*

GLOSSA ORD. 23. Multò majoris opprobrii eſt, qui ſub Evangelio, quàm qui ſub lege fornicatur. *Sup. Joſue. cap. 5. col. 35. A.*

24. Brevis voluptas fornicationis, ſed perpetua pœna fornicatoris. *Sup. Prov. cap. 6. ſub fin. col. 1631. A. tom. 3.*

GLOSS. INT. 25. Vires fornicantium deficiunt, ſed deſiderium ardeſcit. *Sup. Oſeam cap. 4. col. 1727. A. tom. 4.*

GLOSS. ORD. 26. Etſi cætera peccata per corpus generantur, non tamen animam ita carnali concupiſcentiæ faciunt obſtrictam & obnoxiam, quemadmodùm in ſolo opere fornicationis corporalis fit. *Sup. 1. ad Cor. cap. 7. col. 241. C. tom. 6.*

27. Libidinis vi mens in corpore carnalis fornicationis, in tantum captivatur, ſubmergitur, & abſorbetur, ut in ipſo momento nihil aliud cogitare homini liceat. *Ibidem, cap. 7. col. 242. D.*

S. GREG. MAG. 28. Fornicatio quò fœdior cernitur, eò à reprobis ſtudioſiùs occultatur. *Lib. 6. in 1. Reg. cap. 2. longè ante med. ſup. illud, Implevi verbum Domini. col. 158. lit. B. tom. 2.*

29. Antiquus hoſtis maximam partem humani generis per robur carnis in fornicationem præcipitat. *Ibidem, lib. 5. cap. 3. in fine. col. 1520. C.*

30. Altum eſt fornicationis blandimentum, dùm in hoc anima per deſiderium mergitur, quaſi in profundum radicibus tenetur. *Ibidem, cap. 4. ſup. illud 2. Petr. 2. A quo quis vincitur, ejus ſervus efficitur, &c. col. 1558. D.*

31. Fornicationis ſpiritus, quem invaſerit, ei nulla virtutum dona derelinquit. *Ibidem.*

32. Fornicationis pugna valdè fortis & violenta eſt. *Ibid. lib. 6. cap. 1. poſt init. ſup. illud, Quomodo reſtitit ei in via. col. 1568. C.*

33. Ad extinguendum fornicationis ſpiritum, virtus una non ſufficit. *Ibidem, lib. 5. cap. 4. longè poſt med. ſup. illud, Congregatoque exercitu percuſſit Amalech. col. 1557. C.*

34. Caſtè vivere volentibus contra fraudes fornicationis ſpiritus ſubtiliter vigilandum eſt. *Ibidem, lib. 6. cap. 1. poſt init. col. 1569. D.*

S. GREG. NYSS. 35. Fornicator eſt
- In ædibus fugiendus.
- In congreſſibus abominandus.
- Contumelia appropinquantibus.
- Inimicis approbrium.
- Cognatis probrum.
- Amicis dedecus.
- Familiaribus execrandus.
- Dolor parentibus.
- Famulorum ludibrium.
- Vicinis ridicula narratio. *De fugienda fornicat. circa med. col. 562. C.*

HAYMO. 36. Concupiſcere mulierem, humana tentatio eſt: fornicationem verò perpetrare, diabolicum eſt. *Serm. Dom. 10. poſt Pentecoſt. in Appendice. ante finem.*

S. HIERON. 37. Fornicatio eſt cibus dæmonum. *Tom. 3. Ep. 24. ad Damaſ. Pap. ante med. pag. 129. A.*

38. Vires in fornicatione deficiunt, & fornicandi deſiderium non quieſcit. *Lib. 1. ſup. Oſeam. cap. 4. ſup. illud, Et non ſaturabuntur. pag. 16. C. tom. 6.*

39. Fornicatio pervertit ſenſum, animumque debilitat. *Ibidem.*

40. Multi propter res venereas corpore debilitati, cum perditione animæ carnem quoque frangunt, cui ſerviunt. *Sup. Nahum. cap. 3. ſup. illud, Væ civitas ſanguinum. pag. 175. D. tom. 6.*

41. Recordare quia brevis voluptas eſt fornicationis, & perpetua pœna fornicatoris. *Lib. 1. ſup. Prov. cap. 6. ſup. illud, Pretium enim ſcorti, &c. pag. 15. D. tom. 5.*

42. In fornicatione & adulterio, non idcircò diverſa fornicatio, vel adulterium ſi pulchra vel dives, deformis aut pauper, meretrix vel adultera ſit. *Sup. Ep. ad Tit. cap. 2. in illud, Non contradicentes. pag. 252. D. tom. 9.*

HUGO A S. VICTORE.

43. Vitium fornicationis non meliùs vincitur, quàm ſugiendo; fuge materiam, fuge ſocum. *In annot. ſup. Ep. ad Cor. ante med. in illud, Fugite fornicationem. pag.* 269. *H. tom.* 1.

HUGO CARD.

44. Cùm omnis peccata fugienda ſint, quæ non maculant niſi animam; multò magis fornicatio, quæ maculat corpus & animam. *Super* 1. *Cor.* 6. *fol.* 87. *col.* 3, *tom.* 7.

S. INNOC. III.

45. Venter opiparè ſatur, libenter venerem amplexatur. *Lib.* 2. *de contemptu mundi. cap.* 21. *ante med. pag.* 90.

46. Semper fornicationem præcedunt ardor & petulantia, ſemper comitantur fœtor & immunditia, ſequuntur ſemper dolor & pœnitentia. *Ibidem, à medio, pagina* 90.

JOAN. CASS.

47. Adverſus ſpiritum fornicationis certamen eſt longum præ cæteris ac diuturnum, & perpaucis ad purum devictum, immane bellum. *Lib.* 1. *de Cœnob. inſt. cap.* 1. *in princ. pag.* 146.

48. Gaſtrimargiæ fornicatio peculiari commercio fœderatur. *Collat.* 5. *Abbat. Serapionis. cap.* 10. *in fine, pag.* 396.

49. Tanta huic paſſioni ineſt virtus, ut irruentem quempiam in fornicationis labem valeat refrænare: & ita eum quem ſemel ſui peſte corruperit, infatigabilem reddit, ut reparari aut non valeat, aut vix valeat poſt ruinam. *Ibidem, cap.* 12. *ante med. pag.* 399.

50. Unicuique adverſus ſpiritum fornicationis totis viribus deſudanti, victoria ſingularis eſt, de merito conatus ſui remedium non ſperare. *Collat.* 12. *Abbat. Charemonis. cap.* 16. *in princ. pag.* 589.

51. Nullus in quo fornicationis dominatur affectus, ſpiritalem poterit ſcientiam poſſidere. *Collat.* 14. *Abbat. Neſterotis. cap.* 16. *poſt med. pag.* 648.

S. JOANNES CHRYSOST.

52. Fornicationes & adulteria non aliundè proveniunt, quàm ex nimia juventutis licentia. *Hom.* 60. *ſuper Matth. oper. perfect. ante finem, columna* 509. *lit. A. tom.* 2

53. Fornicationis vitium facilè ex vacantia & otio naſcitur: nam definitio amoris, hæc eſt, animæ vacantis paſſio. *Hom.* 40. *ſup. Matth. oper. imperf. poſt initium, col.* 1012. *C. tom.* 2.

54. Grave malum eſt fornicatio, & immortale afferens ſupplicium, & in hac vita innumera ſecum mala trahens. *Profec.*

55. Cogitur vitam miſeram & infelicem vivere, qui hoc morbo afficitur. *Homil.* 62. *ſup. Joan. ante fin. col.* 303. *D. tom.* 3.

56. Nihil pejus fornicatore. *Homil.* 18. *ſup. Cor. in medio. col.* 457. *B. tom.* 4.

57. In fornicatione totum corpus coinquinatur; ſiquidem haud aliter ſordeſcit, quàm quid in lebetem immundum infuſum contagione inficitur. *Ibidem.*

58. Fornicatus eſt frater? ne vituperium fratris in vulgus ſpargas, ne ve illuſeris: ſi quæ facienda ſunt admonueris, multum illi gratiæ contuleris. *Serm.* 14. *ſuper Epiſt. ad Epheſ. ſub finem, ante Morale, col.* 1045. *B. tom.* 4.

59. Omnia mulierum vitia, exceptâ fornicatione, ferenda ſunt à viris. *Ibidem, ſerm.* 15. *in Morali, circa med. col.* 1052. *B. tom.* 4.

60. Fornicatio homines probroſos reddit, pauperes, ridiculos, & omnibus contemptibiles. *Ser.* 14. *ſuper Ep. ad Philipp. in princ. Moral. col.* 1217. *D. tom.* 4.

61. Nihil impudentius eſt fornicatoribus. *Ibidem.*

62. Ex amicitia mundana fornicatio naſcitur. *Hom.* 64. *ſup.* 1. *Theſſ. poſt med. col.* 1349. *B. tom.* 4.

63. Quid fornicatione putidius? non is tunc fœtor apparet, cùm quis libidine continetur, verum poſt peccati perpetrationem. *Hom.* 2. *ſup.* 1. *Tim. in Moral. col.* 1442. *A. tom.* 4.

64. Tollens membra Chriſti, faciam membra meretricis.] Nihil hoc verbo horribilius: indè quomodo fornicator ejuſmodi fiat, his verbis confirmat Apoſtolus. *Hom.* 8. *ſup.* 1. *Cor. ante med. col.* 456. *D. tom.* 4.

S. JOAN. CLIM.

65. Qui ventri dùm obſequitur, fornicationis ſpiritum vincere vult, is ei ſimilis eſt, qui oleo incendium extinguere nititur. *Gradu* 14. *in medio, apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 266. *col.* 1. *littera D. edit. Colonienſis* 1618.

S. IOANN. DAMASC.

66. Facilè ille fornicationis aquis demergitur, qui formas pulchritudine præſtantes minimè fugit, ſed libenter eas intuetur. *Libro* 3. *Parall. cap.* 28. *in calce, fol.* 118. *pag.* 2. *A.*

JOAN. SARISB.

67. Non eſt dolor, ſicut dolor ille, quo corpus ſuum quis videt aliena libidine pollui. *Lib.* 3. *de Nugis curial. cap.* 3. *poſt med. apud Biblioth. Patr. tom.* 15. *pag.* 384. *col.* 1. *D. edit. Colonienſis* 1622.

JOAN. TRITH.

68 O quàm raro ad interni amoris dulcedinem convertitur, quiſquis in lacum fornicationis ſemel præcipitatur. *Lib.* 1. *Hom.* 22. *ad Monachos, poſt med. pagina* 510. *col.* 1.

S. ISIDORUS HISPALENS.

69. Fornicationis inſolens dæmonium, nunquàm meliùs vincitur, quàm ſi vera cordis humilitas in plenitudine virtutum omnium conſervetur. *Ibidem.*

70. Nonnunquàm electi lapſu carnali corruunt, ut à vitio ſuperbiæ, quâ de virtutibus tument, ſanentur. *Profec.*

71. Et qui de virtutum effectibus exiſtunt ſuperbi, ut cadant: fornicationis vitio humiliantur, ut ſurgant. *Lib.* 2. *de ſummo bono, cap.* 39. *ſent.* 13. *pagina* 655. *columna* 1.

72. Dùm ſe vitioſus animus in explenda fornicatione, carne luxuriante laxaverit, ad alia nefanda ſcelera ſuadentibus dæmonibus tranſit. *Ibidem, ſent.* 15. *pag.* 655. *col.* 2.

73. Inter cætera ſeptem vitia, fornicatio maximi ſceleris eſt; quia per carnis immunditiam templum Dei violat, & tollens membrum Chriſti, facit membrum meretricis. *Ibidem, ſent.* 18. *pag.* 655. *col.* 2.

74. Cuſtodi à fornicatione corpus tuum, vide ne unquàm eâ cogitatione inquinteris: fornicatione enim contaminari, deterius peccatum puta. *Profec.*

75. Omnibus peccatis fornicatio major eſt: grave peccatum fornicatio eſt.

76. Fornicatio univerſa antecedit mala, fornicatio gravior eſt morte: melius eſt enim mori, quàm fornicari. *Lib.* 2. *de Synonim. cap.* 1. *in fine, pagina* 315. *columna* 2.

77. Si vis eſſe à fornicatione tutus, eſto corpore & viſione diſcretus. *Ibidem, cap.* 4. *à med. pag.* 314. *col.* 2.

78. Tolle occaſionem peccandi, aufer materiam delinquendi, ſi vis à fornicatione eſſe tutus. *Ibidem.*

S. NILUS.

79. Gravis eſt fornicationis dæmon, ac vehementer iis imminet, qui adversùs hujuſmodi affectum dimicant. *Orat.* 2. *de fornicat. ſub fin. apud Biblioth. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *editionis Colonienſis* 1618.

SALVIANUS.

80. Cunctis fornicatio interdicitur, ſed graviùs multò eſt, ſi de clero aliquis quaſi de populo fornicetur. *Lib.* 4. *de Gubern. Dei, poſt med.*

S. THOMAS AQUINAS.

81. Hæreſis eſt, dicere fornicationem ſimplicem non eſſe mortale peccatum. *Opuſcul.* 9 *de decem præcept. Præcept.* 6. *verbo Non mœchaberis. tom.* 1.

IN VIT. PATR.

82. Fornicatio naturaliter mors eſt. *Lib.* 5. *libell.* 5. *de fornicat. num.* 7. *in fine, pag.* 574. *col.* 1.

Fortitudo.

DEFINITIO, PRODUCTIO, COMPARATIO.

DEFINITIO.

S. AUGUSTIN.

FORTITUDO eſt animæ affectio, qua omnia incommoda, & damna rerum, non in noſtra poteſtate

conſtitutatum, contemnimus. *Lib. 1. de lib. arbit. cap. 13. in princ. pag. 442. C. tom. 1.*

S. AUGUSTIN. Fortitudo eſt amor, omnia propter Deum facilè perferens. *De Moribus Eccleſ. cap. 15. in fine. pag. 526. D. tom. 1.*

S. BONAVENT. Fortitudo eſt firmitas contra moleſtias ſeculi. *Part. 3. Centiloquii ſect. 43. in princ. pag. 87. col. 2. lit. B. tom. 6. part. 1.*

HUGO A S. VICTORE. Fortitudo eſt immobilis inter adverſa animi, laborum & periculorum ſuſceptio. *De fructibus carnis & ſpirit. cap. 14 in princ. pag. 162. B. tom. 2.*

PHILO JUD. Fortitudo eſt ſcientia ſuſtinendorum, non ſuſtinendorumque, & neutrorum. *Lib. 1. legis allegor. poſt med. pag. 73.*

S. PROSPER. Fortitudo ea eſt, quæ non ſolùm diverſis pulſata moleſtiis inconcuſſa permanet, ſed etiam nullis voluptatum illecebris reſoluta ſuccombit. *Lib. 3. de vita contempl. cap. 20. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 77. col. 2. H.*

ARISTOTEL. Fortis propriè dici poteſt is, qui nec morte honeſta, nec iis impendentibus atque inſtantibus, quæ mortem afferunt, perterretur. *Lib. 3. de Moribus cap. 6. in fine. fol. 29. part. 1.*

CICERO. Fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio. *Lib. 2. de Invent. Rhetor. poſt medium. col. 148. A. tom. 1.*

Fortitudo eſt animi affectio legi ſummæ in perpetiendis rebus obtemperans. *Lib. 4. Tuſc. quæſt. poſt med. col. 238. num. 53. tom. 4.*

Fortitudo eſt conſervatio ſtabilis judicii in iis rebus quæ formidoloſæ videntur ſubeundis & repellendis. *Ibidem, ut ante.*

Fortitudo eſt ſcientia rerum formidoloſarum, contrariarumque perferendarum, aut omninò negligendarum, conſervans earum rerum ſtabile judicium. *Ibidem, &c.*

Fortitudo eſt affectio animi in patiendo ac perferendo, ſummæ legi parens ſine timore. *Ibidem.*

Fortitudo eſt virtus propugnans pro æquitate. *Lib. 1. de Offic. ante medium, num. 61. columna 475. A. tom. 4.*

Fortitudo eſt contentio laboris & periculi cum ratione utilitatis & compenſatione commodorum. *Libro 4. de Arte Rhetor. ante medium, columna 58. F. tom. 1.*

SENECA. Fortitudo eſt virtus pericula juſta contemnens, aut ſcientia periculorum repellendorum, excipiendorum, provocandorum. *Lib. 2. quæſt. cap. 34. in medio. pag. 409. tom. 1.*

PRODUCTIO.

S. BONAVENT. De fortitudine oritur magnanimitas, fiducia, ſecuritas, patientia, perſeverantia, longanimitas, humilitas, & manſuetudo. *De quatuor virt. Cardin. in fine. pag. 225. col. 1. A. tom. 6. part. 1.*

HUGO A S. VICTORE. Fortitudinis comites ſunt, magnanimitas, fiducia, tolerantia, requies, ſtabilitas, conſtantia, perſeverantia. *De fruct. carnis & ſpirit. cap. 14. in princ. pagina 162. littera B. tom. 2.*

COMPARATIO.

Fortitudo comparatur virgæ, quæ non incurvatur; ferro, quod non ſuperatur, & petræ, quæ non perforatur. *Tit. 5. Dietæ cap. 7. poſt med. pag. 302. columna 1. A. tom. 6. part. 1.*

S. HIERON. Sicut rami & flagella vitium illicò contabeſcunt, cùm fuerint à matrice præciſa: ita omnis hominum fortitudo marceſcit & deperit, ſi à Dei auxilio deſeratur. *Tom. 2. lib. 3. dialog. adverſ. Pelag. in medio. pagina 301. B.*

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Fortitudine ſtat homo in adverſis inconcuſſus, in repentinis imperterritus. *Part. 3. ſerm. 4. Regina 10. cap. 53. pag. 247.* B. ALANUS DE RUPE.

2. Fortitudo quæ vel in bello tuetur à Barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus ſocios, plena ſit juſtitiæ. *Lib. 1. Offic. cap. 27. ſub finem. col. 19. A. tom. 1.* S. AMBROSIUS.

3. Fortitudo eſt velut excelſior cæteris, ſed nunquam incomitata virtus: non enim ſeipſam committit ſibi; alioquin fortitudo ſine juſtitia, iniquitatis materia eſt. *Proſec.*

4. Quò enim validior eſt fortitudo, eò promptior eſt ut inferiorem opprimat. *Ibidem, cap. 35. in princ. col. 25. B.*

5. Non in viribus corporis & lacertis tantummodò fortitudinis gloria eſt, ſed magis in virtute animi. *Ibid. cap. 36. in princ. col. 25. D.*

6. Jure ea fortitudo vocatur, quando unuſquiſque ſeipſum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur, non adverſis turbatur, non extollitur ſecundis. *Ibidem, ante med. col. 26. A.*

7. Non eſt mediocris animi fortitudo, quæ ſola defendit ornamenta virtutum omnium, & juſtitiam cuſtodit. *Proſec.*

8. Quæ inexpiabili prælio adverſus omnia vitia decertat, invicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior adverſus voluptates, dura adverſus illecebras.

9. Quæ pecuniam negligit, avaritiam fugit tanquam labem quandam quæ virtutem effœminat.

10. Nihil enim tàm contrarium fortitudini, quàm lucrô vinci. *Ibidem, cap. 39. in principio. columna 27. littera D.*

11. Fortitudo tàm immanem peſtem repellat & proterat, ſcilicet cupiditatem: nec tentetur deſideriis, nec frangatur metu; quia virtus ſibi conſtat, ut fortiter omnia proſequatur vitia tanquam virtutis venena. *Proſec.*

12. Iracundiam velut quibuſdam propulſet armis, quæ tollit conſilium, & tanquam ægritudinem vitet.

13. Gloriæ quoque caveat appetentiam, quæ frequenter nocuit immoderatius appetita, ſemper autem uſurpata. *Ibid. cap. 39. in medio. col. 28. A.*

14. Fortitudo non ſolùm ſecundis rebus, ſed etiam adverſis probatur. *Ibidem, cap 41. in principio. columna 29. A.*

15. Fortitudo vim quandam ferocientis virtutis habet, mortiſque contemptum. *Lib. 3. de virginibus longe poſt med. col. 112. D. tom. 1.*

16. Fortitudo in præliis eminet, in otio frigit: cujus opus in tempore neceſſarium, in voto adverſum eſt. *Sup. Pſ. 118. Serm. 16. verſ. 1. ſub finem. col. 1556. B. tom. 4.*

17. Fortitudo animum corpuſque confirmat, nec perturbari ſinit timore aliquo vel dolore. *Lib. 5. ſup. Luc. cap. 6. In illud, Beati eritis, &c. col. 1689. littera A. tom. 5.*

18. Fortitudo cohibet timorem, ne quis timendo retrahatur ab eo quod ratio dictat: & moderatur audaciam, ne quis audendo aggrediatur quod ratio vetat. *Part. 4. tit. 3. cap. 2. poſt init. fol. 25. col. 2.* S. ANTONIN.

19. Qui vera virtute fortis eſt, nec temerè audet, nec inconſultè timet. *Ep. 29. ad D. Hieronym. ante med. pag. 71. B. tom. 2.* S. AUGUSTIN.

20. Omnis ſapiens fortis eſt, nullus autem fortis aliquid metuit. *De beata vita in diſput. 3. diei poſt init. pag. 354. D. tom. 1.*

21. Sunt in hominibus fortes reprehenſibili & damnabili fortitudine, qui præſumunt quidem, ſed de temporali felicitate. *Sup. Pſal. 58. poſt init. Enarrat. prima verſ. 3. pag. 403. A. tom. 8.*

22. Fortitudinem meam ad te cuſtodiam Deus ;

quia ſi recedo, cado: ſi ſecedo, fortior fio. *Sup. Pſ. 58 poſt med. verſ. 10. pag. 408. C.*

S. AUGUSTIN.

23. Fortior fuit Job in doloribus, quàm Adam in nemoribus: Iſte non ceſſit tormentis, ille ſuperatus eſt in delitiis. *De tempore barbarico cap. 6. in medio pagina 681. B. tom. 9.*

24. Hypocritæ fortitudo, non virtus eſt, ſed vitium: non magnanimitas, ſed infirmitas; non bonitas, ſed imbecillitas appellatur. *Serm. 13. ad fratr. Eremo ante med. pag. 927. A. tom. 10.*

25. Eſt quædam fortitudo Philoſophorum, qui calcaverunt divitias, honores, pompas, dignitates, & aliquando membra propriorum corporum: ſed hæc fortitudo inſufficiens erat ad æternæ vitæ meritum, quia carebant charitate & timore Dei. *Profec.*

26. O quantus rigor fortitudinis fuit in Platone! quot & quanta patiebatur contraria! ſed quià fundamento fidei caruit, propterea ſpes eam fortitudinem non erexit. *Ibidem.*

27. Hæc eſt vera fortitudo, quæ mortem ſpernit: hæc eſt clavis, qua domus Dei pateſcit & aperitur: hæc eſt quæ habenas voluptatis ſub fræno rationis jacere cogit. *Ibid. circa med. pag. 927. B.*

28. Fortitudo eſt Eremitarum baculus, Cœnobitarum cingulus, Monachorum omnium ſacramentum. *Ibidem, poſt med. &c.*

29. Fortitudo,
- Omnem crudelitatem evacuat.
- Carcerem reſpuit.
- Crucem non metuit.
- Equleum amplectitur.
- Optat vincula.
- Spontanea ſemper currit ad mortem. *Ibidem, in fine. pag. 927. B.*

30. Nihil abſurdius quàm fortitudine fieri ſegniorem. *Ep. 34. poſt init. tom. 2.*

31. Nihil valet curſus bravii, nihil qualiſcunque operatio, niſi columnâ fortitudinis roboretur. *Ibidem.*

S. B 104.

32. Fortitudo juſtorum eſt, carnem vincere, delectationem vitæ præſentis extinguere. *Profec.*

33. Fortitudo verò reproborum eſt, tranſitoria ſine ceſſatione diligere, contra flagella Conditoris inſenſibiliter perdurare. *In ſuis Proverb. verbo Fortitudo pag. 189. tom. 2.*

34. Fortior eſt qui cupiditates, quàm qui hoſtes vincit. *Ibid. verbo Fortior pag. 189.*

35. Militis cujuſlibet fortitudo non agnoſcitur, niſi in bello. *Ibid. verbo Militis. pag. 193.*

36. Robuſti corpore, niſi Deo, à quo vires habent, devotè famulentur, pro hoc pœnas patientur. *Ibidem, verbo Robuſti. pag. 197.*

S. BERNARD.

37. Non eſt vir fortis, cui non creſcit animus in ipſa rerum difficultate. *Epiſt. 256. ad Eugen. Pag. in princ. fol. 262. col. 3. lit. I.*

38. Fortitudo eſt animi magnitudo, contemptus honorum, vel divitiarum: hæc adverſis aut patienter cedit, aut reſiſtit fortiter. *Profec.*

39. Nullis illecebris edomatur, malis & adverſis non frangitur, non elevatur ſecundis, invicta ad labores, fortis ad pericula.

40. Pecuniam negligit, avaritiam fugit, contra univerſa pericula animum præparat, moleſtiis nullis cedit, gloriæ cavet appetitum. *De ordine vitæ. poſt med. fol. 336. col. 4. lit. K.*

41. Fortitudo in arce conſtantiæ virtutes collocat, & eò vallo munit, quò furentis impetus aſpirare non poſſit: virtus eſt virtutes ſervans se muniens. *Serm. de virt. obed. poſt med. fol. 358. col. 2. D.*

S. BONAVENT.

42. Fortitudo
- Spiritum armat.
- Armatum animat.
- Animatum aſſociat.
- Aſſociatum adjuvat. *Expoſ. 2. ſup. Pſal. 118. cap. 1. verſ. 8. art. 1. pag. 160. col. 1. B. tom. 1.*

S. GREGOR. MAGN.

43. Tantò quiſque ſe ad fortitudinem profeciſſe veriùs demonſtrat, quantò aliena mala robuſtiùs tolerat. *Lib. 5. Mor. cap. 13. in medio. columna 147. C. tom. 1.*

44. Juſtorum fortitudo eſt,
- Carnem vincere.
- Propriis voluntatibus contraire.
- Delectationem vitæ præſentis extinguere.
- Hujus mundi aſpera pro æternis præmiis amare.
- Proſperitatis blandimenta contemnere.
- Adverſitatis metum in corde ſuperare. *Lib. 7. Moral. cap. 8. in principio. num. 9. columna 219. littera B. tom. 1.*

45. Reproborum fortitudo eſt,
- Tranſitoria fortiter diligere.
- Contra flagella Conditoris inſenſibiliter perdurare.
- Ab amore rerum temporalium, nec in adverſitate quieſcere.
- Ad inanem gloriam, etiam cum vitæ detrimento pervenire.
- Malitiæ augmenta exquirere.
- Bonorum vitam impugnare.
- Iniquitatem quotidie perpetrare. *Ibidem.*

46. Vir fortis robore eſt, qui virtutem, quam monſtrat in opere bono, habet à Spiritu ſancto. *Lib. 4. in 1. Reg. cap. 4. ante medium, ſuper illud, Fortis robore, &c.*

S. HIERONYMI.

47. Quid neceſſe eſt viro ſapienti, & philoſopho Chriſti, tantam habere fortitudinem, quæ athletis & militibus neceſſaria eſt; quam cùm habuerit, ad vitia provocetur? *Tom. 2. lib. 2. adverſ. Iovian. ante medium, pagina 77. B.*

48. Ubi fortia fortibus imperantur, fortiorem fortior muneris ſequitur cenſus. *Tom. 4. Ep. 6. ad Amicum. ab initio pag. 36. D.*

49. Fortitudo corporis, imbecillitas animæ eſt. *In Regula Monachor. cap. 21. de Patient. poſt med. pag. 288. D. tom. 4.*

50. Fortitudo via regia eſt, à quâ declinat ad dextram, qui temerarius & pertinax eſt: ad ſiniſtram, qui formidoloſus & pavidus. *Lib. 16. ſup. Iſayam. cap 57. ſup. illud, In multitudine viæ. &c. pagina 212. littera D. tom. 5.*

51. Omnis hominum fortitudo ſine Dei virtute (quæ Chriſtus eſt) imbecilla reputatur, & nihili. *Lib. 3. ſup. Hierem. cap. 16. ſup. illud, Domine fortitudo mea. pag. 304. A. tom. 5.*

52. Fortitudo corporis, imbecillitas animæ eſt; & rurſùm animæ fortitudo, imbecillitas corporis eſt. *Lib. 2. ſup. Amos. cap. 5. ſup. illud. 2. Cor. 12. Quando infirmus ſum, &c.*

53. Omnis Angelorum & hominum fortitudo, ſi non habuerit auxilium Salvatoris, imbecilla probatur & fragilis. *Libro 1. ſuper Zachar. cap. 4. ſuper illud, Quis deſpexit dies parvos? &c. pagina 249. littera C. tom. 6.*

S. IOANNES CHRYSOSTOMI.

54. Impoſſibile eſt, ut rem fortem, & egregiam quis unquàm faciat, niſi antea adverſus omnia, quæ obſiſtere poſſunt, ſe armet & inſtruat. *Hom. 31. poſt med. col. 256. D. tom. 1.*

55. Fortem virum talem eſſe oportet, ut in periculis ne ira, & inani gloria, ſed fortitudine ſua vincatur. *Hom. 18. ſup. 1. Cor. in fine moralis. columna 462. A. tom. 4.*

56. Animi virilis fortitudo eſt, quando contra pericula quis mortem audet, & tàm amicitiam quàm inimicitiam eorum gratiâ quæ Deo placent contemnit,

Serm. 5. ſup. Epiſt. ad Philip. in fine moralis. col. 1156. *A. tom.* 4.

IOAN. TRITH. 57. Fortitudo in proſperis latet, in adverſitate oſtenditur, & maniſeſtè per patientiam declaratur. *Lib. 2. ad Monachos. ſerm.* 1. *poſt med. pag.* 530. *col.* 1.

LACT. FIRM. 58. Fortitudo, ſi nullâ neceſſitate cogente, aut non pro cauſa honeſta certum periculum ſubierit, in temeritatem convertitur. *Lib. 6. de divin. Inſt. cap.* 14. *poſt init. pag.* 263.

59. Malorum victrix eſt fortitudo. *Ibid. lib. 7. cap. 5. paulò ante finem. pag.* 298.

S. LAURENT. IUSTIN. 60. Fortitudinis virtus eſt, ſupra periculi metum agere, nihil niſi turpia timere, tolerareque fortiter adverſa. *De caſto connubio. cap.* 13. *a medio. pag.* 173. *col.* 1. *D. part.* 1.

61. Ille eſt animo fortis, qui ſe in dolore poſitus, conſolatur, qui ſeipſum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur & flectitur. *Ibidem.*

MINUTIUS FELIX. 62. Fortitudo infirmitatibus roboratur, & calamitas ſæpiùs diſciplina virtutis eſt. *Profec.*

63. Vires & mentis & corporis, ſine laboris exercitatione torpeſcunt. *In ſuo Octavio. ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 3 pag.* 10. *columna* 1. *C.*

PETR. CELL. 64. Commendabilis eſt illa ſolùm fortitudo, quæ fatigata robuſtior, oppreſſa liberior conſurgit. *Profec.*

65. Levat namque fortunæ importunas, ſive moleſtas ſarcinas, portat ſine pondere, deponit ſine laſſitudine: accreſcit fortè cumulus ponderis, ſed & virtutis. *Lib. 2. Ep. 9. ad Robert. Abbat. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag.* 558. *col. 2. H. edit. Colon.* 1618.

66. Fortitudo in multis nundinis non invenitur: ſed quò rarior (niſi ſtudioſiùs conſervetur) eò ad rapiendum amabilior. *De Panibus. cap.* 14. *in fine. pag.* 657. *col* 1. *C. apud Bibl Patr. &c.*

S. PROSPER. 67. Non ille fortis haberi ſolet, qui in adeundis laboribus periculiſque claruerit, aut frænandis voluptatibus ac domandis inſtiterit: ſed ille magnus & ſublimis, ille potens atque dignus fortitudinis appellatione cenſendus eſt, qui nihil ſibi vitii rebellare aut dominari permiſerit *Lib. 3. de vita contemplat. cap.* 20. *in fine.*

68 Fortitudinem Gentilium, mundana cupiditas: fortitudinem autem Chriſtianorum Dei charitas facit. *Apud D. August. in fine tom. 3. ſent.* 295.

SALVIANUS. 69 Te jure nunc tantò fortiorem ſpiritu judico, quantò imbecillior carne eſſe cœpiſti. *Ep. 5. ad Catturam Sororem. ante med.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES 70. Qui & ea quæ oportet, & gratiâ cujus oportet, & ut oportet, & quando oportet, fert & metuit, & identidem confidit, is homo fortis eſt. *Lib. 3. Ethic. ad Nicomach. cap. 7. ante med. tom.* 2.

71. Viro etiam forti honeſtum eſt ipſa fortitudo. *Ibid.*

72. Fortis honeſtatis cauſâ ſubit & agit ea, quæ ad ipſam fortitudinem pertinent. *Ibidem.*

73. Fortitudo potentiam habens, ſuperbia eſt. *Lib. 5. Polit. cap. 10. poſt med. tom.* 2.

CICERO. 74. Appellata eſt à viro virtus: viri autem proprium maximè eſt fortitudo, cujus munera ſunt maximè duo, ſc. mortis doloriſque contemptio. *Lib. 2. Tuſc. quæſt. poſt med. tom.* 4.

75. Nulla eſt fortitudo, quæ rationis expers eſt. *Ibidem, lib. 4. poſt med.*

PLATO. 76. Fortis hic eſt, qui in acie ſtans, cum hoſtibus generoſè decertat. *Tom. 2. ſizygia 2. in dialogo Lachetis. poſt med. pag.* 191. *A.*

77. Si vir fortis eſt bonus, etiam peritus eſt atque intelligens. *Ibidem, poſt med. pag.* 194.

SENECA. 78. Illum fortem virum dicam, quem bella non ſubigunt. nec admota vis hoſtilis exterret. *De conſt. ſapient. cap 3. ante fin. pag.* 544. *tom.* 1.

79. Non eſt vir fortis & ſtrenuus, qui laborem fugit: verùm ubi creſcit illi animus ipſâ rerum difficultate. *Ep. 22. ante med. pag.* 563. *tom.* 2.

SENECA. 80. Pulcherrima pars fortitudinis, maximeque mirabilis illa eſt, non cedere ignibus, obviam ire vulneribus. *Ep. 67. fere in medio. pag.* 653. *tom.* 2.

81. Petit fortitudo, quæ periculum facere debet ſui. *Ep. 74. ante med. pag.* 675. *tom* 2.

82. Fortitudo contemptrix timendorum eſt, terribilia & ſub jugum libertatem noſtram mittentia, deſpicit, provocat, frangit. *Epiſt. 88. à medio. pagina* 741 *tom.* 2.

83. Fortitudo eſt munimentum humanæ imbecillitatis ineapugnabile: quod qui circumdedit ſibi, ſecurus in hac vitæ obſidione perſeverat. *Ep. 113. ante finem, pag.* 849. *tom.* 2.

84. Satis natura homini dedit roboris, ſi illo utamur, ſi vires noſtras colligamus, ac totas pro nobis, certè non contra nos concitemus. *Ep. 116. in calce. pagina* 860. *tom.* 2.

Vide etiam Tit. Deſertio Dei. ſent. 72. Firmitas. ſent. 2. Injuria. ſent. 100. Ira Dei. ſent. 24. Militia. ſent. 35. Probatio. ſent. 22. Tribulatio. ſent. 32. Virtutes Cardinales. per totum. Virtutum connexio in genere. ſent. 5. 39.

Fortuna.

DEFINITIO.

S. IOAN DAM. FORTUNA eſt duarum unâ incidentium cauſarum concurſus, quæ ab electione ortum habentes aliud quiddam quàm quod naturâ comparatum eſt, efficiant. *Lib. 2. de fide Orthod. cap. 25. circa med. fol.* 208. *pag. 2. A.*

LACT. FIRM. Fortuna eſt accidentium rerum ſubitus atque inopinatus eventus. *De divinis Inſtit. lib. 3. de falſa Sapientia. cap.* 29.

PLATO. Fortuna eſt motus ex obſcuro ad obſcurum, cauſa felicis aut infelicis ſucceſsûs. *Tom. 3. ſizygia 6. de Definition. in princ. pag.* 411. *B.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANTONIN. 1. Nullus eſt tàm compoſitæ felicitatis, qui non aliqua ex parte cùm ſua fortuna rixetur. *Part. 1. Tit. 8. cap. 6. §. 1. circa init. fol.* 139. *col.* 1.

2. Bona fortunæ ſine amicis conſervari non poſſunt: quia fortuna quantò eſt major, tantò eſt minùs ſecura. *Part. 2. tit. 8. de Invidia cap. 5. §. 3. poſt med. fol.* 255. *col.* 2.

3. Fortuna quantò eſt major, tantò minùs ſecura, quia plures habet inſidiatores. *Ibidem.*

S. AUGUSTIN. 4. Fortuna quæ dicitur bona, ſine ullo examine meritorum fortuitu accidit hominibus & bonis & malis, undè etiam fortuna nominatur. *Lib. 4. de Civit. Dei cap. 18. circa med. pag. 70. D. tom.* 5.

5. Divinum animum mortalibus inhærentem, nequaquàm ſapientiæ portus accipit, niſi fortuna perducat. *Lib. 1. contra Academ. cap. 1. poſt initium, tom.* 1.

6. Nulla mihi videtur proſpera fortuna, niſi quæ otium philoſophandi dat. *Ibidem, lib. 2. cap. 2. ante medium.*

7. A cauſis fortuitis fortuna nomen accepit. *Lib. 5. de Civit. Dei. cap. 9. poſt medium, tom.* 5.

S. BERNARDINUS SENENS. 8. Utriuſque fortunæ, proſperæ ſcilicet & adverſæ, diſpenſator eſt Chriſtus. *Serm. 11 fer. 2. poſt Dom. 1. Quadr. artic. 2. cap. 1. circa medium, pag. 55. col. 2. E. tom.* 1.

BOËTIUS. 9. Exiſtimatio plurimorum non rerum merita, ſed fortunæ ſpectat eventum. *Lib. 1. de conſolat. Philoſ. Proſa 4. ante finem.*

10. Fortuna calamitoſos fugiens facit: quid eſt aliud fugax, quàm futuræ quoddam calamitatis indicium? *Ibidem, lib. 2. Proſa 1. ante fin.*

Boëtius.

11. Æquo animo toleres oportet, quidquid intrà fortunæ alcam geritur, cùm ſemel jugo ejus colla ſubmiſeris. *Ibidem.*

12. Etſi rara eſt fortuitis mancodi fides, ultimus tamen vitæ dies, mors quædam fortunæ eſt, etiam manentis. *Ibidem, in fine.*

13. In omni adverſitate fortunæ, infeliciſſimum genus eſt infortunii, fuiſſe felicem. *Ibidem, lib. 2. Proſa. 4 in princ.*

14. Nemo facilè cum fortunæ ſuæ conditione concordat, ineſt enim ſingulis quod inexpertus ignoret, expertus exhorreat. *Ibidem.*

15. Nihil eſt miſerum in fortuna, niſi cùm putes: contraque beata ſors, omnis eſt æquanimitate tolerantis, *Ibidem, poſt medium.*

16. In his fortuitis rebus, beatitudo conſtare non poteſt. *Ibidem, poſt medium.*

17. In fortuna nihil expetendum, nihil naturæ bonitatis, ineſſe manifeſtum eſt: quæ nec ſe bonis ſemper adjungit, & bonos (quibus fuerit adjuncta) non efficit. *Ibidem, lib. 2. Proſa 6. in calce.*

18. Numquàm tua faciet eſſe fortunæ quæ natura rerum à te fecit aliena. *Ibidem, lib. 2. Proſa 5. paulò ante medium.*

19. Si quod naturæ ſatis eſt, replere indigentiam velis, nihil eſt quod fortunæ affluentiam petas. *Ibidem, circa medium.*

20. Plus hominibus reor adverſam, quàm proſperam prodeſſe fortunam. *Ibidem, libro 2. Proſa 8. in princ.*

21. Cùm omnis fortuna vel jucunda, vel aſpera, tùm remunerandi exercendive bonos, tùm puniendi corrigendique improbos cauſa deferatur: patet quòd omnis bona eſt, quam vel juſtam conſtat eſſe, vel utilem. *Ibidem, lib. 4. Proſa 7. in princ.*

22. Felia fortuna à vero bono devios blanditiis trahit, adverſa plerumque ad vera bona reducens, unco retrahit. *Ibidem, libro 2. Proſa 8. poſt medium.*

23. Vir ſapiens moleſtè ferre non debet, quoties in fortunæ certamen adducitur: ſicut virum fortem non decet indignari, quoties increpuit bellicus tumultus. *Ibidem, poſt medium.*

24. Omnis fortuna, quæ videtur aſpera, aut exercet, aut corrigit, aut punit. *Ibidem, in calce.*

S. Bonavent.

25. Nec in proſperis eſt gaudendum, nec in adverſis eſt deſperandum: quia cùm fortunæ rota ſtare non poſſit, ſæpè qui imus eſt, aſcendit: & qui ſummus eſt, uſque ad ima deſcendit. *Unde verſus:*

Glorior elatus, deſcendo mortificatus.
Infimus ecce premor, rursùs ad aſtra vehor.

Serm. 2. S. Barthol. poſt med. pagina 271. *col.* 1. *tom.* 3.

S. Cyrillus Alex.

26. Ubi fortunæ majores, ibi ſuperbia. *Super Cant. Abachuc. poſt med.*

S. Hieron.

27. Juſti & fortis viri eſt, nec adverſis frangi, nec proſperis ſublevari, ſed in utroque eſſe moderatum *Sup. Joël, cap. 1. ſuper illud, Reſiduum erucæ, &c. pag.* 56. *B. tom.* 6.

Hugo à S. Victore.

28. Arridenti fortunæ non nimium credas, in adverſis fiduciam non amittas, & quidquid finem habiturum eſt, ſive bonum ſit, ſive malum, æquè deſpicias. *Lib 3. de Arca Noë, Morali, cap. 10. ante med. pag.* 209. *D. tom.* 2.

Eniota.

29. Quamvis omnis fortuna ſit timenda, tamen magis timenda eſt proſpera, quàm adverſa: quia hæc quidem ſæviendo erudit, illa autem blandiendo ſeducit: hæc illuminat hominem, illa cæcat: iſta mentis oculos aperit, illa claudit. *Lib. 2. Contemplat. de vera patient. cap. 1. circa medium, apud Bibl. Patr. tom. 10. pag. 10 col. 2. E. editionis Colon.* 1618.

S. Innoc. III.

30. Proh dolor! ſecundùm fortunam exiſtimatur perſona; cùm potiùs ſecundùm perſonam æſtimanda ſit fortuna. *Lib. 1. de contemptu mundi, cap. 14. circa med. pag.* 28.

31. Subitò cùm non ſuſpicatur, infortunium accidit, calamitas irruit, morbus invadit, mors intercidit, quam nullus evadit. *Ibidem, cap. 25. in principio, pag* 51. S. Innoc. III.

32. Fortuna moderatè adverſa, ſecurior eſt regulariter, & optabilior, quàm multùm proſpera. *Serm. 2, de omnibus Sanctis. verbo Fuge. Conſiderat. 3, in principio, part.* 2. Ioan. Gers.

33. Fortuna omnis bona eſt, & ſæpè plus adverſa, quàm proſpera prodeſt. *Lib. 3. de conſolat. Theolog. Proſa 4. part.* 3.

34. Venit interdùm fortuna mala citiùs, quàm petatur. *Sermone de quærendo Domino, poſt medium, parte* 4.

35. Non amari poteſt ab aliquo, quem mala fortuna premit *Libro 5. de Nugis curial. cap. 17. à medio.* Joan. Sarisb.

36. Fortuna hominis miſerrima eſt, cui non invidetur. *Ibid. lib. 7. cap. 24. circa med.*

37. Sæpè fortuna videtur in principio proſpera nuntiare, ſed medium & finem multis replet adverſitatibus. *In cap. 4. Regulæ S. Bened. verbo Per diem. ab init. pag. 315. columna* 2. Joan. Treth.

38. Fortuna ſi utrimque & undique verſata diſcutiatur, plus mœroris, & minus lætitiæ refert. *Libro 2. Ep. 2. ad Hugon. Abbat. Cluniacenſ. in medio, apud Bibliothecam Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 555. col. 2. F. editionis Colon.* 1618. Petr. Cell.

39. Fortuna non ſubjacet humano arbitrio, frequenter tamen eludit ſolicitudinem noſtram, & elidit intentionem. *Ibidem, libro 7. Ep. 11. in princ. pag. 598. col. 1. B.*

40. Nihil fortunâ mutabilius, ſuſque deque verſante rerum humanarum alcam: adeò ut una ſæpè dies alium affligat, extollat alium. *Libro 1. de vita Moſis. longè ante med. pag. 834. tom.* 2. Philo Jud.

41. Fortuna poſtquàm populoſam aliquam gentem inundavit magnis felicitatibus, fluxu averſo ne guttam quidem ſinit reliquam, deletis etiam veſtigiis opulentiæ priſtinæ. *Libro Quòd Deus ſit immutabilis. ſub fin. pag. 444. tom.* 1.

42. Anceps eſt fortuna, rebus humanis tanquàm in ſtatera pendentibus, & inæquali pondere nunc huc, nunc illuc vergentibus. *Libro de Joſeph, à medio. pag. 750. tom.* 1.

43. Non quemadmodùm homini ſecundus fortunæ ſucceſſus advenit, ita ſine labore ac ſolicitudine conſervatur. *De Regno ad Arcadium Imperat. poſt initium, apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 1. edit. Colonienſis* 1618. S. Synesius Episcopus.

44. Mediocris domus magnitudinem calamitatis non capit, neque infortuniorum gravitati mendicorum vita obnoxia eſt: qui verò lautiore utitur ſucceſſu, is in periculis & altera fortunæ conditione eſſe ſolet illuſtris. *Ibidem.*

45. Fortuna virtutis cauſa eſſe nequit. *Ibidem.*

46. Medio in itinere fortuna gradum referre aſſolet. *Ibidem.*

Sententiæ Paganorum.

47. Fortuna indefinita cauſa eſſe videtur, & immanifeſta homini, atque aliquo modo nihil à fortuna videbitur proficiſci. *Libro 2. Phyſic. cap. 5. text. 53. tom.* 1. Aristoteles.

48. Fortuna cæca eſt, diſcernere enim ſibi, atque ſeligere quod melius, non poteſt. *Sect. 29. Problem. quæſt. 8. tom.* 2.

49. Id quod maximum atque pulcherrimum eſt, fortunæ adſcribere, abſurdum videtur. *Lib. 1. Ethic. ad Nicomach. cap. 9. circa med. tom.* 2.

50. Fortunam ſequi nullo modo eſt rectum: non eſt enim in ipſa benè vel malè vivere ſitum. *Ibidem, cap. 10. circa med.*

51. Externorum quidem bonorum cauſa eſt fortuna, & caſus: at juſtus & temperatus nemo à fortuna eſt, neque per fortunam. *Lib. 7. Polit. cap. 1. ante fin. tom.* 2.

ARISTOTEL. 52. Fortunæ proſperæ fruitio, & otium cum pace, petulantes facit. *Ibid. cap. 15. in princ.*

53. Fortunæ proſperæ facile eſt reperire participes, adverſæ verò participes eſſe renuunt. *Lib. 2. Oeconomic. cap. 1. in fine. tom. 2.*

54. Fortuna in eis eſſe dicitur, ubi neque mens ulla, neque recta ratio eſt: idcircò ubi mens plurima, ac ratio, ibi fortuna minima: ubi plurima fortuna, ibi mens perexigua. *Libro 2. magnor. Moral. cap. 8. ab initio, tom. 2.*

55. Fortuna & proſperitas eſt in his, quæ in nobis non ſunt: neque eorum, quorum ipſi ſumus domini, quæque poſſumus efficere. *Ibid. ante med.*

56. Secunda fortuna eſt, cùm omnia, vel plurima, vel maxima bona eorum, quorum ipſa fortuna cauſa eſt, fortè eveniant, atque permaneant. *Libro 1. Rhetor. cap. 5. ſub finem, tom. 2.*

57. Fortuna ſæpè ſeſe identidem convertens, atque in orbem volvens eoſdem homines ſerit. *Lib. 1. Moral. cap. 10. ante med. edit. Pariſ. 1565.*

58. Indignum atque iniquum eſt, fortunæ varietatem & mobilitatem ſequi. *Ibidem.*

59. Fortuna cùm ſavet, quid amicis eſt opus? *Ibid. lib. 9. cap. 9. circa init.*

CATO POËTA. 60. Noli ſucceſſus indignos ferre moleſtè:
Indulget fortuna malis, ut lædere poſſit. *Lib. 2. Diſtich. Metr. 53.*

CICERO. 61. Difficile eſt plurimùm virtutem revereri, qui ſemper ſecundâ fortunâ ſit uſus. *Lib. 4. de arte Rhetor. ad Herenn. ante med.*

62. Omnia præter virtutem ſubjecta ſunt fortunæ dominationi. *Ibidem.*

63. Ei non multum poteſt obeſſe fortuna, qui ſibi firmius in virtute, quàm in caſu præſidium collocavit *Proſecutio.*

64. Nam ſi quis ſpei non multum collocârit in fortunæ caſu, quid eſt quod ei magnoperè caſus obeſſe poſſit?

65. Quòd ſi in eos plurimùm fortuna poteſt, qui ſuas rationes omnes in caſum contulerunt, non ſunt omnia committenda fortunæ, ne nimis magnam in nos habeat dominationem. *Ibidem.*

66. Noſce te eſſe hominem, fer manſuetè fortunam. *Ibid. poſt med.*

67. Fortunam laudare, ſtultitia eſt: vituperare ſuperbia. *Librô 2. de invent. Rhetor. in fine, tom. 1.*

68. O fallacem hominum ſpem, fragilemque fortunam! quæ in medio ſpatio ſæpè frangitur & corruit: & antè in ipſo curſu obruitur, quàm portum conſpicere poſſit! *Libro 3. de Oratore, poſt initium, num. 7. tom. 1.*

69. Plus tibi virtus tua dedit, quàm fortuna abſtulit. *Libro 5. Epiſt. 18. ad Fabium, ante medium, tom. 3.*

70. Ea natura rerum eſt, & is temporum curſus; ut nulli poſſit fortuna eſſe diuturna. *Lib. 6. Ep. 5. ad Cæcinam ante med. tom. 3.*

71. Nihil eſt tàm contrarium rationi, & conſtantiæ, quàm fortuna. *Libro de divinat. poſt initium, num. 18. tom. 4.*

72. Multò firmior eſt & conſtantior natura, quàm fortuna. *Lib. 1. Offic. poſt med. tom. 4.*

73. Non ſolùm ipſa fortuna cæca eſt, ſed eos etiam plerumque cæcos efficit, quos complexa eſt. *D. Amicit. poſt med. tom. 4.*

74. Cui ſpes omnis & ratio & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil poteſt eſſe certi, nihilque quod exploratum habeat permanſurum ſibi, ne unum quidem diem. *De Paradox. cap. 2. ante med. tom. 4.*

75. Injurias fortunæ, quas ferre nequeas, diffugiendo relinquas. *Libro 5. quæſt. Tuſcul. ſub finem, tom. 4.*

MIMUS PUBL. 76. Fortuna cùm blanditur, ad captandum venit. *In ſuis Sent. ſent. 121.*

MIMUS PUBL. 77. Fortunam citiùs reperias, quàm retineas. *Ibid. ſent. 122.*

78. Fortuna nimium quem ſavet, ſtultum facit. *Ibid. ſent. 126.*

79. Fortuna vitrea eſt, quæ cùm ſplendet, frangitur. *Ibid. ſent. 144.*

80. Levis eſt fortuna, citò repoſcit quæ dedit. *Ibid. ſent. 213.*

81. Miſerrima eſt fortunâ, quæ inimico caret. *Ibid. ſent. 225.*

82. Malè geritur, quidquid geritur fortunæ fide. *Ibid. ſent. 230.*

83. Nulla tàm bona eſt fortuna, de qua nil poſſis queri. *Ibid. ſent. 258.*

PERIANDER CORINTHIUS. 84. Si fortuna juvat, caveto tolli: ſi fortuna tonat, caveto mergi. *In dictis Sapient. ex Auſonio. Dict. 6.*

PLINIUS II. 85. Habet hoc primum magna fortuna, quòd nihil tectum, nihil occultum eſſe patitur. *In panegyr. de Trajano Auguſto, longè poſt med. pag. 394.*

SENECA. 86. Sine potiùs rerum naturam, quàm fortunam tuam deficere. *Lib. Suaſor. Suaſor. 1. poſt init. pag. 4. tom. 1.*

87. Fortunæ eſt lex, præſtare quæ exegeris: mutabilis eſt caſus, dederunt victis terga victores: & quos provexerat fortuna, deſtituit. *Libro 1. Controverſ. Controverſ. 1. poſt init. pag. 44. tom. 1.*

88. Ludit de ſuis fortuna muneribus; & quæ dedit aufert: & quæ abſtulit reddit. Nec unquàm tutius eſt illam reperiri, quàm cùm locum injuriæ non habet. *Libro 5. Declamat. cap. 1. in princip. pagina 296. tom. 1.*

89. Quid eſt indignius, quàm florere quoſdam, & eos indulgentiâ fortunæ abuti, quibus poteſt ſatis mala inveniri fortuna? *Lib. de divina provid. cap. 16. poſt init. pag. 403. tom. 1.*

90. Lætiores videbis, quos nunquàm fortuna reſpexit, quàm quos deſeruit. *De tranquillit. animi. cap. 8. ante med. pag. 529. tom. 1.*

91. Omnes cum fortuna copulati ſumus: aliorum aurea catena eſt & laxa, aliorum arcta & ſordida. *Ibidem, cap. 10. ante med. pag. 532.*

92. Cuivis poteſt accidere, quod cuiquam poteſt. *Ibidem, cap. 11. a medio, pag. 534.*

93. Scito omnem conditionem fortunæ verſabilem eſſe: & quidquid in ullum incurrit, poſſe in te quoque incurrere. *Ibidem.*

94. Qui multa agit, ſæpè fortunæ poteſtatem ſui facit. *Ibidem, cap. 13. in princ. pag. 536.*

95. Nihil eripit fortuna, niſi quod dedit: virtutem autem non dat, ideò nec detrahit. *De conſtantia ſapient. cap. 5. ante med. pag. 546. tom. 1.*

96. Vicit fortuna tua fortunam meam: ſed quòd ad res meas pertinet, mecum ſunt, mecum erunt. *Ibid. cap. 6. in medio, pag. 547.*

97. Ut nihil extrà laceſſat, aut quatiat, in ſeipſa fortuna ruit. *De brevit. vitæ, cap. 4. in calce, pag. 562. tom. 1.*

98. Magna ſervitus eſt, magna fortuna. *De conſolat. ad Polybium, cap. 6. in princ. pag. 584. tom. 1.*

99. Crede mihi, is beatior eſt, cui fortuna ſupervacua eſt; quàm is, cui parta eſt. *Ibidem, cap. 28. ante med. pag. 586.*

100. Secunda ſapientem non evehunt, nec adverſa demittunt. *De Conſolat. ad Helviam, cap. 5. in princ. pag. 617. tom. 1.*

101. Nunquàm ego fortunæ credidi, etiamſi videretur pacem habere. *Ibidem in medio, pag. 627.*

102. Neminem adverſa fortuna comminuit, niſi quem ſecunda decepit. *Ibidem.*

103. Quidquid dat fortuna, corrumpit. *Lib. 2. de Benef. cap 3 ante med.*

104. Ita fato placuit, nullius rei eodem ſemper loco ſtare fortunam. *De Conſolat. ad Helviam, pag. 631. tom. 1.*

SENECA. 105. Munera iſta fortunæ putatis? inſidiæ ſunt. *Epiſt. 8. poſt init. pag. 532. tom. 2.*

106. Non eſt tuum, fortuna quod fecit tuum: dari bonum quod potuit, auferri poteſt. *Ep. 8. in fine, pag. 533. tom. 2.*

107. In mores fortuna jus non habet. *Ep. 36. poſt med. pag. 588. tom. 2.*

108. Ego cogitem in eo qui vivit omnia poſſe fortunam; potiùs quàm cogitem in eo, qui ſcit mori, nihil poſſe fortunam. *Epiſt. 70. ante medium, pagina 659. tom. 2.*

109. Quiſquis ſe multùm fortuitis dedit, ingentem ſibi materiam perturbationis, & inexplicabilem fecit. *Ep. 74. ab init. pag. 674. tom. 2.*

110. Hanc imaginem animo tuo propone, ludos facere fortunam, & in hunc mortalium cœtum honores, divitias, gratiam excutere. *Ibidem.*

111. Tene hoc mordicùs, adverſis non ſuccumbere, lætis non credere, omnem fortunæ licentiam irridere. *Ep. 78. in fine, pag. 695. tom. 2.*

112. Illuſtrat fortuna, dùm vexat. *Ep. 79. ante finem, pag. 698. tom. 2.*

113. Nihil eſt eo locupletius, cui quod donet fortuna, non invenit. *Epiſt. 81. in fine, pagina 706. tom. 2.*

114. Non habet, ut putamus, fortuna longas manus, neminem occupat, niſi hærentem ſibi. *Ep. 82. ante med. pag. 707. tom. 2.*

115. Quid quod non fortuna cùm voluit, & florentiſſimo detrahat? quod non eo magis aggrediatur, & quatiat, quò ſpecioſius fulget? quid illi arduum, quidve difficile eſt? non una ſemper, ne tota quidem occurrit. *Ep. 91. pag. 759. tom. 2.*

116. Scias nihil inauſum eſſe fortunæ, adversùs imperia illam idem habere juris, quod adversùs imperantes, adversùs urbes idem poſſe, quod adversùs homines. *Ep. 91. poſt med. pag. 761. tom. 2.*

117. Multos fortuna liberat pœnâ, metu neminem. *Ep. 97. ante fin. pag. 799. tom. 2.*

118. Omnia, quæ fortuna intuetur, ita fructifera ac jucunda fiunt, ſi quis habens illa, ſe quoque habet, nec in rerum ſuarum poteſtate eſt. *Ep. 98. circa init. pag. 800. tom. 2.*

119. Errant, qui aut boni aliquid nobis, aut mali judicant tribuere fortunam: materiam dat bonorum ac malorum, & initia rerum apud nos in malum bonumve exiturarum. *Ibidem.*

120. Non eſt quod unquàm fortunæ armis putes eſſe te tutum. *Epiſt. 113. ante finem, pagina 849. tom. 2.*

121. Quid tàm volubile eſt, quàm fortuitorum expectatio? *De beata vita. cap. 15. ante med. tom. 1.*

122. Aberrare à fortuna tua non poteſt, obſidet te. *In proverb. alphabeticè poſitis. A.*

123. Magnam fortunam, magnus animus decet. *Ibidem, littera M.*

Vide etiam tit. Amicitia in genere. ſentent. 354. Cadere. ſent. 100. Gratiarum actio. ſentent. 41. Monaſterium. ſentent. 49. Proſperitas. ſentent. 107.

Forum.

ETYMOLOGIA, ET DEFINITIO.

HUGO CARD. FORUM dicitur locus in quo jura dictantur, ſic dictum à Foroneo, qui primus inſtituit hujuſmodi locum. *Præfec.*

Impropriè autem, eſt locus publicus civitatis, in quo mercimonia ad communem utilitatem exponuntur. *Super Lucam, cap. 7. fol. 174. columna 2. & 3. tom. 6.*

SENTENTIÆ PATRUM.

1. In foro ſunt lites, in foro iniquitas, in foro inane otium, in foro obtrectatio, in foro fraus atque perfidia. *Libro 1. de Virginibus circa med. columna 104. B. tom. 1.* S. AMBROSIUS.

2. Difficilè lupi à cadavere, formicæ à grano, à melle muſcæ, meretrices à proſtibulo, mercatores à foro ſeparantur. *Ser. Dom. infra octav. Nativi. Domini, poſt init. fol. 19. pag. 2.* S. ANTONIUS DE PADUA.

3. Fori ſtabilimentum jejunium eſt. *Conc. 1. de Jejun. in fine, pag. 147. tom. 1.* S. BASILIUS MAGN.

4. Non vivas aliter in ſolitudine, aliter in foro. *In ſuis Prov. verbo Non pag. 194. tom. 2.* V. BEDA.

5. Nemo ad forum purgatorii admittitur, qui forum Eccleſiæ contempſit. *Sup. libro 4. ſent. diſt. 17. part. 1. art. 2. quæſt. 4. ſub finem corporis. pag. 218. col. 2. littera C. tom. 5.* S. BONAVENT.

6. Magna abuſio eſt, habere os in choro, & cor in foro. *In regula Novit. cap. 2. in princ. pag. 623. columna 2. littera E. tom. 7. parte 4.*

7. Tu talis in foro eſto, qualis & in Eccleſiis. *De pœnit. poſt med. pag. 574. C. tom 3.* S. EPHREM.

8. Fuge forum, ut nec patiaris, nec facias fraudem. *Hom. 34. ſup. Matth. oper. imperf. ferè in medio. col. 972. C. tom. 2.* S. JOANNES CHRYSOST.

9. Prima laus eſt Chriſtiano alienum eſſe à foro, nullamque cauſam habere cum illo: quia ſi in foro permanſeris, quod habes, perdes. *Ibidem.*

10. Forum & prætoria publica homines reddunt impudentes. *Hom. 8. ſup. Acta Apoſt. Moral. col. 572. B. tom. 3.*

11. Multa homines, qui in foro verſantur contrahunt mala, vel inimicus irritat, vel judex aliquid parum decorum facere compellit, vel amicus offenditur, & alia. *Ser. 3. de verbis Apoſt. Habentes eundem ſpiritum, &c. ante fin. col. 1031. B. tom. 3.*

12. In foro, quæſo, conſiſtas, percontare eos qui ultrò citróque commeant, neminem videbis ad ſpirituale negotium, ſed omnes ad carnalia feſtinantes. *Hom. 8. ſup. 1. Cor. ante finem Moralis, columna 385. littera D. tom. 4.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

13. Nihil illo videtur turpius, qui magnam vitæ partem in foro detriverit, atque conſumpſerit. *Tom. 2. ſizygia 4. libro 3. de Republ. poſt medium, pagina 405. littera B.* PLATO.

14. Quicumque aliquid in foro adulterat, is mentitur & decipit. *Tom. 2. ſizygia 4. libro 11. de legibus, ante med. pag. 917. B.*

15. A foro & publico recedendum eſt, ſi prodeſſe velis & ſingulis & univerſis, ingenio, voce, conſilio. *De tranquillit. animi, cap. 3. poſt initium, pag. 524. tom. 1.* SENECA.

16. Periculoſum, etiam ingreſſu, forum eſt. *Ibidem, in medio, 525. tom. 1.*

Fraternitas.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO

ETYMOLOGIA.

FRATERNITAS dicitur, quaſi fratrum unitas. COLLECTOR.

Frater idem eſt, quod ferens alterum, undè quaſi nomen eſt amoris. *Sup Ep. B. Iacobi, cap. 1. fol. 311. col. 4. tom. 7.* HUGO CARD.

DEFINITIO.

Fraternitas eſt propinquitas alicujus legitimè & ex COLLECTOR.

eodem patre & matre naſcentis, cum naturalibus filiis conſtituta.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Acquirit filium, qui fratrem acquirit amore. *Et habetur apud Bedam, tom. 7. in ſcintillis, cap. 3. columna 375.*

S. ATHANAS. MAGNUS. 2. Mutua fratres fratribus ob naturæ affinitatem ſpecula ſunt, invicemque ſimilitudioe referunt.

S. AUGUSTIN. 3. Nullo modo poterunt ſeparari, quos divina charitas ſociavit. *In Regula prima ad Clericos in fine, pag. 590. D. tom. 1.*

4. Sanguiois fraternitas ſimilitudinem tantùm corporis refert, Chriſti autem fraternitas unanimitatem cordis animæque demonſtrat. *Proſec.*

5. Melior eſt fraternitate ſanguinis, Chriſti fraternitas: quoniam iolerdùm illa ſibi inimica eſt; Chriſti autem fraternitas ſioe intermiſſione pacifica eſt. *De verbis Apoſtoli, ſerm. 25. in princ. pagina 257. lit. B. tom. 10.*

6. Verè frater ille eſt, qui tàm corpore quàm unanimitate germanus eſt. *Proſec.*

7. Verè frater ille eſt, cujus idem ſpiritus & voluntas in fratre eſt. *Ibidem.*

8. Modò abundat iniquitas, & refrigeſcit charitas fraternitatis, quæ priùs Chriſti amore fervebat. *Proſecutio.*

9. Tanta ſub Apoſtolis fraternitatis dilectio fuit, ot tunc in conventu ſuo non inveniretur indigentia. *Ibid. pag. 258. C.*

10. Per iram bomicidii, fraternitas periit. *Serm. 2. in Sabbato poſt 3. Dom. Quadr. & in ord. 95. pag. 566. C. tom. 10.*

11. Concordia fratrum voluntas Dei eſt, jucnoditas Chriſti, perfectio ſanctitatis, juſtitiæ regula, materia doctrinæ, morum cuſtodia, aque in rebus omnibus laudabilis diſciplioa. *Sermone Dominica Rogationum, & in ordine 169. ante medium, pagina 691. littera B. tom. 10.*

12. Teneat ſe profundæ pacis nexibus colligata fraternitas, & ſalutari vinculo charitatis mutua ſe dilectione conſtringat; quia dilectio magnanimum facit. *Ibidem, ante finem, pagina 692. C.*

13. O quàm bonum, ô quàm jucundum, ô quàm divinum eſt habitare fratres in unum, ut unum ſit cor, ooa voluntas, una omnium anima, & una forma vivendi. *Serm. 2. ad fratr. in Eremo, ante med. pag. 911. A. tom. 10.*

V. BEDA. 14. Qui ſocietatem fraternitatis aliqua diſcordiæ peſte commaculant, Chriſtum produnt ut Judas. *Lib. 4. ſup. Marc. cap. 14. in illud, Promiſerunt ei pecuniam, &c. col. 190. tom. 5.*

S. BERNARD. 15. Omnis in vobis, qui fraternas infirmitatea tàm corporum, quàm animorum non ſolùm patienter ſupportat, ſed inſuper ſi licet, & ſi valet, juvat obſequiis, confortat alloquiis, conſiliis informat, hic eſt fratrum amator. *Serm. 12. ſuper Cant. circa med. fol. 142. col. 1. littera A.*

S. CLEMENS PAPA. 16. Amor fraternus, & charitas, totios boni faſtigium tenet. *Epiſt. 1. longè poſt initium, fol. 203. pagina 1.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 17. Qui fratrem ſuum paolulùm ab aliquo contriſtatum, non tantùm ſolatii porrectâ manu ſublevat: ſed magis titubantem, ſicut parietem inclinatum, multiloquiorum impulſu adjuvat ad ruioam: & pro diſciplinæ ratione correptum per ſiniſtra conſilia ſic incitat, ut illidat, ſic armat ut perimat, ille peſſimus eſt frater. *Hom. 7. ad Monach. in fine, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 584. columna 2. F. edit. Colonienſis 1618.*

FRANCISCUS TITELM. 18. Singularis fratrum concordia, in magnorum potiſſimùm filiis, tàm rara ſolet inveniri, ut non immeritò cecinerit Poëta, Fratrum quoque gratia rara eſt. *In Annotat. ſup. cap. 1. Job, longè ante med. fol. 10. pag. 1.*

S. BONAVENT. 19. Nullus frater eſt puro nomine appellandus, ſed proprio nomini apponendum eſt ſemper religioſæ prænominationis inſigne. *In ſpeculo diſcip. part. 1. cap. 6. ante medium, pagina 536. columna 2. littera C. tom. 7. parte 4.*

20. Quadruplicē fratrem habemus.
- Chriſtum.
- Angelum.
- Hominem.
- Diabolum.

- Chriſtum, cui reconciliamur pœnitendo.
- Angelum, cui reconciliamur aquieſcēdo.
- Hominem, cui reconciliamur indulgendo.
- Diabolum, cui numquàm reconciliari debemus.

Frater noſter Chriſtus eſt. Tu trepidas ad Chriſtum accedere, frater tuus eſt, & caro tua. Frater noſter Aogelus eſt: quia homo Angelum, Tobias Raphaëlem fratrem appellat. Frater noſter homo eſt: O Chriſtiaoi quare non invicem diligitis, qui de eodem patre, & de eodem ſanguine eſtis? omnes enim fratres ſumus, unius patris poteſtate, & ſanguioe redempti. Frater noſter diabolus eſt, quia Creatorem unum patrem habemus: ſed iniquiſſimus ille diabolus frater eſt. *Ser. 4. Dom. 5. poſt Pent. ab init. pag. 156. col. 1. tom. 3.*

GLOSS. INT. 21. Noo eſt fraternus amor, niſi mutuis ſe præveniaot obſequiis. *Super Ep. ad Rom. cap. 12. col. 159. A. tom. 6.*

22. Indicium fraterni amoris, eſt omnia poſſidere, & nihil proprium habere. *Super Acta Apoſt. cap. 2. ſub fin. col. 1005. B. tom. 6.*

S. GREG. MAG. 23. Cùm in fraterna dilectione unum cor, onus ſit animus, ſicut in alterius proſperis mens lætatur, ita in adverſis affligitur: quia in utroque particeps eſſe lege charitatis aſtringitur. *Libro 9. in Regiſtro indict. 4. cap. 51. Ep. 51. ad Aregium Epiſc. Galliæ, in princ. col. 1078. A. tom. 2.*

HAYMO. 24. Fraternitatis unanimitas veluti urbs inexpugnabilis, hoſtium non patet inſidiis. *Ser. 1. Dom. 6. poſt Pent. in princ.*

S. HIERONYM. 25. Quatuor modis in ſcripturis divinis fratres dicuntur: naturâ, gente, cognatione, affectu. *Proſecutio.*

26. Affectu in doo ſcinditur, in ſpiritale & in commone: in ſpiritale, quia omnes Chriſtiani, fratres vocantur: in commune, quia omnes homioes ex ooo patre oati, pari germanitate ioter ſe conjunguntur. *Tom. 2. Epiſt. 1. adverſus Helvidium, poſt medium, pagina 11. lit. B.*

27. Quidquid ſeparat inter fratres, infernus dicendus eſt. *In Regula Monachorum, cap. 28. de charitate, in fine, pag. 294. C. tom. 4.*

HUGO CARD. 28. Fratres ſe invicem adjuvant auxilio, conſilio, conſolatione, oratione, ſubſidio. *Super 2. Cor. in princ. fol. 131. col. 2. tom. 7.*

IOAN. CASS. 29. Noo ſunt deſereoda fratrum conſortia, ut per-

ſectio conquiratur, ſed patientia jugiter excolenda. *Lib. 9. de Cœnob. inſt. cap. 7. in titulo, pag.* 210.

Joan. Cass.

30. Unum genus eſt inſolubile fraternitatis, quod nec commendationis gratia, nec officii, vel munerum magnitudo contractuſque cujuſquam ratio, vel naturæ neceſſitas jungit, ſed ſola ſimilitudo virtutum. *Proſecutio.*

31. Hæc eſt, quæ in nullis unquàm caſibus ſcinditur, quam non ſolùm diſſociare vel delere, locorum, vel temporum intervalla non prævalent, ſed ne mors quidem ipſa divellit.

32. Hæc eſt vera & indirupta dilectio, quæ gemina amicorum perfectione ac virtute concreſcit.

33. Cujus ſemel initum fœdus, nec deſideriorum varietas, nec contentioſa dirumpet contrarietas voluntatum.

34. Hæc eſt amicitiæ fida indiſſolubiliſque conjunctio, quæ ſola virtutum parilitate fœderatur.

35. In his tantùm indirupta poteſt dilectio permanere, in quibus unum propoſitum ac voluntas, unum velle ac nolle conſiſtit.

36. Nihil prodeſt, ſi moribus ac propoſito diſſidentes unâ habitatione jungantur: nec obeſt parili virtute fundatis per locorum intervalla disjungi.

37. Apud Deum namque morum cohabitatio, non locorum unità fratres habitatione conjungit: nec poteſt unquàm pacis integritas cuſtodiri, ubi voluntatum diverſitas invenitur. *Collat. 16. Abb. Ioſeph. cap. 3. per totum, pag.* 670.

38. Injuſtum atque impium eſt, ſi poſt abrenunciatam mundi, & omnium quæ in eo ſunt vanitatem, pretioſiſſimæ fratris dilectioni ſuppellex viliſſima præferatur. *Ibidem, cap. 6. in princip. pag.* 674.

39. Quâ ratione aliquid, quo frater mœſtificetur, admittet, qui nil bono pacis judicat eſſe pretioſius? *Ibidem, a med. pag.* 674.

40. Quomodo poterit vel tenuem contra fratrem retinere triſtitiam, qui ſe credit quotidie (imò continuò) ab hoc ſeculo migraturum? *Ibidem, in fine, pagina* 675.

41. Quemadmodùm carnales & imbecilles fratres ob vilem terrenamque ſubſtantiam, citò inimicus ille disjungit; ita etiam inter ſpiritales gignit pro intellectuum diverſitate diſcordiam. *Ibidem, cap. 8. in princ. pag.* 676.

42. Divortia inter unanimes fratres, hoſtis invidus ac malignus interſerit. *Ibidem, poſt medium, pagina* 676.

S. Joannes Chrysostom.

43. Cura fratrum, ſumma vitæ Chriſtianæ eſt, hoc ſigno noſcitur, quis an Chriſtianus ſit, hoc maximum indicium eſt fidei, hæc eſt germana charitas. *Homil. de habenda cura ſalutis proximi, ante med. col.* 554. *C. tom.* 1.

44. Ubi conventus fratrum, & germanæ charitatis vinculum, ibi eſt feſta celebritas. *Homil. 5. de fide Annæ, poſt initium, columna* 598. *littera A. tom.* 1.

45. Fraternitas ſeparata à ſemetipſa conſumitur. *Homil. 26. ſup. Matth. oper. imperf. in princ. col. 906. D. tom.* 2.

46. Qui fratribus ſuis non invidet, qui ſuper hæreditate non certat, qui propter locrum non rumpit fraternitatis affectum, nil ei minuitur de hæreditate. *Ibidem, Hom. 33. ante fin. col* 968. *B.*

47. Nemo adverſarium fratri, familiarem ſibi arrogat, niſi qui germanitatis jura violare deſideret. *Sermone 1. de Martyrib. ante finem, columna 926. lit. D. tom.* 3.

48. Frater, qui à fratre adjuvatur, eſt ſicut civitas fortis: & multò magis tanto vinculo charitatis inter ſe juncti, omnibus dæmonum reſiſtunt inſidiis. *Homil. in dictum. Apoſt. Sive oratione, &c. ante med. col.* 1044. *C. tom.* 3.

49. Quidquid in fratrem feceris, in Dominum tuum pertingit: & quaſi ipſe benè abs te affectus eſſet, ita tibi mercedem rependet. *Serm. 21. ſup. Ep. ad Rom. poſt med. col. 245. D. tom.* 4.

S. Joannes Chrysost.

50. Fratris contemptus, fortiſſimos eſt diaboli laqueus. *Ibidem, ſerm. 27. in Morali a medio, col. 293. C. tom.* 4.

51. Si fratrem deſpicis, teipſum neglexiſti. *Homil. 7. ſuper 2. Timoth. poſt medium, col. 1573. littera A. tom.* 4.

52. Quid eſt quod facit fraternitatem, niſi lavacrum regenerationis? quod facit poſſe vocari Deum, Patrem: proindè qui catechumenus eſt, etiamſi monachus ſit, non eſt frater: qui verò fidelis eſt, etiamſi ſecularis ſit, frater eſt. *Hom. 25. ſup. Ep. ad Hebr. in Moral. col.* 1817. *D. tom.* 4.

Joan. Trith.

53. Pulchrum ornamentum eſt, dilectio fraternitatis. *In cap. 4. Regulæ S. Bened. verbo. Secundum, in medio, pag.* 265. *col.* 1.

54. Hæc vera eſt fraternitas, ut major honore, & inferior habeatur ſincerà dilectione. *Ibidem, verbo Seniores. in calce, pag. 313. col.* 1.

55. Sine pace & concordia fraternitatis, nihil prodeſt maceratio carnis. *Hom. 3. ad Monach. poſt med. lib* 1. *pag* 421. *col.* 1.

S. Maximus Mart.

56. Attende tibiipſi, cavens ne improbitas à fratre te ſegregans: non in fratre, ſed in teipſo inveniatur. *Centur. 4. de charit. cap. 19. apud Bibliothecam, Patrum, tom. 7. pag. 362. columna 2. edit. Colonienſis* 1618.

S. Maximus Ep. Taurin.

57. Verè frater ille eſt, qui tàm corpore, quàm unanimitate germanus eſt. *Proſec.*

58. Verus, inquam, frater eſt, cujus idem ſpiritus & voluntas in fratre eſt.

59. Major eſt fraternitas Chriſti, quàm ſanguinis: ſanguinis enim fraternitas ſimilitudinem tantummodo corporis refert: Chriſti autem fraternitas, unanimitatem cordis animæque demonſtrat.

60. Melior eſt fraternitas Chriſti, quàm ſanguinis: ſanguinis fraternitas interdùm ſibi inimica eſt, Chriſti autem fraternitas ſemper pacifica eſt.

61. Illa inter ſe communia cum æmulatione dividit, hæc etiam propria cum gratulatione communicat.

62. Illa in conſortio deſpicit ſæpè germanum, hæc aſſumit frequenter alienum. *Homil. 1. de Avarit. circa init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pagina 42. columna 1. B. edit. Colon.* 1618.

S. Petrus Chrysolog.

63. Fratris invidus animus, gratus eſſe non poteſt patri: & paternæ largitatis memor non eſt, qui eſt fraternæ immemor charitatis. *Serm. 4. de Prodigo, poſt medium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. pagina 664. columna 2. littera E. edit. Colon.* 1618.

64. Frater eſt in febre, cùm lædit: eſt infidus proximo, cùm delinquit, eſt ſui neſcius, eſt humanitatis extraneus. *Proſec.*

65. Huic, qui per compaſſionem non ſubvenit, hunc qui per patientiam non curat, non per veniam ſanat, ſanus non eſt, ſed ægrotat, infirmatur, viſcera non habet.

66. Furit frater, adſcribe ægritudini, tu illum adjuva ut frater: adſcribe tu, quòd ſic geritur, febri, & fratri non poteris imputare commiſſum. *Ibidem, ſer. 139. pag. 763. col. 2. H.*

S. Theodoret.

67. Nihil fraternâ concordiâ jucundius. *Sup. Pſ. 132. verſ. 1. pag. 198. col. 1. C. tom.* 1.

Theophilact

68. Fraternitas ex amicitia nobilior, notiorque evadit, quàm ex ſanguinitate. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 12. in illud, Fraternà charitate, &c. pag. 469. A.*

Thomas à Kempis.

69. Ubi fratrum concordia, ibi dulcis melodia. *In hortulo Roſarum, cap. 16. ſect. 2. tom.* 2.

70. Qui fratri indigenti ſubvenit, Jesum per manum retinet. *Ibidem, cap. 17. in princ.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

Antisthenes Philosophus.

71. Fratrum concordia quovis muro tutior. *In ſent. poſt medium.*

ARISTOTELES — 72. Fratrum ſocietas, ſimilis eſt cenſu poteſtati: ſunt enim pares, & omnes æquales. *Libro* 8. *Ethic. ad Nicomach. cap.* 10. *in fine. tom.* 2.

VALERIUS MAXIMUS. — 73. Fraterna charitas æquo animo, & libenter fratri cedit. *Libro* 5. *dictor. memorabil. cap.* 6. *in principio, pagina* 237.

Vide etiam tit. Amor Dei ſent. 187. 188. *Maledictio. ſentent.* 88. *Pax. ſentent.* 61. *Zelus. ſent.* 57.

Fraus & dolus.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIFFERENTIA.

ETYMOLOGIA.

CASSIODORUS — FRAUS dicitur quaſi fractâ fides. *Sup. Pſ.* 77. *circa med. verſ.* 33. *fol.* 120. *col.* 3.

DEFINITIO.

S. ANSELMUS. — Dolus eſt occulta malitia blandis ſermonibus adornata, cùm aliud ſonat in ore, & aliud latet in corde. *Super Epiſt. ad Rom. cap.* 1. *in illud, Dolo, malignitate, &c.*

S. BONAVENT. — Fraus eſt voluntas profectum proximi decipiens propter terrenum emolumentum. *Parte* 1. *Centiloquii ſect.* 22. *ante finem, pagina* 64. *columna* 2. *E. tom.* 6. *parte* 1.

HUGO A S. VICTORE. — Fraus eſt, per quam familiari rei, inopiæ vel malitiæ cauſâ, clandeſtinâ ſurreptione conſulitur. *De fruct. carnis & ſpirit. cap.* 8. *poſt med. pagina* 160. *littera C. tom.* 2.

JOAN. GERS. — Fraus eſt vitium intellectuale, inclinans hominem invenire media ſophiſtica ad inferendum proximo injuſtum nocumentum. *Parte* 4. *in deſcript. terminorum cap. virtus. ſtatim ab init. fol.* 25. *columna* 4. *L.*

DIFFERENTIA.

S. ANTONIN. — Differentia eſt inter dolum & fraudem: dolus enim fit per verba & facta deceptoria, fraus autem propriè per facta. *Parte* 2. *tit.* 1. *cap.* 17. §. 2. *in principio, fol.* 80. *columna* 2.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. — 1. Omne quod fraude compoſitum eſt, caret merito ſimplicitatis. *Libro* 3. *Offic. cap.* 9. *in princ. col.* 67. *B. tom.* 1.

2. Turpis eſt omnis fraus, etiam in rebus vilibus: execrabilis eſt ſtateræ fallacia, & fraudulenta menſura. *Ibidem, cap.* 9. *in fine, columna* 68. *B.*

S. AUGUSTIN. — 3. Per fraudes & ſcelera ad divitias honoreſque pervenitur. *Super Pſ.* 9. *poſt medium, verſ.* 25, *pagina* 43. *A. tom.* 8.

4. In fraude doloſitas, in ſimulatione, in ſeductione eſt. *Super Pſalm.* 54. *in fine, pag.* 370. *lit. C. tom.* 8.

5. Tu deſiderio tuo facis locum diabolo. Ecce enim diabolus propoſuit lucrum, & invitavit ad fraudem: lucrum habere non potes, niſi fraudem feceris; ſed lucrum eſca eſt, fraus laqueus. Sic attende eſcam ut videas & laqueum, quia lucrum non potes adipiſci, niſi fraudem feceris, fraudem autem ſi feceris, caperis. *Super Pſalm* 139. *in medio, verſ.* 9. *pag.* 1107. *B. tom.* 8.

6. Melius eſt pauperem & ſufficientem eſſe, nullique ex dato placere, quàm aliquem lædere fraude. *De Conflictu vitiorum & virt. cap.* 18. *prope med. pag.* 713. *B. tom* 9.

V. BEDA. — 7. Fraus res eſt contraria omni Chriſtiano. *De ſubſtant. pag.* 203. *tom.* 2.

S. CYPRIANUS. — 8. Non tàm culpandus eſt ille, cui negligenter obreptum eſt, quàm hic execrandus, qui fraudulenter obrepſit. *Ep.* 68. *ad Clerum & plebem Hiſpaniæ, in med. pag.* 164. *col.* 1. *tom.* 1.

GLOS. ORD. — 9. Dolus eſt occultus gladius. *Sup. Levit. cap.* 19. *col.* 1070. *E. tom.* 1.

10. Ad ſumendam juſtam de inimicis ultionem, ſæpè doli ſunt probati. *Sup. Lib. Judic. cap.* 4. *col.* 179. *B. tom.* 2.

11. Fraude acquiſita pecunia, animæ damnum, non lucrum addit: immò plus damni eſt in anima, quàm lucri in arca. *Sup. Prov. cap.* 12. *in fine, col.* 1656. *littera E. tom.* 3.

12. Qui Deum quaſi ſemper præſentem pertimeſcit, neminem fraudare intendit. *Sup. Eccleſiaſtic. cap.* 29. *in princ. col.* 2120. *F. tom.* 3.

S. GREG. MAG. — 13. Dolus in ore quantò apud homines prudentiùs callet, tantò apud Deum ſtultiùs deſipit. *Lib.* 2. *Moral. cap.* 24. *ante med. ſup. illud* 1. *Petr.* 2. *Nec dolus inventus eſt in ore ejus. tom.* 1.

S. GREG. NAZ. — 14. Fraudibus ii omnes patent, qui ad voluptatem propenſi ſunt. *Et hab. apud D. Joan. Damaſc. lib.* 1. *parall. cap.* 27. *in fine, fol.* 23. *pag.* 1. *D.*

S. HIERONI. — 15. Turpe tibi eſt hoſtem dolis ferire, non viribus. *Tom.* 2. *Epiſt.* 2. *ad Pammach. in medio, pagina* 105. *littera B.*

16. Nihil ita à Chriſtiano repellendum eſt, quàm fraus & dolus. *Tom.* 2. *Epiſt.* 22. *ad Ruſin. poſt med. pag.* 244. *littera C.*

HUGO CARD. — 17. Fraus fit tribus modis.
- Cùm tacita hominum gratia.
- Vel favoris aura.
- Vel commodum aliquod temporale deſideratur. *Super Job, cap* 9. *fol.* 409. *col.* 3. *tom.* 1.

18. Majus damnum, & majorem fraudem in ſe patitur, qui aliis fraudem facit *Sup. Prov. cap.* 12. *fol.* 27. *col.* 4. *tom.* 3.

S. JOANNES CHRYSOST. — 19. In omni actu carnali diabolus fraudem facere poteſt, in ſola conſcientia non poteſt fieri dolus. *Homil.* 13. *ſuper Matth. oper. imperfect. poſt med. col.* 830. *D. tom.* 2.

20. Fraus quovis latrocinio pejor eſt, ac gravior. *Hom.* 5. *ſuper Epiſt.* 1. *ad Theſſ. ante medium, columna* 1353. *C. tom.* 4.

21. Nihil nos ita degenerare à ſpirituali nobilitate facit, ut fraus atque dolus. *Hom.* 11. *ſup.* 1. *Tim. in princ. col.* 1485. *A. tom.* 4.

PETR. BLES. — 22. Omnis fraus in ſe reverſa colliditur: de dolo non colliges, niſi fructum doloris; & orditus es telam, ut diploide veſtiaris. *Epiſt.* 89. *ad Hugonem Epiſc. circa med. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *editionis Colonienſis* 1618.

PRUDENTIUS POETA. — 23. Fraus deteſtandis vitiorum è peſtibus una,
Fallendi verſuta opifex. *In Pſychomach. de ſup.* 6. *& humil. pugna verſ.* 81. *poſt med.*

RICHARD. A S. VICTORE. — 24. Fraus proculdubio in fraudulentiam excreſcit, quando ex multa jàm malitia menti accidit, ut libenter omninò decipere velit cùm poſſit *Parte* 1. *lib.* 3. *de Erudit. hom. inter. cap.* 11. *in princ. pag.* 172. *columna* 2. *littera A.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SENECA. — 25. Fraudes & doli imbecillum decent. *De quatuor virtut. ante medium, pagina* 674. *editionis Baſilienſis* 1537.

THALES PHIL. — 26. Ne quæras fraude diteſcere. *In ſuis Sentent. ſent.* 5.

Vide etiam tit. Acquirere. ſent. 53. 83. 84. *Crimen. ſent.* 29. *Præſentia Dei. ſent.* 82. *Vita æterna. ſent.* 156.

Fructus

Fructus. Frui.

DEFINITIO.

S. AUGUST. FRVI eſt amore alicui rei inhærere propter ſeipſam. *Libro 1. de doctr. Chriſtiana, cap. 4. in princ pag. 5. B. tom. 1.*

Quid eſt aliud quod dicimus frui, niſi præſtò habere quod diligis? *De Moribus Eccleſiæ, capite 3. tom. 1.*

HUGO A S. VICTORE. Frui eſt cum delectatione uti. *Sup. Ep. ad Rom. prope fin. pag. 268. B. tom. 1.*

S THOMAS AQUINAS. Frui eſt uti fructu; & ſicut eſt uti ad utile, ſic frui ad fructum. *Super Ep. ad Philemon. cap. 1. lect. 2. verſus med. fol. 222. col. 2.*

Frui non eſt actus potentiæ pervenientis ad finem, ſicut exequentis, ſed potentiæ imperantis executionem. *Prima ſecunda, quæſt. 11. art. 2. in corp. pag. 23. columna 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Quorum difficilis poſſeſſio, eorum grata fruitio. *De Helia & jejun. cap. 9. col. 1127. A. tom. 4.*

S. ANSELMUS. 2. Plus dat, qui arborem ſimul cum fructibus, quàm qui ſolos fructus dat. *De ſimilitud. cap. 84. poſt initium.*

S. ANTONIN. 3. Solo Deo fruendum eſt: frui autem eſt amare & inhærere rei propter ſe. *Part. 4. tit. 6. de charit. cap. 6. §. 2. fol. 102. col. 3.*

S. AUGUSTIN. 4. Nulla re fruitur anima cum libertate, niſi qua fruitur cum ſecuritate. *Lib. 2. de libero arbit. cap. 14. in princ. pag. 458. D. tom. 1.*

5. Non ſeipſo quiſquam frui debet, quia nec ſeipſum debet propter ſeipſum diligere, ſed propter illud, quo fruendum eſt. *Lib. 1. de doctrina Chriſtiana, cap. 22. prope med. pag. 9. A. tom. 3.*

6. Deo perfrui, beatè vivere eſt. *Ibidem, cap. 29. poſt med. pag. 11. A.*

7. Hæc merces ſumma eſt, ut Deo perfruamur; & omnes qui eo fruimur, nobis etiam invicem in ipſo perfruamur. *Ibidem, pag. 12 D.*

8. Cùm homine in Deo frueris, Deo potiùs quàm homine frueris: illo enim frueris, quo efficieris beatus. *Ibidem.*

9. Si propter ſe diligendus eſt homo, fruimur eo: ſi propter aliud, utimur eo. *Ibid. cap. 22. ante medium, pag. 9. A.*

10. Omnis qui fruitur, utitur: aſſumit enim aliquid in facultatem voluntatis cum fine delectationis: non autem omnis qui utitur, fruitur. *Lib. 10. de Trinit. cap. 11. prope med. pag. 268. D. tom. 3.*

11. Non fructus eſt bonus, qui de charitatis radice non ſurgit. *De ſpiritu & littera, cap. 14. ſub fin pag. 581. A. tom. 3.*

12. Centeſimus fructus, Martyrum eſt: ſexageſimus, Virginum: trigeſimus, Conjugatorum. *Libro 1. quæſt. Evang. quæſt. 9. ſup. illud Matth. 13. Aliud centeſimum, pag. 233. B. tom. 4.*

13. Omnis humana perverſio eſt (quod etiam vitium vocatur) fruendis uti velle, & utendis frui. *Profectio.*

14. Omnis autem ordinatio eſt (quæ virtus etiam nominatur) fruendis frui, & utendis uti. *De 83. quæſt. quæſt. 30. ferè in princ. pag. 382. C. tom. 4.*

15. Temporalibus magis utendum eſt, quàm fruendum, ut frui mereamur æternis. *Libro 11. de Civit. Dei. cap. 25. à medio, pag. 205. A. tom. 5.*

16. Perverſi frui volunt nummo, uti autem Deo: quoniam non nummum propter Deum impendunt, ſed Deum propter nummum colunt. *Ibidem.*

17. Vile eſt valdè elementis frui, & viſibilibus delectari, in comparatione fruendi & congaudendi ipſo Deo. *De triplici habitat. cap. 4. circa med. pagina 556. D. tom. 9.*

S AUGUSTIN. 18. Nemo dat fructum bonum, ſi præciſus eſt de vite. *In pſalmo contra partem Donati. poſt medium, tom. 7.*

19. Botrum cautè lege, ne dùm quæris fructum, laceres manum. *Tract. 46. ſuper Joan. poſt medium, tom. 9.*

S. BASILIUS MAGN. 20. Nihil tàm jucundum eſt, ut non per fruitionis aſſiduitatem deſpicabile fiat: quorum verò rara eſt adeptio, eorum grata eſt fruitio. *Conc. 1. de Jejunio. poſt med. pag. 145. tom. 1.*

21. Uniuſcujuſque fructus multa quidem eſt gratia, major autem delectatione utilitas. *De Paradiſo, circa medium, pag. 304. tom. 2.*

S. BERNARD. 22. Fruitio Dei in ſapore quodam divino eſt, undè & à ſapore ſapientia. *Libro de natura & dignitat. amoris, cap. 10. ab initio, folio 55. columna 3. littera G.*

S. BONAVENT. 23. Deo eſt fruendum, mundo eſt utendum: Chriſti Dei felicitate eſt fruendum, Chriſti hominis conformatione eſt utendum. *In Centiloq. part. 3. ſect. 1. ante medium, pag. 72. col. 1. B. tom. 6.*

24. Fruimur cognitis, in quibus ipſa voluntas delectata quieſcit, utimur eis quæ ad illud referimus, quo fruendum eſt. *Ibidem, poſt medium, pagina 72. col. 1. C.*

CASSIODORUS. 25. Nullus in ſua radice manens proficuos generat fructus. *Sup. Pſalm. 28. ferè in medio, verſ. 5. fol. 41. columna 1.*

S. CYRILLUS HIEROSOL. 26. Ipſius quidem eſt, qui lucem omnibus adfert plantare & rigare: tuum verò, fructum facere. *Catecheſ. 1. ſtatim à medio, apud Bibl. Patr. tom 4. pag. 398. columna 2. F. edit. Colonienſis 1618.*

S. EVAGRIUS. 27. Planta quæ aſſiduè transfertur, fructum numquàm edet. *Et habet. apud D. Joan. Damaſc. lib. 2. parall. cap. 1. fol. 51. pag. 1. C.*

S EUSEBIUS EMISSEN. 28. Quantum ſerimus in operibus, tantum metemus in fructibus. *Homil. de S. Maximo, ſub finem, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 1. editionis Colonienſis 1618.*

GLOS. DECR. 29. Fructus diù expectatus, gratiſſimus eſt: nam gratior eſt fructus, quem ſpes productior edit. *In decret. Gratian. fol. 344. columna 3. editionis Lugdunenſis 1540.*

GLOSS. ORD. 30. Verè humilis, quamvis pariat fructum magni meriti, nullam tamen indè gloriam tribuit ſibi, ſed totum divinæ virtuti. *Sup. 1. Reg. cap. 4. col. 345. C. Moraliter. tom. 2.*

31. Sicut oliva cùm in flore eſt, ſi immoderata nebula tangitur, à fructu vacuatur: ſic bona inchoantes, ſi laudibus cœperint delectari, fructum operum perdunt. *Sup. Iob. cap. 15. in illud, Quaſi oliva projiciens florem. col. 182. D. tom. 3.*

GLOS. INT. 32. Ibi eſt ſumma lætitia, ubi Deo fruimur. *Sup. Pſ. 138. col. 1499. A. tom. 3.*

GLOS ORD. 33. Quo nondum potiti ſumus, ardentiùs appetimus. *Super Hierem. cap. 2. in princ. col. 589. littera B. tom. 4.*

34. Fructus bonos, nonniſi bona voluntas parturit: ſic malos mala intentio nutrit. *Sup. Matth. cap. 7. col. 151. B. tom. 5.*

35. Nemo de mala intentione, fructum bonum percipit: nec de bona, niſi bonum metit. *Ibidem, cap. 7. col. 152. D.*

S. GREG. MAG. 36. Cùm blandum eſt quod in foliis redolet, cognoſcamus quàm dulce ſit quod in fructibus ſapit. *Libro 23. Moral. cap. 1. longè poſt init. col. 762. littera B. tom. 1.*

37. Sunt nonnulli, qui ut fruantur Deo, diſpenſatoriè utuntur hoc ſeculo: & ſunt nonnulli qui ut fruantur hoc ſeculo, tranſitoriè uti volunt Deo. *Ibidem, libro 2. cap. 5. prope finem, num. 9. columna 31. littera C.*

S GREG. MAG. 38. Fructus mundi, ruina eſt: ad hoc enim creſcit, ut cadat; ad hoc cadit, ut germinet: ad hoc germinat, ut quodcumque germinaverit cladibus conſumat. *Homil. 1. ſuper Evag. circa medium, columna 320. littera B. tom. 2.*

S. HIERON. 39. Illic major fructus gignitur, ubi oneroſæ acerbitatis cauſa præceſſerit. *Tom. 4. Epiſt 5. ad Virginem in exilium miſſam, ante med. pag. 34. C.*

40. Nihil injuſtius eſt, quàm alterius labore alterum perfrui: & hoc juſtiſſimum eſt, ut ſuo quis labore fruetur. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 2. ſuper illud, Non eſt bonum homini, &c. pag. 70. A. tom. 7.*

41. Sic bonis hujus ſeculi fruere, ne aut deſiderio, aut carne delinquas. *Ibidem, cap. 12. ſup. illud, Quia adoleſcentia, &c. pag. 97. D. tom. 7.*

S HILARIUS. 42. Plus metit conſcientia, quàm geſta: hæc manum replent, manipulos verò illa ſinu colligit. *Sup. Pſ. 128 poſt med. fol. 94. col. 2.*

HUG A S. VICTORE. 43. Fructus
- Odore mulcet.
- Guſtu reficit.
- Naturam arboris oſtendit.
- Calore ſolis coloratur.
- Maturus decidit.
- Directè jaculatur. *Lib. 4. de propriet. rerum, cap. 6. ante finem, pag. 307. B. tom. 2.*

HUGO CARD. 44. Ubi nullum eſt faſtidium in fruendo, ibi fruuntur; nec faſtidiunt, qui frui magis ſitiunt. *Sup. Cant. cap. 8. fol. 137. col. 2. tom. 3.*

45. Charitate fruimur Deo, gaudio nobiſmetipſis, pace proximo amico, patientia proximo inimico. *Sup. Epiſt. ad Galat. cap. 5. fol. 166 col. 2. tom. 7.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 46. Job ante tentationem trigeſimum habuit fructum in facultatibus ſuis, juſtè vivendo: pòſt damna ſubſtantiæ & filiorum, ſexageſimum: poſt plagam autem corporis, centeſimum fecit. *Hom. 31. ſuper Matth. oper imperf. in medio, in illud 13 Quadam ſuper terram bonam, &c. col. 942 A. tom. 2.*

S. LEO I. 47. Ubi oblectatio fruendi conſtituitur, ibi cura cordis obſtringitur. *Serm. 7. de jejun. ſeptimi menſis, poſt medium.*

S. PETRUS DAMIANUS. 48. Non poteſt ex amara radice, dulcis fructus afferri. *Opuſcul. 25. cap. 1. ſub finem, pagina 603. columna 2. littera B. tom. 3.*

PHILO IUD. 49. Non cujuſvis, ſed ſolius ſapientis eſt, noſſe mentis fructus cujus ſit. *De plant. Noe, poſt medium, pagina 329. tom. 1.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SENECA. 50. Stultus eſt, qui nullum fructum eſſe putat bonorum, niſi præſentium. *Epiſt. 29. ab initio, pagina 587. tom. 2.*

Frugalitas.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

ETYMOLOGIA.

S. AUGUSTIN. FRUGALITAS à fruge dicitur, ideſt, à fructu propter quandam animorum fæcunditatem. *De beata vita in diſput. primæ diei, ante medium, pagina 350. litera C. tom. 1.*

CICERO. Frugalitas à fruge dicitur, quia nihil melius à terra oritur. *Lib. 3. Tuſc. quæſt. ante med. num. 18. columna 241. A. tom. 4.*

DEFINITIO.

COLLECTOR. Frugalitas eſt virtus, quæ motus animi regit, & ſedat, moderatamque in omni re novit ſervare conſtantiam.

Frugalitas eſt virtus moderatrix utendi, & abutendi ignara. *Lib. 8. de Nugis curial. cap. 13 poſt init.* IOANNES SARISB.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Plurimos gula ſua occidit, nullum frugalitas. *Libro 1. de Caïn & Abel, cap. 5. ante med. col. 930. littera A. tom. 4.* S AMBROSIUS

2. Plus amat caro moderatam frugalitatem, qua exuitur onere, induitur ſalubritate, qua ſolicitudinem deponit, aſſumit tranquillitatem. *Lib. 10. Ep. 82. ad Vercellenſem Eccleſiam, longe poſt medium, col. 668. A. tom. 3.*

3. Ornet mores tuos ſobrietas & frugalitas. *Epiſt. 182. ad Bonifac. in principio, pagina 518. littera D. tom. 2.* S. AUGUSTIN.

4. Vitio intemperantiæ contraria virtus eſt, quæ frugalitas nominatur. *De beata vita in diſput. primæ diei, ante med. pag. 350. C. tom. 1.*

5. Frugalitas ſoliciti & diligentis hominis ſolatium eſt. *Epiſt. de cura & regim. rei familiaris, ab init. fol 371. col. 1. C.* S. BERNARD.

6. Religioſos decet religioſa frugalitas. *Libro 2. de profect. Religioſor. cap. 49. in med. pag. 596. col. 1. C. tom. 7. part. 4.* S. BONAVENT.

7. Ubi pudicitiæ ſanctitas, ibi frugalitas eſt. *Tom. 1. Ep 10. ad Furiam, poſt init. pag. 80. C.* S. HIERON.

8. Ubi frugalitas eſt, ibi damna ſervulorum: quidquid enim non tulerint, ſibi ablatum putant: nec conſiderant de quanto, ſed quantum accipiant. *Ibidem.*

9. Parca vita occidit vitia, libidinem extinguit, virtutes nutrit, animam roborat, mentem ad cœleſtia ſublevat. *Sup. Regul. D. Auguſt. cap. 4 poſt med. pag. 8. H. tom. 2.* HUGO à S. VICTORE.

10. Tantùm debet unuſquiſque ſibi frugalitatis indicere, quantùm corporeæ obluctationis pugna depoſcit. *Lib. 5. de Cœnob. inſt. cap. 9. in princ. pag. 117.* IOAN CASS.

11. Parcitas ſalutis eſt mater. *Homil. de Jona Propheta, in fine, col. 846. A. tom. 1.* S JOANNES CHRYSOST.

12. Numquid voluptatem quæris, amice? hanc à frugalitate parabis: num ſanitatem? etiam hanc indè: num ſecuritatem? etiam hanc: num libertatem? num valetudinem? num animæ ſobrietatem? num alacritatem? iſta bona omnia ex frugalitate ſumuntur. *Homil. 27. ſuper Acta Apoſt. in Moralı, circa med. col 631. B. tom. 3.*

13. Anima frugalitati dedita, firmior eſt quàm quæ in deliciis. *Ibidem, in fine Moralis, col. 632. D.*

14. Si frugalis eſſes, nihil timeres, non invidiam, non latrunculos, non inſidiatores. *Sermone 13 ſuper Epiſt. ad Epheſ. in Morali, circa medium, columna 1040. C. tom. 4.*

15. Frugalitas nihil gelidè miniſtrat aut timidè, ſed ei tamen ratio conſtat impenſæ: rebus quidem, ſed ſibi magis parcit. *Profec.* JOAN SARISB.

16. Nihil autem minimum ſubtrahit uſui, ſed luxuriæ nihil omninò indulget; ſiquidem diligentiſſima eſt. *Libro 8. de Nugis curial. cap. 13. poſt init. apud Bibl. Patrum, tom. 15. pag. 477. columna 1. A. edit. Colonienſis 1618.*

17. Paucis contentus eſto, & ſimplicibus delectare. *Libro 1. Enchiridii parvulorum Document. 12. in principio.* LUDOV. BLOS.

18. Frugalis vitæ degendæ ratio, ubi longiùs proceſſerit, libidinis incentiva delet. *Paraneſ. 28. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. edit. Colonienſis 1618.* S. NILUS.

19. Tormentum eſt inſatiabilis cupiditatis frugalitas. *De Abrahamo, ante medium, pagina 506. tom. 1.* PHILO IUD.

20. Diſruptum ganeâ ſtomachum, nulla ſarcire res meliùs, quàm parſimonia ſolet. *Libro 2. Epiſt. 9. ad Donidium, in calce, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 1. pagina 999. columna 1. littera D. edit. Colon. 1618.* S SYNESIUS EPISCOPUS.

SENTANTIÆ PAGANORUM.

Caro Poëta 21. Nc tibi quid deſit, quæſitis utere parcè:
Utque quod eſt ſerves, ſemper tibi deeſſe pota-
to. *Lib. 1. Diſtich. Metr. 46.*

22. Utere quæſitis modicè, cùm ſumptus abundat:
Labitur exiguo, quod partum eſt tempore lon-
go. *Lib. 2. Diſtich. Metr. 42.*

Cicero. 23. Frugalitatem virtutum eſſe maximam judico. *Orat. 42. pro rege Dejotaro, poſt medium, num. 26. tom. 2.*

24. O dii immortalea! non intelligunt homioes, quàm magnum vectigal ſit parſimonia. *De Paradox. cap. 6. poſt med. tom. 4.*

25. Homo frugi, omnia rectè facit. *Lib. 4. Tuſc. quaſt. ante med. tom. 4.*

Epictetus. 26. Si corpus frugaliter curare didiciſti, oe ob id tibi placeas. *In ſuo Enchirid. cap. 70. in princ.*

Seneca. 27. Non poteſt ſtudium ſalutare fieri ſine frugalitatis cura: frugalitas autem, paupertas voluntaria eſt. *Ep. 17. ante med. pag. 552. tom. 2.*

28. Luxurioſo frugalitas pœna eſt. *Ep. 71. poſt med. pag. 666. tom. 2.*

Valerius Maximus. 29. Bonæ valetudinis mater eſt frugalitas, inimica luxurioſis epulis, & aliena nimiæ vini abundantiæ, & ab omni immoderato veneris uſu averſa. *Lib. 2. dictor memorabil. cap. 1. poſt med. pag. 71.*

30. Grata frugalitatis conſuetudo in cujuſvis genere vitæ, ſummam dulcedinem continet. *Ibidem, lib. 4. cap. 3. poſt med. pag. 171.*

Fucus.

DEFINITIO.

Collector. FUeoa eſt fictio per pigmentum & peregrinum ornatum, ad mentiendum pulchritudinem.

SANTENTIÆ PATRUM.

S. Ambrosius 1. Mulieres de adulterio vultus meditantur adulterium caſtitatis. *Profec.*

2. Quanta hæc amentia, effigiem mutare naturæ, picturam quærere, & dùm vetentur maritale judicium, prodere ſuum?

3. Prior enim de ſe pronuntiar, quæ cupit mutare quod nata eſt; ita dùm alii ſtudet placere, priùs ſibi ipſa diſplicet.

4. Quem judicem, mulier, veriorem requirimus deformitatis tuæ, quàm teipſam, quæ videri times?

5. Si pulchra es, quid abſcooderis? ſi deformis, cur te formoſam eſſe mentîris? nec tuæ conſcientiæ, nec alieni graoiam erroris habitura.

6. Ille eoim alteram diligit, tu alteri vis placere, & iraſceris ſi amet aliam, qui adulterare in te docetur.

7. Malè magiſtra es injuriæ tuæ; tolerabiliora enim propemodùm in adultero ctimina ſunt: ibi enim pudicitia, hìc natura adulteratur. *Lib. 1. de Virgin. ante med. col. 81. B. tom. 1.*

8. Deles picturam Dei mulier, ſi vultum tuum materiali candore oblinias, ſi acquiſito rubore perfundas. *Profecutio.*

9 Illa pictura vitii, non decoris eſt: illa pictura fraudis, non ſimplicitatis eſt. Noli itaque picturam Dei tollere, & picturam meretricis aſſumere. *Lib. 6. Hexameron. cap. 8. poſt initium, columna 888. littera B. tom. 4.*

S. Antoninus 10. Certè magna nimis præſumptio & ſuperbia eſt, velle aliam formare effigiem, quam Deus non dedit. *Parte 2. tit. 4. cap. 5. §. 6. in medio, fol. 168. columna 4.*

S. Augustin. 11. Fucari pigmentis, quo vel rubicundior, vel candidior mulier appareat, adulterina fallacia eſt, qua non dubito ipſos maritos ſe nolle etiam decipi, quibus ſolia

permittendæ ſunt fœminæ ornari ſecundùm veniam, non ſecundùm imperium. *Ep. 73. ad Poſſidium, prope med. pagina 219. A. tom. 2.*

12. Verus ornatus maximè Chriſtianorum & Chriſtianarum, non tantùm nullus fucus mendax, verùm iam oe auri quidem veſtiſque pompa, ſed mores boni ſunt. *Ibidem, in med. pag. 219. B.* S. Augustin.

13. Non amat Chriſtus fallaciarum fucos, veris veritas delectatur. *De bono viduit. cap. 19. paulò ante med. pag. 734. C. tom. 4.*

14. Deus non delectatur in compoſitione vultus, ſed in bonis moribus. *Ser. 64. ad Sororem. in medio, fol. 97. col. 2. F.* S. Bernard.

15. Fuci, tincturæ, unguenta & colores illiti, animam intrioſecùs ægrotare ſignificant. *Lib. 3. pædag. cap. 2. in medio, fol. 45. pag. 2. E.* Clem. Alex.

16. Ornantur ut aliis placeant, quæ in facie, non in corde gloriantur. *Ibidem, paulò poſt med fol. 45. pag. 2. littera F.*

17. Etſi oculos tuos ungas ſtibio, fruſtrà eſt pulchritudo tua. *Ibidem.*

18. Si mulieres ſint pulchræ, ſufficit natura, non contendat ars contra naturam: ſin autem ſint naturâ turpes, ſeipſas arguunt, ex eo quòd ſibi applicant quod non habent. *Lib. 2. Pædagog. cap. 12. ante ſin. fol. 44. pag. C.*

19. Qui fœminas, meretrices vocaverit, quæ ex vultibus ſuis perſonas faciunt, non aberravit. *Ibid. lib. 3. cap. 2. poſt medium, fol. 45. pag. 2. F.*

20. Pulchritudo fucis non ornatur, ſed proſtituitur. *De bono pudicit. cap. 6. poſt initium, pagina 422. columna 2.* S. Cyprian.

21. Solicitudo de ornatu pulchritudinis, malæ mentis indicium, & deformitatis eſt. *Ibidem.*

22. Semper eſt miſera, quæ ſibi non placet qualis eſt. *Ibidem, circa med. &c.*

23. Quid capillorum mutatur color? quid oculorum extremitates ſuffocantur? quid facies artibus in diverſam formam convertitur? quid poſtremò ſpeculum conſulitur? niſi quia, oe ipſa ſit, timetur? *Ibidem.*

24. Non fucis ornatur mulier, ſed vitia mulieris oſtenduntur. *Ibidem, in fine. &c.*

25. Lenocinia formarum, nonniſi proſtitutis & impudicis fœminis congruunt: & nullarum ferè pretioſior cultus eſt, quàm quarum pudor vilis eſt. *De diſcipl. & habit. virg. cap. 6. in princip. pagina 229. columna 2. tom. 2.*

26. Opus hoc meum non eſt (inquit Dominus) nec hæc imago noſtra eſt; cutem falſo medicamine polluiſti, crinem adultero colore mutaſti. *Profec.*

27: Expugnata eſt mendacio facies, figura corrupta eſt, vultus alienus eſt.

28. Deum videre non poteris, cùm oculi tibi non ſint, quos Deus fecit, ſed quos diabolus infecit.

29. Illum tu ſectata es, rutilos atque depictos oculos ſerpentis imitata es, de inimico tuo compta, cum illo pariter arſura. *Ibid. cap. 7. pag. 231.*

30. Eſtote tales, quales vos artifex Deus fecit: eſtote tales, quales vos manus Patris inſtituit; maneat in vobis facies incorrupta, cervix pura, forma ſincera. *Ibidem. cap. 9. pag. 23, columna 2.*

31. Noo virgines tantùm aut viduas, ſed & nuptas puto, & omnes omninò fœminas admonendas, quòd opus Dei & factura ejus & plaſma adulterari nullomodo debeat, adhibito flavo colore, vel nigro pulvere, vel rubore, aut quolibet denique lineamenta nativa corrumpente medicamine. *Ibidem, cap. 7. pag. 230, columna 2.*

32. Mulierculæ cùm pulchritudine careant naturali, ad colorum fucos confugere ſolent: ſunt tunc theatrales ornatiſſimæ, propter verecundiam inverecundiſſimæ, & propter turpitudinem turpiſſimæ. *Orat. 9. in funere Patris ſui, ante medium, pag. 71.* S. Greg. Naz.

S. GREG. NAZ. 33. Pulchritudinem furis ornatam infernus facit artifex, qui Dei figmentum fraudulentus abſcondit coloribus, & honoris gratiam dedecorat, divinamque formam, meretricum idolum avidis exponit oculis, quo pulchritudo velamine obfuſcetur, idque imaginem ſuffuretur naturalem. *Profec.*

34. Cæterùm multos, immò omnes, externus mulierum oblectat ornatus, cùm nullus pretioſior exiſtat, quàm mores illarum honeſti, & ſplendor internus. *Orat. 7. de funere Gorgoniæ ſororis ſuæ, ante medium, pagina* 52.

S. HIERONYM. 35. Quid facit in facie Chriſtianæ purpuriſſus & ceruſſa? quorum alterum ruborem genarum, labiorumque mentitur, alterum candorem oris & colli, ignis juvenum, fomenta libidinum, & impudicæ mentis ſunt indicia. *Profec.*

36. Quomodo flere poteſt pro peccatis, quæ lachrymis cutem nudat, & ſulcos ducit in facie? ornatus iſte non Domini eſt, velamen iſtud Antichriſti eſt: quâ fiduciâ erigit ad cœlum vultus, quos conditor non agnoſcit? *Tom. 1. Ep. 10. ad Furiam. ante medium, pag.* 81. *littera A.*

37. Erubeſcat mulier Chriſtiana, ſi naturæ cogit decorem, ſi carnis curam facit ad concupiſcentiam, in qua Chriſto placere non poteſt. *Tom. 1. Ep. 23. ad Marcellam. in medio, pag.* 155. *A.*

38. Turpanda eſt facies, quam contra Dei præceptum purpuriſſo & ceruſſa & ſtibio ſæpè depinxit. *Tom. 1. Ep. 27. ad Euſtoch. ante med.* 175 *B.*

39. Crimen eſt, caput poſt chriſmatis ſanctificationem, pulvere aut alterius cujuſlibet pigmenti fuco ſordidari. *Tom. 4. Epiſt. 14. ad Mauritii filiam. in medio, pag.* 90. *C.*

S. INNOC. III. 40. Artificialis ſpecies ſuperducitur, & facies obducitur naturalis, tanquàm artificium hominis artem ſuperet Creatoris. *Profec.*

41. Abſit quòd adulterinus color comparabilis ſit nativo, quoniam cùm facies adulterino colore fucatur, os abominabili fœtore corrumpitur.

42. Quid vanius, quàm pectere crines, planare cæſariem, tingere genas, ungere faciem, producere ſupercilia? *Libro 2. de contemptu mundi. cap. 40. ferè per totum. pag.* 123.

S. JOANNES CHRYSOST. 43. Mulier ornatum corporis nimiùm adamans meretricis ſimilis eſt, quæ fuco perfuſa, quotidie laſciviâ, delitiis, & loquacitate diffunditur, *Hom. 31. ſup. Matth. oper. perf. poſt med. col.* 284. *B. tom.* 2.

44. Mulieris vanæ facies figmentis eſt deformata, labia quaſi rubore pertincta, os urſæ ori cruentato ſimillimum, atra ſupercilia quaſi ad ollam attrita, albatæ ſunt genæ, quaſi ſepulchri parietes: quæ omnia fuligo, cinis, & calx ſunt, & extremæ ſpurcitiæ & fœtoris indicia, ſummamque deformitatem efficiunt. *Ibidem, ante fin. col.* 285. *A.*

45. Quidnam dicendum eſt de fucis corrumpentibus facies fœminarum, in perditionem juvenum laſcivorum? *Ibidem. Hom. 21. ab initio.*

46. Cùm fucis formoſa videri ſtudeas, hac re certè difformis appares, Deum offendis, modeſtiam ſuffodis, ſuſpicionum flammam incendis, proſtituta ſcorta imitaris. *Ibidem, Hom. 31. circa finem.*

47. Quid ſtudium tuum, quid artem conſummato à Deo opificio admovere præſumis? Non tibi ſufficit divina formatio? an verò veluti excellentior opifex, divinum opificem corrigere impiâ moliris audaciâ, atque ad autboris injuriam ornaris, ut poſt te greges juvenum trahas? *Hom. 4. ſup. 1. Tim. in princ. Moralis. col.* 1452. *D. tom.* 4.

48. Speciosam te creavit Deus, quid igitur tipſam deformem facis? velut enim ſi quis aureæ ſtatuæ illiniat lutum: ita ſunt quæ fucis utuntur: terram tibi illinis partim candidam, partim rubicundam. *Ibidem, col.* 1453. *A.*

49. Vis pulchra & honeſta videri? contenta ſis Creatoris tui figmento. *Serm. 10. ſup. Ep. ad Coloſſ. ante fin. col.* 1302. *A tom.* 4.

IOAN. SARESB. 50. Meretricantium mulierum fucus, dùm argui veretur à lumine, petit umbras, & timet ne ſeipſis deformiores ſint, ſi immediata luce videntium obtutibus pateant. *Lib. 3. de Nugis curial. cap. 12. ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 15. pag. 383. col. 2. F. edit. Colon.* 1622.

S. LAURENT. IUSTIN. 51. Unguentis ſe & aromatibus delinire, fucatis coloribus facies deturpare, ſcelus eſt nefandiſſimum, temeritas maxima, deteſtanda præſumptio, & delictum penè inexpiabile. Quaſi qui univerſa creavit, neſcierit putreſcenti humano corpuſculo & viliſſimo ſtercori, congruentem tribuere formam? *De Humilit. cap. 11. in princ. pag. 674. col. 1. E. part.* 2.

S. NILUS. 52. Facies mulieris exornata, quavis procellâ perniotioſior eſt *Orat. 2. de luxur. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Colon.* 1616.

53. Forma fucata intemperantium exitium & naufragium eſt. *Orat. 2. de fornicat poſt med. apud Biblioth. Patrum*, &c.

PHILO JUD. 54. Meretrices deformes videre licet fucantes pingenteſque faciem, ut tegant ſuam deformitatem. *Lib. 2. leg. Allegoric. ante med. pag. 100. tom.* 1.

TERTULLIAN 55. Quod naſcitur, opus Dei eſt: quod fingitur, diaboli negotium eſt: divino operi Satanæ ingenia ſuperducere, ſceleſtum eſt. *De cultu fœminar cap. 5. in medio, pag. 313. B. tom.* 2.

56. Quantum à noſtris diſciplinis & profeſſionibus aliena ſunt, quàm indigna nomine Chriſtiano, faciem fictam geſtare, effigiem mentiri! *Ibid. in fine.*

Fuga.

DEFINITIO.

COLLECTOR. FUGA eſt actus appetitus, malum abſens averſantis, & ab eo reſilientis.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS 1. Hæc vera eſt ſeculi fuga, abdicatio domeſticorum, & quædam alienatio chariſſimorum. *De fuga ſeculi. cap. 2. ante med. col. 198. B. tom.* 1.

2. Non erubeſcamus fugere; glorioſa enim hæc fuga eſt, fugere à facie peccati. *Ib. cap. 4. ante med. col.* 202. *A.*

3. Fugiamus hinc, ubi nihil eſt, ubi inane eſt omne quod magnificum putatur eſſe: ubi & qui ſe putat aliquid eſſe, nihil eſt, & omninò non eſt. *Ibid. cap. 5 in principio, col.* 293.

4. Potes animo fugere, etſi retineris corpore. *Ibid. cap. 8. in princ. col.* 208.

S. ATHANAS. MAGNUS. 5. Si malum eſt fugere, multò deterius eſt perſequi fugientem: ille enim ne moriatur ſeſe abdit, iſte autem perſequitur ut occidat. *Profec.*

6. De fuga quòd licita ſit, in Scripturis conſtat: qui autem ideò quærit ut interficiat, legem prævaricatur, aliiſque fugiendi neceſſitatem adfert.

7. Si igitur fugam pro re pudenda objiciunt, qui perſequuntur: pudeat eos ſui, quòd ſint perſecutores: ſi enim quieſcerent inſidiatores, quieſcerent & fugiẽtes.

8. Utilis ergo & non infructuoſa populis eſt fuga Sanctorum, quia fugientes Sancti, quemadmodùm ſeſe occultant, ita per diſpenſationem, ut medici, in uſus indigentium reſervantur. *In Apolog. de fuga ſua. col.* 336. *D. & ante fin. col.* 343. *B. tom.* 2.

S. AUGUSTIN. 9. Fugiant de civitate in civitatem, quando eorum quiſquam ſpecialiter à perſecutoribus quæritur, ut ab aliis qui non ita requiruntur, non deſeratur Eccleſia. *Profec.*

10. Cùm autem omnium (ideſt Epiſcoporum & Clericorum) eſt commune periculum, hi qui aliis indigent, non deſerantur ab his, quibus indigent.

S. August. 11. Nam qui fugiunt, vel ſuis devincti neceſſitatibus fugere non poſſunt, ſi comprehenſi patiuntur pro ſe ipſis, non pro fratribus utique patiuntur.

12. Qui verò propterea patiuntur, quia fratres, qui eis ad Chriſtianam ſalutem indigebant, deſerere noluerunt, ſine dubio ſuas animas pro fratribus ponunt. *Epiſt.* 180. *ad Honoratum, ſtatim ab init. pagina* 515. *lit. B. tom.* 2.

13. Cùm plebs manet & miniſtri fugiunt, miniſteriumque ſubtrahitur, quid erit niſi mercenariorum illa fuga damnabilis, quibus non eſt cura de ovibus? *Ep.* 180. *ad Honoratum, ante medium, pag.* 516. *lit. C. tom.* 2.

14. Quando eſt commune periculum, magiſque timendum ne quiſquàm fugere credatur, non conſulendi voluntate, ſed timore moriendi, magiſque fugiendi obſit exemplo, quàm vivendo proſit officio, nulla ratione fugiendum eſt. *Ibidem, poſt medium, pag.* 517. *littera A.*

15. Iram ratio provocavit, culpa veniam ſuaſit ad fugam: ſed felix fuga eſt, quæ currit ad vitam. *Epiſt.* 189. *ad Bonifac. pag.* 550.

16. Neceſſe eſt ut qui metuit aliquid, fugiat: quiſquis itaque metuere metuit, eſt profectò abſurdiſſimus, quia fugiendo habet idipſum quod fugit. *De octoginta tribus quæſtion. Quæſt.* 33. *in medio, pagina* 384. *C. tom.* 4.

17. Paulus Apoſtolus, non in Deum non credendo ſic fugit manus inimicorum: ſed Deum tentaſſet, ſi fugere noluiſſet, cùm ſic fugere potuiſſet. *Lib.* 22. *contra Fauſtum, cap.* 36. *ſub finem, pag.* 285. *A. tom.* 6.

18. Ab illo periit fuga, qui non fugit: qui autem non fugit, patitur quidquid poteſt pro Chriſto, ideſt, non fugit animo; nam corpore fugere licet, conceſſum eſt, permiſſum eſt, Domino dicente, Si vos perſecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam. *Sup. Pſal.* 141. *poſt medium, verſ.* 6. *Periit fuga a me, pagina* 1126. *lit. C. tom.* 8.

19. Fuga animi timor eſt. *Tract.* 47. *ſup. Evang. Ioan. de cap.* 10. *ſub fin. tom.* 9.

20. Chriſtus tanquàm homo à lapidibus fugit, ſed væ illis à quorum lapideis cordibus Deus fugit. *Ibidem, tract.* 43. *de cap.* 8. *in calce. ſup. illud, Tulerunt lapides, ut jacerent in eum. pag.* 120. *D.*

21. Fugientis dorſa perſequitur, qui faciem redeuntis illuminat, quò enim fugies à Deo? fugiens quò fugies? fugiens ab illo, qui nullo loco continetur, & nuſquam abſens eſt: qui converſum liberat, punit averſum. *De verb. Dom. ſerm.* 54. *poſt med. pag* 142. *littera D. tom.* 10.

22. Nemo rectè fugit à Deo, niſi ad illum: ab ejus ſeveritate, ad ejus bonitatem. *Homil.* 50. *ex Quinquaginta Hom. ante fin. pag.* 386. *C. tom.* 10.

S. Bernard. 23. Fuge, quæſo: in via peccatorum ne ſteteris. Quomodo vivere potes ubi mori non audes? *Epiſt.* 105. *ad Roman Subdiaconum, in fine, fol.* 232. *columna* 2. *littera F.*

24. Puer JESUS inter cognatos & notos à parentibus quæritur, nec tamen invenitur: fuge fratres tuos & tu, ſi tuam vis invenire ſalutem, fuge inquam de medio Babylonis, fuge à facie gladii aquilonis. *Epiſt.* 107. *ad Thomam prepoſit. de Beverla. in fine, fol.* 233. *columna* 3. *littera I.*

25. Quid ſtultius homine cognoſcente ſua mala, & ea effugere non curante, cùm bruta animalia fugiant omnia ſuæ ſaluti contraria? *Ser.* 9. *de Ss. Apoſtolis. in fin. pagina* 308. *col.* 2. *tom.* 3.

Cassiodorus. 26. Ubi fuga perit, mortis periculum nullatenùs evitatur. *Super Pſ.* 141. *circa medium, verſ.* 6. *Periit fuga à me, fol.* 216. *col.* 3.

Gloss. ord. 27. Fugiat miniſter Chriſti, ſicut ipſe Chriſtus in Ægyptum fugit: fugiat & qui ſpiritualiter quæritur, dùm per alios firma eſt Eccleſiæ ſalus. *Sup.* 2. *ad Cor.* 11. *in fine, col.* 446. *D. tom.* 6.

S. Greg. Mag. 28. Hoſtis inſequens eò faciliùs fugientem interficit, quò is qui fugiendo percutitur, imminentis victoris ſui gladio non reſiſtit. *Libro* 3. *in* 1. *Reg. cap.* 2. *poſt initium, ſup. illud, Egreſſus eſt Iſraël, &c. col.* 1334. *B. tom* 2.

S. Hieron. 29. Fuga non infidelitatis, ſed prudentiæ indicium eſt; ne fruſtrà nos offeramus periculis. *In regula Monachorum, cap.* 8. *de laudibus Eremi circa med. pagina* 274. *D. tom.* 4.

S. Joan. Clim. 30. Fuge Ægyptum, atque ita fuge, ut nunquàm illuc revertaris *Gradu* 3. *prope med. apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 246. *columna* 2. *F. edit. Colonienſis* 1618.

Joan. Trith. 31. Nihil tutius in periculo fugâ. *Orat.* 1. *in conventu Abbat. habitâ. ante medium, pag.* 844. *col.* 1.

S. Laurent. Justin. 32. Omnis tibi fuga interdicta eſt, & pugnandi indicta neceſſitas. *De diſcipl. monaſt. converſat. cap.* 4. *in princ. pag.* 108. *col.* 2. *C. parte* 1.

S. Petrus Chrysol. 33. Chriſtus fugit, ut noſtras fugas in perſecutionibus temperaret. *Profec.*

34. Martyr comprehenſus debet tenere conſtantiam, non comprehenſus debet fugere perſequentem: ut & perſecutori indulgeat reſipiſcendi tempus, & ſibi tempus non auferat ſupplicandi.

35. Fugere ergo debemus perſecutorem, provocare non debemus, ſi ſalvari perſecutores noſtros velimus. Perſecutorem enim qui provocat, facit: corrigit, qui declinat.

36. Orandum eſt, fugiendum eſt, ut & ille, qui per ignorantiam furit, ſanetur: & ille qui patitur, de patientia palmam ſubeat, non ſubeat de temeritate diſcrimen.

37. Si Saulum Martyres non fugiſſent, Paulum non feciſſent.

38. Hoc faciendum docuit Chriſtus, hoc nobis reliquit exemplum: ut fugiente Domino, fugere indignum non putet ſervus. *Serm.* 151. *in fine, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 772. *col.* 1. *D. edit. Colon.* 1618.

39. Bellicoſus quòd in bello fugit, artis eſt, non timoris: Deus quando fugit hominem, ſacramenti eſt, non pavoris. *Ibidem, ſer.* 150. *de fuga Chriſti in Ægypt. circa med. pag.* 771. *col.* 2. *E.*

Philo Iud. 40. Quiſquis à Deo fugit, confugit ad ſeipſum. *Lib.* 2. *legis Allegor. longè poſt init. pag.* 92. *tom.* 1.

Tertullian. 41. Sicut fuga, redemptio gratuita eſt, ita redemptio nummaria fuga eſt. *De fuga. cap.* 12. *in princ. pagina* 1164. *littera D. tom.* 5.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

Seneca. 42. Turpe cuilibet viro fugiſſe. *Lib. ſuaſor. ſuaſor.* 2. *ante med. pag.* 9. *tom* 1.

43. Minùs turpe eſt à bello inermem reverti, quàm armatum fugere. *Ibidem.*

44. Non eſt honeſtum fugere, etiamſi tutum eſſet. *Ibidem, in medio pag.* 10.

45. Periculoſum eſt fugere pugnantibus, hoſtes timendo; fugientibus & hoſtes & ſuos. *Ibidem.*

46. Patet exitus, ſi pugnare non vultis, licet fugere. *Libro de divina provid. cap.* 6. *circa med. pagina* 390. *tom.* 1.

47. Nihil adhuc conſecutus es, ſi multa effugiſti, te nondum. *Lib.* 1. *quæſt. in præfat. ante medium, pag.* 647. *tom.* 1.

48. Fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam unum. *Ep.* 10. *in princ. pag.* 537. *tom.* 2.

49. Quæ dementia eſt fugere, cùm retrò ire non poſſis? *Ep.* 82. *prope med. pag.* 708. *tom.* 2.

50. Malis hominibus tutiſſimum eſt, citò fugere. *De Moribus circa finem, pagina* 678. *editionis Baſileenſis* 1537.

Sixtus Philosophus. 51. Anima mala Deum fugit. *Sent.* 301. *pag.* 66. *col.* 2. *F. apud Bibl. Patr. tom.* 3. *edit Colon.* 1618.

Vide etiam tit. Certamen ſent. 29. 35. 36. 38. *Fornicatio. ſent.* 1. *Libido. ſent.* 17. *Perſecutio. ſent.* 46. *Præſentia Dei. ſent.* 23. 24. 25.

Furor.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIFFERENTIA.

ETYMOLOGIA.

S. AMBROSIUS. FUROR græcè θυμὸς dicitur, qood eſt iræ impetus *Super Pſ.37. longè poſt initium, columna 1325. littera B. tom. 4.*

DEFINITIO.

HUGO A S. VICTORE. Furor eſt motus, qui omninò extrà ratiooem ſervens, ſolo impetu fertur paſſioois. *In caput 2. cœleſtis Hierarchiæ, libro 3. poſt medium, pagina 359. littera C. tom. 1.*

Furor eſt effrænata conceptis intrinſecùs adverſis, animi impatientis & impotentis rabies. *De fruct. carnis & ſpirit. cap. 6. in fine, pagina 160. littera H. tom. 2.*

S. IOAN. CLIM. Furor eſt morum inconſtaos motus, animique turpitudo. *Gradu 8. in princ. pag. 262. columna 1. C. apud Bibliothecam Patrum, tom. 6. part. 2. editionis Colon.* 1618.

S. LAURENT. JUSTIN. Furor eſt motus animi concitatus ad pœnam, atque ulciſcendi libido. *Parte 2. lib. 1. de ſpirituali interitu, cap. 24. poſt initium, pag. 539. columna 1. littera C.*

S. PETRUS CHRYSOL. Furor eſt quod ratione non frænatur. *Serm. 109. poſt medium, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 743. col. 2. E. edit. Colon. 1618.*

DIFFERENTIA.

CASSIODORUS. Ira & furor inter ſe differont: ira longa indignatio eſt, furor repentina mentis accenſio. *Super Pſ.6. ab init. verſ. 1. fol. 11. col. 2.*

ORIGEN. Iracundia & furor inter ſe differunt: iracundia inebriat animam, furor verò eam pluſquàm ebriam facit, ſi quid tamen eſſe ebrierate amplius poteſt. *Homil. 7. in caput 10. Levitici, poſt init. pag. 84. col. 2. lit. L. tom. 1.*

RICHARDUS A S. VICTORE. Foror & ira inter ſe differunt: furor eſt perturbatio mentis totius expers rationis, ira verò eſt mentis perturbatio magna, ſed à ratione non penitus aliena. *Parte 1. lib. 1. de Erudit. hominis interioris, cap. 7. ante medium, pagina 80. columna 1. tom. 3.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Hominis eſt temperare iracundiam, noo leonino raptari furore. *Lib. 10. Ep. 82. ad Vercellenſ. Eccleſ. circa med. col. 663. D. tom. 3.*

S. AUGUSTIN. 2. Vir invidus ſemper furore pleous, particeps dæmoniorum efficitur. *De ſalutar. docum. cap. 22. pag. 756. D. tom. 4.*

3. Nihil fœdius, nihil damnoſius, nihil levius, nihil turpius in paſtore, furioſitate. *Serm. 6. ad fratr. in Eremo. pag. 963. A. tom. 10.*

V. BEDA. 4. Repentinus furor nil rationis recipit. *In ſuis Proverbio Repentinus. pag. 197. tom. 2.*

S. BONAVENT. 5. Principes furioſi comparantur urſis eſurientibus, leonibus rugieotibus, & lupis rapieotibus. *Expoſ. 2. ſup. Pſ. 118. cap. 2. verſ. 7. art. 2. pag. 171. columna 2. littera B. tom. 1.*

6. Sicut virtutum omnium iocrementum pender à charitate, ſic omnia vitia ſumuot incitamentum ex furore. *Ser. 1. Dom. 5. poſt Pent. ante med. pag. 154. col. 1. tom. 3.*

S. GREG. MAG. 7. Menti furore ebriæ, omne rectum quod dicitur, perverſum videtur. *Parte 3. Paſter. cap. 1. Admonit. 17. poſt med. col. 1181. A. tom. 2.*

8. Præceps furor uſitatuſque deſpicitur. *Libro 3. in regiſtro ind. 12. cap. 1. Ep. 1. ad Conſtantium Epiſc. Mediolan. col. 747. B. tom. 2.*

9. Furor commotionis tempore juſtum omne putat quod fecerit. *Ibidem, lib. 8. indict. 3. cap. 12. Ep. 12. ad Gudiſcalum ducem, in princ. col. 1012. B.*

10. Mentem impellit furor, quò ooo trahit deſiderium, & agit commota velot neſciens. *Parte 3. Paſtoral. cap. 1. Admonit. 10. circa init.*

S. GREGOR. TAUMAT. 11. Animi furorem ſummo ſtudio frænare, & coërcere neceſſe eſt, cui ſtulti ſerviunt. *Sup. Eccleſ. cap. 7. ante med.*

S. HIERON. 12. Amaritudo & furor, ſpecies ſunt iræ. *Lib. 3. ſup. Ep. ad Epheſ. cap. 4. in princ. pag. 229. B. tom. 9.*

13. Furor deſiderat ultionem, & eum quem nocuiſſe putat, vult lædere. *Ibidem.*

S. HILARIUS. 14. Quàm dedecoroſus eſt fureotium motus; quanta perturbatio eorum eſt, quanta calamitas? *Sup. Pſ. 125. circa med. fol. 88. col. 4.*

HUGO CARD. 15. Nihil tantùm movet hominem ad furorem, ſicut zelus, quando vult ponire injuriam factam ſponſæ ſuæ. *Sup. Ezech. cap. 36. fol. 115. col. 4. tom. 5.*

16. Furioſus, qui propter peccata in furiam incidit, numquàm ſanabitur, cùm non poſſit pœnitere, niſi à furia liberatus. *Super Marc. cap. 2. fol. 93. columna 2. tom. 6.*

IOAN. CASS. 17. Ubi furoris inſidet virus, libidinis neceſſe eſt incendium penetrare. *Lib. 6. de Cœnob. inſtit. cap. 23. poſt medium, pag. 164.*

18. Sicut nihil præponendum eſt charitati, ita furori nihil eſt è contrario poſt ponendum. *Collat. 16. Abb. Joſeph. cap. 7. in princ. pag. 675.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 19. Furor & ira tela ſunt diaboli. *Hom. 3. ſup. Gen. col. 17. B. tom 1.*

20. Vincit furorem pietas, affectus inſaniam ſuperat. *Serm. de Abſalom. ante med. col. 641. littera A. tom. 1.*

21. O homo leonem mitigas, reddiſque tractabilem: furorem verò animi tui omni prorsùs efficis leone ſæviorem: illè naturaliter ſævit, & tamen arte illum manſueſcis: tu autem naturaliter manſuetus, in ferarum rabiem naturâ repugnante te perducis. *Homil. 4. ſuper Matth. oper. perfect. poſt medium, columna 45. lit. B. tom. 2.*

22. Eſt ebrietas furoris, & multò deterior illâ, quæ ex vino contingit. *Ibidem, Homil. 15. longè ante fin. col. 147. C.*

23. Quis lictor latera ſic confringere poterit; quæ verua ignita ſic transfigunt & explorant corpus; quæ inſania ſic ſtupida reddit naturalia præcordia ſicut furor? *Hom. 6. ſup. Acta Apoſt. ante finem, columna 487. B. tom. 3.*

24. Nihil intempeſtivo furore deterius, ooo fert longam moram, quia acutos morbus eſt. *Ibidem, in fin. col. 487. C.*

25. Sæpè verbum quis per furorem effudit, & aliquid facit, quod totam ejus vitam ſubvertit. *Ibidem, &c.*

26. Moleſtum eſt, quòd furor in brevi tempore, & ſæpè uno opere & unico verbo oobis æterna bona aufert, & innumeros labores elargitur. *Ibidem.*

27. Nihil fœdius furore, oihil vilius, nihil gravius, nihil inſuavius, nihil nocentius. *Ibid. Hom. 15. in Moral. ante fin. col. 551. A.*

28. Non habitat Spiritus ſanctus, ubi eſt furor: & nihil ſani poteſt ingredi, ubi egreditur furor. *Ibidem, Hom. 17. in princip. Moralis, columna 563. littera B. tom. 3.*

29. Maledictus eſt furibundus. *Ibidem.*

30. Ignis eſt furor, flamma acris eſt indiga materiæ: ne ſuggeras igni materiam, & ſtatim malum extinxeris. *Ibidem, Hom. 31. in Moralib, circa med. col. 636. A.*

31. Furor cœcus eſt, qui digno præcipitio jactatur io ioſaniam. *Serm. 3. in quinta feria Paſſionis, in med. col. 808. C. tom. 3.*

S. Ioannes Chryſotom.

32. Furor excæcatio eſt pertinaciſſimæ mentis : quæ ut alium perdat, prior ipſe mali perire. *Ibidem.*

33. Furioſius quâvis beſtiâ eſt ſævior. *Hom* 4. *ſuper Matth. oper. perfect. poſt medium, columna* 45. *littera A. tom.* 2.

S. Ioan. Clim.

34. Furibundus eſt caducus voluntarius, qui dùm anticipatur, invitus cadens colliditur, atque diſrumpitur. *Gradu* 8. *ante med. apud Bibliothecam Patr. tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 262. *col.* 2. *E. edit. Colon.* 1618.

35. Grave eſt, oculum cordis præ furore turbare: longè verò gravius labiis etiam impetum exprimere: graviſſimum autem, manibus furori ſatisfacere. *Ibidem, pag.*262 *col.*2.*H.*

Joan. Trith.

36. Furor verum diſcernere neſcit. *In cap.* 4. *Regula S. Bened. verbo Ira, circa medium, pagina* 276. *columna* 2.

S. Iſid. Hiſp.

37. Furor in judice inveſtigationem veri non valet attingere: quia mens ejus turbata furore ab inveſtigatione alienatur juſtitiæ. *Lib.*3.*de ſum.bono.cap.*52.*ſent.* 13.*pag.* 686.*col.* 1.

S. Laurent. Iuſtin.

38. Nil prorsùs ſic mentis ſtatum evertit, velut conturbans furor. *De caſto connubio, cap.*11. *circa med.pag.* 166. *columna* 1. *littera E.*

39. Furor eſt
- Animi paſſio.
- Subverſio naturæ.
- Dehoneſtatio hominis.
- Opprobrium ſervorum Chriſti.
- Repulſio gratiæ.
- Fraternitatis diſſipator.
- Dæmoniaca imitatio.
- Fugator Paracliti.
- Omniſque ſanctitatis inimicus. *Ibidem*, &c.

40 Furore dominante,
- Periclitatur ratio.
- Inebriatur cor.
- Incompoſita verba proſiliunt.
- Immutatur facies.
- Lumen oculorum caligat. *Ibidem.*

S. Petrus Chryſolog.

41. Ira ſi pervenerit ad totum furoris incendium, ſine ſanguine non ſedatur. *Serm* 38. *poſt initium, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 689. *col.* 2. *H. edit. Colon.* 1618.

42. Carere dementiâ furor neſcit, in ſe namque ſævit quoties in alterum tendit. *Ibidem, ſerm.* 173. *circa medium, pag.* 786. *col.* 2. *F.*

S. Petr. Dam.

43. Dùm perturbata mens judicium ſuæ rationis exaſperat: non quod Deus præcipit, ſed quod furor ſuggerit, rectum putat. *Opuſc.* 40. *cap.* 2. *ante fin. pag.* 679. *col.* 2. *A tom.* 3.

Salvianus.

44. Voluntas crimen non habet, ubi furore peccatur. *Libro* 6. *de Gubern. Dei, poſt med. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *edit. Colonienſis* 1618.

S. Syneſius Epiſcopus.

45. Nullum aliud eſt in rerum natura, nec eſſe poteſt gravius malum, aut ad profligandum genus humanum efficacius, quàm vecordia cum furore conjuncta. *De Provid. ſect.* 1. *longè poſt init. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *pagina* 71. *columna* 1. *littera A. editionis Colonienſis* 1618.

Sententiæ Paganorum.

Seneca.

46. Mulicbre eſt, furere in ira. *Lib.* 1. *de Clement. cap.* 5. *a medio, pag.* 467. *tom.*1.

47. Hoc habet omnis affectus, ut in quod ipſe inſanit, in id putet etiam cæteros furere. *De Moribus ante med. pag.* 677. *edit. Baſil.* 1537.

Vide etiam tit. Fraternitas. ſent. 66. *Ira. ſent.*100. *Monachus. ſentent.* 106. *Punitio. ſentent.* 53. *&* 54.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIFFERENTIA.

Etymologia.

S. Antonius de Padua.

FUr dicitur à furvo, ideſt, nigro: fur eſt qui furva, ideſt, obſcura nocte ſubripit aliena. *Serm. Dom.* 2. *poſt Paſcha ante med. fol.* 130. *pag.* 1.

Latro dicitur à latitando vel latendo: latro eſt qui latet, ut incautos ſpoliet & occidat. *Ibidem.*

Definitio.

S. Antonin.

Furtum eſt contrectatio rei alienæ mobilis & corporalis fraudulosa, invito domino, lucri faciendi gratia, ſive ipſius rei, ſive uſus poſſeſſionis rei. *Parte* 2. *tit.*1. *cap.*15. *in princ. fol.* 65. *col.* 3.

S. Bonavent.

Furtum eſt occulta, & ignorante domino, & invito alienæ rei contrectatio. *Part.*1. *Centiloquii. ſect.*31. *in princ. pag.* 68. *col.* 2. *A. tom.* 6. *parte* 1.

S. Gregor. Taumat.

Fur eſt, qui rem alienam contrectat præter domini voluntatem, ſciens id illi moleſtum eſſe. *Ep. Canonica. Can.* 9. *a medio, apud Bibl. Patrum, tom* 3. *pag.*49. *col.*1. *A. editionis Colonienſis* 1618.

S. Hieronym.

Furtum eſt omne, quod alterius damno acquiritur. *Lib.*2. *ſuper Ep. ad Epheſ. cap.*4. *in illud, Qui furabatur, &c. pag.* 227. *D. tom.*9.

S. Iſid. Hiſp.

Furtum eſt rei alienæ clandeſtina contractio. *Lib.* 5. *Etymolg. cap.* 26. *verbo Furtum. pag.* 61. *col.* 1.

Differentia.

S. Antoninus.

Differt furtum à rapina; quia furtum occultam, rapina verò violentam uſurpationem importat. *Part.* 2. *tit.* 1. *cap.* 12. § 8. *in fine, fol.* 57. *col.*2.

S. Thomas Aquinas.

Furari & rapere inter ſe differunt; quia primum latenter, ſecundum hoſtiliter. *Sup.*2. *ad Cor. cap.*12. *lect.* 1. *ante med. fol.* 127. *col.* 1.

Furtum & rapina inter ſe ſunt diſtincta: nam furtum eſt, quando dolo & clanculum; rapina verò, quando aperta & manifeſta vi, ſua cuipiam bona nulla premente neceſſitate per injuriam auferuntur. 2.2. *quæſt.*66. *art.* 1. *in Axiomate, pag.* 126. *col.* 1.

Sententiæ Patrum.

S. Antoninus.

1. Qui furtum facit, dignus eſt ſuſpendio. *Part.*2. *tit.*1. *cap.*23. § 6 *fol* 91. *col.*3.

S. Auguſtin.

2. Furtum in paupere & divite, unum peccatum eſt furti, ſed divitem plus facit reum: quia pauper per inopiam, dives autem, cùm abundet, facit furtum. *De quæſt. vet. & novi Teſtamenti. quæſt.* 124. *ferè in princ. pag.*615. *A. tom.*4.

3. Eleganter & veraciter Alexandro illi magno quidam comprehenſus Pirata reſpondit: nam cùm idem Rex hominem interrogaſſet, quid ei videretur, ut mare haberet infeſtum? ille libera contumacia, quid tibi, inquit, ut orbem terrarum? ſed quia id ego exiguo navigio facio, latro vocor: quia tu magna claſſe, Imperator. *Libro* 4. *de Civ. Dei, cap.* 4. *a medio uſque ad finem, pag.* 63. *B. tom.* 5.

4. Ecce inter ſanctos eſt Judas, ecce fur eſt Judas, & non contemnitur, fur ſacrilegus, non qualiſcumque fur, & toleratur, fur loculorum, ſed dominicorum: loculorum, ſed ſacrorum. *Profec.*

5. Si crimina diſcernuntur in foro qualiſcumque furti & peculatus, & non ſic judicatur furtum rei privatæ, quomodo publicæ, quantò vehementiùs judicandus eſt fur ſacrilegus? *Tract.* 50. *ſuper Joan. de cap.* 12 *pag.*252. *C. tom.* 9.

6. Melius eſt pauperem & ſufficientem eſſe, ouilique ex dato placere, quàm aliquem lædere furto. *De conflictu vitior. & virt. cap.* 18. *prope med. pag.* 713. *B. tom.* 9.

S. AUGUSTIN.

7. Latro timet malum, & ubi non poteſt, non facit, & tamen latro eſt: Deus enim cor interrogat, non manum. *Hom. 9. ex quinquaginta Homil. in medio. pag. 265. B. tom. 10.*

8. Quod per furtum ſubducis, de cœlo perdes: oemo enim babet injuſtum lucrum, ſine juſto damno. *Profec.*

9. Qui furatur, verbi gratia, acquiret veſtem, ſed cœleſti judicio perdet fidem: ubi lucrum, ibi damnum. *Serm. 2. Sabbat. poſt 3. Dom. Quadrag. & in ord. 95. circa med. pag. 566. C. tom. 10.*

10. Cùm quæſitum fuiſſet à Socrate ridente, cur ſic fortiter rideret, reſpondit, Video magnos latrones ad ſuſpendium duci facere parvos. *Profec.*

11. Et alta voce clamaſſe refertur: O qoàm digniores eſtis ſuſpendi, qui in cathedris & domibus habitatis, latrocinia majora committentes, quàm qui io ſylvis cum tremore quotidie demorari videntur. *Serm. 31. ad fratr. in Eremo in fine. pag. 957. A. tom. 10.*

12. Si propterea non facis furtum, quia times ne judiceris, intus in corde feciſti: reus furti teneris, & nil tuliſti. *Et hab. in decretis Gratiani. part. 2. de pœnit. diſt. 1. Can. Si. fol. 378. col. 3.*

13. Quis fur æquo animo furem patitur? *Lib. 2. Conf. cap. 4. in princ. tom. 1.*

14. Noo eſt aliud cum fure concurrere, niſi vel furari cum eo, vel furtom ejus cordis placito accipere. *Ep. 164. ante med. tom. 2.*

15. Dominus fures puoit, ſi oon ſe correxerint. *Ep. 166. poſt init. tom. 2.*

16. Qui furantur, alienum auferunt. *Lib. 4. de doctr. Chriſt. cap. 29. poſt init. tom. 3.*

17. Pejor eſt qui concupiſcendo, quàm qui miſerando furatur. *Contra Mendac. cap. 8. poſt init. tom. 4.*

18. Quamvis gravius ſit homicidium quàm furtum, pejus eſt tamen facere furtum, quàm pati homicidium. *De Mendac. cap. 9. in med. tom. 4.*

19. Si furtum omne peccatum eſt, ab omni furto eſt abſtinendum. *Contra Mendac. cap. 8. poſt init. tom 4.*

20. Non æquandus eſt fur quilibet ei furi, qui miſericordiæ voluntate furatur. *Profec.*

21. Gravius eſt avaritiâ, quàm miſericordiâ furtum facere: & gravius eſt adulterare miſericordiâ, quàm furari avaritiâ. *Ibidem, in princ. & poſt med.*

GLOSS DECR.

22. Furem nocturnum; ſed non diurnum, niſi telo ſe defendat, licet occidere. *In decretis Gratiani. fol. 304. col. 2. edit. Lugdun. 1540.*

GLOSS. ORD.

23. Non fur ſolùm, ſed & ille reus tenetur, qui furti conſcius, quærente poſſeſſore non indicat. *Sup. Prov. cap. 29. in calce. col. 1730. D. tom. 3.*

S. HIERONYM.

24. Furtum quaſi ſacrilegium à virgine deteſtandum eſt. *Tom. 1. Ep. 27. ad Euſtoch. poſt med. pagina 179. littera A.*

25. Non fur ſolummodò, ſed etiam ille reus tenetur, qui conſcius furti, non vult quærenti indicare, cùm valet. *Lib. 3. ſup. Prov. cap. 29. ſup. illud, Qui cum fure. &c. pag. 53. D. tom. 7.*

26. Fur non ſolùm in majoribus, ſed etiam in minoribus judicatur: non enim id quod furto ablatum eſt, ſed mens furantis attenditur. *Sup. Ep. ad Tit. cap. 2. in illud, Non furantes. pag. 252. D. tom. 9.*

27. In furto qoantumcunqne quis abſtulerit, furti crimen incurrit. *Profec.*

28. Quomodo poteſt fidelis eſſe in ſubſtantia Dei, qui carnali domino fidem exhibere non potuit? *Ibid.*

HUGO à S. VICTORE.

29. Fur:
- De nocte venit.
- Spoliat, ſubitò invadit, & perimit incautos.
- Aocupatur.
- Domom ſuffodit.
- Latet.
- Immiſericors eſt.
- Secretos introitus quærit.
- Ad omnem ſtrepitum pavet. *Lib. 4. de propriet. rerum. cap. 6. in fine. pag. 307. C. tom. 2.*

HUGO CARD.

30. Fures in ſuis viribus non confidunt, ſed potiùs in ioſidiis. *Sup. Levit. cap. 11. fol. 111. columna 3. tom. 1.*

31. Sunt multi, qui ſe Reges & Prælatos æſtimant, cùm reverà non ſint, niſi nomine tenùs, re autem pyratæ vel latrones. *Profec.*

32. Undè Alexandro quærenti à qoodam pyrata, quare devaſtaret mare? dicitur reſpondiſſe: Ego qoia parvâ ſcaphâ mare devaſto, dicor pyrata; tu verò quia claſſe magnâ totum orbem devaſtas, diceris Imperator.

33. Et Socrates videns Præpoſitos cujuſdam Principis ducere qoeodam latronem ad patibulum, dixit: Magni fures parvum latronem ſuſpendunt. *Sup. Prov. cap. 16. fol. 35. col. 3. tom. 3.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

34. Quid latrone ſceleſtius? nonne hoc ſummum malitiæ genus? *Poſt med. Prologi ſup. Ioan. col. 10. D. tom. 3.*

35. Latrocinii merces eſt voluptas. *Hom. 18. ſup. 1. Cor. poſt init. moralis. col. 459. A. tom. 4*

36. Furi lux inimica eſt, moleſtus eſt juſtus. *Hom. 28. ſup. 2. Cor. in medio moralis. columna 865. littera D. tom. 4.*

37. Furtum ſegnitiei eſt; non ad furtum impellit penuria, ſed ad laborem. *Serm. 2. ſup. Epiſt. ad Epheſ. ante med. moralis. col. 961. B. tom. 4.*

JOAN. TRITH.

38. Furem facit prava hominis voluntas: & dùm ei conſuetudini non reſiſtitur, quaſi furandi quædam neceſſitas generatur. *Ep. 15. ad Nicol. Presbit. Merniconſ. ante fin. pag. 954. col. 2.*

S. PETRUS DAM.

39. Qui non corripit puerum ova furantem, magnum poſtea latronem patitur, equorum ſtabula perfringentem. *Lib. 1. Ep. 20. ad Cadaloum Antipap. in princ. pag. 17. col. 1. A. tom. 1.*

PHILO JUD.

40. Ne furtum facias, qui enim alienis inhiat, hoſtis publicus, voluntate omoes, vi quotquot valet, ſpoliat. *De decalogo. poſt medium, pagina 1034. tom. 2.*

SALVIANUS.

41. Excuſabilis furti reus eſt, qui ad furtum cogi videtur invitus. *Lib. 4. de Gubern. Dei. longè poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 336. col. 1. A. edit. Colon. 1618.*

42. Furtum, ut putas, ſervile vitium eſt: & tu furtum dives facis, quando à Deo vetita præſumis; omnes ſiquidem furta fariunt, qui illicita committunt. *Ibidem.*

43. Furtum in omni quidem eſt homine malum facious, ſed damnabilius abſque dubio ſi ſenator furatur aliquando. *Ibidem, poſt medium, pag. 339. columna 1. littera B.*

44. Latrones hoc proverbio oti ſolent: ot quibus non auferant vitam, dediſſe ſe dicant. *Ibidem, lib. 8. in fine. pag. 361. col. 1. A.*

S. THOMAS AQUINAS.

45. Nullum peccatum eſt ita periculoſum, ſicut furtum: nullum enim remittitur ſine ſatisfactione & pœnitentia. *Opuſc. 9. de decem pracept. Pracept. 7. verbo. Non furtum. tom. 1.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL.

46. Damnis meritò gravioribus is punitur, qui locis publicis, quàm qui privatis furtum egit. *Sect. 29. Problem. quæſt. 14. poſt med. tom. 2.*

PLATO

47. Si quis rem furto ſublatam volens, ſriens receperit; eamdem pœnam, quam ille qui furatus eſt, ſobeat. *Tom. 2. ſizygia. 4. lib. 12. de legibus circa med. pag. 950. B.*

SENECA.

48. Multi furto non erubeſcunt; furta minuta puniuntur, magna triumphis feruntur. *Ep. 87. circa med. pag. 733. tom. 2.*

Vide etiam Tit. Crimen. ſent. 14. Eleemoſina. ſent. 13. Invenire. ſent. 20. Pecunia. ſent. 134. Proprietas. ſent. 3. Reſtitutio. ſent. 3. 4.

G.

LIBER VII.

GAUDIUM.

DEFINITIO, DIVISIO.

Definitio.

S. Hieronym. Gaudium eſt elatio animi ſuper his, quæ digna ſunt exultantis. *Profec.*

Lætitia verò eſt effrænata animi elatio, quæ modum neſciat. *Lib. 3. ſup. Epiſt. ad Galat. cap. 5. in illud, Gaudium, Pax. &c. pag. 195. D. tom. 9.*

Hugo a S. Victore. Gaudium verum eſt ex contemptu præſentium veniens feſtivæ mentis jucunditas ſpiritalis. *De fruct. carnis & ſpirit. cap. 17. prope medium, pagina 162. lit. F. tom. 2.*

S. Joannes Chrysost. Gaudium eſt eorum, quæ deſiderat animus, expletio, rerumque jucundarum fruitio, ac moleſtarum oblivio. *Hom. 1. de verb. Iſaya ante med. col. 801. D. tom. 1.*

Divisio.

Hugo a S. Victore. Quadruplex eſt gaudium.
- Eſt gaudium iniquitatis.
- Eſt gaudiom vanitatis.
- Eſt gaudium charitatis.
- Eſt gaudium felicitatis. *Sup. Ioëlem ante med. pag. 131. E. tom. 1.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius. 1. Quando mens ſibi recti eſt conſcia, gratulatur, vel infuſione quadam ſpiritali repletur animus gaudio. *Lib. 2. de Cain & Abel. cap. 6. in princ. col. 946. lit. A. tom. 4.*

S. Anselmus. 2. Gaudium in vita æterna erit juſto intùs & extra: gaudium furſùm atque deorsùm; gaudium circumcirca, ubique gaudium plenum. *De ſimilitud. cap. 17. in fine.*

S. Antonin. 3. Diverſa ſunt gaudia.
- Quidam gaudent in vanitate mundi. — Primum gaudium eſt periculoſum, & vanum.
- Alii, in voluptate peccati. — Secundum, pernitioſum & inſanum.
- Tertii, in voluptate boni. — Tertium, gratioſum & vanum.
- Querti, in viſione Dei. — Quartum, glorioſum & verum. *Part. 4. tit. 6. cap. 5. §. 3. in principio. fol. 137. col. 4.*

4. Gaudium eſt ſpecies delectationis. *Ibidem, cap. 6. ferè in principio. fol. 138 col. 3.*

5. Singula gaudia triſtitiis permixta ſunt. *Part. 4. tit. 3. cap. 7. §. 2. poſt init. fol. 30. col. 1.*

S. Augustin. 6. Eſt gaudiom, quod non datur impiis, ſed iis qui te gratis colunt, quorum gaudium tu ipſe es. *Proſecutio.*

7. Et ipſa eſt beata vita gaudere ad te, de te, propter te: ipſa eſt, & non eſt altera: qui autem aliam putant eſſe, aliud ſectantur gaudium, neque ipſum verum; ab aliqua tamen imagine gaudii voluntas eorum non avertitur. *Lib. 10. Conf. cap. 22. in princ. pag. 124. D. tom. 1.*

8. Gaudere bonum eſt, ſed qui gaudet, ſi non indè gaudet undè debet, non poteſt bonum eſſe quod gaudet. *De ſalutar. documentis. cap. 11. in princ. pag. 752. D. tom. 4.*

9. Totum gaudium noſtrum Deus eſt: qui vult ſecurus gaudere, in illo gaudeat, qui non poteſt perire. *Sup. Pſal. 84. ante medium, verſ. 6. pag. 639. B. tom. 8.*

10. Magnum gaudium ſpes gaudentis. Gaudium noſtrum fratres, nondum eſt in re, ſed jam in ſpe. *Sup. Pſ. 123. in principio præfat. pag. 998. D. Et ſup. Pſ. 127. poſt init. verſ. 5. pag. 1024. C. tom. 8.* S. Augustin.

11. Lætitia ſeculi vanitas eſt, cum magna expectatione ſperatur, ut veniat, & non poteſt teneri cùm venerit; quia tranſeunt omnia, & evolant omnia, & ſicut fumus evaneſcunt. *Tract. 7. ſup. Evang. Ioan. de cap. 1. in princ. pag. 41. B. tom. 9.*

12. Nemo gaudeat quaſi in re præſenti, ne hæreat in via: totum gaudium de ſpe futura ſit. *Ibidem, tract. 10. de cap. 2. in fine pag. 65. A.*

13. Qui vult gaudere de ſe, triſtis erit: qui autem de Deo vult gaudere, ſemper gaudebit, quia Deus ſempiternus eſt: vis habere gaudium ſempiternum? adhære illi qui ſempiternus eſt. *Ibidem, tract. 14. de cap. 3. circa init. pag. 84. D.*

14. O gaudium ſuper gaudium! gaudium vincens omne gaudium, extra quod non eſt gaudium! *In Soliloq. animæ cap. 35. poſt init. pag. 540. lit. C. tom. 9.*

15. Nemo in hoc ſeculo poteſt gaudere, & in Domino: multum inter ſe hæc duo gaudia differunt, ſuntque omninò contraria. *Proſec.*

16. Quando gaudetur in hoc ſeculo, non gaudetur in Domino: quando gaudetur in Domino, non gaudetur in ſeculo.

17. Vincat gaudium in Domino, donec finiatur gaudium in ſeculo: gaudium in Domino ſemper augeatur, gaudium in ſeculo ſemper minuatur, donec finiatur. *De verbis Dom. ſerm. 37. in princ. pag. 94. C. tom. 10.*

18. Nemo ſe credat aliquod verum gaudium in hoc ſeculo poſſidere: verum in hoc mundo gaudium, nec fuit, nec eſt, nec eſſe poterit. *Proſec.*

19. Duo ſibi tempora ordine ſuo ſuccedunt, tempus flendi & tempus ridendi: nemo ſe circumveniat, non eſt in hoc mundo tempus ridendi.

20. Scimus quòd omnis homo gaudere deſiderat, ſed non toti ibi quærunt, ubi oportet inquiri. *Serm. 1. de S. Laurent. & in ord. 30. ſub finem. pag. 854. littera C. tom. 10.*

21. Juſti in Domino lætantur, injuſti verò non noverunt lætari, niſi in ſeculo. *Serm. 50. de Sanctis in princ. tom. 10.*

22. Nullus benè gaudet, qui bonum non diligit undè gaudet. *Tract. 87. ſup. Ioan. poſt init. tom. 9.*

23. Gaudium quod veri boni adeptione gignitur, beata vita dicitur. *Lib. 1. de lib. arb. capite 13. in fine. tom. 1.*

24. Inſana gaudia non ſunt gaudia. *De Catechiz. rud. cap. 16. ante fin. tom. 4.*

25. Gaudium de bono adepto eſt, quod ubique adipiſcitur ſapiens. *Lib. 14. de Civit. Dei. cap. 8. init. tom. 5.*

26. Gaudium propriè bonorum & piorum eſt. *Ibidem.*

27. Quantò majus periculum fuit in prælio, tantò majus eſt gaudium in triumpho. *Lib. 8. Conf. cap. 3. ante med. tom. 1.*

28. Ubique majus gaudium, moleſtiâ majori præceditur. *Ibid. poſt med.*

29. Ab aliqua imagine gaudii, voluntas impiorum non avertitur. *Ibid. lib. 10. cap. 22. in fine.*

30. Virtutis & bonitatis comes eſt lætitia. *In conſtit. cap. 2. ante med. pag. 617. tom.* S. Basilius Magn.

31. Gaudia integra nuſquam ſunt in terra. *In ſuis Proverb. verbo Gaudia pag. 190. tom. 2.* V. Beda.

32. Futura gaudia non ſatis concupiſcis, ſi non quotidie ſatis poſtulas ea cum lachrymis. *Serm. 2. Septuageſ. poſt med. fol. 26. col. 3. lit. G.* S. Bernard.

33. Illud verum & ſolum eſt gaudium, quod non

de creatura, ſed de Creatore concipitur, & quod cùm poſſederis, nemo tollet à te. cui comparata omnis aliundè jucunditas, mœror eſt. *Ep. 114. ad quandam Sanctimonialem in princ. fol. 235. col. 2. E.*

S. BERNARD. 34. Nulla verior miſeria, quàm falſa lætitia. *De gratia & lib. arb. longè ante medium, fol. 286. columna 3 littera H.*

35. Gaudent in cibis, gaudent in pompis, gaudent in divitiis, gaudent & in vitiis homines: ſed luctus extrema occupat ejuſmodi gaudiorum. *Serm. de nimia fallacia præſentis vitæ. ante fin.*

S. BONAVENT. 36. Lætitia ſi afficit, non proficit, ubi gratia deficit. *Expoſ. 2. ſup. Pſal. 118. cap. 3. verſ. 5. art. 1. pagina 192. col. 2. C. tom. 1.*

37. Quiſquis in ſe gaudere appetit, eo ipſo in luctu eſt, quia à vera lætitia receſſit. *Collat. 34. ſup. cap. 6. Ioan. in fine. pag. 437. col. 1. tom. 2.*

38. Gaudium humanum cum duobus eſt admixtum, ſc. remorſu conſcientiæ, & ſolicitudine cruciante. *Tit. 8. dicta cap. 1. poſt init. pag. 315. col. 1. littera E. tom. 6.*

39. Gaudium ſeculi eſt luxuriari, in ſpectaculum vagari, ebrioſitate impinguari, turpitudine fœtere, & mali nihil pati. *Ibidem, panſo ante med. pag. 315. col. 2. B. tom. 6.*

40. Animus ſpirituali gaudio plenus, quietus eſt & jucundus, & quaſi quidam lectus molliſſimus. *Ibidem, circa medium, pagina 315. columna 2. littera E. tom. 6.*

S. CÆSARIUS ARELAT. 41. Poſt breve gaudium, ſuccedit ſine fine ſupplicium. *Hom. 15. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 760. col. 2. F. edit. Colon. 1618.*

42. Verum gaudium non poſſidetur, niſi pax & juſtitia teneatur. *Ibidem, Hom. 19. ante fin. pag. 765. columna 1. A.*

CASSIODORUS. 43. Tunc veraciter lætamur, quando adjutorio Domini probabili nos converſatione tractamus. *Sup. Pſ. 4. ante fin. verſ. 7. Dediſti lætitiam in corde meo. fol. 9. columna 1.*

44. Non eſt in hoc ſeculo gaudendum, ubi lætiſeta lætitia eſt: non in ambitionibus mundi, ubi peccata amara, ſuavia ſunt; ſed in Deo, ubi ſecurum gaudium ſemper ſumit augmentum. *Sup. Pſ. 9. circa init. verſ. 2. Lætabor ego. &c. fol. 15. col. 2.*

45. Manifeſtum eſt nulla æterna reperiri gaudia, niſi quæ Domini fuerint timore præparata. *Sup. Pſ. 11. in princ. fol. 173. col. 3.*

46. Si menſura deſit lætitiæ, non eſt gaudium, ſed ruina. *Sup. Pſal. 149. à medio. verſ. 5. fol. 226. columna 2.*

S. EUCHERIUS. 47. Non longis dilatatur gaudiis, quidquid arcto fine concluditur. *In Epiſt. parænetica ad Valerian. poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 48. Quid errando per hujus ſeculi invia, petis gaodia? non iovenies hîc, quia non hîc ſunt: ſed ſi vera quæris gaudia, ad illam cæleſtem gloriam propera, ad quam factus es, ibi certè gaudia illa ſunt vera. *Epiſt. ad Damaſ. Pap. de morte D. Hieron. longe ante med*

49. Diabolo ſe tradidiſſe captivum conſtat, qui de hominum vitiis & paſſionibus atque perditione lætatur. *Hom. 3. ad Monach. ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 5 part. 1. pag. 581. col. 1. C. edit. Colon. 1618.*

50. Intolerabilis dolor erit, ſi indè cauſas mortis quiſquam incurrat, undè vitæ gaodia comparare potuiſſet. *Ibidem.*

S. FRANCISCUS ASSISIAS 51. Lætitia ſpiritualis provenit ex munditia cordis, & acquiritur per devotionem orationis. *In ſuis opuſc. collat. 11 in princ. pag. 309. tom. 3.*

FRANCISCUS TITELMAN. 52. Debet noſtra (cùm gaudemus) non eſſe inepta exultatio: ſed cum debita ex intimo cordis affectu, reverentia, omnique gravitate, maturitate, & morum honeſtate. *In Annot. ſup. Pſ. 2. ſub finem verſ. 12. Exultate Acum tremore. cap. 17. ſect. 1.*

53. In gaudio interiori, ſpiritus intra ſeſe dilatari debet, quemadmodum triſtitiâ conſtringitur, & coangustatur. *In Annot. ſup. Pſ. 4. in princ. verſ. 1. pag. 29. ſect. 1.*

GILLEBERTUS ANGLUS. 54. Sæpè feſtiva gaudia vertuntur in faſtidium. *Serm. 38. ſup. Cant. poſt med. apud D. Bernard. volum. 2.*

GLOSSA ORD. 55. Non foris in vanis, ſed intus ubi habitat Deus, quærenda eſt lætitia. *Sup. Pſ. 4. in illud, Dediſti lætitiam in corde meo. col. 463. B. tom. 3.*

GLOSS INT. 56. Ibi eſt ſumma lætitia, ubi Deo fruimur. *Sup. Pſ. 136, col. 1499. A.*

S. GREG. MAG. 57. Quò ſe interiùs gaudiis animus robuſtiùs inſerit, eò minùs exteriùs dolores ſentit. *Lib. 10. Moral. cap. 12. non longè à princ. col. 361. A. tom. 1.*

58. Iniquorum mentem terrena gaodia poſſident; ſicque eam in voluptatibus abſorbent, ut ſuper ipſam ſint, non apud ipſam. *Ibidem, lib. 14. cap. 4. poſt med. num. 4. col. 454. C.*

59. Arrogantes nuſquam ſuum gaudium, niſi in ore hominum ponunt. *Ibidem, lib. 23. cap. 4. ſub fin. num. 10 col. 772. B.*

60. Quiſquis gaudere in ſe appetit, eò ipſo jàm in luctu eſt; quò à vera lætitia receſſit. *Profec.*

61. Vera lætitia mentis Creator eſt: dignum itaque eſt ut in ſe ſemper homo mœrores inveniat, qui derelicto Creatore in ſe gaudium quærit. *Ibidem, lib. 32. cap. 14. in fine. col. 414. A.*

62. Vana ſunt gaudia ſeculi, quæ qoaſi maoemia blandiuntur; ſed amatores ſuos, citò tranſeundo decipiunt. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 2. poſt med. ſup. illud, Et ſervite Domino, &c. col. 1496. D. tom. 2.*

63. Riſus fletum ſequitur, gaudium triſtitia comitatur. *In ſeptem Pſ. Pœnit. ante med. Prologi. col. 613. B. tom. 2.*

64. Veritatis diſcipulis eſſe gaudium non debet; niſi de eo bono, quod commune cum omnibus habent, & in quo finem lætitiæ non habent. *Lib. 9. in Regiſtro. Indict. 4. cap. 58. ad Auguſt. Epiſc. Anglor. ante med. col. 1083. B. tom. 2.*

65. Si qua eſt præſentis temporis, ita agenda eſt lætitia, ut nunquàm amaritudo ſequentis judicii recedat à memoria. *Hom. 39. ſup. Evang. ante med. col. 519. D. tom. 2.*

66. Nemo poteſt & hic gaudere cum ſeculo, & illic regnare cum Chriſto. *Ibidem, Hom. 11. in fine. col. 355. lit. C.*

67. Sæpè præſentia gaudia ſequuntur perpetua lamenta. *Profec.*

68. Sicut per fletus ad gaudia ducitur, ita per gaodia ad fletum pervenitur. *In ſeptem Pſ. pœnit. ſup. Pſ. 4. circa med. prologi. col. 565. A. tom. 2.*

S. GREGOR. TAUMAT. 69. Stultorum animæ lætitiâ elatæ diffunduntur. *Sup. Eccleſiaſt. cap. 7. circa initium. apud Bibliothecam, Patrum, tom. 3. pagina 52. columna 2. littera F. edition. Colon. 1618.*

S. HIERONYM. 70. Dùm credis gaodium te habere qood majus eſt, deſinis de eo quod minus eſt gloriari. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriad. longè poſt med. pag. 22. C.*

71. In omnibus penè rebus humanis difficilè poteſt eſſe lætitia, niſi triſtitia antè præceſſerit, & amaritudo præeuntis doloris commendat ampliùs gaudia ſecutura. *Tom. 4. Ep. 5. ad Virginem in exilium miſſam, ante med. pag. 34. C.*

HUGO A S. VICTORE. 72. In hac vita mortali aliquando lætari poſſumus, impleri lætitiâ non poſſumus: quia etſi quædam ſunt quæ lætificant, multa ſunt quæ contriſtant. *Sup. Pſ. 25. cap. 15. pag. 41. C. tom. 1.*

73. Exultatio ſine triſtitia, mater nonnunquàm eſt delictorum: triſtitia ſine exultatione, quædam amaritudo eſt. *Serm. 74. diverſ. de S. Ioan. Bapt. ante fin. pag. 397. A. tom 2.*

HUGO CARD. 74. Tunc eſt perfecta lætitia, quando gaudium quod conceptum eſt in corde, profertur in ore. *Sup. Pſ. 15. fol. 30. col. 1. tom 2. Allegoricè.*

75. Cùm mens ineptè gaudium ſuum foras fundit,

Digitized by Google

quaſi ad ſiniſtram pergens, rectum iter, quo in Deum gaudendo pergere debuerat, derelinquit. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 2. fol. 75. col. 2. tom. 3.*

HUGO CARD. 76. Fallacis boni gaudia tantis amaritudinibus admixta ſunt, ut jurè diſplicere debeant, etiamſi debeant ſemper manere. *Ibidem.*

77. Præſens jucunditas futuræ deſolationis indicium eſt. *Sup. Sapient. cap. 11. fol. 158. columna 4. tom. 3.*

78. Gaudium diaboli eſt impietas contra Dominum, gaudium mundi eſt vanitas contra proximum, gaudium carnis eſt voluptas contra ſeipſum. *Sup. Ep. ad Philipp. cap. 4. fol. 186. col. 2. tom. 7.*

79. Si gaudium eſt Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente; quantò magis eis eſt gaudium de totius generis humani redemptione, & omnium electorum ſalvatione? *Sup. Apoc. cap. 5. fol. 384. col. 3. tom. 7.*

80. Septem ſunt gaudia Sanctorum.
- Primum, eſt copioſa & magna ſocietas ſalvatorum.
- Secundum, immortalitas.
- Tertium, æternitas.
- Quartum, ſoliditas æternitatis.
- Quintum, pax & tranquillitas ſoliditatis.
- Sextum, tranquillitatis ſecuritas.
- Septimum, ſecuritatis communitas. *Ibidem, cap. 22. fol. 427. col. 4.*

81. Semper mundanæ lætitiæ, triſtitia repentina ſuccedit: & quod incipit à gaudio, deſinit in mœrore. *Lib. 1. de contemptu mundi. cap. 23. fol. 212. columna 4.*

82. Sicut de magno gaudio, fletus ſæpè procedit: ita de magno fletu, ſæpè naſcitur gaudium. *Serm. 1. Dom. 3. Advent. circa med. fol. 7. col. 2.*

S. IOANNES CHRYSOSTOM. 83. Omnis qui juxta mundum gaudet, in divitiis gaudet, in deliciis, in vana gloria, in potentia, in arrogantia. *Profec.*

84. Qui autem ſecundùm Deum gaudet, in ignominia gaudet, in paupertate, in opum carentia, in jejunio, in humilitate. *Hom. 16. ſup. Acta Apoſt. circa med. Moralis. col. 557. A. tom. 3.*

85. Sicut quædam ſunt turpia gaudia, ita qui in Domino vult gaudere, flagitioſa oportet gaudia non requirat. *Serm. 8. de Reſur. ſub finem. tom. 3.*

86. Mundi hujus gaudium inane eſt: confeſtim extinguitur, & mille triſtitias parturit. *Serm. 15. ſup. Ep. ad Philip. in morali circa fin. col. 1228. C. tom. 4.*

87. Triſtemur triſtitiâ, quæ gaudii ſit mater: & non lætemur gaudio quod triſtitiam pariat. *Ibidem.*

88. Ex tentationibus, ex afflictionibus, ex paupertate, ex triſtitia, verum gaudium naſcitur. *Hom. 10. ſup. 1. Theſſ. ante med. col. 1386. B. tom. 4.*

89. Sicut qui vero gaudet gaudio, non poteſt animi perturbatione vinci: ita qui hoc non tenetur gaudio, à quibuſlibet facilè capi vincique poteſt. *Hom. 1. ſup. 2. Cor. in moralis ante medium, columna 687. littera B. tom. 4.*

90. Nullum armaturæ genus validius, quàm gaudere ſecundùm Deum: neque quidquam eſt, quòd hominem ejuſmodi dejectum aut triſtem reddere queat: ſed omnia erecto fortique animo perpetitur. *Ibidem.*

91. Mundano gaudio omnibus modis etiam triſtia permixta ſunt, & nunquàm purum inveniri poteſt. *Hom. 15. ſup. Ep. ad Hebr. in fine moralis. columna 1765. B. tom. 4.*

S. ISID. HISP. 92. Juſtus in pœnis gaudere debet, & impius in proſperitatibus timere. *Lib. 3. de ſum. bono. cap. 1. ſent. 5. pag. 661. col. 1.*

93. Nullus mœroris locus eſſe debet, ubi magna lætitia ſuccedit. *De conflict. vitior. & virt. circa med. pag. 713. col. 2.*

S. LEO I. 94. Brevia & caduca ſunt terrenarum gaudia voluptatum, quæ ad æternitatem vocatos, à ſemitis vitæ conantur avertere. *Serm. 2. de Anniverſ. die Aſſumpt. ſuæ ad Pontific. ſub finem.*

95. Fugiantur noxiæ voluptates, & inimica gaudia jàm jàmque peritura. *Serm. 5. Epiph. ſub finem.*

S. NILUS. 96. Adverſare in vita gaudium, ipſum enim lubricum eſt, & præcipitat exultantes. *Paraneſ. 51. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 2. editionis Colon. 1618.*

PETRUS CELL. 97. Sine gaudio eſt, qui eum non habet, ſine quo gaudere non poteſt. *Lib. 3. Ep. 9. in calce, apud Bibliothecam Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 567. columna 2. G. edit. Colon. 1618.*

PHILO JUD. 98. Gaudia vigilantium ſunt imaginationes ſomniis ſimillimæ: veniunt, abeunt, occurrunt, refugiunt, priuſquàm comprehendantur, avolant. *De Ioſeph. ante med. pag. 748. tom. 1.*

99. Gaudium ſoli Deo eſt proprium, nam humanum genus mœrori timorique eſt obnoxium. *De Abrahamo. poſt med. pag. 523. tom. 1.*

100. Non eſt cur aliquis putet meram & nullo dolore mixtam lætitiam cælitùs in terram deſcendere. *Ibidem, poſt med. pag. 524.*

S. PROSPER. 101. Gaudere quidem bonum eſt; ſed qui gaudet, ſi non indè gaudeat, undè debet, non poteſt bonum eſſe quod gaudet. *Lib. 2. de vita contemplat. cap. 13. in principio.*

S. THOMAS AQUINAS. 102. Nullus verè gaudium habet, niſi exiſtens in charitate. *Opuſc. 9. de decem præceptis verbo Sicut. tom. 1.*

THOMAS A KEMPIS. 103. Omne carnale gaudium blandè intrat, ſed in fine mordet & perimit. *Lib. 1. de Imit. Chr. cap. 7. tom. 2.*

104. Verè fallax & amariſſimum poculum eſt hujus vitæ decurrens gaudium: bibant qui volunt, quia ſolutionem duram poſtea luent: & quantò quis eo fuerit plus inebriatus, tantò acriùs ſentiet ejus cruciatus. *In ſoliloq. animæ. cap. 5. ſect. 2. tom. 2.*

105. Multos gaudium hujus vitæ trahit & decipit, ſed in fine eos relinquit & ſubmergit. *Ibidem.*

106. Luctus & pœna, poſt carnis gaudia fœda. *In hortulo Roſar. cap. 3. in fine. tom. 2.*

107. Omne gaudium quod de Deo non eſt, citò perit, maculat, & lædit. *Ibidem, cap. 5. in medio.*

108. Juſtorum lætitia de Deo & in Deo eſt, & gaudium eorum de veritate. *Lib. 2. de Imit. Chr. cap. 6. ſect. 2. tom. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 109. Virtutis eſt, & quibus rebus, & quomodo lætandum, & dolendum eſt, lætari ac dolere. *Lib. 4. moral. cap. 1. circa med. edit. Pariſ. 1565.*

CICERO. 110. Quid inani lætitiâ exultans & temerè geſtiens? nonne tantò miſerior, quantò ſibi videtur beatior? *Lib. 5. Tuſc. quæſt. ante med. tom. 4.*

PLINIUS II. 111. Nullum gaudium, ubi nulla neceſſitas gaudendi eſt. *In panegyr. de Trajano Auguſt. longè ante med. pag. 340.*

SENECA. 112. Ubi maximè gaudebis, ibi maximè metues. *Lib. 2. de Ira cap. 31. ante med. pag. 427. tom. 1.*

113. Juſta cauſa lætitiæ eſt, lætum amicum videre. *Lib. 2. de Benefic. cap. 22. in medio. pag. 402. tom. 2.*

114. Sola virtus præſtat gaudium perpetuum, ſecurum, etiamſi quid obſtat. *Epiſt. 27. ante medium, pag. 574. tom. 2.*

115. Diſce gaudere, antequàm gaudeas: ad ſumma pervenit, qui ſcit quòd gaudeat. *Ep. 23. poſt init. pag. 565. tom. 2.*

116. Res ſevera eſt, verum gaudium: ſed ſolida & quod plus pateat introrsùs. *Ibidem, circa medium, pagina 565.*

117. Quodcunque invectitium gaudium eſt, fundamento caret. *Ibidem.*

118. Effœminat animos amœnitas nimia. *Ep. 51. a medio. 611. tom. 2.*

119. Sapiens nunquàm ſine gaudio eſt: gaudium hoc

Digitized by Google

non naſcitur, niſi ex virtutum conſcientia. *Ep. 59. ſub finem. pag. 633. tom. 2.*

SENECA. 120. Non poteſt gaudere, niſi ſapiens, niſi fortis, niſi juſtus, niſi temperans. *Ep. 59. ſub finem. pag. 633. tom. 2.*

121. Si ſapis, omnia humanâ conditione metire: ſimul & quod gaudes, & quod times contrahe: eſt tanti, diu nihil gaudere, ne quid diu timeas. *Ep. 110. ante med. pag. 840. tom. 2.*

SIXT. PHILOS. 122. Illis inſueſce animam tuam gaudens, in quibus rectè gaudeat: anima quæ iniquis rebus gaudet, indigna eſt apud Deum. *Sent. 400. pag. 67. col. 1. D. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colon. 1618.*

Vide etiam Tit. Egredi. ſent. 50. Inſtabilitas. ſent. 47. Laus Dei. ſent. 5. Luctus. ſent. 40. Moleſtia. ſent. 13. Paſſio Chriſti. ſent. 38. Seculum. ſent. 59. Triſtitia. ſent. 4. 18. 21. 56. Voluptas. ſent. 21.

Gehenna.

DEFINITIO.

S. HIERON. GEHENNA quædam perpetua incorruptio, & æterna perſeverantia tormentorum eſt. *Sup. Job cap. 20. ſup. illud, Luet quæ fecit omnia. pagina 180. D. tom. 7.*

HUGO CARD. Gehenna eſt illatio pœnæ. *Sup. Matth. cap. 5. fol. 19. col. 2. tom. 6.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. Qui gehennas metuit, non peccare metuit, ſed ardere: ille autem peccare metuit, qui peccatum ipſum ſicut gehennas odit. *Ep. 144. ad Anaſtaſ. prope med. pag. 434. C. tom. 2.*

2. Quiſquis vivere ita incipit, ut ante finiat vitam ab quâ originalis peccati obligatione ſolvatur; etſi unius diei, vel unius horæ ſpatio anima illa vixerit in corpore, neceſſe eſt eam cum eodem corpore interminabilia gehennæ ſuſtinere ſupplicia, ubi diabolus cum angelis ſuis in æternum arſurus eſt. *De fide ad Petrum. cap. 2. circa med. pag. 157. B. tom. 3.*

3. Verè diabolo eſt præparata gehenna, & omnibus hominibus facientibus opera diaboli. *De ſalut. docum. cap. 49. in medio. pag. 763. B. tom. 4.*

4. Gehenna ignis nec damnationem habet dubiam, ſicut judicium; nec damnati pœnam, ſicut concilium: in gehenna quippe ignis certa eſt & damnatio & pœna damnati. *Lib. 1. de ſerm. Domini in monte cap. 9. poſt med. ſup. illud, Reus erit gehennæ ignis. tom. 4.*

5. Quid tàm magnum in ſuppliciis, quàm gehenna ignis? *Lib. 1. contra adverſ. legis. cap. 16. poſt med. tom. 6.*

6. Propterea judex torquet accuſatum, ne occidat neſciens innocentem. *Lib. 19. de Civit. Dei cap. 6. poſt init. tom. 5.*

S. BERNARD. 7. Homo in gehenna uri poterit, non autem exuri; ardere, ſed non deleri. *Serm. 1. Annunt. B. M. circa med. fol. 30. col. 2. D.*

S. DOROTH. 8. Habitus peccati ſtatui gehennæ proximus eſt: quia omne peccatum, cùm ad actum venerit, gehennam parit. *Doctrina 10. ſtatim a medio. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 781. col. 2. H. edit. Colon. 1618.*

S. EUSEBIUS CÆSARIENS. 9. Eſt gehennalis pœna Paganorum infinitò minor, quàm malorum Chriſtianorum. *Ep. ad Damaſ. Pap. de morte D. Hieronymi longe poſt init. quæ eſt 61. Ep. D. Hieron. tom. 4. pag. 346. C.*

GLOSSA ORD. 10. Propter diabolum facta eſt gehenna: ſicut gehenna ſemper ardet, ſic diabolus ubicumque ſit, vel in aëre, vel ſub terra, ſecum fert tormenta ſuarum flammarum. *Super Epiſt. Jacobi. cap. 3. col. 1286. D. tom. 6.*

S. GREG. MAG. 11. Damnatis una eſt gehenna, quæ afficit, & tamen non unâ omnes qualitate comburit: quia quod hîc agit diſpar valetudo corporum, hoc illic exhibet diſpar cauſa meritorum. *Lib. 9. Mor. cap. 39. ante med. col. 338. B. tom. 1.*

12. Gehennæ flamma reprobis nequaquàm lucet ad conſolationis gratiam, & tamen lucet ad pœnam; ut damnatorum oculis ignis ſupplicii & nulla claritate candeat, & ad doloris cumulum clareſcat. *Ibid. à medio. num. 49. col. 339. B.*

13. Unus eſt gehennæ ignis, ſed non uno modo omnes cruciat peccatores, uniuſcujuſque enim quantum exigit culpa, tanta illic ſentitur pœna. *Lib. 4. dialogi. cap. 43. in princ. Verbo Unus. col. 1457. littera D. tom. 1.*

14. Peccata, quæ ſerici gehennæ ignibus poſſunt, diſciplinæ verbere ſunt corrigenda. *Hom. 19. ſup. Ezech. ante med. col. 265. B.*

S. HIERONYM. 15. Gehennæ nutrimentum & fomes, ignis eſt, flamma perpetua, & ſupplicia peccatorum. *Lib. 10. ſup. Iſayam. cap. 30. ſup. illud Matth. 25. Ite in ignem æternum. pag. 131. D. tom. 5.*

HUGO CARD. 16. Non ſequitur, iſte meruit gehennam, ergo quamlibet minorem pœnam: fornicatione enim meretur quis gehennæ incendium, non tamen ſuſpendium. *Sup. Geneſ. cap. 15. fol. 21. col. 1. tom. 1.*

17. Melius eſt non eſſe, quàm in gehenna eſſe. *Sup. Pſ. 57. Moraliter. fol. 147. col. 2. tom. 2.*

S. INNOC. III. 18. Ignis gehennæ, nec lignis nutritur, nec flatu ſuccenditur: ſed à Deo creatus eſt inextinguibilis ab origine mundi. *Lib. 3. de contemptu mundi. cap. 6. in princ. pag. 144.*

19. Ignis gehennæ ſemper ardebit, & nunquàm lucebit: ſemper exuret, & nunquàm conſumet: ſemper afficiet, & nunquàm deficiet. *Ibidem, ante medium, pagina 144.*

20. In gehennalibus ſuppliciis tria ſunt præcipuè prævidenda. { Obſcuritas. Acerbitas. Diuturnitas. } { Obſcuritas tenebrarum. Acerbitas pœnarum. Diuturnitas miſeriarum. } *Serm. 2. de Martyrib. ante fin. fol. 81. col. 4.*

21. Mors gehennalis non conſumit hominem, ſed affligit, ut ſemper vivat ad mortem. *Sup. Pſal. 6. poſt med. verſ. 5. fol. 108. col. 4.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 22. Intolerabilis res eſt gehenna, ſupplicium illud horribile: in gehenna enim uritur, ſed nihil tale, quale eſt à beatæ illius gloriæ honore repelli, exoſumque eſſe Chriſto. *Hom. 24. ſup. Matth. oper. perf. poſt med. col. 233. B. tom. 2.*

23. Gehenna nullo fine comprehenditur. *Hom. 9. ſup. 1. ad Cor. in princ. col. 389. C. tom. 4.*

24. Gehennæ memoria, remedium eſt amoris. *Hom. 7. ſup. 2. Cor. ante fin. moralis. col. 745. B. tom. 4.*

25. Intolerabilis gehenna, & vehementer intolerabilis: veruntamen intolerabilius eſt è regno Dei excidere. *Serm. 13. ſup. Ep. ad Philip. in morali ante med. col. 1213. B. tom. 4.*

26. Si quis gehennam futuram non credit, Sodomam cogitet, & Gomorrhæ meminerit, id quod indicium eſt æternam fore gehennam. *Hom. 8. ſup. 1. Theſſ. poſt med. col. 1372. B. tom. 4.*

27. Gehennæ recordatio quaſi ſalutare quoddam pharmacum animis impoſitum, multa bona poteſt efficere. *Hom. 2. ſup. 2. Theſſ. à medio. col. 1405. B. tom. 4.*

28. Non poteſt fieri ut anima de gehenna ſolicitè cogitans, citò peccet. *Ibidem*

29. Nemo eorum, qui gehennam ſeriò ob oculos habent, in gehennam incidet. *Ibidem.*

30. Nemo gehennam contemnentium, gehennam effugiet. *Ibidem.*

31. Nihil ita eſt utile, quàm de gehenna ſermocinari, quia quovis argento mundiores animas facit. *Ibid. poſt med. col. 1406. A.*

32. Quid

Lugdun. Chrysost. [illegible] ... ſed hujus metu [illegible] [illegible] timor regni afferi eo [illegible] *Hom.* [illegible] *ad Popul. Antioch. ab initio. columna* [illegible] *tom.* 5.

33. Intolerabilis eſt gehenna, tamen licèt quis innumeras ponat gehennas, tale nil dicet, quale illa, feſici excidere gloria. *Ibidem, Hom.* 47. *circa init. col.* 329. *C.*

34. Etſi multi gehennam omnium malorum ſupremum atque ultimum putant; ego tamen ſic cenſeo, ſic aſſiduè prædicabo, multò acerbius eſſe Chriſtum offendere, quàm gehennæ malis vexari. *Hom.* 37. *ſup Matth oper perfect. in fine. col* 339. *D. tom.* 2.

35. Multi ſunt homines, qui gehennam eſſe non credunt, neque eſſe ſupplicium. *Serm. in dictum Pauli: Nolo vos ignorare fratres, &c. ante med. tom.* 4.

36. Non ſinet in gehennam incidere, gehennæ meminiſſe. *Serm* 31. *ſup. Ep. ad Rom. in moralibus circa med. tom.* 4.

37 Mentem tuam perſuade, ne vanè nugetur, ne per experientiam diſcas eſſe gehennam. *Ibidem, in fine.*

38. Si perpetuò gehennam recogitaremus, non ſtatim in illam incideremus. *Hom.* 2. *ſup.* 2. *ad Theſſ. a medio. tom.* 4.

39. Gehenna non videtur incredulis, nam credentibus eſt perſpicua manifeſtaque. *Conc.* 4. *de Lazaro. ante med. tom.* 2.

40. Quantò magis gehennæ rationem confirmari video, tantò magis contremiſco, & timore diſſolvor: verùm neceſſarium eſt hanc habere orationem, ne in gehennam incidamus. *Hom.* 9. *ſup.* 1. *Cor. ante med.*

41. Multò plures ingrediuntur gehennam, quàm regnum. *Hom* 34. *ſup. Acta Apoſt. poſt med. tom.* 3.

42. Gehennam continuè timens, nunquàm in gehennæ ignem decidet. *Hom.* 5. *ad Popul. Antioch. ante med. tom.* 5.

43. Intolerabilis eſt gehenna, confiteor, & multùm intolerabilis, tamen intolerabilior hæc regni amiſſio. *Ibidem, Hom.* 48. *poſt med.*

44. Tàm miſerè nos habemus, quòd niſi gehennæ timor eſſet, non eligeremus boni quid facere: proptereà ſi non ex quoquam alio, ex hoc certè gehennâ digni eſſemus, gehennam pluſquàm Deum timentes. *Ibidem, poſt initium.*

45. Quid, non eſſe gehennam dicis? gehennæ, inquis, expectatione animam non conficiam: licet gehenna ſit, ei perſuadebo gehennam non eſſe. *Ibidem, Hom.* 50. *ante med.*

46. Minatur gehennam Deus, non quò gehennam inducat, ſed quò a gehenna liberet. *Hom.* 5. *de pœnit. ſub finem. col.* 869. *B tom.* 5.

S. Isidorus Hispalens. 47. Duplex damnatorum pœna eſt in gehenna, quorum & mentem urit triſtitia, & corpus flamma, juſtâ viciſſitudine: ut qui mente tractaverunt quod perficerent corpore, ſimul & animo puniantur & corpore. *Lib* 1. *de ſum. bono. cap.* 28. *ſent.* 1. *pag.* 635. *col.* 1.

48. Ignem gehennæ ad aliquid lumen habere, & ad aliquid non habere: hoc eſt habere lumen ad damnationem, ut videant impii, undè doleant: & non habere ad conſolationem, ne videant undè gaudeant. *Proſoc.*

49 Ignis gehennæ & lucebit miſeris ad augmentum pœnarum, ut videant undè doleant: & non lucebit ad conſolationem, ne videant unde gaudeant. *Ibidem, ſent.* 2. *&c.*

Robertus Bellarmin. 50. Qui decidunt in gehennam, perpetuò moriuntur. vivunt enim ſemper in pœnis, ut ſemper moriantur, & mortis finem quem cupiunt, nunquàm inveniant *Sup. Pſ.* 54. *verſ.* 26.

S. Valerian. Episc. 51. Expectat reum ſuum gehenna debitis armata ſuppliciis. *Hom.* 1. *de bono diſciplinæ, in medio. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 476. *col.* 2. *F. edit. Colon.* 1618.

[illegible] or totius temporis, quo quis hic de[illegible] [illegible] horæ tormentorum æternorum gehennæ pati [illegible]. *Libro* 3. *num.* 3. *in medio, pagina* 493. *columna* 1 In [illegible] Patr.

53. Malè viventes, cùm è corpore exceſſerint, cruciabit malus dæmon. *Sent.* 34. *pag.* 64. *col.* 2. *littera H. apud Bibliothecam Patrum, tom.* 3. *edit. Colon.* 1618. Sixt. Pythag.

Vide etiam tit. Judicium extrem ſent. 21. 22. *Miſericordia in genere ſent.* 39. *Vocatio Dei. ſent.* 58. *Voluptas. ſent.* 27.

Gemma.

ETYMOLOGIA.

GEMMÆ vocantur, quòd inſtar gummi tranſluceant. *Lib* 16. *Etymol cap.* 6. *verbo Gemmæ. pag.* 216. *columna* 1 S. Isidorus Hispalens.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Gemma niſi auro non convenit, margarita niſi pretioſis monilibus non aptatur. *Serm.* 6. *de Margarita. poſt init. col.* 695. *A tom.* 3. S. Ambros.

2. In frontibus Regum pretioſius eſt ſignum Crucis, quam gemma diadematis *Sup Pſ.* 73. *verſ.* 4. *pag.* 554. *C. tom.* 8. S. Augustin.

3. Filiæ Babylonis fulgent monilibus, moribus ſordent. *Epiſt.* 113. *ad Sophiam virg. in medio, fol.* 235. *col.* 1. *littera B.* S. Bernard.

4. Nulla ſplendidior gemma in omni ornatu, quàm humilitas. *Lib.* 2. *de Conſid. ad Eugen. Pap. circa med fol.* 277. *col.* 2. *D.*

5. Gemmas fuſcas, aut virides, quæ ab externi maris æſtu expelluntur, & quæ ex terræ ramentis deteruntur, admirari & ſtupere, puerile eſt. *Lib.* 2. *Pædag. cap.* 12 *in princ. fol.* 1. *C.* Clem Alex.

6. Magni pretii eſt, non gemma, ſed virtus. *Ibidem, lib.* 3. *cap.* 6. *in medio. fol.* 48. *pag.* 2. *E.*

7. Auro te licèt & margaritis gemmiſque condecores, ſine Chriſti decore deformis es. *Serm.* 5. *de Lapſis, longè ante fin. tom.* 1. S. Cyprianus.

8. Gemmæ, & ſericæ veſtes fœminarum, jactantiæ ſeminarium eſt. *Tom.* 1. *Ep.* 13. *ad Paulin. a medio, pag.* 103. *littera B.* S. Hieronym.

9. Gemmis codices veſtiuntur, & nudus ante fores Chriſtus emoritur. *Tom.* 1. *Ep.* 22. *ad Euſtoch. longè, poſt med. pag.* 146. *C.*

10. Lucet margarita in ſordibus, & fulgor gemmæ puriſſimæ, etiam in luto radiat. *Tom.* 1. *Ep. ad Pammach. ante med pag.* 164. *C.*

11. Difficiliùs caremus arrogantiâ, quàm auro & gemmis. *Tom.* 1. *Epiſt.* 30. *ad Oceanum, in principio. pag.* 197. *B.*

12. Crimen eſt, caput poſt chriſmatis ſanctificationem, aut auro, aut gemmis comi. *Tom.* 4. *Ep.* 14. *ad Mauritii filiam, in medio, pag.* 90. *C.*

13. Humanus error, pretioſius nihil auro & gemmis opinatur: hæc ſunt, quæ hominum cupiditates dominatui pretii ſui & honoris ſubdiderunt. *Sup. Pſ.* 118. *in illud, Feci judicium & juſtitiam. ante finem, fol.* 73. *columna* 1. S. Hilarius.

14. Per gemmas humani corporis præſtantior ſpecies ut putatur, ad naturæ contumeliam expoſitur. *Ibidem, &c.*

15. Nihil habet ſexus uterque pretioſius auro & gemmis: dùm viri poſſe omnia auro volunt, mulieres vero per gemmas fieri ſe exiſtimant pulchriores. *Ibidem, &c.*

16 Sicut præſtat cæteris metallis aurum, ita & aliis lapidibus pretioſis topazius: eſt enim ipſe rariſſimus, & ſpecioſiſſimus omnium & maximus *Ibid.*

HUG. A SANCTO VICT. 17. Gemma pretioſa eſt & clara, virtute pollet, plana & tota ſpecioſa eſt. *Lib. 4. de propriet. rerum cap. 7. circa init. pag. 307. D. tom. 2.*

S. INNOC. III. 18. Aurum & argentum, lapides & gemmæ, in luto ſordeſcunt. *Lib. 2. de contemptu mundi cap. 37. ante med. pagina 118.*

S. JOANNES CHRYSOST. 19. Gemma avaritiæ materia eſt, & fornacem cupiditatis ſuccendit, captorumque animam expugnat *Hom. 14. ſup Geneſ. in principio. columna 88. littera B. tom. 1.*

20. Qui pretioſos lapides in mari invenire cupiunt, magnum laborem & moleſtiam ferunt, periculoque indomitarum aquarum ſe exponunt, quò deſideratis potiantur. *Ibidem.*

21. Gemmas inveniſſe inventori non multum prodeſt: ſæpè autem nocuit, & innumerorum naufragiorum occaſio fuit. *Ibidem.*

22. Aliquid magnæ utilitatis vitæ huic affert pretioſorum lapidum inventio. *Ibid. Hom. 9. in princ. columna 54. C.*

23. Tu ipſe corpus auro & gemmis exornas, animam verò in turpitudine ſedentem negligis. *Homil 70. ſup. Matth. oper. perf. circa medium, col. 577. D tom. 2.*

24. Gemmæ non in corporis mole, ſed naturæ pulchritudine pretium habent. *Hom. 1. ad Popul Antioch. poſt init. col. 10. C. tom. 5.*

25. Circa margaritarum cultum inſania eſt, & pompa ſathanica. *Ibidem, Hom. 21. poſt medium, columna 194. A. tom 5.*

S. ISID. HISP. 26. Omnium gemmarum virentium, ſmaragdus principatum habet: cui veteres tertiam poſt margaritas & uniones tribuunt dignitatem. *Lib. 16. Etymol. cap. 7. in princ. pag. 216. col. 1.*

LACT. FIRM. 27. Fulgentibus margaritis ac gemmis ſe componere, ſcelus eſt nefandiſſimum. *De Homicid. cap. 11. in princ pag. 674. col. 2. E. part. 2.*

S. THOMAS AQUINAS. 28. Gemma eſt pretioſa, quæ non poteſt corrumpi. *De doctrina Chriſt. ante finem. tom. 1.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SENECA. 29. Eò deliciarum pervenimus, ut niſi gemmas calcare nolimus. *Epiſt. 86. ante medium, pagina 727. tom. 2.*

Generatio in genere.

DEFINITIO.

COLLECTOR. GENERATIO eſt productio viventis à principio vivente conjuncto, ſecundùm ſimilitudinem in natura vi productionis.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. Ab adoleſcentia incipit homo poſſe generare. *Libro 16. de Civit. Dei capite 43. circa finem. tomo 5.*

2. Terrena civitas generatione tantummodò, cæleſtis autem etiam regeneratione opus habet, ut noxam generationis evadat. *Ibidem, lib. 15. cap. 16. ante finem.*

3. In cœlo non erit generatio, cùm illùc perduxerit regeneratio. *Ibid. cap. 17. circa med.*

4. Generatio diſperdet, niſi regeneratio liberet. *Ibid. lib. 16. cap. 27. poſt med.*

5. Generatio carnalis una eſt. *Tract. 12. ſup. Joan. circa init. tom. 9.*

6. Nemo eſt qui non hunc ordinem in domo ſua vel optet, vel ſperet, ut generatores filiorum cedant, & generati ſuccedant. *De utilit. Jejunii cap. 10. circa init. tom. 9.*

7. Deus per Chriſtum regenerat hominem generatum. *Libro 2.* [illegible] *tom. 7.*

8. Parvuli eo volente [illegible] generantur. *Ibid. lib. 4. cap.* [illegible] *ante med.*

9. Quod Deus creat & homo generat, [illegible] bonum eſt, in quantum homo eſt. *Ibidem, lib.* [illegible] *14. in medio.*

10. Quod generatione contrahitur, nonniſi [illegible] ratione ſolvitur. *Ibid. lib. 2 cap. 4. in medio.*

11. Concupiſcentiæ reatum regeneratio ſola di[illegible]tit, quem generatio trahit. *Lib. 1. de Nuptiis cap* [illegible] *circa init. tom. 7.*

12. Potens eſt Deus ſine tempore generare. *H*[illegible] *43. ex quinquag. Homil. capite 3. ante finem* [illegible] *mo 10.*

13. Generat per uxorem filium pater moriturus ſucceſſurum: generat Deus de Eccleſia filios non [illegible]ceſſuros, ſed ſecum manſuros. *Ibidem, Hom. 50. cap. 3. poſt med.*

14. Nobilior eſt generatio ſpiritalis, quam carnalis. *Serm. 1. Dom. Quinquag. & in ord. 53. in* [illegible] *tom. 10.*

[illegible] 15. Sæpè ad avaritiam cor parentis allicit fœcunditas prolis. *Lib. 1. Moral. cap 4 in princ. num. 3. col 4. C. tom. 1.*

H[illegible] CARN. 16. Delectatio ſolet eſſe in concipiendo [illegible] eſt in pariendo. *Sup. Ep. ad Rom. 3. Moraliter. fol. 2*[illegible] *3. tom. 7.*

S. JOANNES CHRYSOST. 17. Quid prodeſt ei quem ſordidant mores [illegible]ratio clara? aut quid nocet ei generatio vilis, quem mores adornant? *Hom. 3. ſup Matth. oper. imper* [illegible] *in medio. col. 759. C. tom. 8.*

JOAN. T[illegible]. 18. Generatio clara non liberat, quem vita [illegible]lata ligat. *In cap. 2. Regula S. Bened. verbo. Caput. in princ. pag. 236. col. 1.*

[illegible] PATRES [illegible] 20. Beſtia quælibet ad hoc ſolummodò coit, ut gignat: homo ſolus ad hoc gignit, ut coitat. *Lib.* [illegible] *Ep. 15. ad Alexandr. Pap. poſt med. pag. 14. col. 1. littera D. tom. 1.*

S. ZENO EPISCOPUS ET MART. 21. Lætatur Pater in alio ſe, quem genuit ex ſe. *Serm. 3. de Filii Dei generat. ante med. apud Bibliothecam Patrum, tom. 3. pag. 110. col. 1. lit. B. edit. Coloniæ 1618.*

Generatio Verbi.

DEFINITIO.

S. JOANNES DAMASC. GENERATIO Verbi, eſt conſubſtantialis Filii ex ſolo Patre progreſſio. *Lib. 4. de fide Orthod. cap 7. ante med. fol. 269. part. 1. B.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Scrutari non licet ſuperna myſteria. Licet ſcire quòd Filius natus ſit, non licet diſcutere quomodo natus ſit: illud negare mihi non licet, hoc quærere metus eſt. *Lib. 1. de fide ad Gratianum cap. 5. ante med. col. 277. A. B. tom. 2.*

2. Incomprehenſibiliter generatur Filius, impaſſibiliter generat Pater, & tamen ex ſe generavit & ante omnem intellectum generavit Deus verus, Deum verum. *Ibid. circa med. col. 277. C.*

3. Non ſolùm admirabilis ex Patre generatio Chriſti, ſed admirabilis etiam ipſa generatio ejus ex Virgine. *Ibid. poſt med. col. 278.*

4. Generatio Paternæ proprietati eſt, non potentiæ, & pietas æquat, non ſeparat. *Ibid. lib. 4. cap. 4. poſt init. col. 321. A.*

5. Quid tàm evidens, quò unius naturæ Filius Dei cum Patre eſſe doceatur? *De benedict. Patriarch. cap. 4. ante med. col. 1097. B. tom. 4.*

Digitized by Google

S. ANSELMUS. 6. In Trinitate non dicitur Verbum, niſi Filius, quia nec ille cujus eſt Verbum poteſt eſſe Verbum ſuum, nec Verbum poteſt eſſe cujus eſt verbum. *In Monologio. cap. 37. ante med.*

S. ATHANAS. MAGNUS. 7. Divinus character Filii, ſubſtantiæ Patris incommutabile ſigillum eſt. *Serm. de Sanctiſſ. Deipara ante med. col. 657. B. tom. 3.*

8. Generans Pater Deus ex ſe, id eſt de ſeipſo Filium, hoc genuit quod eſt ipſe, non aliquid aliud. *Profec.*

9. Ergo non extrinſecùs, neque ex nihilo, neque ex aliqua præcedente aut ſubſequente materia, ſed ex ſeipſo genuit, & non aliud, quàm id quod ipſe eſt, genuit. *Diſputat. contra Arium. circa med. col. 815. E. tom. 4.*

S. AUGUSTIN. 10. Pater ut haberet Filium de ſeipſo, non minuit ſeipſum: ſed ita genuit de ſe alterum ſe, ut totus maneret in ſe, & eſſet in Filio tantus, quantus & ſolus. *Ep. 66. ad Maximum ante med. pag. 207. A. tom. 2.*

11. Deus cùm Verbum genuit, id quod eſt ipſe genuit, neque de nihilo, neque de aliqua facta conditaque materia, ſed de ſeipſo id quod eſt ipſe. *De fide & ſymbolo cap 3. in medio pag. 99. B. tom. 3.*

12. Deus Pater, qui veriſſimè ſe indicare animis cognituris, & voluit & potuit: hoc ad ſeipſum indicandum genuit, quòd eſt ipſe, qui genuit. *Ibidem, in fine pag. 99. B.*

13. Æternum ſine initio eſt, quòd Filius de natura Patris natus exiſtit. *De fide ad Petrum cap. 1. in medio pag. 149. B. tom. 3.*

14. Secundùm illam divinitatem, quâ unum ſunt Pater & Filius & Spiritus ſanctus, neque Patrem natum credimus, neque Spiritum ſanctum, ſed ſolùm Filium. *Ibid. cap. 2. in princ. pag. 150. D.*

15. Pater Deus de nullo genitus Deo, ſemel de ſua natura ſine initio genuit Filium, Deum ſibi æqualem, & eadem quâ ipſe naturaliter æternus eſt, divinitate coæternum. *Ibid. poſt init. pag. 151. A.*

16. Unigenitus Dei, natus eſt ſemel ex Patre, ſemel ex Matre: natus eſt enim de Patre Deus Verbum, natus eſt de Matre Verbum caro factum. *Profec.*

17. Unus eſt ergo atque idem Deus Dei Filius, natus ante ſecula, & natus in ſeculo: & utraque nativitas, unius eſt Filii Dei. *Ibidem, ut ante.*

18. Sic Chriſtum Dei Filium (ideſt unam ex Trinitate perſonam) Deum verum crede, ut divinitatem ejus de natura Patris natam eſſe non dubites. *Ibidem, ante med. pag. 152. C.*

20. Pater ipſa ſapientia eſt, & ita dicitur Filius ſapientia Patris, quomodo dicitur lumen Patris, id eſt, ut quemadmodùm lumen de lumine, & utrumque unum lumen: ſic intelligatur ſapientia de ſapientia, & utrumque una ſapientia, ergo & una eſſentia. *Ibidem, lib. 7. cap. 1. in fine pag. 239. B. tom. 3.*

21. Filio præſtat eſſentiam ſine initio temporis, ſine ulla mutabilitate naturæ de Patre generatio. *Ibid. lib. 15. cap. 26. ſub finem. pag 337. B.*

22. Quis ignorat quòd Deus Deum genuit, quòd Dominus Dominum genuit, quòd Rex Regem genuit, quòd Creator Creatorem genuit, quòd bonus bonum genuit, quòd ſapiens ſapientem genuit, quòd clemens clementem genuit, quòd potens potentem genuit? *Contra Maximinum lib. 3. Reſponſ. 7. in princ. pag. 479. B. tom. 6.*

23. Abſit ut ideò ſit potentior Pater Filio, quia Creatorem genuit Pater, Filius autem non genuit Creatorem: neque enim non potuit, ſed non oportuit. Immoderata enim eſſet divina generatio, ſi genitus Filius nepotem gigneret Patri. *Ibid. lib. 3. cap. 12. ſub finem. pag. 505. B.*

24. Si vultis Dei Filium verum confiteri, priùs illum ſe præcipuè dicite unius ejuſdemque ſubſtantiæ, ut tanquàm verum Filium, & Dei Filium per omnia ſimilem Patri eſſe dicatis. *Ibidem, capite 15. ante medium, pagina 512. littera C.*

S. AUGUSTIN. 25. Verus Dei Filius, & unius cum Patre ſubſtantiæ eſt, quia verus Filius eſt, & per omnia eſt Patri ſimilis, quia Dei Filius eſt. *Ibidem, circa medium, pagina 512. C.*

26. Deus ejuſdem naturæ, ſive ſubſtantiæ Deum genuit. *Ibidem, ſtatim à medio. pagina 512. D.*

S. BASILIUS MAGNUS. 27. Generat Deus, non ut homo: generat autem verè, & genitura ex ipſo Verbum eſt, non humanum, ſed divinum. *Lib. 5. Everſor. ante med. pag. 357. tom. 1.*

S. BERNARD. 28. Quòd dicitur ex Patre, ineffabilis eſt nativitas: quòd in Patre, conſubſtantialis unitas: quòd cum Patre, æqualitas Majeſtatis. *Serm. 5. de verbis Eſaye. in princ. fol. 68. col. 4. L.*

BOETIUS. 29. Non cœpit unquàm eſſe Pater, eo quòd ſubſtantialis ei eſt productio Filii: nihil enim aliud gigni potuit ex Deo, niſi Deus. *De Trinitate ante finem.*

S. BONAVENT. 30. Generatio in divinis, eſt omnimodæ perfectionis. *Sup. lib. 1. ſent. diſt. 9. art. 1. quaſt. 2. in fine corpor. pag. 82. col. 1. A. tom. 4.*

31. Generatio Filii in divinis eſt terminata, ſi perfectionem ejus reſpiciamus: ſi durationem intueamur (cùm ſemper duret) interminata dici debet. *Ibidem, diſt. 9. art. 1. quaſt. 4. in princ. corpor. pagina 84. columna 1. C.*

CASSIODORUS. 32. Dicendo, Hodie; coæternitatem ſuæ Majeſtatis oſtendit: hodie enim apud Deum nullo initio incipit, nullo fine concluditur. Non eſt ibi fuit, neque erit; ſed ſemper manet, ſemper eſt. *Sup. Pſ. 2. ante medium, verſ. 7. Ego hodie genui te. fol. 6. col. 3.*

33. Proprium eſt Patri, quòd naturaliter ſine initio ante ſecula genuit Filium: proprium eſt Filio, quòd naturaliter à Patre generatus eſt. *Sup. Pſ. 50. poſt med. verſ. 13. fol. 77. col. 2.*

34. Genitus eſt Deus verus de Deo vero, lumen de lumine, immortalis de immortali, inviſibilis de inviſibili, omnipotens de omnipotente. *Sup. Pſ. 61. in fine. verſ. ult. fol. 91. col. 4.*

S. CYPRIANUS. 35. Quomodo ſanè Deus Pater genuerit Filium, noli diſcutias, nec te curioſiùs inſeras in profundi hujus arcanum, ne fortè dùm inacceſſæ lucis fulgorem pertinaciùs perſcrutaris, exiguum ipſum qui mortalibus divino munere conceſſus eſt, perdas aſpectum. *Super Symbol. Apoſtolor. in illud, Credo in Deum, &c.*

36. Eſt Deus Pater, verus veritatis Pater, non extrinſecùs creans, ſed ex eo quod ipſe eſt Filium generans: id eſt, quaſi ſapiens ſapientiam, quaſi juſtus juſtitiam, quaſi ſempiternus ſempiternum, quaſi immortalis immortalem, quaſi inviſibilis inviſibilem, quaſi lux ſplendorem, quaſi mens Verbum. *Ibidem, longè poſt initium, ſup. illud Ioan. 14. Videt & Patrem.*

S. CYRILLUS ALEX. 37. Chriſti generationem nulla creata res omninò aut dicendo, aut cogitando aſſequi poteſt: ſed velut in ſpeculo contemplantes, & genitum eſſe dicimus, & exiſtere ipſum Patri coæternum. *Hom. 12. de feſtis Paſchal. poſt med. pag. 149.*

S. CYRILLUS HIEROSOL. 38. Filius non in temporibus eſſe cœpit, ſed ante ſecula ſempiternus, incomprehenſibiliter ex Patre genitus. *Catecheſ. 4. de Chriſto in princ. apud Bibliothecam Patrum, tom. 4. pag. 404. col. 1. B. edit. Coloniæ 1618.*

39. Pater perfectus perfectum genuit Filium, omniaque tradit genito. *Ibidem, Catecheſ. 7. ante med. pag. 413. col. 2. G.*

40. Filius eſt Dei, non adoptione, ſed natura genitus ex Patre. *Profec.*

41. Qui diligit generantem, diligit & genitum ex eo: qui autem non reſpicit genitum contumeliâ afficit genitorem. *Ibidem, Catecheſ. 11. ante med. pag. 420. columna 1. D.*

S. CYRILLUS HIEROSOL.

42. Deo Patre generante, neque ignorantia intercedit, neque deliberatio. *Profec.*

43. Dicere enim quòd natum ex ſe ignorat, maxima eſt impietas: dicere verò quòd in tempore conſiderans, deinceps Pater eſt factus, ejoſdem eſt impietatis.

44. Non enim priùs erat Deus ſine prole, ſucceſſu verò temporis factus eſt Pater; ſed ſemper habet Filium, quem genuit, Deum verum. *Ibid. ante med. pag. 420. col. 2. E.*

45. Genuit Deus unum ſolum, & qui genuit ille ſolus novit: & qui ab illo genitus eſt, novit genitorem. *Profec.*

46. Neque generans aliquo privatur, neque deeſt qoidquam genito.

47. Neque genitor habet Patrem, neque genitus fratrem, neque generans in Filium mutatus eſt, neque natus Pater factus.

48. Ex uno ſolo Patre, unus unigenitus Filius: oeque duo ingeniti, neque duo unigeniti.

49. Sed unus eſt Pater ingenitus, qui Patrem noo habet: & unus eſt Filius æternus, ex Patre natus: oon tempore factus, ſed ante ſecula genitus: non proſperitate aliqua auctus, ſed idem ſemper, qui & nunc. *Ibid. in medio. pag. 421. col. 1. A.*

50. Verus Deus non generat falſum, neque deliberans deinceps genuit: ſed perpetuò genuit, & verbis cogitaoonibuſque noſtris multò celeriùs genuit. *Ibid. circa med. pag. 421. col. 1. B.*

51. Similis in omnibus Filius eſt genitori, vita ex vita genitus, lumen de lumine, & Deus de Deo. *Ibid. poſt med. pag. 421. col. 2. E.*

52. Pater generans Filium manſit Pater, & non alteratur: Sapientiam genuit, ſed non inſipiens ipſe factus: & virtutem generans, ipſe non eſt infirmatus. Deum generans, ipſe non eſt aliquo privatus, neque diminutus quidquam ipſe perdidit, neque genitus aliquem defectum habet. *Profec.*

53. Perfectus genitor, perfectus genitus: Deus genitor, Deus & genitus. *Ibidem.*

S. EPIPHAN.

54. Quomodo tu putas majorem eſſe Patrem Filio? circumferentiâ, aut mole, aut tempore, aut temporis parte, aut dignitate, aut Deitate, aut immortalitate, aut æternitate? *Profec.*

55. Ne putes hæc. Nihil enim in Deitate inæquale eſt ad Filium: ſed prout Pater Pater eſt, & prout Filius genuinus, honorat ſuum Patrem.

56. Neque enim mole fertur Deus, ut mole excedat Filium Pater, neque tempori ſubjacet, ut tempore Pater Filium excedat: neque juxta menſuram in alto locum habet Pater (omnia enim ipſe continet, & à nullo continetur) ut Filius interior intelligatur. *In libro Ancorato. longè poſt initium. pagina 335. edit. Pariſ. 1544.*

S. FULGENT.

57. Filii generatio inenarrabilis eſt, ignorabilis oon eſt; oeque enim conſequens eſt, ut quod non poteſt enarrari, non poſſit ſciri. *Contra Arianos Reſp. 2. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 1. edit. Colon. 1618.*

58. Vera & æterna ſubſtantia, de qua vera Nativitas extitit, ſicut generando minui dividique non poteſt, ita in ſe tota permanens, totam ſe coæternæ veritati Nativitatis indulſit. *Profec.*

59. Ut ſcilicet gignentis genitique non ſolùm æqualitas abſque diverſitate conſiſteret: ſed etiam ſine confuſione detrimentoque naturalis unitas permaneret.

60. Divinæ quippè Nativitatis & nomen, & veritas, ſicut diſcretam monſtrat gignentis genitique perſonam; ſic diverſam noo ſinit putari ſubſtantiam. *Ibid. Reſponſ. 7. circa init.*

61. Deus Filius non diſcrepat à Patre, immenſus non caret Patris æqualitate, nec celſitudine privatur Altiſſimus, oec eſt origine poſterior ſempiternus. *Profec.*

62. Nam quia in Deo Patre nihil poteſt eſſe mutabile, ex Deo natus eſt Deus: quia nihil locale, ex immenſo proceſſit immenſus: quia in Deo humile aliquid non eſt, Altiſſimum generavit Altiſſimus: quia initiatum nihil in Deo poterit reperiri, ſempiternum protulit ſempiternus.

63. Talis ergo eſt illa divina inenarrabiliſque Nativitas, ut quem Pater genuit ex ſe, haberet in ſe. *Lib. 2. ad Traſimundum Regem cap. 3. poſt medium, apud Bibliothecam Patrum, tom 6. part. 1. pag. 45. col. 1. D. edit. Colon. 1618.* S. FULGENT.

64. Natus eſt de Patre Deo, Filius Deus: alter in perſona, non alius in natura; ſemper apud Patrem, ſemper cum Patre, ſemper de Patre, ſemper in Patre. *Profec.*

65. Semper apud Patrem, cum qoo illi eſt una & naturalis æternitas.

66. Semper de Patre, de quo illi eſt naturaliter æterna Nativitas.

67. Semper in Patre, cum quo illi eſt una naturaliter æqualiſque divinitas.

68. Et alter quidem ille, qui Pater eſt; alter ille, qui Filius eſt: neuter tamen alter Deus, quia Pater & Filius unus eſt Deus. *Serm. 1. de Nativit. circa init. apud Bibl. Patr. tom 6. part. 1. edit. Colon. 1618.*

69. Hæc humana generatio Verbi, ex magna parte eſt inenarrabilis: ſed illa divina, tota inenarrabilis eſt. *Profec.* GLOS. ORD.

70. Quia etſi dicitur Filius à Patre genitus, tamen qualiter nec Apoſtolus, nec Propheta novit, nec Angelus. *Sup. Matth. cap. 1. col. 32. D. tom. 5.*

71. Chriſtus in eo quod virtus & ſapientia Dei eſt, de Patre ante tempora natus eſt: vel potiùs quia nec cœpit naſci, nec deſiit; dicamus veriùs, ſemper natus. *Lib. 29. Moral. cap. 1. in princ. col. 962. C.* S. GREG. MAG.

72. Audis generationem Verbi, quomodo autem ſit, noli nimis curioſè inquirere, noli nimis anxiè indagare. *Orat. 18 de ſtatu Epiſcopali. ante fin. pag. 165.* S. GREG. NAZ.

73. Perfecta fides eſt, Deum de Deo credere. *Tom. 2. Epiſt. 12. adverſ. Luciferianos. a medio pagina 141. littera D.* S. HIERON.

74. Pater ante omne tempus & ſecula unigenitum ex iis quæ ingenita ex ſe erant, procreavit. *Libro 3. de Trin. verbo. Hic ergo. ab initio. fol. 11. columna 2.* S. HILARIUS.

75. Ipſo quo Pater dicitur, ejus quem genuit author oſtenditur; id habens nomen, quod neque profectum ex alio intelligatur, & ex quo is qui genitus eſt ſubſtitiſſe doceatur. *Ibidem, lib. 4. longè ab initio. fol. 13. columna 4.*

76. Nihil niſi natum habet Filius, & geniti honoris admiratio in honore generantis eſt. *Ibid. longè ab initio. fol. 14. col. 1.*

77. Non per deſectionem, aut protenſionem, aut per derivationem ex Deo Deus eſt: ſed ex virtute naturæ in naturam eamdem nativitate ſubſiſtit Filius. *Ibid. lib. 5. circa fin. fol. 24. col. 3.*

78. Nativitas Dei non poteſt non eam ex qua profecta eſt, tenere naturam: neque enim aliud quàm Deus ſubſiſtit, quòd noo aliundè quàm ex Deo Deus ſubſiſtit. *Ibidem.*

79. Eandem naturam habet genitus, quàm ille qui genuit. *Ibidem, &c.*

80. Unigenitus Deus, cùm natus ſit, Patrem teſtatur authorem, cùm ex manente natus ſit, non eſt natus ex nihilo: & cùm ante tempora æterna natus ſit, omnem ſenſum neceſſe eſt naſcendo præveniat. *Lib. 12. de Trinit. ante med. fol. 76. col. 2.*

81. Natus ex Deo Deus eſt, ut in eo veræ nativitatis, & perfectæ generationis, & non ambigua divinitas ſit. *Profec.*

82. Nihil enim in rebus Dei, niſi natum æternumque confitemur. Natum autem noo poſt aliquid, ſed ante omnia, ut nativitas tantum teſtetur authorem, non

præpoſterum aliquid in ſe authore ſignificet. *Ibidem, ante finem. fol. 79. col. 1.*

S. HILARIUS.

83. Non naturali neceſſitate ductus Pater genuit Filium, ſed mox ut voluit, ſine tempore & impaſſibiliter ex ſe eum genitum demonſtravit. *De Synodis. verbo Conſequens. art. 24 fol. 92. col. 2.*

84. Omnibus creaturis ſubſtantiam voluntas Dei attulit, ſed naturam Filio dedit ex impaſſibili nec non nata ſubſtantia perfecta nativitas. *De Synodis poſt med. art. 24. fol. 93. col. 4.*

85. Sicut in Patre & Filio credere duos Deos, impium eſt: ita Patrem & Filium ſingularem prædicare, ſacrilegum eſt: nihil in eis novum eſt, nihil alienum, nihil ſeparabile. *Profec.*

86. Deum ex Deo quòd in ſimilitudine generis unum ſint negare, blaſphemum eſt. *Lib. 7. de Trin. ſub finem. fol. 39. col. 2.*

HUGO À S. VICTORE.

87. Sicut Pater naturâ eſt Deus, ita naturâ genuit Filium, & hæc genitura æterna, ineffabilis eſt. *In ſumma ſent. tract. 1. cap. 7. in medio. pag. 302. littera C. tom. 3.*

88. Quomodo Filius ſit genitus, impoſſibile eſt ſcire, mens deficit, vox ſilet, non hominia tantùm, ſed & Angelorum. Credere jubemur, diſcutere non permittimur. *Ibid. ſtatim a medio. pag. 302. D.*

HUGO CARD.

89. Chriſtus nec finem habet, nec principium: ſed & ſine Patre fuit in terris, & ſine Matre in cœlis. *Sup. Geneſ. cap. 14. fol. 19. col. 3. tom. 1.*

S. JOANNES CHRYSOST.

90. Non ex tempore aliquod initium habet, qui eſt ante ſecula: non aliqua factura eſt, quæ temporibus excludatur: ſed in Patris natura manens ſemper, abſque initio invenitur, qui coæternus eſt Genitori initium non habenti. *Hom. de fide in Chriſto in princ. col. 421. A. tom. 2.*

S. JOANNES DAMASC.

91. Dei Filius ſemper cum Patre & in Patre erat ſempiternè, ac ſine ullo principio ex ipſo genitus. *Profec.*

92. Neque enim Pater unquàm fuit, quin Filius quoque eſſet: verùm ſimul Pater, ſimul Filius qui ex ipſo genitus eſt.

93. Neque etiam Pater vocari poteſt, qui Filio caret: nam ſi Filio aliquando caruit, Pater certè non erat: Et ſi poſtea Filium habuit, poſtea quoque Pater factus eſt: cùm antè Pater non eſſet, quâ blaſphemiâ nulla gravior excogitari poteſt. *Lib. 1. de fide Orthodoxa. cap. 8. circa med. fol. 156. pag. 2. A.*

94. Nefas eſt dicere Deum naturali fœcunditate caruiſſe, cùm fœcunditas in eo poſita ſit, ut ex ſeipſo, ideſt, ex propria eſſentia prolem naturâ ſimilem edat. *Ibidem.*

95. Cùm de Filii generatione agitur, tempus interceſſiſſe dicere, impium eſt, aut Filii ſubſtantiam Patre poſteriorem conſtituere. *Ibidem.*

96. Unigenitus dicitur Filius, quia ſolus ex ſolo Patre ſingulari modo genitus eſt. *Profec.*

97. Neque enim ulla alia generatio eſt, quæ Filii Dei generationi comparari poſſit, cùm nec alius Dei Filius eſt. *Ibidem, cap. 9. ante medium, fol. 159 pag. 2. A.*

S. ISID. HISP.

98. Filii Dei perfecta nativitas nec cœpit eſſe, nec deſiit; ne præterita ſit, ſi deſiit: & ne imperfecta ſit, ſi adhuc ſit. Sed ſic æterna eſt & perfecta, quatenùs in ea nativitate æternitas & perfectio habeatur. *Lib. 1. de ſum. bono. cap. 14. ſent. 1. pag. 626. col. 1.*

LACT. FIRM.

99. Sicut Mater ſine exemplo, genuit authorem ſuum: ſic ineffabiliter Pater genuiſſe credendus eſt coæternum. *Profec.*

100. De Matre natus eſt, qui antè jàm fuit: de Patre, qui aliquando non fuit. Hoc fides credat, intelligentia non requirat; ne aut non inventum putet incredibile, aut repertum non credat ſingulare. *Lib. 2. de divin. Inſt. cap. 9. in princ. pag. 69.*

101. Filius Dei bis natus eſt: primùm in ſpiritu, poſtea in carne: æternaliter de Patre, temporaliter de Virgine Matre, ſed nativitate inexcogitabili & ineffabili. *Ibidem, lib. 4. capite 8. in principio. pagina 153.*

S. LEO I.

102. Verus Deus eſt Filius Dei, totum habens ex Patre quòd Pater eſt, nullo exordio temporalis, nullâ varietate mutabilis: nec ab uno diviſus, nec ab Omnipotente diverſus, ſempiterni Genitoris unigenitus ſempiternus. *Serm. 2. de Reſurr. Dom. poſt med.*

LUDOV. BLOS.

103. Pater gignit Filium, & ſpirat Spiritum ſanctum: Filius gignitur à Patre, & unà cum Patre ſpirat Spiritum ſanctum; & ſic Spiritus ſanctus ſpiratur à Patre & Filio. *Lib. 2. Enchirid. parvulor. cap. 10. poſt initium.*

104. Pater qui genuit Filium, non poteſt eſſe ipſe Filius, quem genuit: & Filius qui genitus eſt à Patre, non poteſt eſſe ipſe Pater, à quo genitus eſt. *Ibidem.*

105. Generatio Filii Dei de Deo Patre, exemplar & veritas eſt cujuſlibet hujuſcemodi productionis naturalis. *Ibidem, circa med.*

S. MAXIMUS EP. TAURIN.

106. Bis natus eſt Dei Filius, ſed ex duabus nativitatibus, Dei ſc. & hominis, ſeipſum unigenitus Patris, atque ſeſe hominem unum eſſe voluit Deum. *Hom. 1. in Natali Dom. in med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 5. col. 1. A. edit. Colon. 1618.*

107. Generatio Chriſti ſi enarrari non poteſt, credi poteſt: ſi lingua deficit, fides proficit: magnus enim profectus eſt fidei, cùm tantùm de Deo ſuo concipit, quantùm ſermo non poteſt parturire. *Ibidem.*

S. PETRUS CHRYSOLOG.

108. Generatio Dei initium non habet, neſcit finem, non admittit exceſſum; ſed in genitore genitus permanere perſiſtit. *Serm. 61. in medio. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 706. col. 2. E. edit. Colon. 1618.*

109. Non conceptione temporum, non paſſione viſcerum: ſed Pater Filium generat nobis, dùm revelat. *Ibid. ſerm. 62. à medio. pag. 707. col. 2. E.*

PETRUS LOMBARDUS MAGISTER SENT.

110. Filius, qui eſt divinitas, natus eſt de Patre, qui eſt natura divina. *Lib. 1. ſent. diſt. 5. in medio. pag. 16. lit. F.*

111. Nihil habet Filius, niſi natum, id eſt, nihil habet ſecundùm quòd Deus eſt, niſi quod naſcendo accepit, & ipſe naſcendo Patris in ſe ſubſiſtentem naturam habuit. *Ibid. pag. 17. lit. H. poſt init.*

112. Certum eſt Chriſtum eſſe Filium ſubſtantiæ Patris, & de ſubſtantia Patris genitum. *Ibidem, pag. 18. lit. I. poſt init.*

113. Generatio Filii ſemper eſt, nec præterit, nec futura eſt, quia æterna eſt. *Ibidem, diſtinct. 9. pag. 28. lit. K. in fine.*

ROBERTUS BELLARMIN.

114. Nihil lucidius, nihil clarius, nihil ſplendidius generatione divinâ, quâ lumen de lumine, Deus verus de Deo vero generatur. *Conc. 11. de Nat. Dom. part. 2. in princ.*

RUPERT. ABB.

115. Dei Verbi generationem geminam eſſe conſtat: alteram quæ divinitatis, alteram quæ humanitatis eſt. *Lib. 1. ſup. Geneſ. cap. 2. in medio. fol. 2. pag. 1.*

S. THOMAS AQUINAS.

116. Filius Dei propriè & verè filius, non eſt ex nihilo, ſed ex tota ſubſtantia Patris genitus. *Part. 1. Quæſt. 41. art. 3. in corpore.*

117. Neceſſe eſt quòd Pater generando Filium, non naturæ in ipſum transfuderit, ſed totam naturam ei communicaverit, partem remanente diſtinctione ſolùm ſecundùm originem. *Ibidem.*

118. Nullus modus proceſſionis alicujus creaturæ perfectè repræſentat divinam generationem. *Ibidem, quæſt. 42. art. 2. in corpore. ad 1.*

119. Anima cogitando generat verbum ſuum, ſic & Filius Dei nihil eſt aliud quàm Verbum Dei: non ſicut verbum exteriùs prolatum, quia illud tranſit: ſed ſicut verbum interius conceptum, & ideò ipſum Verbum Dei eſt unius naturæ cum Deo & æquale Deo. *Opuſc. 6. ſup. Symbol. Apoſt. art. 2. poſt med. tom. 1.*

S. VINCENT. FERRAR.

120. Impoſſibile eſt divinæ Generationis ſcire ſecretum: mens deficit, vox ſilet. *Serm. 7. Dom. 1. Advent. in medio. fol. 14. col. 3.*

S. Zeno Episcopus et Mart. 121. De Deo naſcitur Deus, de ingenito unigenitus, de ſolo ſolus, de toto totus, de vero verus, de perfecto perfectus. *Serm. 1. de filii Dei generat. in medio. apud Bibl. Patr. tom. 3 pag.* 109. *col.* 2. *H. edit. Colon.* 1618.

122. De Deo naſcitur Deus, totum Patris habens, nihil derogans Patri, altee retinet in altero, cujuſvis gloria communis eſt honor, quia quod eſt filii, Patris eſt, quod Patris, amborum. *Ibidem, ſerm. 3. ante med. pag.* 110. *col.* 1. *B.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

Aristoteles. 123. Non convenit quòd Deus exiſtat ſolus, neque non producat aliud eos nobile receptaculum ſuæ lucis, intellectum videlicet: ſic etiam non decet quòd ſolus intellectus extet, & non ſubſit opus recipiens ejus luminis ſplendorem. *Lib. 7. theolog. cap. 2. in medio. tom.* 1.

Trismegist. 124. Pater omnium intellectus, vita & fulgor exiſtens, hominem ſibi ſimilem procreavit, atque ei tanquàm filio ſuo congratulatus eſt: pulcher enim erat, Patriſque ſui ferebat imaginem. *Lib. de Poteſt. & Sap. Dei, cui titulus Pimander. cap. 1. ante med.*

Gloria bona.

DEFINITIO, DIVISIO, DIFFERENTIA.

DEFINITIO.

S. Antonin. & S. Thomas Aquinas. GLORIA eſt effectus honoris & laudis; quia ex hoc quod teſtificamur de bonitate alicujus, clareſcit bonitas ejus in notitia plurimorum, & hoc eſt gloria. *Part. 4. tit. 5. de Iuſtitia. cap.* 10. §. 1. *in fine fol.* 65. *col.* 4. *Et Thomas Aquinas.* 2. 2. *quaeſt.* 103. *art.* 2. *ad* 3. *in fine. pag.* 192. *col.* 1.

S. Augustin. Gloria eſt judicium hominum benè de hominibus opinantium. *Lib. 5. de Civit. Dei cap. 12. poſt medium, pag.* 90. *D. tom.* 5.

Cassiodorus. Gloria eſt celebre præconium, & frequentata laudatio. *Sup. Pſal. 23. in fine. verſu ultimo. fol. 35. columna* 3.

Gloria eſt laus facta, celebratione multorum. *Sup. Pſ.* 28. *ante finem. verſ.* 8. *fol.* 41. *col.* 2.

Gloria eſt multorum ore celebrata laudatio. *Super Pſ.* 70. *ante med. verſ.* 3. *fol.* 106. *col.* 2.

Gloria eſt bonorum actuum frequentata laudatio. *Super Pſalmum* 149. *à medio. verſ.* 5. *fol.* 226. *columna* 2.

Hugo Card. Gloria eſt:
- Alicujus magnifici latè patens præconium.
- Ore multorum celebrata laudatio.
- Clara cum laude notitia. *Sup Luc. cap. 2. Myſticè fol.* 142. *col.* 1. *tom.* 6.

Ciceron. Gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude. *Lib. 2. de Invent. Rhetor. poſt medium, columna* 148. *littera F. tom.* 1.

DIVISIO.

Triplex eſt gloria.
- Prima temporalis. — Prima eſt vana, & ideò fugienda.
- Secunda ſpiritualis. — Secunda bona, ideò tenenda.
- Tertia æternalis. — Tertia optima, ideò appetenda. *Serm. 1. de uno Mart. & in ord. 13. in princip. pag.* 313. *col.* 1. *tom.* 3.

DIFFERENTIA.

Seneca. Quid intereſt inter gloriam & claritatem, dicam: Gloria multorum judiciis conſtat, claritas bonorum tantùm. *Ep.* 102. *circa med. pag.* 815. *tom.* 2.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Ambrosius. 1. Impius ipſe ſibi pœna eſt: juſtus autem ipſe ſibi gloria. *Lib. 1. Offic. cap. 12. columna 7. littera C. tom.* 1.

2. Quos manet gloria, expectat injuria. *Ibidem, cap. 16. ante med. col 9 D.*

3. Iſti qui in delitiis, qui in luxuriis, rapinis, quæſtibus, honoribus ſtudia poſuerunt ſua, ſpectatores magis gloriæ, quàm præliatores ſunt. *Profec.*

4. Habent enim lucrum laboris, fructum verò virtutis aut gloriæ non habent. *Ibidem.*

S. Augustin. 5. Gloriam & honorem boni non debet ſequi victus, ſed ipſa virtutem. *Lib. 5. de Civit. Dei cap. 12. poſt med. pag.* 90. *tom.* 5.

6. Paucorum virtus ad gloriam & honorem vera via eſt. *Ibidem, prope finem pag.* 91. *A.*

7. Non eſt in bonis gloria temporalis hominum vana quærentium, ſed æterna gloria eſt brevi tempore patientium & ſine fine regnantium. *Sup. Pſ.* 118. *Conc.* 23. *in fine pag.* 954. *C. tom* 8.

8. Non eſt vera gloria, niſi in Eccleſia ſancta Catholica; alibi enim, id eſt, vel apud hæreticos, vel apud paganos vera gloria eſſe non poteſt. *Tract. 100. ſup. Evang. Ioan. de cap. 16. ante finem pag. 337. lit. B. tom.* 9.

9. Quid ſtultius, quid inſanius, quàm umbra & imagine & ſimilitudine veræ gloriæ, more infantium decipi & ſuperari, & ipſam gloriam non quærere, non deſiderare? *De Triplici habitaculo cap. 3. in princ. pagina* 555. *B. tom.* 9.

V. Beda. 10. Illos expectat gloria, qui glorioſa gerunt certamina. *In ſuis Proverb. verbo Illos. pagina* 191. *tomo* 2.

S. Bernard. 11. Gloria quam ab invicem accipiunt, qui gloriam (quæ eſt à ſolo Deo) non requirunt, vana eſt: ſed hæc eſt vera gloria, quæ eſt à ſpiritu veritatis. *Serm. 4. in Adventu. poſt init. fol. 3. col. 2. D.*

12. Non recti, ſed perverſi eſt animi, ante quærere gloriam, quàm exercere virtutem. *Profec.*

13. Quæ ſine virtute eſt gloria, profectò indebita venit: præproperè affectatur, & periculoſè captatur.

14. Virtus gradus eſt ad gloriam, virtus mater gloriæ eſt, ſola eſt cui gloria jurè debetur, & ſecurè impenditur. *Serm. 1. de S. Victore. in princ. fol. 52. col. 3. littera I.*

15. Tutior ſua cuique gloria, dùm habet eam in ſemetipſo, & non in altero. *Serm. 25. ſup. Cant. poſt med. fol. 154. col. 1. B.*

16. Non eſt quòd confundatur in verbo gloriæ, cui multa materies gloriandi eſt. *Ibidem, ſerm. 68. prope finem fol. 189. col. 2. E.*

17. Omnia gloria Sanctorum intus, non foris eſt: hoc eſt, non in flore fœni, aut in ore vulgi, ſed in Domino. *Ibidem, ſerm. 25. poſt medium, fol. 154. col. 1. B.*

18. Genus clarum, corpus aptum, forma elegans, ingenium velox, eruditionis utilitas, & honeſtas morum, glorioſa ſunt. *Ep. 104. ad Magiſtr. Galterum. poſt init. fol. 232. col. 1. B.*

19. Duæ ſunt gloriæ: eſt gloria prima, eſt gloria ſecunda. Prima virtutis, ſecunda beatitudinis: una in via, alia in patria. *Epiſt. ad quendam in 2. volum. poſt init. fol. 119. col. 4. L.*

S. Bonavent. 20. Non eſt gloriandum in mundi gloria, quæ eſt viliſſima & mendaciſſima & maligniſſima: ſed in divina gloria, quæ eſt nobiliſſima & ſtabiliſſima & veraciſſima. *Serm. 1. de S. Andrea ſub finem. pag. 216. col. 1. tom.* 3.

21. Gloria ſicut umbra ſequitur fugientem, & fugit inſequentem. *Lib. 1. de profectu Religioſ. capite 9. in fine pagina 563. columna 2. littera C. tom. 7. part.* 4.

22. Non poteſt gloriari veraciter, niſi qui extrinſecas glorioſas perfectè reſpuerit. *In ſpeculo diſcipl. part. 2. cap. 6. ante med. pag. 556. columna 2. B. tom. 7. par* 4.

S. EPHRAM. 23. Gloria Chriſtianorum, Dei præceptum eſt. *Proſeс.*

24. Gloria Chriſtianorum, Apoſtolorum eſt atque Prophetarum doctrina.

25. Gloria Chriſtianorum, humilitas animi eſt, ſpiritalis paupertas atque obedientia.

26. Gloria Chriſtianorum, eſt pſalmodia cum compunctione.

27. Gloria Chriſtianorum, eſt pœnitentia cum lachrymis.

28. Gloria Chriſtianorum, advenarum eſt & peregrinorum receptaculum atque compaſſio.

29. Gloria Chriſtianorum, eſt tribulationes ſufferre & non indignari. *De amore pauper. poſt medium, pagina 16. C. tom. 1.*

S. EUSEBIUS EMISS. 30. Quid diffugis gloriam, quæ plus additur, dùm timetur? *Hom. de S. Maximo, poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. edit. Colon.* 1618.

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 31. Tanta eſt gloria, quam expecto, ut omnis me pœna delectet, omnis morbus, humiliatio omnis, perſecutio omnis, mortificatio omnis. *In ſuis opuſc. Apophthegm. 57. pagina 442. tom. 3.*

GILLEBERTUS ANOLUS. 32. Soli verè glorioſi ſunt, qui divinæ diſpoſitioni ſupponunt ſtudium, ſoliciti primæ conditionis integram ſervare gratiam, vel relevare & reſtaurare corruptam. *Serm. 4. ſup. Cant. ante medium, apud D. Bernard. volum. 2 fol. 3. col. 4. M.*

GLOSS. INT. 33. Gloria perfectorum eſt principium, & in perfectione Sanctorum, imperfectio eſt. *Sup. Num. cap. 1. col. 1164. E. tom. 1.*

S. GREG. MAG. 34. Ipſe verè glorioſus eſt, qui dùm ſeipſo perfruitur, accedentis laudis indigens non eſt. *Libro 32. Moral. cap. 7. in principio, columna 1099. littera C. tom. 1.*

35. Illa ſine dubio eſt vera gloriâ, quam nullius mœſtitiæ obtenebrat pœna. *In ſeptem Pſ. Pœnit. ſuper Pſ. 8. verſ. 14. in fine, columna 551. B. tom. 2.*

36. Ille verè glorioſus eſt, qui non de temporali potentia, ſed pro Chriſti nomine de ſua paſſione gloriatur. *Libro 6. in Regiſtro indict. 15. cap. 169. Epiſt. 5. ad Cyriacum Epiſcopum Conſtantinopolit. poſt med. col. 866. D. tom. 2.*

S. HIERONYM. 37. Difficile, imò impoſſibile eſt, ut & in cœlo & in terra appareat quis glorioſus. *Tom. 1. Ep. 34. ad Julian. ante fin. pag. 208. D.*

38. Nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet, quo gloria æternitatis acquiritur. *Tom 4. Ep. 1. ad Demetriad. in fine, pag. 26. C.*

39. In uſu debet eſſe quod præmium generat, & optabile quod gloriam parit. *Tom. 4. Ep 6. ad Amicum, in medio, pag. 39. B.*

40. Magna gloria eſt, de imis ad ſumma creſcere, de nihilo ad maxima pervenire, de limo ad cœlum, de ſervitute ad regnum. *Super Epiſt. ad Rom. cap. 5. in illud, Sed & gloriamur, &c. pagina 275. littera B. tom. 9.*

HUG. A SANCTO VICT. 41. Duo quædam ſunt omnibus neceſſaria: juſtitia & gloria. Juſtitia in mundo, gloria in cœlo: juſtitia in merito, gloria in præmio. *Serm. 58. de diverſ. in fine, pag. 377. A. tom. 2.*

HUGO CARD. 42. Melior eſt gloria propriæ conſcientiæ, quàm vana gloria laudis humanæ. *Super Eccleſiaſten, cap. 10. fol. 98. col. 1. tom. 3.*

43. Reverà non erunt ſocii in gloria, qui noluerunt eſſe ſocii in miſeria. *Super 1. Cor. 1. fol. 73. col. 3. tom. 7.*

IDIOTA. 44. Gloria cujuſlibet hominis eſt ſanctitas vitæ. *Libro 5. de Contemplat. Mortis. cap. 6. in princ. apud Bibliothecam Patrum, tom. 10. pag. 21. col. 2. E. edit. Colon.* 1618.

S. JOANNES CHRYSOST. 45. Quantâ gloriæ magnitudine feruntur virtutis aſſeclæ! *Hom. 25. ſuper Geneſ. prope fin. col. 199. littera A. tom. 1.*

S. JOANNES CHRYSOST. 46. Gloria quæ ab hominibus initatur, brevi ſubvertitur: gloria autem Dei immobilis manet in perpetuum. *Hom. 4. de fide Annæ, paulò ante medium, col. 592. B. tom. 1.*

47. Multi à periculis liberantur, glorioſam tamen vitam non habent: alii è contrà, gloriâ quidem & claritate fruuntur, periculis tamen ob hanc gloriam non carent. *Ibidem, in medio. col. 593. A.*

48. Si glorificari cupis, gloriam deſpice, & omnes antecelles gloriâ. *Hom. 4. ſup. Matth. oper. perf. poſt med. col. 46. B. tom. 2.*

49. Ad acquirendam gloriam, contraria eſt omninò oſtentatio: nam ad quod feſtinanter pergimus, ad illud impedimento ſolet eſſe maximo. *Ibidem, Homil. 72. in fine, col. 593. C.*

50. Gloria cœleſtis, gloria eſt vera, quæ non homines, ſed Angelos, & Archangelos, & Angelorum Dominum: immò & cum his etiam homines laudatores habet. *Homil. 18. ſup. Ioan. in fine, col. 143. B. tom. 3.*

51. Plus gloriæ ex fide, quàm ex operibus ad Deum redit: qui enim ex operibus gloriatur, proprios labores oſtendit: qui verò in eo gloriatur quòd Deo fidem habeat, multò majorem gloriandi occaſionem oſtentare poteſt, quia Deum & glorificat & magnificat. *Serm. 8. ſuper Epiſt. ad Rom. poſt initium, col. 78. lit. D. tom. 4.*

52. Si vis gloriâ fulgere, gloriam contemne: ſin gloriam ſectaberis, gloriâ excides. *Hom. 29. ſup. 2. Cor. ab init. col. 874. B. tom. 4.*

53. Quemadmodùm dives eſt, non qui multis, ſed qui nullo eget: ita glorioſus eſt, non is qui gloriæ amans eſt, ſed illius contemptor. *Ibidem, circa med. col. 874. littera B.*

54. Gloria illa ſola permanet, quæ naturalis eſt, quæ in intimis conditur. *Hom. 1. ſup. Ep. ad Tit. in Moralı. à medio, col. 1612. D. tom. 4.*

55. Non prohibeo gloriam appeti, ſed illa volo ambiatur gloria, quæ vera eſt, quæ ex Deo eſt. *Ibidem.*

56. Nihil verâ gloriâ felicius, nihil beatius, nihil cui majori deſiderio ſtudendum ſit. *Hom. 5. ſup. Epiſt. ad Titum, ante medium, columna 1628. littera B. tom 4.*

57. Hominis gloria eſt fides recta, zelus in Deum, charitas, humilitas, manſuetudo, aſſidua oratio, eleemoſinæ, & cætera univerſa virtutis membra. *Hom. 7. de pœnit. poſt init. col. 874. D. tom. 5.*

58. Quantò quis acerbiora paſſus fuerit, tantò magis gloria excreſcit. *Hom. 22. ſup. Epiſt. ad Hebr. à medio, col. 1797. C. tom. 4.*

59. Contemne gloriam, & eris glorioſus. *Ibidem, Homil. 25. in princ. Moral. col. 1815. B.*

60. Nequit alio pacto acquiri gloria, quàm gloriam fugiendo. Nam donec eam perſequimur, fugit nos: quando verò eam fugimus, perſequitur ipſa nos. *Serm. 7. ſup. Ep. ad Philip. in Morali, ante med. col. 1171. C. tom. 4.*

S. ISIDORUS PELUSIOTA. 61. Sola virtus præclaram, & nunquàm intermorituram gloriam obtinet: quæ nec vetuſtati cedit, nec oblivione conteritur, nec marceſcit: verùm recentem ſemper ac vegetam & florentem habeat propaginem. *Lib. 2. Ep. 286. ad Philoxen. apud Bibl. Patr. tom. 5. parte 2. pagina 565. columna 2. F. edit. Colon.* 1618.

62. Bona gloria eſt ei, qui ad laborantium & oppreſſorum ſubſidium defenſionem eâ utitur. *Ibid. lib. 3. Ep. 172. ad Arſenuphium. pag. 591. col. 1. B.*

PHILO JUD. 63. Gloria inſipientis, malitiam reddit illuſtriorem: ſicut gloria juſti, virtutem nobiliorem. *Lib. de plant. Noë. ante fin. pag. 335. tom. 1.*

S. PROSPER. 64. Hæc eſt veriſſima gloria, ſi non in ſe, ſed in Domino quique gloriantur. *Ep. ad Rufin. cap. 1. de lib. arbit. ante finem.*

PRUDENTIUS POETA. 65. ——————Probitate coactâ.
Gloria nulla venit, ſordetque ingloria virtus. *In Amartigenia adverſus Marcionitas. poſt medium, verſ. 695.*

ROBERTUS BELLARM. 66. Is apud homines gloriam adipiſci dicitur, cujus nomen famâ deferente multis innoteſcit. *Conc. 12. ſup. Pſ. 90. parte 2. ante med.*

S. THOMAS AQUINAS. 67. De Catone Saluſtius dicit, quòd quò magis gloriam fugiebat, eò magis eum gloria ſequebatur. *2. 2. quæſt. 32. art. 3. in corpore ad 2.*

68. Gloria corporis reſultat ex gloria animæ. *Part. 3. quæſt. 49. art. 6. in corpore, argum. 3.*

THOMAS À KEMPIS. 69. Qui veram gloriam deſiderat, temporalem non curat: & qui temporalem requirit gloriam, minùs amare convincitur cœleſtem. *Lib. 2. de Imit. Chriſti cap. 6. ſect. 2. tom. 2.*

70. Omnes Sancti quantò altiores in gloria, tantò humiliores in ſeipſis, & Deo viciniores exiſtunt. *Ibid. libro 3. cap. 58. ſect. 8. tom. 2.*

S. VALERIAN. EPISCOPUS. 71. Quicumque movetur alienâ bonâ gloriâ, currat poſt bonos, & elaboret ut apprehendat, & ut præcedat, tantùm ut ſine livore contendat. *Homil. 13. ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 491. col. 1. D. edit. Colon.* 1618.

IN VITIS PATR. 72. Niſi Deus glorificaverit hominem, gloria hominum numquàm ſtat. *Libro 5. libell. 8. num. 15. in fine, pag. 593. col. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 73. Gloria eſt cùm virtuoſus à cunctis exiſtimatur. *Lib. 1. Rhetoric. cap. 5. in medio. tom 2.*

CICERO. 74. Nihil verâ gloriâ dulcius, nihil charius, nihil optatius. *Orat. 47. Philipp. 5. ſub finem, num. 50. tom. 2.*

75. Decus veræ gloriæ in virtute poſitum eſt. *Lib. 10. Epiſt. 12. ad Plancum. circa finem, tom. 3.*

76. Gloria eſt ſolida quædam res & expreſſa, non adumbrata; ſed virtuti conſona. *Lib. 3. Tuſc. quæſt. ab initio, num. 3. tom. 4.*

77. Ex omnibus præmiis virtutis, ampliſſimum eſt præmium, gloria hæc una, cujus gradibus homines in cœlum aſcendere videntur. *Orat. 38. pro Milone. ante fin num. 97. tom. 2.*

78. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur: ficta verò omnia celeriter tanquàm floſculi decidunt: qui igitur adipiſci veram gloriam volet, juſtitiæ fungatur officiis. *Libro 2. de Offic. circa medium, tom. 4.*

PLINIUS II. 79. Sequi gloria, non appeti debet: nec ſi caſu aliquo non ſequatur, idcircò quòd gloriam non meruit minus pulchrum eſt. *Lib. 1. Ep. 8. ad Pompeium Saturnin. ante fin. pag. 20.*

80. Honor & gloria ſatietate langueſcit. *Lib. 1. Ep. 16. ad Septitium Clarum, in fine, pag. 29.*

81. Patet omnibus honoris & gloriæ campus. *In Panegyr. de Trajano Auguſto, longè poſt med. pagina 383.*

SENECA. 82. Gloria umbra virtutis eſt, etiam invitos comitatur. *Profec.*

83. Quemadmodùm umbra aliquando antecedit, aliquando ſequitur: ita gloria aliquando ante nos eſt, viſendamque ſe præbet: aliquando in averſo eſt, majorque quò ſerior, ubi invidia receſſit. *Epiſt. 79. poſt med. pag. 698. tom. 2.*

84. Nihil per ſe glorioſum, ſed quidquid virtus tractat, glorioſum facit. *Epiſt. 82. ante medium, pag. 708. tom. 2.*

85. Heu quàm difficile eſt gloriæ cuſtodia! *In ſuis Prov. in fine poſitis, H.*

SIXTUS PHIL. 86. Sapientis viventis quidem parva eſt apud homines opinio, defuncti verò gloria prædicatur. *Sent. 46. pag. 65. col. 1. A. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit Colonienſis 1618.*

VALERIUS MAXIMUS. 87. Virtutis uberrimum alimentum eſt verus honor & gloria. *Libro 2. dictor. memorabil. cap. 1. poſt medium, pagina 73.*

Vide etiam tit. Gloria vana. ſent. 5. 136. 146. Virtus. ſent. 238.

Gloria vana.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, PRODUCTIO, COMPARATIO.

ETYMOLOGIA.

HUGO CARD. GLORIA mundana non habet ſubſtantiam, & ideò inanis & vana dicitur, quia citò evaneſcit. *Super 2. ad Cor. cap. 11. fol. 140. col. 3. tom. 7.*

DEFINITIO.

S. BERNARD. Inanis gloria nihil aliud eſt quàm aurium inflatio vana, quæ haberi vix poteſt ſine invidia. *Serm. de quinque negotiat. circa medium, folio 359. col. 1. C.*

S. BONAVENT. Inanis gloria eſt amor laudis propriæ, propter excellentiam apparentem. *Parte 1. Centiloquii, ſect. 18. in princ. pag. 63. col. 1. C. tom. 6. part. 1.*

HUGO A S. VICTORE. Vana gloria eſt placendi deſiderio mota utriuſque hominis incompetens agitatio. *De fruct. carnis & ſpirit. cap. 4. in princ. pag. 160. E. tom. 2.*

HUGO CARD. Inanis gloria eſt, quæ de bono quod non habet quærit laudes hominum. *Super 3. Reg. cap 11. fol. 275. col. 4. tom. 1.*

S. JOAN. CLIM. Cenodoxia eſt ſimplicitatis amiſſio, fictaque inſtitutio. *Gradu 21. in calce, apud Bibl. Patrum, tom 6. parte 2. pag. 274. col. 2. E. editionis Colonienſis 1618.*

JOAN GERS. Vana gloria eſt vitium, quo quis ſolùm aut principaliter quærit in actibus ſuis vanè laudari. *Parte 4. in deſcript. terminor. cap. Temperantia, poſt med. fol. 26. col. 3. littera T.*

S. MAXIMUS MART. Vana gloria eſt receſſus à ſcopo divino, & ad alium ſcopum quàm divinum tranſitus. *Centuria 3. de virtute & vitio. cap. 65. apud Bibliothecam Patr. tom. 7. pag. 385. col. 2. F. edit. Colon.* 1618.

S. NILUS. Inanis gloria eſt animi perturbatio rationi contraria, quæ omnibus virtutis operibus facilè implicatur. *Orat. 7. de inani gloria. in princ. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 2. pagina 971. columna 2. littera F. editionis Colonienſis* 1618.

SENECA. Gloria mundana, vanum & volatile quiddam eſt, auraque mobilius. *Epiſt. 123. in fine, pagina 887. tom. 2.*

PRODUCTIO.

S. AMBROS. Inanis gloria, cùm plenè mentem ceperit, mox ſeptiformem in illa nequitiam gignit, inobedientiam, jactantiam, hypocriſim, contentionem, pertinaciam, diſcordiam, ac novitatis præſumptionem. *Precat. 2. ante Miſſam. poſt init. col. 1266. D. tom. 4.*

S. EPHRAEM. Vana gloria voluptatis, iræ, & mœroris procreatrix eſt. *Adhortat. 2. ſub finem, pag. 281. C. tom. 2.*

S. GREG. MAG. De inani gloriâ, inobedientiâ, jactantia, hypocriſis, contentiones, pertinacia, diſcordia, & novitatum præſumptiones oriuntur. *Lib. 31. Moral. cap. 17. poſt med. ſup. illud Iob 39. Exhortationem ducum, &c. col. 1082. C tom. 1.*

HUGO À S. VICTORE. In vanæ gloriæ comitatu, ſunt
- Hypocriſis.
- Inobedientia.
- Jactantia.
- Novitatum præſumptio.
- Arrogantia.
- Loquacitas.
- Pertinacia. *De fruct. carn. & ſpirit. cap. 4. in princ. pag. 160. E. tom. 2.*

S. Ioan. Clim. Vermis dùm exereverit, natis alis in ſublime ſubvectus eſt; & conſummata inanis gloria, ſuperbiam parit, quæ malorum omnium dux, princeps, & conſummatio eſt. *Gradu 21. in calce, apud Bibliothecam Patrum, tom. 6. part. 2. pagina 274. col. 2. litteraE. edit. Colon.* 1618.

COMPARATIO.

S. Nilus. Inanis gloria eſt veluti ſcopulus ſub aqua latitans, ad quem ſi navem illiſeris, periiſti. *Orat. 7. de inani gloria. in princ. apud Bibliothec. Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 971. G. edit. Coloniæ* 1618.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Ambrosius. 1. Non deſidioſis & tepidis, neque inertibus & incultis, ſed magis quibuſdam animis ſedulis, & bonorum actuum probitate luculentis, diabolus per gloriam irrepſit humanam; & quos pulſione non movit, elatione dejecit. Quantò elatiores erant meritis, tantò eos aptiores ſuis invenit inſidiis. *Lib. 10. Ep. 84. ad Demetriadem, circa med. col. 679. B. tom. 3.*

2. Vigilant tentatoris inſidiæ, ut ubi proficit devotio, ſubrepat elatio: & ut homo de bono opere in ſe potiùs quàm in Domino glorietur. *Ibidem, poſt med. col.* 682. *B.*

3. Nihil magis fugiendum eſt, quàm appetitus gloriæ, quæ virtutem negat divini operis, amore propriæ dignitatis. *Proſec.*

4. Et cùm aliæ cupiditates ea tantùm bona, quibus adverſantur, imminuant: hæc dùm omnia ad ſe trahit, ſimul univerſa corrumpit. *Lib. 10. Ep. ad Demetriad. poſt med. col.* 681. *C. tom. 3.*

S. Anselmus. 5. Gloriatio Chriſtiani non eſt, niſi in nomine Crucifixi Jesu Chriſti. *In ſpeculo Evangelici ſermonis, cap. 2. in princ.*

S. Antoninus. 6. Primogenita ſuperbiæ filia, eſt vana gloria. *Part. 2. tit. 4. cap. 1. in princ. fol.* 154. *col. 3.*

7. Nulla eſt tàm excelſa virtus, quæ dulcedine vanæ gloriæ non tangatur. *Ibidem.*

8. Inanis gloria prima eſt, quæ campum intrat contra virtuoſos pugnatura, ultima eſt in receſſu: nullus enim evadit, quin ab ea aliquando non feriatur. *Ibidem, poſt med. fol.* 154. *col. 4.*

9. Finis inanis gloriæ, eſt manifeſtatio propriæ excellentiæ *Ibidem, cap. 2 §. 3. ſub finem, fol. 157. columna 4.*

S. Antonius de Padua. 10. Filia tua eſt operatio tua, quam tunc in proſtibulo ponis, cùm ipſam in lupanari mundi pro denario vanæ gloriæ vendis. *Serm. Dom. 3. poſt Epiphan. ante med. ſup. illud, Levit. 19. filiam tuam ne proſtituas, fol. 36. pagina 1. Proſec.*

11. O infelix commercium! pro vento humani oris, vendere præmium regni cœleſtis. *Ibidem.*

12. Semina ſunt bona opera, quæ ſole vanæ gloriæ areſcunt: quidquid enim propter vanam gloriam facis, totum amittis. *Serm. Dom. 3. poſt Paſcha ante med. fol. 137. pag. 1.*

S. Augustin. 13. Sæpè homo de ipſo vanæ gloriæ contemptu vaniùs gloriatur, ideoque non jàm de ipſo gloriæ contemptu gloriatur: non enim eam contemnit, cùm gloriatur intùs. *Lib. 10. Confeſſ. cap. 38. in fine, pag. 132. C. tom. 1.*

14. Vanitas laudis humanæ, nihil ad cibandum affert, niſi inane & inflatum. *Ep. 56. ad Dioſcor. poſt initium, pag. 165. A. tom. 2.*

15. Quid iſta cæcitate tenebroſius, ad obtinendam inaniſſimam gloriam, errorem hominis aucupari, & Deum teſtem in corde contemnere? *De Expoſ. ſup. Ep. ad Galat. cap. 6. in medio, pag. 883. A. tom. 4.*

16. Hoc vitium inimicum eſt piæ fidei, ſi major in corde ſit cupiditas gloriæ, quàm Dei timor & amor. *Libro 5. de Civitate Dei, cap. 14. circa initium, pagina 91. B. tom. 5.*

S. Augustin. 17. Non ferè quiſquam eſt, qui humanam non appetat gloriam. *Sup. Pſ. 1. in princip. verſ. 1. Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit. pagina 7. littera A. tom. 8.*

18. Qui benè didicit, vel expertus eſt vitiorum ſuperandorum gradus, intelligit hoc vitium inanis gloriæ, vel ſolum, vel maximè cavendum eſſe perfectis: quo primo enim vitio lapſa eſt anima hoc ultimum vicit. *Super Pſalm. 7. ante medium, verſ. 5. pagina 27. A. tom. 8.*

S. Basilius Magn. 19. Multi pro miſera gloriola vitam ſuam exponunt, ac amittunt. *Conc. 26. de S. Mamante, poſt med. pag. 259. tom. 1.*

20. Vanam gloriam quam maximè fugere convenit, quæ non ante labores à laborando abducit, ſed poſt labores coronis ſpoliat, & tanquàm inſidiatrix ſalutis noſtræ virtutes dejicere contendit. *In Conſt. cap. 10 in princ. pag. 634. tom. 2.*

21. Vana gloria ubi viderit pietatis mercatorem, omnibus virtutum mercibus onerariam mentis navem impleviſſe, tunc commota ſua procella, evertere ac ſubmergere navem conatur. *Ibidem, &c.*

22. Fugiamus vanam gloriam, dulcem illum ſpiritualium divitiarum prædonem, jucundum animarum noſtrarum hoſtem, virtutum vermem, cum voluptate noſtra deprædantem. *Proſec.*

23. Qui propriæ fraudis venenum melle colorat, & menti hominum pernitioſum poculum porrigit, ut vitio inexplebiliter exſatientur. *Ibidem, a medio, pag.* 635.

24 Dulcis res eſt humana gloria ineruditis, & aliàs captos ab ipſa à recto judicio facile aberrare facit. *Ibidem.*

V. Beda. 25. Virtutis fructum, ſapiens in conſcientia, minus perfectus ponit in gloria. *In ſuis Proverb. verbo Virtutis, pag. 199. tom. 2.*

S. Bernard. 26 Infelix homo, qui ſecularis colit gloriæ vanitatem. *Sermone 3. Adventus, poſt initium, folio 2. columna 3. lit. I.*

27. Vana gloria immanis eſt beſtia, flatu igneo quidquid attigerit, necat. *Serm. 13. ſup. Qui habitat. a medio fol 87. col. 1. C.*

28. Omnis qui de virtutum eminentia ad inanis gloriæ ſeſe dimittit & dejicit appetitum, haud dubium quin Domino virtutum, qui tanta inter nos toleravit, ut nobis formam hujus imprimeret ſanctitatis, pro gratia contumeliam reddat. *Ser. 14. ſup. Qui habitat. circa med. fol. 87. col. 4. L.*

29. Vana gloria baſiliſcus eſt. *Ib. poſt med. fol. 87. col. 4. lit. M.*

30. Time ſagittam, leviter volat, leviter penetrat: ſed dico tibi, non leve infligit vulnus, citò interficit: nimirum ſagitta hæc, vana gloria eſt. *Ser. 6. ſup. Qui habitat. ante med. fol. 80. col 2. D.*

31. Non videntes necat inanis gloria, cæcos & negligentes, qui ſe ei oſtentant, qui ſe exponunt, & non potiùs ipſi inſpiciunt, non attendunt, non diſcutiunt illam non vident denique quàm ſit frivola, quàm ſit caduca, quàm vana, quàm inutilis. *Ibid. ſerm 14 poſt med. fol. 87 col. 4. M.*

32. Si propriam gloriam quæris, florenti invides, abſenti detrahis, repouis lædenti. *Serm. 24. ſup. Cant. prope fin fol. 153. col. 3. G.*

33. Quò gloria plus affectatur, eò minùs apprehenditur, ubi deprehenditur affectari: quid tàm inglorium, quàm gloriæ cupidum deprehendi? *Ep. 126. ad Epiſcopos Aquitaniæ, ante medium, folio 237. columna 2. littera F.*

34. O ſtulti filii Adam, qui contemnentes pacem, & gloriam appetentes; & pacem perdunt, & gloriam! *Ibid. a med. fol. 237. col. 4. K.*

35. Amator vanæ gloriæ, verba ſanctorum habet, vitam non habet: undè poſſit laudari, agere non quieſcit. *De ordine vitæ, ante fin. fol. 337. col. 4. M.*

Digitized by Google

S. Bernardi.

36. Vana eſt gloria hujus mundi, brevis eſt, modica hujus ſeculi gloria, caduca, fragilis. *Ser.8. ad Sororem, in fine, fol.* 82. *col.* 4. *M.*

37. Sicut ex alto aquila ad eſcam deſcendit, ſic homo de alto bonæ converſationis per vanæ gloriæ appetitum ad inferiora demergitur. *Ibidem, ſer.* 38. *in medio, fol.* 91. *columna* 1. *B.*

S. Bonavent.

38. Quantò minùs quis gloriam terrenorum æſtimat, tantò magis calcat: & quantò magis eam calcat, tantò ab ſublimiora ſurripitur, & ita tantò major efficitur. *Super Lucam, cap.* 14. *pagina* 177. *columna* 2. *A. tom.* 2.

39. Quid eſt gloria vana, niſi lignum putridum, de nocte lucens? *Ser.* 1. *de S. Andrea. ante medium, pagina* 215. *columna* 2. *tom.* 3.

40. Ubi nunc gloria Aſſueri, qui centum & viginti ſeptem provinciis imperavit? ubi nunc gloria illius maximi Alexandri, in cujus conſpectu omnis terra ſiluit? ubi nunc gloria totius Romani imperii, quod ad modum ferri omnia regna terræ perdomuit? deperiit, & quaſi flos fœni decidit atque exaruit. *Ibidem, circa medium,* &c.

41. Humana gloria propter quatuor ab homine eſt fugienda.
- Primò, quia viliſſima ex ſua conditione.
- Secundò, quia vaniſſima, ſive fragiliſſima in duratione.
- Tertiò, quia falſiſſima in promiſſione.
- Quartò, quia maligniſſima in retributione. *Ibidem, ſtatim ab init. pag.* 215. *columna* 1. *tom.* 3.

42. Gloria vana homines fallit: nomina unum ſolùm, ſi poteris, quem ipſa non fefellit. Quem enim Regum vel Cæſarum non decepit? longam & honorabilem vitam, pacificam & ſecuram potentiam ſuis amatoribus promittit, cùm unum momentum temporis addere vitæ non poſſit. *Profec.*

43. Quis in gloria Alexandro ſimilis? qui nullum unquàm bellum perdidit, ſed cum paucis multitudinem ſæpè vicit: nullam civitatem obſedit, quam non ceperit: nullam provinciam invaſit, quam non ſuæ ditioni ſubmiſerit. Et tamen quando ſe omnia ſubjugaſſe credidit, & pacificè ducere vitam ſperavit, tunc in momento ad modum aquæ torrentis deperiit. *Ibidem, circa med. pag.* 215. *columna* 2, *tom.* 3.

44. Fluit mundana gloria ad modum navis mare ſulcantis, ad modum avis per aëra velociter tranſeuntis, & ad modum torrentis velociſſimè currentis, & plus vaneſcentis. *Ibid. pagina* 216. *col.* 1.

45. Non eſt gloriandum in mundi gloria, quæ eſt viliſſima, & mendaciſſima, & maligniſſima: ſed in divina gloria, quæ eſt nobiliſſima & ſtabiliſſima & veraciſſima. *Ibidem, ſub finem, pagina* 216. *columna* 1. *tom.* 3.

46. Gloriam vanam cupere, ingloriatio eſt. *Lib.* 2. *Pharetra, cap.* 7. *in medio, pagina* 131. *col.* 2. *littera C. tom.* 6.

47. Vana gloria pingit ſibi quoſlibet ornatus, ut indè poſſit laus hominum acquiri. *Libro* 2. *de profectu Relig. cap.* 15. *in medio, pagina* 582. *col.* 1. *littera B. tom.* 7. *parte* 4.

S. Cyprianus.

48. Laus importuna ſubtiliſſimis aculeis penetrans animam, dùm extollit, emollit: & pungit, cùm ungit. *De Jejunio & tent. cap.* 1. *ante medium, pag.* 461. *col.* 1. *tom.* 3.

49. Inanis gloria virtutem in hypocriſim vertit; & ſimpliciter inchoata pervertit. *Ibidem.*

50. Inanis gloria, quaſi tinea, quod integrum erat, rodit & occupat, & ſanctitatis fundamenta evellit & diſſipat. *Ibidem.*

51. Inanis gloria ſubtiliſſimum malum eſt, proprio laqueo hypocritam jugulat, & propriis armis ſanctitatem impugnat. *Ibidem.*

S. Cyprian.

52. Mens veneno inanis gloriæ imbuta, in miſeriis deliciatur, & occupata hac ſcabie, in ulceribus gloriatur. *Ibid. circa medium.*

Dionysius Carthus.

53. Vitanda eſt vana gloria, quæ eſt vitium periculoſum & inquietum, quòd verè devotos ſolet multùm vexare; & quò magis dejicitur, magis inſurgit. *De profeſſ. Monaſt. art.* 18. *in fine, fol.* 89. *pag.* 2.

S. Eusebius Caesariens.

54. Multi bona faciunt, quorum fructus ſurripit humanæ laudis appetitus. *Epiſt. ad Damaſ. pap. de morte D. Hieron. longè ante med.*

S. Franciscus Assisias.

55. Levi mercede vanæ gloriæ rem impretiabilem ſæpè contingit amitti; & illum qui dedit, ad non dandum iterum, facilè provocari. *In ſuis opuſc. Apophtegm.* 28. *pag.* 432. *tom.* 3.

Gloss. ord.

56. Cavendum eſt ne fortè expulſis peccatis à carne inſurgat ſpiritalis beſtia, id eſt vana gloria, quæ difficiliùs extirpatur, quàm carnalia vitia. *Sup. Deuter. cap.* 7. *in fine, col.* 1510. *D. tom.* 1.

Glos. Int.

57. Non debet extolli in his quæ agit, qui neſcit quomodo huc venit, vel quomodo, vel quando exibit. *Sup. Job. cap.* 38. *col.* 355. *A. tom.* 3.

Glos. Ord.

58. Inanis gloria ſuggerit præeſſe, ut pluribus proſit. *Ibid. cap.* 39. *col.* 378. *E.*

Gloss. Int.

59. Quò altiùs homines eriguntur in gloria terrena, quæ eſt in imo, eò profundiùs in barathrum merguntur. *Ibidem, cap.* 40. *col.* 384. *D.*

Glossa ord.

60. Duplici ratione jubemur attendere à vanæ gloriæ cupidis, ne vel eorum ſimulatione decipiamur, vel eorum exemplo ad amorem temporalium inflammemur. *Super Lucam, cap.* 20. *in fine, col.* 961. *littera A. tom.* 5.

61. Inanis gloriæ eſt, velle vincere ubi præmium non eſt. *Super Epiſt. ad Galat. cap.* 5. *in fine, in illud, Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. col.* 517. *littera A. tom.* 6.

S. Greg. Mag.

62. Cuncti vanæ gloriæ ſectatores, dùm ſe hominibus præferunt, alios quidem de fatuis ſenſibus, alios autem de indignis meritis judicant, alios cenſent nihil ſcire, alios non benè vivere. *Lib.* 23. *Moral. cap.* 3. *prope init. col.* 768. *A. tom.* 1.

63. Auget reatum culpæ ſequentis, præconium gloriæ præcedentis. *Ibid. lib.* 18. *cap.* 19. *circa med. col.* 607. *lit. B.*

64. Qui glorioſos quoſque ſubitò dejectos, aut fortaſſè morientes aſpiciunt: quia humana gloria omninò nihil ſit, cum gemitu fatentur. *Profec.*

65. Tunc eſt humana elatio penſanda quàm nihil ſit, cùm ſeſe ſuper cæteros ſucceſſibus extollit. *Ibid. lib.* 6. *cap.* 4. *à medio, col* 180. *A.*

66. Cùm tranſit quod extollitur, permanet quod punitur. *Ibid. circa medium, col.* 179. *D.*

67. Gravis labor eſt hanc ipſam præſentis vitæ gloriam quærere, quæſitam quandoque percipere, & perceptam cum gravi circumſpectione cuſtodire. *Ibid. cap.* 7. *poſt init. col.* 184. *C.*

68. Cùm benè vivitur, valdè cavendum eſt, ne mens deſpectis cæteris, de gloria ſingularitatis elevetur. *Ibidem, cap.* 16. *ante medium, num.* 21. *columna* 199. *littera D.*

69. Iniquorum gloria cùm plerumque in annorum multitudinem tenditur, ab infirmorum mentibus eſſe longa, & quaſi ſtabilis æſtimatur: ſed poſteà brevem fuiſſe innoteſcit. *Ibidem, libro* 17. *cap.* 5. *paulo ante med. num.* 4. *ſup. illud Job* 24. *Elevati ſunt ad modicum, col.* 562. *C.*

70. Præſens vitæ gloria quaſi in alto cernitur, ſed nulla ſtabilitate ſolidatur. *Ibidem. lib.* 20. *cap.* 24. *in princ. col.* 700. *A.*

71. Inanis gloria dùm oppreſſam mentem corruperit, mox invidiam gignit: qui nimirùm dùm vani nominis potentiam appetit, ne quis hanc alius adipiſci valeat, tabeſcit. *Ib. lib.* 31. *cap.* 17. *ante fin. num.* 31. *col.* 1082. *lit. D.*

S. Greg. M. 72. Inanis gloria [illegible] Dibes majora appetere, ut quò poteſtate valu[illegible] os excedere, eò etiam valeas multis prodeſſe. *Ibidem, ante fin num 32. columna 1083. B.*

73. Cor carnale dùm hujitæ gloriam quærit, humilitatem reſpuit. *Homil. 32. ſuper Evang. in medio, col. 464. D. tom. 2.*

74. Semper hæc ad memoriam revoces, ut ſurgentem cordis gloriam memoria reatus premat. *Lib. 9. in regiſtro. ind. 4. cap. 58. Ep. 58. ad Auguſtin. Epiſc. Anglor. ante medium, columna 1083. tom. 2.*

75. Qui in hac vita gloriam percipit, quam reliquit, ab illa cadit quæ poſt hanc venit. *Lib. 1. in regiſt. ind. 9. cap. 5. Ep. 5. ad Theotiſtam. in fine.*

76. Qui gloriâ falsâ ſubnixi ſunt, à gloriâ verâ evacuantur. *Ibidem, poſt medium, columna 642. lit. B.*

S. Greg. Naz. 77. Inanis gloriæ ſtudium hominibus magnum affert virtutis impedimentum. *De ſua fuga, in medio, pagina 13.*

78. Omnis gloria humana tanquàm gravis domina, & ægritudo moleſta, abjicienda eſt. *Orat. 6. in funere Cæſarii fratris ſui. ante med. pag. 43.*

Hesychius. 79. Laudibus vana creſcit gloria. *Lib. 4. ſup. Levit. cap. 13. in fine, apud Biblioth. Patrum, tom. 7. pag. 56. col. 2. editionis Colomenſis 618.*

S. Hieron. 80. Quàm rarum eſt fidelem animam inveniri, ut nihil ob gloriæ cupiditatem, nihil ob rumuſculos hominum faciat! *Tom. 2. Ep. 12. adverſ. Vigilant. a medio, pag. 242. littera D.*

81. Nihil jàm periculoſum eſt, quàm gloriæ cupiditas. *Tom. 3. Ep. 5. ad Fabiolam. Manſione. 41. in fine, pag. 53. lit. B.*

82. Ne quæras gloriam, & non dolebis cùm inglorius fueris. *Lib. 1. ſup. Matth. cap. 5. can. 10. num. 35. ſuper illud, Gaudete & exultate. pagina 18. littera C. tom 9.*

83. Opinionem vulgi, & laudem hominum favore quæſitam, gloriæ nomen ſonat. *Libro 3. ſuper Epiſt. ad Galat. cap. 5. in illud, Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. pag. 179. B. tom. 9.*

Hugo a S. Victore. 84. Quiſquis in eo quòd benè agit, intumeſcit, eo ipſo tramite, quo proficit, cadit. *Proſecutio.*

85. Bona actio cum elatione non elevat, ſed gravat. *Sup. Regul. D. Auguſt. cap. 2. poſt med. in illud, Nec extollantur, &c. pag. 7. C. tom 2.*

Hugo Card. 86. Vana gloria ſæpè hominem poſt victoriam vitiorum ſub ſpecie humilitatis dejicit: undè fit quòd qui multa & magna evaſerat, ibi ſuccumbat. *Sup Gen. cap. 14. fol. 19. col. 4. tom. 1.*

87. Sicut Baſiliſcus, ſi priùs videatur, occiditur: ſi priùs videat, occidit: ſic inanis gloria, ſi priùs videatur, occiditur: ſi priùs videat, occidit. *Proſec.*

88. Ille primò videtur ab inani gloria, qui ideò facit opera, ut ab hominibus videatur: ille autem primò videt, qui intentionem operis totam ad Deum refert. *Ibidem, cap. 38. Moraliter. fol. 56. col. 1.*

89. Inanis gloria vult, ut boni ſibi commiſceantur: ſed non debet tangi gloria in præſenti, ſed in futuro ſecurè poterit amplexari. *Ibidem.*

90. Qui gloriam hic quærit, alienum uſurpat: & quod Domini eſt, injuſtè ſibi vindicat. *Ibidem.*

91. Vipera manum invadit, cùm vana gloria ex bono opere procedit. *Super 4. Reg. 5. Moral. fol. 289. col. 3. tom. 1.*

92. Vana gloria eſt quaſi meretrix quæ ſpoliat amatorem ſuum. *Ibidem.*

93. Tales miſerrimi ſunt, qui de labore ſuo paſcunt & potant dæmones, cùm bonam operationem convertunt in inanem gloriam. *Sup. Iſay. cap. 62. Myſtice. fol. 159. col. 3. tom 4*

94. Hæc eſt magna inſania, gloriam hominum, quæ ſtercus & vermis eſt, quærere, & gloriam Dei repellere. *Super Joan. cap. 5. Moraliter fol. 321. col. 4. tom. 6.*

95. Quas vires nocendi habeat humanæ gloriæ amor, non ſentit, niſi qui ei bellum indixerit. *Sup 1. Theſſ. 2. fol 196. col 3. tom. 7.* Hugo Card.

96. Vana gloria ſicut ventus impedit viatorem, & impellit in chaos inferni. *Libro 1. de Contemplat. amor. Dei. cap. 17. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 10. pagina 5. columna 2. F. edit. Colon. 1618.* Idiota.

97. Vana gloria eſt quæ delectabili eſcâ mentem permulcet ad tempus, poſteà verò vacuam omnique virtute ſpoliatam reddet ac nudam, cunctis eam ſpiritalibus fructibus ſterilem inanemque dimittens. *Lib. 5. de Cænob. inſt. cap. 21. in medio, pagina 126.* Ioan. Cass.

98. Vana gloria non ſolum immanium laborum facit merita deperire, verùm etiam ſupplicia majora conquirit. *Ibidem, in medio, pag. 127.*

99. Cenodoxia tantò eſt pernitioſior ad conflictum, quantò obſcurior ad cavendum. *Lib. 11. Cænob. inſt. cap. 2. pag. 242.*

100. Omnia vitia ſuperata marceſcunt, & devicta per ſingulos dies infirmiora redduntur; hoc verò dejectum acriùs reſurgit ad luctam, & cùm putatur extinctum, ſuâ morte vivaciùs convaleſcit. *Proſecutio.*

101. Cætera genera vitiorum eos tantùm impugnare ſolent, quos in certamine ſuperârint. hoc verò ſuos victores acriùs inſectatur, quantoque fuerit validiùs eliſum, tantò vehementiùs victoriæ ipſius elatione congreditur.

102. Hæc eſt ſubtilis inimici verſutia, ut militem Chriſti propriis faciat telis occumbere, quem hoſtilibus armis ſuperare non potuit. *Ibidem, cap. 7. per totum. pag. 245.*

103. Gloria vana non aliundè quàm virtutum ejus quem impetit, ſucceſſibus animatur. *Ibid. cap. 8. in medio. pag. 245.*

104. Sæpè qui in conflictu atque acie mortis evaſerunt diſcrimina, trophæis propriis, triumphiſque ſuccumbunt. *Ibidem, cap. 11. in fine pag. 248.*

105. Ea quæ bono initio fecerimus, obſervatione ſimili cuſtodire nitamur, ne omnes laborum noſtrorum fructus poſteà irrepens cenodoxiæ morbus evacuet. *Ibid. cap. 18 prope med. pag. 254.*

106. Qui paſſione vanæ gloriæ devinctus eſt, neceſſe eſt ut aliis quoque, & maximè ſuperbiæ, vitiis obligetur. *Collat. 14. Abbat. Neſteretis. cap. 9. circa med. pag. 636.*

107. Is, qui ut ab hominibus gloriam venetur, aliquid boni operatur, ſive eâ potiatur, ſive non, ſatis hîc retributionis accepit, & alibi nihil accipiet præmiorum. *Homil. 5. ſup. Geneſ. ante finem. columna 31. littera D. tom. 1.* S. Joannes. Chrysost.

108. Sæpè qui propter inanem gloriam multa facit, etiam ipsâ gloriâ fruſtratur. *Ibidem.*

109. Spirituales Philoſophi vanam gloriam deſpiciunt, & illos qui humanæ gloriæ inhiant, maximè contemnunt. *Ibid. in fine, pag. 32. B.*

110. Malorum omnium cauſa eſt vana gloria, quæ vult nomen ſuum inſcribi agris & ædibus. *Ibid. Hom. 22. col. 166. D.*

111. Quid vanâ & inani gloriâ fallacius? Idcircò vana dicitur, quia evanida eſt, & nihil habet ſtabile neque firmum: ſed ſolùm eſt deceptio, & priuſquàm appareat, avolat. *Ibid. ante fin. col. 167. B.*

112. Qui gloriâ inflatur, nihil ſtabile & ſolidum habet, quæ fluminibus ipſis ociùs præterlabitur. *Ibid. Homil. 28. circa medium. columna 225. littera A.*

113. Nihil eſt quod ſic hominem faciat inſignem & conſpicuum (etiamſi magno ambitu optet latere) ut gloriam fugere. *Hom. 14. ſup. Matth. oper. perſ. poſt med. col. 143. tom. 2.*

114. Nihil ita ad amorem divitiarum inflammat, ut gloriæ vanæ cupiditas. *Ibidem, Hom. 21. ante medium, col. 202. B.*

115. Inanis gloriæ cupidus eſt, qui vel minimarum rerum gloriam aucupatur. *Ibidem, Hom. 30. col. 428. D.*

S. Joannes Chrysost.

116. Sicut avaritia acquiſitioni pecuniarum contraria eſt, ſic cupiditas gloriæ ad acquirendam gloriam parùm conducit. *Ibidem, Homil. 65. ante fin. col. 529. littera B.*

117. Cupido inanis gloriæ deshonorationis cauſa eſſe invenitur; neque enim ſolùm glorioſi dedecore ſordidantur, verùm etiam multa illiberalia & ſervilia facere coguntur. *Ibidem, ſub finem, columna 529. littera C.*

118. Non eſt mirabile inani gloriâ propter alias res commoveri: de jejunio autem atque oratione ſe jactare, mirabile ſimul & lachrymis dignum eſt. *Ibid. Homil. 72, in medio, col. 590. littera A. tom. 2.*

119. Nemo majore odio multitudini eſt, quàm qui falſam gloriam à bono opere quovis modo aucupatur. *Ibidem, poſt medium, col. 591. D.*

120. Ubique ac ſemper inanis gloria vituperatur: illa verò turpiſſima eſt, quæ nimiùm inflatur. *Ibidem, poſt med. col. 592. A.*

121. O novæ calamitatis genus! ô furioſam beſtiam! quæ tinea corrodere non poteſt, nec fur violare, ea inanis gloria omninò diſpergit. *Ibidem, ante finem, col. 592. C.*

122. Inanis gloria, tinea cœleſtis theſauri eſt; ille eſt fur, qui æterna regna furatur, qui immarceſcibiles ab hominibus divitias aufert, qui tanquàm contagioſus morbus omnia corrumpit. *Ibidem.*

123. Proſpexit diabolus tàm latronibus & vermibus, quàm aliis machinis inexpugnabile theſauri cœleſtis eſſe præſidium, per inanem gloriam illud expugnat. *Ibidem.*

124. Omnia penè mala ſervos diaboli vexant; concupiſcentia autem vanæ gloriæ, non ſolum ſervos diaboli, ſed etiam ſervos Dei impugnat, magis autem ſervos Dei, quàm ſervos diaboli. *Profec.*

125. Ubi res agitur glorioſa, ibi faciliùs locum invenit gloriationis occaſio. *Homil. 13. ſup. Matth. oper. imperfect. ante medium, columna 827. littera A. tom. 2.*

126. Qui in corde propter vanam gloriam agit, eſt vanæ gloriæ mercator. *Ibidem, poſt medium, col. 830. littera C.*

127. Amittit meritum juſtitiæ, qui juſtè vult vivere, ut gloriam humanæ laudis acquirat. *Homil. 8. ex diverſ. in Matth. ante medium, columna 1159. D. tom. 2.*

128. Nullo modo fieri poteſt, ut is qui tanto ſtudio ſeculari gloriæ ſerviat, divinam unquàm aſſequatur. *Homil. 2. ſuper Joan. poſt medium, columna 26. littera D. tom. 3.*

129. Intolerabilis quædam ebrietas eſt, inanis gloria: & quem ſemel ſuæ ſubjecit ditioni, is ægrè in ſanitatem reſtituitur. *Ibidem.*

130. Qui ſub dominii inanis gloriæ ſervitio premitur, omnium eſt ſanè miſerrimus; & omni privatus voluptate, vitam vivit quàm miſerrimam. *Ibidem, poſt med. col. 27. B.*

131. Fieri non poteſt, ut qui gloriæ dulcedine capitur, magnum aliquid & egregium ſapiat: ſed ignominiâ illicò ipſum notari neceſſe eſt, & animi abjecti, infamis, atque exigui exiſtimari. *Ibidem, poſt med. col. 28. lit. A.*

132. Gloriæ cupiditas omnia commiſcuit; avaritiam, invidiam, calumniam, inſidias peperit: & qui nullâ affecti ſunt injuriâ, in illos qui nihil de ipſis malè meriti ſunt, & armat & efferat. *Ibidem.*

133. Inanis gloria amicitiæ & conſuetudinis obliviſcitur: nihil ſe pudet, ſed omni abjectâ virtute, omnibus bellum indicit, ſemper inconſtans, ſemper inviſa. *Ibidem.*

134. Inanis gloria omni tempore peſtifera eſt, quia nihil riſu dignius, nihil turpius, nihil ignominioſius. *Ibidem.*

135. Vera gloria eſt, inanem gloriam contemnere, & nullius momenti æſtimare. *Ibidem, col. 28. D.*

136. Qui inani gloriâ mulcetur, jejuniorum, orationum, & miſericordiæ omnem mercedem amittit, & à ſuperna gloria excidit. *Hom. 27. ſup. Ioan. in fine, col. 139. B. tom. 3.*

137. Vana gloria eſt beſtia varia & multiformis, quæ ubique proprium virus diſſeminat, & pecuniis, & deliciis, & corporis pulchritudine, & veſtimentorum copiâ. *Ibidem, Homil. 68. ante finem, columna 328. littera A.*

138. Inanis gloria per ſe gravis morbus eſt, & longè gravior: quia radix eſt, & mater omnium malorum. *Ibidem, col. 325. D.*

139. Affectus inanis gloriæ, maximè ignem gehennæ accendit: hic diaboli undique ditionem propagat, hic ætatem & dignitatem omnem ſæviſſimo premit imperio, hic Eccleſias huc illuc diſtrahit, hic civilia opera corrumpit, domos funditùs, civitates, populos, gentes evertit, & ſi in ſolitudinem venerit, multam ei perniciei ſuæ vim oſtendit. *Ibidem, Hom. 28. ante fin. col. 143. A.*

140. Gloria vana, inanis & ſtulta eſt: & nomine tantùm, non re eſt gloria. *Ibidem, in fine, col. 143. littera B.*

141. Grave quiddam gloriæ inanis amor, grave inquam; & multarum ipſa ſpinarum plena gloria, & velut fera, & multorum capitum beſtia, difficilè tolli poteſt, quæ in eo a quibus fovetur armata eſt. *Ibidem, Hom. 29. in principio, col. 143. D.*

142. Quemadmodùm vermia ligna, ex quibus naſcitur, & rubigo ferrum conſumit: ita inanis gloria altricem ſui animam perdit. *Ibidem, &c.*

143. Ubi quid gloriæ cauſa geritur, omnia manent vilia. *Homil. 4. ſuper Acta Apoſt. in fine, col. 474. C. tom. 3.*

144. Ubique vana gloria, & amor principatus, cauſæ ſunt malorum. *Ibidem, Homil. 28. ab initio, col. 633. C.*

145. Si gloriam quæris, veram gloriam quære & concupiſce: ſi gloriam amas, magis ama eam, quæ à Deo eſt: ſi illam amaveris, hanc vanam deſpicies, & ignobilem eſſe videbis, quàm ſit fœda, quàm ridicula. *Ibidem, in Morali, circa med. col. 636. B.*

146. Mater gehennæ eſt inanis gloria, ignemque illum vehementer accendit, vermemque peſtiferum confovet. *Ser. 17. ſup. Ep. ad Rom. in Morali, poſt initium, col. 206. A. tom. 4.*

147. Nihil eſt inani gloria pejus, nihil ſumptuoſius, nihil turpius, nihilque vilius. *Ibidem, in princ. col. 205. litt. C.*

148. Barbari non talia captivis ſuis imperant, qualia ſubditis ſuis inanis gloria jubendo mandat. *Ibidem, poſt init. col. 206. B.*

149. Præcepta inanis gloriæ:
- Primò. Omnium, inquit, ſervus eſto, ſintque qui in officinis agunt viliſſimi, te multò præclariores.
- Secundò. Animam contemnito, virtutem negligito, libertatem rideto, ſalutem tuam devoveto.
- Tertiò. Si bonum quid feceris, non ad hoc facito ut Deo placeas, ſed ut multis oſtentes, & coronam quæ benefacientes manet, perdas.
- Quartò. Si eleemoſinam dederis, aut jejunaveris, laborem quidem ſuſtineto, lucrum verò perdere ſtudeto. *Ibidem, &c.*

150. Vanæ gloriæ cupidus ſimilis illis eſt, qui tempeſtatibus jactantur, ſemper tremens, ſemper timens, innumeroſque dominos obſervans. *Ibidem, in fine, col. 209. lit. D.*

151. Gloria vana, crudelis eſt bellua, dæmon horrendus,

Digitized by Google

rendus, communis totius orbis terrarum peſtis, & vipera venenata. *Hom.* 35. *ſuper* 1. *Cor. poſt med. col.* 608. *littera A. tom* 4.

S. JOANNES CHRYSOST. 153. Sicut vipera parturientis uterum rumpit, ſic vana gloria dilaniat obnoxios ſibi. *Ibidem.*

154. Omnibus ſervis ſervilius eſt vanæ gloriæ mancipium. *Homil.* 9. *ſup* 2. *Cor. poſt init. Moralis. col.* 754. *C. tom.* 4.

155. Vana gloria quando contemnitur, manſueſcit: quando autem colitur, effertur & ſe armat contra ſe colentem. *Ibidem, Homil.* 29. *ab initio columna* 874. *littera A.*

156. Umbra gloriæ eſt vana gloria, non gloria. *Ibidem, circa med. columna* 854. *littera B.*

157. O rem amaris lachrymis dignam! omnia bona opera incendit vanæ gloriæ tyrannis, flamma illa nihil non vorans *Serm.* 10 *ſup. Epiſt. ad Epheſ. poſt med. col.* 1019. *C. tom* 4.

158. Gloriæ contemptor, vehementer ſapiens eſt: novit enim res humanas. *Hom.* 9. *ſup. Ep. ad Coloſſ. poſt init. col.* 1291 *B. tom.* 4.

159. Nihil humanâ gloriâ vilius, nihil abjectius, nihilque in ſe habet ſolidi atque veri. *Hom.* 2. *ſuper Epiſt. ad Tit. in Moral. a medio, col.* 1612. *littera C. tom.* 4.

160. Gloria inanis imitatur gloriam, non vera gloria eſt: illa quippè ſola permanet, quæ naturalis eſt, quæ in intimis conditur. *Ibidem.*

161. Diabolica hæc ars eſt, quòd plures eo quòd inanem gloriam vicerunt, gloriantur inaniùs. *Homil.* 2. *ſuper Epiſt. ad Philem. circa initium, col.* 1650. *littera A. tom.* 4.

162. Inanis gloria venti inſtar ingreſſa, theſauros omnes virtutis exſufflat. *De Provident. lib.* 1. *longè ante fin. col.* 619. *A. tom.* 5.

163. Quid inanis gloriæ cupiditate ſumptuoſius, quid turpius vel toleratu difficilius fieri poteſt? *Serm. de inani gloriæ cupiditate. in princ. col.* 819 *B.*

164. Vana gloria innumera bona opera peſſumdat. *Ser.* 13. *ſup.* 1. *Cor. in Morali, poſt med. col.* 783. *B. tom.* 4.

165. Fieri non poteſt, ut qui non eſt purus vanâ gloriâ; ſublimis, magnus, & ſtrenuus fiat. *Ibidem, Hom.* 29. *in princ. Moralis. col.* 873. *D.*

166. Nihil magis è jugo juſtitiæ ſubducere collum ſolet, quàm inanis conflatus gloriæ: quæ tumidos, remiſſos, adulatores, ſimulatores homines reddit. *Hom.* 41. *ſuper Matth. oper. perfect. ante finem, col.* 367. *B. tom.* 2.

167. Vana gloria inviſibilis eſt ſerpens & lubricus, qui latenter in ſenſus ingreditur & ſeducit. *Homil.* 13. *ſuper Matth. oper. imperf. ante medium, col.* 817. *littera B tom* 2.

168. Quantavis bona feceris, volens compeſcere vanam gloriam, tantò magis excitas eam: & cauſa eſt, quia omne malum ex malò naſcitur, ſola autem vana gloria de bono procedit: & ideò non extinguitur per bonum, ſed magis nutritur. *Ibidem, Hom.* 15. *in princ. col.* 841. *A.*

169. Illi tentationem vanæ gloriæ patiuntur, qui tale aliquid faciunt, undè glorientur. *Ibidem.*

S. JOANNES DAMASC. 170. Magno quidem animo ſum in Deo: at meipſum tamen metior, ne in gloriatione peream. *Lib.* 2. *parall. cap.* 73. *fol.* 90. *pag.* 2. *B.*

JOAN TRITH. 171. Dùm gloria de bono opere quæritur, virtus in manus inimici traditur. *In cap.* 4. *Regula S. Bened. verbo Iactantiam in princ. pag.* 312. *col.* 1.

172. Quantò quique gloriam in rebus exterioribus venari cupiunt, tantò à vera gloria recedunt. *Part.* 1. *de regione Clauſtral. tract.* 1. *Reg.* 1. *art.* 7. *in calce, pag.* 581. *columna* 1.

173. Nulla eſt tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur. *Lib.* 2. *de tent. Relig. cap.* 5. *poſt init. pag.* 717. *columna* 1.

Tom. I.

JOAN. TRITH. 174. Vanæ gloriæ tentatio vinci quidem poteſt ſed totaliter extirpari vix poteſt, niſi quis deſierit eſſe virtuoſus. *Ibidem, ante medium, pagina* 717. *columna* 2.

175. Vanæ gloriæ vitium dejectum, acriùs reſurgit ad luctam, & cùm putatur extinctum, ſuâ morte vivaciùs convaleſcit. *Ibidem.*

S. ISID. HISP. 176. Nulla major iniquitas eſt, quàm non in Deo, ſed in ſe velle quempiam gloriari. *Lib.* 1. *de ſum. bono. cap.* 10 *ſent.* 16. *pag.* 623. *col.* 1.

177. Maximè per cenodoxiam ſujicit ſibi diabolus Monachum: ut quem per ſeculi amorem retinere non potuit, ab humilitatis culmine ſubtrahat, & ſuperbiæ tumore ſibi ſubditum faciat. *Ibidem, lib.* 3. *cap.* 22. *ſent.* 8. *pag.* 674. *col.* 2.

178. Dei ſervus in bonis operibus cordis debet adhibere cautelam, ne per vanam gloriam perdat ſemetipſum, ac pereat. *Ibid. ſent.* 9. *pag.* 674. *col.* 2.

179. Amator vanæ gloriæ undè poſſit ſemper laudari, agere non quieſcit. & ſubindè vires illi vanitatis pravus appetitus auget. *Ibidem, cap.* 23. *ſent.* 7. *pag.* 675. *columna* 1.

180. Boni operis inchoatio, non debet citiùs palàm ad hominum cognitionem venire: ne à virtute perfectionis inaneſcat per vanam gloriam intentio ſanctitatis. *Ibid. ſent.* 8. &c.

181. Quamvis quiſque in ſeculi gloria refulgeat, quamvis purpurâ auroque reſplendeat, quamvis cultu pretioſo redimitus emicat, quamvis ſit multitudine præmunitus, quamvis excubantium armis protectus, quamvis innumeris obſequentium cuneis obſtipatus: ſemper tamen in pœna eſt, ſemper in anguſtia, ſemper in mœrore, ſemper in diſcrimine. *Proſec.*

182. In ſericis ſtratis cubat, ſed turbidus: in pluma jacet, ſed pallidus: in lectis aureis, ſed turbatus.

183. Brevis eſt hujus ſeculi gloria, & modica: caduca, & fragilis temporalis potentia. *Lib.* 2. *de Synonim. cap.* 17. *ante med.*

S. JUSTIN. MART. 184. Falſam gloriam ſequuntur ii, qui hominum laudem auramque popularem aucupantes proximis conſulunt. *Ep. ad Zenam, circa med. apud Bibl. Patr. tom* 2. *pag.* 70. *columna* 2. *littera E. editionis Colon.* 1618.

S. LEO I. 185. Vana gloria in rectè factis cavenda eſt. *Serm. de Iejun ſeptimi menſis. poſt med.*

S. MARINUS MART. 186. Vanæ gloriæ cupido, aut cùm vincitur, aut cùm remanet, parit ſuperbiam: cùm vincitur, opinionem in animo generat; manens verò, inſolentiam. *Centur.* 3. *de charit. cap.* 61. *apud Bibl. Patr. tom.* 7. *pagina* 360. *columna* 1. *C. edit. Colon.* 1618

187. Qui inanis gloriæ cupiditate inductus, ſtudet virtutibus, certum eſt eundem cognitionem quoque ob vanam gloriam exercere. *Ibidem, cap.* 74. *pag.* 361. *col.* 1. *littera A.*

188. Qui propriæ gloriæ cauſa ſectatur quod honeſtum eſt, Deo ſeipſum anteponit, vanæ gloriæ clavo trajectus. *Centur.* 3. *de virt. & vitio. cap.* 68. *apud Biblioth. Patrum, tom.* 7. *pag.* 385. *col.* 2. *littera H. edit. Colonienſis* 1618.

S. NILUS. 189. Inanis gloria ſic juxta virtutes naſcitur, ut non recedat priuſquàm vim illarum exciderit. *Orat.* 7. *de inani gloria. in princ. apud Bibl. Patr. to.* 5. *part.* 2. *edit Col.* 1618.

190. Inanis gloriæ ſtudioſus, eſt operarius ſine mercede. *Ibidem.*

191. Dolium pertuſum non retinet quæ ſunt infuſa, & inanis gloria profundit virtutis præmia. *Ibidem,* &c.

192. Inanis gloria eſt veluti ſcopulus ſub aqua latitans, ad quem ſi navem illiſeris, periiſti. *Ibidem.*

193. Vana gloria eſt mentis erroris initium, qua mens incitata, id quod divinum eſt, formis & figuris circumſcribere conatur. *Ibidem, in tract. paranet. in princ.*

NNon

S. NILUS. 194. Inani gloriâ laborans, operarius eſt mercedis expers: laborem ſubiit, & laboris mercedem perdidit. *Ibidem, Orat. 7. de inani gloria, circa medium, &c.*

195. Quiſquis inanis gloriæ levitati inſidet, nunquàm ad veræ gloriæ amorem pennas profetet. *Ibidem, in fine.*

196. Tribulus verè eſt inanis gloria, nam in quamcunque partem ceciderit, rectum ſemper ſtimulum ſtatuit. *Ibidem, in calce.*

197. Inanis gloriæ medicina, gloriæ contemptio eſt. *Ibid. Orat. 8. de ſuperbia. in princ.*

198. Inanis gloriæ præſentia, ſuperbiæ nnnóus eſt. *Ibidem, poſt init.*

PATR. BIBL. 199. Gloria mundi fallax & ſeductoria decipit amatores ſuos: quidquid enim vel in futurum promittit, vel in præſenti prætendit, totum ad nihilum deveniet. *Ep. 11. ad quendam cleric. circa medium, apud Biblioth. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 709. columna 2. editionis Colonienſis* 1618.

200. Qaid eſt inanis gloria, niſi muſca viliſſima, murmuroſa, ſordida, pungitiva: quam miſeri venantur, figuram aranræ gercutes, quæ de ſuis viſceribus telam texit, ut capiat muſcam viliſſimam? *Ibidem, Ep. 14. ad Sacellan. Regis Angliæ in medio, pag. 713. columna 1. D.*

201. O quàm fallax & vana eſt gloria, quam homines ab invicem petunt & accipiunt: & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quærunt! *Ibidem, Ep. 102. ad Radingenſ. Abbat. ante medium, pag. 785. col. 1. B.*

202. Infelix, qui ob inanis gloriæ ventum, ſuam animam jugulat. *Ibidem, Ep. 120. ad Decan. Turonenſ. ante fin. pag. 797. col. 1. D.*

203. Inanis gloriæ cupidus, ſi totum ſorbeat aërem, nullum ſuſtinebit remedium. *Ibidem, ſer. 34. in feſto omn. Ss. à medio. pag. 892. col. 1. B.*

PETR. CELL. 204. Numquàm opus vanæ gloriæ numerabitur in remuneratione veræ gloriæ. *Lib. 2. Ep. 13. circa med. apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 561. col. 1. B. edit. Colonienſis* 1618.

S. PETRUS DAM. 205. Ecce undè glorioſus eſſe volebas, inglorius eſſe convinceris. *Ser. 59. de S. Nicolao, circa med. pag. 289. col. 2. C. tom. 2.*

PHILO IUD. 206. Sit ſolus Deus tua gloriatio: non divitiis, non honoribus, non principatu, non pulchritudine corporis, vel robore, aut ſimilibus rebus, quibus homines veſani extolluntur, tibi placeas. *Libro 2. de victimis, à medio, pag. 1152. tom. 2.*

S. PROSPER. 207. Vigilant tentatoris inſidiæ, ut ubi proficit devotio, ſurrepat elatio: & ut homo de bono opere in ſe potiùs, quàm in Domino glorietur. *Ep. ad Demetriad. poſt med.*

208. Quantò excellentiùs quique proficiunt, tantò majores habent cauſas formidinis & tremoris, ne de ipſis probitatis augmentis mens ſibi conſcia & laudis avida in vanæ gloriæ rapiatur exceſſus: & fiat immunda vanitate dùm ſibi videtur clara virtute. *Ibidem, &c.*

SALVIANUS. 209. Præcipimur vitare omnibus modis terreſtris gloriæ vanitatem, ne dùm humanæ laudis aurulam quærimus, præmium cœleſte perdamus. *Epiſt. ad Salonium Epiſc. circa med.*

THOMAS À KEMPIS. 210. Si cupis vanam gloriam vincere, attende ſingulos defectus tuos, quaſi omnibus notos, & ceſſabit vanæ gloriæ motus. *Serm. 14. ad Novitios. diviſ. 10. tom. 1.*

211. Verè inanis eſt gloria, mala peſtis, vanitas maxima, quia à vera trahit gloria, & cœleſti ſpoliat gratiâ. *Lib. 3. de Imit. Chriſti cap. 40. ſect. 4. tom. 2.*

212. Aperta confuſio ſæpè eſt extinctio vanæ gloriæ. *In hortulo Roſarum. cap. 11. in fine, tom. 2.*

213. Pleni veritate & gloriâ cœleſti, non ſunt vanæ gloriæ cupidi. *Libro 2. de Imit. Chriſti. cap. 10. ſect. 4. tom. 2.*

IN VITIS PATR. 214. Quæ inanis gloriæ causâ obeuntur, mercede carent. *Libro 1. in vita Ss. Barlaam & Ioſaphat. cap. 12. paulò ante med. pag. 270. col. 1.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 215. Glorioſus eſt, qui plura quàm adſint, ſibi arrogat, aut ſcire fingit, quæ non noverit. *Lib. 1. Magnor. Moral. cap. 32. tom. 2.*

CATO POËTA. 216. Nec te collaudes, nec te culpaveris ipſe:
Hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis. *Libro 2. Diſtich. Metr. 40.*

CICERO. 217. Levitatis eſt, inanem aucupari rumorem, & omnes umbras etiam falſæ gloriæ conſectari. *Orat. 37. in Piſonem, poſt medium, num. 57. tom. 2.*

218. Quæ habent ſpeciem gloriæ, collectum ex inaniſſimis ſplendoris inſignibus, contemne: brevia, fugacia, & caduca exiſtima. *Lib. 10. Ep. 12 ad Plancum, circa finem, tom. 3.*

219. Via invenitur, qui laboribus ſuſceptis, periculiſque aditis, non quaſi mercedem rerum geſtarum, deſideret gloriam. *Lib. 1. de Offic. ante medium. num. 65. tom. 4.*

220. Cavenda eſt gloriæ cupiditas, eripit enim libertatem, pro qua magnanimis viris, omnis debet eſſe contentio. *Ibidem.*

SENECA. 221. Vanum gloriæ genus, odium divitiarum. *Libro 5. declamat. controverſ. 2. poſt med. pagina 298. tom. 1.*

222. Qui virtutem ſuam publicari vult, non virtuti laborat, ſed vanæ gloriæ. *Epiſt. 113. in fine, pag. 849. tom. 2.*

223. Sis vanæ gloriæ contemptor, & bonorum, quibus præditus es, non acerbus exactor. *De quatuor virt. poſt medium, pag. 675. edit. Baſileenſ.* 1537.

SIXTUS PHILOSOPHUS. 224. Quidquid egeris causâ gloriæ, merces facti tui erit. *Sent. 331. pag. 66. columna 2. F. edit. Colonienſis* 1618.

VALER. MAX. 225. Nulla eſt tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur. *Libro 8. dictor memorabil. cap. 15. circa med, pag. 385.*

226. Nimiæ gloriæ cupiditas, perfidum exiſtere cogit. *Ibidem, lib. 9. cap. 6. in medio.*

Vide etiam tit. Donare. ſent. 44. Eleemoſina. ſent. 34. Fructus ſent. 30. Gloria bona. ſenteut. 11. Honor. ſent. 109. Infernus. ſent. 59. Mundus. ſent. 4. Nihilum. ſent. 21. Oblatio. ſent. 60. Profectus. ſent. 2. Servire Deo. ſent. 8. Superbia. ſent. 118. 119. Virtus. ſent. 49.

Gratia Dei.

DEFINITIO, DIVISIO, PRODUCTIO, COMPARATIO.

DEFINITIO.

S. BONAVENT. GRATIA eſt quidam nitor animæ ad conciliandum ſanctum amorem. *Parte 3. Centiloquii ſect. 35. in princ. pag. 83. col. 2. B. tom. 6. part. 1.*

Gratia eſt ſanitas mentis, & dilectio cordis. *Ibidem, &c.*

DIONYSIUS CARTHUS. Gratia propriè ſumpta eſt habitus ſupernaturalis menti per creationem infuſus, eſſe ſpiritale, deiforme atque idoneum ad promerendam vitam æternam. *Super Apocal. cap. 1. ante med. in illud, Gratia vobis & pax, &c. fol. 101. A.*

S. HIERON. Gratia eſt quâ nullo merito nec opere ſalvamur. *Sup. Ep. ad Philemonem, cap. 1. in illud, Gratia vobis & pax, &c. tom. 9.*

[illegible] *Libro* 2. *de* [illegible] *col.* 2.

[illegible] *Greg.* [illegible] donum eſt quod [illegible] hoc [illegible] ſine [illegible] latum. *Part.* 4 [illegible] *longè poſt* [illegible] 24. *E.*

Gratia eſt habitus aliquis animæ ſupernaturaliter infuſus, ad finem beatitudinis mediatè vel immediatè conſequendum. *Ibidem*

[illegible] Gratia eſt quædam lux divina divinitus infuſa, gratis data, quæ interioris hominis illuminat oculos, & excitat affectum ut videat quæ agenda ſunt & quæcumque viderit, opere perficiat. *Parte* 1. *de* [illegible] *tu. tract.* 3. *de Juſtitia. cap.* 2. *ante med. pag.* 21. *columna* 2. *littera F.*

S. Thomas Aquinas. Gratia eſt quædam lux animæ. *Prima ſecunda, quæſt.* 11[illegible] *art.* 1 *in argum. in contrar. pagina* 208. *col.* 2.

Gratia nihil aliud eſt quàm quædam participatio divinæ naturæ, quæ excedit omnem aliam naturam. *Ibid. quæſt* 112 *art* 1. *in corp pag* 212 *col.* 1.

Gratia nihil eſt aliud, quàm quædam inchoatio gloriæ in nobis *Secunda ſecunda, quæſt.* 24. *art* 3. *in corp. ad* 2. *pag.* 44. *col.* 2.

Gratia eſt quædam ſimilitudo divinitatis participata in homine. *Part.* 3. *ſumma, quæſt.* 2. *art.* 10. *in corp. ad* 1. *pagina* 7. *columna* 2.

Divisio.

Hugo a S. Victore. Tres ſunt gratiæ bene faciendi.
- Præveniens. — Prima dat voluntatem.
- Cooperans. — Secunda facultatem.
- Subſequens. — Tertia perſeverantiam.

Lib. 2. *Miſcellan codic.* 1. *tit.* 137. *pag* 170. *G. tom.* 3.

Productio.

Hugo Card. Tres ſunt effectus gratiæ.
- Primus, ſuiipſius conſideratio.
- Secundus, vitæ præteritæ abominatio
- Tertius, peccatorum confeſſio. *Super* 1. *Regum, cap.* 1. *folio* 220. *columna* 2. *tom.* 1.

S. Leo I. Gratia principium juſtitiæ, & bonorum fons, atque origo meritorum eſt *Epiſt* 86. *ad Nicetam Aquileienſem Epiſc. ante medium, ſup. illud Epheſ.* 2. *Gratia ſalvi facti eſtis. fol.* 138. *pag.* 1.

S Thomas Aquinas. Gratiæ origo, eſt Dei dilectio, vocatio, & interior inſpiratio. *Super Ep. ad Rom. cap.* 1. *lect.* 4. *poſt medium, fol.* 4. *columna* 1.

Comparatio.

S. Diadoch. Sicut mare cùm turbatur, oleo infuſo cedit naturâ ſuâ tempeſtas, lenitate olei procellam extinguente: ſic anima noſtra cùm lenitur gratiâ Spiritus ſancti, jucundè tranquillatur. *De perfect. ſpirit cap.* 35. *apud Bibliothecam Patrum, tom.* 4. *pagina* 749. *columna* 2. *G.*

Richardus a S Victore. Sicut corpus nihil poteſt ſine anima, ſic interior homo nihil boni poteſt ſine divina gratia. *Part.* 1. *libro* 1. *de erudit. hom. interior. cap.* 3. *circa medium, pag.* 75. *col.* 2. *littera B.*

Robertus Bellarm. Sicut terra ſine aqua, inanis eſt & vacua: ſic anima ſine gratia Dei nullos producit fructus. *Sup. Pſ.* 142. *verſ.* 6. *pag.* 910. *col.* 2.

S Thomas Aquinas. Terra ſi non colitur, ſpinas & tribulos germinat: ſic anima niſi colatur per gratiam, non germinat niſi tribulos & punctiones peccatorum. *Tom.* 1. *Opuſculorum. opuſcul.* 7. *ſup. Pater noſter. petit.* 1. *ſub finem. fol.* 37. *pagina* 1.

Sententiæ Patrum.

[illegible] Alanus de [illegible] 1. Minimam habere gratiam majus eſt, quàm philoſophorum omnium ſcientiam acquiſiſſe. *Part.* 3. *ſer.* 4 *Regina* 8 *pag.* 246.

2. [illegible] *De* [illegible] *cap* 21 *in principio, pagina* [illegible]

S [illegible] 3. Judicium [illegible] inſcrutabile eſt in electione gratiæ, quàm [illegible] ne juſtitiæ. *Libro* 1. *de vocat gent.* [illegible] *columna* 251. *littera A. tom* 2.

4. Tantò [illegible] beatior, Deoque conjunctior quantò plus in [illegible] gratiæ divinæ, quàm actioni [illegible] manæ. *Lib.* 10. *Ep* 84. *ad Demetriad. in calce, col.* 685. *A. tom* 3.

5. Neſcit tarda molimina ſancti Spiritus gratia. *Libro* 2. *ſuper Luc. cap.* 1 *in illud, Exurgens autem Maria. col.* 1635. *D tom.* 5.

6. Non vehementior eſt natura ad diligendum, quàm gratia. *Lib.* 2 *Offic. cap.* 7. *poſt med. col.* 4. *littera C. tom* 1.

7. Non pretio taxatur Dei gratia *Libro* 4 *ſup Luc. cap.* 4 *in illud, Multi leproſi erant, &c. col* 1674. *lit. A. tom* 5.

8. Majoris eſt virtutis gratia, quam natura *De Myſter initiandorum, cap* 9. *ante med. col.* 1236. *lit. A. tom.* 4

9. Uberior eſt gratia, quàm precatio: ſemper enim plus tribuit, quàm rogatur. *Libro* 10. *ſuper Lucam, cap.* 23. *in illud, Hodie mecum eris in paradiſo. col.* 1791. *B tom.* 5.

S. Anselmus 10. Non [illegible] cò homo non accepit gratiam, quia non debet: ſed [illegible] Deus n[illegible] dedit, quia ille non accepit. *In dialogo de caſu diaboli. cap.* 3. *poſt med.*

11. Omnia bona divinæ gratiæ, non humanis meritis ſunt adſcribenda. *Super Epiſt ad Rom. cap.* 1. *ante medium.*

12. Nullus Deum meritis anteceſſit, ut tenere eum quaſi debitorem poſſit, ſed ipſe potiùs omnes ſua gratia prævenit, ut ſubſequi poſſint eorum bona opera. *Ibidem, cap.* 11. *ante fin.*

13. Omne bonum à gratia Dei ſumit originem *Sup. Ep. ad Epheſ. cap* 2 *ante med.*

S Antoninus. 14. Principalis cauſa meritorum, eſt gratia. *Part.* 1. *tit.* 3. *cap.* 2. §. 2. *in princ. fol.* 122. [illegible]

S. Augustin. 15. Nemo à malo liberatur qui quàm, niſi Dei gratiâ. *Lib* 1. *Retract. cap.* 9. *ſub finem, pagina* 9 *littera B. tom.* 1.

16. Gratiæ tuæ deputo, quòd peccata mea tanquàm glaciem ſolviſti: gratiæ tuæ deputo, & quæcumque non feci mala. *Lib.* 2. *Conf. cap.* 3. *circa init. pagina* 57. *B. tom.* 1.

17. Hæc eſt lex divinæ providentiæ, ut nemo à ſuperioribus adjuvetur ad cognoſcendam & per[illegible]piendam gratiam Dei, qui non ad eandem pur[illegible] affectu inferiores adjuverit. *De vera Relig cap.* 28. *poſt med. pag.* 502. *D. tom* 1.

18. Ipſa gratia Dei meretur augeri, ut aucta mereatur perfici, comitante non ducente, pediſſequa non prævia voluntate. *Ep.* 106. *ad Boniſac. longe poſt init. pag.* 310. *D. tom.* 2.

19. Quid debet eſſe jucundius vel infirmis gratiâ quâ ſanantur: vel pigris, gratia quâ excitantur: vel nolentibus, gratiâ quâ juvantur? *Ibidem, in fine, pag.* 318. *littera C.*

20 Gratiæ, quâ juſtificatur impius, quiſ[illegible]nis ingratus de ſuis viribus fidit, juſtitiæ Dei non eſt ſubjectus. *Ep.* 144. *ad Anaſtaſ. pag* 4[illegible]3. *B. tom* 2.

21. Quid nobis gratia Dei utilius confert in hoc præſenti ſeculo maligno, niſi ut moriamur peccato? ac per hoc ipſi gratiæ invenietur ingratus ſi propter illam vult vivere in peccato, per quam morimur peccato. *Ep.* 47. *ad Valentin in fine, pag* 107. *A tom.* 2.

22 Niſi magnis precibus gratia in nos implorata deſcendat, nequaquàm terrenæ labis, & mun[illegible]ani [illegible]orpo[illegible]is vincere conamur errores. *Ep.* 91. *circa med. pag.* 271. *B. tom.* 2.

S. August.

23. [illegible] juſtificat [illegible] *D tom.4.*

24. P[illegible] gratia, quæ n[illegible] niſi priùs expulſa: cont[illegible] neceſſariò [illegible] inſpirat, ſi eſt qui recipiat. [illegible] *& fal*[illegible] *pag. 748. C. tom.4.*

25. Chriſti gratia, ſine qua n[illegible] infantes, nec [illegible] grandes, ſalvi fieri poſſunt: non enim meritis redditur ſed gratis datur, propter quod gratia nominatur. *De nat. & grat. cap 4. in princ. pag. 495. B. tom.7.*

26. Sanat Deus per gratiam non ſolùm ut deleat quod peccavimus; ſed ut præſtet etiam auxilium, ne peccemus. *Ibidem, cap. 26 in fine, pagina 502. littera D.*

27. Prævenit Deus ut ſanemur, ſubſequitur ut glorificemur: prævenit ut piè vivamus, ſubſequitur ut cum illo ſemper vivamus. *Ibidem, cap* [illegible] *2. prope medium, pag. 504 C.*

2[illegible]. O ingrati gratiæ Dei [illegible] inimici gratiæ Chriſti, & ſolo vocabulo Chriſtiani. *Lib. 4. contra Iulian. cap. 3. longè poſt init. pag. 699. A. tom 7.*

29. Deus præparat voluntatem, & cooperando perficit, quod operando incipit: quoniam ipſe ut velimus, operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. *De gratia & libero arbit. cap. 17. poſt init. pag 897. A. tom.7.*

30. Gratia nos facit legis dilectores, lex verò ipſa ſine gratia non niſi prævaricatores facit. *Ibidem, cap. 18. ante med. pag. 898. D.*

31. Gratia ſola homines liberantur à malo, & ſine qua nullum prorsùs ſive cogitando, ſive volendo & amando, ſive agendo faciunt bonum. *De corrept. & gratia. cap. 2. in princ. pag. 904. D. tom. 7.*

32. Gratia Dei cur ad illum veniat, ad illum non veniat, occulta eſſe cauſa poteſt, injuſta non poteſt. *Libro 1. de peccator. meritis & remiſſ. cap. 21. in princ. pag. 446. D. tom 7.*

33. Vita noſtra bona nihil aliud eſt, quàm Dei gratia: ſine dubio & vita æterna, quæ bonæ vitæ redditur, Dei gratia eſt; & ipſa enim gratis datur, quia gratis data eſt illa, cui datur. *De gratia & lib. arb. cap. 8. in fine, pag. 892 C. tom. 7.*

34. Gratia Dei ſemper eſt bona, & per hanc fit ut ſit homo bonæ voluntatis, qui priùs fuit voluntatis malæ. *Ibidem, cap. 15. paulo poſt medium, pag. 896. littera C.*

35. Gratia non ſecundùm merita hominum datur, alioquin gratia jam non eſt gratia: ideò gratia vocatur, quia gratis datur. *Ibidem, cap. 21. in fine, pag. 902. littera C.*

36. Deſiderare auxilium gratiæ, initium gratiæ eſt. *De correptione & gratia. cap. 1. poſt med. pagina 904. C. tom 7.*

37. Nemo niſi Dei gratiâ erigitur, nemo niſi gratiâ ſtabilitur. *Ad articulos ſibi falſo impoſitos Reſponſ. 7. in fin. pag. 923. B tom. 7.*

38. Si [illegible] eſſe alienus [illegible] gratia, jacta merita tua. *Super Pſalm. 3. prope finem præfat. pagina 127. littera B. tom 8.*

39. Nemo facit aliquid benè, niſi gratiâ Dei: quod facit homo malè, ipſius eſt hominis; quod facit benè, de beneficio Dei facit. *Sup. Pſ 93. ante med. expoſit. verſ. 13 pag. 722 litter 1 C. tom. 8.*

40. Quid eſt gratia? gratis data: quid eſt gratia? gratis donata, non reddita; ſi tibi debebatur, merces reddita eſt, non gratia donata. ſi verò debebatur, bonus fuiſti: ſi autem non merito tuo, ut verum eſt, malus fuiſti. *Tract 3. in c*[illegible]*. 1. Evang. Joan. ante med. pag. 17. A. tom. 9.*

41 Si gratiam tibi dedit Deus, gratis dedit, gratis ama. *Ibidem, in fine. pag. 20 D.*

42. Cave Chriſtiane, cave ſuperbiam: licet imitator an[illegible]rum ſis, totum gratiæ ſemper reputa, quia ut eſſet

[illegible]

[illegible] *De* [illegible] *ſerm.* [illegible] *tom. 10.*

45. Gratia pluvia eſt, vallem facit, [illegible] te dep[illegible] implentur, alta ſiccantur. *De verb. A*[illegible] *ſer 2 ante med. pag. 171. B tom. 10*

46. Communis eſt omnibus natura, non gratia: natura non putetur gratia. ſed etſi putetur gratia, ideò [illegible]tetur gratia, quia & ipſa gratis conceſſa eſt. *Ibid ſer. 11 poſt init. pag. 204. D. tom. 10.*

47. Contradictor gratiæ, non eſt arbiter conſcientiæ. *Ibidem, ſer. 12. in princ pag. 208. D.*

48. Fieri nequit, ut nos divinæ gratiæ capaces ſimus, niſi priùs contractas à vitio perturbationes, quibus animi noſtri occupati ſunt, ejecerimus. *Profec.* S. [illegible]

49. Nam nec vaſculum, quod fœtor quidam ante invaſit, unguenti infuſionem capere poteſt, niſi priùs elutum fuerit. *Apud D. Joan. Damaſcen, lib. 1. parall. cap. 30. ante med fol 24. pag 2. C.*

50. Gratia ſola Dei, quos vult facit alta mereri. *In ſuis Proverb. Verbo Gratia. pag. 190. tom. 2.* V. Bed.

51. Nihil prodeſt littera jubens, niſi adfuerit gratia juvans. *Lib. 1 ſup. Luc. cap. 2. in illud, Lex per Moyſ. &c. col. 239. tom 5.*

52. Profectò nec avarus, nec inops eſt gratiæ diſtributor, ſed ubi vacua vaſa deſunt, ſtare oleum neceſſe eſt. *Ser. 6. de Aſcenſ. circa med.* S. Bernard.

53. Gratia non ſolùm peccata lavat, ſed & merita donat. *Serm. 1. poſt octav. Epiph. ante med. fol. 21. col. 4. littera L.*

54. Gratiarum ceſſat decurſus, ubi recurſus non fuerit: nec modò nihil augetur ingrato, ſed & quod acceperat, vertitur ei in perniciem. *Ser. 1. Quadr. in medio, fol. 25. col 4. M.*

55. Cibus animæ gratia Dei eſt, dulciſſimus ſanè, qui non modò delectat, ſed & reficit & medetur. *Serm. 3. de Annunt. in princ fol. 31. col. 2. F.*

56. Gratia balſamum puriſſimum eſt, & ideò purum, ſolidum, & profundum vas requirit. *Ibid poſt med. fol. 32. col. 1. B.*

57. Nihil tàm evidenter gratiæ adverſatur, quàm ingratitudo pernitioſa. *Ibid. &c. C.*

58. Spiritualis gratiæ plenitudinem occupata mens ſecularibus non admittit, non recipit animus, non capit affectus. *Serm. 6. Aſcenſ. poſt med. fol. 43. columna 4. lit. L.*

59. Ubi magnitudo gratiarum eſt, ibi etiam magnitudo diſcriminis eſt. *Serm. 60. de parvis ſermonib. in fine, fol. 125. col. 4. K.*

60. Quantùm creſcis in gratia, tantùm & in fiducia dilataris. *Ser. 3. ſup. Cant. a medio. fol. 136. columna 2. littera E.*

61. In veritate didici nihil æquè efficax eſſe ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quàm ſi omni tempore coram Deo inveniaris non altum ſapere, ſed timere. *Profec.*

62. Beatus homo, qui ſemper eſt pavidus: time [illegible] arriſerit gratia, time cùm abierit, time cùm [illegible] revertetur, & hoc eſt ſemper pavidum eſſe. *Ibid. ſerm 54. poſt med. fol 177. col. 4 M*

63. Argumentum ſuperbiæ, privatio eſt [illegible] quàm tamen interdùm ſubtrahitur gratia, [illegible] non pro ſuperbia, quæ jàm eſt, ſed quæ futura eſt [illegible] ſubtrahatur. *Ibidem, ante finem fol 178. col.* [illegible] *A*

64. Non eſt quò gratia intret ubi jam meri[illegible] pavit: nam quidquid de proprio ineſt, [illegible] gratiam cedere illi neceſſe eſt *Ibidem, ſer* [illegible] *fol 188. col. 3. H.*

S. BERNARD. 65. Plena confeſſio gratiæ, ipſius gratiæ plenitudinem ſignat in anima confitentis. *Ibidem.*

66. Deeſt gratiæ quiquid meritis deputas; nolo meritum quod gratiam excludat. *Ibidem.*

67. Gratia liberum excitat arbitrium cùm ſeminat cogitatum, ſanat cùm immutat affectum, roborat ut perducat ad actum, ſervat ne ſentiat defectum. *De gratia & lib. arb. poſt medium, fol.* 287. *columna* 2. *littera F.*

S. BONAVENT. 68. Qui gratiam Dei ſuſcipit, neceſſe eſt, ut Deo gratiam & gloriam reddat. *Serm.* 2. *in Hexam. ante med. pag.* 14. *col.* 1. *E. tom.* 2.

69. Gratia naturam perficit, & confirmat. *Super lib* 2. *ſent. diſt.* 7. *part.* 2. *art.* 2. *quæſt.* 1. *poſt med. pag.* 88. *col.* 1. *B. tom.* 4.

70. Gratia nobis procedit à Deo, ſicut radius à ſole, ſicut germen à radice, ſicut mel à flore, ſicut rivus à fonte. *Lib.* 5. *compend. Theolog. verit. cap.* 2. *in fine, pag.* 752. *col.* 2. *C. tom.* 7. *parte* 4.

71. Sine gratia nullus poteſt mereri, nec in bono proficere, nec ad gloriam pervenire. *Ibidem, cap.* 3. *in princ. pag.* 752. *col.* 2. *E.*

72. Deus ſicut eſt potentiſſimus in conſtitutione naturarum, ita eſt clementiſſimus in collatione gratiarum. *Lib.* 7. *Compend. Theolog. verit. cap.* 16. *in princ. pag.* 792. *col.* 1. *E. tom.* 7. *part* 4.

73. Maximum inhabitantis gratiæ ſignum, ſpiritualis eſt lætitia, ac alacritas. *In ſpeculo diſcipl. part.* 2. *cap.* 2. *ſub fin. pag.* 533. *col.* 2. *C. tom.* 7.

CASSIODORUS. 74. In gratia fidelis vivit, per quam omnis reficitur Chriſtianus. *Sup. Pſ.* 118. *verſ. Confige timore tuo, &c. fol.* 189. *col.* 3.

S. CYRILLUS HIEROSOL. 75. Sicut calamus ſcriptorius, aut telum, ut ab aliquo impellatur neceſſe eſt: ſic & gratia indiget credentibus. *Catecheſ.* 16. *in medio, apud Bibliothecam Patr. tom.* 4. *pag.* 398. *col* 2. *F. edit. Colon.* 1618.

76. Dei eſt gratiam conferre, tuum verò acceptare & cuſtodire: non ideò ſpernas gratiam, quòd gratis datur; ſed religioſè potiùs (cùm eam acceperis) cuſtodito. *Ibidem.*

77. Tantò fit pejor brutis animalibus vir in peccatis, quantò eiſdem præſtat cùm divinâ gratiâ eſt fulcitus. *Ep. ad Auguſt. de miraculis D. Hieronymi. longè poſt med. pag.* 382. *B.*

S. DIADOCH. 78. Cùm non habitat gratia in homine, tunc in profundo cordis inſtar ſerpentium dæmones deliteſcunt, non ſinentes omninò animam ad cupiditatem boni aſpicere. *Profec.*

79. Cùm verò gratia in mente eſt abdita, tunc tanquàm nubes quædam caliginoſæ per partes corporis in paſſiones peccati diſcurrunt induti in varias formas diſtractionum, ut mentem ab uſu & familiaritate gratiæ divellant. *De perfect. ſpirit. cap.* 82. *apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 757. *edit Colonienſi* 1618.

DIONYSIUS CARTHUS. 80. Magna ſpiritaliſque gratia ſolet eſſe elationis occaſio. *Super Ep.* 1. *ad Cor. cap.* 12. *art.* 12. *circa med. fol.* 77. *G.*

81. Tantò perfectiùs bona aguntur ac mala vitantur, quantò ampliùs cor in gratia ſtabilitur. *Super Ep. ad Hebr. cap.* 13. *art.* 13. *ante medium fol.* 129. *D.*

82. Minimum bonum gratiæ præſtantius eſt cunctis terrenis divitiis. *Sup. Apocal. cap.* 2. *art.* 3. *ante med. fol.* 104 *H.*

83. Totum tuæ gratiæ debetur, ô admirandæ dulcedinis pietas! quòd homo proficiendo te meretur. *Profec.*

84. O voluntariæ gratiæ admiranda ſuavitas! lege tua nos erudis, implendæ legis virtutem tribuis, meritum in nobis cumulas, & quod das, remuneras.

85. Totum igitur das quod boni habemus, qui dediſti ut eſſemus: nec aliquid à nobis recipis, niſi quod dederis.

86. Dormientes ut ſurgant, excitas; tardos ut currant, acriter ſtimulas: & ne deficiant, laſſos relevas, cibas & potas. *De mortificat. vivifica. art.* 7. *in fine, fol.* 127. *pag.* 2.

87. Gratiæ præſentia, ſimul cum cordis compunctione, animi dulcedinem & tranquillitatem affert. *De timore animi. poſt med. pag.* 67. *D. tom.* 1. S. EPHRÆM.

88. Exhilarant undæ divinæ gratiæ noſtra pectora, faciuntque ut anima repentè omnium rerum terrenarum, cupiditatumque carnalium ac noxiarum obliviſcatur. *Ibidem.*

89. Semper Dei gratia corda noſtra viſitat, & ſi locum ſibi paratum invenerit, ingreditur, ſemperque in anima quieſcit: ſed ſi cor immundum offenderit, illicò recedit. *Serm.* 1. *de Compunct. in medio. pag.* 134. *A. tom.* 1.

90. Tantò nolentibus gratia eſt pernitioſior, quantò volentibus promptior. *In Epiſt paranet. ad Valerian. poſt init. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. S. EUCHERIUS.

91. Gratia de gratia naſcitur, ut quantò plus quis acquirere cœperit, tantò plus conetur & delectetur acquirere, ut acquiſitionis lucrum, acquirendi nutriat appetitum. *Homil.* 3. *ad Monachos, in fine, apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 581. *col.* 1. *D. edit. Colonienſis* 1618. S. EUSEBIUS EMISSENUS.

92. Adoptivus gratiæ, perit diabolo, & acquiritur Deo. *Ibidem, Hom. de Trinit. poſt med. pag.* 576. *columna* 1. *C.*

93. Spiritualibus non es dignus, qui nihil ſpiritualiter ſapis. *In ſuis opuſc. collat.* 18. *pagina* 458. *tom* 3. S. FRANCISCUS ASSISIAS

94. Gratiâ Dei humanum non aufertur, ſed ſanatur: non adimitur, ſed corrigitur: non removetur, ſed illuminatur: non evacuatur, ſed adjuvatur atque ſervatur arbitrium. *De Incarnat. cap.* 20. *in fine.* S. FULGENT.

95. Gratia Dei, ſicut nonniſi humilibus datur; ſic humilis homo eſſe non poteſt, niſi detur: datur enim ut humiles eſſe incipiant, & datur ut humiles eſſe non deſinant. *Profec.*

96. Gratia igitur Dei facit & ut humiles ſimus, & humiles perſeverare poſſimus: qui enim potuit, quod non habuimus, dare; ipſe poteſt, quod accepimus, cuſtodire. *Ep.* 3. *ad Probam. cap.* 22. *per totum.*

97. Efficax eſt ad incrementa gratiarum tranquillitas mentis. *Serm.* 15. *ſup. Cant. in princ. apud D. Bernard. volum.* 2. *fol* 12. *col.* 2. *D.* GILLEBERTUS ANGLUS.

98. Quantò quis majoris gratiæ lumen percipit, tantò ampliùs reprehenſibilem ſe eſſe cognoſcit. *Lib.* 35. *Moral. cap.* 5. *in princ. col.* 1200. *B. tom.* 1. S. GREGORIUS MAGNUS.

99. Ut firmitatis animus dona habeat, & infirmitatem ſuam humiliter agnoſcat, per acceſſum gratiæ ad alta ſuſtollitur, & per receſſum, quid ex ſemetipſo ſit, probatur. *Ibidem, lib.* 8. *cap.* 27. *ante medium, col.* 265. *littera B.*

100. Si ſuperna gratia nocentem non prævenit, nunquàm profectò inveniet quem remuneret innocentem. *Profec.*

101. Priùs agit in nobis aliquid ſine nobis, ut ſubſequente quoque noſtro libero arbitrio, bonum quod appetimus agat nobiſcum. *Ibid lib.* 16. *cap.* 10. *circa med. ſup. illud Iob* 22. *Salvabitur innocens. col.* 524. *B.*

102. Punitione magna dignus eſt, qui ſæpiùs Dei gratiam contempſit. *Hom* 37. *ſup. Evang. col.* 504. *littera D. tom.* 2.

103. Quò penſamus, quia nihil eſt quod reſtat, eò debemus pertimeſcere, ne tempus gratiæ, quod præſto eſt, pereat. *Ibid Hom.* 36. *poſt init. col.* 492. *D.*

104. Ad ſublimitatem divinæ gratiæ citò perveniunt, qui Omnipotentem Deum, & bono opere, & ferventibus deſideriis inquirere non deſiſtunt. *Lib.* 5. *in* 1. *Reg. cap.* 2. *in fine, col.* 1498. *D. tom* 2.

105. Indignos nequaquàm gratia tangit, nec organum improbum, & planè diſſonum. *Orat.* 3. *præſente Baſilio. pag.* 31. S. GREG. NAZ.

106. Gratia non eſt in arctum coacta, nec locis circumſcripta, ſed tàm puſillis quàm magnis datur. *Ep.* 18. *ad Cæſarienſes. in princ. pag.* 409.

S. Greg. Nyss.

107. Una cujuſque hominis juſti magiſtra, ac doctrix, gratia ſancti Spiritus eſt. *Orat. de S. Stephano, ante fin. col. 700. B.*

S. Hieron.

108. Gratia niſi ſcientiam comitata fuerit, & conceſſa a Deo, quamvis eruditus vir, non poterit invenire. *Sup. Eccleſiaſten, cap. 9. ſup. illud, Converti me, & vidi, &c. pag. 90. D. tom. 7.*

109. Gratia neminem niſi ſibi obnitentem repellit, neminem niſi negligentem rejicit. *Super Pſal. 118. ante medium, in illud, In quo corrigit adoleſcentior. fol. 52. columna 3.*

Hugo a S. Victore.

110. Sine gratia operari, vanum eſt. *Libr. 4. ſup. cap. 3. Cœleſtis Hierach. ante medium, pag. 364. littera H. tom. 1.*

111. Divina gratia ita eſt libera, ut nullis hominum meritis, vel officiis ſit adſtricta: ſed quando vult, quomodo vult, ubicumque vult ſemetipſam infundat. *Lib. 3 de Anima. cap. 50. circa medium, pagina 128. lit. B. tom 2.*

Hugo Card.

112. Gratia eſt ſtabilimentum cordis, & robur ſpiritus, ſi cor eâ fuerit repletum. *Sup. Ep. ad Hebr. cap. 13. fol. 275. col. 3. tom. 7.*

S Innoc. III.

113. Promereri nemo gratiam poteſt, ſed demereri gratiam quiſque poteſt. *Ser. 2. de converſ. S. Pauli in fine, fol. 45. col. 3.*

114. Niſi magnis precibus gratia in nos implorata deſcendat, nequaquàm terrenæ labis, & mundani corporis vincere conamur errores. *Apud D. Auguſtinum, tom. 2. quæ eſt Epiſt. circa medium, pagina 271. littera B.*

S. Joan. Cass.

115. Nullus poſſet inſidias inimici ſufferre, ſeu carnales æſtus naturali quodammodo igne flagrantes, vel extinguere, vel reprimere, niſi gratia Dei vel juvaret fragilitatem noſtram, vel protegeret ac muniret. *Collat. 2. Abbat. Moyſis, cap. 13. poſt medium, pagina 342.*

S. Joannes Chrysost.

116. Adamante ſolidiores, & omninò inexpugnabiles Dei gratia nos facit. *Homil. 4. ſuper Gen. poſt init. col. 19. D. tom 1.*

117. Gratia eſt parata, quærens eos qui ſe cum largitate ſuſcipiant. *Ibidem. Homil. 9. poſt initium, col. 54. littera D.*

118. Gratia non ſolùm ſalvat juſtum, ſed & laborum retributiones dat, & virtutum præmia. *Ibid. Hom. 24. poſt medium, col. 183. D.*

119. Impoſſibile eſt bonum aliquod quempiam rectè agere, non habitâ supernâ gratiâ. *Ibidem. Hom. 25. ante fin. col. 198. A.*

120. Dei gratia homini conceſſa, corporis ſenſus firmiores reddit. *Ibidem. Hom. 26. poſt medium, col. 205. C.*

121. Maxima eſt ſecuritas, & inexpugnabilis murus, gratia Dei. *Ibidem, Hom. 46. in medio, col. 381. littera C.*

122. Nihil fortius eſt munito ſupernâ gratiâ, & nihil infirmius eo, qui hàc privatus eſt, etiamſi innumeris circumdetur exercitibus. *Ibidem, circa medium, col. 381.*

123. Quando quis divinâ gratiâ munitur, non ſolùm effugit inimicorum inſidias, ſed etſi in beſtias ipſas incidat, nihil patitur grave. *Ibidem, Hom. 57. poſt med. col. 452. B.*

124. Nihil prorsùs agere poſſumus, niſi ſupernâ gratiâ ſimus adjuti. *Ibidem, Homil. 58. in fine, col. 463. littera B.*

125. Verè nihil beatius eo, qui Dei gratiam poſſidet. *Ibidem, Homil. 62. ante finem, columna 488. littera B.*

126. Acceptâ gratiâ, creſcit compunctus; demonſtrante gratiâ ex lumine ſapientiæ efficitur homo caſtus. *Homil. de Adam & Eva, poſt medium, col. 537. lit. B. tom 1.*

127. Omnis accipiens gratiam, jàm in eadem gratia accipit & lumen. *Ibidem, &c.*

S. Joannes Chrysost.

128. Naturalem effectum vincit interveniens gratia. *Hom. 3. de fide Annæ, ante medium, col. 585. D. tom. 1.*

129. Gratia Dei nunquàm conſumitur, nunquàm evacuatur, continuè fons hic emanat, & à plenitudine ipſius, corpus & anima curantur. *Hom. 68. ſuper Matth. oper. perfect. ante finem, columna 565. littera B. tom. 2.*

130. Omnis gratia per exercitationem additur, & per deſidiam minoratur. *Hom. 3. ſup. Matth. oper imperfect. longè poſt init. in illud, Vox clamantis in deſerto, &c. col. 755. B. tom. 2.*

131. Sicut nec terra ſine ſemine, nec ſemen ſine terra fructificat: ſic nec homo ſine Deo, nec Deus ſine homine gratiam operatur in homine. *Ibidem, Hom. 14. in med. col. 837. D.*

132. Gratia Dei, adjutorium eſt infirmitatis humanæ: adjutorium autem non datur dormientibus, ſed feſtinantibus, & prævalentibus. *Ibidem, Hom. 18. poſt init. col. 860. B.*

133. Sine gratiæ auxilio, omnis juſtitia hominibus gravis eſt: quia lex præceptum eſt nudum, gratia autem virtus eſt Dei. *Ibidem, Hom. 28. poſt med. col. 921. littera C.*

134. Nec gratia ſine voluntate aliquid operatur, nec voluntas ſine gratia: nam terra non germinat niſi pluviam ſuſceperit, nec pluvia fructificat ſine terra. *Ibidem, Hom. 32. col. 952. D.*

135. Gratia Dei non venditur, ſed donatur. Infelix eſt qui vendit, infelix eſt qui emit: gratia enim Chriſti auro & argento non poteſt comparari. *Hom. 15 ſup. Marc. col. 1280. D. tom. 2.*

136. Gratia Dei in omnes diffuſa eſt: non Judæum, non Græcum, non Schytam, non liberum, non ſervum non virum, non mulierem, non ſenem, non juvenem effugit, aut dedignatur. *Homil. 7. ſuper Joan. in princip. col. 48. D. tom. 3.*

137. Talia eſt gratia, ut mœrorem ſolvat, malas cupiditates conſumat, formidinem pellat, non ſinat ampliùs hominem eſſe quem afflat. *Ibidem, Hom. 74. ante fin. col. 354. C.*

138. Abuſus gratiæ Dei, tremere facit. *Serm. 19. ſup. Epiſt. ad Rom. poſt med. col. 229. littera A. tom. 4.*

139. Quantò major gratia, tantò amplior poſteà peccantibus pœna. *Homil. 21. ad popul. Antioch. ante med. col. 190. A. tom. 5.*

140. Gratia rectas mentes diligit, & ſine fuco propoſitum. *Lib. 1. de compunct. cordis. longè poſt med. col. 581. D. tom. 5.*

141. Sedes gratiæ nunc eſt, non ſedes judicii. *Hom. 7. ſup. Ep. ad Hebr. ſub finem, columna 1721. littera A. tom. 4.*

142. Quid eſt gratia? Remiſſio videlicet, & purgatio peccatorum: Hæc nobiſcum eſt, ſi benè egerimus. *Ibidem, Homil. 34. in fine, ante Morale. col. 1876. littera A.*

143. Divina gratia tribuitur exercentibus ſe ad eam; tantò abundantiùs, quantò citiùs ac diutiùs hoc egerint. *Profec.* — Joan. Gers.

144. Ubi verò major eſt gratia in anima, magis eſt ipſius fotrix, nutrix, conſervatrix atque roboratrix.

145. Et è regione plerumque fit juſto Dei judicio: ut qui gratiam Dei vel neglexerit, vel repulerit, poſtmodum ad eam veniendi nequaquàm recurſus habeatur.

146. Sed abſque Dei gratia quis ſalvabitur? quis ſubſiſtet? quis non potiùs in præceps vel in damnum ruet? *De parvulis trahendis ad Chriſt. conſider. 1. in princ. parte 2.*

147. Plus abhorret gratia otium, quàm natura vacuum. *Sermone de Dominio Evangelico, ante finem, parte 2.*

148. Gratia non ſalvat, niſi volentem: nec deſerit, niſi ſpernentem. *Ep. 8. ad Monach. lapſ. poſt med. pag. 939. columna 1.* — Joan. Trith.

S. Isidorus Hispalens. 149. Hominis meritum ſuperna gratia, non ut venias, invenit: ſed poſtquàm venerit, facit; atque ad indignam mentem veniens, facit in ea meritum quod remuneret, quæ ſolùm invenerat quod puniret. *Lib. 2. de ſum. bono. cap. 5. ſent. 5. pagina* 639. *col.* 1.

150. Multi cupiunt convolare ad gratiam Dei, ſed timent carere oblectamento mundi: provocat quidem eos amor Chriſti, ſed revocat cupiditas ſeculi. *Ibidem, lib. 3. cap. 22. ſent. 1. pag. 67. col.* 2.

Lact. Firm. 151. Ii, qui ſe corpori rebuſque terrenis addixerunt, premuntur in terram, nec aſſequi poſſunt divini Numinis gratiam. *De ira Dei, cap. 19. in principio. pag.* 358.

S. Laurent. Justin. 152. Sine gratia nullus inſeritur cœlo, & Sanctorum conſortio efficitur dignus. *De contemptu mundi. cap. 19. poſt init. pag. 525. col. 2. D. part.* 2.

153. Sicut non eſt de miſericordia Dei deſperandum, ita nec de gratia præſumendum. *Lib. 1. de ſpiritual. interun. cap. 5. longè poſt initium, pagina 533. columna 1. E. part.* 2.

S. Leo I. 154. Sublimitas gratiæ Dei tanta eſt, ut omne deſiderium quod operatur in cordibus, à terrenis ad cœleſtia transferatur. *Serm. 5. de Iejun. decimi menſis, in principio.*

155. Dulciùs munera gratiæ divinæ proveniunt, quoties non ſine magnis ſudoribus acquiruntur. *Epiſt. 63. ad Theodoret. Epiſc. Cyri. ab initio.*

156. Gratia niſi gratis detur, non eſt gratia, ſed merces, retributioque meritorum. *Ep. 86. ad Nicetam. Aquileienſ. Epiſc. ante med.*

Ludov. Blos. 157. Ut adſit Deus per gratiam, vide ne tibi deſis per ſocordiam. *In Canon. vitæ ſpirit. cap. 6. poſt medium.*

S. Machar. Ægypt. Sen. 158. Qui gratiam Dei ſunt adepti, humiliter de ſe ſentiunt. *Hom. 15. in medio. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 67. col. 2. G. edit. Colon.* 1618.

159. Gratia dilectionem ſecretò in cordibus exercet; & quod amarum eſt, mutat in dulce: quod autem aſperum, in planum. *Ibidem, Hom. 16. in medio. pag. 71. col. 2. E.*

S. Method. 160. Non comburit ignis gratiæ Domini, ſed illuminat. *De Purific. B. M. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 359. col. 2. H. edit. Colon.* 1618.

Origen. 161. Si humilis & quietus non fueris, non potes habere gratiam Spiritus ſancti. *Et habetur. apud Bedam tom. 7. in ſuis ſcintill. cap. 4. col.* 377.

Petr. Blesi. 162. Gratia Dei obeſt, ſi non alii prodeſt. *Tract. de Inſtit. Epiſcopi. in principio. apud Bibliothecam Patrum, tom. 12. part. 2. pagina 940. columna 2. G. edit. Colon.* 1618.

163. Gratia Dei homini data eſt in creditum, & in cauſam mutui tranſit. *Profec.*

164. Accipientem enim obligat Deo, & proximo: Deo ad exhibendam gloriam, proximo ad gratiam communicandam. *Ibidem, de Charitate cap. 35. in fine. pag. 990. col. 1. D.*

Petrus Cell. 165. O gratia gratioſa! ſine te omnia mala, tecum omnia bona: ſine te, inquam, inanis univerſa creatura, & à te repletur angelica cum humana creatura. *Profec.*

166. Tu reformas deformia, lapſa reparas, confirmas debilia, clauſa reſeras, congregas diſperſa, & obſcura illuminas.

167. Tuum eſt quod ſum, quod vivo, quod ſapio, quòd Sanctorum veſtigia devotus aſſequor.

168. Nihil eſt viſceribus virgineis charius, acceptabilius nihil, cùm æthere nitidiùs, firmamento reluceant jucundiùs, cœloque ſublimiùs. *Lib. 2. Ep. 10. ad Abbatiſſ. quandam. poſt initium. apud Bibliothecam Patrum, tom. 12. part. 2. pagina 559. col. 1. littera C. edit. Colon.* 1618.

169. O anima! ſi eſuris gratiam, pulſa ad januam: ſi pulſaveris, aperietur: ſi petieris, dabitur. *Proſecutio.*

Petr. Cell. 170. Non ſe abſcondit gratia, non latitando fugit, non in foſſis ſe recondit.

171. Præſtò eſt; ne quærens fatigeris, occurrit: ne tædio afficiaris, præoccupat: ne conſcientiæ pudore verecunderis, excitat: ne pigriteris, portat: ne labaris, greſſus regit: ne exorbites, paſcit: ne in via deficiens præ inopia ægrotes, providet.

172. Docet ſtultum, quia ſapiens: dat intellectum, quia intelligens: præbet conſilium, quia novit myſteria omnium: confert fortitudinem, quia omnipotens: illuminat ſcientiam, quia mater eſt omnium ſcientiarum: exhibet pietatem, quia mel eſt omnium affectionum: adhibet timorem, quia conſervatrix eſt omnium bonorum. *De Panibus cap. 14. poſt med. pag. 657. col. 1. B.*

S. Petrus Damianus. 173. Ut animus firmitatis dona utiliter habeat, & infirmitatem ſuam humiliter recognoſcat, per acceſſum gratiæ ad alta ſuſtollitur, & per receſſum, quid ſit ea ſemetipſo ſalubriter experitur. *Serm. 18. de S. Vitale poſt med. pag. 188. col. 2. B. tom.* 2.

Philo Jud. 174. Sine divina gratia non eſt poſſibile vel deſerere mortalia, vel immortalibus ſemper adhærere. *Lib. de Temulent. poſt med. pag. 366. tom.* 1.

175. Ingentes opes animæ, quæ gratiis Dei plena eſt. *Ibidem, poſt med. pag. 367. tom.* 1.

S. Prosper. 176. Chriſtianus per gratiam, quod in natura non habuit, acquiſivit. *De Promiſſ. part. 2. cap. 20. in fine.*

177. Sordet natura ſine gratia. *Epiſt. ad Rufin. de lib. arb. cap. 1. poſt med.*

178. Gratia Dei quoſcunque juſtificat, non ex bonis meliores, ſed ex malis bonos facit: poſtea per profectum ex bonis factura meliores, non adempto libero arbitrio, ſed liberato. *Ibid. ante finem.*

179. Neminem prorſùs Dei gratia intentabilem facit. *Lib. 2. de vocat. gent. cap. 35. in fine.*

180. Tantò quiſque eſt beatior, Deoque conjunctior, quantò plus in eo fuerit gratiæ divinæ, quàm actionis humanæ. *Ep. ad Demetriad. in fine.*

Rich. a S. Victore. 181. Subtractâ gratiâ, affectus boni deficiunt, & ad omne bonum langueſcunt, & ſic de viventibus mortui fiunt. *Lib. 2. de Erud. hom. inter. cap. 31. poſt initium, pag. 149. col. 1. A.*

Robertus Bellarmin. 182. Gratia eſt ſalus inchoata. *Super Pſalm.* 118. *verſ.* 2.

S. Thomas Aquinas. 183. Gratia eſt in anima, ſicut quædam forma habens eſſe completum in ea. *Part. 3. Quæſt. 63. art. 5. in corpor. ad* 1.

184. Quantò diligentiùs collata gratia conſervatur, tantò ad uberiorem gratiam præparatur. *De divinis moribus. cap. Largitas. ante med. tom.* 2.

Thomas à Kempis. 185. Quando gratia Dei venit ad hominem, tunc potens fit ad omnia: ſed quando recedit, tunc pauper & infirmus eſt, & quaſi tantùm ad flagella relictus. *Lib. 2. de Imit. Chr. cap. 8. in fine. tom.* 2.

186. Semper debetur gratia, dignè gratias referenti: & auferetur ab elato, quod dari ſolet humili. *Ibid. cap. 10. ſect.* 2.

187. Qui gratiam Dei retinere deſiderat, ſit gratus pro gratia data, patiens pro ſublata: oret ut redeat, cautus ſit & humilis, ne amittat. *Ibidem, cap. 10. in calce.*

188. Cogita in gratia, quàm miſer & inops eſſe ſoles ſine gratia. *Ibid. lib. 3. cap. 7. in princ.*

189. Pretioſa eſt gratia Dei, non patitur ſe miſceri extraneis rebus, nec conſolationibus terrenis. *Proſecutio.*

190. Abjicere ergo oportet impedimenta gratiæ, ſi optas ejus infuſionem ſuſcipere. *Ibidem, cap. 53. in principio.*

191. Quantò natura ampliùs premitur & vincitur, tantò major gratia infunditur, & quotidie novis viſitationibus interior homo informatur. *Ibidem, cap. 54. in calce.*

THOMAS A KEMPIS. 192. Sine gratia uihil poſſum facere, omnia autem poſſum confortante me gratia. *Profec.*

193. O verè cæleſtis gratia! ſine qua nulla ſunt propria merita, nulla quoque dona naturæ pouderanda: nihil artes, nihil divitiæ, nihil pulchritudo vel fortitudo, nihil ingenium vel eloquentia valent ſine gratia.

294. Tantùm eminet hæc gratia, ut nec donum prophetiæ, nec ſignorum operatio, nec quantalibet alta ſpeculatio aliquid æſtimetur ſine gratia.

195. Sed ueque fides, neque ſpes, neque aliæ virtutes acceptæ ſunt Deo, ſiue gratia. *Ibidem, cap.* 55. *ſect.* 4.

196. Gratia eſt
- Magiſtra veritatis.
- Doctrix diſciplinæ.
- Lumen cordis.
- Solameu preſſuræ.
- Fugatrix triſtitiæ.
- Ablatrix timoris.
- Nutrix devotionis.
- Productrix lachrymarum. *Ibidem, cap.* 55. *in fine.*

197. Quid ſum ſine gratia, niſi aridum lignum, & ſtipes inutilis ad ejiciendum? *Ibidem.*

198. Quantò perfectiùs infimis quis renuntiat, & magis ſibiipſi per contemptum ſui moritur; tantò gratia celeriùs veuit, copioſiùs intrat, & altiùs liberum cor elevat. *Ibid. lib.* 4. *cap.* 15. *ſect.* 5.

199. Satis ſuaviter equitat, quem gratia Dei portat. *Ibid. lib.* 2. *cap.* 9. *ſect.* 1.

S VALERIAN. EPISC. 200. Perit quidquid gratiæ homo per multos annos juſtis operibus acquiſivit, ſi ſub unius horæ ſpatio, quocunque turpis vitæ depravetur errore. *Hom.* 19. *poſt medium. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 497. *col.* 2. *G. edit. Colon.* 1618.

IN VIT. PATR. 201. Gratia non ex dignitate cognoſcitur, ſed ex animarum actibus ſignificari conſueta eſt. *Lib.* 1. *de Vita S. Mariæ Ægypt. cap.* 10. *poſt initium, pagina* 385. *columna* 1.

Vide etiam Tit. Actio. ſent. 94. *Auxilium Dei. ſent.* 58. *Difficultas. ſent.* 26. *Diligentia. ſent.* 6. 7. *Humilitas. ſent.* 140. *Innocentia. ſent.* 23. *Meditatio. ſent.* 40. *Peccatum in genere. ſent.* 290. *Placere. ſent.* 77. *Prædeſtinatio. ſent.* 4. *Præſentia Dei. ſent.* 55. *Pravitas. ſent.* 29. *Reſurrectio à peccato. ſent.* 41. *Salus animæ. ſent.* 125. *Salus corp. ſent.* 68. *Spiritus ſanctus. ſent.* 4. 6. 8. *Tepiditas. ſent.* 18. *Vanitas. ſent.* 27. *Vocatio Dei. ſent.* 80.

Gratiarum actio.

DEFINITIO, DIFFERENTIA.

DEFINITIO.

S. ANTONIN. GRATITUDO eſt, in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria, & remunerandi voluntas continetur. *Part.* 4. *tit.* 5. *de juſtitia cap.* 12. *in princ. fol.* 67. *col.* 3.

S. ANTONIUS DE PADUA. Gratiarum actio eſt in intellectu & cogitatione gratia bonæ voluntatis, & indeficiens ad Deum, ac irreflexa intentio. *Serm. Dom.* 5. *poſt Paſcha. ante med. fol.* 155. *pag.* 1.

S. BONAVENT. Gratiarum actio, eſt omnia boua à Deo data ſcire, & pro his eum laudare corde, voce, & opere. *Lib.* 2. *de profectu Religioſor. cap.* 62. *in princ. pag.* 600. *col.* 2. *B. tom.* 7. *part.* 4.

GLOSS. ORD. Gratias agere, eſt ſentire omnia à Deo data eſſe, & pro eo laudare eum corde, voce, & opere. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 1. *in illud, Gratias ago Deo meo. col.* 19. *A. tom.* 6.

Gratiarum actio eſt, per quam redditur debitum benefactoribus. 1. 2. *quæſt.* 60. *art.* 3. *in corp. pag.* 100. *columna* 2. S. THOMAS AQUINAS.

DIFFERENTIA.

Inter grates & gratias hoc intereſt, quòd grates referimus, gratias agimus. *Lib.* 1. *differentiar. Differ.* 70. *pag.* 284. *col.* 1. S ISID. HISP.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Ille veram gratitudinem habet; qui omnium donorum Dei ſe indignum ſentit: & quantò ſe indigniorem beneficiorum Dei reputat, in tantum ampliùs gratitudo mentis excreſcit. *Part.* 1. *de Paradiſo. Animæ cap.* 25. *de virtutibus. circa init. pag.* 189. S. ALBERTUS MAGNUS.

2. Conferre gratiam, bonum eſt; ſed qui referre neſcit, duriſſimus. *Lib.* 1. *Offic. cap.* 31. *in medio. col.* 23. *B. tom.* 1. S. AMBROSIUS.

3. Quid eſt tam ſecundùm naturam, quàm referre authori gratiam? Quòd ſi homini non referre, ſimile homicidio judicatum eſt, quantum crimen eſt non referre Deo? *De obitu Satyri fratris ſui. poſt med. col.* 461. *A. tom.* 3.

4. Nunquàm ceſſandum ab actione gratiarum, quia inter ſecunda vitæ hujus & adverſa, quibus gemina ſemper tentatioue pulſamur, ſi proficimus, indè alimur: ſi ſtamus, indè ſubſiſtimus: ſi recidimus, indè reparamur. *Lib.* 10. *Ep.* 84. *ad Demetriad. poſt med. col.* 682. *A. tom.* 3.

5. Tu cùm gratias uon agis Deo, Deum non diligis, nec vereris: undè aut contumax ſervus, aut ſuperbus es filius. *Serm.* 43. *de gratiarum actione. in princ. col.* 737. *C. tom.* 3.

6. Quantò gratuitum beneficium eſt magis continuatum, tantò major pro eo debetur gratiarum actio. *Part.* 4. *tit.* 5. *de juſtitia. cap.* 12. *ante finem. fol.* 67. *columna* 4. S. ANTONIN.

7. Noli eſſe ingratus, repende gratiam Matri tuæ, repende ſpiritualia pro carnalibus, pro temporalibus ſempiterna. *Epiſt.* 38. *ante finem. pagina* 90. *littera A. tom.* 2. S. AUGUSTIN.

8. Quid melius & animo geramus, & ore promamus, & calamo exprimamus, quàm Deo gratias? Hoc nec dici brevius, nec audiri lætius, uec intelligi grandius, nec agi fructuoſius poteſt. *Ep.* 77. *ad Aurelium fere in princ. pag.* 221. *C. tom.* 2.

9. Prorſùs non gratias Deo agimus, ſed nos agere fingimus, ſi undè illi gratias agimus, ipſum facere non putamus. *Ep.* 107. *ad Vitalem ante med. pag.* 320. *C. tom.* 2.

10. Hoc & gratiarum actio indicat quod oratio; oratio pro infidelibus, gratiarum actio pro fidelibus. *Ibidem, ante finem. pag.* 325. *A.*

11. Qui eſt orandus ut faciat, illi eſt actio gratiarum reddenda, cùm fecerit. *Ibidem.*

12. Diſcite gratias agere Deo, & in proſperitatibus, & in tribulationibus. *Sup. Pſ.* 32. *ante med. verſ.* 1. *pag.* 138. *D. tom.* 8.

13. Deo gratias agere licet, referre non licet. *Sup. Pſ.* 44. *ante med. verſ.* 3 *pag.* 275. *B. tom.* 8.

14. Sacrificium laudis eſt gratias agere illi, à quo habes quidquid boni habes, & cujus miſericordiâ tibi dimittitur quidquid tuum mali habes. *Super Pſalm.* 49. *poſt medium, verſ.* 15. *pagina* 326. *littera D. tomo* 8.

15. Gratias miſericordiæ Dei: quid dicam aliud quàm gratias gratiæ ipſius? nos enim gratias agimus, non damus, nec reddimus, nec referimus, nec rependimus gratias: ſed tantùm verbis agimus, retribuimus. *Super Pſalm.* 88. *ſub finem verſu ultimo. pagina* 681. *D. tom.* 8.

16. Cùm adeſt felicitas mundi, conſolationi Dei

[illegible] *Sup. Pſal.* [illegible]

[illegible] [illegible], Deo gratias di- [illegible] Ita ne ſundùs [illegible] Deo gra- [illegible] non [illegible]bet frater Deo [illegible] agere, [illegible] ſuum. *Super* [illegible] *circa* [illegible] *Habitare fratres in unum.* [illegible] *C. tom.* 8.

18. Gratias agat quiſque dan[illegible] corde humili, non [illegible] humil[illegible] uit, ſu[illegible]bus dimittat. *De verb. Apoſt. ſerm.* 2. *ante med. pag* 171. *littera A. tom.* 10.

S. Basi[illegible] Ma[illegible] 19. Accipientium gratiarum actio p[illegible]o beneficio reputatur. *Conc.* 5. *de gr*[illegible] *act. poſt med. pag.* 164. *tom.* 2.

20. Nihil eſt rejiciendum, quod cum grati[illegible]rum actione ſumitur *Quæſt.* [illegible] *quæ*[illegible] *diffuſe explicat. ante med. pag.* 530. *tom.* 3

21. Congruum encomii argumentum eſt, acceptorum beneficiorum commemoratio. *Apud D. Joan. Damaſc. lib.* 2. *Parall. cap.* 29. *fol.* 75. *pagina* 1. *littera A.*

S. Bernard. 22. Multos videmu[illegible] ſque hodie ſati[illegible] importunè petentes quod ſibi deeſſe c[illegible]noverint; ſed paucos admodùm qui dignas ſuper acceptis beneficiis gratias agere videantur. *Serm. contra vitium Ingratitudinis, poſt med. fol.* 103. *col.* 1. *C.*

23. Felix qui ſe alienigenam reputans, etiam [illegible]ro quibuſcunque minimis beneficiis non minimas refert grates, gratuitum eſſe non dubitans, neque diſſimulans quod alieno impenditur, & ignoto. *Ibid. circa finem. fol.* 103. *col.* 2. *E.*

24. Quoties tentatio ſuperatur, aut vitium ſubjugatur, aut imminens periculum declinatur, aut laqueus inſidiantis deprehenditur, aut annoſa & inveterata quæcunque animæ paſſio ſemel perfectèque ſanatur, quid niſi toties perſonat gratiarum actio? *Serm* 2. *ſup. Cant. poſt med. fol.* 135. *col.* 1. *D.*

25. Felix, qui beneficia ſibi collata ſtudioſè colligere, & ante mentis ſuæ oculos, digna cum gratiarum actione reducere conatur. *Ibidem, ſerm.* 10. *poſt med. fol.* 140 *col.* 3. *lit. H.*

26. Non omnis gratiarum actio accepta eſt Deo, niſi quæ de cordibus pudica & mera ſimplicitate procedit. *Ibidem, ſerm.* 23. *ante medium, fol.* 142. *col.* 4. *littera L.*

27. Diſce in referendo gratiam non eſſe ſegnis, aut tardus: diſce ad ſingula dona gratias agere, ut nulla videlicet Dei dona debita gratiarum actione fruſtrentur. *Ibidem, ſerm.* 51 *poſt medium, fol.* 175. *col.* 2. *lit. D.*

28. Ad locum undè exeunt, revertantur flumina gratiarum, ut iterum fluant. *Ibid. ſerm.* 13. *poſt init. fol* 142. *col.* 3. *lit. I.*

29. Nemo planè ut Phariſæus gratias agat, cujus juſtitiæ non eſt laus à Deo, nec enim illa gratiarum actio gratiorem eum facit. *Ibidem.*

30. In omnibus operibus tuis Deo gratias refer: in omnibus actionibus tuis Deo gratias redde, in omni converſatione tua Deo gratias repende. *Serm.* 3. *ad Sororem in fine fol.* 81. *col.* 1. *A.*

S. Bonavent. 31. Gratias age Deo ſemper, corde & ore, qualitercunque tibi ſuccedit in gravamine & dolore *In Alphab. Religioſor. lect,* 6. *pag.* 528 *col.* 2. *lit. E. tom.* 7. *part.* 4.

32. Gratias Deo agimus, cùm de bono, quod nobis ab ipſo profluit, ejus bonitatem commendamus. *Lib.* 2. *de profect. Relig. cap.* 62. *in princ. pag* 600. *col.* 2. *B. tom.* 7.

[illegible] gratiam [illegible] *poſt med*[illegible]

[illegible] gratias agentem, [illegible] ſibi [illegible]tatem facit; ingratam verò, malus [illegible] det d[illegible]. *Lib.* 5. *Recognit. poſt medium, fol.* [illegible] *pagina* [illegible]

35. Gratiarum actio dilectionem accendit, bene[illegible]volentiam captat, & ad potiora diſponit. *Sup. Ep ad Coloſſ. cap* 4. *art.* 4. *in princ. ſup. illud, In gratiarum actione &c. fol.* 94. *F.*

36. Gratiarum actio de bonis collatis, eſt per quam dignificatur homo ad percipienda dona majora. *Sup. Ep.* 1. *ad Timot. cap.* 2. *art.* 2. *in principio. fol.* 103. *littera C.*

37. Impium eſt Deum non diligere: cui rependere non queas, etiam cùm dilexeris. *Proſec.*

38. Injuſtiſſimum eſt, ut ei, quæ poſſit, tribuere noli[illegible]; cui, etiamſi velis, repenſare non po[illegible]. *In* [illegible] *p. parænet. ad Valerian. poſt medium. apud Bibliothecam Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *pagina* 776. *columna* 2. *E. edit. Coloniæ* 1618.

39. Diſcamus fratres, non ſolùm in proſperis, ſed in adverſis quoque omnipotenti Deo gratias ager[illegible]. *Hom.* 19. *ſup. Ezech. poſt med. col.* 273. *D.* S. Gr[illegible] Ma[illegible]

40. Chriſtianorum propria virtus eſt, etiam in his quæ adverſa putantur, referre gratias Creatori *Lib.* [illegible] *ſup. Ep. ad Epheſ. cap.* 5. *in illud, Gratias agentes, &c. pag.* 234. *A tom.* 9. S. H[illegible]

41. Laus & gratiarum actio, non ſolùm ad Deum, ſed etiam coram Deo clamant. *Sup. Thren. longe poſt med. in illud Gen.* 18. *Clamor Sodomorum, &c. pa*[illegible] 223. *F. tom* 1. Hugo [illegible] S. [illegible]

42. Quidquid acciderit tibi, cape cum grati[illegible] actione: quia ſi eſt adverſitas, medicamentum eſt[illegible] ſi proſperitas, beneficium, & ita pro utroque debes gratias a[illegible]re. *Sup. Eccleſiaſtic. cap.* 2. *fol.* 174. *col.* 3. *tom.* 3. H[illegible]

43. Tunc eſt perfecta gratiarum actio de beneficiis divinis acceptis, quando cum timore quis petit pro amplioribus accipiendis, & pro periculis vitandis. *Super Epiſt. ad Hebr. cap.* 13. *fol.* 274. *columna* 3. *tom* 7.

44 Mens vel cùm præterita Dei recolit beneficia, vel cum præſentia contemplatur: ſeu cùm in [illegible]turum, quæ & quanta præparaverit Deus his, qui diligunt eum, proſpicit, per ineffabiles exceſſus gratiarum actiones Deo refert. *Collat.* 9. *Abbat. Iſaac. cap* 14. *in princ. pag.* 509. [illegible]

45. Sicut cùm grati ſumus hominibus, qui [illegible] nobis benefecerunt, illos clariores reddimus: ita ſi in Deum fuerimus grati, nos ipſos illuſtriores facimus. *Hom.* 26. *ſup. Gen. ante fin. col.* 208. *B. tom.* 1. S. Ioa[illegible] Chrys[illegible]om.

46. Quando Deus aliquem videt, qui gratus eſt de prioribus beneficiis, largiùs & cumulatiùs ſua dona in illum profundit. *Ibidem, Hom.* 27 *in princ. col.* 209. *littera B*

47. Officium grati famuli eſt, non ſolùm gratum eſſe domino, quando ubertim omnia ſuccedunt, ſed & ut in adverſis eandem gratitudinem declaret. *Ibidem, Hom.* 4[illegible]. *poſt med. col.* 332. *B.*

48 Nihil eſt tàm gratum Deo, ut anima grat[illegible], & gratias agens. *Ibidem, Hom.* 52. *circa medium, col.* 414. *lit. B.*

49. Cùm innumeris benefi[illegible]is qu[illegible]ie D[illegible] [illegible] proſequatur [illegible]ve ea ſciamus, ſive [illegible], [illegible]limus, ſive nolimus: nihil tamen [illegible] à nobis [illegible] quàm habere gratias pro his, quæ nobis f[illegible] [illegible] [illegible] pr[illegible] ipſ[illegible] gratiarum actione ad amp[illegible]or[illegible] p[illegible] [illegible]. *Ibidem.*

[illegible] Magna felicitas hominis, ſi beneficiis [illegible] [illegible] Cr[illegible]s. *Serm de Moyſe. poſt med. columna* 56[illegible]. *D.* [illegible]

5[illegible] [illegible] gratiarum actio, [illegible] San[illegible]tus ad[illegible]

[illegible]
poteſtas [illegible] ac diſcedit [illegible]
med. col. 579. *A tom.* 1.

S. IOANNES CHRYSOSTOM. 52. Qui pro parvis acceptis beneficiis [illegible] lerit, nullâ dignus eſt reprehenſione: qui [illegible] aliquod honoris culmen aſſumptus eſt, ſi vilia minimaque rependit, magnum meretur ſupplicium. *Hom.* 13. *ſup Joan. ante fin. col* 76. *D. tom.* 3.

53. Gratias agere oportet, non ſolùm divites, ſed & pauperes; non tantùm benè valentes, ſed & egrotos, non tantùm quibus ex voto, ſed & quibus præter animi [illegible] *Serm.* [illegible] *ſup. Ep.* [illegible] *Rom. in princ. columna* 16. *B. tom.* 4.

54. Gratias agentes non verbis tantùm ſed & operibus, ſed vera gratitudine, ſed rebus ipſis grati ſint. *Ibidem, ſerm.* 18 *in morali in princ. col.* 217. *D tom.* 4.

55. Ea diligens ac vera erit gratiarum actio, ſi ea per quæ Deus glorificari poterit, fecerimus *Ibidem.*

56. Ante omnia Deo gratias agamus, cui nihil gratius, nihil acceptius eſt, quàm gratitudo pro beneficiis vel in ſe, vel in alios collatis. *Hom* 2. *ſup.* 1. *Cor. in princ. col.* 331. *B. tom.* 4.

57. Pro privata utilitate in communi [illegible] tias oportet agere: & pro publica, privatam par eſt rependere gratiarum actionem. *Hom* 2. *ſup.* 2. *Cor. in princ. moralis. col.* 696. *C. tom.* 4.

58. Si in rebus adverſis Deo gratias agas, omnium præcipua hæc eſt eleemoſina. *Ibidem, Hom* 4. *circa fin moralis. col.* 722. *A.*

59. Gratias age, etiamſi rationem eventus non videas; iſtud enim eſt gratiarum actio *Profec.*

60. Si gratias agis beneficiis affectus, & rerum abundans, & benè habens rerumque proſpero ſucceſſu potitus, nihil magni facis nihilque præcipui: ſed in tribulationibus & doloribus exiſtens gratias agas. *Serm.* 19 *ſup. Epiſt. ad Epheſ. prope medium, col.* 1072. *C. tom.* 4.

61. Gratias agere pro omnibus, iſtud ſinceri, & grati eſt famuli, iſtud ſapientis, iſtud prudentis. *Ibid. in morali ante med. col.* 1076 *C.*

62. Satagamus pro omnibus gratias referre. In paupertate ſumus? gratias agamus: in ægritudine? gratias agamus? calumnias ſuſtinemus? gratias agamus: aliquod malum patimur? gratias agamus *Hom.* 33. *ſup. Epiſt. ad Hebr. in morali. circa medium, col* 1870. *D. tom.* 4.

63. Gratiarum actio homines proximos facit eſſe Deo, & Deum reddit ſibi debitorem. *Ibidem.*

64. Nullum gratiarum actioni par bonum eſt *Hom.* 1. *ad Popul. Antioch. poſt medium, columna* 22. *D. tom.* 5.

65. Magnus theſaurus gratiarum actio, magnæ divitiæ, inconſumptum bonum, armatura fortis. *Ibid. ante fin col.* 24 *A.*

66. Nihil hac linguâ ſanctius, quæ in adverſis Deo gratias agit. *Hom.* 8. *ſup. Epiſt. ad Coloſſ. poſt med. tom.* 4

IOANNES TRA[illegible] 67. Homo certè ingratiſſimus eſt, & Chriſtiano vocabulo indignus, qui [illegible] torum beneficiorum Chriſti uſque adeò fuerit [illegible] lus, ut non [illegible] tidiſſe, vel ſemel ad minus gratiarum [illegible] referat actionem. *Lib.* 1. *Hom.* 8. *ad Monachos. poſt medium, pa[illegible]* 433. *columna* 1

S. ISIDORUS PELUSIOTA. 68. Is vir eſt, qui gratias agere [illegible]. *Lib.* [illegible] *Ep* 1 [illegible] *ad Iſidor. Presbyt apud Bib. Patr. tom.* [illegible] *part.* 1 *pag.* 523. *col.* [illegible] *F. edit. Colon.* 1618.

[illegible] 69 Si quid homini boni evenerit, [illegible] gat: ſi quid [illegible] *Lib.* 6. *de divin* [illegible] *prope fi* [illegible] 86.

[illegible] N[illegible] referendâ grati[illegible] agis eſt [illegible] um quia majora [illegible] ipe [illegible] e non p[illegible] dolere. *Pr*[illegible]

[illegible]
[illegible] vita [illegible]

72. [illegible] beneſi[illegible]

73 [illegible] ad magna [illegible] aſſueſcit. *De ligno vitæ. Tr*[illegible] *pag.* 75 *col.* 2. *A.*

74. T[illegible] gratias non agis, Deum [illegible] nec vereris: undè aut contumax es [illegible] bus filius *Hom.* 2. *de non timendis hoſtibus.* [illegible] *apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *part.* [illegible] *pag.* [illegible] *edit. Colon.* 16[illegible]8.

75 In [illegible] triſtibus gratias age, & jugum [illegible] leve erit. *Paræneſ.* 3 [illegible] *apud Bibl. Patr tom.* 5. [illegible] *edit. Colon.* 1618.

76. Nihil creaturæ ma[illegible]is proprium qu[illegible] agere, cùm præterea nihil rependere valeat. [illegible] *plans. Nod. poſt med. pag* 327. *tom.* 1.

77. Grato ipſa gratiarum actio, merces eſt [illegible] ſima. *Ibid. poſt med. pag* 328.

78 Hoc eſt conſequens atque id etiam [illegible] humanæ habet, ut referatur gratia fœneratori [illegible] tuatum, & recipiant vicem munerum munerant[illegible] 6. *de Gubern. Dei. ante fin. apud Bibliothecam P*[illegible] *tom.* 5. *part.* 3. *pagina* 351. *columna* 2. *littera H.* [illegible] *Colon.* 1618.

79. Natura ipſa hominum conſuetudoque communis, hac quaſi generali cunctos lege conſtringit, ut à quibus aliquid liberalitatis accepimus, plus eis gratiæ debeamus: arctat quippè nos ad retributionem dati accepta largitio. *Ibidem, lib.* 4. *ad Eccleſ. Catholic. ante med. pag.* 380. *col.* 1. *C.*

80. Dignum eſt nos gratias agere Deo pro cunctis beneficiis, quæ in nos ille tranſtulit: dignum tamen etiam eſt pro fide gratias agere. *Sup. Ep. ad Epheſ. cap.* 1. *in illud, Gratias agere pro vobis. pagina* 623. *littera B.* THEOPHYLACT.

81. Non eſt dignus beneficium conſequi, qui de acceptis beneficiis gratias non agit. *Sup. Ep. ad Rom. cap* 1. *lect.* 5. *in princ.* S. THOMAS AQUINAS.

82. Gratiarum actio in accipiente reſpicit gratiam dantis: undè ubi major eſt gratia ex parte dantis, ibi requiritur major gratiarum actio ex parte recipientis. 2. 2. *Quæſt.* 106. *art.* 2. *in princ corporis.*

83. Indignus eſt beneficio, qui gratias non agit corde devoto. *Medit.* 25 *de Chriſti paſſ. cap.* 4. *in princ. tom.* 2. THOMAS A KAMPIS.

84. Semper debetur gratia, dignè gratias referenti. *Lib.* 2. *de Imit Chriſti. cap.* 10. *ſect.* 2. *tom.* 2.

85. Da Deo quod Dei eſt, & tibi adſcribe quod tuum eſt: hoc eſt, Deo gratias pro gratia tribue, tibi autem ſoli culpam & dignam pœnam pro culpa deberi ſentias. *Ibidem, cap.* 10. *ſect.* 3.

86 Eſto gratus pro minimo, & eris dignus majora accipere. *Ibidem, cap.* 10 *ſent.* 4.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

87. Nunquàm aliquid illuſtrius eſſe poteſt, gratiarum actione. *Lib.* 10. *Epiſt.* 19. *ad Plancum circa init. tom.* 3. CICERO.

8[illegible]. Volo & eſſe & haberi gratus. *Lib* 2. *de finib. poſt med. num* 72 *tom* 4.

89 Merenti gratias agere facil[illegible] eſt. *In panegyrico de Tr*[illegible] *Auguſto. poſt init. pag.* 323. PLINIUS [illegible]

90. [illegible] gratus eſt, qui remotis arbitris agit [illegible] ratias. *Lib.* 2. *de benef. cap.* 23. *in medio pag.* 403 *tom* 2. SENECA.

9[illegible] Nemo referre poteſt gratiam, niſi qui memi[illegible] & [illegible] meminit, jàm refert. *Ibidem, cap.* 24 *ante med pag* 40[illegible].

9[illegible] Statim gratus eſt, qui ſe onerat. *Ibidem, in inc p*[illegible] 403. *tom.* 2.

[illegible] Qui gratus futurus eſt, ſtatim dùm beneficium

accepit, de reddendo cogitat. *Ibidem, cap. 25. circa med. pag.* 404.

SENECA. 94. Nunquàm eris gratus, niſi ſtatim ſis: via reddere beneficium? benignè accipe, retuliſti gratiam: non ut ſolviſſe te putes, ſed ut ſecurior debeas. *Ibid. cap. ult. in calce. pag.* 410.

95. Non referre beneficiis gratiam & eſt turpe, & apud omnes habetur. *Ibidem, lib. 3. cap. 1. in prin. pag.* 410. *tom.* 2.

96. Ad reddendam gratiam, & virtute opus eſt, & tempore, & facultate: qui meminit ſine impendio, gratus eſt. *Ibidem, cap. 2. in princ. pag.* 411. *tom.* 2.

97. Non poteſt quiſquam & invidere, & gratias agere: quia invidere, quærentis & mœſti eſt: gratias agere, gaudentis. *Ibidem, cap. 3. à medio. pagina* 412. *tom.* 2.

98. Præſentium intuitus, ac præteritorum memoria gratum facit. *Ibidem, cap. 4. in calce. pagina* 412. *tom.* 2.

99. Cùm res honeſtiſſima ſit, referre gratiam: deſinit eſſe honeſta, ſi neceſſaria eſt. *Profec.*

100. Non eſt glorioſa res, gratum eſſe: niſi tutum eſt, ingratum fuiſſe. *Ibid. cap. 7. poſt init. pag.* 413.

101. Gratum hominem ſemper beneficium delectat; ingratum ſemel. *Ibidem, cap. 17. circa medium, pagina* 419.

102. Semper agamus Deo gratias. *Epiſt. 12. in fine pag.* 542. *tom.* 2.

103. Amoris & amicitiæ pars eſt, referre gratiam. *Ep. 81. ante med. pag.* 702. *tom.* 2.

104. Nemo referre gratiam ſcit, niſi ſapiens. *Ibid. ante med. pag.* 703.

105. Nihil grato animo honeſtius. *Ep. 81. ſub fin. pag.* 706. *tom.* 2.

SIXT. PHILOS. 106. Deo gratiam præſtat homo, qui quantùm poſſibile eſt vivit ſecundùm Deum. *Sent. 42. pagina 65. columna 1. A. apud Bibliothecam Patrum, tom. 3. edit. Colon.* 1618.

TRITHEMIUS. 107. Adventante veſpere, ſoliſque radiis occidentibus, ut Deo gratias agerent omnes, præcipiebam: poſtquàm vero gratias egerant, quiſque in proprium cubile ſe condebat. *Lib. de Poteſt. & Sap. Dei. cap. 1. circa finem.*

108. Ipſe divino afflatus ſpiritu, omnibus animi viribus, Patri Deo gratias ago. *Ibidem.*

Vide etiam Tit. Adverſitas. ſent. 97. Afflictio. ſent. 97. Amiſſio. ſent. 83. Beneficium in genere. ſent. 54. Beneficium Dei. ſent. 32. 133. Debitum. ſent. 15. Donum. ſent. 69. Gratia Dei. ſent. 68. Menſa. ſent. 25. Neceſſitas. ſent. 46.

Gravitas.

DEFINITIO, DIVISIO.

DEFINITIO.

COLLECTOR. GRAVITAS eſt firmitas & conſtantia animi, in moribus, vultu, verbis, rebus agendis quædam ſeveritas.

DIVISIO.

HUGO CARD. Multiplex eſt gravitas.
- Prima, gravitas morum.
- Secunda, gravitas pœnæ.
- Tertia, gravitas culpæ.
- Quarta, gravitas malitiæ.
- Quinta, gravitas acediæ.
- Sexta, gravitas legis.
- Septima, gravitas intelligentiæ.
- Octava, gravitas obdurationis.
- Nona, gravitas pigritiæ.
- Decima, gravitas oppreſſionis.
- Undecima, gravitas divitiarum. *Super Iſay. cap. 1. Myſticè fol. 4. col. 2. tom. 4.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Ille greſſus probabilis eſt, in quo eſt ſpecies authoritatis, gravitatiſque pondus, tranquillitatis veſtigium. *Libro 1. Offic. cap. 18. circa med. col. 11. D. tom.* 1.

2. Sermo gravitatis, eſt habena cautelæ, fidei cuſtodia, caſtimoniæ diſciplina. *Lib. 2. de pœnit. cap. 13. ſub fin. col. 178. D. tom.* 1.

3. Non placet Deo, quem non ſuorum gravitas morum probat. *Lib. 8. Ep. 64. ad Syagrium Veronenſ. Epiſcop. ante med. col. 624. B. tom.* 3.

S. AUGUSTIN. 4. Memento gravitatis tuæ, ut graviſſimum aliquid, & ſaluberrimum doceas. *Epiſt. 56. ad Dioſcorum ante med. pag. 166. D. tom.* 2.

5. Sit riſus mixtus gravitate, & plenus honeſti motus. *De Spiritu & Anima cap. 62. poſt init. pag. 641. A. tom.* 3.

6. Oportet ut ſenilis ſermo non ſolùm ſit gravis, ſed etiam brevis. *De laudib. charit. in fine. pag. 722. C. tom.* 9.

7. Severus vultus, cuſtos eſt diſciplinæ. *Serm. 2. Dom. 4. Quadrag. & in ord. 97. in fine pag. 578. lit. D. tom.* 10.

V. BEDA. 8. Gravis animus dubiam non habet ſententiam. *In ſuis Proverb. verbo Gravis. pag. 190. tom.* 2.

S. BERNARD. 9. Nulla magis virtus neceſſaria eſt, quàm ſimplicitas humilis, & gravitas verecunda. *Serm. 3. Epiph. in fine fol. 21. col. 2. E.*

10. Monſtruoſa res, vultus gravis, & actus levis. *Lib. 2. de Conſid. ad Eugen. Pap. poſt med. fol. 277. col. 2. littera E.*

11. Sit inceſſus tuus maturitate plenus, gravis & honeſtus. *In formula honeſtæ vitæ in medio fol. 340. col. 1. A.*

S. BONAVENT. 12. Geſtus Religioſi debet eſſe humilis, ſeverus, & gravis. *In ſpeculo diſciplin. part. 1. cap. 19. ſub finem. pag. 543. col. 2. C. tom. 7. part.* 4.

13. Gravitatis modeſtia multam affert (ſervata) moribus honeſtatem; neglecta, maculam & contemptum. *Ibidem.*

14. Velocitas in opere ac maturitas, non removet gravitatem, ſed vitium tarditatis excludit. *In ſpeculo diſcipl. part. 1. cap. 22. poſt med. pag. 546. col. 2. lit. A. tom. 7. part.* 4.

15. Poteſt gravitatis cenſura pro tempore remitti, non dimitti. *Ibidem, cap. 30. ante medium, pagina 550. col. 2. C.*

16. Gravitas inquietudinem & diſſolutionem excludit. *Ibidem, cap. 15. poſt initium, pagina 540. col. 2. littera A.*

CLEMENS ALEX. 17. Sit gravis aſpectus, ac motus honeſtus: ſæpè enim moveri, habitumque & figuram mutare, ſignum eſt levitatis. *Lib. 2. Pædagogi. cap. 7. circa med. fol. 36. pag. 1. C. & in fine. fol. 36. pag. 2. F.*

CONCIL. CARTH. 4. 18. In inceſſu debet eſſe ſacerdos ornatus gravitate, ut mentis maturitatem oſtendat. *Et hab. in decret. Gratiani. part. 1. diſt. 41. Can. Clericus. fol. 45. col. 2. edit. Lugdun.* 1540.

S. EPHRÆM. 19. Modeſtum ac gravem te gere: modeſtia enim & gravitas pacificum ac tranquillum vitæ ſtatum parit. *Ad Monachos Paræneſ. 46. circa initium. pag. 430. B. tom.* 2.

S. GREGORIUS MAGNUS. 20. Ille ad quodlibet officium perducatur, quem morum gravitas commendat & actio. *Lib. 5. in Regiſtro. Indict. 14. cap. 107. Epiſt. 7. ad Theodor. Epiſc. in fine. col. 828. C. tom.* 2.

S. GREG. NAZ. 21. Gravitas cum prudentia conjuncta, præferenda eſt riſui: nam animus ſevero faciei aſpectu corrigitur. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 7. in princ. pag.* 338.

S. GREG. NYSS. 22. Ita ſit morum gravitas cum moderata animi demiſſione commixta, ut non oculos lædat intuentium, ſed jucundum faciat obtutum: ut neque gravitatis ſplendor obſcuretur, neque latens in animo vis

propter humilitatem deſpiciatur; ſed alterum æqualiter in utroque, tùm in ſublimitate humanitas, tùm in humilitate gravitas animadvertatur. *De iis qui prematurè arripiuntur. poſt init. col. 593. D.*

S. Gregor. Taumat. 23. Severâ ſeu gravi vultus habitudine anima ad rectum, honeſtumque compooitur. *Ibid. cap. 7. circa init. pag. 53. col. 2. F.*

S. Hieronym. 24. Gravitas tuam perſonam decet. *Tom. 1. Ep. 8. ad Demetriad. poſt med. pag. 68 C.*

25. Sit in te gravitas, honeſtas admirabilis, & ſtupenda verecundia. *Tom. 4. Ep. 14. ad Mauritii filiam. ante fin. pag. 91. C.*

26. Nihil ſit ſcurrilitatis, aut vanitatis, ſed magis quidquid eſt gravitatis & modeſtiæ: quia Chriſtiani vita omnibus in ſpeculo poſita eſt. *Tom. 4. Ep. 53. ad Ocean. de ferendis opprobriis. ante finem. pagina 316. littera D.*

27. Quantalibet gravitate mens vigeat, carnales tamen ſenſus pueriliter cateriùs perſtrepunt: & niſi interioris gravitatis pondere refræuentur, ad fluxa quæque & levia mentem enervem trahunt. *Lib. 2. ſup. Lament. Hierem. cap. 3. ſup. illud, Oculus meus deprædatus eſt. pag. 368. A. tom. 5.*

Hug. a Sancto Vict. 28. Hæc duo pertinent ad gravitatem { Rarus ſermo & Rigor ſermoois } { Rarus ſermo concordiam ſervat. Rigor ſermonis corrigit emeodanda. *Lib. 1. de clauſtro anim. cap. 16. ante fin. pag. 40. D. tom. 2.*

29. Affabilis eſt gravitas, non garrula: aſperitatem monſtrat, ſed non eſt litigioſa. *Ibidem.*

30. Nihil gravitate deſiderabilius. *Hom. 12. ſup. Ep. ad Coloſſ. ante fin. col. 1319. C. tom. 4.*

S. Isidorus Hissalens. 31. Inceſſus tuus imagiotem levitatis non habeat, ſed gravitatis. *Profec.*

32. Ea quæ loqueris gravitate atque doctrinâ digna exiſtant. *Lib. 2. de ſynonim. cap. 8. circa medium, & ante fin.*

33. Perſpicuitas cum gravitate conjuncta, obſcuritatem auditoribus minimè parit. *Lib. 2. Epiſt. 154. ad Ophelium. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. edit. Colon. 1618.*

S. Petrus Damianus. 34. Sic ſacerdotalem vultum gravitas matura componat, ne rigorem nimium intuentium infirmitas perhoreſcat. *Lib. 2. Ep. 1. ad Epiſcopos Cardinales. in fine. pag. 26. col. 2. B. tom. 1.*

S. Prosper. 35. Multi ſunt in verbo graves, in animo turpes. *Lib. 3. de vita contemplat. cap. 10. in medio.*

Tertullian. 36. Gravitas adjutria & ſocia pudicitiæ eſt. *De cultu fœminar. cap. 8. poſt medium, pagina 314. littera E. tom. 2.*

Sententiæ Paganorum.

Cicero. 37. In rebus ſeveris non eſt jocandi locus. *Lib. 2. de divinat. ante med. num. 25. tom. 4.*

Plinius II. 38. Nullus horror in vultu, nulla triſtitia, multùm ſit ſeveritatis. *Lib. 1. Epiſt. 10. ad Arrium Clement. in medio. pag. 22.*

39. Gravitati multùm comitatis adjungere oon minùs difficile, quàm magnum eſt. *Lib. 4 Ep. ad Adrian. ante med. pag. 99.*

Seneca. 40. Non ſis audaa, nec arrogans, ſed ſubmitte gravitate ſervatâ. *De quatuor virtut. circa med. pag. 674. edit. Baſilea 1537.*

Valerius Maximus. 41. Valdè efficax eſt animi ſermoniſque abſciſſa gravitas. *Lib. 6. dictor. memorabil. cap. 4. circa med. pag. 276.*

Vide etiam Tit. Juventus. ſent. 15. Riſus. ſent. 28. Sacerdos. ſent. 28, Virginitas. ſent. 10.

Gula.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, PRODUCTIO, COMPARATIO.

Etymologia.

S. Isidorus Pelusiota. GASTRIMARGIA eſt inſanum ventris ſtudium; μαίργος quippè furioſum ſonat. *Lib. 1 Epiſt. 384. ad Philagrium. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 511. col. 2. G.*

Aristoteles. Guloſi græco vocabulo appellantur γαστρίμαργοι, id eſt, ventri uſque ad inſaniam indulgentes, tanquàm cum præter modum implentes. *Lib. 3. de Moribus. cap. 11. ante med. fol. 33. pag. 2.*

Definitio.

S. Albertus Magnus. Gula eſt cùm aliquis cibum ampliùs, quàm naturæ ſuæ conveniat, vel lautiora, vel rariora, vel nimis avidè delicata ſumit. *Part. 2. de Paradiſo. animæ, cap. 7. de vitiis in princ. pag. 54.*

S. Antonin. Gula eſt inordinatus appetitus cibi & potus. *Part. 2. tit. 6. de Gula capite 1. in principio. fol. 209. columna 3.*

S. Bonavent. Gula eſt immoderatus amor delectationis ejus, quæ eſt circa, vel ſecundùm guſtum. *Part. 1. Centiloquii ſect. 23. in princ. pagina 65. columna 1. B. tom. 6. part. 1.*

Hugo a S. Victore. Guttur ſeu gula vehiculum eſt vocis, & ciborum canalis. *Lib. 4. de proprietat. cap. 7. in fine pag. 307. F. tom. 2.*

Ventris ingluvies eſt immoderata qualiumcunque ciborum potuumve hiantis concupiſcentiæ ſatisfactio. *De fructib. carnis & ſpiritus. cap. 9. in princ. pagina 161. D. tom. 2.*

Productio.

S. Joan. Cass. De gaſtrimargia fornicationem neceſſe eſt pullulare: quamobrem ut foruicatio ſubruatur, gaſtrimargiæ vitium eſt caſtigandum. *Collat. 5. Abbat. Serapionis. cap. 10. poſt init. pag. 395.*

S. Edmundus. De gula naſcuntur inepta lætitia, luxuria, immunditia, multiloquium, debilis intellectus. *In ſpeculo Eccleſiæ cap. 8. a medio. apud Bibl. Patr. tom. 13. pag. 358. col. 2. F.*

S. Greg. Mag. De veotris ingluvie ioepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo ſenſus circa intelligentiam oriuntur. *Lib. 31. Moral. cap. 17. poſt med. ſup. illud Job. 39. Exhortationem ducum. &c. col. 1082. C. tom. 1.*

S. Hieronym. Gula genitrix eſt luxuriæ, & caſtitatis carnifex. *In Regula Monacharum cap. 35. de cibis ante med. pag. 337. A. tom. 4.*

Hugo a S. Victore. Gulæ comites ſunt, ebrietas, crapula, mentis hebetudo, languor, delicatio, oblivio. *De fructib. carnis & ſpiritus cap. 9. in princ. pag. 161. D. tom. 2.*

S. Joan. Clim. Gaſtrimargia eſt ſaporum variorumque liquaminum opifex, & ſuavitatis imaginariæ fons. *Gradu 14. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 2. pagina 265. col. 2. G.*

S. Nilus. Gula libidinis eſt mater; hæc enim libidinem gignit, & multa alia vitia, quæ ab ejus radice tanquam ſtolones pullulant, & paulatim in arbores magnas evadunt, malitiæque fructus edunt uberrimos. *In libro Aſcetico poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 965. col. 1. C.*

Gula non tantum vitiorum eſt mater ac nutrix, verùm etiam omnes aufert virtutes. *Ibidem, poſt medium, pag. 965. col. 2. E.*

Comparatio.

S. Bonavent. Sicut Eſau pro cibo lenticulæ vendidit primogenita

nita ſua, ſic guloſi pro gula vendunt præmia æterna. *Titul. primo dicta, cap. 8. ante med. pag. 278. col. 1. B. tom. 6. part. 1.*

S. Bonavent.

Sicut piſcia per guttur capitur cum hamo, & avia per collum cum laqueò tenetur: ſic guloſus per guttur, & collum capitur gulæ vitio. *Ibidem.*

S. Isidorus Hispalens.

Sicut omnes carnales cupiditates per abſtinentiam reſecantur, ita omnes animæ virtutes edacitatis vitio deſtruuntur. *Lib. 2. de ſum. bono, cap. 42. ſent. 10 pag. 658. col. 1.*

S. Justin. Mart.

Sicut corpus cùm ægrotat, multa atque infinita remedia requirit: ſic animus qui ingluvie laborat, propemodum etiam pellibus inferciri cupit. *Ep. ad Zenam, poſt med. pag. 71. col. 1. B. apud Bibliothecam Patrum tom. 2.*

Sixt. Philos.

Homo qui à ventre vincitur, belluæ ſimilis eſt. *Sententia. 262. apud Bibliothecam Patrum, tom. 3. pag. 66 col. 1. D.*

Sententiæ Patrum.

B. Alanus de Rupe.

1. Gula eſt rationis & virtutum omnium ſuffocatio. *Part. 3. Serm. 4. Regina 6. cap. 24. pag. 243.*

S. Ambrosius

2. Plurimoa gula ſua occidit, nullum frugalitas. *Lib. 1. de Cain & Abel, cap. 5. ante med. col. 930. A. tom. 4.*

S. Antonin.

3. Ventris ingluvies ad luxuriam provocat, & omne opus bonum diſſolvit. *Part. 3. tit. 13. de clericis, cap. 3. §. 3. in medio, fol. 158 col. 4.*

S. Augustin.

4. Quia eſt, qui non in cibo rapiatur aliquando extra metas neceſſitatis? *Lib. 10. Conf. cap. 31. in fine, pag. 128. lit. C. tom. 1.*

5. Fræni gutturis temperata relaxatione & conſtrictione tenendi ſunt *Lib. 10. Confeſſ. cap. 31. in fine, pag. 128. C. tom. 1.*

6. Gula cùm aliquid jucundè ſapit, etiamſi exiguum, tamen irrevocabilem partem ſibi vendicat, & hoc cogit fieri quod naturæ corporis convenit: quod niſi ita eſſet, nullus remaneret ſapor in ore poſtquam fuerint manſa illa reddita atque deſputa. *Lib. 2. de libero arbitr. cap. 7. ante finem, pag. 452. C. tom. 1.*

7. Fieri poteſt, ut ſine aliquo vitio voracitatis pretioſiſſimo cibo ſapiens utatur: inſipiens autem fœdiſſima gulæ flamma in viliſſimum ardeſcat. *Libro 3. de Doctr. Chriſt. cap. 12. in medio, pag. 36. D. tom 3.*

8. Homo crapuloſus, ferculis ſatiatus, diverſis in luxuriis ſe pruruit, & in ſtercore vitiorum ſe volutat *Serm. 67. ad Fratr. in Eremo in fine, pag. 1009. B. tom. 10.*

S. Basilius Magnus.

9. Venter cibis onuſtus, non dicam ad curſum, ſed ne ad ſomnum quidem aptus eſt: quando quidem ciborum copia oppreſſus, ne quieſcere quidem ſinitur, ſed multas in utramque partem converſiones efficere cogitur. *Apud D. Ioan. Damaſc. lib. 1. Parall. cap. 77. in princ. fol. 40. pag. 1. A.*

10. Humana corpora aſſidua ingurgitatione degravata, facilè morbis obruuntur. *Ibidem.*

11. Quid teipſum ſaginas & carnibus gravas? An ignoras quòd quantò pinguius tuum tibi corpus, tantò graviorem animæ tuæ carcerem conſtituis? *Sup. Pſ. 29. ante fin. verſ. 9. tom. 1.*

12. Gulæ vitium non in eſcarum copia naturæ ſuæ vim poſitam exercere novit, ſed in voluptate atque guſtu, licet modicis admodùm utare. *Profec.*

13. Quod ſi ita eſt, ut vel breviſſima modò guſtatu percepta delectatio obnoxium te iſtiuſmodi morbo valeat efficere, haud dubiè id te nullo negotio ad interitum dabit.

14. Ut enim fons aquæ ſi in plures ſit rivulos diſſectua, vicina rivulis illis loca omnia herbarum viriditate conveſtit, & quaſi pubeſcere facit: ſic vitium gulæ, ſi per cordis tui venas ſe effuderit & diſtraxerit, indeque permeans ſenſus tuos omnes irrigârit, ubi libidinum multarum in te ſilvam conſeverit, animum tuum fetatum habitaculum efficiet.

S. Basilius Magnus.

15. Etenim multos ego animadverti ſæpè, qui cùm alterius cujuſvis generis vitiis laborarent, ad ſanitatem tamen redierint poſteà: qui autem hoc morbo tenerentur, & ventris ingluvie duci ſe ſinerent, neminem ex omnibus vidi unquàm, qui convaluerit. *De abdicat. rerum a medio, tom. 2.*

16. Qui ut gulæ libidinem obtegant, innumerabilibus ſe aliis vitiis involvunt, cum habitu quidem inter ſalvos eſſe videantur, rebus ipſis inter perditos numerandi ſunt. *Ibidem.*

17. Gulæ libido ea eſt, per quam ludibrio habetur Noë, & Cain maledictioni ſubjicitur: per hanc primogenita amittit Eſaü, & cum Chananæis affinitate conjungitur. *Ibidem.*

V. Bedæ

18. Bibere & manducare nulli conceſſum eſt ad gulam explendam, ſed ad famem ſitimque reſtringendam. *In ſuis Proverbiis verbo Bibere, pagina. 186. tomo. 2.*

S. Bernard.

19. Voluptas gutturis, quæ tanti hodie æſtimatur, vix duorum obtinet latitudinem digitorum, & ejus tam modicæ partis tàm exigua delectatio quanta operatur ſolicitudine, quantam deindè moleſtiam parit. *Serm. de converſ. ad Clericos, cap. 12. in princ. fol. 114. col. 2. D.*

20. Guttur inſatiabili ardet ingluvie, gula diverſis ſaporibus ſatiari non poteſt. *De inter. domo, cap. 30. ante fin. fol. 328. col. 4. lit. L.*

21. Undè gula delectatur, indè venter inflatur, corpus infirmatur, & ſæpè mors ſequitur. *Ibidem.*

22. Gula ſemper eſt in pugna & in culpa: ſive manduca, ſive bibas, adeſt illa tecum pugnatura. Si benè non pugnaa, certè vinceris ab illa, quæ cum multis pugnat, & à paucis expugnatur. *Ibid. cap. 59. in princ. fol. 331. col. 2. lit. E.*

23. Qui guloſus effectus eſt, vix aliter quàm morte mores mutabit. *Epiſtola de cura & regim. rei familiaris in 2. volum. poſita, paulò poſt initium, folio 371. columna. 1. C.*

24. Guloſitas vilis & negligentis hominis putredo eſt. *Ibidem, &c.*

24. Melius eſt exiguo ſagimine ad uſum veſci, quam ventoſo legumine uſque ad ructum exſaturari. *In Apolog. ad Guillem. Abbat. cap. Vnde, in medio, fol. 305. col. 4. L.*

25. Fac gulam litigare cum burſa, & cave cujus advocatus exiſtaa: ſi autem inter gulam & burſam judex exiſtas, ſæpiùs, ſed non ſemper pro burſa ſententiam feras. Tunc malè judicas contra gulam, quando avaritia ligat burſam. *Ibidem, &c.*

26. Tota die epulas in cogitatione ruminat, qui ad explendam gulam veſperè ſibi delicias præparat. *Sermone 24. ad Sororem, poſt initium, folio 88. columna. 1. C.*

27. Cavenda eſt cura ventris; quando enim venter immoderatè reficitur, corpus ad luxuriam excitatur. *Ibid in medio, fol. 88 col. 2. D.*

28. Vitium guloſitatis horridas immunditias & incurialitates multas facit. *Apud D. Antonin. part. 4. tit. 4. cap. 4. §. 2. a medio.*

S. Bonavent.

29. Turpe eſt ut homo amet gulam, per quam è Paradiſo ejectus eſt. *Sermone 1. de uno Confeſſore, & in ordine. 23. circa medium, pagina. 328. columna 1. tomo. 3.*

30. Si gulam non viceris, ſed ipſa te vicerit, ſtatim advocat ſororem ſuam luxuriam. *De pugna Spirit. contra 7. vitia capitalia, cap. 2. in princ. pag. 26. col. 2. lit. E. tom. 7. part. 3.*

Clemens Alex.

31. Iis, qui ad luxum menſarum propenſi ſunt, & ſuoa ſibi morbos enutriunt, præeſt dæmon belluo maximus, quem ego non verebor appellare ventri dæmonem, dæmonum omnium peſſimum & pernicioſiſſimum. *Lib. 2. Pædag. cap. 1. ante finem, fol. 31. pagina 2. D.*

CLEM. ALEX. 31. Non eſt unquam proſiltendum ab ingluvie perſuaſis. *Ibid. cap. 7. circa med. fol. 36. pag. 1. C.*

32. Quàm res ſit immunda, ingluvies, arguunt ſterquilinis, in quæ ventres noſtri expuunt reliquias convivii. *Ibid. lib. 2. cap. 7. in princ. fol. 49. pag. 1. A.*

33. Vinum & carnia ingurgitationes corpus quidem fortius efficiunt, animam verò debiliorem. *Lib. 7. ſtromat. longe ante med. fol. 147. pag. 2. F.*

34. Valdè à ratione alienum eſt & inutile, & nequaquam humanum, pecudum more pinguefactum morti nutriri, deorſum in terram reſpicientes, & è terra ſemper in menſas procumbentes, lautam ac delicatam vitam perſequentes, ſoli cibi devorationi blandientes. *Lib. 2. Pædag. cap. 1. prope med. fol. 30. pag. 2. E.*

S. ELIGIUS. 35. Gula veſtit & nudat, aufert ornamenta virtutum, veſtit ignominiâ vitiorum. *Hom. 3. poſt medium, apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 236. col. 2. H. edit. Colonienſis.* 1618.

EVAGRIUS. 36. Sommo ſtudio in hoc incumbendum eſt, ut ventri dominemur: Deus enim eſt eorum, qui ab ipſo vincuntur. *Et hab. apud D. Ioan. Damaſc. lib. 1. parall. cap. 77. in calce, fol. 41. pag. 1. C.*

GLOSS ORD. 37. Qui inexhauſtâ cupidine gulæ ventrique deſerviunt, pecorum vitam potiùs conſectantur. *Sup. Eccleſiaſten, cap. 9. in illud. Vade ergo & comede. col. 1798. lit. E. tom. 3.*

S. GREG. MAG. 38. Dùm gulæ incumbitur, ad levitatis protinùs inſaniam prodiuur. *Lib. 10. Moral. cap. 9. circa medium, col. 355. D. tom. 1.*

39. Sæpè edendi delectatio ſervit gulæ, & ſervire ſe ſimulat indigentiæ naturæ; cúmque ventrem ingluvie extendit, membra in luxuriam erigit. *Lib. 7. Moral. cap. 12. ante fin. col. 226. D. tom. 1.*

40. Pravi cùm reficiendis cibo corporibus naturæ ſerviunt, per delectationem gulæ, in voluptatis ingluvie diſtenduntur. *Ibid. lib. 20. cap. 15. ante med. num. 12. col. 682. A.*

41. Dominante gulæ vitio, per carnis illecebram omne quod fortiter agitur, perditur: & dùm venter non reſtringitor, per carnis concupiſcentiam ſimul cunctæ virtutes obruuntur. *Ibid. lib. 29. cap. 13. ante med. num. 26. col. 1028. D.*

42. Quid ſimilius ſerpenti, quàm violentum gulæ vitium, quod tantò eſt fraudulentius, quantò & occultius? *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 1. poſt init. col. 1578. lit. C. tom. 2.*

43. Gula quaſi neceſſarium ſuggerit cibum corpori, ſed dùm abundanter carnem reficit, luxuriæ gladium in mentem mergit. *Ibidem.*

44. Gula ſimilis eſt ſerpenti, quia reſpectu juſtæ neceſſitatis repit, & virus impiæ delectationis ſpargit. *Ibidem.*

45. Guloſi quique pro ſolicitudine ventris innumerabilium curarum frequentia deprimuntur. *Ibidem.*

46. Sancti viri gulæ ſuggeſtionem non habent in fœdere amicitiæ, ſed in pugna contrarietatis: eos gulæ appetitus tentare poteſt, ſuperare non poteſt. *Ibidem, longè poſt init. col. 1479. A.*

47. Fœdus à gula petunt, qui vellent carnem pro voto reficere, ſi in carne nulla poſſent incitamenta ſentire luxuriæ. *Ibidem.*

48. Gula ſimilis eſt ſerpenti, & abſtinentes quaſi cum ſerpente pugnant, quando gulæ appetitum magnâ virtute deprimunt, ut veneno luxuriæ non inficiantur. *Ibidem.*

49. Gulæ eſt, eſurientia abſtinentium corpora ad inordinatam ventris repletionem provocare. *Ibidem.*

50. Ex uno gulæ vitio innumera vitiorum agmina ad conflictum animæ producuntur. *Ibidem, longe ante medium, ſup. illud, Et factum eſt cùm veniſſet dies, &c. col. 1480. C.*

51. Cùm gulæ vitium reciditur, alia multa ſimul vitia ſubjugantur, *Ibidem.*

S. GREG. MAG. 52. Benè gulæ ſerpens atteritur, ſi ſic gula reſtringitur, ut libidinoſi motus corporis, omnis violentia minuatur. *Ibidem.*

53. Gulæ deditos, ſuperfluitas locutionis, levitas operis, atque luxuria comitatur. *Part. 3. Paſtoral. cap. 1. Admonit. 20. in princ.*

54. Plerique reſiſtere gulæ incipiunt, ſed dùm fatigari abſtinentiæ labore inchoant, ad uſum ſe conſuetæ guloſitatis inclinant. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 1. poſt init. col. 1480. A. tom. 2.*

55. Gulæ appetitus de infirma carne refici appetit, ſed electa mens in abſtinentiæ virtute roborari. *Ibid. longè poſt init. col. 1481. B.*

S. GREG. NAZ. 56. Nihil perindè pugnax, atque contentionis avidum eſt, ut venter. *Et hab. apud D. Ioannem Damaſcenum, lib. 1. Parall. cap. 77. circa medium, fol. 40. pag. 2. D.*

S. HIERON. 57. Quidquid poſt gulam non ſentitur, idem tibi ſit, quod panis & legumina. *Tom. 1. Ep. 13. ad Paulin. circa med. pag. 103. B.*

58. Illicò mens repleta torpeſcit, & irrigata humus, ſpinas libidinum germinat. *Tom. 1. Ep. 22. ad Euſtoch. ante med. pag. 139. B.*

59. Nulla guloſis, niſi ventris cura eſt, & quæ ventri ſunt proxima. *Ibid. poſt med. pag. 144. D.*

60. Eſus carnium, & potus vini, ventriſque ſaturitas, ſeminarium libidinis eſt: undè comicus, Sine Cerere, inquit, & Libero friget Venus. *Tom. 2. lib. 2. adverſ. Jovian. longè ante med. pag. 75. B.*

61. Nihil ita obruit animum, ſicut plenus venter & exæſtuans, & huc illucque ſe vertens, & in ructus vel in crepitus ventorum efflatione reſpirans. *Ibidem, ante med. pag. 77. B.*

HUGO A S. VICTORE. 62. Deo ventri templum, eſt coquina: altare, menſa: miniſtri, coqui: immolatæ pecudes, coctæ carnes: fumus incenſorum, odor ſaporum. *Lib. 2. de clauſtro animæ, capite 19. ante medium, pagina. 49. C. tomo. 2.*

HUGO CARD. 63. Nimis guloſus eſt, qui totum comedit, & de cujus copia nihil ad pauperes pervenit. *Sup. Luc. cap. 16. fol. 231. col. 4. tom. 6.*

64. Gula eſt lepra, quæ quinque ulcera ſive veſicas facit: ſcilicet egeſtatem, infirmitatem, cordis gravitatem, ſacræ orationis indignitatem & fatuitatem. *Ibid. cap. 17. fol. 236. col. 2.*

65. Gula canis vorax eſt. *Sup. Ep. ad Galat. cap. 2. Moraliter. fol. 152. col. 1. tom. 7.*

66. Amicus ventris, eſt inimicus crucis, id eſt, pœnitentiæ. *Sup. Epiſt. ad Philipp. cap. 3. fol. 185. col. 2. tom. 7.*

IDIOTA. 67. Miſera caro aviditatem edendi commovet, gulam incitat, appetitum provocat, voluptates ingerit. *Lib. 3. contemplat. de conflictu carnis, cap. 2. in princ. pagina. 16. col. 2. F. apud Bibl. Patr. tom. 10. edit. Colonienſis.* 1618.

68. Tantò faciliùs carnem gula in præceps rapit, quantò honeſtiore nomine neceſſitatis ſe contegit. *Ibidem, libro 2. capite. 2. ante medium, fol. 16. columna. 2. G.*

S. INNOC. III. 69. Initium vitæ hominis, aqua & panis & veſtimentum & domus protegens turpitudinem: nunc autem guloſis non ſufficiunt fructus arborum, non genera leguminum, non radices herbarum, non piſces maris, non beſtiæ terræ, non aves cæli; ſed quæruntur pigmenta, comparantur aromata, & nutriuntur altilia. *Profec.*

70. Capiuntur ob eſcam, quæ ſtudioſè coquuntur arte coquorum: quæ lautè parantur officio miniſtrorum.

71. Alius contundit & colat, alius confundit & conficit, & ſubſtantiam convertit in accidens.

72. Naturam mutat in artem, ut ſaturitas tranſeat in eſuriem, ut faſtidium revocet appetitum ad irrigandam gulam, non ad ſuſtentandam naturam; non

ad neceſſitatem ſupplendam, ſed ad aviditatem explendam.

S. Innoc. III. 73. Cæterùm tàm brevis eſt gulæ voluptas, ut ſpatio loci vix ſit quatuor digitorum; ſpatio temporis, vix ſit totidem momentorum.

74. Contemnitur mediocritas, & ſuperfluitas affectatur in diverſitate ſaporum, in varietate ciborum.

75. Aviditas neſcit modum, & varietas excedit menſuram: ſed mens gravatur & ſtomachus turbatur, & ſenſus opprimitur; indè non ſalus & ſanitas, ſed morbus & mors. *Lib. 2. de contemptu mundi, cap. 17. per totum, pag.* 83.

76. Gula eſcarum tributum exigit, ſed viliſſimum reddit: quia quantò ſunt delicatiora cibaria, tantò fœtidiora ſunt ſtercora. *Profec.*

77. Turpiùs egerit, qui turpiter ingerit, ſuperiùs & inferiùs horribilem flatum exprimens, & abominabilem ſonum emittens. *Ibid. cap.* 18. *in princ. pag.* 85.

78. Gula	Paradiſum clauſit.
	Primogenita Eſau vendidit.
	Suſpendit piſtorem.
	Decollavit Baptiſtam. *Ibidem.*

Ioan. Cass. 79. Nunquàm poterit ardentis concupiſcentiæ ſtimulos inhibere, quiſquis deſideria gulæ refrænare nequiverit. *Lib. 5. de cœnob. inſt. cap. 11. in princ. O. pagina.* 1 c 8.

80. Qui gulæ inordinatos appetitus inhibere non potuit, quomodo æſtus carnalis concupiſcentiæ valebit extinguere? *Ibid. cap. 20. in medio. pag.* 125.

S. Joannes Chrysostom. 81. Gula damnoſa eſt, impleri plus quàm ſatis, & diſrumpere ventrem. *Hom. 10. ſup. Gen. prope init. col. 60. B. tom.* 1.

82. Ventri ſervire, non hominum, ſed belluarum potiùs eſt. *Hom. 1. ſup. Ioan. in fine, col. 20. B. tomo.* 3.

83. Nihil gulâ pernitioſius, nihil ignominioſius eſt: hæc obtuſum & craſſum ingenium, hæc carnalem animam reddit, hæc cæcat intellectum, nec ſinit ut quidquam perſpiciat. *Ibid. Hom. 44. in princ. col. 213. A. tomo.* 3.

84. Chriſtus præ fame tabeſcit, tu autem præ gula teipſum diſrumpis. *Hom. 27. ſup. acta Apoſt. in morali poſt med. col. 632 B. tom.* 3.

85. Intractabilis eſt cupiditas & ventris voracitas. *Hom. 23. ſup. 1. Cor ante med. in illud* 10. *Caſtigo corpus meum, col. 500. C. tom.* 4.

86. Simul atque præteriit linguam atque fauces, voluptas omnis extincta eſt. Ubi voluptas illa pertranſiit, magna prorſus triſtitia linquitur, ſive ſtomacho per cruditatem oppreſſo, ſive qualibet aliâ difficultate laceſſente. *Hom. 13. ſup. 1. Tim. poſt medium, col. 1504. C. tom.* 4.

S. Joan. Clim. 87. Gaſtrimargia eſt ſimulatio ventris; cùm enim ſatiatus fuerit, indigere ſe clamat: & cùm diſtentus atque diſruptus, vociferatur eſuriem. *Gradu. 14. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 2. pag. 265. col. 2. G. edit. colon.* 1618.

88. Qui ventri dùm obſequitur, fornicationis ſpiritum vincere vult, is ei ſimilis eſt, qui oleo incendium extinguere nititur. *Gradu. 14. in medio, apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 2. pag. 266. col. 1. D. edit. Coloniæ.* 1618.

S. Ioannes Damasc. 89. In ingluvie venerea cupiditas inſita eſt. *Lib. 1. Parall. cap. 77 ſub finem, fol. 41. pag. 1. B.*

Joan Gers. 90. Guloſus majori afficitur pœnâ per gulam, quàm voluptas ſit; ſuam degluttiendo eſcam, plures occidit gula, quàm gladius, nemo negat. *Serm. contra gulam. ſub finem part.* 4.

91. Fruſtra præliatur adverſus alia vitia, qui gulæ portam aperit. *Serm. Dom. 1. Quadrag. ante medium, Part.* 4.

Tom. I.

Ioan Saresb. 92. Propter brevem gulæ voulptatem, terræ luſtrantur, & maria; & ut mulſum vinum pretioſuſque cibus fauces pertranſeat, totius vitæ opere deſudatur. *Lib. 8. de nugis curial. cap. 6. poſt. initium, apud Bibl. Patrum tom. 15. pagina. 463. columna. 2. E. edit. Colon.* 1622.

93. Dicat Apoſtolus quod voluerit, quia fornicationem fugere, & gulæ ſervire, aut omninò impoſſibile, aut difficillimum eſt. *Profec.*

94. Nam & illa pars gulæ, quæ corpori vires adimit, nequaquàm mœchiæ expers eſt. *Ibid. lit. G.*

Joan. Trith. 95. Multis nocuit diutiùs continuata voracitas, & plures crapulâ quàm gladio perierunt. *Lib. 1. Hom. 15. ad Monachos, poſt med. pag. 477. col.* 2.

96. Nemo carnis ſuæ motus poteſt deprimere, qui gulam contempſerit edomare. *Lib. 1. Hom. 21. ad Monachos, poſt med. pag. 501. col.* 1.

S. Isid. Hisp. 97. Utile eſt cavere gulam, ciborumque concupiſcentiam: quid enim tàm noxium, quàm ut animus ſerviat ventri? *Lib. 2. de ſum. bono, cap. 42. ſent. 3. pag. 657. col.* 1.

98. Qui nimiùm cibis utuntur, quantò magis ventrem paſcunt, tantò ampliùs ſenſum mentis obtundunt. *Profec.*

99. Nam Græci dixerunt, ex craſſo ventre ſubtilem ſenſum gigni non poſſe: gulæ enim ſaturitas nimia aciem mentis obtundit, ingeniumque hebeſcere facit. *Ibidem, ſent. 5. pag. 657. col.* 2.

100. Sicut omnes carnales cupiditates per abſtinentiam reſecantur, ita omnes animæ virtutes edacitatis vitio deſtruuntur. *Ibidem, ſententia. 10. pagina.* 658. *col.* 1.

101. Non poteſt quiſpiam virtutum perfectionem attingere, niſi priùs ventris edomaverit ingluviem. *Ibidem.*

102. Nemo poteſt dominari cæteris vitiis, niſi priùs ingluviem ventris reſtrinxerit. *Profec.*

103. Nec quiſquam facilè poterit à ſemetipſo ſpiritus immundos abſtinere, niſi per abſtinentiam gulæ. *Ibidem, ſent. 11. &c.*

104. Quatuor ſunt genera diſtinctionum in gulæ appetitu.	Quid.	Quid, ad rem ipſam pertinet, quæ appetitur.
	Quando.	Quando, ſi ante legitimum tempus quid appetatur.
	Quantum.	Quantum, ad immoderationem refertur.
	Quomodo appetatur.	Quomodo, ad impatientiam feſtinationis adſcribitur. *Ibidem, ſent, 13. pag. 658. col.* 1.

105. Nullus homini tàm importunus exactor eſt, quàm venter, qui quotidianam refectionem, quotidianâ famis exactione adimplet. *Profec.*

106. Cum cæteris enim vitiis, etſi interdùm naſcimur, interdùm tamen cum eis non morimur: cum iſto autem & naſcimur, cum iſto & morimur. *Ibidem, ſent. 14. pag. 658. col.* 2.

107. Plerumque voluptas veſcendi ita ſub obtentu neceſſitatis ſubrepit, ut dùm putatur ſervire neceſſitati, voluptatis deſiderio ſerviatur: nec facilè diſcernitur, utrùm quod accipiatur, gulæ an indulgentiæ deputetur. *Ibidem, ſent. 15. pag. 658. col.* 2.

108. Immundi ſpiritus ſe magis injiciunt, ubi plus viderint eſcarum & potuum. *Ibidem, cap. 44. ſent. 3. pag. 659. col.* 1.

109. Totâ die epulas in cogitatione ruminat, qui ad capiendam gulam, veſpere ſibi delitias præparat. *Ibid. cap. 44. ſent. 12. pag. 659. col.* 2.

110. Qui appetitum edacitatis reprimit, ſine dubio laſciviæ motus reſtringit. *In regula Monachor. cap. 9. circa med. pag. 702. col.* 2.

S. IUSTIN. MART. 111. Fugienda eſt ingluvies, paucorum, eorumque neceſſariorum, ſumptione & frugalitate. *Ep. ad Zenam, poſt med. apud Biblioth. Patr. tom. 2. editionis Colonienſis* 1618.

LACT. FIRM. 112 Turpe eſt ſapienti, ſi ventri & gulæ ſerviat: quod qui facit, inſipiens utique, ineptus & nihil eſt. *Lib. 6. de div. inſt. cap. 22. in princ.*

S. LAURENT. IUSTIN. 113. Nequaquàm mens noſtra ad contemplanda æterna & cœleſtia provehitur, niſi gulæ appetitum coarctaverit. *De ligno vitæ, tract. 1. de ſobriet. cap. 1. in fine. pag. 60. columna 1. D. parte 1.*

114. Per gulam.
- Natura corrumpitur.
- Libidinis nutriuntur incendia.
- Subvertitur ratio.
- Scelera panduntur.
- Homicidia fiunt.
- Proferuntur ſtultiloquia.
- Detractiones & verba ſcurrilia prodeſit.
- Hebetatur mens.
- Maturitas relaxatur.
- Comeſſationes frequentantur.
- Lætitia inepta diſſolvit.
- Immunditia polluit.
- Mors oritur culpæ.
- Reſolutionis corporis memoria tollitur. *Libro 1. de ſpirituali interitu, cap. 23. in principio, pagina 538. columna 2. C. parte 2.*

S. MARINUS MART. 115. Omnes virtutis fructus perimit affectio gulæ. *Centur. 5. de virt. & vitio. cap. 57. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 399. col. 2. H.*

S. NILUS. 116. Venter rectæ firmæque rationi non acquieſcit, luxuriâ atque libidine corrumpitur. *In libro Aſcetico, poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2.*

117. Ventrem imperio tene, ne tibi ille imperet. *Ibidem, orat. 1. de Gula in fine.*

118. Dæmonum princeps, eſt Sathanas: virorum autem, gula. *Ibidem*, &c.

119. Apud mundanos radix malorum, avaritia eſt: apud Monachos autem, gula. *Ibidem.*

PETR. BLES. 120. Nihil magis prædatur oculos, quàm ingluvies ventris: edacitas quidem cibos frangit, ſed oculos vorat. *Epiſt. ad Reginald. Sarisberienſ. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 769. col. 1. C. edit. Colonienſ.* 1618.

S. PETRUS DAMIANUS. 121. Edacitas, quædam ſanguiſuga eſt; cui duæ ſunt filiæ, ebrietas ſcilicet & luxuria. *Lib. 1. Ep. 15. ad Alexandr. Pap. circa med. pag. 13. col. 2. A. tom. 1.*

122. Ventrem vino & epulis aſſueſcere, quid eſt aliud, quàm hoſtibus animæ, ut ingrediantur, aditus aperire? *Lib. 6. Ep. 32. ad Eremit. ſuos. poſt med. pag. 105. col. 1. C. tom. 1.*

123. Qui ventrem pro Deo veneratur, Deum quodammodò negare convincitur. *Ibidem.*

124. Venter & genitalia invicem ſibi vicina ſunt, & cum hoc in cute reficiatur, illud ad contumelias excitatur. *Ibidem.*

ROBERTUS BELLARM. 125. Varia irritamenta gulæ, à diabolo ſunt. *Sup. Pſ. 103. verſ. 17.*

126. Gula ebrietate famulante, magiſtra ſolet eſſe damnorum. *Hom. 19. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 497. col. 2. G. edit. Colon.* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 127. Eſſe aut bibere quæ ſors obtulerit, quoad plenior ſis, quàm naturæ neceſſitas poſtulat, nihil aliud eſt, quàm modum naturæ convenientem copiâ ſuperare. *Lib. 3. Moral. cap. 11. circa init. edit. Pariſ.* 1565.

CATO POETA. 128. Indulgere gulæ noli, quæ ventris amica eſt. *Libro 4. Diſtich. Metr.* 23.

CICERO. 129. Ne mente quidem uti poſſumus, multo cibo & potione repleti, nec unquàm mihi placuit bis in die ſaturum fieri. *Lib 5. Tuſc. quæſt. poſt med. tom* 4.

DIOGEN. 130. Venter, vitæ charybdis eſt. *In Sentent. ſent* 6.

PLINIUS. II. 131. Illa gula reprimenda, illa quaſi in ordinem redigenda eſt. *Lib. 2. Ep. 6 ad Avitum a medio. pag.* 45.

SENECA. 132. Guloſi vomunt ut edant: edunt, ut vomant. *De conſol. ad Helviam. cap. 9. ante finem, pagina 634. tom.* 1.

133. Ad vos tranſeo, quorum profunda & inſatiabilis gula, hinc maria ſcrutatur, hinc terras. *Profec.*

134. Infelices, quòd non intelligitis, vos majorem famem habere, quàm ventrem. *Ep. 89. in fine, pag. 748. tom.* 2.

135. Multos morbos multa fercula ferunt: innumerabiles eſſe morbos miraris? coquos numera. *Ep. 95. ante med. pag. 786. tom.* 2.

136. Gula non quærit quemadmodum impleat ventrem, ſed farciat. *Ep. 119. ante fin. pag. 871. tom.* 2.

137. Venter præcepta non audit, poſcit, appellat, non eſt tamen moleſtus creditor, parvo dimittitur; ſi modò das illi quod debes; non quod potes. *Ep. 21. in calce, pag. 562. tom.* 2.

138. Taurus pauciſſimorum jugerum paſcuis impletur; una ſilva elephantibus pluribus ſufficit: homo verò via terrâ paſcitur & mari. *Ep. 60. in medio, pag. 634. tomo.* 2.

139. Ventri obedientes, animalium loco numeramus, non hominum: quoſdam verò ne animalium quidem, ſed mortuorum. *Ibidem in fine, pag* 634.

SIXT. PHILOS. 140. Melius eſt fame mori, quàm per incontinentiam ventris maculare animam. *Sent. 335. pag. 66. col. 2. H. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. col.* 1618.

TRISMEGIST. 141. Fugiendum in primis malum eſt, ventris luxus, malorum omnium fomes. *Lib. de Poteſt. & ſap. Dei, cui titulus Pimander, cap. 6. circa medium.*

Vide etiam tit. Cibus. ſent. 57. Diſciplina ſent. 59. Fornicatio. ſent. 451. Hæreſis. ſent. 60. Jejunium. ſent. 108. Libido ſent. 91. Mens. ſent. 63. 98. Otioſitas. ſent. 50. Pudicitia. ſent. 31. Senectus. ſent. 18. Superfluitas. ſent. 36. Vinum. ſent. 61.

H.

LIBER VIII.

HABERE.

DEFINITIO.

COLLECTOR. HABERE eſt rem detinere actualem, vel juridicam.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Qui plurimum habet, etſi non donat, non abundat, quia quantumvis acquirat, eget, qui ſemper plus concupiſcit. *Profec.*

2. Qui verò exiguum habet, non minuit amiſſione, quia nihil eſt quod amittit. *Lib. 1. Offic. cap. 30. ante fin. col. 22. lit. e. tom. 1.*

3. Satis mihi eſt, quod habeo (alienum non requiro) ſive parum, ſive multum habeam, mihi plurimum eſt. *Ibid. lib. 2. cap. 17. circa med. col. 50. A. tom. 1.*

4. Quantæ felicitatis eſt, quod nulla vos habendi cupiditas inflammat? pauper quod habet, poſcit: quod non habet, non requirit. *Lib. 1. de Virg. ante fin. tom. 1.*

S. ANTONIUS DE PADUA. 5. Vis totum habere? da Deo totum, & ipſe dabit tibi ſuum: & ſic nihil habebis de te, quia habebis eum totum cum toto te. *Serm. Dom. 13. poſt Trinit. ante med. fol. 254. pag. 1.*

S. AUGUSTIN. 6. Melius eſt minùs egere, quàm plus habêre. *In Regula 3. ad clericos ante med. pag. 593. A. tom. 1.*

7. Multi miſeri ſunt magis habendo quod amant, quàm carendo: amando res noxias miſeri, habendo ſunt miſeriores. *Sup. Pſ. 26. Enarrat. 2. longe poſt init. verſ. 7. pag. 89. A. tom. 8.*

8. Habere te agnoſce quod non habebas, & ex te nihil habere; ut nec ſuperbus ſis, nec ingratus: non eſt ibi ſuperbia elati, ſed confeſſio non ingrati. *Sup. Pſ. 85. ante med. verſ. 2. pag. 647. A. tom. 8.*

9. Tolle invidiam, & tuum eſt quod habeo: tolle invidiam, & meum eſt quod babes; livor ſeparat, charitas jungit. *Tract. 32. ſup. Evang. Ioan. de cap. 7. poſt med. pag. 176. D. tom. 9.*

10. Non indignetur juſtè vivens & laborans, intus habet quod felix malus non habet, non ergo triſtetur, non maceretur, non deficiat. *Profec.*

11. Felix ille habet aurum in arca, iſte Deum in conſcientia: ille illud habet quod perit, & ibi habet undè perit, iſte Deum habet, & eum qui perire non poteſt, & ibi habet undè auferri non poteſt. *Ibid. tract. 25. de cap. 6. ante fin. pag. 150. D.*

12. Magis cogitare debetis quid vobis deſit, quàm quod vobis adſit: quod habes, cave ne perdas, quod nondum habes, ſupplica ut habeas. *De verb. Domini Serm. 63. ante med. pag. 139. B. tom. 10.*

13. Totum habet, qui bonam voluntatem habet: ipſa eſt quæ poteſt ſufficere, ſi cætera non ſint. Si autem ſola deſit, nihil prodeſt quidquid habitum fuerit: ſola ſufficit, ſi adſit. *Hom. 8. ex quinquag. Hom. à medio tome. 10.*

14. Funde quod habes, ut capias quod non habes. *Ibidem Hom. 37. in medio pag. 353. A.*

15. Natura dicitur ſimplex, cui non ſit aliquid habere, quod vel poſſit amittere; vel aliud ſit habens, aliud quod habet. *Lib. 11. de civit. Dei, cap. 10. ante medium, tomo. 5.*

16. Amor inhians habere quod amat, cupiditas eſt: id autem habens eoque fruens, lætitia. *Ibid. lib. 14. cap. 7. poſt med.*

S. AUGUSTIN. 17. O homo, in præceptione cognoſce quid debeas habere, in correptione cognoſce tuo te vitio non habere, in oratione cognoſce undè accipias quod vis habere. *De corrept. & gratia, cap. 3. in fine tom. 7.*

18. Omnis res quæ dando non deficit, dùm habetur & non datur, nondum habetur quomodo habenda eſt. *Lib. 1. de doctr. Chriſt. cap. 1. in medio tom. 3.*

19. Pecunia & à malis malè habetur, & à bonis tantò meliùs habetur, quantò minùs amatur. *Ep. 54. circa finem tom. 2.*

20. Satius eſt minùs quemque habere quod à Deo petat, quàm plus habere quod ſibi tribuat. *Ep. 89. queſt. 2. ante med. tom. 2.*

21. Habent homines mali, quod corpore incolumi vivunt, habent undè vivunt, babent undè malè vivunt. *Ep. 202. ante fin. tom. 2.*

22. Ex iis quæ habes gratias age Deo, tanquam fonti bonitatis undè habes. *Ep. 205. ante fin. tom. 2.*

23. In cælo ſumma felicitas eſt, habere quod amas. *Lib. 12. de Geneſi ad litt. cap. 26. in medio tom. 3.*

24. Manifeſtum eſt quòd aliquando ſervi Dei ideò non habent, ut probentur qui habent. *Hom. 18. ex quinquag. Hom. ante med. tom. 10.*

S. BERNARD. 25. Nemo in hoc ſæculo nequam quod vult habere poteſt: quandoquidem nec juſtus juſtitia ſatiatur, nec voluptuoſus voluptate, nec curioſus curioſitate, nec ambitioſus inani gloria. *Serm. de primordiis, &c. in medio fol. 95. col. 4. lit. M.*

26. Anima quod delectat habere, id etiam perdere timet. *Serm. 82. ſup. Cant. circa med. fol. 200. col. 4. lit. K.*

27. Cùm omnes te habeant, eſto etiam tu ex habentibus unus. *Lib. 1. de Conſid. ad Eugen. Pap. ante med. fol. 275. col. 1. C.*

28. Non plus habeat quis, quàm licet habere: ne plus habere libeat, ſi habet quod liceat habere. *Lib. de natura & dignit. amoris, cap. 9. ante med. fol. 55. col. 1. C.*

29. Quid vanius illis, qui ſe putant habere, quod non habent? *Lib. de Paſſione Dom. cap. 29. in fine fol. 69. col. 3. lit. H.*

30. Melius eſt plus egere, quàm plus habere. *Serm. 46. ad ſororem in fine, fol. 92. col. 2. lit. E.*

31. Quidquid habeas, habeto cum licentia: ſi quid habes, habeto cum benedictione: ſine licentia nihil habeas, ſine benedictione nihil accipias, ſine licentia nihil tribuas. *Ibid. Serm. 48. in fine fol. 93. col. 1. C.*

S. BONAVENT. 32. Vir ſanctus dùm nihil habet in mundo, eſt dives in cælo. *Serm. 5. de uno Mart. & in ord. 17. prope med. pag. 319. col. 1. tom. 3.*

33. Magna eſt ſecuritas cordis, nihil habere concupiſcentiæ ſæcularis. *In collat. de contemptu ſæculi, in princ. pag. 95. col. 1. e. tom. 7.*

34. Nihil habeas, & nihil omninò habere velis ultra neceſſitatem. *Lib. medit. vita Chriſti, cap. 44. poſt init. pag. 365. col. 2. A. tom. 6.*

35. Quicunque in hac vita benè habetis, cùm vos bona egiſſe recolitis, valdè de his pertimeſcite, ne conceſſa vobis proſperitas, eorumdem remuneratio ſit bonorum. *In Apolog. pauper. reſp. 3. cap. 3. ante med. pag. 415. col. 2. D. tom. 7. part. 4.*

36. Nemo in Chriſti expeditione liberior nil habente. *In ſpeculo diſcipl. part. 2. cap. 6. ante med. pag. 556. col. 2. D. tom. 7. part. 4.*

37. Divitiæ non ſatiant appetitum habentis; ſed quò plus habetur, eò inquietiùs ſititur. *Lib. 2. de profectu Relig. cap. 44. ſub finem. pag. 594. col. 2. lit. E. tom. 7. part. 4.*

38. Admodùm rari ſunt, qui non plus habere cupiant, vel pro ſe, vel pro aliis. *Ibid. cap. 45. poſt med. pag. 594. col. 2. lit. E. tom. 7. part. 4.*

39. Divitias habere & amare, infructuoſum eſt: amare & non habere, periculoſum eſt: habere autem & non amare, laborioſum eſt. *Profec.*

S. BONAVENT. 40. Nec habere divitias, nec amare, utile eſt, ſecurum eſt, delectabile eſt. *De perfect. vita ad ſorores. cap.* 3. *ante finem. pag.* 634. *col.* 1. *littera D. tom.* 7. *part.* 4.

41. Qui nihil habet in mundo quod diligit, nihil eſt in mundo quod pertimeſcit. *Ibidem.*

S. CÆSARIUS ARELAT. 42. Nihil habere interdùm, rea neceſſitatis eſt: nihil per avaritiam cupere, virtutis. *Hom.* 27. *in medio. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 772. *col.* 2. *F. edit. Colon.* 1618.

43. Hunc ſibi ſpecialiter modum Religioſus ponere debet, ut tantùm habeat, quantùm neceſſitas poſcit, non quantùm cupiditas concupiſcit. *Profoc.*

44. Habendi enim amor, niſi ad integrum reſecetur, ardentior eſt in parvis, & plus torquetur in minimis. *Ibidem.*

GLOSS. ORD. 45. Quid deeſſe poteſt illi, qui omnia habentem habet? *Sup. Deutor. cap.* 18. *in principio. columna* 1561. *A. tom.* 1.

GLOSS. INT. 46. Facilè deſpicit divitias, qui non habet: difficilè viles æſtimat, qui habet. *Sup. Iob. cap.* 12. *col.* 152. *D. tom.* 3.

GLOSSA ORD. 47. Homo hoc quod habere videtur exteriùs, tranſit: & illud quod tranſire non poteſt, interiùs non habet. *Ibid. cap.* 15. *col.* 181. *A.*

48. Sufficiat tibi quod habes, ne ſuperfluè quæras quod adipiſci non vales. *Sup. Eccleſiaſtic. cap.* 29. *circa fin. col.* 2124. *D. tom.* 3.

49. Plenè habere eſt ſcire undè habeas: qui ergo non habet, ideſt qui neſcit undè habeat, & quod habet auferetur ab eo. *Sup.* 2. *ad Cor. cap.* 2. *col.* 212. *F. tom.* 8.

50. Non parcè ſeminat, qui parum habens, parùm largitur, ſi animus promptus ſit plus dare, ſi plus haberet. *Sup.* 2. *Cor. cap.* 9. *in illud, Qui parce ſeminat. &c. col.* 422. *lit. F. tom.* 6.

S. GREGORIUS MAGNUS. 51. Res habita inſtanti fine corripitur, & habendi anxietas non finitur. *Lib.* 10. *Moral. cap.* 13. *circa fin. col.* 364. *D. tom.* 1.

52. Nonnulli jactant ſe habere quod non habent. *Ibidem, lib.* 23. *cap.* 4. *poſt init. num.* 7. *columna* 769. *lit. D.*

53. Nolite intra voſmetipſos penſare quod habetis, ſed quid eſtis. *Hom.* 28. *ſup. Evang. in medio. col.* 442. *C. tom.* 2.

54. Facile eſt hominem tunc divitias deſpicere, cùm habet: difficile verò eſt eas, cùm non habet, viles æſtimare. *Lib.* 11. *Mor. cap.* 2. *in principio. columna* 374. *A. tom.* 1.

55. Quæ ardenter diliguntur habita, graviter ſuſpirantur ablata. *Ibidem, lib.* 31. *cap.* 8. *ante med. col.* 2052. *lit. D.*

56. Reſpondet dives pauperibus, Non habeo quod vobis dare poſſim: & miror ſi is qui veſtes habet, argentum habet, cellaria habet; quod pauperibus debeat dare, non habet. *Lib.* 5. *in Regiſtro. Indict.* 14. *cap.* 29. *Ep.* 29. *ad Secundinum. circa med. col.* 841. *D. tom.* 2.

S. HIERONYM. 57. Perfectus ſervus Chriſti, nihil præter Chriſtum habet: ſi quid præter Chriſtum habet, perfectus non eſt: (cùm ſe perfectum fore Deo pollicitus ſit) antè mentitus eſt. *Ep.* 1. *ad Heliodor. circa medium, pag.* 3. *A. tom.* 1.

58. Ille ſolus propriè habet, qui Angelis & hominibus debet habere: nos autem nec ſoli, nec nobis habemus. *Et hab. in Gloſſa. ſuper* 1. *ad Timoth. cap.* 6. *in illud, Qui ſolus habet immortalitatem. pag.* 725. *littera C. tom.* 6.

S. HILARIUS. 59. Habere, criminis non eſt; ſed modus in habendo retinendus eſt. *Sup. Matth. Can.* 19. *poſt med. in illud, Difficile eſt divitem, &c. fol* 24. *col.* 1.

HUGO CARD. 60. Habere non eſt in vitio, ſed curioſitas & ardor habendi, vel habitus retinendi. *Sup. Pſ.* 77. *Moraliter. fol.* 207. *col.* 4. *tom.* 2.

HUGO CARD. 61. Multa habere dicimur, quæ non poſſidemus: quia ſtatim amittimus, vel quia noſtra non ſunt. *Sup. Matth. cap.* 5. *fol.* 15. *col.* 1. *tom* 6.

IDIOTA. 62. Quidquid boni habemus, à te habemus. *Lib.* 1. *contemplat. de Amore Dei. cap.* 2. *poſt med. apud Bibliothecam Patrum, tom.* 10. *pag.* 1. *columna* 2. *lit. H. edit. Colon.* 1618.

S. IOANNES CHRYSOSTOM. 63. Humana ſubſtantia ſemper pauper eſt; & quantumvis homo habuerit, nihil ſe putat habere. *Hom.* 33. *ſup. Matth. oper. imperf. ante fin. col.* 968. *B. tom.* 2.

64. Non qui multa habet, ſed qui modicis eget, inexpugnabilis eſt. *Serm.* 24. *ſup. Ep. ad Rom. in fine moralis. col.* 269. *B. tom.* 4.

S. JOAN. DAM. 65. Pauca rectè habere multò præſtantius eſt, quàm multa ſceleratè. *Lib.* 1. *Parall. cap.* 26. *poſt med. fol.* 23. *pag.* 1. *A.*

IOAN. TRITH. 66. Sicut mali nihil habent in cælo, ita boni nihil habere debent in terra. *Lib.* 1. *Hom.* 18. *ad Monachos. circa med. pag.* 491. *col.* 2.

67. Creſcentibus divitiis, creſcit & affectus habendi. *Orat.* 5. *in conventu Abbat. habitâ. poſt med. pagina* 882. *col.* 1.

S. ISIDORUS HISPAL. 68. Cum gravi dolore amittuntur, quæ cum magno amore habentur: minùs autem carendo dolemus, quæ minùs poſſidendò diligimus. *Lib.* 3. *de ſum. bono. cap.* 59. *ſent.* 2. *pag.* 689. *col.* 2.

69. Contemne vivens, quæ poſt mortem habere non potes: quod habes, habeto ad miſericordiam. *Lib.* 2. *de ſynonim. cap.* 17. *circa med.*

S. PAULINUS. 70. Quid ille miſer habet, qui ſe non habet? non enim ſe habet, qui plus de ſe, quàm de Deo ſperat: vereque eſt mortuus, qui non vivere timet, ſi totum de ſe Deo credat, Deoque permittat. *Ep.* 5. *ad Severum. prope finem. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pagina* 159. *col.* 2. *G. edit. Colon.* 1618.

PETR. BLES. 71. Miſerere animæ tuæ placens Deo: ſi teipſum non habes, nihil habes. *Ep.* 16. *ad Epiſc. quendam. in fine. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *edit. Colon.* 1618.

S. PETRUS CHRYSOLOG. 72. Dives quantò plus habet, tantò ampliùs debet. *Serm.* 26. *circa fin. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 682. *col.* 1. *C. edit. Colon.* 1618.

73. Totum in ſe habet homo, qui ſe habet: ipſe autem ſe habet, qui Deum habet. *Ibidem, ſerm.* 56. *in fine. pag.* 702. *col.* 2. *F.*

PHILO IUD. 74. Habere rem pretioſam, affert gaudium: expectatio verò habendi, ſpem. *Lib. Quod deterius potiori. &c. poſt med. pag.* 250 *tom.* 1.

S. PROSPER. 75. Quod habet Eccleſia, cum omnibus nihil habentibus habet commune: nec aliquid indè eis, qui ſibi de ſuo ſufficiunt, debet erogare: quandoquidem nihil aliud ſit habentibus dare, quàm perdere. *Lib.* 2. *de vita contemplat. cap.* 9. *in fine.*

S. THEOPHIL. ALEX. 76. Neſcit menſuram, cui tantùm deeſt quod habet, quantùm quod non habet. *Epiſt. Paſchal.* 3. *ante fin. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 723. *columna* 1. *lit. B. edit. Colon.* 1618.

THOMAS À KEMPIS. 77. Melius eſt tibi minùs habere, quàm multùm undè poſſes ſuperbire. *Lib.* 3. *de Imit. Chr. capite* 7. *ſect.* 3.

78. Noli concupiſcere, quod non licet habere: noli habere, quod te poteſt impedire. *Ibidem, cap.* 27. *ſect.* 1.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

PLINIUS II. 79. Tanta invaſit homines habendi cupido, ut poſſideri magis, quam poſſidere videantur. *Lib* 9. *Ep.* 30. *in calce. pag.* 262.

SENECA. 80. Nullum bonum juvat habentem, niſi ad cujus amiſſionem præparatus eſt animus. *Ep.* 4. *circa med. pag.* 527. *tom.* 2.

81. Contemnere omnia aliquis poteſt, omnia habere nemo poteſt. *Ep.* 62. *in fine. pag.* 635. *tom* 2.

82. Habere, eripitur; habuiſſe, nunquàm. *Epiſt.* 98 *poſt med. pag.* 801.

SENECA. 83. Quod vult habet, qui velle quod ſatis eſt poteſt. *Ep.* 108. *ante med. pag.* 831. *tom.* 2.

84. Plus incipit habere poſſe, qui plus habet. *Ep.* 119. *in med. pag.* 870.

85. Qui multùm habet, plus cupit *Ibidem, circa med. pag.* 870.

86. Quid ſis interest, non quid habeas. *De Moribus, poſt init. pag.* 677. *edit. Baſil.* 1537.

87. Quis plurimùm habet ? is qui minimum cupit. *Ibidem, ante med.*

88. Multùm quis habet Utrum avarus, aut prodigus eſt ? ſi avarus, non habet : ſi prodigus, non habebit. *De remed. fortuit. in medio, pagina* 283. *editionis Baſil.* 1537.

89. Quid refert quantùm habeas ? multò illud plus eſt, quod non habes. *In ſuis Proverbiis, in fine poſitis, littera Q.*

SIXTUS PHILOSOPHUS. 90. Melius eſt nihil habere, quàm multa habentem nemini impertiri. *Sent.* 364. *pag.* 67. *columna* 1. *B. apud Bibl. Patrum, tom.* 3. *edit. Colonienſis* 1618.

Hæreditas.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

ETYMOLOGIA.

CASSIODORUS. HÆREDITAS ab Hero dicta eſt, ideſt Domino, quòd in ea poteſtate liberè dominetur. *Sup. Pſ.* 2. *poſt med. verſ.* 8. *fol.* 6. *columna* 4.

HUGO CARD. Hæreditsa dicitur ab hærendo, quia hero inhæret. *Sup. Pſ.* 2. *fol.* 6. *col.* 1. *tom.* 2.

S. ISID. HISP. Dicta eſt hæreditas à rebus additis, ſive ab ære : quia qui poſſidet agrum, & cenſum ſolvit, indè & res. *Libro* 5. *Etymolog. cap.* 25. *in principio, pagina* 59. *columna* 2.

DEFINITIO.

S. ISID. HISP. Hæreditas eſt, quæ morte alicujus ad quempiam pervenit, vel legato teſtamento, vel poſſeſſione retenta. *Libro* 5. *Etymolog. cap.* 25. *in principio, pagina* 59. *columna* 2.

CICERO. Hæreditas eſt pecunia, ſeu alia res, quæ morte alicujus ad quempiam pervenit jure. 29. *Topicor. col.* 369. *G. tom.* 1.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Habet matet hætedes, ſed auget dolores. *Lib.* 1. *de virginib. ante med. col.* 81. *A. tom.* 1.

2. Neque cæcus theſaurus hæreditas eſt, neque caducs omnia hæreditatis habent commodum : ſola eſt illa hæreditas, in quibus eſt portio Deus. *Lib.* 1. *Ep.* 4. *ad Irenæum, ante medium, columna* 513. *littera A. tom.* 3.

3. Si ubi fides, ibi libertas; ubi libertas, ibi gratia : ubi gratia, ibi hæreditas. *Profec.*

4. Ubi autem nulla libertas, nulla gratia : ubi nulla gratia, nulla adoptio : ubi nulla adoptio, nulla ſucceſſio. *Lib.* 9. *Ep.* 73. *ad Clementianum. poſt medium col.* 642. *B. tom.* 3.

5. Hæredes relinquis, qui litigent cum hæredibus: relinquis depoſitum magis hæreditarium, quàm commodum voluntarium. *Profec.*

6. Si frugi hæredes ſunt, hæreditatem cuſtodiunt : ſi luxurioſi, exhauriunt.

7. Itaque aut bonos hæredes perpetua condemnas ſolicitudine, aut malos dimittis, quò tua facta condemnent. *De Nabuthe, cap.* 1. *in fine, columna* 1107. *A. tom.* 4.

8. Plerumque cum acceſſione patrimonii, acceſſit cupiditatis augmentum. *Ibidem, cap.* 2. *in princ. col.* 1107. *littera B.*

S. AMBROSIUS. 9. Hæreditas majorum, eſt vera fides. *Super Pſal.* 36. *ante medium, col.* 1031. *C. tom.* 4.

S. ANSELMUS. 10. Dilecti patris affectum ſtultus exarcebat filius, qui poſt illatas contumelias ante pœnitudinem, hæreditatis uſurpat celſitudinem. *In Meditationibus. D. poſt medium.*

S. ANTONIN. 11. Hæreditas Dei dicitur populus fidelis, eoquòd poſſideatur à Deo per fidem & gratiam, ſicut hæreditas ab hærede. *Parte* 2. *tit.* 1. *cap.* 21. § 5. *in princ. folio* 84. *columna* 2.

S. ANTONIUS ABB. 12. Non poteſt hæreditatem capere quiſpiam ſine ſanctitate. *Epiſt.* 2. *ad Fratres, poſt medium, apud Bibliothecam Patrum, tom.* 4. *pag.* 26. *col.* 1. *D. edit. Colon.* 1618.

S. AUGUSTIN. 13. Mitibus hæreditas datæ eſt, tanquàm teſtamentum Patris cum pietate quærentibus. *Serm. Dom. in monte lib.* 1. *poſt initium, pag.* 786. *lit. C. tom.* 4.

14. Hæreditas in qua cohæredes Chriſti ſumus, non minuitur copiâ poſſeſſorum, nec fit anguſtior numeroſitate cohæredum; ſed tanta eſt multis, quanta paucis, tanta ſingulis, quanta omnibus. *Sup. Pſ.* 49. *non procul ab initio, verſ.* 2. *pagina* 318. *C. tom.* 8.

15. Quæ eſt noſtra hæreditas ? auri eſt, an argenti, an gemmarum, aut fundorum, amœnorumque prædiorum ? Non, ſed hæc eſt æterna beatitudo juſtorum. *Super Pſalm.* 117. *à medio verſ.* 18. & 19. *pag.* 908. *D. tom.* 8.

16. Contra inſidias diaboli ora, ne perdas cœleſte patrimonium, ne amittas Chriſtum cohæredem, quia victurus es in æternum cum eo qui te fecit hæredem. *Super Pſalm.* 139. *poſt init. verſ.* 5. *pagina.* 1105. *B. tom.* 8.

17. Hæreditas Dei non fit anguſta, ſi multi poſſederint, illi ipſi certè illo poſſidente fiunt hæreditas ipſius, & ille viciſſim fit hæreditas ipſorum. *Tract.* 2. *in cap.* 1. *Evang. Joan. poſt medium, pag.* 13. *lit. A. tom.* 9.

18. Quælibet hæreditas dividitur inter conſortes, pacis hæreditas dividi non poteſt : pax noſtra Chriſtus eſt, teſtamentum Dei eſt, hæreditas pax eſt. *De Ovibus, cap.* 13. *in princ. pagina* 748. *littera C. & D. tom.* 9.

19. Nullus in terra poſſidet hæreditatem patris, niſi mortui : nos vivo Patre noſtro poſſidebimus quod donabit. & ipſe Pater erit hæreditas noſtra. *De verb. Dom. ſer.* 62. *poſt init. pag.* 157. *A.*

20. Patrimonium quod habes, ſi operaris, tuum eſt : ſi ceſſas, alienum eſt. *Serm.* 1. *fer.* 3. *poſt Dom.* 2. *Quadr. & in ord.* 76. *poſt medium, pag.* 533. *lit. B. tom.* 10.

21. Hæreditaa quantò à pluribus poſſidetur, tantò plus anguſtatur. *Serm. de geſtis cum Emerito poſt med. tom.* 7.

22. Hæreditas ſic eſt nobis dimiſſa, ut indiviſa poſſideatur, non partibus diſſipetur. *De quinque hæreſ. cap.* 6. *poſt init. tom.* 6.

23. Si quis contra voluntatem teſtatoris facere voluerit, careat hæreditate. *Ibidem.*

24. Hæreditas Patris cum quo in æternum ſumus manſuri, non marceſcit, nec moritur. *Tract.* 7. *ſup. Ioan. longè antè med. tom.* 6.

25. Eccleſia hoc tempore ſtabulum eſt viatoris, ſed ipſi Eccleſiæ ſurſum eſt hæreditas poſſeſſoris. *Ibidem e tract.* 41. *in fine.*

26. Tenemus hæreditatem Chriſti, hæretici non tenent : ſecuri ſumus de unitate hæreditatis. Quiſquis huic hæreditati non communicat, foras exiit. *Tract.* 3. *ſup. Ep. Joan. in med. tom.* 9.

27. Si filius tuus mortuus eſt, mitte partem ſuam in cœlum, & noli ſervare fratribus ipſius. *De decem chordis, cap.* 12. *poſt med. tom.* 9.

S. BASILIUS MAGNUS. 28. Non hbes pecunias quas liberis relinquas ? ne auferas inſuper etiam generis nobilitatem : unam

hanc conſerva ipſis libertatis poſſeſſionem, depoſitum illud quod à parentibus accepiſti. Nulli unquàm patris pauperias crimini data eſt. *Sup. Pſ.* 14. *Conc.* 4. *ante fin. verſ.* 6. *pag.* 78. *tom.* 1.

S. BONAVENT. 29. Hæreditas ad quam feſtinatur in principio, in fine benedictione carebit. *In ſpeculo diſcip. par.* 2. *cap.* 2. *poſt initium. pag.* 554. *columna* 1. *littera A. tom.* 7. *parte* 4.

CASSIODORUS. 30. Qui aliquid ex hæreditate tenet, firmiſſimâ poſſeſſione gloriatur. *Sup. Pſ.* 24. *poſt med verſ.* 14. *fol.* 36. *col.* 4.

S. CYPRIAN. 31. In tuto hæreditas ponitur, quæ Deo cuſtode ſervatur. *De opere & eleemoſ. cap.* 7. *prope med. fol.* 309. *col.* 2. *tom.* 2.

32. Patrimonium Deo creditum, nec reſpublica eripit, nec fiſcus invadit, nec calumnia aliqua forenſis evertit. *Ibidem.*

33. Qui ſtudes terreno magis, quàm cæleſti patrimonio filios tuos commendare; diabolo magis, quàm Chriſto commendas. *Ibidem, &c.*

S. CYRILLUS ALEX. 34. Eximia certè hereditas eſt illis, qui totius univerſi regem JESUM CHRISTUM diligere volunt. *Libro* 1. *Glaphyr. in Numeros, cap.* 2. *in principio, pagina* 321.

S. FRANCISCUS ASSISIAS 35. Hæreditas pauperum eſt eleemoſina. *In ſuis opuſc. ſer.* 3. *ante med. pag.* 512. *tom.* 3.

GLOSS. INT. 36. Si vis habere hæreditatem à JESU, oportet ut terra carnis tuæ quieſcat, nec contra ſpiritum confligat. *Super Joſue, cap.* 14. *columna* 100. *littera D. tom.* 2.

GLOS. ORD. 37. Hæreditas Chriſti, quam reſurgens poſſedit, Eccleſia eſt, quam moliebantur præripere Judæi. *Super Matth. cap.* 21. *in illud, Habebimus hæreditatem ejus. col.* 355. *A. tom.* 5.

S. GREG. MAG. 38. Eò ad ambitum congregatæ hæreditatis acceditur, quò multis hæredibus fœcundatur. *Lib.* 1. *Moral. cap.* 4. *in principio, num.* 3. *columna* 4. *littera C. tom.* 1.

39. Patrimonium noſtrum retentum perditur, manet erogatum. *Ibidem, libro* 18. *cap.* 9 *in fine. ſup. illud Job* 27. *Dives cùm dormierit, &c.*

40. De ſpe æternæ hæreditatis gaudium ſument illi, quos adverſitas vitæ temporalis humiliat *Parte* 3. *Paſtor. cap.* 1. *Admonit.* 27. *ante finem, columna* 1301. *D. tom.* 2.

41. Hæreditas Domini, multitudo fidelium eſt. *Libro* 4 *in* 1. *Reg. cap.* 1. *poſt init ſup. illud, Unxit te Deus in principem, col.* 1446. *B. tom.* 2.

42. Quiſquis patris hæres eſſe deſiderat, filius exiſtere (pacem cuſtodiendo) non renuat. *Proſec.*

43. Filius qui locum præbet diſcordiæ, ipſe profectò ſe hæreditatis exortem eſſe conſtituit. *Lib.* 7. *in regiſtro. ind.* 2. *cap.* 6. *Ep.* 6. *ad Euſebium Archiepiſc. Theſſal. in princ. col.* 926. *A. tom.* 2.

S. HIERON. 44. Hæreditatem expectans ſeculi, cohæres Chriſti eſſe non poteris. *Epiſt.* 1. *ad Heliodor. ante med. pag.* 2. *D. tom.* 1.

45. Quantis ſudoribus hæreditas caſſa expetitur? minore labore margarita Chriſti emi poterat. *Ibidem, Ep.* 2. *ad Nepotian. circa med. pag.* 14. *C.*

46. Certior hæreditas eſt, dùm vivis, benè uti ſubſtantiâ tuâ, quàm tuo labore quæſita in incertos uſus relinquere. *Tom.* 2. *lib.* 1. *adverſ. Iovian. longè ante fin. pag.* 51. *A.*

S. HILARIUS. 47. Si circa terrena patrimonia ſua in cohæredum diviſione quis nititur ſortem commodioris portionis appetere, quantò propenſiore curâ partem cœleſtis hæreditatis diligere debemus? *Super Pſalm.* 118. *verſ. Portio mea Domine, poſt initium, fol.* 60. *col.* 1.

HUGO A S. VICTORE. 48. Qui ſub diſciplina Dei non eſt, ad hæreditatem filiorum Dei pertingere non poteſt. *Sup. Pſalm.* 17. *cap.* 30. *in fine, pag.* 43. *D. tom.* 1.

49. Hæreditas à domino excolitur, dominum paſcit, firmitèr poſſidetur. *Lib.* 4. *de propriet. rerum. cap.* 8. *in princ. pag.* 307. *F. tom* 2.

S. JOANNES CHRYSOST. 50. Pauperis hæreditas licèt ſine liberis diſcedat, cùm propter exiguitatem non ſit contentione digna, ad amicos tranſit atque cognatos: divitis autem, eo quòd multorum undique ad ſe alliciat oculos, non rarò ad inimicos devenit. *Hom.* 5. *de fide Annæ. ante fin. col.* 603. *A. tom.* 1.

51. Hæreditatem capere non debet, qui filii nomen per contemptum patris amittit. *Serm. ſup. illud Iſaya. Si volueritis & audieritis me, &c. poſt med. col.* 798. *A. tom.* 1.

52. Si hæres es, teſtatoris delegata conſerva: ſi filius es, lineamenta patris demonſtra. Hæres teſtamento, & filius amore comprobatur. *Homil.* 1. *in dictum Ioan.* 15. *Vos amici mei eſtis. in medio, col.* 432. *lit. A. tom.* 3.

53. Qui injuſtam accipit hæreditatem, etſi ipſe eam non rapuit, aliena tamen poſſidet, & hoc certè perſuaſum habet, & propterea dignus eſt, qui puniatur. *Hom.* 15. *ſuper* 1. *Cor. in Morali, poſt init. col.* 439. *A. tom.* 4.

54. Qui nihil attigit, ab omnibus liberatus eſt negotiis, quæ ſequuntur defuncti hæreditatem. *Super Ep. ad Galat. cap.* 5. *poſt initium, columna* 934. *littera C. tom.* 4.

55. Si quis hæreditatem amiſerit, videtur omnibus eſſe dolendus. *Homil.* 23. *ſup. Ep. ad Hebr in princ. Moralis, col.* 1804. *B. tom.* 4.

S. ISID. HISP. 56. Patrimonium grande, grandis tentatio eſt. *Libro* 3. *de ſummo bono cap.* 59. *ſentent.* 10. *pagina* 690. *columna* 1.

57. Patrimonium retentum perit, manet autem erogatum. *Ibidem, pag.* 690. *col.* 2. *Prof.*

58. Dio enim cum rebus noſtris durare non poſſumus, quia aut nos illas moriendo deſerimus, aut illæ nos viventes deſerunt. *Ibidem, &c.*

LACT. FIRM. 59. Injuſtum eſt augeri patrimonia locupletum, per damna miſerorum. *In Epitome. cap. Super eſt ante fin. pag.* 401.

60. Hæreditas Chriſtianorum hæc eſt (continentia, miſericordia, patientia, charitas, fides) quæ nec eripi, nec ad alium transferri poteſt. *Lib.* 7. *de divin. inſt. cap.* 27. *poſt med. pag.* 331.

PETRUS BLES 61. Beatus eſt, cujus portio & hæreditas Deus. *Ep.* 137. *poſt init. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 812. *col* 2. *E. edit. Colon.* 1618.

S. PETRUS CHRYSOLOG. 62. Hæreditas mundana, antè poſteris infert jurgia, quàm confert cenſum: antequàm dividat facultates, ſcindit hæredes: antequàm debitas tradat ſingulis portiones, ſucceſſores ipſos deſecat, & mittit in partes. *Profectutio.*

63. Non certè eſt hæreditas iſta, ſed pugna, & hæc noverca filiorum eſt, non facultas. *Serm.* 162. *poſt init. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 778. *col.* 2. *G. edit. Colon.* 1618.

64. Ille ditat filios, qui relinquit filiis pleniſſimæ charitatis hæreditatem. *Ibidem.*

65. Quæ major hæreditas, quæ melior hæreditas, quàm divinæ vinculum charitatis? *Ibidem, circa init. pag.* 778. *col.* 2. *F.*

S. PETR DAM. 66. Cui competit jus hæreditatis, competit etiam propinquitas generis. *Opuſc.* 8. *cap.* 4. *in medio pag.* 465. *col.* 3. *D. tom.* 3.

67. Qui hæres Dei & cohæres Chriſti eſt, omnem terreni ſtemmatis ſuperat dignitatem. *Opuſc.* 49. *cap.* 11. *in princ. pag.* 719. *col.* 1. *E. tom.* 3.

S. PROSPER. 68. Cenſus terrenus eis, à quibus vitioſè diligitur, non eſt voluptatum materia, ſed dolorum. *Lib.* 2. *de vita Contemplat. cap.* 13. *in fine.*

69. Quid poteſt eo eſſe felicius, cui efficitur ſuus Conditor cenſus, & hæreditas ejus dignatur eſſe ipſa divinitas? *Ibidem, cap.* 16. *ante med.*

SALVIANUS.

70 Quid æſtuas paterna pietas, quid ad conquirenda terrena & peritura diſtenderis: nihil majus præſtare filiis potes, quàm ſi hoc bonum per te habeant, quod nunquàm penitùs amittant. *Proſec.*

71. Non neceſſe eſt ergo, ut filio tuo terrenos theſauros recondas: nullâ re eum facies ditiorem, quàm ſi ipſum filium tuum theſaurum Dei feceris. *Lib. 1. ad Eccleſ. Catholic. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 366. col. 2. G. edit. Colon.* 1618.

72. Quàm longè ſunt à mandato Dei, quos cùm ipſos juſſerit Deus viventes opibus renuntiare, illi eas cupiunt etiam in cognatis ſuis mortui poſſidere. *Proſecutio.*

73. Aut quàm longè ab ea devotione ſunt, ut exhæredent ſeipſos propter Deum, qui exhæredare nolunt ſaltem extraneos propter ſe.

74. Quæ inſania eſt, ô miſerrimi, ut hæredes alios quoſcumque faciatis, voſipſos verò exhæredatis? ut alios relinquatis vel brevi divites, voſipſos æternâ mendicitate damnatis. *Ibidem, lib. 2. longè poſt init. pag.* 369. *columna* 1. *B.*

75. Dubitare quis debeat, quin ſua hæredibus mundanis ſervire nolint; qui ſeipſos mundo eliminaverint? *Ibidem, ante med. pag.* 369. *col.* 1. *F.*

76. Quaſlibet divitias homo filiis ſuis congerat, nequaquàm hoc ei proderit in judicio, quòd divitem reliquit hæredem. *Ibidem, lib. 3. poſt init. pag.* 373. *columna* 1. *littera A.*

77. De locupletandis quibuſcumque hæredibus tuis cogitas, cui ſuppellectilia variæ ornamenta tranſcribas: infeliciſſime omnium, cogitas quàm benè alii poſt te vivant, non cogitas quàm malè ipſe moriaris. *Ibid. poſt init. pag.* 373. *col.* 2. *E.*

78. Iniquum non eſt, ut quilibet Chriſtianorum, etiam legitimis hæredibus in hoc ſeculo conſulat, dummodò ſibimet in æternitate ſuccurrat: ſatiùs eſt hîc deeſſe filiis quippiam, quàm parentibus in futuro. *Ibidem, longe poſt init. pag.* 373. *col.* 2. *F.*

79. Ipſi quibus hæreditas relinquitur, ſi modò pietatis aliquid in ſe habent, ſpecialiter velle debent, ne illi pereant qui relinquunt. *Ibidem.*

80. Non injuſtè teſtator ſapiens non relinquit, quod hæres impius non meretur. *Ibidem.*

81. Beatus ille, qui ſuos ipſe divini amoris ſpiritu amat, cujus charitas Chriſti cultus eſt, qui in naturæ vinculo Deum cogitat naturarum patrem, & dùm id quod pignoribus præſtat, Domino ſuo fœnerat. *Ibidem*, &c.

82. Flammæ infelicium mortuorum, divitiis non refrigerantur hæredum. *Ibidem, circa med. pag.* 375. *columna* 2. *G.*

83. O infelix ac miſeranda conditio! bonis ſuis aliis avarus præparat beatitudinem, ſibi afflictionem: aliis gaudia, ſibi lachrymas: aliis voluptatem brevem, ſibi ignem perennem. *Ibidem*

84. Non liberabunt filii divites parentes reos, nec reſtinguet flammas miſeri teſtatoris deliciis affluentibus opulentus hæres. *Ibidem, circa med. pag.* 376. *col.* 1. *littera A.*

85. Plurimi ut in hâc caducâ & brevi vita hæredes divites habeant, æternâ ſeipſos morte condemnant. *Ibid. poſt med. pagina* 376 *col.* 1 *litt. D.*

86. Ita moriens ſubſtantiam tuam alteri depura, ut capere ea ea fructus poſt mortem ipſe poſſis. *Ibid. longe poſt med.* 377. *col.* 2. *E.*

87. Satis infidelis ac fatia eſt ſtultus, qui mavult præſtare aliis ut ſit miſer, quàm ſibi ut ſit beatus: & ut alios affluere faciat deliciis temporaliis, ſe tradit urendum ignibus ſempiternis. *Ibid. in calce, pag.* 379. *col.* 1. *littera B.*

88. Non vile ac deſpicabile putes, ſi ſubſtantiam tuam miſeris atque egentibus derelinquas, Chriſtum in illis facis hæredem. *Proſecutio.*

SALVIANUS.

89. Chriſtum quidem hæredem facis, ſed hæreditatis emolumenta percipies: quæcumque enim Chriſto reliqueris, per Chriſtum omnia poſſidebis. *Ibidem, lib. 4. poſt med. pag.* 381. *col.* 1. *D.*

S. VALERIAN. EPISCOPUS.

90. Tamdiù juris tui eſt patrimonium tuum, quamdiù chirographi fide alteri non fuerit obligatum. *Hom. 4. de promiſſis in medio, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 3. pagina* 480. *columna* 1. *littera B. edit. Colon.* 1618.

91. Æſtimari non poteſt quantùm patrimonio utilitatis accreſcat, ſi quando quod alibi ambitiosè quæritur, in propria poſſeſſione naſcatur. *Ibidem, Hom.* 15. *de bono martyrii, ante fin. pag.* 493. *col.* 2. *F.*

92. Quamvis legitimus hæres ſit, non tamen ſine cupiditatis vitio ſucceſſionis vota componit. *Ibid. Homil.* 20. *de avarit. ante medium, pagina* 498. *columna* 2. *littera F.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO.

93. Optima hæreditas à patribus traditur liberis, omnique patrimonio præſtantior, gloria virtutis; cui dedecori eſſe, nefas & vitium judicandum eſt. *Libro 1. Offic. poſt med num* 121. *tom.* 4.

94. Mihi veræ hæreditates non honeſtæ videntur, ſi ſint malitioſis officiorum blanditiis, non veritate, ſed ſimulatione quæſitæ. *Libro 3. de Officior. poſt medium, tom.* 4.

EPICTETUS.

95. Si in id ſtudes, ut liberi tui, uxor, amici perpetuò vivant & floreant, ſtultus es. *In ſuo Enchirid. cap.* 19. *in princ.*

MIM. PUBL.

96. Hæredem ſcire utilius eſt quàm quærere. *In ſuis Sent. ſent.* 174.

97. Magis hæres fidus naſcitur, quàm ſcribitur. *Ibid. ſent.* 233.

SENECA.

98. Nihil eſt iniquius, quàm aliquem hæredem paterni odii fieri. *Lib. 2. de Ira. cap.* 34. *in medio, pag.* 430. *tom.* 1.

99. Quanta dementia eſt, hæredi ſuo procurare, & ſibi negare omnia, ut tibi ex amico inimicum magna faciât hæreditas: plus enim gaudebit tuâ morte, quò plus acceperit. *Epiſt.* 123. *poſt med. pag.* 886. *tom* 2.

Vide etiam tit. Fraternitas. ſent. 16. *Venditio. ſent.* 16. 17.

Hæreſis.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIFFERENTIA, PRODUCTIO.

ETYMOLOGIA.

S. HIERON. & S. ISID. HISP.

HÆRESIS græcè ab electione dicitur, quod ſcilicet unuſquiſque id ſibi eligat quod ei melius eſſe videatur. *Sup. Ep. ad Tit. cap. 3 in illud. Hæreticum hominem devita, &c. pag.* 256. *D. tom.* 9. *Et S. Iſidorus Hiſpalenſis, libro* 8. *Etymolog. cap.* 3. *in princ. pag.* 102. *columna* 1.

S. ISIDORUS HISPALENS.

Hæreſis dicta eſt græca voce ex interpretatione electionis, qua quiſque arbitrio ſuo ad inſtituenda, ſive ad ſuſpicienda quælibet ipſe ſibi eligit. *Ibidem.*

S. PETRUS DAM.

Hæreſis interpretatur electio, & dùm quod eligit, qui defendere nititur, relicto veritatis tramite in hæreſim neceſſe eſt prolabatur. *Opuſc.* 24. *ſub fin. pag.* 597. *col.* 2. *A. tom.* 3.

DEFINITIO.

S. ANASTAS. PATRIARC.

Hæreticus eſt ſycophanta & accuſator veritatis, vel falſa exiſtimatio de eo, quod non eſt. *In libro viæ ducis, cap. 2. de Verbo, in principio, apud Bibliothecam*

Patrum, *pagina* 589. *columna* 2. *littera H. edit. Colonienſis* 1618.

S. Anselmus. & S. Augustinus. Hæreticus eſt, qui alicujus temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatuſque ſui gratia, falſas opiniones ac novas, vel gignit, vel ſequitur. *Sup. 1. ad Cor. 11. circa med. in illud, Oportet hæreſes eſſe. fol.* 78. *columna* 4. *Et S. Auguſt. de utilitate credendi. cap.* 1. *in principio.*

S. Athanas. Magn. Hæreticus eſt, qui priſca apoſtolicæ fidei ſacramenta deſerens, ipſe ſibi pro ſuæ voluntatis arbitrio fidem, quam ſequi debeat, ſomniat. *In diſput. contra Arrium, poſt init. col.* 807. *C. tom.* 4.

S. Bonavent. & Cassiodorus. Hæreticus eſt qui divinæ legis ignorantia, vel contemptu, pertinax inventor novi erroris, aut alieni ſectator, Catholicæ veritati mavult adverſari, quàm ſubjici. *Sup. 4. ſent. diſt.* 13. *Dubio* 4. *pag.* 153. *col.* 1. *littera E. Et Caſſiodorus ſuper Pſalm.* 138. *in fine, concluſionis. fol.* 213. *col.* 4.

S. Petrus Damianus. Hæreticus ille meritò dicendus eſt, qui tuetur errorem, qui defendit abominabilis perfidiæ pravitatem. *Opuſcul.* 42. *cap.* 3. *ante fin. pagina* 692. *col.* 1. *D. tom.* 3.

S. Thomas Aquinas. Non quicumque deviat à communi fide, ſed qui pertinaciter deviat, propriè dicitur hæreticus. *Sup.* 4. *ſent. diſt.* 13. *art.* 5. *in contr. fol.* 510. *pagina* 1.

Differentia.

S. Hieronym. Inter hæreſim & ſchiſma hoc arbitror intereſſe, quòd hæreſis perverſum dogma habeat, ſchiſma autem quòd ab Eccleſia ſeparet. *Super Epiſt. ad Titum, cap.* 3. *in illud, Hæreticum hominem, &c. pagina* 157. *col.* 1. *A. tom.* 9.

S. Petr. Dam. Hoc inter peccatorem & hæreticum diſtat, quia peccator, qui delinquit, hæreticus autem, qui peccatum per pravum dogma defendit. *Opuſc.* 24. *contra proprietarios, ſub finem, pagina* 597. *columna* 2. *A. tom.* 3.

S. Thomas Aquinas. Hæreſis & ſchiſma diſtinguntur; nam hæreſis per ſe opponitur fidei, ſchiſma autem per ſe opponitur unitati eccleſiaſticæ charitatis. 2. 2. *quæſt.* 39. *art.* 1. *in corpore ad* 3. *pag.* 77. *col.* 2.

Productio.

S. Justinus Mart. A cupiditate gloriæ hæreſes omnes perſpicuum eſt confirmationis ſuæ cauſas habuiſſe. *De neceſſar. quibuſdam quæſt. Explicat.* 4. *apud Bibliothecam Patrum, tom.* 2. *pagina* 86. *columna* 2. *littera G. editionis Colonienſis* 1618.

S. Petrus Damianus. Ex defenſione & excuſatione criminis hæreſis naſcitur. *Opuſcul.* 24. *ſub finem, pag.* 597. *columna* 2. *A. tom.* 3.

Theophilactus. Omnes hæreſes hinc naſcuntur, nimirum quòd eorum authores affectibus ſuis & ventri inſerviant. *Super Epiſt. ad Rom. cap.* 16. *in illud, Declinate ab ipſis, pagina* 483. *littera B.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius. 1. Hæreſis velut quædam hydra fabularum, vulneribus ſuis crevit: & dùm ſæpè reciditur, pullulat, igni debita, incendioque peritura. *Libro* 1. *de fide ad Gratianum. cap.* 4. *poſt initium, columna* 274. *littera D. tom.* 2.

2. Hæreticus imperfectum tentare poteſt, non poteſt ſupplantare perfectum. *Sup. Pſ.* 118. *ſer.* 12. *verſ.* 8. *in calce, col.* 1515. *C. tom.* 4.

3. Aſtutia hæreticæ mentis, ut id quod ſibi libitum eſt expleat, verba Dei adulterat, ut ſenſum invertat. *Super* 2. *Cor.* 4. *in illud, Adulterantes verbum Dei, col.* 1941. *C. tom.* 5.

4. Hæretici hi ſunt, qui per verba legis, legem impugnant. *Sup.* 2. *Tim. cap.* 4. *ante finem, in illud Hæreticum hominem devita. columna* 2074. *littera C. tomo* 5.

5. Vix aliquem ex inventoribus hæreſeon invenies, qui pœnitentiam egerit ex ſuis erroribus. *Super Apocalypſ. cap.* 16. *circa medium, columna* 4006. *littera D. tom.* 5. S. Ambrosius

6. Hæreticus pravum omninò, & undequaque corruptum animum ad impietatem habet. *Sermone* 4. *contra Arianos, longè poſt medium, columna* 272. *D. tom.* 1. S. Athanas. Magnus.

7. Hæreticus eſt calumniator, & accuſator veritatis, vel falſa opinio ejus, quod non eſt. *In definit. ante finem, columna* 802. *D. tom.* 4.

8. Si ſuperbia non eſſet, non eſſent hæretici: hi autem ſi non eſſent, multò pigriùs veritas quæreretur. *De vera Relig. cap.* 25. *in fine, pagina* 501. *littera A. tom.* 1. S. Augustin.

9. Utamur hæreticis, non ut eorum approbemus errores; ſed ut catholicam diſciplinam adverſùs eorum inſidias aſſerentes, vigilantiores & cautiores ſimus, etiamſi eos ad ſalutem revocare non poſſumus. *Ibidem, cap.* 8. *in fine, pag.* 493. *B.*

10. Homines ſi bonæ ſunt fidei, non credunt hæreticis: ſed quid eis reſpondeant, diligenter inquirunt. *Libro* 1. *de Geneſi, contra Manich. cap.* 1. *in fine, pag.* 561. *B. tom.* 1.

11. Cum hæretici generaliter ſcientiæ pollicitatione decipiunt, & reprehendunt eos, quos ſimpliciter credentes invenerint, & quia carnalia omninò perſuadent, quaſi ad carnalium oculorum apertionem conantur adducere, ut interior oculus excæcetur. *Libro* 2. *pag.* 587. *littera B. Prof.*

12. Serpens ille eſt error hæreticorum, qui tentat Eccleſiam: ille error pectore & ventre ſerpit & terram manducat; non enim decipit, niſi aut ſuperbos, qui ſibi arrogantes quod non ſunt, citò credunt; aut deſideriis carnalibus implicatos, qui libenter audiunt, quod quidquid laſcivè faciunt, non ipſi faciunt, ſed gens tenebrarum: aut curioſos, qui terrena ſapiunt, & ſpiritalia terreno oculo inquirunt. *Ibidem, lib.* 2. *cap.* 2. *cap.* 26. *circa med. pag.* 588. *C.*

13. Quiſquis ab hac Catholica Eccleſia fuerit ſeparatus, quantumlibet laudabiliter ſe vivere exiſtimet, hoc ſolo ſcelere quòd à Chriſti unitate disjunctus eſt, non habebit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. *Epiſt.* 152. *ad populum factionis, &c. ante medium, pag.* 448. *C. tom.* 2.

14. Qui ſententiam ſuam quamvis falſam atque perverſam nulla pertinaci animoſitate defendunt, corrigi parati, nequaquàm ſunt inter hæreticos deputandi. *Epiſt.* 162. *ad Epiſcopos Donatiſtas. in princ. pag.* 467. *A. tom.* 2.

15. Conantur hæretici authoritatem ſtabiliſſimam fundatiſſimæ Eccleſiæ quaſi rationis nomine & pollicitatione ſuperare: omnium hæreticorum quaſi regularis eſt iſta temeritas, *Ep.* 56. *ad Dioſcorum, ante finem. pag.* 173. *B. tom.* 2.

16. Hæreſes & ſcandala futura prædicta ſunt, ut inter inimicos erudiamur, ac ſic & fides & dilectio noſtra poſſit eſſe probatior. *Ep.* 50. *ad Bonifac. in princ. pag.* 134. *D. tom.* 2.

17. Hæreſibus pullulantibus eſt celeriter obviandum. *Epiſt.* 91. *poſt initium, pagina* 271. *littera A. tom.* 2.

18. Tantò fortiùs convincuntur hæretici, quantò plures exitus patent ad eorum laqueos evitandos. *Libro* 1. *de Trinit. cap.* 13. *in fine, pagina* 184. *littera C. tom.* 3.

19. Hæretici ſunt, qui Scripturas non rectè intelligentes, ſuas falſas opiniones contra earum veritatem pervicaciter aſſerunt. *Lib.* 7. *de Gen. ad litt. cap.* 9. *in fine. pag.* 413. *B. tom.* 3.

S. Auguſtin. 20. Sub nomine Chriſtiano tàm multæ hæreticorum extiterunt falſitates. *In libro quæſt. Evang. ſecundùm Matthæum, quæſt. 12. ante medium, pagina 259. B. tom. 4.*

21. Qui in Eccleſia Chriſti, morbidum aliquid, pravumque ſapiunt, ſi correpti ut ſanum rectumque ſapiant, reſiſtunt contumaciter, ſuaque peſtifera & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt, hæretici ſunt. *Lib. 18. de Civ. Dei, cap. 51. in princ. pag. 374. D. tom. 5.*

22. Diſſenſio & diviſio facit hæreticos, pax verò & unitas facit Catholicos. *Lib. 2. contra litt. Petiliani. cap. 95. in fine, pag. 102. C. tom. 7.*

23. Non natæ ſunt hęreſes, niſi dùm ſcripturæ bonæ intelliguntur non benè, & quod in eis non benè intelligitur, etiam temerè & audacter aſſeritur. *Tract. 18. de cap. 5. in princ. pag. 105. B. tom. 9.*

24. Omnes hæretici, qui relicta veritatis via errando per deſertum latrocinantur, & animas captant in peccatis, præpediuntque ne quis ad patriam valeat pervenire, effecti ſunt lupi ſemitarii, induti ovina pelle. *De Cantico novo, cap. 4. in fine, pagina 640. littera C. tom. 9.*

25. Hæretici Catholici eſſe nondùm incipiunt, niſi hæretici eſſe deſtiterint. *Et hab. in decret. Gratiani. part. 2. cauſa 23. quæſt. 4. can. Quid. §. Catholici. fol. 297. columna 2.*

26. Hæreſis, non Religio, ſed ſuperſtitio eſt. *Lib. 2. contra Gaudent. cap. 11. poſt init. tom. 7.*

27. Non omnis error hæreſis eſt, quamvis omnis hæreſis, quæ in vitio ponitur, niſi errore aliquo hæreſis eſſe non poſſit. *De hæreſ. ad Quodvultdeum, poſt init. tom. 6.*

28. Diabolus quia multos deos non potuit fabricare Chriſtianis, ſectas multiplicavit, errores ſeminavit, hæreſes inſtituit. *De utilit. Jejunii, cap. 8. poſt med. tom. 9.*

S. Bernard. 29. Omnibus una intentio hæreticis ſemper fuit, captare gloriam de ſingularitate ſcientiæ: ſola iſta malignior cæteris verſutiorque hæreſibus, damnis paſcitur alienis, proprię gloriæ negligens. *Serm. 65. ſuper Cant. poſt init. fol. 185. col. 4. L.*

30. Hæretici oves ſunt habitu, aſtu vulpes, actu & crudelitate lupi. *Ibidem, ſerm. 66. in princ. fol. 186. col. 3. littera G.*

31. Hæretici ſunt, qui boni videri, non eſſe, mali non videri, ſed eſſe volunt: mali ſunt, & boni videri volunt, ne ſoli ſint mali: mali videri timent, ne parum ſint mali *Ibidem.*

32. Hæretici ita in malum bonorum boni apparere ſtudent, mali nolunt, ut plus liceat malignari. *Ibidem, littera H.*

33. Hæretici nec rationibus convincuntur, quia non intelligunt, nec authoritatibus corriguntur, quia non recipiunt, nec flectuntur ſuaſionibus, quia ſubverſi ſunt. *Ibidem, ante finem, fol. 187. col. 3. G.*

34. Hæreticus inimicus eſt Crucis Chriſti, ſeminator diſcordię, fabricator ſchiſmatum, turbator pacis, unitatis diviſor. *Ep. 195. ad Epiſcop. Conſtantienſem, poſt med. fol 251. col. 2. E.*

35. Hæretici converſatio mel, & doctrina venenum: cui caput columbæ, cauda ſcorpionis eſt. *Ep. 196. ad Guidonem Legatum. in princip. fol. 251. columna 3. littera G.*

S. Bonaventu. 36. Hæretici ſatellites ſunt hoſtis antiqui, & fidelium inimici. *Expoſ. 2. ſup. Pſ. 118. cap 6. verſ 6. art. 3. pag. 214. col. 2. C. tom. 1.*

37. Errare potero, hæreticus nunquàm ero. *Super Sap. cap. 7. ante medium, pag. 365. columna 2. littera E. tom. 1.*

38. Si quis imprudenter errat, & errorem ſuum non defendit, hic non eſt judicandus hæreticus: ſed ille tantùm qui quod malè de fide ſentit (quod deterius eſt) incorrigibilis aſſeverat, & defendit *Sup. Ep. ad Titum, ante finem, pagina 352. columna 2. tomo 2.*

39. Rana eſt loquaciſſima vanitas hæreticorum, quæ cœnoſis ſenſibus commorata, improbis clamoribus garrire non deſinit. *Sup. Pſ. 77. poſt med. verſ. 51. & Ranam, &c. fol. 121. col. 1.* Caſſiodorus.

40. Non poteſt inveniri nequior perfidia, cunctis hæreſibus. *Super Pſalm. 107. in fine, folio 168. columna 2.*

41. Hæretici viam Domini deſerentes, pravis dogmatibus populos decipere, potiùs quàm docere feſtinant. *Super Pſalm 139. poſt initium, verſ. 5. fol. 214. columna 2.*

42. Hæreticorum filii per blandiloquentiam & facundiam ſeducunt corda hominum, minimè malorum, qui grato Chriſti nomine, impiorum dogmatum venena occultant. *Catecheſ. 4. circa medium, apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 403. col. 2. littera F. edit. Colonienſis 1618.* S. Cyrillus Hieroſol.

43. Ordinem hæretici & textum Scripturarum ſupergredientes atque tranſilientes, quantum in ipſis eſt, ſolvunt membra veritatis. *Profec.* S. Ephraem.

44. Transferunt autem & transfingunt, & alterum ex altero facientes, ſeducunt multos ex iis quæ aptant ex Dominicis eloquiis, malè compoſito commento. *De virtute, cap. 8. poſt med. pag. 302. littera C. tom. 2.*

45. Hæretici dæmonum ſunt miniſtri, & præcurſores Antichriſti, eos quos attrahunt, decipiunt. *In Annot. ſup. Pſalm. 9. poſt med. verſ. 32. Dùm attrahit eum. pag. 85. ſect. 1.* Franciſcus Titelman.

46. Hæretici peccatorum ſuorum jaculis cruentati, cùm verba divina in argumentum ſui erroris trahunt, arma ſua contra pectus ſuum morituri invertunt. *Super 1. Paralip. cap. 10. columna 1059. B. tom. 2.* Glos. Ord.

47. Hæretici errorem ſuum ſtudent ſacræ Scripturæ teſtimoniis colorare. *Sup. Judith. cap. 5. col. 1566. F. Moraliter. tom. 2.*

48. Hæretici ex bonis mala abſcundunt, ut recipiantur: & ex malis bona inficiunt, ut corrumpant. *Super Job, cap. 4. col. 66. D. tom. 3.*

49. Hæretici inquiſitionibus non intendunt veritatem aſſequi, ſed victores videri. *Ibidem, cap. 6. in illud, Et non invenietis in lingua mea iniquitatem, col. 100. E. tom. 3.*

50. Hæretici non tantùm doloſè cogitant, ſed & alios docent. *Super Pſal. 5. columna 470. littera E. tom. 3.*

51. Superbia facit hæreticum, non ignorantia. *Sup. Hier. cap. 49. col. 884. F. tom. 4.* Gloss. Inter.

52. Hæretici ſunt { Callidi in fide. / Fortes in diſputatione. / Crudeles in occiſione. *Sup. Act. Apoſtrum, cap. 10. columna 1201. littera A. tom. 6.* }

53. Hæretici permiſcent recta perverſis, ut oſtendendo bona, auditores ad ſe trahant: & exhibendo mala, latenti eos peſte corrumpant. *Lib. 5. Moral. cap. 10. paulò ante finem, col. 144. B. tom. 1.* S. Greg. Mag.

54. Hæretici imperitos quoſdam perverſis ad ſe perſuaſionibus trahunt, & doctrinis peſtiferis ad interficiendum nutriunt. *Ibidem, lib. 16. cap. 21. circa initium, col. 546. D.*

55. Hæreſis incerta & magna promittit, ut quæ certa & moderata ſunt, auferat. *Tom. 1. Ep. 29. ad Theodoram. pag. 196. C.* S. Hieronym.

56. Omnes hæretici, Chriſtiani non ſunt: ſi Chriſti non ſunt, diaboli ſunt. *Tom. 2. Ep. 12. adverſ. Luciferianos. in principio, pag. 135. B.*

S. Hieron. 57. Subtilis eſt hæreſis, & ideò ſimplices animæ facilè decipiuntur. *Ibidem, ante medium, pag.* 140 *D*

58. Sola hæc hæreſis eſt, quæ publicè erubeſcit loqui, quòd ſecretò docere non metuit. *Tom 1. Ep. 13. a' Cteſiphont. ante fin. pag.* 256. *D.*

59 Omnis hæreticus hypocrita eſt, aliud agens & aliud ſimulans: & quidquid loquitur, licet videatur eſſe ſapientia, tamen ſtultitia eſt. *Libro 4. ſuper Iſayam, cap. 9. ſup. illud, Et diſperdet ab Iſrael, pagina* 43. *B. tom* 5.

60, Quidquid hæretici loquuntur in ſynagogis Satanæ, non eſt doctrina Domini, ſed ululatus dæmonum. *Ibidem, lib. 6. cap. 14 ſup. illud, Et erit Babylon, &c. pag.* 76 *D.*

61. Nulla hæreſis, niſi propter gulam, ventremque conſtruitur. *Libro 1. ſuper Hierem. cap. 3. ſuper illud, Et dixit Dominus ad me, Juſtificavit, &c. pag.* 270 *C. tom.* 5.

62. Hæretici ſub nomine Chriſti, Chriſtum blaſphemant, & impugnant. *Super Job, in princ. Proœmii. pag.* 156. *A. tom.* 7.

63. Multò pejoris conditionis ſunt hæretici, quàm gentiles: quia in illis ſpes fidei eſt, in iſtis pugna diſcordiæ. *Libro 2. ſuper Matth. cap. 12. can. 5. num.* 129. *ſup. illud, Cum immundus ſpiritus, &c. pag.* 38. *litt. A. tom* 9.

Hugo Card. 64. Nullus poteſt hæreſim ſtruere, niſi qui ardentis ingenii eſt. *Super Oſeam, cap. 10. circa init. Myſticè, fol.* 174. *col.* 4. *tom.* 5.

S. Ignatius Mart. 65. Omnes hæretici columnæ ſepulchrales, & mortuorum ſunt monumenta, quibus mortuorum hominum nomina inſcripta ſunt. *Epiſt. 9. ad Philadelph. poſt med. apud Bibl. Patrum, tom. 1. pag.* 86. *col.* 1. *C. editione Colon.* 1618.

66. Nefandas hæreſes fugire, ut fontem malorum *Ibidem, Epiſt. 10. ad Smyrnenſes, circa med. pag.* 88 *columna* 1. *A.*

67. Hæreticorum ſpiritus erraticus eſt & falſus ſeipſum prædicat, ſua loquitur, ſibi placet, ſeipſum glorificat. *Proſec.*

68. Plenus enim faſtu eſt, mendax, fraudulentus, aſſentatione & adulatione gaudens: ſubdolus verſuum, ſcilicet pſalmorum conſarcinator, nugax, inconſtans, verboſus, lubricus, meticuloſus. *Ibid. Ep. 14. ad Epheſ. circa med. pag* 92. *col* 2. *G.*

S. Innoc II. 69. Hæretici cùm à fide Catholica deſtiterint, perfectionem ſpiritus, quam acceperant, amiſerunt. *Et hab. in decr. Gratiani. part. 2. cauſa 24. quæſt. 1. can. Hæretici, fol.* 316. *col.* 3.

S. Joannes Chrysost. 70. Hæreſis periculoſa res eſt, ſed utilis, & valdè periculoſa: utilis eſt, quia tentantur fideles per eam, & ab infidelibus ſegregantur: periculoſa, quia multi ſeducuntur per eam, & pereunt. *Homil. 19. ſuper Matth. oper. imp. in princ. col.* 867. *D. tom.* 2.

71. Hæretici fidem prædicant, & infideliter agunt: pacem aliis dant, & ſibi non habent: veritatem laudant, & mendacia diligunt: luxuriam caſtigant, & luxuriam exercent. *Ibidem, Homil. 43. ante medium, columna* 1047. *A.*

72. Hæretici interiorem ſævitiam innocentia veſtitûs occultant. ovium indumento contecti, quod profitentur, infamant: aliud docent quàm faciunt, aliud agunt quàm dicunt, aliud exhibent quàm vocantur. *Proſecutio.*

73. Hi ſunt, qui quod execrantur, admittunt: qui quod prohibent, faciunt; & quod faciendum præcipiunt; operum ſimulatione diſſolvunt.

74. Apud quos innocentia culpatur, & culpa pro innocentia ducitur.

75. Apud quos peccare, juſtum eſt: & juſtitiam exercere. nefandum.

76. Apud quos promereri, delinquere eſt: & delicta admittere, promereri eſt.

77. Ubi certant facta cum dictis, dimicat doctrina cum factis. **S. Ioannes Chrysostom.**

78 Ubi alia ſermonibus ſooant, alia operatione confirmant

79. Ubi ſtudium nullum eſt, niſi ut innocentibus pœna, reis gloria tribuatur. *Homil. 11. ex diverſ. in Matth. ab initio, col.* 1167. *A. tom.* 2.

80. Lupoeum genus quantò eſt omnibus beſtiis inferius, tantò malitiâ crudelitate deterius: ſic hæretici quantò ſubtiliùs agunt, tantò nocentiùs: quantò ſubmiſſiùs, pejùs. *Proſec.*

81. Inceſſu ſunt humiles, ſed actu nocentes; veſtitu ſimplices, ſed malitiâ ſæviores: aſpectu mites, ſed immanitate crudeles.

82. Et tamen lupi vigilante paſtore, ovibus nocere non poſſunt: traditores verò nec ovibus, nec paſtoribus parcunt.

83. Quod vocantur, debellant: quod profitentur, impugoant. Chriſtianos, quod ſe eſſe volunt, ſimulant, malitioſè infeſtant.

84. Maluot enim dici quod non ſunt, ut in aliis damnent quod faciunt. *Ibidem, ante medium, col.* 1167. *littera B.*

85. Hæreſeon mater eſt principatûs cupiditas. *Super Ep. ad Galat. cap. 5. poſt medium, col.* 939. *littera A. tom.* 4.

S. Joan. Damasc. 86. Nulla unquàm hæreſis de Eccleſia triumphavit: verùm ſemper quidem furit; at poſtquàm aliquantum progreſſa eſt, ſtatim evaneſcit. *Libro 2. Parall. cap.* 12. *poſt med. fol.* 14. *pag.* 2. *B.*

Ioan. Gers. 87. Hæreſis eſt dogma falſum fidei orthodoxæ contrarium. *Ser. 1. circa præceptum. Non occides. ante fin. parte* 1.

88. Hæreſis eſt dogma perverſum fidei Catholicæ contrarium. *Lib. 2. articuler. contra Petr. de Luna. Concluſ.* 1. *parte* 1.

89. Hæreſis ſola non facit per ſe hæreticum, niſi dùm conjungitur depravatio pertinax ipſius voluntatis. *Sermone 2. circa præceptum. Non occides. ante finem, part.* 1.

90. Ille propriè dicitur hæreticus, qui pertinaciter aſſerit, immò determinat hæreſim. *Libro 2. articulorum contra Petr. de Luna, concluſ. 2. in principio, parte* 1,

S. Irenæus. 91. Quæcumque cum gravitate ſumma dixerint omnes hæretici, in ultimum ad hoc deveniunt, ut blaſphement fabricatorem, & contradicant ſaluti plaſmatis Dei. *In fine prologi adverſus Hæreſ. tomo* 4. *pagina* 206.

S. Iſid. Hisp. 92. Hæreticorum occaſione propagati ſunt doctores in fide, & per acumina hæreſum Eccleſiæ magiſtri creverunt. *Libro 1. de ſummo bono. cap.* 36. *Sent.* 5. *pag.* 628. *col.* 2.

93. Hæretici ſunt, qui relictâ Dei Eccleſiâ, privatas elegerunt ſocietates. *Ibidem, Sent* 7. *&c.*

94. Tanta eſt hæreticorum calliditas, ut falſa veris malaque bonis permiſceant: ſalutaribuſque rebus plerumque erroris ſui virus interſerunt, quò faciliùs poſſint pravitatem perverſi dogmatis ſub ſpecie perſuadere veritatis. *Ibidem, libro 3. cap. 12. Sent. 6 pag.* 670. *columna* 1.

95. Hæretici hauſtum lethiferi ſucci hominibus perſuadendo propinant. *Ibidem, cap. 13. Sent. 11. pag.* 671. *columna* 1,

S. Jovin. Occultan. 96. Semper hæretici in primordiis, velut fictâ religione conſpicui, in extremis ſuis ignem trahunt, gehennæ incendio deputati. *Sup. Cant. cap. 3. explicat.* 51.

S. Leo I. 97. Hæretici:
- Humiliter irrepunt.
- Blandè capiunt.
- Molliter ligant.
- Latenter occidunt. *Serm. 5. de Jejun. decimi menſis, circa med.*

98, In

S. LEO I. 98. In ſecta hæreticorum lex eſt mendacium, diabolus religio, ſacrificium (ſi ſit) turpitudo. *Ibidem, poſt medium.*

99. Hæretici tot ſpecies habent diaboli, quot ſimulachra mendacii. *Sermone 18. de Paſſione Dom. ante finem.*

100. Hæreſis impia eſt, & evangelicæ veritati inimica: quæ non portionem aliquam lædere, ſed ipſa religionis Chriſtianæ conatur fundamenta convellere. *Ep. 31. ad Pulcheriam, Auguſt. in princ.*

101. Quæ patefacta ſunt quærere, quæ perfecta ſunt retractare, & quæ ſunt diffinita convellere, proprium hæreticorum eſt. *Ep. 78. ad Leonem Auguſt. paulò poſt initium.*

102. Nihil eſt ſordium in quorumque ſenſibus impiorum, quod in hæreticorum dogmâ non confluxerit. *Epiſt. 93. ad Turibium Epiſcop. Aſturienſ. non longè ab init.*

LUDOV. BLOS. 103. Hæretici ſuum ſenſum protervè defendunt, & ea quæ adinveniunt obſtinatâ mente ſequuntur. *Lib. 1. Collyrii hæretic. cap. 1. in princ.*

104. Hæretici, qui Eccleſiâ Catholicâ relictâ in ſuis erroribus moriuntur, ſalutem non inveniunt, ſed pereunt. *Profec.*

105. Hi ſunt ulceroſa, ſive putrida membra Eccleſiæ, quæ cùm inſanabilia permanſerint, præcidentur à corpore, & in ignem æternum mittentur. *Ep. ad Florentium, poſt med.*

ORIGENES. 106. Multò nocentior eſt hæreticus bonæ vitæ, & plus in doctrina ſua habet authoritatis, eo qui doctrinam converſatione maculet. *Hom. 7. in cap. 16. Ezech. poſt init. tom. 1.*

S. PETR. DAM. 107. Non error hæreticum, ſed pervicax obſtinatio facit: nec omnes hæretici dicendi ſunt, qui opinantur errorem, ſed qui pertinaciter & audacter prædicant falſitatem. *Ep. 13. ad Alexandr. Pap. ſub fin. pagina 10. columna 1. tom. 1.*

TERTULLIAN. 108. Hæreſes non tàm novitas, quàm veritas revincit. *De Virg. veland. cap. 1. poſt initium, pagina 365. C. tom. 2.*

109. Hæreſis non recipit quaſdam ſcripturas: & ſi quas recipit, adjectionibus & detractionibus ad diſpoſitionem inſtituti ſui intervertit. *Adverſ. hæretic. cap. 17. in princ. pagina 393. B. tom. 2.*

110. Ferè hæreſes ad noſtra exempla proſiliunt, indè ſumentes præſidia, quò pugnant. *De Anima, cap. 49. in fin. pag. 597. B. tom. 2.*

S. THEOPHIL. ANTIOCH. 111. In hæreſi quidquid ædificatum fuerit, corruit. *Lib. 1. in Evang. ante medium, apud Bibl. Patrum, tom. 2. pag. 149. col. 1. A. edit. Colon. 1618.*

Vide etiam tit. Aſtutia. ſent. 12. Blanditiæ. ſentent. 30. Catholicus. ſent. 10. Deceptio. ſent. 32. Diſcipulus. ſent. 22. Diſputatio. ſent. 14. Doctrina. ſent. 71. Dogma. ſent. 4. 11. 13. 14. 25. 26. 28. 29. Eccleſia. ſent. 28. Eloquentia. ſentent. 11. 21. Error. ſent. 26. Martyrium. ſent. 15. Mendacium. ſent. 69. Negare Deum. ſentent. 14. Oblatio. ſent. 34. Philoſophia. ſent. 14. Pravitas. ſent. 6. Seductio. ſentent. 5. Templum. ſent. 13. Unitas. ſent. 51. Zelus. ſent. 50.

Herodes.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. HERODES ſaltatrici præmium turpiter promiſit, crudeliter ſolvit. *Profec.*

2. Turpe, quòd regnum pro ſaltatione promittitur: crudele, quòd mors Prophetæ pro jusjurandi religione donatur. *Lib. 3. Offic. cap. 12 poſt init. col. 70. A. tom. 1.*

S. BERNARD. 3. Miſera planè civitas, in qua regnat Herodes, quoniam herodianæ ſine dubio particeps erit malitiæ, & ad novæ ſalutis ortum herodiana movebitur turbatione. *Ser. 3. Epiph. ante med. fol. 20. col. 4. M.*

S. BONAVENT. 4. Omnes, qui vocati ſunt Herodes, mali fuerunt: undè primus Herodes fuit malus, ſecundus pejor, tertius peſſimus. *Sup. Luc. cap. 14. in illud, Herodes vult te occidere, pag. 172. col. 1. A. tom. 2.*

5. Herodes interpretatur in pellibus glorians, quod deſignat quemlibet ſuperbum & vane glorioſum. *Ibidem.*

6. Herodes in exilium relegatus miſerrimè vitam finivit, cum ipſa meretricula, quam amavit: ſed puellam quæ ſaltavit, vivam terra abſorbuit. *Serm. 1. de S. Joan. Bapt. ante fin. pag. 256. columna 2. tom. 3.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 7. Nihil proficis Herodes ferociſſimè, impietatis audaciâ potes martyres facere, Chriſtum non potes invenire. *Ser. de Innoc. poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 574. col. 1. C. edit. Colon. 1618.*

S. FULGENT. 8. Quid eſt quod ſic turbaris, Herodes? quoniam natum regem Judæorum audiſti, turbaris, ſuſpitionibus agitaris, invidiæ ſtimulis inflammaris, & ob hoc natum regem occidere conaris. *Profec.*

9. Inanis eſt iſta turbatio tua, & vana prorsùs cogitatio: Rex iſte qui natus eſt, non venit reges pugnando ſuperare, ſed moriendo mirabiliter ſubjugare.

10. Nec ideò natus eſt, ut tibi ſuccedat; ſed ut in eum mundus fideliter credat: venit ergo, non ut pugnet vivus; ſed ut triumphet occiſus.

11. Nec ut ſibi de aliis gentibus auro exercitum quærat, ſed ut pro ſalvandis gentibus pretioſum ſanguinem fundat.

12. Inaniter invidendo timuiſti ſucceſſorem, quem credendo debuiſti quærere Salvatorem. *Ser. 5. de Epiph. ante med.*

13. O humana dementia! ut luxurietur Herodes, necatur Joannes: numquid Propheta ſuo te terruit merito, & non divino judicio? *Profec.*

14. Res eſt extremæ dementiæ, odiſſe loquentem, nec metuere judicantem. *Sermone 7. de Herode, ante medium.*

15. Solent reges ſolemnitatibus ſuis magnas ac terrenas epulas quærere: Herodi autem, cœpit & carcer delicias miniſtrare. *Ibidem, ſub finem.*

S. GREG. MAG. 16. Herodes incautè juravit, & nepharium jusjurandum quod protulit, in Præcurſoris Domini morte complevit. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 4 longe poſt med. col. 1554. A. tom. 2.*

S. HIERONYM. 17. Nullum alium invenimus obſervaſſe diem natalis ſui, niſi Herodem & Pharaonem; ut quorum erat par impietas, eſſet & una ſolemnitas. *Lib. 2. ſup. Matth. cap. 14. can. 6. num. 145. ſup. illud, Die autem natalis Herodis, &c. pag. 43. B. tom. 9.*

18. Herodias timens ne Herodes aliquando reſipiſceret, vel Philippo fratri amicus fieret, atque illicitæ nuptiæ repudio ſolverentur, monet filiam in ipſo ſtatim convivio caput Joannis poſtulet, digno operi ſaltationis dignum ſanguinis præmium. *Ibidem, &c.*

19. Diſſimulat mentis ſuæ malitiam Herodes, artifex homicida, cùm triſtitiam in facie, & lætitiam haberet in mente. *Ibidem.*

20. Scelus excuſat juramento Herodes, ut ſub occaſione pietatis impius fieret. *Ibidem.*

21. Sceleratus admodùm fuit Herodes, & Herodias, ac puella quæ ſaltavit in pretium ſanguinis, caput poſtulat Prophetæ ut habeat in poteſtate linguam, quæ illicitas nuptias arguebat. *Ibidem, &c.*

HUG. A SANCTO VICT. 22. In convivio cum Herode ſedeo, cùm in delectatione vitiorum, vanæque gloriæ favorem quæro: ſaltantem conſpicio filiam Herodis, dùm mihi placet, vanitas curioſitatis. *Libro 2. de clauſtro animæ, cap. 17. in medio, pag. 48. C. tom. 2.*

S. Joannes Chryſost.

23. Convivium Herodis diabolicum.
- Fit cibus cædes.
- Vinum tranſit in ſanguinem.
- Finis apponitur in natali.
- In ortu exhibetur occaſus.
- Convivium mutatur io homicidium.
- Organa vertuntur in funus.
- Tragediæ perſonant feculorum. *Homil. 15. ex diverſ. in Matth. ante fin. col.* 1180, *littera A. tom.* 2.

24. Herodes prophanavit templum, ſacerdotium ſuſtulit, confudit ordinem, temeravit regnum, corrupit quidquid erat religionis, quod legis, quod vitæ, qood morum, quod fidei, quod diſciplinæ perdidit & confudit. *Ibidem, in principio, columna* 1178. *littera C.*

25. Herodes ſicarius in civea, in oobiles latro, in ſocios popolator, in domeſticos prædo, plebis interemptor, occiſor filiorum, in extraneos homicida, in proprios parricida, inebrians terram eruore, in ſiti ſanguinis permanebat. *Ibidem.*

26. Herodes Joannis ſanguinem pium in poculo crudelitatis abſorbuit. *Ibidem, poſt initium, col.* 1178. *littera D.*

27. Herodes, re petit cauſa, te arguunt vincula, te carcer accuſat, te divulgat producta in publicum pœna: Joannes iojuriatur, cauſam cuſtodiæ qui requirit, in te invenit quod puniat, & in Joaone quod deleat. *Ibidem.*

28. Herodes peccandi in Joannem differt facultatem, non aufert voluntatem: undè etiam quos ſuſpendit à crimine, avidiores reddit ad crimeo, & æſtuat animo quouſque perficiat quod cogitat malum. *Ibidem, in medio, col.*1179. *B.*

29. In convivio Herodis intrat beſtia, non puella: quærit caput amputare, non ſaltare: diſcurrit fera, non fœmina. aſpergit jubas per cervices, non capillos: anfractibus dilatat membra, ſævitia creſcit augmentis *Ibid. poſt med. col.*1180. *A.*

30. Saltatria Herodis fit grandis crudelitate, ſaltando non corpore, & ſingularis fera uſque dùm capiat prædam: fremit ore, dentibus frendit, ferrum non ſuſcipit, ſed producit. *Ibidem.*

31. Joannes de morte ſua natus eſt, & Herodes de natali ſuo mortuus eſt. *Ibidem, in fine, columna* 1180. *littera C.*

32. Herodes propter juramentum caput Præcurſoris amputavit, propter juramentum noluit impudeotem ſaltatricem repulſam pati, & homicidium perjurio pejus commiſit. *Homil.*13. *ſup. Acta Apoſt. in fine, Moralis. col.* 537. *A. tom.* 3.

33. Herodes, quia cùm audiſſet vocem Dei per vocem hominis, non dedit gloriam Deo, crepuit & effuſa ſunt viſcera ejus. *Homil.* 26. *ſup. Ep. ad Hebr. in Morali, ante finem, col.* 1824. *D. tom* 4.

34. Rex erat Herodes ſatellitibus undique ſtipatus, divitiis præpotens, regium tenebat imperium. *Serm. de virt. & vitiis, poſt medium, columna* 778. *littera B. tom.* 5.

35. Quemadmodùm ſi quis infundat oleum ſuper ignem ardeotem, magis creſcit incendium: ſic ardentem zelum Herodis, deluſionis opprobrium amplius excitavit. *Hom.*2. *ſup. Matth. oper. imp. poſt med. col.*750. *B. tom.*2.

36. Quid miſerius Herodiade, quæ caput Joannis exhiberi ſibi deſideravit in diſco, in ſuum caput perpetuæ gehennæ ignibus flammiſque demergeret? *Homil. Quòd nemo læditur, &c. ante med.* 755. *D. tom.* 5.

37. Prodit in medium puella ſaltatrix, Herodi placet atque convivis: jurat Herodes, Pete quid velis, tradam ego tibi ad dimidium uſque regoi mei. *Profer.*

38. Vides qoonam regnum abjecerit? Quidquid ipſa petieris, inquit, tradam ego tibi ad dimidium uſque regni.

39. Miſer & infelix ita oe tibi mentis oculi cæcutiunt? tanti regnum facis? ſemel puella ſaltavit, & regni dimidium tradis. Quid ſi ſecundò ſaltaverit? votis exopta, ne denuò ſaltet, vel ſi ſaltaverit, nè demùò placeat: ſin autem, porrò unum relinquitur, ut tibi poſteà ſit mendicandum. *Ser. de virt. & vit. poſt med. col* 778. *B. tom.* 5. S. Joannes Chryſost.

40. Satiùs erat Herodi jusjurandum interpoſitum violare, quàm Prophetæ caput amputare. *Lib.*3. *Parall. cap.*6. *fol.*210. *pag.* 1. *D.* S. Ioannes Damasc.

41. Herodes obſidens terrenum regnum, impugnat cœleſte: terranis iohians, irruit in divina, ipſamqoe pietatem totâ impietate ſectatur. *Ser.*152. *ante medium, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *edit. Colon.*1618. S. Petrus Chryſolog.

42. Herodes deſtioatus ad ſcelus, ad piaculum promptus, paratus ad crimen, cauſas innocentiæ non requirit, jus abrogat, confundit fas nefaſque. *Profer.*

43. Coi nequitia eſt ſodalis, cui odioſa eſt æquitas, iniquitas ſemper eſt amica.

44. Qui cædibus vivit, qui ſe munit ſanguine, qui crudelitatem ſectatur, cui de timore ſtat totum, de amore nil cooſtat.

45. Herodes cæcus Chriſtum gladiis quærit, inveſtigat cruore, crudelitate rimatur, ſucceſſorem timens, inceſſit in authorem. *Ibidem.*

46. Herodes refuga, gentis Judaïcæ invaſit regnum, libertatem ſuſtulit, prophanavit ſancta, confudit ordinem, quidquid diſciplinæ, quidquid cultus eſt abolevit. *Ibidem, ſer.* 156. *circa med. pag.* 774. *col.* 2 *littera H.*

47. Si Herodes pœnitentiam egiſſet, neque jusjurandum, quod ſtultè emiſerat, ſervaſſet: numquàm profectò maximum illud ſcelus admiſiſſet, ut Præcurſorem Chriſti decollaret. *Lib.* 10. *cap.*216. *in fine, pag.*927. *col* 2. In Vit Patr.

Homo.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO,

Etymologia.

CONSIDERA ô homo undè nomen ſumpſeris, ab humo utique appellata eſt humanitas, ſpecialis & domeſtica virtus hominis, quæ conſortem adjuvet. *Lib.* 3. *Offic. cap.* 3. *in princ. col.* 61. *B. tom.*1. *Et Caſſiodorus ſup. Pſ.*139. *in princ. verſ.* 1. *fol.* 214. *col.* 1. S. Ambrosius & Cassiodorus.

Definitio.

Homo eſt animal intellectu præditum, & quod ſentit divinam mentem, vitæ æternæ capax, & hujus ſpoliatione mortale. *De communi eſſentia, circa fin. columna* 650. *littera D. tom.* 3. S. Athanas. Magnus.

Homo eſt creatura Dei rationalis facta ad imaginem conditoris ipſius. *Hom.* 10. *Hexamer. circa med. pag.*53. *tom.* 1. S. Basilius Magnus.

Quid eſt homo? imbecillum corpus & fragile, nodum, ſoptè natura inerme. *De conſolat. ad Marciam. cap.*11. *circa medium, pag* 606. *tom.* 1. Seneca.

Quid eſt homo? alienæ opis indigens, ad omnem fortunæ contumeliam projectum. *Ibidem.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius

1. Nihil eſt magis quo homo cæteris animantibus præſtet, qoàm quod rationis eſt particeps. *Lib.* 1. *Offic. cap.* 26. *in medio, columna* 18. *B. tom* 1.

2. Hominis appellatione eſt dignos, qui non movetur à ſuæ mentis ſtabilitate propter ventum verborum. *Ser.* 1. *Pentec. ante fin. fol.*166 *pag.* 1. S. Antonius de Padua.

3. Omnis qui habet prurientes aures, qui omni verbo credit: noo homo, ſed brutom animal digoua eſt appellari. *Ibidem.*

4. Homo ſecundum principatum mentis, particeps eſt Deitatis, cùm ſit animalis & mentalis. *De communi Eſſentia in calce columna* 632. *A. tom.* 3. S. Athanas. Magnus.

S. AUGUSTIN. 5. Quis non hominem ſe malit eſſe, etiam carne cæcum, quàm belluam videntem? *Lib. 14. de Trin. cap. 14. ante finem.*

6. Quiſque homo diligentiùs attendat primæ conditionis ſuæ excellentiam, quam nobilitate morum, exercitatione virtutum, & dignitate meritorum habere contendat. *De ſpiritu & anima, cap. 35. in fine, pag. 624. D. tom. 3.*

7. Magna prorsùs dignitas hominis eſt, portare imaginem Dei, & illius in ſe jngiter vultum aſpicere, atque ſemper per contemplationem præſentem habere. *De ſpiritu & anima, cap. 52. poſt medium, pag. 633. B. tom. 3.*

8. Scito quomodo homo es, cujus conceptio culpa, naſci miſeria, vivere pœna, mori neceſſe. *Ibid. cap. 51. poſt med. pag. 633. A.*

9. Omnis homo advena eſt naſcendo, & incola vivendo, quoniam compellitur migrare moriendo. *In quæſt. ſuper Levitic. quæſt. 91. in fine, pagina 162. C. tom. 4.*

10. Senſu tuus multæ beſtiæ ſuperant, mente autem, ratione & ſcientia, nos illis Deus præpoſuit. *Proſecutio.*

11. Humana anima quantò in ſenſus declinat, tantò magis ſimiliorem hominem pecori facit. *De quantit. animæ, cap. 28. à principio, pagina 424. littera D. tomo 1.*

12. Homo ita excellit, ut nulla ei beſtiarum, ipſe autem multis imperare poſſit. *Lib. 1. de libero arbit. cap. 7. ante med. pag. 439. A. tom. 1.*

13. Motibus animæ cùm ratio dominatur, ordinatus homo dicendus eſt. *Ibidem, cap. 8. in fine, pagina 439. lit. B.*

14. Tolle jactantiam, & omnes homines quid ſunt, niſi homines? *Libro 5. de Civ. Dei, cap. 17. poſt med. pag. 93. A. tom. 5.*

15. Omni miraculo quod fit per hominem, majus miraculum eſt homo. *Ibidem, lib. 10. cap. 12. in medio, pag. 175. A.*

16. Tamdiù eſt aliquid homo, quamdiù hæret Deo, à quo factus eſt homo: nam recedens ab illo, nihil homo eſt. *Super Pſalm. 75. ante med. verſ. 4. pag. 572. C. tom. 8.*

17. Quando homo fit non homo, hoc eſt, quando ægroteſcit, ægrotando ægritudo ereſcit, peccator expaveſcit, cor contremiſcit, caput obſtupeſcit, ſenſus evaneſcit, virtus exareſcit, vultus palleſcit, facies nigreſcit, oculus tenebreſcit, auris ſurdeſcit, naſus putreſcit, lingua fateſcit, os obmoteſcit, corpus tabeſcit, caro marceſcit. *De ſpeculo peccatoris. cap. 5. poſt medium, pag. 691. B. tom. 9.*

18. Poſt hominem vermis, poſt vermem fœtor & horror: Sic in non hominem vertitur omnis homo. *Ibidem, prope fin. pag. 691. B.*

19. Homo ille dicitur humanus, qui ſe exhibet hominem. *De verbis Apoſt. ſerm. 8. in princ. pag. 195. B. tom. 10.*

20 Agnoſcat homo quantum ab illo expectet Deus, & quem tanta dignatione habuit charum, quàm velit eſſe in converſatione pretioſum. *Proſec.*

21. Agnoſcat homo quantùm valeat, & quantùm debeat, & dùm pretium ſuum cogitat, vilis ſibi eſſe deſinat. *Ser. 1. fer. 3. poſt Dom Palmar. & in ord. 120. poſt med pag 619. B. tom. 10.*

S. BASILIUS MAGNUS. 22 Imperiale es animal, ô homo, & quid ſervis affectibus? quid tuam ipſius dignitatem deſtruis, & ſervus ſis peccati? *Proſec.*

23. Cur teipſum facis captivum diaboli? princeps creaturæ electus es, & reverentiam ac authoritatem naturæ tuæ abjeciſti?

24. Servus vocatus es? quid te affligit ſervitus corporis? cur non glorraris in dominio tibi à Deo contributo, quòd rationem habes affectuum dominam?

25. Cùm videris herum tuum ſervum eſſe voluptatis, teipſum verò moderatum, ſcito quòd tu quidem es ſervus nomine ſolùm: ille verò nomine quidem habet dominium, opere verò confirmatam habet ſervitutem. *Homil. 10. in Hexamer. ante medium, pagina 52. tomo 1.*

26. Omnia beſtiæ imperium habes, ô homo, & innumeras, & multam ferarum turbam in teipſo habes. *Proſec.* S. BASILIUS MAGN.

27. Parva beſtiola eſt ira, cùm latrat in corde tuo, nonne omni cane ſerocior exiſtit?

28. In doloſa anima tua latitans dolus, nonne omni urſa in latebris deliteſcenti immitior eſt?

29. Nonne eſt beſtia ſimulatio? qui velox eſt ad contumeliam ac injurias, nonne eſt ſcorpius? qui cùm ad vindictam concitatur, nonne eſt vipera ſævior?

30. Avarus nonne eſt lupus rapax? qualis beſtia in nobis non eſt? mulier amore furens, nonne eſt equus inſaniens?

31. Multæ igitur beſtiæ in nobis ſunt, factus itaque es princeps beſtiarum; ſi externarum imperium habes, internas ſine imperio relinques?

32. Princeps creatus es, princeps affectuum, princeps beſtiarum, princeps reptilium, princeps volatilium.

33. Neque ergo cogitationes habeas ſublimes, neque levis ſis & inconſtans mente: ad volatilium imperium deſtinatus es.

34. Abſurdum erit, ſi externa quidem volatilia depopuleris, ipſe verò levis ſis ac ſublimis. Ne ſuperbias, ne te efferas: impera cogitationibus tuis, quo ſias princeps rerum omnium. *Ibidem, ut ante ſub finem, pagina 55.*

35. Magna quidem res eſt homo, ſed animal illud fragile eſt, innumeris affectionibus ſubjectum, ex nativitate uſque ad ſenectutem infinitam malorum multitudinem exhauriens. *Proſec.*

36. Nihil eſt homo, & magnum quid eſt homo: ſi enim ad naturam ſolùm reſpicias, nihil eſt homo, & nullius pretii: ſi verò ad dignitatem, qua honoratus eſt, magna res eſt homo. *Ibidem, Homil. 11. in principio, pagina 56.*

37. Homo cùm conſummatur, ad Angelorum dignitatem evehitur. *Apud Div. Joannem Damaſcenum, libro 1. Parall. cap. 52. in principio, folio 29. pagina 2. littera A.*

S. BERNARDINUS SENENS. 38. Nihil homini ſeipſo vilius eſt, & plus ſeipſum negligit, quàm aliquid ſuorum. *Sermone 19. fer. 2. poſt Dom. 2. Quadr. art. 3. cap. 1. in principio, pag. 108. col. 1. C. tom. 1.*

S. BERNARD. 39. Adverte homo, quia limus es, & non ſis ſuperbus: quia Deo conjunctus es, & non ſis ingratus. *Ser. 3. vigil. Nativ. poſt med. fol. 12. columna 1. C.*

40. Nihil aliud eſt homo quàm ſperma fœtidum, ſaccus ſtercorum, cibus vermium: poſt hominem vermis, poſt vermem fœtor & horror, ſic in non hominem vertitur omnis homo. *Proſec.*

41. Quid ſuperbis pulvis & cinis? cujus conceptus culpa, naſci miſeria, vivere pœna, mori anguſtia. *Lib. Medit. cap. 3. poſt initium. fol. 322. columna 4. littera L.*

42. Undè ſuperbit homo, cujus conceptio culpa, naſci pœna, labor vita, neceſſe mori, quando & quomodo vel ubi, neſcire? *De inter. Domo. cap. 53. in fine, fol. 331. col. 4. K.*

BOETIUS. 43. Cùm ultrà homines quemque provehere ſola probitas poſſit, neceſſe eſt, ut quos ab humana conditione dejecit, infrà hominis meritum detrudat improbitas. *Proſec.*

44. Evenit ut quem transformatum vitiis videas, hominem exiſtimare non poſſis: ita ut qui probitate deſertâ homo eſſe deſierit; cùm in divinam conditionem tranſire non poſſit, vertatur in belluam. *Lib. 4. de Conſol. Philoſ. Proſa 3. circa finem.*

S. BONAVENT.

45. Sex ſunt genera hominum.
- Timidi. — Primos vincit concupiſcentia.
- Pigri. — Secundos, acedia.
- Stolidi. — Tertios, nrgligentia.
- Superbi. — Quartos, ſuperbia.
- Blaſphmi. — Quintos, diffidentia.
- Maligni. — Sextos, nequitia. *Super Pſalm. 31 in fine, pag. 102. columna 2. lit. A. tom. 1.*

46. Homo Eſt
- Rationalis, ut Deum inveſtiget.
- Concupiſcibilis, ut ſolum Deum deſideret.
- Iraſcibilis, ut adverſantia reprobet. *Sup. Pſal. 67. poſt med. pag. 119. columna 2. E. tom. 1.*

47. Tria ſunt in bomine.
- Ingenium. — Ingenium requirit incognita.
- Memoria. — Memoria recoodit dijudicata.
- Ratio. — Ratio judicat inventa. *Super Pſal. 68. poſt med pag 121. col. 1. D. tom. 1.*

CLEMENS ALEX. 48. Viris & mulieribus commune nomen, homo eſt. *Libro 1. Pædagogi. cap. 4. circa medium, fol. 18. pag. 2. D.*

DIONYSIUS CARTHUS. 49. Beſtia ea naturali ioſtinctu regitur, tu, ô homo, rationis ductu: illa movetur ſenſu, tu intellectu: illa moritur tota, quando caro deficit, tu perpetuò maoes, cùm ſpiritus corpus relinquit. *De perf. charit. art. 10. in princ. fol. 179. pag. 2.*

S. DOROTH. 50. Verè creaturarum omnium, quæ videntur, pretioſiſſimus homn eſt. *Doctr. 22. circa med apud Bibl. Patr. tom. 4. pagina 797. col. 2. F. editionis Colonienſis* 1618.

S. EUSEBIUS EMISS. 51. Quid te, ô homo, erubeſcendis cupiditatibus exhonoras? nobilem vult eſſe vitam tuam, qui tibi commiſit imaginem ſuam: quàm pretioſus ſis, ſi factorem fortè non credis, interroga Redemptorem. *Homil 2. de ſymbolo, ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1.*

52. Totus homo in animi intellectu, & ſenſus exercitio, & in mentis ratione ac vigore conſiſtit. *Ibidem, Homil de pœnit. Ninivitar. poſt med. pag. 570. col. 2. F.*

FRANCISCUS TITELM. 53. Quid eſt homo? creatura vilis & fragilis, ac (quantum ad corpus attinet) nullius ferè roboris aut pretii. *In elucidat ſup. cap 7. Job poſt med. in illud, Quid eſt homo? &c. fol. 69. pag 2.*

54. Omois homo, quantum exſeſe, vanus eſt, mendax, & inſtabilis, & ad peccati vanitatem pronus, atque à vitiata origine ex ingenita mala concupiſcentia ad malum proclivis. *In Annotat. ſup. Pſ. 13 circa med. pag. 121. ſect. 1.*

GLOSSA ORD. 55. Nihil viventes homines differunt ab iis, qui in pictura exprimuntur: æqualiter enim horum & illorum natura tempore labitur & corrumpitur. *Sup. Pſ. 38. col. 703. A. tom. 3.*

S. GREGORIUS MAGNUS. 56. Homo ad contemplandum Creatorem ſuom conditus eſt, ut ejus ſemper ſpeciem quærat, atque in ſoliditate illius amoris habitet. *Libro 8. Moral. cap. 10. circa medium, ſuper illud Matth. 5. Vade in domum tuam, &c. col. 256. C. tom. 1.*

57. Hominem Deus.
- Largitate rationis ditat.
- Infuſione gratiæ viſitat.
- Honore collatæ virtutis exaltat. *Ibidem, cap. 16. in medio, ſup. illud Iob 7. Quid eſt homo?*

58. Homo eſt cœlum, & terra: cœlum, cùm jam per deſiderium ſummis inhæret: terra, quia in booo opere fiat ſpei ubertate fructificat. *Ibidem, lib. 10. cap. 7. num. 10. ſup. illud Iob, 11. Excelſior cœlo eſt. col. 352.* S. GREG MAG.

59. Omnis creaturæ aliquid habet homo: habet namque homo commune eſſe cum lapidibus, vivere cum arboribus, ſentire cum animalibus, intelligere cum Angelis. *Homil. 29. ſup. Evang. poſt init. ſup. illud Prædicate Evangelium omni creaturæ, col. 444. C. tom. 2.*

S. GREG. NAZ.

60. Sumus
- Somnium nequaquàm ſtabile.
- Phaſma quoddam incomprehenſibile.
- Volatus avis prætervolantis.
- Navis in mari veſtigio carens.
- Cinis.
- Vapor.
- Ros matutinus.
- Flos cum tempore virens, & cum tempore marceſcens. *Orat. 6. de funere Cæſarii fratr. ſui. poſt med. pag. 46.*

61. Quantò corporis imbecillitate homo reliquis animantibus infirmior, tantò eſt rationis excellentiâ ſuperior. *Orat. 1. ſup. verba, Faciamus hominem, &c. ante med. columna 36. C.* S. GREG. NYS.

62. Nullum eſt creaturæ genus, qoodnon in homine poſſit agnoſci. *Serm. Dom. 5. poſt Pent. in Appendice ſub finem.* HAYMO.

63. Hominem te eſſe noveris, & paſſionibus humanis (niſi caveris) ſubjacere. *Tom. 1. Ep. 9. ad Salvinam. ante fin. pagina 77. A.* S. HIERON.

64. Hominem te eſſe memento. *Tom. 1. Ep. 25. ad Paulam. ante med pag. 158. D.*

65. Per exteriorem hominem, interioris hominis vita demonſtratur. *Tom. 1. Epiſt. 27. poſt med. pag. 179. littera A.*

66. Homo à principio conditionis ſuæ, Deo utitur adjutore: & cùm illius ſit gratiæ, quòd creatus eſt, illiuſque miſericordiæ, quòd ſubſiſtit & vivit, nihil boni operis agere poteſt abſque eo. *Tom. 3. Ep. 17. ad Cyprian. ante med. pag. 99. A.*

67. Commune judicium eſt, inter omnia terrena Dei opera nihil homine utilius, nihil eſſe ſpecioſius. *Sup. Pſ. 118. verſ. Manus tuæ fecerunt me. in princ. fol. 62. columna 2.* S. HILARIUS.

68. In homine quidquid eſt, proficit. *Ibidem.*

69. Egregium hoc & præclarum in bomine eſt, quòd à cæteris dignitate operationis excipitur. *Ibidem.*

70. Homo eſt
- Fragilis.
- Ad peccatum pronus.
- Ad reſurgeodum ineptus.
- Ad conſtantiam tenendam infirmus. *Libro 4. de propriet. cap. 8. pag. 307. H. to. 2.* HUGO A S. VICTORE.

71. Magnum fecit Dominus bominem in natura, majorem in gratia, maximum in gloria. *Sup. Iob, cap. 7. fol. 407. col. 2. tom. 1.* HUGO CARD.

72. Quid eſt homo?
- Fragilis in carne.
- Brevis vitæ.
- Putridus per internam corruptionem.
- Fœtidus per peccatum.
- Imbecillis ad reſurgendum.
- Vanus in opere.
- Vanior in ſermone.
- Vaniſſimus in cogitatione.
- Servus diaboli per peccatum. *Sup. Pſ 6. Moraliter, fol. 16. columna 4. tome 2.*

73. Homo ex ſe nihil eſt: ſi autem aliquid eſt, ex Dei muuere eſt. *Sup. Sapient. cap. 6. ſub finem, fol. 149. columna 3. tom. 3.*

Hugo Card.

74. Homo io pœna naſcitur, & in pœna moritur, & ideò io pœna vivere debet. *Sup. Iſay. cap. 30. Myſtice fol. 64. columna 4. Myſtic. tom. 4.*

S. Ignatius Mart.

75. Homo jàm Dei, jàm diaboli eſt: ſi quis pietati ſtudet, Dei homo eſt: ſi impiè agat, diaboli eſt. Non id factus per naturam, ſed per animi arbitrium. *Ep. 6. ad Magneſianos, ante med. apud Bibl. Patr. tom. 1. pag. 81. col. 1. G. edit. Colon.* 1618.

S. Innoc. III.

76. Circa ſtatum humanæ conditionis tria præcipuè conſiderare debemus.
Ingreſſum. — Grave quidem eſt ingreſſu.
Progreſſum. — Gravius in progreſſu.
Egreſſum. — Graviſſimū in egreſſu. *Serm. 1. Septuageſ. circa initium, fol. 9. columna 1.*

S. Joannis Chryſoſtom.

77. Homo manſuetum animal, & rationale, & benignum; contraria ſuæ naturæ ſæpiſſimè facit, & negligentiâ mores ſuos in ferinos vertit. *Hom. 12. ſup. Gen. à medio, col. 79. littera A. tom. 1.*

78. Sicut magnum & venerandum eſt rationale animal, & maximè quando in virtutis viam contendit; ita quando io malum declinat, truculentarum beſtiarum imitatur crudelitatem. *Proſec.*

79. Beſtiale quiddam eſt homo, quando in peccatum declinat, & quamvis rationale & manſuetum ſit animal, multis tamen nominibus beſtiarum ſuperat ferociam. *Ibidem, Homil. 19. circa init. columna 133. littera A.*

80. Noo aliud eſt homo, quàm corporis animique collectio: hæc duo quantum definitionibus differunt! *Hom. 2. de lapſu primi hominis. poſt med. col. 544. B. tom. 1.*

81. Omnia animalia Deus propter hominem fecit, hominem autem propter ſe: ſi ergo animalibus miniſtrat propter hominem, nonne hominibus mioiſtrabit propter ſeipſum? *Proſec.*

82. Quantò pretioſior eſt hominis creatio, quàm animalium: tantò major ſolicitudo Dei de hominibus, quàm de animalibus. *Hom. 16. ſup. Matth. oper. imperf. in medio, col.* 850. *D. tom. 2.*

83. Præ omnibus malis, homo eſt peſſimum malum: unaquæque beſtia unum habet & proprium malum, homo autem habet omnia in ſe. *Prof.*

84. Beſtia quamvis ſit crudelis, tamen quia irrationalis eſt, declinabitur ab homine crudelitas ejus: homo autem crudelis cùm ſit & rationalis, ooo facilè evadetur crudelitas ejus.

85. Homo pejor eſt ſerpente; quoniam ſerpens etſi malitiam habet, tamen hominis timorem habet: ideò ſi quem abſconsè potuerit, mordet, ſi autem non potuerit, fugit. Homo autem & malitiam habet ſerpentis, & timorem non habet: ideò quamdiù non habet tempus, latet ſicut ſerpens: ſi verò invenerit, irruit ſicut beſtia.

86. Homo pejor eſt angue; quia anguis ſi irritata fuerit, ſævit: ſi irritata noo fuerit, in ſilentio tranſit. Homo verò non irritatus inſanit, & magis ſoper illos inſanit, à quibus oon fuerit irritatus.

87. Homo malus pejor eſt quàm ipſe diabolus: diabolus enim ſi videat juſtum, oon eſt auſus ad eum accedere: homo autem malus, quamvis homioem ſanctum viderit, ooo ſolùm illum non timet, ſed adhuc magis contemnit.

88. Diabolus homini non præſtat virtutem malè agendi, ſed homo diabolo: arma enim diaboli, malus homo eſt.

89. Sicut homo ſine armis non poteſt aliquid facere contra hoſtem, ſic diabolus ſine homine non valet quidquam cootra Sanctos. *Ibid. Hom. 24. in medio, col.* 894. *lit. C.*

90. Animam non habes homiois, ô homo, cùm calcitres aſinorum more; cùm laceſſitus efferaris, ut cameli: cùm mordeas, ut urſi: cùm rapias, ut lupi: cùm fureris, ut vulpes: cùm ſis doloſus, ut ſerpentes: cùm impudens, ſis, ut canes. *Homil. 6. ſuper 2. Cor. in Morali, ante medium, columna 733. littera C. tom. 4.*

S. Joannis Chryſoſtom.

91. Homo terra eſt, cinis, caro, ſanguis, fœnum, floſculus, herbæ, umbra, fumus, vanitas, & ſi quid iis exilius, vilius, atque abjectivus. *Homil. 2. de incomprehenſibili Dei natura, ante medium, columna 1161. littera B. tom. 5.*

92. Homo eſt animal rationale, mortale, rationis ac diſciplinæ capax. *Hom. 13. ſup. Ep. ad Tim. ante fin. col.* 1502. *D. tom. 4.*

Ioan. Trith.

93. Quid tàm tenue ut homo, qui hodie vivit, & cras non compàret? *De vanit. & miſer. hum. vita, cap. 2. in princ. pag. 786. col. 2.*

S. Irenæus.

94. Gloria hominis, Deus, operationes verò Dei, & omnis ſapientia ejus, & virtutis receptaculum, homo. *Libro 3. adverſus Hæreſ. cap. 22. circa medium, pag. 187.*

S. Iſid. Hiſp.

95. Omnia ſub cœlo propter hominem facta ſunt, homo autem propter ſeipſum. *Libro 1. de ſum. bono. cap. 11. ſent. 1. pag. 624. col. 2.*

96. Univerſitatis creaturæ homo magna quædam portio eſt, tantoque gradu eſt cæteris excellentior, quanto imagini divinæ vicinior. *Ibidem.*

97. Pulvis es, & in pulvere ſede: cinis es, & in cinere vive. *Et hab. apud Bedam in ſuis ſcintillis. cap. 4. col. 378. tom. 7.*

Lact. Firm.

98. Summum inter ſe hominum vinculum eſt humanitas, quod qui diſruperit, nefarius & parricida exiſtimandus eſt. *Libro 6. de divin. inſt. cap. 10. circa init. pag. 253.*

99. Conſervanda eſt humanitas, ſi homines rectè dici velimus. *Ibidem, cap. 11. in principio, pagina 255.*

100. Cùm homines Deus artifex ore ſublimi, ſtatu recto figuratos ad cootemplationem cœli & notitiam Dei excitaverit: curvare ſe ad terram malunt, pecudum more. *De ira Dei, cap. 20. in fine, pag. 360.*

101. Homo animal eſt providum, ſagax, multiplex, acutum memoriæ, plenum ratioois & conſilii. *Lib. 2. de divin. inſt. cap. 12. ante fin.*

102. Nihil prodeſt hominem eſſe ita fictum, ut recto corpore ſpectet in cœlum, niſi erectâ mente per contemplationem Deum cernat, & cogitatio ejus in ſpe vitæ perpetuæ tota verſetur. *Ibidem, libro 3. cap. 27. in fine.*

S. Laurent. Juſtin.

103. O hominum lugenda conditio! quæ cùm ſit exul à patria, exultet in via: & cùm delictorum ſit funibus irretita, ac ignobili ſervitute depreſſa, libertatis ſe putat bono potiri. *De obedient. cap. 26. circa init. pag. 650. col. 2. D. part. 2.*

S. Petrus Chryſolog.

104. Quid infirmius homine, quem
Senſus fallit.
Ignorantia decipit.
Circumvenit judicium.
Pompa lædit.
Tempus deſerit.
Mutat ætas.
Hebetat infantia.
Juventus præcipitat.
Senectus frangit? *Sermone 5. ab initio, apud Bibl. Patrum, tom. 5. parte 2. pagina 695. columna 1. littera A. editionis Coloníenſis* 1618.

S. Petrus Damianus.

105. Ille ſe credat veraciter hominem, qui hominum recognoſcit authorem. *Opuſc. 23. cap. 5. ante med. pag. 596. col. 1. D. tom. 3.*

S. Remigius.

106. Animalis homo dicitur, qui ſpiritum Dei non habet: qui licet ratione diſtet à pecore, ipſâ tamen ratiooe noo benè utitur. *Super 1. Cor. cap. 2. can. 14. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. editionis Coloníenſ.* 1618.

S. REMIGIUS. 107. Quantum poſſunt homines de alio judicare, plus homo utique de ſeipſo, ſed Deus plus de homine, quàm homo de ſe. *Ibidem, cap. 4. tom. 4.*

108. Tanta profunditas eſt in homine, ut lateat plerumque hominem, in quo eſt. *Ibidem.*

THEOPHILACT 109. Homo creaturarum omnium eſt perfectiſſimus, & particeps naturæ omnium, ſed quiddam ſublimius habens. *Super Luc. cap. 10. in illud, Et ecce quidam legiſperitus, &c. pag. 189. A.*

S. THOMAS AQUINAS. 110. Homo quando ſecundùm rationem operatur, eſt optimum animalium: ſed quando declinat ad malitiam, eſt peſſimum. *Profec.*

111. Si enim declinat propter crudelitatem, nulla beſtia ita eſt crudelis: unde decies millies eſt pejor malus homo, quàm mala beſtia. *Sup. Ep. ad Tit. cap. 1. lect. 3. circa finem.*

112. Indignum eſt, ut cùm homo ſit tantæ dignitatis, ſecundùm æſtimationem divinam, & ita Deo propinquus ſit, ut Deus homo fieri voluerit, quod homo rebus inferioribus Deo inordinatè ſe ſubjiciat. *Contra Græcos & Armenos. cap. 5. in fine, tom. 2.*

113. Homo in hoc præcipuè irrationabilibus præeminet creaturis, quòd ſupernaturalis boni eſt capax. *Sup. 2. ſent. diſt. 27. art. 1. ad 1.*

IN VITIS PATR. 114. Homo ſimilitudo Dei fuit ab initio, factus eſt autem ſimilitudo beſtiæ, poſtquàm excidit à Deo. *Lib. 10. cap. 152. poſt med. pagina 902. columna 2.*

115 Noli mirari ſi homo cùm ſis, Angelus fieri poſſis: propoſita enim tibi eſt par Angelis gloria, eamque agonotheta noſter certantibus ſpondet. *Ibidem.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 116. Homo propter erectum opificium, partem ſuperiorem potiſſimùm habet, quæ ad ipſius univerſi editam reſpondeat. *De Juvent. & ſenectute, ab initio, tom. 1.*

117. Solus animalium homo ambidexter, hoc eſt, dexter, manu utraque naſcitur. *Lib. 2. de hiſtor. animal cap. 1. poſt init. tom. 2.*

118. Homo naturâ perfectiſſima eſt. *Ibidem, lib. 9. cap. 1. poſt init.*

119. Quale hominum genus eſt, quod divinitatis particeps ſit! *Libro 2. de part. animal. cap. 10. poſt initium.*

120. Optimum cunctorum animalium eſt homo: ita ſi alienus fiat à lege, & à judiciis, peſſimum eſt omnium animalium. *Libro 1. Politic. cap. 2. in fine, tomo 2.*

121. Homo omnium animalium longè ſapientiſſimus eſt *De mundo longè poſt init. tom. 2.*

122. Homo, qui adeò eruditione præditus eſt, animantium omnium injuſtiſſimus eſt. *Sect. 19. Problem. quæſt. 7. tomo. 2.*

CICERO. 123. Homini homine nihil pulchrius [illegible]tur. *Lib. 1. de natura deor. poſt medium, num. 77. tom. 4.*

124. Quid eſſe poteſt in rerum natura homine melius? in eo enim ſola ratio eſt, quâ nihil poteſt eſſe præſtantius. *Ibidem, lib. 2. ante med. num. 16.*

125. Celſos & erectos conſtituit homines Deus, ut ejus cognitionem cœlum intuentes capere poſſint. *Profec.*

126. Sunt enim in terra homines, non ut incolæ atque habitatores, ſed quaſi ſpectatores ſuperarum rerum atque cœleſtium. *Ibidem, poſt med. num. 140.*

127. Natura vi rationis hominem conciliat homini ad vitæ ſocietatem. *Lib. 1. Offic. poſt init. num. 12. tomo 4.*

PLATO. 128. Ludicrum quoddam Dei eſt homo, ab eo exquiſitum atque effictum; & revera illud eſt optimum & præſtantiſſimum Dei opificium. *Tom. 2. ſizyg. 4. lib. 7. de legibus ante medium, pagina 803. C.*

129. Tribus maximis vinculis conſtringendi ſunt homines, atque coercendi: metu, lege, & verâ ratione. *Ibid. lib. 6. ante fin. pag. 783.*

SENECA. 130. Nullum animal moroſius eſt, nullum majore arte tractandum, quàm homo, nulli magis parcendum. *Profec.*

131. Quid enim ſtultius quàm in jumentis & canibus erubeſcere iram exercere, peſſimâ autem conditione ſub homine hominem eſſe? morbis medemur, nec iraſcimur, atqui & hic morbus eſt animi, mollem diſciplinam deſiderat, ipſumque medentem minimè infeſtum ægro. *Lib. 1. de Clementia ad Neronem. cap. 17. in principio, pagina 477. tom. 1.*

132. Indomitus ſit homo ingenio, animo, manu liber. *De conſolat. ad Marciam. cap. 1. in med. pag. 598. tom. 1.*

133. Quidquid optimum homini eſt, id extrà humanam potentiam jacet, nec dari, nec eripi poteſt. *De Conſol. ad Helviam. cap. 8. ſub fin. pag. 631. tom. 1.*

134. O quam contempta res eſt homo, niſi ſupra humana ſe erexerit! *Libro 1. quæſt. in præfat. ante med. pagina 647.*

135. Nihil eſt cuique homini ſe vilius. *Ep. 42. poſt med. pag 597. tom. 2.*

136. Pudeat hominem ab exiguis animalibus non trahere mores; cùm tantò hominum moderatior eſſe animus debeat, quantò vehementiùs nocet. *Lib. 1. de Clem. ad Neron. cap. 19. ante medium, pag. 478. tom. 1.*

137. Naturâ homo mundum & elegans animal eſt. *Ep. 92. ante med. pag. 764. tom. 2.*

138. Homo ſum, humani nihil à me alienum puto. *Ep. 95. poſt med. pag. 792. tom. 2.*

139. Ab homine homini quotidianum periculum: nullum malum frequentius, nullum pertinacius, nullum blandius. *Epiſt. 103. ante medium, pagina 818. tom. 2.*

140. Quid homini eſt inimiciſſimum? homo. *De Moribus in princ. pag. 676. edit. Baſil. 1537.*

SIXTUS PHILOSOPHUS. 141. Fidelis homo, electus homo eſt. *Sent. 1. pag. 64. col. 2. F. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colon. 1618.*

142. Electus homo, homo Dei eſt. *Ibidem, ſentent. 2. &c.*

143 Homo Dei eſt, qui Deo dignus eſt: Deo dignus eſt, qui nihil indignè agit. *Ibid. ſent. 3. &c.*

144. Tàm pretioſus eſt homo apud Deum, quàm Angelus. *Ibid. ſent. 30. pag. 64. columna 2. H.*

145. Habes in te aliquid ſimile Dei, & ideò utere teipſo velut templo Dei, propter illud quod in te ſimile eſt Dei. *Ibid. ſent. 32. &c.*

TRISMEGIST. 146. Homo animal eſt divinum, nec eſt cum terrenis brutis, ſed cum diis cœleſtibus comparandus, qui pari ſorte potitur. *Lib. de Poteſt. & Sap. Dei, cui tit. Pimander. cap. 10. in fine.*

147. Homo animal dictum eſt rationale. *Lib. de volunt. divina, cui tit. Aſclepius, cap. 13. in princ.*

Vide etiam tit. Adventus. ſent. 26. Eſſe. ſent. 20. Inſtabilitas. ſent. 1. 11. Ira in genere. ſent. 54. Malum. ſent. 112. Manſuetudo. ſent. 26. Melior, ſent. 17. Natura. ſent. 46. Ratio. ſent. 56. Timor in genere. ſent. 50.

Homicidium.

Vide Occiſio.

Honeſtas.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO,

ETYMOLOGIA.

S. ISIDORUS HISPALENS. HONESTAS dicitur quaſi honoris ſtatus, eoquòd nihil habeat turpitudinis, ſed ſit honor perpetuus. *Lib. 10. Etym. verbo Honeſtas. pag. 138. columna 2.*

Definitio.

S. Thomas Aquinas. Honeſtas eſt quædam ſpiritalis pulchritudo, quæ in hoc conſiſtit, quòd converſatio hominis, ſive actio ejus ſit benè proportionata ſecundùm ſpiritualem rationis claritatem 2. 2. *quæſt.* 145. *art.* 4. *in princ. corporis*, *pag.* 250. *col.* 1.

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius. 1. Quid eſt honeſtas, niſi quæ turpitudinem quaſi mortem fugiat? *Lib.* 1. *Offic. cap.* 45. *in medio*, *col.* 31. *B. tom.* 1.

2. Tantus ſplendor honeſtatis eſt, ut vitam beatam efficiant tranquillitas conſcientiæ, & ſecuritas innocentiæ. *Ibid. lib.* 2. *cap.* 1. *circa init. col.* 38. *A.*

3. Nihil ſpectat vir juſtus, niſi quod conſtans & honeſtum eſt. *Ibid. lib.* 3. *cap.* 1. *in fine*, *col.* 60. *B.*

4. Nihil deformius, quàm nullum habere amorem honeſtatis. *Ibid. cap.* 9. *in princ. col.* 67. *B.*

5. Non vincat honeſtatem utilitas, ſed honeſtas utilitatem. *Ibid. cap.* 6. *in princ. col.* 64. *C.*

6. Nullis adverſis honeſtas impeditur, quæ in his eminet, & magis præcellit, quàm in proſperis. *Ibid. cap.* 14. *ante med. col.* 72. *D.*

7. Ea amicitia probabilis eſt, quæ honeſtatem tuetur: præferenda ſanè opibus, honoribus, poteſtatibus: honeſtati verò præferri non ſolet, ſed honeſtatem ſequi. *Ibid. cap.* 15. *a medio*, *col.* 76. *C.*

8. Nihil præferendum eſt honeſtati. *Ibidem*, *cap.* 16. *in princ. col.* 76. *C.*

S. Antoninus 9. Verecundia fovet honeſtatem, removendo quæ ſunt honeſtati contraria. *Part.* 4. *tit.* 4. *cap.* 1. §. 3. *circa med. fol.* 26. *col.* 2.

S. Augustin. 10. Tanta vis eſt probitatis & caſtitatis, ut omnis vel penè omnis ejus laude moveatur humana natura, nec uſque adeò ſit turpitudine vitioſa, ut totum amittat ſenſum honeſtatis. *Lib.* 2. *de Civit. Dei*, *cap.* 26. *ante med. pag.* 39. *B. tom.* 5.

11. Honeſtas non reprehendit, quod reprehendit ſuperbia eorum qui vocari honeſti amant, ſed eſſe non amant. *De opere Monach. cap.* 13. *circa med. tom.* 3.

12. Quod malum geritur, omnes convocat ſpectatores; quod bonum dicitur, vix aliquos invenit auditores; tanquàm honeſta erubeſcenda ſint, & inhoneſta glorianda. *Lib.* 2. *de Civit. Dei cap.* 26. *circa med. tom.* 5.

13. Indignè ab honeſtis coluntur, qui per turpes placantur *Ibid. cap.* 29. *ante finem.*

14. Ita nunc conſtituti ſumus, ut & per carnem voluptate affici, & per ſpiritum honeſtate poſſimus. *De duab. animab. cap.* 13. *poſt init. tom.* 6.

15. Inhoneſta ſunt illa, quæ abundantiorem honeſtatem habent velaminis, & ea quâ hoc opus non habent, honeſta ſunt. *Lib.* 4. *contra Iulian. cap.* 16. *ante med. tom.* 7.

16. Honeſtas adhibetur inhoneſtis, cùm rationalis naturæ ſenſu ipſo verecundante velantur. Eorum quippè honeſtas eſt velamentum, tantò abundantius, quantò magis inhoneſta ſunt. *Ibid. circa med.*

17. Sumas optima, facias honeſta. *Lib.* 2 *de Muſica*, *cap.* 13. *ante finem*, *tom.* 1.

S. Bernard. 18. Grata Deo res eſt honeſtas, & Sanctorum Angelorum amica. *De vita Solit. circa med. fol.* 317. *col.* 3. *litera I.*

S. Bonavent. 19. Debet honeſtas radicari in corde, & manifeſtari in ore & opere, ut appareat in exteriori habitu, & pulchreſcat in viſu *Profec.*

20. Nemo honeſtum ſe credat, ſi inhoneſta veſtimenta, vel alia corporis indumenta deferat, ſi inhoneſtè incedat, ſi inhoneſta audeat, & ſi inhoneſta libenter videat. *Serm.* 2. *de Ss. Apoſtolis*, *poſt med. pag.* 296. *col.* 1. *tom.* 3.

21. Verecundiæ eſt, in geſtu & verbo honeſtatem ſervare. *In Centiloq. part.* 3. *ſect.* 42. *circa med. pag.* 87. *col.* 1. *D. tom.* 6.

S. Bonavent. 22. Honeſtos per omnia exigit mores, conventualis honeſtas. *In ſpeculo Diſcipl. part.* 1. *cap.* 15. *poſt med. pag.* 541. *col.* 1. *lit. A. tom.* 7. *part.* 4.

23. Honeſtas in corporis, manuum & habitus decenti diſpoſitione conſiſtit. *Ibidem*, *in fine*, *pag.* 541. *columna* 1. *C.*

24. Decens eſt, quod non curioſitati, ſed honeſtati deſervit. *Ibid. cap.* 25. *ante med. pag.* 548. *col.* 1. *A. tom.* 7. *part.* 4.

25. Multa poſſunt honeſtè fieri, quæ non poſſunt honeſtè videri. *Ibidem*, *cap.* 26. *in medio*, *pag.* 548. *columna* 2. *D.*

26. Attendenda eſt honeſtis congrua perſonarum honeſtas, & honeſtioribus ſemper adhærendum eſt. *Ibid. cap* 30. *in medio*, *pag* 550. *col.* 2. *D. tom.* 7. *part.* 4.

27. Homo eruditus munditiâ gaudet, honeſtatis pulchritudine delectatur. *In ſpeculo diſcipl. part.* 2. *cap.* 4. *in fine*, *pag* 555. *col.* 2. *A. tom.* 7. *part.* 4.

S. Greg. Magn. 28. Honeſtè inhoneſta narrat, qui ut multos ad honeſtatis formam revocet, inhoneſta narrat. *Lib.* 23. *Moral. cap.* 1. *ſtatim a medio*, *num.* 3. *col.* 764. *B. tom.* 1.

S. Ioannes Chrysostom. 29 Nihil honeſtate dulcius. *Hom.* 12. *ſup. Epiſt. ad Coloſſ. ante fin. col.* 1319. *C. tom.* 4.

Joan. Trith. 30. Ubi honeſtas admittitur, curioſitas prohibetur. *De laud. ſcriptor. cap.* 8 *in fine*, *pag* 752. *col.* 2.

Lact. Firm. 31. Nihil turpe ex honeſto naſci poteſt. *Lib.* 3. *de divin. Inſtit. cap.* 11. *ante fin pag.* 109.

S. Leo I. 32. Quid prodeſt honeſtatis formam præferens cultus exterior, ſi interiora hominis aliquorum ſordeant contaminatione vitiorum? *Serm.* 3. *Quadrag. poſt. init.*

S. Maximus Ep. Taurin. 33. Argenti vaſa comparari poſſunt, honeſtas ſola emi non poteſt: honeſtas enim non emitur, ſed acquiritur: quia non conſtat pretio, ſed virtute. *Hom. de Martyrib. in fine*, *apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 39. *col.* 2. *E.*

Philo Jud. 34 Sicut bonum ac honeſtum eſſe, ita & videri prodeſt: cui Deus utrumque conceſſit, ut bonus ac honeſtus & ſit & videatur, hic verè beatus eſt, & verè vir magni nominis. *De migrat. Abraha*, *ante med. pag.* 556. *tom.* 1.

35. Miſerrimi, qui guſtum honeſtatis numquàm ceperunt *Lib.* 2. *de victimis*, *in medio*, *pag.* 1151. *tom.* 2.

36. Omni ſapienti honeſtas amica eſt, & eadem utique ſalutaris. *De Agricult. a medio*, *pag.* 285. *tom.* 1.

Salvianus. 37. Si vis probus, ſi vis potens, ſi vis magnus eſſe, honeſtate debes cæteros, non malignitate ſuperare. *Lib.* 5. *de Gubern. Dei in fine*, *apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 346 *col.* 1. *A. edit. Colon.* 1618.

38. Ubi non eſt vera honeſtas, non eſt vera felicitas. *Ibidem*, *lib.* 7. *poſt init. pag.* 352. *col.* 2 *F.*

S. Valerian. Episcopus. 39 Juſtis actibus facilè honeſta ſuccedunt. *Hom.* 11. *ſub finem*, *apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 488. *col.* 2. *H. edit. Colon.* 1618.

Sententiæ Paganorum.

Aristoteles 40. Omnes actus virtutum honeſti ſunt, & honeſtatis causâ fiunt. *Lib.* 4. *Ethic. ad Nicomach. cap.* 2. *poſt init. tom.* 2.

41. Virtutis finis eſt honeſtum; honeſti ergo magis conjectrix eſt virtus, quàm ex quibus conſtet. *Lib.* 1. *magnor. Moral. cap* 20. *in princ tom.* 2.

42. Omnis virtus honeſti eſt, & ad honeſtum tendit. *Ibidem*, *cap.* 22. *in fine.*

43. Honeſtus eſt, apud quem ſimpliciter honeſta, honeſta ſunt. *Ibidem*, *lib.* 2. *cap.* 9. *in medio.*

44. Honeſtus dicitur, ex eo quod honeſta inſunt illi: honeſta autem ſunt virtutes, operaque ab ipſis profecta. *Lib.* 7. *Ethic. ad Eudemum*, *ante finem*, *tom.* 2. *Profectio.*

45. Honeſta ſunt, cùm virtutis gratiâ faciunt, eliguntque honeſta, vel quod honeſtè naturâ bonâ honeſta ſunt. *Ibidem.*

46. Honeſtum eſt, quod cùm propter ſe eligibile ſit, laudabile eſt: aut quod cùm bonum ſit, idcircò ju-

cundum eſt. *Libro 1. Rhetor. cap. 9. ab initio, tomo. 2.*

ARISTOTELES. 47. Honeſta ſunt, ex quibus ſplendor aliquis, atque illuſtris honos in eos, qui aliquid geſſerint, emanaturus ſit. *De Rhetor. ad Alexandr. cap. de genere deliberativo, tom. 2.*

CICERO. 84. Honeſtum aut ipſa virtus eſt, aut res geſta virtute. *Lib. 5. de finibus poſt med. num. 66. tom. 4.*

49. Honeſta à bonis viris quæruntur. *Lib. 3. Offic. ante med. tom. 4.*

PLATO. 50. Quod eſt melius, eſt etiam honeſtius: illud autem quod honeſtius eſt, decentius eſt. *Tom. 2. Sizygia. 4. in dialog. 1. Alcibiadis, ſub. fin. pag. 135. B.*

PLINIUS II. 51. Non minùs honeſtas, quàm neceſſitas valet. *Lib. 4. Ep. 10. ad Sabinum, in fine, pag. 107.*

SENECA. 52. Omnis pars honeſti, non poteſt eſſe niſi honeſtum. *De beata vita, cap. 15. in princ. pag. 499. tom. 1.*

53. Omne honeſtum in arduo eſt, etiam quod vicinum honeſta eſt. *Lib. 2. de Benef. cap. 18. poſt initium, pag. 399. tom. 2.*

54. Honeſtum ei vile eſt, cui corpus nimis charum eſt. *Ep. 14. circa init. pag. 545. tom. 2.*

55. Nihil honeſtum eſt, quod ab invito, quod à coacto fit: omne honeſtum, voluntarium eſt. *Ep. 66. ante med. pag. 646. tom 2.*

56. Qui omne bonum honeſto circumſcripſit, intra ſe felix eſt. *Ep. 74. in princ. pag. 673. tom. 2.*

57. Una hæc via eſt ad tuta vadenti, externa deſpicere, & honeſto contentum eſſe. *Ep. 74. poſt initium, pag. 674. tom. 2.*

58. Honeſtum ſecurum & expeditum eſt, interritum eſt, in procinctu ſtat. *Ibid. ante finem, pag. 678. tom. 2.*

59. Solum bonum eſt honeſtum, cui modus eſt. *Ep. 76. poſt med. pag. 685. tom. 2.*

60. Nunquàm bonæ honeſtatis ſimulatio longa eſt. *De Moribus, ante med. pag 678 edit. Baſilea. 1537.*

SIXT. PHILOS. 61. Caſtorum vita ſit tibi honeſtatis exemplum. *Sent. 272. pag. 66. col. 1. D. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colon. 1618.*

Vide etiam Tit. Aſpectus. ſent. 104. Gravitas. ſent. 14. Natura. ſent. 76. Ornatus. ſent. 155. Utilitas. ſent. 42.

Honor.

DEFINITIO, PRODUCTIO.

DEFINITIO.

S. ANTONINUS. HONOR eſt teſtificatio quædam excellentiæ alicujus. *Part. 4. tit. 5. de Iuſtitia, cap. 10. §. 1. in princ. fol. 65. col. 4.*

Honor eſt exhibitio reverentiæ in teſtimonium virtutis. *Ibid. circa med. fol. 65. col. 4.*

ARISTOTEL. Honor eſt exiſtimationis benefactivæ indicium. *Lib. 1. Rhetor. cap. 5. in medio, col. 1098. tom. 2.*

PLATO. Honor eſt exhibitio bonorum, quæ in actionibus per virtutem dantur. *Tom. 3. Sizygia 6. de definit. in medio, pag. 413. E.*

PRODUCTIO.

ROBERTUS BELLARM. Virtus honorem parit, non pecunia. *Part. 1. conc. 4. de Epiph. circa med. pag. 100. col. 2.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Ita incubuerunt mores hominum ad admirationem divitiarum, ut nemo niſi dives honore dignus putetur. *Lib. 2. Offic. cap. 26. in princ. col. 55. A. tom. 1.*

2. Honor grandis, grandiori debet ſolicitudine circumvallari. *De dignit. Sacerdot. cap. 3. poſt med. col. 1259. A. tom. 4.*

S. ANSELMUS. 3. Honores hujus mundi nunquàm certam tenent viam, ſed incertis diverticulis, de uno ad alium tranſvolant. *De ſimilitud. cap. 72. in medio.*

S. ANTONIN. 4. Dignitates & honores temporales plenæ ſunt periculis, & vitiis malis. *Part. 2. tit. 3. cap. 5 §. 2. poſt med. fol. 133. col. 1.*

5. Difficillimum eſt, ut gradus honoris non pariat tumorem in animo præſidentis. *Part. 3. tit. 3. cap. 1. §. 9. ante finem, fol. 47. col. 2.*

6. Honores hominem in ſublime ponunt, ſed diu in alto eum ſtare non ſinunt. *Part. 4. tit. 3. cap. 7. §. 11. poſt med. fol. 32. col. 2.*

7. Adverſa honoribus depriment, nihil ab honorato demunt: non enim honor eſt in honorato, ſed in honorantis operatione. *Ibidem, cap. 7. §. 13. poſt init. fol. 32. col. 3.*

S. AUGUSTIN. 8. Tranſit honor hujus ſæculi: quæ hic honorant, in morte onerant: quæ hic relevant, ibi gravant. *Ep. 203. ad Maximinum, prope med. pag. 534. C. tom. 2.*

9. Honor ſi diligitur, illic habeatur ubi nemo indignus honoratur. *Ep. 45. ad Armentar, paulo poſt. med. pag. 102. D. tom. 2.*

10. Honores hujus ſæculi, quid ſunt niſi typhus, & ruinæ periculum? *De Catechiz. rudibus, cap. 16. ante med. pag. 648. D. tom. 4.*

11. Gloriam & honorem boni non debet ſequi virtus, ſed ipſa virtutem. *Lib. 5. de Civit. Dei, cap. 12. poſt med. pag. 90. D. tom. 5.*

12. Paucorum virtus ad gloriam & honorem, vera via eſt. *Ibidem prope finem, pag. 91. A. tom. 5.*

13. Non pro magno haberi debet honor humanus, quia nullius eſt ponderis fumus. *Ibidem, cap. 17. poſt med. pag. 93. A.*

14. In actione non amandus eſt honor in hac vita, quoniam omnia vana ſub ſole, ſed opus ipſum, quod per eumdem honorem fit, ſi rectè atque utiliter fit. *Ibid. lib. 19. cap. 19. in medio, pag. 395. B.*

15. Per fraudes & ſcelera ad divitias honoreſque pervenitur. *Sup. Pſ. 9. poſt med. verſ. 25. pag. 43. A. tom. 8.*

16. Totus ſplendor generis humani, honores, poteſtates, divitiæ, typhi, minæ, tumores, flos fœni eſt. *Sup. Pſ. 102. longe poſt med. verſ. 14. Sicut flos agri, &c. pag. 804. C. tom. 8.*

17. In ſummo honore ſumma tibi ſit humilitas; honoris enim laus eſt humilitatis virtus. *Serm. 1. Dom. 9. poſt Pent. & in ord. 213. in medio, pag. 760. C. tom. 10.*

18. Quantò major honor datur, tantò majus periculum comparatur. *Serm. 62. ad Fratr. in Erem. ante medium, pag. 1002. D. tom. 10.*

19. In ſummo honore, ſumma ſit tibi humilitas; honoris laus eſt, humilitatis virtus. *Ibid. Serm. 70. poſt medium, pag. 1013. A.*

20. Honorum continuandorum facultas non eſſet, niſi ambitio prævaleret. *Lib. 1. de Civit. Dei, cap. 31. in princ. tom. 5.*

21. In cœlo erit verus honor, qui nulli negabitur digno, nulli deferetur indigno. *Ibid. lib. 22. cap. 30. poſt initium.*

22. Honor juſtus virtuti, non vitio debetur. *Lib. 2. de conjug. adult. cap. 20. tom. 6.*

23. Honores vanos qui quærit, non vult cum Chriſto regnare. *In Pſalmo contra partem Donati ante med. tom. 7.*

24. Magnum eſt de honoribus hominum non lætari. *Ep. 64. poſt. med. tom. 2.*

25. Ille ſe honorem dignè accipere potuiſſe demonſtrat, qui acceptum non defendit indignè. *Ep. 238. circa init. tom. 2.*

26. Honor te quærere debet, non ipſum tu. *Hom. 13. ex quinquag. Hom. cap. 1. poſt med tom. 10.*

27. Amaturus es honorem, & fortè non perventurus: noli honorem amare, ne ibi remaneas. *Tract. 10. ſup. Ep. Ioan. ante med. tom. 9.*

28. Quæ hîc honorant, in alia vita onerant. *Ep. 203. longe poſt init. tom. 2.*

S. BERNARD. 29. Qui de amore non venit honor; non honor, ſed adulatio eſt. *Serm. 83. circa med. fol. 201. col. 2. lit. F.*

S. BERNARD. 30. Meditantibus honores blandiuntur, ſed onera penſantibus tædio ſunt atque formidini. *Ep.42. ad Henricum Senonenſem Archiep. poſt med. fol.* 217. *col.* 2. *lit. F.*

31. Multi non tantâ fiduciâ, & alacritate currerent ad honores, ſi eſſe ſentirent & onera, gravari profectò metuerent, *Ibidem.*

32. Quantum honoris laudabilis vita, tantùm afſert & oneris laudans fama. *Ep.* 55. *ad Gaufridum Carnutenſ. Epiſc. in princ. fol.* 220. *col.* 1. *A.*

33. Indignum eſt ut indè exigas honorem, undè refugis laborem. *Ep.* 87. *ad Ogerium Canonic. Regular. poſt med. fol.* 228. *col.* 4. *lit. L.*

34. Durum eſt ſimul & honore privari, & onere premi debitorum. *Epiſt.* 245. *ad Eugen. Pap. in fine fol.* 260. *col.* 2. *lit. E.*

35. In honore ſine dolore eſſe quis poteſt? *Serm. de quinque negotiat. circa med. fol.* 359. *col.* 1. *C.*

36. Humilitas in honore, honor eſt ipſius honoris. *Lib.* 5. *Florum, cap.* 9 *in circa med.*

BOETIUS. 37. Non poſſumus ob honores reverentiâ dignos judicare, quos ipſis honoribus judicamus indignos. *Lib.* 3. *de Conſolat. Philoſ. Proſa* 4. *poſt init.*

S. BONAVENT. 38. Honoris magnitudo, eſt additamentum pœnæ his, qui diligunt vivere ſecundùm honorem. *Sup. Ioan. cap.* 12. *in illud, Honorificabit eum Pater meus, pag.* 374. *col.* 2. *tom.* 2.

39. Quomodo honores beatum facere poſſunt, qui quando hominem ad altiora ſuſtollunt, tantò ei majus præcipitium ingerunt? quantò enim gradus eſt altior, tantò caſus declivior. *Profec.*

40. Minorem major præcedit, ſicut honore, ita & crimine. *Lib.* 3. *Pharetra, cap.* 34. *in medio, pag.* 169. *col.* 2. *A. tom.* 6.

CASSIODOR. 41. Non honorem credas, qui hominum ſuffragio conquiritur; ſed illum, qui Domino largiente præſtatur; qui humilitate altus eſt, qui fide certus, qui mentis robore ſolidatus. *Sup. Pſ.* 112. *circa fin. verſ.* 7. *fol.* 174. *col.* 3.

EVAGRIUS. 42. Abſurdum eſt eum, qui honores conſectatur, labores defugere, quibus honores conciliantur. *Et hab. apud D. Ioan. Damaſc. lib.* 2. *Parall. cap.* 26. *in fine fol.* 74. *pag.* 1. *B.*

S. EUCHERIUS. 43. Non unius meriti viros unus honor ambit, dignoſque & indignos non jam diſcernit dignitas, ſed confundit. *Profec.*

44. Novo modo optimi ac peſſimi viri nuſquam ferè minus diſcrimen eſt, quàm in honore.

45. Nonne honor major eſt, hujuſmodi honore inhonorum eſſe malle, ac ſuis magis moribus, quàm promiſcuis honoribus æſtimari? *In Epiſt. parænetica ad Valerian. longè poſt init. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 774. *col.* 2. *H. edit. Coloniæ.* 1618.

46. Si honoribus capimur, veris honoribus excitemur: optimus quiſque in cœleſtes honores, terrenos honores transfert. *Ibidem, ante med. pag.* 775. *col.* 1. *B.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 47. Quid honorem quaſi indignus repellis? meriti prærogativa, eſt honoris repulſa. *Serm. de S. Maximo, poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 577. *columna* 2. *H. edit. Coloniæ.* 1618.

S. GREG. MAG. 48. Plus honor in hoc mundo, quàm deſpectio occupat. *Lib.* 5. *Moral. cap.* 1. *paulò poſt med. col.* 131. *D. tom.* 1.

49. Lux miſeris datur, cùm tolerare honoris onera compelluntur. *Ibid. cap.* 2. *in medio, ſup. illud Iob.* 3. *Data eſt miſero lux, col.* 132. *C.*

50. Ex timore honor, ex honore ſolet procedere amor. *Sup. Cant. poſt med. Prologi, col.* 6. *A. tom.* 2.

51. Cùm allevatur, dejicitur, qui honoribus proficit, & moribus cadit. *Lib.* 7. *in Regiſtro Indict.* 2. *cap.* 125. *Epiſt.* 125. *ad Leandr. Epiſc.*

52. Cum honoris principio cauſa naſcitur oneris: quia undè honor à rectore capitur, indè illud ſuſcipit quo gravetur. *Lib.* 4. *in* 1. *Reg. cap.* 5. *longè poſt med. ſup. illud, Quæſierunt ergo eum, &c. col.* 1472. *littera C. tom.* 2.

53. Multùm deprimit honor oneroſus. *Lib.* 7. *in Regiſtro Indict.* 2. *cap.* 125. *Ep.* 125. *ante med col.* 999. *B. tom.* 2. S. GREG. MAG.

54. Cum honoris augmento cura quoque ſollicitudinis debet accreſcere. *Ibid. cap.* 112. *Ep.* 112. *ad Syagrium Epiſc. Auguſtodun. poſt. med. col.* 989. *B.*

55. Non honorem eſſe deputo, in quo fratres meos honorem ſuum perdere cognoſco. *Ibid. lib.* 7. *Indict.* 1. *cap.* 30. *Ep.* 30. *ad Eulogium Epiſc. ante finem.*

56. Ex honoribus, ſuperbiæ paſſio nutritur. *Lib.* 4. *ſup. Levitic. cap.* 13. *in fine, apud Bibliotec. Patr. tom.* 7. *pag.* 56. *col.* 2. *H. edit. Coloniæ.* 1618. HESYCHIUS.

57. Quamvis clarus honor ſit, vileſcit in turba. *tom.* 1. *Ep.* 26. *ad Pammach. ante med. pag.* 164. *C.* S. HIERONYM.

58. Non laudis eſt tumere ad honores, ſed pro Dei amore eos parvipendere. *Tom.* 1. *Epiſt.* 27. *ad Euſtoch. poſt init. pag.* 170. *C.*

59. Honorum cupido expleri neſcit. *Tom.* 4. *Ep.* 1. *ad Demetriad. ante med. pag.* 17. *B.*

60. Honorem glorioſum, boni operis fama conſervat. *Tom.* 4. *Ep.* 54. *ad Ocean. de vita Clericor. ante med. pag.* 318. *C.*

61. Omnis ſæculi honor, diaboli eſt negotium. *Sup. Matth. can.* 3. *ante fin. fol.* 4. *col.* 1. S. HILARIUS.

62. Qui honores ambiunt, à Chriſto recedunt. *Sup. Geneſ. cap.* 11. *circa init. Myſtice, fol.* 15. *col.* 3. *tom.* 1. HUGO CARD.

63. Onus mundi præbendæ ſunt, & divitiæ, & honores. *Sup. Pſ.* 80. *fol.* 214. *col.* 3. *tom.* 2.

64. Honores ambitioſus affectat, & ſuperbus extollit. *Lib.* 2. *de contemptu mundi, cap.* 26. *in princ. pag.* 97. S. INNOC. III.

65. Honoris occaſio leve facit quidquid grave eſt, & oneroſum. *Hom.* 4. *ſup. Gen. ante finem, col.* 25. *B. tom.* 1. S. JOANNES CHRYSOST.

66. Is undè honoris cœpit initium, idem relati honoris totam mercedem accepturus eſt. *Hom.* 3. *de David & Saule, poſt med. col.* 630. *C. tom.* 1.

67. Falſus honor cùm à coactis tribuatur, facilè diſperit: verus autem quoniam ex honorantium animo proficiſcitur, ſtabilis permanet. *Hom.* 66. *ſup. Matth. oper. perf. poſt med. col.* 550. *B. tom.* 2.

68 Negligentes honorati, meliores redduntur honore. *Ibidem, Hom.* 88. *poſt med. col.* 699. *B.*

69. Non qui major fuerit in honore, ille eſt juſtior: ſed qui juſtior fuerit, ille eſt major; converſatio melior eſt deſideranda, non gradus dignior. *Hom.* 35. *ſup. Matth. oper. imperf. poſt med. col.* 986. *D. tom.* 2.

70. Uniuſcujuſque Sancti honor, non eſt honor ejus, ſed actus ipſius. *Profec.*

71. Apoſtoli apoſtolatus putatur honor eſſe ipſius Apoſtoli: verè autem non eſt; ſed miniſterium ejus, honor ipſius eſt. *Ibid. ante fin. col.* 988. *A.*

72. Honoris es cupidus? nihil honoratiorem te reddet quàm eleëmoſina. *Hom.* 32 *ſup. Ioan. in fine, columna* 162. *D. tom.* 3.

73. Honor hujus ſeculi, infamia, nugæ, ignominia eſt. *Ibidem, Hom.* 41. *poſt med. col.* 206 *C.*

74. Si Chriſti amore honorem exhibes, licet quis abjectiſſimus, modò fidelis ſit, dignus eſt qui honoretur. *Hom.* 20 *ſuper* 1. *Cor. in Morali, circa med. col.* 479. *C. tom* 4.

75. Quemadmodùm is, qui non traditum à Deo honorem uſurpare præſumit, culpari digniſſimus eſt: ita qui traditum ſibi repellere & à ſe arcere molitur, infidelitatis etiam atque inobedientiæ reus eſt. *Hom.* 1. *ſup.* 1. *Timoth. in princ. col.* 1429. *D. tom.* 4.

76. Honoris eſſe negligentem, laudemque non affectare, magnæ philoſophiæ, & animæ cujuſdam angelicæ, & quæ ipſum verticem cardinis cœleſtis attigerit, certum argumentum eſt. *Hom.* 2. *ſup. Epiſt. ad Titum. in principio Moralis, columna* 1610. *littera D. tom.* 4.

77. Anima quæ honoris tenetur appetitu, & gloriam

ab hominibus quærit, non videbit regnum cælorum. *Ibidem, circa med. col.* 1612. *B.*

S. JOANNES CHRYSOST.

78. Omnes honores corruptibiles ſunt & caduci, & cum præſenti vita ſolvuntur. *Hom.* 17. *ad Popul. Antioch. poſt med. col.* 158. *C. tom.* 5.

79. Honor verus, virtus animi eſt. *Profec.*

80. Hic honor neque à Cæſaribus præſtatur, neque adulatione conquiritur, neque pecuniâ præparatur.

81. Hic honor nihil fucati in ſe habet, nihil ſimulati, nihil occulti.

82. Hujus honoris ſucceſſor oullus eſt, accuſator nullus, nollus ingratus.

83. Hic honor temporibus non mutatur, nec tyrannos patitur, nec picturam tabulæ metuit aliquando delendam. *Hom. quòd nemo læditur, &c. poſt med. col.* 761. *B. tom.* 5.

84. Si teipſum dedecorea, quamquàm omnes tibi pariter habeant honorem, nunquàm profectò honeſtaberis honore. *Serm. de virt. & vitiis, poſt med. columna* 777. *B. tom.* 5.

JOAN. GERS.

85. Summus honor, ſummum onos: ſed oe te onus terreat ſi benè mioiſtraveris, ſummi honoris ſummum præmium. *Serm. de Aſcenſ. Dom. ſub finem, part.* 1.

JOAN. TRITH.

86. Honor eſt virtutis præmium. *In cap.* 7. *Regulæ S. Bened. Grad.* 10. *ante fin. pag.* 390. *col.* 1.

87. Quidquid honori ſubtrahitur, turpitudini reſervatur. *De Ruina Monaſt. Ordin. cap.* 6. *ſub fin. pag.* 830. *col.* 2.

88. Qui alios præcellit dignitate honoris, condecens eſt ut præcedat eoſdem perfectione virtutis. *Ep.* 1. *ad novum Presbit. poſt init. pag.* 918. *col.* 2.

S. IRENÆUS.

89. Quæ ſunt in honore, ſi tranſeunt; quæ utilitas hujus breviſſimi temporis honoris? *Lib.* 2. *adverſ. Hæreſ. cap.* 6. *in princ. pag.* 71.

90. Nulla gratia eſt ejus honoris, qui celeriter præterit; ſed ejus qoi plurimùm, quantùm poteſt, perſeverat. *Ibidem, ab initio, pag.* 72.

91. O vanæ gloriæ honor, qui ſtatim præterit, & jàm non apparet. *Ibidem!*

S. ISIDORUS HISPALENS.

92. Sæpè per honores quorumdam mutantur & mores: & quos antè conglutinatos charitate habuerunt, poſtquàm ad culmen honoris venerunt, amicos habere deſpiciunt. *Lib.* 3. *de Sum. bono, cap.* 29. *ſent.* 5. *pag.* 677. *col.* 2.

93. Quanto ſplendore honoris celſior quiſque eſt, tanto, ſi delioquat, peccator major eſt. *Ibidem, cap.* 50. *ſent.* 5. *pag.* 686. *col.* 1.

94. In ſummo honore, ſumma ſit humilitas, oon te extollat honor. *Lib.* 2. *de Synonim. cap.* 16. *in calce, pagina* 321. *col.* 1.

95. Cave honores, quos tenere ſine culpa non potes: ſublimitas honorum, magnitudo ſcelerum eſt. *Profec.*

96. In majori gradu, major ſine dubio eſt pœna: quantò major honor, tantò majora pericula. *Ibidem, cap.* 17. *pag.* 321. *col.* 1.

S. LAURENT. JUSTIN.

97. Honoris culmen appetendum eſt, ſed in futura vita, ubi nec adulantium blandiootur linguæ, neque elationis ullus erit fomes. *De compunct. Chriſt. perf. cap.* 1. *poſt med. pag.* 364. *col.* 1. *B. part.* 2.

98. Neſcit Deum, & ſemetipſum prorsùs ignorat, qui ante oculos homioum honorabilis apparere deſiderat. *De Regimine Prælat. cap.* 12. *ante med. pag.* 582. *col.* 1. *A. part.* 2.

S. LEO I.

99. Ad honores mundi ſine ſuffragio, ſine merito laboris, indignum eſt pervenire. *Ep.* 87. *ad Epiſc. African. poſt med.*

100. Magnus unicuique honor, eſt integritas ſua. *Ep.* 53. *ad Anatolium Conſtantinop. Epiſc. prope finem.*

101. Non putandus eſt honor ille legitimus, qui fuerit de prævaricatione collatus. *Ep.* 87. *ad Epiſc. African. ante med.*

ORIGENES.

102. Omnis qoi gloriæ ſæculi, & mundi honoribus ſtudet, averſus eſt à Deo. *Hom.* 12. *in cap.* 34. *Exodi, poſt init. tom.* 1.

PETRUS BLESENS.

103. Vulgariter dicitur, quòd booores mutant mores, ſed raró io meliores. *Ep.* 15. *ad Epiſc. Carnotenſ. in medio, apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 715. *col.* 2. *E. edit. Colon.* 1618.

104. Honoris ſequela, perditio eſt. *Ibidem, Ep.* 102. *ad Radingenſ. Abbat. circa med. pag.* 785. *col.* 2. *F.*

105. Vulgare eſt, quòd honores mutant, aut potiùs monſtrant mores. *Ibidem, Ep.* 134. *ad Vvilhelm. electum, poſt init. pag.* 809. *col.* 2. *G.*

106. Meriro ſe privat honore, qui honorem affectat ſine onere. *Ibidem, Serm.* 40. *in princ. pag.* 899. *col.* 2. *F.*

107. Sunt qui honores virtutes reputant: honoris aſſumptio, multis teotatio facta eſt, & ſubverſionis occaſio. *Ibid. Tract. de Inſtit. Epiſcopi, ante med. pag.* 942. *col.* 1. *B.*

PETRUS CELL.

108. Culmen honoris, vel potiùs oneris, tàm eſt penduluo ad caſum, quàm debile ad flatum. *Lib.* 2. *Ep.* 2. *ad Hugon. Abbat. Cluniacenſ. in medio, apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 553. *col.* 2. *F. edit. Colonienſis.* 1618.

S. PETRUS DAMIAN.

109. Si quandoque ante mentis janoam vanæ gloriæ vento honor nobis illatus ſubmurmurat, ſcutum protinùs humilitatis opponatur. *Profec.*

110. Quò violeotior honoris ictus impingitur, eò nobis locupletius peractâ victoriâ præmium copulatur. *Lib.* 5. *Ep.* 12. *ad Clerum Faventin. poſt med. pag.* 72. *col.* 2. *A. tom.* 1.

111. Diſcretus vir honorem ſibi delatum exteriùs pro fratrum utilitate ſuſcipiat, & eumdem honorem intrinſecùs pro ſua humilitate contemnat, quatenùs undique circumſpectus, ſic illorum ſaluti provideat, ut ipſe tamen elationis vitio oon ſuccumbat. *Ibid. ante fin. pag.* 72. *col.* 2. *D.*

PHILO JUD.

112. Honores umbris & vanis imaginibus nihil ſolidum firmumve habentibus ſimiles ſunt: feruntur enim ultrò citroque ventorum in morem, quia ſicut interdùm repentè advolant, ita priuſquàm prehendantur, poſſeſſore illuſo, rurſùm avolant. *Lib.* 1. *de Monarch. poſt init. pag.* 1099. *tom.* 2.

S. SYNESIUS EPISC.

113. Magnifieri oportet quod publicè honore afficitur. *In Encomio Calvitii, ſub finem, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 69. *col.* 1. *A. edit. Colon.* 1618.

114. Id quod in honore eſt, inclareſcere atque augeri neceſſe eſt. *Ibidem, de Provid. ſect.* 1. *a medio, pag.* 73. *col.* 2. *G.*

S. THOMAS AQUINAS.

115. Sicut honor debetur virtuti, ita & magnus hoor debetur magno operi virtutis. 2. 2. *Quæſt.* 129. *art.* 4. *in corp. ad* 1.

116. Major hooor nonniſi melioribus debetur. *De perfect. vitæ ſpirit. cap.* 19. *in princ. tom.* 2.

THOMAS À KEMPIS.

117. Erubeſce honorari; oon eſt ſine honore, qui propter Deum ſpernit honores. *In valle liliorum. cap.* 31. *in fine, tom.* 2.

IN VITIS PATR.

118. Sicut ex virtute hooor, ita ex honore vanitas ſæpè ſubrepit. *Lib.* 4. *cap.* 13. *circa med. pag.* 542. *col.* 1.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES.

119. In iis potiùs, qui afficiunt, quàm in iis qoi afficiuntur honoribus, honor eſſe videtur. *Lib.* 1. *Ethic. ad Nicomach. cap.* 5. *ante med. tom.* 2.

120. Conſtat honore præſtantiorem eſſe virtutem. *Ibidem, in medio.*

121. Sanctum eſt honori veritatem præferre. *Ibid. cap.* 6. *in princ.*

122. Cùm honor præmium ſit virtutis, bonis hominibus tribuatur: virtuti enim cumulatæ nullus digous honor fieri poteſt. *Ibid. lib* 4. *cap.* 3. *ante med.*

123. Vir magnanimus maximè circa honores verſatur, qui magni ſunt ex virtute: ſed eos honores, quos homines tribuunt, parvipendet omninò, non eſt enim his dignus. *Ibidem, circa med.*

124. Poteſtates, divitiæque propter honorem expetuntur: itaque qui hæc habent, per ipſa honoribus affici volunt. *Ibidem.*

ARISTOTELES 125. Cui honor eſt parvum, huic & cætera parva ſunt: quapropter ipſi magnanimi, honorum contemptores ſunt. *Ibidem.*

126. Nobiles & ii qui ſunt in poteſtatibus conſtituti, vel divites, digni cenſentur honore: in excellentia namque conſiſtunt.

127. Atque omne bonum, quod excellit, dignum eſt magis honore: re autem verâ ſolus bonus, eſt honorabilis; atque ii quidem qui omnibus inſunt ambo, digni magis honore cenſentur.

128. Qui verò ſine virtute talia bona habent, immeritò ſe dignos magnis honoribus æſtimant, neque magnanimi rectè dicuntur: non enim ſunt hæc, ſine cumulata virtute. *Ibidem.*

129. Virtutis & beneficentiæ præmium, honor eſt. *Ibid. lib. 8. cap. 14. in medio.*

130. Omni ſeniori honor eſt tribuendus. *Ibidem, lib. 9. cap. 2. ſub finem.*

131. Honori incumbit tàm ignavus, quàm bonus. *Lib. 2. Politic. cap. 5. circa med. tom. 2.*

132. Pergraviter unuſquiſque fert, honore ſuo privari. *Lib. 2. Oeconomic. cap. 2. circa med.*

133. Magnus honor, non ſolùm honorantium multitudine, aut qualitate, aut pretio æſtimatur, ſed veritate. *Lib. 3. Ethic. ad Eudemium, poſt med. tom. 2.*

134. Honor atque gloria jucundiſſimorum eſt. *Lib. 1. Rhet. cap. 11. circa med. tom. 2.*

CICERO. 135. Cùm honor ſit præmium virtutis, ſi judicio ſtudioque adeptus eſt, is mihi honeſtus videtur. *De claris Oratorib. poſt med. num. 281. tom. 1.*

136. Ipſe honos iis debet eſſe jucundus, quorum dignitati populus teſtimonium, non beneficium ambitioni dedit. *Orat. 31. pro Plancio, circa med. num. 50. tom. 2.*

137. Is honos mihi videri ſolet, non qui propter ſpem futuri beneficii, ſed propter magna merita claris viris defertur & datur. *Profec.*

138. Is eſt, qui verè appellari poteſt honos, non invita, nec etiam ad tempus, ſed perpetuæ virtutis eſt præmium. *Lib. 10. Ep. 10. ad Plancum, circa medium, tom. 3.*

PLINIUS. II. 139. Honor & gloria ſatietate langueſcunt. *Lib. 1. Ep. 16. ad Septitium Clarum, in fine, pag. 29.*

140. Solicitiùs cuſtodiendus eſt honor, in quo etiam beneficium amici tuendum eſt. *Ibidem, Ep. 19. ad Romanum, in fine, pag. 31.*

141. Magnanimitas eſt, ſemper honore abſtinere, modeſtia cedere, benignitas per alios frui. *In Panegyr. de Trajano Auguſto, poſt med. pag. 371.*

142. Patet omnibus honoris & gratiæ campus. *Ibid. longe poſt med. pag. 383.*

SENECA. 143. Quid habet per ſe corona pretioſum? quid prætexta? quid faſces? quid tribunal & currus? nihil horum honor eſt, ſed honoris inſigne. *Lib. 1. de Benef. cap. 5. in fine, pag. 383, tom. 2.*

SOLON ATHEN. 144. Non erunt honores unquàm fortuiti muneris. *In dictis Sapient. ex Auſonio, dict. 3.*

PHILOSOPH. VALER. MAX. 145. Virtutis uberrimum alimentum, eſt verus honor & gloria. *Lib. 2. dictor. memorabil. cap. 1. poſt med. pag. 73.*

Vide etiam Tit. Differentia. ſent. 20. Dignitas. ſentent. 18. 26. 29. 54. Divitiæ. ſent. 197. Propoſitum. ſent. 32. Venditio. ſent. 26.

Hoſpitalitas.

DEFINITIO.

COLLECTOR. HOSPITALITAS eſt benignitas & facilitas in excipiendis hoſpitibus.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Hoſpitalitas publica ſpecies eſt humanitatis, ut peregrinus hoſpitio non egeat, ſuſcipiatur officiosè, pateat advenienti janua. *Lib. 2. Offic. cap. 21. in princ. col. 51. D. tom. 1.*

2. Valdè id decorum totius eſt orbis æſtimatione, peregrinos cum honore ſuſcipere, non deeſſe menſæ hoſpitalitatis gratiam, occurrere officiis liberalitatis, explorare adventus hoſpitum. *Profec.*

3. Quod Abrahæ laudi eſt datum, qui ante januam ſuam ſpeculabatur, ne fortè præteriret peregrinus aliquis & diligenter prætendebat excubias ut occurreret, ut præveniret, ut rogaret ne tranſiret hoſpes. *Ibidem.*

4. In officiis hoſpitalibus omnibus quidem humanitas impartienda eſt, juſtis autem uberior deferenda honorificentia. *Ibid. circa med. col. 52. B.*

5. Tanta eſt apud Deum hoſpitalitatis gratia, ut ne potus quidem aquæ frigidæ à præmiis remunerationis immunis ſit. *Ibidem.*

6. Hoſpitem voluntarium magis quàm ex neceſſitate eſſe oportet, ne in hoſpitio deferendo inhoſpitalem affectum animi ſui prodat; & in ipſa hoſpitiis ſuſceptione per injuriam violetur gratia. *Lib. 9. Ep. 70. ad Vigilium, poſt init. col. 623. B. tom. 3.*

7. Magna hoſpitalitatis eſt gratia, nec facilè violanda, omnibus aperta eſt, omnibus parata eſt, & ſanctos libenter ſuſcipit, & peccatores tolerat patienter. *Lib. 10. Ep. 84. ad Demetriadem, ſub finem, col. 684. C. tom. 3.*

8. Copia bona eſt hoſpitalitas, habet enim mercedem ſuam: primùm humanæ gratiæ, (deindè quod majus eſt) remunerationis divinæ. *Lib. 1. de Abraham, cap. 5. poſt initium, col. 994. A. tom. 4.*

9. Tanta eſt hoſpitalitatis gratia, ut libenter in nos aliena pericula transferamus. *Lib. 5. ſup. Luc. cap. 6. in illud, Cùm tranſiret Ieſus per ſata. col. 1684. C. tom. 5.*

10. Non mandatur receptori hoſpitii, ut hoſpites eligat, ne dùm hoſpes eligitur, hoſpitalitas ipſa minuatur. *Ibid. lib. 6. cap. 9. Et quicunque non receperint vos, col. 1707. A.*

11. Hoſpitalem remuneraturis eſſe, affectus avaritiæ eſt. *Ibid. lib. 7. cap. 14. in principio, in illud, Cùm facis prandium, &c. col. 1746. B. tom. 5.*

S. AUGUSTIN. 12. Hoſpitalitatis officio ad ſuam cognitionem pervenire poſſe homines Dominus intimavit. *Lib. 2. quæſt. Evangel. quæſt. 51. poſt med. pag. 256. D. tom. 4.*

13. Suſcepit Lot, & obſecutus eſt Angelis, tanquam peregrinis, conſuetudine hoſpitalitatis liberatus à periculo civitatis, & temporale evaſit incendium, & æternum conſequutus eſt præmium. *Profec.*

14. Diſcite Chriſtiani ſine diſcretione hoſpites ſuſcipere, ne fortè cui domum clauſeritis, cui humanitatem negaveritis, ipſe ſit Deus. *De quinque hæreſ. cap. 4. ante med. pag. 25. A. tom. 6.*

15. Nemo libentiùs hoſpitem ſuo introducit hoſpitio, niſi qui ante indiguerit alieno. *De vita Chriſt. cap. 8. poſt init. pag. 611. A. tom. 9.*

16. Hoſpitem Deum habes, hoſpitium acceptum fac hoſpiti tanto: & tunc ſecurus dices hoſpiti tuo, ut in eundo deducat te, & in deducendo conducat te, & conducendo perducat te, & in perducendo hoſpitetur te. *Lib. 1. de viſitat. infirm. cap. 2. in fine, pag. 654. lit. A. tom. 9.*

17. Suſcipe hoſpitem, cujus & tu es comes in via, quia omnes peregrini ſumus. *De verbis Dom. Serm. 32. ante fin. pag. 85. B. tom. 10.*

18. Ipſe eſt Chriſtianus, qui & in domo ſua, & in patria ſua peregrinum ſe eſſe cognoſcit: patria noſtra ſurſùm eſt, ibi hoſpites non erimus. *Profec.*

19. Unuſquiſque hîc in domo ſua hoſpes eſt; ſi non eſt hoſpes, non inde tranſeat, ſi tranſiturus eſt, hoſpes eſt: non ſe fallat, hoſpes eſt; velit nolit, hoſpes eſt. *Ibidem.*

20. Homo ille dicitur humanus, qui ſe exhibet hominem, & maximè qui hoſpitio ſuſcepit hominem: ſi ergo humanus dicitur, qui in domo ſuſcepit hominem, quàm humanus eſt, qui in ſeipſo ſuſcepit hominem! *De verb. Apoſtoli, Serm. 8. in princ. pag. 195. B. tom. 10.*

S. AUGUSTIN. 21. Nemo ſuperbiat, quia hoſpitem ſuſcipit, Chriſtua hoſpes fuit. Melior eſt ſuſceptua, quàm ſuſcipiens: ditior accipiens, quàm tradens. *Serm. 3. feria 3. Paſchæ, & in ord. 146. pagina 166. littera A. tom. 10.*

22 Si eum diabolo damnatur, qui hoſpitibus non præbuit domum ſuam, putas ubi mittendus eſt, qui rollit alienam? *Serm. 1. de defunctis, & in ord. 38. ſtatim a medio pag. 890. D. tom 10.*

23. Hoſpitalitas Angelorum eſt amica, charitatis ſoror, humilitatis corona. *Profec.*

24. Qui enim hoſpitalitatem habet, habet veram humilitatem; & qui humilitatem habet, habet & hoſpitalitatem, hoc eſt perfectum hoſpitalitatia fundamentum. *Serm. 46. ad Fratr. in Eremo in fine, pag. 985. B. tom. 10.*

25. In recipiendis hoſpitibus ignotis, ſolemus dicere, multò eſſe meliua malum hominem perpeti, quàm forſitan per ignorantiam excludi bonum, dùm cavemus ne recipiatur malus. *Ep. 149. poſt med. tom. 2.*

S. BENEDICT. 26. Omnes ſupervenientes hoſpites, tanquàm Chriſtua ſuſcipiantur. *In Regula, cap. 53. in principio.*

27. Pauperum & peregrinorum maximè ſuſceptio, omni cura ſolicitè exhibeatur. *Ibidem in medio.*

S. BERNARD. 28. Non arguitur ſuperfluitas, quam excuſat hoſpitalitaa *De inter. domo, cap. 58. ſub finem fol. 332. col. 2. D.*

29. Iſte peregrinus, qui apud te pro amore Chriſti, tàm humiliter, tàm ſuppliciter orat hoſpitari; miſſus Chriſti eſt, nuntius Chriſti eſt: nun eſt ſolus, ſed cum illo eſt Chriſtus, ſic Chriſtum ſuſcipis, Chriſtum reficia. *Serm. 3. de Cœna Dom poſt init. fol. 108. col. 4. lit. K.*

S. BONAVENT. 30. Recipientea decet liberalia hoſpitalitaa. *Lib. 2. de Profect. Religioſ. cap. 49. in medio, pag. 596. col. 1. C. tom. 7. part. 4.*

CLEMENS ALEX. 31. Hoſpitalitas eſt artificium amicitiæ circa uſum hoſpitum. *Lib. 2. Stromat. longè ante med. fol. 79. pag. 1. A.*

CONCIL. TRIDENT. 32. Hoſpitalitatia officium à ſanctis Patribua frequenter commendatum, promptè benèque exercere Chriſtiani aſſueſcant: memorea, eos qui hoſpitalitalitatem amant, Chriſtum in hoſpitibus recipere. *Seſſion. 25. in Decreto reformat. cap. 8. in principio, pag. 281.*

S. EPHRÆM. 33. Gloria Chriſtianorum, advenarum eſt & peregrinorum receptaculum atque compaſſio. *De Amore paupert. poſt med. pag. 16. B. tom. 1.*

S. EVAGRIUS. 34. Peregrinus & pauper, Dei ſunt collyrium; qui eos excipit, confeſtim viſum recipiet. *Et hab. apud D. Ioan Damaſc. lib. 3. parall. cap. 37. in calce. fol. 122. pag. 2. C.*

S. EUSEB. EMISSEN. 35. Si hîc peregrinis domus tua patuit, in domo Dei Angelorum civis efficieris. *Hom. de vidua in fine. Apud Bib. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 596. col. 2. E. edit. Coloniæ 1618.*

FRANCISCUS TITELM. 36. Advenis & peregrinia debetur, vel ea naturali lege, commiſeratio. *In fine Argumenti ſup. Pſ. 38. pag. 333. ſect. 1.*

GLOSS. ORD. 37. Qui imitatorem Chriſti hoſpitio recipit. Chriſtum recipit: & qui imaginem Dei recipit, Deum recipit. *Sup. Luc. cap. 9. col. 830. lit. F. tom. 5.*

GRATIANUS. 38. Quomodo hoſpitalitatia exhortator poterit eſſe, qui domum propriam hoſpitibus claudit? ideoque illum hoſpitalem eſſe oportet. *In Decret. Part. 1. Diſt. 42. in princ. can. Hoſpitalem.*

39. In hoſpitalitate non eſt habendua delectus perſonarum, ſed indifferenter quibuſcunque ſufficimua, hoſpitalea noa exhibere debemus. *Ibidem. can. Si quis.*

40. Mali hoſpites, qui rea exportant hoſpitantium, ſunt: ſicut mus in pera, ignis in ſinu, ſerpens in gremio, malè ſuos remunerat hoſpites. *In decret. part. 2. cauſa 13. quæſt. 1. can. Eccleſias ſub fin.*

S. GREG. MAG. 41. Magnæ hoſpitalitatis ſanctus Job fuit, cujus oſtium patens peregrinua & viator invenit. *Lib. 22. Moral. cap. 8. in titulo col. 744. B.*

42. De hoſpitalitate eſto ſolicitus, & quantum potes pauperibua largire. *Lib. 2. in Regiſtro Indict. 11. cap. 42. Ep. 3. ad Ioan. Abbatem, paulo poſt med. col. 712. B. tom. 2.*

43. Peregrini ad hoſpitium non ſolùm invitandi ſunt, ſed etiam trahendi. *Hom. 23. ſup. Evang. circa med. col. 415. D.*

S. HIERONYM. 44. Menſam tuam pauperea & peregrini, & cum illia Chriſtus conviva noverit. *Tom. 1. Ep. 2. ad Nepotian. ante med. pag. 13. A.*

45. Non levi uſitatoque ſermone, & (ut ita loquar) ſummis labiis, hoſpites invitemus, ſed toto mentis ardore teneamus, quaſi offerentes ſe cum lucro noſtro, atque compendio. *Ibid. Ep. 4. ad Ruſtic. poſt med. pag. 46. D.*

46. Grave peccatum eſt, hoſpitalitatem in neceſſitate poſitis non præbere. *Sup. Iob. cap. 22. ſup. illud Eſurienti ſubtraxiſti panem. pag. 183. C. tom. 7.*

47. Ante omnia hoſpitalitas Epiſcopo denuntiatur, cujua domus omnium commune eſſe debet hoſpitium. *Profec.*

48. Laïcua unum, aut duos, aut paucos recipiens, implebit hoſpitalitatis officium: Epiſcopua, niſi omnes receperit, inhumanua eſt. *Sup. Ep. ad Tit. cap. 1. in illud, Sed hoſpitalem, pag. 247. A. tom. 9.*

HUGO A S. VICTORE. 49. Hoſpitalitatem ſectatur, qui rogantea ſuſcipit, & non rogantes cogit: & ne foris remaneant, diligenter quærit. *In Annotat. ſup. Ep. ad Rom. poſt med. in illud. Hoſpitalitatem ſectantes, pag. 266. E. tom. 1.*

50. Pulſanti peregrino januam hoſpitalitatis charitas aperit, intrantem hilaritaa recipit, receptum affabilitas retinet, eſurientem collatio paſcit, feſſo humilitas ſervit: invitat pietas deſperantem, trahit charitas invitum. *Lib. 3. de clauſtro animæ, cap. 5. ab initio, pag. 56. A. tom 2.*

HUGO CARD. 51. Sicut gemma fulget in auro, ita hoſpitalitas in viro Juſto. *Sup. Gen. cap. 19. in princ. Moraliter. fol. 23. col. 4. tom. 1.*

52. Hoſpitale pauperum, domus Dei eſt. *Sup. Pſ. 25. fol. 60. col. 2. tom. 2.*

S. IOANN. CHRYSOST. 53. Qui hoſpitalitatis charitatem præſtat, non debet hoſpites curioſè perſcrutari, an noti vel ignoti ſint: ſed omnibus ſimpliciter ſuam communicare benignitatem. *Hom. 41. ſup. Geneſ. ante med. col. 337. D. tom. 1.*

54. Hoſpitio excepturi nunquàm quærant quis, & undè ſit. *Ibidem ante med. col. 338. A.*

55. Hoſpitalitas magnus theſaurus eſt, magna negotiatio, & magnum lucrum. *Ibidem.*

56. Valdè admirabilis res eſt hoſpitalitas, quâ magis accipit, quàm dat, qui illam promptè & alacriter exercet. *Ibidem, a medio, col. 339. B.*

57. Impoſſibile eſt, ut qui hoſpitalitatia virtutem magno ſtudio exerceat, non grandem indè reportet theſaurum. *Ibid. Hom. 43. in fine col. 393. A.*

58. Hoſpitalitaa quibus opibua non eſt pretioſior? quibus theſauris non eſt præferenda? hæc innumera bona, hæc theſaurua eſt, qui non conſumitur. *Ibidem, Hom. 48. poſt med. col. 395. A.*

59. Hoſpitalitas non circa delicioſos cibos & magnos oſtenditur: ſed circa aſſiduas ſuſceptiones imporentium peregrinorum: ut hoſpitalitas illa non ab hominibua laudetur, ſed à Deo ſentiatur. *Hom. 51. ſup. Matth. oper. imperf. ante med. col. 1113. B. tom. 2.*

60. Hoſpitalea non ex ſumptu, ſed ex facultatibus cenſendi ſunt. *Hom. 22. ex divers. in Mat. poſt med. col. 1228. C. tom. 2.*

61. Ubi ſpinæ, ibi beſtiæ: ubi hoſpitalitas, ibi non ſunt ſpinæ: quia miſericordia ingrediens quavis falce

melius

S. Ioann. Chryſoſt. meliùs ſentes exſecat, quovis igne violentiùs exurit. *Hom.* 53. *ſup. Acta Apoſt. in morali in fine, col.* 795. *C. tom.* 3.

62. Si vis magna hoſpitalitatis adipiſci præmia, ſuſcipe cum alacritate eos, qui innumera tibi bona per ſalutationes pacis afferunt. *Serm.* 30. *ſup. Ep. ad Rom. in morali ante fin. col.* 309. *C. tom.* 4.

63. Magnus eſt & vehementer magnus hoſpitalitatis fructus. *Ibidem.*

64. Peregrinorum ſuſceptio, non ſimplex humanitas ſit: ſed præcipuo ſtudio, & totâ animi voluntate, ſummâ alacritate ac devotione, tanquàm revera ipſi Chriſto exhibeatur. *Profec.*

65. Si illos ut Chriſtum ſuſcipis, nihil eſt cur erubeſcere debeas, imò ingens tibi gloria indè conquiritur: ſin verò non ut Chriſtum ſuſcipis, ne ſuſcipis quidem.

66. Illa vera hoſpitalitas eſt, quæ verè de amore Dei proficiſcitur. *Hom.* 14. *ſup.* 1. *Timoth. ſub fin. ante morale, col.* 1507. *C. tom.* 4.

67. Hoſpitalitate domus illuſtratur, purgaturque ſentibus. *Serm. de Eleemoſ. & hoſpitalit. poſt med. col.* 920. *D. tom.* 5.

68. Non in ſumptuoſa menſa hoſpitalitas, ſed potiùs in liberalitate mentis conſiſtit. *Hom.* 43. *ſup. Geneſ. in illud* 19. *Declinaverunt ad eum, &c. tom.* 1.

S. Ioan. Dam. 69. Si in inferno damnatur in die judicii, qui peregrinum non ſuſceperit in domo ſua, ubi damnandus, qui foras expellit? *De die judicii, ante med. fol.* 506. *pagina* 1. *D.*

Ioan. Sareſb. 70. Eſt in hoſpitem peregrinum omnis humanitas & ſobria liberalitas exercenda, & indigenæ hoſpitii gratiam pleniorem referre debet, tenaci beneficiorum memoriâ peregrinus. *Lib.* 8. *de nugis curial. cap.* 13. *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 15. *pag.* 478. *col.* 1. *D. edit. Colon.* 1622.

S. Isid. Hisp. 71. Advenientibus hoſpitibus prompta atque alacris ſuſceptio eſt adhibenda, ſcientes ob hoc in noviſſimo conſequi retributionem. *In regula Monachor. cap.* 22. *in princ. pag.* 707. *col.* 2.

72. Licèt omnibus hoſpitalitatis bonum cum gratia oporteat referri, uberior tamen Monachis deferenda eſt honorificentia hoſpitalitatis. *Ibidem poſt med. pag.* 708. *col.* 1.

Lact. Firm. 73. Præcipua virtus eſt hoſpitalitas. *Lib.* 6. *de divin. Inſt. cap.* 12. *poſt init. pag.* 258.

74. Juſti & ſapientis viri domus, non debet illuſtribus patere, ſed humilibus & abjectis. *Ibidem.*

S. Leo I. 75. Suſcipiatur peregrinus, adjuvetur oppreſſus, veſtiatur nudus, foveatur ægrotus. *Serm.* 2. *de jejun. decimi menſis, poſt med.*

76. Cibos eſurientibus apponere, humanæ benignitatis eſt, & ſocialis animi. *Ibidem, ſerm.* 8. *poſt med.*

S. Maximus Ep. Taurin. 77. Magna hoſpitalitatis eſt gratia, nec facilè violanda, omnibus aperta eſt, omnibus parata eſt, & Sanctos libenter ſuſcipit, & peccatores tolerat patienter. *Hom. de hoſpitalit. ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 44. *col.* 1. *B. edit. Colon.* 1618.

S. Nilus Ab. Mart. 78. Hoſpes ille eſt, cui ſordent humana. *Paraneſ.* 14. *apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *edit. Colon.* 1618.

Petr. Bles. 79. Ubi eſt illa hoſpitalitatis gratia, quam olim anteceſſores veſtri exercebant? *Profec.*

80. Ex quo tempore in Monaſteriis tepere cœpit liberalitas hoſpitalis, ſtetit ac ceſſavit magnatum largitio.

81. Multos equidem à magnatum liberalitate & gratiâ ſeparat defectus hoſpitalitatis. *Ep.* 29. *ad Abbat. S. Albani, per totum, apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 727. *col.* 1. *E. edit. Colon.* 1618.

82. Tantus debet eſſe affectus hoſpitalitatis, quòd etiam cogendi ſunt hoſpites. *Ibid. ſerm.* 4. *in Adventu de S. Lucia in princ. pag.* 843. *col.* 1. *B. edit. Colon.* 1618.

S. Petrus Chryſol. 83. Quomodo ſe Chriſtianum credit, qui non Chriſto hoſpitem ſe præbet? *Profec.*

84. Aut quomodo domum ſuam judicat ovile Dei,

S. Petrus Damianus. ubi non paſcuale germen, Dei pecus dat balatum? *Serm.* 10. *in fine, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 669. *col.* 1. *D. edit. Colon.* 1618.

85. Qui non habet cibum, habet forſitan tectum: non valet eſurientem alimento reficere, valet ſaltem laſſentem hoſpitalis humanitatis officio recreare. *Opuſc.* 9. *cap.* 4. *in princ. pag.* 475. *col.* 1. *B. tom.* 3.

Philo Iud. 86. Hoſpitium quàm jucundiſſimum reſpondeat dignitati hoſpitis. *Lib. de Cherubin. poſt med. pag.* 176. *tom.* 1.

87. Hoſpitibus jura debentur eadem, quæ ſupplicibus. *Lib.* 1. *de vita Moſis, longè ante med.* 835. *tom.* 2.

88. Nemo ad humanitatis officia ſegnis eſt in ſapientis familia; tàm mulieres quàm viri, tàm ſervi quàm ingenui, promptè miniſtrant hoſpitibus. *De Abrahâmo, ante med. pagina* 507. *tom.* 1.

89. Hoſpitalitas majoris virtutis eſt actuarium. *Ibid. ante med. pag.* 508. *tom.* 1.

Theophylactus. 90. Hoſpitalitatem ſectantes.) Non dixit, hoſpitalitatem aggredientes, ſed inſequentes; erudiens nos ne expectemus tantiſper, dùm ad nos miſeri & egeni acceſſerint, verùm ut occurramus ad ipſos, in ſequamurque eos, ut Abraham & Loth. *Sup. Ep. ad. Rom. cap.* 12. *pag.* 469. *B.*

In Vit. Patr. 91. Veræ conſuetudo hoſpitalitatis eſt, ut venientem reficiat cum pace, redeuntem dimittat cum charitate. *In ſent. in fine poſitis, ſent.* 28. *in fine, pagina* 998. *col.* 1.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

Aristoteles. 92. Gratioſorum, ac mentem habentium nobilem eſt, ſuſcipere egenos. *Lib.* 6. *Polit. cap.* 5. *in fine, tom.* 2.

Cicero. 93. Rectè eſt laudata hoſpitalitas: eſt enim, ut mihi videtur, valdè decorum patere domus hominum hoſpitibus. *Lib.* 2. *de Offic. poſt med. tom.* 4.

Plato. 94. Nullus peregrinis aditum præcludat. *Tom.* 2. *Syzygia* 4. *lib.* 8. *de legibus in fine, pag.* 850. *A.*

95. Is qui è peregrinâ regione venit, humaniter excipiendus. *Ibidem, lib.* 12. *ante med. pag.* 952. *D.*

96. Peregrinos & peregrinas ex aliis regionibus ſuſcipiamus, & noſtros potiùs emittamus hoſpitalitatis reverentiâ permoti. *Profec.*

97. Non enim peregrini pellendi ſunt, neque à finibus noſtris arcendi, ſed perhumaniter excipiendi. *Ibidem, ante med. pag.* 953. *D.*

Vide etiam Tit. Clericus, ſent. 94. *Domus. ſent.* 35. *Eleemoſina. ſent.* 230. 231. *Peregrinatio. ſent.* 44. 45.

Humilitas in genere.

ETYMOLOGIA, DIVISIO DIFFERENTIA, PRODUCTIO, COMPARATIO QUALITATAS.

ETYMOLOGIA.

Collector. HUMILITAS dicitur, quaſi humi vilitas; & humiliatio, quaſi humilis actio.

S. Isid. Hisp. Humilis dicitur, quaſi humo acclivis. *Lib.* 10. *Etym. verbo Humilis, pag.* 138. *col.* 2.

DEFINITIO.

S. Bernard. Humilitas eſt virtus, qua homo veriſſima ſui agnitione ſibi vileſcit. *De* 12. *Gradib. humilit. cap. Locuturus, fol.* 299. *col.* 3. *lit. G.*

Hugo a S. Victore. Humilitas eſt contemptus ſeculi, & abjectio ſui. *Lib.* 4. *de Anima, cap.* 16. *prope med. pag.* 135. *H. tom.* 2.

Hugo Card. Vera humilitas eſt ſenſus propriæ vacuitatis. *Sup. Pſ.* 129. *fol.* 332. *col.* 2. *tom.* 2.

Hugo Card. — Humilitas eſt propriæ vilitatis cognitio. *Sup. Prov. cap.* 16 *in princ. fol.* 34. *col.* 4. *tom.* 3.

S. Ioan. Clim. — Humilitas eſt animi gratia ſine nomine, apùd eos ſolos nomeu habens, qui illius expetimentum cepe-runt. *Gradu* 25. *poſt init. apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 277. *col.* 1. *A.*

Ioan. Gers. — Homilitas eſt ex vera Dei, & ſui cognitione, ſui ipſius vilificatio. *De deſcrip. terminor. cap. Temperantia, poſt med. fol.* 26. *col.* 3. *lit. T. Part.* 4.

S. Laurent. Iustin. — Humilitas eſt in lumine veritatis infuſo ſuimet certa cognitio. *Part.* 2. *de Conpunctione & complanctu cap.* 2. *poſt med. pag.* 392. *col.* 1. *D.*

Petrus Bles. — Cor humile eſt, cùm quis ſe nihil eſſe reputans, cùm omnia feeerit, dicit ſe ſervum inutilem. *Serm.* 36. *de Dedicat. poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 895. *col.* 2. *E.*

Rich. a S. Victore. — Humilis eſt, qui ſeipſum apud ſemetipſum veraciter contemnit: humilior, qui ſe contemni etiam ab aliis non refugit; humillimus verò, qui contemptum ſuum non ſolum contemnit, ſed & admodùm concupiſcit. *Part.* 1. *lib.* 2. *de Erudit. hominis interioris, cap.* 32. *ante med. pag.* 150. *col.* 1. *B.*

S. Thomas Aquinas. — Vera humilitas eſt, quando aliquis nihil ex ſuis viribus præſumit, ſed totum ex divina virtute impetrandum expectat. *Tom.* 1. *Opuſc. Opuſc.* 7. *ſup. Pater noſter Petit.* 1. *circa init. fol.* 34. *pag.* 1.

Divisio.

Hug. a S. Victore. — Duplex eſt genus humilitatis.
- Primum, ut nihil à nobis eſſe, undè gloriandum ſit, credamus.
- Secundum, ut nihil eſſe ab aliis, undè glotiaudum, credamus.
- *Sup* 1. *ad. Cor. in princ. pag.* 268. *lit. D. tom.* 1.

Hugo Card. — Humilitas in tribus conſiſtit.
- Primum eſt, de ſe minima, & de aliis maxima ſentire.
- Secundum eſt, ſeipſum & nullum alium ſpernere.
- Tertium eſt, de ſui contemptu gaudere.
- *Sup. Matth. cap.* 12. *fol.* 211. *col.* 2. *to.* 6.

Petr. Bles. — Humilitas quadruplex eſt.
- Prima dumeſtica.
- Secunda erratica.
- Tertia ſophiſtica.
- Quarta Dominica.

- Prima naturalis.
- Secunda volatilis.
- Tertia verſipellis.
- Quarta admirabilis. *Serm.* 3. *Adventus, de S. Nicolao ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 842. *col.* 1. *A. Profec.*

Per primam incedunt puſillanimes, per ſecundam murmurantes, per tertiam hypocritæ triſtes, per quartam columbæ ſimplices.

S. Augustin. — Humilitas diſſimilis eſt ſuperbiæ: nam ipſa ſuperbia Luciferum de cœlo dejecit, ſed humilitas Dei Filium incarnavit. *Profec.*

Superbia Adam de Paradiſo expulit, ſed humilitas latronem in Paradiſum introduxit.

Superbia gigantum linguas diviſit & confudit, ſed humilitas cunctas linguas congregavit diſperſas.

Superbia Nabuchodonoſor in beſtiam tranſmutavit, ſed humilitas Ioſeph principem Iſraël conſtituit.

Superbia Pharaonem ſubmerſit, ſed humilitas Moyſen exaltavit. *Serm.* 12. *ad Frat. in Eremo a medio, pag.* 926. *D. tom.* 10.

Differentia.

S. Laurent. Iustin. — Scias inter humiliationem & humilitatem plurimum diſtare: nempè humilis quiſque humiliatus eſt, nequaquam autem è diverſo quilibet humiliatus eſt humilis. *Part.* 2. *de Humilit. cap.* 7. *à medio, pag.* 668. *col.* 1. *lit. E.*

Productio.

S. Doroth. — Humilitatis filiæ ſunt, ſui ipſius accuſatio, propriæ voluntatis odium, conſibi ſui ac ſenſus abominatio. *Doctrina* 1. *circa med. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 765. *col.* 1. *C.*

Hugo a S. Victore. — Humilitatis comites ſunt principales, prudentia, juſtitia, fortitudo, temperantia, fides, ſpes, & charitas. *De fruct. carnis & ſpiritus cap.* 11. *in princ. pag.* 161. *G. tomo* 2.

S. Laurent. Iustin. — Humilitas ſicut ſubjectionem parit, ſic ſubjectio humilitatem: libertatem omninò fugit humilitas, & ſubjectionem fugit elatio. *Part.* 2. *de Compunct. & complanctu, cap.* 2. *poſt medium, pag.* 392. *col.* 1. *C.*

S. Ioan. Cas. — Humilitas eſt origo omnium, magiſtraque virtutum, & cæleſtis ædificii firmiſſimum fundamentum. *Collat.* 15. *Abbat. Neſterotis, cap.* 7. *ante med. pag.* 662.

Comparatio.

S. Antonin. — Sicut magnes trahit ad ſe ferrum, ita humilitas gratiam & cæleſtem conſolationem. *Part.* 3. *Tit.* 16. *cap.* 10. §. 5. *poſt init. fol.* 256. *col.* 4.

S. Ant. de Padua. — Sicut quidam vermis humilis, qui dicitur inteſtinum terræ, ſe contrahit, ut magis ſe extendat: ſic humilis ſe contrahit humiliana, ut fortius ad captanda bona cæleſtia ſe extendat. *Serm. Dom.* 3. *Quadrag. poſt med. fol.* 91. *pag.* 2.

Cassiodor. — Sicut ſuperbia mergit ad tartarum, ita humilitas tollit ad cælum. *Sup. Pſ.* 118. *verſ. Bonum mihi quia humiliaſti me, fol.* 185. *col.* 2.

In Vit. Pat. — Sicut impoſſibile eſt navim firmam fieri ſine clavis: ita impoſſibile eſt hominem ſine humilitate ſalvari. *Lib.* 3. *num.* 123. *in fine, pag.* 518. *col.* 2.

Qualitates.

S. Valerian. — 1. Bona & vera humilitas, blanda eſt ſemper & officioſa.

2. In amicitiis grata, in contumelis otioſa.

3. Non extollitur proſperis, non mutatur adverſis.

4. Non indicit ſervitium, non extorquet.

5. Officio prior ad ſalutandum, tardior ad ſedendum.

6. Non ſe adulantium grege expectat deduci.

7. Non ſe ambitioſè deſiderat ſalutari.

8. Non laudis ſtudia poſtulat, non favorem vocis expectat.

9. Odit acclamantium choros, quis non ſine verecundia laudatur bona conſcientia.

10. Non requirit voces adulantium, niſi qui ſe adulatione novit indignum.

11. Verecundiùs autem ſemper laudatur amicorum ſtudiis, qui meretur.

12. Circumſepta eſt humilitas bonitate, ut facere injuriam neſcit, ita à contumelia non requirit.

13. Vir humilis in contentionibus magis vult tacere, quàm vincere.

14. In judiciis acquieſcit imperitus videri, quàm impudens judicari.

15. Non eſt in verbis promptus, non ad reſpondendum paratus. *Hom* 14. *de bono humilitatis, ante finem, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 492. *col.* 2. *lit. F.*

Sententiæ Patrum.

1. Humilitas vera & perfecta eſt, cùm gloria contemnitur exhibita, nec appetitur exhibenda. *Part.* 1. *de Paradiſo animæ cap.* 2. *de virtutibus, in principio, pagina* 29.

S. ALBERTUS MAGNUS.

2. Verus humilis ſemper timet, ne ſibi aliqua gloria exhibeatur: & cùm ſibi exhibita fuerit, expaveſcens medullitùs contriſtatur. *Ibidem.*

3. Ad verum humilitatem inducit frequens in diſpectis operibus exercitatio. *Profec.*

4. Nunquàm autem ad humilitatis virtutem perveniet, qui opera humilitatis refugit. *Ibid. in medio pag.* 30.

S. AMBROSIUS.

5. Bona eſt humilitas, quæ liberat periclitantes, jacentes erigit. *De obitu Theodoſii Imp. circa med. col.* 495. *D. tom.* 3.

6. Multi habent humilitatis ſpeciem, ſed virtutem non habent: multi eam foris prætendunt, & intùs impugnant. *Lib.* 7. *Ep.* 44. *ad Conſtantium poſt med. col.* 605. *A. tom.* 3.

7. Non eſt humilitas, niſi ſit ſine fuco, ſine fraude: ipſa eſt vera, quæ habet piam mentis ſinceritatem. *Ibidem.*

8. Vera humilitas inter quoſlibet meritorum gradus, numquàm ſui poteſt eſſe diſſimilis. *Profec.*

9. Nam & in officiorum viciſſitudine, & in manſuetudinis lenitate, & in voluntariæ paupertatis electione, invenitur multa diſtantia, & alter altero in propoſiti ſui devotione aut major aut minor eſt: in vera autem humilitate nihil diviſum, nihilque non ſolitum eſt. *Lib.* 10. *Ep.* 84. *ad Demetriad. ante med. col.* 677. *D. tom.* 3.

10. Prima humilitatis ratio in communis vitæ verſatur officiis, quibus & divina clementia conciliatur, & ſocietas humana connectitur. *Ibid. poſt init. columna* 675. *D.*

11. Magna eſt in vera humilitate felicitas, cui Deus dilectio, Deus ſapientia, Deus conſilium, Deus fortitudo eſt. *Ibid. ſub finem col.* 684. *C.*

12. Quiſquis cupit divinitatis tenere faſtigia, humilitatis ima ſectetur. *Serm.* 10. *in princ. col.* 699. *B. tom.* 3.

13. Humilitas non ſemper virtutis, ſed etiam afflictionis: non ſemper voluntaria, ſed etiam quæ ex neceſſitate ſuſcipitur, quando aliqua afflictione tentamur. *Sup. Pſ.* 118. *Serm.* 12. *verſ.* 4. *in princ. col.* 1521. *C. tom.* 4.

14. Humilitas nihil appetendo, totum quod contemnit adipiſcitur. *Ibid. ſerm.* 14. *verſ.* 3. *ante med. col.* 1538. *A.*

15. Non eſt mirabilis humilitas in ſenectute, quæ effœta viribus, fracta debilitatibus, triſtis doloribus, anhela ſuſpiriis, coacta curarum æſtibus, & ipſo vivendi mœſta faſtidio. *Profec.*

16. Rara ſanè in juvenibus eſt humilitas, idcoque miranda, dùm ætas viget, dùm vires ſolidæ ſunt, dùm ſanguis æſtuat, dùm ſolicitudo neſcitur, dùm ignoratur debilitas, dùm lætitia frequentatur. *Ibid. ſerm.* 18. *verſ.* 5. *poſt med. col.* 1576. *B.*

17. Nihil excelſius humilitate, quæ tanquàm ſuperior neſcit extolli; quia nemo id affectat, quod intra ſe judicat. *Lib.* 8 *ſup. Luc. cap.* 17. *in illud, Regnum Dei intra vos eſt*, *col.* 1759. *C. tom.* 5.

18. Non magnum eſt humilem inclinare ſe, laudabile verò ſublimem virum humiliare ſe. *Sup. Ep. ad Philemon. in medio*, *col.* 2078. *B. tom.* 5.

S. ANSELMUS.

19. Humilitas mons magnus eſt, in cujus ſummitate lux eſt non modica, & ſanctarum virtutum pulcherrima turba. *De ſimilitud. cap.* 99. *in princ.*

20. Primus gradus in monte humilitatis, eſt cognitio ſui. *Ibidem, cap.* 100. *in principio.*

21. Alterius virtutem, non vitium, ſuumque vitium non virtutem attendere debet quiſquis ad culmen humilitatis aſcendere ſtudet. *Ibidem. cap.* 110. *in fine.*

S. ANTONIN.

22. Beatus Antonius videns in oratione mundum laqueis plenum, connectentibus ſe invicem, exclamavit: O quis iſtos evadet laqueos periculorum? reſponſum fuit, ſola humilitas. *Part.* 1. *Tit.* 5. *cap.* 4. §. 1. *poſt med. fol.* 120. *col.* 4.

S. ANTONIN.

23. Exercitia veræ humilitatis ſunt, ſi ſe quis vilioribus officiis, & miniſteriis indignioribus tradat. *Part.* 3. *Tit.* 16. *cap.* 6. §. 3. *ante med. fol.* 249. *col.* 4.

S. ANTONIUS ABBAS.

24. In abominationem venit humilitas, & in honore maximo habetur elationis arrogantia. *Serm. de vanitate mundi. ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 31. *col.* 1. *C. edit. Colon.* 1618.

S. ANTONIUS DE PADUA.

25. Sola humilitas cum ſpiritus aviditate novit ſugere tribulationem. *Serm. Dom. infra octav. Nativit. ante med. fol.* 20. *pag.* 1.

26. Nihil ſic humiliat ſuperbum peccatorem, ſicut humilitas humanitatis Chriſti. *Serm. Dom. Quinquag. ante med. fol.* 57. *pag.* 1.

27. Sicut quidam vermis humilis, qui dicitur inteſtinum terræ, ſe contrahit, ut magis ſe extendat: ſic humilis ſe contrahit humilians, ut fortius ad captanda bona cæleſtia ſe extendat. *Serm. Dom.* 3. *Quadrag. poſt med. fol.* 91. *pag.* 2.

28. Humilis ſervum ſe reputat, ſervum ſe nominat, omnium pedibus ſe ſubjicit, ſeipſum abjicit, minùs de ſe ſentit, quàm in ſe ſit. *Ibidem poſt med. fol.* 92. *pag.* 1.

29. In humilitate nihil altum, nihil elatum, nihil vitioſum apparet, ſed humilitatis inſignia ubique ſe repræſentant. *Ibidem.*

30. Si humilitas corrumpitur, cæterarum virtutum fabrica diſſipatur. *Serm.* 2. *Dom.* 3. *poſt Paſcha ante med. fol.* 142. *pag.* 2.

31. Vera humilitas quantò profundiùs infigitur, tantò magis inclinatur, & ſic altiùs exaltabitur. *Serm. Dom.* 8. *poſt Trinit. poſt med. fol.* 221. *pag.* 1.

S. AUGUSTIN.

32. Non aliam tibi ad capeſſendam & obtinendam veritatem viam munias, quàm quæ munita eſt ab illo, qui greſſuum noſtrorum, tanquàm Deus, videt infirmitatem: ea eſt autem prima, humilitas: ſecunda, humilitas: tertia, humilitas. *Profec.*

33. Et quoties interrogares, hoc dicerem: non quòd alia non ſint præcepta, quæ dicantur: ſed niſi humilitas omnia quæcunque benè facimus, & præceſſerit, & comitetur, & conſecuta fuerit, & propoſita quam intueamur, & appoſita cui adhæreamus, & impoſita qua reprimamur. *Ep.* 56. *ad Dioſcorum, poſt med. pag.* 170. *C. tom.* 2.

34. Potentior eſt & tutior ſolidiſſima humilitas, quàm ventoſiſſima celſitudo. *Lib.* 8. *de Trin. cap.* 7. *in fine*, *pag.* 252. *D. tom.* 3.

35. Plerumque dùm nimiùm ſervatur humilitas, regendi frangitur authoritas. *In Regula* 3. *ad Clericos ante finem*, *pag.* 595. *A. tom.* 1.

36. Niſi humilitas omnia quæcunque benefacimus & præceſſerit & comitetur & conſecuta fuerit, jam nobis de aliquo bono facto gaudentibus totum extorquet ſuperbia. *Ep.* 56. *ad Dioſcorum, poſt med. pag.* 170. *C. tom.* 2.

37. Maximè humilitas revocat, undè nos dejecit ſuperbia, & ipſa humilitas eſt accommodata percipiendæ gratiæ Chriſti, qui ſingulare humilitatis exemplum eſt. *In Expoſit. cap.* 3. *ſup. Epiſt. ad Galat. ante finem*, *pag.* 869. *A tom.* 4.

38. Superbiam conculcet profunda humilitas; quia humilitas homines ſanctis Angelis ſimiles facit, & ſuperbia dæmones ex Angelis fecit. *De ſalut. docum. cap.* 18. *in fine*, *pag.* 754. *D. tom.* 4.

39. In omnibus operibus ſuis ſint humiles, quia humilitas virtutum ſublimitas eſt. *Ibid cap.* 32. *in princ. pag.* 758. *D.*

40. Humilis licèt habitu vilis ſit, glorioſus tamen eſt virtutibus apud Deum. *Ibid. ante med. pag.* 758. *D.*

41. Menſura humilitatis cuique ex menſura ipſius magnitudinis data eſt; cui eſt periculoſa ſuperbia, quæ ampliùs amplioribus inſidiatur. *De ſancta virginit. cap.* 51. *ante med. pag.* 570. *D. tom.* 6.

42. Simulare non debes humilitatem, ſed exhibere: nam ſimulatio humilitatis, major ſuperbia eſt. *Ibid. cap.* 43. *in medio pag.* 576. *C.*

S. AUGUSTIN.

43. In qua magis parte humilitas collocanda eſt, ſine dubio falſitatis (ſi in ea quæ veritatis probatur eſſe) ſuperbia eſt. *De Natura & gratia, cap. 34. ante med. pag. 505. A. tom. 7.*

44. Eſt eſſe humilem, nolle in ſe laudari: qui in ſe vult laudari, ſuperbus eſt; qui ſuperbus non eſt, humilis eſt. *Sup. Pſ. 33. in Expoſit. poſt init. verſ. 1. pag 158. C. tom. 8.*

45. Bonum eſt humiliari peccatorem, & nemo eſt inſanabilior eo, qui ſibi ſanus videtur. *Sup. Pſ. 58 poſt. med verſ. 16. pag. 413. A. tom. 8.*

46. Melior eſt tremor humilitatis, quàm confidentia ſuperbiæ. *Sup. Pſ. 103. Conc. 4. ante finem verſ. 33. pag. 829. A. tom 8.*

47. Tanta eſt humanæ humilitatis utilitas, ut eam ſuo commendaret exemplo etiam divina ſublimitas. *Tract. 55. ſuper Evang. Ioan. de cap. 13. in fine pag. 269. A tom. 9.*

48 Quanta humilitas! Domine, tu mihi lavas pedes? tu mihi: quid eſt tu? quid eſt mihi? cogitanda ſunt potiùs quàm dicenda, ne fortè quod ex his verbis aliquatenùs dignum concipit anima, non explicet lingua. *Ibid. Tract. 56. de cap. 13. in princ pag. 269. A.*

49. Magnus eſſe vis? à minimo incipe. *Profec.*

50. Cogitas magnam fabricam conſtruere celſitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis: & quantam quiſque vult ſuperimponere molem ædificii, quantò erit majus ædificium, tantò altius fodit fundamentum *Serm. 10. de verbis Dom. poſt initium, pag. 22. D. tom. 10.*

51. Nobilis inopia eſt mentis humilitas. *De 12. abuſion. cap. 8. poſt med pag. 568. C. tom. 9.*

52. Humilitas
- Philoſophos tradidit in reprobum ſenſum.
- Excæcavit Judæos.
- Suffocavit Paganos.
- Inflammat Chriſtianos.
- Perimit obſtinatos.
- Dejicit potentes.
- Exaltat humiles.
- *Ser. 12 ad Fratr. in Eremo poſt medium, pag 926. D. tom. 10.*

53. Si ambules in humili, pervenies ad excelſum *Hom. 34 ex quinq Homil. cap. 1. circa finem tom. 10.*

54. Nemo ex ſpiritu naſcitur, niſi humilis fuerit *Tract. 12. ſup. Ioan ante med. tom. 9.*

55. Infima projicit ſuperbus, infima appetit humilis. *Ibid. Tract. 25. poſt. med.*

56. Contrarius ſuperbo eſt humilis. *Annot. in Iob. cap. 36. ante fin. tom. 4.*

57 Humilitas claritatis eſt meritum, claritas humilitatis eſt præmium. *Tract. 104. ſup. Ioan. prope fin. tom 9*

58. Ubi humilitas, ibi charitas. *In tract. ſup. Ep. Ioan. circa finem prologi, tom. 9.*

59. Superbia extinguit charitatem, humilitas roborat charitatem. *Tract 1. ſup. Ep. Ioan. ante med tom. 9.*

S. BASILIUS MAGN.

60. Humilitas virtutum theſaurophylacium eſt. *In Conſtitut. cap. 17. in medio, pag. 636. tom 3.*

61. Fili præ omnibus humilitati ſtude, quod eſt omni virtute ſublimius, ut ad perfectionis faſtigium poſſis conſcendere. *In Admonitione ad filium ſpirit. poſt med. fol. 206. pag. 2. tom 2. edit. Pariſ. 1550.*

62 Vir humilis, Deo eſt ſimilis, & in templo pectoris ſui geſtat eum. *Ibidem.*

63. Humilis licèt in habitu videatur viliſſimus, glorioſus eſt in virtutibus. *Ibidem.*

V. BEDA.

64. Ad humilitatem non potes pervenire, niſi magna utriuſque hominis contritione. *In ſuis Proverb. verbo Ad, pag. 186. tom. 2.*

S. BERNARD.

65. Non magnum eſt eſſe humilem in abjectione: magna prorſus & rara virtus, humilitas honorata. *Hom. 4. ſup. Miſſus poſt med. fol. 9. col. 3. lit. I.*

S. BERNARD.

66. Quid humilitate ditius? quid pretioſius invenitur? qua nimirum regnum cælorum emitur, & divina gratia acquiritur. *Serm. 4. Vigil. Nat. in medio fol. 12. col. 4. lit. I.*

67. Sola virtus humilitatis eſt læſæ reparatio charitatis. *Serm. 2. de Nat. in fine fol. 16. col. 1. C.*

68. Humilitatis virtus habet hæc tria.
- Superiori ſubdi.
- Æquali non præferri.
- Minori ſubdi potiùs quàm præponi.
- *In ſuis ſent. cap. Humilitatis, fol. 130. col. 4. lit. X.*

69. Quatuor ſunt, quæ veram conferunt humilitatem.
- Vilitas operis.
- Aſſiduitas ſubjectionis.
- Comparatio melioris.
- Judicium Conditoris.
- *Ibid. cap. Quatuor fol. 131. col. 3. I.*

70. Appetere de humilitate laudem, humilitatis non eſt virtus, ſed ſubverſio. *Profec.*

71. Verus humilis, vilis vult reputari, non humilis prædicari.

72. Quid perverſius, quidve indignius, quàm ut humilitatis cuſtos confeſſio ſuperbiæ militet; & indè velis videri melior, undè videris deterior? *Serm. 16. ſup. Cant. poſt. med. fol. 145. col. 4 lit. I.*

73. Oportet humiliter ſentire de ſe nitentem ad altiora, ne dùm ſuprà ſe attollitur, cadat à ſe, niſi in ſe firmiter per veram humilitatem fuerit ſolidatus. *Serm. 34. ſup. Cant ab initio fol. 163. col 4. lit. K.*

74. Niſi humilitatis merito maxima minimè obtinentur: propterea qui provehendus eſt, correptione humiliatur, humilitate meretur. *Ibidem.*

75. Cùm te humiliari videris, habeto id ſignum in bonum, omninò argumentum gratiæ propinquantis. *Ibidem.*

76. Quanti humiliantur, & humiles non ſunt? Alii cum rancore humiliantur, alii patienter, & alii libenter: primi rei ſunt, ſequentes innoxii, ultimi juſti. *Ibid. circa med. &c. lit. L.*

77. Bonum mihi quia humiliaſti me.) Is verè humilis eſt, qui hoc poteſt dicere: non poteſt hoc dicere, qui invitus tolerat, minùs qui murmurat. *Ibidem.*

78. Eſt humilitas, quàm veritas parit, & non habet calorem. Et eſt humilitas, quam charitas format, & inflammat: atque hæc quidem in affectu, illa in cognitione conſiſtit. *Ib. Serm. 42. circa med. fol. 168. col. M.*

79. Sponſæ humilitas tanquàm nardus ſpargit odorem ſuum. amore calens, devotione vigens, opinione redolens: ſponſæ humilitas voluntaria eſt, perpetua eſt, fructifera eſt. *Ibid. poſt med. fol. 169. col. 2. D.*

80. Decor animæ, humilitas eſt. *Ibid. ſerm. 45. in princ. fol. 170. col. 3 H.*

81. Si quis innocentiam ſectetur, & nihilominus humilitatem jungit, is geminum animæ poſſidet decorem. *Ibid. poſt init. fol. 170. col. 3. lit. I.*

82. Rara avis in terris, aut ſanctitatem non perdere, aut humilitatem ſanctimoniâ non excludi. *Ibid. ante med. fol. 170. col. 4. lit. K.*

83. Nihil facilius eſt volenti, quàm humiliare ſeipſum. *Serm. 1. in cap. jejunii ante med. fol. 26. col. 2. E.*

84. Cùm ex aliis quibuſcunque bonis virium magis ſuarum capere ſoleat incrementum ſuperbia, ſola humilitas omnium propugnaculum turriſque virtutum, ejus fortiter reſiſtit malitiæ, obviat præſumptioni. *Ep. 42. ad Henricum Senonenſ. Archiep. ante med. fol. 216. col 3 H.*

85. Sola quæ non ſolet gloriari, non novit præſumere, contendere non conſuevit, gratiam inventura eſt in oculis pietatis humilitas. *Ibid. poſt med. fol. 217. col. 2. lit. E.*

86. Non contendit judicio, nec prætendit juſtitiam, qui verè humilis eſt. *Ibidem.*

S. BERNARD.

87. Humilitas ad quam ducit humiliatio, totius eſt ſpiritualis fabricæ fundamentum: ſiquidem humiliatio via eſt ad humilitatem. *Profec.*

88. Si ergo virtutem appetis humilitatis, viam non refugias humiliationis: nam ſi non pateris humiliari, non poteris ad humilitatem provehi. *Ep. 87. ad Ogerium Canonic. regular. ante fin. fol. 229. col. 1. littera. B.*

89. Solus humilis parcit animæ ſuæ, qui ne putetur quod non eſt, ſemper quantùm in ſe eſt, vult neſciri quod eſt. *Ibidem.*

90. Nulla ſplendidior gemma in omni ornatu, quàm humilitas. *Lib. 2. de Conſid. ad Eug. Pap. circa med. fol. 277. col. 2. D.*

91 Humilis quò excelſior cæteris, eò humilitate apparet illuſtrior & ſeipſo *Ibidem.*

92. Virtutum bonum quoddam & ſtabile fundamentum, humilitas eſt: ſi nutet, illa virtutum aggregatio nonniſi ruina eſt. *Ibid. lib. 5. in fine fol. 285. col. 1. C.*

93. Pretioſiſſimus fundus virtus humilitatis eſt, bonus fundus humilitas, in qua omne ædificium ſpirituale contructum creſcit in templum ſanctum in Domino. *Ibid. lib. 2. circa med. fol. 277. col. 2. lit. D.*

94. Habet humilitas ſuas epulas: primus cibus eſt humilitatis purgatorius cum amaritudine, ſecundus charitatis conſolatorius cum dulcedine, tertius contemplationis ſolidus cum fortitudine. *De 12. gradib. humilit. cap. Locuturus. in fine fol. 299. col. 3. I.*

95. Bona via eſt humilitatis, quâ veritas inquiritur, charitas acquiritur, generationes ſapientiæ participantur. *Ibidem, &c.*

96. Glorioſa res humilitas, quâ ipſa quoque ſuperbis palliare ſe appetit ne villeſcat. *De 12. grad. humil. Grad. 9. circa med. fol. 303. col. 3. lit. I.*

97. Perit revera omne quod agitur, ſi non ſolicitè in humilitate cuſtoditur. *De inter. domo, cap. 41. in fine fol. 330 col. 4. lit. K.*

98. Humilitas cuſtos pudicitiæ, & mater patientiæ eſt. *De ordine vitæ. poſt medium. fol. 336. columna 3. littera H.*

99. Humilitatem quiſquis veraciter habet, nec beneficio cellæ, nec profugio ſolitudinis indiget. *Ibid.*

100. Deſcende ut aſcendas, humiliare ut exalteris. *Serm. 39. ad ſororem, circa med. fol. 91. col. 2. littera D.*

101. Magna & ſublimis virtus humilitas, quæ promeretur quæ non docetur: digna adipiſci quod non valet addiſci. *Lib. 5 Florum, cap. 9. in princ.*

102. Humilitas in honore, honor eſt ipſius honoris, & dignitas dignitatis. *Ibidem circa med.*

S. BONAVENT.

103. Solus humilis evaſor eſt laqueorum hoſtis antiqui. *Serm. 1. in Hexam. poſt med. pag. 11. col. 2. A. tom. 1.*

104. Ubi eſt humilitas, ibi eſt & ſapientia. *Expoſ. 2. ſup. Pſ. 118. cap. 4. verſ. 2. Art. 2. pag. 190. col. 2. tom. 1.*

105. Qui magis ſe humiliat, ille major eſt: & qui maximè, ille maximus eſt. *Profec.*

106. Quia quantò ſumus humiliores, tantò ſumus à tumore ſuperbiæ inaniores; & quantò inaniores à tumore ſuperbiæ, tantò pleniores dilectione: & quantò hâc pleniores, tantò majores. *Sup. Luc. cap. 9. in illud, Hic major eſt. pagina 120. col. 1. littera E. tom. 2.*

107. Humilitas eſt clavis ſcientiæ. *Ibid. cap. 10. pag. 129. col. 2. A.*

108. Humilitas hominem Deo perfectè ſubjicit, Deum ſibi auxiliatorem facit, quo hoſtis ignea tela contemnit. *Serm. 5. de uno Mart. & in ord. 17. poſt med. pag. 319. col. 1. tom. 3.*

109. Humilis à nulla capitur paſſione, non ira hunc moleſtare poteſt, non gloriæ cupido, non æmulatio, non zelotypia. *Lib. 4. Pharetræ, cap. 12. circa med. pag. 180. col. 1. C. tom. 6.*

110. Humilitas eſt
- Brevis ſcala devotionis.
- Brevis ſchola perfectionis.
- Brevis via ſalvationis.

S. BONAVENT.
- Brevis ſcala, ſi vis aſcendere.
- Brevis ſchola, ſi vis addiſcere.
- Brevis via, ſi vis incedere.

Tit. 7. dietæ cap. 1. in princ. pag. 306. columna 2. littera. E. tom. 6.

111. Humilitas eſt
- Quidquid in valore eſt pretioſius.
- Quidquid in odore eſt delicioſius.
- Quidquid in decore eſt gratioſius.

Ibidem, poſt initium, pag. 307. col. 1. littera D. tom. 6.

112. Humilitas
- Se humiliat, ut aſcendat.
- Se incinerat, ut redoleat.
- Se mortificat, ut reſurgat.

Ibid. ante med. pag. 307. col. 2. lit. B.

113. Humilitas eſt
- Gratioſa, inſtar floris ſpecioſi.
- Luminoſa, inſtar ſideris radioſi.
- Virtuoſa, inſtar lapidis pretioſi.

Ibid. circa med. pag. 308. col. 1. B.

114. Humilitas fragrantior efficitur, cùm quis conſiderat propriam vilitatem. *Ib. poſt med. pag. 308. col. 1. B.*

115. Summa Religioſi virtus eſt humilitas, quæ ipſum curat, perficit, conſervat. *In ſpeculo diſcipl. part. 2. cap. 6. poſt init. pag. 556. col. 2. B. tom. 7. part. 4.*

116. Sine humilitate nulla virtus, nulla perfectio, aut acquiritur aut ſervatur. *Ibidem.*

117. Quantò major & purior fuerit humiliatio & promptior, tantò plenior erit gratiæ recuperatio, & gloriæ remuneratio. *Profec.*

118. Magnitudo humiliationis attenditur in difficultate injuncti operis, puritas in ſimplicitate intentionis, promptitudo in alacritate executionis. *Lib. 2. de Profectu Relig. cap. 39. in fine pag. 592. col. 2. lit. A. tom. 7. part. 4.*

119. Humilitas regina virtutum, ſicut ſuperbia regina vitiorum eſt. *Sup. Pſ. 59. poſt init. Præf. pag. 207. col. 2. to. 1.*

120. Humilitas dicitur caput, ſive primatus virtutum cæterarum, eò quod initium eſt, & prima, quæ ea omnibus virtutibus habetur. Et quoniam ipſa à fidelibus habita, cuſtos eſt omnium virtutum, cùm ſine ipſa omnes virtutes debiles ſint & inutiles: ſicut à capite quod principale eſt in toto corpore, omnia cætera membra reguntur, quo ablato totum corpus inutile eſt, & quaſi trunculus exanime. *Sup. Pſ. 110. in princ. Præf verſu, Vide humilitatem, &c. pag. 506. col. 1. to. 1.*

S. CÆSARIUS ARELAT.

121. Quælibet bona quis habeat, ſi veræ humilitatis fundamentum habere noluerit, firmiter ſtare non poterit. *Hom. 18. poſt. init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 763. col. 1. A. edit. Coloniæ, 1618.*

122. Superbia venenum, humilitas antidotum. *Ibid. ante med. pag. 763. col. 1. B.*

CASSIODORUS.

123. Ipſa virtus eſt Religionis, ut quantò ſe plus unuſquiſque exemplo Creatoris humiliat: tantò ampliùs exaltetur ad gloriam. *Sup. Pſ. 21. ante med. verſ. 6. Ego ſum vermis, &c. fol. 31. col. 4.*

S. CYPRIAN.

124. Hic eſt primus Religionis introitus, ut quicumque vult piè vivere, humiliter de ſe ſentiat: quia fundamentum ſanctitatis, humilitas eſt. *De Nativit. Chriſti, cap. 3. poſt med. pag. 450. col. 1. tom 3.*

S. DIADOCH.

125. Res eſt difficilis ad comparandum humilitas: quò enim major eſt, eò eſt ejus uſus laborioſior. *De Perfect. ſpirit. cap. 95. Apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 760. col. 2. H. edit Colon. 1618.*

DIONYSIUS CARTHUS.

126. Tota Chriſtianæ ſapientiæ diſciplina, non in abundantia verbi, non in aſtutia diſputandi, neque in appetitu laudis & gloriæ: ſed in vera & voluntaria humilitate conſiſtit. *Sup. Ep. ad Philipp cap. 2. art. 2. in illud, Humiliavit ſemetipſum &c. fol. 87. E.*

S Dorote. 127. Neque parere quiſquam divinæ juſtitiæ, neque bonum ullum attingere ſine humilitate poteſt. *Doctrina 1. circa medium, apud Bibl. Patrum, tom. 4. pagina 765. columna 1. littera C. aditionis Colonienſis* 1618.

128. Neque timor Domini, neque eleemoſina, neque fidea, neque abſtinentia, neque ulla unquàm virtutum poteſt ſine humilitate in nobis erigi. *Ibidem, Doctrina 2. de humilitate, in principio, pagina 767. columna 1. littera D.*

129. Beatos vir eſt, qui humilitatem habuerit. *Ibid. poſt init. pag. 767. col. 2. F.*

130. Nihil profectò fortius humilitate, quam nulla res obſidet. *Ibidem, poſt initium, fol. 167. columna 2. littera G.*

131. Labor humiliat corpus, humiliatoque corpore humiliatur pariter & anima. *Ibidem, in fine. pagina 769. columna 1. littera A.*

132. Omnium fuit una ſenteotia, ita impoſſibile eſſe ſalvari animam abſque humilitate, ut navim ſine clavis ædificari. *Ibidem, Doctrina 14. poſt initium, pag. 789. col. 1. C.*

133. Quidquid boni quiſque egerit, id agat cum humilitate, ut per humilitatem conſervetur quod factum fuerit. *Ibidem.*

134. Corona eſt humilitas; coronat enim & ſervat virtutes omnes, & omnis virtutis perfectio eget humilitate: Sanctorum namque omnium profectus, acceſſus eſt ad humilitatem. *Ibidem.*

S. Ephrem. 135. Si rectam vivendi rationem expetis, te in humilitate exerce, ſine qua recta vitæ ratio conſiſtere nequit. *De recta vivendi ratione, cap. 1. pagina 40. lit. B. tom. 1.*

136. Humilitatem diligito, & nunquàm diaboli laqueis capieris: velociſſimis enim humilitatis alis ſemper ſublevatus, ſublimior eris, quàm ut inimici retibus capi poſſis. *Ibidem, cap. 8. pag. 40. D.*

S. Euſebius Cæsariens. 137. Sicut ex ſola ſuperbiæ radice omnia oriuntur mala: ſic ex ſola radice humilitatis generantur omnia bona. *Epiſt. ad Damaſ. Pap. de morte Div. Hieronym. longè ante medium, quæ eſt 61. Ep. D. Hieron. tom. 4. pagina 347. B.*

S. Euſebius Emiſſen. 138. Benedicta Deo illa anima, cujus humilitatis exemplum alterius confundit ſuperbiam. *Homil. 7. ad Monach. poſt med. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 1. pag. 584. col. 2. aditionis Colonienſ.* 1618.

139. Ubi eſt humilitas, ibi requies, ibi tranquillitas, ibi omnis ſerenitas. *Profec.*

140. Dum enim ipſa ſibi placet, atque pacata eſt, etiam ſi qua tribulatio, ſi qua tempeſtas oborta, nihil erectum, nihil ſublime, nihil oppoſitum invenit, ubi allidat impetum ſuum: ſiquid ea adverſo irruerit, totum poſt ſe humiliatâ fronte tranſmittit. *Ibid. Hom. 1. Epiph. circa med. pag. 547. columna 1. littera D.*

S. Fulgent. 141. Creſcat in te humilitas animi, quæ vera eſt, & integra ſublimitas Chriſtiani. *Pref.*

142. Tantò magis in te cognoſce Dei gratiam creſcere, quantò magis tibi humilitatem cordis videris abundare. *Epiſt. 6. ad Theodorum, cap. 9. in princ. apud Bibl. Patrum, tom. 6. parte 1. edit. Colonienſis* 1618.

Gillebertus Anglus. 143. Perfecta humilitas de meritis ſemper alienis præſumit. *Sermone 46. ſup. Cant. in princ. apud D. Bernard. volum. 2.*

144. Humilitas ſuſcepta pro Chriſto, regiam præfert dignitatem. *Ibidem, ſerm. 18. paulo ante finem.*

S. Greg. Mag. 145. Electi ne invitè curventur in morte, ſpontè curvantur nunc in humilitate. *Libro 25. Moral. cap. 2. circa init. col. 826. B. tom 1.*

146. Humilitas lamenti, medicina eſt peccanti. *Ibidem, lib. 3. cap. 13. in medio, ſup. illud Job 2. Venerunt de loco ſuo. col. 81. B.*

147. Sancti viri nec ex elatione ſunt liberi, nec ex timore ſubmiſſi: ſed cùm rectitudo eos ad libertatem erigit, conſideratio infirmitatis propriæ, in humilitate cuſtodit, *Ibid. libro 7. cap. 15. ante finem, col. 236. C.*

148. Humiliari in terra contemnimus, qui de terra ſumus. *Homil. 28. ſuper Evang. in media, col. 442. C. tom. 2.* S Greg. Mag.

149. Preci innitendum eſt, cùm recta agimus: ut omne quod juſtè vivimus, ex humilitate condiamus. *Libro 9. Moral. cap. 11. ante medium, col. 305. A. tom. 1.*

150. Superbis mentibus pondus grave eſt oneris, doctrina humilitatis. *Ibidem, libro 15. cap. 21 ſup. illud Job 21. Suſtinete me, ut & ego loquar. &c.*

151. Mœnia ſupernæ civitatis, niſi humiles non aſcendunt. *Ibidem, libro 17. cap. 17. poſt. med. col. 576. littera C.*

152. Minùs inops eſt, qui veſtem non habet, quàm humilitatem. *Ibidem, libro 21. cap. 14. ante fin. num. 14. col. 726. D.*

153. Humilitas magiſtra eſt, & mater omnium virtutum. *Ibidem, libro 23. cap. 7. circa medium, num. 13. col. 776. C.*

154. Humiles cœlum petunt, dùm ſe inferiùs dejiciunt: ſuperbi infima appetunt, dùm deſpiciendo cæteros, quaſi in altioribus extolluntur. *Ibidem, libro 32. cap. 5. ante fin. num 8. col. 1102. A.*

155. Quid humilitate ſublimius? quæ dùm ſe in ima deprimit, authori manenti ſuper ſumma conjungitur? *Parte 3. Paſtoral. cap. 1. ante medium, col. 1282. lit. B. tom. 2.*

156. Magna eſt virtus humilium, qui ex deſiderio loca ultima tenentes, ſe per humilitatem à terra in altum non ſublevant, & cœleſtis regni odorem in mente ſervant. *Homil. 6. ſuper Ezech. poſt initium, columna 103. littera C.*

157. Humilitatem frater chariſſime totis viſceribus dilige, per quam cunctorum fratrum concordia & unitas valeat cuſtodiri. *Libro 4. in regiſtro indict. 13. cap. 82. Epiſt. 38. ad Joann. Epiſc. Conſtantinop. poſt init. col. 803. littera B.*

158. Servorum Dei humilitas in afflictionis tempore debet apparere. *Ibid. lib. 2. indict. 10. cap. 24. Ep. 24. ad Euſeb. Abbat ab init. col. 698. C.*

159. Nihil habeas humilitate præſtantius, nihil amabilius: hæc eſt enim præcipua conſervatrix, & quaſi cuſtos quædam virtutum omnium. *Tom. 1. Epiſt. 14. ad Celantiam, poſt med. pagina 112. C.* S. Hieronym.

160. Humilitatem ſequere, non quæ oſtenditur atque ſimulatur geſtu corporis, aut fractâ voce verborum: ſed quæ puro affectu cordis exprimitur. *Ibidem, &c.*

161. Quantò quis humilior, tantò ſublimior eſt. *Tom. 1. Ep. 26. ad Pammach. ante medium, pagina 164. littera B.*

162. Quantumcumque te dejeceris, humilior Chriſto non eris. *Ibidem, ante finem, pag. 166. D.*

163. Humilitas prima Chriſtianorum virtus eſt. *Tomo 1. Epiſt. 27. ad Euſtochium, ante medium, pag. 175. littera B.*

164. Apud Deum nihil eſt quidquam humilitate ſublimius. *Tom. 4. Epiſt. 1. ad Demetriad. poſt med. pag. 21. littera A.*

165. Melior eſt humilis corde, qui nihil fidit ſuis operibus, quàm qui ſe præ excellentia virtutum viri nomine dignum ducens fallitur, neſcius dùm ſuperbiendo perdit bona quæ geſſit. *Lib. 2. ſup. Prov. cap. 19. ſub finem, pag. 36. D. tom. 7.*

166. Melius tibi eſt, ut humilis ſis, & videaris; quàm ſublimis & ignoreris. *Sup. Pſ. 118 cap. 52. poſt med. pag. 53. B. tom. 1.* Hugo a S. Victore.

167. Humilitas eſt bonorum conſervatrix. *Libro 4. de Anima. cap. 16 in fine, pag. 136. A. tom. 2.*

168. Suaviùs redolet Deo humilitas infima, quàm virtus elata. *In Soliloq. de Arrha animæ, ſub fin. pag. 149. E. tom. 2.*

169. Principium diſciplinæ humilitas eſt. *Lib. 3. Didaſc. cap 14. in princ. pagina 15. A. tom. 2.*

Hugo a S. Victore.

170. Quatuor ſunt, quæ conſerunt veram humilitatem.
- Vilitas corporis.
- Aſſiduitas ſubjectionis.
- Comparatio melioris.
- Suſpectum Dei judicium. *Lib. 3. Miſcellan. codic. 2. tit. 19. per totum, pagina* 173. *litterâ H. tom.* 3.

Hugo Card.

171. Ex conſideratione ſui provenit humilitas. *Sup. Gen. cap.* 26. *fol.* 35. *col.* 2. *tom.* 1.

172. Ille fructus congregat, qui licèt in virtutibus creſcat, tamen in omnibus humilitatem ſervat. *Sup. Levitic. cap.* 19. *Moraliter, fol.* 119. *columna* 2. *tom.* 1.

173. Tria ſunt, quæ nutriunt humilitatem.
- Aſſiduitas ſubjectionis.
- Conſideratio propriæ fragilitatis.
- Comparatio melioris. *Sup. Pſ.* 27. *fol.* 36. *col.* 4. *tom.* 2.

174. Humiliat ſe ſatis, qui ſe ſubdit majori: humiliat ſe valdè, qui ſe ſubdit pari: humiliat ſe nimis, qui ſe ſubdit inferiori. *Sup. Pſ.* 37. *in illud, Humiliatus ſum nimis. fol.* 98. *col.* 4. *tom.* 2.

175. Humilitas eſt ſignum Dei, & vexillum. *Super Pſ.* 73. *Moraliter. fol.* 188. *col.* 3. *tom.* 2.

176. Humilis pauper eſt opinione ſua, quis nihil ſe habere reputat: ſed verè dives eſt, quis humilitas proprius locus gratiarum eſt. *Super Prov. cap.* 13. *fol.* 28. *col.* 3. *tom.* 3.

177. Humilitas eſt cuſtos omnium virtutum, & reſtitutrix omnium bonorum. *Proſec.*

178. Nam humilitas de tepiditate aliarum virtutum inflammeſcit, de paupertate diteſcit, de defectu abundat, de luctu gaudet, de morte reviviſcit. *Ibid. cap.* 26. *fol.* 58. *col.* 1.

179. Humilitas verba detractionis non curat, quia contemnit ſe contemni, imò gaudet: & verba adulationis etiam non curat, quia non elevatur ad ventum. *Super Eccleſiaſten, cap.* 7. *folio* 91. *columna* 3. *tomo* 3.

180. Humilitas paſcitur contumeliis. *Sup. Ezech. cap.* 22. *fol.* 82. *col.* 3. *tom.* 5.

181. Humilitas fundum tenet ædificii ſpiritualis, & eſt quaſi centrum virtutum. *Proſec.*

182. Immo humilitas eſt virtus, vel circulus, cujus centrum ubique, circumferentia nuſquàm.

183. Ubicumque enim ſit humilis, ſemper cor ſuum eſt in imo, & nuſquàm in ſupremo. *Sup. Luc. cap.* 9. *tom.* 6.

Ioan. Caſs.

184. Humilitas, vera eſt nobilitas. *Lib. 4 de Cœnobiis inſt. cap.* 29. *in fine, pag.* 93.

185. Contemptu ac privatione facultatum omnium, humilitas acquiritur. *Ibidem, cap.* 39. *in principio, pagina* 100.

186. Vera eſt cordis humilitas retinenda, quæ non de affectata corporis atque verborum, ſed de intima mentis humiliatione deſcendit. *Collat.* 18. *Abbat. Piammonis. cap.* 11. *in fine, pag.* 738.

S. Joannes Chrysoſtom.

187. Hæc eſt vera humilitas, quando quis occaſiones habens, ut extollatur, ſeipſum humiliat & ſupprimit. *Homil.* 33. *ſuper Geneſ. in fine, col.* 277. *lit. D. tom.* 1.

188. Humilitas ſola eſt, quæ charitatem acquirit, pacem invenit, ſereno corde totum intendit. *Serm. de eo quod David dixit: Quis ſum ego? in princ. col.* 638. *C. tom.* 1.

189. Humilitas non habet undè cadat. *Ibidem.*

190. Sacrificium maximum humilitas eſt. *Homil.* 12. *ſuper Pſalm.* 50. *longè poſt med. verſ.* 18. *columna* 748. *D. tom.* 1.

191. Sicut ſuperbia omnium fons malorum eſt, ita humilitas cunctarum origo virtutum. *Homil.* 15. *ſuper Matth. longè poſt initium, columna* 235. *littera A. tomo* 2.

S. Joannes Chryſoſt.

192 Sive ſervus ſis, ſive pauper atque mendicus, ſive plebeius, ſive peregrinus: nihil te fieri beatum vetat, ſi humilitatis æmulator extiteris. *Ibidem, longè ante med. col.* 135. *C.*

193. Humilitas virtus eſt, & ſublimioris philoſophiæ mater eſt & origo. *Hom.* 39. *ſup. Matth. oper. perf. in medio, col.* 352. *D. tom.* 2.

194. Humilitas habet caput & membra.
- Caput, Chriſtus eſt.
- Facies ejus, erubeſcentia & pudor.
- Oculi, modeſtia ipſa ſunt.
- Os, ſapientia, & intellectus.
- Cor, magna ſcripturarum peritia, & veri dogmatis conſervatio.
- Pedes ejus ac manus, recta ſunt opera.
- Anima, fides eſt, & pietas.
- Pectus, eſt fortitudo.
- Spiritus autem, qui animalium corda & cerebrum continet, charitas eſt. *Ibidem, Homil.* 48. *poſt medium, columna* 409. *D. tom.* 2.

195. Qui ſibi nihil arrogat, is verè humilis eſt: qui verò humilis eſt, is ad veræ ſublimitatis cacumen volavit. *Ibidem, Homil.* 66. *poſt medium, columna* 550. *littera B.*

196. Humilis ſublimitati contrarius eſt: nihil tamen humilitate altius, nihil arrogantiâ depreſſius. *Proſecutio.*

197. Humilis à nulla ægritudine capitur, non perturbatur irâ, nullâ cupiditate gloriæ vexatur, non vincitur livore: quid igitur ſublimius? *Ibidem.*

198. Humilibus quid jucundius? quid beatius? qui cùm Deo gratiſſimi ſint, non parvam etiam ab hominibus (quam non quærunt) gloriam reperire ſolent. *Ibidem, circa finem col.* 552. *B.*

199. Nutrix dilectionis humilitas eſt, & totius mali odii mater ſuperbia: totius boni initium humilitas eſt, & totius mali ſuperbia. *Hom.* 9. *ſup. Matth. oper. imperf. ante med. col.* 797. *A. tom.* 2.

200. Nunquàm humilitas eſt ſine magnitudine animi: neque ſuperbia ſine puſillanimitate. *Hom.* 20. *ſup. Joan. circa med. columna* 334. *A. tom.* 3.

201. Nihil conferendum humilitatis virtuti; ipſa enim mater eſt, ac radix & altrix & fulcimentum, & vinculum bonorum. *Homil* 30. *ſup. Acta Apoſtolorum in Moral. in princ. col.* 649. *A.*

202. Humilitas bonorum omnium baſis eſt, & fundamentum. *Ibidem, Homil.* 44. *in princ. col.* 731. *littera D.*

203. Nihil humilitate potentius, ſed petrâ eſt fortior, adamante ſolidior, omnibuſque ſublimior. *Sermone* 20. *ſuper Epiſt. ad Rom. in fine Moral. col.* 241. *C. tom.* 3.

204. Nihil tàm admirabilem Chriſtianum quàm humilitas efficit. *Ibid. ſer.* 32. *in fine ante Morale, col.* 321. *A. tom.* 4.

205. Ille ſolus humilitatem animi verè conſecutus eſt, qui ſibiipſi perſuaſit quantumlibet peregerit, nihil ſe magnum geſſiſſe. *Homil.* 2. *ſup. Ep. ad Philem. in Morali. poſt init. col.* 1650. *B. tom.* 4.

206. Humilitas non illa tantùm laudatur, quæ de conſcientia peccatorum venit: ſed illa, quæ ex virtute deſcendit, Deo chara eſt. *Ep.* 6. *ad Theodor. lapſ. ante med. col.* 1013. *A. tom.* 5.

207. Humilitas eſt quoties quiſpiam rerum ſibi præclararum conſcius, nihil magni de ſeipſo exiſtimat. *Homil.* 5. *de incomprehenſibili Dei natura. poſt med. col.* 1194. *D. tom.* 5.

S. Joan Clim.

208. Qui in verbo humilis non eſt, nunquàm profectò erit in opere. *Gradu* 4. *poſt medium, apud Bibl. Patrum, tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 252. *col.* 1. *A. editionis Colon.* 1618.

S. IOAN. CLIM.

209. Humilitatis ſignum eſt ignominiæ perfecta toleratio. *Ibidem, Gradu. 5. ante fin. pag. 258. col. 1. littera B.*

210. Aliud eſt humilem eſſe, aliud conari eſſe, & aliud laudare humilem Prius illud perfectorum eſt, ſecundum veracium obedientium, tertium verò omnium fidelium. *Ibidem, Gradu 25. ante med. pag. 277. col. 2. littera G.*

211. Humilitas eſt viliatis abyſſus, furibus omnibus inviolabilis. *Ibidem, in medio, pag. 277. col. 2. littera H.*

212. Qui mente eſt humili, voluntatem ſuam ſemper ut ſeductricem deteſtatur. *Ibidem, ante fin. pag 278. columna 2. lit. F.*

213. Humilitas eſt cœleſte inſtrumentum, quod ex abyſſo peccatorum in cœlum animam levare poteſt. *Ibidem, in fine, pag. 279. col. 1. B.*

214. Propriè interemptrix vitiorum humilitas eſt, quam qui poſſident, omnia vincunt. *Ibidem, Gradu 26. ante med. pag. 280. col 2. H.*

IOAN. GERS.

215. Quis neget magnam eſſe humilitatis recuperandæ rationem, humilitatem perdidiſſe? *Serm. de humilit. in Cœna Dom. à medio, part. 2.*

216. Sit humilitas
- Depreſſa in ſe. — Depreſſa ſit in ſe, ne de ſe alta ſapiat.
- Reflexa ad ſe. — Reflexa ſit ad ſe, ne humanum favorem quærat
- Recluſa intra ſe. — Recluſa ſit intra ſe, ne res perituras vagabunda ambiat. *Serm. de Verbis Dom longe ante fin. parte 2.*

IOAN. TRITH.

217. Humilitas medicina eſt animarum ſaluberrima, omnibus conſulit, tumentia ſpiritus ulcera comprimit, tabeſcentia reficit, depravata corrigit, excreſcentia tollit. *Libro 1. Homil. 19. ad Monach. circa init. pag. 496. columna 1.*

218. Sine vera humilitate, nemo ſalutem conſequi poteſt. *Ibidem, in princ. pag. 495. col. 2.*

219. Vera humilitas magna facit, & de ſe ſentit minima: & quantò amplius profecerit, tantò infirmitatem ſuam profundiùs recognoſcit. *Ibidem, ante med. pag. 496. columna 2.*

220. Vera humilitas hilaris eſt, non diſſoluta, gravis, non melancholica, larga in miſerationibus, non prodiga, infirmis compatiens non remiſſa. *Ibid. ante med. pag. 497. col. 1.*

221. Ubi vera eſt humilitas, dæmones ſubſiſtere nequeunt; quoniam ſicut glacies ab igne reſolvitur, ita maligni ſpiritus à præſentia humilis diſſipantur. *Ibidem, poſt med pag. 500. col. 1.*

222. Humilitas Filium Dei hominem fecit, humilitas ſervum Chriſti ſancto Angelo comparabit. *Ibidem.*

223. Virtutum ſtabile fundamentum eſt humilitas, ſuper quo quidquid conſtructum fuerit, nullo tempeſtatis turbine ſubvertetur. *Lib. 2. ad Monach. ſerm. 1. circa med pag. 528. col. 2*

224. Humilitate Chriſtiana diabolus vincitur, & quaſi clavo percuſſus fugiens ſuperatur. *Ibidem, a medio. pag. 529. col. 1.*

225. Vera humilitas vituperata proficit, laudata periculum incurrit. *Ibidem, ſerm. 3. ante med. pag. 538. columna 2.*

226. Humilitas alta fugit, quæ humilia ſunt quærit. *Ibidem, poſt med pag 539. col. 2.*

227. Humilis imitatur Chriſtum, ſuperbus diabolum. *Ibidem.*

228. Nulla eſt tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur. *Lib. 2. de Tent. Relig. cap. 5. poſt init. pag. 717. col. 1.*

229. Via veniendi ad veram viam, humilitas eſt. *Epiſt. 14. ad Nicol. Presbyt. Mernicenſ. circa med. pag. 949. col. 1.* IOAN. TRITH.

S. ISIDORUS HISPALENS.

230. Superflua eſt humilitas eorum, qui ſe geſſiſſe accuſant, quæ non admiſerunt. *Libro 3. de ſummo bono, cap. 32. ſent. 6 pag. 678. col. 1.*

231. Humilitas lapſum non novit, humilitas lapſum nunquàm paſſa eſt. *Et hab. apud Bedam. in ſuis ſcintillis. cap. 4. col. 378. tom. 7.*

232. Quantò eris humilior, tantò ſequetur te altitudo. *De contemptu mundi. verbo Eſto. pagina 326. columna 2.*

233. Vexillum Chriſti eſt humilitas. *Ibidem.*

234. Deſcende ut aſcendas, humiliare ut exalteris, ne exaltatus humilieris: qui exaltatur, dejicitur: & qui elevatur, proſternitur. *Ibid.*

235 Tantò humilitate clareſcas, quantò plus cæteris culmine virtutum coruſcas. *In regula Monach. cap. 3. poſt init.*

236. Etſi aliquid es, niſi tantò te humilies, quantò magnus es, perdes omninò quod es. *De conflict. vitior. & virt. poſt init.*

S. ISID. PELUS.

237. Animo atque affectu potiùs quàm verbis humilem te præbe. *Libro 1. Ep. 342. ad Seleucum. apud Biblioth. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 508. col. 1. D. edit. Colonienſis.* 1618.

LACT. FIRM.

238. Humilitas tàm chara & amabilis Deo eſt, ut cum Angelis ſuſcipiat peccatorem confitentem, quem in regnis cœleſtibus faciat pro humilitate ſublimari. *In Epitome. verbo Humilitas. in principio, pag. 404.*

S. LAURENT. IUSTIN.

239. Stat ſubjectus humilis, notus ſibi, judicatus à ſe, proſtratus omnibus, devotus Deo, benevolus fratribus. *De compunct. cap. 2. poſt med. pag. 392. col. 1. C. parte 2.*

240. Congruit, ut verus humilis (quantò humanæ fragilitati fas eſt) ſit in omni virtute perfectus. *De Humilit. cap. 14. ante finem, pagina 661. col. 1. litt. C. parte 2.*

241. Hæc virtus humilitatis, via eſt ad patriam, corona regia, decorata gemmis, margaritis ornata atque contexta. *Ibidem, cap. 10. poſt init. pag. 672. col. 1. C. parte 2.*

S. LEO I.

242. Quid humilitate ſublimius? *Homil. de omnibus Sanctis, ante med.*

LUDOVICUS BLOSIUS.

243. Qui verè humilis eſt, magis optat vilis & abjectus haberi, quàm Sanctus. *In canon. vitæ ſpirit. cap. 8. ante finem.*

244. Vera humilitas intùs in corde quærenda eſt: ſi deſit interna humilitas, externa nihil eſt, niſi hypocriſis. *In ſpeculo ſpirit. cap. 8. poſt init.*

245. Totius perfectionis veriſſima regula hæc eſt; Eſto humilis. *In inſtitut. ſpirit. cap. 2. ante finem.*

S. MACHAR. ÆGYPT. SEN.

246. Signum Chriſtianiſmi, eſt ipſa humilitas. *Homil. 15. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 69. col. 1. A. edit. Colon.* 1618.

247. Nunquàm humilis labitur: nam undè labi poſſet, qui ſub omnibus eſt? *Ibidem, Hom. 19. ſub fin. pag. 76. col. 1. C.*

S. NILUS.

248. Humilitate gaude, altitudo enim ejus firma eſt, nec ruere poteſt. *Paraneſ. 71. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Colon.* 1618.

249. Humilitas hominem in cœlum tollit, & inter choros collocat Angelorum. *Ibidem, Orat. 8. de ſuperbia prope med.*

250. Lapis pretioſus in aureo annulo decorus eſt, & in virtutum corona inſerta humilitas excellit. *Ibidem, in calce.*

S. PAULINUS.

251. Humilitas iniqua condemnatur, quæ non ex fide, ſed ex ignavia mentis hominibus addicitur. *Profec.*

252. Mendacii eſt famula, veritatis inimica, libertatis expers, iniquitati obnoxia. *Epiſt. 2. ad Amandum Epiſc. poſt medium. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. edit. Colon.* 1618.

Petr. Bles. 253. Nihil eſt quod divinæ Majeſtati familiariùs ac confidentiùs aſſiſtat, & gratiùs, quàm vera humilitas. *Ep. 134. ad Wilhelm. Electum. ante med. apud Biblioth. Patrum, tom. 12. part. 2. pagina* 809. *col. 2. H. editionis Colonienſis* 1618.

254. Melior eſt purpurata humilitas, quàm pannoſa ſuperbia. *Ibidem, in Invectiva contra depravator. circa medium, pag.* 947. *col.* 1. *C.*

255. Ut ſervum te reputes humilem & abjectum, non ſit tibi dedecori humilitas, quæ decuit filium Dei. *Ibidem, tract. de Inſtit. Epiſcop. ante med. pag.* 942. *col.* 2. *littera E.*

S. Petrus Damianus. 256. O glorioſa virtus humilitatis, per quam homo verè diſcipulus efficitur Salvatoris! *Opuſc.* 33. *cap.* 7. *circa med. pag.* 640. *col.* 2. *B. tom.* 3.

Philo Iud. 257. Affectata humilitas contemptui ſit obnoxia. *De migrat. Abrahami. poſt med. pag.* 568. *tom.* 1.

S. Prosper. 258. Hæc virtus vera humilitas eſt, quæ inter quoslibet meritorum grados, nunquàm ſui poteſt eſſe diſſimilis. *Ep ad Demetriad. ante med.*

S. Remigius. 259. Quicumque humilitatem veram habent, utique eandem humilitatem in aliis venerantur. *Sup. Ep. ad Roman. cap.* 12. *can.* 16. *apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 85. *col.* 2. *F. edit. Colon.* 1618.

Robertus Bellarm. 260. Humilitas, quæ eſt cuſtos omnium virtutum, Deo gratiſſima eſt. *Super Pſalm.* 17. *verſ.* 30.

Rupertus Abb. 261. Humilitas monitio firma, virtutumque omnium fida eſt cuſtodia. *Libro* 2. *in Abacuc. cap.* 2. *in princ. fol.* 177. *pag.* 1.

Salvianus. 262. Honeſtum & religioſum ſtudium eſt, præoccupare humilitate & vincere. *Ep.* 7. *ad Aprum & Verum, poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 364 *col.* 2. *E. edit. Colon.* 1618.

S. Thomas Aquinas. 263. Animo humili nihil eſt mirabilius. *Part.* 3. *quæſt.* 30. *art.* 4. *in corpore ad* 1.

Thomas à Kempis. 264. Tam nobilis eſt virtus, humilitas, ut eam frequenter ſuperbi & ſeculares commendent. *Serm.* 12. *ad Novit. diviſ.* 6. *tom.* 1.

265. Omnia ſine humilitate, & firmâ ejus cuſtodiâ, periculis patent & ruinis. *Ibidem, ſerm.* 30. *diviſ.* 6.

266. Quantò quis in ſe humilior fuerit, & Deo ſubjectior, tantò in omnibus erit ſapientior & pacatior. *Lib.* 1. *de Imit. Chr. cap.* 4. *in calce, tom.* 2.

267. Benè ſemper agere, & modicùm de ſe tenere, humilis animæ indicium eſt. *Ibidem, lib.* 2. *cap.* 6. *ſect.* 3.

268. Pone te ſemper ad infimum, & dabitur tibi ſummum: nam ſummum non ſtat ſine infimo. *Proſecutio.*

269. Sancti apud Deum, minimi ſunt apud ſe; & quantò glorioſiores, tantò in ſe humiliores. *Ibidem, cap.* 10. *ſect.* 4.

270. Verus humilis neſcit inflari, ſpernit laudari, contemptus gaudet, læſus citò ignoſcit. *In hortulo roſar. cap.* 9. *in calce, tom.* 2.

S. Valerian. Epiſcopus. 271. Humilitas ſemper illæſa eſt, neſcit enim vinci, cui non eſt cauſa pugnandi. *Homil.* 14. *de bono humilit. poſt initium, apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 491. *col.* 2. *H. edit. Colon* 1618.

272. In maximis & in ſublimioribus humilitas præferenda eſt. *Proſec.*

273. Humilem verò pauperem nemo miratur; invitus enim ſe humiliat, quem neceſſitas paupertatis inclinat: Humilitas in paupere grata eſt, in divite glorioſa. *Ibidem, ante fin.*

274. In quantum homo dignitate præditus humiliatur, attollitur. *Ibidem, Homil.* 19. *ſub fin. pag.* 497. *col.* 2. *H.*

In Vitis Patr. 275. Humilitatis virtus, magna ſalus eſt animæ. *Lib.* 3. *num.* 21. *in medio, pagina* 499. *col.* 2.

276. Sicut ſuperbia ſi aſcenderit in cœlum, uſque ad inferos deducitur: ita humilitas ſi deſcenderit uſque ad infernum, tunc uſque ad cœlos exaltatur. *Lib* 3. *num.* 171. *in fine, pag.* 126. *col.* 1.

277. Janua Dei, eſt humilitas. *Lib.* 5. *libell.* 15. *de humilit. num.* 22. *in princ. pag.* 623. *col.* 1. In Vit. Patr.

278. Arbor vitæ eſt in excelſo, & aſcendit ad eam humilitas. *Ibidem, Hom.* 49. *pag.* 626. *col.* 1.

279. Profectus hominis eſt humilitas, quantùm enim quis ad humilitatem inclinatus fuerit, tantùm elevabitur ad profectum. *Ibidem, num.* 77. *pag.* 628. *columna* 2.

280. Multum comedere, & bibere, & benè veſtiri poſſumus: abſtinere autem & humiliari non valemus. *Lib.* 10. *cap.* 168. *in fine, pag.* 606. *col.* 2.

281. Humilitas non eſt ſumptus, ſed in omni ſumptuali eſt condimentum. *In ſent. in fine, poſitis. ſent.* 87. *pag.* 1000. *col.* 1.

282. Humiliare ſeipſum, & deſpectum ſe apud ipſum habere, pro muro eſt Monacho. *Ibid. ſent.* 88.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

283. Humilitate nominis, nihil eſt clarius. *Lib.* 1. *Controverſ.* 6. *ante med. pag.* 72. *tom.* 1. Seneca.

284. Multis rebus non ex natura ſua, ſed ex humilitate noſtra magnitudo eſt. *Lib.* 3. *quæſt. circa med. præfat. pag.* 699. *tom.* 1.

285. Nulla eſt tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur, *Lib.* 8. *dictor. memorabil. cap.* 15. *circa med pagina* 385. Valerius Maximus.

Vide etiam Tit. Cognitio ſui ſent. 129. *Conflictus. ſentent.* 131. *Contemptus ſui. per totum. Deus. ſent.* 45. 46. *Deſertio Dei. ſent.* 51. *Differentia. ſent.* 5. *Dignitas. ſent.* 40. 69. *Epiſcopus. ſent.* 165. *Fructus. ſent.* 30. *Gloria vana. ſentent.* 74. *Gratia Dei. ſent.* 95. 96. *Honor. ſentent.* 17. 19. *Magnus. ſentent.* 12. *Maria. ſentent.* 59. *Monachus. ſent.* 153. *Mores. ſentent.* 46. *Perfectio. ſentent.* 44. 62. *Perſona. ſent.* 12. *Prælatus. ſent.* 94. 201. *Profectus. ſentent.* 72. *Sacrificium. ſent.* 45. *Sanctitas. ſent.* 65. *Suaſio. ſent.* 29. *Sublimitas. ſent.* 16. 39. 62. *Superbia. ſent.* 60. 115. 116. 123. 157. *Tribulatio. ſent.* 74. *Virginitas. ſent.* 42. *Virtutum connexio in genere. ſent.* 15. 30. 42. *Virtutum. connexio in ſpecie. verbo Humilitas. Voluntas propria. ſent.* 25.

Humilitas Chriſti.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. NIHIL ſic humiliat ſuperbum peccatorem, ſicut humilitas humanitatis Chriſti. *Sermon. Dom. Quinquag ante med. fol.* 57. *pag.* 1. S. Antonius de Padua.

2. Quæ ſuperbia ſanari poteſt, ſi humilitate Filii Dei non ſanatur? *De agone Chriſtiano, cap.* 11. *in medio, pag.* 544. *D. tom.* 3. S. Auguſtin.

3. Noluit Chriſtus Rex ab hominibus fieri, quia humilitatis oſtendebat viam miſeris, quos ab ea ſuperbia ſeparaverat. *De Catechiz. rudibus. cap.* 22. *in fine.*

4. Magna eſt miſeria ſuperbus homo, ſed major miſericordia humilis Deus. *Ibidem, cap.* 4. *in fine, pag.* 640. *lit. D.*

5. Erubeſcat homo eſſe ſuperbus, propter quem factus eſt humilis Deus. *Expoſit.* 2. *ſup. Pſ.* 18. *in fine, verſ.* 14. *pag.* 65. *B. tom.* 8.

6. Si tanta humilitate ſe opprimit divina Majeſtas, quomodo ſuperbire audet humana fragilitas? *De conflictu vitiorum & virtutum, cap.* 2. *in fine, pag.* 708. *D. tom.* 9.

7. Quanta humilitas! Domine, tu mihi lavas pedes? tu mihi: quid eſt tu? quid eſt mihi? cogitanda ſunt potiùs, quam dicenda, ne fortè quod ex his verbis ali-

quatenùs dignum concipit anima, non explicat lingua. *Tract. 56. ſuper Evang. Joan. de cap. 13. in princ. pag. 629. A. tom. 9.*

S. AUGUSTIN. 8. Jam humilis Deus, & adhuc ſupetbus homo. *Homil. 34. ex quinquaginta Homil. cap. 6. in medio, tomo 10.*

9. Undè Chriſtus huſniliatos, indè glorificatus: indè erexit humiles, quo humiliatus ipſe deſcendit. *Tract. 3. ſup. Joan. poſt init. tom. 9.*

10. Humilitatem doceo, ad me venire non poteſt, niſi humilis. *Ibidem, tract. 25. ante finem.*

11. Perierat homo ſuperbiam deceptoris ſecutus, ergo humilitatem Redemptoris ſeqoatur inveotus. *Ibidem, tract. 55. in fine.*

12. Didicimus humilitatem ab excelſo, faciamns invicem humiles qood humiliter fecit excelſus. *Ibidem, tract. 58. poſt med.*

13. Homini cui ſe diabolus ad imitationem ſuperbiæ præbuerat, ei ſe Dominus ad imitationem humilitatis præbnit. *Lib. 3. de lib. arb. cap. 25. ante fin. tom. 1.*

S. BERNARD. 14. Intolerabilis impudentia eſt, ut ubi ſeſe exinanivit Majeſtas, vermiculus infletur & intumeſcat. *Ser. 1. Nat. in princ. fol. 15. col. 1. B.*

15. Quantò ſublimitas Chriſti Aogelis notior eſt, tantò humilitas pretioſioe & amabilior eſt. *Ser. 2. Epiph. poſt initium, fol. 20. col. 3. G.*

16. O mira vanitas! ô mira fatuitas cordis! cujus elatinnem perfectè reprimere, cujus cervicoſos motns omoinò domare, humilitatis Chriſti materia tanta non ſufficit, quin ſuperbiat adhuc terra & cinis. *Serm. Quomodo voluntas noſtra divina voluntati ſubjici debeat. in princ. fol. 102. col. 2. E.*

17. Magna homilitas! Actu innocens ſuſcipit pœnitentis affectum, & qui non habet undè pœniteat, habet tameo ut pœoiteat. *Sermone 45 ſup. Cant. ante med. fol. 170. col. 4. K.*

18. Quantò pro me vilior, tantò mihi charior. *Ser. 1. Epiphan. poſt init.*

19. Poteſt ne quis non bumiliari, cùm cecordatuc pro ſe humiliatum Dominum Majeſtatis? *Libro de Paſſione Dom. cap. 44. ſub finem, fol. 75. columna 3. littera G.*

S. BONAVENT. 20. Stultus reputatus ſuit Chriſtos, qoando receſſit ab appetitu aliorum: ſtultior, quando voluit affligi: ſtultiſſimus, quando voluit crucifigi; & tamen hæc eſt ſapicotia Sanctorum. *Sermone 2. in Hexam. ante medium, ſup. illud Prov. 30. Stultiſſimus ſum virorum, pag. 15. columna 2. C. tom. 1.*

21. Magna humilitas! quia veniendo per carnem, prior poſterioe; dives, egenus; Dominus, ſervus; hæres, alienus factus eſt. *Ser. 3. Dom. 4. Advent. in princ. pag. 16. col. 2. tom. 3.*

22. Ecce habes in Chriſto humilitatis exemplum, ſuperbiæ medicamentum: quid ergo, homo, imumeſcis? quid morticina pellis extenderis? quid ſanies fœtida inflaris? *Profec.*

23. Princeps tuus humilis eſt, & tu ſuperbus? caput eſt bumile, & membrum ſoperbum? monſtrum eſt contra naturam, ſi cœlum terræ ſubjicias, & ſub pedibus caput ponas. *Serm 4. de uno Mart. & in ord. 16. in calce, pag. 318. col. 2. tom 3.*

24. Quantumcumque te dejeceris, humilior Chriſto nooeris: eſto quòd pedibus ioceda, fuſcâ tunicâ veſtiaris, pauperibus æqueris, cellam pauperum dignanter introcas. Sis cœcorum oculus, pes claudorum, manos debilium: aquam ipſe cnmportes, ligna conſcindas, focum extrahas, humilior Chriſto non eris. Ubi vinculum? ubi ſputum? ubi alapa? ubi flagellum? ubi patibulum? ubi mors? *Lib. 1. Pharetræ cap. 2. in fine, pag. 103. col. 2. B. tom. 6.*

CASSIODORUS. 25. In Chriſto voluntaria humilitas, non patientiæ neceſſitas fuit. *Sup. Pſ. 93. circa initium, verſ. 1. fol. 142. columna 4.*

26. Per humilitatem ſcimus Dominum Chriſtum diaboli viciſſe ſuperbiam. *Super Pſal. 118. verſ. 1. Humiliatus ſum, &c. folio 188. columna 3.*

DIONYSIUS CARTHUS. 27. Tota victoria Salvatoris, quæ & diabolum ſuperavit & mundum, humilitate eſt concepta, humilitate confecta. *Sup. Ep. ad Philip. cap. 2. art. 2. in illud, Humiliavit. ſemetipſum, &c. fol. 87. E.*

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 28. Filius Dei de altitudine ſinus paterni, ad noſtra deſpicabilia deſcendit, ut tàm exemplo, quàm verbo humilitatem doceret. *In ſuis Opuſc. oraculo 5. pag. 499. tom. 3.*

GLOSS. INT. 29. Signum ſalutis fidelibus, humilitas eſt Salvatoris. *Super Lucam, cap. 2. columna 712. littera D. tomo 5.*

S. GREG. MAG. 30. Ad hoc unigenitus Dei Filius formam infirmitatis noſtræ ſuſcepit, ad hoc inviſibilis non ſolùm viſibilis, ſed etiam deſpectus apparuit, ad hoc contumeliarum ludibria, irriſionum opprobria, paſſionumque tormenta toleravit, ut ſuperbum non eſſe hominem doceret humilis Deus. *Profec.*

31. Quanta ergo humilitatis virtus eſt, propter quam ſolam veracitec edocendam, is qui ſine æſtimatione magnus eſt, uſque ad paſſionem factus eſt parvus? *Libro 34. Moral. cap. 18. poſt med. num. 21. col. 1194. D. tom 1.*

32. Naſceute Domino, videbatur divinitas humiliata; aſcendente verò Domioo, eſt homanitas exaltata: in nativitate ſua apparuit Deus humilis, in aſcenſione ſua oſteoſus eſt homo ſublimis. *Homil. 29. ſup. Evang. poſt med. col. 448. A. tom. 2.*

S. HILARIUS. 33. Humilitas Chriſti, noſtra nobilitas eſt: contumelia ejus, honor noſter eſt. *Lib. 2. de Trinit. verbo Dei. in fine, fol. 9. col. 1.*

HUGO CARD. 34. Humilitas Chriſti in duobus maximè fuit: ſcilicet in ſuſtinendo humiliter contumelias, & tormenta. *Super Geneſ. cap. 22. Myſtice, fol. 17. columna 2. tomo 1.*

35. Chriſtus per humilitatem diabolum devicit. *Super Pſ. 34. fol. 86. col. 1. tom. 1.*

36. Dignum & juſtum eſt, ut divina majeſtas in ſe recipiat homilitatem, quæ ſe evacuavit, & annihilavit, ut toto ſinu ſuæ capacitatis eam reciperet. *Super Matth. cap. 5. col. 3. tom. 6.*

S. JOANNES CHRYSOST. 37. Quid bumilius ſervo? tameo hoc Dominus eſſe dignatus eſt ut ex ſervis liberos faceret, & ſervitus ipſius nobis iogenuitatem donaret. *Serm. de eo quod David dixit: Quis ſum ego? circa med. columna 639. littera D. tom. 1.*

IOAN. GERS. 38. Humilis eſt ipſe, qui eſt Deus, & tu te erigis, tu ſuperbis terra & cinis; tu ſordida pellis inflaris & tenderis, ſaccus ſtercorum & vermium? *Serm. de Circumciſ. Dom. longè ante med. part. 1.*

S. IRENÆUS. 39. Elatio ſenſus, quæ fuit in ſerpente, diſſoluta eſt per eam, quæ fuit in homine Deo bumilitas. *Libro 5. adverſus Hæreſes cap. Omnia. poſt initium, pagina 323.*

S. LAURENT. JUSTIN. 40. Confundatuc humana temeritas, & humilietur exemplo humilitatis Chriſti, qui voluit pro utilitate peccatoeum peccator æſtimari. *Profec.*

41. Omoem exercuit humilitatis formam in victu, in peregrinatione, in diſcipulorum electione, in neceſſitatibus, io anguſtiis, in perſecutionibus, in opprobriis, in paſſiooe & motte.

42. Omnis namque, quam Deos in homine exercuit, converſatio cum hominibus, ſumma & ioexplicabilis eſt perfectio humilitatis, quæ cò eſt veoerabilior, quò incompreheoſibilior. *De ligno vitæ Tract. 12. cap. 2. a medio, pagina 65. columna 1. littera A. parte 1.*

S. LEO I. 43. Humilitas Chriſti, noſtra nobilitas eſt: contumelia Chriſti, noſter honor eſt. *Epiſt. 97. ad Leonem Auguſt. cap. 3. poſt init.*

S. ODILO ABBAS CLUN. 44. Factus humilis, manſit ſublimis. *Serm. 13. de Nativit. B. M. circa init. apud Bibl. Patr. tom. 10. pag. 615. col. 1. D. edit. Colon. 1618.*

PETR. BLES. 45. Tants fuit humilitas Salvatoris, ut quaſi videretur reſpondere ipſius Majeſtati. *Profec.*

46. Quia ſicut erat Filii Dei incomprehenſibilis Majeſtas, ita fuit in hominis filio inæſtimabilis humilitas. *Serm. 32. de S. Aug. circa med. apud Bibl. Patrum, tome 12. part. 2. pag. 889. col. 2. littera G. edit. Colon. 1618.*

47. Ut ſervum te reputes humilem & abjectum, non ſit tibi dedecori humilitas, quæ decuit Filium Dei. *Ibidem, tract. de Inſtit. Epiſc. ante med. pag. 942. columna 2. lit. E.*

S. PETR. MAURITIUS ABBAS CLUNIACENS. 48. Dejicit ſe Majeſtas, & jactat ſe infirmitas: humiliat ſe celſitudo, & extollitur putredo. *Libro 4. Ep. 17. ad S. Bernard. poſt med. apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 99. col. 1. C, editionis Colon. 1618.*

S. THOMAS AQUINAS. 49. O noviſſimum & altiſſimum, ô humilem & ſublimem, ô opprobrium hominum & gloriam Angelorum! nemo illo ſublimior, & nemo illo humilior. *De Paſſione Chriſti, ante finem, tom. 1.*

S. VINCENT. FERRAR. 50. Magna humilitas fuit Filii Dei, quando voluit humiliari inter Seraphinos, Cherubinos, Thronos, Dominationes, Virtutes, Poteſtates, Principatus, Archangelos, & Angelos, ut eſſet homo. *Serm. 1. Dom. infra octav. Nativ. Dom. poſt medium, fol. 52. columna 4. parte 1.*

Vide etiam tit. Imitatio. ſent. 20. Incarnatio. ſent. 73. Poteſtas Dei. ſent. 54.

Hypocriſis.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO, PRODUCTIO, & Comparatio.

ETYMOLOGIA.

HUGO CARD. HYPOCRISIS dicitur ab ὑπὸ quod eſt ſub, & χρυσὸς, quod eſt aurum: quaſi extrà hypocritæ aurati, interiùs lutei. *Super Matth. cap. 6. fol. 22. columna 1. tom. 6.*

DEFINITIO.

S. BONAVENT. Hypocriſis eſt cùm quis meliorem ſe fingit, quàm in veritate ſit. *De Paradiſo Animæ. part. 2. de vitiis. cap. 17. in princ. pag. 151.*

Hypocriſis eſt voluntas per ſpeciem ſanctitatis ſe ſimulans fallaciter in aperto, & viliter agens in occulto, ſive intentione, ſive opere. *Parte 1. Centiloquii. ſect. 18. circa medium, pagina 63. columna 1. littera E. parte 1.*

Hypocriſis eſt vitium clauſum, ſimulatione virtutis palliatum. *Ibidem, ſect. 30. in princ. pag. 68. col. 1. littera C.*

Simulatio eſt falſitas veritate depicta. *De modo confitendi, &c. cap. 15. poſt med. pag. 654. col. 2. E. tom. 7. part. 4.*

Simulatio eſt vitium, verbis & actibus virtuoſis opertum. *Ibidem.*

Hypocriſis eſt ſimulatio boni non exiſtentis. *In ſpeculo animæ, cap. 1. ante med. pag. 32. col. 1. littera E. tom. 7.*

HUGO A S. VICTORE. Hypocryſis eſt virtutum ſimulatione clauſum vitium ex arte palliatum. *De fruct. carnis & ſpirit. cap. 4. in princ. pag. 160. E. tom. 2.*

JOAN. GERS. Hypocriſis eſt vitium, quo quis quærit ex ſignis exterioribus acquirere laudem ſanctitatis, qualem ſanctitatem in occulto non obſervat. *Parte 4. in deſcript. terminor. cap. Temperantia. poſt medium, fol. 26. col. 3. littera T.*

S. MAXIMUS MART. Hypocriſis eſt amicitiæ fucus, vel odium habitu amicitiæ velatum. *Profec.*

Aut inimicitiæ, quæ ſub benevolentia exercentur.

Aut invidia, quæ dilectionis ſtilum imitatur.

Aut vita ſplendens non reipſa, ſed fictione virtutis.

Aut juſtitiæ ſimulatio quæ ſola apparentia conſervatur.

Aut deceptio veritatis habens formam, cujus ſtudioſi ſunt hi, qui pravitate morum ſerpentes imitantur. *Centuria 3. cap. 67. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 385. columna 2. G.*

S. PETRUS CHRYSOLOG. Quid eſt hypocriſis, niſi ſpecies arte compoſita? quæ aliud in re agit, aliud promit in vultum. *Ser. 172. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. parte 2. pag. 786. col. 1. littera A.*

S. THOMAS AQUINAS. Simulatio eſt quoddam mendacii genus, quo aliud facto, ſeu habitu externo indicatur, & aliud vel potius contrarium in abditis animi receſſibus occultatur. *Secunda ſecundæ, quæſt. 111. in Axiomate. pag. 204. columna 2.*

Simulatio propriè eſt vitium quoddam in exteriorum ſignis factorum conſiſtens. *Ibidem, quæſt. 111. art. 1. in corpore. pag. 205. col. 1.*

Hypocriſis ſimulatio eſt, non autem omnis ſimulatio eſt hypocriſis: ſed ſolùm illa, qua quis ſimulat perſonam alterius, ſicut cùm peccator ſimulat perſonam juſti. *Ibidem, quæſt. 111. art. 2. in fine corporis, pagina 205. columna 2.*

DIVISIO.

S. ANTONIN.

Triplex eſt hypocriſis.
- Prima eſt dæmonis. — Dæmon ſe transformat in Angelum lucis.
- Secunda carnis. — Caro ſimulat ſe mortificatam eſſe vitiis & paſſionibus.
- Tertia hominis. — Homo decipit ſub ſpecie ſanctitatis.

Part. 2. tit. 4. cap. 7. §. 1. fol. 173. col. 3. & 4.

S. BONAVENT. Eſt ſimulatio cautelæ, inſtructionis, & duplicitatis. *Profec.*

Simulatio cautelæ fuit in Jehu, cùm finxit ſe cultorem Baal: ſimulatio inſtructionis fuit in Chriſto, cùm finxit ſe longius ire: ſimulatio verò duplicitatis eſt in hypocritis. *In lib. 3. ſent. diſt. 38. art. 1. quæſt. 2. poſt med. corporis. pag. 432. col. 2. E. tom. 5.*

HUGO CARD.

Sunt quatuor partes hypocriſis.
- Prima eſt ſimulatio falſi boni.
- Secunda, diſſimulatio veri mali.
- Tertia, jactantia aperti boni.
- Quarta, excuſatio aperti mali. *Sup. Job, cap. 36. fol. 445. col. 4. tom. 1.*

PRODUCTIO.

S. ANTONINUS. Hypocriſis filia eſt inanis gloriæ. *Part. 2. tit. 4. cap. 7. in princ. fol. 172. col. 3.*

S. JOAN. CLIM. Simulatio mendacii mater eſt, ſæpè etiam materia. *Gradu 12. in medio, apud Bibl. Patrum, tom. 6. parte 2. pag. 269. col. 1. littera B.*

COMPARATIO.

S. BONAVENT. Sicut gallina ſtatim cantat, cùm poſuerit ovum: ſic hypocrita ſtatim vult videri, cum fecerit aliquod opus bonum. *Tit. 1. diæta, cap. 3. circa medium, pagina 274. columna 1. D.*

S. PETRUS CHRYSOLOG. Quod corporibus eſt hydrops, hoc eſt hypocriſis animabus. *Profec.*

S. Petrus Chrisolog. Hydrops bibendo ſitit, hypocriſis inebriata ſitit. *Sermone 7. de hypocriſi in principio, apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 666. col. a. F.*

Sententiæ Patrum.

S. Antonin. 1. Hypocrita in cunctis ſuis operibus nihil aliud ſperat, niſi honoris reverentiam, gloriam laudis, à melioribus metui, ſanctus ab hominibus vocari. *Part. 1. tit. 6. cap 7. §* 1. *in fine, fol.* 140. *columna* 4.

2. Hypocrita licèt tibi ſit facies inculta, neglecta cutis, triſtis vultus, exterminatus aſpectus; hic ab hominibus inveniſti laudem, ſed coram Deo fructum perdidiſti. *Proſec.*

3. Hypocrita abſtinentiæ intraſti fluctus, continentiæ conſcendiſti undas, enataſti jejunii pelagus, & in ipſo portu naufragaſti.

4. Fratres fugiendum eſt virus, peſtilentia cavenda, quæ de remediis creat morbos, conficit de medicina languorem: ſanctitatem vertit in crimen, placationem facit reatum, generat de propitiatione diſcrimen. *Parte 2. tit. 4. cap. 7. §. 4. fol.* 175. *col. 2. & 3.*

5. Hypocriſim qui fugerit, vincit, qui incurrerit, non evadit. *Ibidem, cap. 7. §. 4. ante medium, fol.* 175. *columna* 3.

6. Hypocritarum caput Antichriſtus deſignatur, quia peſſimus hominum ille per maximè cum hypocriſi decipiet. *Ibidem.*

S. Antonius abbas. 7. Pro nihilo habetur virtus animi, & ſimulatio paſſim magis placet. *Serm. de vanitate mundi, circa medium, apud Bibl. Part. tom. 4. pag.* 31. *col.* 1. *C. edit. Colonienſis.* 1618.

S. Augustin. 8. Hypocritæ perſonarum aliarum partes agunt: non enim qui agit partes Agamemnonis, verè ipſe eſt, ſed ſimulat eum, & hypocrita dicitur. *De ſerm. Dom. in monte. libro 2. paulo poſt initium, pag.* 809. *littera A. & B. tom* 4.

9. Ubi virtus non eſt, jactantia eſt, hypocriſis eſt: & ubi hypocriſis, utique dolus. *Libro 2. contra Julian. cap. 8. poſt med. pag. 667. B. tom. 7.*

10. Hypocriſia eſt aurea, quia foris quidam apparent hominibus quaſi juſti, intùs autem pleni ſunt omni immunditia. *Homil.* 14 *ſup. Apoc. in princ. pag.* 466. *C. tom. 9.*

11. Nulla eſt ſuperſtitio, quæ fronti det ſignum, niſi hypocriſis, ideſt, fingunt ſe bonos cùm ſint mali. *Ibidem, ante fin. pag* 466. *D.*

12. Hypocrita multa ſuſtinet, multa portat, & fortis in cunctis apparet. *Serm. 13. ad Fratr. in Eremo, ante med. pag. 927. A. tom.* 10.

13. Hypocrita omnia judicat, ut nemo ſit qui eum audeat judicare. *Ibidem, ſerm. 26. poſt med. pag.* 945. *littera B.*

14. Hypocrita omnia deſpicit, ut ipſe ſolus ſit qui ab omnibus aſpiciatur. *Ibidem.*

15. Malui habere cæcos vel claudos, quàm plangere mortuos: qui enim hypocrita eſt, mortuus eſt. *Sermone 2. de communi vita Clericorum, ante finem.*

V. Beda. 16. Duplicis peccati reatus eſt, & non eſſe ſanctus quod crederis, & ſimulare quod ſanctus ſis. *In ſuis Proverb. verbo Duplicis. pag.* 188. *tom. 2.*

S. Bernard. 17. Rogo & obſecro vos, fratres, fugite omnem ſimulationem. *Ser. 1. de 7. panibus, ſub fin. fol.* 50. *col.* 3. *littera I.*

18. Hypocrita ſingularia magis & inuſitata ſectatur, vaniſque favoribus delectatur, ut propriæ fragrantiam opinionis reſpergat. *Serm. 1. Quadr. ante finem, fol.* 26. *col. 1. A.*

19. Sæpè ſub habitu Religionis animum ſecularem, ſub pannis converſionis invenies cor perverſum. *Ibidem, ſermone 2. in medio, fol. 26. columna 2. littera H.*

20. Hypocriſis abſcondit quod eſt, & quod non eſt mentitur. *Sermone 23. ſuper Cant. poſt med. fol.* 163. *columna 2. E.*

S. Bernard. 21. Hypocriſis negotiatur omni tempore, formam retinens pietatis ad ſeſe occultandum, virtutem autem ejus vendicans & emens honores. *Ibidem.*

22. Tu te depretiaris in ſecreto apud teipſum veritatis trutinâ ponderatus, & foris alterius pretii mentiens, majori te pondere vendis nobis, quàm ab ipſa accepiſti. *Ibidem, ſermone 42. poſt medium, fol.* 169. *col.* 1. *littera C.*

23. Hypocrita foris candidus, intùs ſordidus; amator vanæ gloriæ, verba Sanctorum habet, vitam non habet. *De ordine vitæ, ante finem, fol.* 337. *columna* 4. *littera M.*

24. Dupliciter damnantur hypocritæ, ſive pro occulta iniquitate, ſive pro aperta ſimulatione; nam non ſemper latent hypocritæ. *Ibidem.*

25. Omne ſincerum permanet, quæ ſimulata ſunt, diuturna eſſe non poſſunt. *Ibidem.*

26. Non ſis aliud in ſecreto, & aliud in publico: qualis vis haberi, talis eſto: qualis es in facie, talis eſto in operatione: & qualis es in vultu, talis eſto in actu. *Sermone 9. ad Sororem in fine, fol.* 83. *columna* 2. *littera D.*

S. Bonavent. 27. Hypocritæ in tenebris ſunt; quia abſcondunt quod eſt, & mentiuntur quod non eſt. *Super Pſal.* 90. *circa med. pag.* 132. *columna 1. B. tom* 1.

28. Hypocritarum opera, quamvis ad tempus inter juſtorum merita lucere videantur, in fine tamen, quia à fructu ſunt vacua, funditùs annullantur. *De Eccleſ. Hierarch. part. 4. cap. 4. circa medium, pag. 267. col. 1. C. tom. 7. part. 3.*

S. Cyprian. 29. Tanta eſt hypocritarum dementia, ut fœtoribus pro odoribus abutantur, & pretioſa vilia, & aſpera ſuavia arbitrentur. *De Iejun. & tent. Chriſti. cap. 1. circa medium, pagina* 461. *columna 1. tom. 3.*

S. Cyrillus Hierosol. 30. Cave ſimulatam mentem habere, ô homo, propter illum, qui ſcrutatur corda & renes: quia delectum faciens animarum Dominus, voluntates illarum ſcrutatur, ac ſi quam hypocriſim deprehenderit occultam, rejicit hominem illum. *Catecheſ. 1. prope medium, apud Bibl. Patrum, tom. 4. pag.* 398. *columna 2. E. edit. Colon.* 1618.

31. Inexorabilis eſt judex, relinque hypocriſim. *Ibidem, Catecheſ. 3. circa med. pag.* 402. *columna* 1. *littera D.*

32. Imitatur virtutem improbitas, & zizania contendunt triticum videri, quæ quidem ſpecie quadam tritico aſſimilantur, guſtu autem à ſentientibus facilè diſcernuntur. *Ibidem, Catecheſ. 4. in princ. pagina* 403. *littera D.*

Gloss. Ord. 33. Hypocrita ſanctitate viret apparenti, ſed viror ejus deficiet in furore divini judicii. *Super Iob, cap.* 8. *col.* 117. *in fine Moraliter. tom.* 3.

34. Hypocrita eſt avarus raptor, qui dùm inique agens deſiderat de ſanctitate venerari, laudem vitæ rapit alienæ. *Ibidem, cap. 27. col.* 159. *C.*

S. Gregor. 35. Omnes hypocritæ dùm bonorum vitam ſimulant, imitationem ſanctæ converſationis habent, ſed veritatem ſanctæ actionis non habent. *Libro* 31. *Moral. cap. 5. in principio columna* 1046. *littera C. tomo* 1.

36. Hypocrita minùs prodit in opere, quàm in ejus latet cogitatione: etſi in ſe mala omnia non oſtendit, omnia tamen inferre proximis appetit. *Ibidem, lib.* 15. *cap. 16. in fine, columna* 501.

37. Hypocritæ numquàm quid agant, ſed quomodo de actione qualibet hominibus poſſint placere conſiderant. *Ibidem, libro* 31. *cap. 8. poſt med. num* 11. *col.* 1053. *D.*

38. Hypocritæ charitatis viſcera neſciunt: quia eorum mens quantò per mundi concupiſcentiam in exteriora reſolvitur, tantò per inaffectionem ſuam interiùs

interiùs obduratur. *Ibidem, cap. 9. in princ. ſuper illud Iob 39. Duratur ad filios, &c.*

S. Greg. Mag. 39. Omnes hypocritæ in prima facie quod oſtendunt, quaſi ex ratione ſanctitatis eſt: ſed beſtiale eſt corpus quod ſequitur, quia valdè iniqua ſunt, quæ ſub boni ſpecie moliuntur. *Ibid. lib. 33. cap. 24. poſt med. num. 32. col. 1160. B.*

40. Omnis hypocrita, quia vitam juſtitiæ ſimulat, juſtorum ſibi laudem arripit, & quaſi prædator alienum violenter tollit. *Ibidem, lib. 5. cap. 16. in medio, num. 16. columna 150. C.*

41. Hypocriſis cunctis intuentibus, imaginem de ſe ſanctitatis inſinuat, ſed tenere vitam ſanctitatis ignorat. *Ibidem, lib. 7. cap. 12. poſt medium, columna 226. littera B.*

42. Hypocrita per arrogantiam depravatur, qui paratior eſt mori, quàm corripi. *Ibidem, lib. 8. cap. 24. ante medium, ſuper illud Job, Cùm adhuc ſit in flore, col. 275. B.*

43. Hypocrita in laude poſitus, ne hunc quiſquam corripere audeat, aſperitate ſua protinùs vitam corripientis ſecat. *Ibidem.*

44. Hypocrita ſanctus eſſe non appetit, ſed vocari: & cùm fortaſsè corripitur, quaſi in opinionis gloria detruncatur. *Ibidem.*

45. Hypocrita deprehenſum ſe in pravitate iraſcitur, loqui ſibi redarguentem prohibet; quia velut in occulto vulnere tactus dolet. *Ibidem.*

46. Hypocrita qualis imperitis innoteſcit, talis vult ab omnibus æſtimari: & paratior eſt mori, quam corripi. *Ibid.*

47. Hypocrita in cunctis ſuis operibus, nihil ſperat niſi honoris reverentiam, gloriam laudis, à melioribus metui, ſanctus ab omnibus vocari. *Ibidem, ante finem ſuper illud Job 8. Sic via omnium, columna 276. littera C.*

48. Hypocritæ ſpes permanere non valet, quia æternitatem non quærens, fugit quod tenet. *Ibidem.*

49. Hypocritæ ſpes peribit, quia humana laus, quam magnis laboribus appetit, impulſa temporum momentis decurrit. *Ibidem.*

50. Hypocrita pro bono opere à cunctis honoratur, cæteris præeminet, ſubjectas hominum mentes tenet, majoribus locis attollitur, favoribus nutritur, & ipſa ſua vecordia paſcitur. *Ibidem, cap. 25. poſt medium, num. 29. col. 277. C.*

51. Hypocritarum fiducia aranearum telis ſimilis dicitur, quia omne quod ob obtinendam gloriam inſudant, ventus vitæ mortalis diſſipat. *Ibidem, cap. 26. in princ. col. 277. D.*

52. Hypocrita quidquid cum labore peragit, aura humani favoris tollit; & dùm in appetitu laudis opus deficit, quaſi in ventum labor evaneſcit. *Ibidem, ab init. col. 278. A.*

53. Hypocritarum ora palleſcunt, corpus debilitate quatitur, pectus interrumpentibus ſuſpiriis urgetur: & ad hæc humanos oculos quærunt, admirationis gloriam carpunt. *Ibidem, in medio, columna 278. littera C.*

54. Simon Crucem portat, ſed nequaquam moritur: omnis hypocrita corpus quidem per abſtinentiam affligit, ſed tamen per amorem gloriæ, mundo vivit. *Ibid. poſt medium, ſup. illud Matth. 27. Invenerunt hominem Cyraneum, &c. columna 278. D.*

55. Hypocrita nihil aliud in omne quod agit, niſi opinionis ſuæ gloriam cogitat, nec curat quò poſteà per meritum ducitur, ſed quid interim dicatur. *Ibid. cap. 27. circa init. col. 279. B.*

56. Domus hypocritæ eſt delectatio favoris, quam quaſi quietus inhabitat: ſed ſtare domus hæc non valet, quia laus cum vita præterit, & humanus favor in judicio non ſubſiſtit. *Ibid. poſt init. &c.*

57. Quid eſt vita hypocritæ, niſi quædam viſio phantaſmatis, quæ hoc oſtendit in imagine quod non habet ex veritate? *Ibidem, libro 15. cap. 4. in princ. col. 490. A.*

58. Sanctitas hypocritarum ſomniantium ſimilitudinem habet, in quibus eſt oſtenſio phantaſmatis, non certitudo virtutis. *Ibidem, in tit. col 490 A.* S. Greg. Mag.

59. Quis eſt locus hypocritæ, niſi cor adulantium? ibi quippe requieſcit, ubi favores invenerit. *Ibidem, cap. 5. in princ. col. 490. D.*

60. Habet hypocrita nonnunquàm aliquid forte ac validum in operatione: ſed dùm multa bona ſe ſimulat habere, quæ non habet, perdit etiam ea quæ habet. *Ibidem, poſt med. col. 491. littera D.*

61. Hypocrita vult ſcire divina eloquia, nec tamen facere: vult doctè loqui, nec vivere; pro eo quod non agit quæ novit, etiam hoc quod novit, amittit; ut perdat ſcire, quod ſciendo noluit agere. *Ibid. cap. 7. col. 493. littera C.*

62. Hypocrita, qui de doctrina favores quærit, fur judicabitur: quia per hoc quod juſta loquitur, laudem ſibi vitæ juſtorum rapit. *Ibidem, cap. 8. in fine, num. 7. columna 494. C.*

63. Hypocrita dùm præſentia lucra quærit, munera futura deſpicit: & fidem non habens, ſpem negligit eorum quæ non videntur. *Ibidem, cap. 10. in princ. ſup. illud Iob 20. Non videat rivulos fluminis, &c.*

64. Studium hypocritarum eſſe ſolet, ut & quod ſunt, ſupprimant; & hoc quod non ſunt, eſſe ſe hominibus innoteſcant. *Ibidem, libro 18. cap. 7. in principio, columna 588. littera B.*

65. Duo in hypocritis agnoſcuntur, unum intùs, alterum foris: intùs quidem purum malum, foris bonum ſimulatum. *Lib. 6. in 1. Reg. cap. 2. poſt medium, ſup. illud 1. Cor. 11. Qui manducat panem, &c. columna 1599. B. tom. 2.*

66. Inter hypocritas jure deputatur, qui ex ſimulatione diſciplinæ miniſterium regiminis vertit in uſum dominationis. *Parte 2. Paſtoral. cap. 6. poſt medium, col. 1246. D. tom. 1.*

67. Peſſimum genus eſt hypocritarum, qui in hoc ſeculo carnem macerant, & in futuro mercede privantur. *Serm. Dom. 5. poſt Pent. circa finem.* Haymo.

68. Quamvis aliis vitiis carere poſſumus, hypocriſeos maculam habere non poſſe, aut paucorum, aut nullorum. *Libro 2. Dialog. adverſ. Pelag. ante med. pagina 286. D. tom. 2.* S. Hieron.

69. Omnis hypocrita eſt aliud ſimulans & aliud agens: promittens caſtitatem & vivens luxurioſè, paupertatem præferens & replens marſupium. *Libro 4. ſuper Iſay. cap. 9. ſup. illud, Et diſperdet ab Iſrael. pag. 43. littera A. tom. 5.*

70. In comparatione duorum malorum, levius malum eſt apertè peccare, quàm ſimulare & fingere ſanctitatem. *Ibidem, lib. 6. cap. 16. in fine.*

71. Exteriùs contegor ovis vellere; intùs autem ſævio cupiditate: coram Domino conſiſto extenſis manibus quaſi crucifixus; crucem ſimulans, & tamen non portans. *Libro 2. de Clauſtro animæ, cap. 23. ante med. pag. 53. A. tom. 2.* Hugo a S. Victore.

72. Hypocrita ſua mala celat, pallidus eſt, bona ſua prædicat, incultus ingreditur, omnia operatur ut videatur, ſuperbus & impatiens eſt. *Libro 4. de propriet. rerum. cap. 8. in medio. pagina 307. littera G. tom. 2.*

73. Hypocriſis eſt
- Malum ſubtile.
- Virus latens.
- Fur cuſtodiens.
- Ærugo conſumens.
- Tinea demoliens.

- De remediis creat morbos.
- Conficit de medicina languorem.
- Sanctitatem vertit in crimen.
- Placationem facit reatum.
- De virtute vitium.
- De mercede diſpendium.
- De remiſſione peccatum.

Lib. 3. Miſcellan. Codic. 2. tit. 2. ab init. pag. 171. D. tom. 3.

Hugo Card. 74. Hypocritæ anteriùs, ſicut homioes, videntur, ſed poſteriùs beſtiæ ſunt: benè enim loquuntur, ſed malè vivuot: boni apparent, ſed mali ſunt. *Sup.* 3. *Reg.* 10. *fol.* 275. *col.* 1. *tom.* 1.

75. Domus hypocritæ eſt favor humanus, vel fiducia ſanctitatis, cui modò innititur, quia ſtat coram hominibus. *Super Iob, cap.* 8. *fol.* 408. *columna* 1. *tom.* 1.

76. Omnis bypocrita iotendit aut divitias, aut delicias, aut honores, aut gloriam bominum. *Ibidem, cap.* 36. *fol.* 445. *columna* 4. *tom.* 1.

77. Hypocriſis vicus eſt diaboli. *Super Pſal.* 54. *fol.* 140. *col.* 5. *tom.* 2.

78. Cauda diaboli eſt hypocriſis, quæ ut cauda turpitudinem peccatorum tegit. *Super Pſalm.* 73. *folio* 189. *col.* 4. *tom.* 2.

79. Hypocritæ ſunt vacui veritate, ſed pleni vanitate. *Super Eccleſiaſtic. cap.* 24. *folio* 217. *columna* 2. *tom.* 3.

80. Hypocrita pro modico vento vanæ laudis dat quod plus valet, quàm totus mundus. *Super Threnos, cap.* 4. *Moraliter, folio* 304. *columna* 1. *tomo* 4.

81. Vita hypocritarum exteriùs eſt pulchra, interiùs autem eſt vermiculoſa conſcientia, & plena nequitia. *Super Matthæum, cap.* 7. *fol.* 29. *columna* 3. *tom.* 6.

82. Hypocrita qui dicit peccatum ſe habere, foris fingit humilitatem, & intrinſecùs amplectitur vanitatem *Super Epiſt. ad Rom. cap.* 12. *fol.* 63. *columna* 3. *tom.* 7.

83. Hypocritæ exteriùs habent ſimilitudinem Dei, ſed interiùs habent cauterium diaboli. *Sup.* 1. *Tim.* 4. *fol.* 214 *col.* 2. *tom* 7.

84. Hypocritæ per dulcem locutionem, vel honeſtam exteriùs converſationem, ſe ſimulant eſſe cives cœli, ſed per internam affectionem ſunt ruſtici inferni. *Super Epiſt. ad Hebr. cap.* 11. *fol.* 267. *columna* 3. *tom.* 7.

85. Hypocritæ de patria cœleſti non ſunt, quia affectionem interiorem ad mundana, non ad cœleſtia convertunt. *Ibidem.*

86. Hypocrita eſt corpus ſine ſpiritu, quia habet opera ſine charitate, quæ eſt forma operum. *Super Apocalypſ. cap.* 3. *in principio, fol.* 376. *col.* 4. *tom.* 7.

S. Joannes Chrysost. 87. Qui propter homines ſua facit, aliud habet io corde, aliud monſtrat in opere: in facie propter neceſſitatem hominum facit, & videtur miſericors: in corde autem propter vanam gloriam agit, & eſt vanæ gloriæ mercator. *Hom.* 13. *ſup. Matth. oper. imp. poſt medium, col* 830. *C. tom.* 2.

88 Omnes hypocritæ aſtutiores ſunt cæteris hominibus ſimpliciter viventes, & in aſtutia ſua cogitant quomodo aliquem lædant, & cùm læſerint, ita ſimpliciter ambulant, quaſi nemini nocuerint. *Ibidem, Homil* 45. *ante fin. columna* 1063. *littera B.*

89. Totum hypocritæ malitiæ eſt, quidquid in eo conſiſtit: ut quod eſt, celet: quod non eſt, ſe eſſe ſimulet. *Hom.* 11. *ex diverſ. in Matth. circa fin. col.* 1168. *C. tom.* 2.

90. Sicut ſepulchrum, quamdiù clauſum eſt, pulchrum videtur à foris: ſi verò fuerit apertum, horribile eſt. Sic & ſimulatores bonorum, quamdiù non cognoſcuntur, laudabiles ſunt: cùm autem cogniti fuerint, inveniuntur abominabiles. *Homil.* 45. *ſup. Matth. oper. imperfect. in principio, columna* 1058. *littera A. tomo* 2.

91. Nihil in Eccleſia nocet magis, quàm verſuta ſimulatio. *Homil.* 18. *ſup.* 1. *Tim. in princ. columna* 1485. *A. tom.* 4.

S. Joan Clim. 92. Simulatio mendacii mater eſt, ſæpè etiam materia *Grad.* 12. *in medio, apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 2. *pagina* 263. *columna* 1. *littera B. editionis Colon.* 1618.

S. Joan. Clim. 93. Simulatio eſt mendacii meditatio atque opifex, agglutinatum ſibi atque connexum habens jusjurandum. *Ibidem.*

94. Hypocriſis eſt & corporis & animæ contra jus ſtatus, adinventionibus omnibus impletus. *Ibidem, Gradu* 24. *ante medium, pagina* 276. *columna* 1. *C.*

Joan. Trith. 95. Nulla res ſic exhaurit animæ vires, ſicut hypocriſis: nam malum ſub ſpecie boni celatum, dùm non cognoſcitur, non cavetur. *Libro* 2. *de tent. Relig. cap.* 5. *poſt medium, pagina* 721. *columna* 1.

96. Diverſi coloris eſt omnis bypocrita, aliis adulatur, aliis detrahit: mordax ut canis, doloſus ut vulpes, ſuperbus ut leo, triſtis ut catus. *Ibidem.*

S. Isid. Hisp. 97. Hypocrita verba Sanctorum habet, vitam non habet: & quos per ſermonem doctrinæ genuerit, non fovet exemplis, ſed deſerit: quia quos verbo ædificat, vita & moribus deſtruit. *Lib.* 3. *de ſummo bono. cap.* 24. *ſent.* 1. *pagina* 671. *columna* 2.

98. Hypocritæ ſimulatores dicuntur, qui juſti non eſſe quærunt, ſed tantùm videri cupiunt. *Proſec.*

99 Hi mala agunt, & bona profitentur: per oſtentationem quippè boni apparent, per actionem verò mali exiſtunt. *Ibidem, ſent.* 2. *&c.*

100. Omnia poſſunt à ſimplicibus vitia perpetrari, ſimulatio verò & hypocriſis non committitur, niſi à malè aſtutis, per calliditatem valentibus vitia ſub ſpecie virtutum celare, & non veram ſanctitatem objicere. *Ibidem, ſent.* 3. *pagina* 675. *columna* 2.

101. Hypocritæ malitiæ ſuæ occulta tegentes ante oculos hominum, quâdam innocentiæ ſanctitate ſe veſtiunt, ut venerentur. *Ibidem, ſentent.* 4. *pag.* 676. *col.* 1.

102. Dupliciter damnantur hypocritæ, ſive pro occultâ iniquitate, ſive pro opertâ ſimulatione. Ex illo enim condemnantur, quia iniqui ſunt; ex iſto, quia oſtendunt quod non ſunt. *Ibidem, ſent.* 5. *&c.*

103. Non ſemper latent hypocritæ: nam etſi in principio ſui quidam non pateant, priùs tamen quàm vita eorum finiatur, quàm ſimulatè vixerint deteguntur. *Proſec.*

104. Omne enim ſincerum permanet; ſed quæ ſimulata ſunt, diuturna eſſe non poſſunt. *Ibidem, ſent.* 6. *&c.*

105. Hypocritæ in occulto mali ſunt, & bonos ſe palàm oſtendunt *Ibidem, ſent.* 7. *&c.*

Origenes. 106 Hypocriſis, cùm ſit aliqua ſimulatio boni nihil quidem habet vitale ex eo bono quod ſimulat, virtutis illius quam ſimulat mortua eſt juſtitia, aut caſtitas. *Tractatu* 25. *in Matth. cap.* 23. *circa finem, tom.* 2.

Petr. Bles. 107. Res magni diſcriminis eſt, ignominiam ſeculi ſub religionis habitu circumferre, impietatem ſub pietatis umbraculo, & antichriſtum ſub Chriſti veſtibus occultare. *Ep.* 131. *ad quendam Prior. ante medium, apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 806. *col.* 2. *edit. Colon.* 1618.

S. Petrus Chrysolog. 108. Hypocriſis ſubtile malum, ſecretum virus, venenum latens, virtutum fucus, tinea ſanctitatis. *Proſecutio.*

109. Adverſa omnia nituntur viribus ſuis, armis ſuis pugnant, impugnant palàm. undè & caventur tàm facilè, quàm videntur. *Ser.* 7. *de Hypocriſi in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 666. *col.* 2. *E. edit. Colon.* 1618.

110. Hypocriſis {
Secura ſimulat.
Fallit proſpera.
Curioſa mentitur.
Crudeli arte virtutes truncat mucrone virtutum.
Jejunium jejunio perimit.
Oratione orationem evacuat.
Miſericordiam miſeratione proſternit.
Ibidem.

111. Hypocriſis cognata febris, frigido populo propinat ardorem. *Ibidem.*

112. Hypocriſis, dùm cupit captivare oculos, oculis fit ipſa captiva. *Ibidem.*

S. PAOLINA.

113\. Hypocritæ
- Prædicant magna, nec faciunt.
- Accuſant vitia, nec deponunt.
- Publicè ſibi diſplicere ſimulant, quod occultè committuot.
- Magni ſtudent videri, non fieri.
- Laudant eos, quorum cupiunt prædicatione laudari.
- Jejunant, ut vultus ſui pallorem pernitioſis laudibus vendant.
- Ad reprehendendos alios prompti, ſed ſe non patiuntur à quibuſlibet vel leviter reprehendi.
- Ad faciem publicam patientiam fingunt, & in animo iracundiæ virus abſcondunt.
- Ad nocendum parati, cùm nocendi tempus invenerint.
- Suorum actuum negligentes fiont, aliorum procaci libertate cenſores. *Lib. 2. de vita Contemplat. cap. 4 circa medium.*

RICH. A S. VICTORE. 114\. Hyp°critæ quidem ſanctitatem opere prætendunt, ſed perverſum eſt quod diligunt, & quod intùs vivit in affectione, neceſſe eſt qnandoque erumpat & appareat in opere. *Parte 1. lib. 3. de Erudit. hom. inter. cap. 11. in princ. pag. 172. col. 2. B.*

THALASSIUS. 115\. Sub charitatis figmento hypocriſio occultat, qui ore probat, quod apud ſe verè nihili facit. *Hecatontad. 1. ſent. 3. apud Bibl. Patrum, tom. 7. pag. 271. columna 1. A. edit. Colon.* 1618.

THOMAS A KEMPIS. 116\. Non poteſt diù latere ficta ſanctitas. *Serm. 14. ad Novit. diviſ. 5. in calce. tom. 5.*

SENTENTIÆ PADANORUM.

CICERO. 117\. Totius injuſtitiæ nulla capitalior, quàm eorum qui tùm cùm maximè fallunt, id agunt, ut boni viri eſſe videaotur. *Lib. 1. de Offic. ante medium, tom. 4.*

118\. Nec ſimulatum quidquam poteſt eſſe diuturnum: ficta enim omnia celeriter tanquàm floſculi decidunt. *Lib. 2. de Offic. circa med. tom. 4.*

119\. Nulla pernities vitæ major inveniri poteſt, quàm in maliia ſimulatio intelligentiæ. *Ibidem, libro 3. poſt medium.*

MIM. PUBL. 120\. Malus nbi bonum ſe ſimulat, tunc eſt peſſimus. *In ſuis. Sent. ſent.* 227.

SENECA. 121\. Nihil ſimulatio proficit: paucis imponit leviter extrinſecùs inducta facies; veritas in oinnem partem ſui, ſemper eadem eſt. *Epiſt. 79. in calce, pag. 699. tom. 2.*

SIXT. PHILOS. 122\. Nulla ſimulatio multo tempore latebit. *Sentent.* 316. *pagina* 66. *columna* 2. *littera G. apud Bibl. Patrum, tomo 3. edit. Colonienſis.* 1618.

Vide etiam titulos Apparere. ſentent. 35. *Favor. ſentent.* 18. 19. *Fortitudo. ſent.* 24. *Humilitas. ſentent.* 6. *Jactantia. ſentent.* 23. *Laus in genere. ſentent.* 104. 105. *Malitia. ſentent.* 2. *Murmur. ſent.* 8. 9.

I.

LIBER IX.

JACTANTIA.

DEFINITIO, PRODUCTIO, COMPARATIO.

DEFINITIO.

S. ANTONIN. JACTANTIA eſt vitium, quo quis ſe verbis extollit ſuper illud quod eſt, vel quod homines opinantur de eo. *Parte* 2. *titulo* 4. *cap.* 4. *in principio. fol.* 163. *columna* 1.

S. BONAVENT. Jactantia eſt voluntas propter apparentem poteſtatem propriam ſe oſtentans. *Part.*1. *Centiloquii, ſect.* 18. *circa medium, pagina* 63. *columna* 1. *littera E. tom.* 6. *part.* 1.

HUGO A S. VICTORE. Jactantia eſt faſtu mentis id agente, majora quàm ſint de te inaniter prædicare, & promittere. *De fruct. carnis & ſpirit. cap.* 4. *prope medium, pag.* 160. *litt. E. tom.* 2.

HUGO CARD. Jactare ſe eſt facta vel dicta ſua laudare *Super Pſal.* 11. *fol.* 23. *col.* 2 *tom.* 2.

JOAN. GERS. Jactantia eſt vitium, quo quis appetit excedere in divulgatione ſufficientiarum ſuarum. *Parte* 4. *in deſcript. terminorum, cap. Temperantia, poſt medium, fol* 26. *col.* 3. *littera I.*

S. THOMAS AQUINAS. Jactantia eſt, qua quiſpiam ſuas laudes immodicè prædicando, rationis & veritatis limites tranſgreditur *Secunda ſecundæ quæſt.* 112. *in axiomate, pagina* 206. *col* 1.

Jactantia propriè dicitur quando aliquis effert ſe ſupra id quod in ipſo eſt. & quando effert ſe ſupra id quod eſt in opinione aliorum. *Ibidem, quæſt.* 112. *in corpore, pag.* 206. *col.* 2.

CICERO. Jactatio eſt voluptas geſtiens, & ſe efferens inſolentiùs. *Lib.* 4. *Tuſc. quæſt. ante med.*

PRODUCTIO.

S. ANTONINUS. Jactantia eſt filia inanis gloriæ. *Part.* 2. *tit.* 4. *in principio. fol.* 163. *col.* 1.

COMPARATIO.

CICERO. Qui divitias ſuas jactat, ſicut gallus è Phrygia, aut ariolus quiſpiam depreſſus & oneratus auro, clamat & delirat. *Libro* 4. *de arte Rhetor. ad Herennium. poſt med. col.* 71. *B. tom.* 1.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Inter vitia aut nulla eſt, aut rara jactantia, & facilè ſpernitur, qui de opprobrio gloriatur *Lib.* 10. *Ep.* 84. *ad Demetriadem, ante med. columna* 676. *littera A. tom.* 3.

2. Malum jactantiæ maximè virtutibus eſt cavendum, quia nullis opportuniùs inſidiatur, quàm quibus laus juſta debetur. *Ibidem.*

3. Si verè jactantia declinanda eſt, quantò magis nemo debet falſa jactare pro veris? *Lib.* 1. *de Cain & Abel. cap.* 5. *poſt initium, col.* 929. *D. tom.* 4.

4. Dùm homines gloriam virtutis ſuæ jactare deſiderant, de loco meritorum ſuorum & ſtatione decidunt. *Lib.* 4 *ſup. Luc. cap.* 4. *in illud, Non in ſolo pane, &c. col.* 1668. *D. tom.* 5.

5. Ita eſt jactantia, ut dùm ſe putat unuſquiſque ad altiora conſcendere, ſublimium uſurpatione factorum ad inferiora trahatur. *Ibidem, &c.* S. AMBROS.

S. AUGUSTIN. 6. Tolle jactantiam, & omnes homines, quid ſunt, niſi homines? *Libro* 5. *de Civ. Dei. cap.* 17. *poſt med. pag.* 93 *A. tom.* 5.

7. Non eſt jactantia vitium laudis humanæ, ſed animæ perversè amantis laudari ab hominibus, ſpreto teſtimonio conſcientiæ. *Ibidem, lib.* 12. *cap.* 8. *in medio, pag.* 215. *A.*

8. Superborum vana & inepta jactantia, & inflata & non ſolidata, tanquam vento elatus pulveris globus eſt. *Sup. Pſ.* 7. *ante med. verſ.* 5. *In pulverem deducat. pag.* 27. *A. tom.* 8.

9. Si vis eſſe alienus à gratia, jacta merita tua. *Super Pſalm.* 31. *prope finem præfationis, pagina* 127. *litt. B. tom.* 8.

10. Noveris non jactare te de meritis tuis, nec præſumere de impunitate peccati. *Super Pſalmum* 31. *Enarrat.* 2. *in principio, verſ.* 1. *pagina* 128. *littera D. tom* 8.

11. Jactet ſe quiſque de divitiis, jactet de pulchritudine & de viribus corporis: iſta certè omnia mortalia ſunt, & ridendi ſunt, qui ſe de mortalibus jactant. *Super Pſalm.* 58. *conc.* 2. *circa medium, verſ.* 14. *pag.* 411. *B. tom.* 8.

12. Totum de miſericordia. Merita tua nuſquam jactes, quia & ipſa tua merita, Dei dona ſunt. *Super Pſalm.* 144. *circa medium, verſ.* 8. *pag.* 1149. *B. tom.* 8.

V. BEDA. 13. Nihil tàm periculoſum eſt, quam jactantia virtutum tumens. *Sup. Numeros. cap. penult. in fine, col.* 155. *tom.* 4.

S. BERNARD. 14. Mirabile jactantiæ genus, ut non poſſis putari ſanctus, ſi non appareas ſceleratus. *Sermone* 16. *ſuper Cant. poſt med. fol.* 145. *col.* 4 *L.*

15. Tu te depretiatis in ſecreto apud teipſum veritatis trutina ponderatus, & foris alterius pretii mentiens, majori te pondere vendis nobis, quàm ab ipſa accepiſti. *Ibidem, ſerm.* 42. *poſt med. fol.* 169. *col.* 1. *littera C*

16. Quid tàm indecorum, quàm oſtentatio ſanctitatis? *Ibidem, ſerm.* 86. *in medio, folio* 203. *col.* 3. *littera H.*

17. Jactator actuum ſuorum, vel ſibi arrogat quod eſt, vel mentitur de ſe quod non eſt. *Ep.* 87. *ad Ogerium ſub fin. fol.* 229. *col.* 1. *B.*

18. Poſtquàm veſica jactantiæ groſſeſcere cœperit, neceſſe eſt ut ampliori foramine, laxato ſinu ventoſitas eructetur, alioquin rumpetur. *De* 12. *grad. humil. Grad.* 2. *in princ. fol.* 303. *col.* 1. *C.*

19. Jactator non curat docere, vel doceri ipſe quod neſcit, ſed ut ſcire ſciatur quod ſcit. *Ibidem, Gradu* 4. *fol.* 303. *col.* 2. *D.*

20. Jactator loquitur aut rumpitur: plenus eſt ſermonibus, & coarctat eum ſpiritus uteri ſui: eſurit & ſitit auditores, quibus ſuas jactitet vanitates: quibus omne quod ſentit, effundat: quibus qualis & quantus ſit, innoteſcat. *Profec.*

21. Inventâ autem occaſione loquendi, ſi de litteris ſermo exoritur, vetera proferuntur & nova: volant ſententiæ, verba reſonant ampulloſa. Prævenit interrogantem, non quærenti reſpondet: ipſe quærit, ipſe ſolvit, & verba collocutoris imperfecta præſcindit. *Ibidem, &c.*

22. Fructum boni operis ſibiipſi auferunt, qui per ſtudium humanæ jactantiæ prodeunt. *De interiori domo, capite* 48. *in fine, folio* 331. *columna* 2. *littera F.*

23. Hypocritæ ſemper jactantia oculos (quibus Deus videri poteſt) claudit. *De ordine vitæ, ante fin. fol.* 337. *col.* 4. *M.*

S. BERNARD.

24. Proculdubio immundus eſt coram Deo, omnis qui exaltat per jactantiam cor ſuum. *In formula honeſtæ vitæ in medio, fol.* 340. *col.* 1. *A.*

25. Nihil de te loquaris quod laudem importet, quantumcumque ſit familiaris ille cum quo loqueris: imò plus labora celare virtutes, quàm vitia. *In notabili documento. in princ. fol.* 240. *col.* 2 *D.*

26. Si tu taces & abſcondis, plus placebis: ſi autem prodis & commendes, irrideberis & vileſces. *De Inſtitut. novit. cap.* 25. *pagina* 617. *columna* 1. *A. tom.* 7. *parte* 4.

S. CYPRIANUS.

27. In proprias laudes, odioſa jactatio eſt. *Epiſt.* 2. *ad Donat. cap.* 3. *in principio, pagina* 2. *columna* 1. *tom.* 1.

28. Arrogans ac ſuperba jactatio, non de Chriſti magiſterio, qui humilitatem docet, ſed de Antichriſti ſpiritu naſcitur. *Ep.* 55. *ad Cornelium Pap. cap.* 2. *in princ. pag.* 111 *col.* 2. *tom.* 1.

DIONYSIUS CARTHUS.

29. Nunquàm profuerunt verba ventoſa, ſemper alta cadunt, inflata crepant, ſemper tumefacta pereunt. *In concluſ. Exhort. ad novit. cap. Longè ſub fin. fol.* 27. *pag.* 2.

S. DOROTH.

30. Bonum quamvis minimum quis faciat cum jactantia, totum perdit quidquid egit. *Doctrina* 12. *ante fin. apud Biblioth. Patrum, tom* 4. *pagina* 786. *col.* 2. *H. editionis Colonienſis* 1618.

FRANCISCUS TITELMAN.

31. Mali ſibi in malis complacendo ſe jactitant de malè actis, quod conſummatæ nequitiæ efficax indicium eſt. *In Annotatione ſuper Pſalm.* 48. *poſt medium, verſ.* 13. *In ore ſuo complacebunt. pagina* 459. *ſect.* 1.

GLOSSA ORD.

32. Diabolus alta petit, ad alta ſemper ducit: elevando per jactantiam, ut præcipitare poſſit. *Sup. Matth. cap.* 4. *col.* 83. *B. tom.* 5.

33. Multi habent dona Dei, & neſciendo à quo habeant, impiâ vanitate jactantur. *Sup.* 1. *ad Cor. cap.* 2. *col.* 212. *F. tom.* 16.

GRATIANUS.

34. Nemo jactare ſe de ſtatu perfectionis ſuæ debet, quia & Petrus poſt jactantiam lapſus eſt. *In decret. parte* 2. *cauſa* 6. *quæſt.* 1. *can. Imitare.*

S. GREGOR. MAGNUS.

35. Procaces qui que etiam nota jactanter proferunt, ut loquentes docti videantur. *Lib.* 8. *Moral. cap.* 22. *circa med. col* 271. *D. tom.* 1.

36. Eò ipſo ſuperbiens ab integritate ſalutis corruit, quò jactantia cujuſlibet virtutis intumeſcit. *Ibidem, libro* 25. *cap.* 8. *ab initio, num.* 10. *columna* 835. *littera C.*

37. Auget reatum culpæ ſequentis, præconium gloriæ præcedentis. *Ibidem, lib.* 18. *cap.* 19. *circa med. col.* 607. *B.*

38. Nonnulli jactant ſe habere quod non habent. *Ibidem, libro* 23. *cap.* 4. *poſt initium, num.* 7. *col.* 769. *littera D.*

39. Mens, quæ per jactantiam proditur, decorticata rectè ficus vocatur: quia & candida eſt, per hoc quod cernitur: & ſiccitati proxima, per hoc quod tegmine corticis nudatur. *Ibidem, lib.* 8. *cap.* 30. *ante med. col.* 284. *D.*

40. Sciunt inter magna, quæ oſtendunt magni per jactantiam non apparere. *Lib* 4. *in* 1. *Regum longè poſt med. ſup. illud Exod.* 33. *Oſtende mihi faciem tuam, &c. col.* 143. *B. tom.* 2.

S. HIERONYM.

41. Nihil tàm periculoſum eſt, quàm jactantia. *Tomo* 3. *Epiſt.* 5. *ad Fabiolam, Manſione* 41. *in fine, pag.* 53. *B.*

HUGO CARD.

42. Gravis eſt bonis jactantia peccatorum. *Sup. Pſ.* 93. *fol.* 247. *col.* 1. *tom* 2.

S. JOANNES CHRYSOST.

43. Omnem jactantiam ſubſequitur ruina. *Homil.* 5. *ſupr. Matth. oper. imperfect. poſt medium, col.* 783. *D. tom.* 2.

44. Tuba eſt omnis actus, vel ſermo, per quem operis jactantia demonſtratur. *Ibidem, Hom.* 13. *poſt med. ſup. illud Matth.* 6. *Noli tuba canere, &c. col.* 830. *C. tom.* 2.

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

45. Altiùs de ſe efferre ſermonem, glorioſi eſt, & inſolenter de ſe jactantis *Hom.* 5. *de Laudib. D. Pauli, ante fin. col.* 1087. *B. tom.* 3.

46. Nihil ſic eſt diabolicum, ſicut quippiam ad oſtentationem facere. *Homil.* 24. *ſup.* 2. *Cor. circa init. columna* 840. *D. tom* 4.

47. Pleroſque quos neque decora facies, neque libidinandi cupiditas ceperit, jactantiæ libido intercipit. *Serm. de gloria cupidit. poſt initium, columna* 819. *B. tom.* 5.

JOAN. TRITH.

48. Verecundum eſt pauperi progenitorum ſuorum jactare divitias, qui ſuâ negligentiâ vel culpâ ad illas venire non feſtinat. *Lib.* 3. *de vir. illuſtr. ord. S. Bened. cap.* 337. *à medio, pag.* 115. *col.* 1.

49. Nihil eſt quod magis diminuat laudis præconium, quàm ſuos quotidie jactare ſucceſſus, & ſingulis diebus anni vendere diem unum. *In cap* 4. *Regul. S. Bened. verbo Jactantia, in medio, pagina* 312. *col* 1.

50. Jactantia vanam gloriam redolet, & per conſequens ſtultitiam deſignat. *Ibidem, à medio, &c.*

S. ISIDORUS HISPALENS.

51. Niſi præceſſerit occulta elatio mentis, non ſequitur aperta jactantia laudis. *Libro* 2. *de ſummo bono, cap.* 38. *ſent.* 9. *pag.* 654 *col.* 2.

52. Culpabiliter manus ad Deum expandit, qui facta ſua orando, jactanter prodit. *Ibidem, lib.* 3. *cap.* 7. *ſent.* 20. *pagina* 668. *columna* 1.

53. Tàm in factis, quàm in dictis cavenda eſt jactantia. *Ibidem, cap.* 23. *ſent.* 1. *pag.* 675. *columna* 1.

54. Virtutes Sanctorum per oſtentationis appetitum dominio dæmonum immundorum ſubjiciuntur. *Ibid. ſent.* 9. *pag.* 675. *columna* 1.

55. Hominum jactantia oculos, quibus Deus videri poterat claudit. *Ibidem, ſentent.* 16. *pagina* 675. *columna* 2.

56. Bonum quod facis, miſericordiæ causâ, non jactantiæ facito. *Libro* 2. *de Synonim. cap.* 17. *ante finem, pag.* 322. *col.* 1.

57. Abſconde quod facis, inquantum potes: quòd ſi ex toto non vales, ſit in corde tuo occultandi voluntas, & non erit de oſtentatione temeritas. *De conflict. vitiorum & virtutum, poſt initium, pagina* 710. *columna* 2.

S. ISID. PALUS.

58. Quid obſcuriorum ſcelerum non admiſerint, qui etiam de manifeſtis gloriantur? *Libro* 2. *Ep.* 153. *ad Martinian. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 547. *columna* 1. *littera A. edit. Colon.* 1618.

S. NILUS.

59. Nihil aliud ferè homines ſtulti ſibi proponunt, niſi oſtentationem, & inanes rumuſculos, miſeriæ ſuæ vilem ac futilem mercedem captantes. *In libro aſcetico. in principio, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *edit. Colon.* 1618.

PETR. BLES.

60. Nihil eſt quod magis laudis imminuat pretium, quàm ſuos aſſiduè jactitare ſucceſſos, & ſingulis diebus anni vendere diem unum. *Epiſt.* 94. *ad Ioan. Archidiac. ante fin. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *edit. Colon.* 1618.

PHILO JUD.

61. Quis poſſet eſſe infeſtior animæ hoſtis, quàm qui per jactantiam quæ Dei ſunt ſibi uſurpat? *De Cherubim, poſt med. pag.* 170. *tom* 1.

62. Arrogantiæ plena jactantia vitium eſt. *De migrat. Abrahæ. poſt med. pag.* 568. *tom.* 1.

S. PROSPER.

63. Hi, qui bona ſua vanè ac deformiter jactant, dedecora (quibus remordentur, & humiliantur) occultant. *Lib* 3. *de vita contempl. cap.* 11. *in fine.*

S. SYNESIUS EPISC.

64. Præconem ſui eſſe, atque ad oſtentationem omnia facere, non ſapientiæ eſt, ſed ſophiſticæ verſutiæ. *Ser. de domo Aſtrolabii, poſt init. apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *edit. Colon.* 1618.

S. THEODORET.

65. Si te vis jactare ac gloriari, tuam ipſius vitam conſidera, & tunc in teipſo gloriare. *Sup. Ep ad Galat. cap* 6. *poſt initium, pag.* 78 *col.* 2. *F. tom.* 2.

S. VALERIAN. EPISCOPUS.

66. Non per jactantiam, victoriæ corona componitur, ſed per bonorum operum ſtudia. *Hom.* 11. *ante fin. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *edit. Colon.* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 67. Jactabundus plura quàm poſſideat, oſtentat *Libro 2. Ethicorum ad Eudomium, ante medium, tomo 2.*

68. Oſtentator ineptus, pluribus ſe dignum arbitratur, quàm deceat. *Ibid.*

69. Qui majora prædicat, jactabundus eſt. *Ibidem, lib. 3. ante fin.*

CHILO LACEDEMON. 70. Tu benè ſi quid facias, non meminiſſe fas eſt. *In dictis ſapient. ex Auſonio. dict. 4.*

CICERO. 71. Qui ſe magnificè jactat atque oſtentat, ſe veniit. *Lib. 4. de arte Rhetor. ante med. tom. 1.*

72. Qui divitias ſuas jactat, ſicut gallus è Phrygia aut ariolus quiſpiam depreſſus & oneratus auro, clamat & delirat. *Ibidem, poſt med.*

EPICTETUS. 73. Nullâ alienâ præſtantiâ efferaris animo: ſi equus ſemet jactans, diceret, Sum pulcher, ferendum eſſet, tu verò inſolenter gloriaris. *In ſuo Enchirid. cap. 11. in in princ.*

PLATO. 74. Turpe eſt nos, quales quidem modò eſſe conſtitit, juveniliter noſmet ventiſare, quaſi aliquid ſimus, quibus tamen de eadem re numquàm potuit eſſe conſtans & certa ſententia. *Tom. 1. ſixyg. 3. de Rhetor. in fin. pag. 527. E.*

PLINIUS II. 75. Qui benefacta ſua verbis jactatoriis adornant, non ideò prædicare, quia fecerint, ſed ut prædicarent feciſſe creduntur: ſic quod magnificum referente alio fuiſſet, ipſo qui geſſerat recenſente evaneſcit. *Proſecutio.*

76. Homines enim cum rem deſtruere non poſſunt, jactationem ejus inceſſunt: ita ſi ſilenda feceris, factum ipſum, ſi laudanda, quod non ſileas ipſe, culpatur. *Libro 1. Epiſt. 8. ad Pompeium Saturnin. ante fin. pagina 20*

SENECA. 77. Omnes ſua extollunt, omnes etiam minima, quæ in alios contulêre, jactant, dilatant. *Lib. 3. de Benef. cap. 7. in medio pag 413. tom. 2.*

78. Qui virtutem ſuam publicari vult, non virtuti laborat, ſed vanæ gloriæ. *Ep. 113. in fine, pagina 849. tom. 2.*

SIXT. PHILOS. 79 Malè ſentire de fide, amor jactantiæ facit. *Sent. 178. pag. 65. col. 2. H. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colon. 1618*

80 Jactans ſe, non eſt ſapiens. *Ibidem, ſent. 274. pag. 66. col. 2. E.*

Vide etiam Tit. Arrogantia. ſent. 11. 29. 37. Contemptus. ſentent. 32. 33. Dignitas. ſentent. 49. Eelemoſina. ſent. 34. Hypocriſis. ſent. 9. Innocentia. ſent. 16. Nobilitas. ſent. 99. Peccatum in genere, ſent. 109. Scientia. ſent. 47. Studium. ſent. 58. Superbia. ſent. 102.

Idololatria.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO DIVISIO, PRODUCTIO.

ETYMOLOGIA.

S. ANSELMUS. GRæcè εἶδος, latinè forma interpretatur, & indè per diminutionem dicitur idolum, ideſt, formula. *Super 1. ad Corinth. cap. 5. in illud, Nihil eſt idolum. fol. 69. columna 3.*

CASSIODORUS. Idolum dictum eſt, eoquòd ipſum ſit dolum, ideſt, hominum falſitate repertum. *Super Pſalm. 96. a medio. verſ. 8. fol. 147. col. 1.*

DEFINITIO.

S. ALBERTUS MAGNUS. Idololatria eſt cum honor Creatori debitus, Creaturis exhibetur. *De Paradiſo animæ. parte 2. de vitiis, cap. 14. ſect. 1. pag. 131.*

S. ANSELMUS. Idolum eſt ſimulachrum humana effigie, vel belluina, ſeu volucrina factum, & conſecratum juxta vocabuli ſui interpretationem. *Sup. 1. ad Cor. cap. 4. in illud, Nihil eſt idolum. fol. 69. col. 3.*

S. AUGUST. Idololatræ indè dicuntur, quòd ſimulachris eam ſervitutem exhibent, quæ debetur Deo. *Libro 1. de Trin. cap. 6. ante fin. pag. 174. C. tom. 3.*

S. BONAVENT. Idololatria eſt falſa & ſuperſtitioſa proteſtatio majeſtatis divinæ in idolo. *Parte 1. Centiloquii. ſect. 26. in principio, pag. 66. col. 2. A, tom. 6.*

JOAN. GERS. Idololatria eſt vitium, quo quis cultum latriæ alteri quàm Deo exhibet. *Parte 3. de deſcript. terminor. cap. Juſtitia. ante med. fol. 27. columna 2. D.*

ORIGENES. Idolum eſt, quod non eſt, nec habet aliquid ſimile ſui. *Hom. 8. in caput 20. Exodi, ſuper illud, Non facies tibi Idolum, pag. 52. columna 1. H. tom. 1.*

CICERO. Idola ſunt inanes imagines. *Libro 1. de finibus, circa medium, tom. 4.*

DIVISIO.

S. BONAVENT.

Idololatria triplex eſt.
- Paganorum. — Idololatria paganorum eſt mala, quia colunt aurum & argentum.
- Avarorum. — Idololatria avarorum eſt pejor, quia quaſi Deũ adorant nummum.
- Guloſorum. — Idololatria guloſorum eſt peſſima, quia guloſi colunt Deum viliſſimum, ſcilicet ventrem.

Tit. 3. diæta. cap. 2. ante med. pag. 287. col. 2. E. tom. 6.

PRODUCTIO.

S. CYPRIANUS. Ludorum omnium mater, idololatria eſt. *De ſpectaculis. cap. 4. in princ. pag. 415. col. 2. tom. 3.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ALBERTUS MAGNUS. 1. Pro quocumque quis Creatori ſuo renuntiat, ſive ſit peccatum, ſive res alia, illud veraciter pro idolo in mente portat. *De Paradiſo animæ part. 2. de vitiis, cap. 14. ſect. 1. pag. 131.*

2. Quoties homo aliquid facit, dimittit, vel patitur, quod nullatenus pro Deo faceret, dimitteret, vel pateretur, toties proculdubio idolum veneratur. *Proſec.*

3. Heu! quoties eſt fœmina viro idolum: & è contrà, amicus amico, dominus ſervo, pueri parentibus, cùm pro amore, vel timore humano recedat à præcepto divino.

4. Quiquid enim ſubtrahitur à Deo, computandum eſt pro idolo. *Ibidem, cap. 14. ſect. 2. pag. 131.*

5. Cùm ſpiritualis homo in opere ſuo aliud intendit principaliter præter Deum, ſive hominum placentiam, ſive commodum tranſitorium, ſive gratiam in præſenti, ſive gloriam in futuro, idolum eſt. *Ibidem, cap. 14. ſect. 3. pag. 132.*

S. ANSELMUS. 6. Sicut qui idolis ſervit, cultum debitum Creatori imaginatæ creaturæ tribuit: ſic & avarus cùm Deum ſolum colere deberet, colit potius nummos, in quibus præfiguratæ ſunt imagines Imperatorum. *Proſec.*

7. Hoc enim unuſquiſque Deum habet, quod præ omnibus diligit, in quo præ omnibus ſpem atque fiduciam habet.

8. Avarus hoc agit ſpecialiter de nummis, ideſt, plus diligit nummos, quàm aliud, & plus cogitat de nummis, atque plus ſperat ac confidit in nummis, quàm in alia re: idcircò nummi, ejus ſunt Dii.

9. Jurè ergo vocatur idololatra, quia Deum non colit, ſed nummos & imagines mortuorum Regum impreſſas. *Sup. Ep. ad Coloſſenſ. cap. 3. in illud, Simulachrorum ſervitus, &c.*

S. August. 10. Idololatræ univerſæ creaturæ authorem conditoremque non noverunt, inde eſt, quòd in ſimulachra præcipitantur. *De vera Relig. cap. 37. in calce, pag. 507. B. tom. 1.*

11. Nihil homines tàm inſariabiles reddit vitæ perverſitate, quàm idololatrarum imitatio. *Ep. 202. ad Nectarium, Epiſcopum, poſt init. pag. 530. D. tom. 2.*

12. Nullus hominum idolum colit, niſi Dei blaſphemus exiiterit. *Lib. 2. de Mirabil. ſacra ſcrip. cap. 18. in fine, pag. 585. B. tom. 3.*

S. Bernardinus Senens. 13. Ridiculum videtur, quòd aliquis judicetur idololatra, quia duo grana thuris offert creaturæ, quæ debuit offerre Deo: & ille non judicetur idololatra, qui totum ſervitium vitæ ſuæ offert creaturæ, & nihil Deo. *Serm. 43. fer. 2. poſt Dom. Paſſ. Art. 2. cap. 2. in calce, pag. 753. col. 1. B. tom. 2.*

S. Bernard. 14. Profectò quiſquis plus amat mundum quàm Deum, impius atque idololatra eſſe convincitur, ſerviens creaturæ potius quàm creatori. *Ep. 107. ad Thomam ante fin. fol. 233. col. 3. lit. N.*

S. Clemens Papa. 15. Nullum peccatum idololatriâ reperitur gravius, ea eſt enim contra Deum impietas. *Lib. 2. Conſt. cap. 27.*

S. Cyprian. 16. Sic idololatriæ indignatur Deus, ut præceperit etiam eos interfici, qui ſervire idolis ſuaſerint. *De exhort. Martyr. capite 5. in princ. pag. 332. col. 2. tom. 2.*

Didymus Alex. 17. Ab idolis ſe coſtodiant omnes, qui ad Deum verum reverenter accedunt. *Sup. Ep. 1. Joan. cap. 5. in calce, apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 263. col. 1. B. edit. Colon.* 1618.

Gloss. Ord. 18. Idolum nihil eſt. *Sup. Exod. cap. 20. col. 668. lit. F. tom. 1.*

S. Greg. Mag. 19. Idola, quæ in ſanis ſunt, deſtruantur. *Lib. 9. in Regiſtro. Ind. 4. cap. 71. Ep. 71. ad Mellitum Abbat. in princ. col. 1093. G. tom. 2.*

20. In cognitione veritatis ſtatum idololatria perdidit. *Lib. 3. in primum Regum cap. 3. ab initio, col. 1346. B. tom. 2.*

21. Idololatriæ caput eſt diabolus, omnis iniquitatis initium. *Ibidem, &c.*

22. Idolis vanis ſacrificia nuſquàm offeruntur. *Ibid. poſt init. col. 1347. A.*

S. Greg. Naz. 23. Omnium malorum extremum, ac primum, eſt idolorum cultus. *Orat. de Nativit. Chriſti poſt init.*

Haymo. 24. Grave crimen idololatria eſt. *Serm. Dom. 26. poſt Pent. poſt init.*

S. Hieronym. 25. Quidquid diaboli eſt, & quod diaboli eſt, idololatria eſt, cui omnia idola mancipantur. *Ep. 1. ad Heliodor. ante med. tom. 1.*

26. Cui Deus venter eſt, Deus ei recens eſt: quotcunque vitia habemus, quotcunque peccata, tot recentes habemus Deos. Iratus ſum, ira mihi Deus eſt: vidi mulierem & concupivi, libido mihi Deus eſt: unuſquiſque enim quod cupit & veneratur, hoc illi Deus eſt. *Sup. Pſ.* 80. *verſ.* 8. *Non erit in te Deus recens, pag. 117. A. tom. 8.*

Hugo Card. 27. Qui adorat creaturam, negat Creatorem. *Sup. Job, cap. 31. fol. 437. col. 3. tom. 1.*

S. Innoc. III. 28. Idololatra ſervit ſimolachro: cultum idololatriæ diligenter amplificat, cum omni diligentiâ colit ſimulachrum, ſpem ponit in idololatria & timet mutilare ſimulachrum. *Lib. 2. de contemptu mundi, cap. 12. per totum, pag. 76.*

Origen. 29. Unuſquiſque quod præ cæteris colit, quod ſuper omnia miratur & diligit, hoc ei Deus: ſi quid eſt in quod dilectionis lance præponderat, hoc tibi Deus eſt. *Hom. 2. in cap. 2. Judic. in medio, tom. 1.*

30. Totius gentilitatis error hinc accepit exordiū, dùm ea quæ multùm diligunt homines, Deos eſſe volunt, & humanis quibuſque vitiis & cupiditatibus divinum nomen adſcribunt. *Ibidem, poſt med.*

31. Non ſolùm de corporeis ſimulachris faciunt ſibi homines, Deos: ſed & de corde confingunt. Qui conantur ſimulare ſibi alium creatorem extra univerſitatis Deum, alium Spiritum ſanctum, alium Chriſtum, ii omnes fecerunt ſibi Deos. *Profec.*

Origenes. 32. Omnes igitur tàm de viſibili materia, quàm de falſis dogmatibus fingentes ſibi Deos, idololatræ ſunt. *Hom. 12. in cap. 16. Hierem. ſup. illud, Si faciet ſibi homo Deos, &c. tom.*

S. Petrus Damianus. 33. Quomodo tu Chriſtum colis, qui idolum in pecunia veneraris? *Opuſc. 24. cap. 4. poſt med. pag. 600. col. 1. D. tom. 3.*

S. Prosper. 34. Sic ſunt, qui colunt idola, quomodo qui in ſomnis vident vana: ſi autem evigilet anima ipſorum, intelligit à quo facta ſit, & non colit quod ipſa fecit. *Apud D. Auguſt. tom. 3. in fine, ſent. 215.*

Rupertus Abb. 35. Quamvis ab idoli devotione tua conſcientia ſit libera, cavendum tamen eſt tibi, ne edas idolis immolata. *Lib. 5. de Spiritu ſancto, cap. 13. in fine, fol. 451. pag. 1.*

S. Theodor. 36. Idolum nihil repræſentat quod ſubſiſtat. *Quæſt. 38. ſup. Exod. pag. 25. col. 1. A. tom. 1.*

37. Quid deſertius eſt iis, qui adorant idola? *Sect. 9. ſup. Ezech. ante finem, pag. 349. col. 1. B. tom. 2.*

38. Deos, qui nihil prodeſſe queunt, laudare non deſinis. *Orat. 5. ſup. Daniel, poſt med. pag. 408. col. 2. F. tom. 1.*

39. Quid dementius eſſe poteſt his, qui idola manu facta adorant; qui ſanè cùm materiam & artificium non ignorent, tamen tanquam Deis ſtupidè cultum divinum adhibent? *Sup. Habacuc. cap. 2. circa fin. in illud. Quid prodeſt ſculptile? &c. pagina* 481. *columna 2. F. tom. 1.*

Vide etiam Tit. Imago. ſent. 41. Excommunicatio. ſent. 9. Timor Dei. ſent. 46.

Jejunium.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, COMPARATIO.

ETYMOLOGIA.

Cassiodorus. JEJUNIUM dictum eſt, quaſi inedium, quòd abſtinentes diutiùs ad inediam uſque perducat. *Sup. Pſ. 34. in med. verſ. 15. fol. 51. col. 3.*

S. Augustin. Quid eſt jejunium, niſi conctorum membrorum debita ſatisfactio? *Serm. 24. ad Fratres in Eremo circa med. pag. 941. C. tom. 10.*

Dionysius Carthus. Jejunium eſt moderata alimenti carentia. *Sup. Matth. cap. 6. art. 14. in princ.*

Hug. a Sancto Vict. Jejunium eſt interiorum vigilantia, diſcreta parcimoniæ cuſtodia. *De fruct. carnis & ſpirit. cap. 15. circa med. pag. 162. D. tom. 2.*

Hugo Card. Jejunium eſt abſtinentia à cibo & potu pro animæ ſalute. *Sup. Marc. cap. 9. Moraliter, fol. 105. col. 3. tom. 9.*

S. Isid. Hisp. Jejunium eſt parſimonia victus, abſtinentiaque ciborum. *Lib. 6. Etymol. cap. 19. poſt med. 83. col. 1.*

COMPARATIO.

S. Bonavent. Sicut ſubtrahendo ligna, vel ignem de ſub olla, ceſſat ejus bullitio: ſic corpori ſubtrahendo cibaria, ceſſat tentatio carnis. Undè verſus:

Subtrahe ligna foco, ſi vis extinguere flammam;
Luxuriat rarò non benè paſta caro. *Tit. 2. diæta, cap. 6. in princ. pag. 284. columna 1. D, E. tom. 6. part. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Ambrosius. 1. Quando caro tabeſcit jejuniis, anima puritate pingueſcit. *Profec.*

2. Quantum enim illi ciborum ſuccus ſubtrahitur, tantum huic juſtitiæ virtus augetur. *Serm. 25. de Qua-*

dragesima, poſt initium columna 716. *lit. D. tom.* 3.

S. Ambrosius. 3. Quid prodeſt jejunare viſceribus, & luxuriare venatibus? abſtinere cibis, errare peccatis? caſtigare corpus inedia, mentem exercere nequitia? *Serm.* 33. *de tempore jejunii in princ. col.* 725. *C. tom.* 3.

4. Qui ſic jejunat ut nihil pauperibus de ſuis epulis largiatur, videtur quæſtum ſibi ſuum feciſſe jejunium, & negotiationem parcendo. *Ibidem, in fine col.* 726. *C. tom.* 3.

5. Bonum eſt quidem cunctis temporibus jejunare, ſed melius eſt quadrageſimam jejunare cum Chriſto, *Serm.* 34. *de Quadrageſ. in principio, columna* 726. *D. tom.* 3.

6. Quiſquis Chriſtianus conſecratam jejunando non impleverit quadrageſimam, prævaricationis & contumaciæ reus tenebitur. *Profec.*

7. Qualis autem Chriſtianus es, cum Domino jejunante tu prandes?

8. Qualis Chriſtianus es, cum Chriſto eſuriente tu reficeris? ille pro ſalute tua famem ſuſtinet, tu pro peccatis tuis jejunare formidas? *Ib. poſt init. col.* 727. *A.*

9. Quamvis abſtineat quis certis diebus, quamvis ciborum dulcia alimenta non ſumat, non tamen illius acceptum fertur jejunium, qui non diebus quadraginta jejunat. *Profec.*

10. Pudet dicere, ſenes & aniculæ quadrageſimam faciunt, juvenes & juvenculæ non faciunt.

11. Ille facit quadrageſimam, qui jejunando & vigilando aſcendit ad Paſcha: nam ſicut reliquo anno jejunare præmium eſt, ita in quadrageſima non jejunare peccatum eſt.

12. Illa enim ſunt voluntaria jejunia, iſta neceſſaria: illa de arbitrio veniunt, iſta de lege: ad illa invitamur, ad iſta compellimur. *Ibidem, prope med. columna* 727. *littera B.*

13. Qui conſtitutum numerum una die manducando præterit, non ut unius diei violator accuſatur, ſed ut totius quadrageſimæ tranſgreſſor arguitur. *Serm.* 36 *de quadrageſ. in princ. col.* 729. *C. tom.* 3.

14. Quadrageſimæ jejunium in totum non obſervare, ſacrilegum eſt: ex parte violare, peccatum eſt. *Serm.* 37. *Quadrag. in princ. col.* 730. *D. tom.* 3.

15. Jejuni hominis ſputum, ſi ſerpens guſtaverit, moritur: vides quanta vis jejunii ſit, ut & ſputo ſuo homo terrenum ſerpentem interficiat, & merito ſpiritalem. *Lib.* 6. *Hexam. cap.* 4. *in fine, columna* 883. *C. tom* 4.

16. Ne terrenum quis aut novellum putet eſſe jejunium: primus uſus mundi à jejunio cœpit, & ubi cibus cœpit, ibi finis factus eſt mundi. *De Helia & jejunio cap.* 4. *in princ. col.* 1123. *A. tom* 4.

17. Quid eſt jejunium, niſi ſubſtantia & imago cæleſtis? *Ibid. cap.* 3. *in princ. col.* 1122.

18. Jejunium refectiò animæ, & cibus mentis eſt. *Ibidem.*

19. Jejunium vita eſt Angelorum. *Ibidem.*

20. Jejunium culpæ mors, excidium delictorum, remedium ſalutis, radix gratiæ, fundamentum eſt caſtitatis. *Ibidem.*

21. Jejunium eſt
- Continentiæ magiſterium.
- Pudicitiæ diſciplina.
- Humilitas mentis.
- Caſtigatio carnis.
- Forma ſobrietatis.
- Norma virtutis.
- Purificatio animæ.
- Miſerationis expenſa.
- Lenitatis inſtitutio.
- Charitatis illecebra.
- Senilis gratia.
- Cuſtodia juventutis.
- Infirmitatis allevamentum.
- Salutis alimentum. *Ibid. cap.* 8. *circa init. col.* 1125. *C.*

22. Indictum eſt jejunium, abſtinentiæ lex à Domino Deo, prævaricatio legis à diabolo: culpa per cibum, latebra poſt cibum: cognitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in jejunio. *Ibid. cap.* 4. *in medio, col.* 1123. *B.* S. Ambrosius.

23. Jejunium ſobrietas eſt mentis, jejunium cuſtodit diſciplinam. *Ibidem, cap.* 8. *ante med. col.* 1125. *D.*

24. Dulcis voluptas eſt, amarum jejunium. *Ibid. cap.* 11. *in princ. col.* 1128. *D.*

25. Sit noſtrum ſimplicitatis jejunium, de puritate purum, hominibus occultum, diabolo ignotum: quia donatum theſaurum qui non abſcondit, perdit: virtutes proditæ non manebunt. *Part.* 2. *Tit.* 4. *cap.* 7. §. 4. *ante med. fol.* 175. *col.* 3. S. Antonin.

26. Jejunia ſanè legitima, in quarta & ſexta feria non ſunt ſolvenda, niſi grandis aliqua neceſſitas fuerit. *Profec.* S. Apollon.

27. Quia quarta feria Judas traditionem Domini cogitavit, ſexta feria crucifixus eſt Salvator. *Et habetur in decretis Gratiani, part.* 3. *diſt.* 3. *Can. jejunia fol.* 441. *col.* 3.

28. Jejunium morbos ſanat, diſtillationes exſiccat, dæmones fugat, malaſque cogitationes expellit, & mentem nitidiorem reddit, & cor purgatius, & corpus ſalubrius. *De virginit. ante med. columna* 622. *littera B. tom.* 3. S. Athanas. Magnus.

29. Jejunium Angelorum eſt cibus; & qui eo utitur, ordinis Angelici cenſendus eſt. *Ibidem, &c. lit D.*

30. Non qui à cibis jejunat ſolummodo, probè ſe geſſerit: ſed qui abſtinet ab omni opere malo, & hoc jejunium cenſetur. *Ibidem, &c. lit. D.*

31. Jejuniorum non ſit volentibus certa menſura, ſed in quantum poſſibilitas valet, niſi laborantis extenſa. *In Exhort. ad Monachos poſt init. columna* 830. *lit. B. tom.* 4.

32. Jejunia prorſus incredibilia multos exercere didici, non quotidie ſemel ſub noctem reficiendo corpus, ſed continuum triduum, vel amplius ſæpiſſimè ſine cibo ac potu ducere. *De Morib. Eccleſ. cap.* 33. *fere in princ. pag.* 537. *A tom.* 1. S. Augustin.

33. Jejunia humilitatem ſignificant. *Ep.* 86. *ad Caſulan. ante finem, pag.* 254. *C. tom.* 2.

34. Si aliud eſt gravare corda in crapula & ebrietate, quæ ſemper eſt malum: aliud eſt autem modeſtia & temperantia cuſtodita relaxare jejunium. *Ep.* 86. *ad Caſulan. poſt init. pag.* 245. *B. tom.* 2.

35. Generale jejunium non eſt à concupiſcentia ciborum tantùm, ſed ab omni lætitia temporalium delectationum. *Lib.* 2. *quæſt. Evang. quæſt.* 18. *circa med. pag.* 242. *D. tom.* 4.

36. Neceſſaria ſunt nobis jejunia, ſicut vulneribus medicina. *De quæſt. vet. & novi Teſtam. quæſt.* 120. *ante med. pag.* 608. *D. tom.* 4.

37. Jejunia intemperantiam corporis mitigant, motus adverſos reprimunt, preſſuram animæ auferunt. *Ibidem.*

38. Sicut equis fræna ſunt imponenda, ita corpora noſtra jejuniis ſunt infrænanda. *De ſalutar. docum. cap.* 35. *in medio, pag.* 759. *lit. B. tom.* 4.

39. Jejunium voluntatis eſt, fames neceſſitatis. *Sup. Pſ.* 42. *in princ. pag.* 261. *A tom.* 8.

40. Magnum opus, Chriſtianum opus jejunium. *Sup. Pſ* 86. *in fine pag.* 661. *lit. B. tom.* 8.

41. Jejunium magnum & generale eſt, abſtinere ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus ſeculi, quod eſt perfectum jejunium. *Tract.* 17. *ſup. Evang. Ioan. de cap.* 5. *ante med. pag.* 101. *B. tom.* 9.

42. Caro noſtra jumentum noſtrum eſt, tale ergo jumentum cohibeamus jejuniis. *De Cantico novo, cap.* 3. *in medio, pag.* 639. *B. tom.* 9.

43. Quid prodeſt pallidum eſſe jejuniis, ſi odio & invidia liveſcas? *Serm.* 1. *D.* 1. *Quadrag. & in ord.* 64. *poſt med. pag.* 511. *B. tom.* 10.

44. Quantò plures dies ſunt jejunii, tanto major

Digitized by Google

eſt cauſa remedii. *Serm.* 1. *feria* 4. *poſt Dom.* 1. *Quadrag. & in ord.* 69. *in princ. pag.* 517. *B. tom.* 10.

S. AUGUSTIN. 45. Cur corpus fame diſcrucias, cui turpiter peccando blandiris? *Serm.* 1. *fer.* 3. *Rogat. & in ord.* 172. *pag* 696. *C. tom.* 10.

46. Cùm ſit jejunium animæ humiliatio, quale eſt humiliari cibo, & augeri peccato? *Ibidem.*

47. Jejunandum eſt ut & caro impleat de caſtigatione militiam, & anima impetret de humilitate victoriam. *Serm.* 1 *Dom. in oct. Paſcha, & in ord.* 257. *ante med. pag.* 678. *C. tom.* 10.

48. Jejunium
- Purgat mentem.
- Sublevat ſeoſum.
- Carnem ſpiritui ſubjicit.
- Cor facit contribulatum, & humiliatum.
- Concupiſcentiæ nebulas diſpergit.
- Libidinum ardores extinguit.
- Caſtitatis verum lumen accendit.
- Verboſitatem non amat.
- Divitias ſuperfluitatem judicat.
- Superbiam ſpernit.
- Humilitatem commendat.
- Præſtat homini ſeipſum intelligere.

Serm. 1. *fer.* 4. *Dom.* 16. *poſt Trinit. & in ord.* 230. *in princ pag.* 781. *lit. A. to.* 10.

49. Per jejunium proſternuntur vitia, augmentantur virtutes, humiliatur caro, diabolicæ deviocuntur virtutes. *Serm.* 23. *ad Fratr. in Eremo in princ. pag.* 941. *A. tom.* 10.

50. Jejunium eſt res ſancta, opus cœleſte, janua regni, futuri ſeculi forma. *Ibidem.*

51. O ſacrum Jejunium! tu corpus refrænas, ne ſurgat, tu virtutes incitas ut reſurgant, tu reum illuminas & ſanas ut vivat. *Ibidem.*

52. O ſacrum jejunium! ſuave es bonis, tu odibile es malis, tu delectabile es Sanctis, ſed deteſtabile pravis. *Ibidem.*

53. O ſacrum jejunium! tu divina myſteria pandis, quæ ſapientiæ & prudentiæ ſunt agnoſcis, recordari præterita facis, ordinare præſentia non negligis, & prævidere futura feſtinas. *Ibidem, &c.*

54. Qui jejunat ut bonus appareat, ut conſervetur, ut ſanior fiat, & ut ne corpore nimis impingueſcat: jejunium quòd facit, non virtutis eſt, ſed præſumptionis: non virtutis eſt, ſed attenuationis. *Ibid. ſerm.* 25. *poſt init. pag.* 943. *A tom.* 10.

55. Ægrotus jejunat ut valeat, faſtiditus ut appetat, avarus ut parcat. hypocrita ut appareat. *Profec.*

56. Jejunium ægroti eſt ſanitatis, jejunium faſtiditi eſt guloſitatis, jejunium avari eſt parcitatis, jejunium hypocritæ eſt ſimulationis. *Ibid. ſerm.* 41. *poſt init. pag.* 976. *G.*

S. BASILIUS MAGN. 57. Quæ utilitas eſt jejunare corpore, animam autem innumeris malis repletam eſſe? *Hom.* 8. *in Hexam. in fine, pag.* 44. *tom.* 1.

58. Antiquum donum eſt jejunium, non inveteraſcens, non ſeneſcens, ſed rejuveneſcens ſemper, & in ætatis vigorem efflorеſcens. *Conc.* 1. *de jejunio, poſt init. pag.* 142. *tom.* 1.

59. Etiam lege antiquius eſt jejunium; itaque quidquid antiquitate excellit, venerabile eſt. *Profec.*

60. Reverere jejunii canitiem, coætaneum eſt humanitati jejunium, in Paradiſo ſancitum eſt. *Ibid.*

61. Verum jejunium eſt abalienatio à malis: dimitte proximo debita, & jejunium exequeris. *Profecutio.*

62. Carnibus non veſceris, ſed comedis fratrem: à vino abſtines, ſed injuriis non dominaris: veſperam expectas ad aſſumendum cibum, ſed diem in foro judiciali conſumis. *Ibid. ante fin. pag* 146.

63. Jejunium civitatis eſt ornamentum, fori ſtabilimentum, domorum pax, rerum ac bonorum ſalus. *Ibid. in fine, pag.* 147.

64. Jejunium
- Cuſtodit infantes.
- Temporatos reddit adoleſcentes.
- Reverendum facit ſenem.
- Rempublicam adminiſtrat.
- Omnem civitatem gubernat.
- Populum ad bonam diſciplinam adaptat.
- Sopit clamores.
- Exæquat contentiones.
- Compeſcit convitia. *Conc.* 2. *de jejunio, circa med. pag.* 148. *tom.* 1.

S. BASILIUS MAGNUS.

65. Venerabilior eſt canities, jejunio ornata. *Ibidem.*

66. Mulieribus mundus convenientiſſimus eſt jejunium. *Ibidem, &c.*

67. Jejunium eſt in vigore ætatis conſiſtentium frænum, conjugii propugnaculum, virginitatis nutrix. *Ibidem.*

68. Verum, bonum & laudabile jejunium eſt abalienatio à malo, continentia linguæ, iræ inhibitio; cupiditatis ſeparatio, detractionis ſubmerſio, mendacii deſtructio, perjurii declinatio. *Ibidem, ante finem, pagina* 150.

V. BEDA. 69. Jejunium non eſt perfecta virtus, ſed multarum virtutum fundamentum. *In ſuis Proverb. verbo Jejunium, pag.* 191. *tom.* 2.

S. BERNARD. 70. Jejunat gula, jejunet oculus, jejunet auris, jejunet lingua, jejunet manus, jejunet etiam anima ipſa. *Profec.*

71. Jejunet oculus à curioſis aſpectibus, & omni petolantia, ut benè humiliatus coërceatur in pœnitentia, qui malè liber vagabatur in culpa.

72. Jejunet auris nequiter pruriens, à fabulis & rumoribus, & quæcunque otioſa ſunt, & ad ſalutem minimè pertinentia.

73. Jejunet lingua à detractione & murmuratione, ab inutilibus, vanis, atque ſcurrilibus verbis.

74. Jejunet manus ab otioſis ſignis, & ab operibus quæcunque non ſunt imperata.

75. Multo magis anima ipſa jejunet à vitiis & propria voluntate ſua. *Serm.* 3. *Quadr. in fine, fol.* 26. *col.* 1. *lit. A.*

76. Bonum & ſalubre eſt jejunium, quo redimuntur æterna ſupplicia: non ſolùm eſt abolitio peccatorum, ſed & extirpatio vitiorum: non ſolùm obtinet veniam, ſed & promeretur gratiam. *Ibidem, ſerm.* 4. *in princ. fol.* 27. *col.* 1. *B.*

77. Si in die jejunii inveniatur voluntas propria, non tale jejunium elegit ſponſus; nec ſapit illi jejunium quod non lilium obedientiæ, ſed vitium propriæ voluntatis ſapit. *Ser.* 71. *ſup. Cant. ante fin. fol.* 192. *col.* 1. *lit. B.*

78. Per jejunium fornicatio ſuperatur: per jejunium luxuria reſtringitur. *Serm.* 24. *ad ſororem, in princ. fol.* 88. *col.* 1. *C.*

79. Caro tunc Deum ſitit, quando per jejunium abſtinet & areſcit. *Ibidem, prope med. fol.* 88. *columna* 2. *lit. D.*

S. BONAVENT. 80. Jejunat luxurioſus ut ventrem repleat, avarus ut plus habeat, hypocrita ut hominibus appareat jejunans, medicus ut convaleat. *Sup. Pſ.* 43. *in medio, pag.* 108. *col.* 2. *B. tom.* 1.

81. Jejunium perficitur
- Plenâ converſione.
- Purâ intentione.
- Devotâ continuatione.
- Verâ humiliatione.

Sermone 6. *in die Cinerum in principio, pag.* 63. *col.* 2. *tom.* 3.

HUGO CARD. 74. Hypocritæ anteriùs, ſicut homines, videntur, ſed poſteriùs beſtiæ ſunt: benè enim loquuntur, ſed malè vivunt: boni apparent, ſed mali ſunt. *Sup.* 3. *Reg.* 10. *fol.* 275. *col.* 1. *tom.* 1.

75. Domus hypocritæ eſt favor humanus, vel fiducia ſanctitatis, cui modò innititur, quia ſtat coram hominibus. *Super Iob, cap.* 8. *fol.* 408 *columna* 1. *tom.* 1.

76 Omnis hypocrita intendit aut divitias, aut delicias, aut honores, aut gloriam hominum. *Ibidem, cap.* 36. *fol.* 445. *columna* 4 *tom.* 1.

77. Hypocriſia vicus eſt diaboli. *Super Pſal.* 54. *fol.* 140. *col.* 1. *tom.* 2.

78. Cauda diaboli eſt hypocriſis, quæ ut cauda turpitudinem peccatorum tegit. *Super Pſalm.* 73. *folio* 189. *col.* 4. *tom.* 2.

79. Hypocritæ ſunt vacui veritate, ſed pleni vanitate. *Super Eccleſiaſtic. cap.* 24. *folio* 217. *columna* 2. *tom.* 3.

80. Hypocrita pro modico vento vanæ laudis dat quod plus valet, quàm totus mundus. *Super Threnos, cap.* 4. *Moraliter, folio* 304. *columna* 1. *tomo* 4.

81. Vita hypocritarum exteriùs eſt pulchra, interiùs autem eſt vermiculoſa conſcientia, & plena nequitia. *Super Matthæum, cap.* 7. *fol.* 29. *columna* 3. *tom.* 6.

82. Hypocrita qui dicit peccatum ſe habere, foris fingit humilitatem, & intrinſecùs amplectitur vanitatem *Super Epiſt. ad Rom. cap.* 12. *fol.* 63. *columna* 3. *tom.* 7.

83. Hypocritæ exteriùs habent ſimilitudinem Dei, ſed interiùs habent cauterium diaboli. *Sup.* 1. *Tim.* 4. *fol.* 214 *col.* 2. *tom* 7.

84. Hypocritæ per dulcem locutionem, vel honeſtam exteriùs converſationem, ſe ſimulant eſſe cives cœli, ſed per internam affectionem ſunt ruſtici inferni. *Super Epiſt. ad Hebr. cap.* 11. *fol.* 267. *columna* 3. *tom.* 7.

85. Hypocritæ de patria cœleſti non ſunt, quia affectionem interiorem ad mundana, non ad cœleſtia convertunt. *Ibidem.*

86. Hypocrita eſt corpus ſine ſpiritu, quia habet opera ſine charitate, quæ eſt forma operum. *Super Apocalypſ. cap.* 3. *in principio, fol.* 376. *col.* 4. *tom.* 7.

S. JOANNES CHRYSOST. 87. Qui propter homines ſua facit, aliud habet in corde, aliud monſtrat in opere: in facie propter neceſſitatem hominum facit, & videtur miſericors: in corde autem propter vanam gloriam agit, & eſt vanæ gloriæ mercator. *Hom.* 13. *ſup. Matth. oper. imp. poſt medium, col* 830. *C. tom.* 2.

88 Omnes hypocritæ aſtutiores ſunt cæteris hominibus ſimpliciter viventes, & in aſtutia ſua cogitant quomodo aliquem lædant, & cùm læſerint, ita ſimpliciter ambulant, quaſi nemini nocuerint. *Ibidem, Homil* 45. *ante fin. columna* 1063. *littera B.*

89. Totum hypocritæ malitiæ eſt, quidquid in eo conſiſtit: ut quod eſt, celet: quod non eſt, ſe eſſe ſimulet. *Hom.* 11. *ex diverſ. in Matth. circa fin. col.* 1168. *C. tom.* 2.

90. Sicut ſepulchrum, quamdiù clauſum eſt, pulchrum videtur à foris: ſi verò fuerit apertum, horribile eſt. Sic & ſimulatores bonorum, quamdiù non cognoſcuntur, laudabiles ſunt: cùm autem cogniti fuerint, inveniuntur abominabiles. *Homil.* 45. *ſup. Matth. oper. imperfect. in principio, columna* 1058. *littera A. tomo* 2.

91. Nihil in Eccleſia nocet magis, quàm verſuta ſimulatio. *Homil.* 11. *ſup.* 1. *Tim. in princ. columna* 1485. *A. tom.* 4.

S. JOAN CLIM. 92. Simulatio mendacii mater eſt, ſæpè etiam materia *Grad.* 12. *in medio, apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 2. *pagina* 263. *columna* 1. *littera B. editionis Colon.* 1618.

93. Simulatio eſt mendacii meditatio atque opifex, agglutinatum ſibi atque connexum habens jusjurandum. *Ibidem.* S. JOAN. CLIM.

94. Hypocriſia eſt & corporis & animæ contra jus ſtatus, adinventionibus omnibus impletus. *Ibidem, Gradu* 24. *ante medium, pagina* 276. *columna* 1. *C.*

95. Nulla res ſic exhaurit animæ vires, ſicut hypocriſis: nam malum ſub ſpecie boni celatum, dùm non cognoſcitur, non cavetur. *Libro* 2. *de inſt. Relig. cap.* 5. *poſt medium, pagina* 721. *columna* 1. JOAN. TRITH.

96. Diverſi coloris eſt omnis hypocrita, aliis adulatur, aliis detrahit: mordax ut canis, doloſus ut vulpes, ſuperbus ut leo, triſtis ut catus. *Ibidem.*

97. Hypocrita verba Sanctorum habet, vitam non habet: & quos per ſermonem doctrinæ genuerit, non fovet exemplis, ſed deſerit: quia quos verbo ædificat, vita & moribus deſtruit. *Lib.* 3. *de ſummo bono, cap.* 24. *ſent.* 1. *pagina* 671. *columna* 2. S. ISID. HISP.

98. Hypocritæ ſimulatores dicuntur, qui juſti non eſſe quærunt, ſed tantùm videri cupiunt. *Proſec.*

99 Hi mala agunt, & bona profitentur: per oſtentationem quippè boni apparent, per actionem verò mali exiſtunt. *Ibidem, ſent.* 2. *&c.*

100. Omnia poſſunt à ſimplicibus vitia perpetrari, ſimulatio verò & hypocriſis non committitur, niſi à malè aſtutis, per calliditatem valentibus vitia ſub ſpecie virtutum celare, & non veram ſanctitatem objicere. *Ibidem, ſent.* 3. *pagina* 675. *columna* 2.

101. Hypocritæ malitiæ ſuæ occulta tegentes ante oculos hominum, quâdam innocentiæ ſanctitate ſe veſtiunt, ut venerentur. *Ibidem, ſment.* 4. *pag.* 676. *col.* 1.

102. Dupliciter damnantur hypocritæ, ſive pro occultâ iniquitate, ſive pro opertâ ſimulatione. Ex illo enim condemnantur, quia iniqui ſunt; ex iſto, quia oſtendunt quod non ſunt. *Ibidem, ſent.* 5. *&c.*

103. Non ſemper latent hypocritæ: nam etſi in principio ſui quidam non pateant, priùs tamen quàm vita eorum finiatur, quàm ſimulatè vixerint deteguntur. *Proſec.*

104. Omne enim ſincerum permanet; ſed quæ ſimulata ſunt, diuturna eſſe non poſſunt. *Ibidem, ſent.* 6. *&c.*

105. Hypocritæ in occulto mali ſunt, & bonos ſe palàm oſtendunt. *Ibidem, ſent.* 7. *&c.*

106 Hypocriſis, cùm ſit aliqua ſimulatio boni nihil quidem habet vitale ex eo bono quod ſimulat, virtutis illius quam ſimulat mortua eſt juſtitia, aut caſtitas. *Tractatu* 25. *in Matth. cap.* 23. *circa finem, tom.* 2. ORIGENES.

107. Res magni diſcriminis eſt, ignominiam ſeculi ſub religionis habitu circumferre, impietatem ſub pietatis umbraculo, & antichriſtum ſub Chriſti veſtibus occultare. *Ep.* 131. *ad quendam Prior. ante medium, apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2 *pag.* 806. *col.* 2. *edit. Colon.* 1618. PETR. BLES.

108. Hypocriſia ſubtile malum, ſecretum virus, venenum latens, virtutum fucus, tinea ſanctitatis. *Proſecutio.* S. PETRUS CHRYSOLOG.

109. Adverſa omnia nituntur viribus ſuis, armis ſuis pugnant, impugnant palàm, undè & caventur tàm facilè, quàm videntur. *Ser.* 7. *de Hypocriſi in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 666 *col.* 2. *E. edit. Colon.* 1618.

110 Hypocriſis
- Secura ſimulat.
- Fallit proſpera.
- Curioſa mentitur.
- Crudeli arte virtutes truncat mucrone virtutum.
- Jejunium jejunio perimit.
- Oratione orationem evacuat.
- Miſericordiam miſeratione proſternit. *Ibidem*

111. Hypocriſis cognata febris, frigido populo propinat ardorem. *Ibidem.*

112. Hypocriſis, dùm capit captivare oculos, oculis fit ipſa captiva. *Ibidem.*

Digitized by Google

S. Prosper. 113. Hypocritæ

- Prædicant magna, nec faciunt.
- Accuſant vitia, nec deponunt.
- Publicè ſibi diſplicere ſimulant, quod occultè committunt.
- Magni ſtudent videri, non fieri.
- Laudant eos, quorum cupiunt prædicatione laudari.
- Jejunant, ut vultus ſui pallorem perniтioſis laudibus vendant.
- Ad reprehendendos alios prompti, ſed ſe non patiuntur à quibuſlibet vel leviter reprehendi.
- Ad faciem publicam patientiam fingunt, & in animo iracundiæ virus abſcondunt.
- Ad nocendum parati, cùm nocendi tempus invenerint.
- Suorum actuum negligentes fiunt, aliorum procaci libertate cenſores. *Lib.* 2. *de vita Contemplat. cap.* 4. *circa medium.*

Rich. a S. Victore. 114. Hypocritæ quidem ſanctitatem opere prætendunt, ſed perverſum eſt quod diligunt, & quod intùs vivit in affectione, neceſſe eſt quandoque erumpat & appareat in opere. *Parte* 1. *lib.* 3. *de Erudit. hom. inter. cap.* 11. *in princ. pag.* 172. *col.* 2. *B.*

Thalassius. 115. Sub charitatis figmento hypocriſin occultat, qui ore probat, quod apud ſe verè nihili facit. *Hecatontad.* 1. *ſent.* 3 *apud Bibl. Patrum, tom.* 7. *pag.* 271. *columna* 1. *A. edit. Colon.* 1618.

Thomas a Kempis. 116. Non poteſt diù latere ficta ſanctitas. *Serm.* 14. *ad Novit. diviſ.* 5. *in calce, tom.* 5.

Sententiæ Paganorum.

Cicero. 117. Totius injuſtitiæ nulla capitalior, quàm eorum qui tùm cùm maximè fallunt, id agunt, ut boni viri eſſe videantur. *Lib.* 1. *de Offic. ante medium, tom.* 4.

118. Nec ſimulatum quidquam poteſt eſſe diuturnum: ficta enim omnia celeriter tanquàm floſculi decidunt. *Lib.* 2. *de Offic. circa med. tom.* 4.

119. Nulla pernities vitæ major inveniri poteſt, quàm in malitia ſimulatio intelligentiæ. *Ibidem, libro* 3. *poſt medium.*

Mim. Publ. 120. Malus ubi bonum ſe ſimulat, tunc eſt peſſimus. *In ſuis. Sent. ſent.* 227.

Seneca. 121. Nihil ſimulatio proficit: paucis imponit leviter extrinſecùs inducta facies; veritas in omnem partem ſui, ſemper eadem eſt. *Epiſt.* 79. *in calce, pag.* 699. *tom.* 2.

Sixt. Philos. 122. Nulla ſimulatio multo tempore latebit. *Sent.* 316. *pagina* 66. *columna* 2. *littera G. apud Bibl. Patrum, tomo* 3. *edit. Colonienſis.* 1618.

Vide etiam titulos Apparere. ſentent. 35. *Favor. ſentent.* 18. 19. *Fortitudo. ſent.* 24. *Humilitas. ſentent.* 6. *Jactantia. ſentent.* 23. *Laus in genere. ſentent.* 104. 105. *Malitia. ſentent.* 2. *Murmur. ſent.* 8. 9.

I.

LIBER IX.

JACTANTIA.

DEFINITIO, PRODUCTIO, COMPARATIO.

DEFINITIO.

S. ANTONIN. JACTANTIA eſt vitium, quo quis ſe verbis extollit ſuper illud quod eſt, vel quod homines opinantur de eo. *Parte 2. titulo 4. cap. 4. in principio. fol. 163. columna 1.*

S. BONAVENT. Jactaotia eſt voluntas propter apparentem poteſtatem propriam ſe oſtentans. *Part. 1. Centiloqui, ſect. 18. circa medium, pagina 63. columna 1. littera E. tom. 6. part. 1.*

HUGO A S. VICTORE. Jactantia eſt faſtu mentis id agente, majora quàm ſint de re inaniter prædicare, & promittere. *De fruct. carnis & ſpirit. cap. 4. prope medium, pag. 160. litt. E. tom 1.*

HUGO CARD. Jactare ſe eſt facta vel dicta ſua laudare *Super Pſal. 11 fol. 23. col. 2. tom. 2.*

JOAN GERS. Jactantis eſt vitium, quo quis appetit excedere in divulgatione ſufficientiarum ſuarum. *Parte 4. in deſcript. terminorum, cap. Temperantia, poſt medium, fol 26. col. 3. littera I.*

S. THOMAS AQUINAS. Jactantia eſt, qua quiſpiam ſuas laodes immodicè prædicando, rationis & veritatis limites tranſgreditur *Secunda ſecunda quæſt. 112. in axiomate, pagina 206. col 1.*

Jactantia propriè dicitur quando aliquis effert ſe ſupra id quod in ipſo eſt. & quando effert ſe ſupra id quod eſt in opinione aliorum. *Ibidem, quæſt. 112. in corpore, pag. 206. col. 2.*

CICERO. Jactatio eſt voluptas geſtiens, & ſe efferens inſolentiùs. *Lib. 4. Tuſc. quæſt. ante med.*

PRODUCTIO.

S. ANTONINUS. Jactantia eſt filia inanis gloriæ. *Part. 2. tit. 4. in principio. fol. 163. col. 1.*

COMPARATIO.

CICERO. Qui divitias ſuas jactat, ſicut gallus è Phrygia, aut ariolus quiſpiam depreſſus & oneratus auro, clamat & delirat. *Libro 4. de arte Rhetor. ad Herennium. poſt med. col. 71. B. tom. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Inter vitia aut nulla eſt, aut rara jactantia, & facilè ſpernitur, qui de opprobrio gloriatur *Lib. 10. Ep. 84. ad Demetriadem, ante med. columna 676. littera A. tom 3.*

2. Malum jactantiæ maximè virtutibus eſt cavendum, quia nullis opportuniùs inſidiatur, quàm quibus laus juſta debetur. *Ibidem.*

3. Si verè jactantia declinanda eſt, quantò magis nemo debet falſa jactare pro veris? *Lib. 1. de Cain & Abel. cap 5. poſt initium, col. 929 D. tom. 4.*

4. Dùm homines gloriam virtutis ſuæ jactare deſiderant, de loco meritorum ſuorum & ſtatione decidunt. *Lib. 4 ſup. Luc. cap. 4. in illud, Non in ſolo pane, &c. col. 1668. D. tom. 5.*

S. AMBROS. 5. Ita eſt jactantia, ut dùm ſe putat unuſquiſque ad altiora conſcendere, ſublimium uſurpatione factorum ad inferiora trahatur. *Ibidem, &c.*

S. AUGUSTIN. 6. Tolle jactantiam, & omnes homines, quid ſunt, niſi homines? *Libro 5. de Civ. Dei cap. 17. poſt med. pag. 93 A. tom. 5.*

7. Non eſt jactantia vitium laudis humanæ, ſed animæ perversè amantis laudari ab hominibus, ſpreto teſtimonio conſcientiæ. *Ibidem, lib. 12. cap. 8. in medio, pag. 215. A.*

8. Superborum vana & inepta jactantia, & inflata & non ſolidata, tanquam vento elatus pulveris globus eſt. *Sup. Pſ. 7. ante med. verſ. 5. In pulverem deducat. pag. 27. A. tom. 8.*

9. Si vis eſſe alienus à gratia, jacta merita tua. *Super Pſalm. 31. prope finem præfationis, pagina 127. litt. B. tom. 8.*

10. Noveris non jactare te de meritis tuis, neo præſumere de impunitate peccati. *Super Pſalmum 31. Enarrat. 2. in principio, verſ. 1. pagina 128. littera D. tom 8.*

11. Jactet ſe quiſque de divitiis, jactet de pulchritudine & de viribus corporis: iſta certè omnia mortalia ſunt, & ridendi ſunt, qui ſe de mortalibus jactant. *Super Pſalm. 58. conc. 2. circa medium, verſ. 14. pag. 411. B. tom. 8.*

12. Totum de miſericordia. Merita tua nuſquam jactes, quia & ipſa tua merita, Dei dona ſunt. *Super Pſalm 144 circa medium, verſ. 8. pag. 1149. B. tom. 8.*

V. BEDA. 13. Nihil tàm periculoſum eſt, quam jactantia virtutum tumens. *Sup. Numeros. cap. penult. in fine, col. 155. tom. 4.*

S. BERNARD. 14. Mirabile jactantiæ genus, ut non poſſis putari ſanctus, ſi non appareas ſceleratus. *Sermone 16. ſuper Cant. poſt med. fol. 145. col. 4. L.*

15. Tu te depretiatis in ſecreto apud teipſum veritatis trutina ponderatus, & foris alterius pretii mentiens, majori te pondere vendis nobis, quàm ab ipſa accepiſti. *Ibidem, ſerm. 42. poſt med. fol. 169. col. 1. littera C*

16. Quid tàm indecorum, quàm oſtentatio ſanctitatis? *Ibidem, ſerm. 86. in medio, folio 203. col. 3. littera H.*

17. Jactator actuum ſuorum, vel ſibi arrogat quod eſt, vel mentitur de ſe quod non eſt. *Ep. 87. ad Ogerium ſub fin. fol. 229. col. 1. B.*

18. Poſtquàm veſica jactantiæ gruſſeſcere cœperit, neceſſe eſt ut ampliori foramine, laxato ſinu ventoſitas eructetur, alioquin rumpetur. *De 12. grad. humil. Grad. 1. in princ. fol. 303. col. 1. C.*

19. Jactator non curat docère, vel doceri ipſe quod neſcit, ſed ut ſcire ſciatur quod ſcit. *Ibidem, Gradu 4. fol. 303. col. 1. D.*

20. Jactator loquitur aut rumpitur: plenus eſt ſermonibus, & coarctat eum ſpiritus uteri ſui: eſurit & ſitit auditores, quibus ſuas jactitet vanitates: quibus omne quod ſentit, effundat: quibus qualis & quantus ſit, innoteſcat. *Profec.*

21. Inventâ autem occaſione loquendi, ſi de litteris ſermo exoritur, vetera proferuntur & nova involant ſententiæ, verba reſonant ampulloſa. Prævenit interrogantem, non quærenti reſpondet: ipſe quærit, ipſe ſolvit, & verba collocutoris imperfecta præſcindit. *Ibidem, &c.*

22. Fructum boni operis ſibiipſi auferunt, qui per ſtudium humanæ jactantiæ prodeunt. *De interiori domo, capite 48. in fine, folio 331. columna 2. littera F.*

23. Hypocritæ ſemper jactantia oculos (quibus Deus videri poteſt) claudit. *De ordine vitæ, ante fin. fol. 337. col. 4. M.*

S. BERNARD.

24. Proculdubio immundus eſt coram Deo, omnis qui exaltat per jactaotiam cor ſuum. *In formula honeſta vita in medio, fol.* 340. *col.* 1. *A.*

25. Nihil de te loquaris quod laudem importet. quantumcumque ſit familiaris ille cum quo loqueris: imò plus labora celare virtutes, quàm vitia. *In notabili documento. in princ. fol.* 240. *col.* 2 *D.*

26. Si to taces & abſcondis, plus placebis: ſi autem prodis & commendea, irrideberis & vileſces. *De Inſtitut. novit. cap.* 25. *pagina* 617. *columna* 1. *A. tom.* 7. *parte* 4.

S. CYPRIANUS.

27. In proprias laudes, odioſa jactatio eſt. *Epiſt.* 2. *ad Donat. cap.* 3. *in principio, pagina* 2. *columna* 1. *tom.* 1.

28. Arrogana ac ſuperba jactatio, non de Chiſti magiſterio, qui humilitatem docet, ſed de Antichriſti ſpiritu naſcitur. *Ep.* 55. *ad Cornelium Pap. cap.* 2. *in princ. pag.* 111 *col.* 2. *tom.* 1.

DIONYSIUS CARTHAR.

29. Nunquàm profuerunt verba ventoſa, ſemper alta cadunt, inflata crepant, ſemper tumefacta perimuntur. *In concluſ. Exhort. ad novit. cap. Longè. ſub fin. fol.* 27. *pag.* 2.

S DOROTH.

30. Bonom quamvis minimum quis faciat cum jactantia, totum perdit quidquid egit. *Doctrina* 12. *ante fin. apud Biblioth. Patrum. tom.* 4. *pagina* 786. *col.* 2. *H. editionis Colonienſis* 1618.

FRANCISCUS TITELMAN.

31. Mali ſibi in malis complacendo ſe jactitant de malè actis, quod conſummatæ nequitiæ efficas indicium eſt. *In Annotatione ſuper Pſalm.* 48. *poſt medium, verſ.* 13. *In ore ſuo complacebunt. pagina* 459. *ſect.* 1.

GLOSA ORD.

32. Diabolus alta petit, ad alta ſemper ducit: elevando per jactantiam, ut præcipitare poſſit. *Sup. Matth. cap.* 4. *col.* 83. *B tom.* 5.

33. Multi habent dona Dei, & neſciendo à quo habeant, impiâ vanitate jactantur. *Sup.* 1. *ad Cor. cap.* 2. *col.* 282. *F. tom.* 16.

GRATIANUS.

34. Nemo jactare ſe de ſtatu perfectionis ſuæ debet, quia & Petrus poſt jactantiam lapſus eſt. *In decret. parte* 2 *cauſa* 6. *quæſt.* 1. *cau. Imitare.*

S. GREGOR. MAGNUS.

35. Procaces quique etiam nota jactanter proferunt, ut loquentes docti videantur. *Lib.* 8. *Moral. cap.* 22. *circa med. col* 271. *D. tom.* 1.

36. Eò ipſo ſuperbiens ab integritate ſalutis corruit, qoò jactantia cujuſlibet virtutis intomeſcit. *Ibidem, libro* 25. *cap.* 8. *ab initio, num.* 10. *columna* 835. *littera C.*

37. Auget reatum culpæ ſequentis, præconium gloriæ præcedentis. *Ibidem, lib.* 18. *cap.* 19. *circa med. col.* 607. *B.*

38. Nonnulli jactant ſe habere quod non habent. *Ibidem, libro* 23. *cap.* 4. *poſt initium, num.* 7. *col.* 769. *littera D.*

39. Méns, quæ per jactaotiam proditur, decorticata rectè ficus vocatur: quia & candida eſt, per hoc quod cernitur: & ſiccitati proxima, per hoc quod tegmine corticis nudatur. *Ibidem, lib.* 8. *cap.* 30. *ante med. col.* 284. *D.*

40. Sciunt inter magna, quæ oſteodunt magoi per jactantiam non apparere. *Lib* 4. *in* 1. *Regum longe poſt med. ſup. illud Exod.* 33. *Oſtende mihi faciem tuam, &c. col.* 143. *B. tom.* 2.

S. HIERONYM.

41. Nihil tàm periculoſum eſt, quàm jactantia. *Tomo* 3. *Epiſt.* 5. *ad Fabiolam, Manſione* 41. *in fine, pag.* 53. *B.*

HUGO CARD.

42. Gravis eſt bonis jactantia peccatorum. *Sup. Pſ.* 93. *fol.* 247. *col.* 1. *tom.* 2.

S. JOANNES CHRYSOST.

43. Omnem jactantiam ſubſequitur ruina. *Homil.* 5. *ſupr. Matth. oper. imperfect. poſt medium, col.* 783. *D. tom.* 2.

44. Tuba eſt omnis actua, vel ſermo, per quem operis jactantia demonſtratur. *Ibidem, Hom.* 13. *poſt med. ſup. illud Matth.* 6. *Noli tuba canere, &c. col* 830. *C. tom.* 2.

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

45. Altiùs de ſe efferre ſermonem, glorioſi eſt, & inſolenter de ſe jactantis. *Hom.* 5. *de Laudib. D. Pauli, ante fin. col.* 1087. *B. tom.* 3.

46. Nihil ſic eſt diabolicum, ſicut quippiam ad oſtentationem facere. *Homil.* 24. *ſup.* 2. *Cor. circa init. columna* 840. *D. tom* 4.

47. Pleroſque quos neque decora facies, neque libidinandi cupiditas ceperit, jactantiæ libido intercipit. *Serm. de gloria cupidit. poſt initium, columna* 819. *B. tom.* 5.

JOAN. TRITH.

48. Verecundum eſt pauperi progenitorum ſuorum jactare divitias, qui ſuâ negligentiâ vel culpâ ad illas venire non feſtinat. *Lib.* 3. *de vir. illuſtr. ord. S. Bened. cap.* 337. *à medio, pag.* 115. *col.* 1.

49. Nihil eſt quod magis diminuat laudis præconium, quàm ſuos quotidie jactare ſucceſſus, & ſingulis diebus anni vendere diem unum. *In cap.* 4. *Regul. S. Bened. verbo Jactantia, in medio, pagina* 312. *col* 1.

50. Jactantia vanam gloriam redolet, & per conſequens ſtultitiam deſignat. *Ibidem, à medio, &c.*

S. ISIDORUS HISPALENS.

51. Niſi præceſſerit occulta elatio mentia, non ſequitur aperta jactantia laudis. *Libro* 2. *de ſummo bono, cap.* 38. *ſent.* 9. *pag* 654 *col.* 2.

52. Culpabiliter manus ad Deum expandit, qui facta ſua orando, jactanter prodit. *Ibidem, lib.* 3. *cap.* 7. *ſent.* 20. *pagina* 668. *columna* 1.

53. Tàm in factis, quàm in dictis cavenda eſt jactantia. *Ibidem, cap.* 23. *ſent.* 1. *pag.* 675. *columna* 1.

54. Virtutes Sanctorum per oſtentationis appetitum dominio dæmonum immundorum ſubjiciuntur. *Ibid. ſent.* 9. *pag.* 675. *columna* 1.

55. Hominum jactantia oculos, quibus Deus videri poterat claudit. *Ibidem, ſentent.* 26. *pagina* 675. *columna* 2.

56. Bonum quod facis, miſericordiæ causâ, non jactantiæ facito. *Libro* 2. *de Synonim. cap.* 17. *ante finem, pag.* 322. *col.* 1.

57. Abſconde quod facis, inquantum potes: quòd ſi ex toto non vales, ſit in corde tuo occultandi voluntas, & non erit de oſtentatione temeritas. *De conflict. vitiorum & virtutum, poſt initium, pagina* 710. *columna* 2.

S. ISID. PELUS.

58. Quid obſcuriorum ſcelerum non admiſerint, qui etiam de manifeſtis gloriantur? *Libro* 2. *Ep.* 153. *ad Martinian. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 547. *columna* 1. *littera A. edit. Colon.* 1618.

S. NILUS.

59. Nihil aliud ferè homines ſtulti ſibi proponunt, niſi oſtentationem, & inanes rumuſculos. miſeriæ ſuæ vilem ac futilem mercedem captantes. *In libro aſcetico. in principio, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *edit. Colon.* 1618.

PETR. BLES.

60. Nihil eſt quod magis laudis imminuat pretium, quàm ſuos aſſiduè jactitare ſucceſſus, & ſingulis diebus anni vendere diem unum. *Epiſt.* 94. *ad Ioan. Archidiac. ante fin. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *edit. Colon.* 1618.

PHILO IUD.

61. Quis poſſet eſſe infeſtior animæ hoſtis, quàm qui per jactantiam quæ Dei ſunt ſibi uſurpat? *De Cherubim, poſt med. pag.* 170. *tom.* 1.

62. Arrogantiæ plena jactantia vitium eſt. *De migrat. Abraha. poſt med pag.* 568. *tom.* 1.

S. PROSPER.

63. Hi, qui bona ſua vanè ac deformiter jactant, dedecora (quibus remordentur, & humiliantur) occultant. *Lib.* 3. *de vita contempl. cap.* 11. *in fine.*

S SYNESIUS EPISC.

64. Præconem ſui eſſe, atque ad oſtentationem omnia facere, non ſapientiæ eſt, ſed ſophiſticæ verſutiæ. *Ser. de domo Aſtrolabii, poſt init. apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *edit. Colon.* 1618.

S. THEODORET

65. Si te via jactare ac gloriari, tuam ipſius vitam conſidera, & tunc in teipſo gloriare. *Sup. Ep ad Galat. cap.* 6. *poſt initium, pag.* 78. *col.* 2. *F. tom.* 2.

S. VALERIAN, EPISCOPUS.

66. Non per jactantiam, victoriæ corona componitur, ſed per bonorum operum ſtudia *Hom.* 11. *ante fin. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *edit. Colon.* 1618.

Sententiæ Paganorum.

ARISTOTELES. 67. Jactabundus plura quàm poſſideat, oſtentat. *Libro 2. Ethicorum ad Eudemium, ante medium, tomo 2.*

68. Oſtentator ineptus, pluribus ſe dignum arbitratur, quàm deceat. *Ibid.*

69. Qui majora prædicat, jactabundus eſt. *Ibidem, lib. 3. ante fin.*

CHILO LACEDEMON. 70. Tu benè ſi quid facias, non meminiſſe fas eſt. *In dictis ſapient. ex Auſonio. dict. 4.*

CICERO. 71. Qui ſe magnificè jactat atque oſtentat, ſe venit. *Lib. 4. de arte Rhetor. ante med. tom. 1.*

72. Qui divitias ſuas jactat, ſicut gallus è Phrygia aut ariolus quiſpiam depreſſus & oneratus auro, clamat & delirat. *Ibidem, poſt med.*

EPICTETUS. 73. Nullâ alienâ præſtantiâ efferaris animo: ſi equus ſemet jactans, diceret, Sum pulcher, ferendum eſſet, tu verò inſolenter gloriaris. *In ſuo Enchirid. cap. 11. in in princ.*

PLATO. 74. Turpe eſt nos, quales quidem modò eſſe conſtitit, juveniliter noſmet ventitare, quaſi aliquid ſimus, quibus tamen de eadem re numquàm potuit eſſe conſtans & certa ſententia. *Tom. 1. ſiz. 3. de Rhetor. in fin. pag. 527. E.*

PLINIUS II. 75. Qui benefacta ſua verbis jactatoriis adornant, non ideò prædicare, quia fecerint, ſed ut prædicarent feciſſe creduntur: ſic quod magnificum referente alio fuiſſet, ipſo qui geſſerat recenſente evaneſcit. *Proſecutio.*

76. Homines enim cum rem deſtruere non poſſunt, jactationem ejus inceſſunt: ita ſi ſilenda feceris, factum ipſum, ſi laudanda, quod non ſileas ipſe, culpatur. *Libro 1. Epiſt. 8. ad Pompeium Saturnin. ante fin. pagina 20*

SENECA. 77. Omnes ſua extollunt, omnes etiam minima, quæ in alios contulêre, jactant, dilatant. *Lib. 3. de Benef. cap. 7. in medio. pag 413. tom. 2.*

78. Qui virtutem ſuam publicari vult, non virtuti laborat, ſed vanæ gloriæ. *Ep. 113. in fine, pagina 849. tom. 2.*

SIXT. PHILOS. 79 Malè ſentire de fide, amor jactantiæ facit. *Sent. 178. pag. 65. col. 2. H. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colon. 1618*

80 Jactans ſe, non eſt ſapiens. *Ibidem, ſent. 274. pag. 66. col. 2. E.*

Vide etiam Tit. Arrogantia. ſent. 11. 29. 37. Contemptus. ſentent. 32. 33. Dignitas. ſentent. 49. Eelemoſina. ſent. 34. Hypocriſis. ſent. 9. Innocentia. ſent. 16. Nobilitas. ſent. 99. Peccatum in genere. ſent. 109. Scientia. ſent. 47. Studium. ſent. 58. Superbia. ſent. 102.

Idololatria.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO, PRODUCTIO.

Etymologia.

S. ANSELMUS. GRæcè εἶδος, latinè forma interpretatur, & indè per diminutionem dicitur idolum, ideſt, formula. *Super 1. ad Corinth. cap. 5. in illud, Nihil eſt idolum fol. 69. columna 3.*

CASSIODORUS. Idolum dictum eſt, eoquòd ipſum ſit dolum, ideſt, hominum falſitate repertum. *Super Pſalm. 96. a medio. verſ. 8. fol. 147. col. 1.*

Definitio.

S. ALBERTUS MAGNUS. Idololatria eſt cum honor Creatori debitus, Creaturis exhibetur. *De Paradiſo animæ parte 2. de vitiis. cap. 14. ſect. 1. pag. 131.*

Idolum eſt ſimulachrum humana effigie, vel belluina, ſeu volucrina factum, & conſecratum juxta vocabuli ſui interpretationem. *Sup. 1. ad Cor. cap. 4. in illud, Nihil eſt idolum. fol. 69. col. 3.* S. ANSELMUS.

Idololatræ indè dicuntur, quòd ſimulachris eam ſervitutem exhibeant, quæ debetur Deo. *Libro 1. de Trin. cap. 6. ante fin. pag 174. C. tom. 3.* S. AUGUST.

Idololatria eſt falſa & ſuperſtitioſa proteſtatio majeſtatis divinæ in idolo. *Parte 1. Centiloquii. ſect. 26. in principio, pag. 66. col. 2. A. tom. 6.* S. BONAVENT.

Idololatria eſt vitium, quo quis cultum latriæ alteri quàm Deo exhibet. *Parte 3. de deſcript. terminor. cap. Iuſtitia. ante med. fol. 27. columna 2. D.* JOAN. GERS.

Idolum eſt, quod non eſt, nec habet aliquid ſimile ſui. *Hom. 8. in caput 20. Exodi, ſuper illud, Non facies tibi Idolum, pag. 52. columna 1. H. tom. 1.* ORIGENES.

Idola ſunt inanes imagines. *Libro 1. de finibus, circa medium, tom. 4.* CICERO.

Diviſio.

Idololatria triplex eſt.
- Paganorum.
- Avarorum.
- Guloſorum.

Idololatria paganorum eſt mala, quia colunt aurum & argentum. Idololatria avarorum eſt pejor, quia quaſi Deũ adorant nummum. Idololatria guloſorum eſt peſſima, quia guloſi colunt Deum viliſſimum, ſcilicet ventrem. *Tit. 3. diæta cap. 2. ante med. pag. 287. col. 2. E. tom. 6.* S. BONAVENT.

Productio.

Ludorum omnium mater, idololatria eſt. *De ſpectaculis. cap. 4. in princ. pag. 415. col. 2. tom. 3.* S. CYPRIANUS.

Sententiæ Patrum.

1. Pro quocumque quis Creatori ſuo renuntiat, ſive ſit peccatum, ſive res alia, illud veraciter pro idolo in mente portat. *De Paradiſo animæ part. 2. de vitiis, cap. 14. ſect. 2. pag. 131.* S. ALBERTUS MAGNUS.

2. Quoties homo aliquid facit, dimittit, vel patitur, quod nullatenus pro Deo faceret, dimitteret, vel pateretur, toties proculdubio idolum veneratur. *Proſec.*

3. Heu! quoties eſt fœmina viro idolum: & è contrà, amicus amico, dominus ſervo, pueri parentibus, cùm pro amore, vel timore humano recedat à præcepto divino.

4. Quicquid enim ſubtrahitur à Deo, computandum eſt pro idolo. *Ibidem, cap. 14. ſect. 2. pag. 131.*

5. Cùm ſpiritualis homo in opere ſuo aliud intendit principaliter præter Deum, ſive hominum placentiam, ſive commodum tranſitorium, ſive gratiam in præſenti, ſive gloriam in futuro, idolum eſt. *Ibidem, cap. 14. ſect. 3. pag. 132.*

6. Sicut qui idolis ſervit, cultum debitum Creatori imaginatæ creaturæ tribuit: ſic & avarus cùm Deum ſolum colere deberet, colit potius nummos, in quibus præfiguratæ ſunt imagines Imperatorum. *Proſec.* S. ANSELMUS.

7. Hoc enim unuſquiſque Deum habet, quod præ omnibus diligit, in quo præ omnibus ſpem atque fiduciam habet.

8. Avarus hoc agit ſpecialiter de nummis, ideſt, plus diligit nummos, quàm aliud, & plus cogitat de nummis, atque plus ſperat ac confidit in nummis, quàm in alia re: idcircò nummi, ejus ſunt Dii.

9. Jurè ergo vocatur idololatra, quia Deum non colit, ſed nummos & imagines mortuorum Regum impreſſas. *Sup. Ep. ad Coloſſenſ. cap. 3. in illud, Simulachrorum ſervitus, &c.*

S. Augustin. 10. Idololatræ univerſæ creaturæ authorem conditoremque non noverunt, inde eſt, quòd in ſimulachra præcipitantur. *De vera Relig. cap.* 37. *in calce, pag.* 507. *B. tom.* 1.

11. Nihil homines tàm inſatiabiles reddit vitæ perverſitate, quàm idololatrarum imitatio. *Ep.* 202. *ad Nectarium, Epiſcopum, poſt init. pag.* 530. *D. tom.* 2.

12. Nullus hominum idolum colit, niſi Dei blaſphemus extiterit. *Lib.* 2. *de Mirabil. ſacræ ſcrip. cap.* 18. *in fine, pag.* 525. *B. tom.* 3.

S. Bernardinus Senens. 13. Ridiculum videtur, quòd aliquis judicetur idololatra, quia duo grana thuris offert creaturæ, quæ debuit offerre Deo: & ille non judicetur idololatra, qui totum ſervitium vitæ ſuæ offert creaturæ, & nihil Deo. *Serm.* 43. *fer.* 2. *poſt Dom. Paſſ. Art.* 2. *cap.* 2. *in calce, pag.* 753. *col.* 1. *B. tom.* 2.

S. Bernard. 14. Profectò quiſquis plus amat mundum quàm Deum, impius atque idololatra eſſe convincitur, ſerviens creaturæ potius quàm creatori. *Ep.* 107. *ad Thomam ante fin. fol.* 223. *col.* 3. *lit. N.*

S. Clemens Papa. 15. Nullum peccatum idololatriâ reperitur gravius, ea eſt enim contra Deum impietas. *Lib.* 2. *Conſt. cap.* 27.

S. Cyprian. 16. Sic idololatriæ indignatur Deus, ut præceperit etiam eos interfici, qui ſervire idolis ſuaſerint. *De exhort. Martÿr. capite* 5. *in princ. pag.* 332. *col.* 2. *tom.* 2.

Didymus Alex. 17. Ab idolis ſe cuſtodiant omnes, qui ad Deum verum reverenter accedunt. *Sup. Ep.* 1. *Joan. cap.* 5. *in calce, apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 263. *col.* 1. *B. edit. Colon.* 1618.

Gloss. Ord. 18. Idolum nihil eſt. *Sup. Exod. cap.* 20. *col.* 668. *lit. F. tom.* 1.

S. Greg. Mag. 19. Idola, quæ in fanis ſunt, deſtruantur. *Lib.* 9. *in Regiſtro. Ind.* 4. *cap.* 71. *Ep.* 71. *ad Mellitum Abbat. in princ. col.* 1093. *G. tom.* 2.

20. In cognitione veritatis ſtatum idololatria perdidit. *Lib.* 3. *in primum Regum cap.* 3. *ab initio, col.* 1346. *B. tom.* 2.

21. Idololatriæ caput eſt diabolus, omnis iniquitatis initium. *Ibidem. &c.*

22. Idolis vanis ſacrificia nuſquàm offeruntur. *Ibid. poſt init. col.* 1347. *A.*

S. Greg. Naz. 23. Omnium malorum extremum, ac primum, eſt idolorum cultus. *Orat. de Nativit. Chriſti poſt init.*

Hayno. 24. Grave crimen idololatria eſt. *Serm. Dom.* 26. *poſt Pent. poſt init.*

S. Hieronym. 25. Quidquid diaboli eſt, & quod diaboli eſt, idololatria eſt, cui omnia idola mancipantur. *Ep.* 1. *ad Heliodor. ante med. tom.* 1.

26. Cui Deus venter eſt, Deus ei recens eſt: quotcunque vitia habemus, quotcunque peccata, tot recentes habemus Deos. Iratus ſum, ira mihi Deus eſt: vidi mulierem & concupivi, libido mihi Deus eſt: unuſquiſque enim quod cupit & veneratur, hoc illi Deus eſt. *Sup. Pſ.* 80. *verſ.* 8. *Non erit in te Deus recens, pag.* 117. *A. tom.* 8.

Hugo Card. 27. Qui adorat creaturam, negat Creatorem. *Sup. Job, cap.* 31. *fol.* 437. *col.* 3. *tom.* 1.

S. Innoc. III. 28. Idololatra ſervit ſimulachro: cultum idololatriæ diligenter amplificat, cum omni diligentiâ colit ſimulachrum, ſpem ponit in idololatria & timet mutilare ſimulachrum. *Lib.* 2. *de contemptu mundi, cap.* 12. *per totum, pag.* 76.

Origen. 29. Unuſquiſque quod præ cæteris colit, quod ſuper omnia miratur & diligit, hoc ei Deus: ſi quid eſt in quo dilectionis lance præponderat, hoc tibi Deus eſt. *Hom.* 2. *in cap.* 2. *Iudic. in medio, tom.* 1.

30. Totius gentilitatis error hinc accepit exordiū, dùm ea quæ multùm diligunt homines, Deos eſſe volunt, & humanis quibuſque vitiis & cupiditatibus divinum nomen adſcribunt. *Ibidem, poſt med.*

31. Non ſolùm de corporeis ſimulachris faciunt ſibi homines, Deos: ſed & de corde confingunt. Qui conantur ſimulare ſibi alium creatorem extra univerſitatis Deum, alium Spiritum ſanctum, alium Chriſtum, ii omnes fecerunt ſibi Deos. *Præfat.*

Origenes. 32. Omnes igitur tàm de viſibili materia, quàm de falſis dogmatibus fingentes ſibi Deos, idololatræ ſunt. *Hom.* 12. *in cap.* 16. *Hierem. ſup. illud, Si faciet ſibi homo Deos, &c. tom.*

S. Petrus Damianus. 33. Quomodo tu Chriſtum colis, qui idolum in pecunia veneraris? *Opuſc.* 24. *cap.* 4. *poſt med. pag.* 600. *col.* 1. *D. tom.* 3.

S. Prosper. 34. Sic ſunt, qui colunt idola, quomodo qui in ſomnis vident vana: ſi autem evigilet anima ipſorum, intelligit à quo facta ſit, & non colit quod ipſa fecit. *Apud D. Auguſt. tom.* 3. *in fine, ſent.* 215.

Rupertus Abb. 35. Quamvis ab idoli devotione tua conſcientia ſit libera, cavendum tamen eſt tibi, ne edas idolis immolata. *Lib.* 5. *de Spiritu ſancto, cap.* 13. *in fine, fol.* 452. *pag.* 1.

S. Theodor. 36. Idolum nihil repræſentat quod ſubſiſtat. *Quæſt.* 38. *ſup. Exod. pag.* 25. *col.* 1. *A. tom.* 1.

37. Quid deſertius eſt iis, qui adorant idola? *Sect.* 9. *ſup. Ezech. ante finem, pag.* 349. *col.* 1. *B. tom.* 1.

38. Deos, qui nihil prodeſſe queunt, laudare non deſinis. *Orat.* 5. *ſup. Daniel, poſt med pag.* 408. *col.* 2. *F. tom.* 1.

39. Quid dementius eſſe poteſt his, qui idola manu facta adorant; qui ſanè cùm materiam & artificium non ignorent, tamen tanquam Deis ſtupidè cultum divinum adhibent? *Sup. Habacuc. cap.* 2. *circa fin. in illud, Quid prodeſt ſculptile? &c. pagina* 481. *columna* 2. *F. tom.* 1.

Vide etiam Tit. Imago. ſent. 41. *Excommunicatio. ſent.* 9. *Timor Dei. ſent.* 46.

Jejunium.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, COMPARATIO.

ETYMOLOGIA.

Cassiodorus. JEJUNIUM dictum eſt, quaſi inedium, quòd abſtinentes diutiùs ad inediam uſque perducat. *Sup. Pſ.* 34. *in med. verſ.* 15. *fol.* 51. *col.* 3.

S. Augustin. Quid eſt jejunium, niſi cunctorum membrorum debita ſatisfactio? *Serm.* 24. *ad Fratres in Eremo circa med. pag.* 942. *C. tom* 10.

Dionysius Carthus. Jejunium eſt moderata alimenti carentia. *Sup. Matth. cap.* 6. *art.* 14. *in princ.*

Hug. a Sancto Vict. Jejunium eſt interiorum vigilantia, diſcreta parcimoniæ cuſtodia. *De fruct. carnis & ſpirit. cap.* 15. *circa med. pag.* 162. *D. tom.* 2.

Hugo Card. Jejunium eſt abſtinentia à cibo & potu pro animæ ſalute. *Sup. Marc. cap.* 9. *Moraliter, fol.* 105. *col.* 3. *tom.* 9.

S. Isid. Hisp. Jejunium eſt parſimonia victus, abſtinentiaque ciborum. *Lib.* 6. *Etymol. cap.* 19. *poſt med.* 83. *col.* 1.

COMPARATIO.

S. Bonavent. Sicut ſubtrahendo ligna, vel ignem de ſub olla, ceſſat ejus bullitio: ſic corpori ſubtrahendo cibaria, ceſſat tentatio carnis. Undè verſus:

Subtrahe ligna foco, ſi vis extinguere flammam;
Luxuriat rarò non benè paſta caro. *Tit.* 2. *dietæ, cap.* 6. *in princ. pag.* 284. *columna* 1. *D, E. tom.* 6. *part.* 1.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Ambrosius. 1. Quando caro tabeſcit jejuniis, anima puritate pingueſcit. *Præfat.*

2. Quantum enim illi ciborum ſuccus ſubtrahitur, tantum huic juſtitiæ virtus augetur. *Serm.* 25. *de Qua-*

eſt cauſa remedii. *Serm. 1. feria 4. poſt Dom. 1. Quadrag. & in ord. 69. in princ. pag. 517. B. tom. 10.*

S. AUGUSTIN. 45. Cur corpus fame diſcrucias, cui turpiter peccando blandiris? *Serm. 2. fer. 3. Rogat. & in ord. 172. pag. 696. C. tom. 10.*

46. Cùm ſit jejunium animæ humiliatio, quale eſt humiliari cibo, & augeri peccato? *Ibidem.*

47. Jejunandum eſt ut & caro impleat de caſtigatione militiam, & anima impetret de humilitate victoriam. *Serm. 1. Dom. in oct. Paſcha, & in ord. 257. ante med. pag. 678. C. tom. 10.*

48. Jejunium
- Purgat mentem.
- Sublevat ſenſum.
- Carnem ſpiritui ſubjicit.
- Cor facit contribulatum, & humiliatum.
- Concupiſcentiæ nebulas diſpergit.
- Libidinum ardores extinguit.
- Caſtitatis verum lumen accendit.
- Verboſitatem non amat.
- Divitias ſuperfluitatem judicat.
- Superbiam ſpernit.
- Humilitatem commendat.
- Præſtat homini ſeipſum intelligere.
- *Serm. 1. fer. 4. Dom. 16. poſt Trinit. & in ord. 230. in princ. pag. 781. lit. A. to. 10.*

49. Per jejunium proſternuntur vitia, augmentantur virtutes, humiliatur caro, diabolicæ devincuntur virtutes. *Serm. 23. ad Fratr. in Eremo in princ. pag. 941. A. tom. 10.*

50. Jejunium eſt res ſancta, opus cœleſte, janua regni, futuri ſeculi forma. *Ibidem.*

51. O ſacrum Jejunium! tu corpus refrænas, ne ſurgat: tu virtutes incitas ut reſurgant, tu reum illuminas & ſanas ut vivat. *Ibidem.*

52. O ſacrum jejunium! ſuave es bonis, tu odibile es malis, tu delectabile es Sanctis, ſed deteſtabile pravis. *Ibidem.*

53. O ſacrum jejunium! tu divina myſteria pandis, quæ ſapientiæ & prudentiæ ſunt agnoſcis, recordari præterita facis, ordinare præſentia non negligis, & prævidere futura feſtinas. *Ibidem, &c.*

54. Qui jejunat ut bonus appareat, ut conſervetur, ut ſanior fiat, & ut ne corpore nimis impingueſcat: jejunium quòd facit, non virtutis eſt, ſed præſumptionis: non virtutis eſt, ſed attenuationis. *Ibid. ſerm. 25. poſt init. pag. 943. A tom. 10.*

55. Ægrotus jejunat ut valeat, faſtiditus ut appetat, avarus ut parcat, hypocrita ut appareat. *Profec.*

56. Jejunium ægroti eſt ſanitatis, jejunium faſtiditi eſt guloſitatis, jejunium avari eſt parcitatis, jejunium hypocritæ eſt ſimulationis. *Ibid. ſerm. 41. poſt. init. pag. 976. G.*

S. BASILIUS MAGN. 57. Quæ utilitas eſt jejunare corpore, animam autem innumeris malis repletam eſſe? *Hom. 8. in Hexam. in fine, pag. 44. tom. 1.*

58. Antiquum donum eſt jejunium, non inveteraſcens, non ſeneſcens, ſed rejuveneſcens ſemper, & in ætatis vigorem effloreſcens. *Conc. 1. de jejunio, poſt init. pag. 142. tom. 1.*

59. Etiam lege antiquius eſt jejunium; itaque quidquid antiquitate excellit, venerabile eſt. *Profec.*

60. Reverere jejunii canitiem, coætaneum eſt humanitati jejunium, in Paradiſo ſancitum eſt. *Ibid.*

61. Verum jejunium eſt abalienatio à malis: dimitte proximo debita, & jejunium exequeris. *Proſecutio.*

62. Carnibus non veſceris, ſed comedis fratrem: à vino abſtines, ſed injuriis non dominaris: veſperam expectas ad aſſumendum cibum, ſed diem in foro judiciali conſumis. *Ibid. ante fin. pag 146.*

63. Jejunium civitatis eſt ornamentum, fori ſtabilimentum, domorum pax, rerum ac bonorum ſalus. *Ibid. in fine, pag. 147.*

64. Jejunium
- Cuſtodit infantes.
- Temperatos reddit adoleſcentes.
- Reverendum facit ſenem.
- Rempublicam adminiſtrat.
- Omnem civitatem gubernat.
- Populum ad bonam diſciplinam adaptat.
- Sopit clamores.
- Exæquat contentiones.
- Compeſcit convitia. *Conc. 2. de jejunio, circa med. pag. 148. tom. 1.*

S. BASILIUS MAGNUS.

65. Venerabilior eſt canities, jejunio ornata. *Ibidem.*

66. Mulieribus mundus convenientiſſimus eſt jejunium. *Ibidem, &c.*

67. Jejunium eſt in vigore ætatis conſiſtentium frænum, conjugii propugnaculum, virginitatis nutrix. *Ibidem.*

68. Verum, bonum & laudabile jejunium eſt abalienatio à malo, continentia linguæ, iræ inhibitio, cupiditatis ſeparatio, detractionis ſubmerſio, mendacii deſtructio, perjurii declinatio. *Ibidem, ante finem, pagina 150.*

69. Jejunium non eſt perfecta virtus, ſed multarum virtutum fundamentum. *In ſuis Proverb. verbo Jejunium, pag. 191. tom. 2.* V. BEDA.

70. Jejunat gula, jejunet oculus, jejunet auris, jejunet lingua, jejunet manus, jejunet etiam anima ipſa. *Profec.* S. BERNARD.

71. Jejunet oculus à curioſis aſpectibus, & omni petulantia, ut benè humiliatus coërceatur in pœnitentia, qui malè liber vagabatur in culpa.

72. Jejunet auris nequiter pruriens, à fabulis & rumoribus, & quæcunque otioſa ſunt, & ad ſalutem minimè pertinentia.

73. Jejunet lingua à detractione & murmuratione, ab inutilibus, vanis, atque ſcurrilibus verbis.

74. Jejunet manus ab otioſis ſignis, & ab operibus quæcunque non ſunt imperata.

75. Multo magis anima ipſa jejunet à vitiis & propria voluntate ſua. *Serm. 3. Quadr. in fine, fol. 26. col. 1. lit. A.*

76. Bonum & ſalubre eſt jejunium, quo redimuntur æterna ſupplicia: non ſolùm eſt abolitio peccatorum, ſed & extirpatio vitiorum: non ſolùm obtinet veniam, ſed & promeretur gratiam. *Ibidem, ſerm. 4. in princ. fol. 27. col. 1. B.*

77. Si in die jejunii invenîatur voluntas propria, non tale jejunium elegit ſponſus; nec ſapit illi jejunium quod non lilium obedientiæ, ſed vitium propriæ voluntatis ſapit. *Ser. 71. ſup. Cant. ante fin. fol. 192. col. 1. lit. B.*

78. Per jejunium fornicatio ſuperatur: per jejunium luxuria reſtringitur. *Serm. 24. ad ſororem, in princ. fol. 88. col. 1. C.*

79. Caro tunc Deum ſitit, quando per jejunium abſtinet & areſcit. *Ibidem, prope med. fol. 88. columna 2. lit. D.*

80. Jejunat luxurioſus ut ventrem repleat, avarus ut plus habeat, hypocrita ut hominibus appareat jejunans, medicus ut convaleat. *Sup. Pſ. 43. in medio, pag. 108. col. 2. B. tom. 1.* S. BONAVENT.

81. Jejunium perficitur
- Plenâ converſione.
- Purâ intentione.
- Devotâ continuatione.
- Verâ humiliatione.
- *Sermone 6. in die Cinerum in principio, pag. 63. col. 2. tom. 3.*

S. Bonavent.

82. Jejunium eſt
- Vita Angelorum.
- Culpæ mors.
- Excidium delictorum.
- Remedium ſalutis.
- Radix gratiæ.
- Fundamentum caſtitatis.
- *In Apolog. paupər. Reſp. 2. cap. 3. poſt med. pag. 401. col. 1. C. tom. 7. part. 4.*

83. Per jejunium
- Obtinetur perfecta cuſtodia ſanctitatis.
- Impetratur perfecta intelligentia veritatis.
- Acquiritur conſtantia virtutis. *Ibidem*

84. Jejunium eſt reconciliationis ſacrificium, & virtutis incrementum. *Ibidem.*

S. Cæsarius Arelat. 85. Jejunia humiliata corpora macerant, maculata corda purificant. *Hom. 1. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 745. col. 1. D. edit. Colon. 1618.*

86. Aliis diebus jejunare, aut remedium aut præmium eſt: in quadrageſima verò non jejunare, peccatum eſt. *Profec.*

87. Alio tempore qui jejunat, accipiet indulgentiam: in his quadrageſimæ diebus qui poteſt, & non jejunat, ſentiet pœnam. *Ibidem, Hom. 2. in principio pag. 446. col. 1. D.*

S. Cyprian. 88. Nulli religionis exercitio fraudulentiùs inanis gloria adulatur, quàm jejunio; nulli virtuti favor ita blanditur. *De jejunio & tent. Chriſti, cap. 1. ante med. pag. 461. col. 1. tom. 3.*

89. Jejuniũ.
- Vitiorum ſentina ſiccatur.
- Petulantia marcet.
- Concupiſcentiæ languent.
- Fugitivæ abeunt voluptates. *De jejun. & tent. Chriſti cap. 2. in princ. pag. 461. col. 2. tom. 3.*

90. Jejunium, ſi diſcretione regatur, omnem carnis rebellionem edomat, & tyrannidem gulæ ſpoliat & exarmat. *Ibidem.*

91. Jejunium extraordinarios motus in cippo claudit, & arctat, & appetitus vagos diſtringit & ligat. *Ibidem.*

92. Jejunium carnes azymas mundat & ſolidat, & putredines quæ ex adipe prodeunt, conſumit & ſiccat. *Ibidem.*

93. Jejunium Scripturarum deliciis paſcitur, contemplatione reficitur, gratiâ ſtabilitur, cæleſti pane nutritur. *Ibidem.*

S. Cyrillus Alex. 94. Hic eſt verè jejunii modus: ſcilicet ne flagitioſis voluptatibus alas mentem, nulli ſint apud te libidinum ſtimuli, ſceleratorum hominum ſocietatem ſac averſeris. *Hom. de Feſtis Paſchal. ante med. pag. 6.*

95. Jejunium eſt
- Simulachrum Angelicæ vitæ
- Temperantiæ fons.
- Continentiæ principium.
- Laſcjviæ ac libidinis abolitio. *Ibidem.*

96. Jejunio illa adjuncta utilitas eſt, ut voluptatis (cùm tempus inciderit) jucundior ſit oblectatio. *Ibid. poſt med. pag. 9.*

97. Jejunium velut omnis boni ac lætitiæ parentem amplectamur. *Ibidem.*

98. Purum verè ac ſanctum alacres amplectamur jejunium, totius alumnum modeſtiæ, ſanctitatis parentem, ſupernæ conciliatorem, atque adminiſtrum benevolentiæ *Ibid. Hom. 20. poſt med. pag. 229.*

99. Utiliſſimum eſt Jejunium: abſtergit enim ſordes, ac maculas eluit, tum nos exiguo labore ab æternis ſuppliciis vindicat. *Profec.*

100. Subigit voluptates, cupiditatum impetus ad turpitudinem & libidines tollit.

101. Veluti feram rabidam & furentem peccati legem inſitam membris emollit ac domat.

102. Denique bonorum omnium ſtudioſos reddit, mentemque supernè illuſtratam veræ Dei viſionis, amabili complet lumine. *Ibidem, Hom. 24. ante med. pag. 252.*

S. Cyrillus Hierosol. 103. Tot annorum circulos tranſegiſti, mundo fruſtrà operam navans, & quadraginta diebus non vacabis pro anima tua? *Catecheſ. 1. poſt med. apud Bibl. Patr. to. 4. pag. 398. col. 2. G. edit. Colon 1618.*

S. Eligius. 104. Jejunia ſunt gratiæ Dei primordia, reconciliationis ſacrificia, ſalutis remedia, caſtitatis fundamenta. *Hom. 3. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 7. pag. 236. col. 2. E. edit. Colon. 1618.*

105. Jejunia fortia tela ſunt adverſùs tentamenta dæmoniorum. *Ibidem. Hom. 11. in medio, pag. 247. col. 1. lit A.*

106. Illud jejunium Deus approbat, quod ad ejus oculos manus eleemoſinarum levat. *Ibidem.*

S. Ephræm. 107. Nihill ſit jejunium, ſi detractio adſit. *De morbo linguæ ante med. pag. 98. D. tom 1.*

108. Frænum Monachi eſt jejunium, quod qui rejicit, equus inſanus comperietur. *Ad Monachos paræneſ. 1 in medio, pag. 338 C. tom. 2.*

S. Eusebius Emissenus. 109. Quid prodeſt jejunare, & mores non corrigere? abſtinentia enim corporalis ſola non ſufficit, niſi & animæ quoque jejunium per abſtinentiam vitiorum fuerit ſociatum. *Hom. 4. a medio, Ad monachos, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 582. col. 1. B. edit. Colon. 1618.*

110. Nonne ipſe ſe fallit, nonne ipſe ſe irridet, & decipit, qui credit ſe ſolis jejuniis ſanctificandum? *Ibidem, &c.*

111. Ita corpus exerceamus jejuniis, ut mentem purgemus à vitiis. *Ibidem, &c.*

112. Jejunia humiliata corpora macerant, ſed maculata corda purificant: membris ſubtrahunt fortitudinem, ſed conſcientiis addunt nitorem. *Hom. 10. Ibidem, in princ pag. 586 col. 2. G. edit. Colon. 1618.*

S. Fulgent. 113. Jejuniis ſic eſt adhibenda temperies, ut corpus nec ſaturitas excitet, nec media immoderata debilitet. *Ep. 3. ad Probam, cap. 13. in princ.*

114. Talis tantaque jejunium refectio ſubſequatur, ut nec ſuavitate corpus alliciat, nec ſaturitate ſuccendat. *Ibidem.*

115. Jejunium nec debilitas præcipiat, nec ſaturitas extollat: utraque enim noſtris adverſariis militat, quia una utilitatem jejunii præcedentis adimit, altera facultati jejunii ſubſequentis obſiſtit. *Profec.*

116. Saturitas facit, ut inaniter jejunemus: debilitas facit, ut jejunare non poſſimus. *Ibidem in fine.*

Glossa ordin. 117. Quod gula peccavit, jejunium corrigat. *Sup. Levit. cap. 25. col. 1132. lit. E. tom. 1.*

S. Greg. Mag. 118. Non Deo, ſed ſibi quiſque jejunat, ſi ea quæ ad tempus ſubtrahit, non egenis tribuit, ſed ventri poſtmodùm offerenda cuſtodit. *Part. 3. Paſtor. cap. 1. Admonit. 20. ante fin. columna 1286. littera A. tom. 1.*

119. Illud jejunium Deus approbat, ut hoc quod tibi ſubtrahis, alteri largiaris: ut undè tua caro affligitur, indè egentis proximi caro reparetur. *Hom. 16. ſup. Evang. ante finem, col. 374. B. tom. 2.*

120. Benè jejunat, qui alimenta corporis (quæ ſunt communia dona Conditoris,) cum indigentibus percipit. *Ibidem.*

121. Benè jejunat, qui ea quæ ſibi ſubtrahit, non ventri poſtmodùm offerenda cuſtodit, ſed pauperibus tribuit. *Ibidem.*

122. Incaſſùm caro atteritur, ſi à pravis ſuis voluptatibus animus non refrænatur. *Ibidem, prope finem, col. 374. C.*

S. Greg. Naz. 123. Jejunium animæ eſt adjutorium. *Orat. 7. in funere Gorgoniæ ſororis ſuæ, in medio pag. 53.*

S. Hieron. 124. Delicatus magiſter eſt, qui pleno ventre de jejuniis diſputat. *Tom. 1. Ep. 2. ad Nepotian. circa med. pag. 14. C.*

S. Hieron. 125. Tantum tibi modum jejuniorum impone, quantom ferre potes. *Ibid. poſt med. pag.* 16. *C.*

126. Sint tibi pura, caſta, ſimplicia, moderata, & non ſuperſtitioſa jejunia. *Ibidem.*

127. Fortiſſimum jejunium eſt, aqua & panis: ſed quia gloriam non habet, & omnes pane & aquâ vivimus, quaſi publicum & commune jejunium non putatur. *Ibidem.*

128. Jejunia moderata ſint, ne nimia debilitent ſtomachum, & majorem refectionem poſcentia, erumpant in cruditatem, quæ parens libidinum eſt. *Ibid. Ep.* 4. *ad Ruſtic. ante med. pag.* 44. *C.*

129. Diſplicent mihi in teneris maximè ætatibus, longa & immoderata jejunia: experimento didici aſellum in via cùm laſſus fuerit, diverticula quærere. *Ibid. Ep.* 7. *ad Latam. poſt med. pag.* 57. *A.*

130. Hoc in perpetuo jejunio ſit præceptom, ot longo itineri vires perpetes ſuppetant, oe in prima manſione currentes, in mediis corruamus. *Ibidem.*

131. Monachus ſic in quadrageſima ſuos admittat equos, ut ſibi meminerit eſſe currendum. *Ibidem.*

132. Sic debes jejunare, ut non palpites, & reſpirare vix poſſis: Jejunium enim non perfecta virtus eſt, ſed cæterarum virtutum fundamentum eſt, & ſanctificatio atque pudicitia. *Ibid. Ep.* 8. *ad Demetriad. poſt med. pag.* 67. *B.*

133. Ardentes diaboli ſagittæ, jejuniorum & vigiliarum rigore reſtinguendæ ſunt. *Tom.* 1. *Ep.* 10. *ad Furiam. ante med. pag.* 81. *A.*

134. Nihil eſt grande, triſti & luridâ facie, vel ſimulare, vel oſtentare jejunia. *Tom.* 1. *Ep.* 13. *ad Paulin. circa init. pag.* 112. *C.*

135. Plenus venter, facilè de jejuniis diſputat. *Ibidem.*

136. Cave ne ſi jejunare cœperis, te putes eſſe jàm ſanctam: hæc enim virtus adjumentum eſt, non perfectio ſanctitatis. *Tom.* 1. *Ep.* 14. *ad Celantiam poſt med. pag.* 113. *A.*

137. Quam laudem apud Deum merebimur de pallore jejunii, ſi invidiâ lividi ſumus? *Ibidem.*

138. Sint tibi quotidiana jejunia, & refectio ſatietatem fugiens. *Profec.*

139. Nihil prodeſt biduo triduoque tranſmiſſo, vacuum portare ventrem, ſi pariter obruatur, & compenſetur ſaturitate jejunium! *Tom.* 1. *Ep.* 22. *ad Euſtoch. ante med. pag.* 139. *B.*

140. Quam pulchra res eſt, jejunium, qood placat Deum, & dæmones terret. *Tom.* 2. *lib.* 2. *adverſ. Jovian. ante med. pag.* 80. *D.*

141. Nos onam quadrageſimam ſecundùm traditionem Apoſtolorum toto anno, tempore nobis congruo, jejunamus. *Tom.* 2. *Ep.* 7. *ad Marcellam in medio, pagina* 128. *littera D.*

142. Sint moderata, & ſancta, & ſimplicia in omni mentis humilitate jejunia: quæ ita attenuent corpus, ne animum elevent, ne res humilitatis gignat ſuperbiam, & vitia de virtute naſcantur. *Tom.* 4. *Ep.* 1. *ad Demetriad. poſt med. pag.* 21. *B.*

143. Saccus & jejunium, arma ſunt pœnitentiæ, & auxilia peccatorum. *Sup. Jonam. cap.* 3. *ſup. illud, Et crediderunt viri Ninivitæ, pag.* 131. *A. tom.* 6.

Hug. a Sancto Vict. 144. Jejunant milites, ut aliena bona rapiant: Jejunant ſcholares, ut ſubtiliores fiant, & nolunt jejunare ut audiant illud: Ego reficiam vos. *Lib.* 1. *de Clauſtro animæ, cap.* 11. *circa med. pag.* 36. *C. tom.* 2.

145 Jejunium
- Corpus caſtigat.
- Vitia comprimit.
- Libidines arcet.
- Mentem erigit.
- Animam impinguat. *Lib.* 4. *de Propriet. rerum, cap.* 9. *in princ. pag.* 308. *lit. A. tom.* 2.

146. Utilis & omnimodis obſervanda eſt Canonica jejuniorum cuſtodia: ſed niſi hanc frugi fuerit ciborum refectio ſubſecuta, ad integritatis calcem non poterit pervenire. *Lib.* 5. *de Cœnob. Inſt. cap.* 9. *in princ. pag.* 117. Ioan. Cass.

147. Longorum jejuniorum inedia, ſaturitate corporis ſubſequente, laſſitudinem potiùs temporalem, quàm puritatem caſtitatis acquirit. *Ib. prope med. pag.* 117.

148. Quamvis diſtricta jejunia ſuccedente ſuperflua remiſſione vacuantur, in Gaſtrimargiæ tamen vitium collabuntur. *Ibid. poſt med. pag.* 117.

149. Melior eſt rationabilis cum moderatione quotidiana refectio, quàm per intervalla arduum longumque jejunium. *Ibid. in fine.*

150. Non ſolum iſtud jejunium viſibilium ciborum ad perfectionem cordis & corporis puritatem ſufficere nobis poſſe credamus, niſi fuerit animæ quoque jejunium copulatum. *Ibid. cap.* 21. *in princ. pag.* 126.

151. Si corporaliter jejunantes perniciosiſſimis animæ vitiis implicemur, nihil nobis proderit carnalis afflictio pretioſiore parte pollutis. *Ib. poſt med. pag.* 127.

152. Oportet exteriore homine jejunante interiorem quoque ſimiliter à cibis noxiis temperare. *Ibid. in fine, pag.* 127.

153. Melius eſt interdictis eſcis animæ temperaſſe, quàm voluntariis minuſque noxiis corporaliter jejunaſſe. *Ibid. cap.* 22. *circa init. pag.* 127.

154. Jejunium licèt utile ſit, ac jugiter neceſſariom, tamen voluntarii muneris eſt oblatio. *Ibidem, cap.* 24. *circa med pag.* 419.

155. Perfectionis puritatem magnam non poterit obtinere, quiſquis eam de ſola continentia, id eſt, jejunio corporali, ſperaverit acquirendam, niſi noverit ob id ſe hanc exercere debere, ut humiliatâ carne jejuniis, faciliùs adversùs alia vitia poſſit inire certamen, non inſoleſcente carne ſaturitatis ingluvie. *Collat.* 5. *Abbat. Serapionis, cap.* 26. *in fine, pag.* 409.

156. Mater omnium bonorum & prudentiæ, aliarumque virtutum omnium magiſtra, eſt jejunium. *Hom.* 1. *ſup. Gen. poſt init. col.* 2. *C. tom.* 1. S. Joannes Chrysost.

157. Jejuniom animæ eſt alimentum: ſicut corporalis cibus impinguat corpus, ita & jejunium efficit valentiorem. *Ibid. poſt med. col.* 4. *D. tom.*

158. Jejunium eſt animarum tranquillitas, ſenum decor, adoleſcentum Pædagogus, continentium magiſter, & omnem ætatem & ſexum, quaſi diademate quodam, exornat. *Ibid. Hom.* 2. *poſt init. columna* 6. *littera D.*

159. Jejunium corpus comprimit, laſcivias inordinatas refrænat, animam autem clariorem efficit, & ſublimem & levem facit. *Hom.* 10. *ſup. Gen. poſt init. col.* 61. *lit. A. tom.* 1.

160. Jejunium benè ſenſatæ animæ feſtum eſt. *Hom. de Job & Abraham, ante fin. col.* 701. *C. tom.* 1.

161. Cibus de paradiſo ejecit, jejunium te reducit. *Ibidem.*

162. Mœſtum quid jejonium eſt, non natura ſui, ſed comparatione illorum, qui adhuc infirmiores ſunt. *Hom.* 31. *ſup. Matth. oper. perf. circa med. col.* 282. *D. tom.* 2.

163. Jejunare quidem non potes, ſed noo vivere in deliciis potes: quod ſanè parvum non eſt, nec magno intervallo à jejunio diſtat. *Ibidem. Hom.* 58. *poſt med. col.* 488. *D.*

164. Jejunium non eſt tantùm irritatio paſſionis, ſed & repugnatio. *Hom.* 5. *ſup. Matth. oper. imperf. ante med. col.* 776. *B. tom.* 2.

165. Si jejunaveris, ut non intres in tentationem, etſi tibi non proficit jejunium tuum, ut non tenteris, tamen ad illud ſine dubio tibi proficiet ut tentationibus non vincaris. *Ibidem.*

166. Corporale jejunium eſt abſtinere à cibis, ſpirituale jejunium eſt abſtinere à peccatis. *Ibid. Hom.* 15. *ante med. col.* 844. *B.*

S. IOANN. CHRYSOSTOM. 167. Qui miſericors eſt, magis jejunat corde quàm corpore, magis abſtinet ſe à peccato quàm à cibo: & ideò non hominibus, ſed Deu jejunat. *Ibidem.*

168. Medicina eſt jejunium,; ſed medicina licèt millies utilis ſit, per utentis imperitiam inutilis ſæpè fit. *Hom. 3. ad Pop. Antioch. ante med. col. 42. A. tom. 5.*

169. Jejunii nimietas morbos inducit. *Ibid. Hom. 59. poſt. med. col. 393. D.*

170. Jejunans levis eſt & alatus, & cum ſolertia orat, & improbas extinguit concupiſceutias, Deum placat & inſurgentem animum humiliat. *Ibidem. Hom. 71. prope med. col. 448. D.*

171. Dolet in jejuniis caro, ſed epulatur anima. *Serm. 1. de Iejunio, ab initio, col. 910. D. tom. 5.*

172. Deliciæ ſunt, jejunium. *Ib. ante fin. col. 916. D.*

173. Ille jejunat, qui non peccat; qui autem peccat & jejunat, non ad gloriam Dei jejunat, ſed ſubſtantiæ ſuæ parcit. *Hom. 15. ſup. Matth. oper. imperf. poſt init. col. 842. B. tom. 2.*

S. IOAN. CLIM. 174. Jejunium eſt
- Naturæ violentia.
- Circumciſio ſuavitatis faucium.
- Incentivorum omnium abſciſſio.
- Malarum cogitationum amputatio.
- Inſomniorum liberatio.
- Orationis munditia.
- Inſigne lumen animæ.
- Mentis cuſtodia.
- Obcæcationis ſolutio.
- Compunctionis janua.
- Suſpirium humile.
- Læta contritio.
- Loquacitatis abdicatio.
- Quietis occaſio.
- Obedientiæ cuſtos.
- Somni leviatio.
- Sanitas corporis.
- Tranquillitatis author.
- Peccatorum remiſſio.
- Paradiſi porta. *Grad. 14. poſt med. apud Bibl. Patr. to. 6. part. 2. pag 266. col. 2. G.*

IOAN. SARISB. 175. Quale illud jejunium, aut qualis refectio poſt jejunium, cum pridianis epulis diſtendimur, & guttur noſtrum mediatorium efficitur latrinarum? *Lib. 8. de nugis Curial. cap. 6. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 15. pag. 464. col. 2. G. edit. Colon. 1622.*

IOAN. TRITH. 176. Amare jejunium, libertatis eſt; Jejunare & non diligere, ſervitutis. *In cap. 4. Regul. S. Bened. verbo Quare, in princ. pag. 269. col. 1.*

177. Perfectum jejunium non eſt, quando à cibis, & non à vitiis abſtinemus. *Ibid. ante med. pag 269. col. 2.*

S. ISID. HISP. 178. Jejunia fortia tela ſunt adverſùs tentamenta dæmoniorum; citò enim per jejunium devincuntur. *Lib. 2. de ſum. bono. cap. 44. ſent. 3. pag. 659. col. 1.*

179. Spernitur jejunium, quod in veſperum delicioſâ repletione ciborum reficitur. *Ibidem, ſent. 10. pag. 659. col. 2.*

180. Ante diem Pentecoſtes indicendum jejunium eſt, ut per cordis humilitatem, & abſtinentiam carnis mereamur cælis promiſſum Spiritum ſanctum accipere. *Lib. 1. de Offic. Eccleſ. cap. 37. in fine pag. 593. col. 2.*

PATRUS BLES. 181. Quis jejunium non prædicet? Jejunium res ſancta eſt, opus cœleſte, janua regni, forma futuri. *Prof.*

182. Quod qui ſanctè agit, Deo jungitur, alienatur mundo, ſpiritualis efficitur.

183. Per hoc enim proſternuntur vitia, humiliatur caro, temperamenta vincuntur. *Ibid. cap. 42. in calce pag. 594. col. 2.* S. ISIDORUS HISPALENS.

184. Jejuniis inſervias, non potes enim tentationes vincere, niſi de jejuniis erudiaris. *Lib. 2. de Synonim. cap. 4. in princip. pag. 314. col. 1.*

185. Jejunio libido frangitur, jejunio luxuria ſuperatur. *Ibidem, &c.*

186. Anima dùm cibo & potu malè tractatur, fit melior. *Ep. ad Dignetum, apud Bibl. Patr. tom. 2. edit. Colon. 1618.* S. JUSTIN. MART.

187. Jejunium eſt S. LAURENT. IUSTIN.
- Sanitas corporis.
- Valetudo membrorum.
- Mors culpæ.
- Excidium delictorum.
- Remedium ſalutis.
- Radix gratiæ.
- Fundamentum caſtitatis.
- Vitæ diuturnitas. *De ligno vitæ Tract. 11. cap. 2. circa med. pag. 60. col. 2. C. part. 1.*

188. Quid poteſt eſſe efficacius jejunio; cujus obſervantiâ appropinquamus Deo; & reſiſtentes diabolo, vitia blanda ſuperamus? *Serm. 2. de Iejun. decimo menſis in princ.* S. LEO P.

189. Semper virtuti cibus, jejunium fuit. *Ib. poſt init.*

190. Jejunia contra concupiſcentias vincunt, tentationes repellunt, ſuperbiam inclinant, iram mitigant, & omnes bonæ voluntatis effectus, ad maturitatem totius virtutis enutriunt. *Ib. ſerm. 4. poſt med.*

191. Ficta & ſimulata jejunia non ad purificationem, ſed ad perditionem proficiunt animarum. *Serm. 4. de Nativit. ante fin.*

192. Non Deo jejunat, ſed hominibus, quicunque oſtentatione jejunii ſui gloriam requirit humanam. *Hom in die ciner. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 12. col. 2. H. edit. Col. 1618.* S. MARTINUS EP. TAURIN.

193. Jejunium Chriſtiani, egentis debet eſſe refectio. *Hom. 3. Quadrag. ſub. fin. pag. 15. col. 1. D. apud Bibl. Patr. &c.*

194. Benè jejunat quicunque eſuriem ſuam refecti pauperis ſatietate ſuſtentat. *Ibid. Hom. 4. ſub finem, pag. 16. col. 1. A.*

195. Gratiſſimum Deo defert jejunium, qui mentem ſuam à pravis cogitationibus, oculos à concupiſcentia, linguam manuſque à liæ cuſtodit. *Ibidem.*

196. Bonus jejunii eſt panis, quandoquidem à voluptatis pane immunis exiſtit. *Parœneſ. 175. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2.* S. NILUS AB. MART.

197. Jejuni mens, ut ſtella ſereno cælo fulget: ſaturi verò tenebris oppreſſa, jacet obſcura. *Ibid. orat. 1. de Gula, ante med.*

198. Vis tibi oſtendam quale te oporteat jejunare jejunium? Jejuna ab omni peccato, nullum cibum ſumas malitiæ, nullas capias epulas voluptatis, nullo vino luxuriæ concaleſcas. *Hom. 10. in cap. 16. Levitici, poſt med. tom. 1.* ORIGEN.

199. Veſtimentum animæ, jejunium eſt. *Ep. 10. ad Severum, circa init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. edit Colon. 1618.* S. PAULINUS

200. Quadruplex eſt jejunium.

Jejunat ægrotus.	Ægrotus jejunat, ut valeat.	Jejunium ægroti, facit medicina.	Jejunium ægroti videt & approbat medicus.	Jejunium ægroti, eſt ſanitas.
Jejunat faſtiditus.	Faſtidiuus, ut appetat.	Jejunium faſtiditi, guloſitas	Jejunium faſtiditi, Epicurus.	Jejunium faſtiditi, guloſitas.
Jejunat avarus.	Avarus, ut parcat.	Jejunium avari, parcitas.	Jejunium avari, hæres inſtitutus.	Jejunium avari, parcitas.
Jejunat hypocrita.	Hypocrita, ut appareat.	Jejunium hypocritæ, vana gloria.	Jejunium hypocritæ, populus.	Jejunium hypocritæ, ſimulata religio. *Ser. 50.*

in die cinerum, ante med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 851. col. 2. H. edit. Colon. 1618.

201. Jejunare

PETR. BLES. 201. Jejunare & jejunio non affligi, non habet vim, aut meritum jejunandi. *Super Iob, capite 1. poſt medium, pagina 922. columna 1. littera C. apud Bibl. Patr. &c.*

S. PETRUS CHRYSOLOG. 202. Vacuandus eſt venter moderatione jejunii, ut exoneratus animus poſſit ad alta pertendere, conſcendere ad virtutes, poſſit ad ipſum pietatis authorem totus aliger pervolare. *Sermone 2. in principio, apud Bibliothecam Patrum, tomo 5. part. 2. pagina 602. col. 2. H. edit. Colon* 1618.

203. Sit de ſimplicitate jejunium, de innocentia ſit ſanctum, de puritate purum, de ſinceritate ſincerum ſit hominibus occultum, ignotum diabolo, Deo notum. *Ibidem, ſermone 7. circa medium, pagina 666. col. 2. G.*

204 Eſurit jejunium, jejunium ſitit, quod non pietatis cibo paſcitur, quod potu miſericordiæ non rigatur. *Ibidem, ſermone 8. circa init. pagina 667. columna 2. lit. D.*

205. Eſt jejunium.
- Vitiorum mors.
- Vita virtutum.
- Pax corpori.
- Membrorum decus.
- Ornamentum vitæ.
- Robur mentium.
- Vigor animarum.
- Caſtitatis murus.
- Pudicitiæ propugnaculum.
- Civitas ſanctitatis.
- Schola meritorum.
- Magiſterii magiſterium.
- Diſciplinarum diſciplina.
- Eccleſiaſticæ vitæ viaticum ſalutare.
- Invictus Chriſtianæ militiæ principatus. *Ibidem, ſermone 8. circa medium pag. 667. col. 2. E.*

206. Qui non jejunat pauperi, Deo fingit. *Ibidem, &c.*

207. Qui jejunans prandium ſuum non erogat, ſed deponit, cupiditati probatur jejunare, non Chriſto, *Ibidem.*

208. Jejunium ſcimus eſſe
- Dei arcem.
- Chriſti caſtra.
- Murum ſpiritus.
- Vexillum fidei.
- Caſtitatis ſignum.
- Sanctitatis trophæum. *Ibidem, ſerm. 12. poſt med. pag. 670. col. 2. E.*

209. Jejunium eſt Singulare ſanctitatis aratrum.
- Colit corda.
- Eradicat crimina.
- Evellit delicta.
- Vitia ſubruit.
- Charitatem ſerit.
- Copiam nutrit.
- Parat innocentiæ meſſem. *Ibid. ſerm. 31. circa med. pag. 685. col. 2. littera E.*

S. PETRUS DAMIANUS. 210. Ama jejunium, ut dum inediâ corpus atteritur, anima cæleſtis gratiæ pinguedine ſaginetur. *Lib. 2. Ep. 11. ad Deſiderium, ſub fin pagina 25. columna 1. littera A.*

211. Ille benè jejunat, qui in die refectionis communibus contentus eſt alimentis *Opuſc. 13. cap. 21. circa med. pagina 552. col. 2. E. tom 3.*

S. PIUS PAPA. 212. Nihil prodeſt homini jejonare, & alia religionis opera facere, niſi mens ab iniquitate revocetur. *Et habet. in decretis Gratiani, part. 2. de pœnit. Diſt. 3. Can. Nihil, fol 398. col 1.*

S. PROSPER. 213. Sic jejunare debemus, ut non nos jejunandi neceſſitati ſubdamus: ne jàm devoti, ſed inviti rem voluntariam faciamus. *Lib. 2. de vita contemplat, cap. 24. in princ.*

S. THOMAS AQUINAS. 214. Per jejunium ſic vitia carnis ſunt refrænanda, quod tamen naturæ neceſſitas non ſubtrahatur. *De jejun. Chriſti in medio, tom. 1.*

IN VIT. PATR. 215. Eſca charitatis jejunium non frangit. *Lib. 3. Num. 46. in fine, pag. 508. col. 2.*

216. Jejoninm frænum eſt peccati: qui autem abjicit jejunium, velut equus fervens deſiderio concupiſcentiæ rapitur. *Lib. 3. libell. 4. de comment. num. 46. pag. 571. col. 1.*

217. Siccatum jejunio corpus, animam de profundo elevat, & ſiccat fiſtulas delectationum. *Ibidem, num. 47. &c.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SIXT. PHILOS. 218. Pro reficiendo paupere, etiam jejunare bonum eſt. *Sent. 259. pag. 66. col. 1. D. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colon. 1618.*

Vide etiam Tit. Abſtinentia per totum, Aſcendere. ſent. 80. Cibus. ſent. 4. 5. Corpus ſent. 52. Diſpenſatio. ſent. 40. Fames. ſent 40. 43. Luxuria. ſent. 32. Monachus. ſent. 102. Nimietas. ſent. 19. Obedientia. ſent. 147. Sacrilegium. ſent. 11. Solitudo ſent. 11. Timor pœna. ſent. 45. Virtutum connexio in ſpecie. verbo Jejunium.

Jeſus.

ETYMOLOGIA.

S. ANSELMUS. QUid eſt Jeſus, niſi Salvator? ergo Jeſu propter temetipſum, eſto mihi Jeſus. *De miſeria hominis prope finem.*

S. CYRILLUS HIEROSOL. Jeſus apud Hebræos ſignificat Salvatotem, in lingua verò græca medicum ſonat, quandoquidem & corporum medicus eſt, & animarum curator atque Salvator. *Catecheſi 10. poſt medium, apud Bibliothec. Patrum, tom 4. pagina 418. columna. 2. G. edit. Colon.* 1618.

DIONYSIUS CARTHUS. Filius Virginis Mariæ Jeſus, dictus eſt verè nomine & re per myſterium Jeſus à ſalvando, Chriſtus ab unctionis dono. *De perfect. charit. art. 49. in fine, fol. 230. pag. 1.*

S. ISID. HISP. Jeſus hebraicè, græcè σωτὴρ, latinè autem ſalutaris, ſive Salvator, interpretatur, pro eo quòd cunctis gentibus ſalutifer venit. *Lib. 7. Etymolog. cap. 2. ſtatim ab initio, pag. 86. col. 2.*

THEOPHYLACTUS. Nomen Jeſu non eſt græcum, ſed hebraïcum, & interpretator Salvator: Jeſua enim ſalus apud Hebræos dicitur. *Sup. Matth. capite 1. in principio pagina 2. littera B.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Bonum & jucundum eſt habitare cum Jeſu, quia ſi ceciderit, qui cum Domino eſt Jeſu, erigit eum Jeſus. *Lib. 4. Ep. 17. ad Clericos circa init. col. 539. D tom. 3.*

2. Dominus Jeſus Chriſtianorum eſt requies. *Lib. 6. Ep. 39. ad Herontianum, poſt med. columna 596. C. tomo 3.*

3. Perfidis dormit Jeſus, fidelibus vigilat. *Super Pſalmum 43. ante medium, columna 1375. littera D. tom 4.*

S. ANSELMUS. 4. Ieſu, Ieſu, propter hoc nomen tuum, fac mihi ſecundùm nomen tuum. *De Miſeria hominis, prope finem.*

5. Ieſu, Ieſu nomen dilectum, nomen delectabi-

S. Anselmus. le, nomen confortans peccatorem, & nomen beatæ ſpei. *Ibidem.*

6. Jeſu, Jeſu miſerere, dùm tempus eſt miſerendi, ne damnes in tempore judicandi. *Ibidem.*

7. Nihil ſine Jeſu dulceſcit, nihil complacet, nihil pretioſum, nihil præter illum arridet ſpecioſum: vileſcunt omnia, ſordeſcunt univerſa. *In Meditationibus lit. P. prope medium.*

8. Tædeat me gaudere ſine te; & delectet me triſtari pro te. *Ibidem, lit. P. in medio.*

9. Nomen Jeſu refocillatio eſt, & memoria ejus conſolatio. *Ibidem, lit. P. circa medium.*

S. Augustin. 10. Quid ſuavius Jeſu Chriſto? Salvator noſter totus eſt unctus, totus eſt pius, totus eſt dulcis atque ſuavis. *De Spiritu & anima, cap. 55. in princ. pag.* 635. *B. tom.* 3.

11. Dulciſſime Jeſu, benigniſſime, amantiſſime, chariſſime, potentiſſime, deſideratiſſime, pretioſiſſime, amabiliſſime, pulcherrime: tu melle dulcior, lacte & nive candidior, nectare ſuavior, gemmis & auro pretioſior, cunctiſque terrarum divitiis & honoribus charior. *In Medit. cap.* 35. *in princ. pagina* 495. *littera A. tom.* 9.

12. Certè melius eſt mihi non eſſe, quàm ſine Jeſu eſſe: melius eſt non vivere, quàm vivere ſine vita. *Ibid. cap.* 39. *circa med. pag.* 501. *B.*

13. O bone Jeſu! ſi ego commiſi unde me damnare potes, tu non amiſiſti unde ſalvare ſoles. *Ibid. poſt med. pag.* 602. *C.*

14. O bone Jeſu! accipe me tu, & trahe me ad te, ot tuus ſim imitatione & dilectione, ſicut tuus ſum conditione & creatione. *Ibidem, in fine, pagina* 502. *C.*

15. Vocabulum Jeſu glorioſum omni, ornatu, cultuque digniſſimum, nomen quod eſt ſuper omne nomen, non decuit ab hominibus appellati, neque ab eis efferri in mundum, ſed ab excellentiori quadam melio-
S. Bernardinus Senens. rique natura. *De Aſſump. B. M. cap.* 3. *in fine pag.* 619. *lit. B. tom.* 9.

16. O bone Jeſu! fac ut te amem ardenter. *Proſecutio.*

17. Dulcis amor Jeſu, fac me ſentire quàm immenſo amore nos amaſti & amas.

18. Amoroſiſſime Jeſu, vellem te amare, ſed ſine te non poſſum.

19. Amor meus Jeſu, fac me mori amore tui.

20. Amot meus Jeſu, da mihi ad te amorem ferventem, humile obſequium & tegratiamen.

21. O mi Jeſu pro me crucifixe! eviſceta te in me, & clavis tui amoris te in me totum confige. *In ſuis Aſpirationibus pagina* 596, *columna* 2. *littera E, tomo* 3.

22. Nomen Jeſu, nomen eſt glorioſum, omni cultu digniſſimum. *Proſec.*

23. Tam ſingularis reverentiæ eſt nomen Jeſu, quod ab ejus venerabili laude nullus excipitur ſtatus, nullus excluditur locus, nullum præſcribitur tempus, nullum removendum eſt opus. *Sermone de Circumciſione, articulo* 3. *capite* 4. *in principio pagina* 15. *columna* 1. *C tom.* 4.

S. Bernard. 24. Bona & deſiderabilis umbra ſub alis Jeſu, ubi tutum eſt fugientibus refugium, & gratum feſſis refrigerium. *Hom.* 2. *ſup. Miſſus, ante medium fol.* 6. *col.* 1. *lit. B.*

25. Vir erat Jeſus, necdum etiam natus, ſed ſapientia non ætate, animi vigore non viribus corporis, maturitate ſenſuum non corpulentia membrorum. *Ibidem ante med. fol.* 6. *col.* 2. *lit. E.*

26. Nulli deeſt Chriſtus, nulli deeſt Jeſus, nulli deeſt unctio, nulli deeſt ſalus. *Sermone de ſancto Martino, circa medium fol.* 70. *columna* 4. *L.*

27. Jeſus dicitur ter fleviſſe: in ipſo orto genus humanum, proceſſu temporis Lazarum, ad ultimum in Jeruſalem, futurum caſum. *In ſuis ſentent. verbo Jeſus, fol.* 231. *columna* 4. *littera K.*

28. Jeſus interpretatur Salvator: quid tàm neceſſarium perditis, quid tàm optabile miſeris, quid tàm utile deſperatis? *Serm.* 6. *vigil. Nat. in princ. fol.* 13. *col.* 4, *lit. M.* S. Bernard.

29. Cùm nomino Jeſum, hominem mihi mitem propono & humilem corde, benignum, ſobrium, caſtum, miſericordem, & omni denique honeſtate ac ſanctitate conſpicuum. *Serm.* 15. *ſup. Cant. poſt med. fol.* 144. *col.* 4. *lit. M.*

30. Quàm charum nomen Jeſu, quàm vile! vile, ſed ſalubre. Si vile non eſſet, non mihi effunderetur; ſi ſalubre non eſſet, non me lucraretur. *Ibidem, ante med. fol.* 144. *col.* 3. *lit.* I.

31. Nomen Jeſu lucet prædicatum, paſcit cogitatum, invocatum lenit & ungit. *Ibidem, poſt med. fol.* 144. *col.* 4. *lit. K.*

32. Non tantùm lux eſt nomen Jeſu, ſed eſt & cibus an non toties confortaris, quoties recordaris? *Ibidem.*

33. Nomen Jeſu exercitatos reparat ſenſus, virtutes roborat, vegetat mores bonos atque honeſtos, caſtas fovet affectiones. *Ibidem, &c. lit. L.*

34. Labitur quis in crimen, currit inſuper ad laqueum mortis deſperando? nonne ſi invocet nomen vitæ, confeſtim reſpirabit ad vitam? *Ibidem.*

35. Nihil ita iræ impetum cohibet, ſuperbiæ tumorem ſedat, ſanat livoris vulnus, reſtringit luxuriæ fluxum, extinguit libidinis flammam, ſitim temperat avaritiæ, ac totius indecoris fugat pruriginem, quàm nomen Jeſu. *Ibidem, &c. lit. M.*

36. Habes in nomine Jeſu undè actus tuos vel pravos corrigas, vel minùs perfectos adimpleas, & undè tuos ſenſus aut ſerves ne corrumpantur, aut ſi corrumpuntur ſanes. *Ibidem, ante finem, fol.* 144. *col.* 4. *M.*

37. Dignus planè eſt morte, qui tibi Domine Jeſu recuſat vivere: & qui tibi non ſapit, deſipit: & qui curat eſſe niſi pro te, pro nihilo eſt, & nihil eſt; & qui eſſe vult ſibi & non tibi, nihil eſſe incipit. *Ibidem, ſermone* 20. *in principio paginam* 148. *columna* 1. *littera C.*

38. Jeſus ſpeculum eſt patiendi, & præmium patientis; utrumque fortiter provocat, ac vehementer accendit. *Ibidem, ſermone* 47. *poſt medium, fol.* 172. *col.* 3. *lit. G.*

39. Spiritus Jeſu, Spiritus bonus, Spiritus ſanctus, Spiritus rectus, Spiritus dulcis, Spiritus principalis. *Proſec.*

40. Quidquid in hoc ſeculo nequam, videtur difficile & anguſtum, Spiritus ille leve facit: & illatum opprobrium, gaudium judicat; & deſpectionem, exultationem eſſe perſuadet. *Sermone* 3. *Aſcenſionis Domini in fine fol.* 41. *col.* 3. *lit. G.*

41. Nomen Jeſu { Lucet, paſcit, & ungit: { Fovet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem, lux, cibus, medicina. *Serm.* 15. *ſup. Cant. a med. fol.* 144. *columna* 4. *littera K.*

42. Si ſcribas, non ſapit, niſi legero ibi Jeſum. *Proſecutio.*

43. Si diſputes, aut conferas, non ſapit mihi, niſi ſonuerit ibi Jeſus.

44. Jeſus { Mel in ore, in aure melos, in corde jubilus. *Ibidem, poſt medium fol.* 144. *columna* 4. *littera L.*

45. Triſtatur aliquis? veniat in cor ejus Jeſus, & indè ſaliat in os, & ecce ad exortum nominis lumen nubilum omne diffugit, redit ſerenum. *Ibidem.*

S. Bernard. 46. Tibi electuarium habes, ô anima, reconditum in vaſculo vocabuli hujus, quod eſt Jeſus, ſalutiferum certè, quodque nulli unquam peſti inveniatur inefficax. *Ibid. &c. lit. M.*

47. Semper tibi in ſinu ſit, ſemper in manu, quo tui omnes in Ieſum & ſenſus dirigantur & actus. *Ibid. &c. lit. M.*

48. Peccatum mors animæ eſt, Ieſus vita, *Ibidem, in fine fol.* 145. *col.* 1. *A.*

49. Quidquid dulciſſimi Domini mei nomen decolorat, cor meum excoriat. *Ep.* 179. *ad Innocent. Pap. in fine fol.* 246. *col.* 2. *D.*

50. Sequi Jeſum, ſalubre conſilium: tenere & amplecti, ſolemne gaudium: manducare vita beata. *Ep.* 190. *ad eundem in fine fol.* 250. *columna* 3. *littera G.*

51. Jeſus tibi ſit cibus & potus, dulcedo & conſolatio tua, mel tuum & deſiderium tuum, lectio tua & meditatio tua, oratio & contemplatio tua, vita, mors & Reſurrectio tua. *In formula honeſta vitæ, poſt init. fol.* 339. *col.* 4. *lit. L.*

52. Ipſe Jeſus, qui dulcis eſt in voce, dulcis in facie, dulcis in nomine, dulcis in opere; dulcior apparebit in Deitatis viſione. *Serm.* 1. *in Cœna Dom. ante med. fol.* 347. *col.* 1. *C.*

53. O dulcis ardor Jeſu, dulcis ſplendor, dulcis amor! ardor confortans, ſplendor illuminans, amor inebrians. *Proſeo.*

54. Quàm dulciter ardes, quàm mirabiliter ſplendes, quàm ſufficienter totum cor hominis amore imples. *Hom. de duobus Diſcipulis euntibus in Emaus, ante fin. fol.* 49. *col.* 1. *A.*

55. Cùm Jeſus in ſumma crucis eſſet amaritudine, nihil exivit de ejus corde niſi dulcedo. *Lib. de Paſſione Dominica capite* 12. *circa init. fol.* 63. *columna* 2. *littera E.*

56. Si ægrotus es, tibi Jeſus medicus eſt: ſi exulas, dux eſt, ſi deſolatus es, Rex eſt: ſi impugnaris, pugil eſt: ſi ſitis, potus eſt: ſi alges, veſtimentum eſt: ſi triſtaris, gaudium eſt: ſi obtenebraris, lux eſt: ſi orphanus es, Pater eſt. *Proſac.*

57. Jeſus ſponſus eſt, amicus eſt, frater eſt, ſummus, optimus, miſericordiſſimus, fortiſſimus, pulcherrimus, ſapientiſſimus eſt. *Ibid. cap.* 22. *in fine fol.* 66. *col.* 3. *lit. H.*

58. Nomen Jeſu, quod eſt ſuper omne nomen, nulli potiùs eſt nominandum, nulli dulciùs ſapiendum, quàm virginibus & ſponſis ejus. *Ibid. cap.* 31. *ſtatim a medio fol.* 70. *col.* 4. *lit. K.*

59. Illa vitis vera, dulcis Jeſus
- Apparuit in Nativitate.
- Præciſa fuit in Circumciſione.
- Circumfoſſa in inſidiis.
- Perfoſſa clavis.
- Ligata vinculis.
- Fronduit in virtutibus.
- Fructificavit in Paſſione.

Libro de Paſſione Domini, capite 46. *in principio fol.* 76. *columna* 1. *littera A.*

60. Tam dulcis eſt Jeſus guſtantibus eum, tàm ſpecioſus ad videndum, tàm ſuavis ad amplectendum, ut brevis ejus abſentia maximi doloris materia ſit. *Homilia infra octavam Epiphania in ſecundo volumine longè ante medium, fol.* 105. *columna* 1. *littera A.*

61. Jeſus dulcedo non fallax, dulcedo felix, dulcedo delectabilis, dulcedo glorioſa, decus Angelorum, ſplendor & gloria eſt Sanctorum. *Sermone* 3. *de Cœna Domini ante finem, fol.* 119. *columna* 3. *littera G.*

62. Jeſus odor eſt bonus, odor ſuaviſſimus, melle & lacte dulcior, nectare ſuavior, gemmis & auro pretioſior. *Ibidem, ſerm.* 4. *non longè ab initio, fol.* 109. *col.* 4. *lit. K.* S. Bernard.

63. O bone Jeſu! eſto mihi Jeſus. *Ibidem, in fine fol.* 110. *col.* 2. *D.*

64. O Jeſu, Jeſu! utinam merear te videre mihi Jeſum: nihil aliud volo, nihil aliud quæro, nihil aliud deſidero, nihil aliud cupio, niſi te videre Jeſum. *Ibidem, ſermone* 6. *prope finem fol.* 111. *columna* 3. *littera G.*

65. Jeſus totus eſt deſiderabilis, totus amabilis, theſaurus incomparabilis, margarita inæſtimabilis, vita viventium, ſpes morientium, æterna fidelium felicitas. *Ibidem, ſermone* 15. *in circa medium, fol.* 119. *col.* 1. *littera A.*

66. O bone Jeſu! ſi tàm dulce eſt flere de te, quàm dulce eſt gaudere de te. *Super Lamentationes Hieremiæ, cap.* 2. *poſt medium pagina* 428. *columna* 2. *B. tom.* 1. S. Bonavent.

67. Jeſus dignus eſt laudis præconio: nam per ipſum tria nobis donantur, remiſſio peccatorum omnium, infuſio chariſmatum divinorum, conſummatio mentalium deſideriorum. *Sermone* 4. *Dom.* 12. *poſt Pentecoſt. circa medium pagina* 180. *columna* 2. *tomo* 3.

68. Omnis dulcedo gratiæ eſt per Jeſum. *Ibidem poſt medium, &c.*

69. In nullo alio poſſunt quietari & quieſcere humilia deſideria, niſi in Chriſto Jeſu. *Ibidem.*

70. O quanta aviditate appetendus eſt Jeſus! unica enim ſalus eſt humana, totum bonum Chriſtianorum, & plenum gaudium bonorum. *Proſac.*

71. In quo corporaliter habitat plenitudo Deificæ voluptatis, in quo anima abſorpta proficit, omniaque ejus deſideria conſummantur. *Ibidem.*

72. Nomen Jeſu, nomen ſacratiſſimum, à Prophetis prophetatum; hoc eſt nomen virtuoſum, gratioſum, gaudioſum, delicioſum & glorioſum. *Proſec.*

73. Nomen Jeſu, nomen virtuoſum: quia ſuperat hoſtes, congregat cives, reparat hoſtes, congregat cives, reparat vires, revocat mentes.

74. Nomen Jeſu, nomen gratioſum: quia in ipſo eſt fidei fundamentum, ſpei firmamentum, charitatis unguentum, juſtitiæ complementum.

75. Nomen Jeſu, nomen gaudioſum; quia jubilus in corde melos in aure, mel in ore, ſplendor in mente.

76. Nomen Jeſu, nomen delicioſum: quia paſcit cogitatum, lenit prolatum, ungit invocatum, reficit ſcriptum, inſtruit factum.

77. Nomen Jeſu, nomen glorioſum: quia dedit cæcis viſum, ſurdis auditum, ſermonem mutis, vitam mortuis, & greſſum claudis. *De quinque Feſtivit. Pueri Jeſu, ſolemnit.* 3. *in princip. pagina* 414. *columna* 1. *littera A. tom.* 6.

78. O anima ſive ſcribas, ſive legas, ſive doceas, ſive aliud quodcunque opus facias, nihil tibi ſapiat, nihil tibi placeat niſi Jeſus. *Ibid. ante med. pag.* 414. *col.* 1. *lit. B.*

79 Quæritur Jeſus meditationibus, requiritur affectionibus, interrogatur devotis cogitationibus. *Ibidem, ſolemnit.* 4. *in principio, pagina* 414. *columna* 2. *B. tomo* 6.

80. Tædet, ô Jeſu, gaudere ſine te, delectat gaudere tecum & flere tecum: ô ſi tàm dulce eſt flere de te, quàm dulce erit gaudere de te! *Ibidem, poſt init. pag.* 414. *col.* 2. *lit. D.*

81. O felix Maria, in qua Jeſus concipitur, de qua Jeſus naſcitur, & cum qua tàm dulciter & gaudenter Jeſus invenitur. *Ibidem, ante med. med. pag.* 415. *col.* 1. *A. tom.* 6.

S. BONAVENT.

82. Jeſus eſt
- Fons univerſæ dulcedinis & pietatis.
- Fons odoris & ſapientiæ.
- Author ſcientiæ.
- Conſiliator caſti conſilii. *In Soliloq. cap.* 1. *ante med. pag.* 107. *col.* 2. *lit. E. tom.* 7. *part.* 3.

83. Quid te dulcius, quid ſuavius, quid amabilius bone Jeſu? *In ſtimulo amoris, part.* 3. *cap.* 17. *poſt med. pag.* 230. *col.* 1. *B. tom.* 7. *part.* 3.

84. Jucundatio tua ſit ſemper in Jeſu, & meditatio tua ſit ſemper in Jeſu. *In regula Novit. cap.* 1. *in fine, pag.* 624. *col.* 1. *B. tom.* 1.

85. Nomen Jeſu eſt.
- Ab æterno conſecratum.
- Ab antiquia præfiguratum.
- A Prophetis deſideratum.
- A ſanctis Patribus prophetatum.
- A Deo nominatum.
- Ab Angelo prænuntiatum.
- A beata Virgine prædicatum.
- Ab Apoſtolis magnificatum.
- A Martyribus teſtificatum.
- A Confeſſoribus collaudatum.
- A ſanctis Virginibus prægustatum.
- Ab omnibus Sanctis exaltatum. *Lib.* 4. *Compend. Theolog. verit. cap.* 12. *circa med. pag.* 745. *columna* 1. *littera C. tom.* 2.

86. Jeſus eſt
- Jucunditas mœrentium.
- Æternitas viventium.
- Sanitas languentium.
- Ubertas egentium.
- Satietas eſurientium. *Ibid. in fine, pag.* 745. *col.* 1. *lit. D.*

87. Jeſus Chriſto convenit,
- Primò ratione naturæ.
- Secundò ratione decentiæ.
- Tertiò ratione efficaciæ. *Ibidem.*

CASSIODORUS. 88. Dulcis eſt Jeſus, cùm corrigit, dulcis dùm parcit, dulcis cùm credentibus æterna præmia compromittit. *Sup. Pſal.* 30. *poſt med. verſ.* 23. *fol.* 44. *columna.* 2.

S. CYRILLUS HIEROSOL. 89. Jeſus-Chriſtus vocatur duplici nomine: Jeſus propter Salvationem, Chriſtus propter Sacerdotium, quo fungitur. *Catheſ.* 10. *circa medium apud Bibl. Patr. tomo* 4. *pagina* 418. *columna* 1. *littera D. edit. Colon.* 1618.

S. EPHRÆM. 90. Pro muro munitiſſimo atque tutiſſimo ſit tibi nomen Domini & Salvatoris noſtri Jeſu-Chriſti. *De Vita S. Abramii longè ante medium, pagina* 753. *littera E. tom.* 3.

FRANCISCUS TITELM. 91. O quàm eſt excellens, quàm glorioſum, quàm honorandum nomen tuum benedictum, dignum quoque quòd omnes ubique terrarum ſummis efferant laudibus. *In Elucid. ſup. Pſ.* 8. *in princ. verſ.* 1. *pagina* 56. *ſect.* 1.

GILLEBERTUS ANGLUS. 92. Dulce ſatis, te bone Jeſu quærere, dulcius tenere: in uno pius labor, in altero perfecta lætitia. *Serm.* 1. *ſup. Cant. poſt init. apud D. Bernard. volum.* 2. *fol.* 1. *col.* 2. E.

93. Ubique eſt nomen Ieſu, & utinam quò vox ſonat, vita depromat. *Ibid. ſerm.* 5. *ante fin. fol.* 5. *col.* 3. *lit. H.*

GLOSS. INT. 94. Qui ſub Ieſu militat, non ſuſcipit inimici ignita jacula. *Sup. Joſue, capite* 10. *columna* 72. *littera B. tom.* 2.

GLOS. ORD. 95. Meritò Ieſus appellatus eſt, quia ſalutis noſtræ cauſa in hunc mundum ingreſſus eſt. *Sup. Luc. cap.* 1. *col.* 684. *lit. E. tom.* 5.

96. Non decuit tàm glorioſum nomen Ieſu ab hominibus appellari, ſed ab excellentiori naturâ, ne homo videatur machinator hujus nominis. *Ibidem, capite* 2. *in illud vocatum eſt ab Angelo, &c. columna* 716. *littera D.*

HAYMO. 97. Ille in nomine Ieſu petit, qui animæ ſuæ ſalutem quærit, *Sermone Dominica* 5. *poſt Paſcha ante medium.*

HESYCHIUS. 98. Nullum præſtantius auxilium in tota vita tua reperies, præterquàm à Ieſu. *Centuria* 1. *ſententia* 39. *apud Bibliothecam Patrum tomo* 7. *editionis Colonienſis* 1618.

99. Faciliùs anima demergitur à dæmonibus, quæ ingruentibus invocare nomen Ieſu non curat. *Ibidem, Centur.* 2. *ſent.* 67.

100. Beatus eſt ille, cui ſic adhæret in animo deprecatio Ieſu, & qui ſine intermiſſione reſonat ipſum in corde, ſicut utitur aër corporibus noſtris, aut flamma candelæ. *Ibid. ſent.* 94.

S. HIERONYM. 101. Quocumque humanus ſermo eſſe poteſt, ibi Ieſus reſonet. *Sup. Pſ.* 66. *verſ.* 2. *pagina* 92. *littera A. tom.* 8.

HUG. A SANCTO VICT. 102. Per lumen Ieſum acceſſum habuimus ad lumen Patrem: Ieſus enim lumen eſt, & Pater Ieſu lumen. *Lib.* 2. *ſup. cap.* 1. *cæleſtis Hierarch. ab initio, in illud. Per quem ad principale lumen, &c. pag.* 345. *D. tom.* 1.

HUGO CARD. 103. Invocatio nominis Ieſu eſt turris fortiſſima, & tutiſſimum refugium; ad quod contra ſagittas & ſpicula diaboli & ſatellitum ejus recurrere debemus. *Sup. Prov. cap.* 18. *fol.* 39. *col.* 3. *tom.* 3.

104. Sepulchrum Ieſu eſt mens devota, ubi Ieſus multùm deſiderat ſepeliri. *Sup. Marc. cap.* 14. *Myſticè fol.* 116. *col.* 1. *tom.* 6.

105. Multi nolunt Ieſum regnare ſuper ſe; ſcilicet aliquem nolunt, qui ſalutem quærat animarum. *Sup. Luc. cap.* 19. *in illud, Nolumus hunc regnare ſuper nos, fol.* 245. *col.* 1. *tom.* 6.

106. Tota Ieſu vita, fuit paſſio. *Sup.* 1. *B. Petri, cap.* 4. *fol.* 335. *col.* 4. *tom.* 7.

S. IGNATIUS MART. 107. Via omnis erroris expers, eſt Ieſus-Chriſtus. *Ep.* 14. *ad Epheſ. circa med. apud Bibl. Patr. tom.* 1. *pag.* 92. *col.* 2. *H. edit. Colon.* 16 8.

108. Ignis, crux, ferarum concurſus, ſectiones, laniena, oſſium diſcerptiones, membrorum concitiones, totius corporis ſolutio, diaboli tormenta, in me veniant, tantummodò ut Ieſum nanciſcar. *Ep.* 15. *ad Roman. circa medium, pagina* 94. *columna* 2. *G. &c. ut ante.*

109. Ieſus eſt vita fidelium. *Ibidem.*

S. INNOC. III. 110. Unigenitus Dei Filius Ieſus-Chriſtus, idem eſt propitiator & propitiatio, medicus & medicina, Sacerdos & ſacrificium. *Sup. Pſ.* 129 *circa med. verſ.* 4. *fol.* 150. *col.* 2.

S. JOANNES CHRYSOST. 111. Nominis Ieſus invocatio ſatis eſt ad omnia conſequenda. *Hom.* 78. *ſup. Joan. ante med. col.* 371. *C. tom.* 3.

112. Ieſus quàm decorus, fonte purior, nive candidior, lunâ clarior, ſepties ſole candentior. *Hom. de Lazaro, in medio, col.* 430. *A tom.* 3.

113. Nomen ipſum Ieſus, Angelus cælis demiſſus (quando Chriſtus naſcebatur ex Virgine) detulit. *Serm.* 1. *ſup. Ep. ad Rom. poſt init. columna* 1. *littera A. tomo* 4.

114. Hoc Ieſu nomen tùm inferis, tùm morbis & vitiis terrori eſt. *Serm. de Laude Dei, ante medium col.* 74. *B. tom.* 5.

S. JOAN. CLIM. 116. Ieſu memoria, fac ut ſpiritui tuo uniatur, tuncque agnoſces quæ ſit quietis utilitas. *Grada.* 27. *circa med apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 289. *col.* 1. *edit. Colon.* 1618.

IOAN. GERS. 117. Nomen Jeſu ab omnibus eſt invocandum, quia omnibus ſalutiferum. *Serm. de Circumciſ. circa med. part.* 1.

JOAN. TRITH.
118. O quàm bonus eſt ſpiritus Jeſu, quàm ſanctus, quàm rectus, dulcis & fortis, infirma roborans, aſpera planans, corda purificans, conſolationem præbens humilibus! *Sup. Prolog. Regul. S. Bened. cap. 2. Text. 6. ante med pag. 170. col. 2.*

119. Amator Chriſti, etiam in medio multitudinis Jeſum cogitat. *Lib. 1. Hom. 12. ad Monachos, ante med. pag. 459. col. 2.*

120. Nihil eſt in mundo quòd Jeſum amanti, præter Jeſum placeat. *Orat. 6. in Conventu Abbat. habitâ in medio, pag 895. col. 1.*

LACT. FIRM.
121. Jeſus inter homines nominatur, Chriſtus verò non proprium nomen eſt, ſed nuncupatio poteſtatis & regni: quia unctio ſacri unguenti nomen ac poteſtatem regiam conferebat. *Lib. 4. de Divin. Inſt. cap. 7. in medio, pag. 157.*

S. LAURENT. IUSTINIAN.
122. Senties indubitanter amœnitatem quandam ſpiritualem & ſapidam, non ſolùm in corde, verùm etiam in ore, quoties nomen hoc ſanctum Jeſu, à te fuerit cum devotione prolatum *Serm. de Circumciſ. ante finem, cap. 402. col. 1. C. part. 2.*

ORIGENES.
123. Tanta certè vis nomini Jeſu ineſt contra dæmones, ut nonnunquàm, etiam à malis nominatum, ſit efficax. *Lib. 1. contra Celſum ante med. tom. 2.*

PETRUS CELL.
124. Socio Jeſu, quid times? paſcente Jeſu, quid eſuris? lavante & ungente Jeſu, qoid doloris perſentis? *Lib. 4. Ep. 12. ad Ioan. Sarisberienſ. in calce, apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 577. col. 2. F. edit. Colon. 1618.*

125. O utinam à Jeſu abſorberetur anima mea! ô dulcedo meritorum Jeſu! ô calor viſcerum Jeſu! ô ſecretum pectoris Jeſu! ſicut cithara ſonat mihi Jeſus. *Ibid. de Panibus, cap. 19. poſt init. pag. 662. columna 2. littera H.*

S. PETRUS DAMIANUS.
126. Jeſus eſt
- Splendor luminum.
- Flos florum.
- Vita morum.
- Schola virtutum.
- Corona Sanctorum. *Serm. 1. Epiph. in fin. pagina 152. columna 2. littera C. tomo 2.*

127. Vocabulum Jeſu dulce & glorioſum eſt, & omni adoratu cultúque digniſſimum. *Serm. 62. qui eſt 2. Nat. Dom. ante fin. pag. 196. columna 1. littera C. tomo 2.*

S. PROSPER.
128. Sine Jeſu nemini ſalus eſt. *Ep. ad Rufin. de lib. arbit. cap. 1. ſub finem.*

PRUDENTIUS POETA.
129. O nomen prædulce mihi, lux, & decus, & ſpes,
Præſidiumque meum, requies ô certa laborum,
Blandus in ore ſapor, fragrans odor, irriguus fons,
Caſtus amor, pulchra ſpecies, ſincera voluptas. *In Apotheoſ. adversùs Iudæos, ante med.*

S THOMAS AQUINAS.
130. Hoc nomen Jeſus eſt magnæ & multæ virtutis. *De Impoſit. nomin. Chriſti, poſt initium tom. 1*

THOMAS A KEMPIS.
131. Si ſolus eſt, qui legit aut orat, Jeſus vult eſſe ſecundus: ſi duo ſimul legunt, aut cantant, Jeſus vult eſſe tertius: nec vana erit petitio iſtorum in nomine Jeſu congregatorum. *Serm 4. ad Novit. in fine, tomo 1.*

132. Benignus eſt Jeſus ſuper omnes ſperantes in ſe.
- Probat frequenter.
- Corripit amanter.
- Inſtruit ſapienter.
- Vocat inceſſanter.
- Pulſat fortiter.
- Aperit libenter.
- Suſcipit lætanter.
- Indulget clementer.
- Donat ſufficienter.
- Coronat excellenter. *Ibid. ſerm. 13. Diviſ. 5.*

THOMAS A KEMPIS.
133. Melior eſt tibi ſolus Jeſus pro ſocio, quàm totus Angelorum chorus in cælo. *Profec.*

134. Revera nunquàm eſt ſolus, cum quo eſt dulciſſimus Jeſus: nam ſine Jeſu, totus mundus tædium eſt & onus. *Meditat. 13. de Iejun. cap. 5. tom. 1.*

135. Penè totum perditum invenies quidquid extra Jeſum in hominibus poſueris. *Lib. 2. de Imit. Chr. cap. 7. ſect. 2.*

136. Si quæris in omnibus Jeſum, invenies utique Jeſum. *Ibidem., cap. 7. ſect. 3.*

137. Quando Jeſus adeſt, totum bonum eſt, nec quidquam difficile: quando verò Jeſus non adeſt, totum durum eſt. *Ibidem, cap. 8. in princ. tom. 2.*

138. Quando Jeſus intus non loquitur, conſolatio vilis eſt: ſi autem Jeſus unum tantùm verbum loquitur, magna conſolatio ſentitur. *Ibidem.*

139. Quàm aridus & durus es, ſine Jeſu! quàm inſipiens & vanus, ſi cupis aliquid extra Jeſum! *Ibidem.*

140. Quid poteſt tibi conferri ſine Jeſu? *Ibid cap. 8. ſect. 2.*

141. Eſſe ſine Jeſu, gravis eſt infernus: & eſſe cum Jeſu, dulcis paradiſus. *Ibidem.*

142. Pauperrimus eſt, qui vivit ſine Jeſu: & ditiſſimus, qui benè eſt cum Jeſu. *Ibidem.*

143. Magna ars eſt, ſcire cum Jeſu converſari: & ſcire Jeſum tenere, magna prudentia. *Ibidem, capit. 8. ſect. 3.*

144. Eſto humilis & pacificus, & erit tecum Jeſus: ſis devotus & quietus, & manebit tecum Jeſus. *Ibidem.*

145. Eligendum eſt magis totum mundum habere contrarium, quàm Jeſum offenſum. *Ibidem.*

146. Stans aut ſedens, orans aut legens, ſcribens aut operans, creber in ore, ſemper autem in corde, Jeſus verſetur & Maria. *In Soliloq. Anim. capit. 24. in fine.*

147. Dulcis Jeſus omnia dulcia & levia facit. *In hortulo Roſar. cap. 8. ſect. 2. tom. 2.*

148. Vox Jeſu,
- Vox dulcis ad conſolandum.
- Vox fortis ad protegendum.
- Vox jucunda ad lætificandum.
- Vox benigna ad indulgendum.
- Vox gratioſa ad ſalvandum. *In valle lilior. cap. 13. in calce, tom. 2.*

149. Hæc ſancta oratio, Jeſus & Maria.
- Brevis eſt ad legendum.
- Levis ad portandum.
- Facilis ad tenendum.
- Dulcis ad cogitandum.
- Fortis ad protegendum.
- Fidelis ad cuſtodiendum.
- Socialis ad ambulandum.
- Delectabilis ad recreandum
- Amabilis ad conſolandum.
- Potens ad adjuvandum.
- Prudens ad perducendum ad patriam.
- *In valle lilior. cap. 13. ſect. 2. tom. 2.*

150. Hoc nomen Jeſus ſignificat humanam naturam; ſed Chriſtus naturam divinam & humanam. *Serm. de Circumciſ. poſt med. fol. 55. col. 2. part. 1.*

IN VIT. PATR.
151. Nomen Jeſu validiſſimus murus eſt contra inſidias diaboli. *Lib. 1. in vita S. Abraha, capite 12. poſt med. pag. 148. col. 2.*

Vide etiam Tit. Amicitia Dei. ſent. 18. Cibus. ſent. 32. Novitius. ſent. 66. Quærere Deum. ſent. 51.

Ignorare.

Vide Neſcire.

Google

Imago.

DEFINITIO.

Caſſiodorus. IMAGO relativè dicitur ad illud, cujus ſimilitudinem gerit, & ad quod imitandum facta eſt. *Lib. 1. Compend. Theolog. veritatis, cap. 6. in princ. pag.* 690. *col.* 1. *B. tom.* 7.

S. Bonavent. Imago eſt alicujus rei exiſtentis ſimilitudo formata. *Sup. Pſ.* 72. *poſt medium verſ.* 21. *fol.* 111. *columna* 2.

S. Hilarius. Imago eſt ejus rei, ad quam imaginamur, ſpecies indifferens. *Lib. de Synodo Definit.* 1. *in princ. fol.* 88. *col.* 4.

S. Ioan. Dam. Imagines ſunt res, quas conſpicimus, earum rerum quæ ſub aſpectum cadunt, quæque cum figuram non habeant, corporeis figuris exprimuntur, quo facilius cognoſcantur. *Orat.* 1. *de Imaginibus ante med. fol.* 457. *pag.* 1. *D.*

Imagines ſunt monimenta quædam: etenim illiteratis hominibus hoc ſunt, quod litteratis libri: & quod auribus oratio, idem eſt oculis imago. *Ibidem, ante med. fol.* 458. *pag.* 2. *A.*

Imago eſt ſimilitudo, exemplum atque effigies, quæ illum in ſe, cujus imago eſt, exprimit. *Ibidem. Orat.* 3. *ante medium, capite* 1. *fol.* 471. *pagina* 1. *littera A.*

Origenes. Imago eſt hoc, quod recipitur ad præſens, & intueri poteſt humana natura. *Homil.* 2. *ſuper Pſalmum* 38. *ante medium, pagina* 300. *columna* 1. *littera* 1. *tom.* 1.

Cicero. Imago eſt formæ cum forma, cum quadam ſimilitudine collatio. *Libro* 4. *de Arte Rhetorica ad Herennium, poſt medium, columna* 70. *littera I. tome* 1.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Ambroſius. 1. Imago Chriſti in anima per incuriam quidem obſcurari poteſt, deleri autem per naturam non poteſt. *In fragmento de fide Reſurr. poſt init. columna* 487. *lit. C. tom.* 3.

S. Auguſtin. 2. Solent imagines earum rerum nominibus appellari, quarum imagines ſunt. *De octo quæſt. Dulcitii, quæſt.* 6. *ante med. tom.* 4.

3. Omnis imago ſimilis eſt ei, cujus imago eſt: nec tamen omne quod ſimile eſt alicui, etiam imago eſt ejus: imago enim tunc eſt, cùm de aliquo exprimitur. *De Geneſi imperf. cap.* 16. *poſt init. tom.* 3.

4. Præſtantior eſt imago corporis in ſpiritu, quàm ipſum corpus in ſubſtantia ſua. *Lib.* 12. *de Gen. ad lit. cap.* 16. *ante med. tom.* 3.

S. Baſilius Magn. 5. Honor, qui habetur imagini, ad eum pervenit, cujus imago eſt. *Apud D. Ioan. Damaſc. orat.* 1. *de Imag. circa medium, fol* 459. *pag.* 1. *B.*

6. Si templa conſtruis Sanctis Dei, eorum etiam trophæa conſtitue. *Ibidem.*

7. In eum, qui regiam imaginem afficit ignominia, non ſecus animadvertitur quàm ſi ignominia regem ipſum affeciſſet. *Ibid. orat.* 3. *ante med. fol.* 474. *pagina* 1. *lit. C.*

S. Bernard. 8. Se è vicino reſpiciunt imago, & quod ad imaginem eſt. *Serm.* 81. *ſup. Cant. in principio fol.* 119. *col.* 2. *littera F.*

9. Oportet id quod ad imaginem eſt, cum imagine convenire, & non in vacuum nomen imaginis participare. *Lib. Medit. cap.* 1. *prope med. fol.* 322. *columna* 1. *littera C.*

Caſſiodor. 10. Imago habet ſimilitudinem ejus rei, cujus imago eſt: ſimilitudo autem non ſemper habet ejus imaginem, cui ſimilis eſt. *Sup. Pſ.* 38. *ante med. verſ.* 9. *fol.* 59. *col.* 2.

Clem. Alex. 11. Imago valdè divina & Deo ſimilis, eſt viri juſti anima. *Lib.* 7. *Stromat. ante medium fol.* 145. *pagina* 2. *littera F.*

12. Imaginem cæleſtem virginitas portat, portat integritas, ſanctitas portat & veritas. *De Diſcipl. & habitu virg. cap.* 10. *col.* 2. *tom.* 2. **S. Cyprianus.**

13. Ea quæ videntur, eorum quæ ſub aſpectum non cadunt, certæ ſunt claræque imagines. *Ep.* 10. *ad Ioan. Apoſtol. poſt init. apud Bibl. Patr. tom.* 1. *pag.* 165. *col.* 2. *E. edit. Colon.* 1618. **S. Dionyſius Areopagit.**

14. Nos imaginibus ſenſum moventibus ad divinas contemplationes, quoad fieri poteſt, provehimur. *De Eccleſ. Hierarch. Ex habetur apud D. Ioan. Dam. orat.* 1. *de Imaginib. poſt med. fol.* 460. *pag.* 1. *C.*

15. Imaginem Salvatoris noſtri, non ut quaſi Deum colas, ſed ob recordationem Filii Dei in ejus amore recaleſcas, cujus te imaginem videre conſideras. *Lib.* 7. *in Regiſtro. Indict.* 2. *cap.* 53. *Ep.* 53. *ad Secundinum, ſub finem, col.* 955. *B. tom.* 2. **S. Greg. Magn.**

16. Imagines Sanctorum, non ſunt frangendæ. *Ibid. cap.* 109. *Ep.* 109. *ad Serenum Ep. Maſſilienſ. col.* 982. *littera D.*

17. Idcircò pictura in Eccleſiis adhibetur, ut hi qui litteras neſciunt, ſaltem in parietibus videndo legant, quæ legere in codicibus non valent. *Ibidem.*

18. Quod legentibus Scriptura, hoc idiotis præſtat imaginum pictura cernentibus. *Profec.*

19. Quia in ipſa etiam ignorantes vident, quod ſequi debeant: in ipſa legunt, qui litteras neſciunt. *Ibidem, lib.* 9. *Indict.* 4. *cap.* 9. *Ep.* 9. *ad Serenum Epiſc. Maſſilienſ. poſt. init. col.* 1046. *D.*

20. Sicut nec idolum adorandum eſt, ut Deus: ſic nec homo mortuus imagine aliquâ colendus eſt, quantumcumque gravis, vel ſanctus ſit. *Profec.* **Hugo Card.**

21. Sanctorum enim imagines non coluntur, ſed Deus veneratur in eis. *Sup. Levit. cap.* 26. *in princ. fol.* 125. *col.* 1. *tom.* 1.

22. Imagines Sanctorum non latriâ, ſed duliâ poſſumus venerari: non propter imaginem, quæ per ſe nihil poteſt, ſed propter imaginatum, qui per ſe cuncta poteſt. *Serm* 1. *Dedicat. poſt med. fol.* 31. *col.* 4. **S. Innoc. III.**

23. Non eſt vera imago, quæ ſimilis non eſt authori. *Hom* 35. *ſup. Matth. oper. imperf. in fine, col.* 989. *A tom.* 2. **S. Ioannes Chryſoſt.**

24. Qui imagines appetit lapidibus; quoſnam appetit lapidibus? an non ſeipſum? *Profec.*

25. Sicut qui Regis terreſtris imaginem lapidibus appetit, ſeipſum appetit: qui Chriſti autem imaginem contumeliâ afficit, non illam, ſed ſeipſum contumeliâ afficit. *Hom.* 10. *ſup.* 1. *Theſſal. in medio, tom.* 4.

26. Honor ille quo probos conſervos afficimus, noſtræ erga communem Dominum benevolentiæ argumentum eſt, atque imaginis honor ad exemplar tranſit. *Lib.* 4. *de fide Orthod. cap.* 17. *ante fin. fol.* 290. *pag.* 1. *lit. C.* **S. Joannes Damaſcenus.**

27. Tu qui imagines coli negas oportere, ne Dei quidem filium colueris, qui Dei inviſibilis eſt imago vivens, & forma incommutabilis. *Profec.*

28. Ego Chriſti, ut Dei, carnem humanam induti, imaginem colo: Dei genitricis omnium Dominæ, ut matris Filii Dei, imaginem colo.

29. Sanctorum Martyrum, ut amicorum Dei, qui ſanguinem ad Chriſti gloriam effundentes imitati ſunt eum, imagines colo.

30. Eorum denique imagines colo, qui Chriſti veſtigia ſequentes, vitam ſuam inſtituerunt.

31. Horum facta præclara cruciatuſque pictura expreſſos oculis meis propono, ut eo pacto ſanctus efficiar, & ad imitationis ſtudium incendar. *Orat.* 1. *de Imaginib. ante med. fol.* 459. *pag.* 1. *B.*

32. Rerum præſtantium imagines non ſunt contemnendæ. *Ibidem, poſt med. fol.* 460. *pag.* 1. *A.*

33. Si Regis imago, Rex eſt: & imago Chriſti, Chriſtus eſt; & imago Sancti, Sanctus eſt. *Ibid. poſt med. fol.* 460. *pag.* 2. *A.*

S. JOANNES DAMASCENUS. 34. Ex pictis imaginibus & corporeæ formæ alicujus Sancti effigiem, & quæ mirabiliter geſſit, quæque pertulit conſpicientes ſancti reddimur, gaudio lætitiaque cumulamur. *Ibidem, Orat. 3. ante medium, fol. 470. pag. 2. B.*

35. Fiunt imagines quò res occultas speriant, atque indicent: idcircò imagines inventæ ſunt, ut nobis ad rerum occultarum demonſtrationem atque notitiam, tanquàm itineris duces aditum patefacerent. *Ibid. ante med. cap. 2. fol. 471. pag. 1. B.*

S. METHODIUS 36. Imagines, quas ex auro conflamus Angelorum, eas ad honorem & gloriam Dei conficimus. *Orat. 2. de Reſur. & hab. apud D. Ioan. Damaſc. orat. 3. de Imaginib. in calce. fol. 481. pag. 2. D.*

ROBERTUS BELLARMIN. 37. Imagines Sanctorum non ſunt idola, neque earum veneratio idololatria: quoniam neque ipſas imagines Deos eſſe credimus, neque Sanctos viros, quos repræſentant, pro Diis habemus. *Super Pſalm. 113. verſ. 16.*

TERTULLIAN. 38. Imagini veritas reſpondere debet. *De corona milit. cap. 9. propè medium, pagina 344. littera E. tom. 2.*

39. Indignum eſt ut imago Dei vivi, imago idoli & mortui fiat. *Ibidem, cap. 10. poſt med. pag. 345. lit. A. tom. 2.*

40. Nullius dedignandæ rei imago dignanda eſt, ſequitur enim ſtatum ſimilitudo. *Libro 3. adverſ. Marcionem, cap. 10. ante medium, pagina 805. littera C. tomo 3.*

S. THEODORET 41. Extremæ eſt dementiæ, imagines creaturarum nobis deſervientium Deos facere. *Quæſt. 1. ſup. Deuteronom. circa medium, pagina 43. columna 2. littera E.*

THOMAS A KEMPIS. 42. Imagines Sanctorum excitant mentes devotorum ad amorem & venerationem eorum, ut pro nobis orent. *In Doctrinali juvenum. cap. 9. ſect. 3. in princ. tom. 2.*

43. Picturæ Sanctorum, ſcripturæ ſunt laïcorum, ut videant quid agere & quò tendere debent. *Ibid.*

S. VINCENTIUS FERRARIUS. 44. Nulla imago eſt magis propria imagini Dei, quàm homo. *Serm. 3. Dom. 3. poſt Paſcha. in fine, fol. 46. col. 4. part. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

PLINIUS II. 45. Si defunctorum imagines domi poſitæ, dolorem noſtrum levant; quantò magis hæ, quibus in celeberrimo loco, non modò ſpecies & vultus illorum, ſed honor etiam & gloria refertur? *Libro 2. Ep. 7 ad Macrinum. in calce, pag. 47.*

SENECA. 46. Quidni ego magnorum virorum imagines (quæ ſunt incitamenta animi) & natales celebrem? ego verò illos veneror. *Epiſt. 64. ſub finem, pagina 639. tom. 2.*

47. Imago res mortua eſt. *Epiſt. 84. circa med. tom. 2.*

Imitatio.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. SIT nobis vita majorum diſciplinæ ſpeculum, non calliditatis commentarium, imitandi reverentia, non diſputandi aſtutia. *Lib. 1. Offic. cap. 25. in princ. col. 17. A. tom. 1.*

2. Si author non diſplicet, opus probetur: ut quicumque ſibi ejus exoptat præmium, imitetur exemplum. *Libro 2. de Virgin. ante medium, columna 88. D. tom. 1.*

3. Nullus poteſt alterius imitationem operationis implere, niſi qui ejuſdem naturæ habeat unitatem. *Lib. 4. de Fide ad Gratianum. cap. 3. columna 320. C. tom 2.*

4. Qui preces ſuas exaudiri vult, æmulus debet eſſe vitæ Sanctorum; cùm imitatur enim, communicat. *Super Ep. ad Rom. cap. 12. in illud, Memoriis Sanctorum communicantes. col. 1865. D. tom. 5.*

5. O quàm deteſtandus eſt error hominum, qui clarorum virorum quædam non rectè facta laudabiliter ſe imitari putant, à quorum virtutibus alieni ſunt! *De unico Baptiſmo. cap. 13. ante med. pag. 338. lit. D. tom. 7.* S. AUGUST.

6. Non dedignetur quod fecit Chriſtus, facere Chriſtianos. *Tract. 58. ſup. Evang. Joan. de cap. 13. ante fin. pag. 273. B. tom 9.*

7. Caveant futurum judicium, ne eum mundi principe damnentur, quem judicatum imitantur. *Ibidem, tract. 95. de cap. 16. in fine, pag. 325. A.*

8. Uterque ſexus & omnis ætas, habet Sanctorum hominum imitationis exemplum. *Profec.*

9 Imitentur ſenes mores Tobiæ: qui cùm cæcus eſſet corpore, viam vitæ filio demonſtrabat in corde; ille eum manu ducebat in terra, & pater monendo eum perducebat ad cœlum.

10. Imitentur adoleſcentes Joſeph caſtum, pulchrum corpore, pulchriorem mente, quem caſtitas ſic poſſederat, ut irruentes minæ dominæ, mulieris impudicæ non poſſent eum violare, nec corpore, cujus jam Deus poſſederat mentem. *De Cataclyſmo. cap. 6. ante fin. pag. 677. B. tom 9.*

11. Qui imitatur præpoſitum malè viventem, moritur: qui non imitatur, vivit. *De Paſtor. cap. 4. poſt med. pag. 726. D. tom. 9.*

12. Illa tantùm digniora ſunt imitatione, quantùm excellentiora pietate. *Lib. 1. de Civ. Dei. cap. 23. prope init. tom. 5.*

13. Si times ſpectatores, non habebis imitatores. *Tract. 8. ſuper Epiſt. Joan. poſt init. tom. 9.*

14. Multi laudant quod imitari non audent. *De agone Chriſt. cap. 12. in princ. tom. 3.*

15. Homo quamquam perfectiſſimus, non colendus, ſed amandus & imitandus eſt. *De quant. animæ. cap. 34. poſt med. tom. 1.*

16. Homines bonos imitare, malos tolera, omnes ama. *De catechiz. rud. cap. 27. ante finem, tom. 4.*

17. Error miſerabilis eſt, ut religione colas, quem imitari nolis; cùm religionis ſumma ſit imitari quem colis. *Lib. 1. de Civit. Dei, cap. 17. in fine, tom 5*

18. Veri & germani eſtote Chriſtiani, nolite imitari nomine Chriſtianos opere vanos. *Homil. 20. ex quinq. Hom. cap 4. poſt med. tom. 10.*

19. Noli imitari malum prædicatorem, ſed imitare bonum quod tibi prædicatur. *Tract. 5. ſup. Ioan. ante fin. tom 9.*

20. Pudet te fortaſsè imitari humilem hominem, ſaltem imitare humilem Deum. *Ibidem, tract. 25 poſt medium.*

21. Cùm audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem. *Ibid. tract. 46. poſt med.*

22. Claritudo in vitio multos lubricos ad ſui imitationem attrahit: & hæc peſtis eſt quædam animarum. *Sup. Pſ. 1. conc. 2. in fine, pag. 67. tom. 1.* S. BASILIUS MAGNUS.

23. Fias imitator rectè viventium, & ipſorum actiones cordi tuo inſcribe. *Serm. 2. exercitamentor. ante fin. pag. 445. tom. 3.*

24. Fias imitator Chriſti, non antichriſti; Dei, non adverſarii Dei. *Profec.*

25. Imitatio Chriſti eſt humilitas, imitatio diaboli eſt elatio. *Ibidem, in fine, pag. 445.*

26. Sanctos non pigeat imitari; ſed imitari in eo quod eſt imitabile, non autem quod mirabile exhibetur. *Sermone de S. Martino. poſt medium, folio 71. columna 1. littera A.* S. BERNARD.

27. Malos quiſquis non imitatur, offendit. *Epiſt. 2. ad Donat. cap. 7. in fine, pagina 4. columna 1. tom. 1* S. CYPRIAN.

28. Faciliùs inveniemus, qui ea quæ deteriora ſunt, quàm quæ meliora ſectentur. *Profec.* S. EUSEBIUS EMISSEN.

S. EUSEB. EMISSEN. 29. Pronior eſt enim ad imitationem mali humana fragilitas. *Homil. 4. ad Monach. in principio, apud Bibl. Patrum tom. 5. part. 1. e dit. Colon.* 1618.

30. Nimis penetrabile telum eſt, imitatio deteriorum: è contrario creſcit devotio meritorum, bonorum corda imitantium. *Homil. de initio Quadrag. ante finem, apud Biblioth. Patrum, tom 5. part. 1. editionis Colonienſis* 1618.

GLOSSA ORD. 31. Ne deſideres imitari, quos vitiis videris implicari. *Super Proverb. cap. 24. in princ. columna* 1707. *C. tom.* 3.

32. Sicut populus ſequitur ſacerdotem in malum, ita ſequi debet in bonum. *Super Levit. cap. 4. col.* 935. *C. Moral tom.* 1.

GRATIANUS. 33. Imitator debet totius ſemetipſum imitatorem virtutis oſtendere. *In decret. part. 1. diſt. 63. can. Valentinianus.*

S. GREG. MAG. 34. Perverſi plerumque cognoſcunt recta, quæ ſequi debeant: & tamen ſequi deſpiciunt, quæ cognoſcunt. *Libro* 16. *Moral. cap. 24. in princ. col.* 551. *C. tom.* 1.

35. Scriptura narrat geſta Sanctorum, & ad imitationem provocat corda infirmorum. *Ibidem, lib. 2. cap. 1. in princ. columna 24. littera A.*

36. Ad majoris culpæ cumulum eſt impiis, ſcire qood ſeqoi debeant, & ſequi nolle quod ſciant. *Ibidem, lib.* 18. *cap. 9. ſub finem, num. 7. columna* 591. *D.*

37. Cùm infirmus quiſque perverſos florere conſpicit, hunc in perverſitatis pelagus unda miſeræ imitationis mergit. *Ibidem, libro 20. cap. 19. poſt init. num.* 21. *col.* 692. *C.*

38. Juſtorum ſpecies, quaſi quædam forma nobis imitanda proponitur: quia viva lectio eſt, vita bonorum. *Ibid. libro 24. cap. 6. ante med. num. 9. col.* 802. *littera B.*

39 Graviter extrema ultione feriendi ſunt, quibus placuit, quod imitari noluerunt. *Part. 3. Paſtor. cap. 1. admonit.* 11. *ante medium, columna* 1269. *litt. B. tomo* 1.

40. Nimis turpe eſt non imitari quod ſumus; noſtra ſunt quæ etſi imitari non poſſumus, amamos in aliis, & amantium fiuot quæque amantur in nobis. *Ibidem, in medio, col.* 1269. *C.*

41. Hi qnorum vita in exemplo imitationis eſt poſita, debent, ſi poſſunt, detrahentium ſibi verba compeſcere, ne eorum prædicationem non audiant, qui oudire poterant: & in pravis moribus remanentes, benè vivere contemnant. *Hom. 9. ſup. Ezechiel. prope medium, col.* 145. *C. tom.* 2.

42. Apud homines culpa, & apud Deum pœna eſt, nolle quemquam bonum imitari quod placet. *Libro 5. in Regiſtro. indict.* 14. *cap.* 107. *Ep. 7. in princ. col.* 827. *D. tom.* 2.

43. Satis noxium atque pernitioſum eſt, ot imitatione Sacerdotis, quæ ædificari debuerant deſtruantur. *Ibid. lib. 7. indict. 2. cap. 117. Ep. 117. ad Syagr. Epiſc. Auguſted. poſt med. col.* 994. *B.*

44. Qui carnalium mores vivendo ſequitur, valdè nititur, ut ea agat quæ agere alter non valeat. *Lib. 4. in primum Regum, cap. 3. circa medium, columna* 1402. *B. tom.* 2.

S. HIERONYM. 45. Ne peccantium ducaris moltitudine, & te pereuntium turba ſolicitet. *Tom. 1. Ep. 4. ad Ruſtic. poſt med pagina* 47. *B.*

46. Proclivis eſt malorum æmulatio, & quorum vietutes aſſequi nequeas, citò imitaris vitia. *Ibidem, Ep. 7. ad Latam. ante med. pag.* 55. *B.*

47. Sanctarum animarum imitatio atque doctrina, & præcepta viveodi, norma virtutum eſt. *Tom. 1. Ep. 11. ad Geruntiam, circa med. pagina* 90. *D.*

48. Imitandi illi non ſunt, qui ſub Chriſtiano nomine gentilem vitam agunt: & aliud profeſſione, aliud converſatione teſtantur. *Tom. 1. Ep. 14. ad Celant. ante med. pag.* 109. *A.*

49. Si periculoſum eſt imitari illos, de quibus dubitas an imitandi ſim: hunc certè imitari tutiſſimum eſt, qui dixit, Ego ſum via, veritas, & vita. *Ibidem, ante med. pag.* 110. *C.* S. HIERONYM.

50. Imitati eſtis errantem, imitamini & correctum. *Tom. 2. Ep. 19. ad Pammach. & Ocean. in medio. pag.* 191. *littera B.*

51. Noo imitemur ejus vitia, cujus virtutes non poſſumus ſequi. *Ibid. poſt med. pag.* 192. *D.*

52. Magiſtrorum non vitia imitanda ſunt, ſed virtutes. *Tom. 2. Epiſt. 22. ad Ruſin. poſt med. pagina* 242. *littera C.*

53. Quidquid ſanctios eſt, atque perfectios, quidquid magis Deo te commendare poteſt, & majorem in cœlo facere, id ſemper ſequere, id ſemper amplectere. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriad. longe poſt med. pag.* 22. *littera D.*

54. Prælati mali non ſunt imitatores Apoſtolorum, ſed tyrannorum. *Sup. Iſay. cap. 54. fol. 127. columna 4. tom.* 4. HUGO CARD.

55. Semper ſeniorum ſont ſummâ diligentiâ ſectanda veſtigia. *Collat. Abbat. Moyſis. cap. 11. in fine, pag.* 339. IOAN. CASS.

56. Qui Sanctorum merita religioſâ charitate miratur, & qui juſtorum glorias frequenti laude loquitur, eorum mores actus, atque juſtitiam imitari debet. *Ser. ſup illud Sap. 3. Iuſtorum animæ, &c. in princ. col.* 794. *D. tom.* 1. S. IOANNES CHRYSOST.

57. Si Apoſtolis nihil pruſuit vel patriâ, vel domo, vel propinquitate Chriſto fuiſſe conjunctos, antequàm propriâ fulgerent virtute: quâ vos dignos veniâ putatis, qui de juſtis propinquis ac fratribus gloriamini, niſi eos ipſos fueritis imitati? *Homil. 5. ſuper Matth. oper. perfect. poſt med. col. 54. littera D. tom.* 2.

58. Quid illorum vita pejus eſt, quorum imitatio diſcipulos corrompere poteſt? *Serm. in illud, Salutate Priſcam, &c. poſt med. columna* 958. *B. tom.* 3.

59. Eſt bona æmulatio, cùm quis ſic æmulatur ut virtutem imitetur: eſt & mala æmulatio, cùm quis ea facit ut rectè agentem depellat à virtute. *Super Ep. ad Galat. cap. 4. circa medium, columna* 929. *littera B. tom.* 4.

60. Niſi mores Sanctorum ſanctos imitari ſtudeamus, de illorum ſanctitate fruſtrà gloriamur. *Proſecutio.* JOAN. TRITH.

61. Nibil nobis aliena virtus ad ſalutem profirit, ſi ad imitationem ſe animus non extendit. *Lib. 3. de vir. & illuſtr. ord. S. Bened. cap. 337. a medio. pag. 115. col.* 1.

62. Tantò miſerabilior eſt, quantò ſuos aſſerit & novit feliciores, qui eos imitari negligit. *Ibidem.*

63. Quaſi vitam laudans, mortem arripit, qui bonos commeodans, imitari contemnit. *Ibidem, ſub finem, &c.*

64. Studeamus eos imitari propoſſe, quos colimus: ſi ad gloriam, quam ſunt adepti, venire deſideramus. *Orat. 2. in Conventu Abbat. habitâ, poſt med. pag.* 854. *columna* 2.

65. Qui ſanctum virum imitatur, quaſi exemplar aliquod intuetur, ſeſeque in illo, qoaſi in ſpeculo pruſpicit, ut adjiciat ſibi quod deeſſe virtutis agnoſcit. *Proſec.* S. ISID. HISP.

66. Minùs ſeipſum homo ex ſeipſo conſiderat; ſed dùm alterum intendit, id quod minus eſt luminis adjicit. *Libro 2. de ſummo bono, cap. 11. ſent. 10. pag.* 640. *columna* 2.

67. Ad majoris culpæ cumolum pertinet ſcire quemquam quod ſequi debeat, & ſequi nolle quod ſciat. *Ibid. cap. 1. ſent. 9. pag. 637. col.* 1.

68. Pulchrum eſt quidem, pietatis Martyres votivis donis ornare; pulchrius autem ac præſtantius eſt per ea quæ cum virtute ac laude geſſerint, imitari. *Libro 1. Epiſt. 189. ad Serenum, apud Bibl. Patrum,* S. ISID. PELUS.

tom. 5. parte 2. pagina 496. columna 1. littera B. edit. Colon. 1618.

S. PETRUS DAMIANUS. 69. Negligentes negligenter aſpice, ſtudioſos autem circa animam ſuam, ac vigiles vigilanter attende. *Opuſc. cap. 7. in principio, pagina 717. columna 2. E. tom. 3.*

S. PROSPER. 70. Ipſa eſt ſæviſſima ſupplantatio, quando fideles & Religioſi, relicto propoſito bono, in imitationem tranſeunt impiorum. *Super Pſalmum 139. verſ. 5.*

S. SYNESIUS EPISCOPUS. 71. Imitatio conciliatio quædam eſt, idque quod imitatur cum eo conjungit, quod imitandum proponitur. *Epiſt. 31. ad Aurelian. à medio, apud Bibliothecam Patr. tom. 5. part. 1. pag. 94. col. 1. littera B. edit. Colonienſ.* 1618.

THOMAS A KEMPIS. 72. Ille dignus eſt laude bonorum, qui nititur ſequi virtutes eorum. *In hortulo Roſarum, cap. 9. ſect. 3. tom. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 73. Oportet omnibus in rebus, præſtabiliorem imitari. *Lib. 9. Ethicor. ad Nicomach. cap. 11. à medio, tom. 2.*

PLINIUS II. 74. Honeſtiſſimum eſſe invenio, majorum veſtigia ſequi, ſi modò recto itinere præceſſerint. *Lib. 5. Ep. 8. ad Capitonem, ante medium, pagina* 140.

SENECA. 75. Quæramus, quid optimè factum ſit, non quid uſitatiſſimum: & quid nos in poſſeſſione felicitatis æternæ conſtituat, non quid vulgo veritatis peſſimo interpreti, probatum ſit. *De vita beata, cap. 2. in princip. pag. 490. tom. 1.*

76. Quòd ſi pauci facerent, nollemus imitari: cùm plures facere cœperunt, quaſi honeſtius ſit, quia frequentiùs, ſequimur. *Epiſt. 123. ante medium, pag.* 885. *tom. 2.*

77. Optimum eſt majorum veſtigia ſequi, ſi rectè præceſſerint. *In ſuis Proverb. in fine poſitis. lit. O.*

Vide etiam titulos Adoleſcentia. ſent. 1. 2. Diſcipulus. ſent. 40. Exemplum. per totum. Laïcus. ſent. 9. Laus in genere. ſentent. 116. 118. 137. Martyrium. ſent. 70. 71. Melior. ſentent. 27. Nobilitas. ſent. 102. Parentes. ſentent. 79. Pravitas ſentent. 16. Reverentia. ſentent. 15. Sanctitas. ſent. 49. 64. Senectus. ſentent. 52. Sequi Chriſtum. per totum. Verecundia. ſent. 33.

Immunditia.

DIVISIO, PRODUCTIO.

DIVISIO.

S. ANSELMUS. Tria ſunt genera immunditiæ cordis.
- PRIMUM eſt amor non amandorum.
- Secundum eſt odium eorum, quæ odio non debent haberi.
- Tertium nec amor, nec odium, ſed quædam cogitationis vanitas. *De ſimilitudin. cap.* 119.

PRODUCTIO.

S. ANTONIN. Immunditia quinta eſt filia gulæ. *Parte 2. tit. 6. de Gula. cap. 5. §. 6. in princ. fol. 219. columna 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANSELMUS. 1. Nullatenus oportet, ut illi ſint conſortes de altari participantium, qui per immunditiam ſe faciunt exortes altari deſervientium. *Ep. 8. ad Abbat. Guillelm. ante med. D.*

S. ANTONIN. 2. Communiter tales qui vivunt ut jumenta, tradentes ſe omni immunditiæ, moriuntur ut jumenta ſine intellectu, corpora vermibus corrodentibus, & eorum animabus caloribus & frigoribus expoſitis inferni. *Parte 2. titul. 5. cap. 8. §. 3. ſub finem, folio 196. columna 1.*

S. AUGUSTIN. 3. Immundus eſt ante Deum, omnis iniquus: mundus eſt omnis juſtus. *De Mendacio ad Conſentium. cap. 9. ante fin. pag. 10. C. tom. 4.*

4. Non ego immunditiam obſonii timeo, ſed immunditiam cupiditatis. *Lib. 10. Confeſſ. cap. 31. ante fin. pag. 127. B. tom. 1.*

5. Tantò quiſque eſt Deo ſimilior, quantò ab immunditia mundior eſt. *Libro 5. de Civit. Dei, c. cap. 14. in princ. tom. 5.*

6. Non mundatur opere, qui immundus eſt cogitatione & voluntate. *Sup. Pſ. 118. conc. 11. poſt init. pag. 928. A. tom. 8.*

7. Si delectat te mundus, ſemper vis eſſe immundus. *Tract. 38. ſup. Evang. Ioan. cap. 8. ante med. pag. 197. B. tom. 9.*

8. Lucem intelligentiæ ſpiritalis, immunda corda non portant. *De adult. conjug. lib. 1. cap. 27. poſt init. tom. 6.*

V. BEDA. 9. Niſi quis porci more vixerit, numquàm accipiet in eum diabolus poteſtatem: aut ad probandum tantùm, non ad perdendum, accipiet. *Lib. 3. ſuper Lucam, cap. 8. in illud, Erat ibi grex porcorum. columna 312. tom. 5.*

S. BERNARD. 10. O nobilis creatura, quæ in croceis es nutrita, quare ſtercora amplexaris? *Serm. de 7. grad. Confeſſ. ante medium, fol. 356. col. 3. I.*

S. BONAVENT. 11. Immunditia oris teſtis eſt immundi cordis. *Profecutio.*

12. Non credant homines ſe habere corda munda, qui verba habent immunda. *Serm. 4. de Ss. Apoſtolis circa med. pag. 299. col. 1. tom. 3.*

13. Quid ſepulchro patenti fœtidius? & quid ore fœtido immundius? *Ibidem, poſt medium, pagina 299. columna 1.*

14. Valdè turpè eſt, naturæ & rationi contrarium, ut homo immunditiam diligat, quam bruta declinant. *Profec.*

15. O humana confuſio! ô deteſtanda perverſio! ut immunditiam quam deteſtatur brutum, amplexetur homo. *Ibidem. ſub finem, pag. 299. columna 2.*

16. Lux nihil habet immunditiæ admixtum: immò in tantùm eſt pulchra, ut non fiat immunda tranſiens etiam per immunda. *Sermone 1. de una Virg. & in ord 32. ante med. pag. 344. col. 1. tom. 3.*

17. Quæ bruta, quantumcumque laſciva, ſicut homines, ſunt immunda. *Ibidem, circa medium, pag. 344. columna 2.*

19. Immunditia verborum vel operum, ſignum certiſſimum eſt immunditiæ cordis. *Ibidem, poſt medium, pag. 344. col. 2.*

S. CYPRIANUS. 19. Impudicitia eſt
- Hoſtis continentiæ.
- Cupiditatum infeſta rabies.
- Incendium conſcientiæ bonæ.
- Mater impœnitentiæ.
- Ruina melioris ætatis.
- Contumelia generis. *De bono pudicit. cap. 2. in medio, pagina 422. columna 1. tom. 3.*

GLOSS. INT. 20. Qui immundus eſt in anima, omne quod tangit & quod offert Deo, immundum erit. *Sup. Aggaeum, cap. 2. col. 2179. B.*

S. GREGOR. MAGNUS. 21. Qui de caſtimonia ſuperbiunt, nonnunquam Deo diſpenſante in immunditiam carnis cadere permittuntur. *Profec.*

22. Cùm de ipſa continentia elatione mens tangitur, plerumque Deus hanc in immunditism carnis

cadere permittit. *Lib. 11. Moral. cap. 8. in tit. & circa med. num. 9. col. 382. A. tom. 1.*

S. Greg. Mag. 23. Illum in extremo examine juſtitia æterni judicis ſalvabit, quem hic ejus pietas ab immundis operibus liberat. *Ibid. lib. 16. cap. 10. circa med. ſup. Job 22. Salvabitur innocens. col. 534. B.*

S. Hieronym. 24. Munditia corporis, immunditia eſt animæ. *Tom. 1. Epiſt. 27. ad Euſtochium, poſt med. pag. 178. littera D.*

25. Impudicitia gravior eſt fornicatione, quaſi monſtruoſa turpitudo. *Super 2. ad Cor. cap. 12. in fine. pag. 343. B. tom. 9.*

Hugo Card. 26. Nihil immundum fieri debet in loco ſacro. *Super Deuter. cap. 23. fol. 166 col. 1. tom. 1.*

S. Joannes Chryſoſt. 27. Ibi dogmatum malorum eſt cauſa, ubi immunda eſt vita. *Ser. 13. ſup. Ep. ad Epheſ. ante med. col. 1035. B. tom. 4.*

Joan. Clim. 28. Immundus eſt apud Deum, omnis ſublimis corde. *Gradu 25. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 277. col. 2. E. edit. Colon. 1618.*

Joan. Sarisb. 29. Immunda quò magis moventur, eò ampliùs fœtent. *Lib. 7. de nugis curial. cap 12. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 15. pag. 441. columna 2. littera F. editionis Colon. 1618.*

Joan. Trith. 30. Qui debet immunditias tergere aliorum, oportet quòd ipſe ab omni immunditia exiſtat alienus. *In cap. 2. Regul. S. Bened. verbo De prælatis, in fine, pag. 231. columna 1.*

S. Iſidorus Hiſpalens. 31. Immunditia vitæ prioris mutanda eſt per innocentiam boni finis. *Lib. 2. de ſummo bono. cap. 14 ſent. 6. pag. 644. col. 2.*

S. Iſid. Pelus. 32. Sordida mens ſanctarum verum quidquam utiliter perſcrutari non poteſt. *Lib. 1. Ep. 304. ad Chæremon. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 505. col. 1. C. edit. Colon. 1618.*

S. Leo I. 33. Nihil prorsùs de virtutum ſplendore attingit, nihil de ſuavitate pietatis guſtat, qui magis vult ſordeſcere in iis, quæ immunda ſunt, quam in iis ſplendere, quæ ſancta ſunt. *Serm. 8. de jejun. ſeptimi menſis. ante finem.*

S. Maximus Mart. 34. Immunda eſt anima quæcumque cogitationum concupiſcentiis impleta eſt. *Centur. 1. de charit. cap. 14. apud Biblioth. Patrum, tom. 7. pag. 348. columna 2. littera G.*

S. Petr. Dam. 35. Carnis immunditiæ dediti, ſoli divinæ ultionis judicio reſervantur. *Opuſc. 7. cap. 22. circa med. pag 460. col. 1. D. tom. 3.*

36. Qui nunc ſunt immunditiæ vitio traditi, ſimul etiam cum immundis ſpiritibus æterna ſunt ultione damnandi. *Ibidem, poſt medium, pagina 460. col. 2. A. tom. 3.*

Philo Jud. 37. In rebus inhoneſtis excellere, inſignis turpitudo eſt. *De migrat. Abrahami. poſt medium, pag. 751. tom. 1.*

Salvianus. 38. Eo ipſo quod aliquis rem obſcœnam cupit, dùm ad immunda properat, immundus eſt. *Lib. 6. de Gubern. Dei longè poſt init. pag. 347. col. 1. D.*

Sententiæ Paganorum.

Aristotel. 39. Nihil eſt iſtis, quamdiù merſa & involuta cœno ſuo jacent, fœdius, nihil obſcurius, nihil informius. *Ep. 94. poſt med. pag. 780 tom. 1.*

Sixtus Philosophus. 40. Omnem ſpurcitiem fuge, libidinem vince; quia ex deliciis & voluptatibus non effugies ſpurcitiem. *Sent. 61. pag. 65. col. 2. apud Biblioth. Patrum, tom. 3. edit. Colon. 1618.*

41. Immundum hominem, facit actus turpis. *Ibidem. ſent 94. &c.*

42. Immundam animam ſibi dæmones immundi vendicant. *Ibidem, ſentent. 338. pagina 66. columna 2 littera H.*

Trismegist. 43. Decretum eſt eum, qui turpe quid commiſerit, pati. *Libro de Poteſt & Sapientia Dei. cui titulus Pimander. cap. 12. poſt initium.*

Vide etiam tit. Euchariſtia. ſent. 64. Iactantia. ſentent. 24. Scientia. ſentent. 78. Servire Deo. ſentent. 145.

Imperare. Imperium.

DEFINITIO.

IMPERIUM eſt actus rationis ordinantis, cum quadam motione ad aliquid agendum. Collector.

Sententiæ Patrum.

1. Stulto & imperare ſervitus eſt: & quod pejus eſt, cùm paucioribus præſit, pluribus dominis & gravioribus ſervit. *Lib. 2. Epiſt. 7. ad Simplician. a medio, col 520. tom. 3.* S. Ambros.

2. In domo juſti viventis ex fide, qui imperant ſerviunt eis quibus videntur imperare. *Lib. 19. de Civ. Dei. cap. 14. fine, pag. 392. D. tom. 5.* S. Augustin.

3. Imperio animæ carnis conditio obſecundet, ne effrænatâ licentiâ, ancilla ejiciat dominam ſuam. *Tract. de Machab. in fine.* S. Gaudent.

4. Ubi nullum eſt imperium, ibi nullus ordo: ubi multorum imperium, ibi ſeditio. *Lib. 3. de Theologia. ſup. 1. Cor. in illud Joan. Si me amas. edit. Antuerp. 1614.* S. Greg. Naz.

5. Qui diligit non tàm lætatur ſi imperet, quàm ſi ei imperetur, etiamſi imperare ſit jucundum. *Homil. 32. tuerp. 1614.* S. Joannes Chryſoſtom.

6. Nihil eum, qui imperium gerit, æquè indicat, ut amor atque indulgentia, erga eos quibus præeſt. *Hom. 15. ſuper 2. Cor. in princ. Moralis. col. 356. B tom. 4. edit. Antuerp. 1614.*

7. Imperare ars eſt, & non ſolùm dignitas: imò ars eſt artium omnium ſumma. *Hom. 15. ſup. 2. Cor. in principio Moralis, columna 791. D. tom. 4. edit. Baſileenſis 1647.*

8. Qui amat, nec præcipere vult, nec imperare: ſed gratius habet magis ſibiipſi imperetur ac præcipiatur. *Hom. 2. ſup. 1. Theſſal. ante finem. columna 1333. B. tom. 4.*

9. Omnes qui rectè ſubeſſe ac parere didicerunt, rectè quoque imperio fungi ſcient, cùm ad potentiam pervenerint. *Lib. 1. Parall. cap. 21. in fine.* S. Joannes Damaſcenus.

10. Hæc tria plurimùm faciunt ad conſtabiliendum imperiū.	Majeſtas. Gravitas. Beneficentia.	Majeſtas parit reverentiam. Gravitas metum. Beneficentia benevolentiam. *De præmiis*

poſt medium, pagina 1246. tom. 2. Philo Jud.

11. Ecquod tutius imperium eſt, quàm illud quod amore & charitate munitur? *De Regno ad Arcadium imperator. ante medium, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 1. pagina 49. columna 1. littera B. edit. Colonienſis 1618.* S. Syneſius Epiſc.

12. Si imperare regium eſt, imperat is qui in ſubditos tales quales eſſe decet, dominatum exercet, ex eodem ſtudiorum vivendi genere, quo ii utuntur, qui dominandi peritiam habent. *Ibidem, poſt med. pag 51. columna 1. C.*

13. Decet eum, qui in imperio conſtitutus eſt omnem curam gerere. *Super Pſal. 24. in fine, pag. 82. col. 2. E. tom. 11.* S. Theodoret.

Sententiæ Paganorum.

14. Non jàm fiunt imperia ob virtutem, ſed ob divitias & potentiam. *Lib. 8. Ethic ad Nicomach. cap. 10. te 2.* Hugo Card.

Aristoteles. 15. In re familiari imperium eſt unius : oam ab ono regitur omnis domus. *Lib. 1. Politic. cap. 4. ante finem, tom. 2.*

16. Is, qui imperat, perfectam virtutem habere debet moralem : nam ejus opus eſt ſimpliciter præcipieotis & præſidentis, ratio autem præcipit atque præſidet. *Ibidem, cap. 8. a medio.*

17. Rectè dicitur nemioem benè imperare poſſe, qui oon priùs ſub imperio fuerit. *Ibidem, lib. 3. cap. 3. circa med.*

18. Qui imperare velit rectè, oportet ipſum priùs ſub imperio fuiſſe. *Ibidem, libro 7. cap. 14. ante medium.*

19. Imperium liberorum melius eſt, ac magis ex virtute, quàm dominari ut ſervis. *Ibidem, poſt med.*

Cicero. 20. Sine imperio nec domus ulla, nec civitas, oec gens, nec hominum univerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, oec ipſe mundus poteſt. *Lib. 3. de legibus, circa init. num. 3. tom. 4.*

21. Qui benè imperat, paruerit aliquaodo neceſſe eſt: & qui modeſtè paret, videtur qui aliquando imperet dignus eſſe. *Ibidem, ab initio, num. 3.*

22. Quomodo, & cui libero imperabit, qui non poteſt ſuis cupiditatibus imperare? *Profec.*

23. Refrænet primò libidines, ſpernat voluptates, iracundiam terat, coërceat avaritiam, & cæteras animi labes repellat; tunc incipiet imperare, cùm ipſe improbiſſimis dominis dedecori, aut turpitudini parere deſierit. *De Paradoxis, cap. 5. in principio. tom. 4.*

24. Nec imperia expetenda, ac potiùs non accipienda interdùm, aut depooenda nonnunquàm. *Lib. 1. de Offic. ante med. tom. 4.*

Plato. 25. Satius eſt imperio alicujus melioris ſubjici, quàm imperium obtinere. *Tom. 2. ſizygia. 4. in dialogo 1. Alcibiad. ſub finem, pag. 135. B.*

26. Omne imperium quatenùs imperium, oullius alterius cujuſpiam ratione utilitatem perſpicit, quàm illius qui imperio ſuo ſubjectus eſt, & curæ ſuæ demandatus. *Tom. 2. ſizygia 4. lib. 1. de Republ. poſt med. pag. 345. E.*

27. Si ex bonis viris conſtaret civitas, io ea ita certatim eò cives incumberent ne imperarent, veluti hodie pugnant, ut imperent. *Ibidem, poſt medium, pag. 347. D.*

28. Neceſſe eſt malam animam, & malè imperare: bonam contrà animam, hæc omnia rectè agere. *Ibidem.*

Plinius. II. 29. Imperaturus omnibus, eligi debet ex omnibus. *In panegyrico de Trajano Auguſto, longè ante med. pag. 327.*

Seneca. 30. Qui imperia libens accipit, partem acerbiſſimam ſervitutis effugit, facere quod oolit. *Ep. 61. in medio, pag. 635. tom. 2.*

31. Servis imperare moderatè, laus eſt domiuo. *Libro 1. de Clement. ad Neron. cap. 18. in princ. pag. 477. tom. 1.*

32. Ut in corporibus, ſic in imperio graviſſimus eſt morbus, qui à capite diffunditur. *Ep. 85. poſt medium, pag. 726. tom. 2.*

33. Imperare ſibi, maximum imperium eſt. *Ep. 113. ante finem, pag. 849. tom. 2.*

34. Malè imperando, ſummum imperium amittitur. *In ſuis Proverb. in fine poſitis. M.*

35. Vis habere magnum honorem? dabo tibi magnum imperium, impera tibi. *Ibidem, littera V.*

Solon Athen. Philoſoph. 36. Impera, ſed priùs edoctus imperio parere. *In ſuis. Sentent. ſent. 4.*

Imperator.

DEFINITIO.

Collector. IMPERATOR eſt Rex, Dux, Princeps, Eximius. Primarius, qui coram populo & gente adſtat, & præeſt omnibus, eiſque indicat quod ſit faciendum, quaſi ſummam poteſtatem habens.

CONDITIONES 13. IMPERATORIS BONI.

S. Augusti. Felices Imperatores dicimus:

1. Si juſtè imperant.
2. Si inter linguas ſublimiter honorantium, & obſequia nimis humiliter ſalutantium ooo extollunt, ſed ſe homines eſſe meminerint.
3. Si ſuam poteſtatem ad Dei cultum maximè dilatandum, majeſtati ejus famulam faciunt.
4. Si Deum timent, diligunt, & colunt.
5. Si plus amant illud regnum, ubi non timent habere cooſortes.
6. Si tardiùs vindicaot, & facilè igooſcunt.
7. Si eandem vindictam pro neceſſitate regendæ tuendæque reipoblicæ, uon pro ſaturandis inimicitiarum odiis exerunt.
8. Si veoiam uon ad impunitatem iniquitatis, ſed ad ſpem correctionis indulgent.
9. Si quod aſperè coguntur plerumque decernere, miſericordiæ lenitate, & beneficiorum largitate compenſant.
10. Si luxuria tantò eſt caſtigatior, quantò poſſet eſſe liberior.
11. Si malunt cupiditatibus pravis, quàm quibuſlibet gentibus imperare.
12. Si hæc omnia faciunt non propter ardorem inanis gloriæ, ſed propter charitatem felicitatis æternæ.
13. Si pro ſuis peccatis, humilitatis, & miſeratioois, & orationis ſacrificium Deo ſuo vero immolare non oegligunt. *Libro 5. de Civ. Dei. cap. 24. ferè per totum, pag. 99. littera A. tom. 5.*

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Nihil in vobis Imperatoribus, tàm populare & tàm amabile eſt, quàm libertatem etiam io iis diligere, qui obſequio militiæ vobis ſubditi ſunt. *Libro 5. Epiſt. 29. ad Theodoſium Imperator. in princ. columna 560. B. tom. 3.* S. Ambroſius,

2. Si de cauſis pecuniariis comites ſuos Imperator conſulit, quantò magis in cauſa Religionis Sacerdotes Domini æquum eſt conſulat? *Ibidem, ante fin. col. 564. B. tom. 3.*

3. Chriſtiani Imperatores Religioni, quam ſequuntur, debent deferre reverentiam. *Ibidem, Epiſt. 31. ad Valentinianum Imperat. ante medium, columna 570. littera D.*

4. Vos pacem diis veſtris ab Imperatoribos obſecratis, nos ipſis Imperatoribus à Chriſto pacem rogamus. *Ibidem.*

5. Vox Imperatoris noſtri, Chriſtum reſultet, & illum ſolum quem ſentit, loquatur. *Ibidem.*

6. Quis eſt, qui abnuat in cauſa fidei Epiſcopos ſolere de Imperatoribus Chriſtianis, non Imperatores de Epiſcopis judicare? *Ibidem, Ep. 32. ad eundem, poſt init. columna 574. D.*

7. Leges Imperator fert, quas primus ipſe cuſtodiat. *Ibidem, circa med. col. 575. A.*

8. Nihil honorificentius, quàm ut Imperator Eccleſiæ filius eſſe dicatur. *Lib. 5. Ep. orat. in Auxentium, ſub finem, col. 581. D. tom. 3.*

9. Imperator bonus intrà Eccleſiam, non ſupra Eccleſiam eſt: bonus enim Imperator quærit auxilium Eccleſiæ, noo refutat. *Ibidem.*

S. AMBROSIUS. 10. Noli gravare te Imperator, ut putes te in ea quæ divina ſunt, imperiale aliquod jus habere: noli te extollere, ſi vis diutiùs imperare. *Profec.*

11. Scriptum eſt: Quæ Dei, Deo; quæ Cæſaris, Cæſari. Ad Imperatores palatia pertinent, ad Sacerdotes Eccleſiæ: publicorum tibi mœnium jus commiſſum eſt, non ſacrorum. *Lib. 5. Ep. 33. ad Marcellinam ſororem ſuam, poſt med. tom. 3.*

S. ANTONIN. 12. Officiali Cæſaris, niſi in omnibus acquieveris, Cæſari contradices. *Part. 3. tit. 3. cap. 1. §. 9. ante med. fol. 46. col. 4.*

S. ATHANAS. MAGNUS. 13. Veritas Imperatoribus in conſilio adeſſe debet, quæ Regum, & inprimis Chriſtianorum, tutela eſt, cùm eâ regna adminiſtrare tutiſſimum eſt. *Apolog. ad Imperatorem Conſtantium, longe ante med. fol. 320. A, tom. 2.*

14. Dicta ſcriptaque Imperatoris pari pondere æſtimanda ſunt, ut is, qui ea reportat, liberè ſe ea in mandatis habere profiteatur. *Ibidem, poſt medium, col. 326. E. tom. 2.*

S. AUGUSTIN. 15. Eleganter & veraciter Alexandro illi magno quidam comprehenſus Pirata, reſpondit: nam eum idem Rex hominem interrogaſſet, quid ei videretur, ut mare haberet infeſtum? ille libera contumacia, Quid tibi, inquit, ut orbem terrarum? ſed quia id ego exiguo navigio facio, latro vocor: quia tu magna claſſe, Imperator. *Lib. 4. de Civ. Dei, cap. 4. à medio, uſque ad finem, pag. 63. B. tom. 5.*

16. In principio rerum, gentium, nationumque imperium penes reges erat, quos ad faſtigium hujus majeſtatis, non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio provehebat. *Ibidem, cap. 6. in princ. pag. 64. D.*

17. Imperatoris imago, in nummo aliter eſt, & aliter in filio. *De decem chordis, cap. 8. circa medium, tom. 9.*

18. Triumphat victor Imperator; & non viciſſet, niſi pugnaviſſet. *Lib. 8. Confeſſ. cap. 3. ante medium, tom. 1.*

19. Imperatores quando pro falſitate contra veritatem conſtituunt malas leges, probantur benè credentes, & coronantur perſeverantes. *Ep. 50. poſt initium, tom. 2.*

20. Quando Imperatores pro veritate contra errorem jubent, quiſquis contempſerit, ipſe ſibi judicium acquirit. *Epiſt. 166. ante med. tom. 2.*

21. Hoc jubent Imperatores quod jubet & Chriſtus: quia cùm bonum jubent, per illos non jubet niſi Chriſtus. *Ibidem, circa med.*

22. Omnis poteſtas ſub imperio conſtituta, Imperatoris ſui legibus ſervit. *Epiſt. 228. in principio, tomo 2.*

23. Religio eſt qua Chriſtianus Imperator ad curam ſuam judicat pertinere, ne in res divinas impunè peccetur. *Lib. 2. contra Gaudent. cap. 12. poſt init. tom. 7.*

24. Quomodo de interiori palatio quidquid juſſerit Imperator, per imperium Romanum emanat: ſic & in unoquoque noſtrûm intùs eſt Imperator in corde. *Hom. 16. ex quinq. Hom. poſt init. tom. 10.*

25. Erubeſcit Senator curialis plebeius, quod non erubeſcit Imperator. *Ibidem, Homil. 49. circa medium.*

26. Per ſervum lex data eſt, reos fecit: per Imperatorem indulgentia data eſt, reos liberavit. *Tract. 3. ſup. Joan. poſt med. tom. 9.*

27. Jura humana per Imperatores, Deus diſtribuit generi humano. *Ibidem, tract. 6. prope finem.*

28. Teneat arcem Imperator interior, quia ſub majore Imperatore juvandus aſſiſtit. *Ibidem, tract. 41. ante finem.*

29. Imperator per exercitium ſuum agit quod ei placet. *Tract. 8. ſuper Epiſt. Joan. circa initium, tomo 9.*

30. Monarcha verus, debet eſſe ſummâ celſitudine pollens, ſummâ fortitudine præſidens, ſummâ dulcedine paſcens. *Serm. 21. in Hexam. ante med. pag. 63. col. 2. B. tom. 1.*

S. BONAVENT. 31. Nero Imperator, licet in tantùm fuerit felix, ut piſcaretur retibus aureis, invaſus ultimò à Romanis, fugiens dentibus ſuſtem exacuit, quo ſe per ventrem transfodit, & ſic finivit vitam, quem tamen aſſeruerunt eſſe felicem. *Ser. 7. de Ss. Apoſt. ante med. pag. 304. columna 1. tom. 3.*

S. FULGENT. 32. Conſtat quòd in Eccleſia nemo Pontifice potentior, & in ſeculo nemo Chriſtiano Imperatore celſior invenitur. *Lib. 2. de verit. prædeſt. poſt med. apud Bibl. Patrum, tomo 6. part. 1. pag. 166. col. 2. H. edit. Colonienſis* 1618.

33. Clementiſſimus Imperator non ideò eſt vas miſericordiæ præparatum in gloriam, quia apicem terreni principatûs accepit: ſed ſi in imperiali culmine rectâ fide vivat & verâ cordis humilitate præditus, culmen regiæ dignitatis ſanctæ Religioni ſubjiciat. *Proſecutio.*

34. Si magis in timore ſerviat Deo, quàm in tumore dominari populo delectetur.

35. Si in eo lenitas iracundiam mitiget, ornet benignitas poteſtatem.

36. Si ſe magis diligendum, quàm metuendum cunctis exhibeat.

37. Si ſubjectis ſalubriter conſulat; ſi juſtitiam ſic teneat, ut miſericordiam non relinquat.

38. Si præ omnibus ſe ſanctæ matris Eccleſiæ Catholicæ meminerit filium, ut ejus paci atque tranquillitati per univerſum mundum prodeſſe faciat ſuum principatum. *Ibidem, poſt medium, pagina 167. col. 1. littera A.*

GLOSS. DECR. 39. Imperator, cùm filius eſt Eccleſiæ, inferior eſt Epiſcopo. *In decretis Gratiani, fol. 8. col. 4. edit. Lugdunenſis* 1540.

40. Imperator leprâ percutitur, ſi officium ſacerdotale uſurpat. *Ibidem.*

41. Debet Imperator reverentiam Eccleſiæ, ſed de rebus Eccleſiæ nihil poteſt diſponere. *Ibidem fol. 16. col. 2.*

42. Mutuum auxilium ſibi debent Imperator & Eccleſia. *Ibidem, fol. 311. col. 1.*

GRATIANUS. 43. Nec Imperator jura Pontificis, nec Pontifex jura Imperatoris uſurpare poteſt. *In decret. part. 1. diſt. 96. can. Cùm.*

44. Imperator Catholicus, filius eſt, non præſul Eccleſiæ. *Ibidem, can. Si Imperator.*

45. Imperatores Chriſtiani ſubdere debent executiones ſuas eccleſiaſticis præſulibus, non præferre. *Ibidem.*

S. GREG. NAZ. 46. Imperatores honorem purpuræ habete: agnoſcite quantum adſit, quod veſtræ fidei commiſſum eſt, quantumque circa vos myſterium: orbis enim univerſus manui veſtræ ſubjectus eſt, diademate parvo atque exiguo panno retemus. *Profec.*

47. Superna ſolius Dei ſunt, inferna & Dei ſunt & veſtra: ſubditis ergo veſtris Deos vos præbete. *In orat. de ſeipſo. & habetur apud Div. Joannem Damaſcenum, libro 1. Parallel. cap. 60. in principio, fol. 33. pagina 2. littera C.*

S. INNOC. III. 48. Imperium non præeſt ſacerdotio, ſed ſubeſt, & ei obedire tenetur. *Lib. 1. decret. conſt. conſt. 128. in tit. fol. 272. col. 4.*

S. JOAN. DAM. 49. Imperatores quoque humiles reddit calamitas. *Libro 2. Parall. cap. 51. ante medium, fol. 81. pag. 1. littera D.*

S. ISID. PELUS. 50. Hæc & dicito & facito, per quæ & ſis & æſtimeris, non modò piiſſimus Imperator, verùm etiam juſtiſſimus. *Libro 2. Epiſt. 87. ad Piſtum, apud Bibl. Patrum tom. 5. part. 2. pag. 534. columna 1. A. edit. Colonienſis* 1618.

S. LEO I. 51. Debes, Imperator, cunctanter advertere, regiam

poteſtatem

poteſtatem tibi, non ſolùm ad mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam. *Epiſt. 75. ad Leonem Auguſt. circa med.*

Petr. Bles. 52. Decius Imperator cùm Decium filium ſuum imperiali diademate proponeret inſignire, renuit dicens: Vereor ne ſi fiam Imperator, dediſcam eſſe filius, malo ergo non eſſe Imperator, ſed humilis filius, quàm eſſe Imperator, & filius indevotus. Imperet pater meus, meum imperium ſit parere humiliter imperanti *Ep 47 ad Henric. Reg. Anglor. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 737. col. 2. littera H. editionis Colon.* 1618.

Philo Iud. 53. Hæc tria plurimùm faciunt ad conſtabiliendum imperium.

53. Hæc tria plurimùm faciunt ad conſtabiliendum imperium.	Majeſtas.	Majeſtas parit reverentiam.
	Gravitas.	Gravitas metum.
	Beneficentia.	Beneficentia benevolentiam. *De præmiis, poſt medium, pag. 1246. tom. 2.*

54. Eſt officium magnorum Imperatorum ædificare ſapientiam. *Lib. de Temulent. circa med. pagina* 360. *tom.* 1.

S. Synesius Episc. 55. Ecquod tutius Imperium eſt, quàm illud quod amore & charitate munitur? *De Regno ad Arcadium Imperat. ante medium, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 1. pagina 49. columna 1. littera B. edit. Colonienſis* 1618.

56. Quid indignius eo Imperatore, quem propter ſolos pictores cognitum habent Imperii propugnatores? *Ibidem.*

Thalassius. 57. Imperator cenſendus eſt, qui animâ & corpore rationi ſubjectis ſeipſum rexerit. *Hecatontad. 1. ſent. 20. apud Biblioth. Patrum, tom. 7. pag. 271. col. 1. C. edit. Colon.* 1618.

S. Theodoret 58. Oportet Imperatorem, bonum eſſe militem. *Super 1. ad Timoth. cap. 1. ſub finem, pag. 128. col. 1. littera D. tom. 2.*

Sententiæ Paganorum.

Cicero. 59. In ſummo Imperatore quatuor res ineſſe oportet: ſcientiam rei familiaris, virtutem, authoritatem, felicitatem. *Orat. 13. pro lege Manilia, ante med. num. 28. tom. 2.*

60. Hæc ſunt in Imperatore conſideranda.	Labor in negotiis.
	Fortitudo in periculis.
	Induſtria in agendo.
	Celeritas in conficiendo.
	Conſilium in providendo. *Ibidem, ante medium, num. 29.*

61. Quantâ innocentiâ debent eſſe Imperatores, quantâ deindè in rebus temperantiâ, quantâ fide, quantâ felicitate, quanto ingenio, quanto conſilio, quantâ humanitate. *Ibidem, in medio. num. 36.*

62. Duæ ſunt artes, quæ poſſunt locare homines in ampliſſimo gradu dignitatis: una imperatoris, altera oratoris boni. *Orat. 23. pro Murana ante med. num. 30. tom. 2.*

63. Dùm cupiditatibus ſuis obediet Imperator, non modò Imperator, ſed & liber omninò habendus non erit. *De Paradox. cap. 5. in princ. tom* 4.

Plinius II. 64. Aſſueſcat Imperator cum Imperio calculum ponere, tanquàm rationem redditurus. *In Panegyrico de Trajano Auguſto, longe ante med. pag.* 337.

65. Tunc maximè Imperator es, cùm amicum ex Imperatore agis. *Ibidem, longe poſt medium, pagina* 396.

66. Minus eſt Imperatorem eſſe, quàm omnibus Imperatoribus eſſe meliorem. *Ibidem, longè ante fin. pag.* 399.

Seneca. 67. Clementia non tantùm honeſtiores Imperatores, ſed tutiores præſtat, ornamentumque imperiorum eſt. *Lib. 1. de Clement. ad Neron. cap. 11. ſub finem, pag.* 472 *tom.* 1.

68. Malus miles eſt qui Imperatorem gemens ſequitur. *Ep. 105. in fine, pag. 829. tom. 2.*

Vide etiam tit. Dignitas. ſent. 72. Epiſcopus ſent. 128. Lex in genere. ſent. 19. 20. 21. 22. Nobilitas. ſent. 100. Poteſtas in genere. ſent. 31. 32.

Impudentia.

DEFINITIO, PRODUCTIO.

Definitio.

Collector. IMPUDENTIA eſt contemptio, & indolentia earum rerum, quas verecundi reformidant.

Richardus a S. Victore. Quid aliud eſt impudentia, quàm præceps & effrænata malitia? *Part. 1. lib. 3. erudit. homin. inter. cap. 15. in princ. pag. 174. col. 2. B.*

Plato. Impudentia eſt habitus animi audacis, qui ſuffert ignominiam lucri cauſa. *Tom. 3. ſizygia 6. de defimt. ſub finem, pag. 416. B.*

Productio.

S. Ephraem. Impudentia fornicationis eſt mater. *Ad Monachos Paræneſi 46. circa init. pag. 430. B. tom. 2.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius. 1. Peccator unuſquiſque quò graviora flagitia commiſerit, eò fit inſolentior ac impudentior. *De Noë & Arca. cap. 10. poſt med. col. 962. B. tom.* 4.

2. Recedit ab omni reſpectu honeſtatis & pudoris, quiſ peccati acerbitate involvitur. *Ibidem.*

S. Augustin. 3. O nimis inimica amicitia, ſeductio inveſtigabilis, cùm dicitur, Eamus, faciamus, & pudet non eſſe impudentem. *Libro 2. Confeſſ. cap. 9. in fine, pag. 58. lit. C. tom.* 1.

4. Tacet, quia pudet, & mira ſi dici poteſt pudoris impudentia: quod nominare pudet, laudare non pudet. *Libro 2. de Nuptiis & concupiſc. cap. 7. in princ. pag. 567. B. tom* 7.

5. In rebus tàm manifeſtis impudentia obmuteſcere poteſt, inſania non poteſt. *Lib. 4. contra Creſcon. cap 41. in medio, tom.* 7.

S. Bernard. 6. Quantum diſplicet Deo impudentis peccatoris, tantum pœnitentis verecundia placet. *Serm. 3. ſup. Cant. a medio, fol. 136. col. 2. D.*

7. Impunitas radix impudentiæ eſt *Lib. 3. de Conſid. ad Eugen. Pap. prope fin. fol. 180. col. 1. B.*

8. Ubi lingua audax, & frons inverecunda, quid loquatur, quidve agat, non curat. *De ordine vitæ ante med. fol. 335. col. 3. I.*

Clemens Alex. 9. Ad impudentiam via, eſt turpis ſermo: & utriuſque finis, eſt turpium rerum perpetratio. *Lib. 2. Strom. circa fin. fol. 88 pag. 2. D.*

S. Ephraem. 10. Mens tenebris obducta, ad impudentiam trahit. *Ad Monach. Paræneſ 46. pag. 430. B. tom. 2.*

S. Epiphan. 11. Impudentia frontem ſuam perfricuit, ſibiipſi mala attrahens. *Hæreſ. 51. contra Alogos. longe poſt init. pag. 191. C.*

12. Satiari non poteſt impudentia, neque repleri; verùm ad omnia ſe expandit. *Hæreſ. 80. contra Maſſalianos. in princ. pag. 474. C.*

S. Greg. Mag. 13. Frontem cordis in impudentiam atterit culpa frequens; ut quò crebriùs committitur, eò de illa committentis animus minùs verecundetur. *Homil. 10. ſup. Ezech. ante med. col. 158. C. tom. 2.*

S. Gregor. Magnus. 14. Impudentes ſb impudentiæ vitio, nonniſi increpatio dura compeſcit. *Part.* 3. *Paſtoral. cap.* 1. *Admonit.* 8. *in princ. col.* 1264. *B. tom.* 1.

S. Hieronym. 15. Malevolentia & livor nutrit impudentiam. *Libro* 3. *ſup. Matth. cap.* 22. *can.* 6. *num.* 224. *ſuper illud, Phariſæi audientes, &c. pagina* 67. *littera B. tom.* 1.

S. Joannes Chrysostom. 16. Ubicumque eſt impudentia, illic eſt ultio. *Homil.* 4. *de verbis Iſaye, poſt medium, col.* 826. *B. tom.* 1.

17. Non tàm mala res eſt peccatum, ſicut eſt poſt peccatum impudentia. *Ibid. Hom.* 5. *poſt med. col.* 830. *littera D.*

18. Nunc illud maximè multis dignum eſt lachrymis; quia cùm multi ſint mali, non pudet eos malè agere. *Homil.* 82. *ſup. Matth. oper. perfect. à medio. col.* 661. *A. tom.* 2.

19. Nihil ita impudentem hominem facit, ſicut mala conſcientia. *Homil.* 17. *ſup. Acta Apoſtol. in Morali circa med. col.* 564. *C. tom.* 3.

20. Qui impudens & roboris expers fuerit, audax & pertinax efficitur. *Ibidem, poſt medium, col.* 564. *littera C.*

21. Impudentia homines duros efficit. *Homil.* 31. *ſuper Epiſt. ad Hebræos, in moral. poſt initium, col.* 1857. *C. tom.* 5.

22. Anima in tribulationibus cùm in deſeſperationem incurrit, impudens efficitur. *Ibidem. Hom.* 33. *in fine ante moral. col.* 1868. *B.*

23. Humanus animus poſtquàm verecundiæ fines ſemel tranſire coactus eſt, in inſolentiam dilabitur. *Lib.* 2. *de Sacerd. ante med. columna* 499. *littera D. tomo* 5.

24. Impudens neque blandis verbis paret, neque minis flectitur, neque beneficiis movetur. *Ibidem, col.* 500. *A.*

25. Impudentes nudo quaſi capite, ac perfrictâ fronte mendacia ſua proferunt. *In libro contra Gentiles, circa init. col.* 1034. *C. tom.* 5.

26. Neque perindè mala res eſt peccatum, atque poſt peccatum impudentia. *Hom.* 5. *de verbis Iſaia, circa med. tom.* 1.

S. Isid. Pelus. 27. Impudens oculus & elata cervix, & perpetua ſuperciliorum agitatio, & de nullâ turpitudine erubeſcere, fœdiſſimi animi argumentum eſt. *Libro* 3. *Epiſt.* 288. *apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 2. *edition. Colonienſis* 1618.

Philo Jud. 28. Impudens aſpectus, & pendula cervix, ac continua ſuperciliorum agitatio, & nulla ex re turpi rubore affici, impudentiſſimi animi indicia ſunt. *Et habet. apud Div. Joan. Damaſc. lib.* 3. *Parall. cap.* 33. *in calce, fol.* 121. *pag.* 2. *D.*

S. Prosper. 29. Impudentia fiduciæ ſibi nomen adſcribit. *Lib.* 3. *de vita Contempl. cap.* 1. *ante med.*

30. Quid mali operis fieri poteſt, undè nec erubeſcant, etiam illi quos ipſa flagitia ſua delectant? *Lib.* 3. *de vita Contempl. cap.* 11. *poſt med.*

Rich. a S. Victore. 31. Mens quæ impudentiâ corrupta fuerit, nulli omninò (quia nec ſibi, nec aliis) parcit. *Parte* 1. *libro* 3. *de erud. hom. inter. cap.* 15. *ante med. pag.* 174. *columna* 2. *C.*

32. Impudentia tollit homini moderantiam, & circumſpectionem ſui. *Ibidem, &c.*

S. Thomas Aquinas. 33. Carent verecundia homines in peccatis profundatis, quibus ſua peccata non diſplicent, ſed magis de eis gloriantur. *Secunda ſecundæ quæſt.* 144. *art.* 4. *in corpore.*

Sententiæ Paganorum.

Aristoteles. 34. Qui nullâ in re verecundatur, appellatur impudens. *Lib.* 2. *Ethic. ad Nicomach. cap.* 7. *ſub fin. tom* 2.

35. Si impudentia, & quempiam non pudere res turpes agentem, improbum eſt: nihilo magis ob id ipſum probum erit quempiam res turpes agentem erubeſcere. *Ibidem, lib.* 4. *cap.* 9. *in fine.*

36. Perditiſſima ratio eſt, pudorem fugere. *Lib.* 4. *de arte Rhetor. ante med. tom.* 1. Cicero.

37. Nunc refractis pudoris & reverentiæ clauſtris, omnia patent omnibus. *Lib.* 2. *Epiſt.* 14. *ad Maximum. poſt initium, pag.* 56. Plinius. II.

Vide etiam tit. Amor in genere. ſent. 145. *Ebrietas. ſent.* 17. *Excommunicatio. ſent.* 9. *Forum. ſent.* 10. *Juventus. ſent.* 16.

Impudicitia.

DEFINITIO.

IMPUDICITIA eſt circa oſcula & tactus, & alios actus circumſtantes actum venereum. Collector.

Sententiæ Patrum.

1. Non dicatis vos habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus, impudici cordis eſt nuntius. *Regula* 3. *ad Clericos, tomo* 1. S. August.

2. Nemo impudicè utitur corpore, niſi ſpiritu priùs concepta nequitia. *De ſancta Virginit. cap.* 8. *in medio, pag.* 562. *D. tom.* 6.

S. Cyprianus. 3. Impudicitia eſt
- Hoſtis continentiæ.
- Cupiditatum infeſta rabies.
- Incendium conſcientiæ bonæ.
- Mater impœnitentiæ.
- Ruina melioris ætatis.
- Contumelia generis.

4. Impudici oculi non norunt animæ pulchritudinem conſiderare, ſed corporum. *Tom.* 1. *Epiſt.* 22. *ad Euſtoch. prope med. pag.* 142. *C.* S. Hieronym.

5. Impudicitia gravior eſt fornicatione, quaſi monſtruoſa turpitudo. *Super* 2. *Cor.* 12. *in fine, pag.* 343. *B. tom.* 9.

6. Impudicus oculus eſt, cùm huc & illuc inverecundè fertur maximè autem in facie mulierum. *Sup.* 2. *B. Petri, cap.* 2. *fol.* 341. *col.* 3. *tom.* 7. Hugo Card.

7. Nihil eſt tàm inviſum Deo, quàm mens inceſta & animus impurus. *In Epitome. cap. Cohibenda, circa init. pag.* 400. Lact. Firm.

8. Sicut Salvator juſſit ut ſalvâ intuitus incolumitate pulveris labem in ſe oculus non reciperet; ſic vita noſtra labem in ſe penitùs impudicitiæ non haberet. *Lib.* 3. *de Gubern. Dei. poſt med. apud Bibl. Patrum, tomo* 5. *part.* 3. *pag.* 333. *col.* 2. *F. edit. Colonienſis* 1618. Salvianus.

9. Difficile eſt impudicitiam verbo aut juſſione tolli, niſi fuerit ablata: & difficile pudicitiam verbo exigi, niſi fuerit exacta. *Ibidem, lib.* 7. *ante fin. pag.* 358. *columna* 2. *littera E.*

10. Qui impudicis actibus ſervit, infelix à conſortio regni cœleſtis excluditur. *Hom* 2. *de arcta vita. in fine, apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *editionis Colonienſis* 1618. S. Valerian. Episc.

Incarnatio.

Definitio.

INCARNATIO eſt unio carnis ad naturam divinam in perſonam diſtinctam. *Super lib.* 3. *ſent. diſt.* 1. *art.* 1. *quæſt.* 2. *in corpore pagina* 6. *columna* 1. *littera D. tom.* 5. S. Bonavent.

JOAN DAM. Incarnatio eſt homanitatis aſſumptio aut eum carne, ſive cum homine hypoſtatica conjunctio. *Libro 3. de fide orthod. cap. 51. ante medium, fol. 234. pagina 2. littera D.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Deus in carne perfectionem naturæ aſſumpſit humanæ, ſuſcepit ſenſum bominis, ſed non fuit ſenſu caruis inflatus. *De Incarnat. cap. 7. a medio, columna* 433. *A. tom.* 2.

S. ATHANAS. MAGNUS. 2. Verbi incarnatio ſecundùm naturam Dei facta, noſtrorum vitiorum ſuſceptibilia non fuit. *De Incarnat. Chriſti, poſt med. col.* 573. *littern A. tom.* 3.

S. AUGUSTIN. 3. Tota vita Chriſti in terris per bominem, quem ſuſcipere dignatus eſt, diſciplina morum fuit. *De vera Relig. cap.* 16. *circa fin. pag.* 497. *A. tom.* 1.

4. Omnes juſti (hoc eſt veraces Dei cultores) ſive ante incarnaoonem, ſive poſt incarnationem Chriſti nec vixcrunt, nec vivunt, niſi ex fide incarnationis Chriſti, in quo eſt gratiæ plenitudo. *Epiſt.* 157. *ad Optatum, poſt initinm, paginn* 457. *littera B. tom.* 2.

5. Deua homo factus eſt, ut totum hominem io ſe beatificaret. *De ſpiritu & anima, cap.* 9. *circa med. pag.* 607. *A. tom.* 3.

6. Non Pater earnem aſſumpſit, neque Spiritus ſanctus, ſed Filius tantùm, ut qui erat in divinitate Dei Patris Filius, ipſe fieret in homine hominis matris filiua: oe filii nomen ad alterum tranſiret, qui non eſſet æterna nativitate Filiua. *De Eccleſ. dogmat. cap.* 2. *in principio. pag.* 138. *D. tom.* 3.

7. Gratia Dei non potuit gratiùs commendari, quàm ut ipſe unicus Dei filius in ſe incommutabiliter mancns indueretur bominem, ſpem dilectionis ſuæ daret hominibus, homine medio: quâ ad illum ab hominibus veniretur, qui tàm longè erat, immortalis à mortalibus, incommutabilis à commutabilibus, juſtus ab impiis, beatus à miſeris. *Lib.* 10. *de Civ. Dei. cap* 29. *poſt init. pag.* 185. *B. tom.* 5.

8. Ut homo fidentiùs ambularet ad veritatem, ipſa veritaa Deus, Dei Filius homine aſſumpto, non Deo conſumpto, eandem conſtituit atque fundavit fidem, ut ad Deum iter eſſet homini per hominem Deum. *Lib.* 11. *de Civ. Dei, cap.* 2. *in fine, pag.* 192. *littera C. tom.* 5.

9. Homo ipſe anima eſt & caro: totum enim hominem ſuſcepit Verbum, & totus homo factus eſt Verbum; ubi erat anima, ibi erat caro, ibi totus homo: totus homo cum Verbo, & Verbum cum homine, & homo & Verbum nnna homo, & Verbum & homo unus Deus. *Super Pſ.* 56. *ante med. verſ.* 1. *paginn* 382. *D. tom.* 8.

10. Verbum fœnum factum eſt. Homo, propter te Verbum factum eſt homo, tu caro, & propter te Verbum caro factum eſt. Omnis caro fœnum, & Verbum caro eſt factum: quanta ergo ſpes fœni, quando Verbum caro factum eſt? illud quod manet in æternum, non dedignatum eſt ſuſcipere fœnum, ne de ſe deſperaret fœnum. *Sup. Pſ.* 102. *longè poſt medium, verſ.* 15. *pag* 804. *C. tom.* 8.

11. Multum intereſt inter deſcendere & cadere; nam quia cecidit Adam, ideò deſcendit Chriſtus. Ille cecidit, iſte deſcendit: ille cecidit ſuperbiâ, iſte deſcendit miſericordiâ. *Super Pſ.* 119. *circa med. Enarrat. pag.* 972. *C. tom.* 8.

12. Nullum majus donum præſtare Deus poſſet hominibns, quàm ut Verbum ſuum, per quod condidit omnia, faceret illis caput, & illos ei tanquàm membra coaptaret, ut eſſet filius Dei & filius hominia, & unus Deus cum Patre, unus homo cum hominibus. *Sup. Pſalm.* 85. *in princ. Enarrat. pag.* 644. *littera D. tom.* 8.

13. Verbum caro factum eſt, ipſe eſt homo qui Deus, quia Deus factus eſt homo; ſed factus quod non erat, non amittens quod erat. Acceſſit homo ut eſſet homo, qui erat Deus, non jàm ut homo eſſet, & non eſſet Deus. *Tract.* 21. *ſuper Evang. Ioan. de cap.* 5. *paulo ante medium, paginn* 126. *littera D. tom.* 9.

14. Verbum caro factum eſt: caro te excæcaverat, caro te ſanat, & ſic venit, ut de carne vitia carnia extingueret. *Ibidem, tract.* 2. *de cap.* 1. *in fine, pag.* 14. *littera C.* S. AUGUSTIN.

15. Factus eſt Deus homo, ut homo fieret Deus: ut enim panem Angelorum manducaret homo, Dominus Angelorum factua eſt homo. *Sermone* 9. *de Nat. & in ord.* 13. *in principio. pagina* 414. *littera D. tom.* 10.

16. Ut panem Angelorum manducaret homo, Creator Angelorum factus eſt homo: illi fruendo, nos petendo: illi capiendo, nos quærendo: illi intrando, nos pulſando. *Ser.* 19. *de Nat. & in ordine* 23. *ante med. pag.* 430. *D. tom.* 10.

17. In utero Virginia Mariæ Verbum carnem ſuſcipiens, nobis factus eſt mediator, homo totus & Deus, Verbum, anima & caro, unus Chriſtus. *Sermone* 2. *vigil. Nat. & in ord.* 4. *ante med. pag.* 395. *A. tom.* 10.

18. In utero Mariæ ſpiritales nuptiæ celebratæ ſunt, cùm Deus conjunctus eſt carni, & caro adhæſit Deo, ut eſſet unus Chriſtus & totus homo. *Ibidem, ante med. pag.* 395. *D.*

19. Circumdat Maria virum Angelo fidem dando, quia Eva perdidit virum ſerpenti conſentiendo. *Sermone* 5. *de Nat. & in ordine* 9. *in medio, pag.* 410. *D. tom.* 10.

20. Facta eſt Maria feneſtra cœli, quia per ipſam Deus verum fudit ſeculis lumen; facta eſt Maria ſcala cœleſtia, quia per ipſam Deus deſcendit ad terras, ut per ipſam homines aſcendere mereantur ad cœlos. *Serm.* 11. *de Nat. & in ord.* 15. *circa med. pag.* 418. *D. tom.* 10.

21. Non poteras videre Deum, poteras bominem: Deus factus eſt homo, ut in uno tibi eſſet, & quod videres, & quod crederes. *Hom.* 32. *ex quinquag. Hom. cap.* 4. *circa med.*

22. Diabulus quia naturam noſtram deceperat, dignatua eſt unigenitus Dei filius ipſam naturam noſtram ſuſcipere: ut de ipſa diabolus vinceretur; & quem ſemper ipſe ſub ſe habet, etiam ſub nobis eum eſſe faceret. *De Agone Chriſt. cap.* 1. *in medio.*

23. Propterea totum hominem ſine peccato Chriſtus ſuſcepit, ut totum quo conſtat bomo, à peccatorum peſte ſanaret. *Lib.* 10. *de Civit. Dei, cap.* 27. *circa medium.*

24. Nihil Deo ſublimius, nihil vilius limo, & tamen tanta dignatione Deus deſcendit in limum, tantaque dignitate limus aſcendit ad Deum, ut quidquid in eo Deus fecit, limus feciſſe credatur, tàm ineffabili quàm incomprehenſibili ſacramento. *Ser.* 3. *vigil. Nat. fol.* 12. *col.* 1. *B.* S. BERNARD.

25. Sicut in illa ſingulari divinitate Trinitas eſt in perſonis, unitas in ſubſtantia: ſic in iſta ſpeciali commixtione Trinitas eſt in ſubſtantiis, in perſona unitas. *Profec.*

27. Et ſicut ibi perſonæ non ſcindunt unitatem, unitas non minuit Trinitatem: ita & hìc perſona non confundit ſubſtantias, nec ſubſtantiæ ipſæ perſonæ diſſipant unitatem. Opus mirabile, opus ſingulare, inter omnia & ſuper omnia opera Dei. *Ibidem.*

28. Intuere obſecro quale ſit iſtud, quàm novum, quàm admirabile, quàm amabile, quàm jucundum: quid enim pulchrius quàm generatio caſta? quid glorioſius quàm ſancta & ſincera conceptio? in qua nihil pudoris eſt, nihil ſordis, nihil corruptionis. *Ibidem, ſermon.* 4. *poſt initium, folio* 12. *columna* 3. *littera G.*

S. BERNARD. 29. Abyſſus planè imperſcrutabilis, incarnationis dominicæ ſacramentum: abyſſus impenetrabilis, verbum caro factum. Quis enim inveſtiget, quis attingat, quis apprehendat? puteus altus eſt. *Serm. 2. de Annunt. in princ. fol. 30. col. 4. M.*

30. O venter diffuſior cœlis, terriſque amplior, capacior elementis, qui totum claudit omnia concludentem, in quo Deus gloriæ reclinatur. *Serm. 2. de Nativ. Dom. ipſi adſcripto. ante medium, fol. 342. col. 1. littera B.*

S. BONAVENT. 31. Incarnatio verbi, beneficium eſt beneficiorum. *De princ. ſacra ſcriptura, poſt med. pag. 7. columna 2. littera B.*

32. Carnem Deitas mediante anima ſuſcepit. *Super lib. 3. ſent. diſt. 2. art. 3. quæſt. 1. in princ. pag. 23. col. 2. E. tom. 5.*

33. Niſi genus humanum fuiſſet lapſum, verbum Dei non fuiſſet incarnatum. *Ibidem, diſtinct. 1. art. 2. in corpore, pag. 11. col. 2. D. tom. 5.*

34. Excelſum incarnationis opus totius Trinitatis fuit, licet ſola perſona Filii fuerit incarnata. *Libro Medit. vitæ Chriſti. cap. 4. poſt initium. pag. 337. col. 1. lit. B. tom. 6.*

35. Per Verbum incarnatum facta eſt generis humani reparatio. *Libro 4. Compend. Theolog. verit. cap. 6. in principio, pagina 741. columna 2. littera A. tomo 7. parte 4.*

36. Verbum caro factum eſt quinque modis, ſcilicet ſecundùm carnem, præter carnem, ſupra carnem, propter carnem, contra carnem. *Ibidem, cap. 7. in med. pag. 742. columna 1. E.*

CASSIODORUS. 37. Incarnatio Domini miſericordiæ ipſius eſt mirabilis altitudo, inæſtimabile donum, incomprehenſibile myſterium: undè aut rectis mentibus provenit ſalus, aut perverſis ſenſibus generatur interitus. *Sup. Pſ. 21. poſt med. verſ. 18. fol. 32. col. 3.*

S. CYRILLUS ALEX. 38. Neque cùm conſubſtantialis ſit ſancta ac veneranda Trinitas, idcircò cui quiſque voluerit perſonæ incarnationis ratio tribuenda eſt: factus etenim eſt homo, non ipſe Pater, non Spiritus ſanctus, ſolus verò Filius. *Lib. 2. Glaphyror. in Geneſ. cap. 4. de Abraham, poſt med. pag. 47.*

S. DIONYSIUS ALEX. 39. Chriſtus incarnatus eſt pro nobis, ut pateretur pro nobis. *In Epiſt. contra Paulum Samoſatenſ. ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 2. col. 449. littera D. edit. Pariſiis 1610.*

S. GREG. MAG. 40. Dominus in carne veniens, ſimplicitatem cum rectitudine tenuit: quia nec in manſuetudine diſtrictionem juſtitiæ, nec rursùm in diſtrictione juſtitiæ virtutem manſuetudinis amiſit. *Lib. 1. Moral. edit. Pariſ. 1551. cap. 10. ante med. ſup. illud, Iob 1. Et erat vir ille ſimplex & rectus. tom. 1.*

41. Nuntiante Angelo, & adveniente Spiritu, mox verbum in utero; mox intra uterum Verbum caro. *Ibid. libro 18. cap. 27. ante finem, num. 36. col. 627. lit. B. tom. 1.*

42. Cùm incarnationis dominicæ myſterium Judæa negavit, Gentilitas credidit, & principes in deſpectionem ceciderunt. *Ibidem, libro 11. cap. 9. poſt medium, ſuper illud, Iob 12. Effundit deſpectionem ſuper principes. col. 383. C.*

43. Mediator Dei & hominum apparuit, ut quia per ima noſtra longè diſtabamus à ſummis in ſeipſo uno jungeret ima cum ſummis: atque ex eo nobis via redeundi fieret, quo ſummis, ſuis ima noſtra copularet. *Ibidem, libro 22. cap. 13. poſt init. num. 18. col. 751. B.*

44. In carne Dominus veniens, fines Eccleſiæ occulti judicii ſubtilitate diſtinxit. *Ibidem, lib. 28. cap. 6. poſt init. num. 9 col. 944. D.*

45. Venit Chriſtus inter homines incarnatus adverſa appetens, proſpera ſpernens, opprobria amplectens, gloriam fugiens. *Ibid. lib. 30. cap. 15. poſt med. num. 30. col. 1033. D.*

46. Incarnationis myſterium humanus oculus penetrare non ſufficit: inveſtigari etenim nullatenus poteſt quomodo incarnatur Verbum, quomodo ſummus & vivificator ſpiritus, intra uterum matris animatur, quomodo is qui initium non habet, & exiſtit, & concipitur. *Hom. 7. ſuper Evang. in medio, ſuper illud, Pſ. 59. In Idumæam extendam calceamentum meum, col. 340. D. to. 2.*

47. Diabolus in hamo incarnationis Chriſti captus eſt: quia dùm in illo appetiit eſcam corporis, transfixus eſt aculeo divinitatis. *Hom. 25. ſup. Evang. poſt med. col. 427. A. tom. 2.* S. GREG. MAG.

48. Niſi Adam peccaſſet, Redemptorem noſtrum carnem ſuſcipere noſtram non oportuiſſet. *Lib. 4. in 1. Reg. cap. 1. poſt med. col. 1391. D.*

49. Caput ſalutis noſtræ, incarnatio verbi eſt. *In expoſit. 2. fidei. apud Biblioth. Patrum, tom. 3. pag. 35. col. 2. F. edit. Colon. 1618.* S. GREGOR. THAUMAT.

50. Verbum Deus caro factum eſt, ut per Deum verbum carnem factum, caro proficeret in Deum verbum. *Lib. 1. de Trinit. verbo Proficit. in fine. fol. 2. columna 3.* S. HILARIUS.

51. Opus reſtaurationis eſt incarnatio verbi, cum omnibus ſacramentis ſuis; ſive quæ ante incarnationem præceſſerunt ab initio ſeculi, ſive quæ poſt ſubſequentur uſque ad finem mundi. *De ſcriptur. & ſcriptor. cap. 2. in princ. pag. 1. G. tom. 1.* HUGO A S. VICTORE.

52. Quatuor ex cauſis verbum factum eſt caro. S. INNOC. III.
- Ut ſuperbos humiliaret.
- Ut inimicos reconciliaret.
- Ut ſervos redimeret.
- Ut amicos nutriret. *Serm. 1. de Nat. Dom. circa medium, fol. 36. col. 4.*

53. O inæſtimabilis Dei charitas! quæ fecit hominem ſine homine, factus eſt homo pro homine. *Ser. de Purific. B. M. ante med. pag. 46. col. 4.*

54. Verbum caro factum eſt, ut daretur hominibus Deus homo: ut ergo Deus placari poſſet ab hominibus, dedit Deus homini gratis, quòd homo pro debito redderet Deo. *Serm. 1. de Nativit. Dom. poſt medium, fol. 77. col. 2.*

55. Chriſtus factus eſt homo, in utero virginali conceptus eſt, quod eras tu, ut tu quod non eras, eſſe poſſes. *Homil. 2. ſuper Pſalm. 50. ante medium, col. 740. A. tom. 1.* S. JOANNES CHRYSOST.

56. Dominus ac Salvator noſter per ſuſcepti corporis ſacramentum, diabolum interemit. *Homil 4. ex variis locis in Matth. in fine. col. 1145. D. tom. 2.*

57. Conceptus eſt Dominus noſter octavo calendas Aprilis, menſe Martio, qui eſt dies Paſchæ, Paſſionis Domini, & conceptionis ejus, in eadem & paſſus eſt. *Serm. de Nat. S. Joan. Bapt. circa med. col. 1290. D. tom. 2.*

58. Incarnatio Chriſti nobis principium, & *fons* eſt innumerabilium bonorum; ubi non humanitatem, ſed divinitatem potiùs latere permiſit. *Homil. 30. ſup. Ioan. poſt init. col. 148. D. tom. 3.*

59. Scio quia verbum caro factum ſit, & quomodo factum ſit, neſcio: miraris quòd ego neſciam? omnis creatura ignorat. *Homil. de Joan. Baptiſt. poſt med. col. 426. A. tom. 3.*

60. Clauſa erant oſtia Virginis, & ingreſſus eſt JESUS uterum: & qui intravit per oſtia clauſa, non erat phantaſma, non erat ſpiritus, verè corpus erat. *Ibidem, &c.*

61. Incarnatus eſt Dei Filius aſſumptis maſſæ noſtræ primitiis, hoc eſt, carne unâ cum animâ ratione & intelligentiâ præditâ: itaut ipſa Dei verbi hypoſtaſis carni hypoſtaſis extiterit. *Lib. 3. de fide orthod. cap. 7. poſt init. fol. 229. pag. 2. A.* S. JOANNES DAMASCENUS.

62. Verbum caro factum eſt, citrà omnem converſionem: caro item verbum citrà ullam mutationem, & Deus homo & homo Deus, ob perſonarum unionem, Deus enim eſt Verbum. *Ibid. cap. 11. poſt init. fol. 234. pag. 2. C.*

S. IOANNES DAMASC. 63. Verbi Dei incarnatio ob eam cauſam extitit, ut hæc ipſa natura, quæ peccatum admiſerat & ceciderat & corrupta erat, tyrannum à quo in fraudem impulſa fuerat vinceret, ſicque à corruptione vindicaretur. *Ibidem, cap. 12. ante medium, fol. 236. pagina 2. littera A.*

S. ISIDORUS HISPALENS. 64. Per incarnationem Chriſti non ſolùm Deo reconciliatus eſt homo, verùm etiam pax inter homines & Angelos reformata eſt. *Lib. 1. de ſum. bono cap. 10. ſentent. 24 pag. 624. col. 1.*

S. LAURENT. JUSTIN. 65. Propter hoc Dei Filius carnem de humana ſumpſit propagine, ut peccata deleret. *De Diſciplin. monaſt. converſ. cap. 12. poſt initium, pagina 102. columna 2. littera C.*

66. Hæc potiſſima incarnationis Verbi cauſa fuit, quatenùs per aſſumptum hominem documenta ſaluberrima tribueret Deus, quibus peccator homo amiſſa recuperaret dona. *Ser. de Exalt. S. Crucis, in princ. pag. 438. columna 1. E. part. 2.*

S. LEO I. 67. Suſcipitur à majeſtate humilitas, à virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas: ut quod noſtris remediis congruebat, unus atque idem Dei hominumque mediator, & mori poſſet ex uno, & reſurgere poſſet ex altero. *Profec.*

68. Niſi enim eſſet verus Deus, non afferret remedium: niſi eſſet homo verus, non præberet exemplum. *Serm. 1. de Nativit. poſt med.*

69. Opus fuit ſecreti diſpenſatione conſilii, ut incommutabilis Deus primam pietatis ſuæ diſpoſitionem ſacramento occultiore compleret, & homo diabolicæ iniquitatis verſutiâ actus in culpam, contra Dei propoſitum non periret. *Ibid. ſerm. 2. circa init.*

70. Ad rependendum noſtræ conditionis debitum, natura inviolabilis naturæ eſt unita paſſibili. *Serm. 1. de Nativit. circa med.*

71. Verbi incarnatio hæc contulit facienda, quæ facta, & ſacramentum ſalutis humanæ in nulla unquàm antiquitate ceſſavit. Id prædicaverunt Apoſtoli, hoc annuntiaverunt Prophetæ: nec ſerò eſt impletum, quod ſemper eſt creditum. *Ibidem, ſermone 3. poſt medium.*

72. Verbum caro factum unus eſt Chriſtus, ubi nihil eſt alterius naturæ, quod non ſit utriuſque. *Ser. 10. de Nativit. poſt med.*

73. In beatæ virginis utero Verbum caro factum eſt: tota eſt in majeſtate humilitas, tota in humilitate majeſtas: nec infert unitas confuſionem, nec dirimit proprietas unitatem. *Sermone 3. de Paſſione Dom. ab init.*

74. Verbum & caro atque anima, unus JESUS-CHRISTUS, & unus Dei hominiſque eſt filius: nec Verbum in carnem, nec in Verbum caro mutata eſt, ſed utrumque in uno manet, & unus in utroque eſt, non diverſitate diviſus, non permixtione confuſus, non alter ex Patre, alter ex Matre. *Ep. 11. ad Julian. Epiſc. Coinſem. circa med.*

S. ODILO ABBAS CLUN. 75. Deus erat, & homo factus eſt: ſuſcepit humanitatem, non amiſit divinitatem. *Sermone 13. de Nativit. B. M. circa init. apud Bibliothecam Patrum, tom. 10. pagina 615. columna 1. littera D. editionis Colon. 1618.*

S. PETRUS DAMIANUS. 76. O venter diffuſior cœlis, terris amplior, capacior elementis! qui totum claudit omnia concludentem, in quo Deus gloriæ reclinatur. *Serm. 11. de Annunt. B. M. ante medium pag. 171. columna 2. littera D. tom. 2.*

THALASSIUS. 77. Verbum propter miſericordiam caro factum eſt: nec quod erat tranſmutavit, neque quod factum alteravit. *Hecatontad. 2. ſent. 94. apud Bibl. Patrum, tom. 7. pag. 274. editionis Colon. 1618.*

S. THOMAS AQUINAS. 78. Si nullus fuiſſet peccator, numquàm Filius Dei incarnatus fuiſſet. *Sup. 1. Tim. cap. 1. lect. 4. ab init.*

79. Si homo non peccaſſet, Deus incarnatus non fuiſſet. *Part. 3. quaſt. 1. art. 3. in princ. corporis.*

80. Ad provocandum noſtrum amorem in Deum, nihil magis valere potuit, quàm quod Verbum Dei per quod omnia facta ſunt, ad reparationem naturæ noſtræ eam aſſumeret, ut idem eſſet & Deus & homo. *Contra Græcos & Armenos. cap. 5. poſt med. tom. 2.*

THOMAS À KEMPIS. 81. Ideò Deus homo eſt incarnatus, ut homo in Deo eſſet perpetuò beatus. *Medit. 9. de Nativit. cap. 7. in fine. tom 1.*

82. Nullus Sanctorum aut hominum tantum deſiderium ad incarnationem Chriſti habuit, quantum deſiderium Chriſtus habuit ad ſe incarnandum. *Ibidem, Medit. 10. ſect. 5.*

S. ZENO EPISCOPUS ET MART. 83. In hominem coaptatus in tegumento carnis includitur Deus, humanamque vitam mutuatur de tempore, qui præſtat temporibus æternitatem. *Ser 3. de Nativit. Chriſti. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 111. col. 1. D. edit. Colon. 1618.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 84. Deus incluſus corpore humano, ſcilicet, venit. *Lib. 1. de Divinit. poſt med. num. 67. tom. 4.*

Vide etiam tit. Humilitas Chriſti. ſent. 50. Infirmitas. ſent. 25. Natura. ſent. 21.

Incipere.

DEFINITIO.

S. THOMAS AQUINAS. INCIPERE eſt nunc eſſe, & non priùs. *Parte 3. ſumma, quaſt. 16. art. 9. in corp. ad ſecundum, pagina 39. columna 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANTONIUS DE PADUA. 1. Cùm incipis, magis debes niti ad munditiam vitæ: cùm proficis, ad odorem bonæ famæ. *Ser. Dom. 10. poſt Trinit. poſt med. fol. 236. pag. 2.*

S. AUGUSTIN. 2. Melius erat non incipere, quàm cœpiſſe & defeciſſe. *Sup. Pſal. 123. ante med. Expoſit. verſ. 3. pag. 1001. littera A. tom. 8.*

3. Si incœpiſti ædificare, perfice: ſi non incœpiſti, incipe. *Serm. 8. ad fratr. in Eremo, poſt med. pag. 922. C. tom. 10.*

4. Non eſt magnum bonum inchoare quod bonum eſt, ſed conſummare, hoc ſolum perfectum eſt. *Proſecutio.*

5. Bonum inchoare & malo fine concludere, quid aliud eſt quàm monſtruoſas res conficere?

6. Multi magna aggrediuntur, ſed deficiunt in via. *Ibidem, in principio, & in medio, pagina 921. littera B.*

7. Bono fine bona concludantur initia, ut principium medio, medium ne diſcrepet ultimo. *Ibid. in medio. pag. 921. littera B.*

8. Qui aliquid incipit, maximè appetit finem: nec de re inchoata, niſi terminetur exultat. *Lib. 7. de Civ. Dei. cap. 7. in fine, tom. 5.*

9. Solicitudinis plena ſunt cœpta, donec perducantur ad finem. *Ibidem.*

S. BERNARD. 10. Grave cernitur omne quod incipit; ſed poſtquàm ab his diſſueſcere, & ad illa ſe pauliſper aſſueſcere quis cœperit, uſus tollit difficultatem, invenitque facile quod impoſſibile ante putavit. *Epiſt. 1. ad Robertum Nepotem ſuum, prope finem, fol. 205. columna 3. littera G.*

11. Cœpiſſe nil proderit, ſi non perſeverare contigerit. *Ep. 78. ad Suggerium Abbas. ante fin. fol. 226. col. 4. littera K.*

12. Nonnulli cùm ſpiritu cœperint, carne conſummantur. *In declamat. ante medium, fol. 309. columna 2. litt. D.*

13. Si incipis, incipe perfectè. *De vita ſolit. longe ante med. fol. 315. col. 2. D.*

S. Bernard. 15. A minimis incipiunt, qui in maxima proruunt. *De ordine vitæ. ante fin. fol. 337. col. 4. M.*

15. Euge, euge frater, bona initia tranſcende, & ad ſuperiora tende. *Ibidem, poſt med. fol. 336. col. 3. littera I.*

16. Non qui inceperit, ſed qui perſeveraverit, ſalvus erit: incipere enim multorum eſt, perſeverare paucorum. *Serm. de virt. obed. poſt medium, fol. 358. col. 2. littera F.*

17. Non ſufficit bona incipere, niſi etiam quiſque ſtudeat ea quæ benè inchoavit, uſque ad finem vitæ perducere. *Serm. 20. ad Sororem. ante med. fol. 86. columna 4. L.*

S. Bonavent. 18. Qui vult opus altum incipere, debet prævidere, ſi velit perſeverare. *Super Lucam, cap. 14 in illud, Sedens computat. pagina* 183. *columna* 1. *littera D. tom.* 2.

Dionysii Carthus. 19. Facile eſt inchoare, ſed diù uſque in finem vitæ in actibus virtuoſis ac arduis permanere, difficile eſt. *De profeſſ. Monaſt. art. 4. ante medium, fol. 69. pagina* 1.

Glossa ord. 20. Bonum incipere debes, quamvis non perficere non confidas; melius eſt enim perfectam vitam quærenti in itinere mori, quàm nec proficiſci. *Sup. Exod. cap. 14. col. 613. B, tom. 1.*

21. Hominis eſt incipere, Dei autem perficere. *Sup. Ioſue, cap. 2. in principio, col. 17. A. tom 2.*

Glos. Int. 22. Multi benè incipiunt, & malè finiunt. *Super 2. Paralip. cap. 14. in principio, columna 1185. littera A. tom. 2.*

23. Inceptis Deo devotis ſtatim obſiſtit contradictio nefandorum vel ſpirituum, vel hominum. *Super 1. Eſdræ, cap. 3. col. 1289. A. tom. 2.*

24. Ortus juſti eſt, cùm incipit Deum timere. *Sup. Eccleſiaſten, cap. 3. in princ. in illud, Tempus naſcendi, col. 1763. C. tom. 3.*

Glos. Ord. 25. Omne bonum quod facimus, præveniente gratiâ ſancti Spiritus incipimus, & eodem comitante perficimus. *Ibidem, cap. 6. col. 1311. A.*

Grat. anus. 26. A minimis quiſque inchoat, ut ad magna perveniat. *In decret. part. 2. de pœnit. diſt. 2. can. Charitas. in fine.*

27. Non benè incipit, qui numquàm ex charitate aliquid operatur. *Ibidem, can. Multi. §. Non autem.*

S. Gregor. Magnus. 28. Origo pravæ inchoationis, cauſas culpæ etiam præſumendo multiplicat. *Profec.*

29. Dum enim mala agere quiſque cœperit, uſu jàm deteriùs in hoc quod inchoaverat excreſcit. *Libro 15. Moral. cap. 5. paulò ante med. num. 4. col. 491. B. tom. 1.*

30. Si laſſeſcere ab inchoatis bonis nolumus, valdè neceſſe eſt, ut inchoare nos quotidie credamus. *Ibidem, libro 22. cap. 2. ante finem, columna 233. littera C. tom. 1.*

31. Hi quos fortaſsè deſpicimus, & tardè poſſunt incipere, & tamen vitam noſtram ferventioribus ſtudiis anteire. *Ibidem, libro 25. cap. 8. circa med. num. 11. columna 836. B.*

32. Mirum non eſt, ſi quis bona inchoet; ſed valdè mirabile, ſi intentione rectâ in bono opere perdurer. *Ibidem, libro 12. cap. 24. poſt med. num. 27. col. 427. D.*

33. Benè cœpta cunctis diebus agenda ſunt, ut cùm malum pugnando repellitur, ipſa boni victoria conſtantiæ manu teneatur. *Ibidem, lib. 1. cap. 21. poſt medium, num 41. col. 23 D.*

34. Omne bonum quod incipimus, etiam perſeveranti fine compleamus. *Ibidem, &c.*

35. Neſcit mens per torporem veteraſcere quæ ſtudet per deſiderium ſemper inchoare. *Ibidem, lib. 22. cap. 2. num. 4. col. 713. littera B.*

36. Non ſufficit benè incipere, niſi ſtudeat quis in bono opere perſeverare. *Super 7. Pſ. Pœnit. ſup. Pſ. 1. verſ. 6. poſt init. col. 539. D.*

37. Nihil eſt bonum quod incipitur, niſi perſeveranti fine illud compleatur. *Ibid. ſup. Pſ. 2. verſ. 10. poſt med. col. 548. D.* S. Greg. Mag.

38. Multi benè incipiunt, qui in malo vitam finiunt. *Et hab. in decret. Gratiani. part. 2. de pœnit. diſt. 2. can. Multi. fol. 395. col. 1.*

39. Optimum eſt, ut cujuſque vel ſermonis, vel operis principium ordine inſtituatur, & ex Deo prodeat, & in Deum. *De ſua fuga. in Apologetico. in princ. pag. 1.* S. Greg. Naz.

40. Bonum non cœpiſſe, ſed perfeciſſe virtus eſt: nam inchoantibus præmium promittitur, ſed perſeverantibus datur. *Sermone 1. Dom. 2. poſt Paſcha in fine.* Haymo.

41. Nemo repentè fit ſummus; ſed in bona converſatione à minimis quiſque inchoat, ut ad magna perveniat. *Sermone fer. 4. quatuor temporum, poſt medium.*

42. Cujus talia principia, qualis finis erit? *Tom. 1. Ep. 3. ad Heliodor. poſt med. pag. 25. A.* S. Hieronym.

43. Magna cœpiſſe, & excelſa ſectari, perfectæ ætatis gradum ſcandere eſt. *Ibidem, Ep. 4. ad Ruſtic. ab init. pag. 43. A.*

44. Non quæruntur in Chriſtianis initia, ſed finis: Paulus malè cœpit, ſed benè finivit: Judæ laudantur exordia, ſed finis proditione damnatur. *Tom. 1. Ep. 10. ad Furiam, ante med. pag. 80. D.*

45. Non tantùm cœpiſſe, ſed perfeciſſe laudandum eſt. *Tom. 1. Epiſt. 14. ad Celantiam, ante finem, pag. 115. B.*

46. Inchoaſſe non ſufficit, ſed perfeciſſe juſtitiæ eſt. *Ibid. in fine, pag. 116. C.*

47. Cœpiſſe, multorum eſt; ad culmen perveniſſe, paucorum. *Tom. 1. Ep. 28. ad Lucinum, poſt init. pag. 193. A.*

48. Incipere plurimorum eſt, perſeverare paucorum. *Tom. 2. libro 1. adverſus Iovian. poſt med. pag. 41. lit. B.*

49. Obliviſcere omne præteritum, & quotidie inchoare te puta, ne pro præſenti die quo debes ſervire Deo, præteritum imputes. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriad. pag. 25. A.*

50. Non cœpiſſe, ſed perfeciſſe virtutis eſt. *Libro 1. ſuper Matth. cap. 10. can. 2. num. 88. ſuper illud, Qui perſeveraverit uſque in finem, pag. 30. lit. D. tom. 9.*

51. Sunt quidam, qui cùm fortia inceperunt, non ſolùm in iis quæ inceperunt tepeſcunt: verùm etiam ad vitia turpiter relabuntur. *Profec.* Hugo a S. Victore.

52. Humanum, rationabile, & pulchrum valdè opus eſt ſpirituale, quod incipiunt: ſed beſtiale penitùs eſt, turpe & atrum vitium, in quo deſinunt. *Ser. 73. de diverſ. de S. Ioan. Baptiſt. poſt med. pag. 396. litt. C. tom. 2.*

53. Tu fortiter inchoas, tepidè conſummas: cur? quia non diſponis omnia ſuaviter, nec ſcis operari ſapienter. Incipis, curris, feſtinas, laſſaris, deciperis: non dicam ad finem, ſed nec ad medium pertingis. *Libro 2. Miſcellan. codic. 2. tit. 48. poſt med. pag. 159. B. tom. 3.*

54. Ante faciem ſuam graditur & non revertitur, qui à bono incepto, nullâ pravâ intentione evertitur. *Sup. 1. Reg. cap. 6. in illud, Ezech. 1. Non revertebantur cùm incederent. fol. 213. col. 4 tom. 1.* Hugo Card.

55. Ah homo, quid prodeſt tibi bonum inchoare, & non bono fine concludere? bonum enim virtutis non ſolùm amittis, ſed & damnum incurris, & ſupplicium promereris. *De eleemoſin. cap. 6. poſt med. fol. 96. columna 1.* S. Innoc. III.

56. Benè cœpiſſe nihil proderit, nec pleno fervore renuntiationis arripuiſſe principia, ſi hæc congruus Ioan. Cass.

etiam finis ſimiliter non commendaverit, atque concluſerit. *Lib. 4. de Cænob. Inſtit. cap. 37. in princ. pagina. 99.*

JOAN. CASS. 57. Nihil proderit ſublimiter inchoaſſe, ſi ſimilem principiis non exhibuerimus & finem. *Collat. 3. Abbat. Paphnutii, cap. 3 in medio.*

S. IOANNES CHRYSOTOM. 58. Incipere multorum eſt, finire verò paucorum. *Hom. 24. ſup. Matth. oper. imperf. ſub fin. col. 896. D. tomo 2.*

59. Semper in principio delectatio eſt, in fine probatio. *Ibidem.*

60. Cor bonæ fidei aſt exitus bonus: quia incipere aliquod bonum non eſt glorioſum, ſed finire. *Ibidem, in fine, col. 897. A.*

61. Frequenter quod incipit homo, corporis voluptas eſt: quod autem finit, animæ virtus eſt. *Ibidem.*

62. Non exordia ſola oportet habere clara, ſed etiam & finem clariorem. *Hom. 24. ſup. Ep. ad Hebr. in princ. moralis, col. 1812. A tom. 4.*

63. Ubique principia & exordia difficilia ſunt. *Ibid. Hom. 9. ante finem.*

JOAN. TRITH. 64. Orationibus noſtris pulſandus eſt Deus, ut hoc quod incipimus bonum, ad finem uſque debitum perficere ipſe dignetur. *Sup. Prolog. Regula S. Bened. cap. 2. poſt med. pag. 161. col. 2.*

65. Quidquid iutentione vanâ incipitur, bono fine rarò conſummatur. *Orat. 5. in Convent. Abbat. habitâ, ante med. pag. 877. col. 2.*

S. ISID. HISP. 66 Multi principia habent converſionis ſuæ, fine verò malo clauduntur: quidam autem & bene incipiunt, & bene finiunt. *Lib. 2. de ſummo bono, cap. 5. ſect. 14. pag. 639. col. 2.*

LACT. FIRM. 67. Quidquid eſt, aliquando habuerit principium neceſſe eſt: nec omninò quidquam poteſt eſſe, niſi cœperit. *Lib. 7. de Divin. Inſt. cap. 1. ante med.*

S. LAURENT. IUSTIN. 68. Nihil laude dignum eſt, quod imperfectum relinquitur: cœpiſſe enim, nec perfeciſſe opus, non caret reprehenſione. *De ligno vitæ, Tract. 13. de Orat. capite 10. in principio pagina 77. columna 1. littera F. part. 1.*

S. LEO I. 69 Difficile eſt, ut bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. *Ep. 87. ad Epiſc. African. ab initio.*

S. NILUS AB. MART. 70. Uniuſcujuſque rei finem, ante initium conſidera. *Paræneſ. 30. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Colon. 1618*

PETR. BLES. 71. Quod feciſti hactenùs, feliciter conſumma: ſic agens quotidie, quaſi ſemper incipias? *Tract. de Inſt. Epiſc. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 942. col. 2. G. edit. Colon. 1618.*

S. PETRUS DAMIANUS. 72. Quid prodeſt, ſi rectè quis quodlibet opus incipiat, niſi illud recto fine concludat. *Lib. 4. Ep. 16. ad quendam Epiſc. in principio. pag. 60. columna 1. lit. B. tom. 1.*

73. Qui cœpta bona diſtrictè non exequitur, diſſolutione negligentiæ manum daſtruentis imitatur. *Lib. 7. Ep. 10. ante medium pagina 115. columna 2. littera A. tom. 1.*

74. Electorum ac reproborum commune eſt, bona quælibet indifferenter incipere: ſed ſpecialiter electorum eſt, quæ benè cœpta ſunt, conſummare. *Lib. 8. Ep. 5. ad Petr. Senator. in princ. pag. 225. col. 2. B. tom. 1.*

75. Nihil prodeſt cuiquam bonum opus incipere, niſi ſtudeat etiam, uſque dùm perficiat cuſtodire. *Opuſc. 25. cap. 2. poſt med. pag. 604. columna 1. littera B. tomo 3.*

THOMAS A KEMPIS. 76. Multorum eſt incipere, paucorum proficere, pauciſſimorum ad perfectionem pervenire. *In hortulo Roſar. cap. 4. in princ. tom. 2.*

77. Qui proficere vult, omni die incipere debet. *In dialogo Novit. cap. 3. ſent. 2. tom. 2.*

IN VIT. PAT. 78. Inchoaſti aliquid boni? non revoceris per impedimenta inimici, quoniam & ipſe inimicus patientiâ tuâ deſtruetur. *Lib. 5. libell. 7. de Fortitud. num. 8. circa. med. pag. 586. col. 2.*

79. Nihil eſt opus quod incipitur ſi non perficitur. *Lib. 7. capite 27. num. 2. pagina 586. columna 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 80. Principium omne difficillimum perſpectu eſt. *Lib. 2. Elenchor. cap. 9. circa init. tom. 1.*

CICERO. 81. Ut benè vel malè poſuimus initia, ſic cætera ſequentur. *Lib. 10. Ep. ad Atticum, Ep. 20. a medio, tom. 3.*

EPICTETUS. 82. In quovis incœpto hæc optanda ſunt. Duc me, ô Jupitar, & tu fatum, eò quò ſum à vobis deſtinatus: ſequar enim alacriter. Quòd ſi noluero, & improbus ero, & ſequar nihilominùs. *In ſuo Enchirid. cap. 77. per totum.*

SENECA. 83. Quàm ſerum eſt, tunc vallа incipere, cùm deſinendum eſt! *De brevit. vitæ cap. 4. in medio, pagina 562. tom. 2.*

84. Inter cætera mala hoc quoque habet ſtultitia, ſemper incipit vivere. *Profec.*

85. Quid eſt autem turpius, quàm ſenex vivere incipiens?

86. Moleſtum eſt, ſemper vitam inchoare: malè vivunt, qui ſemper vivere incipiunt, quia ſemper illis imperfecta vita eſt.

87. Non poteſt ſtare paratus ad mortem, qui modò incipit vivere, & non incipit mori.

88. Quidam vivere tunc incipiunt, cùm deſinendum eſt, quidam autem (quod magis mirum) ante vivere dafierunt, quàm inciperent. *Ep. 13. in fine pag. 545. & Ep. 23. in fine, pag. 566 tom. 2.*

89. Scito te in quibuſdam debere perſeverare, quia cœpiſti: quædam verò nec incipere, in quibus perſeverare ſit noxium. *De quatuor virt. in princ. pag. 673. edit. Baſileæ 1537.*

SIXTUS PHIL. 90. Exordium in agendo, à Deo ſume, quæ agis. *Sent. 278. pag. 66. col. 2. E. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colon. 1618.*

Vide etiam Tit. Converſio. ſent. 47. Finis. ſent. 25. Fructus. ſent. 31. Negligentia. ſent. 23. Novitius. ſent. 7. Obviatio. ſent. 9. Opus. ſent. 80. Perſeverantia ſent. 40. Præmium. ſent. 60. Profectus ſent. 144. Propoſitum ſent. 33.

Infernus.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

ETYMOLOGIA.

S. AUGUSTIN. INFERI eo quòd infrà ſint, latinè appellantur: ſicut autem ſecundùm corpus, ſi ponderis ſui ordinem teneant, inferiora ſunt omnia graviora: ita ſecundùm ſpiritum inferiora ſunt omnia triſtiora: undè & in græca lingua origo nominis, quo appellantur inferi, ea eo quòd nihil ſuave habeant, reſonare perhibetur. *Libro 12. de Geneſ. ad litt. cap. 34. in medio.*

CASSIODORUS. Infernus dictus eſt ab eo quòd illic animæ jugiter inferantur, ſive (ut quidam volunt) à parte inferiore. *Sup. Pſal. 9. verſ. 18. fol. 16. col. 2.*

DEFINITIO.

HUGO CARD. Infernus eſt locus tormentorum, ubi animæ igne perpetuo cruciantur. *Sup. Num. cap. 16. fol. 138. col. 2. tom. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANSELMUS. 1. Conſtat ſolos malos in inferno torqueri, & ſolos

bonos in cæleſti beatitudine foveri. *De Similitud. capite* 190.

S. ANTONIUS DA PADUA. 2. Sicut in hoc mundo duo peccata magis abundant, luxuria & avaritia; ſic in inferno duæ ſunt pœnæ, quæ magis cruciant, ſcilicet ignis & frigus. *Serm. Dom.* 20. *poſt Trinit. ſub finem*, *fol.* 308. *pag.* 2.

S. AUGUST. 3. Cavendi ſunt inferiores inferi, ubi nulla poteſt eſſe commemoratio veritatis, quia nulla ratiocinatio, & ubi nemo eſt, qui memor Dei ſit. *De vera Relig. cap.* 52. *circa finem*, *pag.* 516. *C. tom.* 1.

4. In Inferno etſi erit ſtimulus pœnitudinis, nulla tamen ibi erit correctio voluntatis: à talibus enim iniquitas ſua ita culpabitur, ut nullatenus poſſit ab eis vel deſiderari juſtitia. Voluntas eorum talis erit, ut habeant in ſe ſemper malignitatis ſuæ ſupplicium, nunquàm tamen percipere poſſint bonitatis affectum. *De Fide ad Petrum*, *cap.* 3. *paulo poſt med. pag.* 158. *littera C. tom.* 3.

5. Sicut illi, qui cum Chriſto regnabunt, nullas in ſe malæ voluntatis reliquias habebunt: ita illi, qui erunt in ſupplicio ignis æterni cum diabolo & ejus Angelis deputati; ſicut ulteriùs nullam habebunt requiem, ſic nullatenùs bonam habere poterunt voluntatem. *Ibidem.*

6. Sicut cohæredibus Chriſti dabitur perfectio gratiæ ad æternam gloriam, ſic conſortibus diaboli cumulabit ipſa malignitas pœnam, quando exterioribus deputati tenebris, nullo illuſtrabuntur interiore lumine veritatis. *Ibidem.*

7. Quomodo intelligenda ſit illa flamma inferni, ille ſinus Abrahæ, illa lingua divitis, ille digitus pauperis, illa ſitis tormenti, illa ſtilla refrigerii, vix fortaſsè à manſuetè quærentibus, à contentioſè autem certantibus nunquàm invenitur. *Lib.* 8. *de Geneſi ad lit. cap.* 5. *poſt init. pag.* 433 *A. tom.* 3.

8. Miſeris in inferno mors eſt ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu: quia & mors ſemper vivet & finis ſemper incipiet, & defectus deficere neſciet. *Proſec.*

9. Mors perimet, & non extinguet, dolor cruciabit, & pavorem non fugabit, flamma comburet, ſed tenebras non diſcutiet: erit enim in igne obſcuritas, in obſcuritate pavor, in combuſtione dolor. *De Spiritu & Anima cap.* 56. *ante med. pag.* 636. *C. tom.* 3.

10. Reprobi ignibus inferni traditi, in ſuppliciis dolorem ſentient, & in doloris anguſtia pavore ferientur, & ſemper tolerabunt, & ſemper timebunt: quia ſine fine cruciati vivent ſine ſpe veniæ & miſericordiæ, quod eſt miſeria ſuper miſeriam. *Proſec.*

11. Si enim poſt tot millia annorum quot capillos habuerunt, omnes quicunque fuerunt & erunt, pœnas ſuas finiri ſperarent, multò leviùs eas ſuſtinerent; ſed quia ſpem non habent, nec habebunt, deſperatione deficient, & ad tormenta non ſufficient.

12. Ibi erit metus & mœror, luctus & dolor: tunc verè nihil niſi lugere erit, niſi flere: quia pœnitere tunc nulli poterit valere.

13. Ibi erit tortor cædens, vermis corrodens, ignis conſumens: peccata detegentur, rei punientur, & hoc totum perenne.

14. Quiſquis ad tormenta ibit, jàm non ampliùs exibit, dolor combuſtionis eos totis cruciabit, pœna cæcitatis intùs obſcurabit.

15. Videbunt illa teterrima monſtra dæmoniorum, & larvales facies eorum, videbunt tormenta inferni, & in tormentis ſequaces ſuos, Deum autem non videbunt, quod eſt omnium miſeriarum miſerius. *Ibidem*, *cap.* 56. *a medio uſque ad finem*, *pag.* 636. *D.*

16. Multi ex virtutibus in infernum per elationem corruerunt. *Ibidem*, *in fine pag.* 636. *D*

17. Sepultura inferni, pœnarum profunditas, ſuperbos & immiſericordes poſt hanc vitam devorat. *Lib.* 2. *quæſt. Evangel. quæſt.* 38. *ante med. pag.* 249. *littera A. tom.* 4.

18. Tria ſunt deteriora omni malo: anima peccatoris, quæ nigrior eſt corvo: mali Angeli, qui eam rapiunt: & infernus, in quem ducitur. *De Salut. docum. cap.* 50. *in princ. pag.* 763. *B. tom.* 4. S. AUGUSTIN.

19. Mors illa in inferno potiùs æterna dicenda eſt, quàm vita: nulla quippè major & pejor eſt mors, quàm ubi non moritur mors. *Lib.* 6. *de Civit. Dei cap.* 12. *poſt med. pag.* 113. *A. tom.* 5.

20. In pœnis malorum, & inextinguibilis ignis, & vivaciſſimus vermis ab aliis atque aliis, aliter atque aliter eſt expoſitus. *Proſec.*

21. Alii quippè utrumque ad corpus, alii utrumque ad animam retulerunt: alii propriè ad corpus ignem, vermem verò tropicè ad animam, quod credibilius eſſe videtur. *Ibidem*, *lib.* 20. *cap.* 22. *ſub fin. pag.* 424. *D. tom.* 5.

22. Ignis æternus cujuſmodi ſit, & in qua mundi vel rerum parte futurus, hominem ſcire arbitror neminem, niſi fortè cui ſpiritus divinus oſtendit. *Lib.* 20. *de Civit. Dei cap.* 16. *prope med. tom.* 5.

23. Lacus inferni plenus eſt tenebrarum, diſcordiæ, odii, ſtultitiæ miſeriæ, turpitudinis, amaritudinis, offenſionis, doloris, aduſtionis, ſitis, famis, ignis inextinguibilis, triſtitiæ, vindictæ perennis, & omnis ineffabilis mali, quod nec dici, nec cogitari poteſt. *De Triplici habitaculo*, *cap.* 1. *poſt med. pagina* 555. *lit. A. tom.* 9.

24. In inferno nihil invenitur quod deſideratur: in lacu miſeriæ perennis, nihil videtur, nihilque ſentitur, niſi quod diſplicet, niſi quod offendit, niſi quod cruciat. *Ibid. ſub finem*, &c.

25. Omne malum abundat in carcere diaboli, & nullum bonum; nullus dignus, nullus juſtus ad infernum trahitur. *Ibidem*, *in fine*, &c.

26. In inferno eſt
- Sitis intolerabilis.
- Pœna famis.
- Pœna fœtoris.
- Pœna horroris.
- Pœna timoris.
- Pœna anguſtiæ.
- Pœna tenebrarum.
- Severitas tortoris.
- Præſentia dæmonum.
- Ferocitas beſtiarum.
- Crudelitas miniſtrantium.
- Dilaceratio immortalium vermium.

Ibid. cap. 2. *ante med. pag.* 555. *A. B.*

27. In inferno eſt vermis conſcientiæ, ignitæ lacrymæ, ſuſpiria, miſeriæ, dolor ſine remedio, vincula ſine ſolutione, mors æterna, pœna ſine fine, abſentia Chriſti quoad viſionem ejus, quæ ſola omnia ſupradicta ſuperat, & omnibus pœnis intolerabilior. *Ibidem.*

28. Duplex plaga, eſt ab æterno regno Dei ſeparari, & ſemper in inferno cum diabolo damnari, præſentiam amittere Angelorum, & terribilem ſemper pati dæmonum præſentiam. *Proſec.*

29. Quantum caveri, vitari, metui deberet dæmonum præſentia, nullo modo dici poteſt: quis cum ſano ſenſu pro unius diei deliciis, centum annorum pœnam eligeret? *Ibid. cap.* 3. *in medio*, *pag.* 555. *B.*

30. Quare in inferno mors quæritur & non invenitur? quia quibus in hoc ſeculo vita offertur, & nolunt accipere, in inferno quærunt mortem, & non poterunt invenire. *Serm.* 1. *Dedicat. Eccleſ. in ord.* 252. *a medio*, *pag.* 822. *C. tom.* 10.

31. Damnatorum cibus eſt cruciatus, & manſio eorum cum diabolo: ubi nulla viſitatio niſi pœna, ubi nulla requies ſed ſemper inquietudo: ubi nullum refrigerium, ſed ſemper flamma; ubi lux nulla, ſed ſemper tenebræ. *Serm.* 3. *de Defunctis*, & *in ord.* 40. *poſt med. pag.* 892. *D tom.* 10.

32. Infernus latus eſt, & menſuram non habet; pro-

fundus eſt, & nullum fundum habet; inſatiabilis eſt, plenus ardore incomparabili, plenus fœtore intolerabili, plenus omni dolore inoumetabili. *Proſec.*

S. AUGUST.

33. Ibi omnis miſeria, ibi tenebræ, ibi nullus ordo, ibi horror æternus, ibi nulla ſpes boni, nulla deſperatio mali; ſed omne malum quod excogitari poteſt, damnatis in æternum erit. *Serm. 26. ad Fratr. in Eremo ante finem & in fine pag.* 946. *D. tom.* 10.

34. Ibi nulla vita, ſed manſio dura, & mors æterna, ibi tenebroſus ignis, & locus horribilis, ibi flamma gehennalis & inextinguibilis, ibi immenſa tormenta & ſuſpiria valida, ibi luctuoſi gemitus & languor ſempiternus. *Ibidem, ſerm.* 68. *in fine pagina* 1011. *littera A.*

35. In inferno & dolor permanet ut affligat; & natura perdurat ut ſentiat: quia utrumque ideò non deficit, ne pœna deficiat. *Lib.* 19. *de Civit. Dei cap.* 28. *prope finem tom.* 5.

36. In ipſo igne æterno pro diſparibus ponderibus peccatorum, ſunt diſparia tormenta pœnarum. *Lib.* 4. *de Baptiſmo contra Donatiſt. capite* 19. *in medio tomo* 7.

37. In inferno non erunt homines ante mortem atque poſt mortem, ſed ſemper in morte; ac per hoc numquàm viventes, nunquam mortui, ſed ſine fine morientes. *Lib.* 13. *de Civit. Dei. cap.* 11. *in medio tom.* 5.

S. BERNARDINUS SENENS.

38. Ignis inferni ſemper ardebit, nunquàm lucebit, ſemper uret & nunquàm conſumetur, ſemper affliciet & nunquàm deficiet. *Sup. Apocal. cap.* 15. *verſ.* 11. *in illud Fumus tormentorum aſcendit, pag.* 122. *col.* 1. *E. tom.* 4.

39. Eſt apud inferos ſumma tenebrarum obſcuritas, immenſa pœnarum acerbitas, infinita miſeriarum æternitas. *Ibidem.*

40. O mors quàm dulcis eſſes, quibus tàm amara fuiſti, te ſolam ibi deſideranter optabunt, qui te ſolam vehementer oderunt. *Ibidem, &c.*

S. BERNARD.

41. Per millia millium annorum in inferno cruciandi ſunt miſeri, nec indè unquàm liberandi: ubi nec qui torquet, aliquando fatigatur; nec qui torquetur, aliquando moritur. *Proſec.*

42. Ibi dolor intolerabilis, timor horribilis, fœtor incomparabilis, mors animæ & corporis, ſine ſpe veniæ & miſericordiæ: ſic tamen morientur ut ſemper vivant, ut ſemper moriantur. *Lib. Medit. cap.* 3. *poſt med. fol.* 323. *col.* 1. *B. C.*

43. In inferno eſt
- Ignis ardens.
- Frigus rigens.
- Vermis immortalis.
- Fœtor intolerabilis.
- Mallei percutientes.
- Tenebræ palpabiles.
- Confuſio peccatorum.
- Innodatio vinculorum.
- Horribilia dæmonum facies. *Serm. de quinque Negotiat. poſt med. fol.* 359. *col.* 2. *lit. E.*

44. Dirum, execrabile, & horrendum ſepulchrum infernus. *Serm. ad paſtores in Synodo Congregatos, poſt med. fol.* 362. *col.* 3. *lit. I.*

45. Regio gehennalis, regio dura & extimeſcenda, terra afflictionis & miſeriarum, terra tenebrarum, terra turbinis & caliginis, terra maledictionis & mortalitatis, terra ſitis & famis, terra combuſtionis & frigoris. *Serm. de S. Nicolao prope finem, fol.* 370. *columna* 2. *lit. D.*

S. BONAVENT.

46. Mors malorum in inferno, eſt mors mortalis. *Sup. Pſ.* 117. *ante med. pag.* 145. *col.* 1. *lit. E. tom.* 1.

47. Oſtium diaboli in inferno, luxuria eſt; cujus limen eſt ſimplex fornicatio, poſtes autem adulterium, ſuperliminare peccatum contra naturam. *Serm.* 2. *Dom.* 4. *poſt Pentec. in fine pag.* 151. *col.* 2. *tom.* 3.

S. BONAVENT.

48. In inferno eſt vita ſemper moriens, & mors ſemper vivens. *Serm.* 1. *de S. Laurent. poſt med. pag.* 266. *col.* 1. *tom.* 3.

49. Homo in inferno ſemper moritur; & ut ſemper mori poſſit, ad vitam continuè reparatur. *Ibid.*

50. In inferno tunc deſinet pœna miſerorum, quando gloria deſinet beatorum. *Serm.* 1. *de S. Matthæo, ante fin. pag.* 275. *col.* 1. *tom.* 3.

51. In inferno erit ſtimulus pœnitentis, nulla tamen erit correctio voluntatis. *Tit.* 10. *dieta cap.* 1. *in fine pag.* 319. *col.* 2. *lit. C. tom.* 6.

52. Tanta erit in inferno vis doloris, ut ſe non ferat altiùs intentio cogitationis. *In ſoliloq. cap.* 3. *ſub fin. pag.* 118. *col.* 2. *A. tom.* 7.

S. CÆSARIUS ARELAT.

53. Intolerabilis dolor ibi erit, ſi indè quiſque cauſas mortis incurrat, undè vitæ gaudia comparare potuiſſet. *Hom.* 1. *in fin. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 746. *col.* 1. *C. edit. Colon.* 1618.

CASSIODORUS.

54. Ignis infernalis ſic abſumit, ut ſervet; ſic ſervat, ut cruciet. *Sup. Pſ.* 20. *poſt med. verſ.* 9. *fol.* 30. *col.* 2.

55. Pœna ingens, formidoloſa damnatio, de amœniſſimo Domini tabernaculo evelli, & in perpetuis ignibus mancipari: ubi nec virere cuiquam datum eſt, nec florere conceſſum; ſed tanquàm arbor grandæva radicitùs evulſa, æterna ſterilitate ſiccari. *Sup. Pſ.* 51. *circa medium verſ.* 5. *Evellet te, &c. fol.* 79. *columna* 1.

S. DOROTH.

56. Quis poteſt horrenda inferni loca enarrare, tortores terribiles, animas infelices diro cruciatu torquentes? *Proſec.*

57. Quis poteſt enarrare ignem incorruptibilem, & ſemper ardentem, tenebras inexplicabiles, aſperos & rigidos judices, & ultores? *Doctrin.* 12. *ante med. apud. Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 785. *col.* 2. *littera F. edit. Colon.* 1618.

S. EPHRÆM.

58. In inferno obviabit damnatis horrenda illa facies ſuorum delictorum, quæ omni tormento acerbior erit ac durior. *De univerſali Reſurr. poſt med. pag.* 620. *A. tom.* 3.

S. EUSEBIUS CÆSARIENS.

59. Quantò in mundo major fuit gloria & lætitia, tantò major in inferno præparatur pœna. *Epiſt.* 4. *ad Damaſ. Pap. de morte D. Hieronym. ante med.*

S. EUSEBIUS EMISSEN.

60. Dura ſeparatio eſt à dulci intuitu ſanctorum, & à ſocietate felicium, & lacrymabiles gemitus planctuſque lugentium, collegium triſte miſerorum, & à beata patria æternum teterrimæ noctis exilium. *Hom.* 4. *ad Monachos in fine, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 582. *col.* 1. *D. edit. Colon.* 1618.

61. Intolerabilis in inferno dolor erit, ſi indè cauſas mortis quiſquam incurrat, undè vitæ gaudia comparare potuiſſet. *Ibidem, Hom.* 10. *in fine, pag.* 587. *col.* 1. *F.*

62. Ardens inferni puteus aperietur; deſcenſus erit, reditus non erit. *Proſec.*

63. Illic denudati & capitaliter mortui in perpetuum demergentur, dejiciendi in tenebras exteriores, infeliciter excluſi, infeliciùs includendi.

64. Cùm enim ſuſceperit reos, claudetur ſurſum, & aperietur deorſum, dilatabitur in profundum: nullum ſpiramen, nullus liber anhelitus, clauſtris deſuper urgentibus, relinquetur.

65. Detrudentur illuc valedicentes rerum naturæ, ultra neſcientur à Deo, qui Deum ſcire noluerunt, morituri vitæ, & mortui ſine fine victuri.

66. Felices, qui nunc benè agunt, utentes facultate, vel corpore ſuo contenti, & de ſuo largi, in ſe caſti, in alios incruenti, ab hujus profundi flammeâ nocte ſe redimunt. *Ibidem, Hom.* 3. *de Epiphan. à medio, pag.* 549. *col.* 2. *E.*

FRANCISCUS TITELM.

67. Infernus latiſſimus eſt, & infinitæ capacitatis, quotquot advenerint capiens, & nunquàm dicens, ſufficit. *In Elucidat. ſup. cap.* 36. *Iob, circa med. in illud. Latiſſime, & non habens fundamentum.*

S. FULGENT.

68. Ibi mors miſerorum talis erit, quæ non animam de corpore dolentis excludat: ſed in dolenti corpore ita jugiter teneat, ot animam ſimul & corpus æternitate doloris affligat: ac per hoc ſemper in corpore ſuo morietur anima, cum quo ſioe fine cogitur æterna communicare tormenta. *Profec.*

69. Ibi mors animæ corporiſque non moritur, quia cruciatus corporis & animæ non ſinitur. *Lib. 2. de Remiſſ. peccator. cap. 13. ſub finem.*

GLOSS. ORD.

70. Caliginoſus aër, infernus eſt dæmonum. *Sup. Ep. ad Ephes. cap. 2. in principio columna* 533. *littera C. tom. 6.*

S. GREG. MAG.

71. Quem rapit iniquitas, infernus abſorbet. *Lib.* 26. *Moral. cap. 24. poſt medium, num.* 32. *col.* 885. *B. tomo 1.*

72. Ignis infernalis concremationem habet, lumen non habet. *Ibid. lib. 9. cap. 36. in illud, Job, Vbi umbra mortis, &c. col.* 337. *A.*

73. Inferni clauſtra tenebroſa terra nominantur, quia quos puniendos accipiunt, nequaquàm pœna tranſitoria, vel phantaſtica imaginatione crucians: ſed ultione ſolida perpetuæ damnationi ſervant. *Ibid. cap.* 38. *prope init. Num.* 45. *col.* 336. *B.*

74. Nequaquàm ultrà miſericordia parrentis liberat, quos ſemel in locis pœnalibus juſtitia judicis damnat: quia quiſquis ad toleranda inferni mala deſcenderit, nequaquàm ulteriùs ad lucem redibit. *Ibidem, ante med.*

75. Qui nequaquàm diſpari iniquitate polluti ſunt, neqoaquàm diſpari tormento in inferuo crucientur, *Ibid. cap. 39. poſt init. num.* 47. *col.* 338. *A.*

76. Par cruciet flamma ſupplicii, quos in igne lnauriæ par ſuccendit flamma peccati. *Ibidem.*

77. Infernum umbra mortis obſcurat, quia horrendo modo eſt reprobis dolor cum formidine, & flamma cum obſcuritate. *Ibid. ante med. ſup. illud Iob.* 10. *Sempiternus horror inhabitat, &c.*

78. Fit miſeris in inferno mora ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu: quia & mors vivit, & finis ſemper incipit, & deficere defectus neſcit. *Ibid. circa med. col.* 339. *A.*

79. In inferno mors perimit, & non extingoit: dolor cruciat, ſed nullatenùs pavorem fugat: flamma comburit, ſed nequaquàm tenebras diſcutit. *Ibidem.*

80. In inferno edax flamma comburit, quos carnalis delectatio polluit; & infinitè patens inferni barathrum devorat, quos inanis elatio exaltavit. *Ibid. ante fin. col.* 340. *A.*

81. Omnis peccator in inferno prudens erit in pœna, qui ſtultus fuit in culpa: quia ibi dolore conſtrictus ad rationem oculos aperiet, quos hic voluptati deditus clauſit. *Ibid. lib.* 15. *cap.* 31. *circa finem.*

82. Pravi tantò in inferno gravioris vindictæ ſupplicia ſentiant, quantò hîc majoris providentiæ gratiam calcant. *Ibid. lib. 26. cap. 22. prope med. ſup. illud Iob* 36. *Revolabit aurem eorum, &c. col.* 880. *B.*

83. Infernus rectè fundum non habere creditur: quia quiſquis ab illo rapitur, in immenſo profundo devoratur. *Ibid. cap. 24. poſt med. num.* 32. *columna* 885. *littera B.*

84. Damnati hominis domus, infernus eſt; ubi nulla inveniri poterunt conſilia ſalutis. *Lib. 2. in 1. Reg. cap. 3. circa med. col.* 1293. *C. tom. 2.*

85. Sicut electos beatitudo lætificat, ita credi neceſſe eſt quòd à die exitus ſui ignis reprobos exurat. *Lib.* 4 *dialogi, cap. 28. in fine.*

S. HIERONYM.

86. Infernus inſatiabilis eſt, & nunquàm mortuorum moltitudine completur. *Lib. 2. ſup. Iſaiam, cap. 5. ſup. illud, Propterea dilatavit infernus. pagina* 25. *littera C. tom.* 5.

87. In inferno cuncta pœnarum plena ſunt, atque cruciatuum. *Sup. Ioël cap. 2. ſup. illud, Magnus enim dies Domini. pag.* 61. *B. tom.* 6.

HUGO A S. VICTORE.

88. Infernus latus eſt ſine menſura, profundus ſine fundo, plenus ardore incomparabili, plenus fœtore intolerabili, plenus dolore innumerabili. *Profec.*

89. Ibi miſeria, ibi tenebræ, ibi ordo nullus, ibi horror æternus, ibi nulla ſpes boni, nulla deſperatio mali.

HUG. A SANCTO VICT.

90. Ibi tranſitur à frigore nivium, ad calorem ignium, & utrumque intolerabile.

91. Ibi omnes comburuntur, & vermibus corroduntur, & conſumuntur.

92. Nulla ibi vox, niſi væ, væ, væ habent, væ ſonant, tortores diabolici torquent pariter & torquentur, & eorum nunquàm finis erit, aut remedium. Talis eſt infernus, & millies pejor. *Lib. 4. de Anima, cap. 13. poſt med. pag.* 134. *F. tom.* 2.

93. Hic locus indignis, quo non extinguitur ignis:
Nec qui torquetur, nec qui torquet morietur. *Serm. 68. de Diverſ. poſt init. pag.* 388. *F. tom.* 2.

HUGO CARD.

94. Quindecim pœnæ ſunt inferni.
- Fames inſatiabilis.
- Sitis inextinguibilis.
- Æſtus irremediabilis.
- Frigiditas intolerabilis.
- Ignis interminabilis.
- Fœtor horribilis.
- Fumus incredibilis.
- Laceratio beſtiarum infatigabilis.
- Dolor ſenſibilis.
- Clauſio carceris inflexibilis.
- Deſperatio inſanabilis.
- Horror execrabilis.
- Invidia inceſſabilis.
- Vermis corroſibilis.
- Pœna infinibilis. *Sup. Pſal. 20. fol. 46. col. 2. tom. 1.*

95. Mali deferunt ſecum malam voluntatem in inferno. *Sup. Prov. cap. 14. fol. 32. col. 1. tom, 3.*

96. Triplex eſt infernus.
- Primus, eſt pœna temporalis.
- Secundus, pœna Purgatorii.
- Tertius, pœna gehennalis. *Ibid. cap. 15. fol. 34. col. 1.*

97. Si eſſet aliquis in inferno ſine peccato, nullam pœnam ſentiret. *Sup. Iſai. cap. 14. fol* 35. *columna* 4. *tomo* 4.

98. In inferno ſepeliuntur parochiani diaboli, in cœlo verò ſepeliuntur parochiani Chriſti. *Sup. Luc. cap. 16. in illud. Et ſepultus eſt in inferno, fol.* 232. *col.* 1. *tom.* 6.

S. INNOC. III.

99. Eſt apud inferos ſumma tenebrarum obſcuritas, immenſa pœnarum acerbitas, infinita miſeriarum æternitas. *Lib. 3. de contemptu mundi, cap. 6. in medio pag.* 145.

100. Ibi erit
- Fletus, & ſtridor dentium.
- Gemitus, & ululatus.
- Luctus, & cruciatus.
- Stridor, & clamor.
- Timor, & tremor.
- Dolor, & labor.
- Ardor, & fœtor.
- Obſcuritas, & anxietas.
- Acerbitas, & crudelitas.
- Calamitas, & egeſtas.
- Anguſtia, & triſtitia.
- Oblivio, & confuſio.
- Torſiones, & punctiones.
- Amaritudines, & ſolicitudines.
- Fames, & ſitis.
- Frigus, & calor.
- Sulphur, & ignis.

Ibidem, capite ultimo in calce, pag. 170.

S. Innoc. III. — 101. Erit tantà in reprobis ibi oblivio, tanta cæcitas animi, tanta confuſio rationis, ut rarò, vel nunquàm ad cogitandum quidquam de Deo poſſint aſſurgere, nec ad confitendum valeant reſpirare. *Ibidem, cap. 7. poſt med. pag.* 147.

102. Ordo quidem erit in inferno in quantitate pœnarum, ſed ordo non erit in qualitate rerum. *Ibidem, cap.* 8. *circa med. pag.* 148.

103. Voluntas damnati in inferno (licèt amiſerit peccandi defectum) ſemper tamen habebit malignitatis affectum. *Ibidem, cap.* 10. *poſt medium, pagina* 153.

S. Ioann. Chrysostom. — 104. In inferno damnatus duplex invenit ſupplicium: in gehenna enim uritur, & cœlorum regnum prorsùs amittit, quæ pœna major eſt, quàm cruciatus ille flammarum. *Hom.* 24. *ſup. Matth. operis perfecti, poſt med. in illud, Et in ignem mittetur, columna* 232. *littera D. tom.* 2.

S. Ioannes Damasc. — 105. Mala, quæ in inferno ſunt, Deum authorem non habent, ſed nos ipſos. *Lib.* 2. *Parall. cap.* 52. *fol.* 81. *pag.* 2. *D.*

106. Infernus commune hoſpitium eſt, & luctuum officina. *Ibidem.*

Ioan. Trith. — 107. Infernus latus eſt ſine menſura, profundus ſine fundo. *Sup. Prolog. Regul. S. Bened. cap.* 2. *Text,* 29. *in princ. pag.* 194. *col.* 1.

108. Omnium in inferno pœnarum longè graviſſima exiſtimanda eſt, quòd illic damnati locis æternæ viſione perpetuò ſunt privati. *Lib.* 2. *ad Monachos, ſerm.* 5. *ante med. pag.* 546. *col.* 2.

109. Mali retributio, infernus eſt. *Orat.* 7. *in Conventu Abbat. habità, ſub finem, pagina* 911. *columna* 2.

Petr. Bles. — 110. Sicut lana ovium tonſa permittitur creſcere, ut iterùm tondeatur: ſic moriendo in inferno vives, & non deſines mori. *Ep.* 91. *ad Radulph, Epiſc. Lexovienſ. circa med. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag* 775. *col.* 2. *H. edit. Colon.* 1618.

111. Tota hominis miſeri in inferno ſubſtantia devorabitur inextinguibilibus flammis: nec erit ſuppliciorum modus, vel intermiſſio ſive finis. *Profecutio.*

112. Nam ibi finis ſemper incipiet, mors non morietur, nec defectus deficiet; ut damnati hominis conditio, ſemper in doloris materiam, & mortis æternæ pabulum recidivet. *Ibid. Ep.* 131. *ad quendam Prior. in fine, pag.* 807. *col.* 2. *F.*

S. Petrus Damianus. — 113. Regio gehennalis, regio dura, regio extimeſcenda, terra afflictionis, terra oblivionis, terra miſeriarum, terra tenebrarum, terra turbinis & caliginis, terra maledictionis & mortis. *Profec.*

114. Illic eſt ignis, qui non ſuccenditur: vermis, qui non moritur, & frigus horrendum.

115. Ibi fœtor intolerabilis exoritur, percutientes mallei reſonant inceſſanter, obfuſæ tenebræ cumulatius indenſantur.

116. Illic confuſio peccatorum, horribilis facies dæmonum, inextricabilium vinculorum fertilis multitudo.

117. Ibi fletus & ſtridor dentium, planctus & gemitus, & alternantia mala impios ſine pietate diſcerpunt. *Serm.* 59. *de S. Nicol. ante fin. pag.* 290. *col.* 1. *C. tomo* 2.

Philo Iud. — 118. Nihil ſic valet ad extirpandas voluptatum radices, quàm inferni memoria. *Ibidem.*

119. Infernus nihil aliud eſt, quàm vita miſeri, ſcelerati, execrandique hominis. *De Congreſſu quærenda eruditionis gratia, ante medium, pagina* 598. *tomo* 1.

S. Prosper. — 120. Ubi continuus gemitus, cruciatus æternus, dolor ſummus: ubi pœnales ſenſus torquent animas, nec extorquent: puniunt corpora damnata, nec finiunt. *Libro* 3. *de Vita contemplat. capite* 12. *in medio.*

S. Prosper. — 121. Cogitate quale malum ſit,
- Ab illo gaudio divinæ contemplationis excludi.
- Beatiſſimâ Sanctorum omnium ſocietate privari.
- Fieri patriæ cæleſtis extorrem.
- Mori vitæ beatæ, morti vivere ſempiternæ.
- In æternum ignem cum diabolo, & Angelis ejus expelli: ubi mors ſecunda damnatis exilium, vita ſupplicium.
- Non ſentire in illo igne quod illuminat, ſentire quod cruciat.
- Exundantia incendii terribiles crepitus pati.
- Barathri fumantis amara caligine oculos obcæcari.
- Profundo gehennæ fluctuantis immergi.
- Edaciſſimis in æternum dilaniari vermibus, nec finiri. *Lib.* 3. *de Vita contemplat. cap.* 12. *a medio.*

Tertullian. — 122. Nulli animæ omninò inferos patere ſancitum eſt. *De Anima cap.* 57. *ſub finem, pagina* 601. *littera B. tom.* 3.

S. Theophil. Alex. — 123. Infernus mortuis non expletur: ſed quantò plures ſuſceperit, tantò plures deſiderat. *Epiſt. Paſchal.* 3. *ante fin. apud Bibl. Patr. tom.* 4 *pag.* 723. *col.* 1. *B. edit. Colon.* 1618.

Thomas a Kempis. — 124. Nullum vitium erit in inferno, quod ſuum proprium cruciatum non habebit: ibi erit una hora gravior in pœna, quàm hic centum anni in graviſſima pœnitentia. *Lib.* 1. *de Imit. Chr. cap.* 24. *ſect.* 4. *tom.* 2.

S. Vincent. Ferrar. — 125. Quatuor ſunt loca in inferno.
- Primus & inferior eſt carcer damnatorum.
- Secundus eſt limbus puerorum.
- Tertius eſt limbus purgandorum.
- Quartus eſt ſinus Patrum ſanctorum.
- *Serm. in Sabbat. ſancto ante med. fol.* 230. *col.* 1. *part.* 1.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

Cicero. — 126. Apud inferos antiqui ſupplicia impiis conſtituta eſſe voluerunt. *Orat.* 44. *& in ord.* 22. *pro Catilina, ante med. num.* 8. *tom.* 2.

Plato. — 127. Si qui propter peccatorum magnitudinem inſanabiles eſſe videntur, perpetratis aut ſacrilegiis multis & magnis, aut cædibus injuſtis, aut facinoribus commiſſis, hos conſentanea ſors projicit in tartarum, undè nunquàm egredientur. *Tom.* 1. *Sizygia* 1. *in dialogo Phædonis, poſt med. pag.* 113. *E.*

128. Plenam multis ſceleribus animam ad inferos deſcendere, illud omnium malorum extremum eſt. *Tom.* 1. *Sizyg.* 3. *de Rhetor. poſt med. pag.* 522. *E.*

129. Eſt carcer infernus, & perpetuâ nocte oppreſſa regio. *Ep.* 82. *poſt med. pag.* 709. *tom.* 2.

Vide etiam Tit. carcer. ſent. 31. *Delitiæ. ſent.* 37. *Diabolus. ſent.* 179. *Finis. ſent.* 35. *Locus. ſent.* 17. *Mors. ſent.* 24. 59. 98. *Purgatorium. ſent.* 26. *Timor mortis. ſent.* 86. *Tribulatio. ſent.* 92. *Viſio Dei. ſent.* 50.

Infirmitas.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

ETYMOLOGIA.

S. Isid. Hisp. — INFIRMUS dicitur, quaſi ſine forma. *Lib.* 10. *Etymol. Verbo Infirmus. pag.* 139. *col.* 1.

Definitio.

S. ANTONIN. Infirmitas propriè carnis dicitur, qua elementorum, ſeu humorum concordia turbata caro ipſa efficitur, & tandem diſſolvitur. *Part. 1. Tit 5. de Anima ſeparata, cap. 1 §. 5. circa med. fol. 104. col. 4.*

RICHARD A S. VICTORE. Infirmitas nihil aliud eſt, niſi ſanitatis privatio, integritatiſque corruptio. *Part. 2. Tract. 1. de Statu interioris homin. cap. 11. in calce, pagina 42, columna 2. littera D.*

Sententiæ Patrum.

S. AMBROSIUS. 1. Ægritudo carnis peccatum repellit, luxuria autem carnis culpam adolet. *Lib. 1. de Pœnit. cap. 13. in princ. col. 177. lit. D. tom. 1.*

2. Non eſt obnoxius infirmitati, qoi non eſt obnoxius paſſiom. *De Incarnat. cap. 7. in princ. columna 432. B. tom. 2.*

3. Nullo modo ſe erigere poteſt abjectus & vilis ſenſus, atque ignobilis, demerſus in omnem infirmitatis voraginem vitæ hujus cupiditate. *Lib. 2. Ep. 7. ad Simplician. poſt med. col. 521. lit. A. tom. 3.*

4. Non eſt excludenda infirmitas, ſed juvanda. *Lib. 7. ſup. Luc. cap. 9. in illud Nolite prohibere eos, &c. col. 1719. B. tom. 5.*

S. ANTONIN. 5. Cùm corpus eſt debile & infirmum, debilitatur hoſtis. *Part. 2. Tit. 4. cap. 4. ſub finem, fol. 166. columna 3.*

S. AUGUSTIN. 6. Qui veram corporis oſtendit infirmitatem, humanè tractandus eſt: qui aotem falſam, & convinci non poteſt, Deo dimittendus eſt. *De opere Monachor. cap. 19 poſt med. pag. 567. D. tom. 3.*

7. Multò miſericordiùs operatur erga animas infirmorum, qui bonæ famæ ſervorum Dei conſulit quàm erga corpora egenium, qui panem eſurientibus frangit. *Ibidem, cap. 22. in fine.*

8. Non amat medicus ægrotum, & amat medicus ægrotum: ſi ægrotum amaret, ſemper ægrotum optaret: rurſùs ſi ægrotum non amaret, ad ægrotum non veniret; ſed amat ægrotum, ut faciat ſanum. *Sup. Pſ. 47. ante med. verſ. 3. pag. 299. A. tom. 8.*

9. Ubi noo eſt ſalus, ſuccumbit infirmitas. *Sup. Pſ. 118. Conc. 29. ante medium, pagina 965. littera A. tom. 8.*

10. Nihil ſuperbius eſt ægroto, qui deridet medicamentum ſuum. *Sup. Pſ. 141. circa med. verſ. 4. pag. 2125. B. tom. 8.*

11. Ubi homo ægrotat, & Deus curat, magnum pietatis & ſanitatis indicium eſt. *Sup. Pſ. 147. prope med. præfat. pag. 1173. A tom. 8.*

S. BASILIUS MAGN. 12. Morbi ſæpenumerò veluti quædam peccatorum flagella ſunt. *Lib. Regular. fuſius diſput. Interrogat. 55. poſt med. fol. 65. pag. 1. tom. 2. edit. Pariſ. 1550.*

V. BEDA. 13. Cùm caput ægrotat, corpus ſimul omne laborat. *In ſuis Proverbiis verbo Cùm pagina 187. tome 2.*

14 Difficile eſt cuiquam agnoſcere ſanitatis gratiam, niſi per infirmitatis diſciplinam. *Ibidem, verbo Difficile pag. 188.*

15. Iofirmitas carnis, ſi patienter ſuſtineatur, eſt quaſi purgatorius ignis. *Ibidem, verbo Infirmitas, pagina 191.*

16. Vehementior eſt animi, quàm corporis febris. *Ibid. verbo Vehementior, pag. 199.*

17. Volens retinere ſanitatem, nullius irrideat infirmitatem. *Ibid. verbo Volens, pag. 200*

S. BERNARD. 18. Utilis prorſùs infirmitas, quæ medici malum requirit: & ſalubriter à ſe deficit, quem perficit Deus. *Serm. de Converſ. ad Clericos, cap. 10. in fine, fol. 114. col. 1. C.*

19. In tua infirmitate non te deſpicias, ſed ora Deum, & curabit te. *De Inter. domo cap. 51. in fine, fol. 331. col. 3. lit. I.*

S. BERNARD. 20 Bona eſt infirmitas carnis, quæ perducit hominem ad ſanitatem animæ. *Serm. 43. ad Sororem, prope init. fol. 91. col. 4. lit. M.*

21. Ægritudo carnem vulnerat, mentem curat. *Ibid. circa med. fol. 92. col. 1. A.*

S. BONAVENT. 22. Signa infirmitatis in ſene ſunt quatuor:
- Tremor corporis.
- Canities capitis.
- Tumor ventris.
- Infrigidatio libidinis. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 12. ante med. pag. 338. columna 1. B. tom. 1.*

23. Noo eſt deteſtanda, ſed optanda infirmitas, quæ Chriſti virtute firmatur. *Profes.*

24. Non dicendus eſt deſtitutus, qui eſt in ſe infirmus, sùm fortitudo ſua ſit Dominus. *Serm. de S. Agatha, in princ. pag. 234. col. 1. tom 3.*

25. Deus fortis, ut hoſtem vinceret, indutus eſt armis noſtræ infirmitatis: ſi enim vicit per iofirmitatem, quid feciſſet ſi pugnaſſet per virtutem? Et ſi infirmum Dei fortius eſt hominibus, brachium Dei quis poterit infirmare? *Sup. lib. 1. ſent. ſub finem proœmii, pag. 3. col. 2. tom. 4.*

26. Undè iofirmitates multæ, niſi ex ciborum nimia copia, & frequenti mulierum uſu? *In collat. de contemptu ſeculi, ante finem, pag. 96. col. 2. littera E. tom. 7. part. 3.*

S. CYPRIANI. 27. Utilius eſt infirmum ſe homo cognoſcat, ut fortis exiſtat, quàm fortis videri velit, ut infirmus emergat. *De ſingularit. Clericor. prope med. pag. 521. col. 2. tom. 3.*

S. EUCHERIUS. 28. Major ægritudo eſt languere animam vitiis, quàm corpus morbis. *In Epiſt. parænetica ad Valerian. ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 777. col. 2. G. edit. Colon. 1618.*

GILLEBERTUS ANGLUS. 29. Melior eſt infirmitas Monachi, quàm ſecularis firmitas. *Ser. 37. ſup. Cant. ante med. apud D. Bernard. volum. 2.*

S. GREG. MAG. 30. Cuſtos eſt virtutis infirmitas. *Lib. 19. Moral. cap. 6. in princ. ſup illud Iob. 28. Et aquas appendit in menſura. tom. 1.*

31. Ægra caro ſi ſtudioſè curari negligitur, ſqualore deſuper ducto in infirmitate deterius gravatur; & dùm calamitati ægritudinis, negligentiæ miſeria additur, gravior moleſtia oborto ſqualore toleratur. *Ibid. lib. 20. cap. 15. ante medium, num. 12. columna 681. littera B.*

32 Moleſtia corporalis, ſalus eſt cordis, quæ ad cognitionem ſui mentem revocat, quam plerumque ſalus abjicit, infirmitatis memoria reformat. *Part. 3. Paſtor. cap. 1. Admonit. 13. à medio, columna 1237. littera D. tomo 1.*

33. Omnes infirmi ſumus; ſed ille eſt infirmior, qui ſuam conſiderare non valet infirmitatem. *Lib. 6. in Regiſtro, Indict. 15. cap. 160. Ep. 4. ad Cyriacum Epiſc. ante med. columna 863 B. tom. 2.*

S. GREG. NAZ. 34. Si aliquis ægrotat, pugnet: quòd ſi ſuccumbit, vincat, & aſſequatur ne ampliùs pugnet. *Orat. 25, poſt med. pag. 206.*

35. Morbo crucior, & gaudeo: quia morbus lavat me à peccatis, & ſimilem reddit Domino virum dolorum. *Orat. de Nativit. Chriſti poſt init.*

S. HIERONYM. 36. Morbi ex ſaturitate nimiâ concitantur. *Tom. 2. lib. 2. adverſ. Jovian. ante medium, pagina 77. littera A.*

37. Infirmitas corporis, ſanitas animæ eſt. *Sup. Pſ. 149. Expoſ. 2. verſ. 1. pag. 215. B. tom 8.*

HUGO À S. VICTORE. 38. Infirmitas carnis animum privat à virtute. *Lib. 1. de Clauſtro anim. cap. 8. in princ. pag. 35. littera A. tomo 2.*

29 Quando iofirmitas carnis adnatur in tumorem, contingit quandoque ut generet languorem. *Ibid. lib. 2. cap. 13. in princ. pag. 45. C.*

40. Citiùs

Hugo Card.

40. Citiùs venit diabolus ad infirmum, quàm ſacerdos, quantumcumque acceleret. *Sup. Pſal.* 108. *in princ fol.* 189. *col.* 1. *tom* 2.

41. Omnis infirmitas animæ, ſi benè attenderis, aut eſt tenebræ intellectus, aut putredo ſeu infectio affectûs. *Super Proverb. capite* 12. *fol.* 27. *columna* 1. *tomo* 3.

42. Omnis ſpiritualis infirmitas hominis, aut eſt vitium intellectus, & hoc eſt ignorantia: aut vitium affectus, & hoc eſt malitia. *Ibidem, cap.* 13. *fol.* 29. *col* 2.

S. Innoc. III.

43. Corporalis infirmitas, etſi ſæpè, non tamen ſemper provenit ex peccato. *Sup. Pſ.* 6. *ante med. fol.* 107. *col.* 3.

S. Ioan. Cass.

44. Infirmitas carnis ad puritatem cordis non officit, ſi hæc tantummodò quæ fragilitas carnis; non quæ voluptas exigit, uſurpentur. *Lib.* 5. *de Cœnob. Inſtit. cap.* 7. *in principio, pag.* 116.

S. Ioann. Chrysostom.

45. Infirmitas corporis miſerenda eſt, non odienda: infirmitas autem animæ non eſt miſerenda, ſed odienda. *Hom.* 21. *ſup. Matth. oper. imperf. in medio, col.* 883. *C tom* 2.

46. Qui infirmus eſt, non ſecùs brevi, quàm longâ oratione perturbatur; & quæ manifeſta & facillima ſunt, difficilia eſſe autumat. *Hom.* 1. *ſup. Joan. poſt med. col.* 18. *D. tom.* 3.

47. Fortium virorum eſt ferre infirmos. *Hom.* 15. *ſup. Acta Apoſt. ante fin. in Morali, columna* 551. *lit. B. tomo* 3.

48. Naturam habere infirmitatibus ſubditam, crimen non eſt: ſed ſervire infirmitatibus, criminoſum eſt. *Hom* 6 *de laudibus Divi Pauli, ante medium, col.* 1090. *A. tom.* 3.

49. Neſcit inter divitem & pauperem ullo modo morbus diſcernere, glorioſum & inglorioſum, nobilem & ignobilem non cognoſcit. *Hom.* 59. *ſup. Matth. oper. perf. poſt med. tom.* 2.

S. Isid. Hisp.

50. Infirmitate carnis nimiùm prævalente, ad perfectionem pertingere nemo poteſt. *Proſec.*

51. Corporis enim debilitas, etiam vires animæ frangit, mentis quoque ingenium facit marceſcere. *Lib.* 2. *de ſum. bono, cap.* 44. *ſent.* 14. *pagina* 659. *columna* 2.

52. Tribus ex cauſis infirmitates accidunt corpori: ſcilicet ex peccato, ex tentatione, & ex intemperantiæ paſſione: ſed huic tantùm noviſſimæ humana poteſt medicina ſuccurrere, illis verò ſola pietas divinæ miſericordiæ. *Ibidem, lib.* 3. *cap.* 3. *ſent.* 4. *pagina* 662. *columna* 2.

53. Qui valentiores ſunt & ſani, utile eſt illis infirmari, & non peccare: ne per vigorem ſanitatis illicitis ſordidentur cupiditatum & luxuriæ deſideriis. *Proſecutio.*

54. Duritia, quæ mentem premit, quæ ſentitur, utiliter mutatur per infirmitatem in carne, ut ſentiatur atque intellectu emendetur.

55. Nam citiùs infirmitatum vulnera carnis ſentiuntur, quàm animæ. *Ibidem, ſent.* 5. *&c.*

56. Eſt ſalubris infirmitas, quæ per divinam correptionem mentem à duritia frangit. *Ibidem, ſent.* 7. *pag.* 662. *col* 2.

57. In infirmitatibus tuis non contriſteris, in languoribus tuis gratias age Deo. *Proſec.*

58. Valere te magis animo opta, quàm corpore: valere te magis mente, quàm carne.

59. Adverſa corporis, remedia ſunt animæ: ægritudo quidem corpus vulnerat, ſed mentem curat.

60. Languor vitia excoquit, languor vires libidinis frangit. *Lib* 2. *de Synonim. cap.* 6. *in princ. pag.* 315. *col.* 1.

Lact. Firm.

61. Ægros, quibus defuerint, qui aſſiſtunt, curandos, fovendoſque ſuſcipere, ſummæ humanitatis & magnæ operationis eſt. *Lib.* 6. *de divin. Inſt. cap.* 12. *poſt med. pag* 260.

Tom. I.

Lact. Firm.

62. Quam primùm latentibus morbis adhibenda eſt curatio. *Ibidem, cap.* 24. *poſt med. pag.* 284.

63. In terra nihil eſt, quod non ſit infirmum. *De opificio Dei, cap.* 24. *poſt init. pag.* 370.

64. Infirmitas habet in ſe mortis conditionem. *Ibid. ante fin. pag.* 372.

S. Nilus.

65. In morbis oratione priuſquàm medicis & pharmacis utere. *Paraneſ.* 62. *apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *edit. Colon.* 1618.

S. Paulinus.

66. Non proficeret ſpiritualis virtus, niſi ſubeſſet carnalis infirmitas. *Ep. ad Sebaſtian. poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *edit. Colon.* 1618.

S. Petrus Chrysol.

67. Qui non fuerit cum infirmo infirmatus, non poteſt conferre ſanitatem. *Sermone* 50. *poſt init. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *edit. Colon.* 1618.

Philo Iud.

68. Non extremum morbum, ſed peccata, quæ morbum accerſunt, extimeſcamus, & morbum animi non corporis. *Et hab. apud D. Ioan. Damaſc. lib.* 1. *Parall. cap.* 12. *circa finem, fol.* 15. *pag.* 1. *C.*

S. Prosper.

69. Quid infirmo utile ſit, magis novit medicus, quàm ægrotus. *Apud D. Auguſt. in fin. tom.* 3. *ſent.* 212.

Rich. a S. Victore.

70. Attende & cognoſce magnitudinem morbi tui, ut anxiùs concupiſcas, attentiùs requiras, ardentiùs diligas remedia medici. *Part.* 1. *Tract.* 1. *de Statu inter. hom. cap.* 1. *poſt med. pag.* 36. *col.* 2. *A.*

Robert. Bel.

71. Infirmitas corporis, robur eſt animæ. *Conc.* 23. *Dom.* 1. *Quadr. ante med.*

72. Quicumque alium ægrotare facit morbo pœnæ, ipſe ægrotat morbo culpæ. *Sup. Pſ.* 34. *verſ.* 16.

Salvianus.

73. Nequaquàm nobis dolenda eſt hæc afflictio infirmitatum, quam intelligimus matrem eſſe virtutum. *Lib.* 1. *de Gubern. Dei, poſt init. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 324. *col* 1. *B. edit, Colon.* 1618. *ſup. illud* 2. *Cor.* 12. *Virtus in infirmitate perficitur.*

74. Si infirmitatem corporis appetendam ſibi etiam Apoſtolus putat, quis ſapienter evitat? *Ibid. ante med. pag.* 324. *col.* 2. *F.*

75. Abſit ut religioſos putemus (quia infirmi ſunt) à Deo negligi, per quod confidimus plus amari. *Ibid.*

76. Infirmandum eſt nobis carne, ut optata faciamus: infirmitas enim carnis, vigorem mentis exacuit. *Ibidem.*

77. Quantò imbecillior es corpore, tantò purior ſenſu. *Ibidem, Ep.* 5. *ad Catturam ſororem ſuam, a medio, pag.* 363. *col.* 2. *H.*

S. Theodoret.

78. Triſte eſt & admodùm moleſtum, morbo laborare; ſed longè moleſtius, ipſum morbum non agnoſcere. *Sect.* 5. *ſup. Ezech. in princ. pag.* 327. *columna* 2. *G. tom.* 1.

S. Valerian. Episc.

79. Infirmitas quæ in diem creſcit, medicinam in diem requirit. *Hom.* 9. *de Miſericord. ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 486. *col.* 1. *B. edit. Colon.* 1618.

In Vit. Patr.

80. Infirmo patienter ſerviens, inſtar Angeli eſt. *Lib.* 7. *cap.* 19. *num.* 2. *in fine, pag.* 673. *col.* 2.

Sententiæ Paganorum.

Seneca.

81. Morbum ſigna præcurrunt. *Lib.* 3. *de Ira, cap.* 10. *ante med. pag.* 440. *tom.* 1.

82. Initia morborum quies curat. *Ibidem, cap.* 39. *circa init. pag.* 459.

83. Initium morbi eſt, ægris ſana miſcere. *De tranquillit. animi, cap.* 5. *fere in medio, pag.* 528.

84. Tria hæc in omni morbo gravia ſunt, metus mortis, dolor corporis, intermiſſio voluptatum. *Ep.* 78. *poſt init. pag.* 691. *tom.* 2.

85. Longus morbus habet intercapedinem, dat refectioni locum, neceſſe eſt ut reſurgat & deſinat. *Proſec.*

86. Brevis autem morbus ac præceps, alterutrum faciet, aut extinguetur, aut extinguet. *Ibidem, ſtatim a medio, pag.* 694. *tom.* 2.

VVuu

Digitized by Google

SENECA. 87. Eſt (mihi crede) etiam in lectulo virtuti locus: non tantùm arma & acies dant argumenta alacris animi, indomitique terroribus; habes quod agas; benè luctare cum morbo: ſi nihil te coegerit, ſi nihil exoraverit, inſigne prodis exemplum. *Ibidem, poſt medium, pag.* 694.

88. Medicina ægro, non regio quærenda eſt. *Ep.* 104. *in medio pag* 821. *tom.* 2.

89. Morieris, non quia ægrotas, ſed quia vivis: cum convalueris, non mortem, ſed valetudinem effugies. *Ep.* 78. *ante med. pag.* 692. *tom.* 2.

90. Turpe ſpectaculum præbet animus æger. *De Moribus, a medio, pagina* 678. *editionis Baſileenſis* 1537.

Vide etiam. Tit. Compaſſio. ſent. 21. 22. 23. *Conſideratio ſui. ſent.* 57. *Deſertio Dei. ſent.* 72. *Fortitudo. ſent.* 62. *Medicina. ſent.* 14. 30. 31. *Religioſus. ſent.* 18. *Salus corporis. ſent.* 6. 11. 16. 18. 23. 25. 42. *Voluntas Dei. ſent.* 21.

Ingenium.

DEFINITIO, COMPARATIO.

DEFINITIO.

S. AUGUST. INGENIUM eſt vis ea animæ, ſive intenſio, qua anima ſe extendit & exercet ad incognitorum cognitionem. *De Spiritu & Anima, cap.* 11. *poſt med. pag.* 609. *A. tom.* 3.

COLLECTOR. Ingenium eſt extenſio intellectus ad intellectorum cognitionem.

PLATO. Ingenium eſt velocitas diſcendi. *Tom.* 3. *Sizygia* 6. *de defınit. in medio, pag.* 413. *D.*

COMPARATIO.

SENECA. Sicut ignis quò clarior fulſit, citiùs extinguitur: ſic ingenia quo illuſtriora, eò breviora ſunt. *De Conſolat ad Marciam cap.* 23. *ſub finem, pag.* 620. *tom.* 1.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS 1. Unuſquiſque ſuum ingenium noverit, & ad id ſe applicet, quod ſibi aptum elegerit. *Lib.* 1. *Offic. cap.* 44. *in principio, col.* 30. *D. tom.* 1.

S. AUGUSTIN. 2. Quædam acutiſſima & excellentiſſima ingenia tantò in majores errores ierunt, quantò præfidentiùs, tanquàm ſuis viribus cucurrerunt. *Ep.* 52. *ad Macedonium ante med. med. pag.* 151. *lit. A. tom.* 2.

3. Non inutiliter exercentur ingenia, ſi adhibeatur diſceptatio moderata. *In Enchiridio, cap.* 59. *in fine, pag* 112. *C. tom.* 3.

4. Bonorum ingeniorum inſignis eſt indoles, in verbis verum amare, non verba. *Libro* 4. *de Doctrina Chriſtiana, cap.* 11. *in medio, pagina* 53. *littera B. tomo* 3.

5. Quantò tenaciùs & faciliùs puer meminit, quantoque acutiùs intelligit, & ſtudet ardentiùs, tantò eſt laudabilioris ingenii. *Lib.* 10. *de Trinit. cap.* 11. *in princ. pag.* 268. *C. tom.* 3.

6. Ingenium tuum, prudentia, eloquentia, & cætera quibus ornantur mores tui, dona ſunt Dei. *Ep.* 238. *poſt med. tom.* 2.

7. Sine vera pietate & religione, omne quamvis laudabile ingenium, ſuperbiâ vaneſcit & decidit. *Lib.* 2. *de Civit. Dei cap.* 5. *circa fin. tom.* 5.

8. Ingenioſum naſci, felicitatis eſt. *Ibid. lib.* 4. *cap.* 21. *ante med. tom.* 5.

9. Accepiſti à Deo ingenium ſpiritaliter aureum, & miniſtras indè libidinibus, & in illo ſatanæ propinas teipſum. *Ep.* 39. *prope fin. tom.* 2.

10 Non meo vel ingenio, vel merito, ſed Dei dono ſum, ſi quid laudabiliter ſum. *Ep.* 52. *ante med. tomo* 2. S. AUGUSTIN.

11. Nihil eſt acutum ingenium, niſi à Deo. *Lib.* 1. *contra Fauſt. cap.* 1. *circa med. tom.* 6.

12. Abutetis ingeniis tardioribus. *Lib.* 4. *contra Julian. cap.* 9. *tom.* 7.

13. Semper in robuſto vegetoque corpore, animus mollior, atque tepidior jacet: & rurſum in corpore debili & infirmo, fortior viget promptiorque ſpiritus. *Epiſt.* 253. *ad Abbat. Garin. poſt medium, fol.* 262. *columna* 2. S. BERNARD.

14. Qui callet ingenio, qui viget arte, qui præeminet intellectu, inſtrumenta ſunt hæc ei tàm vitiorum quàm virtutum. *De Vita ſolit. ante med. fol.* 316. *col.* 1. *B. Profec.*

15. Ingenium corpus adaptat, ars naturam informat, intellectus animum facit docibilem. *Ibidem.*

16. Ne plus te extendas, quàm ingenium tuum poteſt aſcendere, nec infra maneas. *Serm.* 19. *in Hexam. poſt med. pag.* 58. *col.* 2. *B. tom.* 1. S. BONAVENT.

17. Bonorum ingeniorum inſignis indoles eſt, in verbis verum amare, non verba. *Sup. Sapient. cap.* 6. *circa fin. pag.* 353. *col.* 2. *B. tom.* 1.

18. Exilis ingenii anguſta mediocritas, tenues admodum fruges parit. *Ep.* 2. *ad Donat. cap.* 1. *poſt med. pag.* 1. *col.* 2. *tom.* 1. S. CYPRIAN.

19. Splendida & admiranda ſunt, quæ ex ingenii ſolertiâ patrantur egregiè facta. *Hom.* 22. *de Feſtis Paſchal. poſt init. pag.* 236. S. CYRILLUS ALEX.

20. Quid bonum in te ſinis ingenium terrenis obrui? *Serm.* 45. *ſup. Cant. ſub finem, apud Divum Bernardum, volum.* 2. GILLEBERTUS ANGLUS.

21. Apis acriter pungit, & mel conficit: ſic in parvo corpore anima ingenioſa & acerrima viget, & doctrinæ ſuavitatem profert. *Super Eccleſiaſt cap.* 11. *in princ. in illud, Brevis in volatilibus Apis, col.* 2025. *C. tom.* 3. GLOSA INT.

22. Perſpicacitas ingenii frequenter Deum & proximum impugnat, ut patet in Advocatis per hanc pervertentibus veritatem juſtitiæ. *Sup. Exech. cap.* 27. *col.* 1278. *lit. F. tom.* 4. GLOSSA ORD.

23. Sæpè ingenioſi dùm negligentiâ torpent, in pravis actionibus remanent: & ſimplices, quos ingenii penna non adjuvat ad obtinenda æterni regni mœnia, virtus operationis levat. *Profec.* S. GREG. MAG.

24. Sæpè deſidioſus ingenium accipit, ut ingenioſus de negligentia juſtiùs puniatur: quia quod ſine labore aſſequi potuit, ſcire contemnit. *Libro* 6. *Moralium, capite* 5. *circa finem, columna* 182. *B. tom.* 1.

25. Sancti viri robur ſuum non deputant: quia quantolibet ingenio fulgeant, nihil ſe eſſe ex ſuis viribus penſant. *Ibid. lib.* 22. *cap.* 2. *ante finem, num.* 4. *col.* 733. *lit. C. Profec.*

26. Boni ingenii virtutem ad cognoſcendam propriam infirmitatem dirigunt, atque ex infirmitatis ſuæ cognitione meliùs convaleſcunt. *Ibidem.*

27. Grandes materias ingenia parva non ſuſtinent. *Tomo* 1. *Epiſt.* 5. *ad Heliodor. in principio, pagina* 21. *littera A.* S. HIERONY.

28. Magnum ingenium, facilitaſque & puritas mixta, prudentiæ eſt. *Tom.* 1. *Epiſt.* 13. *ad Paulin. ſub finem, pag.* 104 *D.*

29. Calidi acumen ingenii frigidus ſanguis obtundit. *Tom.* 1. *Epiſt.* 21. *ad Paulum Concordienſem, in medio, pag.* 133. *A.*

30. Ingenia liberaliter educata, faciliùs verecundia quàm metus ſuperat: & quos tormenta non vincunt, interdùm vincit pudor. *Tom.* 1. *Ep.* 26 *ad Pammach. ante med. pag.* 164. *C.*

S. HIERONYM. 31. Multa ſunt quæ præclara ingenia nobilitant. Viros conſulatus illuſtrat, eloquentia in nomen æternum effert, militaris gloria, triumphuſque decorat. *Tom. 2. lib. 5. adverſ. Jovian. circa finem.*

32. Ingenium docile, & ſine doctore, laudabile eſt. *Tom. 3. Ep. 1. ad Paulin. poſt init. pagina 5. littera B.*

33. Occupandum eſt optimis rebus ingenium. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriad. ante med. pag. 18. C.*

HUGO A S. VICTORE. 34. Ingenium
- A natura proficiſcitur.
- Uſu juvatur.
- Immoderato labore retunditur.
- Temperato acuitur exercitio. *Lib. 3. Didaſc. cap. 8. in medio, pagina 14. A. tom. 3.*

35. Duo ſunt, quæ ingenium exercent, lectio & meditatio. *Ibidem, circa finem, pagina 14. littera B.*

36. Non in hoc ingenium hominis approbandum exiſtimatur, ſi in iis quæ difficilia ſunt pertinaciter inſiſtit: ſed potiùs ſi ea, quæ ſcienda ſunt prudenter diſcernit. *Lib. 1. de Sacram. part. 6. cap. 3. in medio, pag. 384. C. tom. 3.*

HUGO CARD. 37. Sicut humanum ingenium otium contundit & denigrat, & rubiginat, & conſumit: ſic exercitatio ſtudii ſalutaris illud exacuit. *Sup. Ecleſiaſten. cap. 10. fol. 99. col 3. tom. 3.*

38. Sæpè Deus pigris & negligentibus acumen & ſubtilitatem ingenii præſtat, & diligenter ſtudentibus negat: ut hoc illis ſit materia laboris & coronæ amplioris, illis autem occaſio pœnæ juſtioris. *Sup. Luc. cap. 8. fol. 178. col 4. tom. 6.*

IOAN. SARESB. 39. Ingratus beneficii, dignus eſt ſalutis diſpendium ſuſtinere. *Lib 8. de nugis curial. in princ. prologi, apud Bibl. Patr. tom. 15. pagina* 458. *col. 2. D. edit. Colon.* 1622.

IOAN. TRITH. 40. Durum eſt puerorum ingenium: & quod duro inſeritur, difficillimè aboletur. *Sup. Prolog. Regul. S. Bened. cap. 2. Text. 9. circa medium pagina 176. columna 2.*

S. ISID. HISP. 41. Ingenium tardius etſi non per naturam, per aſſiduitatem tamen lectionis augmentatur. *Profecto.*

42. Nam quamvis ſenſûs hebetudo ſit, frequens tamen lectio intelligentiæ ingenium adhibet.

43. Qui verò præſtitum ſibi à Deo ingenium intelligentiæ negligit, condemnatione reus exiſtit. *Lib. 3. de ſum. bono, capite 9. ſent. 6. pagina 669. columna 2.*

44. Senſum deſidia obtundit, induſtria acuit: ardentius fit ingenium ſubjecto ſtudio, & tarda ingenia ſtudiis acuuntur. *Profec.*

45. Torporem naturæ induſtria excitat, ſenſûs tarditatem aſſiduitas acuit: exercitatione ſenſus proficit, experientiâ plus ſcit. *Lib. 2. de Synonim. cap. 12. ſub fin. pag. 319. col. 1.*

S. ISID. PALUS. 46. Argumento perſpicuo illud eſt, quod ii qui ita vivunt, ut paucis rebus egeant, eos qui molle ac luxu diffluens vitæ genus ſequuntur, ingenii acumine & prudentiâ ſuperant. *Lib. 2. Ep. 57. ad Palladium, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pagina* 528. *col. 2. H. edit. Colon.* 1618.

S. LAURENT. IUSTINIAN. 47. Veritatis & rationis, qui perſpicuitatem habet intellectus, magis eſt capax, quàm qui eſt rudis ingenii, & ad diſcernendum tardus: & nihilominùs offenſæ ſibi expeditiùs iſti, quàm illi aſſentiant veritati. *De Regimine prælat. cap. 12. ante med. pag.* 608. *col. 2. A. part. 2.*

MINUTIUS FELIX. 48. Ingenium non datur facultatibus, nec ſtudio paratur, ſed cum ipſa mentis formatione generatur. *In ſuo Octavio, ante med. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 4. col. 2. F. edit. Colon.* 1618.

PETRUS BLESENS. 49. Non ſemper ingenii vena reſpondet ad votum. *Ep. 1. ad Henric. Regem Angler. ante medium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 12. part. 2. editionis Colonienſis* 1618.

SALVIANUS. 50. Naturæ nobilioris ingenium, vita degenerante damnatur. *Lib. 7. de Gubern. Dei, circa med. apud Bibliothecam Patrum tom. 5. part. 3. editionis Colonienſis* 1618.

S. SIDONIUS APOLLINARIS. 51. Satis eminet meritis ingenii proprii, qui fuerit fautor alieni. *Lib. 5. Ep. 1. ad Petronium, in principio, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 1. pagina* 1013. *col. 1. C. edit. Colon.* 1618.

S. THOMAS AQUINAS. 52. Sicut in addiſcendo dicitur boni ingenii eſſe, qui citò capit verba magiſtri: ita in operando boni ingenii dicitur, qui exemplo aliorum citò movetur ad benè operandum. *Super 2. Corinth. capite 8. lect. 1. in fine.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 53. Magnâ ex parte, qui obtuſo hebetique ingenio ſunt, memoriâ magis vigent: & qui acuto dociliqque præſtant, reminiſcentiâ magis excellunt. *De memor. & reminiſcent. in princ. tom. 1.*

54. Is eſt ingenio bono, cui idipſum benè ſeſe habet natura. *Lib. 3. Ethic. ad Nicomach. cap. 5. poſt med. tom. 2.*

CICERO. 55. Magni eſt ingenii, revocare mentem à ſenſibus, & cogitationem à conſuetudine abducere. *Lib. 1. Tuſc. quæſt. ante med. tom. 4.*

PLATO. 56. Qui vehementi ſunt naturâ & ingenioſi, ſæpenumerò ad iracundiam vehementi quodam impetu ſunt proni. *Profec.*

57. Qui contrà graviori ſunt naturæ indole, ſegniores quodammodò ad diſciplinas capeſſendas accedunt, & obliviosiores quidem exiſtunt, ſed majori manſuetudine atque fructuosè proficiunt. *Tom. 1. Sizyg. 2. de ſcientia, longè poſt init. pag. 144. B.*

58. Ne cenſeamus obliviosum ingenium eſſe iis hominibus, qui verè ſunt philoſophi: ſed maximam memoriæ efficacitatem in iis inveſtigemus. *Tom. 2. Sizygia. 4. lib. 6. de Republ. poſt initium, pagina* 486. *littera D.*

PLINIUS II. 59. Ingenium excelſum & ſubtile, dulce, facile, eruditum eſt in cauſis agendis. *Lib. 2. Ep. 13. ad Priſcum, in medio, pag.* 55.

60. Recta ingenia debilitat verecundia: perverſa, confirmat audacia. *Lib. 4. Ep. 7. ad Aulum Lepidum, in medio, pag.* 102.

SENECA. 61. Intolerabilis in malo ingenio felicitas eſt. *Lib. ſuaſor. ſuaſor. 7. in princ. pag. 30. tom. 1.*

62. Nihil eſt tàm mortiferum ingeniis, quàm luxuria. *Libro 1. Controverſ. poſt initium, pagina 38. tomo 1.*

63. Nihil iniquius his, qui nuſquàm putant eſſe ſubtilitatem, niſi ubi nihil eſt præter ſubtilitatem. *Ibidem, ante fin. pag. 42.*

64. Utiliſſima eſt diſſimulata ſubtilitas, quæ effectu apparet, habitu latet. *Ibidem.*

65. Magnum ingenium non eſt vitale. *Ibidem, libro 1. Controverſ. 1. ante finem, pagina 50. tomo 1.*

66. Ingenii laſſitudo non minor eſt, quàm corporis, ſed occultior, *Ibidem, lib. 1. Controverſ. 1. poſt med proœmii, pag. 40. tom. 1.*

67. Curioſum nobis natura ingenium dedit. *De beata vita, capite 32. circa initium, pagina 514. tomo 1.*

68. Nullum magnum ingenium, ſine mixtura dementiæ fuit. *De tranquillitate animi, cap. 15. ſub finem, pag. 541. tom. 1.*

69 Neminem excelſi ingenii virum humilia delectant & ſordida, magnarum rerum ſpecies ad ſe vocat & extollit. *Ep. 39. ante med. pag. 591. tom. 1.*

SENECA.

70. Severior loci diſciplina format ingenium, aptumque magnis conatibus reddit. *Ep. 51. poſt med. pag. 612. tom. 2.*

71. Nulla eſt ſine difficultate ingenii ſubtilitas. *Ep. 58. circa med. pag. 627. tom. 2.*

72. Poteſt ingenium fortiſſimum ac beatiſſimum ſub qualibet cute latere. *Ep. 66. in princ. pag. 643. tomo 2.*

73. Multum mali facit nimia ſubtilitas, infeſta veritati fit.: odibilius nihil eſt ſubtilitate, ubi eſt ſola ſubtilitas. *Profeo*

74. Quid eſt acutius ariſtâ, & in quo eſt utilis? tale eſt ingenium, quod ſolâ ſubtilitate laſciviens, nullâ reſidet gravitate. *Ep. 88. ſub finem, pagina 744. tomo 2.*

75. Nullum ſeculum magnis ingeniis clauſum eſt. *Ep. 102. poſt. med. pag.* 816. *tom.*

76. Facillimè tenera concitantur ingenia ad honeſti rectique amorem. *Ep. 108. ante medium, pag. 332. tomo 2.*

77. Si animus ſanus eſt, ſi compoſitus, ſi gravis, ingenium ſobrium erit. *Ep. 114. circa init. pag. 850. tomo 2.*

78. Nullum ſine venia placuit ingenium. *Ibidem, in med. pag. 852.*

79. Alius alio ingenioſior eſt; ingenii vis præceptis alitur & creſcit. *Ep. 64. ante medium, pagina 776. tomo 2.*

80. Recta ingenia debilitat verecundia, pravæ confirmat audacia. *In ſuis proverbiis in fine poſitis, littera A.*

Ingratitudo.

DEFINITIO.

S. ANTONIN.

INGRATITUDO eſt vitium, quo beneficiatus non retribuit benefactori quod debet. *Part. 2. Tit. 3. cap. 9. in princ. fol. 144. col. 2.*

JOAN. GERS.

Ingratitudo eſt vitium oppoſitum gratitudini, quo quis vel obliviſcitur beneficii, vel in animo detrahit vel murmurat verbo, vel facto vicem non rependit. *Part. 4. in Deſcript. terminor. cap. Iuſtitia, ante finem, fol. 27. col. 3. D.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS.

1. Qui debitum gratiæ, ut à ſe exigatur, expectat, ingratus eſt. *De Noe & Arca, cap. 22. in princ. col. 975. C. tom. 4.*

2. Quàm deforme eſt, ut pro beneficio ei, qui te adjuvit, rependas moleſtiam! *De Tobia, cap. 21. in princ. col. 1155. B. tom. 4.*

S. ANTONIN.

3. Quantò quis recipit majora beneficia, tantò faciens mala magis ingratus eſt. *Part. 2. Tit. 3. cap. 9. § 4. in fine, fol. 145. col. 4.*

4. Non eſt dignus dandis, qui eſt ingratus de datis. *Ibidem, cap. 9. §. 6. in princ. fol. 146. col. 1.*

S. AUGUST.

5. Nemo eſt donis Dei beatus, qui donanti exiſtit ingratus. *De bono vidui. cap. 16. poſt med. pag. 732. D. tomo 4.*

6. Ingratus extitit, qui plenus virtutibus, Deum omninò non timuit: in hoc enim quiſque peccator fit culpabilior, quò eſt Deo acceptior. *De vera & falſa pœnit. capite 14. in medio, pagina 746. littera D. tomo 4.*

7. Ingratitudo multùm Deo diſplicet, quæ eſt radix totius mali ſpiritualis, & ventus quidam deſiccans & urens omne bonum, obſtruens fontem divinæ miſericordiæ ſuper hominem, qua & mala mortua jàm oriuntur, & viva jam opera moriuntur, & ultra non adipiſcuntur. *In Soliloq. animæ, cap. 18. in princ. pag. 528. C. tom. 9.*

S. AUGUST.

8. Sunt homines ingrati gratiæ, multum tribuentes inopi ſauciæque naturæ. *De verb. Apoſt. ſerm. 2. in med. pag. 173. C.*

9. Si ingratus es in eo quod eſſe vis, jure cogeris eſſe quod non vis. *Lib. 3. de lib. arbit. cap. 6. ante medium, tomo 1.*

V. BEDA.

10. Ingratus unus, multis miſeris nocet. *In ſuis Proverb. verbo Ingratus, pag. 191. tom. 2.*

S. BERNARD.

11. Nihil tàm evidenter gratiæ adverſatur, quàm ingratitudo pernitioſa. *Serm. 3. de Annunt. poſt med. fol. 32. col. 1. C.*

12. Peremptoria res eſt ingratitudo, hoſtis gratiæ, inimica ſalutis. *Serm. 2. de 7. panibus, in princ. fol. 50. col. 4. lit. K.*

13. Nihil ita diſplicet Deo, quemadmodùm ingratitudo: vias enim obſtruit gratiæ, & ubi fuerit illa, jàm gratis acceſſum non invenit, locum non habet. *Ibidem.*

14. Perverſi cordis eſt, occaſiones ingratitudinis veſtigare; nemo id facit niſi qui etiam gratis eſſet ingratus. *Serm. 14. ſuper Qui habitat, ante med. fol. 87. col. 3. lit. G.*

15. Quodammodò amiſſum reputans dator quod ingratus accepit, cavet ſibi de cætero ne tantò plura amitteret, quantò plura conferret ingrato. *Serm. contra vitium ingratitud. circa finem, fol. 103. columna 2. littera E.*

16. Ingratitudo inimica eſt animæ, exinanitio meritorum, virtutum diſperſio, beneficiorum perditio. *Sermone 51. ſup. Cant. poſt medium, fol. 175. columna 2. lit. E.*

17. Ingratitudo ventus eſt urens, ſiccans ſibi fontem pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta gratiæ. *Ibidem.*

18 Accipiendis indignus eſt, qui fuerit de acceptis ingratus. *Serm. 4. ſup. Qui habitat. in princ. fol. 79. col. 3. lit. G.*

S. BONAVENT.

19. Beneficiis ingratus exhibitis, ineptus efficitur exhibendis. *In ſpeculo diſciplinæ part. 1. capite 2. in fine, pagina 533. columna 2. littera C. tomo 7. parte 4.*

20. Omnium vitiorum capitalium unum eſt initium, ſcilicet ingratitudo. *De modo confitendi, &c. cap. 18. in principio, pagina 655. columna 2. littera C. tomo 7. part. 4.*

S. CLEMENS. PAPA.

21. Quid jàm impium eſt, quàm à Deo beneficium conſequi, & ingratum eſſe? animam ingratam malus poſſidet dæmon. *Lib. 5. Recognit. poſt med. fol. 101. pagina 2.*

CLEMENS ALEX.

22. Ingratus eſt quiſquis eſt infidelis & ignarus. *Lib. 2. Stromat. longè poſt init. fol. 76. pagina 2. littera E.*

DIONYSIUS CARTHUS.

23. Peſſima ingratitudinis pars eſt, non attendere beneficia impartita. *Sup. hymn. S. Crucis, ſub finem, fol. 161. lit. E.*

24. Ingratitudinis eſt, beneficium non recognoſcere, gratias non referre, nec vicem pro poſſe rependere. *De fructuoſa temp. deduct. art. 7. in princ.*

25. Quantò benefactor eſt dignior, beneficiumque præſtantius atque frequentius, eò gravioris eſt ingratitudinis, beneficium non penſare, nec regratiari, nec pro poſſe rependere vicem. *Ibidem, &c.*

26. Ingratiſſimum damnabiliſſimumque eſt, ſi benefactori grates & vicem non rependamus. *Ibidem.*

FRANCISCUS TITELM.

27. Ingratitudo eorum tantò magis eſt execranda & deteſtabilis, qui quantò plura à Deo beneficia ſuſceperunt, ingrati remanent. *In Elucid. ſup. cap. 22. Job, poſt med. fol. 174. pag. 2.*

28. Gravius eſt malum, & toleratu difficilius, cùm ii quos beneficio nobis obſtrinximus, pro bonis mala referunt. *In Annotat. ſup. Pſ. 40. in fine, pag. 361. ſect. 1.*

S. FULGENT.

29. Tantò quis deterioris tenetur ſuperbiæ reus, quantò in melioribus donis exiſtit ingratus. *Epiſt. 6. ad Theodor. cap. 8. in calce.*

GLOSS. ORD. 30. Talem Dominus abominatur virum, quem ſibi beneficiis videt ingratum. *Sup. Prov. cap. 16. in princ. col. 1671. C. tom. 3.*

S. GREG. MAG. 31. Culpa, quia ab iniquo homine ſine ulla retractatione perpetratur, quaſi aqua iniquitas bibitur. *Proſecutio.*

32. Qui illicita ſine timore facit, quaſi potum iniquitatis ſine obſtaculo glutit. *Lib. 12. Moral. cap. 18. ante med. col. 419. B.*

33. Nihil eſt iniquius, quàm odium pro dilectione rependere, mala pro bonis retribuere, pto correptione injurias reſpondere. *In ſeptem Pſal. pœnit. ſup. Pſ. 3. verſ. 2. Qui oderunt me inique, columna 563. littera D. tomo 2.*

S. GREG. NAZ. 34. Creaturæ ingratæ, diaboli ſunt plaſmata. *Orat. 20. de Modeſtia, ante med. pag. 174.*

S. GREGOR. TAUMAT. 35. Dura graviſque res ingratitudo: gravis, inquam, & gravis uſquequaque. *In orat. panegyr. longè poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 57. col. 2. littera E. edit. Colon. 1618.*

36. Cui & ſenſos & cognitio eſt beneficiorum, niſi memoriam cooſervet, niſi gratiam referat booorum authori, iners ille eſt, & ingratus. *Ibidem.*

HUGO CARD. 37. Ingratus eſt, qui beneficia Dei non memorat, qui ei bona quæ habet, non attribuit, qui gratias non agit, & ei vicem non rependit. *Sup. Tobiam, cap. 13. fol. 380. col. 2. tom. 1.*

38. Ingratus eſt, qui neſcit quod beneficium, & à quo, & ad quid receperit. *Sup. 1. Cor. 2. fol. 78. col. 1. tom. 7.*

S. JOANNES CHRYSOST. 39. Ubi magna ingratitudo, ibi multæ ingratorum fraudes. *Hom. 3. ſup. Gen. ante fin. columna 28. A. tomo 1.*

40. Meritò pœnas luit, qui ratione pollens ingratus exiſtit poſt tot beneficia. *Ibid. Hom. 7. ante fin. col. 46. D.*

41. Ille ſæpè ſervorum mos eſt, ut cùm parum proſperi [illegible] eis evenerit, ſtatim in ingratitudinem ſint propenſi. *Ibidem, Hom. 38. circa medium, col. 316. littera B.*

42. Ingratus indignus eſt ea, quam ſibi natura dedit dignitate. *Ibidem, Hom. 50. circa medium, col. 404.*

43. Beneficiis ingratus eſt, qui datorem tumoris arrogantiâ deſpicit. *Hom. 2. de Lapſu primi hom. in fine, col. 545. A. tom. 1.*

44. Sicut bonus Deus gratis, ita ab ingratis rationem durum exigit. *Serm. de Adam & pœnis, circa med. col. 546. B. tom. 1.*

45. Nihil tam ingratum, ſicut avarus: nihil ita abſque ullo gratitudinis ſenſu eſt, ſicut pecuniæ cupidus. *Hom. 7. ſup. 2. Tim. in morali, poſt init. col. 1574. B. tom. 4.*

46. Ingratus ſceleſtus eſt: qui enim erga beneficum ingratus eſt, qualem ſe erga alios præſtabit? *Ibidem, Hom. 8. poſt init. col. 1579. B.*

47. Qui ingratus eſt, ſine pace, ſine affectione ille eſt. *Ibidem.*

S. IOANNES DAMASC. 48. Grave eſt eum, qui maximis beneficiis obſtrictus eſt, noo modo oullam gratiam referre; ſed etiam eum qui de ſe benè meritus ſit, contumeliâ laceſſere: grave eſt, inquam, iſtud, ſed tamen facienti gravius malum eſt, quàm patienti. *Proſec.*

49. Incredibilis quædam profectò iogratitudo hæc eſt, cujus beneficiis ornatus ſis, ejus benignitatem in ingratitudinis anſam trahere.

50. Pleroſque homines eſſe videmus, qui poſtquàm beneficiis affecti fuerint, eos à quibus ea acceperiot, periodè ac mancipia cootemnaot, ſuperciliſque adverſus eos attollant. *Lib. 1. Parall. cap. 29. in princ. fol. 24. pag. 1. C.*

JOAN. TRITH. 51. Iogratitudo magna eſt Deo, ſi homo benefaciens, ſuam, noo Dei gloriam quærit. *Super Prologum Regulæ ſancti Benedicti, cap. 2. Text. 19. ab initio, pag. 184. col. 2.*

52. Nil eſt quod adeò indignationem provocet Altiſſimi, ſicut ingratitudo. *Ibidem.*

S. IRENÆUS. 53. Exceptorium divinæ bonitatis, & organum clarificationis, ejus homo gratus: exceptorium verò juſti judicii ejus, homo ingratus. *Lib. 4. adverſ. Hæreſ. cap. 24. ante med. pag. 222.*

LACT. FIRM. 54. Conſtare homini ratio pietatis noo poteſt, ſi cæleſtibus beoeficiis extiterit ingratus. *Lib. 4. de Divin. Inſtit. cap. 3. ab initio, pag. 146.*

S. LAURENT. JUSTIN. 55. Ingratitudinis vitium aſcendendi ad ſublimiora virtutum impedimentum eſſe quàm maximum, dubitet nemo: conſpicimus hodie multos honore decoratos, hujus occaſione ad ima repentè fuiſſe dejectos. *De Regimine prælat. cap. 21. in princ. pagina 605. col. 1. B. Part. 2.*

56. Grandè prorsùs malum eſt ingratitudo. Quæ
- Divinæ bonitatis exſiccat fontem.
- Hominum benevolentiam dirimit.
- Spoliat donis.
- Dignitate privat.
- Elationem parit.
- Infert cæcitatem.
- Amicos deſpicit.
- Conturbat pacem.
- Diſſeminat ſcodala.
- Detractiones fovet.
- Nutrit jurgia.
- Odia auget.
- Seque poſſidentem coram Deo & homioibus facit inglorium. *Ibid.*

57. Nonne deteſtabile virus ingratitudo exiſtit? quæ adverſus benefactorem ſuum cordis cervicem erigit, perceptorum obliviſcitur munerum, atque eorum quæ mereri poterat, reddit indignum? *Ibidem.*

S. LEO I. 58. Ingratæ mentis indicium eſt, beneficia tacere divina. *Serm. 1. de Anniverſ. die Aſſumpt. ejus ad Pontif. in princ.*

59. Magnum periculum eſt, eſſe homines ingratos Deo. *Serm. de Octava Apoſtolor. Petri & Pauli in princ.*

PETRUS BLES. 60. Nihil eſt quod adeò provocet indigoationem Altiſſimi, ſicut ingratitudo. *Proſec.*

61. Ipſa eſt enim malorum provocatio, beneficiorum exioanitio, exterminatio meritorum. *Ep. 66. ad Gualter. Archiep. Panormit. in princ. apud Bibl. Patr. to. 12. part. 2. pag. 752. col. 2. H. edit. Colon. 1618.*

S. THOMAS AQUINAS. 62. Nihil eſt tàm ſuperbum, quàm ingratum videri. *2. 2. Quæſt. 162. art. 4. Argum. 3.*

63. Ingratus eſt, qui ſibi attribuit, quod ab alio habet. *2. 2. Quæſt. 162. art. 4. in corp.*

THOMAS A KEMPIS. 64. Magnum vitium eſt ingratitudo, & apud Deum & homines vituperabile nimis. *Medit. 25. de Chriſti Paſſ. cap. 4. in princ. tom. 1.*

S. VALERIAN. EPISC. 65. Homo tantis Dei beneficiis obooxius, in parvis officiis invenitur ingratus. *Hom. 3. de Arcta vita, ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. editionis Coloniensis 1618.*

SENTENTIÆ PAGANORUM,

SENECA. 66. Inter plurima maximaque vitia, nullum eſt frequentius, quàm ingrati animi. *Lib. 1. de Benefic. cap. 1. in princ. pag. 377. tom. 2.*

67. Multos experimur ingratos, plures facimus. *Ibidem, ante med. pag. 378.*

68. Iogratitudinem tu cave, tanquàm maximum crimen, oe admittas: igooſce tanquàm leviſſimo, ſi admiſſum eſt. *Ibidem, cap. 20. poſt med. pag. 386. tomo 2.*

69. De ingratis etiam ingrati queruntur. *Lib. 3. de Benef. cap. 1. in princ. pag. 410. tom. 2.*

70. Ingratus eſt, qui beoeficium accepiſſe ſe oegat, quod accepit. *Ibidem, in medio, pag. 410.*

SENECA. 71. Ingratus eſt, qui diſſimulat: iugratus, qui non reddit: ingratiſſimus omnium, qui oblitus eſt. *Ibidem.*

72. Apparet illum non ſæpè de reddendo cogitaſſe, cui obrephroblivio. *Ibidem, in calce, pag.* 411.

73. Valdè ingratus eſt, qui oblitus eſt ut gratus ſit, cui beneficium in mentem venit. *Ibidem, cap.* 5. *in calce, pag.* 412.

74. Sæpè & qui reddidit quod accepit, ingratus eſt: & qui non reddidit, gratus. *Ibidem, cap.* 7. *poſt med. pag.* 414. *tom.* 2.

75. Tu infelicem vocas, qui caret acie oculorum, & non vocas miſerum eum, qui ſenſum beneficiorum amiſit. *Ibidem, cap.* 17. *circa medium, pag.* 418. *tomo* 2.

76. Gratum hominem, ſemper beneficium delectat; iugratum, ſemel. *Ibidem, circa medium, pagina* 419.

77. Optimi viri & ingentis animi eſt, tamdiu ferre ingratum, donec fecerit gratum. *Ibidem, lib.* 5. *cap.* 1. *in fine, pag.* 456. *tom.* 2.

78. Ingrata eſt juventus. *Ibidem, cap* 17. *in medio, pag.* 471.

79. Ingratus non mihi facit injuriam, ſed ſibi. *Ibid. lib.* 7. *cap. ult. in princ. pag.* 522.

80. Nec ullum habet malum cupiditas majus, quàm quòd ingrata eſt. *Epiſt.* 73. *poſt initium, pagina* 671. *tomo* 2.

81. Ingratus eſt, qui beneficium reddit ſine uſura. *Ep.* 81. *ante med. pag.* 703. *tom.* 2.

82. Periculoſiſſima res eſt beneficia in ingratum magna conferre: nam quia putat turpe, non reddere, non vult eſſe cui reddat. *Ibid in fine, pag.* 706.

83. Dixeris maledicta cuncta, cùm ingratum hominem dixeris. *In ſuis Proverb. in fine poſitis, lit. D.*

SIXTUS PHIL. 84. Ne te impediat à beneſaciendo, homo ingratus. *Sent.* 319. *pag.* 66. *col.* 2. *G. apud Bibl. Patr. tom.* 3. *edit. Colon.* 1618.

Vide etiam Tit. Beneficium in genere. ſent. 10. 25. 26. 29. 51. 57. 62. 125. 135. 170. 173. 181. 186. 196. *Beneficium Dei, ſent.* 11. 108. *Donum. ſent.* 19. 21. *Gratia Dei, ſent.* 54. *Oblivio ſent.* 4. *Parentes. ſent.* 148.

Inimicitia.

DEFINITIO.

HUGO CARD. INIMICITIA eſt machinatio nocumenti, quæ ex odio procedit. *Sup. Eccleſiaſtic. cap.* 5. *in fine, fol.* 181. *col.* 2. *tom.* 3.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Ubi inimicitiæ ſunt, diſcordia eſt, nocendique ſtudium. *De fuga ſeculi cap.* 7. *poſt med. col.* 207. *lit. D. tom.* 1.

2. Plus eſt clauſo intra te hoſti reſiſtere, quàm remoto. *Lib.* 2. *de Iacob, cap.* 6. *in calce col.* 1067. *littera D. tom.* 4.

S. AUGUSTIN. 3. Neſcio qua horrendâ peſtilentiâ peccatorum latiſſimè pervagante, non ſolùm iratorum inimicorum iratis inimicis dicta prodere, ſed etiam quæ non dicta ſunt addere: cùm contrà animo humano parum eſſe debeat, inimicitias hominum nec exagitare, nec augere malè loquendo, niſi eas etiam extinguere benè loquendo ſtuduerit. *Lib.* 9. *Conf. cap.* 9. *poſt med. pag.* 112. *D. to.* 1.

4. Adoleſcentes inimicitias vitent cautiſſimè, ferant æquiſſimè, finiant citiſſimè. *Lib.* 2. *de ordine, cap.* 8. *circa med. pag.* 338. *D. tom.* 1.

5. Inimicus ſimilis eſt ſerpenti. In ſerpente maxima aſtutia eſt, & dolus nocendi, propterea ſerpit: non enim pedes habet, ut ejus veſtigia, cùm venit audiantur: in ejus itinere lenis eſt tractus, ſed non eſt rectus: ita inimici repunt & ſerpunt ad nocendum, habentes occultum venenum, & ſub leni contactu. *Sup. Pſ.* 139. *poſt initium expoſit. verſ.* 3. *pagina* 1105. *littera A. tomo* 8.

6. Multò mihi optabilius eſt inimicum non habere, quàm vincere. *De verb. Apoſt. ſerm.* 12. *ante med. pag.* 209. *A tom.* 10. S. AUGUSTIN.

7. Virilis animi eſt & præclaræ mentis, dejicere à cervicibus animæ inimicum pondus. *Serm.* 1. *vigil. Pent. & in ord.* 181. *poſt med. pag.* 711. *B. tom.* 10.

8. Hoſtis mutato genere ſævit, nec aliqua pietate movetur, nec humanitate blanditur. *Serm.* 1. *Dom.* 21. *poſt Trinit. & in ord.* 240. *poſt medium pagina* 799. *littera B. tom.* 10.

9. Inimici proprium eſt nocere ac inſidiari. *Quæſt.* 176. *quæſt. compendio explicat. in princ. pagina* 592. *tomo* 3. S. BASILIUS MAGNUS.

10. Infelix, qui habitationem inimico accommodans, de ſe arma miniſtrat adverſario. *Orat.* 36. *ante med apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 456. *col.* 1. *lit. A. edit. Colon.* 1618. S. BASILIUS SELEUC.

11. Non ſemper gladio, ſed ſæpè ſervitio vincitur inimicus. *Epiſt. de Cura & regim. rei familiaris in* 2. *volum. poſita ante med. fol.* 371. *col.* 2. *lit. D.* S. BERNARD.

12. Quæ peſtis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus? *Lib.* 3. *de Conſolat. Philoſ. Proſa* 4. *in calce.* BOETIUS.

13. Nullus hoſtis timendus eſt, poſtquam Deum exercituum adjutorem habes. *Serm.* 6. *de SS. Apoſtolis, circa med. pag* 302. *col.* 1. *tom.* 3. *B.* S. BONAVENT.

14. Debilis eſt hoſtis, qui non vicit, niſi volentem. *Sup. lib.* 2. *ſent diſt.* 6. *dub.* 3. *pag.* 75. *col.* 2. *tom.* 4.

15. Carnales hoſtes corpus impetunt; ſpirituales verò animas necare contendunt. *Sup. Pſ.* 7. *in princ. verſ.* 1. *fol.* 12. *col.* 2. CASSIODORUS.

16. Voluntariè ſacrificat Domino, qui pro inimicis ſtudio pietatis exorat: nam qui petit inimicorum vindictam, voluntariè non ſacrificat Domino. *Sup. Pſ.* 53. *verſ.* 6. *Voluntariè ſacrificabo tibi, fol.* 8. *col.* 4.

17. Graviſſimum inimicitiæ genus, eſſe corde adverſarios, & lingua ſimulare devotos. *Sup. Pſ.* 54. *poſt med. verſ.* 20. *fol.* 82. *col.* 3.

18. Truculentior ſemper eſt inimicorum adunata collectio; & quod non dividitur, graviùs uno faſce portatur. *Sup. Pſ.* 70. *ante med, verſ.* 11. *fol.* 106. *columna* 3.

19. Non debemus inimicos æſtimare, qui proſunt. *Super Pſ.* 137. *in Concluſ. fol.* 211. *col.* 3.

20. Poſſunt quidem in maligno pectore priùs odia occulta verſari; ſed jam validiſſimæ nequitiæ eſt, qui profitetur inimicum. *Sup. Pſ.* 138. *poſt medium, fol.* 213. *columna* 3.

21. Homini Religioſo parum eſſe debet, inimicitias aliorum non exercere, vel non augere malè loquendo, niſi eas etiam extinguere benè loquendo ſtuduerit. *Epiſt.* 2. *poſt med. fol.* 221. *pag.* 2. S. CLEMENS PAPA.

22. Inimico ferendum eſt auxilium, ne maneat inimicus: auxilio enim vincitur benevolentia, diſſolvuntur verò inimicitiæ. *Lib.* 2. *Stromat. longè poſt med. fol.* 84. *pag.* 2. *D.* CLEMENS ALEX.

23. Inimicum facilius eſt cavere, quàm amicum. *Ibidem, lib.* 6. *longè poſt initium, fol.* 128. *pagina* 2. *littera E.*

24. Plus metuendus eſt & cavendus inimicus, cùm latenter obrepit, cùm per pacis imaginem fallens, occultis acceſſibus ſerpit. *De unit. Eccleſ. in principio, tomo* 2. S. CYPRIANUS.

25. Chriſtianus homo non debet quemquam tàm inimicum reputare, quàm eum qui animam quærit in peccati & damnationis mortem quomodocumque pertrahere. *In Argumento ſup. Pſ.* 7. *ante medium, pag.* 47. *ſtil.* 1. FRANCISCUS TITELM.

GLOSS. INT. 26. Qualis eſt hoſtis ſæviens, talis eſt blandiens. *Super Job, cap. 3. col. 47. littera A. tom. 3.*

27. Nulla peſtis efficacior, quàm domeſticus hoſtis. *Super Apocalyſ. cap. 2. columna 1476. littera D. tomo 6.*

S. GREGORIUS MAGNUS. 28. Humana mens omnem inimicum quem tolerat, etiam impium & iniquum putat. *Lib. 22. Moral. cap. 6. circa medium, num. 11. col. 742. D.*

S. HIERON. 29. Levius eſt profeſſum inimicum cavere, quàm hoſtem latentem ſub amici nomine ſuſtinere. *Tom. 2. Epiſt. 21. ad Pammach. & Marcellin. lib. 2. in fine, pag. 228. littera D.*

HUGO A S. VICTORE. 30. Sunt fortes inimici, ſunt fortiores, ſunt fortiſſimi. Fortes inimici, ſunt vitia carnis; fortiores; vitia mentis; fortiſſimi, ſunt diaboli. *Libro 3. de Clauſtro anim. cap. 10. ante medium, pagina 62. littera A. tom. 2.*

S. IOANNES CHRYSOST. 31. Omnis inimicitia beneficiorum aſſiduitate compeſcitur. *Hom. 13. ſup. Matth. oper. imperf. poſt med. col. 825. D. tom. 2.*

32. Inimicus maniſeſtus melior eſt, quàm amicus fictus: ille dùm timetur, facilè vitatur: iſte dùm non cognoſcitur, prævalet. *Ibidem, Hom. 42. poſt initium, col. 1034. A.*

33. Nulla ſunt arma tàm valida diabolo, quàm inimicitia. *Hom. 2. ſuper 2. Cor. in Morali. ante fin. in illud Joan. 14. Pacem meam do vobis. tom. 4.*

34. Nihil eſt, nihil eſt, inquàm, quod ita pariat inimicitias, ſicut ſeductio & deceptio. *Sermone. 14. ſuper Epiſt. ad Epheſ. in principio, columna 1042. littera B. tom. 4.*

35. Ex inimicitia oritur injuriarum memoria, & vindicandi libido. *Serm. 14. ſup. Ep. ad Philip. in morali. ante fin. col. 1219. A. tom 4.*

36. Si inimicitiæ ſemel occupaverint animos, omnia quæ fiunt, quæ dicuntur, quæ audiuntur, ita accipiuntur, & intelliguntur, ut ad majores & longiores proficiant inimicitias. *Libro 1. de compunct. cordis. ante med. col. 570. C. tom. 5.*

37. Si quid boni dicatur de inimico, non creditur: ſiquid autem mali, hoc ſolum creditur, & confirmatur. *Ibidem.*

38. Quis pejor eſt tibi, inimicus apertus, an qui ſe fingit amicum, & eſt inimicus? Puto quòd melior eſt inimicus apertus, quàm amicus falſus. *Homil. 45. ſuper Matthæum, oper. imperf. ante fin. col. 1063. D. tom. 2.*

39. Quemadmodum exiſtente amicitiâ, etiam vera mala videntur falſa: ita regnante inimicitiâ, viciſſim vera videntur, quæ falſa ſunt. *Serm. 14. ſup. Ep. ad Epheſ. in medio, col. 1044. A. tom. 4.*

40. Inimicitiæ pondus plumbo gravius eſt. *Ibidem.*

41. Nihil non faciamus, ut ante ſolis occaſum inimicitias extinguamus: nam ſi primo die inimicitiam detines, & ſequenti, ſæpè & in annum illam extendis; fit ut per ſeipſam excreſcat, nec aliquâ re aliâ deinceps opus habeat. *Ibidem.*

42. Si dedero potum inimico meo, tunc eum magis punio. *Hom. 25. ſup. Ep. ad Hebr. in morali. poſt init. col. 1815. D. tom 4.*

JOAN. GERS. 43. Inimici familiares plus nocent, quàm extranei, & ideò potiùs ſunt extirpandi. *Serm. ad Reg. Franc. nomine univerſ. Pariſ. partit. 2. De Inſidiatore, rapace, &c. Conſid. 2. in princ. part. 4.*

JOAN. TRITH. 44. Non eſt inimicus pejor adverſario occulto. *In cap. 4. Regulæ S. Bened. verbo Solent. poſt init. pag. 277. columna 2.*

S. ISIDORUS HISPALANS. 45. Cavendus eſt inimicus, qui manifeſtus eſt: ſed magis ille, qui videri non poteſt. *Lib. 3. de ſummo bono, cap. 26. ſent. 2. pag. 676. col. 2.*

S. LAURENT. JUSTIN. 46. Nullus eſt finis inimicitiis, niſi ad tempus obtemperemus iratis. *De ligno vitæ. tract. 5. de patient. cap. 4. pag. 39. col. 1. C. part. 1.*

S. PETRUS CHRYSOLOG. 47. Pernitioſus nimis eſt repentinus hoſtis: nam aut inſcios prævenit, aut incautos præoccupat, aut opprimit dormientes. *Serm. 27. in princ. apud Bibl. Patrum, tom. 5. parte 2. pag. 682. columna 1. D. editionis Colon. 1618.*

S. PROSPER. 48. Ille eſt inſidioſior inimicus, qui in labiis portat bona, & in penetralibus animi occultat mala. *Sup. Pſ. 139. verſ. 2.*

THOMAS À KEMPIS. 49. Citiùs exterior vincitur inimicus, ſi interior homo non fuerit devaſtatus: non eſt moleſtior & pejor animæ hoſtis, quàm tu ipſe tibi. *Lib. 3. de Imit. Chr. cap. 13. ſect. 1. tom. 2.*

S. VALERIAN. EPISCOPUS. 50. Accreſcunt inimicitiæ, ſi cùm alter ſe verbis defendit, alterius dicta alter accuſet. *Proſec.*

51. Nullus autem eſt finis inimicitiis, niſi ad tempus obtemperemus iratis. *Hom. 12. à medio, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pagina 489. columna 2. G. editionis Colon. 1618.*

52. Solet inſanabilis inimicitia ex contentione deſcendere. *Ibidem, ſub finem, pagina 490. columna 1. littera B.*

S. ZENO EPISCOPUS ET MART. 53. Nihil his inimicitiis difficilius, quæ ex invidiæ amariſſimo fonte deſcendunt. *Serm. de livore, ante med. apud Biblioth. Patrum, tom. 3. pag. 131. col. 2. E. edit. Colonienſis 1618.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 54. Qui palàm eſt adverſarius facilè cavendo vitari poteſt: occultus verò, inteſtinus ac domeſticus, opprimit, antequàm proſpicere atque explorare poſſis. *Orat. 6. in Verrem. libro 1. act. 2. ante med. tom. 2.*

MIM. PUBL. 55. Gravior inimicus, qui latet ſub pectore. *In ſuis ſent. ſent. 154.*

56. Inimicum quamvis humilem, docti eſt metuere. *Ibidem, ſent. 201.*

PLATO. 57. Non minus domeſticus, quàm externus hoſtis pertimeſcendus eſt. *Tom. 2. ſizygia 4. lib. 3. de Republ. in fine, pag. 417. B.*

SENECA. 58. Nullum magis adverſarium timeas, quàm qui vivere non poteſt, occidere poteſt. *Lib. 4. Controverſ. 29. in princ. pag. 214. tom. 1.*

59. Mortales eſſe inimicitiæ debent. *Lib. 5. declam. poſt med. 298 tom. 1.*

60. Inimicitiæ potentum graves ſunt. *De divina Provid. cap. 3. in fine. pag. 384. tom. 1.*

61. Imprimis finibus hoſtis arcendus eſt: nam cùm intravit & portis ſe intulit, modum à captivis non accipit. *Libro 1. de Ira. cap. 8. ante medium, pag. 397. tom. 1.*

62. Nullus pernitioſior hoſtis eſt, quàm quem audacem anguſtiæ faciunt. *Lib. 2. quæſt. cap. ult. ante med. pag. 696. tom. 1.*

63 Te minùs loquax inimicus offendit, quàm tacitus. *De Moribus, circa med. pag. 677. edit. Baſileenſis 1537.*

64 Inimicitias tardè ſuſcipe, amicitias exerce moderatè. *De Moribus. in medio. pag. 677. edit. Baſileenſis 1537.*

SIXT. PHILOS. 65. Neminem inimicum deputes. *Sent. 97. pagina 65. col. 1. littera D. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colon. 1618.*

66. Opta, ut benè poſſis facere inimicis. *Ibidem, ſent. 294. pag. 66. col. 1. A.*

Vide etiam tit. Amicitia in genere. ſent. 144. Beneficium in genere. ſent. 36. Caro. ſent. 61. Certamen. ſent. 66. Inſidiæ. ſent. 14. 26. Pœnitentia. ſent. 265. Reconciliatio. ſent. 36. Vigilare. ſent. 7.

Inimici dilectio.

Vide Dilectio inimici.

Iniquitas.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIFFERENTIA, COMPARATIO.

ETYMOLOGIA.

S. ANSELMUS: INIQUITAS græcè dicitur ἀνομία, ideſt, ſine lege: quia lex νόμος vocatur. *Super Ep. ad Rom. cap. 4. ante medium.*

S. AUGUSTIN. Nequitia ab eo quòd nequidquam ſit, dicta eſt: & ideò nequiſſimi homines, nihili homines appellantur. *De vera Relig. cap. 11. in princ. pagina 494. littera D. tom. 1.*

DIONYSIUS CARTHUS. Iniquitas græcè ἀνομία appellatur, quòd deſignat quaſi contra legem, vel ſine lege factum: lex autem divina eſt æquitas ipſa, ſicque iniquitas, eſt non æquitas, ut potè violatio æquitatis. *Super 1. B. Ioan cap. 3. art. 4. in illud, Omnis qui facit peccatum, &c. fol. 49. littera H.*

PETR. BLES. Iniquitas eſt, quaſi non æquitas, ideſt, contra æquitatem. *Serm. 23. de S. Maria Magdalena, circa med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pagina 871. col. 1. D. edit. Colon. 1618.*

DEFINITIO.

S. ANSELMUS: Iniquitas eſt contra legem, vel extra legem agere, vel à lege deviare. *Super Epiſt. ad Rom. cap. 4. ante medium.*

S. AUGUSTIN. Iniquitas non eſt appetitio naturarum malarum, ſed deſertio meliorum. *De Natura boni, cap. 34. in princip. pag. 388. D. tom. 6.*

GLOSSA: Iniquus eſt, qui pravitate operis ab æquitate diſcordat. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 1. col. 24. D. tom. 6.*

DIFFERENTIA.

S. FULGENT. Inter impietatem & iniquitatem hæc eſt differentia. Impietas aut pravam in Deum fidem gerit, aut nullam: iniquitas autem, malis moribus polluit vitam. *Profec.*

Blaſphemat impietas Deum, lædit iniquitas proximum. *Lib. 1. de Remiſſ. peccator. cap. 16. in principio, apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 1. pag. 110. col. 1. littera A. edit. Colonienſis 1618.*

HUGO CARD. Nota differentiam inter injuſtitiam & iniquitatem: ſicut enim juſtum eſt reddere unicuique quod ſuum eſt, & æquitas quantum ſuum eſt: ſic injuſtitia eſt auferre quod ſuum eſt, iniquitas quantum ſuum eſt. *Sup. Pſalm. 7. in illud, Et peperit iniquitatem. fol. 15. col. 2. tom. 2.*

S. THOMAS AQUINAS. Differunt inter ſe iniquitas & peccatum: quia iniquitas opponitur juſtitiæ, quæ quidem propriè ſemper eſt ad alium: peccatum autem dicitur omnis defectus actionis, quia importat deordinationem. Et ſic iniquitas eſt in proximum, ſed peccatum in ſeipſum. *Super Ep. ad Hebr. cap. 8. lect. 3. ante finem, folio 242. columna 1.*

COMPARATIO.

S. AMBROSIUS. Rectè fumo iniquitas comparatur, quæ velut quadam ſeculari caligine aciem mentis obducit. *Libro 2. de Cain & Abel, cap. 1. poſt medium, columna 940. D. tom. 4.*

S. HIERONYM. Sicut juſtitia ſaturat, ſic iniquitas ſubſtantiam non habens, vana comedentes fraude ludit, & uteros devorantium vacuos derelinquit. *Libro 1. ſup. Oſeam, cap. 4. in illud, Et comedent & non ſaturabuntur. pag. 16. littera C. tom. 6.*

Sicut famelicus refici cibis deſiderat, impius, ut iniquitatis executione ſatietur, ardenter exquirit. *Lib. 2. ſuper Proverb. cap. 19. in fine, in illud, Et os impiorum &c. pagina 36. D. tom. 7.*

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Uſu atque exercitatione iniquitas augetur, & impunitate nutritur ejus audacia. *De Noë & Arca. cap. 10. poſt med. col. 962. E. tom. 4.* S. AMBROSIUS.

2. Radix eſt iniquitas, fructus autem radicis eſt culpa. *Libro 1. Apolog. David, cap. 9. poſt med. col. 1190. D. tom. 4.*

3. Ille faciliùs iniquitatem declinat, qui vias iniquitatis non fuerit ingreſſus. *Sup. Pſ. 118. ſer. 16. verſ. 8. in calce, col. 1563. A. tom. 4.*

4. Contagium colluvionis, conſortium iniquitatis eſt. *Ibidem, ſerm. 21. verſ. 3. col. 1061. C.*

5. Nihil ſqualidius iniquitate. *Lib. 5. Ep. 18. ad Herontiam poſt init. col. 541. C. tom. 3.*

6. Tantò quiſque plenior iniquitatis, quantò inanior charitatis. *Ep. 29. ad D. Hieronym. ante fin. pag. 74. C. tom. 2.* S. AUGUST.

7. Si quis nequiter velit vivere, tantò miſerior eſſe convincitur, quantò faciliùs mala ejus voluntas impletur. *Ep. 121. ad Probam. cap. 5. ferè in princ. pag. 400. C. tom. 2.*

8. Cui licentia iniquitatis eripitur, utiliter vincitur: quoniam nihil eſt infelicius felicitate peccantium. *Ep. 5. ad Marcellin. poſt medium, pagina 15. littera A. tom. 2.*

9. Quid hîc magis perſequitur vitam bonorum, quàm vita iniquorum? non cùm cogit imitari quod diſplicet, ſed cùm cogit dolere quod videt. *Ep. 145. ad Sebaſtian. ante med. pag. 435. A. tom. 3.*

10. Immundus eſt ante Deum, omnis iniquus: mundus eſt omnis juſtus. *De Mendacio ad Conſentium, cap. 9. ante finem, pag. 10. C. tom. 4.*

11. Qui ab iniquitatibus ſuis recedere negligunt, & ſibi de Deo indulgentiam repromittunt, nonnunquàm ita præveniuntur repentino Dei furore, ut nec converſionis tempus, nec beneficium remiſſionis inveniant. *De fide ad Petrum. cap. 3. poſt med. pag. 158. D. tom. 3.*

12. Sæpè nihil nocet ei iniquitas, qui patitur injuriam: ei autem qui facit, neceſſe eſt ut noceat. *De ſerm. Dom. in monte. libro 2. poſt med. pagina 825. littera B. tom. 4.*

13. Qui noluerit ſervire charitati, neceſſe eſt ut ſerviat iniquitati. *Expoſit. 2. ſup. Pſ. 18. ſub fin. verſ. 14. pag. 65. B. tom 8.*

14. Qui perit de via juſtitiæ, cum magna miſeria per vias iniquitatis errabit. *Super Pſal. 2. in fine, pag. 10. C. tom. 8.*

15. Melior eſt triſtitia iniqua patientis, quàm lætitia iniqua facientis. *Sup. Pſ. 56. poſt med. verſ. 9. pag. 386. D. tom. 8.*

16. Vana eſt iniquitas, nihil eſt iniquitas; florere poteſt ad tempus iniquitas, permanere non poteſt. *Super Pſal. 61. poſt medium, verſ. 10. pag. 431. lit. B. tom. 8.*

17. Simulata æquitas non eſt æquitas, ſed duplex iniquitas; quia iniquitas eſt, & ſimulatio. *Super Pſalmum 63. ante medium, verſ. 6. pagina 447. littera B. tom. 8.*

18. Ferenda eſt magis omnis neceſſitas, quàm perpetranda eſt aliqua iniquitas. *Sup. Pſ. 72. ante med. verſ. 7. pag. 545. B.*

19. Neceſſe eſt ut, ſi proficis, inter iniquos vivas: ab iniquis recedere non potes, ab iniquitate recede. *Super Pſ. 92. poſt med. verſ. 2. pag. 710. C.*

20. Malignus eſt omnis iniquus, & neceſſe eſt noxius ſit, ſive ſit blandus, ſive ferox. *Super Pſalm 139. circa init. expoſit. verſ. 1. pag. 1104. D. tom 8.*

21. Sæpè qui major eſt ætate, major eſt iniquitate. *De Verb. Dom. ſerm. 36. in fine, pag. 94. C. tom. 10.*

S. AUGUSTIN. 22. Quamdiù blanditur iniquitas, & dulcis eſt iniquitas, amara eſt veritas. *Profec.*

23. Suavis ſit veritas, dulcis contaminetur iniquitas, multò melior & ſuavior eſt veritas. *De verbis Apoſtoli, ſermone 12. poſt medium, pag.* 180. *littera D. tom.* 10.

24. Pejus eſt gaudere de iniquitate, quàm dolere de corruptione. *De Natura boni, cap.* 20. *ante med. tom.* 6.

25. Dulciores ſunt juſtitiæ fructus, quàm iniquitatis. *De Catechiz. rud. cap.* 16. *prope finem. tom.* 4.

26. Quæſivi quid eſſet iniquitas, & non inveni ſubſtantiam. *Libro 7. Conf. cap. 16. ante finem, tomo* 1.

27. Pati melius eſt iniquitatem, quàm facere. *Libro 1. de doctrina Chriſtiana. cap. 36. circa medium, tom.* 3.

28. Tantò quiſque tolerabiliorem habebit damnationem, quantò hic minorem habuit iniquitatem. *In Enchiridio, cap 93. tom.* 3.

29. Si abundat iniquitas, veſtra ferveat charitas. *De quinque hæreſib. cap. 6. poſt init. tom.* 6.

30. Mors hominis iniquitas eſt. *Homil. 37. ex quinquag. Homil. cap. 3. in princ. tom.* 10.

31. Inimicum vides perſequi te, iniquitas eſt quæ te perſequitur. *Ibidem, Hom. 38. cap. 7. ante med.*

32. Quantùm accedit finis mundi, creſcunt errores, creſcit iniquitas. *Tract. 25. ſup. Ioan. longe poſt init. tom.* 9.

33. Iniquitas quantò magis abundat, tantò magis adverſus diabolum acriùs pugnandum eſt. *Annotat. in Iob, cap. 38. in medio, tom.* 4.

34. Tempus inimicorum eſt, donec tranſeat iniquitas. *Ibidem.*

35. Nulla eſt iniquitas impunita, niſi quam ſanguis Mediatoris expiaverit. *Lib. 6. contra Iulian. cap. 19. ante fin. tom.* 7.

36. Chriſtus iniquitatem ignoſcendo, aufert. *Lib. 1. oper. imperfect. contra Iulian. num. 83. in fine, tomo* 7.

37. Iterata iniquitas conceſſam miſericordiam exinanivit. *Libro Medit. cap. 3. poſt med. tom.* 9.

38. Chriſtus iniquos amavit, ſed iniquitatem ſolvit: iniquos amavit, ſed non ad iniquitatem congregavit. *Tract. 7. ſuper Epiſt. Ioannis circa medium, tomo* 9.

S. BERNARD. 39. Nulla nocebit adverſitas, ſi nulla dominetur iniquitas. *Sermone 13. ſup. Qui habitat ante finem, fol.* 87. *col. 2. D.*

40. Servus eſt cui dominatur iniquitas. *Libro 1. de Conſider. ad Eugen. Pap. ante medium, fol. 275. col. 1. littera C.*

41. Omne quod à veritate diſcordat, iniquitas eſt. *Sermone 31. ad Sororem in medio, fol. 90. columna 2. littera E.*

S. BONAVENT. 42. Iniquitas { Naſcitur. / Trahitur. / Completur. } { Naſcitur in cogitatione. / Trahitur in delectatione. / Completur in conſenſione. } *Expoſit. 2. ſup. Pſal. 118. cap. 10. verſ. 6. art. 2. pag. 259. columna 2. C. tom.* 1.

43. Ubi lex eſt, ibi æquitas eſt: ubi verò æquitas abeſt, ibi iniquitas adeſt. *Ibidem, cap. 5. verſ. 13. art. 3. pag. 208. col. 1. E.*

44. Iniquitatis idoneus perſecutor, æquitatis eſt executor. *Ibidem, cap. 7. verſ. 10. art. 4. pag. 228. col. 1. littera E.*

45. Ubi totum occupat æquitas, nullum habet locum iniquitas. *Ibidem, cap. 7. verſ. 12. art. 4. pag. 230. columna 2. A.*

46. Conſummata iniquitas permanet, voluptas fugitiva pertranſit. *Hom. 4. in medio, apud Biblioth. Patrum, tom. 5. parte 3. pagina 748. columna 2. littera C. edit. Colon.* 1618. S. CÆSARIUS ARELAT.

47. Iniquitatem tuam ſi tu agnoſcis, Deus ignoſcit. *Ibid. Hom. 13. in fine, pag. 759. col. 1. C.*

48. Remanet iniquitas deſperata, cui ſubtrahitur ſaluberrima medicina. *Sup. Pſ. 108. ante med. verſ. 11. fol. 169. col.* 3. CASSIODORUS.

49. Morbus animæ acerbiſſimus eſt iniquitas, quæ & nervos illius omnes præcidit, & æterno igni obnoxiam facit. *Catecheſ. 2. in principio, apud Bibl. Patrum, tom. 4. pagina 399. columna 1. littera B. edit. Colon.* 1618. S. CYRILLUS HIEROSOL.

50. Iniquitas id quod in omnibus rebus externis reputatur maximum bonum, homini aufert & violat. *In Elucid. ſup. cap. 31. Iob, ante medium. fol. 207. pag.* 1. FRANCISCUS TITELMAN.

51. Peccator ut mundari poſſit ab iniquitatibus ſuis, reprobas cogitationes, origines ſcilicet malorum operum, abjiciat neceſſe eſt. *Sup. 1. Eſdræ, cap 9. col. 1330. E. tom.* 2. GLOSSA ORD.

52. Diabolus tot teſtes habet, quot iniquitatis ſuæ prædicatores. *Super Iob, cap. 40. col. 386. littera D. tom.* 3.

53. Iniquitas tua voluntatis eſt, non naturæ: omnis enim creatura bona & perfecta condita eſt. *Super Ezech. cap. 28. col. 1290. D. tom.* 4. GLOSS. INT.

54. Quem rapit iniquitas, infernus abſorbet. *Libro 26. Moral. cap. 24. poſt medium, num. 32. col. 885. B. tom.* 1. S. GREG. MAG.

55. Iniquus dicitur, qui pravitate operis ab æquitate diſcordat. *Ibidem, lib. 18. cap. 6. ante med. col. 588. littera A.*

56. Valdè iniqua ſunt, quæ iniqui ſub boni ſpecie moliuntur. *Ibid. libro 33. cap. 24. poſt med. num. 32. col. 1160. B.*

57. Peccator cùm de iniquitate ſua non confunditur, in iniquitate eadem etiam adminiculis peſſimæ conſuetudinis roboratur. *Ibidem, libro 4. cap. 25. ante medium, ſup. illud Iob 3. Quare exceptus genibus? col. 126. littera C.*

58. Si vanitatis culpa nequaquàm cautè compeſcitur, ab iniquitate protinùs mens incauta devoratur. *Ibidem, libro 10. cap. 9. poſt medium, num. 14. col. 356. A.*

59. Vanitas mentem obnubilat, iniquitas cæcat. *Ibidem.*

60. Apertus damnationis teſtis eſt ipſe timor iniquitatis: quia & timetur quod agitur, & tamen malum non vincitur, quod timetur. *Ibidem, lib. 12. cap. 21. circa med. ſup. illud Sap. 17. Cùm ſit timida nequitia veritatis. col. 421. D.*

61. Manifeſtum perditionis indicium eſt, quando affectatis iniquitatibus, ſubſequens favet affectus; & nulla contrarietas impedit, quod mens perverſa concepit. *Ibidem, libro 26. cap. 14. prope finem, num. 16. col. 867. A.*

62. Sive ſit magna, ſive parva iniquitas, niſi puniatur ab homine pœnitente, punietur à Deo judicante. *In ſeptem Pſ. Pœnit. ſup. Pſ. 4. verſ. 7. in princ. col. 570. A. tom.* 2.

63. Hi qui alios ad iniquitatem ſuadendo pertrahunt, in ſemetipſis miniſterium dæmonum ad iniquitatem ſuſcipiunt. *Homil. 2. ſup. Ezech. longè ante med. col. 15. A. tom.* 2.

64. Non vivit juſtitiæ, niſi qui moritur iniquitati. *In ſeptem Pſ. pœnit. ſup. Pſ. 7. verſ. 12. Vivificabis me, &c. col. 635. D. tom.* 2.

65. Si quolibet modo incipienti negligitis iniquitati reſiſtere, plurimos erroris ſui gladio vulnerabit. *Libro 3. in Regiſtro. Indict. 12. cap. 35. ſub finem, col. 768. D. tom.* 2.

S. HIERONYM. 66. Ioiquo oon nocebit iniquitas ſua, à die quo ſe ab ioiquitate converterit. *Tom.* 1. *Ep.* 14. *ad Celantiam in fine, pag.* 115. *B.*

67. Juſtitia requiem habet, iniquitas laborem. *Sup. Eccleſiaſten. cap.* 4. *ſuper illud, Melior eſt plenus pugillus, &c. pag.* 75. *B. tom.* 7.

68. Nemo magis ioiquus, quàm ille qui iniquitatis inveotor eſt æmulator ſanctitatis, ideſt diabolus. *Super Pſalm.* 42. *verſ.* 1. *pagina* 64. *A. tom.* 8.

S. HILARIUS. 69. Iniquitas inverecunda eſt, palàm audet, palàm molitur, palàm perficit. *Super Pſ.* 119. *poſt init. fol.* 80. *columna* 1.

HUG A S. VICTORE. 70. Quantò major es, tantò iniquitas tua deformior. *Super* 2. *Reg. ante medium, pag.* 33. *littera A. tom* 1.

HUGO CARD. 71. Tolle iniquitatem, & nulla erunt vana. *Super Eccleſiaſticum, cap.* 3. *fol.* 177. *col.* 1. *tom.* 3.

72. Iniquitas extrema, eſt cupiditas. *Sup. Thren. cap.* 35. *fol.* 114. *col.* 2. *tom.* 5.

IOAN. CASS. 73. Abhorret ab illo juſtitiæ & pietatis authore, quidquid bonitati æquitatique cootrarium eſt. *Collat.* 23. *Abbat. Theona. circa medium, pag.* 843.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 74. Omnis homo quantumvis malus priuſquàm aliquam faciat iniquitatem, quaſi tardior eſt ad opus iniquitatis: quòd ſi ſemel cœperit, jàm paratior fit ad omne opus iniquum. *Hom.* 6 *ſup. Matth. oper. imperf. in princ. col.* 785. *D. tom.* 2.

75. Via perditionis eſt iniquitas, & via vitæ eſt omnis juſtitia. *Ibidem, Homil.* 18. *poſt med. col.* 865. *B. tom.* 2.

76. Iniqui nec poſt mortem deſinunt eſſe iniqui: quia etſi tunc peccare non poſſunt, tamen peccandi propoſitum teoent. *Ibidem, Hom.* 19. *in fine, col.* 876. *littera A.*

77. Iniquitas ex ſuggeſtione quadam diaboli naſcitur, per pacem autem ſervatur. *Ibid Homil.* 26. *in princ. col.* 906. *D.*

78. Iniquitatem time, quæ mater eſt tormentorum. *Homil.* 26. *ex diverſ. in medio, col.* 1247. *lit. A. tom.* 2.

79. Injuſtus cum diabolo vivit. *Homil.* 16. *ſuper* 1. *Cor. in Morali. poſt medium, columna* 449. *littera C. tom.* 2.

80. Iniquitatis multiplicatio, in cauſa eſt cur charitas refrigeratur. *Serm.* 8. *ſup. Ep. ad Epheſ. ſub finem, ante Morale, col.* 1014. *C. tom.* 4.

S. ISIDORUS HISPALENS. 81. Malorum ioiquitas, Sanctorum ſervit utilitati: quia undè mali corruunt, indè boni proficiunt. *Libro* 1. *de ſummo bono, cap.* 10. *ſentent.* 12. *pagina* 623. *columna* 1.

82. Trahit iniquitatem ut funiculum, qui tardat ad Deum converti: trahere enim iniquitatem, eſt moram facere in iniquitatibus. *Lib.* 2. *de ſum. bono. cap.* 23. *ſent.* 12. *pag.* 648. *col.* 1.

83. Iniquis moleſta eſt veritas, & amara diſciplina juſtitiæ. *Ibidem, lib.* 3. *cap.* 32. *ſent.* 8. *pagina* 678. *columna* 2.

S. LEO I. 84. Iniquitas cum juſtitia non habet pacem. *Ser.* 9. *Quadrag. prope med.*

S. NILUS AB. MART. 85. Quando iniqua agens quis, propterea tamen nullo pudore afficitur: vulnus magis exaſperat, & error ipſius tendit ad deſperationem. *Paræneſ.* 96. *apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *part.* 2. *editionis Colonienſis* 1618.

S. PETR MAURITIUS ABBAS CLUNIACENS. 86. Salubrior eſt mordens pietas, quàm mulcens iniquitas. *Libro* 2. *Ep.* 9. *ad Innocent. Pap. poſt med. apud Bibliothecam Patr. tom.* 12. *parte* 1. *edit. Colon.* 1618.

S. PROSPER. 87. Minùs noxia eſt iniquitas aperta, quàm tecta. *Sup. Pſ.* 139. *verſ.* 2.

ROBERTUS BELLARM. 88. Iniqui, membra ſunt diaboli. *Super Pſal.* 139. *verſ.* 4.

TERTULLIAN. 89. Metu ultionis omnis iniquitas refrænatur. *Lib.* 4. *adverſus Martionem. cap.* 16. *ante medium, pag.* 810. *F. tom.* 3.

S. THEODORET 90. Fundamentum & radix impietatis, vitæ corruptela eſt. *Super Pſalm.* 13. *verſ.* 2. *pag.* 69. *columna* 2. *H. tom.* 1.

91. Si quis iniquam elegerit vitam, licèt ſecundis ventis feratur, miſerrimus tamen putandus eſt. *Sup. Pſ.* 14. *verſ.* 5. *pag.* 70. *columna* 2. *littera E. tom.* 1.

92. Infœcunditas maxima cauſa, eſt iniquitatis. *Sup. Ioël. cap.* 1. *a medio, pag.* 450. *col.* 2. *H.*

S. THOMAS AQUINAS. 93. Iniqui vellent ſine fine vivere, ut ſine fine poſſent io ioiquitatibus permanere. 1. 2. *quæſt.* 87. *art.* 3. *in corpore ad* 1.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 94. Iniquitas omnem injuſtitiam continet. *Lib.* 5. *Ethic. ad Nicomach. cap.* 1. *circa med. tom.* 2.

95. Ioiquitatis eſt, mores rituſque patrios prævaricari, legibus & authoritati publicæ ſubeſſe non velle, mentiri etiam ac pejerare, pactaque tranſgredi, & fidem fallere. *Libro* 1. *de virtutibus, cap.* 5. *circa medium, tom.* 2.

CICERO. 96. Locus jàm nullus eſt, neque tàm longinquus, oeque tàm reconditus, quo non per hæc tempora noſtrorum hominum iniquitas pervaſerit. *Orat.* 8. *in Verrem, lib.* 3. *act.* 4. *poſt med. num.* 207. *tom.* 2.

Vide etiam tit. Damnatio. ſent. 9. 17. 20. *Differentia. ſent.* 26. *Diſſimulatio. ſent.* 21. *Immunditia. ſent.* 3. *Judicium in genere. ſent.* 26. *Opus. ſent.* 10. *Peccatorum defenſio. ſent.* 55. *Punitio. ſent.* 14. 52. *Reſurrectio a peccato. ſentent.* 52. *Seductio. ſentent.* 18. *Tractio. ſent.* 34.

Injuria.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIFFERENTIA.

ETYMOLOGIA.

COLLECTOR. INJURIA dicitur, quaſi in jura, ideſt, contra jura.

DEFINITIO.

S. ISIDORUS HISPALENS. Injuria eſt, quæ audet aliquid contra ordinem juris. *Lib.* 5. *Etymol. cap.* 26. *ante medium, pagina* 61. *columna* 1.

CICERO. Injuriæ ſunt, quæ aut pulſatione corpus, aut convitio aures, aut aliqua turpitudine vitam cujuſpiam violant. *Libro de Arte Rhetor. ante med. columna* 58. *littera E. tom.* 1.

DIFFERENTIA.

SENECA. Dividamus injuriam à contumelia: prior illa naturâ gravior eſt, hæc levior, & tantùm delicatis gravis, quia non læduntur, ſed offeoduntur. *De Conſtantia ſapientis, cap.* 4. *in medio, pagina* 545. *tom.* 1.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Is, qui citò injuria movetur, facit ſe dignum videri contumelia, dùm vult ea indignus probari. *Proſecutio.*

2. Melior eſt qui contemnit injuriam, qoàm qui dolet: qui enim contemnit, quaſi non ſentiat, ita deſpicit: qui autem dolet, quaſi ſenſerit, torquetur. *Libro* 1. *Offic. cap.* 6. *in fine, columna* 4. *littera A. tom.* 1.

S. AMBROSIUS. 3. Quos manet gloria, expectat injuria. *Ibidem, cap. 16. ante medium, col. 9. D.*

4. Non in inferenda, ſed in depellenda injuria lex virtutis eſt: qui enim non repellit à ſocio injuriam, ſi poteſt, tàm eſt in vitio, quam ille qui facit. *Ibidem, cap. 35. in princ. columna 25. littera D. tom. 1.*

5. Melius diſſimulare injuriam, quàm cùm redarguis, vindicare. *Sup. Pſ. 37. poſt med. columna 1334. B. tom. 4.*

S. ANSELMUS. 6. Nullus eſt, qui facit alteri injuriam, niſi qui fieri nolit ſibi. *Super Ep. ad Rom. cap. 2. in illud, Quæ legis ſunt, faciunt.*

S. ANTONIN. 7. Ex debito charitatis quilibet tenetur repellere injuriam à proximo, ſi poteſt: & qui non repellit, tàm eſt in vitio, quàm ille qui facit. *Parte 2. tit. 7. de Ira, cap. 8. §. 2. poſt med. fol. 243. columna 4.*

8. Injurias magnanimus debet parvi pendere, & à memoria repellere, tunc in mente ſua quietus erit. *Parte 4. tit. 3. cap. 7. §. 15. in principio, folio 33. columna 1.*

9. Tanta eſt humana fragilitas, ut ad ſibilum unius verbi dejiciatur. *Parte 4. tit. 5. cap. 12 §. 2. poſt med fol. 69. col 2.*

S. AUGUSTIN. 10. Non eſt interior litterarum ſcientia, quàm ſcripta conſcientia, id ſe alteri facere, quod nolit pati. *Libro 1. Confeſſ. cap. 18. in fine, pagina 43. A. tom. 1.*

11. Nulli eſt injuria vel levior referenda, ut ab alio gravior repellatur. *De Mendacio ad Conſentium, cap. 11. in princ. pag. 11. littera A. tom. 4.*

12. Sæpè nihil nocet ei iniquitas, qui patitur injuriam: ei autem qui facit, neceſſe eſt ut noceat. *De ſerm. Dom. in monte, libro 2. poſt medium, pagina 285. B. tom. 4.*

13. Quamvis te irritet quiſque, quamvis convitiet, quamvis injuriam tibi faciat, tu tamen patiens eſto, ne rependas contumelias, & meliùs tacendo vinces injuriam. *De rectitud. Catholica converſat. ante med. pag. 793. B. tom. 9.*

14. Glorioſum eſt injurias oblivisci, ſed obliviſcere injuriam tuam, non vulnus fratris tui. *Profec.*

15. Ille injuriam fecit, & injuriam faciendo gravi ſeipſum vulnere percuſſit. & tu ejus vulnus contemnis. *De verbis Domini. ſerm. 16. ante med pag. 46. D tom. 10.*

16 Romani acceptâ injuriâ ignoſcere malebant, quàm perſequi. *Libro 1. de Civit. Dei. cap. 6. circa init. tom. 5.*

17. Accipere quàm facere præſtat injuriam. *Contra Mendac. cap. 9 poſt med. tom 4.*

18. Injurioſus ab eo ipſo, cui fecit injuriam, diſcat qualia ſint propter quæ fecit injuriam. *Epiſt. 5. circa med. tom 2.*

S. BASILIUS SELEUC. 19. Optabilius eſt injuriam ferre, quàm inferre. *Orat 42. ſub fin apud Bibl. Patr. tom 5. part. 3. edit. Colonienſis 1618.*

V. BEDA. 20. Glorioſius eſt injuriam tacendo tolerare, quàm reſpondendo vindicare. *In ſuis Proverbiis, verbo Glorioſius, pag. 190. tom. 2.*

21. Infeliciores ſunt qui faciunt, quàm qui patiuntur injuriam. *Ibidem, verbo Infeliciores, pagina 191.*

BOETIUS. 22. Miſerior injuriæ illator, quàm acceptor eſſe videtur. *Libro 4. de conſolat. Philoſoph. Proſa 4. poſt medium.*

S. BONAVENT. 23. Si injuriam pateris & taces, & proximum non corripis, plus peccas negligendo quàm ille affligendo. *Super Luc. cap. 6. poſt medium, pag. 74. columna 1. tom. 2.*

24. Benigni & juſti judicis eſt, ſuas injurias contemnere, & aliorum injurias judicare. *Libro 1. Pharetra. cap. 45. in princip. pagina 125. col. 1. littera B. tom. 6.*

25. Quantò injuria major, tantò honorabilior eris. *In Stimulo amoris part. 2. cap 6. à medio, pag. 214. col. 2. E. tom 7. part. 3.*

S. GREG. MAGN. 26. Patienter illatam injuriam tolerat, qui piè meminit quòd fortaſsè adhuc habeat, in quo debeat ipſe tolerari. *Libro 5. Moral. cap. 31. poſt med. col. 174. lit. A. tom. 1.*

27. Hujus ſeculi dilectores pro terrenis lucris quaſlibet injurias tolerant, & pro cœleſti mercede vel tenuiſſimi verbi ferre contumelias recuſant. *Ibidem, libro 19. cap. 16. longe poſt initium, num. 25. columna 660. littera C.*

28. Leve videbitur quòd injuriâ percutimur, dùm in actione noſtra conſpicimus, quia pejus meremur. *Ibidem, libro 30. cap. 9. ante medium, num. 17. col. 1020. littera A.*

29. Si contra veritatem injuriam pertuleris, lucrum puta. *Lib. 10. in regiſtro indict. 5. cap. 14. Ep. 14. ad Opportunum, circa finem, columna 1102 littera A. tomo 2.*

30. Imitatione Dei glorioſius eſt tacendo injuriam fugere, quàm reſpondendo ſuperare. *Homil. 18. ſuper Evang. ante finem.*

31. Nihil eſt iniquius quàm pro correptione, injuriis reſpondere. *In ſeptem Pſalm. pœnit. ſuper Pſal. 3. verſ. 20. Qui oderunt me inique. col. 563. littera D. tom. 2.*

S. GREG. NAZ. 32. Qui per injuriam premitur, Deum habet adjutorem. *Super Eccleſiaſten, cap. 3. circa medium, pagina 335.*

33. Maximum malum eſt calumnia; nam illa animabus ſapientum inſidiatur. & generoſam bonorum inſtantiam impedire conatur. *Ibidem, cap. 7. poſt initium, columna 338*

S. GREGOR. THAUMAT. 34. Graviſſimum malum eſt calumnia, hæc enim ſapientum animabus inſidias ſtruit, ac generoſam bonorum virorum conſtantiam labefactare molitur. *Sup. Eccleſiaſt. cap. 7. poſt init. apud Bibl. Patrum, tom. 3. pagina 53 columna 2. F. editionis Colon. 1618.*

S. HIERONYM. 35. Iraſci, hominis eſt: injuriam non facere, Chriſtiani. *Tom. 1. Epiſt. 45. ad Antonium, in fine, pagina 2 9. A.*

36. Meam injuriam patienter tuli. impietatem contra Deum ferre non potui. *Tom. 2. Ep. 33. adverſ. Vigilant. in fine, pag 314. C.*

37. Virum humilem, patientia oſtendit injuriæ. *Tom. 4. Epiſt. 1. ad Demetriad. poſt medium 21. littera A.*

38 Iniquum eſt, ſi alteri quod tibi ab alio fieri moleſtum eſt, patiaris inferri. *Tom. 4. Ep 14. ad Mauritii filiam, ante fin 93. A.*

39. Non tantæ virtutis eſt ab aliis factam injuriam ſuſtinere, quantæ gratiæ Domini eſt placidum, mitem atque tranquillum injuriam facere non poſſe. *Super Naham cap. 2. ſup. illud, Contemplare viam, &c. pag. 171. C. tom. 6.*

S. HILARIUS. 40. Omnes humanæ injuriæ, quæ religioſis viris inferuntur, non eoſdem habent authores quos habent miniſtros: executio quidem hominum eſt, ſed diaboli inſtinctus eſt. *Super Pſ. 128. poſt init. fol. 93. col. 2.*

HUGO CARD. 41. Rem injuſtam ante oculos ſuos proponit, qui ut ultionem quærat, memor eſt injuriarum. *Sup. Pſal. 100 fol 258. col. 2. tom 2.*

42. Quod jure quis patitur, non eſt injuria: aliud eſt enim pati injuriam, aliud pati ſupplicium: injuriam patimur injuſtè, ſupplicium juſtè. *Sup. Pſ 145. fol 351. col. 2. tom. 2.*

43. Qui irrogatam ſibi injuriam vult vindicare, uſurpat ſibi quod non eſt ſuum. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 7. fol 89. col. 3. tom. 3.*

44. Nulli injuriam facias, & etiam nocenti tibi, ſed differ vindictam propter iram. *Sup. Eccleſiaſtic. cap. 10. fol. 189. col. 3. tom. 3.*

S. Joan. Cass. 45. Qui de illata iodignatur injuria, humilitatis ſatisfactione placatur. *Collat.* 18. *Abbat. Piammonis, cap.* 17. *pag.* 745.

S. Joannes Chrysost. 46. Animæ fortis & conſtantis eſt, poſſe obluctari injuriis. *Homil.* 23. *ſup. Gen. poſt med. col.* 170. *lit. B. tom.* 1.

47. Tantum virtutis eſt robur, ut patiendo ſuperet injuriam ſibi facientes: ut cùm impugnatur, hoſtibus fiat potentior. *Ibidem, poſt medium, columna* 170. *littera C.*

48. Qui prohibere poteſt eum, qui injoriam facit, & non prohibet, is non minorem luet pœnam, quàm qui injuriam fecit. *Ibidem, Hom.* 33. *in medio, col.* 274. *C. tom.* 1.

49. Conſolare eum, qui injuriâ affectus eſt, ſic & teipſum ab injuris affectum eriges. *Ibidem, a medio, col.* 274. *lit. D.*

50. Hæc eſt optima philoſophia, nnnquàm eis qui nobis injuriam faciunt adverſari. *Ibidem, Homil.* 34. *in princ. col.* 278. *B.*

51. Quando quis in hominibus aliquem charum domino ſuo injuriâ quadam afficit, ſibi injuriam factam putat dominus. *Ibid. Hom.* 45. *circa med. col.* 374. *littera C.*

52. Qui paratus ad ingruentia mala fuerit, illatas injurias faciliùs feret. *Hom.* 5. *de patientia à medio, col.* 688. *B. tom.* 1.

53. Nemo poteſt injuriam tibi inferre, præter teipſum: quare ſi injuriatos tibi perſequi cupis, teipſum primò invadas, nullus enim prohibet: ſed ſi alium aggredieris, majori injuriâ preſſus jacebis. *Proſec.*

54. Non qui paſſus eſt, ſed qui fecit injuriam patitur.

55. Omnium certè malorum hæc cauſa eſt; quia nec intelligimus quis facit, & quis patitur iojuriam.

56. Nam ſi rectè intelligeremus non iojuriis noſipſos vexaremus adverſus alium orantes, cùm certiores eſſemus neminem in terris poſſe nobis officere. *Homil.* 52. *ſuper Matth. oper. perfect. ante fin. col.* 443. *A. tom.* 2.

57. Verè paſſus injuriam ille eſt, qui paſſione victus ſuccubuit. *Ibidem, Hom.* 61. *ante medium, col.* 511. *B.*

58. Quò majores quiſpiam injurias in te jaculatus eſt, eò majoris indulgentiæ tibi cauſa conſtitutus eſt. *Ibidem, Homil.* 62. *ante finem, columna* 521. *littera A.*

59. Magnum bonum eſt injuriarum oblivio, & ſummoperè eâ Deus placatur. *Ibidem, Hom.* 80. *poſt med. col.* 648. *B.*

60. Quantò ſuavius ſit amare injuriam, quàm odiſſe, poſt depoſitas inimicitias optimè percipies. *Ibid. ante fin. col.* 649. *A.*

61. Injuriarum memoria animi eſt pernitiem diutiùs cogitantis. *Proſec.*

62. Numquàm ille tantum tibi facere potuit, quantum tuipſe tibi, læſionis memoriam retinendo. *Ibidem.*

63. Illa clariſſima atque fulgentiſſima victoria, qua injuriam inferentem patiendo ſuperaſti. *Proſec.*

64. Non luctari te oporter, Deus eas tibi conceſſit, ut non concertatione manuum, ſed patientiâ vincas,

65. Non exeas in prælinm, & viciſti: non collucteris, & coronatus es, ſicque multò tu præſtantior, & fortior adverſario es.

66. Qui magno animo injurias tulit, ubique ut victor prædicatur. *Ibidem, Hom.* 85. *ante finem, col.* 682. *littera C.*

67. Diſcamus exemplo Chriſti, noſtras injurias illatas magnanimiter ſuſtinere; Dei autem injurias, nec uſque ad auditum ſufferre. *Hom.* 5. *ſup. Matth. oper. imperf. poſt med. col.* 782. *B. tom.* 2. *Proſec.*

68. In propriis injuriis patientem eſſe, laudabile eſt: injurias autem Dei diſſimulare, nimis impium eſt. *Ibidem.* S. Joannes Chrysost.

69. Ubi recordatio injuriæ in medio eſt, ibi diabolus exultat. *Ibidem, Hom.* 17. *poſt init col.* 854. *C.*

70. Benigni & juſti judicis eſt, ſuas injurias contemnere, & aliorum injurias vindicare: qui autem ſuas vindicat injurias, quamvis juſtè vindicet, numquàm tamen judex juſtus eſſe putatur. *Ibidem, Hom.* 45. *poſt medium, columna* 1062. *C.*

71. Neque precatio, neque eleemoſina, neque jejonium, neque ſacra communio, neque aliud quidquam ſimile (niſi injuriarum obliviſcamur) poterit nobis præſidio eſſe in die judicö. *Hom.* 20. *ex diverſ. in Matth. in fine. col.* 1211. *B tom.* 2.

72. Non cùm ulciſcitur quis injurias, ſed cùm eas æquo animo tolerat, hoc magnum eſt, hoc laudabile. *Hom* 3. *ſuper Joan. poſt medium, columna* 34 *littera D. tom.* 3.

73. Non is qui injuriatur, ſed qui parvo animo injuriis dolet, is injurias confirmat & irritat injuriantem. *Ibidem, Homil* 82. *ante finem, columna* 394. *D.*

74. Si non poſſe injuriantem perpeti, id crimen eſt: ipſa iojuria quâ digna eſt accuſatione? *Hom.* 16. *ſuper* 1. *Cor. poſt med. col.* 445. *D. tom.* 4.

75. Injuriam reminiſci, eſt animæ nequitiam meditantis. *Homil.* 52. *ad populum Antioch. ante fin. col.* 357. *D. tom.* 5.

76. Suprema prorsùs amentia eſt, ſeipſum ferire, & hoc ipſum neſcire: ſed cùm alium injuriâ credat afficere, tùm verò ſeipſum omninò jugulare. *Serm. de virt. & vitiis, poſt initium, columna* 772. *A. tomo* 5.

77. Virtutis vis magna eſt, quæ dùm injuriâ læditur, lædentes ſuperat: dùm profligatur, profligantes tunc maximè debellat. *Ibidem, poſt medium, col.* 777. *D.*

78. Non injuriam pati, ſed injuriam facere, aut neſcire pati malum eſt. *Hom.* 43. *ſup. Matth. oper. perſ. prope medium, col.* 377. *A. tom.* 2.

79. Cogita quòd qui injuriâ cederis, vincis: ille autem qui cedit, vincitur. Momentum eſt, cave abripiaris, & totum ſtatim effeciſti: cave movearis, & totum extinxiſti. *Hom.* 31. *ſup. Acta Apoſt. in Morali poſt init. col.* 655. *B. tom.* 3.

80. Vis eſſe memor injuriarum & hoſtis? hoſtis eſto, ſed diaboli, non membri tui. *Serm.* 14. *ſup. Ep. ad Epheſ. circa medium, col.* 1044. *B. tom* 4.

81. Injurias & detrimenta maxima perpeſſus es, tu contraria operari ſtude. *Hom.* 3 *ſup.* 1. *Tim in fine Moral. col.* 1448. *C. tom.* 4.

82. Injuriam pati, hoc eſt Chriſtiani. *Homil.* 20. *ſup. Ep. ad Hebr. in principio Moralis, col.* 1787. *D. tom.* 4.

83. Si quis te injuriet, tu contrà benedic, & attende quantum & ex hoc lucraberis. *Proſec.*

84. Malum extinguis, mercedem tibi comparas ampliorem, illi confuſionem excitas, quæ ei cauſam correctionis apportet, & tu nihil pateris mali. *Ibidem, Hom.* 30. *ante fin. col.* 1851. *B.* S. Joan Chrys.

85. Memoria injuriarum eſt
- Furoris complementum.
- Peccatorum cuſtos.
- Juſtitiæ odium.
- Virtutum perditio.
- Venenum animæ
- Mentis aſſiduus vermis.
- Orationis confuſio.
- Deprecationis caciſio.
- Charitatis alienatio.
- Clavus infixus animæ.
- Injucundus ſenſus.
- Juge peccatum.
- Numquàm dormiens iniquitas.
- Horis ſingulis admiſſa malitia. *Gradu* 9. *in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 263. *columna* 2. *E. edit. Colon.* 1618.

86. Suam

JOAN. GERS. 86. Suam injuriam non emendat, qui injuriam augmentat: injuria non vincitur injuriâ, ſed patientiâ: qui patitur, vincit, ſed pungitur ſpinis, qui à pongentibus non aſtinet ſpinis. *Serm. in Septuageſ. de Ira, poſt med. parte* 4.

87. Qui à ſocio, ſi poteſt, injuriam non repellit, tantus in vitio eſt, quantus ille qui facit. *Tract. contra proprietarios. part.* 2. *ante fin. parte* 1.

JOAN. TRITH. 88. Injuriam non facere, juſtitia eſt & dilectio: illatam patienter ſufferre, virtus maxima eſt. *In cap.* 4. *Regula S. Bened. verbo Att. in principio, pagina* 284. *columna* 1.

89. Non meliùs vincitur injurians, quàm ſilentio injuriati. *Ibidem, verbo Hinc, ſub finem, pagina* 287. *col.* 1.

S. ISID. HISP. 90. Cave ne ſis ultor injuriarum tuarum, promptior eſto ad ſuſcipiendam, quàm ad reddendam injuriam: diſce mala ferre potiùs quàm referre, diſce potiùs tolerare quàm facere. *Lib.* 2. *de ſynon. cap.* 6 *in calce, pag.* 315. *col.* 2.

91. Quàm multi ſunt, qui ſuas injurias tardè relaxant, Dei verò citiùs indulgent: fitque nonnunquàm ut occaſione Domini injurias vindicandi, ſuas vindicent iræ. *De conflict. vitior. & virt. ante med. pagina* 713. *columna* 1.

S. ISID. PELUS. 92. Acceptarum injuriarum memoriam retinere, haud generoſi animi eſt. *Lib.* 3. *Epiſt.* 7. *ad Antiochum, apud Bibliothecam Patr. tom.* 5. *part.* 2. *edit. Colonienſis* 1618.

93. Juſtum eſt, ab alio minimè lædi: philoſophicum autem, acceptam injuriam æquo animo ferre. *Ib. Ep.* 320. *ad Aſclepium. Epiſcop.*

LACT. FIRM. 94. Non minùs mali eſt referre injuriam, quàm inferre. *Lib.* 6. *de divin. inſt. cap.* 18. *circa medium, pag.* 271.

95. Si quis laceſſitus injuriâ, lædentem perſequi cœperit, victus eſt. *Ibidem, ante fin. pag.* 271.

96. Patientia injuriarum perturbatum animum ac fluctuantem, ad tranquillitatem ſuam revocat, hæc mitigat, hæc hominem ſibi reddit. *Ibidem.*

S. NILUS. 97. In omnibus, in quibus injuriâ afficetis, ad patientiam confuge, & ſuper injuriantes nocumentum devolvetur. *Paraneſ.* 90. *apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *edit. Colon.* 1618.

98. Memoria injuriæ obſcurat rationem orantis, & ejus orationi tenebras offundit. *Ibidem, de Orat. cap.* 19.

S. PAULINUS. 99. Vicem injuriæ reddere, humana ultio eſt: at inimicum etiam injuriantem diligere, vindicta cœleſtis eſt. *Ep* 2. *ad Severum, poſt medium, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pagina* 148. *columna* 2. *F. edit. Colon.* 1618.

PETR. BLES. 100. Viri magnanimi fortitudo gravioribus injuriis laceſſita grandeſcit. *Ep.* 87. *ad Guilielm. Epiſc Elienſ. ante fin. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 772. *columna* 2. *E. edit Colon.* 1618.

101. Turpe eſt, maximè homini orthodoxo, refricare injurias, & odiorum ſopitos cineres denuò ſuſcitare. *De Amicit. cap.* 24. *ante med. pag* 976. *col.* 1. *B. apud Bibl. Patr. &c.*

PHILO JUD. 102. Qui per dolum inferunt injuriam, pejores ſunt apertis hoſtibus. *De creatione principis, ante med. pag.* 987. *tom.* 1.

103. Levius malum eſt pati, quàm inferre injuriam. *Libro de Joſeph, longe poſt initium pagina* 729. *tom.* 1.

S. PROSPER. 104. Perfectorum eſt, etiam his, qui injuriam fecerunt, miſericordiam magis, quàm optare vindictam. *Sup. Pſ.* 102. *verſ.* 6.

SALVIANUS. 105. Pati injurias ſervorum nolumus, & ſubditum injuriis noſtris Deum eſſe volumus: & quæ ipſi toleratu humano indigna credimus, Deum à nobis dignè hæc tolerare credamus. *Libro* 3. *de Gubernat. Dei a medio, apud Bibliothecam Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *edit. Colon.* 1618.

SALVIANUS. 106. Semper per dignitatem injuriam perferentis, creſcit culpa facientis: quia neceſſe eſt, quantò major eſt perſona ejus, qui contumeliam patitur, tantò major ſit noxa ejus, qui facit. *Ibidem, lib.* 6. *a medio. pag.* 149. *col.* 2.

S. SYNES. EPISCOP. 107. Qui injuriam inferre non vult, propulſandæ injuriæ facultatem ſibi comparat. *De Regno ad Arcadium Imperat. longe poſt medium, apud Bibliothecam Patrum, tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 52. *col.* 2. *H. editionis Colonienſ.* 1618.

108. Majus malum eſt inferre, quàm perpeti injuriam: illud enim proprium malum eſt, hoc alienum. *Epiſt.* 67. *ad Theophil. ante finem, apud Bibliothecam Patrum, tom.* 5. *parte* 1. *pagina* 104. *col.* 1. *B. edit. Colon.* 1618.

TERTUL. 109. Ubi minor injuria, ibi nulla neceſſitas impatientiæ: At ubi major injuria, ibi neceſſarior injuriæ medela patientiæ. *De Patient. cap.* 11. *in princ. pag* 137. *C. tom.* 1.

S. THEODOR. 110. Nullo modo decet eſſe injurium. *Lib.* 12. *de virt. activâ. circa medium, pagina* 409. *columna* 1. *littera D. tomo* 2.

S. THO. AQUIN. 111. Qui injuriatur Deo, crudelis eſt ſibi & noxius hominibus. *Opuſc.* 9. *de decem præcept. Præcept.* 2. *verbo Non aſſumes. tom.* 1.

112. Tantò major eſt injuria, quantò major eſt is in quem committitur. *Contra Græcos & Armenos, cap.* 7. *ante fin. tom.* 2.

S. V... EPISC... 113. Quicumque tu es, quem alienæ inſolentiæ inquietat injuria, ſi vis perfectus eſſe, animorum iracundiam moderatione compeſce. *Homil.* 12. *poſt init. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 489. *columna* 1. *C. edit. Colon.* 1618.

114. Ceſſant odia, ubi non reputatur injuria. *Ibidem, in med. pagina* 489 *columna* 1. *F.*

115. Sicut illum qui injuriam fratri infert, gravis peccati manet culpa; ita te maxima protegit virtutis corona, ſi acceptâ non iraſceris injuriâ. *Ibidem, ſub fin. pag.* 490.

116. Multi acceptâ injuriâ vicariam injuriam parant, & vindictæ locum animo latrocinanti expectant. *Ibid. in fine.*

117 Ultra felicitatem conſtat eſſe victoriæ, inimicum ſalvum feciſſe, & injuriam vindicaſſe. *Ibidem, Hom.* 13. *a medio, pag.* 491. *columna* 1. *A.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 118. Amico injuriam facere, turpe eſt. *Sect.* 29. *Problem. quæſt* 2. *in princ. tom.* 2.

119 Iniquius eſt injuriam homini infortunato, quàm fortunato intuliſſe. *Ibidem, in fine.*

120. Graviorem facit injuriam, qui ex conſulto, quàm qui non ex conſulto injuriatur. *Ib. ſect.* 29 *quaſt.* 13. *poſt medium.*

121. Semper injuſtior eſt, qui ſe latere non putat, & tamen facit injuriam, quàm qui ſe latere poſſe exiſtimat. *Ibidem, in fine.*

122. Injuria minor quidem eſt, injuriam pati: major autem, injuriam facere. *Lib.* 5. *Ethic ad Nicomach. cap.* 5. *tom.* 2.

123. Sponte is injuriam facit, qui ſcit & eum, cui facit, & modum, quo facit. *Ibidem, cap.* 11. *in principio.*

124. In magnis injuriis, nihil abjectè facere, celſi eſt animi. *Lib. Oeconomic. cap.* 1. *poſt medium, tom* 2.

125. Qui afficit injuriâ, ſponte facit injuriam: at affectus injuriâ invitus fert injuriam. *Lib.* 1. *Magnor. Moral. cap.* 34. *ante fin. tom.* 2.

126. Deus injuriâ vexatis opitulari creditur. *Lib.* 2. *Rhetor. cap.* 5. *in fine, tom.* 1.

ARISTOTEL. 127. Viri magnanimi non eſt, memorem eſſe injuriarum; ſed eas potiùs pro nihilo putare. *Lib. 4. Moral. cap. 3. poſt med. edit. Pariſ.* 1565.

CICERO. 128. Summorum virorum exemplo injurias deponere, præclarum eſt. *Orat.* 36. *de Provinc. in fine, num.* 47. *tom.* 2.

129. Obliviſci nihil ſoles, niſi injurias, quod eſt animi ac ingenii præclariſſimi. *Orat.* 41. *pro Ligario. in fine, num.* 35. *tom.* 2.

130. Fortes & magnanimi ſunt habendi, non qui faciunt, ſed qui propulſant injuriam. *Lib. 1. de Offic. ante med. tom.* 4.

EPICTETUS. 131. Unaquæque res duas habet anſas: unam tolerabilem, alteram intolerabilem. Si frater injuriam fecerit, non eâ parte capias, quâ facit injuriam (ea enim ejus anſa non eſt tolerabilis) ſed illinc potiùs, eſſe fratrem, ſic capies eam, quâ eſt tolerabilis. *In ſuo Enchirid. cap.* 65. *per totum.*

MIM. PUBL. 132. Etiam qui faciunt, odio habent injuriam. *In ſuis ſent. ſent.* 113.

133. Injuriarum remedium, eſt oblivio. *Ibidem, ſent.* 197.

PLATO. 134. Nullo modo facienda eſt injuria, neque cuiquam inferenda. *Tom. 1. ſizygia 1. in dialogo Critonis. in medio, pag.* 49. *A.*

135. Nullo modo rectum faſve eſt, neque facere, neque rependere injuriam. *Ibidem, circa med. pag.* 49 *littera E.*

136. Injuriam facere, omnium malorum maximum eſt: mallem enim pati, quàm facere injuriam. *Tom. 1. ſizygia 3. de Rhetor. ante medium, pag.* 469. *B.*

137. Qui nemini injuriam facit, apud omnes in pretio eſt: qui verò injuriam depellit, magis quàm duplici honore dignus eſt præ illo: ille enim cum uno, hic cum multis hominibus confertur. *Tom. 2. ſizyg. 4. lib. 5. de legibus, ante med. pag.* 730. *D.*

138. Omnem hominem oportet animoſum eſſe & mitem, maximè ad aliorum injurias perferendas, *Ibidem.*

SENECA. 139. Bonus vir eſt, qui injuriam fecit? noli credere: malus? noli mirari. *Libro 2. de Ira. cap. 30. in medio, pag.* 427. *tom.* 1.

140. Non ut in beneficiis honeſtum eſt merita meritis repenſare, ita injurias injuriis. Illic vinci turpe eſt: hîc vincere, inhumanum. *Ibidem, cap. 32. in principio, pag.* 428.

141. Magni animi eſt, injurias deſpicere. *Ibidem, in medio, pag.* 428. *tom.* 1.

142. Ille magnus & nobilis eſt, qui more magnæ feræ, latratus minutorum canum ſecurus deridet. *Ibidem.*

143. Notiſſima vox eſt ejus, qui in cultu regum conſenuerat: cùm illum quidam interrogaret, quomodo rariſſimam rem in aula conſecutus eſſet, ſenectutem: Injurias, inquit, accipiendo & gratias agendo. *Ibidem, cap. 33. in princ. pag.* 429. *tom.* 1.

144. Sæpè adeò injuriam vindicare non expedit; ut ne fateri quidem expediat. *Ibidem.*

145. Non poſſum, inquis, injuriam pati; grave eſt injuriam ſuſtinere, mentiris. Quia enim injuriam non poteſt ferre qui poteſt iram? *Lib. 3. de Ira. cap. 26. in princ. pag.* 451. *tom.* 1.

146. Maxima eſt factæ injuriæ pœna, feciſſe: nec quiſquam graviùs afficitur, quàm qui ad ſupplicium. *Ibid. ante med. pag.* 452.

147. Satiùs eſt ſanari injuriam, quàm ulciſci: multùm temporis ultio abſumit, multis ſe injuriis objicit, dùm una dolet. *Ibidem, cap. 27. in principio, pag.* 452.

148. Magni animi eſt, injurias in ſumma potentia pati. *Libro 1 de Clement. ad Neron. cap. 10. in calce, pag.* 479. *tom* 1

149. Tutus eſt ſapiens, nec ullâ affici aut injuriâ, aut contumeliâ poteſt. *De conſtant. ſapient. cap. 2. in calce, pag.* 543. *tom.* 1.

150. Diſcitur ipsâ injuriarum aſſiduitate, patientia. *Ibid. cap. 3. ante med pag.* 544. SENECA.

151. Sapientem melioris ſcito eſſe naturæ, ſi nullius illi injuria nocet, quàm ſi nulla ſit. *Ibid. ante finem, pag.* 544.

152. Injuria non poteſt fieri non injuſtè. *Ibid. cap. 7. in calce, pag.* 549.

153. Sapientis animus ſolidus eſt, & id roboris collegit, ut tàm tutus ſit ab injuria, quàm illa, quæ retulit. *Ibidem, cap. 3. in calce, pag.* 544.

154. Beneficium eſt, hominis injuria. *Lib. 2. de Benefic. cap. 19. in medio. pag.* 401. *tom.* 2.

155. Beneficiis vis injuriæ extinguitur. *Ep. 81. ante med. pag* 702.

156. Quid eu miſeriùs, cui beneficia excidunt, hærent injuriæ? *Ibidem, poſt medium, pag.* 704.

157. Qui ob hoc injuriam facit, quia poteſt; citò deſinet, quia fecit. *In ſuis Proverb. in fine poſitis, littera Q.*

158. Mali finis, injuria: injuriæ autem, perditio. *Sent. 193. pagina 95. columna 2, H. apud Bibl. Patrum, tom. editionis Colon.* 1618. SIXT. PHILOS.

159. Suâ culpâ injuriam accipit, qui ei ſe objecit. *Lib. 2. dict. memorabil. cap. 1. poſt med. pag.* 73. VALERIUS MAXIMUS.

Vide etiam titulos, Invidia. ſentent. 63. Ira. ſentent. 217. Manſuetudo. ſentent. 24. Memoria. ſentent. 40 41. Monachus. ſentent. 114. Oblivio. ſentent. 31. Patientia ſent. 77. Patientia Dei. ſentent. 44. Pœnitentia. ſentent. 265. Vindicta. ſent. 22. 43. 58.

Innocentia.

DEFINITIO, DIVISIO, DIFFERENTIA.

DEFINITIO.

INNOCENTIA eſt puritas animi, injuriæ omnem illationem abhorrens. *Part. 3. Centiloquii, ſect. 44. poſt initium, pagina 88. columna 1. littera A. tom. 6. part.* 1. S. BONAVENT.

Innocentia lætus ac ſerenus eſt animi ſtatus, omni adinventione ac figmento liber. *Gradu 24. ante medium, apud Bibl. Patr. tom. 6. parte 2. pag. 276. col. 1. C. editionis Colonienſis* 1618. S. IOAN. CLIM.

Innocentia eſt affectio talis animi, quæ nocet nemini. *Libro 3. Tuſcul. quæſt. poſt initium, columna 211. littera F. tom.* 4. CICERO.

DIVISIO.

Duæ ſunt ſpecies innocentiæ. S. BONAVENT.
- Prima eſt, non nocere ei, qui non nocuit tibi.
- Secunda, non nocere ei, qui nocuit. *Super Pſalm. 87. ante medium, pag. 130. columna 2. littera A. tom.* 1.

Tres ſunt partes innocentiæ.
- Prima eſt, cum malis conſortium non habere.
- Secunda eſt, non malis conſentire.
- Tertia eſt, eum juſtis pacem habere.

Tres ſunt innocentiæ gradus.
- Primus eſt, malum non facere.
- Secundus eſt, facientibus non conſentire.
- Tertius, peccantes, ſi poteſt, corrigere. *In decret. Gratiani. fol. 93. columna* 4. GLOSS. ORD.

Differentia.

S. Isidorus Hispalens. Inter innocentem & innoxium hoc intereſt, quòd innocens ſanctitate morum intelligitur: innocuus, qui non habet nocendi voluntatem. *Libro de differentiis different. 3. pag. 281. columna 2.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius. 1. Salomon ait, Innocens credit omni verbo.) Non vituperanda facilitas, ſed laudanda bonitas; hoc eſt innocentem eſſe, ignorare quod noceat. *Libro 3. Officiorum, cap. 10. poſt medium, columna 68. littera D. tom. 1.*

2. Servile eſt omne peccatum, libera eſt innocentia. *De Ioſeph. cap. 4. ante medium, columna 1080. B. tom. 4.*

3. Moriar innocens, ne moriar nocens. *Lib. 2. de Virginibus, poſt medium, columna 91. littera B. tomo 1.*

S. Anselmus. 4. Innocentia talis eſſe debet, ut nulli noceat. *De ſimilit. cap. 116. in princ.*

S. Augustin. 5. Omnis improbitas ex imbecillitate animi venit; quia nihil innocentius eſt eo, qui in virtute perfectus eſt. *Serm. Dom. in monte, libro 1. poſt med. pagina 801. tom. 4.*

6. Iſta eſt vera innocentia, quæ nec inimico nocet. *Sup. Pſalm. 7. circa med. verſ. 8 Et ſecundùm innocentiam meam, &c. pag. 28. D. tom. 8.*

7. Cuſtodi innocentiam, pretioſa res eſt. *Sup Pſ. 36. in fine, pag. 28. D. tom. 8.*

8. Perverſa & falſa innocentia eſt, habenas laxare peccatis. *Sup. Pſalm. 50. in fine, pagina 340. littera C. tom. 8.*

9. Qui timore pœnæ innocens eſt, non eſt innocens, quamvis non noceat cùm vult nocere: non enim nocet alteri per affectum malum, ſed ſibi plurimum per cupiditatem malam. *Sup. Pſ. 93. poſt initium, præfat. pag. 713. B. tom. 8.*

10. Innocens eſt, qui cùm aliis non nocet, nec ſibi nocet: qui enim & ſibi nocet, non eſt innocens. *Super Pſalmum 100. ante medium, verſ. 3. pag. 774. C. tom. 8.*

11. Arcta omnis malitia, ſola innocentia lata eſt. *Ibidem.*

12. Cuſtodi os cordis à malo, & innocens eris: innocens erit lingua corporis tui, innocentes manus erunt, etiam pedes innocentes erunt, oculi innocentes erunt, & aures innocentes erunt. *Super Pſ. 125. in medio expoſit. verſ. 2. pagina 1013. litt. B. tom. 8.*

13. Deus non damnat innocentes, nec facit nocentes, quos perſpicit innocentes. *Libr 1. de anima & orig. cap. 13. poſt initium, tom. 7.*

14. Propterea judex torquet accuſatum, ne occidat neſciens innocentem. *Lib. 19. de Civ. Dei cap. 6. poſt init. tom. 5.*

15. Ignorantia judicis plerumque eſt calamitas innocentis. *Ibidem, &c.*

16. Fingebam me feciſſe quod non feceram, ne viderer abjectior, quò eram innocentior. *Lib. 2. Conf. cap. 3. poſt med. tom. 1.*

17. Cùm multi innocentes ab aliis occidantur, à ſeipſo nullus innocens occiditur. *Libro 3. contra Gaudent. cap. 13. poſt med. tom. 7.*

18. Humilis eſſe non poteſt nocens, ſuperbus eſſe non poteſt innocens. *Homil. 20. ex quinquag. Hom. cap. 2. poſt init. tom. 10.*

19. Quis eſt hominum, qui ſuam cogitans infirmitatem, audet viribus ſuis tribuere innocentiam? *Lib. 2. Conf. cap. 7. poſt med. tom. 1.*

20. Innocentiam ſic tenere debetis, ut eam creſcendo non amittatis. *Lib. 20. ex quinquag. Hom. cap. 1. in medio, tom. 10.*

S. Augustin. 21. De incognitis non temerè judicando, innocentiam cuſtodimus. *De unit. Eccl. cap. 2. poſt medium, tom. 7.*

V. Beda. 22. In malis ſperare bona, nemo niſi innocens ſolet. *In ſuis Proverbiis, verbo In. pagina 191. tomo 2.*

S. Bonavent. 23. Nulla melior præparatio ad gratiam, quàm pura innocentia. *Super libr. 2. ſentent. diſt. 4. art. 1. quæſt. 2. argum. 3. pagina 60. columna 2. littera D. tom. 4.*

24. Gaude innocentia & exulta; gaude, inquam, quia ubique illæſa es, ubique ſecura: ſi tentaris, proficis: ſi humiliaris, erigeris: ſi pugnas vincis: ſi occideris, coronaris. *Lib. 4. Pharetræ, cap. 5. circa med. pag. 177. col. 1. E. tom 6.*

Cassiodorus. 25. Ipſe eſt innocens, qui nulli nocet. *Sup. Pſ. 83. in fine. fol. 129. col. 3.*

S. Cyprian. 26. Eſſe jàm inter nocentes innoxium, crimen eſt. *Ep. 2. ad Donat. cap. 7. in fine, pagina 4. columna 1. tom. 1.*

27. Innocentiæ mater eſt pudicitia. *De bono pudicit. cap. 2. circa initium, pagina 420. columna 1. tomo 3.*

28. Noxia eſt innocentia, quæ ſponſæ Chriſti officit famæ. *De ſingularit. Cleric. cap. 20. poſt init. pag. 535. col. 1. tom. 3.*

Dionysius Carthus. 29. Abſolutè loquendo & cæteris paribus, innocens plus tenetur Deum amare, pluſque amatur à Deo, quàm peccator converſus. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 5. art. 8. in fine, fol. 13. A.*

Gloss. Int. 30. Innocens ſemper ſecurus eſt. *Sup. Iob, cap. 15. col. 180. D. tom. 3.*

Glossa ord. 31. Multò utilius eſt ſimplicis vitæ innocentiam cum charitate ſervare, quàm virtutum exteriùs fulgere miraculis, & interiora mentis ſorde non expurgare. *Super Proverb. cap. 15. columna 1668. littera E. tomo 3.*

Gratianus. 32. Primus innocentiæ gradus, eſt odiſſe nefanda. *In decret. part. 1. diſt. 86. can. Facientis.*

S. Gregori. Magnus. 33. Innocentia non tempore defenditur, ſed ratione. *Lib. 26. Moral. cap. 2. poſt med. ſup. illud Iob 34. Tu enim cœpiſti loqui, &c. col. 851. B. tom. 1.*

34. Fit plerumque Deo gratior amore ardens vita poſt culpam, quàm ſecuritate torpens innocentia. *Parte 3. Paſtor. cap. 1. admonit. 29. ante fin. col. 1307. littera B. tom. 1.*

S. Hieron. 35. Chriſtiana anima neque manu tantùm, aut linguâ, ſed corde quoque cuſtodit innocentiam. *Tom. 1. Ep. 14. ad Celantiam, ante med. pag. 109. A.*

36. Multi nomen illud abſolutè atque integrè definiunt, innocentem, qui ne in eo quidem ulli noceat, quò prodeſſe deſiſtat, quod ſi eſt verum, tùm demùm lætare de innocentiæ conſcientia, ſi cùm potes, adjuvare non deſinas *Ibidem.*

37. Difficile eſt preſſam malis innocentiam non dolere, quòd ſe videat injuſtè ſuſtinere quod patitur. *Tom. 1. Epiſt. 34. ad Iulianum, ante medium, pag. 20. littera D.*

38. Innocens inter ipſa tormenta fruitur conſcientiæ ſecuritate: & cùm de pœna metuat, de innocentia gloriatur. *Tom. 4. Epiſt. 1. ad Demetriad. poſt init. pag. 13. B.*

39. Nihil ſic placet Deo, ſicut ſimplicitas & innocentia. *In Regula Monachorum, cap. 24. de virtute humilitat. ante medium, pagina 291. littera B. tom. 4.*

40. Innocentia eſt janua cœli. *Sup. Pſ. 77. fol. 201. col. 4. tom. 2.*

Hugo Card. 41. Innocentes ſanitatem corpori, puritatem cordi, pacem fratri, imitationem ſanctis, compaſſionem mortuis, auxilium Angelo, pietatem Deo debent. *Sup. 2. ad Theſſalonicenſ. 1. folio 203. columna 4. tom. 7.*

IDIOTA. 42. Innocentia in tribus conſiſtit. { In bona fide. In bono opere. In bona voluntate. *Super Pſalm. 43. fol. 114. col. 3. tom. 2.*

S. IOANNES CHRYSOST. 43. Animæ ſoror, eſt innocentia. *Libro 4. Contemplat. de Innocent. cap. 1. poſt medium, apud Biblioth. Patrum, tom. 10. pagina 18. columna 1, C. editionis Coloníenſis* 1618.

44. Sicut contumacia eſt, celare quod Deo teſte commiſeris: ſic periculoſum eſt, ſi ſplendore cultus, animi innocentiam mentiaris. *Hom. 2. de Lapſu primi hominis, a medio, col. 544. A. tom. 2.*

45. Levius eſt crimen innocentem ſervituti addici, ſed gravius nihil eſt ipſum jugulari. *Sermone de Joſeph. vendit. ante medium, columna 563. littera A. tom. 1.*

46. Gaude innocentia & exulta: ſi tentaris, proficis: ſi humiliaris, erigeris: ſi pugnas, vincis: ſi occideris, coronaris. *Prof.*

47. Innocentia in ſervitute libera eſt, in periculo tuta, in cuſtodia læta.

48. O innocentia! tibi boni parent, mali invident, zelant æmuli, inimici ſuccumbunt: te potentes honorant, ſuſcipiunt principes, magnates exquirunt. *Ibidem, in fin. col. 565. A.*

49. Omnium bonorum fons atque origo, innocentia eſt. *Hom. 39. ſup. Matth. oper. perf. in fine. col. 355. C. tom. 2.*

IOAN. GERS. 50. Innocentia faciliùs cuſtoditur, quàm perdita reparatur. *Sermone de omnibus Sanctis, poſt medium, parte 2.*

51. Quantò es innocentior, tantò eſſe ſervitio Dei debes ardentior, ut cuſtoditæ ſanctitati uberiùs gratieris. *Sermone de Verbis Domini, longè poſt medium, parte 2.*

52. Laudabilius eſt ſervare innocentiam, quàm perditam recuperare. *Serm. 1. in Ramis Palmar. poſt med. part. 4.*

LACT. FIRM. 53. Innocentiæ ſolæ legitima & digna merces eſt immortalitas. *De ira Dei, cap. 23. ante finem, pagina 364.*

54. Nemo egregius eſt, niſi qui bonus & innocens fuerit. *Libro 5. de divin. inſt. cap. 15. ſub finem, pagina 219.*

55. Quid melius, quid charius homini eſſe debet, quàm innocentia? *Ibidem, cap. 18. poſt med. pagina 223.*

56. Innocentie tantò perfectior eſt, quantò illam produxeris ad extremum, morique malueris, ne quid de innocentiæ ratione minuatur. *Ibidem.*

57. Qui nihil patitur, innocentiam ſervare non poteſt. *Ibid. cap. 23. poſt init. pag. 233.*

58. Nihil ſancta & ſingularis divina majeſtas aliud ab homine deſiderat, quàm ſolam innocentiam: quam ſi quis obtulerit Deo, ſatis piè religioſeque litavit. *Ibid. lib. 6. cap. 1. poſt init. pag. 136.*

S. LEO I. 59 Quamvis in quolibet tempore innocens ſit vita multorum, non adeò tamen de conſcientiæ integritate fidendum eſt, ut humanam fragilitatem inter ſcandala tentationeſque degentem, nihil potuiſſe arbitremur, quod læderet eam, incidere. *Sermone 6. Quadrag. in principio.*

SALVIANUS. 60. Maxima accuſatrix hominum noxiorum, eſt uſurpatrix innocentiæ arrogantia. *Libro 4. de Gubern. Dei. poſt med. apud Bibl. Patrum, tomo 5. part. 3. pag. 339. col. 1. A. edit. Colonienſis* 1618.

61. Augmentum reatus, eſt innocentiam jactare poſt culpam. *Ibidem, Epiſt. 3. ad Agricium Epiſcop. poſt init.*

S. THOMAS AQUINAS. 62. Nihil innocentius eo qui eſt in virtute perfectus. *De perfect. vitæ ſpirit. cap. 16. circa medium, tomo 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

63. Innocens is dicitur, non qui leviter nocet, ſed qui nihil nocet. *Lib. 5. Tuſc. quæſt. ante med. num. 41. tom. 4.* CICERO.

64. Animadverto Deum ipſum, non tàm accuratis adorantium precibus, quàm innocentiâ & ſanctitate lætari. *In panegyrico de Trajano Auguſto, poſt initium, pag. 323.* PLINIUS. II.

65. Magnum eſt præſidium in periculis innocentia, & ubique innocentia tuta eſt. *Libro 3. Controverſ. 16. ante med. pag. 141. tom. 1.* SENECA.

66. Adeò in publicum miſſa nequitia eſt, & in omnium pectoribus evaluit, ut innocentia non rara, ſed nulla ſit. *Libro 2. de ira Dei, cap. 8. circa med. pag. 413. tom. 1.*

67. Securior eſt innocentiæ, quàm grata mens proſequitur. *Lib. 4. de Benefic. cap. 22. in fine, pag. 444. tom. 2.*

68. Ridiculum eſt odio nocentis innocentiam perdere. *De Moribus poſt initium. pagina 677. edit. Baſileenſis* 1537.

69. Vera felicitas innocentia eſt. *Ibidem, circa medium, pagina 677.*

Vide etiam tit. Converſatio. ſent. 17. Honeſtas. ſentent. 2. Humilitas. ſentent. 74. Pravitas. ſent. 17.

Inſidiæ.

DEFINITIO.

INSIDIÆ ſunt inveſtigatio, & conſideratio factorum alterius, ut deprehendi poſſit. *In ſpeculo animæ, cap. 1. poſt med. pag. 32. column 2. tom. 7. part. 3.* S. BONAVENT.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Tunc maximè inſidiatur adverſarius, quando videt nobis paſſiones aliquas generari, tunc ſomites movet, laqueos parat *Lib. 1. Offic. cap. 4. circa med. col. 3. A. tom. 1.* S. AMBROSIUS

2. Adverſarii virtutis, veritati ſemper inſidiantur. *Ep. 2. ad fratres, poſt med. apud Bibl. Patrum, tom. 4. pagina 26. columna 1. littera D. editionis Colonienſis* 1618. S. ANTONIUS ABBAS.

3. Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quàm hæ, quæ latent in ſimilitudine officii. *Serm. 2. Dom. 3. poſt Paſcha, poſt med. fol. 143. pag. 2.* S. ANTONIUS DE PADUA.

4. Non ceſſat hoſtis perſequi, etſi non apertè ſævit, inſidiis agit. *Tract. 10. ſup. Evang. Ioan. de cap. 2. in princ. pag. 60. D. tom. 9.* S. AUGUSTIN.

5. Oves Chriſti, timete inſidias luporum. *De cult. agri Dom. cap. 7. in princ. tom. 9.*

6. Diabolus eſt draco propter inſidias; draco occultè inſidiatur. *Homil. 35. ex quinquag. poſt initium, tom. 10.*

7. Hæreticorum inſidiæ infirmiores quoſque & negligentiores circumvenire non ceſſant. *Tract. 2. ſup. Ep. Ioan. in princ. tom 9.*

8. Inimici propriom eſt nocere ac inſidiari. *Quæſt. 176. quæſt. Compendio explicat. in principio, pagina 592. tom. 3.* S. BASILIUS MAGN.

9. Tentator pervigil hos acrioribus pulſat inſidiis, quos maximè videt abſtinere à peccatis. *In ſuis Proverbiis, verbo Tentator. pagina 199. tomo 2.* V. BEDA.

10. Deteſtabilium hominum conſuetudo eſt, mala vota tegere, ut latenter ad effectum poſſint eorum conſilia pervenire. *Sup. Pſ. 16. poſt med. verſ. 13. fol. 23. col. 4.* CASSIODORUS.

Cassiodor. 11. Pax eſſe in illius corde non poteſt, qui inſidias blandiendo præparat. *Sup. Pſ.40. poſt med. verſ.10. fol. 62. columna 3.*

S. Cyprianus. 12. Præoccupandus eſt aditus cunctis inſidiis, ne hoſtilitas prior obrepens occurrat improvidis. *De ſingular. Clericorum, cap. 3. ante finem, pagina 538. col. 1. tom. 3. Proſec.*

13. Salutare remedium eſt in inſidiis prævenire potiùs, quàm præveniri: anticipare potiùs, quàm anticipari, viris fortibus congruit. *Ibidem, &c.*

S. Euſebius Emiſſen. 14. Quantò laboramus, tantò cautiores eſſe debemus: proficientibus enim inſidiatur inimicus. *Hom. 5. ad Monachos, poſt medium, apud Bibl. Patrum. tom. 5. parte 1. pag. 583. col. 1. littera D. editionis Colonienſis 1618.*

Franciscus Titelm. 15. Ipſimet plerumque qui aliis inſidias poſuerant, incidunt in laqueum ipſum eundem, quem aliis paraverant. *In Elucidat. ſup. Pſ. 34. ante medium, verſ. 9. pag. 286. ſect. 1.*

Gillebertus Anglus. 16. Hoſtis ramen noſtra, quaſi caſtra utens, regiones ſpiritus de vicino infeſtat, & de contermino præſidio inſidias machinatur. *Ser. 16 ſup. Cant. ante med. apud D. Bernard. volum. 2. fol 13. col. 3. I.*

Gloss. Ant. 17. Si diabolus apertè jàm non eſt potens, per inſidias mordet. *Super Job, cap. 40. col. 389. littera A. tom. 3.*

S. Gregorius Magnus. 18. Fit plerumque ut nonnulli inſidiis vacantes, alienæ vitæ perverſitatis ſuæ laqueos tendant. *Libro 11. Moral. cap. 7. circa medium, columna 381. littera B. tom. 1.*

19. Hoſtis inſidians, quò ſanctos vigilantes minimè ſuperat, eò dormientes praviùs impugnat. *Ibidem, libro 8. cap. 13. circa fin. col. 262. A.*

20. Hoſtes callidi dùm inſidiantur, affligunt. *Ibid. lib. 6. cap. 19. ante med. num. 21. ſup. illud Iob 5. Et beſtia terræ, &c. col. 200. B.*

21. Antiquus hoſtis quò valentiùs vincitur, eò adhuc ad inſidias ardentiùs inſtigatur. *Ibidem, libro 3. cap. 8. prope finem, num. 8. col. 70. B.*

22. Diabolus quantò majora in hominibus dona conſpicit, tantò hæc auferre ſubtilioribus inſidiis exquirit. *Proſec.*

23. Via eſt vita præſens, & tantò quiſque neceſſe eſt, ut inſidiantes ſpiritus caveat, quantò majora ſunt dona quæ portat. *Lib. 7. in regiſtra indict. 2. cap. 126. Ep. 126. ad Recharedum Regem Viſigot. in medio, col. 1001. C. tom. 2.*

24. Dæmonum inſidiæ nihil obſunt mortuis. *Lib. 5 in 1. Regum, cap. 4. ante medium, ſup. illud Matth. 5. Euge ſerve bone, &c. columna 1539. B. tom. 2.*

25. Maligni ſpiritus omnibus noſtris ſenſibus inſidiantur. *Ibidem, cap. 4. longe poſt med. ſup. illud, Pugnabat contra inimicos. col. 1555. C.*

26. Qui inter inimicos graditur, in medio laqueorum graditur; undique pericula, undique inſidiæ. *Super ſeptem Pſalm. pœnit. in Pſ. 7. verſ. 11. in princ. col. 633. D. tom. 2.*

27. Qui ſuper rem ſibi creditam vigilat, hoſtis inſidias declinat. *Lib. 9 in regiſtro. indict. 4 cap. 8. Ep. 8. ad Bonum Abbat. Monaſt. Lirinenſ. in principio.*

28 Malignus ſpiritus cogitationi, locutioni, atque operi noſtro ſemper inſidiis inſiſtit: ſi fortaſsè quid inveniat, undè apud examen æterni judicis accuſator exiſtat. *Lib. 3. dialogi, cap. 19. in fine, col. 1402. littera B. tom 1.*

29. Laborioſum eſt valdè contra inimici inſidias ſemper intendere, & continuò quaſi in acie ſtare. *Ibid. cap. 20. ſub finem.*

30. Conſiderare non deſinas quantis inſidiis ſibi ſubdere electos diabolus parat. *Proſec.*

31. Si modum inſidiarum cognoſcis, hoſtem ſuperare faciliùs valebis. *Lib. 6. in 1 Reg. cap. 1. poſt init. ſup. illud 15. Audi vocem Domini, &c. col. 2569. D. tom 2.*

32. Niſi Dominus miſericors humanis viribus tentamenta modificet, nullus eſt qui malorum inſidias evitare poſſit. *Et hab. apud D. Bonavent. ſer. 3. Dom. Paſſion. poſt med. pag. 80. col. 1. tom. 3.*

S. Gregor. Taumat. 33. Si quis alteri inſidias moliatur, imprudens ſibiipſi primo, & ſoli inſidias ſtruit *Super Eccleſ. cap. 10. prope med. apud Bibliothecam Patr. tom. 3. pag. 55. columna 1. edit. Colon. 1618.*

S. Hieronym. 34. Inſidiatur hoſtis ut rapiat, & tu frondoſæ arboris tectus umbraculo molles ſomnos futurus præda, carpis? *Ep. 1. ad Heliodor. ante med. pagina 2. littera D. tom. 1.*

35. Sæpè videmus ſub honeſtæ rei occaſione latere antiqui hoſtis inſidias: & nuſquàm diabolum apertâ fronte ſe prodere. *Tom. 1. Ep. 52. de vita Malchi. poſt init. pag. 256. C.*

36. Vacuus viator & nudus, non timet latronis inſidias. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriad. longè poſt med. pag. 23. littera A.*

37. Dei auxilio deſtitutus, inſidiis hoſtium patet. *In Regula Monachor. cap. 27. de Fide, in fine. pag. 293. B. tom. 4*

38. Ipſos reprobos inſidiæ, quas proximis parant, in perpetuum damnant. *Lib. 3. ſup. Prov. cap. 29. ſup. illud, Involvet laqueus. pag. 53. A. tom. 7.*

S. Hilarius. 39. Faciles ſecuris excubiis inſidiæ ſunt. *Super Pſalmum 118. verſ. Defecit in ſalutare tuum, &c. poſt med. fol. 65. columna 1.*

Hugo Card. 40. Recedentes à caſtris diaboli, quantò magis proficiunt, tantò ampliùs inſidiantur eis dæmones, & per ſe & per ſuos. *Sup. Geneſ. cap. 26. fol. 35. columna 2. tom. 1.*

S. Innoc. III. 41. Oportet hominem ſemper eſſe paratum, & ubique munitum, ut poſſit inſidias malignantium præcavere. *Lib. 1. de contemptu mundi. cap. 15. ſub finem, pag. 30.*

S. Joannes Chrysostom. 42. Quemadmodùm qui alium lædit, non lædit, ſed læditur: ita qui proximo inſidiatur, ſeipſum primum interimit. *Ser. 14. ſup. Ep. ad Philip. in Morali. circa finem, col. 1219. B. tom. 4.*

43. Quid fratrum inſidiis periculoſius? *Hom. 28. ſup. Ep. ad Hebr in Morali. poſt init. col. 1837. littera A tom. 4.*

Joan. Trithe. 44. Facilè quis inſidias, quas novit, declinat: ſed doloſum abſconditum, quis evadere poteſt? *In cap. 4. Regula S. Bened. verbo Solent. poſt init. pag. 277. col. 2.*

S. Isidorus Hispalens. 45. Dei ſervus ſemper fallentis diaboli prævidere debet inſidias, ne pereat. *Lib. 3. de ſummo bono. cap. 22. ſent. 9 pag. 674. col. 2.*

46. Magis inſidiis noſtrorum, quàm aliorum periclitamur. *Ibid. cap. 26. ſent. 3. pag. 676. col. 2.*

S. Laurent. Iustin. 47. Mundus hic inſidiis plenus eſt, nullum locum, nullum tempus invenies, in quo valeas eſſe ſecurus. *De diſcipl. Monaſt. converſat. cap. 14. circa med. pag. 108. col. 2. C. part. 1.*

S. Leo I. 48. Malignorum ſpirituum adverſus ſanctos inſidiæ non quieſcunt. *Serm. 19. de Paſſione. ante fin.*

49. Plus periculi eſt in inſidiatore occulto, quàm in hoſte manifeſto. *Serm. 9. Quadrag. ante med.*

50. Inſidiæ ſunt in divitiarum amplitudine, inſidiæ in paupertatis anguſtiis: illæ elevant ad ſuperbiam, hæ incitant ad querelam. *Ibid. ſerm. 11. paulo poſt init.*

S. Thomas Aquinas. 51. Inſidiæ ordinantur ad fallendum hoſtes, quod fit ex facto, vel dicto. *1. 2. quaſt. 40. art. 3. in corp.*

Sententiæ Paganorum.

Cicero. 52. Non ſunt occultiores inſidiæ, quàm eæ quæ latent ſimulatione officii, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. *Orat 6. in Verrem, lib. 1. nrt. 2. ante med. tom. 2.*

53. Vigilandum eſt ſemper multæ ſunt inſidiæ bonis. *Orat. 31. pro Plancio. poſt med num. 59. tom. 2.*

Seneca. 54. Magis nocent inſidiæ, quæ latent. *Lib. 1. Controv. ante fin. pag. 42. tom. 1.*

Vide etiam tit. Diſcipulus. ſent. 62. Laqueus. ſent. 43. 46. Tentatio. ſent. 17. Via. ſent. 36. 37.

Inſtabilitas.

DEFINITIO.

Joan. Gers. INSTABILITAS eſt vitium, quo quis in eodem ſtatu neſcit permanere, ſed variabilis eſt. *Parte 4. in deſcript. terminor. verbo Fortitudo. in fine, fol. 27. col. 1. littera Y.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambros. 1. Nihil longævum, nihil ſtabile in hac terra: & quod eſt diù, breve eſt, & magis lubricum. *Lib. 10. Ep. 82. ad Vercellenſem, Eccleſ. ante finem, col. 670. B. tom. 3.*

2. Proclivis & mutabilis in utrumque eſt humana conditio, ut quocumque intenderit, eo propendeat & vergat, vel ad ſtudia virtutum, vel ad illecebram delictorum. *Super Pſalm. 47. ante medium, col. 1402. C. tom. 4.*

S. Antonin. 3. Quantò quis major eſt in bonis exterioribus, tantò eſt inſtabilior, niſi ſuſtineatur. *Parte 2. tit. 8. cap. 5. §. 3. poſt med. fol. 255. col. 2.*

4. Inſtabilitas mundi.
- Proſperis ſuccedunt adverſa.
- Glorioſa juventus ſenectute frangitur.
- Ægritudine robuſtum corpus conteritur.
- Divitias paupertas fugat.
- Poſt gloriam & magnificentiam, adverſantium rerum impetus ſurgunt.
- Delitias flagella repellunt.
- Singula gaudia triſtitiis permixta ſunt. *Parte 4. tit. 3. cap. 7. §. 2. poſt init. fol. 30. col. 1.*

S. Asterius. 5. Facillimè res fluxæ hujus vitæ mutantur; & qui hodie clatus & illuſtris, cras miſeratione & ope dignus. *Perſec.*

6. Qui in præſentia locuples, ac divitiis affluens, paulò poſt egere, vixque domi panem ad victum habere deprehenditur. *Homil. de œconomo iniquitatis, circa init. apud Bibliotb. Patrum, tom. 4 pag. 700. col. 1. C. edit. Colonienſis* 1618.

S. August. 7. Non eſt finis miſeriæ, quamdiù finis officiorum noſtrorum in re inſtabili collocatur. *Ep. 56. ad Dioſcor. poſt init. pag. 165. A. tom. 2.*

8. Quàm inſtabile & tranſitorium eſt, quidquid hujus mundi amor parturit! *De ſpiritu & anima. cap. 49. ſub finem, pag. 628. C. tom 3.*

9. Nihil eſt ſtabile quod infidum eſt. *De amicitia. cap. 24. in princ. pagina 781. littera A. tom. 4.*

S. Basilius Magnus. 10. Nihil in rebus humanis certum ac firmum eſt, nec ad extremum uſque dominos comitatur. *Ep. 42. ad Maxim. Philoſoph. in med. pag. 673. tom. 4.*

11. Homines ſimiles ſunt nubeculis, pro ventorum immutatione ad aliam atque aliam aëris partem jactatis. *Epiſt. 82. ad Patrophil. Epiſc. ante fin. fol 183 pag. 1. tom. 2. edit. Pariſ. 1550.*

12. Quorum mens ad mutationem propenſa eſt, non eſt diſſentaneum, quin eorum quoque vita non ſit ordinata. *Apud D. Ioan. Damaſc. lib. 2. Parall. cap. 1. fol. 51. pag. 1. C.*

13. Nihil in rebus humanis firmum ac ſtabile eſt: verùm alia quidem ex nihilo ad perfectam magnitudinem progrediuntur, alia autem ad vigorem ſuum perducta atque in ſummam magnitudinem evecta, tacitis rurſùm decrementis tabeſcunt ac diſſolvuntur. *Apud D. Joan. Damaſc. lib. 1. Parall. cap 10. poſt init. fol. 8. pag. 1. B.*

S. Bernard. 14. Mens inſtabilis & inquieta, dùm ſemper nititur apprehendere quod appetit, deſideriis ſuis circumagitata, numquam requieſcit. *De inter. domo. cap. 55. in princ. fol. 331. col 4. M.*

S. Bernard. 15. Cor vanum, vagum & inſtabile, dùm ſuo ducitur arbitrio, & divino caret conſilio, in ſeipſo non poteſt conſiſtere, ſed omni mobili mobilius per infinita diſtrahitur, & huc atque illuc per innumera diſcurrit. *Proſecutio.*

16. Sibi non concordat, à ſe diſſonat, à ſe reſilit, voluntates alternat, conſilia mutat, ædificat nova, deſtruit vetera, deſtructa reædificat, eadem iterum atque iterùm mutat & ordinat, quia vult, & non vult.

17. Sicut molendinum velociter volvitur & nihil reſpuit, ſed quidquid imponitur molit, ſi autem nihil apponitur, ſeipſum conſumit, & ſic ſemper eſt in motu, & numquàm requieſcit. *Lib. Medit. cap. 9. in princ. fol. 324. col 2. F.*

S. Bonavent. 18. In rebus mundi nihil eſt ſtabile: immò cras ad te veniet, quod hodie meum eſt. *Sermone 2. de Inventione S. Crucis, ab initio, pagina 251. columna 1. tom. 3.*

S. Cyprian. 19. Caduca ſunt quæcumque fucata ſunt; nec fiduciam præbent poſſidentibus ſtabilem, quæ poſſeſſionis non habent veritatem. *Ep. 2. ad Donat. cap. 10. poſt medium, pag. 5. col. 2. tom. 1.*

Evagrius. 20. Planta quæ aſſiduè transfertur, fructum numquàm edet. *Et habetur apud D. Ioan. Damaſc. lib. 2 parall. cap. 1. fol. 51. pag. 1. C.*

Franciscus Titelm. 21. Omnis homo in hac vita, præ omnibus creaturis, maximè mutabilitati & inſtabilitati ſubjectus eſt. *In Elucid. ſuper Pſalm. 38. ante medium, verſ. 8. pag. 335. ſect. 1.*

Glos. Ordi. 22. Omnia orta occidunt, aucta ſeneſcunt, infirmantur fortia, magna minuuntur. *Sup. Eccleſiaſtic. cap. 7. col. 2017 A. tom. 3.*

S. Greg. Mag. 23. Nemo poteſt immobilis ſtare, qui mobilia diligit. *Libro 8. Moral. cap. 24. in fine, columna 276. D. tom. 1.*

24. Vita temporalis eſt inſtabilitate fluitans, in nocte dies optatur, in die nox quæritur, in algore calor, in æſtu refrigerium, ante cibum ſuſpiria, poſt cibum tribulatio. *Sup. ſeptem Pſ. pœnit. in Pſ. 9. ante med. prolog. col. 613. B. tom. 2.*

S. Greg. Naz. 25. Nihil in rebus humanis ſtabile eſt naturâ, nihil plenum, nihil ſatis, nil quod in eiſdem ſubſiſtat. *Orat. 17. de paupertate, paulò ante med. pagina* 154.

26. Præſentia fluxa ſunt, inſtabilia ac temporanea, & tamquàm in calculorum ludo, aliter trajiciuntur & tranſponuntur. *Ibidem.*

27. Humana omnia multum falſi, ac inſtabilitatis habent. *Orat. 25. in medio. pag.* 205.

S. Greg. Nys. 28. Naturâ nihil eſt in rebus humanis firmum & æquabile ac durabile, atque eodem ſtatu manens; verùm omnia velut orbe quodam volvuntur. *De pauper. amandis, & hab. apud D. Joan. Damaſc. lib. 1. parall. cap. 10. ante med. fol. 8. pag. 1. D.*

S. Gregor. Taumat. 29. Res humanæ nunc bello affligantur, nunc tranquillæ & pacatæ ſunt: tantaque eſt earum inconſtantia, ut quæ modò ſecundæ eſſe videntur, celeri momento in certiſſima mala dilabantur. *Sup. Eccleſ. cap. 3. in principio, apud Bibliothec. Patrum, editionis Colonienſis* 1618.

S. Hieronym. 30. Quid in hoc mundo ſtabile? quid verò firmum eſt? quid porrò non breve, & incertum, & caſui non ſerviens? *Tom 4. Ep. 1. ad Demetriadem. ante finem, pag. 25. littera A.*

Hug. a S. Victore. 31. Animus inſtabilis eſt, deficit & proficit, novit, ignorat, meminit, obliviſcitur, modò vult, modò non vult. *Libro 2. de anima, cap. 1. poſt med. pag. 96. D. tom 2.*

Hugo Card. 32. Totus orbis terræ eſt quaſi quidam ludus pilæ, qui modò ab illo tenetur, modò ad illum projicitur: & aliquando in partes dividitur, & ille unam partem habet, & alius aliam. *Super Prov. cap. 8. fol. 17. col. 3. tom. 3.*

Digitized by Google

S. Ioan. Chrysost. 33. Omnia humana & carnalia, delitiæ, vana gloria, potentia, divitiæ, proſperitas, priuſquàm advenerint, avolant, nihil firmum habentia, nihil ſtabile, nihil fixum. *Hom. 1. ſup. Gen. ante finem, col. 5. lit. C. tomo 1.*

34. Homo hodie dives eſt, cras pauper: hodie ſanus, cras ægrotus: hodie gaudet, cras dolet: hodie in gloria, cras in ignominia: hodie juvenis, cras ſenex. *Hom. 4. de verb. Iſaiæ, poſt medium, col.* 824. *lit. D. tomo 1.*

35. Res eſt ſubitò inclinans, & omnigenis caſibus quàm maximè obnoxia, hominum natura. *Proſec.*

36. Ad ſenectam juventus feſtinat, dilabitur gratia in deformitatem, ad imbecillitatem robur decreſcit, ſanitas in languorem deficit, in contemptum gloria, divitiæ in penuriam, honor in deſpectum abit. *Hom. 30. ſup. 1. Cor. in morali, in medio, col. 563. lit. C. tom. 4.*

37. In omnibus rebus inſtabilitas ſignatur: nunquàm hiems perſtat, nunquàm æſtas figitur, fugit verna temperies, autumnuſque dilabitur, omnia currunt, labuntur ac defluunt. *Hom. 15. ſup. 1. Timot. in morali, circa princ. col.* 1518. *A tom. 4.*

38 Præſentia cuncta variantur, & mutationi obnoxia ſunt, omnia migrant atque dilabuntur. *Ibid. Hom 18. in princ moralis, col.* 1532. *B.*

39. Nihil in rebus humanis ſtabile, nihil inconcuſſum: ſed hominum vita imitatur mare veſaniens, quotidie parturiens naufragia. *Hom. de Avaritia, ab initio, col.* 961. *C. tom. 5.*

S. Ioan. Clim. 40. Eſt proprium mentis inſtabilitas, Dei verò ſiſtere. *Gradu.* 28. *ante med. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 1. pag.* 290. *col. 2. G. edit. Colon* 1618.

S. Ioannes Damasc. 41. Res hujuſce vitæ, fluxæ & caducæ ſunt: ac velut in calculorum ludo, nunc ad hos, nunc ad illos viciſſim volvuntur. *Lib. 1. Parall. cap. 10. ante med. fol.* 8. *pag. 2. A*

42. Nihil æquale habet vita præter inæqualitatem: omnia enim facilè commeant ac recedunt & immutantur: adeò ut certiùs in ventis & litteris in aqua ſcriptis, fiducia collocari poſſit, quàm in hominum felicitate. *Ibidem.*

43. Hæc ærumnoſa vita, ſurſùm deorsùm fertur; ac ne unum quidem diem quidquam firmi habet. *Ibidem.*

S. Isid. Hisp. 44. Tranſeunt omnia ſeculi hujus, nec permanent: quia omne quod venit, ſtare non poteſt. *Proſec.*

45. Nihil eſt diù, nihil tàm longum, quod non in brevi finiatur. *Lib. 1. de Synonim. ante med. pag.* 307. *col. 2.*

Petr. Bles. 46. Status animi tui ſicut auræ incertitudo eſt, ſicut æſtus maris, tumuſque pertranſiens. *Ep.* 86. *ad Alexandr. Carthuſ poſt init. apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part. 2. pag.* 770. *col. 1. B. edit. Colon.* 1618.

47. Proſperitati annexa eſt tribulatio, ſtabilitatem variat mutabilitas, illudit felicitati adverſitas, gaudium doloris aculeus vulnerat. *Ibidem, Ep.* 166. *ad Reginam quandam, in princ. pag.* 833. *col. 1. B.*

48. Nihil poteſt conſiſtere ſolidum, cujus eſt ſub motu perpetuo fundamentum. *Ibid. Ep.* 177. *ad Reginam quand. in princ. pag.* 836. *col. 1 D.*

S. Petr. Mauritius Abbas Cluniacens. 49. Homo ſemper eſt inſtabilis, etiam in ſtatu: ignorans quamdiù quolibet in loco manſurus, quando vel quò indè ſit receſſurus. *Lib. 6. Ep. 30. ad Nicelaum, in medio, apud Bibl. Patr. tom. 12. parte 2. editionis Colonienſis* 1618.

Philo Iud. 50. Una dies alium de faſtigio detrahit, alium tollit in altum: cùm nihil in eodem ſtatu apud nos perpetuò maneat, ſed cuncta variis omnifariiſque mutentur viciſſitudinibus. *Proſeq.*

51. Annon ex plebeiis principes, plebeii fiunt ex principibus, pauperes è divitibus, è pauperibus locupletiſſimi, honorati ex contemptis, ex obſcuris clariſſimi?

52. Hæc eſt via rerum humanarum acclivis decliviſque, incertis obnoxia caſibus, quorum inſtabilitatem ipſum tempus veritatis amiciſſimum non obſcuris argumentis indicat. *De ſomniis, poſt med. pagina* 808. *tomo 2.*

Philo Iud. 53. Humanæ res omnes nunquàm in eodem ſtatu manent. *Ibidem, poſt med. pag.* 816.

54. Nihil humanum verè ſtat. *Ibidem, ante finem, pag.* 825.

55. Nihil eſt in humanis rebus ac negotiis præter umbram auramque leviſſimam, ſine mora prætervolantem. *Lib. Quòd Deus ſit immutabilis, ante fin. pag.* 443. *tom. 1.*

Prudentius Poeta S. Theodoret. 56. Aurum, voluptas, gaudium,
Opes, honores, proſpera,
Quæcunque nos inflant mala,
Fit mane, nil ſunt omnia. *In Cathemerino, de Hymno ad Galli cantum, in fine.*

57. Nihil ſtabile in humanis rebus eſt; verùm vapori ſimile eſt ſurſum ſublato, & actutùm diſſipato. *Sup. Pſ. 61. verſ. 9. pag.* 19. *col. 2. E. tom. 1.*

58. Nihil firmum & conſtans humana natura habet, ſed inter aranearum tela facilè convellitur. *Sup. Pſ.* 89. *verſ.* 10 *pag.* 152. *col. 2 G tom 1*

59. Nihil firmum, nihil ſtabile, nihil conſtans, nihil perpetuum, ac verè exiſtens habent ea, quæ jucunda videntur in hac vita. *Proſeq.*

60. Non divitiæ, non gloria, non imperium, non corporis valetudo, non forma, non denique aliud quidquam; ſed inſtabilia & inania ſunt, & tanquàm umbræ diſſolvuntur. *Lib. 2. ſup. Cant. in illud, Donec aſpiret dies, &c. pag.* 236. *col. 1. B. tom. 1.*

S. Thomas Aquinas 61. Inſtabilitas ad exteriorum ſenſuum & membrorum, mutabilitatem indicat affectionum, & interiorum. *De divinis morbus, cap. Deus immutabilis, in fine, tom. 2.*

Sententiæ Paganorum.

Cicero 62. Vide quàm ſit varia vitæ commutabiliſque ratio, quàm vaga volubiliſque fortuna: quantæ infidelitates in amicitiis, quantæ in periculis fugæ proximorum, quantæ timiditates. *Orat. 38. pro Milone, poſt medium, num* 59. *tom. 2.*

63. Nihil ſemper floret, ætas ſuccedit ætati. *Orat.* 53. *Philipp. 11. in fine, num. 39. tom. 2*

Seneca: 64. Omnis inſtabilis, & incerta felicitas eſt. *Lib. 1. Controv Controverſ. 1. poſt init pag.* 44. *tom. 1.*

65 Nunquàm id certum & ſtabile eſt, cujus in motu natura eſt. *De vita beata, capite 7. in fine, pag.* 494. *tom. 1.*

66. Quid tàm volubile eſt, quàm fortuitorum expectatio, & corporis, rerumque corpus afficientium varietas? *Ibidem, capite 15. ante medium, pagina* 500. *tom 1.*

67. Omne quod fortuitò evenit, inſtabile eſt: & quò altiùs ſurrexit, vergit proniùs in occaſum. *De brevit. vitæ cap. 17. ante med. pag.* 575. *tom. 1.*

68. Nihil in te per totum diem quidem certi eſt. *In lib. de Conſolat. ad Polybium, cap. 29. in princ. pag.* 587. *tomo 1.*

69. Nihil non lubricum & fallax, & omni tempeſtate mobilius: jactantur cuncta & in contrarium tranſeunt, & in tanta volutatione rerum humanarum, nihil quidquam, niſi mors, certum. *Ep. 99. ante med. pag.* 804. *tom. 2.*

70. Maximum indicium eſt malæ mentis, inſtabilitatis fluctuatio. *Ep. 120. poſt medium, pagina* 875. *tomo 2.*

Trismegist. 71. Nihil ſtabile, nihil fixum, nihil immobile, nec naſcentium, nec cæleſtium, nec terrenorum. *De volunt. divina, cui titulus Aſclepius, capite 11. in principio.*

Valerius Maximus. 72. Bona (quæ opes humanæ vocantur) affluunt ſubitò, repentè dilabuntur: nullo in loco, nulla in per-

ſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt: itaque neque debent æſtimari, neque dici bona. *Lib. 6. dictor memorabil. cap. 11. in fine pag. 11.*

Intellectus.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO,

Etymologia.

S. Bonavent. INTELLECTUS dicitur quaſi interior lectus, quia animam informat, animam tranquillat & quietat, ſicut corpus in lecto pauſat. *Tit. 6. dieta cap. 3. in fine, pag. 306. col. 1. D. tom. 6. part. 1.*

S. Antonin. Intellectus eſt rerum in ſe verè exiſtentium perceptio. *De Spiritu & Anima, cap. 38. in fine, pag. 626. C. tom. 3.*

S. Bernard. Intellectus eſt rei cujuſcumque inviſibilis, certa & manifeſtata notitia. *Lib. 5. de Conſid. ad Eugen. Pap. ante med. fol. 282. col. 3. lit. K.*

Definitio.

Dionysius Carthus. Intellectus eſt donum Spiritus ſancti, per quod anima ea quæ fidei ſunt penetrat, clarè cognoſcit, & firmiter eis inhæret. *Sup. Ep. ad Coloſſenſ. cap. 1. art. 1. ante med. fol. 91. B.*

S. Thomas Aquinas. Intelligere eſt cum quadam approbatione adjudicatis inhærere. *Part. 1. Summæ quæſt 79. art. 9. in corpore ad 4. pag. 150. col. 1.*

Intellectus (ut eſt donum Spiritus ſancti) eſt quædam acuta perſpectio divinorum. *2. 2. quæſt. 49. art. 2. in corp. ad 2. pag. 96. col. 1.*

Aristotel. Intellectus eſt lumen, quod Deus infundit animæ. *3. Rhetor. & habetur apud Bedam, tom. 2.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius. 1. Intellectus noſter pretioſus theſaurus eſt: ſi terrenus intellectus fuerit, ſi fragilis, hæretica eum tinea, & impietatis ærugo conſumet. *Sup. Pſal. 118. ſerm. 12. in princ. col. 1516. B. tom. 4.*

S. Antonin. 2. Sicut inſtrumenta artis cùm non exercemur, diù hebetantur, & rubiginem contrahentia deſtruuntur: ita & intellectus hebetatur, ſi torpeſcat deſidia. *Part. 1. Tit. 3. cap. 4. §. 2. in medio, fol. 39. col. 2.*

3. Abſtinentia intellectum acuit. *Part. 4. Tit. 4. de Temperant. cap. 4. §. 1. poſt med. fol. 40. col. 4.*

4. Sicut per luxuriam abſorbetur intellectus, & per gulam hebetatur, & per iram offuſcatur: ita per caſtitatem ſupra ſe elevatur, per abſtinentiam acuitur, & per patientiam quietatur. *Part. 4. Tit. 10. cap. 5. §. 2. prope med. fol. 152. col. 2.*

S. Antonius Abbas. 5. Intellectum nobis tribuit Deus, ut ejus cognita voluntate, quod bonum eſt, operemur. *Serm. de vanitate mundi, poſt init. apud Bibliothecam Patrum, tom. 4. pag. 31. col. 1. B. editionis Colonienſis 1618.*

S. August. 6. Nemo rectè intelligit, niſi acceperit ſpiritum intellectus. *Ep. 105. ad Sixtum, ante med. pag. 301. lit. B. tom. 2.*

7. In homine nihil poteſt eſſe præſtantius intelligentia, nec quiſquam qui non intelligit, diſcit; & omnis qui diſcit, intelligit; & omnis qui intelligit, benefacit. *Lib. 1. de lib. arbit. cap. 1. ſub finem, pagina 434. D. tomo 1.*

8. Intellectus congruit mundis corde, tanquàm purgato oculo, quo cerni poſſit quod corporeus oculus non vidit. *De ſerm. Dom. in monte, lib. 1. poſt init. pag. 785. B. tom. 4.*

9. Intelligere magna & honeſta, vel etiam divina, beatiſſimum eſt. *Projec.*

10. Intelligere autem ſuperflua, nihil nocet, ſed fortaſſe diſcere nocet, cùm tempus neceſſariorum occupatur.

11. Non intelligere verò noxia, ſed facere ut pati miſerum eſt. *De utilit. credendi, cap. 11. poſt init. pag. 72. C. tom. 6.* S. August.

12. Quod intelligimus, debemus rationi; quod credimus, authoritati: quod opinamur, errori. *De utilitate credendi, cap. 11. circa med. pagina 72. littera D. tomo 6.*

13. Intellectus ſpiritualia credentem ſalvum facit, & ubi non intelligitur, tenebræ ignorantiæ ſunt. *Sup. Pſ. 33. Concion. 1. poſt medium, pagina 155. littera A. tomo 8.*

14. Prævolat intellectus, & tardè ſequitur, & aliquando non ſequitur humanus atque infirmus affectus. *Sup. Pſal. 118. Conc. 8. ante finem, pagina 924. lit. C. tom. 8.*

15. Animam habere & intellectum non habere, hoc eſt, non ſecundum eum vivere, beſtialis eſt vita: eſt enim in nobis quiddam beſtiale, quo in carne vivimus, ſed intellectu regendum eſt. *Projec.*

16. Motûs animæ ſecundum carnem, ſe moventis, & in delitias carnales immoderatè diffluere cupientis, regit intellectus.

17. Cùm autem ordinata vita eſt, intellectus animam regit, ad ipſam animam pertinens: non enim aliquid aliud eſt quàm anima, ſed aliquid animæ eſt intellectus. *Tract. 15. ſup. Evang. Joan. de cap. 4. circa med. pag. 93. A. tom 9.*

18. Intellectus merces eſt fidei; ergo noli quærere intelligere ut credas, ſed crede ut intelligas. *Ibidem, Tract. 29. de capite 7. paulò poſt medium, pagina 166. littera D.*

19. Quæcunque intelligimus, intellectu intelligimus, & ipſum intellectum, undè niſi intellectu non intelligimus. *Ibidem, Tract. 47. de cap. 10. poſt init. pagina 234. C.*

20. Fides meritum eſt, intellectus præmium. *Ibidem, Tract. 48. de cap. 10. in principio pagina 239. littera A.*

21. Intellectus purus & ſimplex, incedens rapido volatu, ad ipſum pervenit Conditorem Angelorum, & animarum, & omnium rerum. *In Medit. cap. 27. ſub finem, pag. 490. C. tom 9.*

22. Non poteſt dici ſolus intellectus, niſi operante memoria, voluntate & intellectu. *De verbis Domini, ſermone 63. circa finem, pagina 163. littera A. tomo 10.*

23. Omnis anima nullo corporis ſenſu, ſed ſolo intellectu percipi poteſt. *De duab. animab. cap. 2. ante med. tom. 6.*

24. Intellectu colligimus, ad quæ ſenſus noſtri penetrare non poſſunt. *De decem Categor. cap. 5. ante med. tom. 1.*

25. Senſu corporis quæcunque attingimus, foriniecùs nobis offeruntur: quod autem intellectu capitur, intus apud animum eſt. *De utilit. cred. cap. 13. ante med. tomo 6.*

26. Intellectui fides aditum aperit, infidelitas claudit. *Ep. 3. longè, poſt med. tom 2.*

27. Quamdiù parvus & infirmus eſt intellectus hominis, divinæ debet credere veritati. *Ep. 49. quæſt. 2. ante fin. tom. 2.*

28. Nihil ſalubrius fides credit, quia nihil verius intellectus invenit. *Ep. 105. ante med. tom. 2.*

29. Ora fortiter, ut det tibi Deus intellectum. *Ep. 222. poſt med. tom. 2.*

30. Apud Deum purus intellectus eſt, ſine ſtrepitu & diverſitate linguarum. *Lib. 1. de Geneſi contra Manich. cap. 9. poſt med. tom. 1.*

31. Non diſtas à pecore, niſi intellectu. *Tract. 3. ſup. Ioan. longè ante med. tom. 9.*

32 Intellectus animam regit. *Ibidem, Tract. 15. in medio.*

33. Aliquando ſermo deficit, ubi etiam intellectus proficit. *Ibid. Tract. 19. in princ.*

S. AUGUSTIN. 34. Gradus pietatis eſt fides, fidei fructus intellectus. *Ibid. Tract. 22. poſt init.*

35. Oculus carnis alia videt, ſe non poteſt, intellectus autem & alia intelligit, & ſeipſum. *Ibidem, Tract. 47. ante med.*

36. Juſtitia ad fidem, ad ſapientiam verò intelligentia pertinet. *Lib. 22. contra Fauſt. cap. 53. poſt medium, tom. 6.*

37. Erroris præoccupatio impedit veritatis intelligentiam. *Lib. 2. de Nuptiis, cap. 23. circa initium, tomo 7.*

38. Veriùs ſunt quæ intelliguntur, quàm ea quæ ſentiuntur. *De duabus animab. cap. 2. per totum, tomo 6.*

39. Omnis qui diſcit, intelligit; & omnis qui intelligit, benè facit. *Lib. 1. de lib. arb. cap. 1. circa fin. tomo 1.*

40. Lætetur qui intelligit, patienter ferat qui non intelligit: quod non intelligit ferat, & ut intelligat differat. *Hom. 32. ex quinq. Hom. capite 6 poſt medium, tomo 10.*

41. Intelligebas heri modicum, intelligis hodie ampliùs, intelliges cras multò ampliùs. *Tract. 14. ſup. Ioan. ante med. tom. 9.*

42. Noli quærere intelligere credas, ſed crede ut intelligas. *Ibidem, Tract. 29. in medio.*

43. Qui malè intelligit, non intelligit. *Ibid. Tract. 97. ante medium.*

44. Quod intelligo, id etiam credo: at non omne quod credo, etiam intelligo; omne autem quod intelligo, ſcio, non omne quod credo. *De Magiſtro, cap. 11, poſt med. tom. 1.*

45. Quidquid intelligibile non eſt, intelligi non poteſt. *Ep. 208. ante med. tom. 2.*

V. BEDA. 46. Bonum intellectum habet, qui quod rectè intelligit, facit. *In ſuis Proverb. verbo Bonum, pag. 186. tom. 2.*

S. BERNARD. 47. Duo ſunt, quæ in nobis purganda ſunt, intellectus & affectus: intellectus ut noverit, affectus ut velit. *Serm. 3. Aſcenſ. in princ. fol. 40. columna 4. littera M.*

48. Affectu intellectui, & intellectu affectui repugnante, vita infernalis eſt. *Serm. 6. de Aſcenſ. ante med. fol. 43. col. 2. lit. F.*

49. Animæ noſtræ oculus, intelligentia eſt. *Serm. 5. Aſſumpt. B. M. circa med. fol. 56. columna 4. littera K.*

50. Intellectus eſt fructus fidei. *Ep. 18. ad Petrum Cardinal. in medio, fol. 211. col. 4. lit. M.*

51. Intellectus rationi innititur. *Lib. 5. de Conſid. ad Eugen. Pap. longe poſt init. fol. 282. col. 3. I.*

52. Intellectus ſi ſignata fidei tentet irrumpere, reputatur effractor & ſcrutator majeſtatis. *Ibidem.*

53. Verus intellectus certam habet non modò veritatem, ſed & notitiam veritatis. *Ibidem.*

S. BONAVENT. 54. Intellectus humanus ſine radio fidei, circa divina eſt quaſi cæcus. *De itiner. æternit. itin. 6. diſt. 5. poſt med. pag. 176. col. 2. C. tom. 7. part. 3.*

S. GREG. MAG. 55. Neque hoc eſt ſapere, quod intelligere: quia multi æterna quidem ſapiunt, ſed hæc intelligere nequaquam poſſunt. *Lib. 1. Moral. cap. 16. in princ. num. 32. col. 17. D. tom. 1.*

56. Intellectus in eo quod audita penetrat, tenebras mentis illuſtrat. *Ibidem.*

57. Lumen intelligentiæ humilitas aperit, ſuperbia abſcondit. *Ibidem, lib. 25. cap. 11. in fine, num 17. col. 843. lit. B.*

58. Intellectus cùm intenditur, ejus in Deum ardentior affectus aperitur. *Ibid. lib. 20. cap. 22. ſub fin. num. 24. col. 697. C.*

59. Donum intellectus quod accipitur, cùm tot difficultatibus vix cuſtoditur, curandum eſt, ne otio torpeat, & ne in exercitatione operis vitio elationis evaneſcat. *Ibid. lib. 22. cap. 3. poſt med. num. 5. col. 735. B.*

S. GREG. MAG. 60. Minùs eſt rectè intelligere, niſi ſtudeat quis rectè intellecta morum honeſtate complere. *In ſeptem Pſ. pœnit. ſup. Pſ. 2. verſ. 10. ante medium, columna 548. C. tomo 2.*

61. Habens intellectum, curet omnino ne taceat. *Hom. 9. ſup. Evang. ſub finem, columna 347. littera D. tomo 2.*

S. HIERON. 62. Infinitæ ſtultitiæ eſt, non intellecta de magis non intellectis velle firmare. *Sup. 1. ad Tim. cap. 1. in illud, Quidam aberrantes, &c. pagina 381. littera C. tomo 9.*

HUG. A SANCTO VICT. 63. Magiſtra intelligendi, experientia eſt. *Lib. 7. ſup. cap. 7. cæleſtis Hierarch. poſt medium, pag. 387. B. tomo 1.*

64. Cavendum eſt, ne intellectus nimis alta ſapiat, ne levitate ſubtilitatis à veritate diſcedat. *De anima medicina, cap. 2. circa med. pag. 137. E. tom. 2.*

HUGO CARD. 65. Intellectus noſter eſt ſponſus ſummæ veritatis, ex quorum conjunctione generatur nobilis proles bonarum cogitationum. *Sup. Prov. cap. 2. fol. 7. col. 1. tomo 3.*

S. LEO I. 66. Quid laborat intellectus, ubi eſt magiſter aſpectus? *Epiſt. 72. ad Iuvenal. Epiſc. Hieroſol. poſt initium.*

PETRUS CELL. 67. Nihil charius intellectu; ſed ſi depravatus fuerit in homine, quid pernicioſius? *De Panibus, cap. 14. ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 657. col. 1. C. edit. Colon.*

PHILO JUD. 68. Intellectus eſt corporeæ regionis rex. *De Agricult. ante med. pag. 276. tom. 1.*

69. Semper intellectus dux eſt ſenſui, ſicut intelligibile ſenſibili. *Lib. Quod mundus ſit incorruptib. in princ. pag. 1263. tom. 2.*

70. Intellectus purus inculpatuſque, purificatus perfectis virtutibus, ipſa eſt tota Deo grata & ſanctiſſima hoſtia. *Lib. 1. de Victimis, ante medium, pagina 1132. tom. 2.*

S. PROSPER. 71. Bonum intellectum habet, qui quod faciendum eſt, rectè intelligit & facit. *Apud D. Auguſtin. in fine, tom. 3. ſent. 13.*

S. REMIGIUS. 72. Quantò intellectus in affectum operis vertitur, tantò ampliùs innovatur. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 12. can. 2. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 848. col. 2. F. edit. Colon. 1618.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 73. Ipſe intellectus non ſubſiſtit in eſſentia ſua, ſed indiget robore, lumineque ſurſùm immiſſo ad conſiſtentiam promotionemque. *Lib. 7. Theolog. cap. 6. prope med. tom. 1.*

74. Intellectio ita ſe habet intellectui, ut diuturna intellectum firmet depuretque, quatenùs eſt intellectus. *Ibid. lib. 11. cap. 2. ab initio.*

SIXTUS PHILOSOPHUS. 75. Intellectum non priùs habebis, quàm intellexeris te habere. *Sent. 323. pag. 66. col. 2. G. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colon. 1618.*

Vide etiam Tit. Fides. ſent. 34. Immunditia. ſent. 8. Ratio. ſent. 96. Sapientia. ſent. 71.

Intentio.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, COMPARATIO.

ETYMOLOGIA.

COLLECTOR. INTENTIO dicitur, quaſi interior actio.

DEFINITIO.

S. THOMAS AQUINAS. Intentio eſt motus quidam voluntatis in finem ulti-

mum, ſecundùm quod ordinatur in ipſum finis proximus. *Sup. 2. ſentent. diſt. 39. art. 4. in contrarium, fol. 316. pagina 2.*

Comparatio.

S. Nilus. Sicut ſenſus viſus cæteris ſenſibus præſtat, ſic attentio omnibus virtutibus divinior eſt. *De Orat. cap. 144. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Colon. 1618.*

Sententiæ Patrum.

S. Augustin. 1. Penes mentis intentionem ſumma poteſtas eſt, membra in opus movendi, vel ab opere cohibendi. *Lib. 12. de Trinit. cap. 12. in medio, pag. 284. littera G. tomo 3.*

2. Ad divina enodatiùs explicanda, limatior accedat intentio. *Ibidem, lib. 18. cap. 1. in principio, pagina 261. B.*

3. Sæpè ſe aliter habet ſpecies facti, & aliter animus facientis. *Lib. 3. Confeſſ. cap. 9. in medio pag. 83. littera A. tomo 1.*

4. Bonum opus intentio facit, intentionem fides dirigit. *Sup. Pſ. 31, circa med. præfat. pagina 125, lit. B, tomo 8.*

5. Tunc eſt verè opus bonum, cùm à charitate jaculatur agentis intentio, & tanquàm ad locum ſuum rediens, rursùs in charitate requieſcit. *De Catechiz. rud. cap. 11. circa fin. tomo 4.*

6. Diverſa intentio, diverſa facta facit. *Tract. 7. ſup Ep. Ioan. poſt med. tom. 9.*

7. Intereſt plurimùm qua cauſa, quo fine, qua intentione aliquid fiat. *Contra Mendac. cap. 7. ante med. tomo 4.*

S. Bernard. 8 Cogitatio in memoria eſt, affectio in voluntate, intentio in ratione conſiſtit. *Serm. de triplici judicio, circa med. fol. 105. col. 1. A.*

9. Facies animæ intentio eſt. *Serm. 4. ſup. Cant. ante medium, fol. 167. col. 3. H.*

10 Duo ad intentionem neceſſaria requiruntur: res & cauſa, ideſt, quid intendas & propter quid: & ex his ſanè duobus, animæ vel decor, vel deformitas judicatur. *Ibidem.*

11. Intendere non in Deum, ſed in ſæculum, ſæcularis animæ eſt. *Profec.*

12. Intendere quaſi in Deum, ſed non propter Deum, hypocritæ planè animæ eſt.

13 Intendere in alium, quàm in Deum, tamen propter Deum, non otium Mariæ, ſed Marthæ negotium eſt. *Ibid. ſerm. 40. in medio, fol. 167. columna 3. littera I.*

14. Bonum prorsùs condemnat intentio prava, & malum non penitùs excuſat intentio recta. *De præcepto & diſpenſ. poſt med. fol. 293. col. 3. lit. G.*

15. Magnam injuriam Deo facio, cùm illum precor ut meam precem exaudiat, quam ego, qui fundo, non audio. *Profec.*

16. Deprecor Deum ut mihi in precibus intendat, ego verò nec mihi nec illi intendo. *Lib. Medit. circa fin. fol. 324. col. 2. F.*

Gillebertus Anglus. 17. Bona intentio pura eſt, quam vividam reddit, & velut animatam, fervida & dulcis affectio. *Serm. 29. ſup. Cant. ante med. apud D. Bernard, volum. 2.*

Gloss. Int. 18. Si bona intentio non ſit, & bonum opus quod videtur, perit. *Sup. Iob, cap. 15. columna 182. littera D. tomo 3.*

Glossa ord. 19. Quantò magis intentio cordis in rebus figitur terrenis, tantò ab interno lumine & pinguedine gratiæ marceſcit. *Super Thren. cap. 4. col. 1017. littera C. tomo 4.*

20. Si purâ intentione, quæ potes bona agis, opera ſunt lucis, etiamſi non ita ab hominibus videatur. *Profec.*

21. Si autem perverſa intentio eſt, parvum eſt quid quid agitatur, etſi videatur rectum. *Sup. Matth. cap. 6. in illud, Si fuerit oculus tuus ſimplex, &c. col. 136. F. tomo 5.*

Gloss. Ord. 22. Si intentio non eſt ex fide, totus homo interior tenebroſus eſt. *Ibidem, col. 137. A.*

13. Fructus bonos, non niſi bona voluntas parturit: ſic malos, mala intentio nutrit. *Sup Matth. cap. 7. in illud, Non poteſt arbor bona, &c. columna 151. littera B. tom. 5.*

24. Nemo de mala intentione, fructum bonum percipit: nec de bona, niſi bonum metit. *Ibidem, &c. col. 152. D.*

Gloss. Int. 25. Tantum boni quis facit, quantum intendit: tantum quoque mali, quantum intendit. *Ibidem, cap. 12. col. 228. D.*

S. Greg. Mag. 26. Intentio priuſquàm in actione ſe exerceat, hoc jàm quod appetit, contemplatur. *Lib. 28. Moral. cap. 6. poſt med. num. 13. col. 952. C. tom. 1.*

27. Sicut lucerna corporis eſt oculus carnalis, lucens toti corpori: ita per radium intentionis illuſtrantur merita actionis. *Ibidem, &c.*

28. Unaquæque actio intentionem ſuam, quaſi intuentem ſequitur. *Ibidem, &c.*

29. Sæpè intentionem noſtram, dùm ante Dei oculos rectè incipitur: occultè ſibi ſubjuncta, & eam velit in itinere comprehendens, intentio humanæ laudis aſſequitur. *Ibidem, lib. 35. cap. 16. in medio, col. 1224. littera A.*

30. Rectam intentionem, quæ ſoli Deo placere appetit, nonnunquàm intentio minùs recta, quæ de donis Dei placere hominibus quærit, inſidiando comitatur. *Ibidem, circa med. col. 1124. B.*

31. Cùm mentis intentio ad alta ſe ſublevat, omnem in ſe fortitudinem vitæ exterioris necat. *Ibidem, lib. 8. cap. 14. in princ. col. 262. C.*

32. Vigilanti cura per cuncta opera intentio penſanda eſt, ut nil temporale in his quæ agit, appetat, totam ſe in ſoliditate æternitatis figat. *Ibidem, lib. 28. cap. 6. longè ante finem, num. 13. col. 952. D.*

33. Intentioni animæ ſi exterior evagatio clauditur, interior receſſus aperitur. *Ibidem, lib. 30. cap. 9. à medio, num 18. col. 1020. D.*

Hesychius. 34. Quantò diligentiùs obſervamus animum, tantò magis illuſtramur: & quantò minùs attendimus, tantò majoribus obruimur tenebris. *Centuria 2. ſent. 25. apud Bibl. Patr. tom. 7. edit. Colon. 1618.*

S. Hieronym. 35. Omnis intentio tua debet eſſe in cuſtodia. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriad. longè poſt medium, pagina 24. littera C.*

Hugo à S. Victore. 36. Oculus actionum, intentio eſt. *Sup. Pſ. 24. cap. 33. prope med. pag. 44. B. tom. 1.*

37. Sine periculo via actionum curritur, cùm intentio animi charitate duce gubernatur. *Ibidem.*

38. Bona intentio eſt, quæ ſimplex eſt & recta: ſimplex ſine malitia, recta ſine ignorantia. *De arte meditandi, circa med. pag. 186. A tom. 2.*

Ioan. Tritem. 39. Quidquid intentione vanâ incipitur, bono fine rarò conſummatur. *Orat 5, in conventu Abbat. habitâ, ante med. pag. 877. col. 2.*

S. Isidorus Hispal. 40. Bona eſt intentio, quæ propter Deum eſt: mala verò, quæ pro terreno lucro, aut vana gloria eſt. *Lib. 1. de ſum. bono, cap. 27. ſent. 5. pagina 649. columna 1.*

Petr. Bles. 41. Sicut cor purum non ſimulat, ita pura intentio non errat: ubi autem non eſt error, aut ſimulatio, ſeu fictio, ibi eſt pura & ſimplex intentio. *De charit. cap. 2. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 977. col. 2. E edit. Colon. 1618.*

S. Petrus Chrysolog. 42. Ille attendit ſibi, qui non alienis actibus importunis, impudens curioſus intendit. *Serm. 139. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Colon. 1618.*

S. Thomas Aquinas. 43. Bona intentio non ſufficit, imò oportet quòd adſit bona voluntas, quæ per animam ſignificatur. Tunc adeſt bona voluntas intentioni, quando ipſa voluntas

voluntati divinæ concordat. *Opuſc. 9. de decem præceptis, verbo Iam. tom. 1.*

THOMAS A KEMPIS. 44. Hoc opus eſt perfecti viri, numquàm ab intentione cæleſtium animum relaxare, & inter multas curas quaſi ſine cura tranſire. *Lib. 3. de Imit. Chr. cap. 26. in princ. tom. 2.*

45. In omni cogitatione, locutione, & operatione tua, habeas ſemper rectam & puram intentionem. *In valle Lilior. cap. 33. in princ. tom. 2.*

IN VIT. PATR. 46. Difficile eſt ut cum duritia & auſteritate ab intentione mala aliquis revocetur; ſed magis benignitate revocabitur. *Lib. 5. libell. 5. num. 28. ante med. pag. 577. col. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SIXTUS PHIL. 47. Corpus quidem tuum incedat in terra, anima autem ſemper ſit apud Deum. *Sent. 48. pag. 65. col. 1 A. apud Bibl. Patr. tom. 3.*

48. Conſueſce teipſum ſemper reſpicere ad Deum. *Ibidem, ſent. 425. pag. 67. col. 2. E.*

Vide etiam Tit. Actio ſent. 75. Devotio. ſent. 29 Evagatio mentis. ſent. 23. 38. Finis. ſent. 20. 21. Miſericordia. ſent. 97.

Interceſſio.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. QUò major eſt, eò majora ſunt quærenda ſuffragia. *Lib. 1. de Pænit. cap. 8. in med. col. 174. C. tom. 1.*

2. Sanctorum quò majora merita, eò tutiora ſunt patrocinia. *Lib. 10. Ep. 85. ad ſororem ſuam, ſtatim à medio, col. 606. B. tom. 3.*

3. Licèt univerſi Sancti omnibus ſuis interceſſionibus proſint, ſpecialiter illi tamen pro nobis interveniunt, qui & ſupplicia pertulere pro nobis. *Serm. 77. in princ. col. 771. B tom. 3.*

4. Apud domeſticos Dei tantùm interceſſionis promereris, quantùm venerationis impenderis. *Serm. 93 in princ. col. 796. A tom. 3.*

5. Non clauditur locis, quod diffunditur meritis: invocaſti: ubique te exaudit ille, qui honoratur in Martyre. *Ibidem, poſt med. col. 797. C.*

6. Magnus Dominus, qui aliorum merito ignoſcit aliis: & dùm alius probat, aliis relaxat errata. *Proſecutio.*

7. Cur apud te homo collega non valeat, cùm apud Deum ſervus, & interveniendi meritum, & jus habeat impetrandi?

8. Diſce qui judicas ignoſcere, diſce qui æger es impetrare: ſi gravium peccatorum diffidis veniam, adhibe precatores, adhibe Eccleſiam, quæ pro te precetur, cujus contemplatione, quod tibi Dominus negare poſſet, ignoſcit. *Lib. 5. ſup. Luc. cap. 5. in illud, Quorum fidem ut vidit, &c. columna 680. littera B. tomo 5.*

9. Multi minimi dùm congregantur unanimes, fiunt magni: & multorum preces impoſſibile eſt ut non impetrent. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 15. in fine, col. 1876. A. B. tom. 5.*

10. Si pro te roges tantùm, pro te ſolus rogabis: ſi pro omnibus roges, omnes pro te rogabunt. *Lib. 1. de Caïn & Abel, cap. 9. in fine, columna 936. littera C. tom. 4.*

S. AUGUSTIN. 11. De quocumque peſſimo in hac vita conſtituto non eſt deſperandum, nec pro illo imprudenter oratur, de quo non deſperatur. *Lib. Retract. cap. 19. poſt med. pag. 20. D. tom 1.*

12. A familia Chriſti oratum eſt pro Petro, oratum eſt pro Paulo; & nos in ejus familia eſſe gaudemus, & incomparabiliter pluſquàm Petrus & Paulus orationum fraternarum auxiliis indigemus. *Ep. 121. ad Probam, cap. 16. ſub finem, pag. 406. C. tom. 2.*

S. AUGUST. 13. Sum verecundior cùm pro aliis intercedo, cùm verò pro teipſo, tantò liberior, quantò amicior; quia tantò amicior, quantò fidelior. *Ep. 52. ad Macedonium, poſt med. pag. 152. lit. D. tom. 2.*

14. Officium Sacerdotii eſt, intervenire pro reis. *Epiſt. 54. ad Macedonium, in principio, pagina 155. A. tom. 2.*

15. Ideò compellimur humani generis charitate intervenire pro reis, ne iſtam vitam hic finiant per ſupplicium, ut ea finita non poſſint finire ſupplicium. *Ibidem, poſt init. pag. 155. B.*

16. Tantò ſunt intercedentium, & parcentium beneficia gratiora, quantò peccantium juſtiora ſupplicia. *Ibid. poſt med. pag. 159. B.*

17. Hoc Deus bonum judicavit, ut orationibus humilium dignaretur ſalutem præſtare ſublimium. *In Enchiridio. cap. 103. poſt med. pag. 133. B. tom. 3.*

18. Sancti nobis favent, & adjuvant. *De Civit. Dei, lib. 10. cap. 25. in fine, tom. 5.*

S. BERNARD. 19. Non ſanè parum fructuoſa invenitur memoria Sanctorum, cùm eorum interceſſione juvatur infirmitas noſtra. *Serm. 2. de omnibus Sanctis, ab initio, fol. 63 col. 2. D.*

20. Sanctus, qui potens in terra fuit, potentior eſt in cælis: ſi dum hic viveret, miſertus eſt peccatoribus & oravit pro eis; nunc tantò amplius, quantò veriùs ignoſcit miſerias noſtras, orat pro nobis Patrem. *Proſecutio.*

21. Beata enim illa patria charitatem Sanctorum non immutat, ſed augmentat.

S. BRUNO. 22. Neque quia ſanctus impaſſibilis omninò, ideò & incompaſſibilis factus eſt: ſed nunc potiùs induit ſibi viſcera miſericordiæ, cùm ante fontem miſericordiæ exiſtit. *Serm. 155. vigil. ſanct. Petri & Pauli, ab init. fol. 48. col. 1. B.*

23. Habet uſus vivorum fidelium, ut Sanctos qui jàm ab hac vita deceſſerunt, pro ſe Dominum orare rogent. *Sup. Pſalmum 134. ante finem, pag. 540 col. 1. tom. 1.*

CASSIODORUS. 24. Irrita pro ſe reddit vota ſupplicantium, quiſquis non reliquerit conſortia peccatorum. *Sup. Pſ. 4. poſt init. verſ. 2. fol. 6. col. 3.*

25. Plus valet unus Sanctus orando, quàm innumeri peccatores præliando. *Sup. Num. cap. 31. in princ. col. 1403. B. tom. 1.*

GLOS. ORD. 26. Qui mundi voluptate ſuperatur, Sanctorum ſuffragiis & fraternis orationibus indiget. *Sup. 1. Reg. cap. 3. col. 402. D. tom. 2.*

27. Tempeſtivis interceſſionibus, non ſolùm cedere nos, ſed etiam delectari oportet. *Ibid. cap. 25. col 482. littera D.*

GLOS. INT. 28. Fruſtrà quis pro illo orat, qui fratri debitam charitatem negat. *Sup. Eccleſiaſtic. cap. 28. in illud, Quis exorabit? &c. col. 2157. A. tom. 3.*

S. GREG. MAG. 29. Quiſquis pro aliis intercedere nititur, ſibi potiùs ex ipſa charitate ſuffragatur. *Lib. 35. Moral. cap. 8. edit. Pariſ. 1551. ſup. illud Iob 42. Suſcepit Dominus faciem Iob. tom. 1.*

30. Si homo apud hominem de quo minimè præſumit, fieri interceſſor erubeſcit: qua mente apud Deum interceſſionis locum pro populo arripit, qui familiarem ſe ejus gratiæ eſſe per vitæ merita neſcit? *In Paſtor. part. 1. cap. 11. in princ. tom. 1.*

31. Ne is, quem crimen depravat proprium, interceſſor fieri appetat pro culpis aliorum. *Ibidem, poſt initium.*

32. Cùm is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur. *Ibidem, circa init.*

33. Antè probandus eſt, qui populi interceſſor aſſumitur. *Liber 7. ex Regiſtro, Indict. 2. Epiſtola 110. ad Syagrium, capite 110. in medio tom. 2.*

S. GREGORIUS MAGNUS. 34. Tantò pœnitens pro ſemeptiſo exaudiri meretur, quantò devotè pro aliis intercedit. *Lib. 35. Mor. cap. 7. ſub fin. num. 8. col. 1207. A.*

35. Qui indignum Deo ſe fecit, dignum interceſſorem exigit: ut alienis precibus expietur, qui propriis mundari non poſſe cognoſcitur. *Lib. 2. in primum Reg. cap. 3. longe poſt med. ſup. illud, Ut oretur pro eo, col. 1298. A. tom. 2.*

36. Habens loquendi locum apud divitem, damnationem pro retento talento timeat, ſi cùm valet non apud eum pro pauperibus intercedit. *Homil. 9. ſup Evang. ſub finem, col. 347. D. tom. 2.*

37. Cuncti liquido novimus, quia cùm is qui diſplicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur. *Part. 1. Paſtoralis, capite 11. in principio.*

S. HIERONYM. 38. Si Apoſtoli & Martyres adhuc in corpore conſtituti poſſunt orare pro cæteris, quando pro ſe adhuc debent eſſe ſoliciti, quantò magis poſt coronas, victorias, & triumphos? *Tom. 2. Ep. 6. adverſ. Vigilant. ante med. pag. 122. D.*

HUGO CARD. 39. Sanctos adjutores tuos in afflictione non invenies, quos habere ſocios in proſperitate noluiſti. *Sup. Iob, cap. 5 in princ. fol 403. col. 2 tom. 1.*

40. Janua cæli, eſt ſanctorum ſuffragia. *Sup. Pſal. 77. fol. 201. col. 4 tom. 2.*

41. Hæc eſt efficaciſſima apud Deum interceſſio, ſcilicet miſeriarum oſtenſio. *Sup. Prov. cap. 26. fol. 35. col. 1. tom. 3.*

S. JOANNES CHRYSOST. 42. Ubi miſericordia non habet locum, nec interceſſio valet. *Hom. 52. ſup. Matth. oper. imperf. ante fin. col. 1129. A tom. 2.*

43. Quando quod ex nobis eſt ſimul afferimus, & accedit interceſſio Sanctorum, plurimum nobis confert. *Profec.*

44. Quòd ſi ipſi negligentes ſimus, & ſpem in illis ſolis collocemus noſtræ ſalutis, nihil ampliùs nobis prodeſt: non quòd infirmi ſint juſti, ſed quia propter noſtram deſidiam, nos ipſos perdimus.

45. Et ut diſcas, quòd quando negligentes ſumus, etiamſi juſti ſint, qui pro nobis orant, etiamſi Prophetæ nulla nobis indè fiet utilitas

46. Illi enim ſuam virtutem & per hoc demonſtrant, nobis autem nulla erit utilitas propter mores noſtros.

47. Id ſcientes dilecti, confugiamus ad Sanctorum preces, & oremus ut pro nobis intercedant: ſed non illorum precibus tantùm confidamus ſed & ipſi noſtra, ut oportet, diſpenſemus rectè, & ad meliora ſemper convertamur.

48. Peccatorum maculas purgemus, atque ſic Sanctorum precibus nos commendemus. *Homil. 44. ſup. Gen. poſt initium, col. 365. A. tom. 1.*

49. Habent vim pro nobis, & quidem maximam, orationes, ſupplicationeſq; Sanctorum; ſed tunc cùm nos pœnitentiam egerimus, & meliores reddemur. *Hom. 5. ſup. Matth. oper. perſ. poſt med. col. 55. lit. B. tom. 2.*

50. Non oportet nos totum Sanctorum orationibus committentes, otioſos eſſe: nam plurimum poteſt & magna eſt precatio, quæ pro nobis fit, ſed quando & nos cooperamur. *Hom. 5. ſup. 2. Theſſ. in princ. col. 1420. C. tom. 4.*

51. Qui pro inimicis orat, pro ſe magis, quàm pro illis orare cognoſcitur. *Hom. 6. ſup. 1. Tim. in fine, moralis, col. 1464. B. tom. 4.*

JOAN. TRITH. 52. Quantò plus interceſſerimus pro inimicis noſtris, tantò glorioſiùs Sancti Dei intercedent pro nobis. *In cap. 4. Regul. S. Bened. verbo Illam, poſt init. pag. 313. col. 1.*

S. LAURENT. IUSTINIAN. 53. Omninò Sanctorum patrociniis indigemus, eorum præcipuè quos elegit Chriſtus, commendat gratia, ſuſcepit & gloria *Serm. de S. Bartholom. ante fin. pag 436. col. 1. B. part. 2.*

54. Nemo ſanè eſt, quamvis ſanctus, quamvis ſit juſtus, qui Sanctorum non indigeat patrocinio. *Sermone de S. Marco, poſt medium, pag. 418. columna 1. C. part. 2.* S. LAURENT. IUSTIN.

55. Nequaquàm humani generis iniquitates tàm æquanimiter ſuſtineret Omnipotens, ſi non Sanctorum interceſſionibus flecteretur. *De Obediem. cap. 24. circa med. pag. 647. col. 2. D. part. 2.*

56. De ſanctorum Petri & Pauli meritis & virtutibus, nihil diverſum, nihilque debemus ſentire diſcretum: quia illos & electio pares, & labor ſimiles, & finis fecit æquales. *Serm. 1. in Natali ſanctorum Petri & Pauli, in fine.* S. LEO I.

57. Sicut & nos experti ſumus, & noſtri probavere majores, credimus atque confidimus inter omnes labores iſtius vitæ, ad obtinendam miſericordiam Dei, ſemper nos ſpecialium patronorum orationibus adjuvandos. *Ibidem.*

58. Nihil confert precatio juſti, cùm is cui neceſſaria eſt, magis delectatur peccatis, quàm virtutibus. *Comm. 3. de virt. & vitiis, cap. 81. apud Bibl. patr. tom. 7. pag. 386. col. 2. H. edit. Colon. 1618.* S. MAXIM. MART.

59. Tunc verè erimus de tua charitate felices, ſi obtineas ne ſimus à tua charitate diſſimiles. *Ep. ad Florentium, Epiſc poſt med. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 1. pag. 192. columna 1. lit. C. editionis Colonienſis 1618.* S. PAULIN.

60. Singulare eſt Beatæ Virginis auxilium, & quaſi è quodam ſublimi faſtigio pro nobis intercedit. *Serm. 23. de S. Maria Magdal. in fine, apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 872. columna 2. lit. E. editionis Colonienſis 1618.* PETR. BLES.

61. Malè pro aliis ſe conſtituit interceſſorem, qui in ſeipſo judicem offendere non timuit. *Profec.*

62. Temerarius eſt, qui patronum in eo negotio ſe exhibet, in quo & ipſe patrono indiget. *Ibid. ſerm. 38. in med. pag. 897. col 2. E*

63. Si quis pro inimico intercedere ſe cogit, facit tamen ore non mente: præſtat quidem vocis officium, ſed animi non mutat affectum: ac per hoc, etiamſi pro adverſario ſuo orare ſe cogit; loquitur, non precatur. *Lib. 3. de Gubern. Dei, ante medium, apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 331. col. 2. lit. H. edit. Colon 1618.* SALVIANUS.

64. Quantò Sancti, qui ſunt in patria, ſunt perfectioris charitatis, tantò magis orant pro viatoribus, qui orationibus juvari poſſunt. *2. 2. Quaſt. 83. art. 11. in corpore.* S. THOMAS AQUINAS.

65. Melius eſt Sanctos devotis precibus & lachrymis exorare, & eorum glorioſa ſuffragia humili mente implorare, quàm eorum ſecreta vanâ inquiſitione perſcrutari. *Lib. 3. de Imit. Chr. cap. 58. ſect. 7. in calce, tom 2.* THOMAS A KEMPIS.

66. Melior eſt unius Sancti oratio, quàm omnium ſecularium amicorum viſitatio. *De diſcipl. Clauſtr. cap. 15. circa init. tom 2.*

67. Occurrendum eſt ſemper Dei amicis, & inceſſabiliter ſupplicandum, ut ſanctæ interceſſionis poſſimus obtinere ſuffragium: quis apud juſtum judicem locus erit veniæ, ſi amicis Regis neſcias ſupplicare? *Hom. 15. à medio, apud Bibl. Patr. tom. 5 part. 3. pag. 493. col. 1. D. edit. Colon. 1618.* S. VALERIAN. EPISC.

68. Studioſè expetenda ſunt ſuffragia patronorum, quibus ſolis datum eſt iraſcentis Domini animos noſſe mollire, & iracundiam temperare: in magna domo poſt dominum, ſecundus eſt ſemper gradus amicorum. *Profec.*

69. Soli ſunt, per quos apud Dominum & ſuggerendi liber locus, & impetrandi facilis præbeatur acceſſus.

70. Peculiari itaque veneratione excolenda nobis eſt memoria Sanctorum, ut januam ſalutis aperiant, & in notitiam Domini deſideria noſtræ pervenire faciant ſervitutis.

71. Magna

S. VALERIAN. EPISCOPUS. 71. Magna ſecuritatis eſt portio, in rebus aſperis de domo regis habuiſſe ſuffragium: nam decreſcit quodammodò invidia criminis, ubi reus ad amicitias regalis familiæ cœperit pertinere.

72. Ita ſine periculo homo vitam tranſigit, ſi ſit qui apud Dominum negligentiam peccatoris excuſet.

73 Nemo eſt, cui non opus ſit potentioris (etiam in maxima ſecuritate) ſuffragium: nam quamvis aliquos in hne numero fides probata ſanctificet; opus tamen eſt, ut ſit qui ipſam fidem Dominn ſupplici intercesſione commendet.

74. Nec enim tàm fortem invenies, ut non egeat auxilio ſortioris

75. Sicut benè ſub ſcuto militatur, ita tutò teſtibus ſub patrono res agitur.

76. Ubi quamvis immineat pœna, ſi ſit qui intercedat, non dubiè obnoxia legibus donatur injuria.

77. Quis modus poteſt eſſe mortis, ſi cùm judex ſententiâ feriat, non ſit qui reo ſupplici interceſſione ſubveniat? *Ibidem, Homil. 15. a medio, pagina 493. columna 2. lit. E.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 78. Multi precati non caruerunt ope animarum à corporibus ad mundum alium reverſarum. *Lib. 1. Theolog. cap. 4. ante med. tom. 1.*

CICERO. 79. Ad divos adeunto caſtè, pietatem adhibento: qui ſecùs facit, Deus ipſe vindex erit. *Lib. 2. de Legibus, poſt init. num. 19. tom. 4.*

80 Interceſſor rei malæ, ſalutaris civis eſt. *Ibid. lib. 3. ante med. num. 42.*

SENECA. 81. Boni viri adjuvare nos poſſunt; non tantùm qui ſunt, ſed & qui fuerunt. *Ep. 52. in medio, pagina 614. tom 2.*

SIXT. PHILOS. 82. Qui hominum curam gerit, & orat Deum pro eis, iſte verè à Deo eſſe putandus eſt. *Sent. 358. pag. 67. col. 1. A. apud Bibl. Patr. tom. 3. editionis Colonienſis. 1618.*

83. Cultoris Dei eſt, orare Deum pro ſalute hominum. *Ibidem, ſent. 360. &c.*

Vide etiam Tit. Civitas. ſent. 61. Martyrium. ſent. 32. Multitudo. ſent. 17. Sacerdos. ſent. 49.

Interrogatio.

DEFINITIO.

CASSIODORUS. INTERROGATIO eſt aliquid ſcire velle, quod neſciebatur. *Sup. Pſ. 2. in princ. verſ. 1. fol. 6. col. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS 1. Eſt humani affectus hæc conſuetudo, ut interrogemur ſæpiſſimè quod videmus. *Lib. 9. Ep. 76. ad Studium, circa finem, columna 646. littera D. tom. 3.*

2. Verſuta interrogatio, arguta reſponſio. *Libro 8. ſup. Luc. cap. 18. in illud, Interrogavit eum quidam princeps, col. 1764. B. tom. 5.*

S. AUGUSTIN. 3. Deus cor interrogat, non manum. *Hom. 9. ex quinquaginta Homil. in medio, pagina 295. littera B. tom. 10.*

4. Arbitror non judicem fieri eum, qui rogatur ut interroget aliquem, & quod ei reſponſum fuerit reſcribere dignetur. *Epiſt. 169. poſt init. tom. 2.*

5. Interrogamus aliquando quod neſcimus, audire volentes ut diſcamus: aliquando interrogamus quod ſcimus, ſcire volentes utrùm & ille ſciat quem interrogamus. *Tractatu 24. ſuper Ioannem, ante medium, tom. 9.*

S. AUGUST. 6. Inter percontationem & interrogationem hoc veteres intereſſe dixerunt, quòd ad percontationem multa reſponderi poſſunt: ad interrogationem verò aut non, aut etiam. *Lib. 3. de doctr. Chriſt. capite 3. poſt initium, tomo 3.*

7. Interrogatio ignorantiam habet. *De quinque hæreſ. cap. 4. circa med. tom. 6.*

GLOSSA ORD. 8. Hæretici inquiſitionibus non intendunt veritatem aſſequi, ſed victores videri. *Sup. Iob. cap. 6. col. 100. lit. E. tom. 3.*

GLOSS. INT. 9. Interrogat Chriſtus, quid ſcriptum eſt? ut ex ſuis reſponſis juſtificetur vel damnetur. *Sup. Luc. cap. 10. in illud, In lege quid ſcriptum eſt? columna 841. lit. B. tom. 5.*

10. Quare Chriſtus, qui ſcrutator eſt cordium, nihilque ignorat, interrogat? non hnc facit ut diſcat ſicut nos, ſed ut doceat & manifeſtet aliorum fidem. *Sup. Ioan. cap. 21. col. 133. F. tom. 5.*

S. GREGOR. MAGNUS. 11. Nihil eſt quod reſponderi valeat apertæ rationi. *Lib. 3. Dialogi, cap. 15. prope finem, verbo Nihil, col. 1396. D. tom. 1.*

HAYMO. 12. Sicut ignorantia unius aliquando multis obeſſe ſolet: ſic unius interrogatio, multis prodeſſe. *Serm. in octava Pent. in princ.*

S. HIERONI. 13. Si quid ignoras, ſi quid de Scripturis dubitas, interroga eum quem vita commendat, excuſat ætas, fama non reprobat. *Tom. 1. Epiſt. 22. ad Euſtoch. poſt medium, pagina 144. D.*

HUGO A S. VICTORE. 14. Tribus modis interrogat nos Deus.
- Promulgatione præcepti.
- Injectione flagelli.
- Revelatione ſecreti.

Lib. 3. Miſcellan. Codic. 2. Tit. 93. pag. 191. F. tom. 3.

HUGO CARD. 15. Tribus modis interrogat nos Deus.
- Flagello.
- Præcepto.
- Exemplo.

Primæ interrogationi, reſpondetur per patientiam.
Secundæ, per obedientiam.
Tertiæ, per ſapientiam.
Sup. Iob. cap. 38. fol. 449. col. 1. tom. 1.

16. Interrogatio facta per Nunquid, ſupponit frequenter negativam: facta autem per Nonne, ſupponit affirmativam. *Sup. Pſal. 76. fol. 196. columna 4. tomo 2.*

17. Non aliud deſideres tuis interrogationibus ſcire, quàm quod neceſſarium eſt ſcire: neque nimis etiam de neceſſariis inquiras, aut ſubtiliùs quàm valeas. *Super Eccleſiaſten. capite 7. fol. 90. columna 4 tom. 3.*

S. JOANNES CHRYSOST. 18. Ubi miſericordia flagitatur, interrogatio ceſſat. *Hom. 2. ſuper Pſalmum 50. ante medium, columna 740. A. tom. 1.*

19. Hypocrita ſimpliciſſimus eſt interrogator, ſed malignantiſſimus inſidiator. *Hom. 42. ſup. Matth. oper. imp. poſt med. col. 1041. B. tom. 2.*

20. Interrogantibus quocunque propoſito, priùs rationem exponamus, poſtea authoritatem: ut ratione quidem eos placemus, authoritate confirmemus. Quoniam calumniatores convincere oportet, interrogatores autem docere. *Hom. 42. ſup. Matth. oper. imp. a medio, col. 1039. D. tom. 2.*

IOAN. TRITH. 21. Non meretur audire veritatem, qui fraudulenter interrogat. *Sup. Prolog. Regul. S. Benedicti cap. 2. Text. 16. poſt med. pag. 182. col. 1.*

S. ISIDORUS HISPALENS. 22. Tace uſquequò interrogeris, non loquaris niſi interrogatus, interrogatio os tuum aperiat. *Lib. 2. de Synon. cap. 8. ſub. fin. pag. 317.*

THOMAS A KEMPIS. 23. Interroga libenter, & audi tacens verba Sanctorum. *Lib. de Imit. Chriſti, capite 5. in fine, tomo 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

PLATO. 24. Facilius eſt interrogare, quàm reſpondere. *Tom. 2. Syzyg. 4. lib. 1. de Republ. ante medium, pagina 14.*

25. Solent teſtes in reos, non in damnatos interrogari. *Lib. 1. Ep. 5. ad Voconium Roman. ante medium, pagina 14.*

26 Ego ne interrogare quidem fas puto, de quo pronuntiatum eſt. *Ibidem.*

SENECA. 27. Requirenti facilè reſponde contemnenti facilè cede. *De quatuor virt. circa med. pag. 675. edit. Baſileæ 1537.*

Invenire.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. NEmo invenit, niſi qui ante quæſierit. *Lib. 7 ſup. Luc. cap. 12. in illud, Cui ſimile æſtimabo? &c. col. 1744. D. tom. 5.*

S. AUGUSTIN. 2. Anima avertens ſe à luce juſtitiæ, quantò magis quærit quod inveniat contra juſtitiam, tantò plus à luce repellitur, & in tenebroſa demergitur. *Sup. Pſ. 63 ante med. verſ. 6. Scrutati ſunt iniquitates, &c. pag. 447. B. tom. 8.*

3. Quod difficiliùs quæritur, ſolet dulciùs inveniri. *Super Pſ. 103. Conc 2 in principio, pagina 816. C. tom 8.*

4. Deus difficilè invenitur ubi ſit, ſed multò difficiliùs ubi non ſit. *De Speculo cap. 32. poſt med. pag. 605 B. tom. 9.*

5. Quicumque aliquid invenerit, ei qui perdidit ſine ulla dilatione reſtituat. *Hom. 9. ex quinquaginta Homil. in principio, pagina 294. lit. D. tom. 10.*

6. Quicumque rem cujuſcumque invenerit, tanquàm alienam citò reſtituat: quia ſine dubio ſi ipſe & perdidiſſet, hoc ſibi de alio fieri voluiſſet. *Ibid. ante med. pag. 295. A.*

7. Si quis inveniat in via alienum ſacculum ſolidorum, debet reddere; ſed neſcit cui: ſe excuſat ignorantia, ſi non dominetur avaritia. *Ibidem.*

8 Si quid inveniſti & non reddidiſti, rapuiſti: quantùm potuiſti feciſti; quia plus non inveniſti, ideò plus non rapuiſti. *Profec.*

9. Qui alienum inveniſſe negat, ſi poſſet & tolleret: ſi non tollis, timor te cohibet, non bonum facis, ſed malum metuis. Deus cor interrogat, non manum. *Ibid in medio, pag. 295. B.*

10. Errat omnis qui ſemper quærit, nec invenit. *Libro 1. contra Academicos, capite 4. in principio, tomo 1.*

11. Si quis non intelligit te, gaudeat & amet non inveniendo invenire potiùs, quàm inveniendo non invenire. *Libro 1. Confeſſionum, capite 6. in fine, tomo 1.*

12. Qui prorsùs non inveniunt quod quærunt, fame laborant. *Lib. 2. de doctr. Chriſt. capite 6. ante fin. tom. 3.*

13. Plus loquitur inquiſitio quàm inventio. *Lib. 12. Conf. cap. 1. circa med. tom. 1.*

14. Inventum dici non poteſt, quod incognitum creditur. *Libro 2. de lib. arb. capite 2. ante finem, tomo 1.*

15. Anima ampliùs delectatur inventis rebus quas diligit, quàm ſi res ſemper habuiſſet. *Lib. 8. Conf. cap. 3. poſt init. tom. 1.*

S. BERNARD. 16. Pius pulſator plerumque inveniet, quod temerarius ſcrutator invenire non poſſet. *Sermone 26. ſuper Cant. poſt initium, fol. 154. columna 3. littera G.*

GLOSS. ORD. 17. Multi putant hoc ſine peccato eſſe: ſed ſi quis inventum non reddit, ſimile eſt rapinæ. *Sup. Levit. cap. 6. in princ. col. 948. E. tom. 1.*

18. Juſtorum labor eſt, ut ſemetipſos inveniant, invenientes flendo, atque corrigendo ad meliora perducant. *Super Job, cap. 13. columna 163. littera A. tomo. 3.*

GLOSS. INT. 19. Modò poteſt Deus inveniri merito fidei, in futuro videbitur, non invenietur. *Sup. Iſaiam, cap. 55. in illud, Quærite Dominum, columna 458. littera D. tomo 4.*

GRATIANUS. 20. Furtum committit, qui inventum non reddit. *In ſuis decret. part. 2. cauſa 14. 5. quæſt. can. Rapinam. §. Furtum.*

S. GREGOR. THAUMAT. 21. Is qui invenit res fratris, illi debet reſtituere *In Ep. canonica, canon 4. circa init. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colon. 1618.*

22. Qui rem alienam invenit, etiamſi ignorat cujus ſit, eſt furti actioni obnoxius, niſi fortè dominus eam ita reliquerit, ut ejus nullam curam gerat. *Ibidem, poſt initium.*

23. Quando quod inventum eſt, pro derelicto habetur, non punitur, qui id detinuit: ſed ſi aliter ſit, cogitur illud domino reſtituere *Ibid. poſt med.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 24. Quantò rarior invenitur fidelis & prudens, tantò qui inventus fuerit, eſt beatior. *Hom. 51. ſup. Matth. oper. imperf. in medio, in illud 24. Quis fidelis ſervus & prudens? &c. col. 1110. D. tom. 2.*

25. Ne quæras tuum, ut invenias tuum: qui enim ſua quærit, non inveniet ſua. *Hom. 33. ſup. 1. Cor. ante med. in illud 13. Non quærit quæ ſua ſunt. columna 387. A tom. 4.*

JOAN. GERS. 26. Quod à pluribus quæritur, citiùs invenitur. *Sermone coram Papa Benedicto, longè poſt initium, parte 1.*

IOAN. TRITH. 27. Quod difficiliùs quæritur, ſolet dulciùs inveniri, & inventum diligentiùs cuſtodiri. *Super Prolog. Regulæ S. Benedict. capite 2. Text. 33. poſt medium, pagina 205. col. 2.*

28. Quantò contriſtat res perdita, tantò magis lætificat, ſi fuerit inventa. *In cap. 4. Regul. S. Bened. verbo, Prima, ante fin. pag. 315. col. 1.*

S. ISIDORUS HISPAL. 29. Quantò contriſtat res perdita, tantò magis lætificat ſi fuerit inventa. *Lib. 2. de ſum. bono, cap. 14 ſent. 5. pag 644. col. 2.*

ORIGENES. 30. Multi ſine peccato putant eſſe, ſi alienum quod eſt, invenerint, teneant: & dicunt, Deus mihi dedit invenire, cui habeo reddere? Diſcant ergo peccatum hoc eſſe ſimile rapinæ, ſi quis inventa non reddat. *Hom. 4. in cap. 6. Levitici, ante med. tom. 1.*

S. PETRUS CHRYSOLOG. 31. Plus accepta ſapiunt, quàm poſſeſſa: inventa magis, quàm ſubjecta delectant. *Sermone 96. in principio, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. edit. Colon. 1618.*

32. Semper cùm perdita reperimus, novum capimus cumulum gaudiorum: & eſt jucundius nobis inveniſſe perdita, quàm non perdidiſſe ſervata. *Ibidem, ſerm. 168. circa medium, pagina 783. columna 1. littera A.*

RICHARD A S. VICTORE. 33. Invenire, quæ in terra ſunt, difficile eſt: inveſtigare autem quæ in cælis ſunt, impoſſibile. *Part. 1. Tract. 2. de extermin. mali. cap. 11. in principio, pag. 20. col. 2. C.*

34. Nequaquàm negligenda ſunt, quæ per inveſtigationem inveniri poſſunt. *Ibidem.*

35. Deus inveniri non poteſt ab anima, priuſquàm prætereuntis mundi figuram deſpexerit. *Part. 1. de gradib. charit. cap. 2. in princ. pag. 544. col. 1. B.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 36. Stude verum invenire. *Lib. 4. de arte Rhetor. ante med. tom. 1.*

CICERO. 37. Utinam tàm facilè vera invenire poſſim, quàm falſa convincere. *Lib.* 1. *de natura Deor. poſt med. num.* 91. *tom.* 4.

SENECA. 38. Nullius rei difficilis inventio eſt, niſi cujus unus inventæ fructus eſt, inveniſſe. *Lib.* 7. *de Benef. cap.* 1. *poſt med. pag.* 503. *tom.* 2.

39. Id quære, quod invenire poſſis. *De quatuor virt. poſt init. pag.* 674. *edit. Baſileæ* 1537.

Invidia.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIFFERENTIA, PRODUCTIO, COMPARATIO, INDICIA.

ETYMOLOGIA.

S. ANTONIN. INVIDOS dicitur, quaſi non videns, quia ſcilicet bonum alterius ſine triſtitia videre non poteſt. *Part.* 2. *Tit* 8. *de Invidia, capite* 1. *in fine, fol.* 245. *columna* 3.

HUGO CARD. Invidùs latinè, ſed ſignificantiùs dicitur faſcinator Græcè. *Sup. Eccleſiaſten, cap.* 7. *fol.* 89. *col.* 1. *tom.* 3.

DEFINITIO.

S. BASILIUS MAGNUS. Invidis eſt triſtitia ex alieno ſucceſſu oriens. *Conc.* 10. *de Invidia, in princ. pag.* 188. *tom.* 1.

S. BONAVENT. Invidia eſt diſſenſio ab alieno bono, exiſtimato diminuere proprium. *Part.* 1. *Centiloquii ſect.* 19. *in medio, pag.* 63 *col.* 2. *lit. C. tom.* 6. *part.* 1.

Invidia eſt dolor, vel odium felicitatis alienæ. *In declarat. terminor. Theologiæ, verbo Invidia, pag.* 202. *col.* 2. *C. tom.* 6. *part.* 1.

GLOSS. ORD. Invidia eſt amaritudo animi de bono proximi. *Super Ioſue, cap.* 11. *Moraliter, columna* 82. *littera F. tom.* 2.

HUGO CARD. Invidia propriè eſt triſtitia de felicitate aliena, quàm vellet ei deeſſe. *Sup. Ep. Iudæ, fol.* 361. *columna* 4. *tom.* 7.

JOAN. GERS. Invidia eſt vitium, quo quis in animo ſuo lætatur de malis, & triſtatur de bonis proximorum. *Part.* 4. *de Deſcript. terminor. cap. Iuſtitia, circa med. fol.* 27. *col.* 2. *B.*

JOAN. SARISB. Invidia eſt triſtitiæ ex apparenti proſperitate alicujus initium. *Libro* 7. *de Nugis Curial. capite* 24. *poſt init. apud Bibl. Patrum. tom.* 15. *pag.* 455. *col.* 1. *lit. D. edit. Colon.* 1622.

S. THOMAS AQUINAS. Invidia eſt triſtitia de bono proximi. *Secunda ſecundæ quæſt.* 36. *articulo* 4. *in corpore, pagina* 75. *columna* 2.

HUGO À S. VICTORE. Invidia eſt, quæ fervidum in dolore reddit animum ob alterius bonum, & honorem, ea videre nolentem. *De fruct. carnis & ſpirit. cap.* 5. *in princ. pag.* 160. *lit. F. tom.* 2.

S. ZENO. Invidia eſt triſtitia & mœror quidam de proſperitatibus proximorum. *Sermone de Livore, in principio, apud Bibliothecam Patrum, tom.* 3. *pag.* 130. *col.* 2. *G. edit. Colon.* 1618.

CICERO. Invidia eſt ægritudo animi ſuſcepta propter alterius res ſecundas, quæ nihil noceant invidenti. *Libro* 4. *Tuſcul. quæſt. ante med. columna* 231. *lit. B. num.* 17. *tom.* 4.

PLATO. Invidia eſt dolor ob bona proximorum, quæ aut ſunt, aut aliquando contigerunt. *Tom.* 3. *Syzygia* 6. *de definit. ſub finem, pag.* 416. *B.*

DIFFERENTIA.

S. HIERONYM. Inter invidum & invidioſum hoc intereſt, quòd in-

vidus feliciori invidet, invidioſus autem is eſt, qui ab alio patitur invidiam. *Lib.* 3. *ſup. Ep. ad Galat. cap.* 5. *pag.* 195. *B. tom.* 9.

PRODUCTIO.

S. BONAVENT. Invidia eſt proles primogenita ſuperbiæ. *Super Pſalmum* 81. *in fine, pagina* 128. *columna* 1. *littera D. tom.* 1.

Duæ ſunt filiæ invidiæ, ſcilicet:
- Triſtitia in proſperis proximi.
- Exultatio in adverſis.
- *Tit.* 1. *diatæ, cap.* 4. *pag.* 275. *col.* 1. *E. tom.* 6.

S. CYPRIAN. Invidia radix eſt malorum, fons cladium, ſeminarium delictorum, materia culparum. *De zelo & livore, cap.* 3. *in principio, pagina* 324. *col.* 2 *tom* 2.

S. EDMUNDUS. De invidia naſcuntur alterius mali gaudium, & dolor boni alterius. *In ſpeculo Eccleſiæ, cap.* 8. *in medio, apud Bibl. Patr. tom.* 13. *pag.* 358. *col.* 2. *E. edit. Colon.* 1618.

S. GREG. MAG. De invidia, odium, ſuſurratio, detractio, exultatio in adverſis proximi, afflictio autem in proſperis, naſcuntur. *Lib.* 31. *Moral. cap.* 17. *poſt med. ſup. illud Iob* 39. *Exhortationem ducum, col.* 1082. *C. tom.* 1.

S. GREG. NYS. Invidia eſt:
- Malorum principium.
- Mortis mater.
- Prima peccati janua.
- Vitiorum radix.
- Doloris initium.
- Calamitatis parens.
- Inobedientiæ cauſa.
- Ignominiæ principium.
- *De vita Moyſi, poſt medium columna* 154. *lit. E.*

HUG. A SANCTO VICT. In invidiæ comitatu ſunt:
- Odium.
- Afflictio.
- Exultatio.
- Malitia.
- Detractio.
- Amaritudo.
- Suſurratio.
- *De fruct. carnis & ſpirit. cap.* 5. *in princ. pag.* 160. *lit. F. tom.* 3.

COMPARATIO.

S. BASILIUS MAGN. Quemadmodùm rubigo ferrum, ſic invidia animam, in qua eſt, conſumit. *Conc.* 10. *de Invidia, in princ. pag.* 188. *tom* 1.

Quemadmodùm viperas tradunt exeſo materno utero generari, ita & invidia animam ipſam parientem conſumere ſolet. *Ibidem.*

S. BONAVENT. Invidia eſt ſicut vermis in ligno, rubigo in ferro, tinea in veſtimento. *Titulo* 1. *diatæ, capite* 4. *in principio, pagina* 274. *columna* 2. *littera B. tom.* 6. *part.* 1.

Invidus comparatur cani, qui blanditur in facie, & mordet à tergo. *Libro* 3. *Compendii Theolog. verit. capite* 16. *in fine, pagina* 733. *columna* 1. *littera D. tomo* 7.

S. ZENO. Sicut proprium eſt boni Dei liberalitas & largitio, ita proprium eſt diaboli livor & invidia. *Sermone de Livore, in principio, apud Bibliothecam Patrum, tom.* 3. *pagina* 130. *columna* 2. *littera F. editionis Colonienſis* 1618.

INDICIA INVIDORUM.

S. PROSPER. 1. Omnia ſuis æmulis fingunt, eorum profectu

deficiunt, odia intra ſe abſcondunt, & in ſuos crucian-tur, enutriunt, proficientibus invident, peccantibus favent.

S. PROSPER. 2. De bonorum malis gaudent, de profectibus lugent. de inimicitiis gratuitis ardent.

3. Deprehendi peccati ſui malitiam timent, ſemper amari, nunquàm certi.

4. Amici diaboli, inimici etiam ſui, omnibus odioſi.

5. Ad gandenda anxii, ad plangenda læti, utrobique perverſi.

6. Inter amicos diſcordias ſeminant, diſcordantes ad tempus, ſi poſſunt, in diſcuſſione confirmant.

7. Opinionem bonorum mendaciis decolorant.

8. In ſpiritualibus carnalia laudant, ut ſpiritualia bona eis deeſſe perſuadeant.

9. Amicitias ſimulant, ut eos qui ſe incautè ſibi commiſerunt, quâ poſſunt arte decipiant.

10. Odiorum ſibi occaſiones, pravis ſuſpitionibus coacervant.

11. Dæmones, quorum ſectantur facta, lætificant.

12. Sanctos viros, quibus ſunt noti, contriſtant velut amici in obſequio, hoſtes in animo.

13. Continentes ſunt in verbo, turpes in facto, prodigi ſecretorum, tenaces malorum.

14. Prompti ſuſpitionum malarum, inanes bonorum, pleni ſordium, præditi fraudibus.

15. Adverſarii corde virtutibus, pravi moribus, & inſidioſi cunctis ſecùm in ſimplicitate viventibus.

Hæc & his ſimilia, quæ omnes invidos bonis, voto, ſive animo inimicos oſtendunt. *Lib. 3. de Vita contemplat. cap. 9. ante med. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 3. pagina 73. columna 1. B. C. editionis Colonienſis* 1618.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROS. 1. Fuge invidiam, quæ non ſolùm alienos, verùm multò magis eum, quem poſſederit lacerare conſuevit. *De fuga ſeculi, cap. 4. circa init. columna* 201. *littera D. tom. 1.*

2. Qui invidet, non aliùm prius quàm ſeipſum occidit. *Præcat. 2. ante Miſſam, ante med col.* 1266. *lit. A. tom.* 4.

S. ANSELMUS. 3. Qui bonis alterius arridet, ſanctis conſentit: qui verò invidet, diabolis ſimilis eſt. *De ſimilitud. cap.* 45. *poſt med.*

S. ANTONIN. 4. Invidia non habet modum permanens jugiter ſine fine; & cùm alia vitia & ſcelera finiantur, quantùm ille cui invidetur profecerit majori ſucceſſu, tantùm invidus in majus incendium livoris ignibus inardeſcit. *Part. 2. Tit. 8. cap. 1. §. 3. in fine, fol. 246. col. 4.*

5. Invidi ita malè ſunt diſpoſiti, ut de lumine aliorum obſcurentur, de ſanitate infirmentur, & de aliorum vita moriantur. *Ibidem.*

S. ANTONIUS DE PADUA. 6. Invidi ſunt ſedes diaboli. *Serm. 1. Dom. 3. poſt Paſcha ante med. fol. 137. pag. 1.*

7. Invidiâ ſuccenſi nolunt alios vivere, quos ſe conſpiciunt non poſſe poſſidere. *Serm. poſt Trinit. poſt med. fol. 197. pag. 2.*

S. AUGUSTIN. 8. Quis dubitat immane vitium eſſe invidentiam, quâ neceſſe eſt torqueatur & ſubjiciatur, qui non vult in rebus temporalibus vinci? melius eſt ut homo nos vincat, quàm invidentia. *De vera Relig. cap. 45. in fine pag.* 512. *C. tom. 1.*

9. Invidia diaboli vitium eſt. *Epiſt. 48. ad Vincentium, ante medium, pag. 112. D. tom. 2.*

10. Invidia ſequitur ſuperbiam, non præcedit: non enim cauſa ſuperbiendi eſt invidentia, ſed cauſa invidendi ſuperbia. *Lib. 11. de Geneſi ad lit. cap. 14. in medio, pag. 470. D. tom. 3.*

11. Vir invidus ſimilis eſt navi, quæ jactatur fluctibus maris, in perturbatione eſt ſemper, ut lupus rapax inſanit inaniter, in miſeria detinetur, & tabeſcens ad nihilum redigitur, ſemper furore plenus particeps dæmoniorum efficitur. *De ſalutar. docum. cap. 22. poſt med. pag. 756. D. tom. 4.*

12. Invidentia illa diabolica eſt, quâ invident bonis mali: nulla alia cauſa eſt, niſi quis illi boni ſunt, illi mali. *Lib 15. de Civit. Dei, cap. 5. in medio pag. 269. B. tom. 5.* S. AUGUST.

13. Superbiam ſequitur invidentia, tanquàm filia pediſſequa: eam quippè ſuperbia continuò parit, nec unquàm eſt ſine tali prole atque comite. *De ſancta Virginit. capite 31. ante medium, pagina 570. littera D. tom. 6.*

14. Superbiæ & invidentiæ, diabolus præeſt. *Ibid. in medio, pag. 570. D.*

15. Invidia opus eſt diaboli, quod opus & proceſſit ex illo, & manet in illo. *Lib. 1. contra Julian. cap. 3. circa med. pag. 653. A tom. 7.*

16. Juſtus injuſto oneri eſt, quis injuſtum eum eſſe non vult, ſed eum juſtum fieri, & optat votis, & conatur factis: injuſtus autem ſic odit juſtum, ut nolit eum eſſe, non ut bonum velit eſſe: quantò enim bonus eſt, tantò magis oneri eſt iniquitati illius. *Super Pſalmum 36. Conc. 2. in principio, pagina 192. littera C. tom. 8.*

17. Quid eſt invidere? horrendum malum. Ipſo malo diabolus dejectus eſt, ipſo dejecto dejecit multos: maligna peſtis eſt invidia. *Tractatu 5. Sup. Evangelium Ioannis de cap. 1. prope finem, pagina 32. littera D. tom. 9.*

18. Tolle invidiam, & tuum eſt quod habeo: tolle invidiam, & meum eſt quod habes; livor ſeparat, charitas jungit. *Ibid. Tract. 32. de cap. 7. poſt. med. pag. 176. tom. 9.*

19. Ubi eſt invidia, amor fraternus eſſe non poteſt. Qui invidet, non amat: peccatum diaboli eſt in illo, qui & diabolus invidendo dejecit. Cecidit enim & invidit ſtanti: non ideò voluit dejicere, ut ipſe ſtaret, ſed ne ſolus caderet. *Tractatu 5. ſuper Epiſtolam Ioannis, de capite 3. poſt medium, pagina 416. littera D. tom. 9.*

20. Invidia eſt vitium diabolicum, quo ſolus diabolus reus eſt, & inexpiabiliter reus. *De diſciplina Chriſtiana, capite 1. poſt medium, pagina 625. lit. A. tom. 9.*

21. O invide infelix, qui aliena felicitate torqueris, alieno damno depaſceris; ipſis rebus probas te ex parte diaboli eſſe, qui invides aliis quod tu ignoras ſcire. *De cognitione veræ vitæ, cap. 5. poſt medium, pag. 576. D. tom. 9.*

22. Invidentia diaboli convitium eſt, ſed habet matrem ſuam: ſuperbia vocatur mater invidiæ, ſuperbia invidos facit: ſuffoca matrem, & non erit filia. *De diſciplina Chriſtiana, cap. 1. poſt med. pag. 625. lit. A. tom. 9.*

23. Invidia filia eſt ſuperbiæ, ſed iſta mater neſcit eſſe ſterilis: ubi fuerit, continuò parit. *De verbis Domini, ſermone 53. ante medium, pagina 139. B.*

24. Invidia omnes virtutes concremat, omnia bona diſſipat, omnia mala generat. *Sermone 18. ad Fratr. in Eremo, in princ. pag. 933. B. tom. 10.*

25. Ille invidus eſt, qui alienum bonum ſuum facit, & ſi facere non poteſt, clamat per vicos & plateas, & velut canis latrat & ardet, ſed primò ſeipſum more phœnicis occidit. *Ibidem.*

26. Invidia omni vitio pejor eſt, & omni peſte deterior. *Ibidem, ante med. pag. 934. C.*

27. Invidia nequiſſima peſtis, tormentum ſine refrigerio, morbum ſine remedio, laborem ſine reſpiratione, pœnam ſine intermiſſione, famem ſine ſaturitate ſemper habere videtur. *Ibidem.*

28. Invidus vermis mortifer eſt, qui in Hedera Jonæ quotidie naſcitur: igneus ſerpens, quo populus Iſraël pungitur: hic eſt bruchus, quo fructus terrarum depaſcitur. *Ibidem.*

S. Auguſtin. 29. Invidia eſt illa peſſima tinea, quæ purpuramenta virtutum demolitur, ærugo quæ theſaurum ſapientiæ deprædatur, bruchus qui terrarum virentia comburit: quia quidquid boni operis vireſcit in homine, penè peſtis invidiæ perdit. *Proſec.*

30. Hæc eſt quæ Angelum de cælo projecit, quæ hominem de paradiſo exulavit, quæ filios Iſraël in deſerto percuſſit, quæ contra Joſeph fratres armavit, quæ Danielem in lacum leonum miſit, quæ Chriſtum cruci affixit, quæ Judam ſuſpendi fecit.

31. Invidia eſt illa fera peſſima, quæ fidem tollit concordiam diſſipat, tertiam linguam multiplicat, juſtitiam diſperdit, & omnia mala generat.

32. Hæc eſt quæ Abel occidit, Adam onetavit & exulavit, Judam ſuſpendit, Petrum jugulavit, dùm Chriſtum negavit, Paulum decollavit & Joannem, Stephanum lapidavit, David decepit, muros Jeruſalem evertit, Romam depopulavit, Carthaginem deſtruxit, Trojam devaſtavit. *Ibid. a medio, pagina* 934. *C. D.*

33. Nunquàm meliùs invidos torquere poteritis, quàm virtutibus & gloriæ ſerviendo: tunc enim latrant ut canes, rugiunt ut leones, facie palleſcunt, capite minantur, oculis ſcintillant, manus cancellatas aſtringunt, dentibus ſtrident, & ſic anima & corpore moriuntur. *Ibid. in fine, pag.* 934. *D.*

34. Charitati nihil adverſius quàm invidentia: mater autem invidentiæ, ſuperbia eſt. *De catechiz. rudib. cap.* 4. *circa fin. tom.* 4.

35. Eſt peccatum diabolicum invidia, & pœna peccati, quæ protinùs ipſum de quo oritur, vexat authorem. *Lib.* 6. *contra Iulian. cap.* 1. *ante fin. tom.* 7.

S. Baſilius Magnus. 36. Invidia eſt
- Vitium intolerabile.
- Serpentis documentum.
- Dæmonum inventum.
- Seminatio inimici.
- Arrabo ſupplicii.
- Impedimentum pietatis.
- Via ad gehennam.
- Privatio regni.
- *Conc.* 10. *de Invidia poſt medium, pag* 190. *tom.* 1.

37. Nulla pernitioſior affectio animis hominum innaſcitur, quàm invidia, quæ extraneos minimè lædens, primum & domeſticum malum eſt poſſidenti. *Ibid. in princ. pag.* 188.

V. Beda. 38. Undè bonus proficit, indè invidus tabeſcit. *In ſuis Prov. verbo Vndè, pag.* 200. *tom.* 2.

S. Bernard. 39. Invidia immanis eſt beſtia, flatu igneo quidquid attigerit, necat. *Serm.* 13. *ſup. Qui habitat. ſtatim a medio, fol.* 87. *col.* 2. *C.*

40. Quis tàm gravis pruritus oculi, quàm invidia? nec verò aliis livor invidus, quàm aliena gloria & felicitate torquetur. *Serm.* 5. *de Verbis Eſaya, ante finem, fol.* 69. *col.* 4. *lit. L.*

41. Invidus ut baſiliſcus, venenum in oculo gerit: peſſimum animal & præ omnibus execrabile, oculum habet venenatum invidus, oculum nequam, oculum faſcinantem. *Serm.* 13. *ſup. Qui habitat, in medio, fol.* 87. *col.* 1. *B.*

42. Quàm rara virtus eſt, alienæ non invidere virtuti! *Serm.* 49. *ſup. Cant. ante fin. fol.* 174. *columna* 1. *littera I.*

43. Quid eſt invidere, niſi malum videre? *Serm.* 13. *ſup. Qui habitat, circa medium, fol.* 87. *columna* 1. *littera B.*

44. Invidia eſt animi tinea, ſenſum comedit, pectus urit, mentem afficit, cor hominis quaſi peſtis depaſcit, & cuncta bona ardore peſtifero devorat. *De Inter. domo, cap.* 42. *in principio, fol.* 330. *columna* 4. *littera K.*

45. Triſtius invidiâ nihil eſt, quæ protinùs ſuum authorem torquet & diſcruciat. *Ibid. cap.* 61. *in princ. fol.* 332. *col.* 2. *lit. F.*

S. Bernard. 46. Invidia duplices evomit flammas; modò illum urit, qui meliori invidet, in id quod ipſe non eſt: modò illum afficit, qui quemlibet conſimilem dolet ſibi eſſe æqualem. *De ordine vita longè ante fin. fol.* 337. *col.* 3. *lit. I.*

47. Homo invidus membrum eſt diaboli. *Serm.* 34. *ſup. Qui habitat. in principio, fol.* 90. *columna* 3. *lit. H.*

48. Invidia tinea eſt animæ, priùs nocet ſibi quàm alteri. *Ibidem, &c.*

49. Invidia ſenſum hominis comedit, pectus urit, mentem lacerat, cor quaſi quædam peſtis paſcit. *Ibid. ferè in medio, fol.* 90. *col.* 3.

S. Bonaventura. 50. Invidi pervertunt quod bonum eſt, diſſimulant quod eſt verum, diminuunt quod magnum eſt. *Sup. Pſalmum* 130. *circa init. pag.* 383. *columna* 1. *littera C. tom.* 1.

51. Invidia eſt
- Mala, de bono proximi dolendo.
- Pejor, de malo ejus gaudendo.
- Peſſima, in utroque ei nocendo, ſcilicet impediendo bonum, vel malum inferendo.
- *Serm.* 1. *Dom.* 20. *poſt Pent. in princ. pag.* 200. *col.* 1. *tom.* 3.

52. Invidiæ paſſio, & fornicatione & adulterio multùm eſt deterior. *Lib.* 2. *Pharetra cap.* 8. *in medio, pag.* 131. *col.* 1. *A tom.* 6.

53. Si nullus tibi inimicus facit injuriam, multos facit invidia. *Ibidem, &c.*

54. Invidus bono alieno inſidiatur, judicio pravæ ſuſpicionis, & poſtea mordet vel pungit aculeo murmorationis, & inficit veneno detractionis. *Tit.* 1. *diæta, cap.* 4. *poſt med. pagina* 274. *columna* 2. *littera C. tom.* 6.

55. Invidus.
- De bonis aliorum affligitur.
- De melioratione deterioratur.
- De profecto deficit.
- De pinguedine marceſcit.
- De ſanitate infirmatur.
- De vita moritur.
- *Ibidem, in fine, pagina* 275. *columna* 1. *lit. D.*

56. Invidus ipſe amittere ſe putat, quod alii lucrantur, *Ibidem, &c.*

57. Gravis invidia eſt, malum pro malo reddere: gravior, odire illum, qui nihil nocuit: graviſſima autem, malum pro bono reſtituere. *Lib.* 1. *de profectu Relig. cap.* 28. *prope medium, pagina* 568. *col.* 1. *lit. E. tom.* 7. *part.* 4.

S. Cæſarius Arelat. 58. Qui invidus eſt, ſine dæmone eſſe non poteſt. *Hom.* 23. *a medio, apud Bibliothecam Patrum. tom.* 5. *part.* 3. *pagina* 769. *columna* 1. *littera A. editionis Colonienſis* 1618.

S. Cyprianus. 59. Nihil magis Chriſtiano cavendum, nihil cautiùs providendum, quàm ne invidia & livore ipſe capiatur. *De zelo & livore, cap.* 2. *in princ. pag.* 324. *col.* 1. *tom.* 2.

60. In adulterio ceſſat facinus perpetrato ſtupro, in latrone conquieſcit ſcelus homicidio admiſſo, prædonis rapacitas ceſſat prædâ poſſeſſâ, falſario modum ponit impletà fallacia: invidia verò, terminum neſcit. *Ibid. cap.* 3 *circa med. pag.* 325. *col.* 1.

61. Quiſquis magnanimus eſt, à livore alienus eſt. *Ibid. cap.* 4 *prope fin. pag.* 326. *col.* 2.

S. Cyrillus Alex. 62. Invidia impium ſemper ingreſſum habet, & per æqualia mala procedit. *Lib.* 6. *Glaphyr. in Geneſim, cap.* 1. *de Ioſeph. poſt init. pag.* 146.

63. Invidia ſæpè in cædem deſinit. *Ibidem.*

Dionyſius Carthus. 64. Invidia cùm directè adverſetur charitati, quæ eſt animæ vita, maximè perhibetur mors eſſe animæ. *Sup. Ep. ad Galat. cap.* 5. *art.* 5. *in fine, fol.* 76. *E.*

S. Ephrem. 65. Beſtialis invidia, haud ſecùs quàm telum vulnerat. *De morbo linguæ ante fin. pagina* 102. *littera A. tom.* 1.

66. Invidia manifeſtat nos charitatem Dei penitùs non habere. *Et hab. apud Bedam, tom.* 7. *in ſuis ſcintillis, cap.* 15. *col.* 397.

Gilbertus Anglus. 67. Invidia eſt ſubtilium quoddam rapacitatis genus. *Serm.* 19. *ſup. Cant. ante med. apud D. Bernard. volum.* 2. *fol.* 16. *col.* 3. *lit. I.*

Glos. Ord. 68. Invidia non vult homines ſalvari. *Sup. Luc. cap.* 15. *col.* 912. *lit. E. tom.* 5.

S. Greg. Mag. 69. Cùm devictum cor livoris putredo corruperit, ipſa quoque exteriora indicant, quàm graviter animum veſania inſtigat. *Lib.* 5. *Moral. cap.* 32. *ante med. num.* 34. *col.* 175. *D.*

70. Malos non ſolùm ignis per vindictam poſtea cruciat, ſed nunc etiam per livorem cremat: quia qui poſtea puniendi ſunt retributionis ſupplicio, nunc ſemetipſos afficiunt invidiæ tormento. *Ibid. lib.* 2. *cap.* 20. *ante med. col.* 46. *A.*

71. Parvulus eſt, qui invidiâ occiditur: quia niſi ipſe inferior exiſteret, de bono alterius non doleret. *Ibid. lib.* 5. *cap.* 32. *in princ. columna* 175. *B.*

72. Invidi color pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur, & membra frigeſcunt: fit in cogitatione rabies, in dentibus ſtridor. *Ibid. prope med. num.* 34. *col.* 175. *D.*

73. Nihil lætum de propriis libet, quia tabeſcentem mentem ſua pœna ſauciat, quam felicitas torquet aliena. *Ibidem.*

74. Invidia cùm mentem tabefecerit, cuncta quæ invenerit benè geſta conſumit. *Ibid. in medio, num.* 34. *col.* 176. *A.*

75. Imminutio livoris eſt affectus ſurgens internæ dulcedinis, & plena mors ejus, eſt perfectus amor æternitatis. *Ibid. ante fin. col.* 176. *C.*

76. Quid invidis infelicius, quos dùm conſpecta felicitas afficit, pœna nequiores reddit? *Part.* 3. *Paſtor. cap.* 1. *Admon.* 11. *ante medium, col.* 1269. *littera B. tom.* 1.

S. Greg. Naz. 77. Ex omnibus paſſionibus invidia injuſtiſſima pariter eſt, & juſtiſſima; cùm quia omnes perturbat tùm quia conſumit noxios. *Orat.* 24. *de ſeipſa, ante medium, pag.* 199.

78. Invidia:
- Adamum è paradiſo ejecit, à voluptate & muliere deceptum.
- Caïn fratricidam fecit, quoniam ſacrificium ſanctius non attuliſſet.
- Mundum immundum aquâ cooperuit, & Sodomitas igne obruit.
- Dathan & Abiron inſtigavit, cùm adverſùs Moyſem inſanirent.
- Mariam leprâ percuſſit, quoniam tantummodò contra fratrem Moyſem obmurmuraſſet.
- Prophetarum ſanguine terram infecit, & ſapientiſſimum Salomonem mulieribus obnoxium reddidit.
- Judam ad proditionem induxit, qui ob parvum argentum perpetravit quod ſtrangulatione dignum eſſet.
- Herodem puerorum fecit homicidam, & Pilatum Chriſti interfectorem.
- Populum Iſraeliticum eo peccato contaminavit & maculavit, ut ne nunc quidem ab illo reſpiret.
- Apoſtatam tyrannum Julianum contra nos excitavit, cujus adhuc relicti ſunt carbones, licèt flammam evaſerimus.
- Pulchrum Eccleſiæ corpus diſſecuit, ac in diverſa & contraria ſtudia diviſit. *Ibidem.*

79. Pulchrum invideri, turpis invidentia: S. Greg. Naz.
Incede celſus, invidos linquens humi. *In ſua Poëſi. Et hab. apud D. Joan. Damaſc. lib.* 3. *Parall. cap.* 110. *fol.* 142. *pag.* 2. *D.*

S. Hieron. 80. Virtus ſemper invidiæ patet. *Tom.* 1. *Ep.* 8. *ad Demetriad. ante med. pag.* 65. *B.*

81. Faceſſat invidia, quam nomini Chriſtiano maledicorum ſemper genuinus infigit: ut dùm probra metuunt, ad virtutes non provocentur. *Tom.* 1. *Ep.* 10. *ad Furiam circa init. pag.* 79. *B.*

82. Invidia primùm mordax eſt ſui. *Tom.* 2. *Ep.* 57. *ad Aſellam, circa med. pag.* 363. *B.*

83. Plurimi ſtimulante invidiâ, quod conſequi non valent, deſpiciunt. *In Præfat. ſup. Iſayam, in medio, pag.* 26. *C.*

84. Quid invido delectationis præſtat invidia, quem ſecretis quibuſdam conſcientiæ ungulis livor ipſe decerpit, & alienam felicitatem tormentum ejus facit? *Tom.* 4. *Ep.* 1. *ad Demetriad poſt med. pag.* 20. *C.*

85. Invidere non ceſſat author invidiæ, quia cùm ipſe à Deo projectus eſt, tantò majori livore torquetur, quantò aliquem apud Deum viderit clariorem. *Ibidem, longè poſt med. pag.* 23. *A.*

86. Ille abſque invidiæ infectione eſſe non poterit, qui ſoli Deo placere geſtierit. *Proſeq.*

87. Invidia enim non tàm humanas amicitias, quàm ſolam juſtitiam perſequitur.

88. Qui invidus eſt, alienâ felicitate torquetur, quoniam virtus ſemper invidiæ patet. *In Regula Monachor. cap.* 19. *de Laude & Detract. circa med. pag.* 286. *lit. D.*

89. Venena invidiæ poſſunt quidem ſuperari, ſed difficilè conquieſcunt. *Lib.* 4. *ſup. Matth. cap.* 22. *in fine, pag.* 67. *D. tom.* 9.

90. Juſtius invidia nihil eſt, quæ protinùs ipſum authorem rodit, excruciatque ipſius animum. *Lib.* 3. *ſup. Ep. ad Galat. cap.* 5. *in illud, Manifeſta ſunt opera carnis, pag.* 195. *B. tom.* 9.

91. Nemo illi, quem verè amat, invidet, cujuſvis cum eſſe conſpiciat gloriæ, vel honoris: ſed omnem ejus felicitatem, quaſi ſuam libenter amplectitur. *Sup.* 1. *ad Cor. cap.* 13. *in illud, Charitas non æmulatur, pag.* 320. *B. tom.* 9.

92. Invidus pallidus eſt, macie confectus, citò prorumpit in iram, vultum commutat livore, oculis truculentus, animo inquietus. *Lib.* 4. *de Propriet. rerum, cap.* 9. *circa med. pag.* 308. *A. tom.* 2. Hug. a S. Victore.

93. Invidia ſemper mala aliorum revelat, & bona celat. *Sup.* 3. *Reg.* 18. *fol.* 281. *col.* 4. *tom.* 1.

94. Invidia peccatum eſt graviſſimum, quia & proprium ſubjectum lædit & deſtruit. *Sup. Ep. Judæ, fol.* 361. *col.* 4. *tom.* 7. Hugo Card.

95. Invidia cibus eſt mentis, virulentis eam ſuccis corrumpens, & proſperitate alieni ſucceſſus jugiter miſeram excruciare non deſinens. *Lib.* 5. *de Cœnob. Inſt. cap.* 21. *ante medium, pag.* 126.

96. Sciendum ſanè eſt, invidiæ morbum difficiliùs ad medelam, quàm cætera vitia pervenire: nam eum, quem ſemel veneni ſui peſte corruperit, penè diſcrim, carere remedio. *Collat.* 18. *Abb. Piammonis, cap.* 17. *in princ. pag.* 744. Ioan. Cass.

97. Cunctis vitiis pernitioſiorem atque ad purgandum difficiliorem eſſe conſtat invidiam, quæ ipſis remediis, quibus reliqua extinguuntur, accenditur. *Ibidem, circa med. pag.* 745.

98. Invidiæ quaſi à regulo ſerpente effuſum virus, vitam ipſam religionis ac fidei, priuſquàm vulnus in corpore ſenſiatur, excludit. *Ibidem poſt medium, pagina* 745.

99. Invidia telum eſt diaboli. *Hom.* 3. *ſup. Gen. ante finem, col.* 17. *B. tom.* 1. S. Ioann. Chrysostom.

100. Sicut vermis, qui à ligno producitur, lignum ipſum primò conſumit: ita invidia illam primò animam corrumpit ex qua nata eſt, & ei cui invidetur planè

diverſa quàm vult, affert. *Ibidem, Hom. 46. ante fin. col. 383. B. tom. 1.*

S. JOANNES CHRYSOST. 101. Vide ad principium eorum, quibus invidetur, ſed etiam ad finem reſpice: quia malitia invidentium eos quibus invidet clariores efficit. *Ibidem.*

102. Is qui invidetur ſubſidiarium habet Dei auxilium, & gratiâ fruitur: qui autem invidet, gratiâ ſpoliatur, *Ibidem.*

103. Invidia pernitioſiſſima eſt, & pernitioſior omnium affectionum, quæ ab hoſtibus infeſtata conſumitur ſalutemque corrumpit. *Ibidem.*

104. Invidia diaboli eſt inventum. *Ibidem.*

105. Invidia deceptionem operatur, deceptio tranſgreſſionem, tranagreſſio inobedientiam, inobedientia mortem. *Ibidem.*

106. Invidia nihil cum ratione operatur. *Ibidem, Hom. 52. poſt init. col. 412. B.*

107. Invidentia non poteſt benigniter videre aliorum felicitatem: quia felicitatem proximi ſuam putat inſelicitatem, & tabeſcit bonis proximi.. *Ibidem.*

108. Invidia ignis inextinguibilis eſt, & omni malitiâ cumulata. *Hom. 1. Pſ. 50. longè, ante med. col. 718. B. tom. 1.*

109. Sicut tinea comedit veſtimentum, ſic & invidia eum qui zelat, conſumit, eum cui invidet clariorem reddit. *Ibidem.*

110. Pernitioſum malum, ac ſibi ipſi contrarium atque repugnans eſt invidia. *Hom. 33. ſup. Matth. oper. perf. poſt init. col. 292. D. tom. 2.*

111. Adeò pernitioſum malum eſt invidia, ut non ſolùm alienis, ſed domeſticis & illis ipſis qui invident, peſtifera eſt. *Ibidem, Hom. 41. poſt initium, columna 362. lit. C.*

112. Tale malum invidia eſt, quâ nulla unquàm malignitas pejor invenitur. *Ibidem, in medio, columna 364. lit. C.*

113. Invidi multò ante ipſos, quàm quibus invident, perturbant & cruciant: & ita in agendo ſemper invidendoque ſunt, ut nunquàm peccandi afferant finem, *Ibidem.*

114. Quemadmodum ſues lutosâ immunditiâ, & dæmones alienis damnis lætantur, ſic invidi calamitate proximorum exultant. *Ibidem.*

115. Quemadmodùm ſcarabæi alieno ſtercore, ſic invidi adversâ aliorum fortunâ nutriuntur. *Ibidem.*

116. Invidia peſtiferum malum, hominem in diaboli conditionem, ac in dæmonem immaniſſimum convertit. *Ibidem, circa med. col. 363. A.*

117. Quantò majore invidiâ laboras, tantò majora illi offers bona, cui invides. *Ibidem, poſt med. col 363. D.*

118. Magna, etiam in Eccleſia & in Clero, multoque major ſæpè quàm in laicis, eſt invidia. *Ibidem, poſt med. col. 364. B.*

119. Talis protervitas invidiæ eſt, ut non facilè terminetur. *Ibidem, Hom. 89. circa medium, columna 703. lit. B.*

120. Hoc proprium eſt invidiæ, quando alteri aliquid additur, ſic dolent invidi, quaſi illis ſit aliquid ſubtractum, quod illi eſt additum. *Hom. 34. ſup. Matth. oper. imperf. ſub finem, columna 976. littera B. tomo 2.*

121. Invidia ſibi ſemper eſt inimica: nam qui invidet, ſibi quidem ignominiam facit: illi autem cui invidet, gloriam parat, *Ibidem, Hom. 39. poſt medium, col. 1008. C.*

122. Invidia ſibi ſoli noxiva eſt: alterum autem cui invidet non ſolùm non gravat, ſed adhuc magis commendat. *Ibidem.*

123. Invidiâ nihil pejus: invidus enim ut proximum perdat, perdit ſeipſum. *Hom. 54. ſup. Joan. ante fin. col. 261. C. tom. 3.*

124. Fera venenoſa invidia eſt, fera immunda, & morbus voluntatis omni veniâ & excuſatione indigna, omnium malorum & mater & author. *Ib. in fin. col. 261. D.*

125. Invidus Ethnicis pejor eſt, nihilque aliud habet quàm inſaniam, & mentem omninò ſathanicam: cui poterit conferri? cui viperæ, cui nam aſpidi, cui vermi, cui cantharidi? *Serm. 7. ſup. Ep. ad Rom. in morali, ante med. col. 71. C. tom. 4.* S. JOANNES CHRYSOSTOM.

126. Quid ſceleſtius invidia? hæc enim eccleſias evertit, hæreſes peperit, fraternam manum armavit, dexteram in ſanguinem juſti immerſit. *Ibidem.*

127. Invidia naturæ leges diſſipat, morti portas aperit. *Ibidem.*

128. Invidia omnia diſpergit diſſipatque, communia hominum naturæ hoſtia eſt, & expreſſa quædam ſathanæ imago. *Hom. 31. ſup. 1. Cor. poſt med. ſup. illud Luca 12. Regnum in ſe diviſum, &c. columna 570. littera C. tom. 4.*

129. Inſania manifeſta eſt, alienis bonis cruciari: hoc enim rabidorum canum, & inſanientium hominum eſt. *Hom. 27. ſup. 1. Cor. poſt init. moralis, col. 860. C. tom. 4.*

130. Melius eſſet habere ſerpentem in viſceribus ſeſe volutantem, quàm livorem intus depaſcentem. *Ibidem.*

131. Invidia fornicatione pejor eſt, & adulterio: hoc enim in operato tantùm ſiſtit, invidiæ verò vis toti nocet terrarum orbi. *Hom. 44. ad Popul. Antioch. poſt init. col. 316. B. tom 5.*

132. Talis eſt hujus vitii malitia, ut priùs ſe parientem offendat. *Ibidem, ante medium, columna 321. littera A.*

133. Sicut vermis de ligno naſcens, ipſum priùs abſumit: ſic & invidia, illam priùs quæ ſe peperit animam corrumpit. *Ibidem.*

134. Invidere pejus eſt, quàm bellum inferre. Qui enim bellum gerit, ſolutâ causâ propter quam bellum gerebatur, inimicitiam quoque diſſolvit: invidus autem, nunquàm efficitur amicus. *Ibid. Hom. 53. ante med. col. 360. B.*

135. Cui viperæ, cui aſpidi, cui vermi, cui ſcarabæo comparabitur invidus? nihil enim hujuſmodi ſceleſtius animâ, pejus nihil. *Ibidem.*

136. Invidi oculus conſumitur dolore, morte vivit perpetuâ. *Hom. 54. ſup. Ioan. circa fin. columna 261. C. tom. 3.*

137. Planè nihil eſt, quæ quod magis charitatem impugnet, quàm venenum invidiæ. *Lib. 7. de nugis Curial. cap. 24. poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 15. pag. 455. col. 1. edit. Colon. 1622.* JOAN SARISB.

138. Invidia eſt, quod ſibi vult abeſſe, idem proximo abeſſe deſiderat: & ſi non abſit, infeliciter cruciatur; & ſæpè in eo quod non deſiderat (dùm illud proximo videt abeſſe) torquetur. *Ibid. poſt init. pagina 455. col. 1. E.*

139. Non eſt quâ via declines invidiam, niſi miſerrimus fias: celebre namque eſt ab antiquo proverbium, quia ſola miſeria neſcit invidiam: fortunaque hominis miſerrima eſt, cui non invidetur. *Ibid. circa med. pag. 455. col. 2. H.*

140. Non eſt cœtus conviventium, niſi religioſiſſimus ſit, quem livoris ſtimulus non attingat. *Profec.*

141. Ubique tamen qui illuſtrioribus clareſcunt meritis, acriùs invidiæ toxicato dente roduntur. *Ibid. ante fin. pag. 456. col. 1. C.*

142. Nulla eſt virtus, quæ non habeat contrarium invidiæ malum: ſola miſeria, invidiâ caret. *In cap. 4. Regula S. Bened. verbo Odium, ante finem, pagina 311. columna 2.* JOAN. TRITHE

143. Invidia aliena eſt à Deo. *Lib. 5. adverſ. Heref. cap. Omnia, poſt. med. pag. 318.* S. IRENÆUS.

144. Livor alieni boni ſuum punit authorem; nam undè bonus proficit, indè invidus contabeſcit. *Lib. 3. de ſum. bono, cap. 25. ſent. 1. pag. 676. col. 1.* S. ISIDORUS HISPALENS.

145. Invidus membrum eſt diaboli: cujus invidiâ mors introivit in orbem terrarum. *Ibidem, ſentent. 3. &c.*

S. Iſid. Hiſp.

146. Nulla eſt virtus, quæ non habeat contrarium invidiæ malum. *Profec.*

147. Sola miſeria caret invidiâ, quia nemo invidet miſero, cui reverâ non livor objicitur, ſed ſola miſericordia adhibetur. *Ibidem, ſent.* 4. &c.

148. Multi & bonos imitari volunt, & de bonorum profectibus invidiæ livore tabeſcunt: quo ut ner illi corrigantur à malo ſuo, ſed per invidentiam deteriorentur, & bonos à recto ſtudio (quantùm in ipſis eſt) depravare conentur. *Ibidem, ſent.* 5. &c.

149. Invidia cuncta virtutum germina concremat, invidia cuncta bona ardore peſtifero devorat. *Profec.*

150. Hæc primùm ſibimet nocet, primùm ſe mordet, primùm ſuum authorem rodit.

151. Invidia animæ tinea eſt, ſeoſum comedit, pertus urit, mentem afficit, cor hominis quaſi quædam peſtis depaſcit. *Libro* 2. *de Synonim. cap.* 8. *in princ. pag.* 316. *col.* 2.

S. Laurent. Juſtin.

152. De invidiæ morbo cùm plenus eſt animus, ſuaſione diaboli non indiget, ipſe namque ſibi ipſi laqueus & inſidiator eſt. *De diſcipl. monaſt. converſat. cap.* 13. *in fine, pag.* 107. *col.* 1. *E. part.* 1.

153. Nullum profectò vitium fraternæ ita ſe opponit dilectioni, quemadmodum invidia: detractioni ſemper vacat, bonis alienis derogat, cordium occulta dijudicat. *Lib.* 1. *de ſpirituali interitu. cap.* 24. *in princ. pag.* 539 *col.* 1. *B parte* 2.

S. Nilus.

154. Invidus ſeipſum mulctat. *Paraneſ.* 15 *apud Biblioth. Patrum, tomo* 5. *part.* 2. *editionis Colonienſis* 1618.

Petr. Bleſ.

155. Invidia mel intoxicat, & dùm alienâ virtute torquetur, bonum quod apud ſe non invenit, malitioſè depravat. *Profec.*

156. Opinionis enim alienæ diſpendium, ſuæ famæ reputat lucrum; totumque ſibi detrahi credit, quod ad titulos vicinæ bonitatis accedit. *Epiſt.* 92. *ad Reginald Epiſc. Bathonienſ. in fine, apud Bibl. Patrum, tom.* 12 *part.* 2. *pagina* 776. *columna* 2. *littera H. editionis Colon.* 1618.

157. Invidiæ proprium eſt, laudem alterius, ſuam reputare injuriam. *Ibidem, Ep.* 97. *ad Abbat. in princ. pag.* 781. *col.* 1. *B.*

158. Invidus viſis rebus opimis macreſcit. *Ibidem, ſermone* 11. *Quadrag. circa med. pagina* 853. *col.* 1. *E.*

S. Petrus Chryſolog.

159. Invidia {
Malum vetuſtum.
Prima labes.
Antiquum virus.
Seculorum venenum.
Cauſa funeris.
Inteſtinus hoſtis. *Serm.* 4. *de Prodigo, circa initium, apud Biblioth. Patrum, tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 664. *columna* 1. *littera C. edit. Colonienſis* 1618. *Proſecutio.*

160. Invidia non carnis quatit muros, non elidit ſepta membrorum, ſed in ipſam cordis arietat arcem, & antequàm viſcera ſentiant, ipſam dominam corporis animam prædo capit, & adducit incluſam. *Ibidem.*

161. Invidus avarus eſt, quando quidquid habet alter, ſe computat perdidiſſe. *Ibidem, ante fin. pagina* 664. *col.* 2. *F.*

162. Invidia de cœlo abjecit Angelum, de Paradiſo excluſit hominem. *Profec.*

163. Ipſa primùm contaminavit terras germano ſanguine: ipſa germanos compulit venumdare germanum. Ipſa Moyſen fugavit, Aaron in fratris excitavit injuriam, Mariam maculavit livore germani: ac quod pavet mens, quod viſus tremit, quod auditus non capit; ipſum Chriſtum attendit, & pervenit ad ſanguinem. *Ibidem, ſermone* 48. *ſub finem, pag.* 697. *columna* 2 *littera E.*

S. Petrus Chryſolog.

164. Invidia omnibus malis pejor, quos ceperit, liberari nequeunt: quos vulneravit, ad curam non veniunt, non redeunt ad ſalutem. *Ibidem.*

165. Invidia delictorum venenum, criminum virus, peccatorum mater, origo vitiorum. *Profec.*

166. Hanc qui non viderit, bona videt: hanc qui neſcierit, mala neſcit: hanc qui fugerit, vivit. *Ibidem.*

167. Invidia vitari fugâ poteſt, non poteſt ſuperari conflictu. *Ibidem.*

168. Dolet invidus, agit infelix, ne videat felicem, quem aliquando putaverat infelicem. *Ibidem, ſerm.* 123. *ante fin. pag.* 754. *col.* 2 *G.*

169. Omnia quidem vitia ad ſuorum ſemper intendunt & proſiliunt læſionem, ſed ſuos ſemper ampliùs invidia conſumit. *Profec.*

170. Invidia ſuorum carnifex ſemper extitit, extendit ſenſus, torquet animos, diſcruciat mentes, corda corrumpit.

171. Hanc qui receperit, ſua ſuſtinet ſine fine ſupplicia; quia in ſe domeſticum ſemper diligit habere tortorem.

172. Quis ibi malorum finis, ubi alterius bonum pœna eſt, ubi cruciatus eſt aliena felicitas? Malum multiplex, quot ſunt proſperitates hominum, tot tormenta ſunt invidorum. *Ibidem, ſerm.* 172. *in princ. pag.* 785. *col.* 2. *G.*

173. Cum aliis vitiis animus poterit confligere Chriſtianus, invidiam quiſquis antequàm ſentiat non fugerit, non evadit. *Ibidem, ante medium, &c.*

Philo Jud.

174. Invidia magnarum felicitatum adverſaria perpetua, tunc domum fortunatam aggreſſa, perturbat. *De Ioſeph. in princ. pag.* 726. *tom.* 1.

175. Sapientum animos non ſubit invidia. *De nobilit. ſub finem, pag.* 1225. *tom.* 2.

S. Proſper.

176. Tantos invidus habet, pœna juſta, tortores, quantos invidioſus habuerit laudatores. *Profec.*

177. Siquidem invidioſum facit excellentia meriti, invidum pœna peccati. *Libro* 3. *de vita Contemplat. cap.* , *in fine.*

178. Quis ei poterit ſubvenire, qui ſe ſibi exhibet invidendo carnificem? *Ibidem, cap.* 9. *poſt medium.*

S. Syneſius Epiſc.

179. Livor non tàm virtute reprimi, quàm inardeſcere atque inflammari ſolet, qui cùm natura ſecundis rebus immineat, quò cumulatiùs obveniunt, eò & æmulatio mœrorque in dies magis ac magis augetur. *De Provid. ſect.* 1 *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *parte* 1. *pagina* 74 *columna* 1. *B. edit. Colon.* 1618.

Tertullian.

180. Impietas profunda mali, mens invida vitæ. *Libro* 1. *Poemat. cap.* 1. *in principio, pagina* 1050. *litt. D. tom.* 4.

S. Theodoret.

181. Nihil eſt invidiâ ſceleratius. *Orat.* 6. *ſuper Daniel, circa medium, pagina* 410. *columna* 2. *littera E. tom.* 1.

Theophylactus.

182. Invidi quando beneficiis afficiuntur, tunc inſaniunt. *Super Matth. cap.* 12. *in illud, Ceperunt conſilium, &c. pag.* 35. *B.*

183. Invidia ſemper obſcurat bona, nec illa ab invidis videri ſinit. *Sup. Marc. cap.* 6. *in princ. pagina* 110. *littera B.*

S. Thomas Aquinas.

184. In damnatis eſt tanta invidia, quòd invident etiam propinquorum ſaluti. *Super* 4. *ſent. diſt.* 40. *art.* 1. *ad* 2.

S. Thomas a Villa Nova.

185. Nihil habet bonum invidia, niſi quod meritò torquet habentem. *Tom.* 1. *ſerm. fer.* 6. *poſt Dominicam Paſſion.*

186. Invidia pura malitia eſt, nihil habens commodi, ſed tormenti plena, nihil ſolatii, nihil voluptatis. *Ibidem.*

S. Valerian, Epiſcopus.

187. Invidia ad omnem litem animos humanæ mentis accendit. *Homil.* 2. *ante finem, apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 490. *col.* 1. *A. edit. Colonienſis* 1618.

S. VALERIAN. EPISC. 188. Invidi adversùs ſe pugnas inſtituunt, & domos ſuas proprio igne incendunt; in quorum ſinu clauſo flamma tenetur incendio. *Ibidem, Hom.* 13. *à medio, pag.* 491. *columna* 1. *B.*

189. Felicem planè illum judico, cujus glorioſam vitam torvis oculis alter aſpexit: nam ſatis bono loco eſt illius cauſa, qui alienâ laborat invidiâ; quia non livet homo, niſi melioribus. *Profec.*

190. Nec invidiæ ſubjacet, niſi quem ad celſiora melior vitæ profectus evexerit: illos verò pluſquàm miſeros puto, quos lucra alienæ felicitatis exagitant; & iracundia impiâ æmulatione concepta occultis cordis jaculis inquietat. *Ibidem.*

191. Videtur mihi ipſa invidia aliquid habere diſcretionis, cùm authoris ſui cor repercutit, & malè conſcium pectus cruento jugiter livore conſumit. *Ibidem, poſt med.*

S. ZENO EPISCOPUS ET MART. 192. Nihil humanæ invidiæ malo pernitioſius accidere poteſt: quod malum lædit parum quidem etiam eos, in quos intenditur, graviùs verò eos priùs, à quibus procedit affligit. *Serm. de livore, in principio, apud Bibl. Patrum, tom.* 3. *pag.* 130. *col.* 2. *G. edit. Colonienſis* 1618.

193. Quid hoc invidiæ malo tetrius? quid humanæ vitæ pernitioſius? qui tàm naturæ inimicum? quid tàm Deo ipſi adverſum? *Ibidem, ante medium.*

194. Fugiamus invidiam obicem pietatis, obſtaculum regni cœlorum, viam gehennæ, pignus & primitias quaſdam pœnæ perpetuæ. *Ibidem, poſt medium.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ANTISTHENES PHILOSOPHUS. 195. Quod rubigo ferro, hoc livor homini. *In ſent. poſt medium, ſent.* 3.

ARISTOTELES. 196. Invidus de omnibus dolet. *Lib.* 2. *Ethic. ad Nicomach. cap.* 7. *in fine, tom.* 2.

197. Invidens triſtatur, cùm quempiam prorsùs ſive dignum, ſive indignum benè agere viderit. *Lib.* 1. *Magnor. Moral. cap.* 28. *poſt medium. tom.* 2.

198. Invidus ob ſucceſſum, pluſquàm deceat, angitur. *Lib.* 2. *Ethic. ad Eundem, ante med. tom.* 2.

199. Invidus eſt alienis malis gaudens, & angitur dignorum ſucceſſu. *Ibidem, lib.* 3. *poſt med.*

CICERO. 200. O virtutis comes invidia! quæ bonos inſequeris plerumque, atque adeò inſectaris. *Lib.* 4. *de arte Rhetor. ante med. tom.* 1.

201. Nihil homini tàm timendum eſt, quàm invidia: & nihil innocenti ſuſceptâ invidiâ tàm optandum, quàm æquum judicium. *Orat.* 14. *pro Cluentio, ab init. num* 7. *tom.* 2.

PLATO. 202. Is qui invidet, ob vicinorum mala gaudere comperietur. *Tom.* 2. *ſizygia* 4. *de voluptate, in medio, pagina* 48. *B.*

203. Invidus dùm cæteris detrectando, ipſe unus cæteros ſupereminere arbitratur, ſed ipſe minùs rectè ad veram virtutem tendit. *Tom.* 2. *ſizygia* 4. *lib.* 2. *de legib. ante med. pag.* 731. *A.*

PLINIUS II. 204. Nihil eſt tàm pronum ad ſimultates, quàm æmulatio: ea porrò maximè naſcitur e a conjunctione, alitur æqualitate, ardeſcit invidiâ, cujus finis eſt odium. *In panegyr. de Trajano Auguſto, longe poſt med. pag.* 395.

SENECA. 205. Quàm periculoſa res eſt invidia! quàm magnos viros oppreſſit. *Lib.* 1. *Controverſ.* 8. *poſt med. pag.* 85. *tom.* 1.

206. Nihil eſt invidiâ periculoſius, hanc ſapientes viri peſtiferam vitandam eſſe præcipiunt. *Ibidem, lib.* 3. *Controverſ.* 21. *ante fin. pag.* 171.

207. Invidiam effugies, ſi te non ingeſſeris oculis, ſi bona tua non jactaveris, ſi ſcieris in ſinu gaudere. *Ep.* 95. *poſt initium, pag.* 625. *tom.* 2.

Vide etiam tit. Diabolus ſent. 127. *Felicitas. ſent.* 51. 52. 129. *Ira in genere. ſent.* 58. *Occiſio. ſent.* 56. *Poteſtas in genere. ſent.* 9. 74. *Superbia. ſent.* 46. 47.

Invitus, ſeu Violentia.

DEFINITIO, DIVISIO.

DEFINITIO.

VIOLENTIA eſt, per quam malitia ſeu injuria commodi gratia in inferiorem potenter & per vim exercetur. *De fruct. carnis & ſpirit. cap.* 8. *in medio, pag.* 161. *C. tom.* 2. HUGO A S. VICTORE.

Invitè fieri id dicitur, quod principium extrinſecus habet, nihil ſuopte motu atque conatu ad actionem conferente eo, cui vis affertur. *Lib.* 2. *de fide orthodox, cap.* 24. *ante med. fol.* 207. *col.* 2. *B.* S. JOANNES DAMASCENUS.

DIVISIO.

HUGO CARD.

Aliquis poteſt dici invitus aliquid facere tripliciter.
- Quando facit coactione effectiva, non ſufficiente.
- Quando murmurando, & recalcitrando.
- Quando facit quod ſecundùm ſe non placeret ei, nec faceret, niſi Injunctum eſſet ei. *Super Epiſt. ad Rom. cap.* 8. *fol.* 47. *col.* 4. *tom.* 7.

S. JOANNES DAMASC.

Invitè duplici modo aliquid fit, nempè.
- Per vim.
- Per imprudentiam. *Lib.* 2. *de fide orth. cap.* 24. *ante medium, fol.* 207. *col.* 2. *B.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Sapiens neque cogi, neque prohiberi poteſt. *Libro* 2. *Epiſt.* 7. *ad Simplician. ante med. col.* 519. *C. tom.* 3.

2. Virtutis non coactus, ſed voluntarius executor eſt ſapiens; undè liquet quia nihil invitus facit, neque cogitur. *Ibidem, circa med. col.* 519. *D.*

3. Neceſſitas, quæ invito imponit obſequium, affert plerumque faſtidium. *Profec.*

4. Nihil eſt enim tàm facile, quin habeat difficultatem, quod facias invitus. *Lib.* 5. *Hexam. cap.* 15. *ante fin. col.* 867. *D tom.* 4.

S. ANSELMUS. 5. Hominem invitum mori, miſerum eſt. *Lib.* 1. *Cur Deus. cap.* 9. *ante med.*

S. AUGUSTIN. 6. Nemo invitus benè facit, etiamſi bonum eſt quod facit. *Libro* 1. *Confeſſ. cap.* 12, *in principio, pagina* 50. *D. tom.* 1.

7. Nemo ſecurus eſt in his bonis, quæ poteſt invitus amittere. *Profec.*

8. Veritatem atque ſapientiam nemo amittit invitus: nemo autem vult aliquid nolens. *Libro* 2. *de libero arbit. cap.* 14. *in principio, pagina* 458. *littera D. tom.* 1.

9. Oneroſior eſt quàm utilior diligentia, ut quamvis magnum deſeratur malum, & magnum teneatur bonum, cogi tantùm homines, non doceri. *Ep.* 127. *ad Donatum, in fine, pag.* 413. *B. tom.* 2.

10. Quidquid in virgine nec commiſit, nec permiſit libido patientis, ſolius erit culpa facientis, omniſque illa violentia non pro corruptionis turpitudine, ſed pro paſſionis vulnere deputabitur. *Epiſt.* 122. *ad Victorian. in fine, pag.* 409. *B. tom.* 2.

11. Violentiâ non violatur pudicitia, ſi mente ſervatur: quoniam nec in carne violatur, quando voluntas patientis ſua turpiter carne non utitur, ſed ſine conſenſione tolerat, quod alius operatur. *Ep.* 180. *ad Honoratum, ante med. pag.* 516. *D. tom.* 2.

12. Multa bona præſtantur invitis, quando eorum conſulitur utilitati, non voluntati. *In Enchiridio. cap.* 72. *in fine, pag.* 125. *B.*

S. Augustin.

13. Potes aurum perdere, & oolens, potes domum, potes honores, potes ipſum carnis ſalutem: bonum verò quo verè bonus es, nec iovitus sccipis, nec invitus smittis. *Serm. 12. de Verbis Domini, ante finem, pagina 38. littera C. tom. 10.*

14. Nihil proficit benè operari ex coactione, niſi ex voluntate libera ſaciatis: qui enim benè ſaciunt coactè, Deo non ſont accepta, quæ faciunt. *Sermone 34. ad fratres in Eremo, poſt medium, pag. 96. litt. D. tomo 10.*

15. Nemo bonus eſſe poteſt invitus. *Et hab. apud Gratian. in decret. part. 2. cauſa 23. quæſt. 6. can. Vides, fol. 307. columna 4.*

16. Potentior non cogit in aliquid, niſi quod ſuæ poteſtati ſubditum eſt. *De Immort. animæ, cap. 13. circa medium, tom. 1.*

17. Omnis invitus faciens cogitur, & omnis qui cogitur, ſi facit, nonniſi invitus facit: reſtat ut volens à cogente ſit liber, etiamſi ſe quiſpiam cogi putet. *Profectio.*

18. Et hoc modo, omnis qui volens facit, non cogitur: & omnis qui non cogitur, aut volens facit, aut non facit. *De duab. animab. cap. 10. poſt medium, tom. 6.*

19. Non cogeris, Deus, invitus ad aliquid; quia voluntas tua non eſt major potentiâ tuâ. *Lib. 7. Conf. cap. 4. ante fin. tom 1.*

20. Deus non aliquid invitus facere cogitur. *Lib. 22. contra Fauſtum, cap. 12. in med. tom 6.*

21. Qui cogitur neceſſitate aliquid facere non peccat. *Contra Fortunat. Diſputat, 1. poſt medium, tomo 6.*

22. Diabolus ſolicitare poteſt, cogere non poteſt: non enim cogendo, ſed ſuadendo oocet. *Hom. 12. ex quinquag. Hom. in medio, tom. 10.*

23. Propriâ cogitatione noo peccat invitus. *Lib. 3. de Libero arbitr. cap. 10. circa initium, tom. 1.*

24. Quod invitus facerem, pati me potiùs quàm facere videbam. *Libro 7. Confeſſ. cap. 3. poſt medium, tom. 1.*

25. Ex magna parte id patiebar invitus, quod faciebam volens. *Ibidem, libro 8. cap. 5. ante medium.*

26. Non ſanè quidquid ab invito ſumitur, injurioſè aufertur. *Epiſt. 54. longe poſt med. tom 2.*

27. Si pœnam meretur qui peccat invitus, debet & præmium mereri qui benè facit invitus. *Contra Fortunat. Diſput. 2. ante med tom. 6.*

28. Ad veritatem recipiendam cogendi ſunt etiam inviti. *Libro 1. contra Gaudent. cap. 25. per totum, tom. 7.*

29. Cujus voluntas ſuperat omnia, nulla ex parte quidquam ſentit invitus. *Lib. 2. de Gen. contra Manich. cap. 29. ante fin. tom. 1.*

30. Noli te cogitare invitum trahi, trahitur animus & amore. *Tract. 26. ſuper Joan. ante med. tom. 9.*

31. Invitum errare, pœna peccati eſt. *Annot. in Iob, cap. 14. in medio, tom. 4.*

S. Basilius Magn.

32. Nihil coactum laudabile eſt. *Sup. Pſ. 114. conc. 16. ante med. verſ 3. pag. 137. tom. 1.*

33. Quod coactum eſt, poſtquàm ad breve quoddam tempus ortum eſt, ſtatim in ea, ex quibus conflatum eſt, dilabitur. *Apud D. Joan. Damaſc. lib. 1. Parall. cap. 58. in principio, folio 32. pagina 2. D.*

S. Bernard.

34. Invitum tenere ad quod invitus tractus eſt, durum pro illo, fructuoſum nemini eſt. *Ep. 258. ad Eugen. Pap. in medio, fol. 263 columna 1. B.*

S. Bonavent.

35. Coacta ſervitia Deo noo placent, quia generoſus eſt animus hominis, & faciliùs ducitur, quam trahitur. *In caput 5. Lucæ. poſt initium, pagina 54. columna 2. C. tom. 2.*

36. Agenda ſunt multa cum invitis benigna quadam aſperitate plectendis, quorum potiùs eſt utilitati conſulendùm, quàm voluntati. *Ibidem, cap. 6. pag. 74 col. C. tom. 2.*

S. Bruno.

57. Vim vi repellere oullæ leges prohibent. *De feſtis Sanctor. de Nat. Dom. poſt init. pagina 80. columna 2. tom. 2.*

S. Cæsarius Arelat. & S. Euseb. Emissen.

38. Quidquid inviti atque compulſi facimus, noverimus nos ex eo non ſolùm noo habere profectum, ſed maximum detrimentum. *Homil. 28. ante medium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. parte 3. pagina 775. col. 2. F. edit. Colon. 1618. Et S. Euſeb. Emiſſen. Hom. 6. ad Monach. ante med.*

S. Eusebius Emissen.

39. Ante omnia caveamus, ut quod oobis agere neceſſe eſt, non agamus inviti. *Ibidem, Hom. 8. poſt med. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 1. edit. Colon. 1618.*

Gloss. Decr.

40. Vim vi repellere licet. *In decret. Gratiani, fol. 2. columna 4. edit. Lugdun. 1540.*

Glossa ord.

41. Regnat Deus voluntariis, invitis imperat. *Super Pſ. 2. col. 446. E tom. 3.*

42. Omnis, qui vim ſibi facit, vehementi ſtudio properat, ooo torpenti lenteſcit. *Profec.*

43. Eſt ergo fidei religioſa violentia, ſegnities crimioſa.

44. Faciamus itaque vim naturæ, ut non ad terrena demergat, ſed ad ſuperna ſe erigat. *Super Luc. cap. 16. in illud, Omnis in illud vim facit. col. 919. littera C. tom. 5.*

S. Gregorius

45. Quod mens ſpontè non recipit, congruè non diſponit. *Lib. 1. in Regiſtro. ind 9. cap. 5. Ep. 5. ad Theotiſtam, in fine, col. 642. C. tom 2.*

S. Greg. Naz.

46. Vi adigi, nequaquàm legis eſt noſtræ: nec aliquid quod violentum eſt, ſed voluotarium: volentium enim, & oon coactorum, ſalutis eſt myſterium. *Orat. 4. cùm à Patre in conſortium aſſumptus, &c. ſub fin. pag. 34.*

47. Quidquid coactum eſt, diuturnum non eſt: voluntarium autem quod eſt, tùm diuturnius eſt, tùm etiam tutius. *Libro 5. de Theologia, poſt medium, pagina 276.*

48. Quod invitè fit, præterquàm quod tyrannicum eſt, ac laudis expers, oe quidem firmum ac ſtabile eſt. *Profec.*

49. Solet enim quod coactum eſt, non ſecùs ac plantæ manibus per vim inflexæ, ſimul atque dimiſſa eſt ad ſeipſam redire *Ibidem, &c.*

50. Quod invitè fit, ſtatim moleſtiam affert: quod autem ſpontè, ſatietatem non admittit, ſed ſemper & gratia & deſiderio vireſcit. *Et hab. apud D. Ioannem Damaſc. lib. 1. Parall. cap. 58. in medio, fol. 33. pag. 1. littera A.*

S. Gregorius Thaumat.

51. Repugnante naturâ, inanis omnia ſunt. *Et hab. apud D. Ioan. Damaſc. lib. 3. Parall. cap. 101. fol. 139. pag. 2. lit. C.*

S. Hieron.

52. Nulla res tàm facilis eſt, quin difficilis fiat, ſi invitus facias. *Tom. 4. Ep. 19. ad Præſidium de cereo Paſchali, in princ. pag. 116. D.*

53. Factum inviti acceptum non eſt. *Sup. 2. ad Cor. cap. 8. in illud, Facto perficite, pagina 337. littera B. tom. 9.*

Hugo Card.

54. Nemo illius rei mercedem accipit, quam invitus facit. *Super Ep. ad Rom. cap. 8. fol. 47. columna 4. tom. 7.*

S. Ioannes Damasc.

55. Virtutis nomen obtinere non poteſt, quòd quis per vim atque invitus efficit. *Lib. 2. de fide orthod. cap. 12. ante med. fol. 195. pag. 1. B.*

Petr. Bles.

56. Non eſt meritorium apud Deum, quod præter liberam arbitrii benevoleotiam eſt extortum. *Epiſt. 54. ad Pictavienſ. Archidiacon. circa medium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 743. col. 1. A. editionis Colonienſ. 1618.*

57. Coacta ſervitia Dominus non acceptat: Ego homo ſum, non aſinus, ut ſpootaneus inviter ad onera, non compellar invitus. *Ibidem, Epiſt. 123. ad*

Richard Londonenſ. Epiſcop. in fine, pagina 801. *col.* 1. *littera A.*

PHILO JUD. 58. Quidquid violentum, non diuturnum eſt. *Lib. Quòd Deus ſit immut. poſt medium, pagina* 430. *tom.* 1.

59. Ubi deeſt aſſenſio in violentia, nec qui patitur verè patitur, nec qui præter animi ſui ſententiam lædit, reus eſt patrati facinoris. *De migrat. Abrahami. in calce, pag.* 586. *tom.* 1.

SALVIANUS. 60. Nihil eſt tàm leve, quod ei non grave ſit, qui invitos facit *Lib.* 1. *de Gubernat. Dei. poſt initium, apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *edit. Colonienſis* 1618.

61. Totum durum eſt quidquid imperatur invitis. *Ibidem, libro* 4. *ad Eccleſ. Catholic. circa finem.*

IN VIT. PATR. 62. Quod ab invito fit, id eſt valdè moleſtum; quod autem eſt voluntarium, etiamſi ſit laborioſum, minorem affert dolorem. *Libro* 9. *cap.* 28. *ante finem, pagina* 849. *columna* 2.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES 63. Videtur ea invitus facere quiſpiam: quæ violentiâ, vel per ignorationem facit. *Lib.* 3. *Ethic. ad Nicomach. cap.* 1. *in princ. tom.* 2.

64. Id eſt violentum, cujus principium eſt foris, in quod nihil ia qui agit aut patitur, confert. *Ibidem.*

65. Id violentum eſt, cujus principium eſt foris, nihil prorsùs eo conferente, cui vis eſt illata. *Ibidem, circa med.*

66. Ab invito id effectum eſt omne, pro quo dolet, qui egit, ipſumque pœnitentia ſubit: non tamen erit invitus; quippè cùm non doleat ob id. *Profec.*

67. Qui igitur ob ignorationem quippiam agit, ſi ipſum pœniteat, invitus feciſſe videtur: ſi non pœniteat, cùm is alius ſit, non ſponte dicitur egiſſe. *Ibidem, &c.*

68. Beatus nemo eſt invitus, ſponte autem noſtrâ pravitas comparatur. *Ibidem, cap.* 5. *circa initium.*

69. Quæcumque inviti agimus, coacti faciamus neceſſe eſt. *Libro* 1. *Magnor. Moral. cap.* 13. *prope med. tom* 2.

CICERO. 70. Niſi coactus, rectè facere neſcis. *Orat.* 8. *in Verrem. lib.* 3. *act.* 4. *ante med. tom.* 2.

71. Vis abeſto, nihil eſt enim exitioſius, nihil minùs humanum, quàm quidquam agi per vim. *Lib.* 3. *de legibus, ante finem. num.* 42. *tom.* 4.

72. Non debet ratum eſſe quod actum eſt per vim, quaſi verò forti viro vis poſſit adhiberi. *Lib.* 3. *Offic. ante finem tom.* 4.

73. Soli hoc contingit ſapienti, ut nihil faciat invitus, nihil dolens, nihil coactus. *De Paradoxis, cap.* 5. *poſt init. tom.* 4.

PLATO. 74. Non ſanè invito animo fit voluntarium *Tom.* 3. *ſizyg.* 6. *in dialogo de juſto. in fine, pagina* 375. *littera C.*

SENECA. 75. Nihil cogor, nihil patior invitus, nec invitus ſervio Deo, ſed aſſentio. *Lib. de divina provid. cap.* 5. *circa med pag.* 398 *tom.* 1.

76. Turpe eſt non ire, ſed ferri. *Epiſt.* 37. *in fine, pag.* 590. *tom.* 2.

77. Nihil invitus facit ſapiens. *Ep.* 54. *in calce, pag.* 618. *tom.* 2.

78. Da operam, ne quid unquàm invitus facias; quidquid neceſſe eſt, futurum eſt. *Profec.*

79. Repugnanti non volenti, neceſſitas eſt; in volente, neceſſitas non eſt.

80. Non qui juſſus aliquid facit, miſer eſt; ſed qui invitus facit. *Epiſtola* 61. *in medio, pagina* 635. *tomo* 2.

81. Non eſt glorioſum, quod ab invito & tergiverſante fit. *Epiſtola* 82. *poſt medium, pagina* 709. *tom.* 2.

82. Quidquid imperio cogitur, exigenti magis, quàm præſtanti acceptum refertur. *Libro* 2. *dictor. memorabil. cap.* 1. *ante med pag.* 62. VALERIUS MAXIMUS.

83. Plerumque plus valet quod violentia cogit, quàm quod ſuadet & præcipit verecundia. *Ibidem, lib.* 3. *cap.* 8. *circa med. pag.* 146.

Vide etiam tit. Bonum ſent. 83 *Cælum ſent.* 32. *Continentia. ſent.* 16. *Honeſtas. ſentent.* 55. *Obedientia. ſent.* 100. 229 *Occupatio. ſent.* 49. *Punitio. ſent.* 38. *Rapina. ſent.* 5. *Servire Deo. ſent.* 40. *Timor pœnæ. ſent.* 23. *Voluntas in genere. ſent.* 7. 8.

Joannis Bapt. Encomia.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. ERAT Joannes magnus non virtute corporis, ſed animi magnitudine. *Libro* 1. *ſuper Lucam, cap.* 1 *in illud, Et erit magnus, &c. columna* 1628. *C. tom.* 5. S. AMBROSIUS.

2. Nondum inerat illi ſpiritus vitæ, & jàm inerat ſpiritus gratiæ *Ibidem, in illud, Et Spiritu ſancto implebitur, &c. col.* 1628. *D.*

3. Exempla in Joanne fuerunt eximia, auſteritatis, paupertatis, & caſtitatis. *Profec.* S. ANTONIN.

4. Quis auſterior, quis pauperior, aut caſtior Joanne? *Part.* 3. *tit.* 18. *cap.* 5. §. 7. *poſt medium, fol.* 281. *col.* 1.

5. Joannes Patriarcha eſt diſcipulorum Chriſti, & Anachoretarum. *Part.* 4. *tit.* 31. *cap.* 7. *ante fin. fol.* 440. *col.* 4.

6. Si Beatus Joannes prænuntiatus ab Angelo, ſanctificatus in utero, laudatus à Domino, inter natos mulierum major, tanta fuit uſus aſperitate; quid nos in peccato concepti, peccatis onerati, reprobandi à Domino (niſi miſericordia affuerit) quid debemus facere? quanta afflictione, quanta auſteritate nos affligere? *Sermone Dom.* 2. *Adventus, in fine, fol.* 12. *columna* 1. S. ANTONIUS DE PADUA.

7. Nihil humilius, ipſo præcone: nullum tantum meritum Joannes habuit, quàm de iſta ipſa humilitate, qui cùm potuerit fallere homines, & putari Chriſtus, & haberi pro Chriſto, confeſſus eſt tamen apertè & dixit, Non ſum ego Chriſtus. *Tract.* 4. *ſup. Evang. Ioan. de cap.* 1. *ante medium, pagina* 22. *littera D. tom.* 9. S. AUGUSTIN.

8. Joannes Baptiſta quantò præclarior erat in natis mulierum, & quantò humilior ad cognoſcendum Deum, tantò meruit eſſe amicus ſponſi. *Ibidem, in princ. pag.* 20. *D.*

9. Joannes præcurſor Domini, locuſtis in eremo & agreſti melle nutritur: non animalium carnibus, non volucrum ſuavitatibus paſcitur. *Sermone* 2. *Dom.* 1. *Quadrageſ. & in ord.* 65. *in med. pag.* 512. *littera D. tom.* 10.

10. Non ſurrexit major Joanne Baptiſta; præcellit cæteros, eminet univerſis, antecellit Prophetas, ſupergreditur Patriarchas, & quiſquis de muliere natus eſt, inferior eſt Joanne. *Sermone* 2. *de S. Ioan. Baptiſt. & in ord.* 22. *in principio, pag.* 862. *littera C. tom.* 10.

11. Crucifigitur Petrus, gladiatur Paulus, & dignitas remanet Præcurſori. *Profec.* S. BERNARD.

12. Purpuratur Roma multitudine Martyrum, totaque ſublimitas Beato refunditur Patriarchæ. Joannes ubique major, in omnibus ſingularis, mirabilis ſuper omnes. *Serm. privilegii S. Ioan. Bapt. paulò ante fin. fol.* 351. *col.* 3 *H.*

13. Joannes, Patriarcha, imò Patriarcharum finis & caput *Profec.*

14. Joannes, Propheta, imò pluſquàm Propheta:

Digitized by Google

quia quem venientem nuntiavit, digito demonſtravit.

S. Bernard. 15. Joannes, Angelus; ſed inter Angelos electus eſt.

16. Joannes, Apoſtolus; ſed & Apoſtolorum primus & princeps: quia fuit primus homo miſſus à Deo.

17. Joannes, Evangeliſta; ſed Evangelii primus inciſor, prædicans Evangelium regni.

18. Joannes, Virgo; imò virginitatis inſigne ſpeculum, pudicitiæ titulus, caſtitatis exemplum.

19. Joannes, Martyr; ſed & Martyrum lumen, inter Nativitatem mortemque Chriſti conſtantiſſimi forma Martyrii.

20. Joannes vox clamantis in deſerto, præco Verbi, judicis præcurſor. *Ibidem, ut ante, in fine. fol.351. col. 3. littera H. & I.*

21. Quis Sanctorum virorum ſimilis in caſtitate & laude Joanni venit æquandus? *Libro de Paſſione Domini, cap. 29. non longe a medio, fol. 69. columna 2. littera E.*

S. Bonavent. 22. Joannes Sanctiſſimus, ab omni mollitie carnalitatis erat alienus. *Super Lucam, cap. 7. in illud, Hominem mollibus veſtitum. pagina 86. columna 2. littera D. tom. 2.*

23. Excellentius fuit Joannis officium, quàm Prophetarum: quia Propheta prædicit abſentia, ſed vox Joannis patefacit præſentia. *Ibidem, in illud, Pluſquam Prophetam, pagina 87. columna 1. littera C.*

24. Magnus fuit Joannes per vitæ meritum, major per doctrinæ magiſterium, maximus per gratiæ privilegium. *Ibidem, &c.*

25. Tria, quæ homines ambiunt, contempſit beatus Joannes; ſcilicet ſublimitatem excellentiæ, negando ſe eſſe Chriſtum: æſtimationem ſanctimoniæ, negando ſe eſſe Eliam: opinionem incognitæ ſcientiæ, negando ſe eſſe prophetam. *Super Joann. cap. 1. in illud, Non ſum. pagina 308. columna 2. tom. 2.*

26. Joannes Baptiſta prius diù fecit, quàm ad prædicandum acceſſerit. *Serm. 2. de S. Marco in principio, pag. 245 col. 1. tom. 3.*

27. Tu & in adventu, & in receſſu genuflecte Joanni, deoſculans pedes ejus, benedictionem petens, & ei te commendans. *Profec.*

28. Excellens enim & valdè mirabilis à cunabulis eſt puer iſte: ipſe fuit primus Eremita, & principium, & via religioſè vivere volentium.

29. Fuit virgo puriſſimus, fuit prædicator permaximus, fuit pluſquàm Propheta, fuit etiam Martyr glorioſus. *Libro Medit. vita Chriſti, cap. 13. ante fin. pagina 345. columna 1. littera E. tom. 6.*

Clem. Alex. 30. Beatus Joannes deſpectis ovium pilis, qui delicias redolent, pilos camelorum elegit, & eis ſe veſtiit; ſimplicem vitam, & à dolo alienam repræſentans. *Lib. 2. Pædagogi. cap. 10. ante fin. fol. 42. pag. 2. littera E.*

S. Cyprianus. 31. Joannes major inter Prophetas eſt habitus, Præcurſor Domini ac prædicator fuit: Dominum non tantùm verbis prænuntiavit, ſed & oculis oſtendit, & ipſum Chriſtum, per quem baptizantur cæteri, baptizavit. *Ep. 73. ad Iubajaanum. cap. 7. prope med pag. 186. col. 1. tom. 1.*

S. Cyrillus Hierosol. 32. Joannes Baptiſta maximus quidem inter Prophetas, archidux autem novi Teſtamenti. *Catecheſ 10. ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 419. columna 1. D. edit Colon. 1618.*

S. Eusebius Emissen. 33. Felix parentum meritis, felicior ſuis. *Hom 2. de S. Ioan Bapt. in principio, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pagina 573. columna 1. littera D. edit. Colon. 1618.*

Glos. Ord. 34. Ipſe Joannes in ſemetipſo erudit pœnitentes, & formam vitæ exhibet in deſerto habitans, de locuſtis vivens, pilos cameli veſtiens. *Super Matth. cap. 3. in illud, Ipſe autem Ioannes, &c. col. 71. A. to. 5.*

35. Sancti Joannis Baptiſtæ verba clavi erant, quia culpas delinquentium neſcivit palpare, ſed pungere. *Libro 24. Moral. cap. 9. circa medium, columna 817. A. tom 1.* S. Gregor. Magnus.

36. Quid eſt quòd Joannes Dei voce laudatur; & tamen pro temulenti verbis in ſaltatricis præmium moritur? *Ibidem, lib. 3. cap. 5. poſt med. col. 66. C. tom. 1.*

37. Joannes Baptiſta aliis durus erat, ſed ſibi remiſſus non erat. *Lib. 4. in 1. Reg. cap. 3. longè ante med. ſuper illud Matth. 3. Genimina viperarum, &c. columna 1415. D. tom. 2.*

38. Joannes Baptiſta mollibus veſtitus non fuit, quia vitam peccantium non blandimentis fovit, ſed vigore aſperæ invectionis increpavit. *Homil. 6. in Evang. circa med. col. 336. C. tom. 2.*

39. Joannes pluſquàm Propheta eſt, quia eum quem præcurrendo prophetaverat, etiam oſtendendo monſtrabat. *Ibidem.*

40. Sicut Helias præcurſor venturus eſt judicis, ita Joannes Baptiſta præcurſor eſt factus Redemptoris. *Homil. 7. poſt initium, columna 339. littera A tom. 2.*

41. Joannes Baptiſta ſanctam matrem habuit, pontificiſque filius erat, & tamen nec matris affectu, nec patris opibus vincebatur, ut in domo parentum cum periculo viveret caſtitatis. *Profec.* S. Hieron.

42. Vivebat in eremo, & oculis deſiderantibus Chriſtum nihil aliud dignabatur aſpicere: veſtis aſpera, zona pelliсea, cibus locuſtæ, mel ſilveſtre, omnia virtuti & continentiæ præparata. *Tom. 1. Epiſt. 4. ad Ruſtic. ante med. pag. 44. D.*

43. Joannes Baptiſta arguit Herodem & Herodiadem, quòd illicitas nuptias fecerint, malens periclitari apud regem, quàm propter adulationem eſſe immemor præceptorum Dei. *Lib. 2. ſuper Matth. cap. 14. can. 2. num. 144. ſup. illud, Herodes autem tenuit Ioannem, pag. 43. B. tom. 9.*

44. Vitæ auſteritas, vigorque mentis, Heliæ & Joannis pares ſunt: ille enim in Eremo, iſte in Eremo: ille zonâ pelliceâ cingebatur, & iſte ſimile habuit cingulum: ille quoniam regem Achab & Jezabel impietatis arguit, fugere compulſus eſt; iſte quia Herodis & Herodiadis illicitas arguit nuptias, capite truncatur. *Lib. 2. ſup. Matth. cap. 11. ſup. illud, Ipſe eſt Helias, &c. pag. 35. D. tom 9.*

45. Ante conceptionem Joannis Baptiſtæ, ejus nobis loquitur annuntiatio: poſt mortem ejus, virtutum ipſius opinio: in vita ejus, ſancta converſatio. *Ser. 73. in diverſis. de S. Ioan. Bapt. in principio, pagina 395. lit. G. tom. 2.* Hugo a S. Victore.

46. Quemadmodum varia diverſitas lapidum pretioſorum in veſtimento, ſic in beato Joanne emicat diverſarum virtutum multitudo, & ejuſdem multitudinis pulchritudo. *Profec.*

47. Scilicet, contemptus ſeculi, amor Dei, abſtinentia cibi, aſperitas veſtimenti, quies ſolitudinis, verbum prædicationis, virginitas corporis, humilitas cordis, rigor ſeveritatis, confeſſio veritatis, virtus patientiæ, odor bonæ famæ.

48. Ipſe eſt aurora veri ſolis, præcurſor Redemptoris, miles ſuperni Regis, præco judicis, vox clamantis, Propheta venturi, miniſter Domini, Index Agni, Baptiſta Chriſti, amicus ſponſi.

49. Ipſe eſt prædicator pœnitentiæ, amator caſtimoniæ, perſecutor luxuriæ, teſtificator juſtitiæ, defenſor innocentiæ.

50. Ipſe eſt ſanctorum parentum filius, cœleſtium ſecretorum conſcius, propinquorum gaudium, vicinorum gratulatio, univerſorum admiratio.

51. Ipſe cum Apoſtolis, imò præ Apoſtolis nuntius Chriſti, lux mundi, ſal terræ, lucerna ſuper candelabrum, civitas ſuper montem poſita.

52. Ipſe annuntiatus ab Angelo, ſanctificatus in utero

Digitized by Google

utero, clarificatus in mundo, coronatus martyrio, glorificatus in cœlo.

HUGO A S. VICTORE.

53. Ipſe meritò per orbem terrarum fidelium vocibus attollitur, verbis prædicatur, laudibus honoratur, ſolemnitatibus eccenſetur.

54. Ipſe verè eſt palma, verè cedrus: palma per juſtitiam, cedrus per gloriam. *Serm. 73. de S. Joan. Bapt. per totum, pag. 395. tom. 2.*

55. Meritò Joannes dici debuit, qui ſupernæ gratiæ prænuntiator & prædicator extitit: cujus Chriſtus lator, & dator ſtatim fuit. *Ibidem, ſerm. 54. circa init. pag. 396. littera F.*

56 Præconia B. Joannis Baptiſtæ, hæc ſunt.
- Miraculum in conceptione.
- Gaudium in nativitate.
- Sublimitas in converſatione.
- Humilitas in confeſſione.
- Veritas in prædicatione.
- Conſtantia in morte. *Lib. 3. Miſcellan. codic. 2. tit. 31. in princ. pag. 175. F. tom. 3.*

HUGO CARD.

57. Joannes Baptiſta præceſſit Chriſtum quadrupliciter: naſcendo, prædicando, baptizando, moriendo. *Profec.*

58. Sicut præco judicem, aut ſicut vox verbum, aut ſicut ſervus dominum, aut ſicut lucerna portatur ante regem. *Super Pſalmum 131. in fine, fol. 335. columna 3. tom. 2.*

S. INNOC. III.

59. Quantus extiterit Joannes, tàm prophetica, quàm evangelica lectio proteſtatur: fuit enim
- Magnus in prædeſtinatione.
- Magnus in annuntiatione.
- Magnus in conceptione.
- Magnus in natura.
- Magnus in perſona.
- Magnus in gratia.
- Magnus in officio.
- Magnus in merito.
- Magnus in ſacramento.
- Magnus in dignitate.
- Magnus in poteſtate.
- Magnus in claritate.
- Magnus in opinione.
- Magnus in prædicatione.
- Magnus in paſſione. *Serm. 1. de S. Joann. Bapt. circa init. fol. 54. col. 1.*

S. JOANNES CHRYSOST.

60. Sanctus Joannes eſt
- Schola virtutum.
- Magiſterium vitæ.
- Sanctitatis forma.
- Norma juſtitiæ.
- Virginitatis ſpeculum.
- Pudicitiæ titulus.
- Caſtitatis exemplum.
- Pœnitentiæ via.
- Peccatorum venia.
- Fidei diſciplina.
- Major homine.
- Par Angelis.
- Legis ſumma.
- Evangelii ſatio.
- Apoſtolorum vox.
- Silentium Prophetarum.
- Lucerna mundi.
- Præcurſor judicis.
- Chriſti metator.
- Domini teſtis.
- Totius medius Trinitatis. *Homil. 15. ex diverſ. in Matth. in princ. col. 1178. B. tom. 2.*

61. Qui vincula ſolverat peccatorum, peccatoris vinculis alligatur, ut vincta venia, locum veniæ non relinquat. *Ibidem, ab initio. col. 1178. D.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

62. Joannes orbi notus, famæ virtute cognitus, celebratiſſimus ſanctitate. *Ibid. ante med. col. 1179. A.*

63. Sicut ſacerdotum principes, ſunt ſacerdotes Apoſtoli: ſic monachorum princeps, Joannes Baptiſta eſt. *Hom. 1. ſup. Marc. ante finem, col. 1250. littera D. tom. 2.*

64. Nullus homo tantùm diſtat ab homine, quantùm à Chriſto Joannes. *Hom. 2. ſup. 2. Tim. in morali, circa finem, col. 1547. A. tom. 4.*

65. Pauper Joannes erat, & tecto, urbe, copiâ, ciboque carebat. *Serm. de virt. & vitiis poſt med. col. 778. B. tom. 5.*

66. Joannes Angelis eſt glorioſior, quia homo fuit, & propter virtutis meritum Angelus eſt vocatus, quaſi nomine Angelus, & naturâ fuiſſet. *Prof.*

67. Angelus enim hoc ipſum quod Angelus eſt, non tantùm virtutis præmium, quantum naturæ proprietas.

68. Iſte autem mirabilis eſt, qui humanâ naturâ Angelicam ſanctitatem tranſgreſſus eſt, & obtinuit (quod non habuit naturâ) per gratiam Dei. *Hom. 27. ſup. Math. oper. imperf. poſt med. col. 915. tom. 2.*

S. ISIDORUS HISPALENS.

69. Joannes Baptiſta.
- Filius Zachariæ.
- Ex tribu Levi.
- In Hieruſalem ortus.
- Angelo denuntiante conceptus.
- Prænuntius Chriſti.
- Præco judicis.
- Propheta Altiſſimi.
- Vox Verbi.
- Amicus ſponſi.
- Lucerna luminis.
- Terminus Prophetarum.
- Baptiſmatis initium. *De vita & morte Ss. novi Teſtam. cap. 67. pagina 539. col. 1.*

S. LAURENT. JUSTIN.

70. Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam?) Quaſi diceret, non fuit Joannes mobilis ſicut arundo, ut levitate mentis & fidei de Domino ambigeret, quem antè prædicaverat. *Profec.*

71. Non fuit arundo Joannes, ſed columna immobilis: non movebatur vento tentationum, nec proſperis erigi, nec adverſis inclinari noverat: non quatiebatur timore, nec flectebatur adulatione, nec cum blandum gratis, nec ira cujuſlibet aſperum faciebat. *De ligno vitæ tract. 9. de perſever. cap. 4. ante med. pag. 53. col. 1. lit. F. parte 1.*

S. MAXIMUS EP. TAURIN.

72. Joannes plus eſt, quàm Propheta, cùm cæteri omnes venturi adhuc Chriſti fuêre præcones, hic autem probatiſſimus venit Domini præſentis aſſertor. *Profec.*

73. Pluſquàm Propheta eſt, cujus manibus (quod nulli eſt præſtitum Prophetarum) baptizandum ſe Dei Filius inclinavit.

74. Pluſquàm Propheta eſt, cujus tanta eſt prærogativa meritorum, ut uno eodemque momento, cœli terræque arbitrum ſubmerſum aquis tingeret in Jordane. *Hom. 3. de Nativ. B. Ioan. Bapt. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 31. col. 2. lit. F. edit. Colonienſis 1618.*

S. PETRUS CHRYSOLOG.

75. Joannes naſcitur
- Major homine.
- Par Angelis.
- Tuba cœli.
- Præco Chriſti.
- Arcanum Patris.
- Filii nuntius.
- Signifer ſuperni Regis.
- Peccatorum venia.
- Judæorum correctio.
- Vocatio gentium.
- Legis & gratiæ fibula. *Serm. 91. à medio, apud Bibl. tom. 5. part. 2. pag. 730. col. 1. D. edit. Colon. 1618.*

Digitized by Google

S. Petr. Dam. 77. Joannes Baptiſta eſt
- Sanctorum ſplendor.
- Juſtorum gloria.
- Lætitia Angelorum.
- Excellentiſſimus homo.
- Conſanguineus Chriſti.
- Amicus ſponſi.
- Sponſæ præparator. *Sermone 23. de S. Joan. Bapt. in principio, pag. 201. col. 1. A. tom. 2.*

78. Pavet cœlum, ſtupet terra, Jordanis arridet, mirantur Archangeli, Dominum Sabaoth inter manus baptizantis includi. *Ibidem, poſt med. pagina 203. col. 2. littera E.*

79. Joannes Patriarcha, immò Patriarcharum finis & caput: Joannes Propheta, immò pluſquàm Propheta; quia quem venientem nuntiat, digito demonſtrat: Joannes Angelus, ſed & inter Angelos electus. *Ibidem, in fine, pagina 205. col. 1. A.*

80. Joannes humanorum limes eſt meritorum. *Proſecutio.*

81 Quantumcumque enim apoſtolici ſenatus excellat authoritas, quantumcumque vel Patriarcharum fides in divinâ agnitione proficiat, vel oracula Prophetarum, ad referenda arcana convaleſcant.

82. Quantumlibet cumuletur triumphantium gloria Martyrum, quamvis exfloreat vernans pudicitia virginum, vel in verbis vitæ ſe exerceat lingua doctorum, citra metam Joannis omnia cohibentur.

83 Hujus incomparabilis vitæ ſeriem non hiſtoriographus quiſpiam poſt ejus obitum, ſed Archangelus ille præcipuus, antequàm conceptus eſſet ſicut & deum, ſic & hujuſmodi operanda miranda narravit.

84 Nihil perfectionis ejus ultrà progreditur, omnium Sanctorum particeps factus eſt choris: quia nulla ſibi virtus deficit ſanctitatis, immò tantò inter omnes inſignis emicat, quantò authori omnium per meritum ſublimiùs appropinquat.

85. Perpendite quàm Angelica vita erat ejus, qui cum nullius ſignum virtutis oſtenderet, Chriſtum tamen eſſe illum omnis populus æſtimaret. *Apud S. Antonin. part 3. tit. 31. cap. 7. §. 1. ferè per totum. fol. 441. columna 1.*

S. Thomas Aquinas. 86. Joannes Baptiſta Propheta, fuit terminus legis & initium Evangelii. *Parte 3. quæſt. 38. art 1. in corpore ad 2.*

Thomas a Kempis. 87. O virum ſanctitate excellentiſſimum! cujus vita & mora baptiſmus & prædicatio, Chriſti adventûs in carne veriſſima extitit teſtificatio. *Meditat. 1. de Incarnat. cap. 23. in calce. tom. 1.*

Ira in genere.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO DIFFERENTIA, PRODUCTIO.

ETYMOLOGIA.

S. Isid. Hisp. IRATUS dicitur, quaſi irâ actus. *Lib. 10. Etym. pag. 139. col. 1. verbo Iratus.*

DEFINITIO.

S. Antoninus Ira eſt inordinatus appetitus vindictæ, *Parte. 2. tit. 7. de Ira, cap. 1. in princ. fol. 225. col. 2.*

S. Augustin. Ira eſt turbulentus appetitus auferendi ea, quæ facilitatem actionis impediunt. *Epiſt 115. ad Nebridium, ante med. pag. 356. D. tom. 2.*

Quid eſt ira? libido vindictæ. *Hom. 42. ex quinquaginta Hom. in medio, pag. 363. A. tom. 10.*

Dionysius Carthus. Ira eſt appetitus vindictæ propter parvipenſionem, injuriamve illatam. *De Mortificat. vivifica, art. 7. ſtatim à medio, fol. 126. pag. 2.*

S. Greg. Nys. Ira eſt appetitio nocendi ei, qui concitaverit, & ad iram provocaverit. *De Anima & Reſurr. ante med. col. 756. littera E.*

Hug. a S. Victore. Ira eſt ſtrictus concitati animi furor, ulciſcendi libidine fervens. *De fruct. carnis & ſpirit. cap. 6. in princ. pag. 160. H. tom. 2.*

S. Joan. Clim. Ira eſt toleratio occulti odii, memoria ſcilicet injuriarum altè animo impreſſa. *Gradu 8. in princip. apud Bibl. Patrum, tom. 6. part. 2. pagina 262. columna 1. C. editionis Colon. 1618.*

Iracundia eſt ſubita cordis excandeſcentia, nec diuturna. *Ibidem.*

S. Joannes Damascenus. Ira eſt ebullitio ſanguinis in corde, hinc exiſtens quòd ad ſuperiores partes exhalet, aut certè perturbetur: undè & χολὴ & Χόλος, ideſt, bilis, & indignatio dicitur. *Libro 2. de fide orthodox. cap. 16. in princ. fol. 200. pag. 1. A.*

Ira eſt ulciſcendi libido, & rationis velut ſatelles ac vindex concupiſcentiæ. *Ibidem.*

Lact. Firm. Ira eſt cupiditas doloris rependendi. *De Ira Dei, cap. 17. poſt med. pag. 55.*

Ira eſt cupiditas ulciſcendæ injuriæ. *Ibidem.*

Ira bona eſt motus animi ad coërcenda peccata inſurgentis. *Ibidem, in fine, pag 356.*

Aristoteles Ira eſt appetitus in triſtitia propter apparentiam ſuiipſius vel ſuorum. *2. Rhetor. & habet. apud Bedam tom. 1.*

Cicero Ira eſt libido puniendi ejus, qui videatur læſiſſe injuria. *Lib. 4. Tuſc. quæſt. ante med. col. 231. G. num. 21. tom 4.*

Plato. Ira eſt provocatio animæ partis ad vindictam *Tom. 3. ſyzygia 6. de definit. ante finem, pagina 415. littera E.*

Seneca. Ira eſt concitatio animi ad ultionem voluntate & judicio pergentis. *Lib. 2. de Ira. cap. 3. in fine. pag. 410. tom. 1.*

Ira cupiditas eſt pœnæ exigendæ. *Ibidem, lib. 1. cap. 3. in princ.*

DIFFERENTIA.

S. Antonius de Padua. Inter iram & iracundiam hoc diſtat: Ira eſt præſens, & ex cauſa naſcitur: iracundia verò vitium naturale, vel perpetuum eſt. *Serm. Dom. 6. poſt Trinit. à medio, fol. 209. pag. 1.*

Cassiodor. Ira & furor inter ſe differunt: ira longa indignatio eſt, furor repentina mentis accenſio. *Sup. Pſ. 6. ab init. verſ. 1. fol. 11. col. 1.*

S. Isid. Hisp. Inter iram & iracundiam hoc intereſt, quòd ira ſit ad tempus, iracundia continetur in corde. *Libro 1. de Differentiis, Differentia 22. pagina 282. columna 1.*

S. Remigius. Hoc diſtat inter iratum & iracundum: quia iratus pro tempore eſt; iracundus verò facilè iraſcitur, & ſemper pronus eſt ad iraſcendum. *Super Epiſt. ad Galat. cap. 5. canon. 20. apud Bibliothecam Patrum, tom 5. parte 3. pagina 956. col. 2. H. edit. Colonienſis 1618.*

Rich. a S. Victore. Furor & ira inter ſe differunt: Furor eſt perturbatio mentis totius expers rationis; Ira eſt mentis perturbatio magna, ſed à ratione non penitùs aliena. *Parte 1. lib. 1. de Erudit. hominis inter. cap. 7. ante med. pag. 80. litt. 1. B.*

Seneca Ira ab iracundia diſtat. Iratus poteſt non eſſe iracundus, iracundus poteſt aliquando iratus non eſſe. *Libro 1. de Ira. cap. 4. circa medium, pagina 354. tomo 1.*

Nihil intereſt inter iratum & inſanum, niſi una dies: alter non ſemper iraſcitur, alter ſemper inſanit. *De Moribus, poſt medium, pagina 678. editionis Baſilienſis 1537.*

PRODUCTIO.

S. Augustin. Ab ira procedit rancor, à rancore odium, quod

eſt ica inveterata in animo: indè naſcitur homicidium, etſi non opcre ſaltem voluntate: indè contumclia, indè detractio, indè ſuſurratio, ſuſpitio & injuria, quæ ſunt opera carnis & diaboli. *Serm. 9. ad fratr. in Eremo. in princ. pag 922. D. tom. 10.*

S. EDMUNDUS. De ira naſenntur rixæ, contentiones, inflatio cordis, verba prava, dedignatio, blaſphemia. *In ſpeculo Eccleſia cap. 8. in medio, apud Bibliothecam Patrum, tom. 13. pag. 358. col. 2. E. edit. Colon.* 1618.

S. GREGORII MAGN. De Ira rixæ, tumor mentis, cootumeliæ, clamor, indignatio, blaſphemiæ, oriuntur. *Libro 31. Moral. cap. 17. poſt med. ſup. illud Iob 39. Exultationem ducum, &c. col. 1082. C. tom. 1.*

HUG. A SANCTO VICT. Iræ comites ſunt,
- Clamor.
- Blaſphemia.
- Contumelia.
- Luctus.
- Temeritas.
- Furor.
- Indignatio. *De fruct. carnis & ſpiritus. cap. 6. in principio, pagina 160. H. tom. 2.*

S. NILUS ABB. ET MART. Ira cùm ſuprà modum efferbuit, furorem parit. *Orat. 4. de Ira in fine, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 2. edit. Colon.* 1618.

SALVIANUS. Ira mater eſt odii. *Lib. 3. de Gubernat. Dei, ante med. apud Biblioth. Patrum, tomo 5. part. 3. pag. 332. col. 1. A. editionis Colonienſis* 1618.

ARISTOTELES Ira eſt factiva inimicitiæ & odii. *2. Rhetor. & habetur apud Bedam. tom. 2.*

SENECA. Cauſa iracundiæ, opinio injuriæ eſt. *Lib. 2. de Ira, cap. 22. a medio, pag. 422, tom. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Si iraſcimur, quia affectus naturæ eſt, non poteſtatis, malum ſermoocm non proferamus, ne in culpam ruamus. *Lib. 1. Offic. cap. 3. in fine, in illud Pſ. 4. Iraſcimini & nolite peccare, col. 2. D. tom. 1.*

2. Caveatur iracundia, aut ſi præcaveri non poteſt, cohibeatur: reſiſte iræ ſi potes, cede ſi non potes. *Ibidem, cap. 21. in principio, columna 23. littera D.*

3. Si prævenerit & præoccupaverit mentem tuam iracundia, & aſcenderit in te, non relinquas locum tuum: Locus tuus patientia eſt, locus tuus ratio eſt, locus tuus ſedatio indignationis eſt. *Ibidem, ante med. col. 14. A.*

4. Non mediocre eſt mitigare iracundiam, non inferius quàm omninò non commoveri: hoc noſtrum eſt, naturæ illud. *Ibidem, circa medium, col. 14. littera B.*

5. Iraſcimini ubi culpa eſt, cui iraſci debeatis: non poteſt enim fieri, ut non rerum indignitate moveamur; alioquin non virtus, ſed lenitudo & remiſſio judicatur. *Profec.*

6. Iraſcimini, itaut à culpa abſtineatis: vel ſi iraſcimini, nolite peccare, ſed vincite ratione iracundiam.

7. Si iraſcimini, vobis iraſcimini: qui enim ſibi iraſcitur (quia citò commotus eſt) deſinit iraſci alteri. Qui autem vult iram ſuam juſtam probare, plus inflammatur, & citò in culpam cadit. *Ibidem, ut ante, circa finem, col. 14. D.*

8. Perturbata mente latiùs ſe ac longiùs fundit iræ appetitus, & tanquàm efferato impetu frænos rationis non ſuſcipit, nec ulla ſenſis aurigæ moderamina, quibus poſſit reflecti. *Ibidem, cap. 47. poſt med. col. 32. littera C.*

9. Ira ſæpè etiam innocentes in crimen abducit, quia dùm juſto ampliùs iraſcimur, & volumus alienum coercere peccatum, graviora peccata committimus. *De Joſeph. cap. 13. ante fin. col. 1092. A. tom. 4.*

10. Inter cætera vitia, nihil ira aſperius, nihil invenitur amarius. *Precat. 2. ante Miſſam ante med. col. 1266. lit. D. tom. 4.* S. AMBROSIUS.

11. Ira dùm ultrà modum efferbuerit, atrociter mentem exulcerat, ſenſum hebetat, linguam immutat, oculos obumbrat, totumque corpus perturbat. *Ibidem.*

12. Ira gravis eſt magiſtra peccati. *Sup. Pſ. 36. longe ante med. col. 1301. A. tom. 4.*

13. Præclarum eſt motum temperare conſilio, nec minoris virtutis ducitur cohibere iracundiam, indignationemque compeſcere, quàm omninò non iraſci, cùm plerumque illud leotius, hoc fortius æſtimetur. *Lib. 5. ſup. Luc. cap. 6. in illud Pſ. 4. Iraſcimini & nolite peccare. col. 1687. B. tom. 5.*

14. Nulla eſt iracundia, ubi plenitudo eſt charitatis. *Ibidem, lib. 7. cap. 9. in illud, Nolite prohibere eos, &c. col. 1719. littera B.*

15. Solemus modum egredi, dùm corripiendo iraſcimur; & invenimur ipſi peccare, qui peccantes arguimus, dùm plus iraſcimur & amplius oneramus peccantem, quàm meretur. *Sup. Ep. ad Epheſ. cap. 4. in illud Pſ. 4. Iraſcimini, &c. col. 2005. B. tom. 5.*

16. Neceſſe eſt iratus animus malè cogitet, quod cupit diabolus. *Ibidem.*

17. Finis iræ eſt vindicta. *Parte 2. tit. 7. de Ira, cap. 6. in princ. fol. 238. col. 2.* S. ANTONINUS

18. Quò minus preſſeris iram, tunc magis premeris ab ira. *Serm. Dom. 4. poſt Paſcha, ante finem, fol. 252. pagina 2.* S. ANTONIUS DE PADUA.

19. Iracundus cùm iraſci deſierit, tunc iraſcitur ſibi. *Ibidem.*

20. Melior eſt, qui quamvis ira ſæpè tentatur, tamen impetrare feſtinat, ut ſibi dimittat cui ſe feciſſe agnoſcit injuriam: quàm qui tardiùs iraſcitur, & ad veniam petendam tardiùs inclinatur. *Regula 3. ante fin. pag. 594. D. tom. 1.* S. AUGUSTIN.

21. Nulli iraſcenti ira ſua videtur injuſta, ita enim inveteraſcens ira fit odium, dùm quaſi juſti doloris admixta dulcedo, diutiùs eam in vaſe detinet, donec totum aceſcat, vaſque corrumpat. *Profec.*

22. Multò melius nec juſtè cuiquam iraſcimur, quàm velut juſtè iraſcendo in alicujus odium iræ occulta facilitate delabimur

23. Incomparabiliter ſalubrius eſt iræ etiam juſtè pulſanti non aperire penetrale cordis, quàm admittere non facilè receſſuram & perventuram de ſurculo ad trabem; audet impudenter etiam creſcere citiùs quàm putatur. *Ep. 149. ad Profuturum. circa med. pag 443. B. tom. 2.*

24. Plerumque non hominibus tantùm, ſed calamò iraſcimur in ſcribendo, eumque collidimus atque frangimus: & aleatores teſſeris, & pictores penicillo, & cuique inſtrumento quilibet ex quo difficultatem ſe pati arbitratur. *Ep. 115. ad Nebridium, ante med. pag 356. D. tom. 2.*

25. Aſſiduitate iraſcendi fel creſcere, etiam Medici affirmant; cremento autem fellis, rursùs & facilè, ac prope nullis cauſis exiſtentibus iraſcimur. *Ibidem.*

26. Quæ iracundia ſanari poteſt, ſi patientiâ Filii Dei non ſanatur? *De Agone Chriſtiano. cap. 11. in medio. pag. 544. D. tom. 3.*

27. In diſciplina non tantùm quæritur, utrùm pius animus iraſcatur, ſed quare iraſcatur: iraſci enim peccanti, ut corrigatur, ne pereat, neſcio utrùm quiſquàm ſanâ conſideratione reprehendat. *Lib. 9. de Civ. Dei, cap. 5. ferè in princ. pag. 156. C. tom. 5.*

28. Cùm iraſcimur & clamare non poſſumus, interiora noſtra turbantur. *Sup. Pſ. 31. Concion. 2. verſ. 11. pag. 114. C tom 8.*

29. Ira ſi fuerit inveterata, jàm odium eſt; ira turbat oculum, odium extinguit: ira feſtuca eſt, odium trabs eſt. *Sup. Pſ. 54. ante med. verſ. 3. pag. 362. C. tom. 8.*

S. AUGUSTIN.

30. Surgit ira, noli dare iræ linguam ad maledicendum, noli dare iræ manum aut pedem ad feriendum. *Tract. 41. ſup. Evang. Ioan. de cap. 8. ante fin. pag. 211. A. tom. 9.*

31. Feſtuca in oculo, ira eſt: trabs in oculo, odium eſt; feſtuca initium trabis eſt, nam trabs quando naſcitur, prius feſtuca eſt, rigando feſtucam, perducis ad trabem. Alendo iram malis ſuſpitionibus, perducis ad odium. *De Verb. Dom ſerm. 16. in princ. pagina 45. littera B. tom. 10.*

32. Humanum eſt iraſci, ſed non debet iracundia natos ſurculos diverſis ſuſpitionibus irrigare, & ad trabem odii pervenire. *Hom. 40. ex quinquaginta Homil. in princ. pag. 357. B. tom. 10*

33. Sæpè pater iraſcitur filio, ſed non odit filium: iraſcitur ut corrigat, ſi propterea iraſcitur, ut corrigat, amando iraſcitur. *Ibidem, poſt init. pag. 358. C.*

34. Humanum eſt turbari, & iraſci, & iram incurrere, bonorum & malorum communis eſt conditio, ſed in ira perſeverare, diabolicum eſt. *Serm. 9. ad fratr. in Eremo. in princ. pag. 922. D. tom. 10.*

35. Fortiter ſpiritum iraſcibilem continere, magnæ prudentiæ eſt & perfectionis. *Ibidem.*

36. Qui iram in corde portat, infamiæ fœtor ſtatim eum corrumpit. *Ibidem, ante med. pag. 922. D.*

37. Ira {
Rationem ſuffocat.
Menſuram juſtitiæ ignorat.
Solem juſtitiæ neſcit.
Amicitias rumpit.
Aufert pacem mentis.
Sapientiam calcat.
Sapientes infatuat.
Monachos deviat.
Caſtitatem evacuat.
Gravitatem in paſtoribus diſlacerat. *Ibid. poſt medium, pag. 923. littera A.*
}

38. Ira repletus, conſilii capax eſſe non poteſt. *Ibidem.*

S. BASILIUS MAGNUS.

39. Vir iratus fœdus aſpectu eſt. *Homil. 10. de Ira in principio, pagina 108. tom. 1. edit. Pariſienſis 1550.*

40. Quando ſemel iræ perturbatio mentem præcipitans imperium animæ ſumpſerit, hominem penitus in feram convertit, nec hominem qui rationis ſit compos eſſe ſinit. *Ibidem.*

41. Irati impetu feruntur, inſiliunt, rabie ut canes afficiuntur, pungunt ut ſcorpii, mordent ut ſerpentes. *Ibidem.*

42. Qui non dominatus eſt iræ, omnibus ridiculus eſt. *Homil. 10. in Hexameron. in fine, pagina 56. tom. 1.*

V. BEDA.

43. Iracundus cùm iraſci deſierit, tunc ſibimet maximè iraſcitur. *In ſuis Proverb. verbo Iracundus, pag. 191. tom. 2.*

44. Iracundus etiamſi mortuum ſuſcitet, nulli placet: *Ibidem, &c.*

45. Hæc eſt natura iræ, ut dilata langueſcat & pereat: prolata verò, magis magiſque conflagret. *Libro 2. ſup. Proverb. cap. 12. in illud, Fatuus indicat iram ſuam. col. 1665 tom. 4.*

S. BERNARD.

46. Ira immanis eſt beſtia, flatu igneo quidquid attigerit, necat. *Ser. 13. ſup. Qui habitat. ſtatim a medio, fol. 87. col. 1. littera C.*

47. Mira perverſitas: medicanti iraſcitur, qui non iraſcitur ſagittanti. *Ser. 41. ſup. Cant. ante med. fol. 168. columna 4.*

48. Affectio naturalis ira hominum eſt, ſed abutentibus bono naturæ, gravis perditio eſt, & miſeranda pernities. *Ser. 13. ſup. Qui habitat. poſt med. fol. 87. col. 1. littera C.*

49. Iraſcere & noli peccare: peccabis autem non minùs nimis iraſcendo, quàm omninò non iraſcendo; nam non iraſci ubi iraſcendum ſit, nolle emendare, peccatum eſt: plus verò iraſci quàm iraſcendum ſit, peccatum peccato addere eſt. *Epiſt. 69. ad Guidon. Abbatem de tribus fontibus. in princ. fol. 222. columna 1. littera A.*

S. BERNARD.

50. Iræ genera tria ſunt; unum quod ardet extrinſecus; aliud quod in verba ſine operis effectu prorumpit, tertium quod per dies & tempora reſervatur. *De ordine vita. poſt medium, fol. 337. columna 2. littera C.*

S. BONAVENT.

51. Ira reddit hominem nequam, & in profundum ruit. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 11. in fine, pag. 337. col. 1. A. tom. 1.*

52. Ira excæcat rationis oculum, reddit hominem ſtultum, & illi aufert ſeipſum. *Tit. 1. dieta, cap. 5. ſub finem, pagina 276. columna 1 A tom. 6.*

53. Homo iratus, non eſt homo, ſed incipit eſſe beſtia. *Ibidem, tit. 7. cap. 2. in fine, pag. 310. col. 1. littera E.*

S. CÆSARIUS ARELAT.

54. Adjutores ſunt diaboli, qui ſtatim ubi viderint aliquos nimiâ iracundiâ, commoveri, venenoſum conſilium, undè ampliùs iraſcantur, conantur ingerere. *Serm. 18. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 5. parte 3. pagina 763. columna 2. littera E. edit. Colonienſis 1618.*

CASSIODORUS.

55. Venialis eſt ira, quæ ad effectum indignationis ſuæ non pervenit. *Super Pſ. 4. ante med. verſ. 5. Iraſcimini, &c. fol. 8. col. 2.*

56. Quid formidoloſius quàm illum iraſci, qui ſi non miſereatur, extinguitur? *Sup. Pſ. 6. poſt med. verſ. 7. fol. 12. columna 3:*

57. Ira & invidia judicio carent, dùm voluntates ſuas mente præcipiti ſubſequuntur. *Super Pſalm. 123. ante medium, verſ. 3. Cùm iraſceretur, &c. folio 198. columna 2.*

S. CYRILLUS ALEX.

58. Superari nequit ab iracundia mens, quæ ſe in facilitatis ſerenitate exercuit. *Hom. 11. de feſtis Paſchal. ante med. pagina 118.*

DIONYSIUS CARTHUS.

59. Non ſolùm foris refrænanda eſt ira à verbis & factis pravis, ſed eſt etiam ab arcanis pectoris funditùs eruenda. *De profeſſ. Monaſt. art. 18. in medio, folio 89. pagina 2.*

S. EPHRÆM.

60. Verè beatus ac feliciſſimus eſt, qui à ſe quàm longiſſimè ſpiritum iracundiæ propulſat: quoniam hujus corpus & anima & mens, perpetuâ ſanitate fruitur. *De Lenitate, in calce, pag. 30. D. tom. 1.*

61. Verè miſer atque infelix, qui paſſionibus iræ vincitur: nam iracundus animam ſuam occidit. *De Iracundia, in principio, pagina 30. littera E. tom. 1.*

GLOSS. INT.

62. Qui ad iram facilis eſt, nec ſeipſum poteſt ſuſtinere. *Sup. Prov. cap. 18. in illud, Ad iraſcendum facilem, &c. col. 1684. D. tom. 3.*

GLOSSA ORD.

63. Janua omnium vitiorum iracundia: quâ clauſâ, virtutibus intrinſecus dabitur quies: apertâ verò, ad omne facinus armabitur animus. *Ibidem, cap. 29. in illud, Vir iracundus, &c. col. 1728. F. tom. 2.*

64. Nulla eſt iracundia, ubi eſt charitatis plenitudo. *Sup. Lucam, cap. 9. col. 832. E. tom. 5.*

GLOSS. INT.

65. Ira per ſilentium clauſa, magis æſtuat *Sup. Prov. cap. 11. col. 1651. A. tom. 3.*

S. GREGOR. MAGN.

66. Ira intelligentiæ lucem ſubtrahit, cùm mentem permovendo confundit. *Lib. 5. Moral. cap. ultimo, poſt init. num 31. col. 172. A. tom. 1.*

67. Nonnullos ira citiùs accendit, ſed faciliùs deſerit, nonnullos verò tardè quidem commovet, ſed diutiùs tenet. *Ibidem, prope medium, num. 32. col. 173. B.*

68. Tranquillitatem mentis ira diverberat, dilaniatam quodammodo, ſciſſamque perturbat, ut ſibimetipſi non congruat, ac vim intimæ ſimilitudinis amittat. *Ib. circa init. col. 171. D.*

69. Quanta ſit iracundiæ culpa penſemus, per quam dùm manſuetudo amittitur, ſupernæ imaginis ſimilitudo vitiatur. *Proſeq.*

S.Greg.Mag. 71. Per iram ſapientia perditur, ut quid, quove ordine agendum ſit, omninò neſciatur, ſicut ſcriptum eſt.

72. Ira in ſinu ſtulti requieſcit.) Quia nimirùm intelligentiæ lucem ſubtrahit, cùm mentem permovendo confundit.

73. Per iram vita amittitur, etſi ſapientia teneri videatur, ſicut ſcriptum eſt, Ira perdit etiam prudentes: quia ſcilicet confuſus animus nequaquàm explet, etiamſi quid intelligere prudenter valet.

74. Per iram iuſtitia relinquitur; quia dùm perturbata mens judicium ſuæ rationis exaſperat, omne quod furor ſuggerit, rectum putat.

75. Per iram gratia vitæ ſocialis amittitur: quia qui ſe ex humana ratione non temperat, neceſſe eſt ut beſtialiter ſolus vivat.

76. Per iram concordia rumpitur; & iracundia etiam malos, quos incautè ad diſcordiam provocat, pejores facit.

77. Per iram lux veritatis amittitur; quia cùm menti iracundia confuſionis tenebras incutit, huic Deus radium ſuæ cognitionis abſcondit.

78. Per iram ſancti Spiritus ſplendor excluditur: quia cùm ira quietem menti ſubtrahit, ſuam ſancto Spiritui habitationem claudit: cujus receſſione animus vacuus, ad apertam mox inſaniam ducitur, & uſque ad ſuperficiem ab intimo cogitationum fundamento diſſipatur. *Ibidem, poſt initium, ſuper illud, Iob 5. Virum ſtultum interficit iracundia, columna* 172. *littera A.*

79. Iræ ſuæ ſtimulis accenſum cor palpitat, corpus tremit, lingua ſe præpedit, facies igneſcit, exaſperantur oculi, lingua clamorem format, ſed quid loquatur, ignorat. *Ibidem.*

80. Aliquando iracundus manus non exerit, ſed in maledictionis jaculum linguam vertit: fratris namque interitum precibus expoſcit, & hoc Deum perpetrare expetit. *Ibidem, ante med, &c.*

81. Plerumque ira per ſilentium clauſa intrà mentem vehementiùs æſtuat, & clamoſas tacita voces format, verba ſibi quibus exaſperetur, objicit, & quaſi in cauſæ examine poſita duriùs exaſperata reſpondet. *Ibid. paulò ante med. col.* 173. *A.*

82. Alia eſt ira, quam impatientia excitat: alia, quam zelus juſtitiæ format: illa ex vitio, hæc ex virtute generatur. *Profec.*

83. Ira per vitium, oculum mentis excæcat, ira autem per zelum, turbat.

84. Cùm per zelum animus movetur, curandum ſummoperè eſt, ut ira, quæ inſtrumento virtutis menti dominatur, non quaſi domina præeat: ſed velut ancilla ad obſequium parata, à rationis tergo nunquàm recedat.

85. Tunc ira robuſtiùs contra vitia erigitur, cùm ſubdita rationi famulatur.

86. Ira per zelum ſapientes turbat, per vitium ſtultos trucidat: quia illa ſub ratione reſtringitur, hæc verò irrationabiliter devictæ menti dominatur. *Ibid. poſt med. col* 174. *A. & in fine, col.* 175. *A.*

87. Ira cùm delinquentium culpas exequitur, non debet menti quaſi domina præire; ſed poſt rationis tergum velut ancilla famulari, ut ad faciem juſſa veniat. *Libro* 7. *in regiſt. ind.* 2. *cap.* 126. *Ep.* 126. *ad Rechared. Reg. Viſigothor. poſt med. col* 1002. *C. tom.* 2.

88. Quoties ira animum invadit, mentem edoma, vince teipſum, differ tempus furoris; & cùm tranquilla mens fuerit, quod placet vindica. *Ib. lib.* 8. *Ind.* 3. *cap.* 51. *Ep.* 51. *ad Leontium Exconſul. poſt med. col* 1037. *B.*

89. Ira in vindicta malorum ſequi debet rationem animi, non præire, ut quaſi ancilla juſtitiæ poſt tergum veniat, & non laſciva ante faciem prorumpat. *Ibidem.*

90. Ira aliquando oſtendenda eſt, & non exhibenda: aliquando exhibenda, ſed nunquàm ſequenda. *Ibidem.*

S.Greg.Mag. 91. Sanctis viris timor exhibendus eſt, templa enim Dei ſunt, & cùm ad iracundiam vir ſanctus trahitur, quis alius ad iraſcendum, niſi ejuſdem templi inhabitator excitatur? *Profec.*

92. Metuenda ergo tantò eſt ira juſtorum, quantò & conſtat quia in eorum cordibus ille præſens eſt, qui ad inferendam ultionem quam voluerit, invalidus non eſt. *Lib.* 1. *dialog. cap.* 9. *in medio.*

93. Ira ſi ſemel mentem poſſidere cœperit, juſtum eſſe deputat etiam illud quod crudeliter facit. *Lib.* 7. *in regiſtro. Ind.* 2. *cap.* 126. *Ep.* 126. *ad Rechared. Regem poſt med. col.* 1001. *C. tom.* 2.

S.Greg. Naz. 94. Ira admodùm eſt cavenda, nec præproperè in illam proruendum, cui inſipientes ſerviunt. *Sup. Eccleſiaſten. cap.* 7. *poſt init. pag.* 338.

S. Hieron. 95. Debet amor læſus iraſci. *Epiſt.* 2. *ad Heliodor. in principio, pagina* 1. *B. tom.* 1.

96. Iraſci hominis eſt; & finem iracundiæ imponere, Chriſtiani. *Ibidem, Epiſt.* 8. *ad Demetriad. poſt med. pagina* 68. *D.*

97. Jàm te verberibus enecaſſem, niſi iratus eſſem. *Tom.* 1. *Ep.* 9. *ad Salvinam. ante fin. pag.* 77. *A.*

98. Qui iraſcitur, non ſe eſſe iudicat Chriſtianum. *Tom.* 1. *Epiſt.* 23. *ad Marcellam, poſt init. pag.* 154. *littera D.*

99. Iraſci, hominis eſt; injuriam non facere, Chriſtiani. *Tom.* 1. *Epiſt.* 45. *ad Antonium. in fine, pag.* 219. *A.*

100. Quid iracundo furor ſuus confert? quem ſæviſſimis exagitatum ſtimulis conſcientiæ, ita ab omni conſilio, ac mente deturbat, ut dùm iraſcitur, inſanire credatur. *Tom.* 4. *Ep.* 1. *ad Demetriad. poſt med. pag.* 20. *lit. C.*

101. In iram exardeſcere, ſeminarium eſt odii. *Ibidem, poſt med pag.* 21. *A.*

102. Janua vitiorum omnium iracundia eſt, quâ clauſâ virtutibus intrinſecùs dabitur quies; apertâ verò ad omne facinus armabitur animus. *Libro* 3. *ſuper Proverb. cap.* 29. *ſup. illud, Vir iracundus, &c. pag.* 53. *D. tom.* 7.

103. Riſus diſſolvit ſapientem, ira corripit & emendat. *Sup. Eccleſiaſten, cap.* 7. *ſup. illud, Melior eſt ira, quàm riſus. pag.* 81. *B. tom.* 7.

104. Iracundus eſt qui ſemper iraſcitur, & ad levem reſponſionis auram, atque peccati, quaſi à vento folium commovetur. *Sup. Ep. ad Tit. cap.* 1. *in illud, Non iracundum pag.* 546. *C. tom.* 9.

Hugo Card. 105. Iracundus cùm aliis iraſci deſierit, ſibiipſi iraſcitur. *Super Proverb. cap.* 29. *fol.* 63. *columna* 3. *tom.* 3.

106. Janua omnium vitiorum eſt iracundia, quâ clauſâ virtutibus intrinſecùs dabitur quies: apertâ, ad omne facinus armabitur animus. *Ibidem.*

107. Non eſt pater, qui peccatis aut vitiis filiorum non iraſcitur: hæc enim ira bona eſt, quæ etſi turbet oculum rationis ad tempus, poſteà limpidiorem reddit. *Sup. Eccleſiaſten, cap.* 7. *fol.* 88. *col.* 4. *tom.* 3.

S. Ignatius Mart. 108. Ubi ira & odium, ibi Deus minimè habitat. *Ep.* 9. *ad Philadelph. poſt med. apud Bibl. Patrum, tom.* 1. *pag.* 86. *col.* 1. *D. edit. Colonienſis* 1618.

Ioan. Cass. 109. Non ſolummodò in effectu operis iracundia eſt moderanda, ſed potiùs ab arcanis pectoris eruenda. *Lib.* 8. *Cœnob. inſt. cap.* 11. *in medio.*

110. Sicut nihil præponendum eſt charitati, ita iracundiæ nihil eſt è contrario poſtponendum *Profec.*

111. Omnia quamvis utilia ac neceſſaria videantur, ſpernenda tamen ſunt, ut iræ perturbatio devitetur; & omnia etiam quæ putantur adverſa, ſuſcipienda atque toleranda ſunt, ut charitatis paciſque tranquillitas illibata ſervetur.

112. Quia nec irâ perniciosius quidquam, nec charitate utilius credendum eſt. *Collat.* 16. *Abbat. Ioſeph. cap.* 7. *per totum, pag.* 675.

IOAN. CAS. 113. Hæc natura eſt iræ, ut dilata langueſcat & pereat: prolata verò magis magiſque conflagret. *Ib. cap.* 27. *ſub fin pagina* 688.

114. Nihil diſpendioſius iracundiâ, nec pretioſiua animi tranquillitate, ac perpetuâ cordia puritate. *Collat.* 19. *Abbat. Ioan. cap.* 14. *in fine, pag.* 760.

S. IOANN. CHRYSOSTOM. 115. Qui iraſcuntur non agnoſcunt præſentes, non memores ſunt cogitationia, non amicitiam, non conſuetudinem, non dignitatem accipiunt: ſed iræ vi preſſi, in præceps miſerabiliter feruntur. *Homil.* 53. *ſuper Gen. prope fin. columna* 424. *littera A. tom.* 1.

116. Separatio & temporis proceſſus plerumque mitigat iram. *Ibidem, Homil.* 54. *ante medium, col.* 426. *D.*

117. Ira quædam beſtia eſt: nullus enim leo, nulla ſic vipera viſcera queunt laniare, ut hominis iracundia. *Hom.* 4. *ſuper Matth. oper. perf. poſt med. col.* 45. *C. tom.* 2.

118. Ira non ſolummodò corpori nocet, ſed ipſius etiam corrumpit animæ ſanitatem: cunctas ejoa vires diſcerpit, devorat, dilaniat, & ad omnia inutilem facit. *Ibidem, poſt medium, col.* 45. *D.*

119. Multùm laborioſum eſt & difficile poſſe non iraſci: quia naturaliter in hominibus iracundia eſt plantata: & quia difficile eſt atque laborioſum abſtinere ab ea, ideò in remuneratione magna eſt. *Hom.* 10. *ſuper Matth. oper. imperfect. circa finem, col.* 807. *B. tom.* 2.

120. Juſta ira mater eſt diſciplinæ: itaque non ſolum non peccant, qui cum cauſa iraſcuntur, ſed è contrà niſi irati fuerint, pereant. *Ibidem, Hom.* 11. *ante medium, col.* 809. *A.*

121. Iracundia quæ cum cauſa eſt, non eſt iracundia ſed judicium: iracundia enim propriè intelligitur commotio paſſionis. *Ibidem.*

122. Iræ morbos, niſi mox ſedetur, multaa generat calamitatra & familias totas evertit, veterea diſſolvit conſuetudines, & brevi momento res infandas molitur. *Hom.* 3. *ſup. Ioan. poſt medium, col.* 34 *C. tom.* 3.

123. Victoria contra iram, & quidem maxima eſt. *Ibidem.*

124. Ira vehemens ignis eſt, omnia conſumit, corpus corrumpit, animam coinquinat, & triſtitiam affert. *Ibidem, Hom* 25. *ſub fin. col.* 130. *C.*

125. Nihil irato turpius; turpis enim viſu eſt: ſi iratus ſeipſum intueri poſſet, nullâ alterius indigeret admonitione. *Ibidem.*

126. Ira quædam ebrietas eſt, vel potiùs ebrietate gravior, & dæmone miſerabilior. *Ibidem.*

127. Ira fera eſt vehemens, & furibunda: & vir iratua immodeſtus eſt. *Ibidem, Hom.* 47. *ante fin. col.* 231. *litt. D.*

128. Inter iram & inſaniam nihil differt, ſed brevia quidam dæmon eſt iratus: imò quàm qui dæmonio vexatur gravior eſt: ille veniâ dignus eſt, iratus nullâ. *Ibidem.*

129. Nulla ira ejus animum, qui exemplaris eſt vitæ, expugnat. *Ibidem, Hom.* 86 *in fine, col* 416. *D.*

130. Iracundus ſibiipſi, & aliis eſt damnoſus. *Hom.* 6. *ſup. Acta Apoſt. ante fin. col.* 487. *A. tom.* 3.

131. Nihil inſuavius homine iracundo, nihil oneroſius, nihil moleſtius, nihil fœdius. *Ibidem.*

132. Nihil ſuavius eſt eo, qui neſcit iraſci. *Ibidem.*

133. Melius eſt cohabitare beſtiæ, quàm homini iracundo: nam illa ſi ſemel cicuretur, ſervat ſuam legem: illum autem quoties placaveris, iterùm exaſperatur. *Ibidem.*

134. Quis lictor latera ſic confringere poterit? quæ verva ignita ſic transfigunt & explorant corpus? quæ inſania ſic ſtupida reddit naturalia præcordia, ſicut ira? *Ibidem.*

135. Etſi orat quis cum ira, fruſtra orat: etſi tacet, etſi comedat, etſi bibat, etſi eat, etſi ſurgat, etſi dormiat, ſemper turbatur & damnum habet. *Ibidem, Hom.* 17. *in Morali poſt initium, col.* 563. *D.*

136. Quid iracundo non turpe? oculi ſunt inſuaves, os diſtortum, membra tremula, lingua infrænis, oculique parcens, mens ſtupida, figura indecens, & multa inſuavitas. *Ibidem.* S. JOANNES CHRYSOST.

137. Ira nihil eſt aliud quàm irrationalis impetus: nihil autem quod rationem requirit, per id quod ratione caret geri poteſt. *Ibidem, circa medium, col.* 564. *B.*

138. Ira non permittit videre, ſed quaſi in nocturna pugna omnia ligat, & oculos & aures, & trahit quoquò voluerit. *Ibidem.*

139. Canis impudens, eſt ira, & omnia contemnit. *Ibidem.*

140. Qui iraſcitur pluſquàm vomens inflat venas, incendit oculos, diſrumpit viſcera, vomit verba, nihilque perfectum illum ſinit ira loqui. *Ibidem, Homil.* 31. *in Morali. poſt med. col.* 656. *C.*

141. Sicut putredo quædam ac tinea, ita mentis noſtræ radicem ira arrodit. *Profec.*

142. Quare beſtiam in viſcera tua includis? melius eſſet viperam vel ſerpentem in corde poſitam eſſe quàm iram.

143. Nam illæ quidem ſtatim nos liberarent: hæc autem manet ſemper, dentea fortiter infigena, immiſſoque veneno peſſimarum cogitationum exercitus producit. *Ibidem, Hom.* 41. *in Morali. poſt med. col.* 718. *littera D.*

144. Iræ imperium ferre, puſilli animi eſt: imperare autem, fortitudinis. *Ibidem.*

145. Habet dulce quiddam ira permixtum, efficit charitas ut non habeat, nervoſque hujus omnes incidit. *Homil.* 32. *ſup.* 1. *Cor. poſt medium, columna* 580. *C. tom.* 4.

146. Nihil iracundo homine inſuavius, nihil gravius, nihil infeſtius, nihil turpius. *Hom.* 29 *ad popul. Antioch. a medio, col.* 240. *D. tom.* 5.

147. Nihil irâ turpius, nihil ignobilius, gravius nihil, nihil injucundius, damnoſius nihil. *Ibidem, Hom.* 62 *ante fin. col.* 411. *A.*

148. Nihil ſic ingenii perſpicuitatem, nihil mentis aciem ſic hebetat, ſicut ira, nullum ordinem ſervans. *Lib.* 3. *de Sacerdot. ante medium, col.* 516. *A. tom.* 5.

149. Vir iracundus inſuavis eſt obviis, inſuavis & vicinis. *Serm. de Manſuetud. ante medium, col.* 784. *C. tom.* 5.

150. Qui iraſcitur, diaboli ludibrium eſt, dæmonum officina, & nequitiæ diaboli dignus miniſter. *Ibidem.*

151. Quem tenet ira, ebrius eſt: huic turget facies, vox fit aſperior, oculi fiunt ſanguinolenti, mens obtenebratur, prudentia ſubmergitur, lingua tremit, oculi intorquentur, aures alia pro aliis audiunt. *Orat.* 5. *adverſ. Iudaeos, ab initio, col.* 1131 *B. tom.* 5.

152. Radix homicidii, iracundia eſt: qui igitur radicem ipſam abſcindit, multò faciliùs ramos ejus poterit amputare, immò ne germinare quidem illos ab initio patietur. *Hom.* 16. *ſup. Matth. oper. perfect. circa med. col.* 157. *A. tom.* 2.

153. Mens iracunda, nequitiæ eſt opifex. *Grad.* 24. *apud Bibl. Patrum, tom.* 6. *part.* 2. *pagina* 276. *columna* 1. *littera C. editionis Colon.* 1618. S. JOAN. CLIM.

154. Ira hoc habet proprium, quod ipſa colonum conſcientiæ ſuæ à poſſeſſione cordis ejiciat. *Serm. de Verb. Dom. longè ante fin. part.* 2. JOAN. GERS.

155. Ira eſt crudeliſſima peſtis, quia fraternam extinguit dilectionem, ſapientiam expellit, virtuti reſiſtit, Deo non obedit, hominem non timet. *In cap.* 4. *Regul. S. Bened. verbo Ira. ante med pagina* 276. *col.* 1. JOAN. TRITH.

156. Ira verum diſcernere neſcit. *Ibid circa med.*

157. Janua vitiorum eſt iracundia, quâ clauſâ virtutibus interiùs dabitur requies. *Ibidem.*

IOAN. TRITH. 158. Humanum eſt iraſci; ſed qui iram reſervat, dæmones imitatur. *Ibidem, ſub finem, pagina 277. columna 1.*

S. ISID. HISP. 159. Ira ſemetipſam necat, ſuſtinendo autem patientiâ victoriam portat. *Lib. 2. de ſum. bono. cap. 37. ſent. 4 pag. 653. col. 2.*

S. ISID. PELUS. 160. Iracundia aurigæ munere fungitur, habenas infregit, hominis mentem extra naturæ terminos, plerumque tranſverſam agit. *Lib. 2. Ep. 189. ad Ammonium, pag. 552. col. 1. (apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Colon.* 1618.

LACT. FIRM. 161. Cùm ira in animum cujuſdam incidit, velut ſæva tempeſtas tantos excitat fluctus, ut ſtatum mentis immutet, ardeſcant oculi, os tremat, lingua titubet, dentes concrepent. *De ira Dei, cap. 5. in princ. pag.* 336.

162. Illa ira juſta eſt, quæ movetur adverſus delinquentes, ubi non eſt cupiditas ultionis propter injuriam. *Ibidem, cap. 17. ante fin. pag.* 356.

163. Iram, quàm poſſumus, vel furorem, vel iracundiam nominare; hæc ne in homine quidem debet eſſe, quæ tota vitioſa eſt. *Ibidem, in fine pag* 356.

164. Ego laudarem illum, qui (ſi cùm fuiſſet iratus) dediſſet iræ ſuæ ſpatium; ut reſidente per intervallum temporis animi tumore, haberet modum caſtigatio. *Ibidem, cap. 18. circa medium, pag.* 357.

165. Ira juſta neceſſaria eſt ad pravitatis correctionem. *Ibidem, cap. 17. ſub. finem, pag.* 356.

166. Ira, quæ ad correctionem vitiorum pertinet, nec homini adimi debet, nec Deo poteſt: quia & utilis eſt rebus humanis, & neceſſaria. *Ibid. in fine, pagina* 356.

167. Iraſci, rationis eſt: auferuntur enim delicta, & refrænatur licentia, quod utique juſtè ſapienterque fit. *Ibidem, a medio, pag.* 355.

168. In coercitione peccatorum, non eſt cohibenda ira: ſed etiamſi jacet, excitanda eſt. *Ibidem, cap. 18. ſub finem, pag.* 357.

169. Perfectæ virtutis nunquàm, niſi meritò iraſcitur. *Ibidem, cap. 21. circa init. pag.* 360.

170. Non in totum prohibet Deus iraſci, quia is affectus neceſſariò datus eſt: ſed prohibet in ira permanere; ira enim mortalium, debet eſſe mortalia. *Proſecutio.*

171. Rursùs enim iraſci quidem, ſed tamen non peccare, præcepit: non utique evellit iram radicitùs, ſed temperavit, ut in omni caſtigatione modum ac juſtitiam teneremus. *Ibidem, circa med. pag.* 360.

172. Ira ad coërcitionem peccatorum, id eſt, ad regendam ſubjectorum diſciplinam, data eſt à Deo; ut metus licentiam comprimat, & compeſcat audaciam. *In Epitome, cap. Duas, ſub finem, pag.* 399.

173. Animum vincere, iracundiam cohibere, fortiſſimi viri eſt. *Lib. 1. de Divin. Inſt. cap. 9. circa init. pagina* 16.

174. Quid bono viro poteſt eſſe tàm calamitoſum, tamque contrarium, quàm iræ fræna laxare, quæ illum non ſolùm boni, ſed etiam hominis appellatione diſpoliet? *Ibid. lib. 6. cap. 18. circa med. pag.* 271.

175. Sicut iraſci adversùm minores, & juſtum eſt & neceſſarium: ſic & adverſum pares, & pernitioſum eſt & impium, *Ibidem, capite 19. circa medium, pagina* 273.

176. Non eſt morbus iraſci, ſed iracundum eſſe, morbus eſt. *Ibid. cap. 16. poſt med. pag.* 266.

S. LAURENT. IUSTIN. 177. Nullum ſanum conſilium, nulla matura poteſt eſſe deliberatio, ubi iræ paſſio dominatur. *De caſto Connub. capite 11. a medio, pagina 166. columna 1. lit. F. part. 1.*

LUDOV. BLOS. 178. Modicè nonnunquàm iraſci, humanum eſt: ſed iram ſervare, planè ſathanicum eſt. *In canon. vitæ ſpirit. cap. 7. ante med.*

S. NILUS. 179. Ira oculum mentis turbat, & ſtatum rationis ſubvertit. *De Orat. cap. 25. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. parte 2. editionis Coloniensis* 1618.

S. NILUS. 180. Iracundus eſt aper ſilveſtris: videt aliquem, & dentes exacuit. *Ibidem, orat. 4. de Ira in princ.*

181. Ira cùm ſemel pectus obſederit, atque exarſerit, mentem fumo excæcat, judiciumque corrumpit. *Ibidem.*

S. PETRUS CHRYSOL. 182. Ira ſi pervenerit ad totum furoris incendium, ſine ſanguine non ſedatur. *Serm. 38. poſt initium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. editionis Colonienſis* 1618.

S. PETRUS DAMIAN. 183. Per iram ſanè concordia rumpitur, undè cohabitantium ſæpè ſocietas violatur. *Opuſc. 40. cap. 2. in fine. pag. 679. col. 2. B. tom. 3.*

184. Per iram lux veritatis amittitur, & obtenebratæ mentis obtutibus inoccidui ſolis radius occultatur. *Ibidem, capite 3. in principio, pagina 679. columna 2. littera C.*

S. PETR. MAURITIUS ABBAS CLUNIACENS. 185. Pro juſtitia moveri, non eſt charitatis læſio, ſed æquitatis actio. *Lib. 4. Epiſt. 8. in principio, apud Bibliothecam Patrum, tom. 12. part. 2. editionis Colonienſis* 1618.

PHILO JUD. 186. Ira immanes furioſaſque rabies, & cætera (quibus gravida eſt) mala parit. *De confuſ. linguar. ante med. pag. 450. tom. 1.*

SALVIANUS. 187. Prima ſemper irarum tela, maledicta ſunt: & quidquid non poſſumus imbecilli, optamus irati: ac ſic in omni animorum indignantium motu, votis malis pro armis utimur. *Lib. 3. de Gubern. Dei à medio, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 3. editionis Colonienſis* 1618.

THOMAS À KEMPIS. 188. Quidam valdè inconſtantes, rident pro levi fabula, & pro muſca volante iraſcuntur. *Serm. 19. ad Novit. Diviſ. 13. tom. 1.*

189. Nullus hoſtis pejor tibi, quàm tu ipſe tibi, graviter commotus. *In hortulo Roſar. capite 10. in fine, tom. 2.*

S. VALERIAN. EPISCOPUS. 190. Provocaſſe quidem ad iracundiam fratrem, crimen eſt: ſed provocatum non ceſſaſſe, deforme eſt. *Homil. 12. poſt initium, apud Bibliothecam Patrum, tomo 5. parte 3. pagina 489. columna 1. lit. C. edit. Colonienſis* 1618.

191. Nullam habet virtutem iracundia, ſi deſit unius in contentione perſona. *Ibidem, in medio, pagina 489. col. 2. F.*

IN VITIS PATR. 192. Ira per quatuor humanos ſenſus obſcurat, ſi odio habuerit homo proximum ſuum, aut ſi illi inviderit, aut ſi pro nihilo duxerit, aut ſi detraxerit ei. Primum ex corde, ſecundum ex facie, tertium ex lingua, quartum ex facto. *Libro 3. num. 76. ante medium, pagina 512. columna* 2.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 193. Iraſci cujuſlibet eſt, & facile: ſed cui, & quantùm, & quando, & quomodò, & gratiâ cujus oportet, non cujuſlibet eſt, neque facile. *Lib. 2. Ethic. ad Nicomach. cap. 9. circa init. tom. 2.*

194. Is, qui pro quibus, & quibus oportet, & ut oportet, & cùm oportet, & quantò in tempore oportet, iraſcitur, laudatur. *Proſec.*

195. Qui verò non iraſcuntur pro quibus oportet, & ut oportet, & cùm oportet, & quibus oportet, fatui ſunt. *Ibid. lib. 4. cap. 5. in princ.*

196. Manſuetus ac mitis perturbatione vacare & non ab affectu duci, ſed pro his, & tantò in tempore iraſci ſolet, perindè atque ratio jubet. *Ibidem.*

197. Iracundus dicitur, qui vehementiùs & citiùs, & ob plura quàm deceat, excandeſcit. *Lib. 2. Ethic. ad Eudemium, ante med. tom. 2.*

CATO POETA. 198. Iratus, de re incertâ contendere noli:

Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum.

Lib. 2. diſtichor. Metr. 17.

CICERO. 199. Ira procul abſit, cum qua nihil rectè fieri, nihil conſideratè poteſt. *Lib. 1. de Offic. poſt med. tom.* 4.

Mimus Publ. 200. Fulmen eſt ubi cum poteſtate babitat iracundia. *In ſuis ſent.* 138.

201. Homo extra corpus eſt ſuum, cùm iraſcitur. *Ibid. ſent.* 158.

202. Iracundiam qui vincit, boſtem ſuperat maximum. *Ibidem. ſent.* 198.

Seneca. 203. Nullum eſt animal tàm horrendum, tamque pernitioſum naturâ, ut non appareat ioillo, ubi ira invaſit, novæ feritatis acceſſio. *Lib. 1. de Ira cap. 1. in fine, pag.* 392. *tom.* 1.

204. Quid irâ crudelius? quid irâ infeſtius? ira eſt in exitiom & oocere vult. *Ibidem, cap. 5. in princ. pag.* 394. *tom.* 1.

205. Quomodò ratio occupata & oppreſſa vitiis reſurget, quæ iræ ceſſit? *Ibidem, capite 8. circa medium, pag.* 397.

206. Iraſci pro ſnis, noo eſt pii animi, ſed infirmi. *Ibid. cap* 12. *circa med. pag.* 400.

207. Omoes quos vecors irâ animus ſupra cogitationes extollit humanas, altum quidem & ſublime ſpirare ſe credunt: cæterùm oihil ſolidi ſubeſt, ſed io ruinam prona ſunt, quæ ſine fundamento crevêre. *Proſecutio.*

208. Non habet ira, cui inſiſtat, non ex infirmo manſuroqne oritur, ſed ventoſa & inanis eſt. *Ibidem, cap. 16. poſt med. pag.* 406.

209. Ira muliebre maximè, & puerile vitium eſt. *Ibidem.*

210. Virtus ut hooeſtis rebus propitia eſt, ita turpibus irata eſſe debet. *Lib. 2. de Ira, cap. 6. in princ. pag.* 411.

211. Temperatus ſit ſapiens, & ad res fortiùs agendas, non iram; ſed vim adhibeat. *Lib. 2. de Ira, cap. 17. in calce, pag. 419. tom.* 1.

212. Opportuniſſima ad iracundiam fetvidi oatura eſt. *Ibid. cap. 18. in med. pag.* 419.

213. Nihil magis facit iracundos, quàm educatio mollis & blanda. *Ibidem, cap. 21. circa medium, pagina* 421.

214. Cauſa iracuodiæ, opinio injuriæ eſt. *Ibid. cap. 22. à medio, pag. 422. tom.* 1.

215. Nulla res magis iracundiam alit, quàm luxuria intemperans & impatiens. *Ibidem, cap. 26. in princ. pag.* 423.

216. Magna pars bominum eſt, quæ oon peccatis iraſcitur, ſed peccantibus. *Ibidem, cap. 28. circa finem, pag.* 426.

217. Maaimum remediom eſt iræ, mora. *Ibid. in fin. pag.* 426.

218. Quid eſt glorioſius, quàm iram amicitia mutare? *Ibid. cap. 34. in med. pag.* 430.

219. Iraſcitur aliquis? to contrà, beneficiis provoca. *Ibid. poſt med. pag.* 430.

220. Nulla celerior ad inſaniam via eſt, quàm ira. *Ibid. cap. 36. in med. pag.* 432.

221. Nullus affectus eſt, io quem noo ira domioetur. *Ibid. cap. 37. in calce pag.* 432.

222. Alia vitia à ratione, ira à ſanitate deſciſcit: alia acceſſus tenues babent, & incrementa fallentia: in ira dejectus etiam animorum eſt. *Lib. 3. de Ira, cap. 1 ſub finem, pag. 433. tom.* 1.

223. Non vis eſſe iracundus? ne ſis curioſus: qoi inquirit quid de ſe dictum ſit, ſeipſum ioquietat. *Ibid. cap. 11. in princ. pag.* 440.

224. Maximum remedium iræ, dilatio eſt, ut primus ejus fervor langneſcat, & caligo quæ premit mentem, aut reſidat, aut minùs denſa ſit. *Ibid. cap. 12. circa med. pag.* 441.

225. Nihil tibi liceat, dùm iraſceris: quare? quia vis omnia licere, pugna tecum ipſe. *Proſec.*

226. Si iram vincere oon potes, illa incipit te vincere: ſi abſconditur, ſi illi exitus non datur, ſigna ejus obruamus. *Ibidem, cap. 12. in fine, pag.* 442.

227. Plus mihi oocitura eſt ira, quàm injuria: quidni plus? illius modus certus eſt, iſta quouſque me latura ſit, incertum eſt. *Ibidem, capite 25. in calce, pagina* 451.

228. Diutiùs iraſcimur, quàm lædimur. *Ibid. cap. 27. in princ. pag. 452. tom.* 1. Seneca.

229. Satius eſt iram relinquere, quàm ab ira relinqui. *Ibid. in fine, pag.* 453.

230. Frivolis turbamur & ioanibus. *Ibid. cap. 30. in princ. pag.* 454.

231. Nunquid ampliùs iſti cui iraſceris, qoàm mortem optas? etiam te quieſcente morietur, perdis operam. *Ibidem, cap. 43. a medio, pag. 461. tom.* 1.

232. Iniquè iraſcitur, qui ſuis iraſcitur. *De Moribus, in med. pag. 677. edit. Baſileæ* 1537.

233. Iræ ſeveritas, in vitio eſt. *Ibidem, à medio, pag.* 678.

234. Ira & odium in pectoribus homanis magnos fluctus excitant. *Lib. 9. dictor. memorabil. cap. 3. in princ. pag.* 406. Valer. Max.

Vide etiam Tit. Abſtinentia. ſent. 21. Cogitatio. ſent. 47. Dies. ſent. 12. Domare. ſent. 44. Felicitas. ſent. 128. Furor per totum. Ingenium ſent. 55. Monachus. ſent. 16. Occiſio. ſent. 60. Perſecutio. ſent. 106. Punitio. ſent. 54. 85. 86. Ratio. ſent. 57. Rex. ſent. 47. 70. Riſus. ſent 13. Timor Dei. ſent. 108.

Ira Dei.

DEFINITIO, DIVISIO, DIFFERENTIA.

IRa Dei non eſt ut hominis perturbatio concitati animi, ſed tranquilla diſpoſitio juſti ſimpliciter conſtituti. *Sup. Ep. ad Hebr. cap. 3. poſt medium, fol. 221. col.* 4. S. Anselmus.

Iraſci dicitur Deus noo animi motu, vel qualibet perturbatione, quæ illi omninò accidere non poteſt: ſed creaturæ delinqoenti juſtam inferre dicitur ultionem. *De eſſentia divinit. poſt med. pag. 693. littera A. tom.* 4. S. Augustin.

Ira Dei vocatur retributio peccatorum: nam motus divinitas beata non patitur, quia ſemper eadem æterna atque immobilis perſeverat. *Sup. Pſ. 2. verſ. 5. Tunc loquetur ad eos in ira ſua, fol. 6. col.* 2. Cassiodor.

Ira Dei dicitur quando omoia peccatoribus obſtinatis, ſuis meritis apta redduntur. *Ibidem.*

Ira Dei eſt puoitio ejus per gehennam, quæ timenda eſt: vel inflictio pœnæ temporalis, quæ appetenda eſt. *Super Pſalmum 7. fol. 14. col. 4. tom.* 2. Hugo Card.

Ira Dei eſt, quando aliqua flagella inferuotur homini ad correptionem: ſed furor Dei, quando ad reprobationem. *Sup. Threnos, cap. 2. fol. 292. columna 4. tom.* 4.

Ira Dei eſt vindicta ejus io malos. *Tom. 7. in Prolog. fol. 5. col.* 1.

Ira Dei eſt eorum, qoi inſtruuntur, ſenſus moleſtus. *Centuria 3. de virtute & vitio, cap. 9. apud Bibliothecam Patrum, tom. 7. pag. 382. col. 1. lit. A. editionis Colonienſis* 1618. S. Maximus Mart.

Ira Dei, non perturbatio eſt ejus, ſed judicium, quo irrogatur pœna peccato. *Sent. 157. in fine tomi tertii operum D. Auguſtini, pag. 751. A.* S. Prosper.

DIVISIO.

Hugo Card.

Quadruplex eſt ira Dei {
Reprobationis.
Subtractionis gratiæ.
Commioationis.
Extremæ eaaminationis. *Sup. Pſ. 33 fol. 85. col. 1. tom.* 2.

Differentia.

S. Isid. Hisp. Diſtat inter iram Dei mereri, & provocare: gravior namque eſt ira quæ provocatur, quàm ea quæ meretur. *Proſecutio.*

Meremur iram Dei, quando ignorando peccamus: provocamus, quando ſcimus bonum facere, nec volumus. *Lib. 2. de ſum. bono, cap. 19. ſent. 7. pag. 646. col. 2.*

S. Petrus Chrysolog. Inter iram Dei, & furorem differt: ira Dei eſt delinquentium pœna, furor Dei eſt ſupplicium peccatorum. *Serm. 45. in principio. apud Bibliothecam Patrum, tomo 5. part. 2. pag. 694. columna 2. littera H. editionis Colon.* 1618.

Sententiæ Patrum.

S. Ambros. 1. Cùm iraſcitur Deus in reum, differt: cùm miſeretur, properat, ut abſolvat: terret ut corrigat, admonet ut emendet, prævenit ut cognoſcat. *Super Pſalmum 37. poſt initium, columna 1324. littera D. tom. 4.*

2. Deus non paſſioni patet, ut iraſcatur, cùm ſit impaſſibilis: ſed quia vindicat, videtur iraſci. *Ibid. longè poſt init. col. 1325. B. C.*

3. Neſcit iraſci qui author eſt legum, cui terrendi eſt voluntas, non puniendi. *Ibidem.*

4. Nequaquàm eſt deſperandum, etſi iraſcitur Deus, ignoſcit: etſi percutit, ſanat: etſi tradit in interitum carnem, ſpiritum ſalvat. *Ibidem, ante medium, columna 1327. D.*

S. Augustin. 5. Cùm Deus iraſcitur, non ejus ſignificatur perturbatio, qualis eſt in animo iraſcentis hominis: ſed ex humanis motibus tranſlato vocabulo, vindicta ejus (quæ non niſi juſta eſt) iræ nomen accepit. *In Enchiridio, cap. 33. in fine pag. 115. B. tom 3.*

6. Qui ab iniquitatibus ſuis recedere negligunt, & ſibi de Deo indulgentiam repromittunt, nonnunquàm ita præveniuntur repentino Dei furore, ut nec converſionis tempus, nec beneficium remiſſionis inveniant. *De fide ad Petrum, cap. 3. poſt medium, pagina 158. D. tom. 3.*

7. Non eſt quò fugias à Deo irato, niſi ad Deum placatum. *Sup. Pſ. 74. à medio, verſ. 6. pagina 566. D. tom. 8.*

8. Illi Deus iraſcitur, quem peccantem non flagellat. *Super Pſalmum 98. poſt medium, verſ. 9. pag. 762. C. tom. 8.*

9. Qui Deum non habet placatum, nequaquàm evadet iratum. *In Medit. cap. 30. ante med. pag. 492. C. tom. 9.*

10. Magna eſt ira Dei, parcendo ſævit, ſed juſtè ſævit. *De verb. Dom. Serm. 37. in fine, pag. 95. littera B. tom. 10.*

S. Bernard. 11. Tunc magis iraſcitur Deus, cùm non iraſcitur. *Serm. 42. ſup. Cant. ante med. fol. 168. columna 4. littera K.*

S. Bonavent. 12. Tria ſunt quæ deteſtatur Deus, & propter quæ iraſcitur: primum eſt elatio ſuperbiæ in præeminendo: ſecundum eſt negotiatio avaritię in acquirendo: tertium eſt defœdatio luxuriæ in laſciviendo. *Ser. 2. Dom. 19. poſt Pent. in medio, pag. 198. col. 1. tom. 3.*

13. Præter finalem damnationem, nulla Dei ira gravior, quàm non defendere à peccato. *Lib. 2. de Profect. Relig. cap. 61. circa init. pagina 599. columna 2. A. tom. 7.*

S. Cæsarius Arelat. 14. In peccatis perſeverantes reſpicit ira Dei. *Hom. 17. in fine, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 3. pagina 762. columna 2. littera F. editionis Colonienſis* 1618.

Cassiodorus. 15. Ira in Domino abuſivè, non propriè dicitur, quæ ab ejus tranquillitate cognoſcitur aliena. *Sup. Pſ. 76. circa med. verſ. 9. fol. 117. col. 2.*

16. Ille neſcit pius creator iraſci, niſi quando nobis exiſtere videmur adverſi. *Sup. Pſal. 91. à medio, verſ. 9. fol. 141. col. 2.*

17. Ira Dei eſt ejus cenſura, ut qui beneficiis non intelligitur, vel plagis intelligatur. *Lib. ad Demetrianum, cap. 9. pag. 284. col. 1. tom. 2.* S. Cyprian.

18. Eſt ex natura Numinis, ut iraſci neſciat: cæterum non fert eos, qui effræni licentiâ ad prava quæque patranda facinora proclives aguntur, idque nos in Deo noſtris utentes vocibus, iracundiam vocamus. *Hom. 25. de feſtis Paſchal. ante med. pag. 260.* S. Cyrillus Alex.

19. Etſi acerba & gravis eſt Dei ira, tamen cum medendi vim habeat, eos qui ipſam experiuntur, ad bonum provehit. *Et hab. apud D. Ioan. Damaſc. lib. 3. parall. cap. 49. ſub. finem, fol. 127. pag. 1. B.* Dion. Alex.

20. Naturâ quidem ac per eſſentiam Deus hoc habet, ut miſericordiâ commoveatur: ut autem iraſcatur, non naturâ ipſi comparatum eſt, ſed ob alios contingit. *Et hab. apud D. Ioan Damaſc. lib. 3. parall. cap. 100. ſub finem. fol. 129. pag. 2. A.*

21. Longè eſt cùm iraſcitur Deus: propè eſt, cùm placatur. *Hom. de Reſurr. in medio, apud Bibliothecam Patrum., tom. 5. part. 1. pagina 593. col. 2. H. edit. Colonienſis* 1618. S. Euseb. Emissen.

22. Notum eſt iram Dei dici non poſſe, niſi ubi creditur hominis iniquitas præceſſiſſe. *Lib. 1. ad Monimum, cap. 26. ante med.* S. Fulgent.

23. Excitat iracundiam Dei, qui mala coram Deo committit. *Sup. orat. Manaſſis, in illud, Excitavi iracundiam tuam, col. 1269. B. tom. 2.* Gloss. ordi.

24. Aliquando Deus iraſcitur ut pater, quando verbis increpat delinquentem, & facit pœnitentem: aliquando iraſcitur ut Dominus, quando corripit ut durus, & ſtatim ulciſcitur, cùm videt quòd nec pœnitentiæ, nec veniæ locus ſit. *Sup. Thren. cap. 5. in illud, Iratus eſt contra nos, &c. columna 1034. littera F. tomo 4.*

25. Irato Deo nihil eſt humana fortitudo. *Sup. Ezech. cap. 7. in illud, Ira mea ſuper populum, col. 1131. littera B tom. 4.*

26. Ceſſat jàm ira Dei, cui ſatisfecit pœna. *Sup. Thren. cap. 4. col. 1014. D. tom. 3.* Gloss. Int.

27. Nulla creatura poſſet iram Dei omnipotentis, quanta eſt, ſuſtinere. *Sup. Amos, cap. 7. in illud, Non ſtillabis, &c. col. 1890. lit. E. tom. 4.* Gloss. Ordi.

28. Ira Dei non perturbationem ejus, ſed merita & peccata puniendorum ſignat: qui ideò puniuntur à Deo, ut emendentur. *Proſec.*

29. Ira Dei non perturbationem ejus ſignificat, qui non iraſcitur, ſed eorum peccata in quos deſævit: nec iratus ulciſcitur, ſed corripit ut emendet. *Sup. Zachar. cap. 1. in princ. in illud, Iratus eſt Dominus, col. 2186. E. tom. 4.*

30. Iram Dei provocare, eſt mandatis illius ſciendo contraire. ſcire bonum, ſed deſpicere: facere poſſe, ſed non velle. *Lib. 26. Moral. cap. 23. poſt init. columna* 881. S. Greg. Mag.

31. Sicut mali ideò Deum exaſperant, quia loquuntur & faciunt mala: ita nonnunquàm boni exaſperant, quia reticent bona. *Hom. 9. ſup. Ezech. longè poſt med. ſup. illud, Tu autem Fili hominis audi. columna 149. littera C.*

32. Ira Dei præter naturam ejus eſt. *Orat. 8. ob Patrem Epiſcop. poſt med. pag. 61.* S. Greg. Naz.

33. Deus omnipotens illis iratus videtur, quos juſto judicio propter peccata damnat & punit: cæterùm in ſua natura ſemper immutabilis, ſemperque tranquillus permanet. *Serm. Dom. 21. poſt Pent. poſt med.* Haymo.

34. Magna ira eſt, quando peccantibus non iraſcitur Deus. *Tom. 1. Ep. 33. ad Caſtrutium, circa med. pag. 205. A.* S. Hieronym.

35. Deus differt iram, ut præbeat miſericordiam. *Lib. 9. ſup. Iſayam, cap. 28. ſup. illud, Quem docebit ſcientiam. pag. 117. D. tom. 5.*

36. Ira Dei non eſt perturbatio animi, ſed judicium. Hugo Card.

quod irrogatur peccatori. *Super Geneſ. cap. 6. fol. 9. col. 3. tom.* 10.

HUGO CARD. 37. Iram Dei poteſt quis mereri neſciens: provocare verò iram Dei, eſt cùm mandatis ejus ſcienter contradicit; ſciens bonum, ſed deſpiciens. *Sup. Iob, cap.* 36. *fol.* 445. *col.* 4. *tom.* 1.

38. Magna eſt ira Dei, quando medicina verſa eſt in venenum. *Sup. Pſ. 7. fol. 14. col. 1. tom.* 2.

39. Ira Dei in præſenti quaſi momentanea eſt, & quaſi nox: ſed in futuro ira ejus erit velut ignis in æternum duraturus. *Sup. Pſalmum 78. fol. 109. columna 3. tom.* 2.

40. Summa ira Dei eſt, cùm hîc parcit: ad hoc enim hîc parcit, ut in æternum puniat: ſi non parcit, ad hoc non parcit, ut in æternum parcat. *Sup. Prov. cap. 14. Moraliter, fol. 32. col. 2. tom.* 3.

41. Triplex eſt ſignum iracundiæ Dei.
- Primum eſt, quòd hîc peccatum non punit.
- Secundum eſt præſens proſperitas.
- Tertium eſt, quòd Deus dimittat peccatores diabolo, vel ſibi ipſis.

42. Hæc eſt maxima ira Dei, cùm peccati fræna relaxat. *Sup. Eccleſiaſt. cap. 36. fol. 240. columna 4. tom.* 3.

43. Vehementer iraſcitur Deus, quando non revocat peccantem. *Sup. Thren. cap. 5. in calce, fol. 308. col. 2. tom.* 4.

IDIOTA. 44. Vehementer peccatori iraſcitur Deus, cùm permittit cuncta ei ad votum ſuccedere, & poſteà cum ſupplicia tolerare. *Libro 2. Contemplat. de vera patient. cap. 1. in medio, apud Bibliothecam Patrum, tom.* 10. *pag.* 10. *col.* 2. *E. editionis Colonienſ.* 1618.

45. Ira Dei paterna eſt erga miſeros peccatores, quæ licet ad illorum utilitatem ſit, videtur tamen in eos quandoque ſævire. *Ibidem, cap. 8. in princ. pag. 12. col. 2. lit. D.*

S. INNOC. III. 46. Prædeſtinatis Deus iraſcitur temporaliter, reprobis autem iraſcitur æternaliter. *Libro 3. de Contemptu mundi cap. 10. ante med. pag.* 152.

S. IOANN. CHRYSOSTOM. 47. Quando iram Dei contemnimus, vehementiùs iraſcitur: quando verò ejus curam habemus, remiſſiùs, vel potiùs non ampliùs iraſcitur. *Homil. 8. ſup. 1. Cor. in morali, poſt med. col.* 388 *C. tom.* 4.

JOAN. TRITH. 48. Si vis ut non iraſcatur tibi Deus, iram adverſum fratrem tuum non ſerves. *In cap. 4. Regul. S. Bened. verbo Ira. ſub finem. pag. 277. col.* 1.

S. ISID. HISP. 49. Nunc iram Dei, dùm vivimus, vitare poſſumus: veniente autem illo terrore judicii, ſentiri poterit, vitari non poterit. *Libro 2. de ſummo bono. cap. 19. ſent. 7. pag. 646. col.* 2.

LACT. FIRM. 50. Cùm ſint in rebus humanis bona & mala, neceſſe eſt ad utramque partem moveri Deum: & ad gratiam, cùm juſta fieri videt: & ad iram, cùm cernit injuſta. *De Ira Dei, cap. 5. circa med. pag.* 352.

51. Gratia & ira & miſeratio habent in Deo materiam, recteque illis utitur ſumma illa & ſingularis poteſtas ad rerum conſervationem. *Ibidem, in fine, pag.* 353.

52. Ira in malos, charitas in bonos, miſeratio in afflictos, affectus ſunt virtutis: & quoniam divinâ poteſtate ſunt digni, illos proprios & juſtos & veros habet. *Ibidem, cap. 16. ſub finem. pag.* 354.

53. Hæc eſt ira juſta, quæ ſicut in homine neceſſaria eſt ad pravitatis correctionem: ſic utique in Deo, à quo ad hominem pervenit exemplum. *Proſecutio.*

54. Nam nos poteſtati noſtræ ſubjectos coërcere debemus, ita etiam peccata univerſorum Deus coërcere debet; quod ut faciat, iraſcatur neceſſe eſt. *Ibidem, cap. 17. ſub fin. pag.* 356.

55. Cùm velit Deus homines bonos eſſe, eorum vitiis iraſcitur. *Ibidem, cap. 19. in princ. pag.* 358.

56. Cùm Deus ſanctiſſimam legem poſuerit, velitque univerſos innocentes ac beneficos eſſe; poteſt-ne non iraſci, cùm videt contemni legem ſuam abjici virtutem, appeti voluptatem? *Proſec.* LACT. FIRM.

57. Si eſt Pater ac Deus univerſorum, certè & virtutibus hominum delectatur, & vitiis commovetur: ergo & juſtos diligit, & impios odit. *Ibidem, circa med. pag.* 358.

58. Malorum felicitas, iræ Dei non contradicit. *Ibidem, cap. 20. in princ. pag 359. Proſec.*

59. Si Deus poteſt ignoſcere, poteſt igitur iraſci: cur ergo, inquiet aliquis, & qui peccant ſæpè felices ſunt, & qui piè vivunt ſæpè miſeri? quia fugitivi & abdicati liberè vivunt, & qui ſub diſciplina patris, aut domini ſunt, ſtrictiùs & frugaliùs. *Ibid. cap. 20. in princ. pag.* 359.

60. Non ideò intelligere debemus, quia, cùm ſit æternus Deus, iram quoque ejus in æternum manere: ſed quia virtute maximâ cùm ſit præditus, in poteſtate habere iram ſuam, nec ab ea regi, ſed ipſum illam, quemadmodùm velit, moderari. *Proſec.*

61. Nam ſi prorsùs immortalis fuiſſet ira ejus, non eſſet ſatisfactioni aut gratiæ poſt delictum locus, cùm ipſe homines ante ſolis occaſum reconciliari jubet.

62. Sed ira divina in æternum manet adversùs eos, qui peccant in æternum: & qui peccare deſinit, iram Dei mortalem facit. *Ibidem, cap. 21. à medio, pagina* 360.

63. Incorruptibilis eſt Conditor æternus, in æthere habitans, bonis bonum præferens multò majorem mercedem: malis autem & injuſtis iram & furorem colligens. *Ibidem, cap. 22. in fine, pag. 361. verbo græco ἄφθαρτος poſt Sybillam.*

64. Impunè contemptores ſuos Deus tranſire non patitur, quò enim latiùs miſericordiam prærogat, eò diſtrictiùs delinquentibus infert iram. *De triumphali Chriſti agone, cap. 25. in principio, pag. 344. columna 2. lit. D.* S. LAURENT. JUSTIN.

65. Deus zelans, ſi te corripit, ſi caſtigat, ſi indignatur, ſi iraſcitur, & velut zelotypiâ quadam erga te utitur, ſpem tibi eſſe ſalutis agnoſce. *Hom. 8. in cap. 20. Exod. poſt med. tom.* 1. ORIGENES.

66. Tanta eſt ſummi Patris pietas, ut etiam ira ejus ex miſericordia ſit: & ideò caſtiget, ut parcat. *Ep. 10. ad Severum. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pagina 148. columna 2. F. edit. Colon.* 1618. S. PAULINUS.

67. Chriſtus iraſcitur ut Dominus; contriſtatur ut parens, dolet ut homo; intuetur ut Deus. *Serm. 32. poſt medium, apud Bibliothecam Patr. tom. 5. part. 2. pag. 685. col. 2. F. edit. Colonienſis* 1618. S. PETRUS CHRYSOL.

68. Deum iraſci in ira, indignari in furore, non eſt Creatoris pii, ſed ſeveriſſimi cognitoris. *Ibidem, ſermone 45. poſt initium, pagina 695. columna 1. littera A.*

69. Divina bonitas ideò maximè iraſcitur in hoc ſeculo, ne iraſcatur in futuro: & miſericorditer temporalem adhibet ſeveritatem, ne æternam juſtè inferat ultionem. *Apud D. Aug. in fine, tom. 3. ſent.* 5. S. PROSPER.

70. Ira eſt divinitatis, pœna peccantis. *Lib. 1. de Gubern. Dei, circa med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 326. col. 1. A. edit. Colon.* 1618. SALVIANUS.

71. Exacerbamus Deum impuritatibus noſtris, & ad puniendum nos trahimus invitum. *Proſec.*

72. Cùm ejus naturæ ſit mens Dei, ut nulla iracundiæ paſſione moveatur, tanta tamen in nobis peccatorum exacerbatio eſt, ut per nos cogatur iraſci.

73. Cumque ejus benignitatis ſit, ut velit nobis jugiter parcere, cogitur malis noſtris ſcelera quæ admittimus vindicare. *Ibidem, libro 4. ante med. pag. 337. col. 1. D.*

74. Vim Deo facimus iniquitatibus noſtris, ipſi in nos iram divinitatis armamus. *Ib. lib. 5. poſt med. pag. 345. col. 1. C.*

S. THEODORET 75. Apud Dominum Deum, majores ſunt comminationes, quàm pœnæ. *Quæſt.40. ſup. Exod. in princ. pag.25. col.1. tom.1.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SENECA. 76. Perierat totus orbis, niſi iram finiſſet miſericordia. *Libro 1. Controverſ. 1. poſt initium, pagina 44. tom. 1.*

VALER. MAX. 77. Lento gradu ad vindictam ſui divina procedit ira, tarditatemque ſupplicii gravitate compenſat. *Lib. dictor. memorabil. cap. 2. ante finem, pag.18.*

Vide etiam Tit. Beneficium Dei. ſent. 11. Dilatio. ſent. 59. Monachus. ſent. 6. Patientia Dei. ſentent. 35. Prophetia. ſentent. 56. Satisfactio. ſent. 16.

Judas Iſcariotes.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS 1. HOc graviſſimum in Juda proditore fuit, quo ejus condemnaretur perfidia, quod gratiæ vicem non repræſentaverit, ſed conviviis amicitiæ venenum malitiæ miſcuerit. *Lib.3. Offic. cap. 16. ante finem, col. 78. A. tom. 1.*

2. O Juda proditor! unguentum paſſionis ejus trecentis denariis æſtimas, Paſſionem ejus triginta denariis vendis? *Libro 3. de Spiritu ſancto, cap. 18. poſt medium.*

3. Severiſſimus judex ſui fuit Judas, qui in ulciſcendo confitetur, quem negaverat in tradendo. *Serm. 51. de Iuda circa init.*

4. Mira res, confitetur latro in crucis patibulo, quem diſcipulus abnegavit. *Proſec.*

5. Mira inquam res, latro honorificat patientem, quem Judas prodidit oſculantem.

6. Ab hoc pacis blandimenta venduntur, ab illo Crucis vulnera prædicantur. *Serm. 44. de S. Latrone, in medio, col.739. B. tom. 3.*

7. Mira res, plus in cruce latro Chriſtum diligit quàm Judas dilexit in cœna. *Ibidem, in fin, columna 739. littera C.*

8. Juda, oſculo filium hominis tradis?) hoc eſt, venenum infundis oſculo, quo gratia charitatis infunditur? oſculo, quod ſacræ pacis inſigne eſt: oſculo, quo amicitia fida firmatur: oſculo, quo fides ſancta ſignatur? *Proſec.*

9. Hoc ergo oſculo tradis periculo, quem propter oſculi commercium venerari deberes. *Sup. Pſ.39. circa med. col. 1352. D. tom.4.*

10. Non turbatur navis, quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Judam habet, etſi multa illic diſcipulorum merita navigabant, tamen eam adhuc perfidia proditoris agitabat: in utraque Petrus, ſed qui ſuis meritis firmus eſt, turbatur alienis. *Lib. 5. ſup. Luc. cap.5. in princ. col. 1977. B. tom.5.*

S. ANASTASIUS II. PAPA. 11. Judas cùm fuerit ſacrilegus atque fur, quidquid egit inter Apoſtolos pro dignitate commiſſa ſibi, ratum fuit. *In decret. Gratian. part.1. diſt.19. can. Secundum, fol. 19. col. 3.*

S. ANSELMUS. 12. Judas proditor tàm avarus fuit, quòd quando denarios vidit, Chriſtum pro eis tradidit. *De paſſione Domini in principio.*

S. ANTONIN. 13. Judas omnium Redemptorem vendidit: mox laqueo ſuſpenſus, eandem gratiam redemptionis non obtinuit, quia nemo poteſt retinere quod vendidit. *Proſec.*

14. Fuit Chriſtus JESUS maximè ſpiritualis, ideò emendo vel vendendo eum, ſimonia fuit: Judas autem vendidit illum quantum ad humanitatem: ſed ſimoniaci videntur vendere Spiritum ſanctum, quantum ad ſuam divinitatem. *Parte 2. tit. 1. cap 4. §. 3. in princ. folio 15. columna 1.*

S. ANTONIN. 15. Judas ex indigna communione conſecutus eſt hunc fructum, ut iniquitatem proditionis conceptam executioni ſubitò mandaret: indéque ex magnitudine mali deſperatus, laqueo vitam finiret. *Part. 2. tit.1. cap. 21. §.5. ante med. fol. 84. col. 3.*

S. ANTONIUS DE PADUA. 16. Quid vultis mihi dare? &c.) Proh dolor! ponitur in pretio res inappretiabilis ô Juda Domini Dei Filium, tanquàm vile mancipium, tanquàm canem mortuum vis vendere, cùm non tuam, ſed ementium requiris voluntatem. *Proſec.*

17. Quid vultis mihi dare? Et quid poſſunt tibi dare? ſi Hieruſalem, Galilæam, Samariam dederint, numquid JESUM emere poſſunt?

18. Si cœlum & Angelos, terram & homines, mare & omnia quæ in eis ſunt tibi dare potuiſſent, numquid Dei Filium, in quo ſunt omnes theſauri, emere valuiſſent? *Serm. in die Paraſceves. in princ. fol. 112. pagina 1.*

19. O quot hodie Judæ, qui mercede alicujus commodi temporalis vendunt veritatem! oſculo adulationis proximum tradunt, & ſic ultimo laqueo ſe ſuſpendunt æternæ damnationis. *Ibidem, ante med. fol. 112. pag. 2.*

S. AUGUST. 20. Traditorem ſuum, qui jàm pretium ejus acceperat, uſque ad ultimum pacis oſculum inter innocentes ſecum eſſe Chriſtus perpeſſus eſt. *Ep.163. poſt med. pag. 478. C. & D. tom. 2.*

21. Judas pœnitens ivit ad Phariſæos, reliquit Apoſtolos, nihil invenit auxilii, ſed augmentum deſperationis; quia ab unitate diviſus erat. *De vera & falſa pœnit. cap. 12. circa initium, pagina 745. litt. B. tom. 4.*

22. Chriſtus proditorem ſuum tanta patientia pertulit, ut ei primam Euchariſtiam confectam manibus ſuis, & ore ſuo commendatam, ſicut cæteris Apoſtolis traderet. *Sup. Pſal. 10. poſt med. verſ. 3. Iuſtus autem quid fecit? pag.49. A. tom.8.*

23. Judas inter duodecim electus eſt, ne ipſe duodecimus tàm exiguus numerus eſſet ſine malo: hoc ad exemplum noſtræ patientiæ, quoniam neceſſe erat ut inter malos viveremus. *Proſec.*

24. Et quia neceſſe erat ut malos, ſive ſcientes, ſive neſcientes toleraremus; exemplum patientiæ præbuit Chriſtus, ne deficias, cùm cœperis inter malos vivere. *Super Pſalm. 34. conc.1. verſ.8. Quoniam gratis abſconderunt, &c. pag.170. C. D. tom.8.*

25. Videte quanta nobis præſtitit Deus de ipſo immaniſſimo ſcelere Judæ traditoris. Judas quippè tradidit ad paſſionem Filium Dei, & per paſſionem Filii Dei omnes gentes redemptæ ſunt ad ſalutem; nec tamen pro ſalute gentium merces reddita eſt Judæ, ſed pro ejus malitia debitum ſupplicium ei retributum eſt. *Sup. Pſ.93. ante finem expoſit. verſ. ultime, pag 729. A.*

26. Si reprehenſione tangitur negligentia convivantis, qua pœna percutitur proditor invitantis? *Proſecutio.*

27. Quid erat panis traditori datus, niſi demonſtratio cujus gratiæ fuiſſet ingratus?

28. Intravit ſathanas poſt panem in Domini traditorem, ut ſibi jàm traditum pleniùs poſſideret, in quem priùs intraverat ut deciperet.

29. Tradidit Judas Chriſtum, tradidit Chriſtus ſeipſum. Ille agebat negotium ſuæ venditionis, iſte noſtræ redemptionis. Quod facis, fac citiùs: non quia tu potes, ſed quia hoc vult, qui omnia poteſt.

30. Quod facis, fac citiùs O verbum libentiùs parati ad paſſionem, quàm irati ad vindictam! ô verbum non tàm pœnam exprimens venditoris, quàm mercedem ſignificans Redemptoris! non tàm in perniciem perfidi ſæviendo, quàm ad ſalutem fidelium feſtinan-

S. Augustin. do. *Tract. 62. ſup. ſup. Evang. Joan. de cap. 13. ante & poſt med. pag. 278. littera C. & 279. littera A. tomo 9.*

31. Quomodo Petrus bonus, corpus bonorum: ſic Judas malus, corpus malorum ſignificat. *Ibidem, tract. 50. de cap. 12. ante finem, pagina 252. D.*

32. Judas { Traditoe magiſtri.
Explorator Paſtoris.
Inſidiator Salvatoeis.
Venditor Redemptoris. *Ib. tract. 55. de cap. 13. paulò poſt med. pag. 268. C.* }

33. Judas cogitavit pecuniæ lucrum, & invenit animæ detrimentum. *Ibid. tract. 62. de cap. 13. ante fin. pag. 279. lit. A.*

34. Quid Juda pejus? inter omnes adhærentes magiſtro intee duodecim, loculi illi commiſſi ſunt, & diſpenſatio pauperum diſtributa fuit. *Proſec.*

35. Ingratus tanto beneficio, honori tanto, accepit pecuniam, perdidit juſtitiam. Tradidit vitam mortuus, quem ut diſcipulus ſecutus, ut inimicus perſecutus eſt.

36 Totum hoc malum Judæ, ſed malo ejus benè uſus eſt Dominus; & malum Judæ, in bonum converſum eſt. *Ibidem, tract. 27. de cap. 6. poſt med. pag. 160. lit. C.*

37. Nemo deſperet, Judam traditorem, non tàm ſcelus quod commiſit, quàm indulgentiæ deſperatio fecit penitùs interire. *Hom. 27. ex quinquaginta Homil. ante finem. pag. 331. A. tom. 10.*

38. Ipſe occidit Chriſtum, qui eum tradidit occidendum. *Ser. 2. fer. 2. poſt Dom. Palmar. & in ord. 118. in fine, pag. 614 C. tom. 10.*

39. Gemat Judas venditor, erubeſcat Judæus emptor: Ecce Judas vendidit, Judæus emit. Malum negotium egerunt, ambo damnati ſunt, ſeipſos perdiderunt venditot & emptor. *Serm. 5. Dedicat. Eccleſ. & in ord. 256. poſt med. pagina 829. B. tom. 10.*

V. Bedae. 40. Infelix Judas, damnum quod ex effuſione unguenti ſe feciſſe credebat, vult magiſtri pretio compenſare: nec certam jàm poſtulat ſummam, ut ſaltem lucroſa videtetur proditio: ſed quaſi vile tradens mancipium, in poteſtate eſſentiom, quantum velleut dare. *Libro 4. ſup. Marcum, cap. 14. in illud, Abiit ad ſummos Sacerdotes, &c. columna 190. tomo 5.*

S. Bernard. 41. Dignam ſibi pœnam traditor amens invenit, ut videlicet guttur, quo vox proditionis exierat, laquei nodus necaret. *Proſec.*

42. Dignum etiam locum interitus quæſivit, ut qui hominum Angelorumque Dominum mori tradiderat, cœlo terræque peeoſus, quaſi aëris tantummodo ſpiritibus ſociandus, aëris medio periret. *Super Acta Apoſt. cap. 1. in illud, Et ſuſpenſus crepuit medius, col. 629. tom. 5.*

43. Si quis te adulatur, ſi quaſi conſulentis animo venenum propinat fraternæ detractionis, & odium ſeminare conatur: ſi denique iniquum aliquid tanquàm juſtum perſuadere tentat, Judas eſt, oſculo te prodit. *Serm. 2. de S. Andrea, paulò ante finem fol. 74. col. 1. littera A*

44. Judas ſuſpendit ſeipſum, diabolo ſine dubio immittente, ego tamen majus æſtimo, magiſque admiror quòd potuit immiſiſſe in cor ejus, ut traderet Dominum, quàm ut ſemetipſum ſuſpenderet. *Serm. 66. ſup. Cant. ſub finem, fol. 187. columna 3. littera I.*

45. De malo proditionis Judæ fecit Deus bonum redemptionis noſtræ. *Serm. 2. in Cœna Domini, in principio.*

S. Bonavent. 46 Judas de Apoſtolatûs faſtigio in proditionia tartara labitue, nec familiaritate convivii, nec intinctione buccellæ, nec oſculi gratiâ frangitur, ne quaſi hominem tradat, quem Filium Dei noverat. *Sup. Luc. cap. 22. in illud, Iuda, oſculo Filium hominis tradis? pag. 269. col. 2. tom. 2.*

Cassiodor. 47. O nefandiſſimum proditorem, & juſtè à beatorum ſocietate diſcretum! per oſculum cauſam fecit venire interitus, pee quod humani generis declaratur affectus. *Sup. Pſalmum 18. poſt init. verſ. 2. fol. 27. columna 4.*

48. O res amara & omni felle deterior! convivam ad proditionem, diſcipulum ad necem, conſervatorem pecuniæ præmio ſubitò fuiſſe corruptum! *Sup. Pſ. 63. ab init. verſ. 3. fol. 93. col. 3.*

49. Fuit laqueus diaboli armatus triginta argenteis, cùm Judam cepit, atque in interitum ſuffocavit. *Sup. Pſ. 118. verſ. Poſuerunt peccatores laqueum mihi, fol. 188. col. 3.*

S. Cyprian. 50. Non poteſt eſſe cum Chriſto, qui imitatot Judæ mavult eſſe quàm Chriſti. *De Orat. Domin. cap. 9. in fine, pag. 270. col. 1. tom. 2.*

51. Judam inter Apoſtolos Dominus elegit, & tamen Judas Dominum poſtmodum prodidit: non tamen idcircò Apoſtolorum fides cecidit, quia proditor Judas ab eorum ſocietate defecit. *De unit. Eccleſ. ante finem, tom. 2.*

S. Cyrillus Hierosol. 52. Judas in avaritiæ tentationem ingreſſus, non eam ſuperavit, verùm ſubmerſus, & corpus & animam perdidit *Catecheſ. myſtagog. 5. poſt medium, apud Biblioth. Patrum, pag. 455. col. 1. A. editionis Colonienſis 1618.*

Dydim. Alex. 53. Judas cùm factus eſt proditor Filii Dei, & magiſtri ſui, amans argentum perditionis, tunc factus eſt filius perditionis. *Libro contra Manich. ante medium, apud Bibl. Patrum, tom. 4. pag. 266. col. 1. D. edit. Colon. 1618.*

Dionysius Carthus. 54. Judas tradidit Chriſtum ex avaritia, quem Judæi tradiderunt ex inſidia. *Sup. hymn. Paſſionis ad veſp. poſt init. fol. 148. E.*

S. Ephraem. 55. Judas ſub blando oris oſculo, & lingua pacem ſimulante, dolum occultans, adverſus Dominum molitus eſt proditionem. *De morbo linguæ, circa med. pag. 100. A. tom. 1.*

S. Fulgent. 56. Miſerrimus Judas, qui cùm malè crimen traditionis admiſerit, pejus illius criminis pœnitudinem geſſit, quia penitùs indulgentiam non quæſivit: ideò pœnitentem non adjuvit, ſed peremit; quia ſibi converſionis tempus occiſione abſtulit, & indulgentiam deſperatione ſubtraxit. *Lib. 2. de remiſſ. peccator. cap. 16. à medio.*

57. Judas dignè quidem pœnitentiam egit, quia peccavit tradens ſanguinem juſtum; ſed ideò ſibi fructum pœnitentiæ denegavit, quia peccatum traditionis ſuæ, ipſo quem tradidit diluendum ſanguine non ſperavit. *Epiſt. 7. ad Venantiam. cap. 5. in fine.*

Glos. Ord. 58. Judas per molle oſculi blandimentum, execrabile jaculum proditionis infixit. *Sup. Zachar. cap. 11. col. 2149. B. tom. 4.*

59. Habet Chriſtus conſcium munditiæ teſtem, cùm ſuum non dubitet eligere proditorem. *Sup. Matth. cap. 10. col. 188. E. tomo 5.*

60. Multi hodie ſunt, qui factum Judæ execrantur, & idem faciunt. Nam cùm pro munere falſum teſtimonium dicunt, quia veritatem negant, Deum qui veritas eſt, vendunt: dùm charitatem violant, Deum qui charitas eſt, produnt. *Ibidem, cap. 26. in illud, Ut eum traderet, col. 423. A. tom 5.*

61. Judas habebat adhuc aliquid de verecundiæ diſcipuli, cùm non Chriſtum palàm tradidit, ſed per ſignum oſculi. *Ibid. cap. 26. in illud, Quemcumque oſculatus fuero, &c. col. 435. A.*

Glos. Int. 62. Impudens confidentia! magiſtrum vocare, & oſculum ei jungere, quem tradit. *Ibid. cap. 26. in illud, Ave Rabbi. col. 436. D.*

63. Juda,

GLOSS. INT. 63. Juda, oſculo Filium hominis tradis?] Inſtrumento pacis mortem irrogas, ſervus Domioum; diſcipulus magiſtrum prodis? *Sup. Luc. cap.* 22. *tom.* 5.

S. GREG. MAG. 64. Reprobus Judas cùm mortem ſibi cootra peccatum intulit, ad æternæ mortis ſupplicia pervenit, & pejus de peccato pœnituit quàm peccavit. *Lib.* 12. *Moral. cap.* 5. *circa med. col.* 378. *C. tom.* 1.

65. Judas ſævitiam perſecutionis futuræ Aotichriſti ignoravit, & tamen Antichriſti membrum fuit. *Ibid. lib.* 29. *cap.* 6. *in principio, col* 968 *C.*

66. Judas Apoſtolis admixtus diù Redemptorem humani generis prædicavit, ſigna cum cæteris fecit. *Lib.* 7. *in Regiſtro, Indict.* 1. *cap.* 34. *Ep.* 34. *ad Leontiam Exconſul. poſt init. col.* 921. *C. tom.* 2.

67. Electus etiam Judas ad miniſterium fuit: ſed quia boous non fuit, jus amiſit ſucceſſionis. *Lib.* 4. *in* 1. *Reg. cap.* 4. *longè ante med. col.* 1416. *C. tom.* 2.

S. HIERON. 66. Judas de Apoſtolatûs faſtigio in proditionis tartarum labitur, & oec familiaritate convivii, oecioioctione buccellæ, nec oſculi gratia frangitur, ne quaſi hominem tradat, quem Filium Dei ooverat. *Tom.* 1. *Ep.* 4. *ad Ruſticum. in princ. pag.* 42. *D.*

67. Prodıtor amici & magiſtri, Salvatoris arguitur voce: & oodum informis lethi, trabe nectit ab alta. *Tom.* 1. *Ep.* 13. *ad Paulinum, in principio, pagina* 101. *lit. B.*

68 Quantò majoris meriti fuit Judas, tantò majoris criminis eſt: & quantò majoris criminis, tantò majoris & pœnæ. *Tom.* 2. *lib.* 2. *adverſ. Iovian. longè poſt med. pag.* 88. *C.*

69. Judæ nihil profuit paratus locus, quem ſuo vitio perdidit. *Ibidem, longè poſt med. pag.* 89. *A.*

70. Apoſtolorum fidem, Judæ prodioo non deſtruxit. *Tom.* 1. *Ep.* 6. *adverſ. Vigilant. a medio pag.* 124. *C.*

71. Judas per avaritiæ viam, venit ad homicidium. *Lib.* 16. *ſup. Iſayam, cap.* 59. *ſup. illud, Opera eorum, opera inutilia, pag.* 222. *C. tom.* 5.

72. Infelix Judas damnum quod ex effuſiooe unguenti ſe feciſſe credebat, vult magiſtri pretio compenſare: nec certam tameo poſtulat ſummam, ut ſaltem videretur lucroſa proditio, ſed quaſi vile tradens mancipium, in poteſtate ementium poſuit quantùm vellent dare. *Lib* 4. *ſup. Matth. cap.* 26. *can.* 2. *num.* 278 *ſup. illud, Quid vultis mihi dare? tom.* 9.

73. Impudens quidem & ſcelerata cooſidentia Judæ, magiſtrum vocare, & oſculum ei ingerere, quem tradebat. *Ibid. cap.* 26. *can.* 2. *num.* 301. *ſup. illud, Dixit, Ave Rabbi, pag.* 79. *D.*

74. Nihil profuit Judæ ſera pœnitentia, per quam ſcelus corrigere non potuit. *Lib.* 4. *ſup. Matth. cap.* 27. *can.* 10. *num.* 319. *ſup. illud, Et projectis argenteis, &c. pag.* 81. *D. tom.* 9.

75. Judas dat ſignom oſculi, cum veneno doli. *Sup. Marc. cap.* 14. *ſup. illud, Vigilate & orate, &c. pag.* 109. *D. tom.* 9.

S. HILARIUS. 76. Judas in Paſſione Domini, miniſterium diaboli fuit, & per cum effectum voluntatis propriæ eſt executus. *Sup. Pſ.* 118. *poſt init. fol.* 93. *col.* 2.

77. Judas fur pecuniæ, venditor ſanguinis juſti, proditor Dei, & quantùm in ſe eſt parricida, oec vitæ veoiam potuit habere, nec mortis. *Sup. Pſal.* 139. *ante fin. fol.* 117. *col.* 2.

78. Judas proditor ſerò criminis ſui ſcelere comperto laqueo ſe vitâ & fide profugus ſuſpendit. *Profec.*

79. Nihil directum in eo, oihil ſimplex, nihil abſolutum fuit: fur antea, dehinc proditor, poſtremò ipſe indignus ultor.

80. Nunc mulierem effuſo in caput Domini unguento, damni inutilis arguens: nunc Judæis, omnes Domini aditus & egreſſus nuntians, nunc de pretio juſti ſanguinis paciſcens. *Ibidem.*

HUGO CARD. 81. Magna fuit ipſa Judæ proditio, ſed magnificata fuit, quia à tali facta eſt, qui ſic videbatur amicus & familiaris Chriſti. *Sup. Pſ.* 40. *fol.* 108. *col.* 2. *tom.* 2.

82. Judas fuit vas aureum, factus eſt poſtea vas teſteum. *Sup.* 2. *Tim.* 2. *fol.* 226. *col.* 2. *tom.* 7. HUGO CARD.

83. Diabolus pœnitentiam immiſit Judæ proditori, & laqueum illi commonſtravit, & ſtipendium quo ſtrangularetur edocuit. *Ep.* 8. *ad Philipp. ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 1. *pag.* 83. *col.* 2. *E. edit. Colon.* 1618. S. IGNATIUS MART.

84. Judas volens reſumere pecunias, quas antea Chriſtum ſecutus abjecerat, oon ſolùm ad proditionem Domini lapſus, & Apoſtolatus perdidit gradum; ſed etiam vitam ipſam communi exitu finire non meruit, eamqoe violentâ morte concluſit. *Lib.* 7. *de Cœnob. Inſt. cap.* 14. *in fine, pag.* 170. IOAN. CASS.

85. Reſpice Jodam Apoſtolorum nomero deputatum, quia ooluit ſerpenos hujus caput lethale conterere, qualiter eum ſuo veneno peremerit, ut Redemptorem mundi, & humanæ ſalutis authorem triginta argenteis perſuaſerit vendere. *Profec.*

86. Qui oequaquàm eſſet ad tàm ſceleſtum proditionis facinus devolutus, ſi oon Philargyriæ morbo fuiſſet iofectus.

87. Nec Dominicæ necationis reus ſacrilegus extitiſſet, niſi priùs ſolitus fuiſſet creditos ſibi loculos compilare. *Ibid. cap.* 23. *per totum, pag.* 181.

88. Quis Juda beatior? ſed factus eſt proditor. *Hom.* 68. *ſup. Matth. oper. perſ. poſt med. col.* 564. *littera A. tom.* 2. S. IOANNES CHRYSOSTOM.

89. Non Judæ profuit, quòd magiſtrum ut diſcipulus ſequebatur, ſed ut proditor periit. *Ibidem ante fin. col.* 565. *B.*

90. Judas nimiæ pecunoiarum cupiditatis præcipitatus ardore, cæca quadam improviſiooe deceptus, ſuam vendidit animam. *Hom. de prodit. Iudæ, circa med. col.* 820. *A. tom.* 3.

91. Judas io malitia ſponte duravit, & omnibus admonitionibus ſpretis, proditor malignus emerſit *Ibid. in medio, col.* 810. *B.*

92. Judas Apoſtolus erat, ſed pigritans factus eſt proditor. *Hom.* 10. *de Pœnit. ante medium, col.* 896. *C. tom.* 5.

93. O Chriſti miſericordia! ô Judæ dementia! ille triginta denariis paciſcebatur, ut eum traderet, & Chriſtus ei ſanguioem, quem vendidit, offerebat. *Hom. de prodit. Iudæ, poſt med. col.* 822. *C. tom.* 3.

94. Judas in choro diſcipulorum Chriſti fuit, mira tamen in uno temporis momento ejus facta eſt commutatio. *Gradu.* 10. *poſt initium, apud Bibliothecam Patrum, tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 264. *columna* 1. *B. edit. Colon.* 1618. S. JOAN. CLIM.

95. Judas nunquàm fuit Epiſcopus; ſed per Epiſcopatum Apoſtolatus intelligitur. *Quaſt.* 3. *Diſtinctionis* 24. *poſt med. ſup. illud, Pſal.* 108. *Et Epiſcopatum illius accipiat alter, part.* 1. JOAN. GERS.

96. Peccavi, inquit Judas, tradens ſanguinem juſtum. Fuit itaque vera uſquequaqoe confeſſio: ſed inutilis, qoia potiùs cocurrit ad laqueum, quem meruerat, quàm ad footem miſericordiæ, quam demeruerat, & obſtinatiooıs ſuæ duritia præcluſerat ſibi *Lib.* 2. *de Nugis Curial. cap.* 27. *longè ante med. pag.* 369. *col.* 2. *G. edit. Colon.* 1622. JOAN SARESB.

97. Impius Judas maluit miniſter eſſe diaboli, quàm Apoſtolus Chriſti: quem non timoris perturbatione deſeruit, ſed pecuniæ cupiditate diſtraxit. *Serm.* 9. *de Paſſione, poſt med.* S. LEO I.

98. Sceleſtior omnibus, Juda, & infelicior extitiſti, quem non pœnitentia vocavit ad Domioum, ſed deſperatio traxit ad laqueum. *Serm.* 3. *de Paſſione Dom. ante med.*

99. Perfidus Judas inebriatus veneno; dùm ſitit lucrum, perveoit ad laqueum. *Ibid. Serm.* 9. *ante fin.*

100. Judas poſteaquàm fidem perdidit, innocentiam Apoſtolatus amiſit; omnium enim criminum reus factus eſt, poſtquàm virtutum omnium Dominum negavit. *Hom.* 2. *de Latrone circa med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 1. *pag.* 21. *col.* 1. *D. edit. Colon.* 1618. S. MAXIMUS EP. TAURIN.

ORIGENES. 101. Judas indignus remedio fuit, quia non purâ mente pœnituit. *Et habet. in decret. Gratiani, part. 2. de Pœnit. diſt. 3. can. Inter. §. Indignus. fol. 401. columna 1.*

S. PETR. DAM. 102. Proditor Salvatoris, qui ut exiguæ ſummæ perciperet quantitatem, ſub venalitate diſtraxit rerum omnium conditorem; & pro vilis amore pecuniæ, authorem tradidit vitæ. *Opuſc. 31. cap. 4. in princ. pag. 624. col. 1. B. tom. 3.*

S. PROSPER. 103. Diabolus perſecutus eſt animam Chriſti, & Judas animam magiſtri: diabolus ad perſequendum corpus Chriſti manet, nec Judas deeſt in falſis fratribus ſuccedendo. *Sup. Pſ. 142. verſ. 3.*

THEOPHILACTUS. 104. Tardè ſapere incipit Judas, & pœnitet quidem, non autem rectè: nam ſuum pœnitere bonum erat, ſuffocari autem diabolicum. *Sup. Matth. cap. 27. in princ. in illud, Peccavi, tradens, &c. pag. 89. B.*

Vide etiam Tit. Deſperatio. ſent. 13. 60. Euchariſtia. ſent. 45. Furtum. ſent. 4. Invidia. ſent. 79. Occiſio. ſent. 22. 24. Oſculum. 2. 3. 4. 9. Paſſio Chriſti. ſent. 54. Pecuniarum cupiditas. ſent. 32. 33. Proditio. ſent. 26. Simonia. ſent. 16.

Judicium in genere.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, CONDITIONES.

ETYMOLOGIA.

S. ANTONIN. JUDEX dicitur, quaſi jus dicens: ſeu jus dictans *Part. 3. Tit. 9. de Statu judicum, cap. 1. §. 1. in princ. fol. 90. col. 3. Et part. 4. Tit. 5. de Iuſtitia, cap. 3. §. 3. ſub finem, fol. 57. col. 3.*

CASSIODORUS. Judicium dictum eſt quaſi juris dicium, quòd in eo jus dicatur. *Sup. 36. poſt medium, verſ. 32. fol. 56 columna 1.*

S. ISIDORUS HISPAL. Judex dicitur, quaſi jus dicens populo; ſive quòd jure diſceptet: jure autem diſceptare, eſt juſtè judicare; non eſt autem judex, ſi non eſt in eo juſtitia. *Lib. 18. Etym. cap. 15. circa med. pag. 248. col. 1.*

DEFINITIO.

S. ANTONIN. Actus judicii, & authoritas judicandi eſt quædam poteſtas delegata, ſeu collata hominibus à Deo, qui in hoc tenent locum & vices Dei. *Part. 3. de Statu judicum, cap. 1. in princ. fol. 89. col. 1.*

DIONYSIUS CARTHUS. Judicium eſt actus rationis, ſeu prudentiæ tanquàm dirigentis, atque ſententiam proferentis. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 2. art. 5. fol. 5. D.*

HUGO A S. VICTORE. Judicium eſt, per quod ex audientia meritorum, dignum redditur vel ſupplicium, vel meritum. *De fruct. carnis & ſpiritus, cap. 13. prope finem, pag. 162. B. tom. 2.*

HUGO CARD. Judicium eſt ſententia diligenter examinata, procedens ea probationibus manifeſtis, vel præſumptionibus violentis, jus ſuum unicuique aſſignare. *Super Eccleſiaſten, cap. 5. in princ. fol. 84 col. 3. tom. 3.*

S THOMAS AQUINAS. Dijudicare eſt actus intellectus applicantis principia certa ad examinationem propoſitorum. *Part. 1. ſumma quaſt. 79. art. 9. in corp. ad quartum, pagina 150. col. 1.*

PLATO. Judicium eſt ſententia rata de re in diſceptatione ambigua. *Tom. 3. ſizygia 6. de Definit. in medio, pagina 413. littera D.*

CONDITIONES JUDICII.

S. ANTONINUS 1 Debet judex juſtus eſſe, pro meritis unicuique retribuendo.

2. Debet eſſe fortis & conſtans, nec flecti timore, vel amore cujuſcunque. S. ANTONIN.

3. Debet eſſe patiens in ſufferendo, ſicut & Deus judex patiens eſt.

4. Debet eſſe tranquillus in diſcutiendo, & diffiniendo cauſas, ſicut & Deus cum tranquillitate judicat.

5. Debet eſſe rigidus in minas inferendo, ſicut Deus judex minatur peccatoribus per flagella.

6. Debet eſſe æquus in decernendo, id eſt, ſervare æquitatem, quæ eſt ſeveritas juſtitiæ, & miſericordiæ temperata.

7. Debet eſſe maturus in diſcutiendo.

8. Debet ferre ſententiam condemnationis, ſicut Deus judex in ſuo judicio peccatores condemnat. *Part. 3. Tit. 9. de Statu judicum, cap. 1. fol. 89. columna 2. 3. & 4.*

Tria faciunt bonum judicem, ſcilicet { Potentia. Scientia. Juſtitia. *Sup. Pſal. 50. fol. 132. col. 4. tom. 2.* } HUGO CARD.

Ad rectè judicandum, hæc ſunt judicibus neceſſaria. {
- Ut quod præcipiunt, ipſi faciant.
- Ut ordinem juris non prætermittant.
- Ut veritatem cauſæ plenè inveſtigent.
- Ut perſonam non accipiant.
- Ut non cedant favori, vel clamori multorum.
- Ut propter timorem non declinent à rectitudine judicii.
- Ut non plus debito compatiantur.
- Ut munera non accipiant.
- Ut nullas preces præjudiciales admittant. *Sup. Pſalmum 57. fol. 146. columna 1.*
}

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Cognoſcamus in judicando homines, quod non ex voluntate noſtra & poteſtate, ſed ex æquitate debeamus formare ſententiam: juſtitia enim eſt in judicando, non potentia. *Lib. 5. Ep. 20. ad Herontianum poſt. med. col. 547. C. tom. 3.* S. AMBROSIUS.

2. Mitigat judicem pudor reorum, excitat autem pertinaria denegantium. *Lib. 2. de Caïn & Abel, cap. 9. in princ. col. 948. D. tom 4.*

3. Judicando caveatur, ne major pœna quàm culpa ſit. *Lib. 2. de Apologia David, cap. 2. a medio, col. 1199. D. tom. 4.*

4. Bonus judex nihil ex arbitrio ſuo facit, & domeſticæ propoſito voluntatis, ſed juxta leges & jura pronuntiat, ſcitis juris obtemperat, non indulget propriæ voluntati. *Profec.*

5. Nihil paratum & meditatum domo defert, ſed ſicut audit, ita judicat, & ſicut ſe habet negotii natura, decernit.

6. Obſequitur legibus, non adverſatur, examinat cauſæ merita, non mutat.

7. Diſcite judices ſeculi, quem in judicando tenere debeatis affectum, quam ſobrietatem, quam ſinceritatem. *Sup. Pſ. 118. ſerm. 20. verſ. 4. in medio, col. 1594. B. C. tom. 4.*

8. Qui judicat, non voluntati ſuæ obtemperare debet, ſed tenere quod legum eſt. *Ibidem, poſt medium, col. 1594. D.*

9. In judicando magis cordi ſit veritatis cuſtodia, quàm obedientia voluntatis. *Ibidem, poſt medium col. 1595. A.*

10. Judicis non eſt ſine accuſatore damnare, quia & Dominus Judam cùm fur eſſet, quia non erat accuſatus, minimè abjecit. *Super Epiſt. 1. Cor. cap. 5. in princ. col. 1894. B. tom. 5.*

11. Unuſ-

S. AMBROSIUS

11. Unuſquiſque de alio judicaturus, de ſeipſo priùs judicet, nec minora in alio errata condemnet, cùm ipſe graviora commiſerit. *Lib. 2. de Apolog. David cap. 2. a medio, col. 1199. D. tom. 4.*

ATHANASIUS MAGNUS

12. Qui judicis partibus fungitur, hic reo dominetur neceſſe eſt. *Et habetur apud D. Ioan. Damaſc. lib. 1. Parall. cap. 97. in fine, fol. 49. pag. 2. A.*

S. ANTONIN.

13. In nulla re tantum hodie offendunt ſeculi poteſtates, ſicut in judiciis. *Part. 3. Tit. 3. cap. 1. §. 9. circa med. fol. 46. col. 4.*

14. Omnis qui juſtè judicat, ſtateram in manu geſtat, & in utroque penſo juſtitiam & miſericordiam portat. *Proſec.*

15. Sed per juſtitiam reddit peccatis ſententiam, per miſericordiam peccati temperat pœnam. *Part. 3. Tit. 9. cap. 1. poſt med. fol. 90. col. 1.*

S. AUGUSTIN.

16. Imple chriſtiane judex pii patris officium: ſic ſuccenſe iniquitati, ut conſulere humanitati memineris: nec in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciſcendi libidinem, ſed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem. *Proſec.*

17. Plerumque neceſſe eſt, exerceatur acriùs inquiſitio, ut manifeſtato ſcelere, ſit ubi appareat manſuetudo.

18. Non te exaſperet vindicandi poteſtas, cui lenitatem non excuſſit examinandi neceſſitas: noli facinore invento quærere percuſſorem, in quo inveniendo noluiſti adhibere tortorem. *Ep. 159. ad Marcellin. circa med. pag 464. C. D. tom. 2.*

19. Judicans alium, qui eſt judicandus, condemnat ſeipſum. *De vera & falſa pœnit. cap. 18. in princ. pagina 749. B. tom. 4.*

20. Ignorantia judicis plerumque eſt calamitas innocentis. *Lib. 19. de Civit. Dei, cap. 6. poſt init. pag. 386. C. tom. 5.*

21. Dùm alterius judicium non timent, qui alios judicant, ad cadendum præcipites fiunt. *Proſec.*

22. Fit ut qui hominis non timent in delinquendo judicium, Deum ſentiant judicem & ultorem. *De vita Chriſtiana, cap. 3. circa med. pag. 609.*

23. Multum de Deo pudicitia conſequitur, cùm judicem virginem promeretur. *Proſec.*

24. Secura eſt de victoria caſtitas, cui eſt judicatura virginitas.

25. Pudicitiæ cauſas, niſi vir pudicus audire non debet. *Serm. 2. fer. 2. poſt Dom. Palmar. & in ord. 118. poſt. med. pag. 613. B. tom. 10.*

26. Ipſe iniquitatis ſuæ teſtis eſt, qui ore abſolvit, & corde condemnat. *Ibid. ante fin. pag. 614. C.*

27. Judex bonus & conſtans, ne ſanguinem innocentis addicat, nec invidiæ cedere debet, nec timere. *Ibid. in fine, pag. 614. C.*

28. Regiâ viâ, qui terram judicant, incedere debent, nec declinare ad dexteram molliendo judicium, nec ad ſiniſtram caaſpeiando ſupplicium. *Sermone 14. ad Fratr. in Eremo, in medio, pagina 928. littera D. tomo 10.*

29. O quàm facile eſt judicare, ſed ô quàm amarum eſt, quod judicatum eſt, retrahere! *Ibid. poſt med. pag. 929. A.*

30. Decet judices cum Dei adjutorio calcare ſuperbiam, abominari luxuriam, abhorrere falſitatem, deſpicere avaritiam, quæ noverca dicitur eſſe ſumma inimica juſtitiæ. *Proſec.*

31. Decet judices non avaritiam, ſed largitatem ſectari, & amare parvulos, puſillis & orphanis faciem ſerenam, non ſolùm verbo, ſed & opere demonſtrare.

32. Decet judices fidem oſtendere, ac lumen rectitudinis obſervare.

33. Decet judices clementiæ eſſe cultores, deteſtatores ſævitiæ, cunctis benignos, ad iram tardos, ad miſericordiam feſtinos.

34. Decet judices eſſe in adverſis firmos, in proſperis humiles & cautos; & quibuſcunque dignitatibus ſublimatos, ſeipſos agnoſcant & caveant ne ſuos inferiores deſpiciant.

S. AUGUSTIN.

35. Decet judices ſapientes eſſe, & in lege doctiſſimos.

36. Decet judices plus Deum timere, quàm alii homines; plus de ſalute animarum curare quàm corporum; plus honorem Dei quàm marſupia plena diligere. *Ibid. ſerm. 35. ab initio, pag. 961. A tom. 10.*

37. Boni judices, patres ſunt pauperum: mali verò, non patres, ſed prædones. *Ibid. ante med. pag. 961. B.*

38. Non iniquum eſt ut in quo judicat homo, in eo judicetur. *Ep. 49. quaſt. 4. poſt med. tom. 2. Proſec.*

39. Qui judicat ſine miſericordia, ſine miſericordia judicetur. *Ibidem, &c.*

40. Judicare parte abſente, nec audita, nefas eſt. *Ep. 162. longè ante med. tom. 2.*

41. Nemo juſtius judicabit, quàm qui injuſtè judicatus eſt. *Tract. 39. ſup. Ioan. poſt med. tom. 9.*

42. Homo judicare non poteſt, quem videre non poteſt. *Tract. 6. ſup. Ep. Ioan. longè ante med. tom. 9.*

S. BERNARD.

43. Non parvi te reum peccati exiſtimes, ſi faciem peccatorum ſumis, & non potiùs cauſas judicas meritorum. *Lib. 2. de Conſid. ad Eugen. Pap. prope fin fol. 278. col. 1. B.*

S. BONAVENT.

44. Tria ſunt in judicio, teſtis, tortor, judex. *Super. Pſ. 82. circa med. pag. 128. col. 2. C. tom. 1.*

S. CYRILLUS HIEROSOL.

45. Juſti judicis eſt, de ſingulis factis aptè ſententiam pronuntiare. *Catecheſ. 2. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 402. columna 2. F. edit. Colon. 1618.*

GLOSS DECR.

46. Neceſſe eſt quod judex potiùs ſequatur miſericordiam, quàm judicium: vel æquitatem, quàm ſeveritatem. *In decret. Gratiani, fol. 48. col. 3. editionis Lugdun. 1540.*

GLOSS. INT.

47. Nemo eſt judicandus, niſi priùs auditus. *Sup. Deuter. cap. 1. col. 1463. A tom. 1.*

GLOSS. ORD.

48. Sunt hodie Eccleſiarum judices, quibus datum eſt etiam judicium animarum: ſed neſcio ſi quis dignus ſit ſpiritu Dei repleri. *Sup. lib. Iudic. cap 3. in illud, Fuitque in eo ſpiritus Domini, &c. col. 168. lit. E. tom 2.*

49. Felix judex, qui pietatem & bonitatem ſui judicis ſemper inſpicit. *Sup. Sapient. cap. 12. col. 1940. lit. E. tom. 3.*

GRATIANUS.

50. Criminoſus alterius criminis judex eſſe non poteſt; & ſeipſum condemnat, dùm in alterius crimen ſententiam profert. *In Decretis, part. 2. cauſa 3. quaſt. 7. can. Sacerdos. §. ex quibus.*

S. GREG. MAG.

51. Durum eſt, ut qui neſcit tenere moderamina vitæ ſuæ, judex vitæ fiat alienæ. *Proſec.*

52. Plerumque contingit, ut hic judicii locum teneat, cui ad locum vita minimè concordat. *Hom. 26. ſup. Evang. ante med. col. 431. D. tom. 2.*

53. Judicare de ſubditis dignè nequeunt, qui in ſubditorum cauſis, ſua, vel odium, vel gratiam ſequuntur. *Ib.*

54. In rebus ambiguis, abſolutum non debet eſſe judicium. *Lib 2. in Regiſtro Indict. 11. cap 83. Epiſt. 44. ad Andream Epiſc. Tarentin. ab initio, col. 732. A. tom. 2.*

S. GREG. NAZ.

55. Sic fratrem tuum examina, tanquàm in quoque eâdem menſurâ judicandus ſis. *Et hab. apud D. Ioan. Damaſc. lib. 1. Parall. cap. 97. fol. 49. pag. 1. B.*

S. HIERONYM.

56. Memor ſis tribunalis Domini, & de judicio tuo te intelligens judicandum. *Tom. 2. Ep. 15. ad Pammach. ante med. pag. 165. B.*

57. Non eſt omnium rectè judicare, ſed eorum qui prudentes ſunt. *Lib. 1. ſup. Iſayam, cap. 1. ſup. illud, Quærite judicium, pag. 9. B. tom. 5.*

58. Omni tempore cuſtodiamus judicium, ne deſpiciamus perſonam pauperis in judicio, ne divitis potentiâ terreamur: ſed ita magnum judicemus, ſicut parvuum. *Lib. 15. ſup. Iſayam, cap. 56. ſup. illud, Cuſtodite judicium, pag. 206. C. tom. 5.*

59. Optimus judex eſt, qui his peſſimis (iracundiâ & cupiditate) duobus vitiis non tenetur. *Sup. Iob. cap. 36. ſup. illud, Non te ergo ſuperet ira, pag. 210. C. tom. 7.*

S. HIERONYM. 60. Æquum judicium eſt, ubi non perſona, ſed opera conſiderantur. *Et hab. apud Bedam, tom. 7. in ſuis ſcintillis, cap.* 58. *col.* 439.

S. HILARIUS. 61. Judicium ex ambiguis rebus exiſtit, & ambiguitate ademptâ, judicii non deſideratur examen. *In explanat. ſup. Pſ.* 1. *poſt med. fol.* 5. *col.* 4.

HUGO CARD. 62. Judicem oportet habere hæc duo, & quòd non timeat potentes, & quòd diligenter inquirat merita cauſæ: & ideò cauſa incognita præcipitat ſententiam, & pervertit judicium, aliquando muneribus excæcatur. *In Prov. cap.* 19. *fol.* 62. *col.* 4. *to.* 3.

63. Aliorum cauſas non priùs dijudices, quàm dignoſcas. *Sup. Eccleſiaſtic. cap.* 11. *fol.* 192. *col.* 2. *tom.* 3.

S. INNOC. III. 64. Vos, ô judices, non attenditis merita cauſarum, ſed merita perſonarum; non vitam, ſed munera; non juſtitiam, ſed pecuniam: non quod ratio dictet, ſed quod voluntas affectet: non quod lex ſentiat, ſed quod mens cupiat. *Profec.*

65. Non inclinatis animum ad juſtitiam, ſed juſtitiam inclinatis ad animum. Non ut quod licet, hoc libeat ſed ut liceat hoc, quod libet.

66. Pauperum cauſam negligitis, divitum cauſam cum inſtantia promovetis: in illis rigorem oſtenditis, cum iſtis ex manſuetudine diſpenſatis.

67. Illos cum difficultate reſpicitis, iſtos favore tractatis: illos negligenter auditis, iſtos ſubtiliter auſcultatis.

68. Clamat pauper, & nullus exaudit: loquitur dives, & omnes applaudunt.

69. Clamat vim patiens, & nullus exaudit: vociferatur, & non eſt qui judicet.

70. Sed ſi forte pauperum cauſam ſuſcipitis, illos remiſsè fovetis: cùm autem divitum cauſam aſſumitis, illos pertinaciter adjuvatis.

71. Pauperes deſpicitis, divites honoratis: iſtis reverenter aſſurgitis, illos deſpicabiliter conculcatis. *Lib.* 2. *de contemptu mundi, cap.* 4. *ferè per totum, pag.* 64.

S. IOAN. CHRYSOST. 72. Vis judex eſſe? cognoſce teipſum, & tua delicta. *Hom.* 42. *ſup. Gen. ante med. col.* 348. *A. tom.* 1.

73. Non poteſt par exerceri judicium, ubi diſpar eſſe conſtitit meritum. *Ser. de Helia, circa med. col.* 648. *C.*

74. Perfectior eſt ille, qui non judicat, quàm ille qui judicat & non condemnat: & ille qui judicat & non condemnat, melior eſt illo qui condemnat & dimittit. *Hom.* 17. *ſup. Matth. oper. imperf. ante med. col.* 854. *D. tom.* 2.

75. Judicii terreni ſplendor eſt in ſchemate, cæleſtis autem judicii majeſtas in virtute. *Ibid. Hom.* 54. *in princ. col.* 1130. *A.*

76. Sanctorum judicia, nec ad gratiam, nec ad inimicitiam fiunt, ſed ab omni ſunt dubitatione libera. *Hom.* 1. *ad Pop. Antioch. longè poſt init. col.* 12. *C. tom.* 5.

S. JOANNES DAMASCENUS. 77. Iniquus judex, contaminatâ eſt conſcientiâ. *Lib.* 1. *Parall. cap.* 98. *in calce, fol.* 50. *pag.* 1. *B.*

JOAN. SARISB. 78. Oportet judicem cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, nec ante obviare alicui, quàm cauſa ſit legitimis rationibus pleniſſimè limitata. *Lib.* 5. *de nugis Curial. cap.* 6. *ante med. apud Bibl. Patr. tom.* 15. *pag.* 401. *col.* 1. *A. edit. Colon.* 1622.

79. Iniquus eſt quiſquis in judiciis ſequitur non cauſam, ſed prædam. *Ibidem.*

80. Libera debent eſſe judicia, & quiſquis ea viribus nititur perturbare, capitalem ab antiquis conſtitutionibus meretur pœnam. *Ibid. Ep.* 59. *ante med. pag.* 511. *col.* 1. *B.*

S. IRENÆUS. 81. Si judicialis non juſtus & bonus ſit, ad dandum quidem his, quibus debet; & exprobrandum his, quibus oportet neque juſtus neque ſapiens videbitur judex. *Lib.* 3. *adverſ. Hæreſ. cap.* 42. *in princ pag.* 199.

S. ISID. HISP. 82. Bonus judex ſicut nocere cuilibet neſcit, ita prodeſſe omnibus novit. *Profec.*

83. Aliis enim præſtat cenſuram juſtitiæ, aliis bonitatem: quia judicia ſine perſonarum acceptione ſuſcipit, non infirmat juſtitiam avaritiæ flammis, nec ſtudet auferre alteri quod cupiat ſibi. *Lib.* 3. *de ſum. bono. cap.* 52. *ſent.* 2. *pag.* 686. *col.* 2.

84. Boni judices juſtitiam ad ſolam obtinendam ſalutem æternam ſuſcipiunt, nec eam muneribus acceptis deſtruunt, ut dùm de juſto judicio temporalia lucra non appetunt, præmio æterno ditentur. *Ibidem, ſent.* 3. *&c.* S. ISID. HISP.

85. Omnia qui rectè judicat, ſtateram in manu geſtat, & in utroque penſo juſtitiam & miſericordiam portat. Sed per juſtitiam reddit peccati ſententiam, per miſericordiam peccantis temperat pœnam: ſic ut juſto libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam verò per miſericordiam indulgeat. *Ibid. ſent.* 4. *&c.*

86. Judex qui Dei judicia oculis ſuis præponit, ſemper timens tremenſque in omni negotio reformidat, ne de juſtitiæ tramite devians, cadat: & undè non juſtificatur, indè potiùs condemnetur. *Ibidem, ſent.* 5. *&c.*

87. Neminem ſtultorum, vel improborum oportet judicem eſſe: nam ſtultus per ignaviam ignorat juſtitiam, improbus per cupiditatem corrumpit ipſam quam didicit veritatem. *Ibidem, ſent.* 6. *&c.*

88. Graviùs lacerantur pauperes à pravis judicibus, quàm à cruentiſſimis hoſtibus: nullus enim prædo tàm cupidus in alienis, quàm judex iniquus in ſuis. *Profec.*

89. Latrones inacceſſis ſaltibus, ac latebroſis locis latentes inſidias ponũt; iſti palàm rapacitatis avaritiâ ſæviunt.

90. Hoſtes in aliorum tantùm ſanguinem intendunt, judices verò quaſi crudeliſſimi carnifices, civium oppreſſione ſuâ ſubjectorum vitam extinguunt. *Ibidem, ſent.* 7. *pag.* 687. *col.* 1.

91. Judices qui deſtruant multi ſunt: rari ſunt autem, qui populos legum moderamine regant. *Ib. ſent.* 9. *&c.*

92. Plerumque boni judices ſunt, ſed miniſtros rapaces habent: ſæpè judices pravi cupiditatis causâ, aut differunt, aut pervertunt judicia, nec finiunt cœpta negotia, quouſque marſupia eorum, qui cauſantur, exhauriant. *Profec.*

93. Quando enim judicant, non cauſam, ſed dona conſiderant: & ſicut negligentes ſunt in diſcuſſione cauſarum, ſic in eorũ damno ſolicitò ſunt. *Ib. ſent.* 11. *&c.*

94. Verboſi judices, ut ſapientes videantur, non diſcutiunt cauſas, ſed afferunt, ſicque conturbant judicii ordinem, dùm non ſuo contenti officio, aliena præſumunt. *Profec.*

95. Quidam enim dùm judicare incipiunt, iraſcuntur, ipſamque judicii ſententiam in inſaniam vertunt.

96. Qui iratus judicat, in furorem judicium mutat, cùm antè profert ſententiam, quàm cognoſcat.

97. Furor in judice inveſtigationem veri non valet attingere, quia mens ejus turbata furore, ab inveſtigatione alienatur juſtitiæ.

98. Iracundus judex, judicii examen plerè conſiderare non valet: quia caligine furoris non videt.

99. Qui autem repulſo furore diſcutit, faciliùs ad contuendam veritatem mentis ſerenitate conſurgit, & ſine ulla perturbatione ad æquitatis intelligentiam pervenit. *Ibid. cap.* 52. *ſent.* 13. *pag.* 686. *col.* 1.

100. Qui rectè judicat, & præmium indè remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat: quia juſtitiam, quàm gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ vendit. *Profec.*

101. Bonis malè utuntur, qui juſtè pro temporali lucro judicant: tales quippè ad veritatem, non juſtitiæ defenſio, ſed amor pecuniæ provocat. Quibus ſi ſpes nummi ſubtrahitur, confeſtim à juſtitiæ defenſione recedunt.

102. Acceptio munerum, prævaricatio veritatis eſt: dives in muneribus citò corrumpit judicem; pauper dùm non habet quod offerat, non ſolùm audiri contemnitur, ſed etiam contrà veritatem opprimitur. *Ibidem, cap.* 5. *ſent.* 1. *pag.* 687. *col.* 2.

103. Propterea in hac vita boni judicantur à malis, ut in altera vita, mali judicentur à bonis. *Ib. cap.* 57 *ſent.* 6. *pag.* 688. *col.* 2.

104. In judicio ſine miſericordia non ſedeas, ſed cuſtodi diſcretionem juſtitiæ. *Profec.*

105. Ita clemens eſto in alienis delictis, ſicut in tuis: nec quenquam diſtrictiùs quàm te judices, nec aliter te, nec aliter alios ſuſpenſes,

106. Sic

S. Isid. Hisp. 106. Sic alios judica, ut ipſe judicari cupis.

107. Dùm enim indulges alicuo vitio, & tibi miſereris: quo jure iu alium ſtatueris, eo jure teneberis: qua lege & pœnæ conditione qnempiam judicaveris, eadem ipſe judicandus es.

108. Lex tuate conſtringit, judicium quod aliis ponis, ipſe portabis: in eo enim in quo judicas, condemnandus es.

109. Omnia primum quære, ut eum juſtitis defendas: nullumque condemnes antè judicium, nullum judices ſuſpicionis arbitrio: ante proba, & ſic judica.

110. Non qui accuſatur, ſed qui vincitur, reus eſt: quod noſſi tuo, quod neſcis, divino committe judicio

111. Quamvis vera ſunt, credenda non ſunt, niſi quæ certis indiciis demonſtrantur, niſi quæ manifeſto examine convincuntur, niſi quæ ordine judiciario publicantur. *Lib. 2. de Synon. cap. 16. poſt med.*

Lact. Firm. 112. Judex integer ac bonus dicitur, cùm indifferenter malefacta vindicat. *De ira Dei, cap. 17. pa: 355.*

S. Laurent. Iustin. 113. Debet priùs dominari ſibi, qui cauſæ conſtitutus eſt judex alienæ. Riculum eſt aſpicere foris in Cathedra reſidentem, & intus in paſſionum fœtoribus ſepultum. *De triumphali Chriſti agone, cap. 12. circa med. pag. 309 col. 1. B. part. 1.*

114. Virtus animi judiciariis ſedibus præferenda eſt honore, deſiderio, & æſtimatione. *Ibidem.*

S. Marcellus Mart. 115. Non oportet quemlibet iudicari, vel damnari, priuſquàm legitimos habeat præſentes accuſatores. *In decret. Gratiani, part. 2. cauſa 3. quaſt. 9. can. Non. fol. 172. col. 2.*

S. Petrus Damianus. 116. Quid planè ſanctius? quid Deo charius? quid certè in Chriſtiana Religione præſtantius, quàm judicare juſtitiam, & illicitis auſibus per legitimi rigoris occurrere diſciplinam? *Opuſc. 57. Diſſert. 2. cap. 1. circa med. pag. 766. col. a. B. tom. 3.*

Philo Jud. 117. Is qui ad judicandum aſcendit tribunal, judicari ſe non minùs, quàm judicare cogitet, & unà cum poteſtate aſſumat prudentiam, ne decipiatur; juſtitiam ut ſuum cuique tribuat; fortitudinem, ne flectatur precibus aut miſericordiâ, quò minùs animadvertat in convictos ſceleris. *De judice, in princ. pag. 976. tom. 1*

S. Prosper. 118. Sanctus ſi ſe tueri in judicio non poteſt, ſupplicio judicis incauta ſententia condemnat: & reum callidiias ingenii excuſat. *Lib. 2. de vita Contemplat. cap 7. in princ.*

Salvianus. 119. Uti ſeveritatis arbitrio judex non poteſt, quando reus jàm non ſuſtinet judicari. *Lib. 1. ad Eccleſ. Catholic. poſt med. pag. 367. col. 2. F.*

S. Zephyrin. Papa & Mart. 120. Abſens nemo judicetur (quia divinæ & humanæ leges hoc prohibent) niſi fuerit abſens ex contumacia: pro præſenti namque eum contumacia haberi facit. *In decret. Gratiani, part. 2. cauſ. 3. quaſt. 9. can. Abſens, fol. 172. columna 4.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

Aristoteles. 121. Benè quiſque judicat ea, quæ cognoſcit, & ipſorum bonus eſt judex: is ergo in unaquaque re benè judicat, qui in illa eſt eruditus. *Lib. 1. Ethic. ad Nicomach. cap. 3. in medio, tom. 2.*

122. Non ſecundùm legem ſcriptam judicare, ſed ſecundùm quod ſibi videtur, periculoſum eſt. *Lib. 2. Polit. cap. 8. poſt med. tom. 2.*

123. Judicia multorum ſæpè meliora ſunt, quàm uniuſcujuſque. *Ibidem lib. 3 cap. 11. in medio.*

124. Judex quaſi argenti atque auri cognitor eſt, ut verè juſtum ab adulterato diſcernat. *Lib. 1. Rhetor. cap. 15. poſt init. tom. 2.*

Cicero. 125. Eſt boni judicis parvis ex rebus conjecturam facere uniuſcujuſque cupiditatis & incontinentiæ. *Orat. 9. in Verrem, lib. 4. Act. 5. ante med. num. 34. tom. 2.*

126. Sapientis eſt judicis, meminiſſe ſe hominem: cogitare tantùm ſibi eſſe permiſſum, quantùm commiſſum & creditum. Et non ſolum ſibi poteſtatem datam, verùm etiam fidem habitam eſſe meminiſſe; poſſe quem oderit, abſolvere: quam non oderit, condemnare. Et ſemper, non quid ipſe velit, ſed lex & religio cogat, cogitare. *Orat. 14. pro Cluentio, poſt med. num. 159. to. 2.*

Cicero. 127. In hoc ſapientia conſiſtit judicis, ut non ſolùm quid poſſit, ſed etiam quid debeat, ponderet: nec quantùm ſibi permiſſum meminerit ſolùm, ſed & quatenus commiſſum ſit. *Orat. 39. pro Rabirio, ante med. num. 12. tom. 2.*

128. Cùm judici jurato dicenda ſententia ſit, meminerit Deum ſe adhibere teſtem, ideſt, mentem ſuam, quâ nihil homini dedit ipſe Deus divinius. *Lib. 3. de Offic. ante med. num. 44. tom. 4.*

129. Judicis eſt, ſemper in cauſis verum ſequi. *Lib. 2. de Offic. poſt med. tom. 4.*

Mim. Publ. & Seneca. 130. Ad pœnitendum properat, citò qui judicat. *In ſuis ſentent. ſent. 32.*

Mimus Publ. 131. Judex damnatur, cùm nocens abſolvitur. *Ibidem ſent. 203.*

Plato. 132. Hæc eſt judicis virtus, non ipſam loquendi rationem, ſed ut vera dicat, perſpiciat. *Tom. 1. ſizygia, 1. poſt init. in Apologia, pag. 18. A.*

133. Non hac de cauſâ ſedet judex, ut favore & gratiâ jus condonet & indulgeat, ſed ut judicet. *Prof.*

134. Hoc & juratus ad judicandum venit, non gratiâ & favore ſe jus condonaturum, quantùm quidem ipſi videbitur, ſed ex legum præſcripto & formulâ judicaturum. *Ibid. poſt med. pag. 35. D.*

135. Conſentaneum eſt judicem non eſſe juvenem, ſed ſenem & ætate provectum, qui intelligat qualis ſit mali natura, ſcientiâ potiùs, quàm propriâ experientiâ dijudicans. *Tom. 2. ſizygia 4. lib. 3. de Republ. poſt med. pag. 409. B.*

136. Nec judex cauſæ ſis, ſi non audiveris ambos. *Tom 3 ſizyg. 6. in dialogo Demodoci, circa medium, pagina 383. B.*

Seneca. 137. Bonus judex damnat improbanda, non odit. *Lib. 1. de Ira, cap. 16. poſt initium, pag. 403. tom. 1.*

138. Magno animo de rebus magnis judicandum eſt: alioqui videbitur illarum vitium eſſe, quod noſtrum eſt. *Ep. 71. poſt med. pag. 666. tom. 2.*

139. Virtus de omnibus rebus judicat, de hac nulla. *Ibidem.*

140. Honeſtius eſt, cùm judicaveris amare; quàm cùm amaveris, judicare. *De Moribus, circa med. pag. 677. edit. Baſileæ 1537.*

141. Boni judicis eſt diſpenſare non tantùm quid damnandum ſit, ſed quatenùs. *Ibid. a med. pag. 678.*

142. Grave præjudicium eſt, quod judicium non habet. *In proverb. lit. G.*

Sixt. Philos. 143. Majus eſt periculum judicantis, quàm ejus qui judicatur. *Sent. 174. pag. 65. col. 2. G. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colon. 1618.*

Vide etiam Tit. Damnatio. ſent. 23. Excommunicatio. ſent. 14. Homo. ſent. 67. Hypocriſis. ſent. 13. Injuria. ſent. 24. Paſſio Chriſti. ſent. 32. Prælatio. ſent. 96. Res ſent. 63. Reus. ſent. 34. Sententia. ſent. 4. 5. 6. 7. 49.

Judicium Dei.

DEFINITIO.

Collector. JUDICIUM Dei eſt independentis poteſtatis decretum, definiens quid cuique debitum ſit.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Ambrosius. 1. Judicium Dei magis inſcrutabile eſt in electione gratiæ, quàm in retributione juſtitiæ. *Lib. 1. de vocat. gentium, cap. 9, in fine, col. 251. A. tom. 2.*

2. Pater nobis Deus eſt, cùm benè agimus: judex noſter eſt, cùm peccamus. *Serm. 15. de Natali Domini, ante med. col. 705. D. tom. 3.*

3. Divina judicia meritum juſti ex mentis habitu, non aliquo factorum exitu metiuntur. *Lib. 1. ſup. Luc. cap. 1. poſt init. col. 1625. C. tom. 5.*

S. AUGUSTIN. Væ etiam laudabili vitæ, ſi remota miſericordia, Domine, diſcutias eam. *Lib. 9. Confeſſ. cap. 13. prope init. pag. 115. B. tom. 1.*

5. Animus malè ſibi conſcius, dùm ſibi videtur nullam pœnam pati, credit quòd non judicet Deus. & ſic auferuntur judicia Dei à facie ejus, cùm hæc ipſa ſit magna damnatio. *Sup. Pſ. 9. poſt med. verſ. 27. Auferuntur judicia tua, &c. pag. 43. B. tom. 8.*

6. Duo ſunt judicia Dei: Occultum & Manifeſtum.
Occultum eſt pœna, quâ nunc unuſquiſque hominum aut exercetur ad purgationem, aut admonetur ad converſionem, aut ſi contempſerit vocationẽ & diſciplinam Dei, excæcatur ad damnationem.
Manifeſtum eſt, quo venturus eſt Dominus judicare vivos & mortuos, omnibus fatentibus eum eſſe à quo & bonis præmia, & malis ſupplicia tribuentur. *Sup Pſ. 9 in princ cap. 37. B. tom. 8.*

7. Judicium Dei formidandum eſt, & amandum: formidandum malis propter pœnam, amandum bonis propter coronam. *Sup. Pſ. 100. ab initio, verſ. 1. Miſericordiam & judicium, pag. 771. B. tom. 8.*

8 Fit ut qui hominis non timent in delinquendo judicium, Deum ſentiant judicem & ultorem. *De vita Chriſtiana, cap. 3. circa medium, pagina 609. lit. A tom. 9.*

9 Ille judex Chriſtus, nec gratia prævenitur, nec miſericordia flectitur, nec pecunia corrumpitur, nec ſatisfactione mitigatur. *Profec.*

10. Hîc dùm tempus eſt, quidquid poteſt anima agat pro ſe, ubi locus eſt miſericordiæ: hîc agat anima pœnitentiam, ut judex ille Deus poſſit mutare ſententiam. *Lib. 3. de Symbolo, cap. 8. in fine pag. 774. B. tom 9.*

11. Deum, cui nuda eſt humana conſcientia, nec teſtem fallunt, nec judicem homines fugiunt. *Ep. 130. in medio, tom. 2.*

12, Non differentis Dei ſpernendum eſt judicium, qui nonnunquàm & in præſenti judex ultor aſſurgit. *Ep. 178 poſt init. tom. 2.*

13. Deus judex voluntatum eſt, creator autem naturarum. *Libro 2. de Actis cum Felice, capite 12. poſt med tom. 6.*

14. Ferto patrem erudientem, ne ſentias judicem punientem. *Tract. 12. ſup. Ioan. in fine, tom. 9.*

15. Non dedignatur Deus teſtis eſſe, qui judex eſt: quoniam qui teſtis eſt, ipſe judex erit. *Ibid. Tract. 36. ante finem.*

16. Laceſſit judicem, qui poſtpoſita ſatisfactione delicti, quærit præmiis honorari. *Lib. Medit. cap. 3. circa init. tom 9.*

17. Novit Deus quid agas, intus te videt, intus te examinat, intus judicat, intus aut damnat, aut coronat. *Tract. 26 ſup. Ioan. in medio, tom 9.*

18. Ita Deus juſtè judicat, ut etiam exaudiat veniam deprecantes, & tantò magis quantò magis juſtè judicat. *Annot. in Iob, cap. 37. ante fin. tom. 4.*

19. Dei judicia occulta ſunt multa, injuſta nulla. *Lib. 18. de Civit Dei, cap. 18. poſt initium, tom. 5.*

20. In eſt Deo & miſericordia judicanti, & judicium miſeranti. *Ep. 29. ante fin. tom 2.*

21. Dei altum juſtumque judicium nullus contemptor evadit. *Ep. 54. longè poſt init. tom 2.*

22. Laudet miſericordiam qui liberatur, non culpet judicium qui punitur. *Ep. 106. in med. tom. 2.*

23. Homini poſſem demonſtrare juſtitiam meam, in Dei autem judicio invenior injuſtus. *Annot. in Iob, cap. 9. prope finem, tom. 4.* S. AUGUST.

24. Potuit Deus delegare Angelis ſuis diſcutiendi hominis poteſtatem; ſed agnoſce, ô homo, nobilitatem tuam: nulli etiam vel cæleſti creaturæ eſſe te ſubjectum voluit, nulli de te judicare permiſit: agnoſce nobilitatem tuam, ſoli Deo competit de te ferre ſententiam. *Hom. 2. de Symbolo in medio.* S. EUSEB. EMISSEN.

25. Dei judicio nullus abſconditur, quia nullatenus poteſt, aut non videre quod facimus, aut obliviſci quod videt. *Lib. 25. Moral. cap. 4. ab initio. num. 4. col. 828. D. tom. 1.* S. GREG. MAG.

26. Omnia non ſolùm facta, ſed & cogitata diſtrictè penſantur; quid faciemus de inceſſu mali operis, ſi ſic ſubtiliter Deus judicat greſſus cordis? *Profec.*

27. Ecce occulta mentis noſtræ itinera nullus hominum videt, & tamen ante Dei oculos tot greſſus ponimus, quot affectus movemus. *Ibid. cap. 3. ſub fin. col. 828. B.*

28. Occulta Dei judicia, quantâ obſcuritate nequeunt conſpici, tantâ debent humilitate venerari. *Ibidem, lib. 27. capite 2. prope finem, columna 896. littera D.*

29. Divina judicia cùm neſciuntur, non audaci ſermone diſcutienda ſunt, ſed formidoloſo ſilentio veneranda. *Ibidem, lib. 32. capite 1. in fine, columna 1093. lit. A.*

30. Sic Dominus uniuſcujuſque conſiderat vias, ſic dinumerat greſſus, ut ne minutiſſimæ quidem cogitationes ejus judicio, ac verba tenuiſſima indiſcuſſa remaneant. *Ibid. lib. 21. cap. 4 prope med. num. 5. columna 715. C.*

31. Chriſtiani judicium Dei magis debent timere, quàm hominum. *Tom. 4. Ep. 37. ad Pammach. & Ocean. in fine, pag. 165. A.* S HIERONYM.

32. Judex Deus corrumpi non poteſt, quia juſtus eſt: ei reſiſti non poteſt, quia fortis eſt: impetuosè non judicat, quia patiens eſt. *Lib 3. Miſcellan. Codic. 2. Tit. 47. in princ. pag 179. H. tom 3.* HUGO à S. VICTORE.

33. Si purus homo judex eſſet, poſſet falli, vel corrumpi, vel vinci, & impediretur juſtitia: ſed Deus eſt judex, qui nec falli, nec corrumpi, nec ſuperari poterit. *Sup. Pſ. 49 fol. 128. col. 3. tom. 2.* HUGO CARD.

34. In juſto judicio Chriſti, non ſolùm quæritur, ut Chriſtus cognoſcat ſe juſtè hominem judicare, ſed etiam ut homo ipſe cognoſcat ſe juſtè à Chriſto judicari. *Hom. 3. ſup. Matth. oper. imperf. ante fin. col. 765. C. tom. 2.* S. JOANNES CHRYSOST.

35. Graviſſimum eſt, velle abyſſum judiciorum Dei curioſè perſcrutari. *Grad. 26 poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 2 pagina 283. columna 2. lit. H. edit. Colonienſis 1618.* S IOAN CLIMAC.

36. Eò magis timenda ſunt judicia Dei, quò de occultiori juſtitia & ſecretiori ratione proveniunt. *Epiſt. 139. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 15. pag. 536. D. edit. Colon. 1622.* IOAN. SARESB.

37. Sicut Deus erga pios indulgentiſſimus eſt Pater, ſic adverſus impios rectiſſimus judex. *Lib. 1. divin. Inſt. cap. 1. poſt med. pag. 3.* LACT. FIRM.

38. Nemo judicium Dei poteſt, nec vivus effugere, nec mortuus. *De ira Dei, capite 20. ab initio, pagina 359.*

39. Juſtus eſt judex & verax, qui neminem fraudet mercede meritorum. *Serm. 3. de Collectis, in fine.* S LEO I.

40. Iſte eſt ſummi judicis tremendus aſpectus; cui pervium eſt omne ſolidum, & apertum omne ſecretum: cui obſcura clarent, muta reſpondent, ſilentium confitetur. & ſine voce mens loquitur. *Serm. 5. Quadrag. ante finem.*

41. In laqueum periculoſum ſe injiciunt, qui ipſa Dei judicia temerè audent perſcrutari. *In canon. vitæ ſpirit. cap. 5. ſub finem.* LUDOV. BLOS.

42. Deus ut judex arguit, & ut judex regit: judex SALVIANUS.

promit

promit ſententiam, judex noxios perimit, judex innoxios muneratur. *Lib.1. de Gubern. Dei, circa med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. editionis Colonienſis 1618.*

SALVIANUS. 43. O quanta eſt infidelis malarum mentium cæcitas! damnationem perferimus judicantis Dei, necdùm agnoſcimus judicari. *Ibidem, libro 5. poſt medium.*

S. THEODORET. 44. Juſtum eſt, & terroris plenum divinum judicium. *Sup. Pſal. 6. verſ. ult. in fine, pagina 03. col. 2. G. tom. 2.*

THOMAS À KEMPIS. 45. Judicia Dei metuenda ſunt, non diſcutienda, quia humano intellectui ſunt incomprehenſibilia. *Libro 3. de Imit. Chriſti. cap. 58. ſect. 1. in fine, tomo 2.*

Judicium extremum.

DEFINITIO, DIVISIO.

DEFINITIO.

COLLECTOR. JUDICIUM extremum eſt univerſalis ſeparatio bonorum à malis in valle Joſaphat à ſummo judice Deo facta.

DIVISIO.

S. BONAVENT. Judicium extremum triplex eſt.
- Diſcuſſionis.
- Salvationis.
- Damnationis. *Super Pſalm. 34. in principio, pagina 103. col. 1. E. tom. 5*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ALBERTUS MAGNUS. 1. Quoties diem judicii cogito, toto corpore contremiſco. *De Paradiſo animæ. part. 1. de virt. cap 21. ante fin. pag 168.*

S. AMBROSIUS. 2. Nihil eſt quod magis proficiat ad vitam honeſtam quàm ut credamus Deum judicem futurum, quem & occulta non fallant, & indecora offendant, & honeſta delectent. *Libro 1. Offic. cap. 26. circa med. columna 18. B. tom. 1.*

3. Nemo de die judicii cogitat, nemo loquitur, quaſi aut per omnia victuri, aut per omnia morituri. *Serm. 80. circa initium, columna 774. littera D tom. 5.*

S. ANSELMUS. 4. Juxta eſt dies Domini magna, dies judicii; juxta & velox nimis dies iræ dies tribulationis & anguſtiæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris. *De Miſeria hominis, paulò poſt initium.*

5. In judicio hinc erunt accuſantia peccata, indè terrens juſtitia: ſubtus patens horridum chaos inferni deſuper iratus judex: intùs urens conſcientia, foris ardens mundus *Profec.*

6. Ibi juſtus vix ſalvabitur, conſtrictus ubi latebo? latere erit impoſſibile, apparere intolerabile. *Ibidem, ante finem.*

S. ANTONIN. 7. Judicium durissimum fiet his, qui præſunt.
- Durum, ſi non benè rexerint ſeipſos.
- Duriùs, ſi non benè gubernaverint familiam propriam.
- Duriſſimum, ſi juſtitiam legalem omnibus non miniſtraverint. *Part. 1. tit. 3. cap. 2. §. 4. fol. 111. col. 4.*

S. AUGUSTIN. 8. In quo quemque invenerit ſuus noviſſimus dies, in hoc eum comprehendet mundi noviſſimus dies: quoniam qualis in die iſto quiſque moritur, talis in die illo judicabitur. *Ep. 80. ad Heſych. poſt init. pag. 126. D. tom. 2.*

S. AUGUST. 9. In futuro Chriſti judicio, nec abſidæ gradatæ, nec cathedræ velatæ, nec ſanctimonialium occurſantium atque cantantium greges adhibebuntur ad defenſionem, ubi cœperit accuſare conſcientia, & conſcientiarum arbiter judicare. *Ep. 203 ad Maximin. Epiſc. ante medium, pagina 534. C. tom 2.*

10. Manifeſtus veniet inter juſtos & injuſtos, judicaturus juſtè, qui priùs venit occultus ab injuſtis judicandus injuſtè. *Libro 20. de Civ. Dei. cap. 24. poſt med. pag. 427. A. tom. 5.*

11. Quando Deus judex erit, alius teſtis quàm conſcientia tua non erit: inter judicem juſtum & conſcientiam tuam, noli timere niſi cauſam tuam. *Sup. Pſal. 37. poſt med. verſ. 16 pag. 219. B. tom. 8.*

12. Judicium Dei formidandum eſt & amandum: formidandum malis propter pœnam, amandum bonis propter coronam. *Sup. Pſ. 100. ab init. verſ. 1. pag. 772. B. tom 8.*

13. Modò tacet Chriſtus, tacet judicio, ſed non tacet præcepto: ſiluit ut judicaretur, non ſilebit cùm cœperit judicare. *Tract. 4. in cap. 1. Evang. Ioan. circa init. pag. 20. D. tom. 9.*

14. Tot judicibus inops aſtabo, quot me præceſſerunt in opere bono: tot arguentibus confundar, quot mihi præbuerunt benè vivendi exempla. *Profec.*

15. Tot vincar teſtibus, quot me monuerunt proficuis ſermonibus, ſéque imitandos juſtis dederunt actionibus.

16. Domine mi non ſuppetit quid dicam, non occurrit quid reſpondeam: & cùm jàm interſim ſævo illi diſcrimini, torquet me conſcientia, cruciant cordis arcana, coarctat me avaritia, accuſat ſuperbia, conſumit invidia, inflammat concupiſcentia, infeſtat luxuria, dehoneſtat me gula, ebrietas confutat, detractio lacerat, ambitio ſupplantat, rapacitas objurgat, diſcordia me diſſipat, ira perturbat, levitas diſſolvit, torpor opprimit, hypocriſis fallit, adulatio frangit, favor attollit, calumnia pungit. *In Medit. cap. 4. in princ. pag. 476. C. tom. 9.*

17. Homines caveant futurum judicium, ne cum mundi principe damnentur, quem judicatum imitantur. *Tract. 95. ſup. Evang. Ioan. de cap. 16. in fine, pag. 325. A. tom 9.*

18. Quanta ſperanda vel timenda poteſtas judicantis ſi apparuit tanta morientis? *Ibidem, tract. 119. de cap. 19. in fine, pag. 175. g.*

19 Sedebit judex, qui ſtetit ſub judice: damnabit veros reos, qui factus eſt falſus reus *De verbis Domini, ſermone 64. poſt medium, pagina 167. littera A. tom. 10.*

20. Expectatur dies judicii, aderit ille æquiſſimus judex, nullius potentis perſonam accipiet, cujus palatium auro vel argento nemo corrumpet. *Serm ne 2. Vigil. Nat. & in ord. 4. longe poſt init. pagina 392. D. tom. 10.*

21. In judicio nec falſos teſtes adduces quibus judex fallatur: nec patronos fraudulentos: tunc enim ipſe erit judex cauſæ tuæ, qui modò teſtis vitæ tuæ. *De decem chordis, cap 2. poſt init tom. 9.*

22. Advocatus noſter venturus eſt judex noſter. *Homil. 42. ex quinquag. Homil. cap. 5. in medio, tomo 10.*

23. Homo venit ut judicaretur, homo veniet ut judicet. *Tract. 4. ſuper Epiſt. Joannis, ante medium, tom. 9.*

24. Non ſilebit Chriſtus judicaturus, quia ſiluit judicatus. *Hom. 28. ex quinquag. Hom cap. 1. in medio, tom. 10.*

25. In futurum judicium ſervatur ad manifeſtationem atque acerrimum ſenſum miſeriæ, quidquid nunc occultiſſimè vindicatur. *Libro 3. de libero arbit. cap. 15. circa fin. tom. 1.*

26. Nullus erit homo, qui in judicio de ſua poſſit infidelitate defendere: cùm Chriſtum cantet & juſtus

ad æquitatem, & perjorus ad fraudem. *Ep.42. in medio, tom.* 2.

S. AUGUSTIN.

27. Deus perpauca in hoc ſeculo punit, ne Dei providentia non eſſe credatur: & multa ſervat ultimo examini, ut futurum judicium commendetur. *Ep 54. poſt init. tom.* 2.

28. Latet ultimus dies, ut obſerventur omnes dies. *Hom.13. ex quinquag. Hom. poſt init. tom.* 10.

S. BERNARD.

29. Noviſſima tua ſunt, mors, judicium, gehenna. *Profec.*

30. Quid horribilius morte? quid judicio terribilius? gehenna nihil poteſt intolerabilius cogitari: quid metuet, ſi quis ad iſta non trepidat, non expaveſcit, non timore concutitur? *Serm. de primordiis, &c. poſt med. fol. 95. columna* 4. *littera M.*

31. Paveo gehennam, paveo judicis vultum, ipſis quoque tremendum angelicis poteſtatibus. *Profectio.*

32. Contremiſcu ab ira potentis, à facie furoris ejus, à fragore ruentis mundi, à conflagratione elementorum, à tempeſtate valida, à voce Archangeli, à verbo aſpero.

33. Contremiſco à dentibus beſtiæ infernalis, à ventre inferi, à rugientibus præparatis ad eſcam.

34. Horreo vermem rodentem, & ignem torrentem, fumum & vaporem & ſulphur, & ſpiritum procellarum: horreo tenebras exteriores.

35. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, ut præveniam fletibus fletum, & ſtridorem dentium, & manuum pedumque dura vincula, & pondus catenarum prementium, ſtringentium, urentium, nec conſumentium?

36. Heu me mater mea, ut quid me genuiſti, filium doloris, filium amaritudinis, indignationis & plorationis æternæ? cur exceptus genibus, cur lactatus uberibus, natus in combuſtionem, & cibus ignis? *Serm.16. ſup. Cant. in medio.*

37. Tanta erit in judicio æquitas, in judice feritas, in majeſtate ſublimitas, novitas in facie ipſa rerum, ut non poſſit cogitari. *Ibidem, ſerm, 73. ante med. fol.193. columna* 3. *G.*

38. Nudus ſtabit ante tribunal Chriſti, ut audiat vocem judicii, qui ad vocem conſilii obduravit aures ſuas. *Profec.*

39. Utilius & multò ſalubrius eſt hodie audire Deum conſulentem, conſolantem, admonentem, docentem, & ut multum arguentem, increpantem, corripientem, quàm in die illa judicii tàm amara, tàm lugubri, tàm tenebroſa voce, audire illum judicantem, indignantem, ulciſcentem, ſævientem, condemnantem. *Serm. de verbis Abacuc. circa medium, fol.* 93. *columna* 1. *littera A.*

40. Neceſſe eſt omnes, qui in futuro judicio examinandi ſunt, vel eſſe judicis amicos, vel apud judicem interceſſores habere amicos. *In ſuis ſentent. verbo Quatuor ſunt. fol.* 128. *columna* 2. *littera D.*

41. Quid faciet de injuſtis judiciis, qui ipſas quoque juſtitias judicabit? *Profec.*

42. Veniet, inquam, veniet dies judicii, ubi plus valebunt pura corda, quàm aſtuta verba: & conſcientia bona, quàm marſupia plena. Quandoquidem judex ille nec falletur verbis, nec flectetur donis. *Ep.1. ad Robertum Nepotem ſuum, circa medium, fol.* 204. *columna* 4. *lit. L.*

43. Venturi timor judicii, pio cedit fraternæ charitatis exercitio. *Ep.78. ad Suggerium Abbat. S. Dionyſii. ante med. fol.* 226 *col.* 1. *B.*

44. Cognoſcetur tunc Dominus judicia faciens, qui nunc ignoratur miſericordiam quærens. *De 12. gradibus humilit. verbo Inquirimus, in fine fol.* 301. *col.* 1. *littera B*

45. Judicium faciet geſtorum quiſque ſuorum: cunctaque cunctorum cunctis arcana patebunt. *Lib. Medit. cap.2. ante med. fol.* 322. *columna* 3. *littera G.*

S. BERNARD.

46. Talis ſtudeas vivere, qualis affectas in extremo judicio inveniri. *Ep. ad quendam in 2. volum. in fine, fol.* 120. *columna* 2. *littera D.*

S. BONAVENT.

47. Futurum judicium eſt timendum propter tria.
- Propter judicis terrorem.
- Propter judicii rigorem.
- Propter ſuppliciorum horrorem. *Expoſit. 2. ſup. Pſal.* 118. *cap.* 1. *verſ.* 6. *art.* 1. *pagina* 158. *columna* 2. *littera D. tom.* 1.

48. Judicare authoritate & dictamine ſententiæ, eſt totius Trinitatis. Judicare prolatione ſententiæ, & evidentiâ formæ, ſive miniſterio, erit filii hominis. Judicare verò aſſiſtentiâ & approbatione, erit Apoſtolorum, & Apoſtolicorum virorum. *Sup. Ioan. cap.* 5. *in illud, Poteſtatem dedit eis, &c. pagina* 340. *columna* 2. *tomo* 3.

49. Debemos tantò ſolicitiùs diem judicii formidare, quantò eam non poſſumus prævidere. *Sup. Luc. cap.* 4. *ante med. pag.* 46. *col* 2. *tom.* 2.

50. Etiam qui Sancti ſunt præſentiam Dei in judicio abſque formidine non videbunt. *Lib. 3. Pharetræ, cap. 49. ante medium, pagina* 174. *columna* 1. *littera C. tom* 6.

51. Nullus in extremo judicio poterit fallere ſapientiam, flectere juſtitiam, inclinare clementiam, declinare ultionis & juſtæ retributionis ſententiam. *In Soliloq. cap.3. ante medium, pagina* 117. *col.2. C. tom.7. parte* 3.

52. In extremo judicio latere erit impoſſibile, apparere intolerabile. *Ibidem.*

53. Ultimum judicium erit horribile ex omni parte, quia ſupra erit judex auſterus & iratus, ſubtus patens infernus, intùs conſcientia remordens, extrà mundus ardens, à dextris peccata accuſantia, à ſiniſtris dæmonia terrentia. *Libro 7. Compend. Theolog. verit. cap. 17. ante medium, pagina* 791. *columna* 2. *littera E. tomo* 7.

54. Judicium extremum erit horribile, intolerabile, inevitabile, inopinabile, inexorabile, erubeſcibile. *Ib. circa med. &c.*

55. O anima! ſive vigiles, ſive dormias, ſemper in auribus tuis illa horribilis tuba reſonet, Surgite mortui, Venite ad judicium. *Profec*

56. O anima! nunquàm excidat à tua memoria, Ite maledicti in ignem æternum, venite benedicti, percipite regnum.

57. O quid poteſt lamentabilius & terribilius cogitari, quàm Ite? & quid delectabilius exprimi, quàm Venite? Duæ ſunt voces, quarum nihil horribilius unâ, & nihil jucundius alterâ poterit audiri. *In Soliloq. cap. 3. circa medium, pagina* 117. *columna* 2. *littera E. tom.* 7.

S. CÆSARIUS ARELAT.

58. Saluberrima, ac multum neceſſaria eſt, futuri judicii recordatio. *Homil. 29. ante medium, apud Bibl. Patr. tom. 5. parte 3. pag. 774. col. 2. F. editionis Colonienſis* 1618.

CASSIODORUS.

59. Non eſt in judicio futuro ſingulorum hominum viciſſim diſcuſſio operanda, ſed momentaneo diſcurſu ſimul omnia ſicut fecit, & judicat. *Super Pſ. 2. in fine, verſ. ult. fol. 7. col.* 1.

S. CYRILLUS ALEX.

60. Veniet exactis temporibus univerſorum judex poteſtate præditus & gloria, quæ divinam decebat Majeſtatem, comitatu Angelorum ſtipatus, ut reddat unicuique juxta opus ſuum. *Hom. 17. de feſtis Paſchal. ſub fin. pag.* 205.

S. CYRILLUS HIEROSOL.

61. Memineris judicii, & non erit ſcortatio, nec adulterium, neque homicidium, neque ulla iniquitas apud te invaleſcet. *Catech. 2. poſt initium, apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 399. columna 1. littera C. edit Colon.* 1618.

DIONYSIUS CARTHUS.

62. In die judicii erit in reprobis conſcientia urens atque

S. Ephræm.

atque remordens: in electis verò, conſcientia bonæ fiduciæ. *Super Ep. ad Rom. cap.2. art.5. poſt medium, fol.6. littera F.*

63. Si peccatum aliquod perpetratutus ſis, revolve priùs animo tuo horrendum illud Chriſti judicium: in quo judex in alio atque ſublimi præſidebit throno, aſtabit omnis creatura tremebunda coram glorioſo & illuſtri ejus conſpectu. *De futuro judicio, in princ. pag.* 242. *B tom.* 1.

64. Sive operi, ſiue orationi intentus ſis; ſive ambulex, ſive ſedeas, ſive comedas, ſive jejunea, ſive quid aliud agas, non deſiſtat mens tua cogitare de extremo Dei judicio. *Serm. de ſecundo Adventu, circa medium, pag.* 495. *B. tom.* 2.

S. Euseb. Cæsariens.

65. Agite ſolatia veſtra, in deliciis explete voluptatea. ſeminate in corruptione, m de corruptione colligatis divinam ſententiam, quam juſtus ille dabit judex in magni judicii die, dicens: Ite maledicti in ignem æternum. *Profec*

66. Heu! cor lapideum, ſi cùm talem tibi cogitas, ob hujus mundi pravs ſolatia imminere ſententiam non formidas.

67. Si illum expectas diem tàm terribilem & crudelem, in quo non ſolùm de luxuriis, veſtibua, & ebrietatibus, & deliciis, & toto tempore amiſſo, quo vixiſti; ſed etiam de qualibet te oportebit cogitatione vana, Domino reddere rationem; cur non emendaris? *Ep. ad Damaſ. Pap. de morte D. Hieron. longe ante med. queſt.* 61. *Ep. D. Hieron. tom.*4.

S. Eusebius Emissen.

68. Ille veniet ad judicandum nos, qui ſe judicio meminit addictum pro nobis. *Profec.*

69. Ille veniet ad diſpiciendam vitam noſtram, qui eam reſtituit per mortem ſuam. *Hom.*1. *de Symbolo, ſub fin. apud Bibliothecam Patrum, tomo* 5. *part.* 1. *pag.* 553. *columna* 2. *littera H. editionis Colon.* 1618.

70. Quàm lugubre etit in extremo judicii die homini reprobo Deum videre & perdere, & ante pretii ſui conſpectum perire. *Ibidem, Homil.* 4. *ad Monachos in fine, pagina* 582. *columna* 1. *littera D.*

71. Saluberrima multumque neceſſaria fututi judicii recurdatio eſt, & præteritorum commemoratio & deploratio delictorum. *Ibidem, Hom.*5. *ante med. pag.* 582. *columna* 2. *G.*

72. Timor futuri judicii mitigat iram, & cogitatio ultimi diei frangit ſuperbiam. *Profec.*

73. Non ibi licebit vel celare aliquid, vel negare, ubi non de longè aliundè; ſed deintùs proceſſurus eſt accuſator & teſtis. *Ibidem, Hom.* 8. *ante finem, pagina* 585. *columna* 2. *littera H. & 586. columna* 1. *littera A.*

74. Accendenda eſt compunctio, corroborandæ ſunt preces futuri recordatione judicii, atque miſericordiarum operibus adjuvandæ. *Ibidem, Hom.* 10. *in medio, pag.*587. *col.*1. *B.*

75. Illa anima quæ benè curſum ſuum direxerit, non timebit illius ultimæ horæ neceſſitatem, *Ibidem, Hom.*8. *ſub finem, pag.* 586.

Glossa ord.

76. In judicio extremo quatuor erũt ordines.
- Alii judicabunt, & non judicabuntur, ut perfectiſſimi.
- Alii nec judicabunt, nec judicabuntur, ut damnati infideles.
- Alii judicabuntur, & ſalvabuntur, ut mediocriter boni.
- Alii judicabuntur, ut pereant, ſicut fidelex mali. *Super Pſalmum* 8. *col.*437. *C. tom.* 3

77. Ira judicii tantò diſtrictior portabitur, quantò nunc minùs timetur. *Super Proverb. cap.*28. *col.*1724. *F. tom.* 3.

Glos. Int.

78. Impii in judcio, quæ ſibi ſperabant prodeſſe, invenient nocuiſſe. *Sup. Sap. cap.* 4. *col.* 1902. *littera E. tom.* 3.

Glose. ord.

79. Aut nullus, aut rarus diem judicii poterit ſuſtinere, qui non in ſe præbeat materiam ſæviendi. *Super Ioël, cap.* 2. *in illud, Et quis ſuſtinebit eum? col.* 1918. *F. tom.* 4.

S. Greg. Mag.

80. Tunc cum Deo judices venient, qui nunc pro Deo injuſtè judicantur. *Lib.* 10. *Moral. cap.* 17. *poſt medium; num.* 30. *col.* 371. *B. tom.* 1.

81. Qui ad extremum Dei judicium venit, non jàm coram illo, ſed ab illo judicatur. *Ibid. lib.* 25. *cap.* 5. *in fine, col.* 830. *C.*

82. Dies judicii, porta eſt regni: quia per eum ab electis omnibus ad cœleſtis patriæ gloriam intratur. *Ibidem, lib.* 6. *cap.* 5. *in princ. columna* 180. *littera C. tom.* 1.

83. Quiſquis ſtimulo divini amoris excitatus, hîc poſſeſſa reliquerit, in judicio proculdubio culmen judiciariæ poteſtatis obtinebit. *Ibidem, lib.* 10. *cap.*17. *poſt med. num.*30. *col.*371. *C.*

84. Ille poſtmodùm cum Deo judex veniet, qui hîc ei modò in prece familiaris extiterit. *Ibidem, lib.* 11. *cap.* 13. *ab init. col.* 388. *B.*

85. Diſtrictum Dei judicium tantò veriùs tunc ſuper delinquentes mitigabitur, quantò nunc acriùs ab homine arguente prævenitur. *Ibidem. lib.* 26. *cap.*2. *circa med. col.* 851. *B.*

86. Juſti viri cùm diſtrictionem venturi judicis contemplantur, peccata ſua ad memoriam reducunt, & deflent quæ commiſerunt, & diſtrictè ſe judicant, ne judicentur. *Ibidem, lib.* 11. *cap.* 18. *in medio, num.* 20. *col.* 393. *B.*

87. Tunc cum Deo judices venient, qui nunc pro Deo injuſtè judicantur. *Profec.*

88. Tunc eorum lux tantò latiùs emicabit, quantò eos nunc manus perſequentium duriùs anguſtat. *Ibid. libro* 10. *cap.* 17. *poſt medium, columna* 372. *littera B. num.* 30.

89. In die judicii ultimo ipſe peccata judicabit, qui nunc peccantium deriſiones portat. *Ibid. ſub fin. col.*372. *littera D.*

90. Rectum eſt, ut cum Deo de populis in judicio judicent, qui ad verba Dei præſens ſeculum perfectè derelinquunt. *Ibidem, lib.* 11. *cap.*13. *circa initium, col.* 388. *littera B.*

91. Ante retributionem extremi judicii, injuſti in requie quoſdam juſtos conſpiciunt, ut eos videntes in gaudio, non ſolùm de ſuo ſupplicio, ſed etiam de illorum bono crucientur. *Homil.* 40. *ſup. Evang. poſt med. ſup. illud Luc.* 16. *Rogo te ego Pater, &c. col.* 531. *C. tom.* 2.

92. Fratres chariſſimi, diſtrictus judex ad examinandum deducturus eſt cuncta quæ gerimus, & unumquemque noſtrum, non ex prærogativa ſublimioris gradus, ſed operum meritis approbabit. *Lib.*1. *ex regiſtro indict.* 9. *cap.* 75. *Epiſt.* 75. *circa med. col.* 684. *C. tom.* 2.

93. Venturi judicis quiſque examen tremendum cum metu & lachrymis quotidie ſine ceſſatione conſideret: illumque diem in quo perturbanda ſunt omnia cum timore ad animum reducat, ut iram judicis in ipſo jàm die non timeat. *Libro* 11. *ex regiſtro indict.* 6. *cap.* 37. *Epiſt.* 37. *ad Euſebiam Patriciam, in medio, col.* 1142. *C. tom.* 2.

94. Mens converſa quanta ſit diſtrictio extremi examinis penſat, inter ſpem formidinemque ſolicita trepidat: quia judex juſtus veniens, quid de perpetratis reputet, quid relaxet, ignorat. *Lib.* 4. *Moral. cap.* 31. *circa med. num.* 42. *col.* 129. *D. tom.* 1.

95. Perpendamus quantâ debemus formidine venturum judicium ſemper expaveſcere, quandoquidem beatus Job ad requiem ſe poſt flagella perventurum noverat, adhuc tamen de retributione judicii in ſuis vocibus ſecurus non eſt. *Ibidem, lib.* 13. *cap.* 17. *in fine, num.* 33. *col.* 450. *B tom.* 1.

96. Cunctis liquet quòd in illa extrema requiſitione

examen publicum facturus eſt omnipotens Deus: ut alios ad tormenta deſerat, alios ad participationem regni cœleſtis admittat. *Ibid. lib. 25. cap. 7. poſt med. num. 9. col. 834 C.*

S. Gregor. Magn. 97. In adventu diſtricti judicis in majeſtate, viſuri ſunt quem in humilitate poſitum audire noluerunt: ut virtutem ejus tantò tunc diſtrictiùs ſentiant, quantò nunc cervicem cordis ad ejus patientiam non inclinant. *Hom. 1. ſup. Evang. ante medium, ſup. illud Luc. 21. Et tunc videbunt filium hominis, &c. col. 319. littera C. tom. 2.*

98. Semper extremum jodicii diem debemos metuere, quem numquàm poſſumus prævidere. *Ibid. Hom. 12. ante fin ſup. illud Matth. 25. Vigilate quia neſcitis diem, neque horam. col. 359. B.*

99. Hunc tanti pavoris judicem ante oculos ponite, hunc venturum timete; ut hunc cùm venerit non timidi, ſed ſecuri videatis: timendus eſt, ne timeatur. *Ibid. Hom. 26. poſt med. ſup. illud 20. Ioan. Beati qui non viderunt, & crediderunt. col. 434. B.*

100. Si tantâ curâ pertimeſcitur judicium hominis, quâ formidine prævidendum eſt judicium extremum tantæ majeſtatis? *Ibidem.*

101. Pavidi corde futura jodicia cogitant, ſed præſenti voluptate devicti, mala committere oequaquàm vitant. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 2. poſt initium, ſup. illud, Si timueritis Dominum, &c. columna 1492. littera C. tom. 2.*

102. Judicium extremum venire non trepidat, niſi quem conſcientia de peccatis accuſat. *In ſeptem Pſalm. Pœnit. ſuper Pſalm. 1. verſ. 7. in medio, col. 540. D. tom. 2.*

103. Dùm vacat, dùm licet, animadverſionem tanti terroris (iræ ſcilicet diſtricti judicis) fuge. *Lib. 1. in regiſtr. indict. 9. cap 33. Ep. 33. ad Venant. Cancellar. Italiæ. ante medium, col 661. B. tom. 2.*

104. Quiſquis feſtinat evadere diſtrictionem judicii ſequeotis, per amaritudinem pœnitentiæ omnem ſibi dulcedinem interimat vitæ præſentis. *Ibidem, libro 9. indict. 4. cap. 25. Ep. 25. ad Venant. Epiſc. Syracuſ. poſt med. col. 1055. D.*

105. Quæ mens erit hominis, æterni judicis ſententiam non formidantis? ibi enim tunc ſimul cuncta peccata ante oculos redeunt; ibi omnia, quæ cum delectatione acta ſunt, ad memoriam cum pavore revocantur. *Homil. 2. ſup. Ezech. poſt medium, ſup. illud Matth. 24. Sol obſcurabitur. columna 78. littera D. tom. 2.*

106. Redemptor humani generis cùm judex apparuerit, & ſpecioſus juſtis, & terribilis erit injuſtis. *Ibid. Hom. 7. longè poſt med. ſup. illud Pſalmi 18. Exultavit ut gigas. col. 120. D.*

107. Quem manſuetum aſpicient electi, hunc eundem pavendum atque terribilem conſpicient reprobi. *Ibidem.*

108. Penſemus quàm diſtrictiùs judex veniet, qui judicium minatur, & latet: terrores peccatoribus intentat, & tamen adhuc ſuſtinet: & idcircò venire citiùs differt, ut minus inveniat quod condemnet. *Homil. 10. ſup. Evang. ſub finem, col. 352. littera A. tom. 2.*

109. In adventu ſponſi clamor in media nocte fit: quia ſic dies judicii ſurrepit, ut prævideri non valeat, quando venit. *Ibid. Hom. 12. ante med. columna 357. littera C.*

110. Ecce mora non erit, & ardente cœlo, ardente terra, corruſcantibus elementis, cum Angelis, cùm Thronis, & Dominationibus, cum Principatibus & poteſtatibus, tremendus judex apparebit. *Lib. 2. in regiſtro indict. 11. cap. 100. Ep. 61. ad Maurit. Auguſt. circa fin. columna 744. A. tom 2.*

Haymo. 111. Neceſſe eſt ut ſæpiùs cogitemus quales futuri ſumus in die judicii, puriſſimis Angelorum conſpectibus offerendi, & æterno judici rationem de libris conſcientiæ reddituri. *Serm. 1. Dom. poſt. Aſcenſ. circa medium.*

S. Hyeronim. 112. Judicaturo Domino lugubrè mundus immugiet, tribus ad tribum pectora ferient, potentiſſimi quondàm reges nudo latere palpitabunt, exhibebitur cum prole ſua verè tunc ignitus Jupiter, adducetur & cum ſuis ſtultus Plato diſcipulis, Ariſtotelis argumenta non proderunt. *Ep. 1. ad Heliodor. in fine, pag. 4. D. tom. 1.*

113. Extremi judicii dies, quantò longè differtur ut veniat; tantò eùm venerit, de illo diſtrictior ſententia procedet: idcircò diverſis nunc cladibus percutimur, ut his correcti, paratiores tunc inveniri valeamus. *Libro 2. ſup. Lament. Hierem. cap. 3. ſup. illud, Tetendit arcum ſuum. pag. 363. B. tom. 5.*

114. Tunc ſine nominum dignitate ſola judicantur ingenia, ſive Epiſcopus, ſive ſit laïcus, Imperator aut Dominus, miles aut ſervus, aut purpurâ & ſerico, aut viliſſimo panno jaceat: non honorum diverſitate, ſed operum merito judicabitur. *Lib. 2. ſuper Oſeam, in fine Proœmii, pagina 20. B. tom. 6.*

115. Mœrorem diei judicii, & tormenta percutientium, ne ſol quidem & luna, aſtraque cætera poterunt intueri: ſed retrahent fulgorem ſuum. *Super Joel. cap. 3. ſuper illud, Populi in valle, &c. pagina 70. littera A. tom. 6.*

Hugo Card. 116. Si purus homo judex eſſet, poſſet falli, vel corrumpi, vel vinci, & ſic impediretur juſtitia: ſed Deus eſt Judex, qui nec falli, nec corrumpi, nec ſuperari poterit. *Super Pſalmum 49. fol. 128. columna 3. tom. 2.*

117. In die jodicii, judex interrogabit & examinabit dicta & facta ſingulorum. *Super Sap. cap. 4. fol. 144. col. 3. tom. 3.*

S. Ioann. Chryſoſtom. 118. In extremo judicio tantus timor erit omnium, etiam Sanctorum, ut nemo ſperet ſe juſtum inveniendum, ſed adhuc timeat ne fortè reus exiſtat. *Homil. 52. ſuper Matth. oper. imperf. poſt medium, col. 1118. D. tom. 2.*

119. Sicut tempus miſericordiæ judicium non ſuſcipit, ſic tempus judicii miſericordiam non recipit. *Ibid. ante fin. col. 1119. A.*

120. Terribile erit judicium, horrendum tribunal, plenæ tremoris pœnæ, & fluvios ignens, qui reos corripiat. *Serm. 5. ſup. Epiſt. ad Rom in princ. Moralis. col. 49. B. tom. 4.*

121. Illic magnum judicem ars rhetoris nulla decipiet, & nullius potentiâ mitigatur, dignitati non condeſcendit, non veneratur perſonam, ſed tremendum & implacabile erit judicium. *Hom. 5. de pœnit. poſt med. col. 866. B. tom. 5.*

S. Ioan. Damaſc. 122. Non illic orator eſt, non illic verborum lenocinium, quod veritatem judici ſurripere queat: non adulatores comitantur, non opes, non dignitatis faſtus: Vacuus amicis, vacuus adjutoribus ac patronis, & pudore ſuffuſus quiſque relinquetur, mœſtus, triſtis, ſolus ac fiduciæ expers. *Profec.*

123. Quocumque quiſpiam oculos converterit, perſpicuas operum ſuorum imagines cernet, ubi res ipſæ ſigillatim teſtimonium dicent, apparentes quales geſtæ ſunt.

124. Illic condemnabitur, non is dumtaxat, qui ſceleris author fuit, ſed is etiam, qui malum ducem ad peccatum ſecutus eſt. *Lib. 1. Parall. cap. 15. in princ. fol. 17. pagina 1. D.*

125. Horrendum illum ac tremendum diem memoriâ tenete, in quo omnes ad Chriſti tribunal ſiſtentur, ut eorum quæ in vita geſſerint, rationem reddant. *Profec.*

116. Illic enim antè omnium oculos peccata proponentur ac detegentur, atque ignorantibus oſtendentur.

127. Illic fons ignis, & pervigil vermis: illic omnia nuda, & aperta.

128. Ille

S. Joan Dam. 128. Illic cordium noſtrorum libri aperientur, atque in medio tàm perſpicua, quàm obſtruſa; tam quæ noctu, quàm quæ interdiù perpetrata ſunt, legentur.

129. Coram uno homine indecori aliquid hîc agere nos pudet, illic autem coram tot myriadibus quid faciemus? *Ibidem, poſt medium, fol. 17. pagina 2. littera B.*

Joan. Trith. 130. Cùm ad Dei judicium ventum fuerit, non erit diſcuſſio generationum, ſed actionum: nec dicet, Cujus naturæ fuiſti vel generis, ſed virtutis? quoniam virtus meritum habet, generatio nihil. *In cap. 2. Regul. S. Benedict. verbo Non. in princ. pagina 236. columna 2.*

131. Quoties diem judicii cogito, totus corde & corpore contremiſco: undè ſi qua præſentis vitæ eſt lætitia, ita agenda eſt, ut nunquàm amaritudo futuri judicii recedat à memoria. *Lib. 2. ad Monach. ſerm. 5. ante med. pag. 545. col. 2.*

S. Isidorus Hispalens. 132. Ad diſtricti examen judicis, nec juſtitia juſti ſecura eſt, niſi pietate divinâ, ut & ipſa juſtitia, quâ quiſque juſtus eſt, Deo juſtificante juſtificetur. *Lib. 1. de ſummo bono. cap. 27. ſent. 3. pagina 634. columna 2.*

133. In judicio reprobi humanitatem Chriſti, in qua judicatus eſt, videbunt ut doleant: divinitatem verò ejus non videbunt, ne gaudeant. *Profec.*

134. Pro diverſitate conſcientiarum, & mitis apparebit in judicio Chriſtus electis, & terribilis reprobis.

135. Nam qualemcumque quis conſcientiam tulerit, talem & judicem habebit: ut manente in ſua tranquillitate Chriſto, illis ſolis terribilis appareat, quos conſcientia in malis accuſat. *Ibidem, ſentent. 8. pag. 635. col. 1.*

136. Impii ex hoc duriùs in judicio puniendi ſunt mentis dolore, ex quo viſuri ſunt juſtos gloriæ beatitudinem meruiſſe. *Ibidem, cap. 29. ſent. 4. pagnia 635. col. 2.*

137. In judicio extremo cunctis videntibus eſt præcipitandus diabolus. *Ibidem, ſent. 5. &c.*

138. Non faciet in judicio futuro cor miſerum juſtorum ex compaſſione damnatorum condolendi affectio. *Ibid. cap. 30. ſent. 1. pagina 636. col. 1.*

S. Laurent. Iustin. 139. Securus prorsùs & intrepidus in extremo examine coram judice judicaturo adſtabit, qui nullam divinæ gloriæ rapinam exercuit. *De perfect. gradibus, cap 14. circa finem, pagina 729. columna 1. littera E. parte 2.*

Petr. Bles. 140. O quàm lugubre erit reprobis videre, & perdere Deum, atque ante ſui Salvatoris perire conſpectum! Ubi tunc erunt deliciæ tuæ, de quibus ſola remanebit recordatio in tui accuſationem, & obligatio in tormentum? *Ep. 131. ad quendam Prior. in fine, apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 807. editionis Coloniensis 1618.*

S. Petrus Damian. 141. In die judicii non poteſt mereri quæ petit, qui hic noluit audire quæ Dominus juſſit. *Lib. 4. Ep. 5. ante fin. pag. 47. col. 2. littera A. tom. 1.*

142 Si ſolus ille ultimi diei terror & horror, ut dignum eſt ſtudioſè diſcutitur, tota mundi hujus deceptrix, & falſa felicitàs deſpicitur. *Lib. 8. Ep. 8. poſt init. pag. 128. col. 2. B tom. 1.*

143. Veniet ipſe judex cum poteſtate magna & majeſtate.) Non cum dulcedine & humilitate. Tunc ille miſericors oculus non parcet, & non miſerebitur, ſed percutiet & occidet, indutus irâ, furore repletus, plenus crudelitate. *Serm. 56. de S. Martino ante med. pag 261. col 2. C. tom. 2.*

Salvianus. 144. In tremendo illo judicio peregrinanti animæ atque anxiæ nullum poteſt omninò eſſe ſolatium, niſi ſola tantummodò bona conſcientia, niſi ſola tantùm innocens vita, aut (quod proximum eſt) bonæ vitæ miſericordia. *Profec.*

145. Ubi reo homini nullum eſt adjutorium, niſi ſola mens larga, niſi pœnitentia fructuoſa, & eleemoſinæ copioſæ, quaſi manus validæ. Salvianus.

146. Ubi deniquc pro diverſitate meritorum, aut ſummum bonum invenies, aut ſummum malum; aut immortale præmium, aut ſine fine tormentum. *Lib. 3. ad Eccleſ. Catholic. poſt initium, pag. 373. columna 1. littera D.*

147. Conveniens eſt ut in forma humanitatis veniat judicaturus, in qua venerat judicandus. *De ultimo Adv. Chriſti. in princ. tom. 1.* S. Thomas Aquinas.

148. In judicio extremo ex indiciis Paſſionis & Crucis Chriſti apparebit glorioſior ſalus electorum, & juſtior damnatio reproborum. *Ibidem, poſt init.*

149. Sicut poteſtas Chriſti judicantis erit inſuperabilis, ita ſapientia ineffabilis, juſtitia inflexibilis. *Ibid. ante med.*

150. In die judicii plus exultabit caro afflicta, quàm ſi in deliciis fuiſſet nutrita: tunc ſplendebit habitus vilis, & obtenebreſcet veſtis ſubtilis. *Lib. 1. de Imit. Chr. cap. 24. ſect. 5. tom. 2.* Thomas a Kempis.

Sententiæ Paganorum.

151. Cùm etiam atque etiam animadverto quâ ratione coram judice compaream ſaniſſimo præditus animo, conabor quantùm in me ſitum erit revera eſſe optimus, & ita vitam meam traducere, ut cùm moriendum erit, moriar benè. *Profec.* Plato.

152. Omnes autem cæteros homines, quantum poſſum, hortor atque moneo, ad hujus vitæ rationem ſuſcipiendam, quod omnium quidem quæ in hac verſantur optimum, præſtantiſſimumque eſſe judico.

153. Itaque objurgo te, Callicles, quòd ita te minimè compares, ut tibiipſi auxilium ferre poſſis dùm vivis, cùm ad hoc judicium tàm tremendum, de quo modò ſum locutus, tibi fuerit veniendum.

154. Sed ubi veneris ad ſupremum illum judicem, tùm verò hiabis, & vertigine corripieris, & tu illic fortaſſe omni contumeliâ afficieris atque opprobrio.

155. Hæc tibi fortaſsè videntur aniles fabulæ, ac proindè illa contemnis, cùm non poſſis veriora invenire.

156. Qui ſuperſunt Græcorum ſapientiſſimi, & tu, non poteſtis tamen demonſtrare aliam quandam vitæ rationem eſſe ineundam, quàm hanc, quæ etiam illuc conducere videtur. *Tom. 1. ſyzygia 3. de Rhetor. ante fin. pag. 526. D.*

157. Immortales crede te manere in judicio honores, vel pœnas. *Sent. 11. pag. 64. col. 2. F. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colonienſis 1618.* Sixt. Philos.

158. Qualia ſtudia geſſerit anima corpus inhabitans, tales habebit teſtes in judicio. *Ibidem, ſent. 337. pag. 66. col. 2. lit. H.*

Vide etiam tit. Adventus. per totum. Antichriſtus. per totum. Dies. ſent. 30. 31. 32. Judicii corruptio. ſent. 20. Multitudo. ſent. 14. Patientia Dei. ſent. 45. 46. Relinquere. ſent. 58.

Judicium proprium.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. TOLLE te, tolle inquam te à te, impedis te: ſi tu te ædificas, ruinam ædificas. *De verb. Dom. ſer. 15. poſt med. pag. 228. D. tom. 10.* S. Augustin.

2. Lepra proprii conſilii, eò pernicioſior eſt, quò magis occulta: & quantò plus abundat, tantò ſibi quiſque ſapientior eſſe videtur. *Serm. 3. Paſcha, circa med. fol. 38. col. 2. D.* S. Bernard.

S. Bernard. 3. Proprium conſilium ſequentes, ſunt unitatis diviſores, inimici pacis. charitatis expertes. vanitate tumentes, placentes ſibi, & magni in oculis ſuis. *Ibidem.*

4. Quæ major ſuperbia, quàm ut unus homo toti congregationi judicium ſuum præferat, tanquàm ipſe ſolus habeat ſpiritum Dei? *Ibidem, &c. littera E.*

5. Io rebus dubiis plus alieno, quàm proprio credendum eſt judicio. *Ep. 82. ad Abbat. S. Ioan. in princ. fol. 127. columna 2. littera E.*

S. Bonavent. 6. Inter omnes tentationes, videtur iſta periculoſior cuique Chriſtiano, ſcilicet proprio ſeoſui nimis inniti. *De ſex alis Seraphim. cap. 7. ante fin. pagina 92. columna 2. A. tom. 7.*

Dionysius Carthus. 7. Peſſima animæ lepra eſt, immanſio proprii ſenſus. *De profectu ſpirit. art. 7. poſt medium, fol. 150. pagina 1.*

S. Doroth. 8 Quidquid judicii eſt tibi, quidquid propriæ diſcretionis, quidquid prudentiæ, quidquid intelligentiæ, id omne tibi à dæmonibus eſt. *Doctrina 5. a med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pagina 773. columna 2. G. edit. Colonienſis* 1618.

S. Hieron. 9. Superbarum, inſenſataremque mentium eſt, ſuo tantùm uti conſilio. *In Reg. Monachor. cap. 7. poſt med. pag. 326 D. tom. 4.*

Hugo Card. 10. Hoſtis noſter eſt proprius ſenſus, ad quem debellandum mittit nobis Dominus contradictores. *Sup. Eccleſiaſten. cap. 9. fol. 97. columna 2. tom. 3.*

11. Nihil eſt per quod magia infeſtat Religioſos diabolus, quàm per proprium ſenſum. *Sup. Iſay. cap. 36. Myſtice, fol. 78. col. 2. tom. 4.*

Ioan. Cass. 12. Nullo alio vitio tàm præcipitem diabolus monachum pertrahit, ac perducit ad mortem, quàm cùm neglectis conſiliis ſeoiorum, cum io ſuo judicio perſuaſerit, doctrioaque eonfidere. *Collat. 2. Abbat. Moyſis. cap. 11. ante fin. pagina* 339.

13. Pernitiem æternam impoſſibile eſt evadere quempiam, judicio proprio confidentem, oiſi humilitatis veræ amator & executor effectus ſit. *Collat.* 16 *Abbat. Joſeph. cap. 1. in medio, pagina 677.*

14. Impoſſibile eſt quemquam, qui proprio fidit judicio, diaboli illuſione ooo decipi. *Ibidem, in princ. pag. 677.*

15. Nullus ſibi quemquam ſcientiâ præditus inani tumore perſuadeat, quòd poſſit alterius conſilio noo egere. *Profec.*

16. Nam etiamſi judicium ejus diabolica non fallat illuſio, elationis tamen ac ſuperbiæ graviorea laqueos oon evadet. *Ibid. cap. 12. ante medium, pagina* 678.

S. Laurent Justin. 17. Maximum impedimentum eſt ad perfectionem aſcendere cupientibus, proprio incumbere ſenſui. *De perfect. grad. cap. 10. pag. 720. columna 1. littera C. part. 2.*

Ludovicus Blosius. 18. Non ſis obſtinatus in proprio ſenſu, ſed aliorum ſenſum tuo ſenſui ad honorem Dei ſapienter præferas. *In brevi regula Tyronis, verbo. Non ſis.*

S. Theodoret 19. Nimis eſt improbum, relictis ſpiritus doctrinâ, propriis opinionibus adhærere. *Quaſt. 25. ſup. Gen. pag. 6. columna 2. G. tom. 1.*

20. Luctus occupabit eos, qui proprio conſilio obediunt. *Sect. 4 ſup. Ezech. in illud, Qui ſequuntur ſpiritum, &c. pagina 324. columna 2. littera G. tom. 2.*

Judicium ſui.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Ambros. 1. UNOSQUISQUE ſibi ipſum animum ſuum ſeverum judicem ſui habet. *Lib. 7. Ep. 44. ad Conſtantium, poſt initium, columna 603. littera C, tom. 3.*

S. Ambrosius 2. Nemo eget judicio ſui, qui verbo Dei abundat. *Lib. 2. ſup. Luc cap. 3 in illud, Factum eſt verbum Domini, &c. columna 1645 B. tom 5.*

S. Augustin. 3. Judicet ſe homo voluntare dùm poteſt, & mores convertat io melius, oe cùm jàm non poterit, etiam præter voluntatem à Domino judicetur. *Homil. 50. ex quinquaginta Homil. poſt medium. pag. 384. littera C. tom. 10.*

4. Qui à ſeipſo judicatus eſt, noo judicatur à Domino. *Ibid. cap. 4. circa init.*

S. Bernard. 5. Sapiens eſt qui ſeipſum hîc dijudicat, ut æternum Dei judicium evadat. *In ſuis ſentent. verbo Eſt. fol. 128. columna 3. H.*

S. Bonavent. 6. Cùm judicaveris teipſum ſine adulatione, judica proximum cum dilectione. *Libro 1. Pharetra cap. 45. poſt med pag. 125. columna 1. littera E. tom. 6.*

S Cæsarius Arelat. 7. Eſto juſtus judex in teipſo: tribue animæ quod dignum eſt. reſerva carni quod opus eſt: quia nunquàm alterius cauſam judicare poterit, qui inter animam & carnem ſuam juſtitiam tenere noluerit. *Homil. 19. poſt init. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. pars 3. pagina 764. columna 1. & 2. littera D. E. editionis Colonienſis* 1618.

Dion. Alex. 8. Salutis principium eſt ſuiipſius condemnatio *Et hab. apud D. Ioan. Damaſc. lib. 2. parall. cap. 86. poſt med. fol. 99. pag. 2 C.*

S. Eligius 9. In ſe quiſque ſeveritatem debet exercere, ut à ſeipſo judicatus non judicetur à Domino. *Hom. 6. ſub fin. apud Bibliothecam Patrum, &c. editionis Colonienſis* 1618.

S. Fulgent. 10. Ecce habes homo, quæ in te judices, habes quæ condemnes, quæ io te mortifices. *Profec.*

11. Iſta judica & non judicaberis, iſta condemna & non condemnaberis, iſta mortifica & noo morieris.

12. Hîc eſto vehementiſſimus carnifex, iſta rectè conſideranda judicia, abjiciendo mortifica.

13. Si peccata tua rectè conſideraveris, judicaſti: ſi abjeceris, occidiſti.

14. Ut ergo defendas te, accuſa te: ut abſolvas te, judica te. *Serm. de verbis Michea. circa medium, apud Bibl. Patr. tom. 6. parte 1. editionis Colonienſis* 1618.

S. Gregor. Magnus. 15. Sic fit, ut dùm ad aliena dijudicanda mens ducitur proprii judicii lumine privetur. *Lib. 3. Moral. cap. 18. in medio, col. 88. C. tom. 1.*

16. Homo occulta ſuper ſe judicia, quæ preſſus torpore diſſimulat, terrore ſaltem pulſatus expaveſcit. *Ibidem, libro 25. cap. 7. poſt medium, columna 834. littera A.*

Hugo a S. Victore. 17. Humilitas ſeipſam, arrogantia verò alios judicat. *Lib. 3. de clauſtro animæ. cap. 6. circa init. pag. 56. E. tom. 2.*

Joan. Cass. 18. Oportet unumquemque ſemetipſum judicare tantummodò, & circumſpectè, cautéque cuſtodire in omnibus, non aliorum converſationem vitamque diſcutere. *Lib. 5. de Cænob. inſt. cap. 30. poſt medium, pag. 133.*

S. Joannes Chrysost. 19. Si cupiditate judicandi, judex eſſe velis, temetipſum judica *Hom. 43 ſup. Matth. oper. perf. poſt med. col. 378. A. tom. 2.*

20 Noli alium judicare, ſed teipſum. *Ibid. Hom. 65. ante fin. col 542. D.*

21. Ille verè bonus & juſtus & ſapiens eſt, qui ſibiipſi judex fieri poteſt. *Hom. 45. ſup. Matth. oper. imperfect. ante med. col. 1060. B. tom. 2.*

22. Qui ſeipſum condemnat, & peccatorem ſe agnoſcit, dupliciter Deum placat. *Hom. 28. ſup. 1. Cor. circa med. col. 543. B tom 3.*

23. Vis judicare? quæ tua ſunt judica. Nullus te culpat, ſi te condemnaveris: culpaberis autem, ſi non te condemnes; culpaberis, ſi non te redarguas: culpaberis, ſi non dolueris *Hom. 21. ſup. Epiſt. ad Hebr. in fine moral. col. 1795. B. tom. 4.*

24. Vis

S. IOANNES CHRYSOST. 24. Vis judex eſſe? judica temetipſum & tua delicta, nullus eſt qui vetet. *Homil. 42. ſup. Gen. ante medium, tom. 1.*

S. JUSTINUS MART. 25. Omnis qui ſe conſiderat & judicat, nulli culpæ affinis eſt. *Ep. ad Zenam, ſtatim a medio, apud Biblioth. Patrum, tom. 2. pagina 70. columna 2. G. edit. Colon.* 1618.

LACT. FIRM. 26. Nemo poteſt de ſe rectè judicare. *Lib. 3. de divin. Inſt. cap. 4. circa med. pag.97.*

S. PETRUS DAMIANUS. 27. Qui ſemetipſum perfectè dijudicat, judicium non expectat. *Profec.*

28. Perfectè ſemetipſum dijudicare, eſt reprehendenda non agere: & quæ irreprehenſibiliter acta ſunt, omidè retractare. *Libro 4. Ep. 15. ad quendam Epiſcop. circa med. pag. 58. col. 2. C. tom. 1.*

29. Juſtus quiſque ſemetipſum, dùm ſanctè vivit, accuſat: & ſe dijudicando vel accuſando, magis magiſque ſanctificat. *Ibidem, a medio, pag. 58. col. 2. littera D.*

30. Tunc viciorum omnium barbariem ſternimus, tunc poteſtates aëreas invictiſſimè debellamus, ſi & innocenter vivimus, & tamen reos nos, ac peccatis tanquàm obnoxios accuſamus. *Ibidem, poſt med. pag. 59. col. 1. littera A.*

S. PROSPER. 31. Amat Deus eos, qui ſemetipſos judicant, non judicare. *Apud Div. Auguſtin. in fine, tomi 3. ſentent.* 210.

SALVIANUS. 32. Liberandus à Deo ipſo omninò non eris, niſi te ipſe damnaveris. *Lib. 5. de Gubern. Dei, in calce, pag. 346. columna 1. B.*

THOMAS A KEMPIS. 33. Seipſum judicando homo ſemper fructuosè laborat. *Libro 1. de Imitatione Chriſti, cap. 14. in princ. tom. 2.*

IN VIT. PAT. 34. Sui reprehenſor, mercedis eſt conſervator. *Lib. 3. num. 128. in fin. pag. 519. col. 1.*

35. Principium ſalutis eſt, ſi teipſum redarguas. *Libro 5. libell. 15. de humilit. num. 15. pagina 612. columna 2.*

36. Virtus Monachi eſt, in omni tempore ſeipſum arguere. *In ſentent. in fine poſitis. ſentent. 62. pagina 999. columna 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CATO.POETA 37. Cumque reus tibi ſis, ipſum te judice damna. *Libro 3. diſtichor. Metr.* 38.

38. Cùm quid peccâris, caſtiga te ipſe ſubindè:
Vulnera dùm ſanas, dolor eſt medicina doloris.
Ibidem, lib. 4. Metr. 80.

CICERO. 39. Nemo ferè eſt, qui ſui periculi judex, non ſibi ſe æquiorem quàm reo præbeat. *Orat. 42. pro Rege Dejotaro. ab init. num. 4. tom. 2.*

SENECA. 40. Sua ſatius eſt mala, quàm aliena tractare: ſe excutere & videre, quàm alios dijudicare. *Epiſt. 118. in princ. pag. 866. tom. 2.*

41. Quod de alienis tractas, ex tuis judices. *De Moribus. ante finem, pagina 678. editionis Baſileenſis* 1537.

Judicium temerarium.

DEFINITIO, DIVISIO, ORIGO.

DEFINITIO.

S. ANTONIN. JUDICIUM temerarium eſt, cùm aliquis opus proximi de quo non habet ſufficientia judicia ad cognoſcendum utrum bonum vel malum ſit, in mente ſua firmiter affirmat ſeu determinat illud eſſe malum. *Parte 2. tit. 3. cap. 8. §. 1. in princ. fol. 142. col. 4.*

S. BONAVENT. Pravum judicium eſt ex errore proveniens temeraria ſententia, vel ſuſpitio mala de occultis aliorum. *Parte 1. Centiloqui. ſect. 10. circa medium, pag. 60. col. 1. A. tom. 6. part. 1.*

S. BONAVENT. Judicium temerarium eſt de re, quæ non conſtat, ſed procedit ex ſola ſuſpitione. *Sup. Luc. cap. 6. pag. 76. col. 2. E. tom. 2.*

Judicium temerarium eſt, quando creditur aliquid factum mala intentione, quod potuit & alia fieri intentione, cùm actio ſit indifferens. *Lib. 2. de profect. Religioſ. cap. 2. ante finem, pagina 559. col. 1. littera A. tom. 7. part. 4.*

GLOS. ORDI. Judicium temerarium eſt, quando quibus commiſſum non eſt judicant, ſive ſit de manifeſtis, ſive de occultis. *Sup. Matth cap. 7. in princ. ſup. illud, Nolite judicare, &c. col. 143. C. tom. 5.*

HUGO CARDI. Temerarium judicium eſt, quo multi judicant de aliis ſolis rumoribus neſcientes cauſas, & circumſtantias peccati, vel facti. *Super Eccleſiaſtic. cap. 11. fol. 192. col. 2. tom. 3.*

PAULUS BLESENS. Temerarium eſt, ſi tuum delictum diſſimulas, & judicas alienum. *Ep. 45. ad Anonym. poſt med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 736. col. 1. C. editionis Colonienſis* 1618.

DIVISIO.

S. ANTONINUS. Triplex eſt judicium temerarium.
- Primum de proximo ſuo.
- Secundum de Domino Deo.
- Tertium de ſeipſo.

Parte 2. tit. 3. cap. 8. in fine, fol. 142. col. 4.

S. BONAVENT. Judicium temerarium triplex eſt.
- Definitionis. — Definitionis, cum quis de futuris malè judicat.
- Argutionis. — Argutionis, cùm quis judicat de his, quæ ad eum non pertinent.
- Aſſertionis. — Aſſertionis, cùm quis judicat de occultis.

Part. 1. Centil. ſect. 10. circa med. pag. 60. col. 1. to. 1.

HUGO CARDI. Judicium temerarium triplex eſt.
- Definitionis. — Definitionis eſt, quando de incertis, quaſi de certis quis firmat ſententiam.
- Argutionis. — Argutionis eſt, quando quis judicat de alio arguendo quòd malus ſit, cùm ad eum non pertineat.
- Aſſertionis. — Aſſertionis eſt, quando aliquis ut appareat bonus, judicat alios eſſe malos in eo, in quo ipſe malus eſt. *Sup. Matth. cap. 7. in princ. fol. 27. col. 1. tom. 6.*

ORIGO.

S. ANTONINUS. Temerarium judicium ex curioſitate & ſuperbia procedit. *Part. 2. tit. 3. cap 8. in princ. fol. 142. col. 3.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Sæpè in judicando maius peccatum judicii eſt, quàm peccati ipſius, de quo fuerit judicatum. *Lib. 2. Apolog. David. cap. 2. in medio col. 1199. D. tom. 4.*

2. Grave eſt de alio temerè judicare. *Profec.*

3. Cùm unuſquiſque ſit ſuorum conſcius peccatorum, quomodo poteſt de alterius judicare peccato?

4. Judicet de alterius errore, qui non habet quod in ſeipſo condemnet.

5. Judicet ille, qui non agat eadem, quæ in alio putaverit punienda, ne cùm de alio judicat, in ſe ferat

ſententiam. *Sup. Pſ. 118. ſerm. 20. verſ. 4. ſtatim ab init. col. 1593. C. tom. 4.*

S. AMBROSIUS. 6. Judicia hominum ſæpè falluntur, ut & injuſtis juſtitiæ gratiam frequenter adſcribant, & juſtum aut odio perſequantur, aut mendacio decolorent. *Libro 1. ſuper Lucam, cap. 1. poſt initium, in illud, Erant ambo Juſti. columna 1625. C. tom. 5.*

S. ANASTAS. PATRIARCH. 7. Nullus de onere ſuo ſolicitus eſt, ſed proximorum noſtrorum peccata curioſo & temerario judicio luſtramus. *Profec.*

8. Ad collum uſque cœno obliti ſumus, nec quidquam penſi habemus: ad ſenectutem uſque aliena curamus, neque in ipſo ſenio mala propria expendimus: minuta fratrum noſtrorum errata intuemur, at trabem, quæ eſt in oculo noſtro, non videmus.

9. Pondere criminum noſtrorum deprimimur, & tamen curioſè in aliorum defectibus, delictiſque indagandis temerè judicando occupamur. *Orat. de non judicando, ſtatim ab init. apud Bibl. Patr. tom. 6. part. 1. pag. 707. columna 2. E. edit. Colon. 1618.*

S. ANTONIN. 10. Penè nullus reperitur immunis hujus vitii: ſed clericus, Religioſus, laïcus, rector, & ſubditus ab eo involvitur. *Part. 2. tit. 3. cap. 8. poſt medium, fol. 142. columna 4.*

S. AUGUST. 11. Iniquum eſt ut quiſque de alio judicare velit, & judicari de ſe nolit. *Ep. 174. ad Paſcentium. in princip. pag. 500. C.*

12. Infirmitas & imperitia, utilia ſolet judicare quæ nociva ſunt. *In quæſt. veteris & novi Teſtamenti. quæſt. 127. ante medium, pagina 622. littera D. tom. 4.*

13. Nolite judicare.] Hoc loco nihil aliud nobis præcipi exiſtimo, niſi ut ea facta, quæ dubium eſt quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. *Profec.*

14. Sunt quædam facta media, quæ ignoramus quo animo fiant, quia & bono & malo fieri poſſunt, de quibus temerarium eſt judicare, maximè ut condemnemus. *De Ser. Dom in monte, lib. 2. poſt med. pag. 825. A. tom. 4.*

15. Duo ſunt, in quibus temerarium judicium cavere debemus: cùm incertum eſt quo animo quidque factum fuerit, vel cùm incertum ſit qualis futurus ſit, qui nunc vel bonus vel malus apparet. *Ibidem, poſt med. pag. 825. B.*

16. Temerarium judicium plerumque nihil nocet ei, de quo temerè judicatur: ei autem qui temere judicat, ipſa temeritas neceſſe eſt ut noceat. *Ibidem.*

17. De incognitis non temerè judicando, innocentiam cuſtodimus. *De unit. Eccleſ. cap. 2. poſt med. tom. 7.*

18. Multa incertum eſt quo animo fiant, de quibus judicare, temerarium eſt. *Ibidem, poſt med. pag. 826. littera C.*

19. Maximè hi temerè judicant de incertis, & facilè reprehendunt, qui magis amant vituperare & damnare, quàm emendare atque corrigere, quod vitium vel ſuperbiæ eſt, vel invidentiæ. *Ibid. &c.*

20. Inſitum eſt naturaliter vulgo, ut de bonis ſemper malè judicet. *De bono diſciplina. cap. 8. in medio, pag. 653. A. tom. 9.*

V. BEDA. 21. Ad mortem properat, qui citò de quoquam judicat. *In ſuis Proverbiis, verbo Ad. pagina 186. tom. 2.*

S. BERNARD. 22. Temerariè judex non judices proximum, magis autem excuſa: excuſa intentionem, ſi opus non potes: puta ignorantiam, puta ſubreptionem, puta caſum. *Serm. 40. ſuper Cant. in fine, fol. 167. columna 4. littera L.*

23. Non te exaltes ſuper quemquam, neque judicex, cujus mentem ignoras, ne ſub omnibus cadas. *Profec.*

24. Non teipſum judices, ut te præferas aliis: qui teipſum non agnoſcis, alios multò minùs debes judicare.

S. BERNARD. 25. Si alium quemque peſſimis operibus videas inſudantem, ne te illi præferas, ne illum judices, quia neſcis utrùm exemplo latronis ad ultimum convertatur.

26. Nullum ergo tu judicare præſumas, nec te (licet optimum) cuiquam alteri (quamvis peſſimo) præferas, quia tuus & illius qualis futurus ſit exitus, ignoras. *Libro de Paſſione Dom. cap. 29. poſt med. fol. 69. col. 2. F.*

S. BONAVENT. 27. De alicujus correctione deſperare, & eum tamquam abjectum reprehendere, qui nunc apparet malus, cùm neſciamus qualis futurus ſit, temerarium judicium eſt. *In Centiloq. part. 1. ſect. 10. circa med. pag. 60. col. 1. B. tom. 6.*

28. Cavere debet quiſque ne judicet temerè aliorum facta, maximè ubi neſcit quâ de causâ, vel intentione fiant. *Lib. 1. de profectu Relig. cap. 1. circa med. pag. 558. col. 1. D. tom. 7. part. 4.*

29. Sæpè judicamus malum eſſe, quod in ſe non eſt malum, & peccamus per temeritatem, uſurpando nobis judicia Dei de occultis cordium. *Ibidem.*

30. Vitium eſt, cordis intentionem judicare, quæ ſoli Deo eſt manifeſta. *Ibidem, ante finem, pag. 559. lit. B.*

DIONYSIUS CARTHUS. 31. Neminem dijudica in malum, niſi temetipſum: propriorum enim tuorum malorum tibi conſcius es, & proximorum occulta bona videre non potes. *De perfect. charit. art. 47. in in medio, folio 224. pagina 1.*

32. Diſſueſce à ſuſpitionibus, & noli temerariis inniti judiciis. *Ibid. &c.*

S. DOROTH. 33. Grave peccatum eſt proximum judicare; quid hoc gravius eſſe poteſt? nihil enim adeò execratur Deus, odit, & abominatur. *Profec.*

34. Nihil adeò provocat Deum, nihil adeò hominem ſpoliat, & fert in ambiguum, ut judicare proximum. *Doctrina 6. in principio, apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 774. col. 2. E. edit. Colon. 1618.*

GLOSA. INT. 35. Nihil temerè definiamus, quæ nobis dubia ſunt, Deo definienda reſervemus. *Sup. Tobiam, cap. 3. col. 1513. A. tom. 2.*

GLOSS. ORD. 36. Præventus majoribus, alium non judicet de minoribus: multi enim præventi majoribus, leviora in fratre magis vituperare & damnare, quàm emendare volunt. *Sup. Matth. cap. 7. in illud, Qui vides feſtucam, &c. col. 145. A. tom. 5.*

37. Vix invenitur aliquis ab hoc vitio alienus, quia unuſquiſque ſuis favens, aliena facilè reprehendit, & aliena graviùs tolerando quàm ſua, ſumit authoritatem arguendi ſine exemplo ſuæ emendationis. *Ibid.*

S. GREG. MAG. 38. Sic fit, ut dùm ad aliena dijudicanda mens ducitur, proprii judicii lumine privetur. *Lib. 3. Moral. cap. 18. in medio col. 88. C. tom. 1.*

39. De alterius conſcientia non eſt temerè judicandum. *Lib. 1. Moral. cap. 6. in titulo, col. 6. lit. B. tom. 1.*

40. Pravi tantò intentiùs de alienis judicant, quantò ſua profundiùs ignorant. *Ibid. lib. 11. cap. 13. in medio, col. 389. A.*

41. Qui ſemetipſum priùs non judicat, quid in alio rectum judicet, ignorat. *Ibid. lib. 14. cap. 13. ante med. col. 465. D.*

42. Nemo benè judicat, quod ignorat. *Ibid. lib. 27. cap. 1. in fine, col. 895. D.*

HAYMO. 43. Grave curioſitatis eſt vitium, qui dùm alienas actiones dijudicat, ſemetipſum obliviſcitur. *Serm. 2. Dom. 3. poſt Pent. ante med.*

S. HIERONYM. 44. Periculoſum eſt de alterius animo judicare, & ſingulorum dictorum atque verborum inveſtigare, atque proferre rationem. *Tom. 2. Ep. 15. ad Pammach. in princ. pag. 162. C.*

S. HIERON. 45. Periculoſum eſt de ſervo alterius judicare: & non facilis venia eſt, prava dixiſſe de rectis. *Tom. 2. Epiſt. 57. ad Aſellam, in principio, pagina* 363. *littera A.*

46. Periculoſa præſumptio, judicare de cæteris ipſum, ab omnibus judicandum. *In præf. ſup. 4. Evang. in princ. pagina* 29. *B. tom.* 3.

HUGO A S. VICTORE. 47. Cùm dicis fratres tuos, teipſo eſſe deteriores, deterior factus es. *Lib. 2. de Clauſtro anim. cap.* 21. *circa init. pag.* 50. *H. tom* 2.

HUGO CARD. 48. Stultum, imò periculoſum eſt, de peccatis aliorum judicare. *Super Proverb. cap.* 20. *fol.* 44. *columna* 2. *tom.* 3.

49. Væ tibi, qui veniſti judicare peccatum fratris tui minimum, & tua magna non vides. *Ibidem.*

50. Juxta corporis ſpeciem, non æſtimes qualitatem mentis. *Super Eccleſiaſtic. cap.* 11. *fol.* 191. *columna* 3. *tom.* 3

S. JOANNES CHRYSOST. 51. Chriſtus conſtitutus eſt judex peccatoris: noli tu dignitatem unigeniti temerario impetu rapere, ut judices alterum, illi judici ſolùm conſervatur. *Hom.* 43. *ſuper Matth. oper. perfect. poſt med. columna* 378. *A. tom.* 2.

52. Si qui rectè vivunt, judicare alios non permittuntur; quantò magis à judicando peccantibus abſtinendum eſt. *Ibidem, Hom.* 65. *ante finem, col.* 542. *littera D.*

53. Quemadmodùm ſecundùm carnem vivere, malè vivere eſt: ita ſecundùm carnem judicare, injuſtè judicare eſt. *Hom.* 51. *ſup. Ioan. ante medium, col.* 247. *C. tom.* 3.

54. Temerè & indiſcuſſè judicare, pernitioſum eſt. *Hom.* 15. *ſuper* 1. *Timot. ſub finem, ante Moral. col.* 1516. *littera C. tom.* 4.

55. Sicuti ſtatera ſi lancem loco motam habeat, pondera juſtè non judicat: ita & anima niſi habeat rationis lancem ſtabilem ac firmiter divini timoris affixam, res ſincerè dijudicare non valet, ſed circumfertur jugiter ac deprimitur. *Hom.* 5. *ſup.* 2. *Tim. in Morali. poſt initium, col.* 1563. *B. tom* 4.

56. In aliorum delictis ſeveri & amariſſimi judices reſident; ſuas autem trabes oculis infixas propriis non vident, qui aliena etiam minima ſolicitè perſcrutantur. *Lib. 1. de Compunct. cordis. ante med. col.* 574. *littera C. tom.* 5.

57. Magnus in diſcutiendo & perquirendo aliena commiſſa labor eſt, & judicare de alteriùs mente ſumma difficultas. *Ibid. a medio, col.* 575. *A.*

IOAN. GERS. 58. Dat benè ſentire de omnibus, neminem judicare. *Tract.* 8. *ſup. Magnificat. Notula* 2. *poſt med. part.* 3.

S. ISIDORUS HISPALENS. 59. Multi aliorum vitia cernunt, ſua non aſpiciunt: & cùm ipſi maximis criminibus obnoxii teneantur, minora peccata non dimittunt. *Libro* 3. *de ſummo bono, cap.* 46. *ſent.* 20. *pag.* 684. *col.* 1.

60. Faciliùs reprehendimus vitia aliena, quàm noſtra: nam ſæpè quæ perverſa in aliis judicamus, in nobis nocibilia eſſe minùs ſentimus: & quod in aliis reprehendimus, agere ipſi non erubeſcimus. *Ibid. ſent.* 22. *paginâ* 684. *col.* 1.

61. Faciliùs vitia uniuſcujuſque, quàm virtutes intendimus: nec quid boni quiſque geſſerit, agnoſcere cupimus, ſed quid mali egerit perſcrutamur. *Ibidem.*

LACT. FIRM. 62. Nihil ad nos attinet quid judicent ſtulti, quid homunculi de nobis ſentiant: nos judicium Dei expectare debemus, ut eos poſtmodùm, qui de nobis judicaverint, judicemus. *In Epitome. cap. Nam. ante fin. pag.* 397.

63. Qui de alienis judicare faciliùs præſumunt, quàm de ſuis, dùm aliorum præcipitium vident, non proſpiciunt quid ante ſuos pedes ſit. *Lib. 2. de divin. inſt. cap.* 3. *poſt medium, pag.* 55.

S. LAURENT. IUSTIN. 64. Sicut nemo judicandus, ita nemo eſt ab homine damnandus. *Libro* 1. *de ſpirit. interitu. cap.* 4. *poſt med. pag.* 532. *col.* 2. *B. part.* 2.

65. Deo odioſum eſt, mentium proximorum velle ſecreta rimari. *Profec*

66. Cæterùm qui ad plenum ignorat ſe, atque ſui interioris latebras penetrare non valet, quomodo poterit detegere aliorum occulta?

67. Impudentiæ ac temeritatis ſignum notiſſimum eſt, quempiam velle æſtimare ſe ſcire, quod inveſtigare non licet. *Serm. de vita ſolitar. cap.* 3. *in princ. pag.* 477. *col* 2. *A. part.* 2.

LUDOVICUS BLOSIUS. 68. Laudabile admodùm eſt, temeraria judicia vitare. *Libro* 1. *Enchirid. parvulor. Document.* 9. *in principio.*

S. MACHAR. ÆGYPT. SEN. 69. Debent Chriſtiani per omnia contendere, ne quempiam omninò judicent. *Hom.* 15. *longe poſt init. apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 65 *col.* 2.

S. PETRUS CHRYSOLOG. 70. Delicta non videt vis amoris. *Ser.* 3. *in med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 663. *col.* 2 *F. edit. Colon.* 1618.

S. PROSPER. 71. Tamdiù quis peccata ſua (quæ noſſe ac deflere debet) ignorat, quamdiù curioſè aliena conſiderat: quòd ſi ad ſeipſum converſus aſpiciat, non requiret quid in aliis ſpecialiter reprehendat, ſed in ſeipſo quod lugeat. *Lib. 2. de vita Contempl. cap.* 6 *in princ.*

72. De occultis cordis alieni temerè judicare, peccatum eſt: cùm eorum, quæ homini ſunt incognita, ſolus Deus judex ſit. *Apud Div. Auguſtin. in fine tomi* 3. *ſentent.* 21.

SALVIANUS. 73. Non agnoſcere volumus in nobis reatum, & audemus de aliis uſurpare judicium. *Profec.*

74. Quid eſſe injuſtius, aut quid perverſius poteſt? idipſum ſcelus in nobis probabile eſſe ducimus, quod in aliis per judicium ſeveriſſimè vindicamus. *Lib.* 4. *de Gubern. Dei. poſt init. pag.* 335. *col.* 2. *littera H.*

THALASSIUS. 75. Cùm ſermonem utilem audis, non judica dicentem, ne teipſum pretioſâ admonitione prives. *Hecatontad.* 1. *ſent.* 81. *apud Bibliothecam Patrum, tom.* 7. *pagina* 272. *columna* 1. *littera C. editionis Colonienſis* 1618.

76. Judicium pravum mala cogitat, & benè facta proximi infideliter narrando elevat ac imminuit. *Ibid. ſent.* 82. *pag.* 272. *col.* 1. *C.*

THOMAS A KEMPIS. 77. Ad teipſum oculos reflecte, & aliorum facta caveas judicare. *Proſecutio.* In judicando alios homo fruſtra laborat, ſæpiùs errat, & faciliter peccat: ſeipſum verò judicando, ſemper fructuoſè laborat. *Lib.* 1. *de Imit. Chr. cap* 14. *in princ. tom.* 2.

78. Qualis unuſquiſque intùs eſt, taliter judicat exteriùs. *Ibid. lib.* 2. *cap.* 4 *ſect.* 2.

79. Qui benè & rectè ſua ponderaret, non eſſet quod de alio graviter judicaret. *Ibid. cap* 5. *ſect.* 1.

80. Tace de alio tibi commiſſo temerè judicando malè loqui: ſed teipſum magis reſpice, & corrige quod pravè feciſti. *Profec.*

81. Si rectè judicas, & proximum emendare intendis, à teipſo incipe. *In hortulo Roſar. cap.* 15. *ſect.* 3. *tom.* 2.

S. VALERIAN. EPISCOPUS. 82. Inſitum eſt naturaliter vulgo, ut de bonis malè ſemper judicet. *Homil.* 1. *de bono diſcipl. ante finem, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 477. *col.* 1. *littera C. editionis Colonienſis* 1618.

IN VIT. PATR. 83. Ne præcipites ſitis ad judicanda & condemnanda aliena: multoties enim peccatum fornicationis vidimus, pœnitentiam verò ejus, quam fecit occultè, non aſpeximus. Furtum facientem quendam vidimus, ſupplicia verò & lachrymas, quas produxit, neſcimus. *Libro* 1. *in vita S. Ioan. Eleemoſinar. cap.* 46. *poſt med. pag.* 202. *col.* 1.

84. Needum teipſum cognoviſti, nam qui ſeipſum novit, fratrum vitia non aſpicit. *Lib.* 10. *cap.* 144. *in fine. pag.* 899. *col.* 2.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 85. Quiſquis eſt vir optimus, difficillimè eſſe alios improbos ſuſpicatur. *Lib.1.Ep.1. ad Quintum fratr. ante medium, tom 3.*

86. Fit neſcio quomodo, ut magis io aliis cernamus, quàm in nobiſipſis, ſi quid delioquitur. *Lib.1.Offic.ante fin. tom. 4.*

87. Eſt proprium ſtultitiæ, aliorum vitia cernere, obliviſci ſuorum. *Libro 3. Tuſcul.quæſt. poſt med. tom. 4.*

EPICTETUS. 88. Lavat quiſpiam citò, oe dicas laviſſe malè, ſed citò: bibit quiſquam multum, ne dicas bibiſſe malè, ſed multum: priuſquàm enim id decretum dijudicaris, undè ſcis an malè. *In ſuo Enchirid. cap. 67. per totum.*

SENECA. 89. Ad pœnitendum properat, citò qui judicat. *In fini proverb. A.*

Judicii corruptio.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANTONIN. 1. HODIE omoia venalia ſunt: fruſtrà apud curiale de teſtimooio coofcientiæ, de venuſtate morum, de torreute eloquentiæ, oiſi pretio interveniente, confidis *Profec.*

2. Ego enim credo me vidiſſe oſtiarios cerbero duriores: apud inferos tantùm cerberus (ut aiunt) unus eſt, ſed quot ſunt diverticula curiarum, tot cerberi: tota autem familia aut mordet, aut latrat.

3. Manus vacua, temeraria petitio eſt apud advocatos; & ipſum ſilentium venale eſt.

4 Cauſidicorum lingua damnifica eſt, niſi eam funibus argenteis viocias. *Parte 3. tit. 3. cap. 1. §. 9. ante med. fol. 46. col. 3. & 4.*

5. Acceptio munerum prævaricatio veritatis eſt. *Part. 4. tit. 5. de Juſtitia. cap. 15. §. 2. ſub finem, fol. 75. col. 3.*

S. ANTONIUS DE PADUA. 6. O quot hodie Judæ, qui mercede alicujus commodi temporalis venduot veritatem! *Serm. in die Paraſceves. ante med. fol. 112. pagina 2.*

S. ASTERIUS. 7. Pura ac ſincera amicitia, humanitatis officia non vendit, gratis præſtat & citra mercedem. *Homil. in feſtum Kalendarum, poſt initium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 4. pag. 705. columna 2. F. edit. Colon* 1618.

S. AUGUST. 8. Non ſolùm propter aurum, & argentum, & hujuſmodi aliquid: ſed etiam propter laudem, qui judicat malè, munus accipit, & munus quo nibil inanius. *Profec.*

9. Qui judicat malè & muous accipit, patuit illi manus ad accipiendum judicium linguæ alienæ, & perdidit judicium coofcientiæ ſuæ.

10. Ille qui accipit munus laudem hominum malè ſcilicet judicando, videte quid amittat: accipit quod ſooat & tranſit, perdit quod dicitur & nunquàm tranſit; verbum Dei ſemper dicitur, nunquàm tranſit: verbum bominis mox ut dictum fuerit, tranſit: tenet inania, dimittit ſolida. *Super Pſalm. 25. Enarrat. 2. poſt medium, verſ. 10. Repleta eſt muneribus, pagina* 84. *D. tom.* 8.

11. Qui judicia corrumpunt, innocentes opprimunt. *Tract. 27. ſup. Evang. Ioan. de cap. 6. poſt med. pag. 160. C. tom. 9.*

12. Uſque adeò inolevit malum, ut jàm quaſi ex conſuetudine vendantur leges, corrumpantur jura, ſententia ipſa venalis ſit, & nulla jàm cauſa poſſit eſſe ſine cauſa. *De verbis Dom. ſerm. 19. poſt med. pag. 60. littera C. tom. 10.*

13. Cavete ne corrumpamini odio, amore, pretio, precibus, vel timore; quod maximè judices decet adimplere. *Ser. 35. ad fratr. in Eremo. in princ pag. 961. littera A. tom. 10.*

14. Quicumque aut ſanguioitate, aut amicitia, ſeu hoſtili odio, vel inimicitiis io judicando ducitur, pervertit judicium Chriſti, quæ eſt juſtitia, & fructum illius vertit in damnationis amaritudinem. *Et hab. in decret. Gratiani. part. 2. cauſa 11. quæſt. 3. can. Quicumque. fol. 215. col. 3.* S. AUGUSTIN.

15. Integritas judicis ſolet pecuniâ corrumpi. *Epiſt. 230. ante fin. tom. 2.*

16. Ubi imperat aurum, judicat argentum, leges canooeſque ſilent, locum ratio & æquitas ooo habent. *Epiſt. 166. ad Innocent. Pap. prope med. fol. 243. columna 4. littera K.* S. BERNARD.

17. Judicium ſecundùm faciem, ſive ſuperficiale, eſt ex perſooarum acceptione, eſt & ex cauſæ indiſcuſſione, vel ex ſententiæ præcipitatiooe, vel ex perverſa affectione. *Sup. Ioan. cap. 7. in illud, Nolite judicare ſecundùm faciem. pag. 356. col. 1. tom. 2.* S. BONAVENT.

18. Judicium pervertitur quatuor modis, ſcilicet timore, odio, amore, cupiditate. Undè verſus.

Quatuor iſta, timor, odium, dilectio, cenſus.
Sæpè ſolent hominum rectos pervertere ſenſus.
Ibidem.

19. Pecuniâ in judicibus corrumpitur poteſtas, in prudentibus veritas, bonitas in juſtis. *Sermone 3. Quinquageſima, ante finem, pagina* 60. *columna* 1. *tomo* 3.

20. Judex noſter oon flectetur timore, quia omnipotens eſt: non falletur ſermone, quia ſapientiſſimus eſt: nec corrumpi poterit munere, quia juſtiſſimus eſt. *Sermone 5. de Apoſtolis. in fine, pagina 301. columna 2. tom. 3.*

21. Injuſtum judicium, & definitio injuſta, regio metu & juſſu, aut cujuſcumque potentis à judicibus ordinata vel facta, valere nequaquam poteſt. *Apud Gratian. in decretis, cauſa 11. quæſt. 3. can. injuſtum. fol. 216. columna 2.* S. CALIXTUS PAP.

12. Nullus de legibus metus eſt, de quæſtore, de judice pavor: quod enim poteſt pecuniâ redimi, non timetur. *Epiſt. 2. ad Donat. cap. 7. in fine, pagina 4. columna 1. tom. 1.* S. CYPRIANUS

23. Argento & auro { Appetitur veritas.
Expugnatur integritas.
Juſtitia vincitur.
Innocentia proditur.
Pietas fideſque violatur. *Homil. 4. Epiphan. ante medium.* S. EUSEBIUS EMISSEN.

24. A reſpectu munerum in primis liberos eſſe oportet eoa, quibus competit judiciariæ poteſtatiofficium: impediunt enim illa animum, ne poſſit cernere verum, & excæcant oculos prudentum. *In Elucid. ſuper cap. 36. Iob, a medio, fol. 236. pag. 1.* FRANCISCUS TITELMAN.

25. Quàm grave eſt, vel odio, vel amicitiâ, vel metu, vel munere, vel quolibet modo judicium pervertere. *In decret. part. 2. cauſa 11. quæſt. 3. can. Quatuor. §. Quam.* GRATIANUS.

26. Plerumque nonnulli terrena præmia appetunt, & juſtitiam defendunt, ſeque innocentes æſtimant, & eſſe defenſores rectitudinis exultant: quibus ſi ſpes nummi ſubtrahitur, à defenſione protinùs juſtitiæ ceſſatur: & tamen defenſores juſtitiæ ſe cogitant, ſibique ſe rectos aſſerunt, qui nequaquam rectitudinem, ſed nummos quærunt. *Libro 9. Moral. cap. 13. prope medium, num. 19. columna 308. B. tom. 1.* S. GREG. MAG.

27. Acceptio munerum cauſa eſt pervertendi judicii. *Libro 4. in primum Regum, cap. 4. longe poſt initium, ſuper illud, Declinaverunt poſt avaritiam, &c.*

28. Perverſitas

S. Greg. Mag. 28. Perverſitas judicii ex acceptione munerum naſcitur; qui munera non acripit, judicium non pervertit. *Ibidem.*

29. O Judices nulla vos lucra ad injuſtitiam pertrabant, nullius vel minæ, vel amicitiæ à rectitudinis itinere deflectant. *Profec.*

30. Quòd ſit vita brevis aſpicite; ad quem quandoque ituri eſtis judicem, qui judiciariam geritis, cogitate.

31. Solerter intuendum eſt, quòd cuncta lucra hic relinquimus, & ſolas diſpendioſorum lucrorum cauſas nobiſcum ad judicium deportamus.

32. Illa ſunt nobis lucra quærenda, quæ nequaquàm mors adimat, ſed manſura in perpetuum præſentis vitæ finis oſtendat. *Lib. 1. in Regiſtro Indict. 9. cap. 2. Epiſt. 2. ad Juſtinum, in medio, columna* 640. *A. tom.* 2.

33. Qui rectè judicat, & præmium remunerationis expectat; fraudem in Deum perpetrat: quia juſtitiam, quàm gratis imperiri debuit, acceptione pecuniæ vendidit. *Profec.*

34. Malè bonis utuntur, qui pro temporali lucro juſtè judicant: tales quippè ad veritatem non juſtitiæ defenſio, ſed amor præmii provocat: quibus ſi ſpes nummi ſubtrahitur, confeſtim à juſtitiæ confeſſione recedunt. *Et hab. in decret. Gratiani. part. 2. cauſa 11. quæſt. 3. can. Qui rectè. fol.* 214. *col.* 3.

35. Quatuor modis humanum judicium pervertitur.
- Timore. — Timore, dùm metu poteſtatis alicujus veritatem loqui pertimeſcimus.
- Cupiditate. — Cupiditate, dùm præmio alicujus animum corrumpimus.
- Odio. — Odio, dùm contra quemlibet adverſarium molimur.
- Amore. — Amore, dùm amico vel propinquo contendimus præſtare auxilia. *Et hab. in decret. Gratiani. part. 2. cauſa 11. quæſt. 3. can. Quatuor. fol. 215. col. 2.*

S. Hieron. 36. Quicumque aut conſanguinitate, aut amicitiâ, & è contrario vel hoſtili odio, vel inimicitiis in judicando ducitur, pervertit judicium Chriſti qui eſt juſtitia. *Libro 3. ſuper Amos. cap. 6. ſub fin. pag.* 102. *D. tom.* 6.

37. Humanum judicium multis modis corrumpitur: amore enim, odio, timore, avaritiâ ſæpè ejus integritas violatur. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 2. in princ. pag.* 268. *D. tom.* 9.

38. Juſtitiæ integritas, nec muneribus, nec acceptione perſonæ corrumpitur. *Super Epiſt. ad Tit. cap.* 1. *in illud, In integritate. pag.* 394. *B. tom.* 9.

Hugo Card. 39 Judicium corrumpitur, ſeu violatur.
- Negligentiâ.
- Ignorantiâ.
- Timore pellis, vel poſſeſſionis, vel infamiæ, vel parentum.
- Amore.
- Odio.
- Munere.
- Invidiâ.
- Perſonarum acceptione.
- Morâ. *Super Pſalm. 57. Moral. fol. 146. col. 1. tom. 2.*

40. Judex, qui munera latenter accipit, quibus vendit juſtitiam, impius dicitur, & in Deum peccat, cujus eſt judicium. *Super Prov. cap. 17. Myſtice. fol. 38. col. 3. tom.* 3.

41. Vos non gratiam datis, nec juſtitiam juſtè redditis: quia niſi venit, non provenit; nec datur, niſi vendatur. *Profec.* S. Innoc. III.

42. Sæpè juſtitiam tantùm differtis, quòd litigantibus pluſquàm totum aufertis, quia major eſt ſumptus expenſæ, quàm fructus ſententiæ.

43. Quid autem poteritis illi in diſtricto judicio reſpondere, qui præcipit, gratis accepiſtis, gratis date?

44. Lucrum in arca, damnum in conſcientia: pecuniam captatis, ſed animam captivatis. *Libro 2. de contemptu mundi, cap. 5. in princ. pag.* 67.

45. Adeò regnum pecuniæ invaſit, ut deſperetur de fide judicis, qui repellit munera offerentis. *Profec.* Si paciſci detrectas, pollicentis videris odiſſe cauſam, & fortaſsè affectu, vel munere crederis præcorruptus, ſi permanere vis incorruptus. *Libro 5. de Nugis curial. cap. 17. a medio, apud Bibliothecam Patrum, tom. 15. pag. 413. col. 1. D. edit Colon.* 1622. Joan Saresb.

46. Qui rectè judicat, & præmium indè remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat: quia juſtitiam quam gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ vendit. *Profec.* Bonis malè utuntur, qui juſtè pro temporali lucro judicant: tales quippè ad veritatem, non juſtitiæ defenſio, amor pecuniæ provocat. Quibus ſi ſpes nummi ſubtrahitur, confeſtim à juſtitiæ defenſione recedunt. S. Isidorus Hispal.

47. Acceptio munerum, prævaricatio veritatis eſt. Dives muneribus citò corrumpit judicem: pauper autem, dùm non habet quod offerat, non ſolùm audiri contemnitur, ſed etiam contra veritatem opprimitur. *Libro 3. de ſummo bono, cap. 54. ſent. 1. pagina* 687. *columna* 2.

48. Citò violatur auro juſtitia, nullamque reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat. *Profec.*

49. Plus enim obtinet mentem cenſoris amor lucri, quàm æquitas judicii. *Ibidem, ſent. 6. &c.*

50. Tres ſunt munerum acceptiones, quibus contra juſtitiam humana vanitas militat: favor amicitiarum, adulatio laudis, & corporalis acceptio muneris. *Profec.*

51. Faciliùs autem pervertitur animus rei corporeæ munere, quam gratiæ laudiſque favore. *Ibidem.*

52. Quatuor modis pervertitur humanum judicium.
- Timore. — Timore, dùm metu poteſtati, alicujus veritatem loqui pertimeſcimus.
- Cupiditate. — Cupiditate, dùm præmio muneris alicujus corrumpimur.
- Odio. — Odio, dû contra quemlibet adverſari molimur.
- Amore. — Amore, dùm amico, vel propinquis complacere contendimus. *Profec.*

53. Sperne munus, ne per id juſtitia corrumpatur: quia munera ſemper veritatem prævaricant.

54. Citò enim violatur auro juſtitia, citò corrumpitur munere.

55. De juſto judicio temporalis lucra non appetas.

56. Pro juſtitia nullum ſeculi præmium quæras, ſed juſtitiam pro æterna remuneratione diſtribue.

57. Qui enim pro juſtitia præſentia dona affectat, futuram gloriam non ſperat.

58. Qui bona hîc recipit pro judicio, ulteriùs quòd expectet, præmium non habet.

59. Dùm ergo judicas, pro futura mercede judicas: nec quæras in terra rependi tibi, quod tibi in futuro debetur. *Ibid. ſent. 7. pag. 687. col. 2.*

60. Excute manus tuas ab omni munere, ſi in excelſis vis habitare. *Lib. 2. de Synon. cap. 16. pag. 320. col. 2.*

61. Jus corrumpi, juſtum non eſt. *Lib. 3. Ep. 250. ad Iſidor. Diacon. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. pag. 602. col. 1. B. edit. Colon. 1618.*

S. Laurent. Justin. 62. Sciant judices ſe coram univerſali judice, ne dùm de propriis, verùm etiam de alienis criminibus reddituros eſſe rationem: non enim poterit evitare judicium, qui juſti innocentiam per corruptionem judicando cuſtodire neglexerit. *De triumphali Chriſti agone. cap. 12. poſt init. pagina 308. columna 1. littera B. parte 1.*

S. Leo I. 63. Virum catholicum, & præcipuè Domini ſacerdotem, ſicut nullo errore implicari, ita nullâ oportet cupiditate violari. *Ep. 53. ad Anatolium Conſtantinop. Epiſcop. ab init.*

Petrus Blesens. 64. Cùm acceptabilior ſit apud Deum juſtitia, quàm præbenda, & in utroque poſſit ſimonia committi: damnabilior eſt omnis venalitas in exhibitione juſtitiæ, quàm in venditione decimæ aut præbendæ. *Ep. 95. ad Henric. Reg. Anglor. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 780. columna 1. littera B. edit. Colonienſis 1618.*

65. Æquitas, cui judex obſequitur, ſiniſtram odii, vel amoris dextram neſcit. *Profec.*

66. Talis debet eſſe miniſter juris, ut in ejus manu nullius authoritate perſonæ titubet, aut vacillet libra juſtitiæ. *Ibid. ſub fin. &c.*

67. Duo ſunt, quæ in judicio faciunt cordis oculum caligare, ira & cupiditas: hæc duo remittenda poniunt & punienda remittunt. *Ibidem, in tract. de Inſt. Epiſc. poſt medium, pagina 943. col. 1. B.*

S. Petrus Damianus. 68. Giezi meretur lepram, qui ſuam mutat pro pecuniæ cupiditate ſententiam. *Lib. 4. Epiſt. 1. ad Albert. Epiſcop. in fine, pagina 45. columna 1. littera B. tomo 1.*

69. Plerumque quos cauſa condemnat, mendax pecunia præmio dignos procaciter aſſeverat: quos conſcientia bona teſtatur, innoxios ſtatuit impia coram judicibus reos. *Profec.*

70. Nummus ſæpè momenta legibus præbuit, atque ad ſuum intellectum obſcuras ſententias falſus interpretator inflectit.

71. Nummus cor judicum circa divites oleo impietatis emollit, erga pauperes verò ad exercendum vigorem rigidæ animadverſionis impellit. *Opuſcul. 12. cap. 29. in fine, pag. 507. columna 1. littera B. tom. 3.*

72. Injuſtè quod juſtum eſt exequitur, quiſquis ad defenſionem juſtitiæ, non virtutis æmulatione, ſed amore præmii temporalis excitatur. *Profec.*

73. Nam injuſtè quod juſtum eſt, exequi jure dicitur, qui juſtitiam, quam prætendit, venundare non veretur.

74. At ille quod juſtum eſt, juſtè probatur exequi, qui in aſſertione juſtitiæ, nihil aliud præter ſolam juſtitiam quærit. *Opuſc. 30. cap. 4. in fine, ſuper illud Deuteronom. 16. Juſtè quod juſtum eſt exequeris, pag. 624. col. 2. A. tom. 3.*

75. Mens percepti muneris conſcia, debilitat judicialis cenſuræ vigorem, reprimit eloquentiæ libertatem. *Profec.*

76. Nam etſi judicii rectitudo funditùs non adimitur, judicandi tamen authoritas enervatur. *Ibidem, cap. 5. poſt medium, pagina 625. columna 1. littera A.*

S. Prosper. 77. Juſtitiam prædicare judicibus erubeſcit, quam ipſe perſonæ potentis favore corrumpit. *Lib. 1. de vita Contemplat. cap. 15. in fine.*

Rupertus Abb. 78. Grandis culpa eſt, magnaque damnationis cauſa, convertere dulcedinem judicii in abſynthium, ſive amaritudinem iniquitatis: & pulchritudinem ſive ſuavitatem juſtitiæ, in horrorem corruptionis. *Lib. 2. in Amos. cap. 5. ante med. fol. 91. pag. 2.*

S. Theodoret. 79. Qui judicat, non accipiat munera, & puram è muneribus ſententiam proferat; nam munerum corruptela juſtitiam corrumpit. *Super Pſalm. 14. verſ. 6. Munera ſuper innocentem non accepit, pag. 70. col. 2. F. tom. 1.*

80. Nemo illum homicidii crimen evaſiſſe æſtimet, quem excuſatum ſecularis judicii corrupti ſententia abſolverit. *Homil. 1. de bono diſcipl. in medio, apud Bibl. Patr. tom. 3. part. 3. pagina 476. col. 2. litt. F. editionis Colonienſis 1618.* S. Valerian. Episcopus.

Sententiæ Paganorum.

81. Multitudo minùs ſubjacet corruptioni; quemadmodum aquæ magna congeries, ſic etiam plures quàm pauci incorruptibiliores ſunt. At cùm unus judicat, ſi ira, vel alia hujuſmodi perturbatio vincat, neceſſarium eſt judicium corrumpi, ſed in multitudine difficile foret. *Libro 3. Polit. cap. 11. in medio, tom. 2.* Aristotel.

82. Semper dignitatis iniquus Judex eſt, qui aut invidet, aut favet. *Orat. 31. pro Plancio, poſt init. num. 7. tom. 2.* Cicero.

83. Non eſt conſentaneum, qui metu non frangitur, eum frangi cupiditate. *Lib. 1. Offic. ante med. num. 68. tom. 4.*

84. Judex fit deterior, qui accipit, atque ad idem ſemper expectandum paratior. *Ibidem, libro 2. poſt medium.*

85. Malè ſe res habet, cùm quod virtute effici debet, id tentatur pecuniâ. *Ibidem, ante med.*

86. Exuit perſonam judicis, quiſquis amicum induit. *Ibidem, lib. 3. ante med. tom. 4.*

87. Si corrumperis metu mortis, vitâ indignus es: ſi præmii ſpe, morte digniſſimus. *Lib. 5. dictor. memorabil. cap. 3. ante med. pag. 222.* Valerius Maximus.

Vide etiam tit. Advocatus. ſent. 8. Curia. ſent. 7. 8. Parentes. ſent. 67.

Juramentum.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

Etymologia.

JURARE dictum eſt, quaſi jure orare, ideſt, juſtè loqui. Tunc autem quiſque juſtè loquitur, quando ea, quæ promittit, implentur. *Sup. Pſ. 14. poſt med. verſ. 6. Qui jurat proximo ſuo, &c. fol. 21. col. 2.* Cassiodorus.

Jurare eſt jurè orare, ideſt, æquitatem dicere, ne velit quiſpiam quod promiſit in partem alteram ſeductus avertere. *Super Pſalm. 118. verſ. Juravi & ſtatui. fol. 188. columna 2.*

Definitio.

Juramentum eſt affirmatio, vel negatio de aliquo, ſcilicet, de facto, vel fiendo, ſacræ rei atteſtatione firmata. *Part. 2. tit. 10. de Mendacio. cap. 3. in princ. fol. 297. col. 2.* S. Antonin.

Jurare eſt ſub atteſtatione divina aliquid polliceri. *Sup. Pſalm. 14. poſt med. verſ. 6. Qui jurat proximo ſuo, &c. fol. 21. col. 2.* Cassiodorus.

Jurare eſt aliquid firmum ſub atteſtatione promittere. *Super Pſ. 109. poſt med. verſ. 5. Juravit Dominus, fol. 172. col. 4.*

Jurare eſt jusjurandum, vel tanquàm jusjurandum mente conceptum proferre affirmativè. *Libro 7. Stromat. ante medium, folio 150. pagina 1. littera B.* Clemens Alex.

Jusjurandum eſt oratio per ſe confirmans veritatem. *Homil. 4. ſup. Cant. poſt medium, columna 272. littera E.* S. Greg. Nys.

Ivo Card. Juramentum eſt aſſertio alienjusrei per rem ſacram, vel babitam pro ſacra. *Super Epiſt. ad Rom. cap.* 1. *fol.* 9. *tom.* 7.

S. Thomas Aquinas. Jurare nihil aliud eſt, quàm Deum teſtem invocare. *Secunda ſecundæ quæſt.* 89. *in princ. corporis. pag.* 168. *columna* 2.

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius. 1. Non eſt facilè jurandnm, quia plerumqne multi caſus accidunt, ut non poſſimus implere quod juraverimus. *Profec.*

2. Qui enim non jurat, utique non pejerat: qui autem jurat, aliquando neceſſe eſt incidat in perjurium.

3. Noli ergo jurare, ne incipias pejerare. *Exhort. ad Virgines. longe poſt med. columna* 126. *littera A. tom.* 1.

4. Nemo benè jurat, niſi qui poteſt ſcire qnod jurat: jorare igitur, judicium ſcientiæ, & teſtimonium conſcieotiæ eſt. *Profec.*

5. Benè juras, ſi cognitio veritatis præcedat, ot vinculum ſacramenti tibi non poſſit nocere. *Sup. Pſal.* 118. *ſerm.* 14. *verſ.* 2. *in princ. columna* 1536. *C. & D. tom.* 4.

6. Juret ille, quem ſacramenti ſui pœnitere noo poterit. *Ibidem, &c. D.*

S. Athanas. Magnus. 7. Si quis planè dignus eſt qui jurat, nt nominet Deum, dignus quoque eſt fide, nt ei citrà jusjurandum credatur: quiſquis enim ad majora idoneus eſt, multo magis ad minora idoneus erit.

8. E diverſo ſi non eſt fide dignus, ut ei credatur citrà jurameutum, non eſt certè dignus, qui Deum nominet.

9. Si noo eſt fidelis in ſermone, quomodo ulla ratione ei juramenti Deus teſtis eſſe voluerit, deſtituto fide, ad quam Domious reſpicit?

10. Quid jurant Deum, qnibus ne in parvis quidem rebua fides habetur? cùm juramentum veritatia teſtimonium eſt, & non index negotiorum. *De Paſſione & Cruce Domini, poſt initium, col.* 666. *litt. B. & E. tom.* 3.

11. Non nt homo, jorat Deus, ſed nobis ipſius ſermo pro juramento eſt ad veritatem. *Ibidem, ante med. col.* 667. *B.*

S. August. 12. Non peccatum eſt verum jurare, ſed graviſſimum peccatum eſt falſum jurare, quò citiùs cadit, qni conſuevit jurare. *Profec.*

13. Melius eſt nec verum jurare, quia jnrandi conſuetudine & in perjurium ſæpè caditur, ſemper perjurio propinquatur. *Ep.* 89. *ad Hilarium paulo ante finem, pag.* 268. *C. tom.* 2.

14. Minns malum eſt, per Deum falſum jurare veraciter, quàm per Deum verum fallaciter. *Profecutio.*

15. Quantò per quod juratur magis eſt ſanctum, tantò magis eſt pœnale perjurium. *Ep.* 154. *ad Publicolam. in princ. pag.* 452. *D. tom.* 2.

16. Deus jurare prohibnit, non quia mala eſt vera juratio, ſed ne in perjurium incidatur facilitate jurandi: *Profec.*

17. Qui enim jnrat, non ſolùm verum, ſed etiam falſum jurare poteſt: qui autem omninò non jurat, à perjurio longè ambulat. *Lib.* 5. *quæſt. ſup. Deuter. quæſt.* 12. *per totum. pag.* 186. *C. tom.* 4.

18. Nemo novit, oiſi qui expertus eſt, quàm ſit difficile conſuetudinem jurandi extinguere. *Serm. Dom. in monte lib.* 1. *poſt med. pag.* 799. *A. tom.* 4.

19. Quid tu facis cùm juras? teſtaris Deum, hoc eſt jurare, Deum teſtari: & ideò moleſtum, ne ad aliquam falſitatem teſtem adhibeas Deum. *Sup. Pſ.* 109. *poſt med. verſ.* 5. *Iuravit Dominus. pagina* 884. *littera C. tomo* 8.

S. Augustin. 20. Hominea falſum jurant vel cùm fallunt, vel cùm falluntur: aut putat homo verum eſſe quod falſum eſt, & temerè jurat: aut ſcit vel putat falſum eſſe, & tamen pro vero jurat, & nihilominus cum ſcelere jurat. *De his Apoſt. ſerm.* 28. *poſt init. pag.* 264. *littera C. tomo* 10.

21. Falſa juratio exitioſa eſt, vera juratio periculoſa eſt, nolla juratio ſecnra eſt. *Ibidem, longo poſt init. pag.* 264. *D.*

22. Ipſe qui exigit jurationem, multum intereſt ſi neſcit illum falſum juraturum, an ſcit: ſi eoim neſcit, & ideò dicit, jura mihi, ut fides ei fiat, non audeo dicere non eſſe peccatum, tamen humana tentatio eſt: ſi autem ſcit eum feciſſe & novit feciſſe, vidit feciſſe & cogit jurare, homicida eſt. *Ibid. poſt med. pag.* 267. *A. tom.* 10.

23. Ecce dico charitati veſtræ, qui per lapidem falſum jurat, perjurus eſt. *Ibidem, ante finem, pagina* 267. *littera A.*

24. Minùs falſum jnrat, qni falſum neſcit eſſe, & verum putat eſſe quod jurat. *Contra Mendac. cap.* 19. *ante fin. tom.* 4.

25. Sicut homo jurans adhibet teſtem Deum, ita ſeipſum Deus. *Libro* 2. *contra adverſ. legis. cap.* 11. *ante med. tom.* 6.

26. Ne jnrandi facilitate in perjurium prolabamur, etiam præceptum eſt ne juremus. *Epiſt.* 224. *poſt med tom.* 2.

27. Non jurare, ſicut verum jurare, nullum peccatum eſt: ſed longiùs remotus eſt à falſum jurando, qui nec jurare conſuevit, quàm qui verum jurare proclivis eſt. *Lib.* 19. *contra Fauſt. cap.* 23. *circa medium, tom.* 6.

28. Io jurando, etiam qui verum jurat, propinquat perjurio, undè longè abeſt, qui omninò non jurat. *Profec.*

29. Et quamvis non peccet, qui verum jurat, remotior tameo à peccato eſt qui oon jurat: undè admonitio oon jurandi, conſervatio eſt à peccato perjurii. *Ibidem, cap.* 25. *circa med.*

S. Basilius 30. Turpe eſt ac ſtolidum, ſeipſum velut indignum fide accuſare, & juramentorum ſecuritatem inferre. *Sup. Pſalmum* 14. *conc.* 3. *in fine, verſ.* 6. *pag.* 75. *tom.* 1.

S. Bernard. 31. Quacumque arte verborum quis juret, Deus (qui conſcieotiæ teſtis eſt) ita hoc accipit, ſicut ille cui hoc juratur, intelligit. *De Inter. domo, cap.* 51. *in medio, fol.* 331. *col.* 1.

32. Qui dupliciter jurat, dupliciter reus fit: quia & nomen Domini in vanum aſſumit, & proximum dolo capit. *Ibidem, &c.*

33. Periculoſum eſt jurare, uſus enim jurandi facit conſuetudinem perjurii. *Ser.* 32. *ad Sororem, prope fin. fol.* 90. *col.* 2. *F.*

34. Veritas non indiget juramento. *Ibidem, in fine, fol.* 90. *col.* 3. *G.*

S. Bonavent. 35. Periculoſum eſt jurare, ſed maximè ſi juretur ſuperſtitioſè. *Expoſ.* 2. *ſup. Pſ.* 118. *cap.* 7. *verſ.* 10. *art.* 1. *pag.* 228. *col.* 2. *A. tom.* 1.

36. Jurare nunc per caput, nunc per ſanctos, vel alio quovis modo, Chriſti diſcipulo minimè congruit. *In ſpeculo diſcipl. part.* 1. *cap.* 20. *poſt med. pag.* 544. *col.* 2. *E. tom.* 7. *parte* 4.

37. Jurare, quantum ad infirmitatem pertinet, permiſſionis eſt: oon jorare autem, qnaotum ad perfectionem pertinet, conſilii eſt. *Libro* 5. *compend. theolog. verit. cap.* 70. *in medio, pagina* 770. *col.* 2. *littera D. tom.* 7.

Dionysius Carthus. 38. Ante omnia nolite jnrare.) His verbis prohibetur juratio falſa, conſulitur jurationis diſſuefactio, permittitur juratio neceſſaria. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 1. *art.* 3. *ante fin. fol.* 3. *C.*

39. Tres ſunt comites juramenti, veritas judicium

ſeu diſcretio, & juſtitia, ideſt, juſta & rationabilis cauſa hæc tria requiruntur ad hoc ut juramentum ſit licitum; & quodcumque eorum defuerit, erit illicitum. *Profec.*

DIONYSIUS CARTHUS.

40. Si veritas deſit, eſt falſa juratio: ſi diſcretio, eſt temeraria & incauta: ſi deſit juſtitia, juratio eſt iniqua, inutilis, & levis atque vana, quia non ſubeſt ad jurandum rationabilis cauſa.

41. Cùm jurare non ſit aliud, quàm Deum teſtem invocare, idcircò primò ex parte rei requiritur veritas: ſecundò ex parte cauſæ debet eſſe neceſſitas, tertiò ex parte jurantis debet eſſe diſcretionis maturitas. *Super Epiſt. Iacobi. cap. 5. art. 7. a medio, folio 17. littera C.*

GLOSS. DECR.

42. Juramentum contra bonos mores non obligat. *In decret. Gratiani. fol.* 8. *col.* 4. *editionis Lugdun.* 1540.

S. GREGORIUS MAGN.

43. Qui jurare cavet, perjurare omninò non poteſt: ſed cùm malè juratur, juſtiùs jusjurandum dimittitur, quàm compleantur crimina, quæ jurantur. *Lib.* 5. *in* 1. *Reg. cap* 4. *poſt medium, ſup. illud, Liberavit Ionatham populus. col.* 1554. *A. tom.* 2.

44. Sit unuſquiſque cautus antequàm juret, aut ne omninò juret, aut facturum ſe mala non juret. *Ibidem.*

45. A propoſito implendi nefarium juramentum deſiſtere, non eſt vitium levitatis, ſed virtus diſcretionis *Ibid.*

46. Jurare quæ revocanda ſunt, & deteſtanda, omninò cavendum eſt, & vehementer horrendum: quia cùm tale juſjurandum non impletur, non omninò culpa vitatur, ſed minor eligitur. *Ibid.*

S. HIERONYM.

47. Mentiri & jurare lingua tua prorsùs ignoret, tantuſque in te ſit veritatis amor, ut quidquid dixeris, juratum putes. *Tom.* 1. *Ep.* 14. *ad Celantiam. poſt med. pag.* 112. *C.*

48. Abſit, ut de ore Chriſtiano ſonet, Jupiter omnipotens, & me hercule, & me caſtor, & cætera magis portenta, quàm numina. *Tom.* 3. *Ep.* 24. *ad Damaſ. Pap. ante med. pag.* 129. *B.*

49. Evangelica veritas non recipit juramentum, cum omnis ſermo fidelis pro jurejurando ſit. *Lib.* 1. *ſuper Matth cap.* 5. *can.* 5. *num.* 41. *ſup. illud, Non jurare omnino, &c. pagina* 20. *B. tom.* 9.

50. Animadvertendum eſt, quòd jusjurandum hos habet comites; veritatem, judicium, & juſtitiam; ſed ſi iſta defecerint, nequaquàm erit juramentum, ſed perjurium. *Et hab. in Gloſſa ordin. ſup. Epiſt. ad Rom. cap.* 1. *in illud, Teſtis enim mihi eſt Deus. columna* 20. *littera E. tom.* 6.

HUGO CARD.

51. Septem modis prohibemur jurare.
- Negligenter, ſive indiſcretè, ut Joſuè.
- Præcipitanter, ut David contra Nabal.
- Aſſiduè, ut mercatores.
- Otiosè, ut pueri.
- Erroneè, ut cupidi.
- Falsò, ut mali teſtes.
- Dolosè, ut carnifices. *Super* 1. *Regum, cap.* 25. *folio* 238. *columna* 4. *tom.* 1.

52. Jubemur jurare.
- Propter ſcandala removenda.
- Propter ſiniſtras ſuſpiciones ſopiendas.
- Propter teſtimonium veritatis, ubi periclitatur juſta cauſa. *Ib.*

53. Permittimur jurare.
- In fœderibus contrahendis.
- In pactis faciendis.
- In differentibus juramentis.
- Pro pace amicorum.
- *Ibidem,*

S. INNOC. III.

54. Jurans ſcienter illicitum non indiget abſolutione, ſed tenetur illud non obſervare. *Profec.*

55. Si verò juravit ignoranter, debet illud obſervare, ſi aliquo licito modo eſt obſervabile.

56. Si autem juravit licitum quod putabat illicitum, debet obſervare juramentum, ſed de animo depravato agat pœnitentiam. *Lib.* 2. *Decret. conſt. conſt.* 74. *in titulo fol.* 193. *col.* 3.

57. Juramentum contra utilitatem eccleſiaſticam præſtitum, non tenet. *Ibidem, conſt.* 83, *in titulo, fol.* 195. *columna* 3.

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

58. Neque in re juſta, neque injuſta jurare licet. *Homil.* 15. *ſuper Geneſ. ante finem, columna* 101. *C. tom.* 1.

59. Purum à juramentis ſervandum eſt os. *Ibidem.*

60. Si aliquis exigat juramentum, & neceſſitatem jurationis imponat, ſit tibi timor Dei omni neceſſitate potentior. *Hom.* 17. *ſup. Matth. oper. perfect. poſt med. in illud* 5. *Neque per caput tuum juraveris, col.* 172. *D. tom.* 2.

61. Nemo eſt qui frequenter jurat, & non aliquando perjuret. *Hom.* 12. *ſup. Matth. oper imperf. in medio, col.* 818. *B. tom.* 2.

62. Qui facit conſuetudinem jurare in rebus idoneis, frequenter & in rebus ſuperfluis, etiam nolens conſuetudine trahente, perjurat. *Ibidem, &c.*

63. Portus quidam ſecurus eſt, non jurare, portus in quo à ventis impetuoſis quis non ſubmergitur: nam licet ira, licet furor, licet inſultus efferveſcat, licet quidlibet ſit, anima ejus in ſecuritate conſtituitur, qui non jurat. *Homil.* 13. *ſup. Acta Apoſt. in fine, col.* 537. *A. tom.* 3.

64. Non ita pungit enſis, ſicut juramenti natura. *Hom.* 15. *ad populum Antioch. ante fin. columna* 143. *A. tom.* 5.

65. Non ſic occidit gladius, ſicut juramenti plaga. *Ibidem.*

66. Si credis quòd verax ſit homo, ne juramenti neceſſitatem adducas: ſi verò noſti quòd mentitur, ne pejerare cogas. *Ibidem.*

S. ISIDORUS HISPALENS.

67. Graviter delinquunt, qui ſibi loquentes jurare cogunt. *Libro* 2. *de ſummo bono, cap.* 31. *ſent.* 7. *pag.* 651. *col.* 2.

68. Quâcumque arte verborum quiſque juret, Deus tamen, qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut ille cui juratur, intelligit. *Ibidem, ſentent.* 8. *&c.*

69. Dupliciter reus ſit, qui & Dei nomen in vanum aſſumit, & proximum dolo capit. *Ibidem.*

70. Si jures hoc facere, quòd ſi feceris, non peccas: ſi non feceris, reus perjurii es. *Libro* 3. *de ſummo bono. cap.* 5. *ſent.* 22. *pag.* 664. *col.* 2.

71. Periculoſum eſt jurare, aſſiduitas enim jurandi perjurium facit, jurandi uſus ad perjurium ducit. *Libro* 2. *de Synonim. cap.* 10, *a medio, pagina* 318. *columna* 2.

72. Veritas juramento non indiget, fidelis ſermo ſacramenti retinet locum. *Ibidem.*

LACT. FIRM.

73. Dei ſectator non jurabit, ne quando vel neceſſitate, vel conſuetudine in perjurium cadat. *In Epitome. cap. Supereſt. in medio, pag.* 410.

S. NILUS.

74. Jurare utile non eſt, verùm potiùs pernicioſum & execrabile, atque abominandum: quocirca deinceps finem jurandi fac, ne permittat ut lingua tua juramentis aſſueſcat. *Et habet. apud D. Ioan. Damaſc. lib.* 3. *Parall. cap.* 16. *fol.* 112. *pag.* 2. *A.*

ORIGENES.

75. Exiſtimo, quoniam non oportet, ut vir, qui vult ſecundùm Evangelium vivere, adjuret alterum: ſi enim jurare non licet, nec adjurare alterum licet. *Tract.* 35. *ſup. Matth. cap.* 26. *ſup. illud, Adjuro te per Deum vivum. tom* 2.

SALVIANUS.

76. Quis eſt omninò hominum ſecularium præter paucos

paucos, qui non ad hoc ſemper Chriſti nomen in ore habeat, ut pejeret? *Profec.*

SALVIANUS. 77. Undè etiam pervulgatum hoc ferè & apud nobiles, & apud ignobiles ſacramentum eſt, Per Chriſtum.

78. Per Chriſtum, quis hoc facio: per Chriſtum, quia hoc ago: per Chriſtum, quia nihil aliud dicturus ſum; per Chriſtum, quis nihil aliud acturus ſum.

79. In tantum apud plurimos nomen hoc parvipenditur, ut nunquàm minùs cogitent quippiam facere, quàm cùm ſe jurant, per Chriſtum eſſe facturos.

80. Multi non otioſas modò rea, & aniles: ſed etiam ſcelera quædam ſe jurant per Chriſti nomen eſſe facturos. *Libro 4. de Gubern. Dei. poſt medium, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 340. col. 1. B. editionis Coloniensis* 1618.

THEOPHILACTUS. 81. Nulli minùs creditur, quàm ei, qui frequenter jurat. *Sup. Matth. cap. 5. in illud, Sit autem ſermo veſter, &c. pag.* 18. *A.*

S. THOMAS AQUINAS. 82. Tantò fortiùs eſt, & magis obligat; quantò majus eſt id, per quod juratur. 2. 2. *quæſt.* 89. *art.* 10. *in corpore ad* 2.

83. Juramentum eſt ſicut medicina, quæ non ſemper accipitur, ſed in neceſſitate. *Opuſc. 9. de decem præcept. præcept. 2. verbo Non aſſumes. tom.* 1.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

EPICTATUS. 84. Iusjurandum recuſa (ſi fieri poteſt) omninò: ſin minùs, quantùm potes. *In ſuo Enchirid. cap.* 44. *per totum.*

PLATO. 85. Deus illum odio proſequitur, qui ſacroſanctâ divini numinis authoritate neglectâ falſum juramentum dicit. *Tom. 2. ſizygia 4. lib. 11. de legibus, ante med. pag.* 917. *A.*

86. Omninò præclarum eſt inſtitutum, à divinis nominibus contaminandis abſtinere: polluitur enim Dei nomen, facilè & leviter jurando *Ibidem, &c.*

PLINIUS II. 87. Nemini religioſius (quod juraverit) eſt cuſtodiendum, quàm cujus maximè intereſt non pejerare. *In panegyr. de Trajano Auguſto, poſt medium, pagina* 378.

Jus.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO, DIFFERENTIA.

ETYMOLOGIA.

S. ISID. HISP. JUs dictum eſt, quia juſtum eſt: omne enim jus legibus & moribus conſtat. *Lib. 3. Etymolog. cap. 3. in princ. pagina 57. columna* 1.

DEFINITIO.

S. ANTONIN. Jus eſt poteſtas exercendi aliquem actum circa rem. *Parte 3. tit. 3. cap. 3. §. 5. in principio, folio 51. columna* 1.

S. ISID. HISP. Jura ſunt, quæ à nobis juſtè poſſidentur, nec aliena ſunt. *Libro 3. Etymolog. cap. 25. in principio, pagina 59. columna* 2.

DIVISIO.

S. ISID. HISP. Jus naturale eſt, aut civile, aut gentium. *Proſecutio*

Jus naturale, eſt commune omnium nationum, eo quòd ubique inſtinctu naturæ, non conſtitutione communis omnium eſt poſſeſſio, & omnium una libertas.

Jus civile, eſt quod quiſque populus vel civitas ſibi proprium humana, divinaque cauſa conſtituit.

S. ISID. HISP. Jus gentium, eſt ſedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captivitates, ſervitutes, poſtliminia, fœdera pacis, induciæ, & quod eo jure omnes ferè gentes utuntur. *Lib. 5. Etym. cap. 4. 5. & 6. pagina 57. columna* 1.

DIFFERENTIA.

S. ISID. HISP. Jus & lex inter ſe differunt: jus generale nomen eſt, lex autem juris eſt ſpecies. *Libro 5. Etymol. cap. 3. in principio, pagina 57. col.* 1.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Natura jus commune generavit, uſurpatio jus fecit privatum. *Lib. 1. Offic. cap. 28. poſt init. col. 19. B. tom.* 1.

S. AUGUSTIN. 2. Ubi juſtitia vera non eſt, nec jus poteſt eſſe: quod enim jurè fit, profectò juſtè fit: quod autem fit injuſtè, nec jurè fieri poteſt. *Lib. 19. de Civ. Dei, cap. 21. ferè in princ. pagina 396. C. tom.* 5.

3. Jus eſt quod juſtum eſt; neque enim omne quod jus dicitur, jus eſt. Quòd ſi aliquis condat jus iniquum, nec jus dicendum eſt, ſi injuſtum eſt: illud ergo verum jus eſt, quod etiam juſtum eſt. *Sup. Pſ. 145. poſt med. verſ. 5. pag.* 1160. *D. tom.* 8.

4. Quo jure defendis villas Eccleſiæ, divino an humano? divinum jus in ſcripturis habemus, humanum jus in legibus Regum *Profec.*

5. Undè quiſque poſſidet quod poſſidet? non jure humano? nam jure divino, Domini eſt terra & plenitudo eius.

6. Jura humana, jura Imperatorum ſunt: quare? quia ipſa jura humana per Imperatores & Reges ſeculi Deus diſtribuit generi humano.

7. Tolle jura imperatorum, & quis audet dicere, mea eſt illa villa, aut meus eſt ille ſervus, aut domus hæc mea eſt? *Tract. 6 ſup. Evang. Ioan. de cap. 1. in fin. pag. 41. A. B. tom.* 9.

8. Dignitate jus naturale prævalet conſuetudini & conſtitutioni. *Profec.*

9. Quæcumque vel moribus recepta ſunt, vel ſcripturis comprehenſa, ſi naturali juri fuerint adverſa, vana & irrita habenda ſunt. *Et habet. in decretis Gratiani, parte 1. diſt. 8. can. Quæ jura. §. Dignitate. folio 6. columna* 2.

S. BONAVENT. 10. Ille rectè vivit, qui dirigitur ſecundùm regulas juris divini, *De Reduct. artium ad Theolog. circa fin pag 4. col. 2. A. tom.* 6.

S. CYPRIAN. 11. Quàm periculoſum ſit in divinis rebus, ut quis cedat juri ſuo, ſcriptura ſancta declarat in Eſaii *Epiſt. 73. ad Iubaianum ante finem, pagina 186. columna 1. tom* 1

GLOSS. DECR. 12. Qui juri ſuo renuntiat, illud repetere non poteſt *In decretis Gratiani. fol. 187. col. 1. edit. Lugdun.* 1540.

13. Jus incepiſſe ex ruina Angelorum perhibetur: bonum enim & æquum fuit, ut propter ſuperbiam Lucifer puniretur. *In decret. Gratiani. fol. 396. col. 1. edit. Lugdun.* 1540.

14. Jus multa fingit. *Ibidem, folio 56. columna* 1.

15. Jus media ſtrata incedit inter rigorem & diſpenſationem. *Ibidem, fol. 56. col.* 3.

GRATIANUS. 16. Cùm in naturali jure nihil aliud præcipiatur, quàm quod Deus vult fieri, nihilque aliud vetetur, quam quod Deus prohibet fieri, divinæque leges naturâ conſiſtant, patet quòd quæcumque divinæ voluntati contraria probantur, eadem etiam naturali juri inveniuntur adverſa. *Profec.*

17. Undè quæcumque divinæ voluntati, ſeu canonicæ ſcripturæ, ſeu divinis legibus poſtponenda cenſentur, eiſdem naturale jus præferri oportet

18. Conſtitutiones ergo vel Eccleſiaſticæ, vel ſe-

culares, ſi naturali juri contrariæ probaotur, penitùs ſunt excludendæ. *In decret. Part.* 1. *diſt.* 9. *can. Sacra.* §. *Cùm ergo.*

Gratianus. 19. Nec Imperator jura Pontificia, nec Pontiſex jura Imperatoris uſurpare poteſt. *In decret. part.* 1. *diſt.* 96. *can. Cùm.*

S. Gregor. Magnus. 20. Mihi inimicitiam facio, ſi fratrum meorum jura perturbo *Lib.* 2. *in regiſtr. Ind.* 10. *cap.* 37. *Ep.* 37. *ad Natalem. Epiſc. Salomtan. circa fin.*

S. Ioan. Chrysost. 21. Magnæ virtutis indicium eſt, æquitas. *Hom.* 48. *ſuper Acta Apoſtolorum in morali ante medium, col.* 759. *B. tom.* 3.

Joan. Gers. 22. Summom jos, ſumma eſt malitia. *Quatuor conſid. de pace. conſid.* 1. *in princ. part.* 1.

23. Summum jus, ſumma injutia: nimis magnum jus, injuſtitia eſt. *Serm. ad Regem Franc. de pace. ante medium, part* 4.

24. Jus poſitivum, juri naturali oon derogat. *De dominio natural. poſt initium, part.* 1.

Joan. Trith. 2‹. Ub. remiſſio poteſtatis diſſimulat, vigor juris vacillat. *De ruina Monaſt. ordin. cap.* 7. *in princ. pag.* 831. *columna* 1.

S. Isid. Pales. 26. Jus corrumpi, juſtum oon eſt. *Lib.* 3. *Ep.* 250. *ad Iſidor. Diacon. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *parte* 2. *pag.* 602. *col.* 1. *B. editionis Colonienſis* 1618.

27. Noli jus tuom ſeverè ac rigidè perſequi: verùm per bonitatem id exupera. *Ibidem, Ep.* 320. *ad Aſclepium Epiſc. pagina* 610. *columna* 2. *littera F.*

S. Leo I. 28. Superbum nimis eſt & immoderatum, ulrà fines proprioa tendere, & antiquitate calcatâ, alienum jus velle præripere. *Epiſt.* 55. *ad Pulcheriam Auguſt. circa medium.*

Petr. Bles. 29. Jus ſuum proximo tribuimus diligendo, benefaciendo, orando. *Serm.* 24. *de S. Iacobo, ante finem, apud Bibliothecam Patrum, tom.* 12. *part.* 2. *edit. Colon.* 1618.

S. Thomas Aquinas. 30. Juris rigorem ſervare eſt, quando aliquis ſervat ea quæ juſta ſunt ſecundùm ſe. *Sup. Ep. ad Heb. cap.* 2. *lect.* 4. *poſt init.*

31. Jus primò impoſitum eſt ad ſignificandum ipſam rem juſtam; poſtmodùm autem eſt derivatum ad artem, quâ cognoſcitur quid ſit juſtum. 2. 2. *quaſt.* 57. *art.* 1. *in corp ad* 1.

32. Jus naturale recipit determinationem per jus poſitivum. *Super* 4. *ſent. diſt.* 34. *art.* 1. *ad* 3.

Sententiæ Paganorum.

Aristoteles 33. Neceſſariò jus in quatuor præcipuè verſatur: nam quibus accidit ut ſit jus, duo ſunt: & in quibus jus ipſum ſitum eſt, res duæ. Atqui eadem erit æqualitas, & eorum quibus jus tribuitur, & earum rerum, io quibus jus conſiſtit. *Lib.* 5. *Moral. cap.* 3. *circa init. edit. Pariſ.* 1565.

Cicero. 34 Ioitium juris eſt à natura profectum. *Lib.* 2. *de invent. Rhet. poſt med. tom.* 1.

35. Jus non opinione, ſed naturâ conſtitutum eſt. *Libro* 1. *de legibus, circa medium, num.* 28. *tom.* 4.

36. Omoes viri boni ipſam æquitatem & jus ipſum amant: nec eſt viris bonis errare & diligere, quod per ſe non ſit diligendum. *Ibidem, poſt medium, num.* 48.

37. Jos per ſe eſt expetendum & colendum. *Ibid.*

38. Difficile eſt, cùm præſtare jus omnibus concupieris, ſervare æquitatem. *Libro* 1. *Offic. ante medium. num.* 64. *tom* 4.

Epictetus. 39. Ipſi jus nullum babemus in ea, quæ ſunt infirma, obnoxie ſervituti, obnoxia impedimentis, nobis aliena. *In ſuo Enchirid. cap.* 2. *a medio.*

Seneca. 40. Commune hoc jus generis bumani eſt: nemo invidioſum jus poſtulat, quod alteri profuturum eſt. *Libro* 1. *Controverſ.* 1. *poſt medium, pagina* 47. *tomo* 1.

Seneca 41. Naturæ jura ſacra ſunt, etiam apud Piratas. *Ibidem, lib.* 3. *Controverſ.* 16. *poſt medium, pag.* 143. *tom.* 1.

42. Non facias tui juris, quod alieni eſt. *Ep.* 77. *ante fin. pag.* 690.

Juſtificatio.

DEFINITIO, DIVISIO.

Definitio.

S. Augustin. IUSTIFICARE impiom eſt ex impio pium facere. *Epiſt.* 120. *ad Honoratum, cap.* 20. *poſt med. pagina* 386. *littera D. tom.* 2.

S. Thomas Aquinas Joſtificatio primò, & propriè dicitur, ipſa factio juſtitiæ: ſecundariò verò, & quaſi impropriè, dici poteſt juſtificatio, diſpoſitio ad juſtitiam. *Secunda ſecunda quaſt.* 110. *art.* 12. *in principio corporis. pagina* 179. *columna* 2.

Divisio.

Juſtificatio in tribus conſiſtit.	In gratiæ effuſione. In liberi arbitrii cooperatione. In conſummatione.	Primum eſt incipientium. Secundum proficientium. Tertium pervenientium. *Serm.* 17. *in Cœna Dom. poſt medium, apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 862. *col.* 1. *B. edit. Colon.* 1618.

Petr. Bles.

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius 1. Ille juſtificatur, qui proprium crimen ſpontè ognoverit. *Lib.* 2. *de pœnit. cap.* 7. *in princ. columna* 188. *D. tom.* 1.

2. Non poteſt quiſqoam juſtificari à peccato, niſi fuerit peccatum confeſſus. *De Paradiſo. cap.* 14. *poſt med. col.* 920. *littera D. tom.* 4.

S. Augusti 3. Juſtificatio ex fide impetratur. *De ſpiritu & litt. cap.* 29. *circa medium, pagina* 590. *littera C. tomo* 3.

4. Sicut oculua corporis, etiam pleoiſſimè ſanos, niſi candore lucis adjutus, non poteſt cernere: ſic homo etiam perfectiſſimè juſtificatus, niſi æterna luce juſtitiæ divinitus adjuvetur, rectè non poteſt vivere. *De Natura & gratia, cap.* 26. *in fine, pagina* 502. *littera D. tom.* 7.

5. Nemo juſtè vivit niſi juſtificatus, ideſt, juſtus effectua: ab illo autem fit homo juſtus, qui nonquàm poteſt eſſe injuſtua. *Sup. Pſalm.* 109. *poſt init. præfat. pag.* 875. *B. tom.* 8.

6. Juſtificare impiom prorsùs majus hoc eſſe dixerim, quàm eſt cœlum & terra. *Profec.*

7. Cœlum enim & terra tranſibit, prædeſtinatorum autem, ideſt, eorum, quos præſcit Deus, ſalus & juſtificatio permanebit.

8. Judicet qui poteſt, utrum majus ſit juſtos creare, quàm impios juſtificare: certè enim ſi æqualis eſt utrumque poteotiæ, hoc majoris eſt miſericordiæ. *Tract.* 72. *ſup. Evang. Ioan. de cap.* 14. *poſt med. pag.* 292. *littera C. tom.* 9.

9. Qui ſe juſtificat, pejor & deteſtabilior eſt Phariſæo. *De verbis Dom. ſerm.* 36. *poſt med. pag.* 93. *B. tom.* 10.

10. Deus juſtificavit nos, cùm peccatores eſſemus. *De verb. Apoſt. ſer.* 16. *in princ. pag.* 231. *littera B. tom.* 10.

11. Chriſtus

S. Augustin. 11. Chriſtus ooo pro nullis, ſed pro impiis mortuus eſt, ut juſtificarentur. *Epiſt.* 105. *ante medium, tomo* 2.

12. Nullus juſtificatur, oiſi gratis Dei per Jeſum Chriſtum. *Ibidem, poſt med.*

13. Deus in occulto exaudiens, in occulto etiam juſtificat & coronat. *Ep.* 137. *ante med. tom.* 2.

14. Homo, Dei præſentia juſtificatur. *Lib.* 8. *de Geneſi ad lit. cap.* 12. *ante med. tom.* 3.

15. Si ſine timore ex, non poteris juſtificari. *Tract.* 9. *ſup. Ep. Ioan. ante med. tom.* 9.

16. Per ſolam gratiam homo juſtificari poteſt. *De Natura & gratia, cap.* 11. *in princ. tom.* 7.

17. Homo etiam perfectiſſimè juſtificatus, niſi æterna luce juſtitiæ divinitùs adjuvetur, rectè non poteſt vivere. *Ibid. cap.* 26. *circa finem.*

S. Bernard. 18. Duo ſunt in quibus conſiſtit noſtra ſalus, juſtificatio & glorificatio: altera initium, altera perfectio eſt: io illa labor, in hac autem fructus laboris eſt. *Proſecutio.*

19. Neque enim poterit obtineri magnificatio, niſi juſtificatio præceſſerit: cùm iſta meritum, illa præmium ſit. *In ſuis ſentent. verbo Duo. fol.* 129. *col.* 1.

20. Præcedit timor, ut ſequatur juſtificatio: timore vocamur, amore juſtificamur. *Epiſt.* 107. *ad Thomam prepoſit. ante medium, fol.* 233. *columna* 1. *littera A.*

S. Bonavent. 21. Sicut nullus poteſt juſtificari, qui ſacramenta contemnit; ſic nullus in juſtitia perſeverat, ſi poſt juſtificationem ea contemptu negligat confiteri. *Sup. lib.* 4 *ſent. diſt.* 17. *part.* 1. *art.* 2. *quaſt.* 4. *in princ. corpor. pag.* 218 *col.* 1. *E. tom.* 5.

Cassiodorus. 22. Quid magnificentius, quàm de impio facere juſtum, de hoſte filium, de captivo liberum? *Sup. Pſal.* 110. *poſt init. verſ.* 2. *fol.* 172. *col* 3.

Glossa ord. 23. Humiliari recuſans, & ſeipſum juſtificare volens, arcana non poteſt videre, quæ revelantur parvulis Chriſti. *Sup. Luc. cap.* 10. *columna* 843. *littera A. tom.* 5.

Glos. Int. 24. Gratia juſtificat factores, ut impleant legem: quia non faciunt ut juſtificentur, ſed juſtificantur ut faciant. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 2. *in illud, Factores juſtificabuntur, col.* 37. *B. tom.* 6.

S. Gregorius Magn. 25. Vir verboſus, juſtificari nequaquàm poteſt. *Lib.* 10. *Moral. cap.* 2. *col* 343. *D. tom.* 1.

26. Stultè contra Deum loquitur, qui inter divinæ animadverſionis flagella poſitus, juſtificare ſemetipſum conatur. *Ibidem, lib.* 2. *cap.* 14. *poſt med. col.* 39. *lit. B.*

27. Sunt nonnulli qui nihil quidem virtutis ſtudent agere, ſed tamen cùm alios peccare conſpiciunt, juſtos ſe in eorum comparatione ſuſpicantur. *Ibidem, lib.* 3. *cap.* 18. *circa medium, num.* 23. *columna* 88. *littera A.*

28. Cœptam juſtificationem deſerit, qui in peccantium laudem declinat. *Ibidem, lib.* 18. *cap.* 4. *in fin. col.* 586. *D.*

Hugo à S. Victore. 29. Deus juſtificare poteſt; & tantùm juſtificare, quantùm homo peccare. *Lib.* 2. *de Sacram. part.* 14. *cap.* 4. *circa med. pag.* 497. *lit. A. tom.* 3.

Hugo Card. 30. Perfecta juſtificatio incipit in timore, & terminatur in amore. *Sup. Sap. cap.* 15. *fol.* 164. *columna* 2. *tom.* 3.

31. Origo juſtificationis eſt.
- Ex timore cognitio.
- Ex cognitione ſolicitudo.
- Ex ſolicitudine contritio.
- Ex contritione confeſſio.
- Ex confeſſione verecundia.
- Ex verecundia reverentia.
- Ex reverentia gratia, ſive juſtificatio.

Sup. Eccleſiaſtic. cap. 32. *fol.* 234. *col.* 3. *tom.* 3.

Hugo Card. 32. Homo vel parum, vel nihil poteſt ad ſuam juſtificationem, ſed multa ad ſuam condemnationem. *Sup. Iſayam, cap.* 43. *fol.* 99. *col.* 2. *tom.* 4.

S. Innoc. III. 33. Magis expedit ut juſtificatus dubitet, an ipſe ſit juſtus, quàm injuſtus credat quòd ipſe ſit juſtificatus. *Sup. Pſ.* 6. *poſt med. fol* 108. *col.* 3.

S. Joannes Chrysostom. 34. Nemo eſt tantâ firmitate ſuffultus, ut de juſtificatione ſua debeat eſſe ſecurus. *Hom.* 38. *ſup. Matth. oper imperf. poſt med. col.* 1001. *C. tom.* 2.

35. Quid eſt juſtificatio? finis deſtinatio, ipſa operis perfectio. *Serm.* 13. *ſup. Ep. ad Rom. poſt med. col.* 146. *A tom.* 4.

Ioan. Trith. 36. Nemo venit ad gloriam ſupernæ civitatis, niſi fuerit hîc primùm juſtificatus. *Lib.* 1. *Hom.* 1. *ad Monachos, ante med. pag.* 411. *col.* 2.

S. Isidorus Hispalens. 37. Quem Deus juſtificat, ne iterùm ſe de virtutibus erigat, quædam illi virtutum dona tribuit, quædam retrahit: ut dùm mens de hoc quod habet erigitur, etiam de hoc quod nequaquàm habere ſe cognoſcit, humilietur. *Lib.* 2. *de ſum. bono. cap.* 36. *pag.* 653. *col.* 2.

S. Laurent. Justin. 38. Qui ſine Dei timore fuerit, non poterit juſtificari. *De ligno vitæ, de timore, cap.* 1. *in medio, pag.* 3. *col.* 1. *D. part.* 1.

39. Cùm nullius ſuffragio Deus egeat, dùm quempiam juſtificat, hoc ipſum gratis facere conſendus eſt. *Serm. de ſanctis Petro & Paulo, circa init. pag.* 426. *col.* 1. *E. part.* 2.

S. Leo I. 40. Quantumlibet quiſque juſtificatus ſit, habet tamen, dùm in hac vita eſt, quò probatior eſſe poſſit & melior. *Serm.* 8. *de Paſſione Dom. in fine.*

Petrus Bles. 41. Plures ſunt in Eccleſia, qui errata correxerunt, quàm qui errare non noverunt: plures enim juſtificati, quàm juſti. *Serm.* 23. *de S. Maria Magdal. in fine apud Bibl. Patr. tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 872. *col.* 2. *E. edit. Colon.* 1618.

S. Thomas Aquinas. 42. Juſtificare impium, prorſùs majus hoc eſſe dixerim, quàm creare cœlum & terram. *Part.* 3. *quaſt.* 43 *art.* 4 *in corpore ad* 2.

43. Judicet, qui poteſt, utrum majus ſit juſtos creare, quàm impios juſtificare. *Ibidem.*

Vide etiam Tit. Finis. ſent. 26. *Redemptio humana. ſent.* 1. *Salus animæ. ſent.* 15.

Juſtitia *in genere.*

DEFINITIO, DIVISIO, COMPARATIO, PRODUCTIO.

DEFINITIO.

S. Anselmus. JUSTITIA eſt rectitudo voluntatis propter ſe ſervata. *In dialogo de veritate capit.* 13. *circa med. & libr. de conceptu Virgin. cap.* 3. *in fine.*

S. Antonius de Padua. Juſtitia eſt habitus animæ, communi utilitate ſervata ſuam cuique tribuens dignitatem. *Serm. Dom.* 4. *poſt Paſcha, poſt medium, fol.* 151. *pag.* 1.

S. August. Juſtitia eſt amor Deo tantùm ſerviens, & ob hoc benè imperans cæteris, quæ homini ſubjecta ſunt. *De Moribus Eccleſ. cap.* 15. *in fine, pag.* 526. *littera D. tomo* 1.

S. Bonavent. Juſtitia eſt virtus conſervatrix humanæ ſocietatis, & vitæ communitatis. *Part.* 3. *Centiloquii ſect.* 44. *poſt init. pag.* 88. *col.* 1. *A. tom.* 6.

Juſtitia eſt quædam animi nobilitas ſuam cuique tribuens dignitatem, ſuperioribus reverentiam, paribus concordiam, inferioribus diſciplinam. *Ibid. ante finem, pag* 88. *col.* 2. *A.*

Dionysius Carthus. Juſtus dicitur, qui in virtutibus exercitatus eſt, & in obſervatione juſtitiæ ſtrenuus atque ſeverus. *Sup.*

Digitized by Google

Ep. ad Roman. cap. 5. *art.* 8. *ante medium*, *fol.* 11. *littera G.*

HUGO A S. VICTORE. Juſtitia eſt per quam communitatis gratia tenetur, & ſua cuique dignitas non negatur. *De fructibus carnis & ſpirit. cap.* 13. *in principio*, *pag.* 162. *A. tom.* 2.

HUGO CARD. Juſtitia eſt dare unicuique quod ſuum eſt, non vendere. *Sup. Matth. cap.* 10. *fol.* 38. *columna* 3. *tom.* 6.

S. THOMAS AQUINAS. Juſtitia eſt perpetua & conſtans voluntas, jus ſuum unicuique tribuens. 2. 2. *quaſt.* 58. *art.* 1. *in princ. corporis*, *pag.* 109. *col.* 2.

Juſtitia eſt habitus ſecundum quem aliquis conſtanti & perpetua voluntate jus ſuum unicuique tribuit. *Ibidem.*

Juſtitia eſt habitus ſecundum quem aliquis dicitur operativus ſecundum electionem juſti. *Ibidem.*

ARISTOTELES. Juſtitia virtus eſt, qua homo juſtus aptus eſt tùm ad agendum id quod juſtum eſt, tùm ad jus tribuendum. *Lib.* 5. *de Moribus*, *cap.* 5. *ante finem*, *fol.* 55. *pag.* 1.

CICERO. Juſtitia eſt habitus animi, communi utilitate conſervata ſuam cuique tribuens dignitatem. *Lib.* 2. *de Invent. Rhetor. poſt med. col* 147. *E. tom.* 1.

PLATO. Juſtitia eſt conſenſio animæ ad ſeipſum, & partium animæ inter ſe bona compoſitio. *Tom.* 3. *ſizygia.* 6. *de Definit. ab initio*, *pag.* 411. *D.*

SENECA. Quid eſt juſtitia, niſi naturæ tacita conventio in adjutorium multorum inventa divina. *De quatuor virt. poſt med pag.* 675. *edit. Baſilea.*

Juſtitia non noſtra conſtitutio, ſed lex eſt, & vinculum ſocietatis humanæ. *Ibidem.*

PRODUCTIO.

HUGO A S. VICTORE. Juſtitiæ comites ſunt, lex, ſeveritas, æquitas, correctio, jusjurandi obſervatio, judicium, veritas. *De fruct. carnis & ſpiritus*, *cap.* 13. *in principio*, *pagina* 162. *littera A. tom.* 2.

DIVISIO.

S. HIERONYM. Infinitæ ſunt ſpecies pariterque juſtitiæ, quas non modò ſtilo perſequi, ſed cogitatione etiam capere, difficillimum eſt. *Tom.* 1. *Ep.* 14. *ad Celantiam*, *ante med. pagina* 111. *littera A.*

HUGO CARD. Juſtitia in quatuor conſiſtit.
- In declinatione malorum.
- In reſtitutione ablatorum.
- In ſolutione debitorum.
- In punitione erratorum. *Sup. Pſ.* 131. *fol.* 334. *col.* 3. *tom.* 2.

COMPARATIO.

S. BONAVENT. Sicut ſol naturalis confunditur propter obnubilationem levium vaporum, ita ſol moralis (ſcilicet, juſtitia) propter obſcurationem venialium peccatorum. *Sup. Pſ.* 118. *Expoſ.* 2. *art.* 4. *verſic.* 16. *capit.* 5. *pag.* 210. *col.* 2. *C. tom.* 1.

HUGO A S. VICTORE. Sicut ex injuſtitia pax & concordia conctorum ſolvitur, ita per juſtitiam univerſa reconciliantur. *Lib.* 1. *Miſcellan. Codicis* 1. *tit.* 20. *prope finem*, *pag.* 74. *lit. B. tom.* 5.

S. THOMAS AQUINAS. Quemadmodùm injuſti malè utuntur non tantùm malis, verum etiam bonis; ita juſti benè utuntur non tantùm bonis, ſed etiam malis. 2. 2. *quaſt.* 164. *art.* 1. *in corp. ad* 6. *pag.* 284. *col.* 2.

SENTENTIÆ PATRUM.

B. ALANUS DE RUPE. 1. Juſtitia eſt
- Regina virtutum.
- Decus morum.
- Limes operum.
- Imperatrix omnium. *Part.* 3. *ſerm.* 4. *Regina* 9. *cap.* 23. *pag.* 246.

2. Sine juſtitia, omnia ſunt mera tyrannis: beata ergo regna, ubi regnat juſtitia. *Ibidem.*

S. AMBROSIUS. 3. Juſtitia ſuum cuique tribuit, alienum non vendicat, utilitatem propriam negligit, ut communem æquitatem cuſtodiat. *Lib* 1. *Offic. cap.* 24. *in fine col.* 16. *D. tom.* 1.

4. Si in bello juſtitia valet, quantò magis in pace ſervanda eſt? *Ibidem*, *cap.* 29. *ante medium*, *columna* 20. *lit. B.*

5. Iis, quibus deeſt juſtitia, pudor creſcit, augetur dolor. *Ibidem*, *cap.* 48. *in principio*, *columna* 32. *lit. D.*

6. Juſtitia in alto quodam ſuggeſtu locata videt exploratque omnia, quæ aliis potiùs nata, quàm ſibi, non tàm ſuas utilitates, quàm publica emolumenta rimatur. *Lib.* 3. *de Virginibus longè poſt medium*, *columna* 112. *D. tom* 1.

7. Nihil ſplendidius juſtitiâ. *Lib.* 5. *Epiſt.* 18. *ad Herontianum*, *poſt init. col.* 541. *C. tom.* 3.

8. Ubi juſtitia; ibi Chriſtus; quia juſtitia Chriſtus eſt. *Lib.* 10. *Ep.* 82. *ad Vercellenſem Eccleſiam*, *poſt initium*, *col.* 656. *C. tom.* 3.

9. Non ſolvit poteſtas juſtitiam, ſed juſtitia poteſtatem. *Lib.* 2. *Apolog. David. cap.* 3. *ante med. col.* 1200. *B. tom.* 4.

10. Non eſt beneficiis ſolis referenda juſtitia, ſed illa vera juſtitia eſt, quæ ipſis quoque defertur inimicis. *Sup. Pſ.* 118. *ſerm.* 18. *verſ.* 6. *in princ. col.* 1577. *B. tom.* 4.

11. Juſtus ille verè eſt, qui nec ſibi parcit, & occulta ſua latere non patitur. *Lib.* 1. *Offic. cap.* 25. *circa med. col.* 17. *C. tom.* 1.

S. ANSELMUS. 12. Omne quod juſtum eſt, per juſtitiam juſtum eſt. *In Monologio*, *cap.* 15. *in princ.*

13. In futuro ſic juſtus fortis erit, ut etiam, ſi velit, terram commovere poſſit: & ſic è converſo injuſtus imbecillis, ut nec etiam vermes amovere queat ab oculis ſuis. *De Similitud. cap.* 52. *in fine.*

S. AUGUSTIN. 14. Juſtitiam nemo malè habet, & qui non dilexerit non habet. *Ep.* 54. *ad Macedonium*, *in fine*, *pag.* 152. *D. tom.* 2.

15. Quid eſt aliud juſtitia, qua rectè ſapienterque vivitur, quàm interioris hominis pulchritudo? *Ep.* 85. *ad Conſentium in fine*, *pag.* 244. *D. tom.* 2.

16 Juſtitia ſic amanda eſt, ut ab ejus operibus etiam pœnæ corporis nos cohibere non debeant. *Epiſt.* 144. *ad Anaſtaſ. circa medium*, *pagina* 434. *littera C. tomo* 2.

17. Quòd juſtè fit, benè fit: juſtè autem ſunt beati boni, & juſtè mali pœnas patiuntur. *De Agone Chriſt. cap.* 7. *ante med. pag.* 542. *D. tom.* 3.

18. Nimia juſtitia incurrit peccatum, temperata verò juſtitia facit perfectos. *De quaſt. vet. & novi Teſtam. quaſt.* 1. *in princ. pag.* 506. *C. tom.* 4.

19. In egeſtate conſervare juſtitiam, magnifica res eſt. *Ibidem*, *quaſt.* 124. *circa initium*, *pagina* 615. *lit. A.*

20. Ubi juſtitia vera non eſt, nec jus poteſt eſſe: quod enim jure fit, profectò juſtè fit: quod autem fit injuſtè, nec jure fieri poteſt. *Lib.* 19. *de Civit. Dei*, *cap.* 21. *ferè in princ. pag.* 396. *C. tom.* 5.

21. Qui perit de via juſtitiæ, cum magna miſeria per vias iniquitatis errabit. *Sup. Pſ.* 2. *in fine*, *pag.* 10. *C. tom.* 8.

22. Anima avertens ſe à luce juſtitiæ, quantò magis quærit quod inveniat contra juſtitiam, tantò plus à luce repellitur, & in tenebroſa demergitur. *Sup. Pſal.* 63. *ante med. verſ.* 6. *Scrutati ſunt iniquitates*, *&c. pag.* 447. *B. tom.* 8.

23. Juſtus injuſto oneri eſt, quia injuſtum eſſe non vult, ſed eum juſtum fieri, & optat votis, & conatur factis: injuſtus autem ſic odit juſtum, ut nolit eum eſſe, non ut bonum velit eſſe: quantò enim bonus

nus eſt, tantò magis oneri eſt iniquitati illius. *Sup. Pſal.* 36 *conc.* 2. *in princ pag.* 192. *C. tom.* 8.

S. AUGUSTIN.

24. Quemlibet valdè juſtum diſcuiias in hac vita, quamvis jàm ſit dignua juſti vocabulo, non eſt tamen ſine peccato. *Tract.* 41. *ſup. Evang. Joan. de cap.* 8. *poſt med. pag.* 210. *C. tom.* 9.

25. Noli effici juſtus multùm, non eſt notata juſtitia ſapientis, ſed ſuperbia præſumentis. Qui fit multùm juſtus, ipſo nimio fit injuſtus; multum ſe facit juſtum, qui dicit ſe non habere peccatum. *Ibid. Tract.* 95. *de cap.* 16. *ante med. pag.* 324. *C.*

26. Amanda eſt juſtitia, & in hac juſtitia amanda gradus ſunt proficientium; primus eſt ut amori juſtitiæ non præponantur omnia, quæ delectant. *De verb. Apoſt. ſer.* 17. *poſt init. pag.* 235. *A. tom.* 10.

27. Difficile eſt ut iniquorum evadat opprobria, cui amica eſt juſtitia. *Serm.* 2. *in Sabbat. poſt Dom. Quinquag. & in ord.* 93. *poſt initium*, *pag.* 509. *littera B. tomo* 10.

28. Amaritudo juſtitiæ medicamentum eſt virilis ætatis, dulcedo autem juſtitiæ muſcipula eſt juvenilis ætatis. *Serm.* 2. *Dom.* 23. *poſt. Trinit. & in ord.* 246. *ante med. pag.* 812. *C. tom.* 10.

29. O ſancta laudabiliſque juſtitia, ſub te & per te pudicitia regnat, pax per te triumphat & ſecuritas, dignitas per te floret. *Proſec.*

30. O juſtitia, qui te amaverit, qui te ſtrinxerit, cum Moyſe mare mundi vitiorum ſanguine rubricatum, ſicco veſtigio pertranſivit.

31. Hæc eſt virga, qua petra percuſſa manat in fluenta, quia lapidea ſubditorum corda judicio juſtitiæ tacta, in virtutum exuberant flumina.

32. Hæc eſt virga Aaron, quæ fronduit, floruit & fructum peperit: quia juſtitia quaſi froodet dùm mente concipitur, floret dùm viriliter exercetur, fructificat dùm ſubditus corrigitur.

33. Hæc eſt ventilabrum, quo granum dividitur à palea, ſanies à morbo ejicitur: quia contra morbum peccati opponendum eſt mordax emplaſtrum, ne in majua vitium tabes exuberet incurata, & in augmentum facinoris redundet iniquitas impunita.

34. Hæc eſt menſura, qua debemus metiri pœnas, & merita ponderare.

35. Hæc eſt medicina vitiorum, antidotum peccatorum.

36. Hæc eſt pugio, quo Phinees transfixit coëuntem cum Madianitide Judæum, & ceſſavit quaſſatio.

37. Hæc eſt lapis, quo David percuſſit Philiſtæum, & ſervitute Iſrael liberavit.

38. Hæc autem ſine diſcretione, gladius eſt in manu furioſi: hæc ſine prudentia eſt mors & bonorum perſecutio, hæc ſine miſericordia gladius eſt in manu tyranni. *Serm.* 14. *ad fratr. in Eremo a medio*, *pag.* 928. *lit. D. Tom.* 10.

39. Non eſt crudelitas punire reatum, ſed juſtitia: non tyrannicum, ſed divinæ rectitudinis judicium. *Ibid in medio*, *pag.* 928. *D.*

40. Aliquando juſtitia eſt relaxanda, propter ſcandalum multorum: aliquando exagitanda, ut ſit cautela reliquorum. *Ibid. poſt med. pag.* 929. *A.*

41. Juſtitia dicitur gladius ex utraque parte acutus, quia hominis defendit corpus ab exterioribus injuriis, & animam à ſpiritalibus moleſtiis. *Ibidem.*

42. Multi ſunt juſtitiæ rectores, ſed pauci juſtitiæ amatores inveniuntur. *Ibidem, ſerm.* 31. *in fine*, *pag.* 957. *A. tom.* 10.

43. Dulciores ſunt juſtitiæ fructus, quàm iniquitatis. *De Catechiz. rudib. capite* 16. *circa finem*, *tomo* 4.

44. Vera juſtitia eſt immutabilis. *Lib.* 3. *de Conf cap.* 7. *poſt med. tom.* 1.

45. Tantùm quiſque peccatum odit, quantùm juſtitiam diligit. *Ep.* 144. *circa med. tom.* 2.

46. Noli timere pœnam, ſed ama juſtitiam: non-

dum potes amare juſtitiam, time vel pœnam, ut pervenias ad amandam juſtitiam. *Tract.* 41. *ſup. Ioan. poſt medium tom.* 9.

S. AUGUSTIN.

47. Non eſt magnum timere pœnam, ſed magnum eſt amare juſtitiam: qui ergo amat juſtitiam, nihil timet? timet planè, non ne incidat in pœnam, ſed ne amittat juſtitiam. *Ibid. Tract.* 43. *ante med.*

48. Juſtitia perfecta non eſt, niſi in Angelis: & vix in Angelis, ſi Deo comparentur. *Tract.* 4. *ſup. Ep. Ioan. poſt init*, *tom.* 9.

49. Homini poſſem demonſtrare juſtitiam meam, in Dei autem judicio invenior iojuſtua. *Annot. in Iob, cap.* 9. *prope finem*, *tom.* 4.

50. Quomodò juſtitia tua nihil Deo prodeſt, ſic injuſtitia nihil nocet. *Ibid. cap.* 35. *ante med.*

51. Neceſſe eſt ut peccet, à quo ignoratur juſtitia. *Libro* 1. *oper. imperf. contra Iulian. num.* 104. *tomo* 7.

52. Quantalibet juſtitia ſit præditus homo, cogitare debet ne aliquid in illo, quod ipſe non videt, inveniatur eſſe culpandum. *De perfect. Iuſt cap.* 15. *poſt initium*, *tom.* 7.

53. In hac vita quanto ampliùs diligimus Deum, tantò ſumus utique juſtiores. *Lib.* 3. *ad Boniſac. cap.* 7. *poſt med. tom.* 7.

S. BERNARD.

54. Juſtitia virtus eſt, quod ſuum eſt unicuique tribuens: tribue ergo tribus quæ ſua ſunt: redde ſuperiori, redde inferiori, redde æquali, cuique quod debes. *Serm.* 3. *Advent prope medium*, *fol.* 2. *columna* 4. *lit. I.*

55. Juſtitia eſt via, per quam ad lætitiam venitur: nam lætitia præmium eſt, juſtitia verò meritum & materia. *Serm.* 4. *Epiph. in fine*, *fol.* 21. *columna* 3. *littera H.*

56. Bona vinea juſti, immò bona vinea juſtus, cui virtus vitis, cui actio palmes, cui vinum teſtimonium conſcientiæ, cui lingua torcular expreſſionis. *Serm.* 63. *ſup. Cant. ante medium*, *fol.* 184. *columna* 1. *littera I.*

57. Sicut tentare aliquid vel prece, vel pretio, adverſus juſtitiam, iniquum eſt: ſic pro juſtitia multum laborare apud juſtitiæ amatorem, ſuperfluum. *Ep.* 14. *ad Honorium Pap. in princ. fol.* 211. *columna* 2. *litte F.*

58. Vigor juſtitiæ ſemper fervidus ſit, ſed nunquàm præceps. *Ep.* 25. *ad Hugonem Rothomag. Archiep. in fine*, *fol.* 213. *col.* 1. *B.*

59. Juſtitia nec factura eſt alteri, quod ſibi fieri nolit: nec qood ſibi velit, negatura. *Libro* 1. *de Conſid. ad Eugen. Pap. poſt medium*, *fol* 275. *columna* 3. *littera I.*

60. Oſculum juſti,
- Inimicos diligere.
- Parentes & propria quæcunque propter Deum relinquere.
- Illatam injuriam patienter ferre.
- Oblatam gloriam ubique declinare.
- *De inter. domo*, *cap.* 2. *in princ. fol.* 326. *col.* 1. *C.*

61. Juſtitia eſt,
- Deum timere.
- Religionem venerari.
- Honorem ferre Parentibus.
- Patriam diligere.
- Cunctis prodeſſe.
- Nocere nulli.
- Fraternæ charitatis vinculum tenere.
- Pericula aliena ſuſcipere.
- Opem ferre miſeris.
- Bonis viciſſitudinem rependere.
- Æquitatem in judiciis obſervare.
- *De ordine vitæ poſt medium*, *fol.* 336. *col.* 4. *lit. K.*

S. BERNARD. 62. Juſtitiam multi colunt affectu, à quo procul ſunt effectu: approbantes eam & amantes eam in ſeipſa, non autem exercentes in ſeipſis. *Lib. de amore Dei, cap. 8. in fine, fol. 52. col. 1. B.*

BOETIUS. 63. Bonum eſt omne, quod juſtum eſt: & quod injuſtum eſt, malum. *Lib. 4. de Conſolat. Philoſ. Proſa 4. circa med.*

S. BRUNO. 64. Juſtitia quàm neceſſaria ſit, ipſæ leges Imperatorum, & canones, & decreta Sanctorum, quæ ad ipſius cuſtodiam facta ſunt, ſatis oſtendunt. *Proſecutio.*

65. Tolle juſtitiam, & perit mundus: ubi joſtitia non eſt, iniquitas dominatur, ibi cædes & rapina, furta, homicidia, timor & anguſtiæ, & ſecuritas nulla; timor iniquorum juſtitia eſt, ſecuritas bonorum ipſa. *De ornament. Eccleſ. cap. 4. poſt init, pagina 28. col. 2. tom. 3.*

66. Vide ut qui aliis juſtitiam facis, tui ipſius ne obliviſcaris: & qui in populo exerces juſtitiam, exerceas etiam in temetipſo. *Ibidem poſt medium, pagina 29. columna 1.*

S CÆSARIUS ARELAT. 67. Juſtitia vera & perfecta ipſa eſt, quæ non facit aliis, quod ſibi non vult. *Proſec.*

68. Ipſa vera juſtitia eſt, quæ omnibus hominibus, quod ſibi vult, optat; hoc quod ſibi vult, illis evenire deſiderat.

69. Ipſa eſt vera juſtitia, quæ pro amore Dei, non ſolùm amicos, ſed etiam ipſos diligit inimicos. *Hom. 29. in princ. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 3. pagina 764. columna 1. littera C. editionis Colonienſis 1618.*

70. De juſtitia naſcitur pax, de pace gaudium. *Ibidem, pag. 765. col. 1. A.*

CASSIODOR. 71. Neceſſe eſt, ut deſerant juſtitiam, qui ad pravas ſemitas malitiamque feſtinant. *Sup. Pſ. 118. verſ. A lege autem tua longè facti ſunt, fol. 192. columna 2.*

FRANCISCUS TITELM. 72. Nihil prodeſt ore loqui juſtitiam, ſi cor meditetur, manuſque operetur injuſtitiam. *In Annot. ſup. Pſ. 57. ferè in princ. pag. 532. ſect. 1.*

GLOSS. INT. 73. Facilè à juſtitia deviat, qui non habet Deum in cauſis. *Sup. Matth. cap. 14. in princ. col. 252. littera E. tom 5.*

S. GREG. MAG. 74. Humana juſtitia divinæ juſtitiæ comparata, injuſtitia eſt. *Lib. 5. Moral. cap. 28. in princ. col. 165. A tom. 1.*

75. Injuſtè quod juſtum eſt exequitur, qui ipſam quam prætendit juſtitiam venumdare minimè veretur. *Proſec.*

76 Injuſtè quod juſtum eſt exequitur, qui ad defenſionem juſtitiæ, non virtutis æmulatione; ſed amore præmii temporalis excitatur.

77. Juſtè juſtum exequi, eſt in aſſertione juſtitiæ eandem ipſam juſtitiam quærere. *Ibidem, lib. 9. cap. 13. circa med. ſup. illud Deut. 16. Juſtè quod juſtum eſt exequeris, &c. col. 308. B.*

78. Juſtus non eſt, qui juſtitiam in dolore deſerit. *Ibidem, lib. 14. cap. 14. in princ. num. 16. columna 466 lit. D.*

79. Joſtitia vera non eſt, quæ fiduciam ſuam non in conditore omnium, ſed in ſe, aut in rebus conditis ponit: quia dùm à creatore ſpem ſubtrahit, ipſe ſibi principalis juſtitiæ ordinem pervertit. *Ibid. lib. 22. cap. 1. in medio, col. 730. D.*

80. Juſtum eſt homines propter juſtitiam diligere, non autem juſtitiam propter homines poſtponere. *Lib. 8. in Regiſtro, Indict. 3. cap. 51. Ep. 51. ad Leontium Exconſul. in med. col. 1037. A tom. 2.*

81. Juſtitia vera compaſſionem habet, falſa juſtitia dedignationem. *Hom. 34. ſup. Evang. prope init. col. 474. B. tom. 2.*

S. HIERONY. 82. Non ſufficit Chriſtiano, ſi partem unam juſtitiæ impleat, cui utrumque præcipitur. *Tom. 1. Ep. 14. ad Celantiam, ante med. pag. 109. A.*

83. Quotieſcunque talem in alterum habueris animam, qualem in te ab altero ſervari cupis, æquitatis viam tenes. *Proſec.* S. HIERONYM.

84. Quoties verò talis erga alterum fueris, qualem in te vis neminem, iter juſtitiæ dereliquiſti. *Ibid. ante med. pag. 11J. A.*

85. Juſtitia non proderit ei, à quo die juſtus eſſe deſierit. *Ibid. in fine, pag. 115. B.*

86. Ante Deum ille juſtus probatur, qui corpore ſanctus eſt & corde. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriad. longè ante med. pag. 14. C.*

87. Ita nobis deſideranda eſt joſtitia, ut in fame vel ſiti cibus deſideratur ac potus. *Ibid. ante medium, pag. 17. B.*

88. Difficilè evadit opprobria, cui eſt amica juſtitia. *In Regula Monachor, cap. 19. de Laude & Detract. circa med. pag. 286. D. tom. 4.*

89. Juſtitia requiem habet, iniquitas laborem. *Sup. Eccleſiaſten, cap. 4. ſup. illud, Melior eſt plenus pugillus, &c. pag. 75. B. tom. 7.*

90. Grandis libra juſtitiæ eſt: & cui, & quantum, & quandiu, & quali vel in re, vel in conſilio tribuere. *Ib. cap 7. ſup. illud, Quia non eſt homo juſtus, &c. pag. 84. B. tom. 7.*

91. Juſtitia eſt S. HILARIUS.
- Amicitiæ concordia.
- Unanimitatis vinculum.
- Fundamentum pacis.
- Divinæ atque humanæ rationis operatio. *Sup. Pſ. 118. verſ. Feci judicium & juſtitiam. poſt init.*

92. Perfecta juſtitia habet tria. HUGO CARD.
- Pacem ab hoſtibus.
- Quietem à laboribus.
- Tranquillitatem à ſolicitudinibus. *Sup. Geneſ. cap. 35. fol. 49. col. 3. tom. 1.*

93. Juſtitia nobis eſt honori, & utilitati: nobis foris comparat famam, intus coram Deo fovet conſcientiam. *Sup. Levit. cap. 13. in fine fol. 114. col. 1. tom. 1.*

94. Quantò juſtior eris, tantò pacatior mente. *Sup. Job. cap. 8. fol. 407. col. 4. tom. 1.*

95. Nimietas juſtitiæ in quatuor conſiſtit.
- Primum eſt, ſi miſericordiam abſorbeat.
- Secundum, ſi poſſibilitatem excedat
- Tertium, ſi menſuram peccati ſuperat.
- Quartum, ſi pœna vindictæ peccato ſanando non congruat. *Sup. Eccleſiaſten, cap. 7. fol. 90. col. 4. tom. 3.*

96. Bonitas reſpicit eſſe, juſtitia agere, veritas loqui. *Sup. Ep. ad Epheſ. fol. 177. col. 2. tom. 7.* JOANNES CHRYSOST.

97. Qui facit juſtitiam ipſo rege eſt regalior, etiamſi fuerit omnium infimus. *Hom. 5. de verb. Iſaya, ante med. col. 829 D. tom. 1.*

98. Juſtitia in tentationibus floret, proſperitate autem marcida eſt. *Hom. 3. ſup. Matth. oper. imperf. poſt med. col. 763. B. tom. 2.*

99. Omnia juſtitia conſiſtit in his duobus: in abſtinentia rerum malarum, & in opere rerum bonarum. *Ibid. Hom 21. circa fin. col. 884. D.*

100. Magiſtra omnis juſtitiæ ipſa eſt natura hominum, & ſcriptura infalſabilis de Deo, creaturæ ſunt omnium rerum, quia nihil eſt creatum in mundo, per quod non manifeſtiſſimè Deus oſtendatur. *Ibidem, Hom. 22. poſt init. col. 886. A.*

101. Difficile eſt verum fidelem juxta mundum viventem, juſtitiam immaculatam uſque in finem ſervare. *Ibid. Hom. 39. ante med. col. 1006. D.*

102. Omnes ſpecies juſtitiæ, quas habent ſervi Dei in veritate, poſſunt habere & ſervi diaboli in ſimulatione. *Proſec.*

103. Omnia ſpecies juſtitiæ in impoſtoribus invenitur, ſola autem gratia veræ charitatis non invenitur, niſi in ſolis ſervis Dei. *Hom. 4. ſup. Matth. oper. imperf. circa fin. col. 771. C. tom. 2.*

Ioan. Trith. 104. Juſtitia virtutis ſplendor eſt maximus, à qua viri boni nominantur. *Sup. Prolog. Regul. ſancti Benedicti, capite 2. Text. 16. poſt initium, pagina 181. columna 1.*

105. Omnes virtutum ſpecies, uno juſtitiæ nomine continentur. *Ibidem, ante medium, pagina 181. col. 1.*

106. Juſtitia maximè in prælatis neceſſaria eſt, non tàm in corrigendo peccantem, quàm etiam in exaltando diligentem. *Ibidem.*

S. Isidorus Hispalens. 107. Reddere malum pro malo, viciſſitudo juſtitiæ eſt: ſed qui clementiam addit juſtitiæ, non malum pro malo culpatis reddit, ſed bonum pro malo offenſis impartit. *Lib. 3. de ſum. bono, cap. 50. ſent. 3. pagina 685. col. 2.*

108. Quod tibi vis fieri, fac alteri: quod vis ut faciat alius tibi, hoc & tu facito illi. *Proſecutio.*

109. Talis eſto aliis, quales optas circa te eſſe alios: quod non vis fieri tibi, alteri nunquàm inferas, ne patiaris ſimilia.

110. In te ſerva modeſtiam, in aliis conſerva juſtitiam.

111. Tene juris æquitatem, ſequere veritatem judiciorum, in omnibus ſerva juſtitiam. *Lib. 2. de Synon. cap. 16. in med. pag. 319. col. 1.*

112. Cuſtodi diſcretionem juſtitiæ: non ſis plus juſtus, quàm juſtum eſt; omne enim quod nimis eſt; vitium eſt. *Proſec.*

113. impia juſtitia eſt, fragilitati humanæ non ignoſcere. *Ibidem, poſt med. pag. 320 col. 2.*

Lact. Firm. 114. Amara ſunt vitioſis ac malè viventibus præcepta juſtitiæ. *Lib. de divinis Inſtitutionibus, cap. 4. in fine, pag. 8.*

115. Nihil profectò præſtabilius, quàm planè intelligi nos ad juſtitiam eſſe natos. *De ira Dei, cap. 14. in fine, pag. 352.*

116. Quæ pravitas? cùm homo ſit ad juſtitiam genitus, opera tamen efficit injuſta. *Ibid. cap. 15. in princ. pag. 352.*

117. Primum juſtitiæ officium, eſt Deum cognoſcere ut parentem: eumque metuere ut Dominum, diligere ut Patrem: ſecundum juſtitiæ officium, eſt hominem agnoſcere ut fratrem. *In Epitome, cap. Duas in princ. pag. 397.*

118. Qui juſtitiâ indiget, pauper eſt. *Lib. 5. de divin. Inſt. cap 15 prope finem, pag. 219.*

119. Nihil tàm præclarum, hominique conveniens poteſt eſſe, quàm erudire homines ad juſtitiam. *Ibid. lib. 6. cap. 2. ante fin. pag. 238.*

S. Leo I. 120. Difficile eſt ut benè ſibi conſciam probitatem obtrectantium lingua non mordeat, & iniquorum evadat opprobria, cui eſt amica juſtitia. *Serm. 5. Quadrag. ante med.*

121. Nullum eſt in illo corde juſtitiæ veſtigium, in quo ſibi avaritia fecit habitaculum. *Serm. 9. de Paſſione, poſt med.*

Minut. Felix 122. Religioſior ille, qui juſtior. *In ſuo Octavio, poſt med. apud Bibliothecam Patrum, tomo 3. pag. 9. col. 1. C. edit. Colon. 1618.*

Origenes. 123. Liberum eſſe juſtitiæ, crimen eſt: ſervum verò eſſe, laudabile. *Lib. 6. in cap. 6. Ep. ad Rom. ſup. illud, Liberi fuiſtis juſtitiæ, tom. 2.*

S. Paulinus. 124. Omnibus intimis vel ſpiribus, vel aliis creaturis, vel ſuis vitiis & cupiditatibus ſervit, qui vult liber eſſe juſtitiæ. *Ep. ad Amand. Epiſc. a medio, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 1. editionis Colonienſis 1618.*

S. Petrus Chrysol. 125. Juſtitia lux rerum, conſiliis non velatur obſcuris: cùm ſibi facto claret, omnes illuſtrat exemplo. *Sermone 9. in principio, apud Bibliothecam Patrum, tomo 5. part. 2. pag. 668. col. 1. littera A. editionis Colonienſis 1618.*

Tom. I.

126. Juſtitia, quæ per ſe ſibi abundat ad gloriam, ſpectaculum, populi laudes, favores hominum, mundi gloriam non requirit. *Proſec.*

S. Petrus Chrysolog. 127. A Deo genita cælum ſpectat, in oculis agit divinis. ſupernis virtutibus mixta, ſemper à Deo ſolo ut glorificetur, expectat.

128. Sed hæc eſt juſtitia, quæ ex Deo eſt: illa verò, quæ eſt hypocriſis, juſtitia non eſt. *Ibidem, circa init. pag. 668. col. 1. B.*

129. Illa, quæ eſt hypocriſis, juſtitia non eſt.
- Mentitur oculis.
- Fallit aſpectum.
- Videntes illudit.
- Decipit audientes.
- Seducit turbas.
- Trahit populos.
- Famam vendit.
- Emit clamorem.
- Fit ſeculo, Deo non fit.
- Mercedem rapit præſentem.
- Præmium non quærit in futuro.
- Cæcat oculos.
- Cæca ipſa non videns, vult videri.
- *Ibidem, &c.*

Philo Jud. 130. Eſt profectò ſevera ſcelerum ultrix, & injuriam patientium auxiliatrix juſtitia, quâ fruſtrantur illudentes virtuti. *De Migrat. Abraha, in fine, pag. 586. tom. 1.*

131. Nihil juſtitiâ melius, quæ principatum inter virtutes tenens, ornat earum chorum maximè. *Lib. de Abraham, longè poſt init. pag. 491. tom. 1.*

132. Injuſtus homo, beſtia humanâ formâ prædita eſt. *Ibidem, ante med. pag. 492.*

133. Fulcrum generis humani juſtus eſt, ſuas dotes communicans, & in publicum uſum conferens. *De Migrat. Abraha, circa med. pag. 562. tom. 1.*

134. Æquitas, juſtitiæ fons eſt: paria imparibus tribuere, ſummæ injuſtitiæ eſt. *Et habet. apud Divum Ioannem Damaſcenum, lib. 2. parall. cap. 63. fol. 87. pag. 1. C.*

Richardus a S. Victore. 135. Juſtitiam perfectè diligere, eſt jàm juſtum eſſe. *Part. 1. de Benjamin minore, cap. 2. in princ. pag. 178. col. 2. D.*

136. Perfecta juſtitia jubet inimicos diligere, parentes, propria quæque relinquere, illata mala patienter ferre, oblatam gloriam ubique declinare. *Ibidem, in med. pag. 179. col. 1. A.*

137. Pretioſa valdè res eſt juſtitia, cùm adverſariorum invidiam citò excitet, & eorum erga nos odium acriter inflammet. *Part. 2. ſup. Pſal. 117. a medio. pag. 97. col. 1. C.*

S. Synesius Episcopus. 138. Sublata ea hominibus juſtitia eſt. *Ep. 89. ad Theophil. in princ. pag. 108. col. 1. B.*

Theophylactus. 139. Juſtitia omni cum alacritate exercenda eſt. *Super Matth. cap. 5. in illud, Beati qui ſitiunt juſtitiam, pag. 14. B.*

140. Juſtitia eſt omnis virtus. *Ibidem.*

S. Thomas Aquinas. 141. Juſtitia eſt quæ unicuique quod ſuum eſt, tribuit; alienum non vendicat, utilitatem propriam negligit, & communem æquitatem cuſtodit. *2. 2. quæſt. 58. art. 11. in Argum. in contrar.*

Sententiæ Paganorum.

Aristoteles. 142. Si quis ignorans agit ea, ex quibus erit injuſtus, is ſuâ ſponte erit injuſtus: non tamen ſi vult, cùm eſt injuſtus, deſinet eſſe talis, ac juſtus erit. *Lib. 3. Ethic. ad Nicomach. cap. 5. ante med. tom. 2.*

143. Juſtitia perfecta eſt virtus, atque præclariſſima virtutum eſſe videtur. *Ibidem, lib. 5. cap. 1. circa med.*

144. Juſtitia perfecta maximè virtus, quia perfectæ virtutis eſt uſus. *Ibidem.*

*ccccc ij

ARISTOTELES. 145. Juſtitia non pars virtutis, ſed tota eſt virtus, ſimiliter & injuſtitia huic contraria, non vitii pars, ſed totum vitium, *Ibidem, in fine.*

CICERO. 146. Juſtitia nihil expetit præmii, nihil pretii, ſed per ſe expetitur. *Lib. 1. de legib. poſt medium, num. 48. tom. 4.*

147. Æquitas ipſa per ſe lucet. *Lib. 1. Offic. ante med. tom. 4.*

148 Nullum tempus eſt, quod juſtitiâ vacare debeat. *Ibid. ante med. tom. 4.*

149. Nemo juſtus eſſe poteſt, qui ea, quæ ſunt contraria, æquitati anteponit. *Lib. 2. de Offic. ante med. tom. 4.*

150. Juſtitiæ tanta vis eſt, ut ne illi quidem, qui maleficio & ſcelere paſcuntur, poſſint ſine ulla particula juſtitiæ vivere. *Ibid. ante med.*

151. Juſtitia una virtus omnium eſt, domina & regina virtutum. *Ibid. lib. 3. ante med.*

MIMUS PUBL. 152. Ab alio expectes, alteri quod feceris. *In ſuis ſent. ſent. 2.*

PLATO. 153. Quando homo ex juſtitia abſcedit, hominis nomen amittit. *Tom. 1. ſizygia. 2. de ſcientia, circa med. pag. 176. C.*

154. Utilis eſt pacis etiam tempore juſtitia. *Tom 2. ſizyg. 4. libro 1. de Republ. ante medium, pagina 332. lit. E.*

155. Non magnoperè optabilia eſſet juſtitia, ſi in rebus inutilibus tantum utilia eſſet. *Ibidem, ante medium pag. 333. E.*

156. Longè abes à verâ juſti & juſtitiæ, injuſti & injuſtitiæ cognitione. ſi ignores juſtitiam, & juſtum alienum quoddam eſſe bonum. *Ibidem, poſt med. pagina 343. B.*

157. Odia & mutuas pugnas parit injuſtitia: juſtitia verò, concordiam & amicitiam conciliat. *Ibidem, poſt med. pag. 351. C.*

158. Juſtitia virtus eſt animæ, injuſtitia vitium. *Ibidem, ſub fin. pag. 353. E.*

159. Juſtus eſt felix, injuſtus miſer. *Ibidem, ſub finem, pag. 354. A.*

160. In ea civitate quæ benè regitur, juſtitia maximè invenitur: in ea verò civitate quæ peſſimè regitur, injuſtitia. *Ibidem, lib. 4. poſt. init. pag. 420. B.*

161. Juſtitiâ juſti ſunt, quicunque juſti. *Tom. 3. ſizyg. 5. in dialogo Hippia majoris, ante med. pagina 287. littera B.*

162. Qui juſta facit, juſtus eſt: qui verò injuſta, injuſtus. Juſtus, per ſapientiam juſtus eſt: injuſtus, per imperitiam. *Tom. 3. ſizygia. 6. in dialogo de juſto, circa finem, pag. 375. A.*

SENECA. 163. Nihil injuſtum juſtitia pati poteſt, quia non coëunt contraria. *De conſtant. ſapientis, cap. 7. in fine, pag. 548. tom. 1.*

164. Ab alio expectes, alteri quod feceris. *Ep. 64. poſt med. pag. 778. tom. 2.*

165. Magna res eſt juſtitia, alienum bonum ſpectans, nihil ex ſe petens, niſi uſum ſui. *Ep. 113. ſub finem, pag. 849. tom. 2.*

166. Non eſt juſtæ rei præmium majus, quàm juſtum eſſe. *Ibidem.*

Vide etiam Tit. Charitas in genere. ſent. 17. Fama. ſent. 77. Gratia Dei. ſent. 132. Judicis corruptio. ſent. 26. Jus. ſent. 2. Latere. ſent. 33. Miſericordia in genere. ſent. 72. Oblatio. ſent. 49. Panis. ſent. 24. Perfectio. ſent 9. Perſonarum acceptio. ſent. 18 51. Princeps. ſent. 79. Profectus. ſent. 49. Punitio. ſent. 38. Reſpublica. ſent. 2. 4. Rex. ſent. 10. 11. 12. Societas. ſent. 103. Vindicta in genere. ſent. 42. Virorum encomia. ſent. 45. Virtutes Cardinales, per totum. Virtutum connexio. ſent. 7. 38.

Juſtitia Dei.

DEFINITIO, & DIVISIO.

COLLECTOR. JUSTITIA Dei in communicativam, diſtributivam, & vindicativam dividitur. *Profec.*

Juſtitia Dei communicativa eſt retributio Dei adæquati merito præmii, aut ſupplicii, cuique privato, ſine comparatione ad alios: ſervando proportionem arithmeticam, & æqualitatem rei ad rem: ſcilicet præmii ad meritum, & ſupplicii ad demeritum.

Juſtitia Dei diſtributiva, eſt quæ communia præmia, & ſupplicia omnibus partitur, cum comparatione ad alios, tanquàm partes ejuſdem communitatis; ſervando proportionem geometricam & æqualitatem unius proportionis ad aliam: ita ut ſit eadem proportio præmii ad præmium, quæ eſt meriti ad meritum.

Juſtitia Dei vindicativa eſt cùm Deus damnatis rependit malum pœnæ, adæquatum malo culpæ.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Manifeſtum eſt juſtam Dei miſericordiam, miſericordemque juſtitiam, nec alendis unquàm corporibus hominum, nec docendis, juvandiſque eorum mentibus defuiſſe. *Lib. 2. de vocat. gent. cap. 3. ante med. col. 256. B. tom. 2.*

2. Sicut juſtitia Dei magna, ita etiam ſevera vindicta eſt. *Lib. 3. de Interpellat. cap. 8. circa finem, col. 1176. D. tom. 4.*

3. Ubi juſtitia Dei fuerit, ibi habitat Spiritus ſanctus ad adjuvandam imbecillitatem noſtram *Sup. Ep. ad Rom. cap. 6. in illud, Per arma juſtitiæ Dei. col. 1832. D. tom. 5.*

S. AUGUSTIN. 4. Eſt juſtitiæ pulchritudo cum benignitatis gratia concordans, ut quoniam bonorum inferiorum dulcedine decepti ſumus, amaritudine pœnarum erudiamur. *De vera Relig. cap. 15. ante medium, pag 496. C. tom. 1.*

5. Quod juſtè fit, benè fit: juſtè autem ſunt beati boni, & juſtè mali pœnas patiuntur. *De Agone Chriſt. cap. 7. ante med. pag. 542. D. tom. 3.*

6. Parce per clementiam, ne ulciſcaris per juſtitiam. *In Manuali, cap. 33. in princ. pag. 553. A. tom. 9.*

7. Sine voluntate tua non erit in te juſtitia Dei: voluntas quidem non eſt niſi tua, juſtitia non eſt niſi Dei. *Profec.*

8. Eſſe poteſt juſtitia Dei ſine voluntate tua, ſed in te eſſe non poteſt, niſi per voluntatem tuam. *Sermone 15. de verbis Apoſtoli, poſt medium, tom. 10.*

9. Deus omnia ſive per pœnas, ſive per præmia juſtitiâ moderante, diſponit. *Contra Adimant. cap. 17. circa med. tom. 6.*

10. Juſtitiâ ſummi & veri Dei hæc univerſitas ſuſtentatur & regitur. *De quant. animæ, cap. 33. in medio, tom. 1.*

11. In peccato diaboli & hominis ſervata eſt juſtitia Dei punientis. *Lib. 3. de lib. arb. cap. 10. poſt. initium, tom. 1.*

12. Nec injuſta Dei gratia, nec crudelis poteſt eſſe juſtitia. *Libro 12. de Civit. Dei, cap. 27. in fine, tom. 5.*

13. Juſtitia Dei ſolùm, qua Deus juſtus eſt dicitur; ſed illa etiam quam in homine, qui ab illo juſtificatur, facit. *Ibidem, libro 22. capite 1. ante fin.*

CASSIODORUS. 14. Quis juſtitiam evaderet tuam, niſi præmiſſa pietas ſubveniret? *Sup. Pſ. 7. in concluſ. ante medium, fol. 13. col. 3.*

CLEMENS ALEX. 15. Bona eſt Dei juſtitia, & juſta ipſius bonitas eſt. *Et hab. ap. D. Ioan. Damaſc. libro 3. parall. cap. 100. poſt med.*

S. Eusebius Cæsariens. 16. Sicut Dominus benignus eſt in tolerando, ita juſtus eſt in puniendo. *Epiſtola ad Damaſ. Papam de morte divi Hieronymi, longè ante medium.*

Gloss. ord. 17. Cùm Dei juſtitia ſupplicium à reprobis pro perverſis actibus exigit, eis mala uſque ad verborum retributionem reddit. *Sup. Iob. cap.* 20. *in calce, col.* 220. *lit. E. tom.* 3.

18. Divina propriè ac verè eſt & dicitur juſtitia. *Sup. Pſ.* 118. *in illud, Iuſtitia tua in aeternum, col.* 1400. *lit. E. tom.* 3.

19. Quæ major eſt juſtitia Dei, quàm ignoſcere pœnitentibus? *Sup. Luc. cap.* 15. *col.* 912. *littera D. tom.* 5.

20. Ad juſtitiam Dei pertinet, ut nunquàm ſupplicio careant, quorum mens in hac vita nunquàm voluit carere peccato. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 2. *col.* 35. *lit. C. tom.* 6.

S. Greg. Mag. 21. Humana juſtitia divinæ juſtitiæ comparata, injuſtitia eſt. *Lib.* 5. *Moral. cap.* 28. *in princ. col.* 165. *A. tom.* 1.

22. Ad magnam juſtitiam judicis pertinet, ut nunquàm careant ſupplicio, qui in hac vita nunquàm voluerunt carere peccato. *Lib.* 4. *dialogi, cap.* 44. *ante med. verbo Hoc, col.* 1458. *C. tom.* 1.

S. Greg. Naz. 23. Nihil Juſtius Deo. *Ep.* 66. *ad Aſterium, in princ. pag.* 429.

Hugo Card. 24. Bonum eſt, incidere in manus Dei miſericordis; ſed horrendum eſt, incidere in manus Dei juſti. *Sup.* 1. *Paralip.* 21. *fol.* 323. *col.* 1. *tom.* 1.

25. Juſtitia Dei corrigit & punit, miſericordia autem dirigit. *Sup. Pſalmum* 66. *fol.* 164. *columna* 4. *tomo* 2.

26. Juſtitia Dei diverſis diverſa tribuit, ſecundùm exigentiam meritorum. *Sup. Pſalmum* 74. *fol.* 192. *col.* 3. *tom.* 2.

27. Laudanda eſt juſtitia Dei, quæ reddit iniquitati ſupplicium, & æquitati præmium. *Sup. Eccleſiaſten. cap.* 6. *fol.* 67. *col.* 4. *tom.* 3.

S. Ioannes Chrysost. 28 Neſcit juſtitia Dei patrocinium dare criminibus: undè fur orat, ut benè proſperetur in furto? & fornicator ſibi crucis ſignum ponit in fronte, ut non comprehendatur in crimine? *Hom.* 42. *ſup. Matth. oper. imperf. ab initio, col.* 1033. *D. tom.* 2.

Salvianus. 29. Sicut Deus eſt ſemper, ſic juſtitia Dei ſemper: ſicut omnipotentia Dei indeficiens, ſic cenſura indemutabilis: ſicut Deus jure perpetuus, ſic juſtitia perſeverans. *Lib.* 2. *de Gubern. Dei, ante finem.*

S. Theodoret. 30. Juſtitiæ ſententiam Deus clementiâ temperat. *Lib.* 10. *ſup. Hierem. cap.* 52. *in fine, pag.* 300. *col.* 2. *E. tom.* 1.

S. Thomas Aquinas. 31. Dei juſtitia veritas dicitur, inquantum implet quod ordinavit. *Sup.* 4. *ſent. diſt.* 46. *art.* 1. *ad* 2.

Sententiæ Paganorum.

Plato. 32. Deus nuſquàm nequaquàm injuſtus eſt, ſed quantùm fieri poteſt juſtiſſimus: Deo autem nihil ſimilius eſt, quàm cùm ex nobis hominibus aliquis quàm juſtiſſimus eſt. *Tom.* 1. *ſizyg.* 2. *de ſcientia, circa med. pag.* 176. *C.*

Vide etiam Tit. Miſericordia Dei. ſent. 99. *Peccatorum remiſſio. ſent.* 32. *Prædeſtinatio. ſent.* 9.

Juventus.

DEFINITIO.

Collector. JUVENTUS eſt primæ refrigerativæ particulæ augmentatio, & adoleſcentiæ ætatem excedens.

Sententiæ Patrum.

1. Etiam fides cùm tuta eſt, juventus ſuſpecta eſt. *Libro* 3. *de Virginibus, circa initium, columna* 93. *C. tomo* 1. S. Ambrosius.

2. Plurimi ſunt, qui ſe à peccatis juventutis in ſenectute revocare potuerunt: rarus autem, qui in juventute grave jugum ſeria ſobrietate portaverint. *Orat. de obitu Valentiniani Imperat. poſt init. col.* 44. *D. tom.* 3.

3. Beatus quidem juvenis, qui benè vivit: ſed magis beatus eſt ſenex, qui benè vixit. *Proſec.*

4. Quòd enim juvenis ſperat, adeptus eſt ſenior: quòd ſenex fuit, optat hoc eſſe, qui juvenis eſt. *Lib.* 2. *de Iacob, capite* 8. *ab initio, columna* 1069. *lit. A. tom.* 4.

5. Rara ſanè in juvenibus eſt humilitas, ideoque miranda, dùm ætas viget, dùm vires ſolidæ ſunt, dùm ſanguis æſtuat, dùm ſolicitudo neſcitur, dùm ignoratur debilitas, dùm lætitia frequentatur. *Sup. Pſalmum* 118. *ſermone* 18. *verſ.* 5. *poſt med. col.* 1576. *lit. B. tom.* 4.

6. In juvene tria notantur, quibus ad probitatem venturus prænoſcitur: ſcilicet taciturnitas, corporis continentia, verecundia. *De ſimilitud. capite* 139. *in principio.* S. Anselmus.

7. Juventus flos ætatis, periculum mentis. *Serm.* 2. *Dom.* 23. *poſt Trinit. & in ord.* 246. *in princ. pag.* 811. *A. tom.* 10. S. Augustin.

8. Periculoſum eſt ulcus juventutis, quod cupiditatibus contabeſcit, & fluctuum crebriore impetu ſeculi inundantis operitur. *Ibidem, &c. ante med. pag.* 812. *lit. C.*

9. Juventus præſumit viribus ſuis, formæ dignitate jactatur, pompa rerum temporalium præfulgere aut exoptat, aut gaudet. *Ibidem.*

10. Juventuti malorum venenum eſt, quidquid veritas præcepit: eſca eſt, quidquid diabolus ſuggerit. *Ibidem.*

11. Juventus amat pernitioſam inimici lenitatem, odit ſalubrem medici aſperitatem: iſta perverſitas, iſta veſania in juvenili ætate maximè formidanda eſt. *Ibid. circa med., pag.* 812. *C.*

12. Juventus quantò ætate major, tantò vanitate turpior. *Libro* 7. *Conf. caput* 1. *circa initium, tomo* 1.

13. Laſcivus juvenis eget, ut crebrò moneatur. *In ſuis Proverbiis, verbo Laſcivus, pagina* 192. *tomo* 2. V. Beda.

14. Multos videmus juniorum ſuper ſenes intelligere, moribus antiquare dies, prævenire tempora meritis, & quod ætati deeſt, compenſare virtutibus. *Ep.* 42. *ad Henricum Senonenſem Archiep. poſt med. fol.* 217. *col.* 3. *lit. G.* S. Bernard.

15. Sicut in ſenibus gravitas, ſic in juvenibus alacritas, velut quadam dote naturæ commendatur. *De ordine vitæ poſt initium, fol.* 334. *columna* 3. *littera I.*

16. Grande vitium eſt juniorum impudentia, qui improbo auſu diſſolutione ſeniores conturbant. *Ibidem, ante medium, fol.* 335. *columna* 3. *littera I.*

17. Religionis confuſio, juvenis præſumptuoſus, & effrons. *In ſpeculo Diſcipl. part.* 1. *cap.* 5. *in fine, pag.* 536. *columna* 1. *C. tom.* 7. *part.* 4. S. Bonavent.

18. Reprehenſibilis, maximè in juvene, præſumptio, quem magis humilitas ſtabilit, verecundia ornat, venuſtat ſimplicitas, timor inſignit. *Ibidem.*

19. Gloria eſt in juvenibus, ſi in ipſo ætatis fervore, morum regimine temperentur. *Sup. Pſalmum* 118. *verſ. Præveni in maturitate, &c. fol.* 192. *columna* 1. Cassiodorus.

GLOSS. ORD.

20. Magnum eſt juvenibus ſe à vitiis abſtinere, & lubricæ & perplexæ viæ errorem fugere: hæc enim ætas fragilis eſt & labilis, inſcia & temeraria. *Sup. Threnos, cap 3. col. 987. C. tom 4.*

S. GREG. MAG.

21. Juvenes dici ſolent, qui nulla conſilii gravitate fulciuntur. *Lib. 19. Moral. cap. 11. prope med. ſup. illud, Iob. 29. videbant me juvenes, col. 648. littera A. tom. 1.*

22. Optimi juvenes ſunt, qui omne quod prævalent, in opere miſericordiæ expendunt, & velut electi juvenca divina ſervitia valenter operamur. *Lib. 4. in 1. Reg. cap. 2. in medio, ſup. illud, Servos veſtros, & ancillas, &c. col. 1397. D. tom. 2.*

S. GREG NAZ.

23. Si quia juvenis eſt, animi affectibus viriliter reſiſtat; in hoc fruatur juventute, ne quid juvenile patiatur, ſed ſenilem prudentiam in vigeote oſteodat corpore. *Orat. 25. poſt med. pag. 206.*

S. HIERONYM.

24. In juvenibua, & adhuc ſolidioria ætatia, qui vitæ ſanctimoniâ, & orationis ad Dominum Ieſum frequentiâ, ſcientiam conſecuti ſunt, vigeat ſapientia, quæ in pleriſque ſenibus marceſcit. *Tom. 1. Epist. 2. ad Nepotian. poſt initium, pag. 11. B.*

HUGO A S. VICTORE.

25. Juvenis in otio, quaſi juvenens ſine jugo. *Lib. 2. de clauſt. animæ, cap. 14. in fine, pag. 46. D. tom. 2.*

26. Juventua eſt { Lubrica. / Inconſtans. / Inconſiderata. / Calida. / Intemperata. } *Lib. 4. de Propriet. rerum, cap. 9. in fine, pag. 308. B. tom 2.*

JOANNES CHRYSOST.

27. Juventus per ſeipſum ad ruinam proclivis eſt, & ad malitiam levi momento inclinatur. *Hom. 59. ſup. Gen. poſt init. col. 465. A tom. 1.*

28. Sicut ignis cùm fomitem invenit, validioribua flammis exurgit: ita & quando in juvenem materia pecuniarum inciderit, tantam aceeodit fornacem, ut animam juvenis totam flagrare faciat. *Ibidem.*

29. Juventus quando rectæ rationis fræno caret, quantùm malum eſt. *Ibidem, ante med. col. 466. A.*

30. O quantum malum plerumque operatur uoius juvenia temeritas, & quantam pernitiem affert. *Ibid. poſt med. col. 467. D.*

31. Tantò gravior pernities, profundiuſque præcipitium, quantò concupiſcenriæ major vis in juvenibus, quantoque flamma ineſt eia vehementior. *Hom. 4. de fide Annæ, poſt init. col. 590. A. tom. 1.*

32. Proclivior ad concupiſcentias eſt juventus, eiſque faciliùs capitur. *Ibidem.*

33. Juventus majore opua habet cuſtodiâ, acriore fræno, tutiore munitione ac obſtaculo. *Ibidem.*

34. Otioſa juventus impudenter educata, omni ferociſſimâ beſtiâ immanamor eſt. *Hom. 38 ſup. Matth. oper. perf. ante finem, columna 348. D. tom. 2.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

35. Præcipuum vitium juvenile eſt gloriatio, quæ ampliùs vult videri quàm eſt: aut in toto vult videri, non eſſe qualis eſt. *Hom. 33. ſup. Matth. oper. imperf. ab initio, col. 955. D. tom. 2.*

36. Eſt juventus fera, plurimis indiget inſtitutoribus, magiſtris, pædagogis, aſſeclia, atque nutritoribus. *Hom. 9. ſup. 1. ad Timoth. in princ. Moralis, col. 1477. B. tom. 4.*

37. Juventus contineri non poteſt, non ſecùs quàm equus quidam indomitua, veluti fera bellua. *Ibid.*

38. Difficilis res eſt juventus, qoia jactabilis, fallibilis, labilis eſt, & vehementioria indiget fræni. *Hom. 1. ad Popul. Antioch. poſt init. col. 13. C. tom. 5.*

IOAN. GERS.

39. Angelicus juvenis, ſenibus ſathanizat in annis. *Tract. de parvul. ad Chriſt. trahendis, conſid. 1. circa med. part. 2.*

IOAN TRITH.

40. Qualem te ſenem eſſe deſideras, talis nunc quoque juvenis vivas. *De Inſt. vita Sacerd. cap. 2. in fine, pag. 772. col. 2.*

LUDOV. BLOS.

41. Juventutis ætaa admodùm ſolet eſſe indomita, atque omnis regiminis impatiens ac ſeculo dedita. *In Apolog. pro Thaulero, cap. 5. circa med.*

PETRUS CEL.

42. Juveouin forma decentior, aſpectus gratioſior, cibus abundantior, potua craſſior, aër ſalubrior, terra fertilior, amœnitas jucundior, parvus his enervatur animua. *Lib. 3. Ep. 10. ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 568. col. 1. C. edit. Colon.* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL.

43. Juventus ad voluptatem propenſior eſt. *Lib. 7. Ethic. ad Nicomach. cap. 14. poſt med. tom. 2.*

44. Maximè intendendum eſt circa diſciplinam juventutis: nam id neglectum in civitatibus affert Reipublicæ detrimentum. *Lib. 8. Polit. cap. 1. in principio, tom. 2.*

CICERO

45. Juvenes aptiſſimi ad cupiendum ſunt, poteneſque facere quæcunque cupiant, & vehementer quidem cupiunt, ceſſant autem citò. *Lib. 2. Rhetor. cap. 12. in princ. tom. 2.*

PLATO.

46. Omnium juvenum natura, ardens & quaſi ignea, minimè quieſcere poteſt. *Tmo. 2. Sizygia 4. lib. 2. de legib. poſt med. pag. 664. E.*

SENECA.

47. Ingrata eſt juventus. *Lib. 4. Benef. cap. 17. in medio, pag. 471. tom. 2.*

Vide etiam Tit. Delicia. ſent. 79. Laſcivia. ſent. 23. Malitia. ſent. 71. Perſonarum accept. ſent. 30. Pulchritudo. ſent. 35. ſeveritas. ſent. 23. Spes. ſent. 72. Taciturnitas. ſent. 36. vinum. ſentent. 61.

L.

LIBER X.

LABOR.

DEFINITIO, DIVISIO, PRODUCTIO.

Definitio.

CICERO. LABOR eſt functio quædam, vel animi, vel corporis gravioris operis & muneris. *Libro 2. Tuſcul. quæſt. poſt medium, num. 35. columna 199. H. tom. 4.*

Diviſio.

HUGO à S. VICTORE. Eſt labor interioris hominis, eſt labor & exterioris. Labor interioris, labor eſt ſcientiæ: labor exterioris, exercitium eſt operationis. *Profec.*

Labor ſcientiæ in tria dividitur: in laborem diſciplinæ, exercitii, & doctrinæ.

In pueritia labor diſciplinæ, in juventute exercitii, in ſenio doctrinæ: ut qui neſcit, in pueritia diſcat: quæ didicit, in juventute ad uſum ducat: quod ad uſum duxit, in ſenio doceat. *Lib. 2. de Clauſtro animæ, cap. 14. in princ. pag. 45. G. tom. 2.*

Productio.

HUGO à S. VICTORE. Otium ſtultitiam, labor ſcientiam generat. *Ibidem, ut ſupra.*

Sententiæ Patrum.

S. ANTONIN. 1. Magna bona non acquiruntur, niſi magno labore. *Parte 4. tit. 3. cap. 7. §. 16. in princ. fol. 33. col. 1.*

S. ATHANAS. MAGNUS. 2. Nemo eſt mortalium, qui non laboret in iſta miſera vita, ſive ſit inops, ſive ſit opulentus, ſive ſervus, ſive liber, ſive peccator, ſive juſtus. omnes æquè laborant. *Profec.*

3. Alia enim ratione juſtus, alia peccator laborat: ſiquidem juſtus ideò in labore eſt, ut Deum quærens affligat corpus ſuum, donec percipiat immarceſſibilem coronam, quæ illi repoſita eſt.

4. Peccator verò laborat, non juſtitiæ cauſa, ſed ob carnem ſuam fovendam, alios atque alios labores ſuſcipiens. *De virginit. poſt med. col. 627. littera D. E. tom. 3.*

S. AUGUST. 5. Nihil amicis hujus mundi laborioſius, quàm non laborare. *De vera Relig. cap. 35. in fine, pagina 506. D. tom. 1.*

6. Quantis laboribus agitur, ut longiore tempore laboretur? *Epiſt. 45. ad Armentarium. ante med. pag. 101. B. tom 2.*

7. Vis deſideriorum facit tolerantiam laborum. *De Patient. cap. 4. in fine, pag. 717. B. tom. 4.*

8. Non perdidi laborem meum: dicitur labor non periiſſe, non quia manet perpetuus, ſed quia non eſt inaniter fuſus. *Ibidem, cap. 29. in fine. pagina 725. littera A.*

9. Nullo modo ſunt oneroſi labores amantium, ſed etiam ipſi delectant: ſicut venantium, aucupantium, piſcantium, vindemiantium, negotiantium, ludo aliquo ſeſe oblectantium. *Prof.*

10. In eo enim quod amatur, aut non laboratur, aut & labor amatur.

S. AUGUSTIN. 11. Quàm pudendum & dolendum eſt, ſi delectat labor, ut fera capiatur, ut cuppa & ſacculus impleatur, ut pila jaciatur; & non delectat ut Deus acquiratur. *De bono viduit. cap. 21. in fine, pag. 735. B. tom. 4.*

12. Quid eſt hoc, quod cum labore meminimus, ſine labore obliviſcimur? cum labore diſcimus, ſine labore neſcimus? cum labore ſtrenui, ſine labore inertes ſumus? *Profec.*

13. Deſidia, ſegnities, pigritia, negligentia vitia ſunt, quibus labor fugitur, cùm labor ipſe etiam, qui eſt utilis, pœna ſit. *Lib. 22. de Civ. Dei. cap. 22. ante med. pag. 479. B. tom. 5.*

14. Si ubi eſt timor operetur labor, ubi erat labor, erit & amor. *Lib. 2. de Adulterinis conjugiis. cap. 13. in fine, pag. 597. A. tom. 6.*

15. Bonum opus non multum laborat, malum opus habet laborem. *Super Pſalm. 92. in princ. pagina 707. B. tom. 8.*

16. Non recuſetur labor, ſi adeſt amor: quoniam qui amat, non laborat. Omnis enim labor non amantibus gravis eſt. *Tract. 48. ſup. Evang. Joan. de cap. 10. in princ. pag. 279. A. tom. 9.*

17. Pauſationem non quærit, qui laborem non ſentit. *De catechiz. rud. cap. 17. ante finem. tom. 4.*

18. Fructus ſolet laborem conſolari. *Expoſ. ſup. Ep. ad Galat. cap. 6. poſt med. tom. 4.*

19. Tentat labor, ut frangat. *Libro 4. contra Iulian. cap. 16. ante fin. tom. 7.*

20. Labor nullus, amor magnus. *Libro 4. de Muſica, cap. 9. ante fin. tom. 1.*

21. In hoc mundo non laborare, impoſſibile eſt. *Ep. 82. circa med. tom. 2.*

S. BASILIUS MAGNUS. 22. Labores longa conſuetudine familiares redditi, minor cum moleſtia iis ingruunt, qui iis aſſueverint. *Apud D. Ioan. Damaſc. lib. 1. Parall. cap. 70. in princ. fol. 36. pag. 2. D.*

23. Laboribus ſanitas, & ſudoribus ſalus comparatur. *Ibidem, lib. 3. cap. 103. fol. 140. pag. 1. C.*

24. Laboris & quietis repetita identidem viciſſitudo, laſſitudinem laborantes ſentire non ſinit. *De Inſtitut. Monachor. ſermone 1. ſub finem, fol. 39. pag. 2. edit. Pariſ. 1550.*

25. Labores quibus diutino uſu aſſueveris, minùs offendunt, ſi inciderint in exercitatum. *Orat. 2. de laude jejunii, ante med. fol. 85. pagina 2. tom. 1. edit. Pariſienſi 1550.*

S. BERNARD. 26. Omnis laboris remedium, alterius laboris initium eſt. *Sermone de primordiis. in medio, fol. 95. col. 4. littera M.*

27. Cauſam laboris quiſque cogitet in labore; ut ipſa ei pœna, quam patitur, culpam pro qua patitur, repræſentet. *Sermone 4. ad fratres ab initio, fol. 109. col. 2. D.*

28. Qui in labore hominum non ſunt, in labore dæmonum profectò erunt. *Serm. 23. ſup. Cant. poſt med. fol. 152. col. 2. D.*

29. Multa quæreſ quis otioſus, poſt laborem ſumes cum deſiderio. *Ep. 1. ad Robertum Nepotem ſuum, poſt med. fol. 205. col. 2. E.*

30. Nullus ibi apparet labor, ubi verus eſt amor. *Sermone 14. de Cœna Domini, ante med. fol. 118. col. 3. littera G.*

S. BONAVENT. 31. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus, ſed malorum nullus. *Super Luc. cap. 6. pag. 78. columna 2. D. tom. 2.*

32. Miſera ſanè & extremæ dementiæ commutatio, humanum declinare laborem, & præparatum diabolo ſtridorem eligere ſempiternum. *Ser. 4. in die Ciner. in fin. pag. 63. col. 1. tom. 3.*

33. Quis unquàm ſine labore dives? quis ſine labore aliquam artem didicit? quis abſque labore ſapiens eſſe poterit? *Sermone 2. de S. Gregorio, ante fin. pag. 243. col. 2. tom. 3.*

S. BONAVENT. 34. Guſtata utilitas & ſuavitas virtutis, lenit pondus laboris. *Lib. 1. de profect. Relig. part. 1. cap. 3 in principio, pagina 560. columna 2. littera E. tomo 7. parte 4.*

S. CYRILLUS ALEX. 35. Ne terreat quemquam labor, etiamſi vitæ laudabilis aſpera ſe oſtendat via, etiamſi difficilis atque ardua ad virtutem ſemita proponatur. *Proſecutio.*

36. Non eſt enim, non eſt cuiquam datum, ut exiguos erogando labores, actionum præſtantiſſimarum eximiis opibus diteſcere liceat: ſed perpetuò ſudoribus proportione reſpondent, qui ex illis exiſtunt fructus. *Hom. 15. de feſtis Paſchal. ante medium, pag. 176.*

S. CYRILLUS HIEROSOL. 37. Promptior fit omnis operarius ad perferendos labores, ſi præmium laborum præviderit: qui verò ſine præmio laborant, & anima & corpus illis concidit. *Catecheſ. 18. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 447. col. 1. A. edit. Colon. 1618.*

S. EPHRÆM. 38. Honeſtos labores laborioſè ac ſtudioſè ſuſcipito, ut labores inanium laborum effugias. *Proſec.*

39. Juſtorum enim labores, fructum vitæ proferunt: at labores peccatorum, laqueis & ærumnis pleni ſunt. *De recta vivendi ratione, cap. 25. pag. 41. littera D. tom. 1.*

S. EUSEBIUS EMISSEN. 40. O quanti, & quàm diuturni labores ſubitò pereunt, dùm id quod acquirere ſtudemus, cuſtodire negligimus! *Hom. 4 ad Monach. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 582. columna 1. A. edit. Colon. 1618.*

41. Valdè dura & nimia dolenda conditio, omni intentione ſtudium laboris impendere, & fructum non recipere poſt laborem. *Ibidem, à medio. pagina 582. columna 1. B.*

42. Opus eſt ut laborem corporalem, ſpiritualis fructus ſubſequatur. *Ibidem, Hom. 8. ante med. pag. 585. col. 1. A.*

S. FRANCISCUS ASSISIAS. 43. Laborandum & cuique exercitandum eſt in opere, ne otio deditus per illicita corde aut linguâ vagetur. *In ſuis Opuſcul. oraculo 17. pag. 502. tom. 3.*

S. GREGORIUS MAGN. 44. Nonnulli hominum ita otioſæ mentis ſunt, ut ſi eos labor occupationis excipiat, in ipſa operis inchoatione ſuccumbant. *Proſec.*

45. Et nonnulli ita inquieti ſunt, ut ſi vacationem laboris habuerint, graviùs laborent: quia tantò deteriora cordis tumultua tolerant, quantò eis licentiùs ad cogitationes vacat. *Lib. 6. Moral. cap. 17. ante med. num. 26. col. 204. littera A. tom. 1.*

46. Laborantem conſolari, eſt pariter in labore perſiſtere: quia ſublevatio eſt laboris, viſitatio collaborantis. *Ibidem, libro 5. cap. 5. poſt initium, col. 135. A.*

47. Cum labore, quæ æterna ſunt mens diſcit; ſed horum repentè obliviſcitur, ſi laborare deſierit. *Ibidem, libro 8. cap. 20. in medio, num. 22. columna 268. littera C.*

48. Sæpè agitur in animo perfectorum, quòd cùm laborem ſuum ſine fructu eſſe conſiderent, in locum alium ad laborem cum fructu migrant. *Libro 2. dialogi, cap. 3. ante finem, columna 1356. littera A. tom. 1.*

49. Quibuſdam pravis mentibus nihil eſt laborioſius, quàm ſi eis præcipiatur ut in hujus mundi actibus non laborent. *Hom. 10. ſup. Ezech. ante med. ſup. illud, Oſee 10. Ephraim vitula docta: &c. col. 158. littera D. tom. 2.*

50. Unuſquiſque quantò amplius pro æterna vita laborare conatur, tantò ferventiùs ad laborandum ſancti Spiritus ardore ſuccenditur. *Libro 6 in primum Regum, cap. 3. in medio, columna 1615. litt. B. tom. 2.*

HAIMO. 51. Laborare debet homo undè vivat, non undè dives efficiatur. *Ser. Dom. 16. poſt Pent. circa med.*

S. HIERONYM. 52. Labore terreris? at nemo athleta ſine ſudore coronatur. *Epiſt. 1. ad Heliodor. circa finem, pag. 4. D. tom. 1.*

53. Nihil ſine magno labore vita dedit mortalibus. *Tom. 1. Epiſt. 13. ad Paulin. ſub finem, pagina 105. littera A.*

54. Quamvis magnus, facilè contemnitur labor, ubi non tàm laboris quantitas, quàm ejus utilitas cogitatur. *Tom. 4. Ep. 5. ad Virginem in exilium miſſam, circa med. pag. 34. D.*

55. Ad contemnendos labores, experimenti opus eſt uſu. *Tom. 4. Epiſt. 6. ad Amicum. poſt med. pag. 40. lit. D.*

56. Magis quilibet labor ſuſcipitur, ſi ante oculos præponatur ipſius laboris utilitas. *In Regula Monachorum, cap. 18. de laude Religion. ante med. pag. 285. A. tom. 4.*

57. Nihil injuſtius eſt, quàm alterius labore alterum perfrui: & hoc juſtiſſimum eſt, ut ſuo quis labore frueretur. *Sup. Eccleſiaſten, cap. 2. ſup. illud, Non eſt bonum homini, &c. pag. 70. A. tom. 7.*

58. Pius labor, ſed periculoſa præſumptio. *Super Evangelia. in princ. Præfat. tom. 9.*

59. Labor exercendus eſt, ſolicitudo tollenda. *Lib. 1. ſup. Matth. cap. 6. ſup. illud, Ne ſoliciti ſitis, &c. pag. 22. B. tom. 9.*

60. Omnia ſunt cum labore, ſola charitas ſine labore eſt. *Lib 3. ſup. Epiſt. ad Galat. cap. 5. in illud, Per charitatem ſervite, &c. pagina 190. littera B. tomo 9.*

61. Qui experiuntur ſemetipſos, ex labore proprio diſcunt ignoſcere laborantibus. *Super Ep. ad Epheſ. ante med. Proœmii. pag. 103. A. tom. 9.*

S. HILARIUS. 62. Labor miniſterium corporis eſt, fructus verò merces laboris. *Super Pſalmum 127. ante med. fol. 92. columna 1.*

HUGO A S. VICTORE. 63. Labore caro affligitur, otio nutritur. *Lib. 2. de clauſtr. anim. cap. 14. in fine, pagina 46. littera D. tom. 2.*

HUGO CARD. 64. Ut delectet labor, Dominus condimentum triplicis herbæ apponit, dans.
- Pietatem in intentione.
- Alacritatem in affectione.
- Humilitatem in executione. *Super Geneſ. cap. 48. Myſticè fol. 70. col. 3. tom. 1.*

S. IGNATIUS MART. 65. Præſens labor modicus, multa autem (quæ hinc expectatur) merces eſt. *Epiſt. 4. ad Mariam Caſſobolitem. in fine, apud Bibl. Patr. tom. 1. pag. 78. col. 1. C. edit. Colon. 1618.*

66. Ubi laboris plus eſt, ibi & plus emolumenti. *Ibidem, Epiſt. 11. ad Polycarp. Epiſc. Smyrn. ab init. pag. 89. col. 1. B.*

IOAN. CASS. 67. Semper æquanimiùs quælibet fatigatio ſuſtinetur, & ſine faſtidio labor impenditur, ſi interjecta ei viciſſitudo quædam, vel operis immutatio qualiſcumque ſuccedat. *De Cœnob. inſt. lib. 3. de noct. Orat. cap. 11. in fine, pag. 65.*

S. IOANNES CHRYSOST. 68. Labor eſt parvi temporis, merces autem laboris finem non habet, neque cedit tempori, neque marceſcit; ſed perpetua eſt & immortalis. *Hom. 42. ſup. Gen. poſt init. col. 345. A. tom. 1.*

69. Laboris deſidiâ inſoleſcit hoſtis ſævitia. *Serm. de Geneſi. in medio, col. 539. D. tom. 1.*

70. Omnia Deus poſuit in labore, ut in omni re mercedem præparet. *Hom. 29. ſup. Matth oper. imperf. in med. col. 927. D. tom 2.*

71. Servus laborando oculos heri ſui reſpicit, mercenarius operator ad operis ſui dominum præmia daturum, diſcipulus ad præceptorem. *Sermone 17. ſuper Epiſt. ad Rom. in Morali. poſt med. col. 208. lit. B. tom. 4.*

72. Labor Chriſtiani occaſio eſt præmiorum futurorum.

rorum. *Homil. 42. ſup. 1. Cor. poſt medium, col. 665. A. tom 4.*

S. IOANNES CHRYSOSTUM. 73. Non propter ſpem regni cœleſtis, ſed ut Deo placeat, viro bono eſt laborandum. *Ibidem, ante finem, columna 671. D.*

74. Labor immenſus in mundanis, fructus autem parvus, & ſæpiùs ne parvus quidem. *Homil. 9. ſuper 2. Cor. in Morali, poſt medium, columna 750. littera D. tom. 4.*

75. Sufficit tibi labor, quem pateris in vita propter uſus neceſſarios: noli ſuperfluè pro ſuperfluis laborare, ne labor quidem fiat tuus, fruitio autem alterius. *Homil. 16. ſuper Matth. oper. imperf. in fine, columna 852. D. tom. 2.*

JOAN. GERS. 76. Facilis labor, quem amor operatur. *Ser. Septuageſ. ante med. part. 2.*

JOAN TRITH. 77. Habet labor iſte ſolatium, quem divini amoris confirmat incendium *Lib. 2. de vir. illuſtr ord. S. Bened. cap 145. ante medium. pagina 62. columna 1.*

78. Habet labor ipſe ſolatium, quem amor inflammat. *Orat. 2. in conventu Abbat. ante fin. pagina 855. columna 2.*

S. ISID. PELUS. 79. Satius ac præſtabilius eſt, à laboribus ad requiem, quàm à voluptate ad cruciatum proficiſci. *Libro 2. Epiſt. 174. ad Theodoſ. Presby. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 550. col. 1. A. edit. Colon. 1618.*

LACT. FIRM. 80. Laborum præmii ſpes, magnum affert præclarumque ſolatium. *Lib. 6. de div. Inſt. cap 9. prope fin. pagina 252.*

81. In ſuſcipiendis perferendiſque laboribus, vis officiumque virtutis eſt. *Ibid. lib. 3. cap. 8. ante finem, pag. 105.*

82. Certè nullus labor eſt recuſandus, quo id acquiratur, quod nullo modo poſſit amitti. *Ibid. lib. 6. cap 4 poſt medium. pag. 243.*

S. LAURENT JUSTIN. 83. Dùm plus juſto caro per inordinatos labores affligitur, etiam ab exercitatione boni operis enervatur. *De ligno vitæ. Tract. 11. de Sobriet. cap. 4. ab init. pag. 62 col. 1. D. part. 1.*

S. LAU J. 84. Libetiùs ſuſcipitur labor pro deſiderio voluptatis, quàm pro amore virtutis. *Serm. 11. Quadrag. poſt initium.*

MINUTIUS FELIX. 85. Vires & mentis & corporis, ſine laboris exercitatione torpeſcunt. *In ſuo Octavio. ante finem, apud Bibl Patr. tom. 3. pag. 10. col. 1. C. editionis Colon. 1618.*

S. NILUS. 86. Ille laborioſus eſt, cui non tempus ſuperat. *Paræneſ. 21. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. editionis Coloniensis 1618.*

87. Cùm ad labores manum moveris, lingua pſallat & mens oret *Ibid. Paræneſ 80*

S. PETR DAM. 88 Si laboris delectat exercitium, habet ſancta quies laborem ſuum *Lib. 6 Ep. 5. ad Monach. Clunіacen. poſt medium, pag. 85. col. 1. C. tom. 1.*

PHILO JUD. 89. Mortali nemini adipiſci bona ſine labore datum eſt. *Lib. 2. de ſacrific. Abel. longè ante medium, pag. 191. tom. 1.*

90. Qui otium ut noxium fugiunt, ad laborem ſe applicant. *Libro Quòd omnis probus liber ſit. ante med pag. 1180. tom. 2.*

S. SYNESIUS EPISCOPUS. 91. Regium corpus minimè labore tentatur: quiſquis enim palàm laborem expeſſit, nequaquàm labore vincitur. *De Regno ad Arcadium Imperat. ante medium, apud Biblioth. Patrum, tom. 5. part. 1. pagina 49. columna 1. B. edit. Colon. 1618.*

92. Laboris ceſſatio ſæpè aliorum laborum initium eſt *In Cataſtaſi. ante fin. pag. 127. columna 1. B. apud Bibl. Patr. &c.*

S VALERIAN. EPISCOPUS. 93. Nihil eſt quod non labor exuperet, ſi tamen in alteram partem, ut aſſolet, animus non declinet. *Homil. 3. de arcta via in princ apud Bibl Patr. tom. 5. parte 3. pag. 478. col. 2. G. edit. Colon. 1618.*

94 Non poteſt fieri ut corpus aſſueſcat labori, niſi voluntas obtemperet laboranti. *Ibid. ante med. pagina 479. col. 1. littera A.*

95. Omnem profectò modum ſacrilegæ ſuperſtitionis exceſſit, qui in laboribus juſtis partem Deo ſubtrahit, à quo ſapientiæ ſpiritum accepit *Profec.* S. VALERIAN. EPISC.

96. Omnia itaque laborum inſignia ad Deum referenda ſunt, ne ſancti Spiritus dona reſcindat *Ibid. Hom. 11. in princ. pag 488. col 1. A.*

97. Quiſquis ſervus in domini poſitus poteſtate laboraverit, neceſſariò domini eſt: habet quidem gratiam laboris ſui, ſed domino debet fructum operis impleti. *Ibid. poſt med. pag 488. col. 2. littera G.*

98. Omnis labor qui ſupervenit homini, victoria eſt illi *In ſent. in fine poſitis. pag. 999. columna 2. ſentem. 68.* IN VIT. PAT.

99. Beatus, qui ſuſtinet laborem cum gratiarum actione. *Ibidem, ſent 90. pag. 1000. col 1.*

100. Ex laboribus fructus eſt, non ex fructibus labor; hoc miniſterium corporis eſt. fructus verò merces laboris. *Serm. de Pſ. 127. ante medium, apud Bibl. Patr. tom. 3.* S. ZENO EPISCOPUS ET MART.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

101. Labor exſiccat. *De diuturn. & brevit. vitæ. poſt medium, tom 1.* ARISTOTEL.

102. Eſt mollitiei laborioſa fugere. *Lib. 3. Ethic. ad Nicomach. cap 7. in fine, tom. 2.*

103. Simul mente & corpore laborare non oportet, cùm invicem impedire nata ſint: labor quidem corporis mentem, mentis autem corpus. *Lib 8 Politic. cap. 4. in calce. tom. 2.*

104. Mollities & mollis eſt ſuccumbens laboribus: non certè omnibus, ſed quos alius aliquis neceſſariò duxerit ſuſtinendos. *Libro 2. magnor. Moral. cap. 6. poſt medium, tom. 2.*

105. Conſerva potiùs, quæ ſunt jàm parta labore: CATO POETA

Cùm labor in damno eſt, creſcit mortalis egeſtas. *Lib 1 diſtich. Metr. 76.*

106. Suavis eſt laborum præteritorum memoria. *Libro 2. de finib. poſt med num. 105. tom 4.* CICERO.

107. Conſuetudo laborum, perpeſſionem dolorum efficit faciliorem: nam ferre laborem, contemnere vultus conſuetudo docet. *Libro 2. Tuſcul. quæſt. circa medium, tom. 4.*

108. Moderati labores efficiunt, ut corpora ſint benè conſtituta. *Tom. 1. ſizygia 2. de Philoſoph. ante med. pag. 134. B.*

109. Interdùm continuatus labor, firmiores facit: ſæpè quos labor roboraverat, deſidia conſumpſit. *Lib. 1. Controverſ 8. circa med. pag 84 tom. 1.* SENECA.

110. Non eſt vir fortis & ſtrenuus, qui laborem fugit *Ep. 22. ante med. pagina 567. tom. 2.*

111. Generoſos animos labor nutrit. *Ep. 31. circa med pag. 582. tom. 2.*

112. Nullum laborem recuſant manus, quæ ad arma ab aratro transferuntur. *Ep. 51. a medio, pagina 612. tomo 2.*

113. Pigro ſupplicii loco labor eſt. *Epiſt. 71. poſt med. pag. 666. tom 1.*

114. In quibus præcedere debet labor, hæc tibi opta evenire poſt laborem. *Sent. 117. pag 65. col. 2. littera E. apud Bibl. Patr. tom 3. edit. Colon. 1618.* SIXT. PHILOS.

115. Quantum laboras pro corpore, ſi tantum labores pro animo, ſapiens eris. *Ibid ſen. 291. pag. 66. col 2. F.*

Vide etiam tit. Difficultas. ſent. 55. Dolor. ſent. 60. Felicitas. ſent. 19. 20. 50. Humilitas. ſent. 129. Meritum. ſent. 52. Paſſio in genere. ſent 64 Peregrinatio ſent. 13. Remiſſio animi ſent 33. Remuneratio. ſent. 8. 9 10 19 24 48. Requies. ſent. 38. Tempus. ſent. 122 Vanitas. ſent. 27. Vita humana. ſent. 9. Uſus. ſent. 53.

Digitized by Google

Lachryma.

DIVISIO, DIFFERENTIA, COMPARATIO.

Diviſio.

S. BONAVENT.

Tres ſunt ſpecies lachrymarum.
- Amara.
- Calida.
- Dulcis.

- Amara, cùm pro ſe effunditur.
- Cali la, cùm pro aliis emittitur.
- Dulcis, cùm pro deſiderio regni cœleſtis fletur. *Expoſ. 1. ſup. Pſalmum 118. in illud, Exitus aquarum, &c. pag. 151. columna 2. littera A. tom. 1.*

Eſt
- Fletus compunctionis.
- Fletus compaſſionis.
- Fletus devotionis.

Tit. 7. diatæ, cap. 3. in princ. pag. 310. col. 1. E. tom. 6. part. 1.

Differentia.

S. EPHRAÏM.

Tres ſunt lachrymarum differentiæ.
- Sunt lachrymæ quædam rerum apparentium, & eæ amaræ valdè ſunt, & vanæ.
- Sunt lachrymæ doloris ac pœnitentiæ, & illæ ſunt dulces, & utiles vehementer.
- Sunt lachrymæ impœnitentiæ, ubi fletus eſt, & ſtridor dentium, & hæ acerbæ valdè ſunt, & inutiles. *De timore Dei, circa finem, pag. 512. littera B. tom. 3.*

Comparatio.

HUGO S. VICTORE.

Sicut ſol poſt pluviam clarior fulget, ſic Chriſtus poſt irrigationem lachrymarum benignior apparet. *Lib. 1. de Clauſtro animæ. cap. 7. poſt initium, pagina 57. littera C. tom. 2.*

Sententiæ Patrum.

S. AMBROSIUS.

1. Si qui non habent quod fleant, lapſus fleant peccantium: etenim qui aliorum lapſus fleverint, ſuos evehunt. *In exhort. ad virgines, longè poſt med. col. 116. A. tom. 1.*

2. Piis eſt affectibus quædam etiam flendi voluptas, & plerumque gravis lachrymis evaporat dolor. *De obitu Valentiniani Imperat. non longè a medio, col. 449. B. tom. 3.*

3. Non ſolus dolor lachrymas habet, habet & lætitia lachrymas, & pietas fletum excitat, & oratio ſtratum rigat. *De obitu Satyri fratris ſui, poſt init. col. 455. D. tom. 3.*

4. Ipſæ dulces ſunt lachrymæ, ipſi fletus jucundi quibus reſtinguitur ardor animi, & quaſi relaxatus evaporat affectus. *Ibidem, ante finem, columna 465. littera A.*

5. Flere in oratione, virtutis eſt. *Ibidem, circa finem, col. 465. C.*

6. Flere familiare virginibus eſt quibus mollior ſexus tenerior affectus contuitu communis fragilitatis. *Ibidem.*

7. Lachrymæ, tacitæ quodammodo preces ſunt; veniam non poſtulant, & merentur: cauſam non dicunt, & miſericordiam conſequuntur. *Sermone 46. circa medium, columna 741. littera B. tom. 3.*

8. Antequàm fleret Petrus, lapſus eſt: poſtquàm flevit, erectus eſt; & qui ante lachrymas prævaricator extitit, poſt lachrymas paſtor aſſumptus eſt. *Ib. in calce, col. 741. C.* S. AMBROSIUS.

9. Neſcit flere, qui flenda adhuc committit: & cùm ſit ipſe lachrymabilis, non habet culpæ lachrymas ſuæ. *Super Pſalm. 118. ſer. 7. verſ. 7. ante med. col. 1475. C. tom. 4.*

10. A ſancto viro plus culpa, quàm ærumna defletur. *Ibidem, ſermone 18. verſ. 8. in fine, col. 1569. littera C.*

11. Ablue te lachrymis tuis, lava te fletibus: ſi tu ipſe te fleveris, alius te non flebit. Nam ſi Saül fleviſſet peccata ſua, Samuel eum non fleviſſet. *Libro 5. ſuper Lucam, cap. 6. in illud, Beati qui nunc fletis, col. 1687. B. tom. 5.*

12. Qui flet, non ſuperbit, ſed mitis eſt & pacatus: qui luget, humiliatur. *Ibidem.*

13. Lachrymas Petri lego, ſatisfactionem non lego: ſed quod defendi non poteſt, ablui poteſt. *Proſecutio.*

14. Lavant lachrymæ delictum, quod voce pudor eſt confiteri.

15. Et veniæ fletus conſulunt, & verecundæ lachrymæ ſine horrore culpam loquuntur.

16. Lachrymæ crimen ſine offenſione verecundiæ confitentur.

17. Lachrymæ veniam non poſtulant, ſed merentur.

18. Bonæ lachrymæ, quæ lavant culpam: quos Jeſus reſpicit, plorant delictum.

19. Negavit primò Petrus, & non flevit, quia non reſpexerat Dominus.

20. Negavit ſecundò, & non flevit, quia adhuc non reſpexerat Dominus.

21. Negavit & tertiò, & reſpexit Jeſus, & ille amariſſimè flevit.

22. Flevit amariſſimè Petrus, flevit ut lachrymis ſuum poſſet lavare delictum: & tu ſi veniam vis mereri, dilue culpam lachrymis tuam. *Libro 10. ſuper Lucam, cap. 22. in illud, Neſcio quid dicas, col. 1787. A. B. tom. 5.*

23. Qui lapſus es, Petre? antequàm fleres: poſtquàm fleviſti erectus es, ut alios regeres, qui teipſum ante non rexeras. *Ibid. &c. C.*

24. Quis poſt baptiſmum inquinamus vitam, baptizemus in lachrymis conſcientiam. *Proſec.*

25. Inquinati poſt aquam ſalutis, renaſcamur in lachrymis. *Et habet. apud Bedam. tom. 7. in ſcintillis. cap. 6. col. 180.*

26. Magna virtus in lachrymis eſt, & præclara per eas fiunt: magna enim peccata, & iniquitates per lachrymas obliterantur. *De Virginit. poſt med. col. 616. D. tom. 3.* S. ATHANAS. MAGNUS.

27. Numquàm divinitas preces ac lachrymas deſpicit peccatorum. *Ep. 197. ad Boniſac. in princ. pagina 21. B. tom. 2.* S. AUGUSTIN.

28. Valdè durus cujus mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare. *Proſec.*

29. Sciat culpabiliter ſe durum, qui defles damna temporis, & dolorem peccati lachrymis non oſtendit. *De vera & falſa pœnitent. cap. 9. in fine. pag. 744 C. tom. 4.*

30. Ubi fuerint lachrymæ, ibi ſpiritualis ignis accenditur, qui ſecreta mentis illuminat. *De ſalut. documenț. cap. 41. circa medium, pagina 761. littera B. tom. 4.*

31. Quantò quiſque eſt ſanctior, & deſiderii ſancti plenior, tantò fit ejus fletus uberior. *Libro 20. de Civit. Dei, cap. 17. in medio, pagina 417. littera B. tom. 5.*

32. Plorat in gemitu, qui orat: dulciores ſunt lachrymæ orantium, quàm gaudia vanitantium. *Sup. Pſ. 127. pag. 1026. D. tom. 8.*

33. Multi

S. Augustin. 33. Multi flent fletu babylonico, quia & gaudent gaudio Babylonis: quia gaudent lucris & flent damnis, utrumque de Babylonia eſt. *Profec.*

34. Flere debes, ſed recordando Syon: ſi recordando Syon fles, & quando tibi ſecundum Babyloniam bene eſt, oportet ut fleas. *Sup. Pſ. 136. poſt initium, verſ. 1. Super flumina Babylonis, &c. pag.* 1077. *B. tom.* 8.

35. Veræ conſolationis & lætitiæ teſtes & nuntii, ſunt ſuſpiria & lachrymæ *De ſcala paradiſi cap 6. in principio, pag.* 560. *littera D. tom.* 9.

36. O felices lachrymæ! per quas maculæ interiores purgantur, per quas peccatorum incendia extinguuntur. *Ibidem.*

37. Sicut comes pœnitentiæ dolor eſt, ita lachrymæ teſtes doloris ſunt. *Hom.* 50. *ex quinquag. Hom. poſt init. pagina* 379. *A. tom.* 10.

38. Lachryma ſancta motus illicitos extinguit, paradiſum aperit, infernum claudit. *Profec.*

39. O felix lachryma! tu carnalem cogitationem extinguis, peccatorum morbum expellis, virus culpæ evomis.

40. O felix tabula! ô vitalis navicula! per quam naufragus redire poteſt ad portum ſalutis.

41. O aqua ſalutaris! per quam omne peccatum deſtruitur: ô vita! per quam ad paradiſum graditur.

42. O ſpiritale conductum! per quod de invio ad viam tranſitur.

43. O felix lavacrum lachrymarum! quod toties vales ad purgandum, quoties purgatione indiget cor humanum.

44. Hæc eſt herba cœleſtis illius fullonis, qua veſtes ſervorum ſuorum deturpatas à ſorde quotidie purgat.

45. Hoc eſt cœleſte nitrum, quod de rore divinæ gratiæ confectum, abſtergit maculas peccatorum.

46. Hoc eſt lixivium, quo interioris hominis caput optimè abluitur. *Ser.* 11. *ad fratr. in Eremo poſt medium, pag.* 925. *B. tom.* 10.

47. Fieri non poteſt, ut filius lachrymarum pereat. *Lib.* 3. *Conf cap.* 12. *circa fin.*

S. Basilius Magnus. 48. Lachrymæ erumpentes, afflictionis copiam diſcutiunt. *Epiſt.* 69. *in princ. fol.* 170. *pag.* 2. *tom.* 2. *edit Pariſ.* 1550.

S. Basilius Seleuc. 49. Peccatum lachrymis curatur, peccatum lamentis expurgatur, animæ illuvies oculorum fontibus extergitur. *Orat.* 17. *ſub finem, apud Bibliothecam Patr tom.* 5. *part.* 3 *pag* 434. *col.* 2. *littera E. edit. Colonienſis* 1618.

S. Bernard. 50. Lachrymæ pœnitentium vinum Angelorum ſunt, eoquòd in illis vitæ odor, ſapor gratiæ ſit, indulgentiæ guſtus, reconciliationis jucunditas, ſanitas redeuntis innocentiæ, ſerenatæ ſuavitas conſcientiæ. *Serm.* 30. *ſuper Cant. poſt initium, fol.* 159. *columna* 3 *littera G.*

51. Quid dulcius lachrymis charitatis? flet charitas, ſed ex amore, non ex mœrore: flet ex deſiderio, flet cum flentibus. *Ibidem, ſerm.* 58. *circa finem, fol.* 181. *columna* 1. *C.*

S. Bonavent. 52. Viri ſancti in tribulatione, vel contritione vehementi, non ſolent parcere oculis. *Super Lamentation. Hierem. cap.* 2. *circa med. pagina* 426. *columna* 2. *A. tom.* 1.

53 Peccator es, melius eſt tibi lachrymas fundere, quàm perire. *Serm. de S. Catharina, circa med pag.* 291. *columna* 2. *tom.* 3.

54. Quantò quiſque ſanctior eſt, & ſancto deſiderio plenior, tantò eſt in orando ejus fletus uberior. *Serm.* 5. *de uno Confeſſ. & in ord.* 27. *ante med. pagina* 334. *columna* 2. *tom.* 3.

55. Vis amoris per lachrymas emanat: & ideò ubi amor non eſt, lachryma ceſſat. *Tit.* 7. *diata. cap.* 3. *poſt med. pag.* 311. *col* 1. *littera A. tom.* 6.

S. Bonavent. 56. Lachryma
- Spiritum contritum lavat.
- Ipſum devotum levat.
- Spiritum malignum necat.
- Terram cordis irrigat.
- Sitim ſedat.
- Orando efficaciter impetrat.

Ibidem, &c.

57. Flammam ſuggeſtionis extinguit citiùs aqua lachrymarum. *Ibidem, circa finem, pagina* 311. *col.* 1. *littera C.*

58. Lachrymarum effuſio peccatorum vulnera lavat, & mundificat. *De ſex alis Cherubim. Ala.* 2. *Penna* 2. *pag.* 644. *col* 2. *D. tom.* 7.

Cassiodorus. 59. Fletus cibus eſt animarum, corroboratio ſenſuum, abſolutio peccatorum, refectio mentium, lavacrum culparum. *Super Pſalmum* 41. *poſt initium, verſ.* 3. *Fuerunt mihi lachrymæ, &c. fol.* 63. *columna* 1.

60. Lachrymæ, quæ in conſpectu Domini ponuntur, jucundæ ſunt: quia non cruciant, ſed à cruciatibus liberant. *Super Pſalmum* 55. *à medio, verſ.* 8. *Poſuis lachrymas meas, &c. folio* 84. *columna* 2.

S. Cyrillus Hierosol. 61. David pœnitens vindicabat lachrymis concupiſcentem oculum. *Catheſ.* 2. *poſt medium, apud Bibliothecam Patrum, tom.* 4 *pag.* 400. *col.* 1. *D. edit. Colon.* 1618.

Dionysius Carthus. 62. O humilis lachryma! tua eſt potentia, tuum eſt regnum: tribunal judicis non vereris, accuſatoribus effundentium te imponis ſilentium. *Profec.*

63. Non eſt qui te accedere vetet, nec vacua redis: magis affligis diabolum, quàm infernale ſupplicium; tu vincis invincibilem, & ligas omnipotentem. *Super Hymn. Quadrag. ad Veſperas. circa initium, fol.* 147. *littera E.*

S. Sergius. 64. Magnus profectus eſt lachrymarum; plorando ſervus propitiatur Domino, filius lachrymis mitigat patrem, & aſperam matrem plorans mulcet parvulus. *Profec.*

65 Ira & peccator profuſis fletibus removet iram Dei: Petrus enim trinam negationem lachrymis diluit. *Homil.* 11. *ſub finem, apud Bibl. Patr. tom.* 7. *pag.* 248. *columna* 2. *E. edit. Colon.* 1618.

66 Lavatur & mundus eſt, qui & præterita plangit, & flenda iterum non admittit. *Profec.*

67. Lavatur & non eſt mundus, qui plangit quæ geſſit, nec deſerit: & poſt lachrymas, ea quæ fleverat repetit. *Ibidem, Homil.* 8. *poſt medium, pagina* 243. *col.* 1. *B.*

S. Ephræm. 68. Ubi lachrymæ abundant, ibi cogitationes ſordidæ non approximant. *Et habetur apud Bedam. tom.* 7. *in ſuis ſimilibus, cap.* 6. *col.* 381.

S. Eusebius Emissenus. 69. Multo opus eſt fletu, multo gemitu, multo dolore cordis, ad ſanandos ipſius cordis dolores. *Hom.* 5. *ad Monach. ante medium.*

Franciscus Titel. 70. Non poteſt ſæculi convivis tàm eſſe ſuavis cujuſcunque liquoris per os & guttur ingurgitatio, quàm eſt peregrinis Dei per natantes oculos, lachrymarum effuſio. *In Annot. ſuper Pſalm.* 41. *verſ.* 3. *pagina* 370. *ſect.* 1.

S. Fulgent. 71. Humilium fletus, magnus eſt concupiſcentiæ carnalis interitus. *Epiſt.* 4. *ad Probam, capite* 5. *in medio.*

72. Lachrymæ quæ ex compunctione cordis veniunt, & inimicum vincunt, & nobis donum lætitiæ triumphalis acquirunt. *Ibidem.*

Gloss. Int. 73. Lachrymæ pondera vocis habent: impetrant, non ſupplicant. *Super Judith. cap.* 8. *col* 1577. *lit. A. tom.* 1.

GLOSS. ORD. 74. Lachrymæ conſolantur, quibus crimina abluuntur. *Sap. Thren. cap. 3. col. 998. D. tom. 4.*

S. GREG. MAG. 75. Luctu ſuo anima paſcitur, cùm ad ſuperna gaudia flendo ſublevatur: & intùs quidem doloris ſui gemitum tolerat, ſed eò refectionis pabulum percipit, quò via amoris per lachrymas emanat. *Libro 5. Moral. cap. 7. circa init. ſup. illud Job 3. Antequam comedam ſuſpiro. col. 137. C. tom 1.*

76. Quò uberiùs culpa fletur, eò altior cognitio veritatis attingitur: quia ad videndum internum lumen, polluta dudùm conſcientia lachrymis baptizata renovatur. *Ibidem, libro 27. cap. 12. in fine, num. 16. col. 914. B.*

77. Quaſi ſus in lutoſa aqua ſemetipſum volvit, qui dùm fletibus ſuis vitæ munditiam ſubtrahit, ante Dei oculos ſordidas etiam ipſas lachrymas facit. *Parte 3. Paſtoral. cap. 1. Admon. 31. ab init. col. 1310 A.*

S. GREG. NYS. 78. Lachryma fidelis quædam cuſtos eorum eſt, qui veram quærunt virtutem. *De vita Moyſis. ante med. col. 122. B.*

S. HIERONYM. 79. O beata rerum commutatio! flevit, ut ſemper rideret. *Tom. 1. Ep. 27. ad Euſtoch. poſt med. pag. 179. littera B.*

HUG. A S. VICTORE. 80. Lachryma brevis eſt & clara, citò areſcit, valida eſt, amara & ſalſa. *Lib. 4. de propriet. rer. cap. 10. in principio, pag. 308. C. tom. 2.*

HUGO CARD. 81. Melius eſt aquas lachrymarum pro peccatis effundere, quàm vinum lætitiæ de bonis factis potare. *Super Eccleſiaſtea, cap. 7. folio 88. columna 4. tom. 3.*

S. INNOC. III. 82. Lachrymæ quantò amariores ſunt pœnitenti, tantò dulciores ſunt indulgenti. *Sup. Pſ. 6. poſt med. verſ. 6. fol. 110. col. 2.*

S. JOANNES CHRYSOST. 83. Sicut de magno gaudio fletus ſæpè procedit: ita de magno fletu, ſæpè naſcitur gaudium. *Ser. 1. Dom. 3. Advent. circa med. fol. 7. col. 2.*

84. Charitatis fletus, quolibet riſu, quolibet ſolatio ſunt amœniores. *Homil. 32. ſup. 1. Cor. poſt med. 580. D. tom 4.*

85. Non ſic quemquam riſus delectat, ſicut pro charis lachrymæ effuſæ. *Ibidem.*

86. Lachrymas amantum ſiſte, velut intolerabile quiddam, dolebunt. *Ibid.*

87. Nihil jucundius oculis illachrymantibus: peccata expurgant lachrymæ, faciem formoſam ac venuſtam exhibent. *Homil. 12. ſup. Epiſt. ad Coloſſ. circa med. col. 1315. D. tom. 4.*

88. Magnus eſt lapſus tuus, major ſit lachrymarum tuarum torrens: undè peccatum proceſſit, oriatur fons medicinæ. *Hom. 22. ad Popul. Antioch. poſt med. col. 207. A. tom 5.*

89. Magnus profectus eſt lachrymarum, ut plorando ſervus propitiet Dominum, filius lachrymis mitiget Patrem, & parvulus aſperam matrem plorans mulceat. *In ſermone de pœnit. poſt medium, columna 903. littera B. tom. 5.*

90. Lachrymæ ſunt, quæ radunt ſordes, & ſanant vulnera. *Ibidem.*

91. Lachrymæ ſunt, quæ pœnitentiam armant, indulgentiam provocant, cœlum pulſant, crimina delent, & conſcientiam degravant. *Ibidem.*

92. Rogum peccatorum jàm extinguimus, non aquis multis, ſed parvis cum lachrymis. *Hom. 5. de pœnit. poſt med. col. 865. C tom. 5.*

JOAN. GERS. 93. Lachrymæ de corde prodeuntes tantæ ſunt efficaciæ, quòd Deo imperant, ut omnia dimittat, eumque mitigant quantumcumque priùs fuerit ſuccenſus. *Serm. de querendo. Dom poſt med. part. 4.*

JOAN. TRITH. 94. Magna eſt utilitas lachrymarum: quia nullum eſt tàm grave peccatum, quòd contritio lachrymis non deleat comitata. *Lib. 1. Hom. 14. ad Monach. poſt med. pag. 471. col. 2.*

S. ISID. HISP. 95. Qui veras lachrymas indeſinenter fundit, & tamen peccare non deſinit; hic lamentum habet, ſed mundationem non habet. *Et habet. apud Bedam, tom. 7. in ſuis ſcint. pag. 380.*

96. Eſto tantùm pronus ad lamenta, quantum fuiſti pronus ad culpam. *Ibidem.* S. ISID. HISP.

97. Si deſunt exteriores lachrymæ, non deſint interiores: ſine illis potes placere Deo, ſine his non potes. *In can. vitæ ſpirit. cap 4. poſt init.* LUDOVICUS BLOSIUS.

98. Si deſunt tibi lachrymæ oculorum, ploret cor: & pro lachrymis quas non habes, offer Deo Patri lachrymas Chriſti. *In ſpeculo ſpirit. cap. 10. poſt medium.*

99. Lachrymæ verecundiæ conſulunt, pariter & ſaluti; nec erubeſcunt in petendo, & impetrant in rogando. *Hom. 3. de pœnit. Petri in medio, apud Bibliothecam Patr. tom. 5. part. 1. pagina 21. columna 2. H. editionis Colonienſis 1618.*

100. Utiliores lachrymarum preces ſunt, quàm ſermonum: quia ſermo in precando fortè fallit, lachryma omninò non fallit: ſermo interdùm non totum profert negotium, lachryma ſemper totum prodit affectum. *Ibidem.* S. MAXIMUS EP. TAURIN.

101. Videte quantum fletus profuerit Petro. Antequàm fleret, lapſus eſt: poſteaquàm flevit, electus eſt. Et qui ante lachrymas prævaricator extitit, poſt lachrymas paſtor aſſumptus eſt; & alios regendos accepit, qui priùs ſeipſum non rexit. *Ibidem, in calce, pagina 22. col. 1. B.*

102. Numquàm pauperem deſpicias lachrymantem, ne contrà deſpiciatur orationis tuæ lachryma. *Paraneſ. 158. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. edit. Colon. 1618.* S. NILUS.

103. Balneum bonum eſt animæ, orationis lachryma. *Ibidem, Paraneſ. 195. &c.*

104. Lachryma { PETRUS CELL.
Remollit aſpera.
Rigida recurvat.
Humectat arida.
Sterilia fœcundat.
Sordida lavat.
Decorat fœda.
Suſcitat emortua.
Reſerat clauſa.
Prohibita accelerat.
Intemperata temperat. *De panibus. cap. 12. circa initium, pagina 653. columna 2. littera G. editionis Colonienſis 1618.*

105. Lachryma {
Portas refringit inferi.
Carbones extinguit ferreæ fornacis.
Vincit invincibilem.
Ligat omnipotentem.
Naufragium eſt vitiorum portuſque naufragatorum. *Ibidem.*

106. Sathan tolerabiliùs ſuſtinet flammam ſuam, quàm peccatoris lachrymam; acriuſque contriti cordis lachryma, quàm flamma infernalis incendii torquetur. *Ibidem.*

107. Sterilis eſt omnis effuſio lachrymarum, quæ non effunditur propter regnum cœlorum. *Ibid. in medio, pag. 654. col. 1. C.*

108. Lachrymarum mador animam ab omni labe purificat, & ad proferenda virtutum germina cordis arva fœcundat. *Opuſcul. 13. cap. 12. poſt initium, pag. 517. col. 2. A. tom. 3.* S. PETRUS DAMIANUS.

109. Lachrymæ quæ à Deo ſunt, divinæ exauditionis tribunal fiducialiter adeunt, & impetrantes præſtò quod petunt, de peccatorum certâ remiſſione confidunt. *Ibidem.*

110. Lachrymæ ſunt in fœderandâ inter Deum & homines pace ſequeſtres. *Ibidem.*

111. Lachrymantes oculi diabolum terrent, & ſic lachrymarum

chrymarum

Digitized by Google

chrymarum erumpentium expavet impetum, ac ſi procelloſi nimbi grandinem, vel furentium undique ventorum effugiat tempeſtatem. *Ibidem, in fine, pagina* 518. *col.* 1. *C. tom.* 3.

THEOPHILACTUS. 112. Abſque compaſſione & lachrymis eſſe, beſtiarum eſt: multùm autem lachrymari, plorare, & contriſtari, mulierum. *Super Joan. cap.* 11. *in illud, Vidit eam plorantem, &c. pag.* 355. *A.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 113. Lachrymæ, quas mœrendo emittimus, calidæ ſunt; quas oculis laborando, frigidæ: quia frigidum incoctum crudumque eſt, calidum concoctum. *Sect.* 31 *Problem. quæſt.* 24. *tom.* 2.

114. Cùm lachryma cruda eorum ſit, qui valetudine oculorum laborant, non immeritò frigida eſt. *Ibidem.*

CICERO. 115. Nihil lachrymâ citiùs areſcit. *Lib.* 2. *de arte Rhetor. ad Herenn. in fine.*

116 Quid etiam eſt fletu muliebri viro turpius? *Libro* 2. *Tuſc quæſt. poſt medium. tom.* 4.

SENECA. 117. Plerumque omnis dolor per lachrymas effluit. *Lib.* 5. *Controverſ.* 30. *ante med. pag.* 227. *tom.* 1.

118. Lachryma eſt indicium inoptatæ rei. *Libro* 2. *declamat. controverſ.* 67. *circa medium, pagina* 325. *tom.* 1.

119. Lachrimæ pignora ſunt nolentium, & repugnantis animi vultus index *Profec.*

120. Nemo unquàm quod cupit, deflet: lachrymæ coacti doloris intra præcordia, & intolerabilis ſilentii eruptio. *Ibidem.*

121. Plerique lachrymas fundunt, ut oſtendant: & toties ſiccos oculos habent, quoties ſpectator deeſt: turpe judicantes non flere, cùm omnes faciant. *De tranquillit animi. cap.* 15. *ante med. pag.* 535. *tom.* 1.

122. Pro amicis lachrymandum eſt, non plorandum: per lachrymas argumenta deſiderii quærimus, & dolorem non ſequimur, ſed oſtendimus: nec ergo ſicci ſint oculi, nec fluant. *Epiſt.* 63. *circa init. pagina* 636. *tom.* 2.

Vide etiam tit. Compunctio. ſent. 10. 14. 15. 30. 34. 46. 50. 63. 80. *Damare. ſent.* 21. *Exaudire. ſent.* 112. *Peccatorum remiſſio. ſent.* 34. *Peregrinatio ſent.* 29. *Pœnitentia. ſent.* 130. 298. *Reſurrectio a peccato. ſent.* 47. *Servire Deo. ſent.* 146. *Viduitas. ſent.* 63.

Læſio.

DIVISIO.

HUGO CARD. LÆSIO triplex eſt.
- Propriæ conſcientiæ.
- Alterius conſcientiæ.
- Famæ.

Super Pſalmum 48. *fol.* 126. *col.* 4. *tom.* 2.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Nemo certè debet lædere, qui ſibi conſulit. *Lib.* 5. *Epiſt.* 29. *ad Theodoſium Imperat. ante finem, col.* 564. *A. tom* 3.

2. Non hæc ſola eſt forma juſtitiæ, ut non lædas eum, qui te non læſerit; ſed etiam illa ut etiam ei remittas, qui te læſerit. *Libro* 10. *Epiſt.* 82. *ad Vercellenſ. Eccleſiam, poſt medium, col.* 666. *littera D. tom.* 3.

3. Si te non læſit frater, obſequium meretur, ut diligas: quòd ſi forſitan læſit, magis obſequium meretur, ut vincas. *Sermone* 10. *in principio, columna* 699. *C. tom.* 3.

S. ANTONIN. 4. Lędit homo alterum quatuor modis.
- Per homicidium.
- Per adulterium.
- Per furtum.
- Per falſum teſtimonium. *Part.* 2. *tit.* 14. *cap.* 4 §. 9. *fol.* 201. *col.* 4.

5. Quantò perſona offenſa eſt dignior, tantò gravior eſt offenſio. *Part.* 4. *tit.* 14. *cap.* 5. §. 1. *paulo ante med. fol.* 222. *col.* 3.

S. ANTONIUS ABBAS. 6. Quicumque in proximum peccaverit in ſemetipſum delinquit: & qui malefecerit proximo, ſemetipſum efficit malum. *Ep.* 2. *ad fratres a medio, apud Bibl. Patr. tom.* 4. *pag.* 25. *col.* 2. *H. edit. Colon.* 1618.

S. AUGUST. 7. Qui alterum lædere conatur extrinſecùs, ſe vaſtat intrinſecùs: lædit enim animum ſuum, qui odit alterum. *De verbis Dom. ſermone* 16. *poſt initium, pag.* 46. *C. tom.* 10.

8. Quia aliquis te læſit, vis & tu lædere: qui te læſit ſua iracundia, tu illum vince tua patientia: qui te læſit ſua avaritia, vince illum tua miſericordia. *Serm.* 73. *ad fratr. in Eremo poſt init. pagina* 1015. *littera B. tom.* 10.

9. Homo es, homo eſt: lædere voluit, lædere vis; ecce duo mali eſtis. *Ibidem, poſt medium, pagina* 1016. *littera C.*

S. BASILIUS MAGNUS. 10. Difficile factu eſt, & multa diligentia opus habet, neque in parva, neque in majori re proximum lædere. *Super Pſ.* 14. *conc.* 3. *poſt med. verſ.* 4. *pag.* 74. *tom.* 1.

S. BERNARD. 11. Cùm quis alterùm læſerit, moveatur miſeratio, moveatur & indignatio tua: alteram læſo, alteram lædenti debes. *Lib.* 3. *de Conſid. ad Eugen. Pap. ante med. fol.* 278. *col.* 4. *K.*

12. Magnæ virtutis eſt, ſi non lædas à quo læſus es: magnæ fortitudinis eſt, ſi etiam læſus dimittas. *Sermone* 40. *ad Sororem in fine, fol.* 91. *columna* 2. *littera F.*

S. BONAVENT. 13. Si is, qui læſus eſt, fruſtrà orat, niſi indulſerit: quomodo putas orat is, qui læſus non eſt, ſi ipſe per injuſtitiam alios lædit, & gravat? *Super Lucam, cap.* 11. *in illud, Sicut dimittimus, &c. pag.* 137. *col.* 2. *D. tom.* 2.

14. Creaturæ, quæ lædunt homines, lędere cœperunt propter peccatum. *Ser.* 4. *Dom.* 11. *poſt Pent. poſt init. pag.* 174. *col.* 1. *tom.* 3.

15. Nullus malus lædit alium in perſona, niſi priùs lędatur in conſcientia. *Ser.* 4. *Dom.* 21. *poſt Pent. ante med. pag.* 204. *col.* 2. *tom* 3.

16. Qui nocetur aut injuriatur, & voluntariè parcit proximo, hic ſecundùm naturam Chriſti eſt: qui autem nec lædit, nec læditur, ſecundùm naturam Adæ eſt: qui lędit aut injuriatur, hic ſecundùm naturam diaboli eſt. *Libro* 1. *Pharetræ, cap.* 49. *in fine, pag.* 126. *col.* 2. *A. tom.* 6.

S. CLEMENS PAPA. 17. Magna impietas eſt in Deum, lædere hominem: omne ergo quod ipſe pati non vis, cùm facis alii, imaginem Dei iniquis injuriis fœdas. *Lib.* 5. *Recognit. fol.* 100. *pag.* 1.

S. DOROTH. 18. Melius eſt omnia corporea perire cum corpore, quàm in re quavis minima lædi animam. *Doctr.* 14. *ante finem, apud. Bibl. Patr. tom* 4. *pag.* 799. *col.* 2. *G. edit. Colon* 1618.

S. EUSEBIUS EMISSENUS. 19. Nemo miſer putetur, qui in fide, vel in animi virtute non læditur. *Homil. in Lucam, in fine, apud Bibliotb. Patrum, tom.* 5. *parte* 1. *editionis Colonienſis* 1618.

GLOS. ORD. 20. Verè utilius eſt, innoxium pœnâ graviſſimâ vitam finire; quàm lædendo fratrem mortem mereri perpetuam. *Super Lucam, cap.* 17. *columna* 925. *B. tom.* 5.

21. Tanta eſt offenſa, quantus ille qui offenditur. *Sup. Pſ.* 129. *col.* 1460. *F. tom.* 3. *Moraliter.*

S. GREGOR. MAGNUS. 22. Læſus in præſenti ſe ulciſci non deſiderat, qui

etiam tolerans parci optat : ſed tamen juſtè vindicari omnia extremo judicio non ignorat. *Part.3. Paſtor. cap. 1. Admonit. 10 prope med. col. 1267. B. tom. 1.*

S. Gregorius Taumat. 23. Is qui injuſtè læſus eſt, Deum auxiliatorem ac vindicem habet. *Sup. Eccleſ. cap. 3. in medio, apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colon. 1618.*

S. Hieronym. 24. Sæpè lædunt alii, quos lædere læſus non audet. *Tom. 2. Ep. 16. ad Theophil. circa medium, pagina 185. littera A.*

25. Nihil tàm contrarium, nihil tàm execrabile Deo, quàm aliquem lædere velle. *Tom. 4. Ep. 14. ad Mauritii filiam, ante finem, pagina 92 C.*

26. Etiamſi non lædamus, & tamen non ædificamus; mali verbi nobis luenda eſt pœna. *Libro 2. ſuper Epheſ. capite 4. in fine, pagina 228. littera C. tomo 9.*

27. Omnis læſio tribulatio eſt. *Super 2. ad Cor. cap. 6. in illud, In tribulationibus. pagina 334. littera B. tom. 9.*

Hugo Card. 28. Juſtus læſus non deſiderat ſe ulciſci, ſed vindictam Deo reſervat. *Super Prov. cap. 29. fol. 63. col. 1. tom. 3.*

29. Magnum tormentum eſt diabolo à læſione hominis ceſſare : quia tantò graviùs dimittit, quantò diutiùs poſſedit. *Super Marcum, cap. 1. fol. 92. columna 3. tom. 6.*

Ioan. Caſſ. 30. Si rationem diligenter diſcutias, lædi ab homine, quamvis malignante, non poteris, ſi ipſe impacifico adverſum te corde non dimices. *Profec.*

31. Si autem læderis, non eſt vitium impugnationis alienæ, ſed impatientiæ tuæ.

32 Sicut gravis ac ſolidus cibus, ſano utilis eſt : ita pernitioſus ægrotanti : non autem lædere ſumentem poteſt, niſi ei ad lædendum vires adjecerit percipientis infirmitas. *Collat. 18. Abb. Piammonis. cap. 16. circa med. pag. 742*

S. Ioan. Chryſoſt. 33. Ille verè malè affligitur, qui proximo ſuo negotium facit. *Hom. 19. ſup. Geneſ. ante fin. col. 139. A. tom 1.*

34. Prudens atque vigil non offenditur, etiam in media civitate vivens. *Ibidem, Hom. 43. poſt initium, col. 354. D.*

35. Tu tecum expende, ubi cœperis eum qui te læſit, multò eſſe majus ac lucroſius parcere, quàm perdere. *Homil. 2. de David & Saule, ante med. col. 617. C. tom. 1.*

36. Nihil ita lædentes coërcet, ut patientia modeſtiaque læſorum. *Profec.*

37. Ultionis enim exactio lædentes læſoſque confundit, ac deteriores facit. *Hom. 18. ſup. Matth. oper. perf. poſt init. col. 178. D. tom. 2.*

38. Non ubique victoria quærenda eſt : qui enim lædit, ſuperare læſum videtur, ſed pernitioſa ſibi victoria ſuperat. *Proſecutio.*

39. Læſus ſi magno animo perfert, quamquàm victus videatur, coronam tamen ſplendidam victoriæ adeptus eſt. *Ibidem, Homil. 85. ante finem, columna 682. littera B.*

40. Qui pravâ multorum opinione (cùm bonus ipſe ſit) lædi videtur, nunquàm profectò indè fiet, ut talis non ſit, qualis eſt. *Ibidem, Homil. 88. in fine, col. 700. D.*

41. Talis eſt conſuetudo omnium malignorum, quando aliquem in occulto graviùs lædere volunt ; ut humilitatem ſibi, & amicitias fingant. *Homil. 2. ſuper Matth. oper. imperfect. in medio, columna 746. littera B. tom. 2.*

42. Si tantummodò non lædas eum, qui te læſit, avertas te tamen ab eo, nec libenter eum videas, manet ſine dubio vulnus in pectore, & dolor augeſcit in corde. *Libro 1. de compunct. cordis, ante med. col. 573. C. tom. 5.*

43. Si quis læditur, à ſemetipſo læditur, nec ab ullo alio : etiamſi innumeri ſint qui noceant, etſi omnes qui terram & mare habitant, conveniant ad nocendum, nocere nequaquàm poterunt ei, qui à ſemetipſo non læditur. *Homil. Quòd nemo læditur. in fine, col. 769. B. tom. 5.*

S. Joannes Chryſoſtom. 44. Læſit te quiſpiam? tu illum beneficiis eſove, & magnum quid feciſti. *Hom. 3. ſup. 1. Tim. in fine Moralis, col. 1448. C. tom. 4.*

45. Si aliquem læſeris, etiam ipſe læderis : ſi autem læſus fueris, tunc nequaquàm læderis. *Homil. 25. ſuper Epiſt. ad Hebr. in Morali. poſt initium, col. 1815. D. tom. 4.*

46. Chriſtianum fidelem in anima nemo lædere poteſt, nec ipſe diabolus. *Hom. 21. ad populum Antiochen. ante med. columna 190. D. tom. 5.*

47. Illi ſoli læduntur, qui lædunt : & nulli alii nocet noxa quam cæteris inferunt, niſi ipſis qui inferunt. *Homil. Quòd nemo læditur, &c. ante med. col. 755. littera C. tom. 5.*

S. Iſid. Hiſp. 48. Rarò læditur homo ab extraneis, ſi ſui eum non lædant. *Lib. 3. de ſummo bono. cap. 26. ſent. 3. pag. 676. columna 2.*

49. Magna eſt virtus, ſi non lædas à quo læſus fueris : magna eſt fortitudo, ſi etiam læſus remittas : magna eſt gloria, ſi quem poſſis lædere, parcas. *Lib. 2. de Synon. cap. 7. ante med.*

S. Iſid. Pelus. 50. Malum inferre miſerius eſt, quàm malo affici. *Lib. 2. Ep. 257. ad Eutonium Diacon. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. edit. Colon. 1618.*

Lact. Firm. 51. In homine (quia fragilis eſt) læſio invenitur : irritat enim læſio dolorem, & dolor facit ultionis cupiditatem. *De ira Dei, cap. 17. ante finem, pagina 356.*

Ludov. Blos. 52. Non indigneris hominibus, qui te lædunt, ſed eos divinæ diſpenſationis ſatellites eſſe agnoſce, eos dilige, & Deo gratias age. *In canon. vitæ ſpirit. cap. 9. in medio.*

S. Petrus Chryſolog. 53. Semper offendunt bona malos, pia impios, ſancta prophanos. *Sermone 32. circa medium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. pagina 685. columna 1. D. edit. Colon. 1618.*

S. Petrus Damianus. 54. Læſi non lædamus, & benefaciamus lædentibus : magnum quidem ultra hominem eſt, aſperitatem verborum & verberum, non ſolùm pati, ſed & non reddere : illud verò majus eſt & divinum quiddam ſapit, lædentibus benefacere. *Sermone 47. de Exaltatione S. Crucis, ante finem, pagina 259. columna 1. littera C. tom. 2.*

55. Mitis læſus veniam petit, & benefacit lædentibus. *Serm. 55. in feſto omn. Sanct. ante med. pag. 279. col. 2. A. tom. 2.*

Richardus à S. Victore. 56. Stultus eſt, qui lædit & ignorat quod facit : *quia* ſe lædit, & eidem qui lædit obſequium præbet. *Parte 2. ſuper Cant. cap. 19. poſt medium, pag. 186. col. 1. lit. A.*

Salvianus. 57. Læditur ſcelere perſonali cauſa cunctorum. *Libro 6. de Gubernatione Dei, in princ. apud Bibl. Patrum, tom 5. part. 3. pagina 346. columna 1. C. edit. Colon. 1618.*

58. Nihil leve æſtimetur, quo Deus læditur. *Ibidem, a med. pag. 349. col. 2. G.*

59. Non penitùs Dominum ſuum lædit, cui propitiatio reſervatur. *Ibidem, libro 7. pag. 353. col. 1. C.*

60. Cùm ſervus Dei à quoquam læditur, Majeſtas divina violatur. *Profec.*

61. Ne quis ergo cùm lædit Dei ſervum, hominem tantùm à ſe lædi arbitretur, cùm abſque dubio injuriis ſervorum Dei, Dei admiſceatur injuria. *Ibidem, lib. 8. circa med. pag. 360. col. 1. D.*

62 Odium quod corpus lædit, non lædit animam : quia læſo corpore, anima extra damnum eſt, & paſſionibus carnium, beatitudo ſpirituum non interpolatur. *Ib. lib. 2. ad Eccleſ. Catholic. in fine, pag. 372. col. 2. E.*

63. Cùm

TERTULIAN. 63. Cùm quis te lædit, ut doleas ſciat, quia fructus lædentis in dolore læſi eſt. Ergo cùm fructum ejus everteris non dolendo, ipſe doleat neceſſe eſt amiſſione fructus ſui. *Praſoc.*

64. Tunc tu non modò illæſus ibis, ſed inſuper adverſarii tui & fruſtratione oblectatus, & dolore defenſus. *De patient. cap. 8. in calce, pag. 236. F. tom. 2.*

S. VALERIAN. EPISC. 65. Nunquàm profectò ſine ſuſpicione vitam ducet, cui eſt ſemper neceſſe cogitare & timere quem læſerit. *Hom. 12. prope med. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 489. col. 2. F. edit. Colon.* 1618.

66. Non minimam coronam conſtat reportare victoriæ, qui læſus neſcit iraſci. *Ibidem, Hom. 17. de bono Martyr. in fine, pagina 496. col. 1. A.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES 67. Major injuria eſt offenſa, quæ majus in bonum accepta eſt. *Sect. 29. Problem. quæſt. 1. tom. 2.*

68. Cùm extrà rationem fit læſio, infortunium eſt: cùm non extrà rationem, ſine tamen vitio, peccatum: cùm autem ſciens quidem, ſed non deliberatione præmiſſâ quiſpiam lædit, injuria eſt. *Libro 5. Ethic. ad Nicomach. cap. 8. à medio, tom. 2.*

69. Cùm quiſpiam contra legem lædit non laceſſitus, tùm is injuriam ſponte facit. *Ibidem, cap. 11. in principio.*

CATO POET. 70. Cede locum læſus fortunæ: cede potenti:
Lædere qui pótuit, prodeſſe aliquando valebit. *Lib. 4. diſtich. Mutr.* 78.

CICERO. 71. Sæpè contingit, ut homines eos lædant, quos non debent, aut eos quos non expedit: ſi ſcientes, temeritatis eſt: ſi imprudentes, negligentiæ. *Lib. 2. de Offic post med. tom. 4.*

72. In fragili corpore, odioſa omnis offenſio eſt. *De Seneſt. poſt medium, tom. 4.*

EPICTETUS. 73. Te alius non lædet, niſi ipſe velis: tùm autem læſus eris, cùm te lædi exiſtimaris. *In ſuo Enchirid. cap. 37. in fine.*

74. Me Anitus & Melitus occidere ſanè poſſunt, lædere verò non poſſunt. *Ibid. cap. 79. ferè per totum.*

MIM. PUBL. 75. Heu! quàm miſerum eſt lædi ab illo, de quo non poſſis queri! *In ſuis ſent. ſent. 263.*

SENECA. 76. Nihil eſt crudelius, quàm ſic offendere, ut magis ſis offenſurus, ſi ſatisfeceris. *Lib. 2. Controverſ. 12. in calce, pagina 118. tom. 1.*

77. Læſus es? non eſt injuria, pati quod prior feceris. *Libro 2. de Ira. cap. 30. ante medium, pag. 426. tom. 1.*

78. Aut potentior, aut imbecillior te læſit, ſi imbecillior, parce illi: ſi potentior, tibi. *Ibidem, lib. 3. cap. 5. in fine, pag. 437. tom. 1.*

79. Diutiùs iraſcimur, quàm lædimur. *Ibidem, cap. 27. in princ. pag. 452.*

80 Nihil quidquam eſſe poteſt glorioſius, principe impunè læſo. *Lib. 1. de Clement. ad Neron. cap. 20. in calce. pag. 479. tom. 1.*

81. Invulnerabile eſt, non quod non feritur, ſed quod non læditur. *De conſtant. ſapient. cap. 3. in medio, pag. 544. tom. 1.*

82. Validius debet eſſe quod lædit, eo quod læditur. *Ibid. cap. 7. ante med. pag. 548. tom. 1.*

83. Lædere & lædi conjunctum eſt. *Ep. 95. poſt med. pag. 792. tom. 2.*

84. Miſerius eſt nocere, quàm lædi. *Ibidem.*

85. Magnarum virium eſt, negligere lædentem. *De Moribus, poſt initium, pagina 677. editionis Baſileenſis* 1537.

SIXT. PHILOS. 86. Non eſt verum quòd Deum colat, qui hominem lædit. *Sent. 356. pag. 67. col. 1. A. apud Bibl. Patr. tom. 3. editionis Colon.* 1618.

87. Neminem lædens, nullum timebit. *Ib. ſent. 373. pag 67. col. 1. B.*

Vide etiam tit. Adjutorium. ſent. 2. Deriſio ſent. 9. Dilectio inimici. ſent. 52. Hypocriſis. ſent. 88. Injuria. per totum. Inſidiæ. ſent. 42. Nocumentum. per totum. Placare Deum. ſent. 38. 39. Vindicta in genere. ſent. 22.

Lætitia.

Vide Gaudium.

Laïcus.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

ETYMOLOGIA.

LAïcus interpretatur popularis: græcè enim laos, latinè dicitur populus. *Lib. 2. de ſacram. part. 2. cap. 3. circa med. pag. 442. littera G. tom. 3.* HUGO à S. VICTORE.

DEFINITIO.

Laïcus eſt, qui nullo gradu Eccleſiaſtico fungitur *Super 1. ad Cor. cap. 14. in illud, Quis ſupplet locum Idiotæ? pag. 321. lit. B. tom. 9.* S. HIERON.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Laïci ſuperbiunt quadrupliciter. { Primò, de divitiis. Secundò, de nobilitate generis. Tertiò, de operibus ex genere bonis. Quartò, erubeſcendo de operibus bonis eis inconſuetis. *Part. 2. tit. 3. cap. 4. §. 4. ab init. fol. 130. columna 4.* S. ANTONIN.

2. Ignorant laïci in ſeculo, quid ſit tentatio: quia ita occupati ſunt vitiis, & preſſi occupationibus mundi, quòd non expectant tentationes, ſed eas præveniunt, & dæmones provocant ad tentandum eos. *Parte 3. tit. 16. cap. 10. §. 3. poſt medium, fol. 256. col. 3.*

S. CÆSARIUS AREL AT. 3. Laudabiliores ſunt laïci, qui ſe in medio pelago (Deo auxiliante) cuſtodiunt; quàm Religioſi, qui in portu nimiâ negligentiâ vel ſecuritate merguntur. *Hom. 35. ante finem, apud Bibl. Patr. tom. 5. parte 3. pag. 780. col. 1. C. edit. Colon.* 1618.

S. CLEMENS PAPA. 4. Unicuique laïcorum peccatum eſt, niſi invicem ſibi etiam in his, quæ ad communis vitæ uſum pertinent, operam fideliter dederint. *Ep. 1. longe ante med. fol. 202. pag. 1.*

5. Nihil injuſtius vel inhoneſtius eſt, quàm laïcos doctoribus inobedientes vel protervos exiſtere. *Epiſt. 3. de Officio Sacerdotis, propè init. fol. 225. pag. 1.*

S. GREG. MAG. 6. Plerumque quod in laïcis culpa non eſt, hoc crimen eſt in ſacro ordine conſtitutis. *Lib. 8. in regiſtro, ind. 3. cap. 5. Ep. ad Sabinum ſubdiac. in princ. col. 1009. B. tom. 2.*

7. Pudet profectò, pudet aliis laicos imperare, quod ipſi neſciunt cuſtodire. *Ibid. lib. 7. Indict. 2. cap. 113. Ep. 113. ad Brunichildam. ante med. columna 990. A.*

8. Nullus ex laïco habitu quiſquam repentè audeat ad locum ſacri regiminis pervenire. *Ibid. cap. 110. Ep. 110. ad Syagrium, Epiſc. in fine col. 986. D.*

9. Imitatione vitiorum ſacerdotis, laïcus corrumpitur. *Lib. 5. ſup. Ezech. cap. 16. ſup. illud, Ergo & tu porta confuſionem. pag. 432. A tom 5.*

10. Vehementer Eccleſiam Chriſti deſtruit, meliores laïcos eſſe, quàm Clericos. *Super Epiſt. ad Titum, capite 2. in fine, pagina 254. littera B. tom. 9.*

11. Laïci Chriſtiani, qui terrena, & terrenæ vitæ neceſſaria tractant, pars corporis Chriſti ſiniſtra ſunt.

Libro 2. de ſacrament. part. 2. cap. 3. circa medium. pagina 442. G. tom. 3.

HUGO CARD. 12. Laici ſæpiſſimè ſunt juſtiores clericis. *Super Hieremiam, cap. 3. Myſticè, fol. 184. columna 3. tom 4.*

13. Peccatum in laïco, dolus vel proditio in clerico eſt. *Super Ezechiel. cap. 5. folio 23. columna 4. tom. 5.*

S. IOANNES CHRYSOSTOM. 14. Verè magna confuſio eſt Sacerdotum & omnium Clericorum, quando laïci inveniuntur fideliores eis, aut juſtiores. *Hom. 40 ſuper Matth. oper. imperf. ante medium, col. 1013. littera C. tom. 2.*

15. Quomodo non ſit confuſio, Sacerdotes & Clericos eſſe inferiores laicis, quos etiam æquales eſſe confuſio eſt. *Ibidem.*

16. Melior eſt laïcus, qui in facie ſecularem vitam profitetur, revera autem complectitur ſpiritualem: quàm Sacerdos qui in facie profitetur vitam ſpiritualem, revera autem amplectitur vitam carnalem. *Ibidem, ante medium, columna 1015. A.*

17. Melior eſt laïcus ante Deum pœnitentiam agens, quàm clericus permanens in peccatis. *Ibidem.*

18. Laïcus fidelis in die judicii ſtolam ſacerdotalem accipiet, & à Deo chryſmate ungetur in ſacerdotium: ſacerdos autem peccator ſpoliabitur ſacerdotii dignitate, & inter hypocritas erit. *Ibidem.*

19. Laïci delinquentes facilè emendantur: clerici autem ſi mali fuerint, inemendabiles ſunt. *Ibidem, Hom. 43. ab init. columna 1046. A.*

Lapſus.

Vide Cadere.

Laqueus.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS 1 LAQUEUS adverſarii eſt ſermo noſter: ſi emiſero verbum indecorum, laqueum ſuum ſtringit. *Proſec.*

2. Interdùm mihi quaſi eſcam proponit vindictæ poſſibilitatem, ut dùm vindicare cupio, ipſe me inſeram laqueo, & modum mortis adſtringam mihi. *Lib. 1. Offic. cap. 4. à medio, col. 3. B. tom. 1.*

3. Laqueus eſt in labiis noſtris, & ſæpè unuſquiſque ſermonibus ſuis non explicatur, ſed involvitur. *Libro 7. Epiſt. 44. ad Conſtantiam, ante medium, col. 604. B. tom. 3.*

4. Non capit laqueus, niſi antè eſca te ceperit: dùm prædam petis, laqueo ipſe te nectis. *Proſec.* Eſca laquei avaritia, eſca laquei luxuries eſt: quibus nos vult diabolus ineſcare, non paſcere. *Sup. Pſalm. 118. ſerm. 14. verſ. 6. ante med. col. 1542. tom. 4.*

5. Multi laquei ſunt quacumque progredimur.
- Laquei in corpore.
- Laquei in lege.
- Laquei in philoſophis.
- Laquei in cupiditatibus.
- Laquei in meretrice.
- Laquei in pecunia.
- Laquei in Religione.
- Laquei in caſtitate. *Libro 4. ſuper Luc. cap. 4. in illud, Ductus eſt Ieſus, &c. col. 1666. D. tom. 5.*

S. ANTONINUS 6. Beatus Antonius videns in oratione mundum laqueis plenum, connectentibus ſe invicem, exclamavit: ô quis iſtos evadet laqueos periculorum? & reſponſum fuit, ſola humilitas. *Part. 1. tit. 5. cap. 4. §. 1. poſt medium, fol. 120. col. 4.*

S. ANTONINUS 7. Quomodo credendum eſt, ut non incidat in laqueum diaboli, qui ſtudioſè ſibi laqueum parat? *Parte 2. tit. 5. cap. 1. §. 7. poſt med. fol. 183. col. 1.*

S. AUGUSTIN. 8. Plus hoſtis vincitur in eo quem plus tenet, & de quo plures tenet: plus autem ſuperbos tenet nomine nobilitatis, & de his plures nomine authoritatis. *Libro 8. Confeſſ. cap. 4. prope finem, pagina 100 littera D. tom. 1.*

9. In via Chriſti ſunt
- Hinc laquei. — Laquei à dextris.
- & Hinc laquei. — Laquei à ſiniſtris.
  - Laquei à dextris, proſperitas ſeculi.
  - Laquei à ſiniſtris, adverſitas ſeculi.
  - Laquei à dextris, promiſſiones.
  - Laquei à ſiniſtris, terrores. *Super Pſalmum 141. circa medium, verſ. 4. Abſconderunt laqueum mihi. pag. 1126. C. tom. 8.*

10. Multos habet diabolus laqueos; homicidium diaboli laqueus eſt, avaritia diaboli laqueus eſt, detractio diaboli laqueus eſt. *Serm 45. ad fratr. in Eremo poſt medium, pagina 984. C. tom. 10.*

S. BERNARD. 11. Laqueus diaboli, divitiæ ſunt hujus ſeculi: heu quàm paucos invenimus, qui ab hoc liberati exultent! *Sermone 3. ſuper Qui habitat. ante medium, fol. 79. col. 1. littera B.*

S. BONAVENT. 12 Solus humilis evaſor eſt laqueorum hoſtis antiqui. *Sermone 1. Hexamer. poſt med. pag. 11. col. 2. A. tom. 1.*

13. Qui cavet laqueos, ſecurus erit: qui autem non cavet, eſt aut ſtultiſſimus, aut perverſus. *In ſpeculo diſcipl. part. 1. cap. 30. ante finem, pag. 551. col. 1. B. tom. 7. part. 4.*

S. CYRILLUS HIEROSOL. 14. Nullo tot diabolus animas reti capit, quot laqueo peſſimo mulierum. *Epiſt. ad Auguſtin. de miraculis D. Hieronymi, quæ eſt penultima tom. 4. Ep. D. Hieron. poſt med. pag. 378.*

15. Qui incautus pergit, leviſſimè capitur. *Ibid. longè poſt med. pag. 383. A.*

S. EPHRAEM. 16. Si diligenter attenderis, ubique inimici laqueos, tanquam mellis dulcedine circumlitos, voluptatis illecebria extenſos deprehendes; ut ſi quis illius guſtare dulcedinem velit, laqueo capiatur. *De rectâ vivendi ratione. cap. 6. pag. 40. C. tom. 1.*

17. Cùm ea, quæ ſenſui ſuavia ſunt, in vita conſpicis, vide ne capiaris iiſdem: nam in illis laqueus & eſca mortis latitat; neque enim nudum piſcator hamum in aquam mittit. *Ibid. cap. 20. pag. 41. C.*

18. Quæ primùm capta laqueo fuerit anima, ad alias decipiendas fit quaſi laqueus, ut voluntati inimici obſequantur, ineſcatque animas potiſſimùm illas, quæ nondum draconis acerbitatem ſunt expertæ. *Proſec.*

19. Sic anima ſicut perdix comprehenſa pro eſca illis proponitur, quæ nondum laqueo captæ ſunt: circa illam enim auceps laqueos figit ut voce ſua perdix reliquat circumvolitantes ad eoſdem pelliceat. *Ibid. cap. 22. pag. 41. C.*

FRANCISCUS TITELMAN. 20. Ipſimet plerumque qui aliis inſidias poſuerant, incidunt in laqueum ipſum eundem, quem aliis paraverant. *In Elucid. ſup. Pſ. 34. ante med. verſ. 9. pag. 186. ſect. 1.*

GLOSS. INT. 21. Laqueum in terra facilè evadit, qui oculos habet in cælis. *Sup. Prov. capite 1. columna 1603. tom. 3.*

22. Fruſtra

GLOSSA ORD. 22. Fruſtra laqueus perſecutionis aut, mortis tenditur electis, qui pennas habent ſpei & charitatis. *Ibidem, cap. 1. col. 1602. C.*

S. GREGOR. MAGNUS. 23. Pœnales laqueos mortis incurrentes cernere, & eiſdem laqueis irretiri nequaquam metuere, incrementum mali eſt. *Lib. 4. in 1. Reg. cap. 1. in fine, col. 1393. C. tom. 2.*

24. In hac vita omnia ſunt plena laqueis. *Sup. ſeptem Pſ. Pœnit. in Pſ. 6. ante med. Prologi, col. 613. A. tom. 2.*

25. Eſt profectò graviſſimum laqueo diabolicæ fraudis irretiri permittere, quos priùs poſſumus, ne alligentur, eripere. *Lib. 3. in Regiſtro, Indict. 12. cap. 35. Ep. 35. ſub finem, col. 768. D. tom. 2.*

26. Quanti mali incrementum eſt, pœnales laqueos mortis incurrentes cernere, & eiſdem laqueis irretiri nequaquàm timere? *Lib. 4. in 1. Reg. cap. 1. in fine, col. 1393. C. tom. 2.*

S. GREG. NAZ. 27. Super occultos laqueos, fac perpetuò ſublimior incedas. *Et hab. apud D. Joan. Damaſc. lib. 2. parall. cap. 100 fol. 107. pag. 1. B.*

S. HIERONYM. 28. Memento, quia in medio laqueorum ambulas. *Tom. 1. Epiſt. 22. ad Euſtoch. poſt medium, pag. 144. D.*

29. Omnia plena ſunt periculis, omnia plena laqueis: incitant cupiditates, inſidiantur illecebræ, blandiuntur lucra, damna deterrent. *In Regula Monachor. cap. 19. de Laude & Detract. ſub finem, pag. 287. B. tom. 4.*

30. Semper diabolus bono operi imminet, & ubique gradientibus ponit laqueos. *Lib. 4. ſup. Hierem. in princ. Prœmii, pag 307. B. tom. 5.*

31. Juſto laqueus peccantium, etiamſi corporaliter perimat, non nocet. *Lib. 3. ſup. Prov. capite 29. ſup. illud, Involvet laqueus, pagina 53. A. tomo 7.*

32. Plena eſt vita mortalium laqueis offenſionum, retibus plena deceptionum. *Tom. 3. ſuper Cant. in fine, pag. 130. A tom. 7.*

33. Multos habet diabolus laqueos, & diverſos habet laqueos: avaritia diaboli laqueus eſt, ira, detractio, & cætera vitia laquei ſunt. *Sup. Pſ. 90. verſ. 3. Quoniam ipſe liberabit me, &c. tom. 8.*

S. HILARIUS. 34. Laqueus eſt pecunia, ambitio, laſcivia: hæc prætenduntur, hæc blandiuntur, hæc fallunt. *Sup. Pſ. 123. ante fin. fol. 86. col. 1.*

HUGO CARD. 35. Octo laquei ſunt:
- Laqueus cupiditatis.
- Laqueus pravæ conſuetudinis.
- Laqueus pravi exempli.
- Laqueus perplexitatis.
- Laqueus tentationis.
- Laqueus inepti timoris.
- Laqueus pravi amoris.
- Laqueus pœnæ.

Sup. Pſalmum 24. fol. 58. columna 2. tom. 2.

36. Totum quidquid videmus in mundo, eſt laqueus, vel fovea animarum. *Sup. Pſal. 56. fol. 145. columna 2 tom. 2.*

37. Laqueos comedis & bibis, & in laqueis quieſcis & dormis: hos laqueos cavet, qui omnia propter Chriſtum cum Apoſtolo reputat ut ſtercora. *Sup. Prov. cap. 11. fol. 24. col. 1. tom. 3.*

38. Qui tendit alii laqueos, primò capietur in eis: nemo enim priùs nocet alteri, quàm ſibi ipſi. *Ibid. cap. 26. fol. 58. col. 3.*

39. Non eſt una mulier ſolùm unus laqueus, imò quot membra, & membrorum ornamenta habet, tot laqueos poſſidet: ita ut à planta pedis uſque ad verticem non ſit in ea videre, niſi laqueos. *Sup. Eccleſiaſten, cap. 7. fol. 92. col. 1. tom. 3.*

IDIOTA. 40. Laqueus eſt in auro, viſcum in argento, pedica in prædio. Quia qui aurum petit, ſtrangulatur; qui argentum, viſco hæret: qui prædia, alligatur. *Lib. 1. Contemplat. de Amore Dei, cap. 33. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 10. pag. 10. col. 1. A. editionis Colonienſis 1618.*

S. JOANNES CHRYSOST. 41. Grave eſt capi laqueis diaboli, anima enim poſtea in retibus comprehenſa, quaſi ſus in luti volutabro oblectatur, & in mala conſuetudine obruta, non ſentit quidem peccatorum fœtorem. *Hom. 22. ſup. Gen. poſt med. col. 163. B. tom. 1.*

42. Tria retia habet diabolus ſuper totum mundum extenſa, ut quiſquis evaſerit de retibus gulæ, incurrat in retia vanæ gloriæ; qui evaſerit de retibus vanæ gloriæ, incidat in retia avaritiæ. *Hom. 5. ſup. Matth. oper. imperf. à medio, col. 779. D. tom. 2.*

43. Sicut volatilia donec altum aërem ſecant, non facilè capiuntur: ita tu donec ad ſuperiora reſpexeris, nec laqueo, nec ullis facilè capieris inſidiis. *Hom. 15. ad Pop. Antioch. ante medium, columna 140. littera A. tom. 5.*

S. LAURENT. JUSTIN. 44. Dæmonum laquei ſunt,
- In divitiis, & paupertate.
- In ſublimitate honoris, & in mundi contemptu.
- In voluptatibus carnis, & auſteritate pœnitentiæ.
- In crapula, & ſobrietate.
- In rerum affluentia, & parcitate.
- In loquacitate, & ſilentio.
- In nitore, & ſordibus.
- In lætitia, & fletu.
- In adminiſtratione, & remotione.
- In libertate, & ſubjectione.
- In labore, & otio.
- In occulto, & publico.
- In ſolitudine, & civitate.
- In debilitate, & ſoſpitate.
- In vigiliis, & torpore.
- In gloria, & ignobilitate.
- In infamia, & favore.

De contemptu mundi, capite 18. in principio, pagina 524. columna 1. lit. B. Part. 2.

S. LEO I. 45. Laqueus eſt in ſecuritate, laqueus eſt in timore. *Serm. 11. Quadrag. poſt init.*

S. PAULINUS. 46. Ubique prætenti latent laquei, undique ſtricti horrent gladii: inter inſidias & pugnas vita tranſigitur, & per ignes doloſo cineri ſuppoſitos ambulamus. *Ep. de Gazophylac, ſub finem, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 1. pagina 197. columna 1. C. editionis Colonienſis 1618.*

S. THEODORET 47. Qui aliis laqueos parant, divino ſupplicio comprehendentur, velut quodam reti, & quæ geſſerunt, ſuſtinebunt: & quæ aliis inflixerunt, patientur. *Super Pſalmum 140. verſ. ult. pagina 204. columna 2. lit. G. tom. 1.*

Vide etiam Tit. Diabolus. ſent. 65. Divitiæ. ſent. 116. Egredi foras. ſent. 80. Humilitas. ſent. 134. Inſidiæ. ſent. 26. Iudas. ſent. 47. Latere. ſent. 16. 18. Tentatio. ſent. 69.

Laſcivia.

DEFINITIO.

HUGO A S. VICTORE. LASCIVIA eſt indecens motus diſſoluti corporis, ex intemperantia carnali prodiens. *De fruct. carnis & ſpirit. cap. 10. prope med. pag. 161. lit. E. tom. 2.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Corporali laſcivia graviùs, quàm vino inebriamur. *Lib. 3. de Virginib. longè ante finem, columna 126. lit. D. tom. 1.*

S. AUGUSTIN. 2. Blanditiæ laſcivientium amari volunt. *Libro 2.*

Confeſſ. capite 6. in medio, pagina 57. littera A. tomo 1.

S. AUGUSTIN. 3. Semper juncta eſt ſaturitati laſcivia. *Serm. 5. Dom. 1. Quadr. & in ord. 65. in princ. pagina 512. littera C. tomo 10.*

V. BEDA. 4. Laſcivus juvenis eget, ut crebrò moneatur. *In ſuis Proverbiis verbo Laſcivus, pagina 192. tomo 2.*

S. BERNARD. 5. Sicut ſuperbia equi indomiti, præcipitio prona eſt; ita laſcivia adoleſcentis indiſciplinati, peccati ruinæ proxima eſt. *De ordine vitæ ante med. fol. 336. col. 2. lit. F.*

S. BONAVENT. 6. Quomodò laſciviæ beatum faciunt, quæ triſtitiam tandem inducunt, vires corporis minuunt, & ad mortem diſponunt? *Serm. 7. de SS. Apoſtolis, poſt init. pag. 303. col. 2. tom. 3.*

S. CÆSARIUS ARELAT. 7. Maſculini & virilis eſt animi, illecebram repudiaſſe peccati: ſicut fœmineæ fragilitatis ignavia eſt, vitii ſuſcepiſſe laſciviam. *Hom. 6. circa med. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 750. col. 1. C. edit. Colon. 1618.*

S. EPHRÆM. 8. Lavare faciem, manus, ac pedes impenſiùs, ſervos nos indicat eſſe vitiorum. *Et hab. apud Bedam, tom. 7. in ſuis ſcintillis, cap. 42. col. 425.*

S. GREG. MAG. 9. Cùm majores ipſi voluptati deſerviunt, minoribus laſciviæ fræna laxantur. *Lib. 2. Moral. cap. 10. col. 36. A. tom. 1.*

S. GREG. NAZ. 10. Turpe eſt ſeneſcere ætatem, non ſeneſcere laſciviam. *Orat. 3. de ſancto Lavacro, ante medium, pagina 298.*

S. HIERONYM. 11. Scurrilitas atque laſcivia, te præſente non habeat locum. *Tom. 1. Ep. 8. ad Demetriad. poſt medium, pag. 68. C.*

12. Fuge laſciviam puellarum, quæ ornant capita, crines à fronte demittunt, cutem poliunt, utuntur pigmentis, adſtrictas habent manicas, veſtimenta ſine ruga, ut ſub nomine virginali vendibiliùs pereant. *Ibid. ante fin. pag. 70. D.*

13. Laſcivia repellatur, quæ animam vulnerat. *Tom. 1. Ep. 12. ad Gaudentium, poſt medium, pagina 100. lit. C.*

14. Tactus aliorum corporum, & fœminarum ardentior appetitus, vicinus inſaniæ eſt. *Tom. 2. lib. 2. adverſ. Iovian. ante med. pag. 76. C.*

S. HILARIUS. 15. Laqueus eſt laſcivia. *Sup. Pſ. 123. ante fin. fol. 86. col. 1.*

HUGO à S. VICTORE. 16. Laſcivia & mollitiea amica eſt procacibus, & ſuperbis. *De Inſt. Novit. cap. 12. ante med. pag. 24. C. tom 2.*

S. IOANNES CHRYSOST. 17. Nullus eſt morbus moleſtior adoleſcentibus, quàm laſcivia. *Hom. 3. de fide Annæ, ante fin. col. 580. C. tom. 1.*

18. Non poteſt animo eſſe caſtus, qui corpore eſt laſcivus. *Hom. 32. ſup. Matth. oper. imperf. a medio, col. 951. B. tom. 2.*

19. Qui laſciviæ ſeipſos ſemel tradiderunt, nihilo permoventur, nec de ignis ſupplicio. *Sermone 13. ſuper Ep. ad Epheſ. ante medium, columna 1035. lit. D. tom. 4.*

20. Laſcivia juſtitiæ veſtem hominibus adimit: ignis enim eſt, & hujus veſtimenti conſumptivus. *Ibid. in morali, poſt init. col. 1038. D.*

21. Ubi laſcivia, ibi diabolus adeſt. *Hom. 12. ſup. Ep. ad Coloſſ. ante finem, columna 1319. littera A. tomo 4.*

22. Ubi laſciviæ conſuetudo manere cœperit, ipſius quoque animæ intima penetrat, atque penitùs inſitis ſordibus ſqualeſcit in dies. *Hom. 4. ſup. 1. Tim. in morali, circa med. col. 1453. C. tom. 4.*

JOAN. TRITH. 23. Qui cum fœmina laſcivit, ſenex inſanit. *De Inſt. vitæ Sacerd. cap. 2. in fine, pag. 772. col. 2.*

SALVIANUS. 24. Quis rogo ferre poſſit in homine egeſtuoſo eſſe laſciviam? *Lib. 7. de Gubern. Dei, ab initio, pag. 352. col. 2. F.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

MIMUS PUB. 25. Laſcivia & laus, nunquàm habent concordiam. *In ſuis ſentent. ſent. 216.*

SENECA. 26. Nunquàm vacat laſcivire diſtrictis. *Ep 56. à medio pag. 622. tom. 2.*

Latere.

SENTENTIÆ PATRUM.

B. ALANUS RUPE. 1 Atrocia latere diù neſciunt, quà teguntur, eà produntur. *Part. 4. Serm. 2. cap. 25. Quinquagena 2. circa med. pag. 328.*

S. ANTONIN. 2. Virtutes proditæ non manebunt. *Part. 2. Tit. 4. cap. 7. §. 4. ante medium, fol. 175. col. 3.*

S. AUGUST. 3. Qui quærit latere, timet apprehendi. *De verbis Apoſtoli, Sermone 17. poſt medium, pagina 236. lit. D. tom. 10.*

4. Deum nihil latet, etiam futurorum. *Lib. 20. de Civit. Dei, cap. 7. poſt med. tom. 5.*

5. Animus humanus latere vult, ſe autem ut lateat aliquid non vult. *Lib. 10. Conf. cap. 23. circa finem, tomo 1.*

6. In beatitudine nihil latebit proximum in proximo. *Ep. 6. poſt init. tom. 2.*

7. Latet ultimus dies, ut obſerventur omnes dies. *Homil. 13. ex quinquag. Hom. poſt init. tom. 10.*

8. Puto quòd non in carne, ſed in ipſa mente cæcatur, qui contendit latere quod cernitur. *Lib. 2. contra Gaudent. circa med. tom. 7.*

V. BEDA. 9. Niſi actio bona interdùm abſcondatur, à malignis ſpiritibus, velut à latronibus pecunia oſtenſa, aufertur. *De ſubſtant. ante medium, pagina 203. tom 5.*

10. Humilibus & fidelibus divinæ legis myſteria patent, ſuperbis autem & infidelibus latent. *In ſuis Prov. verbo Humilibus, pag. 190. tom. 2.*

S. BERNARD. 11. Magna & rara virtus profectò eſt, manifeſtam omnibus tuam, te ſolum latere ſanctitatem. *Sermone 13. ſup. Cant. ante medium, fol. 141. columna 4. littera L.*

12. Tegat te exterior cella, non abſcondat: non ut pecces occultiùs, ſed ut tutiùs vivas. *De vita ſolit. ante med. fol. 317. col. 1. B.*

13. Vitium ſi patet, fit ex magno puſillum: ſi latet, fit ex minimo magnum. *De inter. domo, cap. 37. in fine, fol. 330. col. 2. D.*

14. Plus labora celare virtutes, quàm vitia. *In notabili documento, in principio, fol. 340. columna 2. littera D.*

S. BONAVENT. 15. Tria ſunt non abſcondenda, cùm opportunitas id videtur exigere, ut puta juſtitia immiſſa, injuſtitia permiſſa, pecunia commiſſa. *Expoſ. 2. ſup. Pſal. 118. capite 2. verſ. 3. art 3. pagina 168. columna 2. littera B. tom. 1.*

16. Laqueus latenter poſitus, eſt falſitas latens. *Profectio.*

17 Falſitas latens eſt cauſa caſus, ſicut veritas apparens eſt cauſa motus.

18. Falſitas latens eſt laqueus periculoſus curioſè ſpectantibus, incurioſè expectantibus, injurioſè tractantibus: hos involvit, hos comprehendit, hos perdit. *Expoſ 2. ſup. Pſ. 118. cap. 7. verſ. 14. art. 3 pag. 231. col. 2. B. tom. 1.*

19. Tutius eſt velle latere, quàm apparere. *In Alphabet. Religioſor. litt. 15. pag. 529. col. 1. littera B. tom 7. part. 4.*

20. In domo conſiſtere, & turbæ & hominibus abſconditum latere, ſemper Religioſo utile eſt, qui ſibi deſiderat & Deo vacare. *De Inſt. Novit. part. 1. cap. 34. pag. 618. col 1. C. tom. 7.*

CASSIODORUS. 21 Deteſtabilium hominum conſuetudo eſt mala vota tegere, ut latenter ad effectum poſſint eorum conſilia

lia pervenire. *Sup. Pſ. 16. poſt med. verſ. 13. fol. 23. columna 4.*

S. Clemens Papa. — 22. Quæ ſilentio conteguntur, difficilè curantur. *Libro 3. Recognit. poſt med. fol. 72. pag. 1.*

S. Dorot. — 23. Nihil gravius, nihil pernitioſius, quàm ſeipſum tegere. *Doctr. 5. circa med. apud Bibl. Patr. tom. 4. pag. 773. col. 2. G. edit. Colon* 1618.

Gloss. ord. — 24. Res abſconſa avidiùs quæritur, celata venerabiliùs conſpicitur. *Sup. Matth. cap. 7. col. 146. littera D. tom. 5.*

S. Hieronym. — 25 Pateat quod noxium eſt, ut poſſit conteri cùm patuerit. *Tom. 2. lib. 1. adverſùs Iovian. poſt initium, pag.* 18. *D.*

26. Nihil occultum, nihil clauſum, nihil obligatum ſub Dei confeſſione in corde retinendum eſt. *In explanat. Pſ. 61. poſt med. fol. 29 col. 4.*

Hugo Card. — 27. Celare delictum alterius, eſt ſepelire mortuum, quod eſt opus pietatis. *Sup. Prov. cap. 19. Moraliter. fol. 34 col. 2. tom. 3.*

28. Non poteſt diù ignis latere ſub cinere, quin fumum vel flammam evaporet. *Ibid. cap. 26. fol. 58. columna 3.*

S. Ioann. Chryſoſtom. — 29. Facinus etſi homines lateat, conſcientiam tamen accuſatricem non poterit latere. *Hom. 17. ſup. Gen. poſt init col. 111. A. tom. 1.*

30. Talis eſt peccantium conſuetudo, ut tametſi occultari non poſſint, occultari tamen velint & ſtudeant. *Ibid. ante med. &c.*

31. Si quis aliquem timet, ſe deliteſcere ſtudet. *Ibid. ante med. col. 113. A.*

32. Magna & clara virtus latere non poteſt, etiamſi mille illam contegere velit modis ille qui poſſidet. *Hom. 15. ſup. Matth. oper. perf. poſt medium, col. 143. lit. D. tom. 2.*

33. Sicut accenſa lampas abſcondi non poteſt, ſic nec opus juſtitiæ poteſt celari. *Homil. 13. ſuper Matth. oper. imperf. ante medium, columna* 827, *littera D. tom. 2.*

34. Non te jàm in aliquo occultas, ut lateas: qui proditus es, quod latebas. *Hom. 11. ex diverſ. in Matth. poſt med. col.* 1168. *A tom* 2.

35. Tamdiù latet quod intra ſecretum viſcerum conditur, quamdiù factorum teſtimonio comprobetur. *Ibid. circa fin. col.* 1168. *C.*

36. Occultum non eſt quidquid conſcientiâ teſte committitur, quia etſi alterius notitiam fallit, fallere tamen ſeipſum non poterit. *Ibidem, in fine, col.* 1168. *lit. C.*

37. Nihil quod inſigne ſit, latere poteſt. *Hom. 2. ſup. 1. ad Theſſal. poſt init. col.* 1328. *B. tom. 4.*

S. Isid. Hisp. — 38. Pleraque quantò magis latent, tantò magis deſiderium præbent. *Lib. 1. de ſum. bono, cap. 18. ſent. 6. pag.* 630. *col* 1.

Lact. Firm. — 39. Nihil lucrari ſe quiſquàm putet, ſi delicti conſcium non habeat: ſcit enim ille omnia, in cujus conſpectu vivimus, nec (ſi univerſos homines celare poſſumus) Deum poſſumus cui nihil abſconditum, nihil poteſt eſſe ſecretum. *Profec.*

40. Quid locum abditum legis, & arbitros removes? putas tibi contigiſſe, ut oculos omnium effugias demens? quid tibi prodeſt non habere conſcium habenti conſcientiam? *Lib. 6. de divin. Inſt. cap. 24. circa med. pag.* 283.

41. Quamprimùm latentibus morbis adhibenda eſt curatio. *Ibidem, poſt med. pag.* 284.

Philo Iud. — 42. Nihil eximium latere poteſt. *De Abrahamo ante med. pag.* 504. *tom.* 1.

Thomas à Kempis. — 43. Non poteſt diù latere, ficta ſanctitas. *Sermone* 14. *ad Novit Diviſ.* 5. *in calce tom.* 1.

44. Nemo ſecurè apparet, niſi qui libenter latet. *Libro* 1. *de Imit. Chr. capite* 20. *ſect.* 2. *tom.* 2.

45. Melius eſt latere, & ſui curam agere, quàm ſe neglecto ſigna facere. *Ibidem, cap.* 20. *ſect.* 6.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

Cato Poëta. — 46. Quod pudeat, ſocios prudens celare memento. *Lib. 2. Diſtich. Metr.* 23

Seneca. — 47. Poteſt nocenti contingere ut lateat, latenti autem fides non prodeſt. *Profec.*

48. Non prodeſt latere peccantibus, quia latendi etiamſi facultatem habent, fiduciam non habent.

49. Nunquàm fides latenti fit, etiam latentibus: quia coarguit illos conſcientia, & ipſos ſibi oſtendit. *Ep.* 97. *ante finem, pag.* 799. *tom.* 2.

50. Nocens habuit aliquando latendi fortunam, nunquàm fiduciam. *Epiſt.* 105. *in calce, pagina* 826. *tomo* 2.

Sixtus Philoſophus. — 51. Nequaquàm latebis Deum, agens injuſtè, ſed nec cogitans quidem. *Sent.* 59. *pag.* 65. *col.* 1. *B. apud Bibl. Patr. tom,* 3. *edit. Colon.* 1618.

Vide etiam Tit. Bonum. ſent. 141. *Injuria. ſent.* 121. *Res. ſent.* 68.

Laus in genere.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIFFERENTIA.

ETYMOLOGIA.

Caſſiodorus. — LAUS à lauro dicta eſt, quæ ſolebat coronare victorea. *Sup. Pſalmum* 33. *circa initium verſ.* 1. *fol.* 48. *columna* 4.

DEFINITIO.

Ariſtoteles. — Laus eſt ſermo elucidans magnitudinem virtutis. *Lib.* 1. *&* 3. *Rhetor.*

Richard. à S. Victore. — Illa eſt vera laudatio, quæ ex caſta dilectione, & ex laudis admiratione procedit. *De Benjamin, capite* 11. *in fine, pag.* 183. *col.* 1. *D. part.* 1.

Vera laus eſt de recta voluntate, quæ per opus bonum innoteſcit. *Ibidem.*

DIFFERENTIA.

Seneca. — Aliud eſt laus, aliud laudatio: laudatio vocem exigit, laus autem ad animum refertur, non ad verba. *Epiſt.* 102. *circa med. pag.* 815. *tom.* 2.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. Ambroſius. — 1. Veritatis ea regula eſt, ut nihil facias commendandi tui cauſa, quo minor alius fiat: neque ſi quid boni habeas, id ad deformationem alterius, & vituperationem, ut lauderis, exerceas. *Lib.* 2. *Offic. cap.* 24. *circa med. col.* 54. *lit. A. tom.* 1.

2. Prolixa laudatio eſt, quæ non quæritur, ſed tenetur. *Lib.* 1. *de virginib. poſt initium, columna* 79. *B. tom.* 1.

3. Nemo eſt laudabilior, quàm qui ab omnibus laudari poteſt: quot homines, tot præcones. *Ibid. poſt init. col.* 79. *C.*

S. Antonius de Padua. — 4. Hominis lingua laudanda plerumque damnat, & damnanda laudat; juſtum uſque ad infernum præcipitat, impium uſque ad cælum exaltat. *Sermone Dom.* 3. *poſt Epiphan. ante med. fol.* 36. *pag.* 1.

S. Auguſtin. — 5. Bone Deus, qui laudari vult ab hominibus vituperante te, non defendetur ab hominibus judicante te, nec eripietur damnante te. *Lib.* 10. *Conf. cap.* 36. *circa finem, pag.* 131. *A. tom.* 1.

6. Cùm non peccator laudatur in deſideriis animæ ſuæ, nec qui iniqua gerit, benedicitur: ſed laudatur homo propter aliquod donum, quod dediſti ei, at ille plus

Digitized by Google

S. AUGUSTI. gaudet ſibi laudari ſe, quàm ipſum donum habere undè laudatur, etiam iſte te vituperante laudatur. *Proſecutio.*

7. Melior ille qui laudavit, quàm iſte qui laudatus eſt: illi enim placuit in homine donum Dei, huic ampliùs placuit donum hominis, quàm Dei. *Ibidem.*

8. Si utilitate proximi moveor in laudibus meis, cur minùs moveor, ſi quiſquam alius injuſtè vituperetur quàm ſi ego? *Ibidem, cap. 37. circa finem, pagina 132. lit. C.*

9. Laudatur homo, & amatur abſens; amatur qui laudatur, dùm non fallaci corde laudatoris prædicari creditur, id eſt cùm amans eum laudat. *Lib. 4. Conf. cap. 14. poſt init. pag. 69. B. tom. 1.*

10. Non meo vel ingenio, vel merito, ſed Dei dono ſum, ſi quid laudabiliter ſum. *Ep. 52. ad Macedonium, ante medium, pagina 151. lit. A. tom. 2.*

11. Ibi eſt à vanitate remota laudatio, ubi etiam vituperatio ab offenſione ſecura eſt. *Ep. 128. ad Donat. ante med. pag. 414. C. tom. 2.*

12. Non hujus hoſtis amoris laudis vires ſentit, niſi qui ei bellum indixerit. *Proſec.*

13. Si cuiquam facile eſt laude carere, dùm denegatur; difficile eſt ea non delectari, cùm offertur. *Epiſt. 64. ad Aurelium, Epiſcop. poſt medium, pagina 204. D. tom. 2.*

14. Laus humana non appeti à rectè faciente, ſed ſequi debet rectè facientem: ut illi proficiant, qui etiam imitari poſſunt quod laudant, non ut hic putet aliquid eos ſibi prodeſſe, quem laudant. *De Serm. Dom. in monte, libro 1. poſt initium, pagina 809. litera B. tomo 4.*

15. Si quid in te laudabile naturaliter eminet, non niſi vera pietate perficitur, impietate autem diſperditur. *Lib. 2. de Civit. Dei, cap. 29. in princ. pag. 41. A. tom. 5.*

16. Saniùs videt, qui amorem laudis vitium eſſe cognoſcit. *Ibidem, lib. 5. cap. 13. in princ. pag. 91. lit. B. tom. 5.*

17. Cupiditati laudis humanæ meliùs reſiſtitur, cùm ceditur. *Ibid. cap 14. in princ. pag. 91. B.*

18. Quid mihi prodeſt, ſi me continuis laudibus totus mundus attollat, ſi conſcientiam mordet veritas criminis? *Proſec.*

19. Malam conſcientiam non ſanat præconium laudantis, nec bonum vulnerat convitiantis opprobrium. *Lib. 3. contra lit. Petiliani, cap. 7. à medio, pag. 114. C. tom. 7.*

20. Quod nominare pudet, laudare non pudet. *Libro 2. de Nuptiis, cap. 7. in principio, pagina 567. B. tom. 7.*

21 Mitior eſt accuſator, quàm qui convincitur ſævire laudator. *Lib. 4. contra duas Epiſt. Pelag. cap. 4. poſt initium, pag. 621. lit. A. tom. 7.*

22. Melius eſt errore non decipi, quàm errantium laudibus honorari. *Lib. 3. de Anima & ejus orig. cap. 1. in fine, pag. 801. B. tom. 7.*

23. Hoſtis ſævit, laudans blanditur, uterque malus: ille iracundus eſt, & iſte in laude ſubdolus: ille reprehenſor eſt, iſte laudator; ſed & ille in reprehenſione inimicus eſt, & iſte in laude ſubdolus, cave utrumque. *Super Pſalmum 39. poſt medium, verſ. 20. pagina 244. D. tom. 8.*

24. Ibi laudator ſecurus eſt, ubi non timet ne de laudato erubeſcat. *Sup. Pſalmum 94. in princ. pag. 730. C. tom 8.*

25. Melius eſſet ut tu vituperares, quàm doloſè laudares. *Super Pſalmum 119. in principio Expoſit. pag. 973. A. tom 8.*

26. Non te laudet os tuum, ſed laudet te os proximi: periculoſum eſt enim ſibi placere, cui cavendum eſt ſuperbire. *Tract. 58. ſup. Evang. Ioan. de cap. 13. in princ. pag. 272. D. tom 9.*

27. Bonum laudare, non laudato, ſed laudantibus prodeſt. *Ibidem, Tract. 100. de capite 16. poſt. initium pag. 336. D.*

S. AUGUSTIN. 28. Non amo in voce laudatorem, & in corde contemptorem. *De verbis Dom. ſerm. 16. prope finem, pag. 49. B. tom. 10.*

29. Si laudat bonus, non ſolùm lingua laudat, ſed & vita cum lingua conſentit. *Hom. 2. ex quinquaginta Homil. in fine, pag. 285. A. tom. 10.*

30. Laudari à malè viventibus, nolo, abhorreo, deteſtor, dolori mihi eſt, non voluptati. *Proſec.*

31. Laudari autem à benè viventibus, ſi dicam nolo, mentior: ſi dicam volo, timeo, ne ſim inanitatis appetentior, quàm ſoliditatis. Ergo quid dicam? nec plenè volo, nec plenè nolo: non plenè volo, ne in laude humana pericliter: non plenè nolo, ne ingrati ſint, quibus prædico. *Ibidem, Hom. 25. ſtatim ab initio, pagina 315. A.*

32. Non ſemper veracia ſunt ora laudantium. *Serm. 2. in Sabb. poſt Dom. Quinquag. & in ord. 63. poſt. init. pag. 509. B. tom. 10.*

33. Sicut vera laus ornat, ita falſa caſtigat. *Sermone 1. Decollat. S. Ioan. Bapt. & in ord. 36. in medio, pagina 886. D. tom. 10.*

34. Contemne te cùm laudaris, ille in te laudetur qui per te operatur. *Tract. 8. ſup. Ep. Ioan. longè poſt initium, tom. 9.*

35. Si bona quæ facio ſine laudis humanæ facerem, laudis amore tumeſcerem. *Epiſt. 26. in med. tom. 2.*

36. Noli ad laudem tuam operari quod bonum agis, ſed ad laudem illius à quo habes ut bonum agas. *Tract. 8. ſup. Ep. Ioan. poſt init. tom 9.*

37. Quæris laudem. Si Dei quæris, benefacis: ſi tuam quæris, malefacis. *Ibidem, Tract. 10. in medio.*

S. BASILIUS MAGNUS. 38. Ne ad eas laudes, quæ veritatem excedunt, intumeſcamus. *Apud D. Ioan. Damaſc. lib. 2. parall. capite 35. fol. 75. pag. 2. B.*

V. BEDA. 39. Non eſt multa ſciens laudandus, ſed benè vivens. *In ſuis Proverbiis verbo Non. pagina 194. tomo 2.*

S. BERNARD. 40. Laudet te os alienum, ſileat tuum. *Sermone 3. de Nativitate Domini, ante medium, fol. 16. col. 2. E.*

41. Libentiùs accommoda aurem tuam, cùm aliquis laudatur, quam cùm vituperatur. *In notabili documento poſt init. fol. 340. col. 2. lit. E.*

BOËTIUS. 42. Qui falsò prædicantur, ſuis ipſi neceſſe eſt laudibus erubeſcant. *Lib. 3. de Conſolat. Philoſ. Proſa. 6. in princ.*

S. BONAVENT. 43. Non eſt perfecta laus, niſi adſit debitus affectus, debita cauſa, & debitus modus. *Sup. Luc. cap. 1. in illud, Et miſericordia ejus, &c. pagina 14. columna 2. A. tom. 2.*

44. Peſſimus laudandi modus eſt, ſeipſum cum aliorum injuria prædicare. *In ſpeculo diſcipl. part. 1. capite 31. ante medium, pagina 551. columna 2. littera A. tom. 7. part. 4.*

S. CYPRIANUS. 45. Fames & calamitas ſæpè laudibus ſaturatur. *De jejun. & tent. Chriſti, capite 1. circa medium, pagina 461. col. 1.*

DIDIM. ALEX. 46. Nec laus bonum, nec vituperatio malum hominem efficit. *Et habetur apud D. Ioan. Damaſc. lib. 3. cap. 14. fol. 112. pag. 1. B.*

DIONYSIUS CARTHUS. 47. Laus ſive laudatio ex cognitione laudati exiſtenti in laudante procedit. *Sup. hymn. Adventus ad veſperas, in princ. fol. 143. E.*

S FRANCISC. ASSISIAS. 48. Nemo laudandus, cujus incertus eſt exitus. *In ſuis Opuſcul. Apohthegm. 36. pag. 435. tom. 3.*

GLOSS. ORD. 49. Laus humana ſuper quàm ædificantur hypocritæ opera, citò tranſit. *Sup. Iob. cap. 8. col. 137. C. Moraliter, tom. 3.*

GLOSS. INT. 50. Non viriliter vivit, quem laus corrumpit. *Ibid. cap. 36. col. 334. D.*

GLOSS. ORD. 51. Nemo laudat eum, quem manifeſtis indiciis non cognovit laude dignum. *Super Eccleſiaſtic. cap. 27. col. 2112. E. tom. 3.*

52.

GRATIANUS. 52. Sicut quis aliorum vitia palpare non debet, ita nec malorum laudibus delectari. *In decret. part. 1. Diſt. 83. can Conſentire. § Sicut.*

S. GREG. MAG. 53. Sæpè bono operi dùm laus humana obviat, mentem operantis immutat, quæ quamvis quæſita non fuerat, tamen oblata delectat. *Lib. 1. Moral. capite 19. num. 38. ſup. illud Thren. 1. Facti ſunt hoſtes ejus in capita.*

54. Bona adhuc tenera plerumque humana lingua, dùm quaſi fortia laudat, extinguit. *Lib. 30. Moral. cap. 9. poſt medium, num. 19. columna 1081. littera C. tom. 1.*

55. Cùm nos vox laudantis elevat, lingua detrahentis humiliet. *Ibid. lib. 22. cap. 5. circa med. num. 9. col. 739. B.*

56. Valdè perfectorum eſt, ſic oſtenſo opere, auctoris gloriam quærere, ut de illata laude privata, neſciant exultatione gaudere. *Ibidem, lib. 8. cap. 30. poſt med. num. 38. col. 285. B.*

57. Quaſi latrunculus eſt appetitus laudis humanæ, qui recto itinere gradientibus ex latere jungitur, ut ex occultis educto gladio gradientium vita trucidetur. *Ib. lib. 9. cap. 13. num. 18. col. 309. A.*

58. Cùm humanæ linguæ atteſtatione laudamur, occultâ pulſatione requirimus, quid de nobis ipſis ſentiamus, ut in hoc humilea permaneamus. *Ibid. lib. 22. cap. 5. poſt med. col. 740. A.*

59. Superbs mens, etiam cùm de ſe falſa bona dicuntur, exultat: quia non apud Deum qualiter vivat, ſed apud homines qualiter innoteſcat, excogitat. *Ibid.*

60. Magna vecordia eſt, laborioſa agere, & auræ laudis inhiare. *Ibidem, lib. 8. cap. 25. in princ. col. 277. lit. A.*

61. Laus cum vita præterit, & humanus favor in judicio non ſubſiſtit. *Ibid. cap. 27. poſt initium, columna 279. lit. C.*

62. O miſeri, qui affectantes laudes hominum, in ſemetipſis diſſipant fructus laborum: cumque ſe oſtendere alienis oculis appetunt, damnant quod agunt. *Ibidem, capite 30. ante medium, num. 37. columna 284. lit. B.*

63. Laus ſua juſtos cruciat, iniquos exaltat: ſed juſtos dùm cruciat, purgat: iniquos dùm lætificat, reprobos monſtrat. *Ibid. lib. 26. cap. 23. poſt med. num. 30. col. 883. A.*

64. Ipſa Sanctorum vita laudanda eſt, & laus iſta ab eis quorum eſt, per vanam gloriam nullatenus capienda. *Proſecutio.*

65. Laus videri debet, excipi non debet: ut glorificari Deum quiſque in ſuo opere gaudeat, ſed de Dei gratia extolli contemnat. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 4. ante med. ſup. illud, Et apparuit fluens mel. & c. col. 1540. A. tom. 2.*

66. Neſcit laudem (cùm ſuppetit) fugere, qui ad hanc didicit, cùm deeſſet, anhelare. *Part. 1. Paſtoral. cap. 9. prope med. tom. 1.*

67. Inter verba laudantium ad mentem ſemper recurrendum eſt, ſi in ea non invenitur bonum quod de nobis dicitur, magna triſtitia generari debet. *Lib. 8. in Regiſtro, Ind. 3. cap. 45. Ep. 45. ad Palladium, poſt init. col. 1033. A.*

68. Quid ſi homines laudant, & conſcientia accuſet? *Ibidem.*

69. Qui vanas laudes gratanter excipit, poſtea æternas Creatoris laudes amittit. *Proſec.*

70. Nemo de bono opere inaniter unquàm glorietur; fortia benè vivendo agat, ſed quandiù vixerit, appetere de fortitudine laudes caveat, ut laudari poſt mortem æternaliter non amittat.

71. Qui laudari modò de magna actione deſpicit, cùm ad vitæ finem ducitur, æternis dignus laudibus invenitur. *Lib. 5. in 1. Reg. cap. 4. ante med. col. 1539. A. tom. 2.*

72. Aliud eſt laudis præconia moribus adæquare contendere, aliud laudes appetere, ut in eiſdem laudibus profectus vitæ poſſit inveniri. *Proſec.*

73. Laudes ſuas moribus adæquare conantur, qui ipſas laudes deſpiciunt, qui laudari ab hominibus nunquàm volunt. S. GREG. MAG.

74. Quantùm certè in eis eſt, laudari vehementer refugiunt; ſed quia non poſſunt omninò effugere ne laudentur, conantur eſſe quod audiunt.

75. Sed quidem bonis oſtenſis operibus idcircò laudari volunt, ut laudati majus conſcendant in opus virtutis. *Ibid. ante med. col. 1542. B.*

76. Qui in minimis laudes appetit, cùm majora opera fecerit, ardentiùs & valdè avidiùs laudes quæret. *Ib.*

77. Philoſophicum eſt, laudare philoſophum. S. GREG. NAZ.
Orat. 21. ad Heronem Philoſoph. in princ. pag. 181.

78. Hunc laudibus efferre convenit, non qui initium, S. GREGOR.
ſed qui dicendi finem facit. *Proſec.* TAUMAT.

79. Morum enim moderatio laudibus complectenda eſt, non elatio & arrogantia. *Sup. Eccleſ. cap. 7. ante medium, apud Bibliothecam Patrum, tomo 3. edit Colon. 1618*

80. Cave ne hominum rumuſculos aucuperis, ne S. HIERONYM.
offenſam Dei, populorum laude commutes. *Tom. 1. Ep. 2. ad Nepotian. poſt med. pag. 16. C.*

81. Chriſti miles nec laude extollitur, ne vituperatione frangitur. *Ibidem.*

82. Laudans ſi cuncta virtutibus congrua dixerit, adulari putatur: ſi quædam ſubtraxerit, damnum laudibus facit. *Tom. 1. Ep. 8. ad Demetriadem, in principio, pag. 62. D.*

83. Eſt ſanè grande & ſubtile artificium, laudare alterum in commendationem ſui, & decipiendo animum ſibi obligare decepti: quodque hoc maximè vitio agi ſolet, fictas laudes certo pretio vendere. *Tom. 1. Ep. 14. ad Celantiam, circa med. pag. 118. C.*

84. Quæ eſt hæc tanta levitas animi, quæ tanta vanitas, rapi vento falſæ laudationis: tu verò ſi verè laudabilis eſſe cupis, laudem hominum ne requiras. *Ibidem.*

85. Laudem amaritudo comitatur. *Tom. 1. Ep. 19. ad Euſtoc. in med. pag. 131.*

86. Mirum in modum laus dùm vitatur, appetitur. *Tom. 1. Ep. 22. ad Euſtoch. longè poſt medium, pagina 143. B.*

87. Ingenua & verecunda confeſſio eſt, quò ipſe careas id in aliis prædicare. *Tom. 2. Ep. 2. ad Pammach. circa fin. pag. 110. C.*

88. Qui Dei voluntate contemptâ, id ſolum petunt quod laudem faciliùs invenit, quod citò exit in famam morum, bona quæ ſecretiora ſunt negligunt. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriad. poſt med pag. 20. C.*

89. Vilium ſatis hominum eſt, & ſuam laudem quærentium, alios viles facere, quia alterius vituperatione ſe laudari putant. *Ibidem, poſt medium, pagina 20. littera D.*

90. Crevit hoc in noſtra ætate vitium, ut ſpe recipiendæ laudis, eos à quibus laudari volumus, antè laudemus. *Ibid. poſt med. pag. 21. B.*

91. Maximum fructum cœpiſſe nos ducimus, ſi vel fictis laudibus prædicamur, nec cogitamus quòd ipſi ſimus, ſed quid aliis eſſe videmur. *Ibidem.*

92. Omnis falſa laudis prædicatio ſectatur lucra & gloriam quærit humanam, ut per gloriam naſcantur compendia. *In Regula Monach. cap. 19. de Laude & de Tract. in princ. pag. 286. littera C. tom. 4.*

93. Laudent te eſurientium viſcera, non ructantium opulenta convivia. *Ibidem.*

94. Laus juſtos cruciat, iniquos exaltat: ſed juſtos dùm cruciat, purgat: iniquos dùm lætificat, reprobos monſtrat. *Ibidem.*

95. Minore ſtudio virtutes laudamus, quàm vitia reprehendimus. *Lib. 12. ſup. Ezech. in medio, Proœmii, pag. 519. B. tom. 5.*

96. Valde purus eſt, qui non commovetur ad lau- HUGO CARD.

Digitized by Google

des hominum. *Sup. Geneſ. cap.* 38. *fol.* 36. *columna* 2. *tom.* 1.

Hugo Caru. 97. Laus hominis gladius & ignis eſt, quibus cor confoditur & uritur. *Sup. Eccleſiaſten. cap.* 7. *Moraliter. fol.* 91. *col.* 2. *tom.* 3.

98. Laudes hominum citò tranſeunt, nec replent ſicut ventus: immò non premunt, ſed extollunt ſicut ventus. *Super Eccleſiaſtic. cap.* 5. *fol.* 180. *columna* 3. *tom.* 3.

99. Nemo eſt laudandus, vel ſpernendus ſecundùm ſpeciem exteriorem: apia enim contemptibilia eſt exteriùs, & tamen utilia; & hæc brevis eſt corpore, non valore. *Ibid. cap.* 11. *Myſtico, fol.* 191. *col.* 3.

100. Stultum eſt laudare pugnantem, quaſi jàm victorem. *Ibid. cap.* 11. *fol.* 903. *col.* 4.

101. Multi laudant & commendant nomen potentiæ, qui appetunt dominationem; alii laudant nomen ſapientiæ, qui appetunt ſcientiam, & vocari magiſtri: ſed pauci laudant nomen ſanctificationis, id eſt ſine terra, & vocari pauperes. *Ibidem, cap.* 17. *fol.* 201. *columna* 4.

102. Non eſt malum, à bonis benedici: ſed à malis benedici, maledici eſt. *Sup. Luc. cap.* 6. *fol.* 167. *col.* 2. *tom.* 6.

103. Hominum benedictio, extollentiæ & ruinæ occaſio eſt: eſt etiam exinanitio & eviſceratio juſtorum, & laqueus quem pauci ſciunt declinare; & qui declinat, ſapiens comprobatur. *Ibidem.*

104. Laus hominum non eſt claritas, ſed obſcuratio, ſed faſcinatio. *Sup. Joan. cap.* 5. *fol.* 321. *col.* 2. *tom.* 6.

S. Ignatius Martyr. 105. Quamquàm in iis, quæ Dei ſunt, robuſtus ſim, attamen plus mihi timendum eſt, nec animus illis intendendus, qui fruſtrà me inflant: qui enim me laudant, flagellant me. *Ep.* 5. *ad Trallianos, poſt init. apud Bibl. Patr. tom.* 1. *pag.* 79. *columna* 1. *lit. A. edit. Colonienſis* 1618.

S. Joannes Chrysost. 106. Delectatio laudis tamdiù ſentitur quamdiù auditur: mox autem ut aures tranſierit, tranſit & delectatio laudis. *Hom.* 15. *ſup. Matth. oper. imperf. circa med. col.* 844. *C. tom.* 2.

107. Unumquodque bonum hominis ſecundùm qualitatem perſonæ laudatur. *Profec.*

108 Si ruſticus aliquod verbum ſapienter loquatur, & philoſophus multò ampliùs ſapienter: in modico ſermone ſapientiæ ruſticus plus laudatur, quàm in magno philoſophus; quia ruſticum dicere aliquid ſapienter, magnum eſt: philoſophum autem dicere, non mirum eſt.

109. Si puer aliquid aſtutè loquatur, dicitur ſatis ſapiens puer, & laudatur: ſi autem vir perfectus ſapienter loquatur, non laudatur quaſi ſapiens: non quia puer plus ſapuit, quàm perfectus: ſed quantum ad comparationem ætatis ſuæ, ſapientior videtur eſſe, quàm ille perfectus. *Ibid. Hom.* 22. *in fine, col.* 889. *A.*

110. Hæc eſt hypocritarum prima potentia, ſimulata laudatio. *Ibid. Hom.* 42. *poſt initium, col.* 1034. *B.*

111. Hypocritæ laudant quos perdere volunt, ut per delectationem laudis, paulatim corda hominum ad ſe inclinent. *Ibidem.*

112. Eſt hoc maximum laudis genus, cùm orationis copiam virtus exuperat, & magnitudo laudati. *Hom.* 1. *de Laudibus Divi Pauli, in princ. tom.* 3.

113. Extremæ omninò dementiæ eſt, nullâ imminente neceſſitate rerum, & neceſſitate violentâ, propriis velle laudibus decorari; hoc enim omnem prorſus mercedem evacuat. *Hom.* 5. *de Laudib. Divi Pauli, ante fin. col.* 1085. *D. tom.* 3.

114 Amici dùm laudant, hoc unum ſpectant, ut meliorem reddant: & inimici dùm laudant, ſtudent quomodò ſupplantare poſſint. *Ibid. Hom.* 9. *poſt init. col.* 1102 *A.*

115. Si laudum factus es amator, fac ut laudem quæ ab hominibus eſt, fugias: tunc verè innumeris laudibus & apud Deum & apud homines frueris. *Serm.* 17. *ſup. Ep. ad Rom. in morali, circa medium, col.* 207. *D. tom.* 4.

116. Vis laudari? alium lauda. *Hom.* 13. *ad Pop. Antioch. à medio, col.* 124. *A. tom.* 5. S. Joannes Chrysost.

117. Collaudare delinquentes, longè plus eſt quàm delinquere. *Hom.* 2. *de David. & Saul, in princ. col.* 614. *C. tom.* 1.

118. Quid eſt aliud hominum laus, quàm ventorum tranſeuntium ſonus? *Hom.* 13. *ſup. Matth. oper. imperf. à medio, col.* 830. *A. tom.* 2.

119. Cùm quis laudatur, etſi parum movetur corde, S. Joan. Clim.
vel rapitur modicè laudibus, hic non ſe fallat, ſeductus eſt. *Gradu* 25. *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 6. *parte* 2. *pagina* 278. *columna* 1. *littera D. editionis Colonienſis* 1618.

120. Qui bonos laudibus afficiunt, coronarum ipſis reconditarum participes fiunt. *Lib.* 1. *Parallel. cap.* 84. *fol.* 44. *pag.* 1. *C.* S. Ioan. Dam.

121. Eos laudibus afficimus, qui animi inductione boni ſunt, non qui neceſſitate quadam prohibiti à malo abſtinent. *Ibid. lib.* 3. *cap.* 26. *fol.* 115. *pag.* 2. *littera A.*

122. Sanctum non facit alterius commendatio meriti: benè veraciterque Sanctos laudat, qui Sanctos imitatur: quod ſi laudas, & non imitaris, teipſum confundis. *Profec.* Joan. Trith.

123. Quid proficit homo, ſi alium laudet, & ſeipſum laudabilem non reddit?

124. Quaſi vitam laudans, mortem arripit: qui bonos commendans, imitari contemnit. *Lib.* 3. *de vir. illuſtr. Ord. S. Bened. cap.* 337. *poſt medium, pag.* 115. *columna* 1.

125. Turpiſſima laus eſt, quæ mendacio acquiritur. *Ibid. lib.* 4. *cap.* 20. *in princ. pag.* 121. *col.* 1.

126. Inaniter laborat, qui laudem captat humanam: S. Laurent.
quoniam de alieno, non de ſuo laudari concupiſcit. Justin.
Serm. de Nat. B. M. poſt initium, pag. 436. *col.* 2. *lit. C. part.* 2.

127. Difficile eſt, ut laudabiliter viventem, laus non S. Leo I.
capiat humana. *Serm.* 4. *Quadrag. circa med.*

128. Utinam magis diligeres contumeliam pati, quàm Ludovicus
laudibus evehi: id enim tibi utilius ſecuriuſque eſt. *In* Blosius.
canon. vitæ ſpirit. cap. 8. *circa med.*

129. Laus multitudinis excitat animum, & alacrem S. Nilus.
reddit. *Orat.* 7. *de Inani gloria, in fine, apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 2. *edit. Colon.* 1618.

130. Tu labores tuos ne vendas humanis laudibus, nec futili famâ projicias futuram gloriam. *Ibidem.*

131. Nimis periculoſum eſt, gloriam ſuam alienæ lin- Petr. Bles.
guæ committere, & ad arbitrium palpantis aut blandientis laudem obtinere vel perdere. *Profec.*

132. Sit laus tua in exitu tuo, ut te laudent in portis opera tua, quando erit unicuique laus à Deo. *Ep.* 132. *ad quendam Abbat. poſt med. apud Bibliothecam Patrum, tom.* 12. *part* 2. *pagina* 808. *col.* 2. *E. editionis Colonienſis* 1618.

133. Laus cùm à virtute proficiſcatur, velut à fonte Philo Jud.
perenni, non moratur vulgi ſuffragio, animorum conſtantiam aperientis incertis vocibus, quas nonnunquàm largitionibus corruptum perfrictâ fronte venditat. *De fortitud. poſt init. pag.* 1000. *tom.* 2.

134. Qui plus gaudet ex eo quod laudatur, quàm ex S. Prosper.
eo quod habet undè laudetur, malè laudatur. *Lib.* 3. *de vita Contemp. cap.* 20. *circa init.*

135. Qui non placet Deo, neque meretur laudari ab S. Remigius.
illo, quamvis ab omnibus laudetur. *Sup. Ep. ad Rom. cap.* 2. *can.* 29. *apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 816. *col.* 1. *edit. Colon.* 1618.

136. Illi mendaciter prædicari non debent, qui ſe cu- Salvianus.
piunt titulo etiam falſæ laudis ornari. *Lib.* 8. *de Gubern. Dei, in princ.*

137. Quandiù quis ſubjacet tentationi, non poteſt cum ſecuritate laudari. *Profec.*

138. Tunc

SALVIANUS. 138. Tunc ſtabilis & firma laus eſt, quando meritum non poterit jàm perire laudati. *Lib. 4. ad Eccleſ. Catholic. poſt initium.*

S. SYNESIUS EPISCOPUS. 139. Ea ex omnibus laus, quæ pernitiem cum voluptate conſciſcit, venenatis potionibus ſimilis mihi eſſe videtur, quas melle perfuſas morituris propinant. *De Regno ad Arcad. Imperat. poſt initium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 46. col. 1. D. edit. Colon.* 1618.

140. Laus nonniſi internis convenit, in quibus felicitas ſtabilitur. *Ibidem, poſt initium, pag. 46 columna 2. G.*

141. Magnifieri oportet quod publicè laudatur, præſertim ſi is nominis gloriam inſignem habeat, qui laudandum id ſuſceperit. *Ibidem, in encomio Calvitii, ſub fin. pagina 69. col. 1. A.*

142. Virtutis in laude præmium eſt. *Ep. 62. ad Ducem, in principio, pagina 101. columna 2. E. apud Bibliothecam Patr. &c.*

THOMAS A KEMPIS. 143. Quid prodeſt vana laus hominum, quando intùs arguit mala conſcientia peccatorum? *Ser. 8. ad Novit. diviſ. 1. tom. 1.*

144. Nocent vanæ laudes, & fallunt animos: ſicut auceps fiſtulâ dulciter canens, decipit & arripit aves. *Serm. 10. ad Novit. diviſ. 9. tom. 1.*

145. Seipſum denigrat & confundit, qui patrum ſuorum ſanctitatem laudibus commendat, & humilem eorum converſationem ſequi negligit. *Ibidem, ſerm. 14. diviſ. 8.*

146. Non es ſanctior ſi laudaris, nec vilior ſi vituperaria: quod es, hoc es; nec major dici vales, quàm Deo teſte ſis. *Libro 2. de Imitatione Chriſti, cap. 6. ſect. 3. tom. 2.*

147. Dùm inhiat homo laudibus humanis, privatur veris virtutibus. *Ibidem, libro 3. capite 40. ſection. 4.*

148. Plus nocet blanda laus ſtulti, quàm dura correptio juſti. *In hortulo Roſarum. cap. 8. ſect. 1. in calce, tom. 2.*

149. Cave laudari, time magnificari: non eſt ſine laude, qui propter Deum ſpernit laudes. *In valle lilior. cap. 31 in fine, tom. 2.*

150 Fallax fallacem, vanus vanum, cæcus cæcum, infirmus infirmum decipit, dùm exaltat: & magis confundit, dum inaniter laudat! *Libro 3. de Imit. Chriſti. cap. 50. ſect. 8. tom. 2.*

151. Quàm multis nocuit virtus ſcita, ac præproperè laudata. *Ibidem, cap. 43. ſect. 6. tom. 2.*

IN VIT. PAT. 152. Sicut fieri non poteſt, ut ſimul & herba naſcatur & ſemen: ita impoſſibile eſt, ut laudem ſecularium quærentes, ſimul etiam & fructum faciant cœleſtem. *Lib. 3. num.* 113. *pag.* 517. *col.* 1.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 153. Laus virtutis eſt: hæc enim ad res honeſtas agendas idonei ſunt. *Lib. 1. Ethic. ad Nicomach. cap. 12. poſt med. tom. 2.*

154. Virtutem laus, vitium autem vituperatio conſequitur. *Libro 1. magnorum Moral. cap. 9. in fine, tom. 2.*

155. Laus rerum geſtarum eſt. *Libro 3. Rhetor. cap. 16. circa med. tom. 2.*

156. Digna laude ea ſunt, quæ juſta, quæ legitima, quæ utilia, quæ honeſta, quæ jucunda, quæ facilia facta ſunt. *De Rhetor. ad Alexandr. cap. de genere demonſtrat. in princ. tom. 2.*

157. Horum quæ in virtute poſita locataque ſunt, jurè laudantur: contraria autem, à laude ſubducuntur. *Ibidem, cap. Laudandi ſpecies. ab init.*

CATO. POETA. 158. Cùm te aliquis laudat, judex tuus eſſe memento. *Libro 1. diſtich. Metr.* 27.

CICERO. 159. Si hominem laudas abundantem felicitatis, laudas egentem virtutis. *Lib. 4. de arte Rhet. ante med. tom. 1.*

160. Nolo eſſe laudator, ne videat adulator. *Ibidem.* CICERO.

161. Cujus virtus moreſque laudandi ſunt, ejus laudanda vita eſt. *De Paradoxis. capite 3. in fine, tomo 4.*

162. Præclara illa laus eſt, à bonis viris juſtè laudari. *Tom. 2. ſizygia 4. de fortitudine, poſt init. pagina 181. littera B.* PLATO.

163. Nihil turpius eſt ei, qui aliquid ſe eſſe opinatur, laudemque affectat; quàm occaſionem laudis quærere non ex ſeipſo, ſed ex majorum gloriâ. *Tom. 2. ſizygia 4. in dialogo Menexeni, poſt medium, pagina 247. littera B.*

164. Conſentaneum eſt eos laudibus exornare, qui ceſſerunt è vita, ſi corporis & animi viribus res præclaras geſſerint, legibuſque libenter paruerint. *Profec.*

165. Superſtites autem laudibus hymniſque celebrare, non ſatis tutum eſt, priuſquàm videlicet præclarus exitus vitam felici fine coronaverit. *Tom. 2. ſizygia 4. libro 7. de legibus, ante medium, pag.* 801. *littera E.*

166. Propoſitum eſt mihi principem laudare, non principis facta: nam laudabilia multa etiam mali faciunt, ipſe laudari niſi optimus non poteſt. *In Panegyr. de Traiano Auguſt. poſt med. pag.* 369. PLINIUS II.

167. Si poteſtis, bonos laudate: ſi minus, tranſite. *De vita beata. cap. 7. ante medium, pagina* 510. *tom. 1.* SENECA.

168. In homine id laudandum eſt, quod ipſius eſt: quod in ipſo, non quod circa ipſum eſt. *Profec.*

169. Lauda in ipſo quod nec eripi poteſt, nec ab homine dari, quod proprium eſt hominis. *Ep. 41. ſub finem, pag. 595. tom. 2.*

170. Qualis quiſque ſit, ſcies ſi quemadmodum laudetur, aſpexeris. *Epiſt. 52. ante finem, pag.* 615. *tom. 2.*

171. Sicut laudare dignos, boneſta actio eſt: ita laudantis bonum eſt, cujus actio eſt; non noſtrûm, qui laudamur. *Epiſt.* 102. *ante medium, pagina* 814. *tomo 2.*

172. Licet vir bonus taceat, ſed aliquem judicet dignum laude, laudatus eſt. *Profec.*

173. Laus taciti eſt benè ſentientis, ac bonum virum apud ſe laudantis.

174. Magnificum eſt laudari à laudato viro laude digno. *Ibidem, circa med. pag.* 815.

175. Laus alit artes, non laudatio, quæ corrumpit artes. *Ibidem.*

176. Nihil æquè & eloquentiam & omne aliud ſtudium auribus deditum vitiavit, quàm popularis aſſenſio. *Ibidem.*

177. Merentem laudare, juſtitia eſt. *Ibidem, poſt med. pag.* 816.

178. Lauda parcè, vitupera parciùs: nam reprehenſibilis eſt nimia laudatio. *De quatuor virtut. in princip. pag. 673. edit. Baſileenſis* 1537.

179. Sit tibi tàm triſte laudari à turpibus, quàm ſi lauderis ob turpia. *Ibidem, circa medium, pagina* 674.

180. Malorum de te exiſtimationes malas, veram tui laudationem adſcribe. *Ibidem.*

181. Bonum eſt laudari, & eſſe laudabilem. *De Moribus. ante med. pag. 677. edit. Baſileenſis* 1537.

182. Malis diſplicere, eſt laudari. *Ibidem.*

183. Laus nova, niſi oritur, etiam vetus amittitur. *In ſuis Prov. in fine poſitis. L.*

184. Intolerabilis fit malitia, cùm laudatur. *Sent. 142. pag. 65. columna 2. F. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colon.* 1618. SIXTUS PHILOSOPHUS.

185. Devita infidelium laudes. *Ibidem, ſent. 232. pag. 66. columna 2. littera B.*

Sixtus Phil. 186. Turpe ducito proprio ore laudari. *Ibidem, ſent. 276. pag. 66. columna 2. littera E.*

Valer. Max. 187. Publicâ religione conſecrata virtus, nullâ privatâ laudatione indiget. *Lib. 3. dictor. memorabil. cap. 2. poſt initium, pag. 106.*

Vide etiam Tit. Adulatio. ſent. 45. Arrogare ſibi. ſent. 36. Converſatio ſent. 26. Diſputatio. ſent. 51. Gloria vana. ſent. 80. Honor. ſent. 32. 76. Humilitas. ſent. 70. Jactantia. ſent. 25. 27. 60. Imitatio. ſent. 14. Prædicatio. ſent. 156. Sanctitas. ſent. 49. Vir. ſent. 41.

Laus Dei.

DIVISIO.

S. Bonavent. Laus Dei in tribus conſiſtit.
- In benedictione.
- In magnificentia.
- In bonorum perſecutione.

Sup. Pſalm. 33. in princ. pag. 102. col. 2. D. tom. 1.

Hugo Card. Perfecta laus Dei in tribus conſiſtit.
- In mentis devotione.
- In vocis confeſſione.
- In exteriore opere.

Super Pſ. 34. Moraliter. fol. 89. col. 2. tom. 2.

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius. 1. Magnificatur Dominus, non quòd ei aliquid humana voce poſſit adjungi; ſed quia magnificatur in nobis, dùm anima noſtra imaginem Dei (ad cujus eſt ſimilitudinem creata) magnificat. *Lib. 2. ſup. Luc. cap. 1. in illud, Ecce enim ut facta eſt vox, &c. columna 1637. A. tom. 5.*

2. Invenimus quoſdam flagitioſos, qui Chriſtiani vocantur, qui quamvis Deum laudare videantur, Deum non laudant: qui blaſphematores Dei potiùs dicendi ſunt, quàm laudatores. *Super Apocal. cap. 5. ante finem, col. 3045. C. tom. 5.*

S. Augustin. 3. Deum laudat, qui eum perſuadet fide, expectat ſpe, & quærit charitate. *De vera Relig. cap. 54 in fine, pag. 517. A. tom. 1.*

4. Laudate Dominum dulcidùs, quem cogitatis uberiùs. *De ſancta virginit. cap. 27. in princ. pag. 564. C. tom. 6.*

5. Sive tribulemur, ſive lætemur, ille ſemper laudandus eſt, qui & in tribulationibus erudit, & in lætitia conſolatur nos. *Sup. Pſal. 54. in princ. Enarrationis. pag. 359. A. tom. 8.*

6. Laudari ſe vult Deus, & hoc ut tu proficias, non ut ille ſublimetur. *Sup. Pſ. 102. poſt init. verſ. 2. pag. 795. A. tom. 8.*

7. Laudate totis votis, idest, ut non ſolùm lingua & vox veſtra laudet Deum; ſed & conſcientia veſtra; vita veſtra, facta veſtra. *Sup. Pſ. 148. circa med. Enarrat. pag. 1188. C. tom. 8.*

8. Non ceſſes benè vivere, & ſemper laudare Deum: tunc enim definis laudare Deum, quando juſtitia, & ab eo quod illi placet, declinas. *Sup. Pſal. 148 circa med. Enarrat. pag. 1188. C tom. 8.*

9 Tota die vis laudare Deum? quidquid egeris, benè age, & laudaſti Deum. *Sup. Pſ. 34. conc. 2. in fine, pag. 178 C. tom. 8.*

10. Lingua tua nihil agit, niſi laudet conſcientia tua. *Ibidem, &c.*

11. Definis laudare, ſi definis amare. *Sup. Pſ. 85. in fine. pag. 156. D. tom. 8.*

12. Quid magis homo debet laudare, quàm id quod ſic Deo placet, ut non poſſit ſibi diſplicere? ſecuritas ergo laudis, in laude Dei eſt. Ibi laudator ſecurus eſt, ubi non timet ne de laudato erubeſcat. *Sup. Pſ. 94. pag. 730. C. tom. 8.*

13. Poteſt eſſe laus Dei vera & pia, ubi non ſit confeſſio peccatorum: nulla eſt autem peccatorum confeſſio pia & utilis, ubi non laudatur Deus, ſive corde, ſive etiam ore atque ſermone. *Sup. Pſalm. 105. poſt initium, verſ. 1. pag. 850. C. tom. 5.* S. Augustin.

14. Laudas Deum, quando tibi benè eſt: blaſphemas, quando tibi malè eſt. *Sup. Pſ. 32. conc. 1. verſ. 1. Rectos decet collaudatio. pag. 138. C. tom. 8.*

15. Eſt quædam terrena proſperitas, eſt quædam terrena adverſitas, undè Deum laudemus: quiſquis indè non laudat Deum, ingratus eſt. *Super Pſalmum 32. conc. 1. verſ. 2. Confitemini Domino, &c. pagina 159. lit. B.*

16. Cùm convenis ad Eccleſiam hymnum dicere, ſonet vox tua laudes Dei: dixiſti quantum potuiſti, diſceſſiſti? ſonet anima tua laudes Dei. *Profec.*

17. Negotium agis, cibum capis? laudet Dominum anima tua.

18. Cùm dormis, benedicat anima tua Dominum: innocentia tua etiam in dormiente, vox eſt animæ tuæ. *Sup. Pſalmum 102. ab init. verſ. 1. pag. 794. littera C. tom 8.*

19 Laus Dei in via te conſtituens, oſtendere tibi debet, & quid diligas, & quid timeas, & quid appetas, & quid fugias, & quid eligas, & quid rejicias: tempus electionis nunc eſt. *Super Pſalm. 144. ante med. verſ. 6. pag. 1148 C. tom. 8.*

20. Nullamne mercedem expectare, aut petere, aut ſperare debet laudator Dei? *Profec.*

21. Laudatur infirmus, & ſperatur de eo aliquid: laudatur omnipotens, & nulla merces eſt?

22. An fortè hoc cupis, quod ille dare non poteſt? Quid homo deſiderat, quod in manu Dei non ſit? cùm laudaveris hominem, fortè hoc cupis quod ab illo præſtari non poteſt: Deum ſecurus lauda, quem nemo poteſt dicere non poſſe præſtare quod tu poteris deſiderare.

23. Propoſita ergo ſpe mercedis alicujus, laudare debemus Deum, non tamen daturum quidquid cupimus.

24. Pater eſt enim, & quod mali cupiunt filii, non dat: laudemus, & ſperemus, & deſideremus, non illud, aut illud; ſed quod judicat dandum eſſe, quem laudamus. *Super Pſalm. 146. in princ. pagina 1163. lit. A. tom. 8.*

25. Laudando Deum, ſi negotium agis, & fraudem cogitas, ſiluiſti à laude Dei: & quod gravius eſt, non ſolùm à laude ſiluiſti, ſed in blaſphemiam perrexiſti. *Profec.*

26. Cùm ergo Deus laudatur de bono opere tuo, opere tuo laudas Deum: & cùm blaſphematur Deus de malo opere tuo, opere tuo blaſphemas Deum.

27. Cùm manducas & bibis pſalle, non intermiſcendo ſonorum ſuavitates ad aures aptas, ſed modeſtè & frugaliter & temperanter manducando & bibendo.

28. Si verò modum naturæ debitum immoderatione voracitatis excedas, & vinolentia te ingurgites; quantaſlibet laudes Dei lingua tua ſonet, vita blaſphemat. *Ibid. poſt init. pag. 1163. B.*

29. Deum laudare, ſalus & gaudium animæ eſt. *In Medit. capite 32. ferè in principio, pagina 439. littera A. tom. 9.*

30. Hoc eſt ſacrificium, quod Deus ſuper omnes hoſtias quærit & diligit, ut per juſtitiæ noſtræ opera nomen ſuum ubique laudetur. *De vita Chriſtiana, cap 9. in fine, pag 612. D. tom. 9.*

31. Illi Deum diligunt, qui non aliud quàm undè nomen Dei glorificetur, exercent. *Ibidem.*

32. In confeſſione ſui accuſatio, Dei laudatio eſt. *Ser. 8. de verb. Dom. poſt init. pag. 19. B. tom. 10.*

33. Sive

S. August. 33. Sive nos accuſemus, ſive Deum laudemus, bis laudamus ſi piè nos accuſamus, Deumque laudamus. *Proſec.*

34. Quando Deum laudamus, tamquàm eum qui ſine peccato eſt, prædicamus: quando autem noſipſos accuſamus, ei per quem reſurreximus, gloriam damus. *Ibidem.*

35. Ubi via? in ſacrificio laudis: noli pedem extrà hanc viam mittere, in via eſto, noli à via recedere. Si volueris ab hac via deviare, & pro Domino te laudare, non eris ſalvus ab inimicis. *Proſec.*

36. Quidquid putaveris boni te habere abs te, deviaſti à via, deviaſti à laude Dei: quid jàm miraris, ſi te ſeducit inimicus, quando tuiipſius ſeductor es? *Ibidem, in medio, pag.* 20. C.

37. Nihil tibi prodeſt quod laudas Deum: illis enim qui benè vivunt prodeſt, quòd laudant; tu autem ſi laudas, & peccata non deſeris, nihil tibi prodeſt. *Homil.* 2. *ex quinquaginta Homil. poſt med. pag.* 284. *littera D. tom.* 10.

38. Deum laudare non meretur, qui odium ſervat in corde. *Serm.* 9. *ad fratres in Eremo. ante med. pag.* 922. *D. tom.* 10.

39. Nullus veraciter laudat, niſi qui ſinceriter amat. *Epiſt.* 120. *cap.* 18. *poſt initium, tom.* 2.

40 Qui Deum laudat lingua, non ſemper poteſt: qui moribus Deum laudat, ſemper poteſt. *Tract.* 8. *ſup. Ep. Joan. circa initium, tom* 9.

V. Beda. 41. Deus vult à te laudari, ut tu proficias, non ut ipſe ſublimetur. *Super Pſ.* 102. *poſt init. columna* 799. *tom.* 8.

S. Bernard. 42. Oblatio laudis quæ Deo immolatur, triformis eſſe debet; affectuoſa, ut mens concordet voci: fructuoſa, ut ædificationem pariat audienti; gratioſa, ut placeat Conditori. *In ſuis ſent. verbo Oblatio. fol.* 130. *col.* 2. *E.*

43. Laudate Dominum dulciùs, quem cogitatis uberius: ſperate feliciùs, cui ſervitis inſtantiùs: amate ardentiùs, cui placetis attentiùs. *Lib. de Paſſione Dom. cap.* 31. *poſt medium, fol.* 71. *columna* 1. *littera A.*

44. Deus eſt laus tua, ergo & tu laus illius eſto: itaut ſemper ſit laus illius in ore tuo. *Sermone* 52. *ad Sororem, in fine, fol.* 94. *columna* 1. *littera B.*

S. Bonavent. 45. Laudator divini nominis non debet eſſe timidus, ut laudare non audeat: nec tumidus, ut laudare erubeſcat; ſed virilis & humilis. *Super Lucam, cap.* 11. *in illud, Extollens vocem quadam mulier, &c. pag.* 144. *col.* 1. *D. tom.* 2.

46. Dulces hymnus Deo cantat, qui in tribulatione ſua Deum ſemper laudat. *In Alphabet. Relig. lectio* 22. *pagina* 529. *columna* 2. *littera E. tom.* 7. *part.* 4.

47. Omnia quæ de Deo cogitari, vel dici ſecundùm veritatem poſſunt, vel ſentiri, non niſi laus ipſius ſunt: eoquòd nihil in Deo ſit, niſi ſummè laudabile & admirabile & venerandum. *Libro* 2. *de profectu Relig. cap.* 64. *pagina* 601. *columna* 1. *littera D. tom.* 7. *part.* 4.

48. Quantò perfectiùs Deus cognoſcitur, tantò veriùs laudatur. *Ibid. &c.*

Cassiodor. 49. Intelligimus illos ſolos reverà Domini laudes canere, qui ab ejus neſciunt prædicationibus diſcrepare. *Super Pſalmum* 18. *in diviſione, fol.* 27. *columna* 3.

50. Quid dulcius, quidve ſalubrius, quàm Deum laudare? quod animam paſcit, & epulas illi ſuaves delectatione concedit. *Super Pſalmum* 41. *ante medium, verſ.* 5. *Sonus epulantis. fol* 63 *col.* 3.

51. Nullus immolat Deo ſacrificium laudis, niſi qui à terrenis vitiis fuerit ſegregatus. *Proſec.*

52. Non enim placet Domino, ſi laudes ejus turpis perſona decantet: actum videlicet quærit probabilem, non dulciſonam vocem.

53. Sacrificemus ergo Domino laudando, quâ ſapientiâ cuncta diſponat, quâ pietate peccatoribus parcat, quâ fortitudine diabolum vincat. *Super Pſalm.* 49. *à medio verſ.* 15. *Immola Deo, &c. folio* 76. *columna* 3. — Cassiodor.

54. Multò acceptior eſt laus puro corde fuſa Deo, quàm poteſt pecudum placere mactatio. *Super Pſalmum* 68. *poſt medium, verſ.* 36. *folio* 104. *columna* 2.

55. Qui Deo dat laudes, ſe facit eſſe laudabilem: & qui illi dat honorem, ſibi conquirit ſine dubio dignitatem *Super Pſalmum* 67. *ante finem, verſ.* 37. *Date gloriam Deo. fol.* 101. *col.* 2.

56. Facta Domini narrare, laudaſſe eſt: cujus dùm opera referuntur, gloria ſemper augetur. *Super Pſalmum* 77. *poſt initium, verſ.* 5. *Narrantes laudes Domini, &c. fol.* 119. *col.* 2.

57. Ille Deum laudare numquàm deſinit, qui collata beneficia non poteſt obliviſci. *Sup. Pſ.* 102. *poſt init. fol.* 154. *col.* 3.

58. Quale ſacrilegium eſt, ut cùm omnis creatura jubeatur benedicere Dominum, homo deſinat laudare Deum, qui ad imaginem & ſimilitudinem ipſius noſcitur eſſe procreatus? *Sup. Pſ.* 102. *in concluſ. fol.* 155. *columno* 4.

59. Dominum laudat, qui ſe probabili actione commendat. *Sup. Pſalm.* 112. *in princ. verſ.* 1. *fol.* 174. *columno* 2.

60. Nomen Domini laudat, qui virtutes ejus ſanctâ prædicatione celebrat. *Ibidem.*

61. Nihil ſuavius quidquàm poteſt dici, nec ſalubrius actitari, quàm laus Dei. *Super Pſalmum* 114. *in proœmio, fol.* 176. *col.* 2.

62. Miranda complexio, vera prædicatio, ſic laudare Dominum, ut quantum eſt magnus non æſtimes explicandum: ſenſus enim totius creaturæ deficit, & adhuc illa retractio ſemper exereſcit. *Proſec.*

63. Nam ſicut nullo loco clauditur, ita nec eloquentiâ quamvis ampliſſimâ ejus poſſunt præconia terminari.

64. Virtus inexplicabilis, pietas incomprehenſibilis, ſapientia ineffabilis, cujus vera definitio eſt, finem in ſanctis laudibus non habere. *Super Pſalmum* 144. *verſ.* 3. *Magnus Dominus. & laudabilis nimis. fol.* 219. *col.* 3.

65. Quid felicius, quàm modò exercere, quod te ſperas in futura beatitudine peragere? *Super Pſalmum* 146. *in principio, verſ.* 1. *Laudate Dominum, &c. fol.* 222. *col.* 2.

66. Dignum eſt, ut unaquæque res ſecundùm percepti muneris modum, ſuum laudet artificem. *Super Pſalmum* 148. *in princ. verſ.* 1. *Laudate Dominum, &c. fol.* 224. *col.* 4.

67. Quid dignius, quàm ut creatura Creatorem ſuum, ideſt, conditio rerum, proprium laudet authorem? *Ibidem, ante med. verſ.* 4. *Laudent nomen Domini. fol.* 225. *col.* 1.

68. Laudatio viatorum ſumum habet diſtractionum, multiplicemque defectum: quia ſic laudat Altiſſimum, ut proprium evadere curat periculum. *Sup. Hymn. Adventus ad Veſperas, in principio, folio* 143. *littera F.* — Dionysius Carthus.

69. Nullum tempus putemus longum, nullum actum difficilem, nullum laborem moleſtum, nullam adverſitatem prægrandem, quibus Deum honorare ac laudare valemus. *Super Hymn. Aſcenſionis in fine.*

70. Cum omni humilitate, attentione, timore, reverentia, & fervore Omnipotentem adora, lauda, & cole. *De profeſſ. Monaſt. art.* 20. *in medio.*

71. Cum magno tremore eſt ipſe Deus laudandus, ne etiam inter laudandum indignè quidquam de eo dicatur; imò quod & ſufficienter de eo nil dicere poſſit. — Franciscus Titelman.

FRANCISCUS TITELM. 72. Undè ſicut dignè eum cognoſcere non poſſumus, ita neque dignè & ſufficienter laudare.

73. Ut meritò ſicut ejus cognitione, ſive inveſtigatione; ſic & in ejus laudatiooe trepidare debeamus.

74. Eò quòd non minùs præſumptuoſo laudatori, quàm præſumptuoſo inveſtigatori ſit periculi.

75. Nam interdùm contingit præſumptuoſum laudatorem tunc maximè blaſphemare, cùm laudare magnificè Deum exiſtimat.

76. Quod autem dignè nec inveniri, oec laudari à nobis poſſit Deus, in cauſa eſt ſuperexcellentis magnitudinis majeſtas. *In Elucid. ſup. cap.* 38. *Iob. ſub fin. fol.* 243. *pag.* 2.

77. Omnis qui Deum laudat, quaſi præſens aſſiſtere debet Deo, quem laudat, & cum eo velut colloqui. *In Annot. ſup. Pſ.* 32. *in princ. verſ.* 1. *Rectos decet collaudatio.*

78. Peccator quaſi os & labia ſibi claudit, quando per peccatum facit, ut dignè Deum laudare oon poſſit. *In Annotat. ſup. Pſ.* 50. *poſt med. verſ.* 16. *Domine labiamea*, *pag.* 492. *ſect.* 1.

GLOSS. INT. 79. Miniſtri Eccleſiæ debent ſemper & ubique Deum laudare. *Super* 1. *Paralip. cap.* 23. *col.* 1110. *littera F. tom.* 2.

GLOSS. ORD. 80. Nemo dignè Deum laudare poteſt, niſi quis Patrem & Filium & Spiritum ſanctum confeſſione per fidem, ſpem, & charitatem laudaverit. *Ibidem, cap.* 25. *in princ. col.* 1113. *C.*

81. Prudens expectator æternæ ſalutis non pauco tempore, ſed omni tempore vitæ ſuæ Deum laudat. *Projec.*

82. Deus enim in diebus vitæ laudatur, in diebus autem mortis non poteſt laudari.

83. Sic itaque qui delictorum morti ſubditus jacet, iniquitatibus involutus, Deum laudare noo poteſt.

84. Converſus verò cùm fuerit, tamquàm de morte traoſitur ad vitam, illicò laudis officio dignus invenitur. *Super orat. in Manaſſ. in illud, Laudabo te ſemper. col.* 1270. *E. tom.* 2.

GLOSS. INT. 85. Laudat qui ſubditus eſt Deo, aliter diſtortus eſt. *Super Pſalmum* 32. *in principio, columna* 650. *E. tom.* 3.

GLOSS. ORD. 86. Non eſt ſalubrius aliquid quod delectet, quàm laus Dei. *Super Pſ.* 117. *in calce, columna* 1340. *littera D. tom.* 3.

87. Cœleſtes virtutes à laude Dei non ceſſant: non quòd miniſterio eorum egeat Deus, ſed ut bonitatem ſuam oſtendat. *Super Pſalmum*, 148. *in fine, col.* 1584 *D. tom.* 3.

GLOSS. INT. 88. Os quod clauſum fuit à laode Dei, claudetur à deflendis malis ſuis. *Super Oſeam, cap.* 4. *col* 1725. *B. tom.* 4.

89. Tota die Deum laudat, qui omnia benè agit. *Super Pſalmum* 34. *columna* 676. *littera D. tom.* 3.

S. GREG. MAG. 90. Rectæ mentis eſt, Deum non ſolùm in proſperis benedicere, ſed etiam in adverſis collaudare. *Lib.* 8. *in regiſtro. indict.* 3. *cap.* 31. *Epiſt.* 31. *ad Libertin. Ex-præfect. poſt init. col.* 1022. *A. tom.* 2.

91. Eorum laus ad Omnipotentis Dei aures nequaquàm pervehitur, quorum cor à ſemita juſtitiæ per pravæ intentionis ſtudiom elongatur. *In ſeptem Pſal. pœnit. ſuper Pſ.* 4. *verſ.* 16. *in fine, col.* 578. *littera C. tom.* 2.

92. Agnitionem nominis, laus ſequitur confeſſionis. *Profec.*

93. Quæ major laus Dei eſt, quàm quòd mundus io unitate fidei collectus, non ſolùm opera ejus annuntiat, ſed etiam vita eum & operibus laudat? *Ibidem, ſuper Pſalmum* 5. *verſ.* 22. *in fine, columna* 605. *littera C.*

S. HIERONYM. 94. Omnis creatura non voce, ſed opere laudat Dominum: quia ex creaturis conſequenter Creator intelligitur, & in ſingulis operibus atque affectibus Dei magnificentia demonſtratur. *Sup. Daniel. cap.* 3. *ſup. illud, Benedicite omnia opera. &c. pagina* 576. *D. tom* 5.

95. Quidquid boni agimus, à Deo deputatur eſſe: quidquid mali facimus, à nobis eſt; laus Dei perfecta eſt, & laus hominum imperfecta. *Super Pſalmum* 115. *verſ.* 7. *Vt audiam vocem laudis. pagina* 36. *littera B. tom.* 8. S. HIERONYM.

96. Sicut carmina ſeculi ſunt, ſic & carmina Eccleſiæ: undè laus Dei cantatur, & conſolatio Sanctorum eſt. *Super Pſalmum* 53. *in fine, pagina* 78. *lit. B. tom.* 8.

97. Qui proficit, quotidie poteſt benedicere Deum: quid enim mihi prodeſt, ſi heri benedixi, & hodie non poſſum benedicere? aſſiduè ergo eſt benedicendus. *Super Pſal.* 67. *verſ.* 21. *Benedictus Dominus, &c. pag.* 95. *B. tom.* 8.

98. Sicut majeſtatem Dei metuitis, ita cum charitate laudetis. *Sup. Pſ.* 134. *verſ. penult. pag.* 195. *litera C. tom.* 8.

99. Servitium creaturarum, laus Dei eſt. *Sup. Pſal.* 148. *verſ.* 3. *pag.* 211. *C. tom.* 8.

100. Nihil occultum, nihil clauſum, nihil obligatum ſub Dei confeſſione in corde reoonendum. *In explanat. ſuper Pſalmum* 61. *poſt medium, folio* 29. *columna* 4. S. HILARIUS.

101. In laude Deum magnificat qui opera potentiæ & miſericordiæ ejus mente diligit, & ea cæteris ad laudem Creatoris narrat. *Libro* 4. *de Clauſtr. animæ. cap.* 22. *ab init. pag.* 80. *A. tom.* 2. HUGO A S. VICTORE.

102. Ille pro humano modo dignè Deum laudat, quis ejus laudem mundo corde & ore decantat. *Profecutio.*

103. Ille benè laudat, qui quod profert ore verſat in corde.

104. Illè benè laudat, qui in corde habet rectitudinem, & in ore laudationem.

105. Ille ſolus verè laudat, qui quod ore clamat, vitâ demonſtrat. *Serm.* 53. *de diverſ. poſt medium, pag.* 369. *A. tom.* 2.

106. Felix lingua, quæ neſcit, niſi de divinis componere ſermonibus. *Super Pſalmum* 2. *fol.* 6. *columna* 2. *tom.* 2. HUGO CARD.

107. Non ſolùm per opera, ſed etiam per verba laudandus eſt Deus. *Super Pſalmum* 9. *fol.* 18. *columna* 3. *tom.* 2.

108. Laus Dei & oratio, arma ſunt contra inimicum. *Sup. Pſ.* 12. *fol.* 25. *col.* 1, *tom.* 2.

109. Laudandus eſt Deus, propter quinque maximè cauſas.
- Prima, quia fidelis eſt in verbo.
- Secunda, quia eſt diſcretus in opere.
- Tertia, quia eſt miſericors in dilectione.
- Quarta, quia juſtus eſt in actione.
- Quinta, quia largus eſt in datione. *Sup. Pſ.* 32. *fol.* 79. *col.* 4. *tom* 2.

110. Officium Religioſi eſt laudare Deum. *Sup. Pſ.* 34. *Moral. fol.* 89. *col.* 2. *tom.* 2.

111. Sunt quidam qui Deum laudant, & magnificant in proſperitate, ſed blaſphemant in adverſitate. *Super Pſalmum* 70. *Moraliter, folio* 177. *columna* 3. *tom.* 2.

112. Cor evagans ad exteriora non poteſt laudare Dominum. *Sup. Pſalmum* 102. *in princ. fol.* 261. *col.* 2. *tom.* 2.

113. Omnis lingua, quæ Deum non confitetur, barbara eſt. *Super Pſalmum* 113. *fol.* 194. *columna* 2. *tom.* 1.

114. Non poteſt quis magnificare Deum, quin mente exultet. *Sup. Luc. cap.* 1. *fol.* 136. *columna* 1. *tom.* 6.

115. Laudatio

LACT. FIRM.

115. Laudatio ut Deo ſit accepta, & humilitate & timore & devotione maximâ opus eſt. *Lib.6. de divin.inſt. cap.25. ante fin. pag.286.*

S. LAURENT. JUSTIN.

116. Nihil in hujus peregrinationis tempore, ſic Angelorum imitator veſtigia, ſicut pura Dei laudatio. *De caſto connubio, cap. 25. poſt medium, pagina 213. columna 2. A. part. 1*

117. Laus divina eſt { Sacrificium ſalutare. Oblatio munda. Thymiama ſuaviſſimum. Munus acceptabile. Grata libatio. Flagrantiſſimus odor. Hoſtia immaculata. *Ibidem.* }

S. LEO I.

118. Fideles & pios diſcipulos veritatis nihil magis commendat, & munit, quàm perſeverans in Deum indefeſſa laudatio. *Serm. 1. de jejun. decimi menſis, poſt medium.*

119. Deus à nobis honorandus, atque laudandus eſt. *Ser. 5. de jejun. decimi menſis in princ.*

S. MAXIMUS EP. TAURIN.

120. Qui verus Chriſtianus eſt, ſemper debet Patri ac Domino ſuo laudes dicere, & in ejus gloriam omnia procurare. *Hom. 2. de non timendis hoſtibus, in princ. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 41. columna 1. D. edit. Colon.* 1618.

S. NILUS AB.

121. Deum verbis lauda, operibus cole, & cogitatione honora. *Paræneſ.* 8. *apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 2 edit. Colon.* 1618.

PHILO JUD.

122. Inter omnia rectè facta nullus partus eſt præſtantior, quàm hymnus in Deum Patrem omnium. *Lib. de plant. Noe. poſt med. pagina 328. tom. 1.*

S. PROSPER.

123. Benedicendus eſt Deus, qui non ſolùm non plectit malos, ſed etiam bona pro malis reddit, & bonos facit. *Sup. Pſ. 102 verſ. 2.*

124. Sicut nullus eſt locus, qui non dominationi Dei ſubjiciatur: ita nullus eſt locus, in quo ejus debeat ceſſare benedictio. *Ibidem, verſ. 20.*

125. Sive lætus de ſecundis, ſive triſtis de adverſis ducatur dies, numquàm à Dei laude ceſſandum eſt. *Sup. Pſ.144. verſ.2.*

126. Nullo fine laudatio Dei concluditur, cujus magnitudinis nullos terminus invenitur, & in cujus prædicatione quidquid laudator poterit cogitare, non ſufficit. *Proſecutio.*

127. Qui ergo omni laude ſemper eſt major, ſine fine laudetur. *Ibid. verſ. 3.*

128. In converſatione ſpiritualium ſervorum Dei, quidquid domi foriſque agitur, laus Dei eſt: cujus & doctrina & munere ita vivitur, ut nihil actionum non Dei laude ſit dignum. *Sup. Pſ.146. verſ. 1.*

RICHARD A S. VICTORE.

129. Ne te pigeat divinam clementiam laudare, ut multum ames: quia quantò plus laudabis, tantò ardentiùs amabis. *Part.1.tract. de Exterminat. mali. cap. 4. circa initium, pag. 2. col. 2. C.*

130. Libenter lauda ſummè bonum, glorifica ſummè beatum, magnifica majeſtate immenſum, æternitate infinitum. *Part.1.lib.2. de erudit. hom. inter. cap.31. circa med. pag.163 col.1. C.*

S. THEODORET

131. Si aliquis ſuum Conditorem non laudat, tanquàm ingratus non laudat. *Sup. Pſ.148. verſ. 1. pag. 210. col. 2. E. tom 1.*

132. Matura & immatura ætas Deum celebret. *Ibid. verſ. 12. pag. 211. columna 1. B.*

133. Non peccatorum, ſed Sanctorum proprium eſt, Deum laudare. *Ibidem.*

S. THOMAS AQUINAS.

134. Summis Deus efferendus eſt laudibus, ſed non eâ prorsùs ratione, quâ homo hominis laudes prædicat. *2. 2. quæſt. 91. art. 1. in princ. corporis.*

135. Deus eſt ore laudandus, non ei ut noſtros conceptus manifeſtemus, ſed ut nos ipſos, & alios audientes, ad ejus reeverentiam inducamus. *Ibidem, &c. in corpore.*

S. THOMAS AQUINAS.

136. Ideò ſalubriter fuit inſtitutum, ut in divinas laudes cantus aſſumerentur, ut animi infirmorum magis provocarentur ad devotionem. *Ibidem, art. 2. in corpore.*

137. Eſt quoddam frænum animam ab interitu peccati retrahens, laus divina. *De perfect. vita ſpirit. cap.9. circa medium, tom. 2.*

THOMAS À KEMPIS.

138. O quàm gratum & commendabile collegium, ad laudandum Deum præcipuè dedicatum: ubi ſunt tot tubæ reſonantes, quot voces in choro alacriter cantantes. *Serm. 1. ad novit. diviſ. 2. tom. 1.*

139. Nihil ſalubrius, nihil jucundius, nihil dulcius, quàm Deum laudare. *Ibidem, ſermone 28. diviſ. 8.*

140. Laudemus Deum in terris, quem laudant omnes Angeli in cœlis. *Sermone 8. ad fratr. diviſ. 7. tom. 1.*

141. Ille Deum veraciter laudat, qui viliter de ſe ſentit: & quidquid boni cogitat, loquitur, & facit, hoc totum fideliter Deo adſcribit. *In hortulo Roſar. cap. 8. in fine. tom. 2.*

142. Quidquid boni facis, ad laudem Dei facias. *Ib. cap. 16. in fine.*

143. Sit ſemper laus Dei in ore tuo, tàm in proſperis, quàm in adverſis. *Ibidem, cap. 18. ſect. 2.*

144. Lauda Deum cum in omnibus Sanctis in terris, quem laudant omnes Angeli in cœlis. Si laudas, Angelis aſſimilaris: ſi non laudas, ingratus es, & pejor beſtiis, quæ eum laudant. *Ibidem, cap. 18. in fine.*

145. Nil tibi melius, nil ſalubrius, nil ſuavius, nil jucundius, nil dignius, nil altius, nil felicius, nil perfectius, nil beatius, quàm ardentiſſimè amare & altiſſimè laudare Deum. *Proſec.*

146. Hoc centies dico, hoc millies replico: nullum ſtudium elegantius, nullum opus eminentius, quàm amare & laudare Deum. *In Valle lilior. cap. 26. in princ. tom. 1.*

147. Lauda Deum, & laudaberis: benedic, & benediceris: ſanctifica, & ſanctificaberis: magnifica, & magnificaberis: glorifica, & glorificaberis. *Ibidem, cap. 26. ſect. 2. in fine.*

148. Qui à Dei laudibus torpeſcit, aut tacet, aut ſe abſentat, non eſt amicus Dei, nec civis cœli. *De diſciplin. clauſtr. cap. 8. ſect. 5. tom. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

SIXT. PHILOS.

149. Ore priùs Deum habeto & mente, quàm reſpires. *Sent. 279. apud Bibl. Patrum, tom. 3. pag. 66. col. 2. E. edit. Colonenſis* 1618.

TRISMEGIST.

150. Quis te laudabit ſupra te, an infra te poſitum? quò vertam oculos, ut te laudem? ſupra ne, an infra, intùs an extra? In te autem omnia, abs te omnia, præter omnia, omnia habes. *Proſec.*

151. Quando laudabo te Pater? tempus & momentum tuum capere non valemus, quâ potiſſimùm in re laudes cantabo tuas? num in iis, quæ creaveris; an in illis, quæ non creaveris potiùs? num in iis fortè, quæ in lucem è tenebris eruiſti, an in iis quæ latent adhuc arcano ſinu recondita?

152. Per quid tamen hymnos tuos dicabo? numquid in laudatione tali ergo ipſe mei juris exiſtam, an potiùs alter efficiar? ipſe profectò es quidquid ego ſum, ipſe es quidquid agam, ipſe es quidquid denique dicam: ipſe enim es omnia, neque aliud præter te quidquam. Quid ſanè non es ipſe? es quidem intelligens Pater, fabricans Deus, efficiens bonum, bona faciens omnia. *Lib. de poteſt. & ſap. Dei, cui tit. Pimander. cap. 5. in fine.*

153. Hominum laudibus & obſequiis, cœlum, cœleſteſque delectantur: nec immeritò in hominum cœ-

Digitized by Google

tum cauſatum, chorus eſt à ſumma divinitate demiſſus, ut modulatis hominum cantilenis, concelebraretur laudibus, qui ſolus omnia, ut Pater eſt omnium, atque ita cœleſtibus laudibus, nec in terris harmoniæ ſuavitas defuiſſet. *De Volunt. divina, cui tit. Aſclepius. cap. 5. poſt initium.*

TRISMEGIST. 254. Deus ab omnibus frequentibus laudum præconiis, benedictionibusque celebretur. *Ibidem, cap. 9. ante finem.*

Vide etiam tit. Creatio. ſent. 19. Officium divin. ſent. 10. Servire Deo, ſent. 37.

Lectio.

DEFINITIO.

S. BERNARD. LECTIO eſt ſedula Scripturarum cum animi intentione inſpectio. *In ſcala clauſtral. cap. Cùm, in fine, fol. 338, col. 2. E.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS. 1. Cur non illa tempora, quibus ab Eccleſia vacas, lectioni impendas? cur non Chriſtum reviſas, Chriſtum reviſas, Chriſtum alloquaris, Chriſtum audias? *Proſec.*

2. Chriſtum alloquimur, cùm oramus: Chriſtum audimus, cum divina legimus oracula. *Lib. 1. Offic. cap. 20 ſub fin col. 13. C. tom. 1.*

3. Nihil prodeſt legiſſe, niſi ea quæ legeris bona, in memoriæ theſauro repoſueris. *In fragmento de fide Reſurrectionis, ante medium, columna 487. littera C. tom. 3.*

S. ANTONINUS 4. Citò pigreſcit judicium humanum, niſi jugi lectione reparetur. *Part. 1. tit. 3. cap 4. §. 2. in medio, fol. 39. col. 2.*

S. AUGUSTIN. 5. Quæ eſt iſta perverſitas, lectioni nolle obtemperare, dùm vult ei vacare, & ut quod bonum eſt diutiùs legatur, ideò facere nolle quod legitur? *Proſecutio.*

6. Quis enim neſciat tantò citiùs quemque cùm bona legit, quantò citiùs facit quod legit? *De opere Monach. cap. 17. in fine pag. 562. C. tom. 3.*

7. Tale eſt ingenium naturæ noſtræ, ut torpeſcat ſi uſus deſtiterit lectionis. *Proſec.*

8. Sicut ferrum, niſi uſum fuerit, ruginem generat: ita & anima, niſi frequentiùs divinis exerceatur lectionibus, naſcentur illi peccata. *De quaſt. veter. & novi Teſtament. quæſt. 120. circa initium, pag. 608. D. tom. 4.*

9. Non eſt ut hæreat lector, ubi caliget auditor. *Libro 2, contra Iulian. cap. 5. ante med. pag. 660. lit. C. tom. 7.*

10. Quando legis, Deus tibi loquitur. *Super Pſalmum 85. ante medium, verſ. 4. pagina 648. littera C. tom. 8.*

11. Lectio inquirit, meditatio invenit, oratio poſtulat, contemplatio deguſtat. *Proſec.*

12. Lectio quaſi ſolidum cibum ori apponit, meditatio maſticat & frangit, oratio ſaporem acquirit, contemplatio eſt ipſa dulcedo quæ jucundat & reficit.

13. Lectio in cortice, meditatio in adipe, oratio in deſiderii poſtulatione, contemplatio in adeptæ dulcedinis delectatione. *De ſcala paradiſi. cap. 2. ab init. pag. 559. A. tom 9.*

14. Quid prodeſt lectione continua tempus occupare, Sanctorum geſta & ſcripta legendo tranſcurrere, niſi ea maſticando & ruminando, ſuccum & bibamus, & tranſglutiendo uſque ad cordis intima tranſmittamus, & ſtudeamus eorum opera agere quorum facta cupimus lectitare? *Ibidem, cap. 10. ante medium, pag. 562. littera C.*

15. Lectio ſine meditatione arida eſt, & meditatio ſine lectione erronea eſt. *Ibidem, cap. 11. in principio, pag. 562. D.* S. AUGUST.

16. Qui vult cum Deo ſemper eſſe, frequenter debet orare & legere: nam cùm oramus, ipſi cum Deo loquimur: cùm verò legimus, Deus nobiſcum loquitur. *Serm. 1. feria 6. poſt Dom. Paſſ. & in ord. 112. prope med. pag. 606. D. tom 10.*

17. Labor honeſtus eſt lectionis, & multum ad emundationem animi proficit. *Ibidem.*

18. Melior eſt unius diei lectio, quàm plurium ſcriptio; ſi eadem res uno die legatur, quæ pluribus ſcribitur. *Lib. 6. Muſica, cap. 4. ante med. tom. 1.*

19. Qui cum judicio legunt, approbanda approbant, & improbant improbanda. *Lib. 2. de anima & orig. cap. 17. circa fin. tom. 7.*

20. Omnes qui legimus, nitimur hoc indagare atque comprehendere quod voluit ille quem legimus. *Lib. 12. Conf. cap. 18. poſt med. tom. 1.*

21. Quod ſemel lectum eſt, nullomodo arbitremini ſatis vobis innoteſcere. *De corrept. & grat. cap. 1 ante medium, tom. 7.*

22. Ex iis quæ legimus, aliqua etiam quæ non legimus intelligimus. *Lib. 3. contra Maximin. cap. 3. in medio, tom. 6.*

23. Non omne quod legimus, credere debemus. *De natura & gratia, cap. 39. poſt initium, tom. 7.*

24. Si quis horum quæ leguntur cupit adipiſci, amet. *Sermone 79. ſup. Cant. in princ. fol. 198. columna 1. littera B.* S. BERNARD.

25. Utilis eſt lectio, utilis eruditio; ſed multò magis unctio neceſſaria eſt. *In Declamat. ante med. fol. 309. col. 2. F.*

26. Certis horis, certæ lectioni vacandum eſt. *Proſecutio.*

27. Fortuita enim & varia lectio, & quaſi caſu reperta, non ædificat, ſed reddit quaſi animum inſtabilem: & leviter admiſſa, leviùs recedit à memoria. *De vita ſolit. ante med. fol. 317. col. 2. F.*

28. De quotidiana lectione aliquid quotidie in ventrem memoriæ demittendum eſt, quod fideliùs digeratur, & surſùm revocatum crebriùs ruminetur, quod propoſito conveniat, quod intentioni proficiat, quod detineat animum, ut aliena cogitare non libeat. *Ibidem.*

29. Hauriendus eſt ſæpè de lectionis ſerie affectus, & formanda oratio, quæ lectionem interrumpat, & non tàm impediat interrumpendo, quàm puriorem continuò animum ad intelligentiam lectionis reſtituat. *Ibidem, ante med. fol. 317. col. 3. G.*

30. Intentioni ſervit lectio, ſi verè in lectione Deum quærit qui legit, omnia quæ legit cooperantur ei in bonum: ſi autem in aliud declinat ſenſus legentis, omnia trahit poſt ſeipſum. *Ibidem.*

31. Lectionis modum, ſimilis meditatio ſequi ſolet. *Ibidem, poſt medium, folio 318. columna 4. littera L.*

32. Da operam internæ lectioni, ut legas, inſpicias, & cognoſcas teipſum. *Proſec.*

33. Quid proſunt ſcripta lecta & intellecta, niſi temetipſum legas & intelligas? *Lib. Medit. cap. 17. in fine, fol. 325. col 4. M.*

34. Sæpè prolixa lectio, longitudinis causâ memoriam legentis oblitterat. *De inter. domo. cap. 50. in fine, fol. 331. col. 1. H.*

35. Poſt lectionem eſt orandum. Et ſi quis ad legendum accedat, non tàm quærat ſcientiam, quàm ſaporem. *In ſpeculo Monachor. ab initio, fol. 340. col. 3. I.*

36. Lectio docet quid facias, diſcernit quid caveas, oſtendit quò tendas. *Ser. 50. ad Sororem. in fine, fol. 39. col 3. G.*

37. Lectionibus

S.Bonavent. 37. Lectionibus divinis eſt anima nutrienda. *In ſpeculo diſcipl. part.1. cap. 13. pagina 539. columna 2. C. tom. 7. part. 4.*

38. Non legas quæ non ædificant; quia vana lectio vanas generat cogitationes, & extinguit mentis devotionem. *De Inſtit. Novit. part.1. cap.14. pagina 615. col.2. C. tom.7. part.4.*

39 Lectio dat materiam, & quaſi ſemen bonæ cogitationis. *Ibidem, part.2. cap.4. in fine, pagina 620. col. 2. littera C.*

S. Caesarius Arelat. 40. Etiamſi aliquis neſciens litteras, non poteſt legere: poteſt tamen legentem libenter audire. *Hom.22. poſt init. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 765. col. 2. E. edit. Colon.* 1618.

Cassiodorus. 41. Quidquid legeris, dulceſcere poterit tibi, ſi ſapore ſuperni muneris condiaris. *Sup. Pſal. 90. in fine, procemio. fol. 139. col. 2.*

S. Ephraem. 42. Si lectioni incumbas, inſtar ſapientis apiculæ mel ex floribus ſibi colligentis, fructum ex iis quæ legis pro animi medela deſumito. *De recta vivendi ratione, cap.36. pag.42. C. tom. 1.*

43. Cùm legis, ſtudioſè & accuratè legas, magna cum tranquillitate atque induſtria percurrens verſum. *Proſec.*

44 Dùm legis, non ſtudeas duntaxat libri folia evolvere: ſed non pigeat bis terve ac ſæpiùs eundem repetere verſum, ut vim orationis intelligas. *De patientia & conſummat. poſt medium, pag. 166. littera A. tom. 1.*

S. Fulgent. 45. Nec lectio deſit operibus bonis, nec bona opera deſint ſtudio lectionis. *Epiſt. 6. ad Theodor. cap. 9. circa init.*

S.Greg. Mag. 46. Sanctorum exemplorum flammâ animus legentis incenditur. *Hom.15. ſup. Ezech. poſt med. col. 225. B. tom. 2.*

47. Multi legunt, & ab ipſa ſua lectione jejuni ſunt. *Hom.10. ſup. Ezech. poſt init. ſup. illud, Venter tuus comedet, &c. columna* 155. *D. tom.* 2.

48. Qui verba legendo cuſtodiunt, & ſenſus minimè attendunt, nec verba intelligi faciunt, & ſenſus frangunt. *Lib.6. in regiſtr. Ind.15. cap.191. Ep.27. ad Narſam. ante finem, columna* 885. *B. tom.2.*

S. Hieronym. 49. Semper in manibus tuis ſit divina lectio, ut omnes cogitationum ſagittæ (quibus adoleſcentia percuti ſolet) hujuſmodi clypeo repellantur. *Tom.1. Epiſt. 9. ad Salvinam, poſt med. pag. 76. D.*

50. Iſta legendo non noveris, quibus incontinentibus & miſeris ſubvenitur: ſed illa potiùs lectites, quibus pudicitia coronatur. *Tom.1. Ep. ad Geruntiam. circa med. pagina 90. D.*

51. Crebriùs lege, diſce quàm plurima. *Tom. 1. Epiſt. 22. ad Euſtochium, ante medium, pagina 139. littera B.*

52. Legenti faſtidium generat longitudo. *Tom.3. Ep. 2. circa med. pagina 32. D.*

53. Optimè uteris lectione divinâ, ſi eam tibi adhibeas ſpeculi vice, ut ibi velut ad imaginem ſuam anima reſpiciat, vel fœda quæque corrigat, vel pulchra plus ornet. *Tom.4. Ep.1. ad Demetriad. longè poſt medium, pagina 22. D.*

54. Lectionem frequenter interrumpat oratio, & animum jugiter adhærentem Deo, grata viciſſitudo ſancti operis accendat. *Ibidem, &c.*

55. Sit lectio temperata, cui finem conſilium, non laſſitudo imponat. *Ibidem.*

56. Tunc Scripturæ proſunt legenti, ſi quod legitur, opere complectatur. *Lib. 1. ſup. Michaam, cap. 2 ſup. illud, Ne loquamini loquentes, &c. pag. 142. littera B. tom. 6.*

S. Hilarius. 57. Optimus lector eſt, qui dictorum intelligentiam expectat ex dictis, potiùs quàm imponat; neque cogit id videri dictis contineri, quod ante lectionem præſumpſerit intelligendum. *Lib. 1. de Trinit. verbo Sed vos, ante med. fol. 3. columna 3.*

58. Divina lectio docet, quod ſcire delectet, & quod imitari expediat. *De Scriptur. & Scriptor. cap.13. in principio, pag. 5. A. tom. 1.* Hugo a S. Victore.

59. Valdè eſt utilis divina lectio: nam per lectionem diſcimus quid cavere, quid agere, quò tendere debeamus. *Proſec.*

60. Lectio ad orationem inſtruit & ad operationem, informat ad contemplativam vitam & activam. *Sup. Regul. D. Auguſt. cap. 9. poſt medium, pag. 14. G. tom. 2.*

61. Fruſtrà accedit ad legendum, qui non amat. *Lib. 4. de anima. cap. 9. poſt medium, pagina 132. littera G. tom. 2.*

62. Legite atque diligite; & quod propter dilectionem legitis, ad hoc legite, ut diligatis. *De laude charit. in fine prolog. pag. 151. A. tom. 2.*

63. Prudens lector omnes libenter audit, omnia legit, non ſcripturam, non perſonam, non doctrinam ſpernit: indifferenter ab omnibus quod ſibi deeſſe videt quærit, nec quantùm ſciat, ſed quantùm ignoret conſiderat. *Libro 3. Didaſc. cap. 14. ante med. pag. 15. B. tom. 3.*

64. Geminus eſt divinæ lectionis fructus; quia mentem vel ſcientiâ erudit, vel moribus ornat: docet quod ſcire delectet, & quod juvari expediat. *Ibidem, lib. 5. cap. 6. in princ. pag. 23. B.*

65. Chriſtiano Philoſopho lectio exhortatio debet eſſe, non occupatio; & bona deſideria paſcere, non necare. *Ibidem, cap. 7. ante medium, pag. 23. littera E. tom. 3.*

66. Non oportet lectionem eſſe faſtidio, ſed oblectamento. *Ibid. poſt med. pag. 23. G.*

67. Piè legit, qui cum devotione legit quæ legit: & quæ non intelligit, non reprehendit, ſed ſtudioſè inquirit. *Sup. Sapient. cap. 1. in princ. fol. 139. columna 2. tom. 3.* Hugo Card.

68. Lectio ſpiritualis ſalus eſt animæ, ſpirituales divitiæ, & perfecta ſecuritas. *Hom. 10. ſup. Gen. in fine, col. 78. B. tom 1.* S. Joan. Chrysost.

69. Quod ad augendas vires corpori ſenſibilis cibus facit, id animæ lectio præſtat. *Ibidem, Hom. 29. poſt initium, col. 230. D. tom. 1.*

70. Lectio ſpirituale alimentum eſt, & fortem reddit animam, & conſtantiorem. *Ibid.*

71. Domi lectioni ſacræ vacare, Chriſtianum decet. *Ibidem, col. 231. A.*

72. Lectione primò lingua reformatur, deinde anima pennas aſſumit & elevatur, jubareque ſolis juſtitiæ illuſtratur, & per tempus illud ab immundarum cogitationum illecebris liberata, multâ quiete ac tranquillitate fruitur. *Ibidem.*

73. Scripturarum lectio, cœlorum eſt reſeratio. *Homil. 2. de verbis Iſaiæ, ante medium, col. 806. littera C. tom. 1.*

74. Ubicumque fuerint libri ſpirituales, & eorum lectio, illinc omnis expellitur vis diabolica, multaque legentibus accedit conſolatio. *Conc. 3. de Lazaro. ante med. col. 1342. B. tom. 2.*

75. Magna adversùs peccatum munitio eſt, Scripturarum lectio. *Ibidem, ante medium columna 1344. littera A*

76. Fieri non poteſt, non poteſt, inquam, fieri, ut quis ſine fructu diſcedat, qui aſſiduâ attentaque Scripturarum lectione fruitur. *Ibidem.*

77. Solet lectio non mediocriter lectores illuminare, atque colligere mentem. *Grad. 27. ſub finem, apud Bibl. Patr. tom 6, part. 2. pag. 290. col. 1. littera A. edit. Colon.* 1618. S. Joan. Climac.

78. Noli anteqùam virtute ſpirituali præditus ſis, eos libros legere, qui menti nocere poſſint. *Ibidem.*

79. In libris ſunt quæ omnibus proſunt, dùm tamen legantur modeſtiâ diſpenſante, ut quæ nihil continent, niſi ædificationem fidei & morum. *Proſec* Joan. Sarisb.

IOAN. SARESB.

81. Sunt quæ ſolidioribus animis faciant, habenda quidem procul à lectione ſimplicium.

82. Sunt quæ natura bonæ mentis omninò ejiciant: ſunt quæ digerant in uſum morum, aut eloquentiæ; ſunt quæ iodurent animam, & in fide & bonis operibus ſolam faciant cruditatem.

83. Via autem iovenietur ſcriptum, in quo ſi non in ſenſu vel in verbis, oon reperiatur aliquid, quod prudens lector emittit.

84. Cæterùm libri catholici tutiùs leguntur, & cautiùs, & gentiles ſimplicioribus periculoſiùs patent: ſed io utriſque exerceri fidelioribus ingeniis utiliſſimum eſt.

85. Nam eaquiſita lectio ſingulorum, doctiſſimum, cauta electio meliorum, optimum facit. *Lib. 7. de Nugis curial. cap. 10. apud Bibl. Patr. tom. 15. pag. 440. col. 1. B. edit. Colon.* 1622.

JOAN. TRITH.

86. Sunt nonnulli quos plus delectat lectio oova & curioſa, quàm divina. *Super Prolog. Reg. S. Bened. cap. 2. text. 2. ante medium, pagina* 165. *columna* 2.

87. Quantò quiſque in lectione aſſiduus fuerit, tantò fructum ex ea uberiorem capit. *De laud. ſcriptor. cap. 16. in fine, pagina* 764. *columna* 2.

S. ISID. HISP.

88. Lector ſtrenuus, potiùs ad agendum quæ legit, quàm ad ſciendum eſt promptiſſimus. *Proſec.*

89. Minor eſt pœna neſcire quid appetas, quàm ea quæ legendo noveris, jàm implere.

90. Sicut enim legendo, ſcire coocupiſcimus; ſic ſciendo recta, quæ per lectionem didicimus, implere debemus. *Lib. 3 de ſummo bono, cap. 8. ſent. 8. pagina* 669. *columna* 1.

91. Nemo poteſt ſenſum ſcripturæ ſanctæ cognoſcere, niſi legendi familiaritate. *Ibid. cap. 9. ſent. 1. pagina* 669. *col.* 1.

92. Arrogantes numquàm conſequuntur legendo perfectam ſcientiam: nam quamvis ſcientes in ſuperficie videantur, medullitùs tamen veritatis arcana noo tangunt, quia arrogantiæ nube præpediuntur. *Proſecutio.*

93. Semper enim arrogantes legunt, quærunt, & numquàm inveniunt. *Ibidem, cap. 11. ſent. 2. pag.* 669 *col.* 2.

94. In lectione non verba, ſed veritas eſt amanda. *Ibidem, cap. 13. ſent. 8. pag.* 671. *columna* 1.

95. Lectio memoriæ auxilio eget, quæ ſi fuerit oaturaliter tardior, frequenti tamen meditatione acuitur, ac legendi aſſiduitate colligitur. *Proſec.*

96. Sæpè prolixa lectio longitudinis causâ memoriam legentis obliterat: quòd ſi brevis ſit, ſubmotoque libro ſententia retractetur io animo: tunc ſine labore legitur, & ea quæ lecta ſunt recolendo memoriâ minimè excidunt. *Ibidem, cap. 14. ſent. 7. pagina* 671. *columna* 2.

97. Acceptabilior eſt ſenſibus lectio tacita, quàm aperta. *Proſec.*

98. Ampliùs enim intellectus inſtruitur, quando vox legentis quieſcit, & ſub ſilentio lingua movetur.

99. Nam clarè legendo & corpus laſſatur, & vocis acumen obtunditur. *Ibidem, &c.*

100. Non putes parvam naſci utilitatem ex lectionis auditu; ſiquidem oratio fit ipſa pinguior: dùm rerum, quas audivit, imagines currit. *Libro 1. de Offic. Eccleſ. cap. 10. poſt medium, pag.* 582. *col.* 2.

101 Lectio vitæ demit errorem, lectio à mundi ſubtrahit vanitate, lectio doces quid caveas, lectio oſtendit quò tendas *Proſec.*

102. Multum proficis, cùm legis: ſi tamen facias, quod legis. *Libro 2. de Synonim, cap. 4. in fin. pag.* 314. *columna* 2.

S. ISID. PAL.

103. Lege quod legis, ut intelligas: ſin autem intelligere non vis, oequidem lege, oe contemnaris velut ignorans quæ legis. *Libro 1. Epiſt. 141. ad Adamantium. apud Bibliothecam Patrum, tomo 5. part. 2. pag. 491. col. 2. G. edit Colon.* 1618

LUDOV BLOS.

104. In eis lectionibus libenter verſare, quæ ſpiritualem profectum adjuvant. *Proſec.*

105. Lectio, quæ pietati, aut juſtæ rationabilique neceſſitati non ſervit, vana eſt. *In can. vitæ ſpiri. cap. 16. poſt init.*

106. Dùm ſacra legere paras, oculus intentionis tuæ ſit ſimplex, deſiderium placeodi Deo ſanctæ humilitati conjunctum, tibi ducatum præbeat: alioqui ſi pravè curioſus, ſuperbuſque fueris, periculoſus erit lectionis exitus. *Proſec.*

107. Nam mel quod ex ipſis lectionis floribus ſalubriter exſugere debueras, tibi in venenum facilè convertes. *Ibidem.*

108. Vanitatibus rebuſque caducis deditis, lectio ſacra non panis, ſed lapis eſt. *Ibid. circa medium.*

109. Certæ lectioni animum prudenter aſtringe, ordinemque ſervato: lectio enim incerta & erratica ſpiritum magis diſſipat, quàm promovet, ſi deſit juſta ratio talem lectionem ſectandi. *Ibidem, ante finem.*

110. Lectiooem ſacram ames, ſed oratiooem lectioni præferas. *In brevi regula Tyronis, verbo Lectionem.*

PETR. BLES.

111. Sit ſacra lectio vobis cibus, gladius, medicina, requies. *Epiſt. 125. ad Gualter. Epiſcop. Rothomag. ante medium, apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. edit. Colonienſis* 1618.

PETR. CELL.

112. Valdè ſaporabilis eſt lectio, quam interpellata ſorbet animæ intentio. *Lib 2. Ep. 4. ad Hugonem, poſt medium, apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. edit. Colon.* 1618.

S. PETRUS DAMIANUS.

113. Menſæ lector ſolicita conſideratione perpendat, quàm apertè, quàm deniq ie intelligibiliter legere debeat, quandoquidem cum refectione, ille pabulum exhibet animarum. *Proſecutio.*

114. Sic ergo legendum eſt, ut dùm caro ſuâ ſtipe reficitur, anima quoque cœleſtibus epulis ſaginetur.

115. Legatur non lectori, ſed auditori: nec aucupetur propriæ rumuſculos famæ, ſed ædificationi potiùs conſulat alienæ.

116. Nec curet quid de lectore dici, ſed quid de lectione poſſit intelligi. *Opuſc. 13. cap. 18. in principio, pag.* 521. *col. 1. littera D. tom.* 3.

SALVIANUS.

117. Minor reatus eſt, ſancta non legere, quàm lecta violare. *Lib. 5. de gubern. Dei, poſt initium, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pagina* 342. *col. 2. littera E. edit. Colon.* 1618.

118. Legem legimus, & legitima calcamus. *Ibidem.*

119. In omni volumine profectus magis quæritur lectionis, quàm oomen authoris. *Ibidem, Epiſt. ad Salonium Epiſcopum, circa initium, pag.* 365. *columna* 2. *littera F.*

120. Tàm imbecillia ſunt hujus temporis judicia, ac penè tàm oulla, ut hi qui legunt, non tàm conſiderent quid legant, quàm cujus legant: nec tàm dictionis vim atque virtutem, quàm dictatoria cogitent dignitatem. *Ibidem, poſt med. pag.* 366. *col. 1. littera A.*

S. SIDONIUS EPISCOPUS.

121. Liber, ſi placet, debet exhibere ſatietatem: ſi diſplicet, debet movere faſtidium. *Lib. 5. Ep. 2. ad Nymphidium, ſub finem, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag.* 1013. *col. 1. D. edit. Colon.* 1618.

THOMAS À KEMPIS.

122. Ita libenter devotos & ſimplices libros legere debemus, ſicut altos & profundos. *Proſec.*

123. Non te offendat authoritas ſcribentis, utrum parvæ vel magnæ litteraturæ fuerit, ſed amor puræ veritatis te trahat ad legendum: non quæras quis hoc dixerit, ſed quid dicatur, attende. *Lib. 1. de Imit. Chr. cap. 5. in princ. tom* 2.

124. Si vis profectum haurire, lege humiliter, ſimpliciter,

ſimpliciter, & fideliter. *Ibidem, in fine.*

THOMAS A KEMPIS. 125. Non eſt dignus in ſacro libro legere, qui neſcit lecta cuſtodire. *In doctrina juven. cap. 5. in medio, tom. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CATO POËTA. 126. Multa legas facito; perlectis perlege multa. *Lib. 3. diſtich. Metr. 39.*

SENECA. 127. Onerat diſcentem turba, non inſtruit multoque ſatius eſt, paucis te authoribus tradere, quàm errare per multos. *De Tranquillit. anim. cap. 9. circa medium, pag. 531. tom. 1.*

128. Non quàm multos, ſed quàm bonos habeas libros; lectio certa prodeſt, varia delectat. *Ep. 45. in princ. pag. 599. tom. 2.*

123. Alit lectio ingenium, & ſtudio fatigatum, non ſine ſtudio tamen reficit. *Epiſt. 84. in princ. pag. 716. tom. 2.*

129. Quidquid legeris, ad mores ſtatim referas: motus compeſce, marcentia in te excita, ſoluta coſtringe, contumacia doma, cupiditates vexa. *Epiſt. 89. poſt medium, pag. 748. tom. 2.*

130. Diſtrahit animum librorum multitudo: itaque cùm legere non poſſis, quantùm habueris: ſat eſt habere, quantùm legas. *Profec.*

131. Probatos utique ſemper lege. & ſi quando ad alios divertere libuerit, ad priores redi.

132. Quotidie aliquid compara: & cùm multa legendo percurreris, unum excerpe, quod illo die concoquas: hoc ipſe quotidie facio. ex pluribus quæ lego aliquid apprehendo. *Epiſt. 2. circa med. pagina 524. tom. 2.*

Vide etiam tit. Scientia Dei. ſent. 6. Scripta ſent. 9. 11. Scriptura ſacra. ſent 47. 48. 49.

Lex in genere.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, DIVISIO, DIFFERENTIA. COMPARATIO.

ETYMOLOGIA.

CASSIODOR. LEx dicitur ex eo quòd animos noſtros liget, ſuiſque teneat conſtitutis. *Sup. Pſalm. 1. verſ. 2. fol. 4. col. 4.*

S. THOMAS AQUINAS. Dicitur lex à ligando, quia obligat ad agendum. 1. 2. *quæſt. 90. art. 1. in corp. pag. 157. col. 2.*

DEFINITIO.

S. ANTONINUS. Lex eſt quædam ordinatio rationis ad bonum commune ab eo, qui curam habet communitatis promulgata. *Part. 1. tit. 11. de lege. cap. 2. §. 1. ſtatim ab init. fol.* 178. *col. 2.*

S. ANTONINUS & S. THOMAS AQUIN. Lex eſt quædam menſura directiva actuum, ſecundum quam inducitur homo ad aliquid agendum, vel retrahitur ab agendo mala *Ibidem. Et S. Thom. Aq. 1. 2. quæſt. 90. art. 1. in corp.*

GRATIANUS & S. ISIDORUS HISPALENS. Lex eſt conſtitutio populi, qua majores natu ſimul cum plebibus aliquid ſanxerunt. *In decr. part. 1. diſt. 2. can. Lex. fol 3. col. 2. Et S. Iſid. Hiſpal lib. 5. Etym. cap. 10. pag.* 57. *col. 2.*

HUGO A S. VICTORE. Lex eſt, per quam facienda jubentur, & non facienda prohibentur. *De fruct. carnis & ſpirit. cap. 13. prope init. pag. 162. A tom. 1.*

JOAN. GERS. Lex eſt recta ratio practica, ſecundùm quam motus & operationes rerum in ſuos fines regularè ordinantur. *Part. 4. in deſcript. terminor. poſt initium, fol. 24. col. 2. Z.*

Lex eſt ſignum aliquod, per quod homo cognoſcit id ad quod obligatus eſt judicio & voluntate ſupremi ſui legiſlatoris ad attingendum finem. *Part. 4. ſerm. de Juſtitia ad Regem, ante medium, fol. 162. columna 2. littera M.* JOAN. GERS.

Lex nihil aliud, eſt quàm jubens agenda, & vitanda prohibens. *Libro de præmiis, circa medium, pag. 1237. tom. 2.* PHILO JUD.

Nihil aliud lex eſt, quàm dictamen practicæ rationis in principe. qui gubernat aliquam communitatem perfectam. 1. 2. *Quæſt. 91. art. 1. in corp. pagina 159. columna 1.* S. THOMAS AQUINAS.

Lex nihil aliud eſt, quàm dictamen rationis in præſidente, quo ſubditi gubernantur. *Ibid. quæſt 92. art. 1. in corp. pag. 161. col. 1.*

Nihil aliud eſt lex, quàm bonitatis pietatiſque conſortium *Homil. 13. in princ. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 3. pagina 490. col. 1. littera D. edit. Colon.* 1618. S. VALERIAN.

Lex eſt ratio ſumma inſita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda ſunt. prohibetque contraria *Libro 1. de Legibus, ante medium, num. 18. columna 426 lit. B. tom. 4.* CICERO.

Lex eſt recta ratio in jubendo, & vetando. *Ibid. circa med num. 33 col. 429. E.*

Nihil aliud eſt lex, niſi recta legiſlatoris ratio, imperans honeſta. prohibens contraria. *Orat. 53. Philip. 11. poſt medium, num. 28. col. 915. E. tom. 2.*

DIVISIO.

HUGO CARD.

Quadruplex eſt lex: ſcilicet
- Carnis, eſt voluptas.
- Mentis, eſt æquitas.
- Diaboli. eſt iniquitas.
- Dei. eſt charitas *Sup. Pſ. 7. Myſticè fol. 13. col 4 tom. 2. Profec.*

Lex carnis, eſt mala pro malis reddere: lex mentis, bona pro bonis: lex diaboli, mala pro bonis: lex Dei, bona pro malis.

Tres ſunt leges malæ, lex membrorum, lex peccati, lex mortis *Profec.* HUGO à S. VICTORE.

Tres ſunt leges bonæ lex rationis, lex Moyſi, lex ſpiritus vitæ. *Sup. Ep ad Rom. in illud, Video alium legem, &c. ante med. pag. 263. G. tom 1.*

Quatuor ſunt leges, lex Dei. diaboli, mentis, & carnis. *Profec.* RICHARD à S. VICTORE.

Lex Dei eſt gratuitò velle prodeſſe, lex diaboli eſt gratis velle obeſſe, lex mentis eſt facere quod licet, lex carnis eſt facere quod libet.

Lex diaboli abominabilis, lex carnis contemptibilis, lex mentis laudabilis, lex Dei deſiderabilis.

Lex diaboli ignominioſa lex carnis periculoſa, lex mentis officioſa, lex Dei glorioſa. *Part. 2. ſup. Pſ. 118. ante med. fol. 107. col. 1. B. & D.*

S. THOMAS AQUINAS.

Quadruplex lex invenitur.
- Prima, lex naturæ.
- Secunda, lex concupiſcentiæ.
- Tertia, lex ſcripturæ.
- Quarta, lex charitatis & gratiæ. *Tom. x. Opuſc. de decem præcept. verbo Sicut. fol.* 48. *pag. 2.*

DIFFERENTIA.

Omnes leges aut divinæ ſunt, aut humanæ: divinæ naturâ, humanæ moribus conſtant. *Profec.* S. ISID. HISP.

Fas, lex divina eſt; jus, lex humana, tranſire per agrum alienum, fas eſt, jus non eſt. *Lib. 5. Etymol. cap. 2. in princ. pag 56. col. 2.*

Hæc eſt differentia inter legem divinam & munda- S. THOMAS AQUINAS.

num 1 quia lex mundana judicat facta & dicta: divina autem, non hæc tantùm, ſed etiam cogitata. *Opuſcul.* 9. *de decem præcept. de* 9. *præcepto Non concupiſces, fol.* 68. *pagina* 2. *tom.* 1.

COMPARATIO.

CICERO. Sicut corpus ſine mente, ſic civitas ſine lege. *Orat.* 24. *pro Cluentio, poſt medium, num.* 146. *columna* 385. *littera A. tom.* 2.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS 1. Leges Imperator fert, quas primus ipſe cuſtodiat: *Libro* 5. *Ep.* 32. *ad Valentinian. Imperat. circa med. columna* 575. *A. tom.* 3.

2. Lex ſcripta, quæ videbatur ſuperflua, facta eſt neceſſaria, ut peccatum peccato ſolveret. *Lib.* 9. *Ep.* 71. *ad Irenæum, in medio, columna* 639. *littera A. tom.* 3.

3. Lex non ſolùm agendi munus informat, verum etiam ſecretæ emundat mentis affectum. *Super Pſalm.* 118. *ſermone* 7. *verſ.* 3. *columna* 1471. *littera B. tomo* 4.

4. Lucet lex, ſed non videtur, quia operta impiorum doctrina eſt, & contagione vitiorum, & cæcitate perfidiæ; populo autem nationum, lux eſt. *Ibidem, ſermone* 14. *verſ.* 1. *à medio, col.* 1535. *littera A.*

5. Lex eſt judex peccati, oſtendit enim quæ latent peccata, & quæ impunè non ſunt apud Deum. *Super Epiſt. ad Rom. cap.* 7. *in illud, Lex peccatum eſt? abſit. col.* 1836. *littera B. tom.* 5.

6. Minùs criminis eſt ante legem manifeſtatam peccaſſe, quàm poſt legem. *Ibidem, in illud, Peccatum operatum eſt mortem, col.* 1837.

S. ANTONINUS 7. Tria concurrunt ad legem, ſcilicet authoritas, veritas, & bonitas, & ſecundùm hoc, oportet quòd lex habeat principium, formam, & finem. *Proſecutio.*

8. Ratione principii debetur legi authoritas, quia non poteſt eſſe principium legis, niſi habens authoritatem.

9. Ratione formæ debetur legi veritas, quia numquàm fertur ſine ratione recta, ſi ſit propriè lex, quia injuſta non eſt lex.

10. Ratione finis debetur legi bonitas, quia non ordinatur niſi ad bonum. *Part.* 1. *tit.* 12. *cap.* 1. *in fine, fol.* 280. *columna* 4.

S. AUGUSTIN. 11. Lex eſſe non videtur, quæ juſta non fuerit. *Libro* 1. *de libero arbit. cap.* 5. *circa initium, pagina* 437. *A. tom.* 1.

12. Lex iſta, quæ regendis civitatibus fertur, multa concedere, atque impunita relinquere videtur, quæ per divinam tamen providentiam vindicantur, & rectè. *Proſec.*

13. Neque enim quia non omnia facit, ideò quæ facit, improbanda ſunt. *Ibidem, in fine, pagina* 437. *littera B.*

14. Lex eſt ſumma ratio, cui ſemper obtemperandum eſt. *Ibidem, cap.* 6. *poſt medium, pagina* 438. *lit. C.*

15. Lex temporalis quamvis juſta ſit, commutari tamen per tempora juſtè poteſt. *Ibidem.*

16. In lege temporali nihil juſtum eſt atque legitimum, quod non ex æterna ſibi homines derivaverint. *Ib. ante finem, &c. littera D.*

17. In temporalibus legibus, quamquàm de his homines judicent, cùm eas inſtituunt: tamen cùm fuerint inſtitutæ atque firmatæ, non licebit judici de ipſis judicare, ſed ſecundùm ipſas. *De vera Relig. cap.* 31. *circa finem pagina* 504. *littera D. tom.* 1.

18. Conditor legum temporalium (ſi vir bonus eſt, & ſapiens) illam ipſam conſulit æternam, de qua nulli animæ judicare datum eſt; ut ſecundùm ejus incommutabiles regulas, quid ſit pro tempore jubendum, vetandumque diſcernat. *Ibidem.*

S. AUGUST. 19. Quando Imperatores pro falſitate contra veritatem conſtituunt malas leges, probantur benè credentes, & coronantur perſeverantes. *Proſecutio.*

20. Quando autem Imperatores pro veritate contra falſitatem conſtituunt bonas leges, terrentur ſævientes, & corriguntur intelligentes.

21. Quicumque legibus Imperatorum, quæ contra veritatem Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande præmium.

22. Quicumque autem legibus Imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande ſupplicium. *Ep.* 50. *ad Bonifac. longè poſt init. pag.* 136. *D. tom.* 2.

23. Animus à lege vinci debet, ut hoc ſentiat quod à lege ſignificatur, non ut ipſe legi ſenſum det ſuo arbitrio, ut legem ſe violenter legi exhibeat. *In quæſt. veteris & novi Teſtam. quæſt.* 109. *ante finem. pag.* 578. *D. tom.* 4.

S. BASILIUS SELEUC. 24. Lex non novit peccatum ex æquitate expendere, ſed ſolùm de eo quòd criminoſum apparet, judicat. *Orat.* 29. *poſt med. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 448. *columna* 2. *F. edit. Colon.* 1618.

V. BEDA. 25. Ut volunt Reges, ita valent leges. *In ſuis Proverb. verbo Ut. pag.* 200. *tom.* 2.

S. BERNARD. 26. Qui legem ſpernit, honeſtatem abjicit, valefacit pudori. *Serm. de* 7. *donis Spirit. S. ante med. fol.* 96. *columna* 3. *G.*

S. CLEMENS PAPA. 27. Perfectio legis, pax eſt. *Lib.* 2. *Recognit. ante medium, fol.* 44. *pag.* 2.

GLOSS. ORD. 28. Contra malos poſita eſt lex, bonis autem poſita eſt crux. *Super Epiſt. ad Galat. cap.* 5. *columna* 518. *D. tom.* 6.

S. GREG. NAZ. 29. Lex eſt regia apud cunctos homines, qui regio ſubſunt imperio. *Orat.* 1. *in Julianum Imperat. poſt med. pagina* 359.

S. HIERONYM. 30. Non in lege ratio quæritur, ſed authoritas. *Libro* 2. *dialogor. adverſ. Pelag. longè ante medium, pag.* 282. *D.*

31. Meditatio legis eſt, non ſolùm in legendis Scripturis, ſed etiam in his quæ ſcripta ſunt faciendis. *Sup. Pſ.* 1. *verſ.* 2. *pagina* 3. *D. tom.* 8.

HUG A S. VICTORE. 32. Habet lex clauſtralium judices & teſtes, atque conſiliarios ſuos: imò teſtes ſunt, vita & conſcientia; duo judices, meditatio & ſcientia: duo conſiliarii, amor proximi & Dei. *Libro* 2. *de Clauſtro animæ. cap.* 17. *prope fin. pag.* 48. *D. tom.* 2.

HUGO CARD. 33. Lex eſt ſepes arcens ab anima beſtias vitiorum. *Super Proverb. cap.* 19. *fol.* 42. *columna* 2. *tom.* 3.

JOAN. VIII. PAPA. 34. Quidquid contra leges accipitur, per leges diſſolvi meretur. *Et habet. in decret. Gratiani part.* 1. *diſt.* 10. *can. Vide fol.* 9. *col.* 2.

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 35. Sicut obſequia legis obtinent libertatem, ita contemptus generat ſervitutem. *Sermone ſuper illud Iſaiæ, Si volueritis, &c. ante medium, col.* 797. *lit. C. tom.* 1.

36. Contemptio legis, conditio eſt ſervitutis. *Ibid. in medio, &c.*

37. Hoc eſt optimæ legis inſigne, non utilia tantummodò, verum etiam poſſibilia ſancire. *Hom.* 22. *ſuper Matth. oper. perf. ante medium, columna* 210. *C. tom.* 2.

38. Lex legiſlatori ſubjecta eſt, non legiſlator legi. *Hom.* 21. *ſup. Matth. oper. imperf. prope medium, col.* 883. *A. tom.* 2.

39. Naturæ leges pervertere, ſummæ temeritatis eſt. *Hom.* 26. *ſup.* 1. *Cor. circa finem, ante Moral. col.* 529. *C. tom.* 4.

40. Lex malis ſuppliciorum denuntiatrix eſt. *Homil.* 2. *ſuper* 1. *Timoth. poſt medium, columna* 1429. *A. tom.* 4.

41. Lex

JOAN. GERS. 41. Lex aliqua quantò eſt iniquior, & dæmoniis obſequentior, tantò ſemper invenitur crudelior & amarior. *Tract. contra ſectam Flagellant. ab init. part. 2.*

S. ISID. HISP. 42. Factæ ſunt leges, ut earum metu humana coërceatur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrænetur nocendi facultas. *Lib. 2. Etymol. cap. 10. poſt med. pag. 24. col. 2.*

43. Legis præmio aut pœnâ, vita moderatur humana. *Ibidem.*

44. Erit lex honeſta, juſta, poſſibilis ſecundùm naturam & conſuetudinem patriæ; ſi ſit loco temporique conveniens, neceſſaria, utilis, & manifeſta. *Ibid. cap. 21. in princ. pag. 58 col. 1.*

45. Lex eſt nullo privato commodo, ſed pro communi civium utilitate conſcripta. *Ibidem, lib. 5. cap. 21. in calce. pag. 58. col. 1.*

S. JULIUS PAPA. 46. Ex quæ ſunt ab Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus inſtituta, nullâ deſidiâ negligantur, nullâ diſſenſione violentur, nullâ concertatione turbentur atque mutentur. *In decret. Gratiani, part. 2. cauſa 25. quæſt. 2. can. Amputato. fol. 327. col. 2.*

LACT. FIRM. 47. Neceſſe fuit conſtitui legem, quâ poſſent & vitia prohiberi, & virtutis officia imperari. *De ira Dei, cap. 15. circa med. pag. 352.*

S. LEO I. 48. Juſto lex eſt poſita, quia nomam præceptionis implet judicio voluntatis. *Ep. 90. ad Ravennium Arelat. Archiep. poſt med.*

49. Non privatas leges fas eſt auſteriores eſſe, quàm publicas. *Serm. 2. Quadrag. in fine.*

S. NILUS. 50. Legem honorans, juxtà legem vives. *Paraneſ. 23. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. edit. Colon. 1618.*

51. Humana lex inflat, divina ædificat. Profeſſores illius ſapientes ſunt, ut faciant mala, benè autem facere neſciunt: diſcipuli hujus, mites ſunt & humiles corde. *Epiſt. 140. ad Petr. Cleric. ante med. apud Biblioth. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 816. col. 1. A editionis Colonienſis 1618.*

PHILO JUD. 52. Civitates, quæ legibus parent, degunt liberæ; omnes ſine lege ſervitutem ſerviunt; ſicut è diverſo liberi ſunt, quotquot vivunt ſub legibus *Lib. Quòd omnis probus liber ſit, ante medium, pag. 1175. tom. 2.*

SALVIANUS. 53. Contemptus legis veniam non meretur. *Lib. 5. de gubernat. Dei, poſt initium, apud Bibliothec. Patrum, tom. 5. part. 3. pagina 342. columna 2. G. edit. Colon 1618.*

S SYNESIUS EPISCOPUS. 54. Timoris vacuitas maxima, eſt legum timor. *Epiſt. 2. ad Joannem, in principio, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 1. pagina 88. columna 2. H. edit. Colon. 1618.*

55. Qui legum doctor eſt, quæ legibus conſentanea ſunt loquatur *Ep. 105. ad fratrem, ante med. pagina 112. columna 2. littera F. apud Bibliothecam Patrum, &c.*

TERTULLIAN 56. Nulla lex ſibi ſoli conſcientiam juſtitiæ ſuæ debet ſed eis à quibus obſequium expectat. *Profec.*

57. Suſpecta lex eſt, quæ probari ſe non vult: improba autem, ſi non probata dominetur. *In Apolog. adverſ. Gentes, cap. 4. in fin. pag. 34. F. tom. 1.*

S. THEODORET 58. Sciendum eſt omnem legem, licet de minimis quibuſdam ſtatuat quid agendum ſit, parem habere vim cum ea, quæ maxima præcipit aut prohibet. *Quæſt. 37. ſup. Geneſ. circa initium, pagina 8 columna 1. lit. B. tom. 1.*

59. Lex eſt ſupervacanea iis, qui ex virtute vivunt. *Super Epiſt. ad Galat. cap. 5. ſub finem, pag. 78. col. 1. D. tom. 2.*

S THEOPHIL ALEX. 60. Virtus lege comitata, vitiorum opprimet ſemina. *Epiſt. Paſchalis 3. poſt initium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 4. pag. 720. col. 1. A. editionis Colon. 1618.*

61. Radix vitiorum eſt legis ſcita contemnere. *Ib.*

62. Lex cuſtodita fugat ignominiam, neglecta parturit pœnas. *Profec.* S. THEOPHIL. ALEX.

63. Quantò magis, ſi deſpiciatur, ſeveri judicis imitatur truculentiam: tantò magis, ſi ſervetur, clementiſſimi patris exhibet manſuetudinem. *Ibidem.*

64. Medicina præteritorum ac præſentium, futurorumque vitiorum, legis indeſeſſa eſt meditatio. *Ibidem.*

65. Lex ſpem ſalutis largitur pœnitentibus, dùm monet ut proſit: corripit, ut emendet. *Ibidem.*

66. Lex negligentes ſui, & in errorem demerſos, conſiliis optimis ad meliora revocare feſtinat, quaſi norma pravorum operum. *Ibidem.*

67. Lex vivit, quamdiù ratio naturalis efficaciter in homine viget: moritur autem lex naturalis in homine, quando ratio naturalis paſſionibus ſuccumbit. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 7. in princ.* S. THOMAS AQUINAS.

68. In temporali lege nihil eſt juſtum ac legitimum, quod non ſit ex lege æterna profectum. *1. 2. quæſt. 93. art. 3. in corp.*

69. Lex humana dicitur aliqua permittere, non quaſi approbans, ſed quaſi ea dirigere non potens. *Ibidem, ad 3.*

70. Non videtur eſſe lex, quæ juſta non fuerit: undè inquantùm habet de juſtitia, intantùm habet de virtute legis. *Ibidem, quæſt. 95. art. 2. in corp.*

71. Rationis prima regula, eſt lex naturæ. *Ibidem, &c.*

72. Finis humanæ legis, eſt utilitas hominum. *Ibid. art. 3. in corpore.*

73. Ad hoc omnis lex tendit, ut amicitiam conſtituat, vel hominum ad invicem, vel hominis ad Deum. *Ibidem, quæſt. 99. art. 1. in corp. ad 3.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

74. Lex jubet uniuſcujuſque virtutis vivere ratione, & vetat vitii cujuſvis vivere modo. *Lib. 5. Ethic. ad Nicomach. cap. 2. poſt med. tom. 2.* ARISTOTEL.

75. Lex non eſt probis moleſta, probitatem jubens. *Ibid. lib. 10. cap. 9. ante med.*

76. Faciliter mutare leges ex præſentibus in alias novas, infirmam facere eſt vim legis. *Lib. 2. Polit. cap. 7. in fine, tom. 2.*

77. Lex fortia & temperata nos facere jubet, prorſùsque cuncta, quæ ex virtutibus ducuntur. *Libro 1. magnorum Moral. cap. 34. in princ. tom. 2.*

78. Cùm lex juſta facere præſcribit, & quæ ex omnibus virtutibus ſunt, mandat: qui ex lege juſtis obtemperat, perfectam conciſcitur probitatem. *Ibidem.*

79. Legis tranſgreſſor, injuſtus eſt: & legitimus, juſtus. *Lib. 4. Ethic. ad Eudemium. poſt init.*

80. Leges de omnibus decernunt, reſpicientes quod utile, vel omnibus, vel optimis, vel potentibus fuerit, alio aliquo modo. *Ibid.*

81. Eæ leges colendæ ſunt, quibus magiſtratus, maximè autem ex totius multitudinis ſuffragiis deſignantur. *De Rhetor. ad Alexandr. cap. Quæ ſint conſulenda, ante med. tom. 2.*

82. Lex eſt recta ratio in jubendo & vetando. *Lib. 1. de legibus, circa med. num. 33. tom. 4.* CICERO.

83. Obſerva leges, citrà piaculum non violandas. *In ſuo Enchirid. cap. 54.* EPICTETUS.

84. Pareto legi, quiſquis legem ſanxeris. *In dictis Sapient. ex Auſonio. dict. 5.* PITTACUS PHILOSOPHUS.

85. Lex omnis invidiæ eſt neſcia. *Tom. 2 ſizygia 4. libro 7. de legibus, ante med. pag. 801. E.* PLATO.

86. Quoties à bono aberrant ii qui leges ferre inſtituunt, à legitimo & à lege diſcedunt. *Tom. 3. ſizygia 5. in dialogo Hippiæ majoris, poſt initium, pag. 284. lit. D.*

87. Non eſt princeps ſuper leges, ſed leges ſu- PLINIUS II.

Digitized by Google

prà principem. *In panegyrico de Trajano Auguſto, poſt med pagina* 378.

SENECA. 88 Leges non cogunt, ſed decorant; à ſcelere deterrent, proficiunt ad bonos mores: & non tantùm imperant, ſed docent. *Epiſt.* 94. *à medio, pagina* 777.

89. Legem brevem eſſe oportet, quò faciliùs ab imperitis teneatur, velut emiſſa divinitùs vox ſit. *Proſecutio.*

90 Jubeat, non diſputet; nihil videtur mihi frigidius, nihil ineptius, quàm lex cum prologo. *Ibidem.*

Vide etiam tit. Damnatio ſent. 23. Iniquitas ſent. 43. 95. Liberum arbitr. ſent. 14. 15. Natura. ſent. 59. Occiſio. ſent. 35. Ratio. ſent. 97. Rex. ſent. 1. Severitas. ſent. 34. 35.

Lex Dei.

DEFINITIO, DIFFERENTIA.

DEFINITIO.

S. AUGUSTIN. LEx divina eſt ratio, vel voluntas Dei, ordinem naturalem conſervari jubens, perturbari vetans. *Libro* 21. *contra Fauſtum. cap.* 27. *in principio, pag.* 281. *B. tom.* 6.

PHILO JUD. Lex Dei nihil aliud eſt, quàm divinum eloquium facienda præcipiens, vitanda prohibens. *De Migrat. Abrahæ a medio. pag.* 564. *tom.* 1.

CASSIODOR. Lex Domini eſt in declinandis peccatis ſancta præceptio. *Super Pſalm.* 1. *verſ.* 1, *Sed in lege Domini, &c. fol* 4. *columna* 4.

DIFFERENTIA.

S. THOMAS AQUINAS. Hæc eſt differentia inter legem divinam & mundanam, quia lex mundana judicat facta & dicta: divina autem non hæc tantùm, ſed etiam cogitata. *Tom.* 1. *Opuſculor. opuſcul.* 9. *de precepto. verbo Non concupiſces. fol.* 68. *pagina* 2.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AUGUSTIN. 1. Ad ædificationem bona eſt lex, ſi quis ea legitimè utatur, quia finis ejus eſt charitas. *Lib.* 32. *Conf. cap.* 16. *in princ. pag.* 149. *B. tom.* 1.

2. Lex æterna eſt, per quam mali miſeram, boni beatam vitam merentur. *Libro* 1. *de libero arbitrio, cap.* 6. *poſt medium, pagina* 438. *C. tom* 1.

3. Lex æterna eſt, qua juſtum eſt, omnia ſint ordinatiſſima. *Ibidem, in fine, &c. D.*

4. Jubet lex æterna avertere amorem à temporalibus, & eum mundatum convertere ad æterna. *Libro de libero arbitrio, cap.* 15. *circa medium, pagina* 444. *C. tom.* 1.

5. Diſciplina ipſa Dei lex eſt, quæ apud eum fixa & inconcuſſa ſemper manens in ſapientes animas quaſi tranſcribitur: ut tantò ſe ſciant vivere meliùs, tantoque ſublimiùs, quantò & perfectiùs eam contemplantur intelligendo & vivendo cuſtodiunt diligentiùs. *Lib.* 2. *de Ordine, cap.* 8. *in princ. pagina* 338. *C. tom.* 1.

6. Æternam legem mundis animis, fas eſt cognoſcere; judicare autem non fas eſt. *De vera Relig. cap.* 31. *circa finem, pag.* 504. *D. tom.* 1.

7. Lex adducit ad fidem, fides impetrat ſpiritum largiorem, diffundit ſpiritus charitatem, implet charitas legem. *Epiſt.* 144. *ad Anaſtaſ. poſt initium, pagina* 433. *lit. B. tom.* 2.

8. Lex pædagogus vocatur, ſub cujus minaciſſima ſeveritate, qui invocaverit nomen Domini ſalvus erit. *Ibidem.* S. AUGUSTIN.

9. Bona eſt lex illi, qui ea legitimè utitur: utitur autem legitimè, qui intelligens quare ſit data, per ejus comminationem confugit ad gratiam liberantem. *Ibidem.*

10. Quod operum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat. *De ſpiritu & littera, cap.* 13. *poſt med. pag.* 579. *A. tom.* 3.

11. Lex data eſt, ut gratia quæreretur; gratia data eſt, ut lex impleretur. *Ibidem, cap.* 19. *prope finem, pagina* 583. *B.*

12. Lex Dei, eſt charitas. *De ſpiritu & littera cap.* 17. *ante medium, pag.* 582. *C. tom* 3.

13. Nullomodo aliquid legibus ſummi illius Creatoris ordinatoriſque ſubtrahitur, à quo pax univerſitatis adminiſtratur. *Lib.* 19. *de Civ. Dei, cap.* 12. *in fine, pagina* 599. *D. tom.* 5.

14. Gratia nos facit legis dilectores, lex verò ipſa ſine gratia nonniſi prævaricatores. *De gratia & libero arbitrio, cap.* 18. *ante medium, pagina* 898. *littera D. tom.* 7.

15. Prævaricatorem legis, lux deſerit veritatis, qua deſertus fit cęcus. *De nat. & grat. cap.* 22. *in princ. pag.* 500. *D. tom.* 7.

16. Lex Dei ita præcipit, ut cùm in his implendis homo defecerit, non ſe extollat ſuperbiâ tumidus, ſed ad gratiam confugiat fatigatus, ac ſic eum lex terrendo ad Chriſtum diligendum pædagogi perducat officio. *De Perfect. juſtit. reſponſ.* 11. *in fine, pag.* 967. *B. tom.* 7.

17. Sunt qui tenent legem memoria, & non implent vita: qui verò implent, non poſſunt non tenere memoria. *Super Pſalmum* 58. *conc.* 2. *ferè in princ. verſ.* 11. *pag.* 409. *B. tom.* 8.

18. Quantò legis major in quocumque cognitio eſt, tantò minor peccati excuſatio: quantò minor peccati excuſatio, tantò manifeſtior prævaricatio eſt. *Sup. Pſ.* 118. *concion.* 25. *poſt medium, pagina* 957. *littera B. tom.* 8.

19. Homo ipſe ſe dignum efficit morte, qui non paruit legi: odit vitam, qui divinam contempſerit diſciplinam. *Ser.* 3. *de verbis Dom. in fine, pag.* 7. *littera A. tom.* 10.

20. Clauſum cor habes, & clavem accuſas: accuſas legem, quia percutit libidinem. *De verbis Apoſtoli, ſermone* 4. *poſt initium, pagina* 178. *littera C. tom.* 10.

21. Ipſe Chriſtus Rex eſt indulgentiarum, qui dator eſt legis: miſit legem, venit cum indulgentia. Reum te fecerat lex, abſolvit te qui dedit legem. *Sermone* 1. *fer.* 3. *poſt Dom. Paſſ. & in ord.* 109. *poſt med. pag.* 600. *D. tom.* 10.

22. Lex Dei ſempiterna eſt, quam conſulunt omnes piæ mentes; ut quod in ea invenerint, vel faciant, vel jubeant, vel vetent, ſecundùm quod illa incommutabili veritate perceperint. *Lib.* 2. *ſup. Exod. queſt.* 67. *in medio.*

23. Divina lex non actionem, ſed cogitationem judicat. *De virginit. poſt medium, pagina* 299. *tomo* 2. S. BASILIUS MAGNUS.

24. Nihil prodeſt littera jubens, niſi adfuerit gratia juvans. *Libro* 1. *ſuper Luc. cap.* 2. *in illud, Lex per Moyſen, &c. col.* 239. *tom.* 5. V. BEDA.

25. Qui legem Dei ſprevit, honeſtatem abjecit, valefecit pudori, timorem Domini penitus tranſiliit, ſoloque vehitur appetitu, ſequitur concupiſcentiam ſolam, ſola trahitur voluptate, & eſt apud eum pro ratione voluntas. *Serm. de* 7. *donis Spiritus ſancti ante med. fol.* 96 *columna* 3. *G.* S. BERNARD.

26. Lex Domini ſola eſt, quæ ab amore ſui & mundi, avertere poſſit animum, & in Deum dirigere. *Epiſt.* 11. *ad Carthuſ. ante med.*

27. Lex

S. Bernard. 27. Lex æterna creatrix & gubernatrix eſt univerſitatis: ſiquidem in pondere & menſura & numero per eam facta ſunt univerſa, & nihil ſine lege relinquitur. *Epiſt. 11. ad Carthuſ. ante medium, fol. 210. columna 3. littera H.*

S. Bonavent. 28. Optimè pœnam cavit, qui legem ſervavit: non eſt melior ſempiternæ mortis cautela, quàm ſupernæ legis ſequela. *Expoſ. 2. ſup. Pſ. 118. cap. 4. verſ. 7. pag. 194. col. 1. C. tom. 1.*

29. O ſumma fatuitas & cæcitas deteſtanda! quia obſervantur ad unguem leges imperatorum & regum, ſed non eſt qui legem ſervet Regis regum, Dei deorum, & Domini dominorum. *Ser. de S. Luc. in fine, pag. 280. columna 2. tom. 3.*

Cassiodorus. 30. Inimici Chriſti ſunt, qui à lege ſuperna contrariâ voluntate diſſentiunt. *Sup. Pſ. 44. ante medium, verſ. 7. fol. 67. columna 4.*

31. Gravis morbus, & execranda calamitas; animam divinæ legis appetentiam non habere: nam undè poterit vivere, ſi ſuam vitam cœperit non amare? *Super Pſalmum 106. ante medium, verſ. 18. folio 166. columna 2.*

32. Totum in lege Dei debemus diligere, quidquid noſcitur continere. *Sup. Pſ. 118. verſ. Diligentibus legem, &c. fol. 193. col. 3.*

Clemens Alex. 33. Lex eſt lumen vitæ, lex rex eſt omnium mortalium. *Libro 1. Stromat. in fine, folio 74. pagina 2. littera E.*

S. Cyrillus Alex. 34. Nemo dubitaverit legem eſſe accuſatricem eorum qui inſtituti ſunt, imbecillitatis, & lapſuum peccatorumque noſtrorum judicatricem. *Libro 3. Glaphyr. in Geneſim, cap. 4. poſt init. pag. 77.*

35. Lex manu quodammodò ducit ad Chriſtum, arguens tranſgreſſores, ipſoque experimento docens mortales, quòd impoſſibile ſit proclivitate ad peccatum laborantes effugere accuſationem ex lege. *Ibidem*

Dionysius Carthus. 36. Nova lex eſt lex pietatis, amoris, & gratiæ: vetus autem lex erat lex timoris, rigoris, & mortis. *Super Epiſt. ad Hebr. cap. 12. art. 12. poſt medium fol. 128. littera D.*

37. Lex evangelica, lex libertatis, lex ſpiritus vitæ: lex evangelica, lex charitatis & gratiæ: lex autem vetus, fuit timoris & pœnæ. *Sup. Epiſt. Jacobi. cap. 1. poſt init. fol. 7. A.*

S. Hieronym. 38. Præcipua tibi cura ſit, legem noſſe divinam, per quam poſſis quaſi præſentia cernere exempla Sanctorum, quid faciendum ſit, quidve vitandum, illinc conſilio diſce. *Tom. 1. Epiſt. 14. ad Celantiam, ante medium, pagina 110. D.*

39. Latus & immenſus divinæ legis campus extenditur, qui diverſis teſtimoniis veritatis, velut cæleſtibus quibuſdam floribus vernans, mirâ oblectatione legentis animum paſcit ac refovet. *Ibidem, &c.*

40. Lex Dei nectar eſt, & ambroſia. *Lib. 10. ſup. Iſay. cap. 33. ſuper illud, Audite qui longè eſtis. pag. 137. B. tom. 5.*

Hugo à S. Victore. 41. Multi habent legem in corde, ſed non habent cor in lege, legem in corde habent, qui cognoſcunt veritatem: cor in lege habent, qui diligunt veritatem. *Profec.*

42. Qui legem in corde habent, non cor in lege: hi portant legem, non portantur à lege; onerati ſunt, non adjuti. *Super Pſalm. 1. cap. 2. pag. 38. littera C. tom. 1.*

S. Ildefons. 43. Non ex natura rerum divinæ leges pendent, ſed ex divinis legibus naturæ rerum, & leges manare probantur. *Libro contra eos, qui diſputant de virginitate Beatæ Mariæ, circa init. apud Bibl. Patrum, tom. 7. pag. 447. columna 2. littera D. editionis Colon. 1618.*

S. Innoc. III. 44. Tria ſunt, in quibus divina lex conſiſtit,
- Mandata. — In mandatis eſt meritum.
- Promiſſa. — In promiſſione eſt præmium.
- Sacramenta — In ſacramentis eſt adjutorium.

In Prologo ſuper libr. ſex myſteriorum Miſſæ, in principio, fol. 157. pag. 1.

S. Joannes Chrysostom. 45. Data eſt lex, ut umbra aliqua, non peccata tollens, ſed ea demonſtrans; ut imperfecti filii, qui lacte paſcuntur, adoleſcere poſſint. *Homil. 62. ſup. Geneſ. ante medium, col. 484. A. tom. 1.*

46. Quidquid lege præcipitur, hoc naturæ jure ſervatur: & quidquid naturâ geritur, hoc præcipi legibus demonſtratur. *Sup. illud Iſayæ. Si volueritis, &c. poſt med. col. 798. B. tom. 1.*

47. Nihil eo imbecillius, qui divinas conculcat leges: è contra nihil potentius eo, qui leges divinas defendit. *Homil. 5. de verbis Iſayæ, ante medium, columna 829. C tom. 1.*

48. Ita quod interdicitur, tranſgredi, mors eſt: ut quod jubetur, facere, vita eſt. *Profec.*

49. Undè ſi obſervantiâ legis, vita paritur; contemptu, mors neceſſe eſt inveniatur.

50. Quoniam ſi contemptu mors non naſcitur, nec vita de obſervantia attribuitur: aut ſi neceſſe eſt vitam de obſervantia attribui, neceſſe eſt mortem contemptoribus irrogari. *Ser. de levium peccator. periculis in calce. tom. 5.*

Joan. Gers. 51. Lex divina nullomodo poteſt abrogari, quamvis poſſit revocari. *De poteſt Eccleſiaſt. cap. 12. ante med. part. 1.*

Ioan. Taxyr. 52. Lex Dei dulcis & moderata fortibus, diſpenſativa infirmis, portabilis omnibus. *Super Prologum Reg. S. Benedicti, cap. 2. ante medium, pagina 159. columna 1.*

S. Isid. Hisp. 53. Via, per quam itur ad Chriſtum, lex eſt. *Libro 1. de ſummo bono, cap. 18. ſent. 1. pagina 629. columna 2.*

54. Lex Dei & præmium habet & pœnam legentibus eam, præmium his, qui eam benè vivendo cuſtodiunt: pœnam verò eis, qui eam malè vivendo contemnunt. *Ibidem, libro 3. cap. 8. ſent. 9 pagina 669. columna 1.*

55. Divinæ legis penetralia humilibus, & benè ad Deum intrantibus patent, pravis autem atque ſuperbis clauduntur. *Ibidem, cap. 11. ſentent. 2. pagina 669. columna 2.*

56. Nequaquàm legem Dei intelligit, qui carnaliter verba legis percurrit; ſed is qui eam ſenſu interioris intelligentiæ proſpicit. *Ibidem, cap. 12. ſent. 1. pag. 670. col. 1.*

Lact. Firm. 57. Qui voluntatem Dei ſequitur, qui divinam legem obſervat, Deo charus eſt. *De ira Dei. cap. 17. circa init. pag. 54.*

58 Suſcipienda Dei lex eſt, illa ſancta, illa cœleſtis, quæ nos ad iter portumque virtutis dirigit. *Lib. 6. de div. Inſt. cap. 8. prope med.*

59. Supra leges, lex Dei eſt. *In Epitome, cap. Supereſt. in med. pag. 401.*

Petr. Bles. 60. Humana lex inflat, divina ædificat, Profeſſores illius ſapientes ſunt, ut faciant mala, benè autem facere neſciunt: diſcipuli hujus, mites ſunt & humiles corde. *Epiſt 140. ad Petr. Cleric. ante medium, apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. edit. Colon. 1618.*

S Petrus Damian. 61. Lex Domini charitas eſt. *Libro 1. Epiſt. 15. ad Alexandr. Pap. poſt initium, pagina 11. col. 2. lit. B. tom. 1.*

Paulo jun. 62. Æterni Dei lex æterna, firmiſſimum ac munitiſſimum fulcrum eſt rerum omnium. *Lib. de plant. Noë. poſt init. pag. 302. tom. 2.*

S Remigius 63. Lex ſancta, & juſta, & bona eſt: quia ſanctitatem, juſtitiam, bonitatemque prædicat; & obſervatores ſuos ſanctos, juſtos, & bonos facit. *Super Ep.*

Digitized by Google

ad Rom. cap. 7. can. 12. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 3. pagina 830. *col. 2. littera F. edit. Colon.* 1618.

SALVIANUS. 64. Quòd lex Dei bona eſt, noſtrum non eſt: quòd autem malè vivimus, noſtrum eſt. *Proſec.*

65. Nihil utique nobis prodeſt, quòd lex eſt bona, ſi vita noſtra & converſatio non eſt bona.

66. Lex enim bona, muneris eſt Chriſti: vita autem non bona, criminis noſtri.

67. Immò in hoc magis culpabiles ſumus, ſi legem bonam colimus, & mali cultores ſumus: quin potiùs nec cultores, ſi mali; quia cultor dici non poteſt, malus cultor: neque enim colit, qui rem ſanctam non ſanctè colit: ac per hoc accuſatrix noſtri eſt lex ipſa, quam colimus. *Libro 4. de Gubern. Dei. poſt med. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pag.* 399. *col. 2. littera E. edit. Colon.* 1618.

68. Culpabiliores nos multò eſſe perſpicuum eſt, qui legem Dei habemus, & ſpernimus; quàm illos qui non habent omninò, nec norunt. *Ibidem, in fine, pag.* 341. *col. 2. F.*

69. Minoris criminis reatus eſt, legem neſcire, quàm ſpernere: nemo enim ignota contemnit, nec ullus poteſt deſpicere quod neſcit. *Ibidem.*

70. Non tàm lex Dei tibi, ò homo! quàm tu legi adverſaris: nec lex contra te benè præcipiendo, ſed tu contra legem malè vivendo agis. *Proſec.*

71. Immò illa pro te eſt, tu contra illam: illa enim tibi conſulit ſancta docendo, tu contra illam venis prava faciendo.

72. Nec contra illam tantùm, ſed etiam contra te: hoc ipſo enim, quod contra illam agis, & contra te, quia in illa ſalus & vita tua eſt: ac per hoc dùm legem divinam deſeris, ſalutem propriam derelinquis. *Ibidem, lib. 5. in princ. pag.* 342. *col. 1. B.*

73. Lex Dei nobis eſt antidotum, ſed vitioſitas venenum: quid prodeſſe poterit antidotum, cui ſuperfunditur venenum? ſanare nos non poteſt legis antidotum, quos occidunt venena vitiorum. *Ibidem.*

74. Si legem Dei non facimus, ſuperflua nobis catholici nominis præſumptione plaudimus. *Ibidem, lib. 7. ante medium, pag.* 355. *col. 1. C.*

75. Omne faſtidium non in præceptis legis Dei, ſed in moribus eſt: lex quippè bona eſt, ſed mores mali. *Ibidem, libro 4. ad Eccleſ. Catholic. in fine. pagina* 382. *col. 1. C.*

S. THEODORET. 76. Qui divinas leges deſpiciunt, in ſuperbiæ morbum incidunt. *Sup. Pſ.* 118. *ſup. illud, Increpaſti ſuperbos. pag.* 185. *col. 1. C. tom.* 1.

77. Divina lex non novas traditiones affert, ſed naturæ leges in memoriam revocat. *Sermone. 6. de providentia, ante medium, pagina* 428. *columna 2. littera G. tom.* 2.

S. THOMAS AQUINAS. 78. Lex datis peccatoribus data eſt in flagellum, proficientibus in pædagogum, perfectis in ſolatium. *Super Epiſt. ad Rom. cap. 5. lect. 6. poſt med.*

THOMAS A KEMPIS. 79. Ignorantia divinæ legis, mater eſt erroris, & janua mortis, privatio honoris, virtutis, & ſalutis. *In doctrin. Juven. cap. 1. ſect. 1. tom.* 2.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 80. Deus lex eſt æquabiliter in nos fuſa, nec correctionem, nec tranſpoſitionem ullam recipiens, præſtantior & firmior in omnibus legibus, quæ in tabulis deſcriptæ continentur. *De mundo, ante finem, tom* 2.

81. Sanè beatus & felix futurus eſt, qui divinæ legis, jàm à primis vitæ rudimentis particeps fuit. *Ibidem, in calce.*

CICERO. 82. Lex æterna quaſi dux vitæ & magiſtra officiorum eſt. *Libro 1. de natura Deor. ante medium, num.* 40. *tom.* 4.

PLATO. 83. Legibus qui ſervit, Deo ſervit. *Tom. 2. ſizygia 4. lib. 6. de legibus. ante med. pag.* 762. *D.*

Vide etiam tit. Delectatio. ſent. 25. Mandatorum facilitas. ſentent. 77. Propoſitum. ſentent. 13.

Liberalitas in genere.

DEFINITIO, DIVISIO.

DEFINITIO.

S. ANTONINUS. LIBERALITAS eſt debitus uſus rerum in mediocribus ſumptibus erga ſe, familiam, & indigentes pauperes. *Parte 1. tit. 1. cap. 3. §. 2. circa medium, fol. 12. col.* 1.

S. BONAVENT. Liberalitas eſt virtus beneficiorum erogatrix, quæ pro affectu benignitas, pro effectu beneficentia nominatur. *Pars. 3. Centiloquii. ſect. 44. poſt init. pag. 88. col. 1. A. tom. 6. part.* 1.

HUGO A S. VICTORE. Liberalitas eſt virtus, per quam liber animus in largitione poſſeſſorum nulla tenacitate coarctatur. *De fructibus carnis & ſpiritus. cap. 18. circa medium, pag. 162. H. tom.* 2.

LACT. FIRM. Is liberalis eſt, qui benè meritis, & cùm oportet, & quantum ſatis eſt, largitur. *De divin. inſtit. lib. 6. de vero cultu cap. 17. poſt medium, pagina* 268.

S. LAURENT. IUSTIN. Liberalitas eſt quidam animi motus faciens, & approbans liberas largitiones ſine ſpe retributionis. *Parte 1. de ligno vitæ tract. 3. de juſtitia. cap. 5. in principio, pag. 23. col. 1. E.*

S. PROSPER. Liberalitas eſt, quæ etiam in eos, qui nihil indigere videntur, exuberat. *Libro 3. de vita contemplat. cap. 24. in principio, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag.* 78. *col. 2. G.*

S. THOMAS AQUINAS. Liberalitas eſt virtus, qua benè utimur omnibus iis externis bonis, quæ nobis ad noſtram ſuſtentationem conceſſa ſunt. *Secunda ſecundæ quæſt. 117. in principio, pagina 210. columna* 2.

DIVISIO.

S. AMBROSIUS. Duplex eſt liberalitas. { Una, quæ ſubſidio rei adjuvat, id eſt, uſu pecuniæ. Altera, quæ operarum collatione impenditur, multò frequenter ſplendidior, multoque clarius. *Libro 2. Offic. cap. 15. poſt med. columna 47. C. tom.* 1.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ALBERTUS MAGNUS. 1. Verè largus ſine ſpe recompenſationis dat Domino totum quod eſt, quod habet, & quod poteſt. *De Paradiſo animæ, part. 1. de virtutibus. cap. 36. ante fin. pagina* 136.

S. AMBROSIUS. 2. Non illa perfecta eſt liberalitas, ſi jactantiæ cauſa magis quàm miſericordiæ largiaris: affectus enim tuus nomen imponit operi tuo. *Lib. 1. Offic. cap. 30. ante med. col. 21. B. tom.* 1.

3. Perfecta liberalitas eſt, ubi ſilentio quis tegit opus ſuum, & neceſſitatibus ſingulorum occultè ſubvenit. *Ibidem.*

4. Perfecta liberalitas fide, cauſa, loco, tempore commodatur, ut primùm opereris circa domeſticos fidei. *Ibidem, &c. C.*

5. Illa eſt probanda liberalitas, ut proximos ſeminis tui non deſpicias, ſi egere cognoſcas. *Proſecutio.*

6. Melius eſt enim ut ipſe ſubvenias tuis, quibus pudor eſt ab aliis ſumptum depoſcere; non tamen ut illi ditiores ex eo fieri velint, quod tu poſſes conferre inopibus. *Ibidem, in medio, columna 21. littera D.*

7. Conſideranda

S. Ambrosius 7. Conſideranda in largiendo ætas eſt atque debilitas: nonnunquàm etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales, ut ſenibus plus largiaris, qui ſibi labore non queunt jàm victum quærere. *Ibidem, circa finem, columna 22. littera D. tom. 1.*

8. Præcipua liberalitas eſt, redimere captivos, enutrire parvulos, pupillos tueri. *Lib. 2. Offic. cap. 15. in medio. col. 47. B C. tom. 1.*

9. Pulchra liberalitas eſt, erga ipſos pauperes menſuram tenere, ut abundes pluribus, non conciliandi favoris gratia ultra modum fluere. *Ibidem, cap. 21. circa fin. col. 52 C.*

10. Non ſibi blandiantur divites, quòd plus videantur conferre quàm pauperes: uberior eſt enim nummus è parvo, quàm theſaurus è magno; quia non quantùm detur, ſed quantum reſideat expenditur. *Profectio.*

11. Nemo plus tribuit, quàm qui nihil ſibi reliquit. *De viduis, ante medium, columna 157. littera C. tomo 1.*

12. Non probatur largitas, ſi quod alteri largitur, alteri quis extorqueat: ſi injuſtè quærat, & juſtè diſpenſandum putet. *Libro 1. Offic. cap. 30. ante medium, columna 21. B. tom. 1.*

S. Antoninus 13. Primùm ſignum nobilitatis, eſt liberalitas: nam & Deus, qui nobiliſſimus eſt, liberaliſſimus eſt. *Profectio.*

14. Tanta eſt ejus liberalitas, ut non ſolùm ſua, ſed & ſeipſum dederit ſuis, & etiam hoſtibus. *Part. 2. tit. 4. cap. 4. poſt med. fol. 166. col. 2.*

15. Proprius actus liberalitatis, eſt benè uti pecunia. *Parte 4. tit. 5. de juſtitia. cap. 7. §. 1. ante medium, fol. 77. col. 2.*

S. August. 16. Multi multa pauperibus, non miſericordiâ, ſed ambitione largiuntur. *De ſer. Dom. in monte, libro 2. longè poſt medium, pag. 831. lit. A. tom. 4.*

17. Quàm multi ſunt, qui jactantiæ cauſa multa tribuunt, multa donant, & non ibi quærunt, niſi laudem humanam, & gloriam popularem plenam ventis, nulla ſtabilitate ſolidatam! *Tract. 6. ſup. Epiſt. Joan. de cap. 3 ab init. pag. 418 D. tom. 9.*

Boetius. 18. Avaritia ſemper odioſos, largitas claros facit. *Lib. 2. de Conſolat. Philoſoph. Proſa 5. poſt principium.*

S. Bonavent. 19. Sapiens debet liberaliter ſpargere quod conſervatum perit, & diſtributum in pauperes fructificat. *Lib. 2. de profect. Relig. cap. 44. in fine, pagina 594. col. 1. E. tom. 7. part. 4.*

S. Cæsarius Arelat. 20. Dominus non ſolùm copiâ largitatis, ſrd benevolentiâ paſcitur largientis. *Homilia 1. circa medium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 745. col. 2. H. edit. Colon. 1618.*

Clemens Alex. 21. Quemadmodùm putei exhauſti in priſtinam menſuram revertuntur, & ad ubera quæ ſuguntur ſolet lac confluere: ita etiam elargitio communicata egentibus augetur & repletur. *Lib. 3. Pædagogi. cap. 7. ſub finem, fol. 49. pag. 1. B.*

S. Eusebius Emissenus. 22. Non ſolùm copiâ largitatis, ſed benevolentiâ paſcitur Deus largientis. *Hom. 10. ad Monach. à medio, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 1. pag. 587. columna 1. C. edit. Colon. 1618.*

Gloss. ord. 23. Largè dat, qui affectum largiendi habet, etſi nihil habeat quod largiri poſſit. *Super 2. ad Cor. cap. 9. in illud, Hilarem datorem diligit Deus, columna 423. A. tom. 6.*

Gratianus. 24. In ipſa liberalitate modus adhibendus eſt rerum & perſonarum: rerum, ut non omnia uni, ſed ſingulis quædam præſtentur: perſonarum, ut primùm juſtis, deindè peccatoribus; non quia peccatores, ſed quia homines ſunt. *In decret. part. 1. diſt. 86. can. Fratrem. §. In ipſa.*

S. Greg. Naz. 25. Donando magnificus, jucundiùs dat, quàm alii accipiunt. *Orat. 3. de S. Lavacro ſtatim à medio pag. 302.*

Tom. I.

S. Hieron. 26. Tu conſidera, ne Chriſti ſubſtantiam imprudenter effundas, ideſt, ne immoderato judicio rem pauperum tribuas non pauperibus, & liberalitate liberalitas pereat. *Tom. 1. Epiſt. 13. ad Paulin. poſt medium, pag. 104. littera C.*

27. Liberalitas ſola excedat modum. *Tom. 1. Epiſt. 27. ad Euſtochium, ante medium, pagina 176. littera C.*

28. Liberalitas virtus maxima, & via regia eſt: à quâ declinat, qui parcus eſt; qui non ſolùm aliis, ſed ſibi quidem non tribuit quod neceſſe eſt. *Libro 16. ſup. Iſayam, cap. 57. ſup. illud, In multitudine viæ. pag. 212. D. tom. 5.*

Hugo Cardi. 29. Sicut avarus ſibi nequam eſt, & nulli bonus, ideſt, miſericors: ſic largus ſibi juſtus eſt, tribuens ſibi rationabiliter neceſſaria, & indigentibus bonus, ideſt, miſericors. *Super Eccleſiaſtic. cap. 14. fol. 197. columna 3. tom. 3.*

S. Joannes Chrysostom. 30. Deus liberalitatem ſuam differt, non quia præſtare nolit, ſed quia hominis illum delectat exactio. *Homil. 23. ſup. Matth. oper. perf. poſt med. col. 220. lit. D. tom. 2.*

31. Ubi paterfamilias largus eſt, diſpenſator non debet eſſe tenax. *Hom. 43. ſup. Matth. oper. imp. in medio, col. 1048. B. tom. 2.*

32. Præſenti liberalitate æternam vitam mercare, momentaneo lucro præmia divina acquire. *Serm. 1. de Martyrib. in fin. col. 917. A. tom. 3.*

33. Non menſurâ dantium, ſed voluntate exhibentium liberalitas æſtimatur. *Hom. 16. ſup. 2. Cor. à medio. columna 798. A. tom. 4.*

34. Qui miniſtris benè confidit, & de recipientibus nihil ſuſpicatur, majori liberalitate impendit. *Ibidem, Hom. 18. in princ. col. 805. D.*

35. Non ex vita accipientium à te, mercedem tibi retributurus eſt Deus: ſed ex voluntate tua, ex liberalitate multa, ex miſericordia, ex bonitate. *Hom. 11. ſup. Epiſt. ad Hebræos, in fine moralis, columna 1740. C. tom. 4.*

Ioan. Saresb. 36. Ut liberalitatis ingenuæ facies denudetur, modus ille largiendi nobilior & laudabilior eſt, & abſque omnium contradictione optimus, qui ſpem remunerationis excludit. *Lib. 8. de Nugis curial. circa med. apud Bibl. Patrum tom. 15. pag. 477. columna 2. littera F. editionis Colon. 1612.*

Lact. Firm. 36. Unum certum & verum liberalitatis officium eſt, egenos atque inutiles alere. *Lib. 6. de div. inſt. cap. 11. in fin. pag. 258.*

S. Laurent. Iustin. 37. In liberalitate modus adhibendus eſt rerum & perſonarum.

- Rerum, ut non omnia uni, ſed ſingulis quædam præſtentur, ut pluribus prodeſſe poſſint.
- Perſonarum, ut primùm juſtis, deinde peccatoribus, quibus tantùm prohibemur dare, non quia homines ſunt, ſed quia peccatores. *De ligno vitæ, tract. 3. de Iuſtitia, cap. 5. in principio, pagina 23. columna 1. littera F. parte 1.*

S. Leo I. 38. Si non eſt omnium æqualis facultas, debet eſſe par pietas: quoniam fidelium largitas non de muneris penſatur pondere, ſed de benevolentiæ quantitate. *Ser. 3. de Collectis. poſt med.*

39. Sit dives munere copioſior, dùm pauper animo ſit inferior. *Ibidem, prope finem.*

40. Semper illi quod largiatur occurrit, cui benè velle non deficit. *Sermone 1. de Iejun. decimi menſis, poſt medium.*

41. Nulli parvus eſt cenſus, cui magnus eſt animus: nec de rei familiaris modo menſura miſerationis pendet ac pietatis. *Sermone 2. Quadrageſ. poſt medium.*

* fffff

S. LEO I.

42. Majora quidem impendia ſunt divitum, & minora mediocrium: ſed non diſcrepat fructus operum, ubi idem eſt affectus operantium. *Ibidem.*

43. Operantibus quæ bona ſunt, non eſt omninò metuendum, ne eis deſit facultas operandi, cùm præmium babeat gratuita largitio. *Ibidem, ſerm. 4. ante medium.*

44. Clementes & mites animos largitas decet. *Ibid. ſerm. 5. prope finem.*

45. Non ſit anxia liberalitas, quia abundanter largita retribuit, qui benignè largienda donavit. *Serm. 2. de jejun. ſeptimi menſis. in fine.*

46. Avaritia liberalitate depellitur. *Ibidem, ſer. 5. ſub finem.*

S. PETRUS CHRYSOLOG.

47. Felix vena, quæ ſuo ditatur irriguo, & fluenta putei tota acquirit, atque attrahit liberalitate. *Serm. 136 in fin. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. pag 762. col. 1. F. editionis Colon* 1618.

S. PETRUS DAMIANUS.

48. Largus & liberalis animus facit divitem, pavor atque tenacia reddit egentem: pavor enim degenerem animum compellit egere, licet divitiarum copius videatur affluere. *Opuſc. 9. cap. 1. in fine. pag. 473. col. 1. D. tom. 3.*

49. Liberalitate liberalitas perit, videlicet cùm res non indigentibus indiſcretè profunditur: ideoque quid verè indigentibus dandum ſit, poſtmodùm non habetur. *Opuſc. 43. cap. 19. poſt init. pag. 521. col. 2. littera B. tom. 3.*

THEOPHILACTUS.

50. Non ex multitudine donorum, ſed animi promptitudine liberalitas æſtimatur. *Super 2. ad Cor. cap. 8. in illud, Et profunda paupertas eorum, &c. pag. 575. A.*

S. THOMAS AQUINAS.

51. Liberalitas excreſcit in divitiis, copioſè dando. *Sup. 2. Cor. cap 8. lect. 1. ante med.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL.

52. Differt hoc à liberali magnificus, quòd hic circa magna, ille circa parva verſatur. *Lib. 2. Ethic. ad Nicomach. cap. 7. poſt init. tom. 2.*

53. Viri liberalis eſt potiùs dare, quibus oportet, quàm capere undè oportet, & oon capere undè non oportet. *Ibid. lib. 4 cap. 1.*

54. Ii, qui dant, liberales dicuntur: ſed qui non accipiunt, non ob liberalitatem, ſed ob juſtitiam, potiùs laudantur: homines multò minùs erogant ſua, quàm non accipiunt aliena. *Ibidem.*

55. Liberalis boneſtatis causâ dabit, & rectè: dabit enim quibus oportet, & quot oportet, & cùm oportet. *Profec.*

56. At is, qui dat quibus non oportet, aut non honeſtatis gratiâ, ſed ob aliquam aliam cauſam, non liberalis, ſed alius quidam dicitur. *Ibidem, &c.*

57. Ad hominem liberalem pertinet in primis, ut in dando adeò exuperet, ut ſibiipſi pauciora relinquat: eſt enim liberalis non ad ſeipſum reſpicere, at enim pro facultatibus ipſa liberalitas dicitur. *Ibidem.*

58. Liberalis actio, non in multitudine rerum, quæ dantur: ſed in habitu dantis conſiſtit; hic autem pro facultatibus erogat. *Ibidem.*

59. Nihil prohibet eum magis eſſe liberalem, qui pauciora donat, ſi modò minores ei ſint facultates *Ibidem.*

60. Magis ii liberales ſunt, qui non compararunt ſibi facultates, ſed ab aliis acceperunt. *Ibidem.*

61. Is eſt liberalis, qui pro facultatibus erogat, & in quibus oportet: qui verò exuperat, prodigus eſt *Ibid. circa med.*

62. Vir liberalis magis moleſtè fert, ſi quid, cùm oporteret, non erogaverit, quàm dolet, ſiquid, cùm non oporteret, erogaverit. *Ibid. &c.*

63. Liberalitas animi virtus, eſt erogare quatenùs honeſtum eſt parata. *De virtutibus, cap. 2. in fine, tom. 2.*

ARISTOTELES

64. Difficile eſt liberalem divisem eſſe. *Lib. 4. Moral. cap. 1. ante med. edit. Pariſ.* 1565.

CATO POËTA.

65. Ne ſis ventoſus, dùm vis urbanus haberi. *Lib. 1. diſtic. Metr.* 49.

CICERO.

66. Temeritate remotâ gratiſſima eſt liberalitas: eoque eam ſtudioſiùs plerique laudant, quòd ſummi cujuſque bonitas commune perfugium eſt omnium. *Libro 2. de Officiis, poſt medium, num. 62. tomo 4.*

67. Videndum eſt, ut eâ liberalitate utamur, quæ proſit amicis, noceat nemini. *Lib. 1. de Offic. ante med. num. 43. tom. 4.*

68. Videre licet pleroſque non tàm naturâ liberales, quam quâdam gloriâ ductos, ut benefici videantur, facere multa quæ videntur ab oſtentatione magis, quàm a voluotate proficiſci: talis ſimulatio vanitati eſt conjunctior, quàm aut liberalitati aut honeſtati. *Ibidem.*

69. Largitio fundum non habet. *Ibid. lib. 2. poſt med. num.* 55.

PLIN. II.

70. Neſcit ſemel incitata liberalitas ſtare, cujus pulchritudinem uſus ipſe commendat. *Libro 5. Epiſt. 12. ad Fabatum Proſocerum. in calce, pagina* 143.

71. Verè liberalis eſt, non qui tribuere patriæ propinquis, affinibus, amicis novit, ſed qui pauperibus. *Libro 9. Ep. 30. in princ. pag.* 262.

SENECA.

72. Non eſt magni animi, qui de alieno liberalis eſt: ſed ille qui quod alteri donat, ſibi detrahit. *Libro 1. de Clement. cap. 20. ſub finem, pag. 479. tom. 1.*

73. Errat, ſi quis exiſtimat facilem rem eſſe donare: plurimùm iſta res habet difficultatis. *De vita beata. cap. 24. in princ. pag. 506. tom. 1.*

74. Animus invenit liberalitatis materiam, etiam inter anguſtias paupertatis. *Lib. 1. de benefic. cap. 9. in principio. pag. 385. tom. 2.*

75. Multi ſunt, quos liberales facit frontis infirmitas. *Ibidem, libro 2. cap. 1. in medio, pag.* 390.

76. In omni negotio liberalis, non minima portio eſt. *Ibidem, capite 6. in principio, pagina 392. tom. 2.*

77 Mentitur prodigus liberalem: multi enim ſunt qui non donant, ſed projiciunt: non voco liberalem, pecuniæ ſuæ iratum. *Epiſt. 120 ante med. pag. 873. tom. 2.*

VALER. MAX.

78. Liberalis ſi opibus ſit excellens, multò etiam animo, quàm divitiis eſt locupletior, ſemperque in eroganda potiùs, quàm in contrahenda pecunia occupatus. *Libro 4. dictor. memorabil. cap. 8. ante finem, pagina* 199.

Vide etiam tit. Divitiæ. ſent. 65. Donum. ſent. 28. Munus. ſent. 49. Pecunia. ſent. 48.

Liberalitas Dei.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. AMBROSIUS

1. MULTÒ crebrior, multòque numeroſior pars illa hominum eſt, cui particulatim quidquid ſuperna largitas donat accreſcit, ut conferendorum munerum cauſæ de iis quæ ſunt collata, pariantur. *Libro 2. de vocat. gent. cap. 3. ante finem, columna 254. lit. B. tom. 2.*

IOAN. CASS.

2. Magna verè atque mirifica ſunt, nec ulli hominum penitùs, niſi his tantùm (qui experti ſunt) nota, quæ Dominus fidelibus ſuis adhuc in ipſo corruptionis vaſculo conſtitutis, ineffabili largitur liberalitate. *In collat. 12. Abbat. Charemonis cap 12. in princ. pag.* 586.

3. Deus liberalitatem ſuam differt; non quia præſta-

te

re nolit, ſed quia hominis illum delectat exactio. *Homil. 23. ſup. Matth. oper. perf. poſt med. col. 120. littera D. tom. 2.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 4 Quid Dei liberalitati æquale unquàm inveniri poteſt? Ipſe eſt Pater, ipſe Frater, ipſe Dominus, ipſe Sponſus, ipſe Nutritor, ipſe veſtis, ipſe radix: ipſe fundamentum, ipſe amicus, membrum, caput, ſoror, mater, univerſa ipſe tibi eſt: quidquid volueris, ipſe eſt, dummodò illi, ut decet, afficiaris. *Ibidem, Homil. 77. ante fin. columna 626. D.*

5. Tanta eſt Dei liberalitas, ut ex his quæ dedit accipiens, ſe propria non cenſeat accipere, ſed multa cum largitate, ea reddere pollicetur. *Hom. 34. ad popul. Antioch. poſt medium, columna 269. D. tom. 5.*

S. LEO I. 6. Muneribus Dei juſtè & ſapienter utendum eſt, ne materia boni operis, fiat cauſa peccati. *Ser. 5. de Collectis. poſt init.*

7. Terrenæ & corporis facultates ex largitate Dei proveniunt, ut meritò rationem earum quæſiturus ſit; quæ non magis poſſidenda tradidit, quàm diſpenſanda commiſit. *Serm. 5. de Collectis. circa init.*

S. PETRUS DAMIAN. 8. Puſillanimorum diffidentia, facit pauperem Chriſtum: plena fides, divitem illum & largum in exhibendis muneribus experitur. *Opuſc. 12. cap. 8 in fine, pag. 496. columna 1. A. tom. 3.*

Libertas.

DEFINITIO.

COLLECTOR. LIBERTAS eſt ut libet vivendi poteſtas.

Vel

Libertas eſt naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ALBERTUS MAGNUS. 1. Veram libertatem habet, qui non eſt captus appetitu rerum temporalium, nec laude, vel favore hominum, nec propria placentia, vel diſplicentia aliena, nec amicitia carnali, vel timore ſervili, nec delectatione gaudii tranſitorii. *De Paradiſo animæ. Part. 1. de virt. cap. 27. poſt init. pagina 203.*

S. AMBROSIUS. 2. Omnis ſapiens liber eſt, omnis autem inſipiens ſervit. *Lib. 2. Ep. 7. ad Simplicianum. circa init. col. 517. littera C. tom. 3.*

3. Libera eſt ſola ſapientia, & liber eſt qui ſapiens eſt. *Ibidem, ante medium, columna 518. D.*

4. Solus ſapiens liber eſt, quia qui ea facit quæ vult, liber eſt. *Profec.*

5. Ubi nulla formido, ibi libertas: ubi libertas, ibi poteſtas faciendi quod vult. *Ibidem, ante medium, columna 519. C.*

6. Servus non eſt ſapiens, ſed ſolus liber eſt: quia ſapiens neque cogi, neque prohiberi poteſt; & qui neque cogi poteſt, neque prohiberi, is nequaquam ſervus eſt. *Ibid.*

7. Non ille liber eſt, qui ſerviens deſideriis & voluptatibus, vago fluitat errore, *Profec.*

8. Non ille liber eſt, qui curvatur ambitu, ſervit enim alieno imperio: ſed ille liber eſt, qui poteſt dicere, Ego ſub nullius paſſionis redigor poteſtate. *Ibidem, col. 522. B.*

9. Recidenda inſipienti poteſtas eſt, non adjicienda libertas: quia in libertate inſipientis ruina vehementior eſt. *Ibidem, ante finem, columna 521. littera C.*

10. Glorioſa libertas, quam nulla ſervitus culpæ, nulla peccatorum vincula conſtringunt, nulla flagitiorum onera, nulla criminum commercia degeneris nexui ſervitutis addicunt. *Lib. 1. de Jacob. cap. 3. ante fin. col. 1054. A. tom. 4.*

S. AMBROSIUS. 11. Ille qui voluntatis ſuæ arbiter eſt, judex conſilii, interpres arbitrii, qui coercet corporeæ appetentiam paſſionis, qui ea quæ agit, benè agit, & inculpatè agit, habens ſuorum actuum poteſtatem, is profectò liber eſt. *Ibidem, libro 2. cap. 3. circa medium, columna 1064. B.*

12. Qui omnia prudenter agit, & ita vivit rectè ut vult, is ſolus liber eſt. *Ibidem.*

13. Ille in quavis conditione ſervitii ſit, qui amore non capitur, avaritiæ vinculis non tenetur, metu criminis non alligatur, qui ſecurus ſpectat præſentia, quem futura non terrent, ſemper liber eſt. *Ibidem, poſt medium, col. 1080. D.*

S. AUGUSTIN. 14. Ille ab omnibus liberat, cui ſervire omnibus utiliſſimum eſt, & in cujus ſervitio placere perfectè ſola libertas eſt. *De quantit. animæ cap. 34. circa fin. pag. 433. littera A. tom. 1.*

15. Libertas nulla vera eſt, niſi beatorum, & legi æternæ adhærentium. *Lib. 1. de lib. arbit. cap. 15. circa med. pag. 444. D. tom. 1.*

16. Quem delectat libertas, ab amore mutabilium rerum liber eſſe appetat. *De vera Relig. cap. 48. in princ. pagina 515. B. tom. 1.*

17. Ea vera & ſincera libertas eſt, qua fit ut ubicumque ſis, benè ſit tibi. *De 21. ſent. ſent. 19. poſt med. pag. 438. D. tom. 4.*

18. Prima libertas eſt, carere criminibus. *Tractato 41. ſuper Evang. Joan. de cap. 8. poſt medium, pag. 210. C. tom. 9.*

19. Libertas delectat. Nam quamdiù timore facis quod juſtum eſt, non Deus te delectat: quamdiù adhuc ſervus facis, non te delectat; delectet te, & liber es. *Ibid. & c. D.*

20. Volens à gente eſt liber, etiamſi ſe quiſpiam cogi putet. *De duabus animabus, cap. 10. poſt medium. tom. 6.*

21. Bonus etiamſi ſerviat, liber eſt. *Lib. 4. de Civit. Dei. cap 3. prope fin. tom. 5.*

22. Erit voluntas tua libera, ſi fuerit pia. *Tract. 41. ſup. Ioan. poſt med. tom. 9.*

23. Eris liber, ſi fueris ſervus: liber peccati, ſervus juſtitiæ. *Ibidem.*

24. Magnorum eſt libertas. *Lib. 4. de Muſica. cap. 6. circa init. tom. 1.*

25. Magnum eſt munus libertatis. *Ibid.*

S. BASIL. MAG. 26. Omnia amittere tolerabilius eſt, præter libertatem. *Super Pſalmum 14. conc. 4. ante med. verſ. 6. pag. 76. tom. 1.*

S. BERNARDINUS SEN. 27. Nihil eſt quod homo naturali affectu refugiat amplius, quàm privari propria libertate. *Sermone 13. de Obedientia. art. 1. cap. 1 poſt med. pagina 80 columna 1. E. tom. 3.*

BOETIUS. 28 Humanas animas liberiores eſſe neceſſe eſt, cùm ſe in mentis divinæ ſpeculatione conſervant: minùs verò, cùm dilabuntur ad corpora: minuſque etiam, cum terrenis artubus colligantur. *Lib. 5. de conſolat. Philoſ. Proſa 2. in medio.*

S. BONAVENT. 29. Libertas nulla vera eſt, niſi bonorum, & legi æternæ adhærentium. *Expoſ. 2. ſuper Pſalmum 118. cap. 5. verſ. 11. art. 2. pagina 207. columna 1. B. tom. 1.*

30. Vera libertas eſt, regi lege charitatis. *Collat. 43. ſuper cap. 8. Ioan. in fine, pagina 441. columna 2. tom. 1.*

S. CÆSARIUS ARELAT. 31 Quid prodeſt, quòd liber eſt in natura, qui ſervus eſt in conſcientia? *Hom. 4. ante med. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 748. columna 1. B. edit. Colon. 1618.*

32. Libertas noſtra, Dei gratia & converſatio noſtra eſt: libertas noſtra, eſt cultus Religionis, juſtitia operis, puritas caſtitatis. *Ibidem, Homilia 5. prope finem, pagina 749. columna 2. littera H.*

DIDYM. ALEX. 33. Solus ſapiens liber ac princeps eſt, etiamſi alioqui ſexcentos corporis dominos habeat. *Et habet. apud D. Joannem Damaſc. lib. 3. parall. cap. 73. poſt medium, fol. 133. pag 2. B.*

DIONYSIUS CARTHUS. 34. Libertas multis peccandi occaſio eſt, quoniam pœnam non metuunt. *Sup. Ep. ad Galat. cap. 5 art. 5. ante med. fol. 75 F.*

S. EUSEBIUS EMISSENUS. 35. Qui in ſecuritate vitiis deditus eſt, in libertate captivus eſt. *Homil. in Litanus in calce, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 1. editionis Colonienſis* 1618.

GILLEBERTUS ANGLUS. 36. Libertas illecebram parit. *Serm. 1. ſup Cant. poſt init. apud Div. Bernard. volum. 2. fol. 1. columna 1. littera F.*

37. Eſt
- Libertas conditionis.
- Libertas diſpoſitionis.
- Libertas affectionis.

- Prima conſiſtit in naturali aptitudine.
- Secunda in habitu benè vel malè conſtitutæ mentis.
- Tertia in uſu. *Ibidem, ſermone 39. circa med.*

S. GREG. MAG. 38. Nulla eſt libertas, ubi eſt culpa. *Libro 15. Moral. cap. 12. in fine, num. 11. columna 498. littera C. tom. 1.*

S. HIERON. 39. Sola apud Deum libertas eſt, non ſervire peccatis. *Tom. 1. Ep. 14. ad Celantiam. poſt med. pag. 112. littera C.*

40. Citò indignatur libertas, ſi opprimitur: nemo plus impetrat à libero, quàm qui ſervire non cogit. *Tom. 2. Epiſt. 16. ad Theophil. ante med. pag. 184. littera D.*

41. Libertas nimia, ſeminarium rixarum eſt. *Tomo 2. Epiſt. 60. ad Marcellam, in medio, pagina 372. littera D.*

S. IOAN. CHRYSOST. 42. Omnia qui confitetur ſervitutem, meretur gratiæ libertatem. *Sermone de eo quod David dicit, Quis ſum ego? ante medium, columna 639. littera B. tomo 1.*

43. Beata voluntas eſt, quæ ſerviendo comparat libertatem: miſera ſervitus, quam generat libertatis exceſſus. *Profec.*

44. Beata libertas, quæ ſervit legi, obtemperat judici, paret authori, quæ humilis Deo eſt, ſubjecta Chriſto.

45. Beata libertas, quæ imperata tenet, juſſa complet; præcepta conſervat: contendit ut placeat, ut promereatur inſtat, timet offendere, veretur delinquere, amat divina monita frequentare. *Sermone ſup. illud Iſaya, Si volueritis, &c. poſt init. col. 797. littera B. tom. 1.*

46. Ingratus eſt libertatis, qui peccando conditionem acceperit ſervitutis. *Ibidem, in fine, columna* 798. *D.*

47. Nihil prorſus libertatem ſic tollit, quemadmodùm ſecularium rerum cupiditas, & eorum quæ videntur eſſe præclara: non enim ſibi vivunt, ſed alteri, & mille crudelibus dominis hujuſmodi homines premuntur. *Hom. 59. ſup. Matth. oper. perfecti. poſt med. col. 496. C. tom. 2.*

48. Ille cui magna rerum affluit copia, ingens potentia, patriæ ſplendor, majorum nobilitas, ad quam univerſa penè reſpicit civitas, libertatem amiſit, & ſervus omnium abjectiſſimus eſt. *Ibidem.*

49. Odioſa fit ſemper libertas. *Hom. 15. ex diverſ in Matth. ante med. col. 1179. A. tom. 2.*

50. Libertas diſſoluta, ac moderamine carens, ubique mala eſt, confuſioniſque cauſa. *Serm. 23. ſup. Ep. ad Rom. ante med. col. 256. C. tom 4.*

51. Hæc maxima libertas eſt, cùm quis in ſervitute clarus evadit. *Hom. 19. ſup 1 Cor. Moral. poſt init. col. 468. B. tom. 4.*

S. IOAN. CHRYSOSTOM. 52. Vera hominis libertas tunc apparet, cùm is qui ſub domino eſt, nihil tamen ſervile poſſidet. *Ibidem.*

53. Servitus peccati lædit, ſed nemo te quiſpiam lædere poterit, ſi ſerviles mores non habueris, quibus ſi obnoxius fueris, nulla eſt tibi libertatis utilitas, etiamſi millies liber eſſes. *Profec.*

54. Quid tibi profuerit, quòd nemini hominum ſervias, ſi teipſum affectibus ſubjicias? *Ibidem.*

55. Solus liber eſt ille, qui libertatem intrinſecùs habet: ſicut ſervus eſt ille, qui ſuccumbit irrationabilibus vitiis. *Homil. 18. ſup. 1. Timoth. in Moral. circa med. col. 1532. D. tom. 4.*

JOAN. GERS. 56. Vera libertas, ſumma ingenuitas eſt: fallax libertas, omni ſervitute deterior. *Serm. de Orat. in Concil. Conſtant. poſt med. part. 2.*

IOAN. SARISB. 57. Libertas de ſingulis pro arbitrio judicat, & quæ ſatis videt moribus obviare, reprehendere non veretur. *Profec.*

58. Nihil autem glorioſius libertate, præter virtutem, ſi tamen libertas rectè à virtute ſejungitur.

59. Omnibus enim rectè ſapientibus liquet, quia libertas vera aliundè non provenit.

60. Ergo & pro virtutum habitu quilibet liber eſt, & quatenùs eſt liber, eatenùs virtutibus pollet. *Lib. 7. de Nugis curial. cap. 25. in princ. apud Bibliothecam Patrum, tom. 15. pag. 456. col. 2. F. editionis Colon.* 1622.

JOAN. TRITHEM. 61. Hæc eſt vera libertas, animum terrenis affectibus facere alienum. *Lib. 2. de vir. illuſtr. Ord. S. Benedict. cap. 145. a medio. pag 62. col. 2.*

S. ISID. HISP. 62. Melior eſt ſubjecta ſervitus, quàm elata libertas. *Libro 3. de ſummo bono. cap. 47. ſent. 4. pagina 684. col. 2.*

LACT. FIRM. 63. Libertas, ſi alios inſectetur, potiùs quàm inſectantibus reſiſtat, contumacia eſt. *Lib. 6. de div. inſt cap. 14. poſt initium, pagina 263.*

PHILO IUD. 64. Libertas quædam eſt corporum non ſubjecta hominibus potentioribus, quædam animi nullis affectibus obnoxia. *Lib. Quod omnis probus liber ſit. poſt init. pagina 1170. tom. 2.*

SALVIAN. 65. Melius eſt ſub ſpecie captivitatis vivere liberi, quàm ſub ſpecie libertatis eſſe captivi. *Lib. 5. de gubern. Dei. ante med.*

THOMAS A KEMPIS. 66. Non eſt vera libertas, niſi in timore Dei. *Lib. 1. de Imit. Chr. cap. 21. ſect. 2. tom. 2.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 67. Si iniquum eſt liberum aſſeruiſſe, qui ſervus eſt: longè iniquius, ſervum ſanxiſſe, qui liber eſt. *Sect. 29. Problem. quæſt. 13. ante med. tom. 2.*

68. Nullus hominum liber eſt; nam aut pecuniæ, aut fortunæ ſervit. *Lib. 2. Rhetor. cap. 21. in princip. tom 2.*

CICERO. 69. Dictum eſt ab eruditiſſimis, niſi ſapientem liberum eſſe neminem: Quid eſt enim libertas, niſi poteſtas vivendi ut velis? quis igitur vivit ut vult, niſi qui recta ſequitur, cui vivendi vis conſiderata atque proviſa eſt? *De Paradoxis, cap. 5. poſt initium, tom. 4.*

PLIN. II. 70. Quid libertate pretioſius? porrò quàm turpe, ſi libertas ſervitute mutetur. *Lib. 8. Ep. 24. ad Maxim. ante fin. pag. 240.*

SENECA. 71. Quamdiù non ſumus noſtri, natura nos regit, & in quemcomque vult caſum nos mittit: hinc verò ſumus æſtimandi liberi, cùm ſumus noſtri. *Libro 1. Controverſ. 6. ante medium, pagina 72. tomo 1.*

72. Liber eſt, qui ſervitutem effugit ſui. *Libro 3. quæſt. ante finem præfationis, pagina 700. tomo 1.*

SENECA. 73. Libertas eſt, nolli rei ſervire, nulli neceſſitati, nullis caſibus. *Epiſt. 51. à medio, pagina 612. tom. 2.*

74. Inæſtimabile bonum eſt, ſuum fieri. *Epiſt. 75. in calce. pag. 682. tom. 2.*

75. Nemo liber eſt, qui corpori ſervit. *Ep. 92. in fine. pag. 768. tom. 2.*

76. Perit libertas, niſi illa contemnimus, quæ nobis jugum imponunt. *Ep. 85 poſt medium, pagina 723. tom. 2.*

77. Non poteſt gratis conſtare libertas: hanc ſi magno æſtimamus, omnia parvo æſtimanda ſunt. *Epiſt. 104. in calce, pag. 825. tom. 2.*

78. Hominis bonum, liber animus eſt, ac rectus, alia ſubjiciens ſibi, ſe nulli. *Ep. 124. in medio, pag. 889. tom. 2.*

79. Liber eſt, non in quem parum licet fortunæ, ſed in quem nihil. *Epiſt. 110. in fine, pagina 843. tom. 2.*

SIXT. PHILOS. 80. Omnia auferenti à te, cede, præter libertatem. *Sent. 14. pag. 64. col. 2. G. apud Bibliothecam Patr. tom 3. edit. Colon. 1618.*

81. Non eſt ſapienter factum, in quo libertas aufertur. *Ibidem, ſent. 267. pag. 66. columna 1. D.*

82. Immenſa amaroris ſapientiæ libertas non ſit in homine, ſed in anima. *Ibidem, ſent. 379. columna 1. littera B.*

Vide etiam tit. Neceſſitas. ſentent. 29. Paupertas voluntaria. ſent. 15. Poſſeſſio. ſent. 11. Poteſtas in genere. ſent. 16 Servire Deo. ſent. 67. Servitus. ſent. 74. Virginitas. ſent. 19. 66.

Liberum arbitrium.

DEFINITIO, COMPARATIO

DEFINITIO.

S. ANASTAS. PATRIARCH. LIBERUM eſt, quod ſui juris eſt: nam quod ſub domino, ſeu alieno jure eſt, hoc non eſt liberum. *Proſec.*

Libertas enim propriè, eſt omnis fræni, & impedimenti expers poteſtas perſequendi id, quod animo allubeſcit *Libro viæ ducis. cap. 2. de verbo, in medio, apud Bibliothecam Patrum, tom. 6. part. 1. pagina 590 columna 1. B.*

S. ANSELMUS. Libertas arbitrii eſt poteſtas ſervandi rectitudinem voluntatis propter ipſam rectitudinem. *De concordia præſcientiæ. poſt medium.*

S. BERNARD. Liberum arbitrium eſt conſenſus ob voluntatis inamiſſibilem libertatem, & rationis indeclinabile judicium. *De gratia & lib. arbitr. poſt initium, fol. 285. col. 4 littera K.*

S. BONAVENT. Liberum arbitrium, eſt liberum de voluntate judicium. *Part. 3. Centiloquii ſect. 24. circa medium, pag. 79. columna C. 2. tom. 6.*

S. CLEMENS PAPA. Arbitrii poteſtas, eſt ſenſus animæ habens virtutem, quâ poſſit ad quos velit actus inclinari. *Lib. 3. Recognit. ante medium, fol. 62 pag. 1.*

IOAN. GERS. Libertas arbitrii eſt facoltas rationis & voluntatis ad utrumlibet oppoſitorum. *In deſcript. terminor. poſt init. fol. 24 col 2. Z.*

S. LAURENT. JUSTIN. Liberum arbitrium eſt facoltas rationis & voluntatis, qua eligitur bonum, gratia exiſtente. *De contemptu mundi, cap 8. in principio, pag. 509. col. 2. C. part. 2.*

CICERO. Quid eſt libertas, niſi poteſtas vivendi ut velis? quis igitur vivit ut vult niſi qui recta ſequitur, cui vivendi via conſiderata atque proviſa eſt? *De Paradox. cap. 5. poſt initium, col. 585. A. B. tom. 4.*

PLATO. Liberum arbitrium eſt, quod ſibiipſi imperat. *Tom. 3. ſizygia 6. de defint. poſt med. pag. 415. A.*

Arbitrii libertas eſt animæ ratione utentis voluntas, ſine ullo impedimento ad id quod vult, hoc eſt, ſive ad virtutem, ſive ad vitium incitata, atque à ſummo illo parente & architecto ita effecta. *Lib. 1. in vita Ss. Barlaam & Ioſaphat. cap. 15. poſt med. pagina 277. col. 2.* IN VIT. PATR.

Arbitrii libertas eſt intellectualis animæ pro ſuo arbitratu agitatio. *Ibidem.*

COMPARATIO.

Sicut equi cujuſlibet curſus in loco ſpatioſo, ita & hominis voluntas probatur in arbitrio dato. *In ſuis Prov. verbo, Sicut. pag. 198. tom. 2.* V. BEDA.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Non eſt quòd cuipiam noſtram adſcribamus culpam, niſi noſtræ voluntati: nemo enim tenetur ad culpam niſi voluntate propria deflexerit. *Proſec.* S. AMBROSIUS.

2. Voluntarium ſibi militem legit Chriſtus, voluntarium ſervum ſibi diabolus auctionatur.

3. Neminem jugo ſervitutis adſtrictum poſſidet, niſi ſe priùs ei voluntatis ære per peccatum vendiderit. *Lib. 1. de Iacob. cap. 3. ante med. col. 1053 C. tom. 4.*

4. Liber eſt, qui cogi non poteſt ad ea quæ nolit, nec prohiberi ab eo quod velit. *De ſimilitud. cap. 53. in principio.* S. ANSELMUS.

5. Nec libertas, nec pars libertatis eſt, peccandi poteſtas. *De lib. arbitr. cap. 1.*

6. Liberum arbitrium uſque adeò in peccatoribus non periit, ut per ipſum peccent, maximè omnes qui cum delectatione peccant & amore peccati. *Super Ep. ad Rom. cap. 6. in illud, Liberi fuiſtis.*

7. Nondum tota, nondum pura eſt, nondumque plena libertas, quia nondum æternitas. *Ibidem, cap. 8. in illud, Infelix ego homo, &c.*

8. Liberum arbitrium dedit nobis Dominus, ut arbitrio propriæ voluntatis recedamus ab iniquitate, vel permaneamus in iniquitate. *Super 2. Timoth. 2. poſt medium.*

9. Ab illicitis cavere, jugum neceſſitatis eſt: permiſſa vincere, munus arbitrii. *In exhort. ad Monach poſt init. columna 830. B. tom. 4.* S. ATHANAS. MAGNUS.

10. In poteſtate hominis eſt mutare in melius voluntatem; ſed illa poteſtas nulla eſt, niſi à Deo detur. *Libro 1. Retract. cap. 22. ſub finem, pagina 22. D. tom. 1.* S. AUGUST.

11. Volontas libera tantò erit liberior, quantò ſanior: tantò autem ſanior, quantò divinæ miſericordiæ gratiæque ſubjectior. *Ep. 89. ad Hilar. poſt init. pag. 257. B. tom. 2.*

12. Nihil boni operari poteſt perditus, niſi quantum fuerit à perditione liberatus: nam libero arbitrio malè utens homo, & ſe perdidit, & ipſum. *In Enchirid. cap. 30. in princ. pag. 114. D. tom. 3.*

13. Initium ſalutis noſtræ Deo miſerante habemus; ut acquieſcamus ſalutiferæ inſpirationi, noſtræ poteſtatis eſt: ut adipiſcamur quod acquieſcendo admonitioni cupimus, divini eſt muneris: ut non labamur in adepto ſalutis munere, ſollicitudinis noſtræ eſt, & cœleſtis pariter adjutorii: ut labamur, noſtræ poteſtatis eſt, & ignaviæ. *De Eccleſiaſt. dogmatibus. cap. 21. in fine, pagina 140. D. tom. 3.*

14. Lex non impletur, niſi libero arbitrio: ſed per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratiæ contra peccatum: per gratiam ſanatio animæ à vitio peccati, per animæ ſanitatem libertas arbitrii, per liberum arbitrium juſtitiæ dilectio, per juſtitiæ dilectionem legis operatio. *Proſec.*

15. Sicut autem lex non evacuatur, ſed ſtatuitur per fidem, quia fides impetrat gratiam, qua lex impleatur: ita liberum arbitrium non evacuatur per gratiam, ſed ſtatuitur, quia gratia ſanat voluntatem, qua juſtitia liberè diligatur. *De ſpirit. & litt. cap. 30. pag. 590. D. tom. 3.*

S. Augustin.

16. Laudandus eſt, non attractua ad opos ſerviliter animus; ſed liberaliter & ſpontè devotus. *Lib.2.Exod. quaſt.170 in fine, pagina 124. D.tom 4.*

17. Noſtrum eſt velle, ſed voluntas ipſa etiam monetur ut ſurgat, & ſanatur ut valeat, & dilatatur ut capiat, & impletur ut habeat. *De bono viduit. cap.17. circa med. pagina 733. A. tom. 4.*

18. Cùm omnia bona dicuntur ex Deo, ſcilicet & magna & media, & minima: in mediis quidem bonis, iovenitur liberum voluntatis arbitrium; quia & malè illo uti poſſumus, ſed tamen tale eſt, quod ſine illo rectè vivere nequeamus. *Lib. 1. Retract. cap. 9. ſub finem, pagina 9 littera B. tom 1.*

19. Datum eſt animæ liberum arbitrium, noo ut quodlibet eo moliens, ullam partem divini ordinis legiſque perturbet. *De quantit.anim.cap.36.in princ.pagina 433.B.tom 1.*

20. Valet liberum arbitrium ad opera bona, ſi divinitus adjuvetur, quod fit humiliter petendo & faciendo. *Ep.89 ad Hilar. poſt initium, pagina 257. littera A. tom. 2.*

21. Non voluntatia arbitrinm ideò tollitur, quia juvatur: ſed ideò uvatur, quia non tollitur. *Ibidem, longè poſt init pagina 258.C.tom 2.*

22. Nihil eàm in noſtra poteſtate, quàm ipſa voluntas eſt *Lib.3. de lib. arbit. cap. 3. circa medium, pag. 467. B. tom. 1.*

23. Deus præparat voluntatem, & cooperando perficit, quod operando incipit: qooniam ipſe ut velimus, operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. *De gratia & lib. arbitr. cap. 17. poſt init. pag. 897. A. tom. 7.*

24. Benè facere nemo poteſt, niſi elegerit, niſi amaverit, quod eſt in libera voluntate. *Libro 2. contra litteras Petilian, cap. 83. circa princ. pagina 92. B. tom. 7.*

25. Liberum arbitrium ad Dei gratiam, hoc eſt ad Dei dona pertinere noo ambigitur. *Libro 2. de Peccat. meritis & remiſſ. cap. 6 ante medium, pag.468. C. tom.7.*

26. Eſt in nobis per Dei gratiam in booo recipiendo & perſeveranter tenendo non ſolum poſſe quod volumus, verùm etiam velle quod poſſumus. *De corrept. & grat. cap. 11. ante finem, pagina 915. littera B. tom 7.*

27. Prima libertas voluntatis erat poſſe non peccare, noviſſima erit multò major, non poſſe peccare: prima immortalitas erat poſſe non mori, ooviſſima erit multò major, non poſſe mori. Prima erat perſeverantiæ poteſtas, bonum poſſe non deſerere. *Ibidem, in fine, pagina 915. B.*

28. Ipſa ſanitas eſt vera libertas, quæ non periiſſet, ſi bona permanſiſſet *De perfect.juſt.reſponſ.5.poſt medium, pag 967. A. tom 7.*

29. Carnalis non agit quod vult: cùm vult, non poteſt: quia quando poterat, noluit; per malum velle, perdidit bonum poſſe. *De verb. Apoſt. ſerm 12. in princ. pag.208 D. tom. 10.*

30. Voluntas non eſt, niſi tua: juſtitia non eſt, niſi Dei. Eſſe poteſt juſtitia Dei, ſine voluotate tua: ſed in te eſſe non poteſt, niſi per voluntatem tuam. *Ibidem, ſermone 15. poſt medium, pagina 229. lit. A. tom. 10.*

31. Malum proprii arbitrii, germinatio eſt voluntatis. *Apud Bedam, tom. 7. in ſcintillis, cap. 41. columna 425.*

32. Libera voluntas non debuit alteri dari, quàm data eſt. *Libro 2. de libero arbitr. cap. 2. poſt initium, tom. 1.*

33. Voluntas quia eſt in poteſtate, libera eſt nobis: non enim eſt nobis liberum quod in poteſtate non habemus. *Ibidem, lib 3. cap.3 circa fin.*

34. Eſt excellentior creatura quæ libera voluntate peccat, quàm quæ propterea non peccat, quia non habet liberam voluntatem. *Ibidem, cap. 16 poſt init.*

S. Augustin.

35. Voluntas non libera dicenda eſt, quamdiù eſt vincentibus, & vincientibus cupiditatibus ſubdita. *Ep. 144. poſt init. tom. 2.*

36. Voluntas quæ libera eſt in malis, quia delectatur in malis, ideò libera in bonis non eſt: quia liberata non eſt. *Libro 1. ad Boniſac. cap. 3. poſt medium, tom. 7*

37. Deus dedit homini liberam voluntatem, ſed nec bonam infructuoſam, nec malam voluit eſſe impunitam, *Libro 3. contra Creſcon. cap. 51. in medio, tom 7.*

38. Semper eſt io nobis voluntas libera, ſed non ſemper eſt bona. *De gratia & lib. arb. cap. 15. poſt med. tom. 7.*

39. Erit voluntas tua libera, ſi fuerit pia. *Tract.41. ſup. Ioan. poſt medium, tom. 9.*

40. Libertas ſine gratia. non eſt libertas ſed contumacia. *Ep. 89. quaſt 3. poſt med. tom. 2.*

41. Arbitrium hominum à diaboli poteſtate liberatum, opus eſt gratiæ, non naturæ. *Epiſt. 107. longè ante med. tom. 2.*

42. Noo arbitrium voluntatis tollimus, ſed Dei gratiam prædicamus. *De natura & gratia, cap. 32. circa fin, tom. 7.*

S. Basilius Magnus.

43. Apud inferos quæ ſunt mala, non Deum cauſam habent, ſed noſipſos: principium namque ac radix peccati in nobis eſt, & in noſtra poteſtate. *Homil. 9. Quod Deus non eſt author malorum, poſt init. fol. 105. pag. 2. tom. 1. edit. Pariſ 1550.*

44. Liberum illud, quod in poteſtate hominis eſt arbitrium, in eo ſitum eſt, vel velis vel nolis reſiſtere diabolo. *Homil. Quod ſine divina virtute reſiſtere Satanæ, &c. in principio, fol.163. pag. 2. tom. 1. edit. Pariſ. 1550.*

S. Bernard.

45. Tolle liberum arbitrium, non erit quod ſalvetur: tolle gratiam, noo erit undè ſalvetur. *De Gratia & lib. arb. poſt init. fol. 285. col 3. G.*

46. Æquè profectò liberum arbitrium, tàm in malo quam in bono integrum perſeverat. *Ibidem, in medio, fol. 287. col. 3. G.*

47. Arbitrii libertas hæc eſt, planè divinum quiddam præfulgens in anima, tamquàm gemma in auro. *Serm. 81 ſuper Cant. circa medium, fol. 199. columna 4. littera L.*

48. Fruſtrà oititur quis, ſi non innititur. *Ibidem, ſermone 85. ante medium, fol. 202. columna 3. littera I.*

49. Quid ſuperbius quàm ſpontaneæ, & tamquàm liberæ adſcribere voluntati, quod vel cogit neceſſitatis vis, vel puſillanimitatis infirmitas? *Epiſt. 87. ad Ogerium Canonic. Regular. ante medium, fol. 228. col. 3. littera I.*

50. Poteſtate acceptâ malle in malo, quàm in bono uti, abuti eſt. *Epiſt. 245. ad Eugen. Pap. in fine, fol. 260. columna 2. littera E.*

51. Nobis triplex poſita eſt libertas.
- A peccato.
- A miſeria.
- A neceſſitate.

- Prima libertas eſt naturæ.
- Secunda gratiæ.
- Tertia gloriæ.

- Prima habet multum honoris.
- Secunda plurimum virtutis.
- Noviſſima cumulum jucunditatis. *De grat. & lib arb. longè poſt initium, folio 286. col. 1. A.*

52. Manet libertas voluntatis tàm plena in malis, quàm in bonis; ſed in bonis ordinatior: tàm integra

pro

pro ſoo modo in creatura, quàm in Creatore. ſed in illo potentior. *De gratia & lib. arb. longè ante med. fol.* 286. *col.* 2. *D.*

S. BERNARD. 53. Utinam tàm liberè nobis conſuleremus, quàm liberè de nobis judicamus: ut quemadmodùm liberè per judicium licita illicitaque decernimus, ita per conſilium & licita tamquàm commoda nobis eligere, & illicita tamquàm noxia reſpuere liberum haberemus. *Ibidem.*

54. Velle ineſt nobis ex libero arbitrio, non tamen poſſe quod volumus: non dico velle bonum aut velle malum, ſed tantùm velle: velle enim bonum, profectus eſt: velle malum, defectus. Velle verò ſimpliciter ipſum eſt quod velle proficit, vel deficit. *Proſecutio.*

55. Porrò ipſum ut eſſet, creans gratia fecit: ut proficiat, ſalvans gratia facit: ut deficiat, ipſum ſe dejicit.

56. Itaque liberum arbitrium nos facit volentes, gratia benevolos: ex ipſo nobis eſt velle, ex ipſa bonum velle. *Ibidem, ante medium, fol.* 286. *columna* 4 *littera K.*

BOËTIUS. 57. Fruſtrà bonis maliſque præmia pœnæve proponuntur, ſi nullus liber ac voluntarius ſit motus animorum, qui metuerit. *Lib.* 5. *de conſolat. Philoſ. Proſa* 2. *ante fin.*

58. Manet ſemper intemerata mortalibus arbitrii libertas. *Ibidem. lib.* 5. *Proſa* 6 *circa fin.*

S. BONAVENT. 59. In homine nihil melius & ſubtilius libero arbitrio. *Sup. Pſalmum* 114. *ante finem, pag.* 144. *col.* 2. *A. tom* 1.

60. Velle & non poſſe eſt miſerum, nolle & poſſe eſt iniquum, velle & poſſe eſt feliciſſimum. *Super Pſalmum* 139. *in principio, pag.* 288. *columna* 2. *lit. A. tom.* 1.

61. Quantùm vis, tantùm facis quod expedit, cùm potes: ſed ſi non facis, non vis. *Libro* 2. *de profectu Relig. cap.* 23. *in fine, pagina* 585. *columna* 2. *littera C. tom.* 7.

S. BRUNO. 62. Liberum arbitrium per peccatum originale debilitatum fuit, non ſublatum. *Sup. Pſ.* 111. *poſt init. verſ.* 3. *pag.* 397. *col.* 1. *tom.* 1.

63. Dicitur liberum arbitrium os animæ, cujus pro certo tunc vis occultatur, cùm non rectè uſurpatur, & ad mali operis exercitium flectitur. *Proſecutio.*

64. Nam cùm à Domino ideò datum ſit, ut in bono exerceatur, & ſic ſit meritum, ille revera illud non ad hoc eſſe datum ipſa rei experientia negat, qui potiùs ad uſum operationis pravæ declinat. *Super Pſal.* 138. *à medio, verſ.* 14. *pagina* 552. *columna* 2. *tom* 1.

65. Medicus & reparator noſter rationem & liberum arbitrium, quæ per originale peccatum debilitata fuerant, per mortem unigeniti ſui reparavit, & corroboravit. *Sup. Pſ.* 143. *poſt initium, verſ.* 2 *pag.* 569. *col.* 1. *tom.* 1.

CONCILIUM TRIDENT. 66. In peccatoribus liberum arbitrium minimè extinctum eſt, viribus licet attenuatum, & inclinatum. *Seſſion.* 6. *cap.* 1. *in fine, pag.* 24.

S. CYRILLUS HIEROSOL. 67. Liberi arbitrii germen eſt malum voluntarium. *Catecheſ.* 2. *in princ. apud Biblioth. Patrum, tom.* 4 *pagina* 399. *columna* 1. *littera B. editionis Colonienſis* 1618.

68. Liberum arbitrium habet anima, & poteſt quidem diabolus incitare, cogere autem præter voluntatem omninò non poteſt. *Ibidem, Catech.* 4. *de ſtatu homin. in fine, pag.* 405. *col.* 2. *littera E.*

S. DIADOCH. 69. Liberi arbitrii poteſtas eſt animæ rationalis, quæ promptè movetur quò velit. *De perfect. ſpirit. cap.* 5. *apud Bibliothecam Patrum, tom.* 4 *pag.* 745. *col.* 2. *H. edit. Colon.* 1618.

S. ELEUTHER. PAPA. 70. Deus hominem liberum, ac ſuæ poteſtatis condidit: ut quod ſibiipſi per ſocordiam & inobedientiam fecit, hoc ipſi nunc Deus per benignitatem ſuam ac miſericordiam donet. *Et habetur apud Div. Ioannem Damaſc. libro* 1. *Parall. cap.* 9. *circa med. fol.* 7. *pag.* 1. *littera B.*

FRANCISCUS TITELM. 71. Nullum vitium meum eſt, niſi quod voluntas mea facit eſſe meum. *In annot. ſup. Pſ.* 18. *prope fin. verſ.* 13 *pag.* 178. *ſect.* 1.

GILLEBERTUS ANGLUS. 72. Sui juris voluntas eſt: libera eſt cùm adeſt, ſed non eſt animus ad omnem quam oportet adeſſe voluntatem liber, cùm abeſt. *Serm.* 39. *ſup. Cant. circa med. apud D. Bernard. volum* 2.

73. Eſt libertas, quæ ſine voluntate non eſt, & ſine qua non eſt voluntas: & eſt libertas quædam quam non ſemper comitatur voluntas. Illa eſt in voluntate, hæc eſt in quadam volendi facultate: illa eſt in ipſa, hæc quaſi ad ipſam. *Ibidem.*

GLOSS. ORDI. 74. Si nulla eſſet in hominibus arbitrii libertas, nulli eſſent laudandi, nec vituperandi: exularent omnes adhortationes Prophetarum & Domini, vacaret omne conſilium. *Super Ioſue, cap.* 24. *columna* 145. *B. tom.* 2.

S. GREGOR. MAGNUS. 75. Reprobi cœleſtis patriæ præmia nequaquam percipiunt, quia ea nunc, dùm promoveri poterant, ex libero arbitrio contempſerunt. *Lib.* 33. *Moral. cap.* 20. *poſt med. col.* 1153 *A. tom.* 1.

76. Liberum arbitrium in bono formatur electis, cùm eorum mens à terrenis deſideriis gratia aſpirante ſuſpenditur. *Ibidem.*

77. Scimus quòd Dei munere prævenimur, & quod obſequente libero arbitrio, bona eligimus, quæ agamus. *Ibidem, in fine, num* 26. *columna* 1153. *littera B.*

78 Ignorat mens gratiam libertatis, quem ligat ſervitus timoris. *Part.* 3. *Paſtoral. cap.* 1. *admonit.* 14. *poſt init. col.* 1275. *C. tom.* 1.

S. GREG. NAZ. 79. Volentium & non coactorum, ſalutis eſt myſterium. *Orat.* 4. *cùm a patre in conſortium aſſumptus, &c. ſub fin. pag.* 34.

S. HIERON. 80. Velle & nolle noſtrum eſt, ipſumque quod noſtrum eſt, ſine Dei miſericordia noſtrum non eſt. *Tom.* 1. *Ep* 8. *ad Demetriad. poſt med.*

81. Velle & currere meum eſt; ſed ipſum meum, ſine Dei ſemper auxilio non erit meum. *Tom.* 2. *Ep.* 23. *ad Cteſiphon. ante med.*

82. Ipſum liberum arbitrium ſemper Dei nititur auxilio, illiuſque per ſingula ope indiget. *Ibid poſt med. pag.* 256. *C.*

83. Liberum arbitrium dat liberam voluntatem, & non ſtatim ex libero arbitrio homo facit, ſed Domini auxilio, qui nullius ope indiget. *Ibidem.*

84. Liberum habetis arbitrium, & ſemel vobis conceſſâ à Domino poteſtate, nullius alterius indigetis auxilio. *Tom.* 2. *lib.* 2. *Dialogi adverſ. Pelagianos. poſt med. pag.* 288. *D.*

85. Ubi miſericordia & gratia eſt, liberum ex parte ceſſat arbitrium, quòd in eo tantùm eſt ut velimus atque cupiamus, & placitis tribuamus aſſenſum. *Ibid. lib.* 3. *circa med. pag.* 302. *C.*

86. Nihil boni operis agere ullus poteſt, abſque eo qui ita conceſſit liberum arbitrium ut ſuam per ſingula opera gratiam non negaret, ne libertas arbitrii redundaret ad injuriam conditoris. *Tom* 3. *Ep.* 17. *ad Cyprian. ante med. pag* 99. *A.*

87. Quia liberi arbitrii es, moneo ut non tibi peccatum, ſed tu peccato domineris. *Tom.* 3. *in quæſt. hebraicis, ante med. pag.* 203. *B.*

88. Ita libertas arbitrii reſervanda eſt, ut in omnibus excellat gratia largitoris. *Lib* 4. *ſup. Hierem. cap.* 18. *ſuper illud, Verbum quod factum eſt.*

89. Ita in noſtra poſitum eſt poteſtate, vel facere quid, vel non facere: ut quidquid boni operis volumus, appetimus, explemus, ad Dei gratiam referamus. *Ibidem, lib.* 5. *cap* 26. *ſup. illud, Et dices ad eos, &c.*

S. HILARIUS.

90. Unicuique ad id quod volet, via eſt propoſita vivendi, & appetendi, atque agendi permiſſa libertas. *Sup. Pſalmum* 118. *verſ. Appropinquet oratio mea. poſt med. fol.* 79. *columna* 1.

HUGO A S. VICTORE.

91. Gratia Dei prævenit & excitat liberum arbitrium, ut poſſit velle ſanari, quia per ſe non poteſt velle ſanari, qui per ſe potuit velle infirmari. *Lib.* 4. *de Arca Noe. morali. cap.* 3. *à medio. pag.* 213. *littera B. tom.* 2.

S. IGNATIUS MART.

92. Cupientibus vobis feliciter vivere, etiam Deus id largiri paratus eſt. *Epiſt.* 10. *ad Smyrnenſes. ſub fin. apud Bibliothecam Patrum, tom.* 1. *pagina* 88. *col.* 2. *E. edit. Colon.* 1618.

JOAN. CASS.

93. Nullus juſtorum ſibi ſufficit ad obtinendam juſtitiam, niſi per momenta ſingula titubanti ei & corruenti, fulcimenta manus ſuæ ſuppoſuerit divina clementia, ne proſtratus intereat penitùs, cùm fuerit liberi arbitrii infirmitate collapſus. *Collat.* 3. *Abbat. Paphnutii. cap.* 12. *in fine, pag.* 364.

94. Sicut in dæmonibus eſt inſtigationis copia, ita & in nobis cum Dei adjutorio, virtus reſpuendi ſive acquieſcendi, libertas eſt attributa. *Collat.* 7. *Abbat. Serens. cap.* 8. *ante med. pag.* 435.

S. JOANNES CHRYSOST.

95. Auxilio & munere Dei non aufertur liberum arbitrium, ſed liberatur, ut de tenebroſo lucidum, de pravo certum, de languido ſanum de imprudente ſit providum. *Homil. de Adam & Eva. in fine, columna* 538 *C. tom* 1.

96. Homo ideò ex bono & malo creatus eſt, ut contempto malo ſequatur bonum, ut per hoc habeat electionis mercedem. *Homil.* 41. *ſuper Matth. oper. imperfect. ab initio, columna* 1024. *littera D. tomo* 2.

97. In te eſt, ut poſſis: quia in te eſt, ut velis. Ita velle efficit poſſe, ut efficit nolle non poſſe. *Proſecutio.*

98 Non poterit quiſquam excuſari, quaſi voluerit, & non potuerit: cùm conſtet eum idcircò non potuiſſe, quia noluit ut nolens volentis exemplo damnetur, & volens voluntate propriâ (quia implevit quæ voluit) muneretur. *Conc.* 4. *de Lazaro, in fine, col.* 1366. *A. tom* 2.

99. Velle & non velle, animæ eſt. *Sup Ep. ad Galat. cap.* 5. *poſt med. columna* 941. *B. tom.* 4.

100. Libertate decenter uti tempore conſentaneo, congruâ tùm menſurâ, tùm prudentiâ adhibitâ, magni admodùm animi & admirabilis eſt. *In libro contra Gentiles. longe ante med. col.* 1045. *D. tom.* 5.

S. IOAN. DAM.

101. Volentibus nobis benè agere, Deus ad largiendum promptus eſt. *Lib* 1. *Parall. cap.* 9. *in principio, fol.* 6. *pag.* 2. *C.*

102. Si invitos nos Deus ac repugnantes traheret, eam quam dedit libertatem nobis eriperet. *Ibidem, ante med. fol.* 7. *pag.* 1. *A.*

103. Exploratum habemus, quòd & velle & currere in nobis ſitum ſit, Deumque per voluntatem & per curſum ad opem nobis ferendum pertrahamus. *Ibidem.*

104. Volentibus animis, Deus favorem ſuum adjungit: ſin autem velut à ſuſſitu ſe removerit, ſpiritus quoque divino beneficio conceſſus ſeſe contrahit. *Ibidem, in medio, fol.* 7. *pag.* 1. *B.*

105. Id omne quod ratione utitur, arbitrii quoque libertate præditum eſt. *Lib.* 2. *de fide orthod. cap.* 3. *circa init. fol.* 174 *pag.* 2. *C.*

106. Cùm Angelus arbitrii libertatem naturaliter habeat, liberè ac ſine ullo impedimento eâ utitur, ut qui nec ullam repugnantiam ſentiat, nec quemquam habeat à quo impetetur. *Ibid. lib.* 3. *cap.* 14. *poſt med. fol.* 240. *pag.* 2. *A.*

107. Quamvis homo arbitrii libertate præditus ſit, eamque naturaliter habeat: at habet tamen etiam diaboli impetum, corporiſque motum. *Ibidem.*

108. Primum bonum quod liberi, arbitrii eſt, naturam eam decet, quæ ratione utitur. *De duabus Chriſti voluntat. poſt medium. fol.* 449. *pag.* 2. *D.*

S. JOAN. DAM.

109. Liberum arbitrium prodere, & ſine ratione ritu belluarum vivere, hoc vitium eſt, hoc peccatum. *Ibidem.*

IOAN. TRITH.

110. Sicut liberum arbitrium ſine gratia Dei nihil proficit, ita gratia Dei ad operandum bonum in nobis noſtrum arbitrium requirit. *De vanit. & miſer. humo. vita. cap.* 8 *poſt med. & in fine. Profec.*

111. Arbitrii tui extende brachium, gratia Dei in promptu eſt. *Ibid.*

S. IRENÆUS.

112. Homo liber in arbitrio factus, & ſuæ poteſtatis, ipſe ſibi cauſa eſt, ut aliquando quidem frumentum, aliquando autem palea fiat. *Lib.* 4. *adverſ. Hæreſ. cap.* 9. *in medio, pag.* 211.

113. Liberum hominem Deus fecit ab initio, habentem ſuam poteſtatem, ſicut & ſuam animam, ad utendum ſententiâ Dei voluntariè, & non coactum à Deo: vis enim à Deo non fit. *Ibidem, lib.* 4. *cap.* 72. *in princ. pag.* 281.

114 Poſuit in homine Deus poteſtatem electionis, quemadmodùm & in Angelis. *Ibidem.*

S. LAURENT. IUSTIN.

115. Nobis in medio conſtitutis liberum Deus præbuit arbitrium: ut quod volumus, eligamus. *De caſto connubio, cap.* 13. *poſt initium, pag.* 171. *col.* 1. *D. part.* 1.

116. Tunc hominis arbitrium liberum eſt, cùm benè operatur, cùm operatur Deus in illo. *Proſecutio.*

117. Secùs autem liberum non eſt, liberum nequaquàm eſſe valet, cùm peccando Conditoris prætergreditur legem. *In faciſculo amoris, cap.* 8. *ante finem, pag.* 242. *columna* 2. *F. part.* 1.

118. Abſque voluntate libera, nihil eſt Deo gratum. *Ibidem, cap.* 9. *in fine, pagina* 245. *col* 2. *D.*

119. In voluntate liberi collocata eſt ſedes arbitrii, virtutum & vitiorum finis, vitæ & mortis janua, promerendi ac demerendi lex. *De Humilit. cap.* 5. *ante med. pag.* 664. *col.* 1. *C. part.* 2.

LUDOV. BLOS.

120. Voluntatis arbitrium (quod in te liberum) gratiæ Dei adjunge, ſimulque cum ea labora. *In canon. vitæ ſpirit. cap.* 6. *poſt med.*

121. Neque diabolus, neque creatura cogere te poteſt, ut peccato conſentias, cùm habeas voluntatem liberam. *In ſpeculo ſpirit. cap.* 11. *circa med.*

122. Ipſe Deus, qui voluntate ſummè liber eſt, Angelo & homini liberum voluntatis arbitrium contulit, ut uterque præmio digna ageret. *Lib.* 2. *Enchirid. parvuler. cap.* 12. *ante med.*

123. Creatura rationalis, ſi liberum non haberet arbitrium, voluntatem habere dici non poſſet: non enim voluntas eſſet, ſi coacta eſſet. *Ibidem.*

124. Peccato per liberum arbitrium admiſſo, ipſa arbitrii libertas non quidem prorſùs perdita eſt, ſed miſerè labefactata & infirmata. *Ibidem, circa medium.*

S. NILUS AB.

125. In tuo arbitrio ſitum eſt, vel luce frui, vel in tenebris verſari. *Et habet. apud D. Ioan. Damaſc. lib.* 1. *Parall. cap.* 9. *poſt med fol.* 7. *pag.* 1. *B.*

ORIGENES.

126. Sui arbitrii eſt anima, & in quam voluerit partem eſt ei liberum declinare. *Hom.* 20. *in cap.* 25. *Numer. poſt med. tom.* 1.

127. Non ſufficit ad perficiendam ſalutem ſola voluntas humana, niſi hæc ipſa voluntas, & quæcumque eſſe poteſt induſtria, divino vel juvetur, vel muniatur auxilio. *Libro* 3. *Peri-Archon. cap.* 2. *poſt medium. tom.* 1.

128. Neque quæ in noſtro arbitrio ſunt putemus ſine adjutorio effici poſſe: neque ea, quæ manu Dei ſunt, putemus abſque noſtris actibus & ſtudiis, & propoſito conſummari. *Ibidem, cap.* 11. *in fine.*

PHILO JUD.

129. Homo liberam facultatem & ſui juris ſententiam ſortitus, ex deſtinato pleraque faciens, meritò vituperium incurrit, ſi prudens ſciensque peccat: ſicut è diverſo laudem, quando ſuâ ſponte benefacit. *Libro*

Quid

Quòd Deus ſit immutabilis, ante medium, pagina 419. *tom.* 1.

S. PROSPER. 130. Quis ambigat tunc liberum arbitrium cohortationi vocantis obedire; cùm in illo gratia Dei affectum credendi obediendique generaverit? *Ep. ad Rufin. de lib. arb. cap.* 1. *poſt med.*

131. Homo, qui in libero arbitrio fuit malus, in ipſo libero arbitrio factus eſt bonus: ſed per ſe malus, per Deum bonus. *Ibidem, cap.* 2. *a medio.*

RICH. A S. VICTORE. 132. Inter omnia creationis bona, nihil in homine ſublimius, nihil dignius libero arbitrio. *Part.* 1. *tract.* 1. *de ſtatu. inter. homin. cap.* 3. *in principio, pag.* 37. *columna* 1. *lit. D.*

133. Liberum arbitrium dominium non patitur, nec pati poteſt: quia violentiam inferre ei, nec Creatorem decet, nec creatura poteſt. *Proſec.*

134. Totus infernus, totus mundus, totus denique militiæ cœleſtis exercitus in unum concurrat: unus ex libero arbitrio conſenſus in qualicumque re, invito extorqueri non valet. *Ibidem, in fine, pag.* 37. *columna* 2. *littera A.*

135. Principatur omnibus liberi arbitrii ultroneus conſenſus. *Ibidem, in fine, pagina* 37. *columna* 2. *littera B.*

136. Non arbitrium hominis idcircò liberum dicitur, quia promptum habeat bonum vel malum facere: ſed quia liberum habet bono vel malo non conſentire. *Proſecutio.*

137. Poſſe quidem facere malum, eſt infirmitatis: poſſe facere bonum, eſt poteſtatis: neutrum autem, libertatis: libertatis verò eſt, quòd conſenſus ejus extorqueri vel cohiberi non poteſt. *Ibidem, cap.* 13. *in princ. pag.* 43 *col.* 1. *C.*

138. Poteſtatem promerendi, peccando amittere potuit homo; libertatem verò arbitrii, ſicut numquam non habuit, ſic numquàm non habebit: quia numquàm qualicumque peccato, vel pœna amitti, vel minui poterit; amiſit itaque poteſtatem, non libertatem. *Ibidem, cap.* 13. *poſt medium, pagina* 43. *columna* 2. *littera A.*

139. Liberum arbitrium quòd ex ſeipſo nihil poteſt, incipit poſſe, quando & quantum voluerit ille, qui omnia poteſt. *Proſec.*

140. Incipit ergo poſſe ex divino adjutorio, quod non poteſt de ſeipſo: & quod jàm non poteſt per naturam, accipit bonum poſſe per gratiam. *Ibidem, cap.* 16. *in princ. pag.* 44. *columna* 2. *littera D.*

141. Manet infirmitas cum libertate, & libertas cum infirmitate, in tantùm ut neutra præjudicet alteri, nec infirmitas libertati, nec libertas infirmitati: quia nec infirmitas minuit libertatem, nec libertas aufert infirmitatem. *Ibidem, cap.* 22. *poſt medium, pagina* 48. *columna* 2. *littera A.*

142. Hominis arbitrium, liberum dici non poteſt, ſi vel ex parte libertatem amiſit. *Ibidem, cap.* 22. *in calce. pag.* 48. *columna* 2. *C.*

143. Primus libertatis gradus, eſt nulli coactioni ſubjacere: ſecundus, nulli ſubjici debere: tertius verò, nulli penitus ſubjici poſſe. *Ibidem, cap.* 23. *in princ. pag.* 48. *columna* 2. *D.*

144. Arbitrii libertas nec in bonis major, nec in malis eſt minor: quæ nec per peccatum minuitur, nec per meritum augetur. *Ibidem, poſt medium, pag.* 49. *col.* 1. *B.*

145. Eorum quæ ſunt ad meritum nihil habet homo in libero arbitrio, niſi ex divino adjutorio. *Ibid. cap.* 33. *ante medium, pagina* 55. *col.* 1. *C.*

146. Fruſtrà quiſpiam libero arbitrio innititur, niſi divino adjutorio fulciatur. *Part.* 1. *lib.* 3. *de contemplat. capite* 16. *poſt medium, pagina* 276. *columna* 2. *littera D.*

ROBERTUS BELLARM. 147. Non tollitur arbitrii libertas per auxilium gratiæ, ſed ſtabilitur. *Sup. Pſalmum* 78 *verſ.* 9.

TERTULLIAN. 148. Libertas arbitrii non ei culpam ſuam reſpuet à quo data eſt, ſed à quo non ut debuit adminiſtrata eſt. *Libro* 2. *adverſ. Marcionem. cap.* 9. *ſub finem, pagina* 775. *B. tom.* 3.

S. THEODORET. 149. Rationalis animæ proprium eſt, libero arbitrio potiri. *Quæſt.* 36. *ſuper Geneſ. pag.* 8. *columna* 1. *littera A. tom.* 1.

150. Deus non cogit animum humanum, ſed libero ſuo arbitrio dimittit: at quoniam geri contraria permittit, quæ prohibere poſſet, non tamen prohibet, ne vi & neceſſitate quadam fieri videatur quod agitur. *Quæſt.* 37. *ſup. Deut. in princ. pag.* 46. *col.* 2. *littera F. tom.* 1.

S. THOMAS AQUINAS. 151. Homo quoad liberum arbitrium rationis remanet liber à coactione, non tamen ſemper eſt liber ab inclinatione. *Super Epiſt. ad Rom. cap.* 6. *lect.* 4. *circa medium.*

152. Homo per liberum arbitrium non poteſt ſalvari abſque divino auxilio. *Sup. Ep. ad Philipp. cap.* 2. *lect.* 3. *in fine.*

THOMAS A KEMPIS. 153. Fili, ad iſtud diligenter tendere debes, ut in omni loco, & actione, ſeu occupatione externâ ſis intimus liber, & tuiipſius potens, & ſint omnia ſub te, & tu non ſub eis, ut ſis dominus actionum tuarum & rector, non ſervus nec emptitius. *Lib. de Imit. Ch. cap.* 38. *tom.* 2.

S. VALERIAN. EPISCOPUS. 154. Omnem hominem Deus non ſolùm ad libertatem vocavit, ſed etiam in ſumma rerum dignitate conſtituit. *Homil.* 3. *de arcta vita, ante medium, apud Bibliothecam Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 479. *col.* 1. *A. edit. Colon.* 1618.

155. Noſtrum eſt bonum velle, Chriſti verò perficere. *Hom* 11. *à medio, apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 488. *col.* 1. *littera F. edit. Colon.* 1618.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 156. Noſtrâ in poteſtate ſitum eſt agere & non agere, & in quibus non agere, in iis eſt & agere. *Proſecutio.*

157. Quare ſi agere bonum (quod honeſtum eſt) in nobis eſt ſitum, & non agere (quod eſt turpe) in nobis eſt collocatum: Et ſi non agere malum (quod eſt honeſtum) in noſtrâ eſt poteſtate, & agere (quod eſt turpe) in nobis eſt ſitum. *Lib.* 3. *Ethic. ad Nicomach. cap.* 5. *circa init. tom.* 2.

158. Manifeſtum eſt in noſtro arbitrio eſſe bona malaque facere. *Libro magnorum Moral. cap.* 6. *in fine, tom.* 2.

CICERO. 159. Quid dulcius hominum generi à naturâ datum, quàm ſui cuique liberi? *Orat.* 27. *ad Quirites, in principio, num.* 2. *tom.* 2.

Vide etiam tit. Gratia Dei. ſent. 67. 94. *Invitus. ſent.* 56. *Iuſtitia Dei. ſent.* 7. 8. *Libertas. ſent.* 31. *Paradiſus. ſent.* 44. *Peccatum in genere. ſent.* 151. *Prædeſtinatio. ſent.* 4. *Præſcientia Dei. ſent.* 37. *Reſurrectio à peccato. ſent.* 41. *Servitus. ſent.* 14. *Voluntas in genere. ſent.* 7. 8. 11. 88.

Libido.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO;

ETYMOLOGIA.

S. AUGUSTIN. SINE dubio à libendo, ideſt, à libitu per derivationem libido eſt nuncupata; non omne ideò quod libet, libido eſt, ſed omne quod malè libet, libido eſt. *Libro* 4. *Hypognoſt. cap* 2. *in princ. pagina* 946. *littera D. tom.* 4.

ed y Google

Definitio.

S. Auguſt. Libido eſt appetitus animi, quo æternis bonis quælibet temporalia præponuntur. *De Mendacio ad Conſentium, cap. 7. in medio, pagina 8. littera C. tomo 4.*

Hugo Card. Libido eſt amor rei temporalis, ut pecuniæ, vel ſcientiæ, vel excellentiæ, vel hujuſmodi. *Sup. Ep. ad Galat. cap. 3. fol. 153. col. 3. tom. 7.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambroſius. 1. Paſcitur libido conviviis, nutritur deliciis, vino accenditur, ebrietate flammatur. *Libro 1. de pœnit. cap. 14. circa medium, columna 179. littera C. tomo 1.*

2. Qui majore flagras ardore gratiæ, flammas non ſentit libidinis. *Lib. 2. Ep. 7. ad Simplician. ante med. col. 518. B tom. 3.*

3. Sævus criminum ſtimulus, libido eſt, quæ nunquam manere quietum patitur affectum. *Profec.*

4. Nocte fervet, die anhelat, de ſomno excitat, à negotio abducit, à ratione revocat, aufert conſilium, amantes inquietat, lapſos inclinat, caſtis inſidiatur, potiendo inflammat, uſque accenditur. *Libro 1. de Caïn & Abel. cap. 5. ante finem, columna 931. lit. A. tom. 4.*

5. Nihil eſt quod tàm miſeræ ſervituti ſubjiciat hominem, quàm libido, quæ jugo quodam criminum gravi deprimit miſeram conſcientiam, ut ſe nequeat attollere. *De Noe & Arca. cap. 9. in fine, col. 961. B. C. tom. 4.*

6. Qui ſubditus eſt libidini, ille ſervus eſt: primùm ſuis ardet incendiis, & peccati ſui facibus cauritur. *De Ioſeph. cap. 4. circa medium, columna 1080. littera D. tom. 4.*

S. Antoninus. 7. Dùm libido in carne dominatur, cæteræ vires emolleſcunt, ut ad virtutem ſurgere nequeant. *Part. 4. tit. 5. de Iuſtitia. cap. 4. §. 2. in fine, fol. 59. columna 1.*

S. Antonius de Padua. 8. Gravius libido urit quem invenit otioſum. *Sermone 2. Dom. 3. poſt Paſcha, ſub finem, fol. 145. pagina 2.*

S. Auguſtin. 9. Clarum eſt jàm nihil aliud, quàm libidinem in toto malefaciendi genere dominari. *Lib. 1. de libero arbitr. cap. 3. in fine, pagina 436. C. tom. 1.*

10. Magnam iſtam pœnam eſſe judico, & omninò juſtam; ſi quis jàm in ſublimitate ſapientiæ collocatus, indè deſcendere, ac libidini ſervire delegerit. *Lib. 1 de libero arbitrio, cap. 11. prope finem, pag. 441. lit. A. tom. 1.*

11. Quid tàm inimicum bonæ voluntati eſt, quàm libido? *Lib. 1. de libero arbit. cap. 13. ante med. pag. 442. D. tom. 1.*

12. In uſu rerum, abeſſe oportet libidinem. *Lib. 3. de doctrina Chriſtiana, cap. 12. in fine, pag. 36. D. tom. 3.*

13. Grave eſt, ut quem non vincit homo, vincat libido. *Epiſt. 182. ad Bonifac. in fine, pagina 518. littera D. tom. 2.*

14. Sunt multæ variæque libidines.
- Eſt libido ulciſcendi, quæ ira dicitur.
- Eſt libido habendi pecuniam, quæ avaritia.
- Eſt libido quomodocumque vincendi, quæ pervicacia.
- Eſt libido gloriandi, quæ jactantia.
- Eſt libido dominandi, quæ ſuperbia nuncupatur. *Libro 14. de Civit. Dei, cap. 15. in fine, pagina 258. littera D. tom. 5.*

15. Feliciùs ſervitur homini, quàm libidini, cùm ſæviſſimo dominatu vaſtet corda mortalium. *Ibid lib. 19. cap. 15. poſt med pag. 393 A.*

16 Libidinoſa crudelitas, vel libido crudelis eſt, ubi propter luxuriam ſterilitatis venena procurantur. *Libro 1. de Nuptiis, cap. 15. poſt med. pagina 555. A. tom. 7.* S. Auguſt.

17. Mulier longè, libido propè. *Sup. Pſ 50. poſt init. pag. 312. C tom 8*

18. Contra libidinis impetum apprehende fugam, ſi vis obtinere victoriam: nec ſit tibi verecundum fugere, ſi caſtitatis palmam deſideras impetrare. *De honeſt. mulier. cap. 1. in fine, pagina 722. D. tom. 9.*

19. Contra reliqua vitia, Deo auxiliante, debemus in præſenti reſiſtere, libidinem verò fugiendo ſuperare. *Ser. 2. Dom. 25. poſt Pent. & in ord. 250. circa init. pag. 817. B tom. 10.*

20. Cùm vir à virtute nomen acceperit, & mulier à mollitie, ideſt, à fragilitate, quare contra crudeliſſimam beſtiam libidinem vult unuſquiſque uxorem ſuam victricem eſſe, cùm ipſe ad primum libidinis ictum victus cadat? *Profec.*

21. Verè nimis grave malum eſt, ut vir fortis, qui ferro non vincitur, libidine ſuperetur. *Ser. 2. Dom 22. poſt Trinit & in ord. 243 in principio, pag. 803. A. & in fin. pag. 805. A. tom 10.*

22. Tentat libido, ut accendat. *Lib. 4. contra Iulian. cap. 16. ante fin. tom. 7.*

23. Quando libido vincit, vincit & diabolus: quando libido vincitur; & diabolus vincitur. *Ibid. lib. 5. cap. 7. poſt med.*

24. Uti libidine non ſemper eſt peccatum; quia malo benè uti non eſt peccatum. *Ibidem, cap. 16. ante medium.*

25. Ferreas mentes libido domat. *In ſuis Prov. verbo Ferreas pag. 189. tom. 2.* V. Beda.

26. Libidinis illecebroſa vorago quantis laboribus S. Bernard. & diſpendiis interdum & famæ, vel honoris, aut etiam vitæ ipſius periculo comparatur! *Serm. de Converſ. ad Clericos. cap. 12. poſt initium, fol. 114. columna 2. littera E.*

27. Libidinis appetitus anxietatis & vecordiæ, actus abominationis & ignominiæ, exitus pœnitudinis & verecundiæ plenus eſſe dignoſcitur. *Ibidem, paulo ante med. &c.*

28. Ardor libidinis pro aliqua parva occaſione excitatur, & niſi illicò reſpuatur, ſubitò totum corpus occupat, urit & incendit: primò carnem cogitatione modicum titillat, deindè delectatione turpi mentem maculat, & ad extremum per conſenſum pravitatis ſibi mentem ſubjugat. *Lib. Medit. cap. 14. poſt init. fol. 325. col. 2. D.*

29. Difficile eſt libidinis incendia extinguere; impuberes ſtimulat, juvenes inflammat, viros enervat, ſenes fatigat, non aſpernatur tuguria, non reveretur palatia, utinam ſola cœnobia fugiat. *De inter. domo. cap. 29. in fine, fol. 328. col 3 H.*

30. Tranſacta libido ſemper ſui relinquit pœnitudinem; numquàm ſatiatur, & extincta reaccenditur. *De ordine vitæ, ante finem, fol. 337. columna 4. littera M.*

31. Libido cedit rebus, luxuria cedit operibus. *Serm. 51. ad Sororem, in fine, fol. 93. col. 3. I.*

32. Triplex libido inducit diabolum in animam. S. Bonavent.
- Libido principandi.
- Libido delectandi.
- Libido poſſidendi.

Ser. 22. in Hexam. ante fin. pag. 68. col. 1. E. tom 1.

33. Sicut ignis ex oleo creſcit & lignis, ſic libido ex cibis. *Ser. 1. de St. Philippo & Iacobo, ante med. pag. 246. col 2. tom. 3.*

34. Libido eſt juncta luxuriæ: priùs enim ven-

ter

ter extenditur, & ſic cætera membra concitantur. *Ibidem.*

S. BONAVENT. 35. Libido eſt fundamentum civitatis diaboli, & radix omnis peccati. *Super lib. 2. ſent. diſt. 5. art. 2. quæſt. 1.* 69. *col* 2. *D. tom* 4.

S. CÆSARIUS ARELAT. 36. Contra libidinem non expedit repugnare, ſed fugere: eſto ergo libidinis fugitivus, ſi vis caſtitatis pugnator eſſe egregius. *Epiſt. ad quoſdam, ante med. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 3. pag.* 788. *col. 2. littera H. edit. Colon.* 1618.

S. CYPRIAN. 37. Nec libidinum morſus quiſquam evaſit illæſus. *De Jejunio & tentat. Chriſti. cap. 2. poſt init. pagina* 261. *columna* 2. *tom.* 3.

38. Per omne ſcelus copioſæ libidines exquiruntur. *Ibidem, cap. 6. prope medium, pagina* 465. *columna* 2.

DIONYS. CARTHUS. 39. Libido inceſſabilis eſt, quia quò ampliùs pervagatur, ſeu exercetur, eò plus incitatur, & infrænis ac vaga efficitur. *Sup. Ep. 2. Petri. cap. 2. art. 2. poſt medium, fol* 39. *littera G.*

S. EPHRÆM. 40. Quouſque tandem libidinibus ſubſervies? noli effici libidinum ſervus; ſed ab iis potiùs te liberum redde. *Super illud, Attende tibi. cap. 6. circa med. pag.* 317. *D. tom.* 2.

S. GREGOR. MAGNUS. 41. In adoleſcentia libido ferveſcere inchoat. *Lib.* 15. *Moral. cap. 5. paulo ante med. num. 4. columna* 491. *littera B. tom.* 1.

42. Plerumque virus libidinis de radice naſcitur elationis: tunc caro vincit, cùm ſpiritus latenter intumuit. *Ibidem, lib. 26. cap. 13 in medio, num. 13. col.* 864. *littera B.*

43. Libido ad perfectionis ſummam tendentibus, arma voluptatis objicit, & corda quæ poteſt, gladio immundæ ſuggeſtionis ferit. *Lib. 6. in primum Regum, cap. 1. ante medium, ſup. illud, Quomodo reſtuit ei in via, &c. tom.* 2.

44. Libido ignis eſt, & turpes cogitationes paleæ: ſi in paleis ignis negligenter extinguitur, ex parva ſcintilla quæ remanet, omnes paleæ accenduntur. *Ibidem, ante med. ſup. illud, Nec concupiſces ipſius aliquid. columna* 1570. *C.*

45. Nil faciliùs vincitur, quàm libido, ſi omnis immunda cogitatio devitetur. *Ibidem, cap. 2. longè poſt initium, ſuper illud. Nec voluerunt diſperdere ea. columna* 1579. *C.*

46. Celer & facilis victoria libidinis eſt, circumſpectio cogitationis. *Ibidem.*

S. HIERONYM. 47. In ſerico & in pannis libido dominatur: nec regum purpuras timet, nec mendicantium ſpernit ſqualorem. *Tom. 1. Epiſt. 9. ad Salvinam. ante finem. pag.* 77. *littera A.*

48. Sola libido inſita à Deo ob liberorum procreatiooem, ſi fines ſuos egreſſa fuerit, redundat in vitium *Tom. 1. Epiſt. 10. ad Furiam, circa medium, pag.* 81. *littera B.*

49. Libido tranſacta ſemper ſui relinquit pœnitudinem, numquam ſatiatur, & extincta reaccenditur: uſu creſcit & deficit; nec rationi paret, quæ impetu ducitur. *Tom. 1. Epiſt. 11. ad Geruntiam, poſt medium, pag.* 92. *C.*

50. Inter illecebras voluptatum etiam ferreas mentes libido domat. *Tom. 1. Epiſt. 47. de vitando ſuſpecto contubernio, a medio, pagina* 226. *C.*

51. Libidinoſa mens ardentiùs inhoneſta perſequitur, & quod non licet, diutiùs ſuſpicatur. *Ibidem.*

52. In nullis ætatibus, libido tuta eſt. *Ibidem, ante fin. pag.* 227. *A.*

53. Captivitatis nulla major calamitas eſt, quàm ad alienam libidinem trahi. *Tom. 2. lib. 1. adverſ. Iovian. circa fin. pag.* 52. *D.*

54. Tu qui contra libidinem pugnas, ſupeesri potes & vincere: ego verò nolo ſpe pugnare victoriæ, ne perdam aliquando victoriam: cùm fugero, non vincar in eo quòd fugio, ſed ideò fugio ne vincar, ut vincam. *Profec.*

S. HIERONYM. 55. Nulla ſecuritas eſt, vicino ſerpente dormire: poteſt fieri ut me non mordeat, tamen poteſt fieri ut aliquando me mordeat. *Tom. 2. Ep. 6 adverſ. Vigilant. in fin. pag.* 126. *C.*

56. Ioter illecebess voluptatum etiam ferreas mentes libido domat; quæ majorem in virginibus patitur famem, dùm dulcius putat omne quod neſcit. *In regula Monachor. cap. 3. de caſtitate, poſt medium, pag.* 268. *D. tom.* 4.

57. Potens diabolus miſerum vulnerat cot ſagittis tentationum, cum ardore libidinis. *In reg. Monachor. cap.* 20. *in princ. pag* 331. *A. tom.* 4.

58. Non ſufficit mulieribus libido innata naturæ, ſed occaſiones quærunt explendæ libidinis. *Ibidem. cap. ante medium, pag.* 334. *D.*

59. Dæmooum cultum ſeqoitur libido. *Lib. 2. ſup. Oſeam cap. 8. ſuper illud, Væ eis, quoniam receſſerunt a me. pag.* 28. *D. tom.* 6.

60. Ubicumque ſatuitas atque ebrietas fuerint, ibi libido domina. *Sup. Ep. ad Tit. cap. 1. in illud, Non vinolentum. pag.* 146. *D. tom.* 9.

61. Effrænata libido modum ſervare non novit. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 1. in illud, Maſculi relicto, &c. pag.* 268. *A. tom.* 9.

S. HILARIUS. 62. Cui libido domina eſt, in quo cœno dedecoris volutatur? pendet ad occaſiones adulteriorum, anxius circa laſciviæ ſuæ fervorem, oculis, mente, corpore totus in ſcortis eſt. *Sup. Pſalm.* 125. *ante med. fol.* 88. *columna* 4.

HUGO a S. VICTORE. 63. Nullus portus illi tutus eſt, nulla ſtatio ſecura, nulla ſerenitas tranquilla, qui intrinſecùs concupiſcentiæ ſuę æſtibus jactatur, & inſatiabili libidinum voragine abſorbetur. *Libro 4. de Arca Noë morali. cap. 7. in fine, pag.* 215. *E. tom.* 2.

S. INNOC. III. 64. O extrema libidinis turpitudo, quæ non ſolùm mentem effœminat, ſed etiam corpus enervat: non ſolùm maculat animam, ſed fœdat & perſonam. *Lib. 2. de contemptu mundi, capite* 21. *ante medium, pagina* 90.

JOAN. CASS. 65. Ubi furoris inſidet virus, libidinis neceſſe eſt incendium penetrare. *Lib. 6. de Cœnob. inſt. cap. 23. poſt med pag.* 64.

S. JOANNES CHRYSOST. 66. Modum neſcit libido, ſed quantò exercetur, tantò magis accenditur *Hom. 32. ſup. Matth. oper. imp. poſt init. col.* 948. *B. tom.* 2.

67. Actus libidinis opus eſt animalium. *Ibidem, Hom.* 42. *ante med. col.* 1037. *D.*

68. Proprium & naturale eſt Angelorum, omninò ſeparatos eſſe ab uſu libidinis. *Ibid. prope med. col.* 1038. *A.*

69. Senſus libidinis ſemper in malo eſt, & numquàm in bono. *Ibidem, ferè in medio, columna* 1038. *littera C.*

70. Porci ſunt, qui vitam ſuam cœnoſæ libidini & voluptatibus ſeculi mancipant. *Hom. de Cruce Dominica poſt init. col.* 837. *C. tom.* 3.

71. Libidinis innumera confluunt incitamenta, quam gignit poteſtatis authoritas; nutriunt verò & fovent deliciarum fomenta, & ſuper omnia regalis luxus inflammat. *Libro 2. de compunct. cordis. ante med. col.* 588. *B. tom.* 5.

S. IOAN. DAM. 72. Qui libidinis amore tenetur, à tartarea charybde non longè abeſt. *Lib. 1. Parall. cap. 77. in fine. fol.* 41. *pag.* 1. *C.*

73. Animâ libidini deditâ nihil fœtidius. *Ibidem, libro 3. cap. 28. poſt medium, folio* 118. *pagina* 1. *littera C.*

JOAN. GERS. 74. Libidinis uſus non ſatiat, ſed irritat, more febrilis ardoris, quem potus nutrit, auget, & inflammat. *In dialog. de caſtit. Eccleſiaſticor. act. 3. circa medium, part.* 2.

Digitized by Google

Joan. Trit. 75. Libidinis ardore ſuccenſus, quò plus ignem ſe credit extinguere, eò magis accendit. *Orat. 1. in conventu Abbat. habitâ, longe ante medium, pagina 842. columna 2.*

76. Fera peſſima libido, cujus ſemel obruerit mentem, raró libertati dimittit. *Ibidem.*

S. Isid. Hisp. 77. Unuſquiſque ſuæ deputet culpæ, quòd cecidit, quoties libidine vincitur: quia niſi præceſſiſſet latens ſuperbia, non ſequeretur libidinis manifeſta ruina. *Profec.*

78. Sed Dei ſervus ſic cavet libidinem, ut non incurrat elationem: & ſic premit elationem, ut non reſolvat animum ad libidinem. *Libro 2. de ſummo bono, cap. 39. ſent. 2. pagina 554. columna 2.*

79. Libido tunc magis quæritur, dùm videtur. *Ibid. ſent. 8. pagina 655. col. 1.*

80. Libidinis immoderata licentia neſcit habere modum: Nam dùm immoderatè metas pudoris exceſſerit, ad alia nefanda ſcelera ſuadentibus dæmonibus tranſit. *Ibidem, ſent. 15. pag. 655. col. 2.*

81. Non ita ſuavis eſt amantium, immò amentium, incerta carnis libido, ſicut experta: nec ita delectat fornicatio, dùm primùm committitur, nam repetita majorem ingerit delectationem: jàm verò ſi in uſum venerit, tanto perditis dulcior fit, ut ab illa ſeparari difficile ſit. *Ibidem, ſenteat. 23. pagina 656. columna 1.*

82. Libidinis ignes ciborum fomite increſcunt. *Ibidem, cap. 41. ſent. 7. pag. 658. col. 1.*

83. Libido in infernum hominem demergit, libido ad tartara hominem mittit, ad pœnas tartari hominem libido perducit. *Lib. 2. de Synonym. cap. 2. in principio, pagina 313. col. 2.*

S. Isid. Pelus. 84. Libido & corporis robur, & animi vires dejicit & adimit, eumque qui hoc vitio captus eſt, omnibus illudendum & irridendum propinat. *Libro 1. Epiſt. 135. ad Zoſimum, apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 2. edit. Colon. 1618.*

Lact. Firm. 85. Libido, ſi extrà legitimum thorum non evagetur (licet ſit vehemens) tamen culpa caret: ſin verò appetit alienum (licet ſit mediocris) vitium tamen maximum eſt. *Lib. 6. de divin. inſt. cap. 16. poſt med. pag. 266.*

86. Non eſt morbus, libidine commoveri: ſed libidinoſum eſſe, morbus eſt. *Ibidem.*

87. Qui libidinoſus eſt, etiam quod legibus vetatur, affectat. *Ibidem, in fin. pag. 267.*

88. Libidinis voluptas, corporis finis eſt. *Ib. lib. 7. cap. 10. in princ. pagina 305.*

S. Nilus. 89. Libidinis vitium ex ventris imbecillitate, infirmum eſt & debile: contrà viget ac fervet, cùm illi robur & vires venter ſufficit. *In libro Aſcetico, poſt med. apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 2. editionis Colonienſis 1618.*

90. Libido gulam ſibi ſociam aſſumit in bello, ut ejus auxilio atque inſidiis tandem expugnet adverſarios. *Ibidem, Orat. 2. de Luxur. in princ.*

S. Petrus Damianus. 91. Incentiva libidinis fomites ſunt avaritiæ, & materia cupiditatis. *Lib. 1. Ep. 15. ad Alexandr. Pap. poſt med. pag. 14. col. 2. B. tom. 1.*

91. Dùm nullo modo venter ab immoderata alimentorum perceptione reſtringitur, in ardorem libidinis animus turpiter inflammatur. *Opuſcul. 7. cap. 7. circa medium, pagina 453. columna 2. littera A. tomo 3.*

S. Remigius. 93. Craſſitudo carnium, & delitioſæ epulæ, provocant corpus ad libidinem. *Sup. Ep. ad Rom. cap. 14. can. 2. apud Bibl. Patr. tom. 5. part. 3. pag. 834. col. 2. G. edit. Colon. 1618.*

Richardus S. Victore. 94. Abſque dubio non extinguitur flamma libidinis, niſi priùs flectatur vigor elationis. *Part. 1. ſuper Pſalmum 28. circa medium, pagina 62. columna 2. littera D.*

95. Nihil ſic morbidum, ſic contagioſum invenitur in homine, ſicuti indomita libido, quæ totam corrumpit animæ pulchritudinem. *Serm. 6. ad fratr. in princ. tom. 1.* Thomas a Kempis.

Sententiæ Paganorum.

96. Nulla faciliùs ad maleficium cauſa, quàm turpis amor & intemperans libido commovere poteſt. *Libro 4. de arte Rhetoric. ad Herennium, ante med. tom. 2.* Cicero.

97. Libido ceſaria, gurges eſt vitiorum, ac vorago turpitudinum omnium. *Orat. 8. in Verrem. lib. 3. act. 4. ante med. tom. 2.*

98. Locus jàm nullus eſt, neque tàm longinquus, neque tàm reconditus, quo non per hæc tempora noſtrorum hominum libido pervaſerit. *Ibidem, poſt med. num. 207.*

99. Quid fœdius, quid immanius, quid contemptius, quid abjectius ex vitiis perſpici poteſt libidine? *Libro 1. de legibus, ante finem, num. 51. tom. 4.*

100. Si libidinum intemperantia acceſſerit, duplex malum eſt: quòd & ipſa ſenectus concipit dedecus, & facit adoleſcentium impudentiorem intemperantiam. *Lib. 1. de Offic. poſt med. tom. 4.*

101. Illum, quem libidinibus inflammatum & furentem videmus, quò affluentiùs voluptates undique hauriat, eò graviùs ardentiuſque ſitientem, nonne rectè miſerrimum dixeris? *Lib. 5. Tuſc. quæſt. ante med. tom. 4.*

102. Numquàm finem invenit libido. *Ibidem.*

103. Ita uſuvenit, ut cùm amatores libidinem expleverint, eos tandem pœniteat. *Tom. 2. ſizygia 5. in dialogo Phædri poſt medium, pag. 264. A.* Plato.

104. Expulſo melioris æquioriſque reſpectu, quocumque viſum eſt libido ſe impingit. *Lib. 2. de Ira. cap 8. circa med. pag. 413. tom. 1.* Seneca.

105. Libidinis initia continebit, qui exitum cogitabit. *De Moribus, circa medium, pag. 677. edit. Baſil. 1537.*

106. Vir libidinoſus ad omnia inutilis eſt. *Sent. 162. pagina 65. col. 2. G. apud Bibl. Patr. tom. 3. edit. Colon. 1618.* Sixt. Philos.

107. Nihil propter ſolam libidinem facias. *Ibid. ſent. 223. pag. 66.*

108. Turpiſſimæ libidinis ea quidem, quæ ſuavia ſunt, citò tranſeunt: probra verò perpetuò manent. *Ibidem, ſentent. 264. pagina 66. columna 1. littera D.*

109. Excole quod intra te eſt, nec ei ex libidine corporis contumeliam facias. *Ibidem, ſent. 428. pag. 67. columna 2. littera E.*

Vide etiam tit. Delectatio. ſent. 23. Domare. ſent. 38. Lux Dei. ſentent. 20. Maledictio. ſentent. 31. Otioſitas. ſent. 64. Peccatum in genere. ſent. 35. Tentatio. ſent. 77. Vinum. ſent. 69. Vir. ſent. 15. Voluntas propria. ſent. 115.

Licentia, Licere.

DEFINITIO.

Licentia eſt immoderata impunitaque quædam facultas agendi dicendique quidquid velis. Collector.

Sententiæ Patrum.

1. Licentia multos decipit. *De Similitud cap. 89. propeunt.* S. Anselmus.

2. Ab

S. ATHANAS. MAGNUS. 2. Ab illicitis cavere, jugum neceſſitatis eſt: permiſſa vincere, munus arbitrii. *In Exhortation. ad Monachos, poſt initium, columna* 830. *littera B. tomo* 4.

S. AUGUSTIN. 3. Cui licentia iniquitatis eripitur, utiliter vincitur, quoniam nihil eſt infelicius felicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut hoſtia interior roboratur. *Epiſtola* 5. *ad Marcellinum, poſt medium, pagina* 15. *littera A tom.* 2.

4. Quæ eſt pejor mors animæ, quàm libertas erroris? *Epiſt.* 166. *in medio, pagina* 488. *littera C. tom.* 2.

5. Quiſquis meminit illicita ſe commiſiſſe, ſtudeat à licitis abſtinere, & qui prohibita commiſit, ſibimet abſcidat conceſſa. *De ſpiritu & anima, cap.* 57. *in princ. pag.* 636. *D. tom.* 3.

6. Si quod minùs eſt non licet, quantò minùs licet, quòd majus malum eſt. *Lib.* 3. *ſuper Leviticum quæſt.* 73. *poſt med. pag.* 158. *C. tom.* 4.

7. Juſtè puniuntur, qui licitis abutuntur; juſtè puniuntur, qui rapere inconceſſa conantur. *Proſecutio.*

8. Abuntur licitis, qui bona Dei maculant uſibus inconceſſis. *De ſpiritu & anima, cap.* 42. *circa init. pag.* 628. *C. tom.* 2.

9. Melius eſt quod licet & expedit, quàm id quod licet & non expedit. *Proſecutio.*

10. Ubi aliquid ita licitum eſt, ut aliud facere omninò non ſit illicitum, fiat quod expedit, vel quod magis expedit. *Libro* 1. *de Adulterinis, conjugiis, cap.* 19. *in fin. pagina* 587. *B. & cap.* 21. *ſub fin. pag.* 589. *A. tom.* 6

11. Tantum valet ordinatio Creatoris, & ordo creaturæ, ut in rebus ad utendum conceſſis, etiam cùm modus exceditur, longè ſit tolerabilius, quàm in eis, quæ conceſſa non ſunt, vel unus, vel rarus exceſſus. *De bono conjugali, cap.* 11. *in princ. pag.* 552. *C. tom.* 6.

12. Quærentes licentiam malè faciendi, quærunt ſibi exempla malè viventium. *Serm.* 2. *de comm. vita Clericor. poſt med.*

13. In ipſa voluntate reus eſt, qui vult facere quod non licet fieri. *Epiſt.* 144. *ante medium, tom.* 2.

14. In quibuſdam rebus pro temporum proprietatibus inſtitutis, invenimus nunc aliquid non licere quod antè licuerit, vel quod antè non licuerit, nunc licere. *Libro* 19. *contra Fauſt. cap.* 20. *poſt mediam, tom.* 6.

15. Qui à nullis refrænat licitis, vicinus eſt illicitis. *De utilitate jejunii, capite* 5. *circa initium, tomo* 9.

S. BERNARD. 16. Sicut non omne quodlibet, licet: ſic non omne quod licet, ſtatim etiam expedit. *Epiſtola* 25. *ad Haganem Archiepiſcopum, in fine, fol.* 213. *col.* 1. *littera B.*

17. Extorta ſeu coacta licentia, licentia non eſt, ſed violentia. *Epiſtola* 87. *ad Ogerium Canonic. regularem ante medium, folio* 228. *columna* 3. *littera G.*

18. Quod abſque licentia non liceret, liceret autem, ſi cum licentia fieret. *Ep.* 7. *ad Adam Monach. prope med. fol.* 208.

19. Etſi conſtet in Chriſtiana philoſophia, non decere niſi quod licet, non expedire niſi quod decet & licet: non continuò tamen omne quod licet, decere aut expedire conſequens erit. *Libro* 3. *de conſiderat. ad Eugen. Pap. poſt medium, fol.* 279. *col.* 3. *litt. H.*

S. BONAVENT. 20. Vide utrùm liceat, ſi liceat utrùm deceat, & ſi deceat utrùm expediat: nil enim expedit, niſi liceat & deceat. *Serm.* 22. *in Hexam. poſt med. pag.* 67. *col.* 2. *A. tom.* 1.

21. Nullus magis illicita vitare debet, quàm qui reſpuit quod licebat. *Homil.* 16. *ante fin. apud Bibl. Patr. tom* 5. *part.* 3. *pag.* 762. *col.* 1. *A. edit. Colonienſis* 1618. S. CÆSARIUS ARELAT.

22. In populo Chriſtiano quidquid fœminis non licet, nec viris unquam licuit, aut licebit. *Ibidem, in fine, pag.* 762. *columna* 1. *B.*

23. Conſenſere jura peccatis, & cœpit licitum eſſe, quod publicum eſt. *Ep.* 2. *ad Donat. cap.* 7. *in fine, pag.* 4. *col.* 1. *tom.* 1. S. CYPRIANI

24. Diſce temperantiæ modum, qui per licentiam quæris exceſſum. *De ſingular. Cleric. cap.* 9. *ante med. pag.* 526. *col.* 2. *tom.* 3.

25. Libertas multis peccandi occaſio eſt, quoniam pœnam non metuunt. *Sup. Ep. ad Galat. cap.* 5. *art.* 5. *ante med. fol.* 75. *F.* DIONYSII CARTUS.

26. Non eſt purus, qui mala ageret, ſi liceret. *Sup. Job, capite* 9. *in calce, columna* 134. *littera D. tomo* 3. GLOSS. ORD.

27. Quantò accuſatio impiorum rarior & difficilior eſt, tantò peccandi licentia videtur eis eſſe major. *Sup. Eccleſiaſten. cap.* 8. *in illud, Vidi impios ſepultos, &c. col.* 1794. *E. tom.* 3.

28. Numquàm dicitur licere, quod prohibetur. *Super* 1. *ad Cor. cap.* 6. *in illud, Omnia mihi licent, col.* 239. *C. tom.* 6.

29. Melius quod licet & expedit, quàm quòd licet & non expedit. *Ibidem, cap.* 7. *ſub fin. in illud, Melius facit. col.* 257. *A.*

30. Sæpè hi qui in poteſtate ſunt, dùm ſeſe à licitis retinere neſciunt, ad illicita opera, & inquieta dilabuntur. *Proſecutio.* GREG. MAGN.

31. Sola enim illicitis non cadit, qui ſe aliquando & à licitis cautè reſtringit. *Lib.* 5. *Moral. cap.* 8. *ante med. num.* 6. *col.* 139. *B. tom.* 1.

32. Cùm homini facere quodlibet licet, juſtè ſibi omne æſtimat licere quodlibet. *Ibidem, prope init. col.* 138. *lit. D.*

33. Tantò à ſe licita quiſque abſcindere debet, quantò ſe meminit illicita perpetraſſe. *Homil.* 20. *ſup. Evang. ante med. col.* 398. *B. tom.* 2.

34. Cogitandum ſummoperè eſt, ut qui ſe illicita meminit commiſiſſe, à quibuſdam etiam licitis ſtudeat abſtinere. *Ibidem, Homil.* 34. *poſt med. columna* 482. *littera B.*

35. Culpa eſſe innititur, quod indulgeri perhibetur: ſed quæ tantò citiùs relaxetur, quantò non per hanc illicitum quid agitur, ſed hoc quod eſt licitum ſub moderamine non tenetur. *Part.* 3. *Paſtor. cap.* 8. *Admonit.* 18. *in medio, col.* 1303. *C. tom.* 1.

36. Sapienter illicita ſuperat, qui didicerit etiam non uti conceſſis. *Lib.* 7 *in regiſtro indict.* 2. *cap.* 39. *Ep.* 39. *ad Romanum defenſor. poſt med. col.* 942. *B.*

37. Peſſimæ conſuetudinis eſt, putare licere quodlibet: omnia quidem licent, ſed non omnia expediunt. *Tom.* 1. *Epiſtola* 10. *ad Furiam, poſt medium, pagina* 82. *lit. D.* S. HIERON.

38. Providendum eſt ne tibi hoc, cùm licita contemnas, ſecuritatem quandam illicitorum faciat. *Tom.* 1. *Ep.* 14. *ad Celantiam, poſt med.*

39. Sæpè dùm una pars ſe à licitis abſtinet, altera ad illicita delabitur. *Ibidem.*

40. Quidquid æqualiter licet, æquâ lance penſandum eſt. *Tom* 2. *lib.* 1. *adverſ. Jovinian. ante med. pag.* 29. *lit. A.*

41. Quidquid licet, minus deſideratur: quidquid non licet, fomentum accipit deſiderii. *Tom.* 3. *Ep.* 29. *ad Algaſiam. quæſt.* 8. *ante med. pag.* 165. *B.*

42. Nullus magis illicita vitare debet, quàm qui reſpuit quæ licebant. *Tom.* 4. *Ep.* 1. *ad Demetriad. ante med. pag.* 16. *D.*

43. Quid proderit ſpreviſſe quod licuit, & exercere quod non licet? ſi vis prodeſſe tibi quòd licita contempſiſti, vide ne quid eorum, quæ non

licent, faciat. *Tom. 4. Ep. 14. ad Mauritii filiam, ante med. pag. 89. B.*

IOAN. CASS. 44. Non tàm laudabile eſt, ſi ab illicitis, quàm ſi etiam à licitis nos temperemus. *Collat. 21. Abb. Theona. cap. 5. ante med. pag. 782.*

PETRUS BLES. 45. Pernitioſa eſt cires minores blanda majorum permiſſio. *Ep. 51. ad Ioan. Sarisberienſ. Epiſc. poſt medium, apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. editionis Colon. 1618.*

S. PETR. DAM. 46. Omnia cum licentia ſunt facienda: quia quod ſine licentia fit, vanæ gloriæ deputabitur, non mercedi. *Serm. 58. de S. Andr. ante finem, pag. 288. columna 1. A tom. 2.*

TERTULLIAN. 46. Erramus, nuſquàm & nunquàm excuſatur, quod Deus damnat: nuſquàm & nunquàm licet, quod ſemper & ubique non licet. *De ſpectaculis. cap. 20. poſt med. pag. 256. F. tom. 2.*

S. THOMAS AQUINAS. 48. Non licere aliquid alicui dicitur dupliciter: ſcilicet ratione prohibitionis, & ratione defectus. 2. 2. *queſt. 187. art. 1. in princ. corporis.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CICERO. 49. Non eſt permiſſum, ut impunè nobis liceat, quod alteri impunè non licet. *Orat. 7. in Verrem, lib. 2. act. 3. ante medium, tom. 2.*

50. Eſt aliquid quod non oportet, etiamſi licet: quidquid verò non licet, certè non oportet. *Orat. 35. pro Balbo. poſt initium, num. 8. tom. 2.*

51. Quid deceat vos, non quantùm liceat vobis, ſpectare debetis. *Orat. 39. pro Rabirio, ante medium; tom. 2.*

52. Scelerum permiſſio, & iis qui perpetrant, pernitioſa eſt, & iis qui permittunt. *Orat. 50. Philipp. 8. ante med. num. 10. tom. 2.*

CLEOB. LIND. 53. Quantò plus liceat, tàm libeat minus. *In dictis ſapient. ex Auſonio. dict. 1.*

MIMUS PUBL. 54. Cui plus licet, quàm par eſt, plus vult quàm licet. *In ſuis ſent. ſent.* 86.

PLATO. 55. Qui immoderatam habent licentiam, maxima, & planè impia committunt facinora. *Tom. 1. ſizygia 3. de Rhetor. poſt med. pag. 525. D.*

SENECA. 56 Quædam licent, quæ tempore & loco mutato non licent. *Libro 3. Controverſ. 25. poſt med. pag. 194 tom. 1.*

57. Creſcit licentiâ ſpiritus, ſervitute comminuitur. *Libro 2. de Ira, cap. 21. ante medium, pag. 421. tom. 1.*

58. Nihil tibi liceat, dùm iraſceris: quare? quia vis omnia licere. *Ibidem, libro 3. cap. 12. in fine, pagina 442.*

59. Solutior eſt poſt vinum licentia. *Ibidem, lib. 3 cap. 37. in princ.*

Lingua.

DEFINITIO.

COLLECTOR. LINGUA eſt membrum corporis, per quod exprimuntur conceptus mentis.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ALBERTUS MAGNUS. 1. Ubi non eſt moderatio linguæ, ibi nunquàm erit perfectio vitæ. *De Paradiſo animæ, part. 1. de virtutibus, cap. 31. à medio, pag. 224.*

S. AMBROSIUS. 2. Lingua tua menti ſubdita ſit, reſtringatur habenæ vinculis, frænos habeat ſuos, quibus revocari poſſit. *Profec.*

3. Ad menſuram ſermones proferat libra examinatos juſtitiæ, ut ſit gravitas in ſenſu, in ſermone pondus, atque in verbis modus. *Libro 1. Offic. cap. 3. in fine, col. 2. tom. 1.*

S. ANTONIN. 4. Lingua malè perſuadentium, gladius acutus eſt. *Part. 1, tit. 6, cap. 13. §. 1. poſt medium, fol. 147. columna 2.*

S. ANTONIUS DE PADUA. 5. Sicut lingua canis eſt medicinalis, ſic lingua prædicatoris, qui eſt medicus animarum. *Sermone Dominica 1. poſt Trinit. in fine, fol. 173. pag. 1.*

S. AUGUSTIN. 6. Utinam iſti, qui vacare volunt manibus, vacarent & linguis. *De opere Monachor. cap. 22. in fine, tom. 3.*

7. Quotidiana fornax noſtra eſt humana lingua. *Libro 10. Confeſſ. cap. 37. in princ. pag. 131. littera A. tom. 1.*

8. Lingua inquietum malum eſt, plena veneno mortifero, ait Apoſtolus, utique nocentiore quàm beſtiarum eſt atque ſerpentum. *De nat. & grat. cap. 15. prope med. pag. 498. C. tom. 7.*

9. Mali malas habent linguas: mala loquuntur, cùm loquuntur dolum. *Sup. Pſalmum 5. poſt medium, verſ. 11. Linguis ſuis doloſi agebant, pag. 19. littera B. tom. 8.*

10. Difficile eſt ut quiſquam lingua non labatur & peccet, & qui lingua non peccavit, ut ſcriptum eſt, hic perfectus eſt vir: non enim lingua fruſtra in udo eſt, niſi quia facilè labitur. *Super Pſalmum 38. poſt init. verſ. 1. Ut non delinquam in lingua. pagina 223. littera A. tom 8.*

11. Major eſt machæra linguæ, quàm ferri. *Tract. 10. ſuper Epiſt. Ioan. de cap. 5. ſub finem, pag. 445. B. tom 9.*

12. Non aliud pectus tegat, & aliud lingua proferat *De verb. Dom. ſerm. 39. in fine, pagina 104. littera C. tom. 10.*

13. Non eſt labor erigere fabricam, & labor eſt tenere linguam? *Ibid.*

14. Lingua periculum immittit, luctum producit, diſcordiam ſæpè ſpargit, proditionis venenum & detractionis perit. *Serm. 2. ad fratr. in Eremo, ante med. pag. 912. D. tom. 10.*

15. Lingua noſtra ſenſum noſtrum ſequatur, & rationem non voluntatem. *Ibidem, in princ. pagina 912. lit. D.*

16. Lingua doloſa ſeminat inter fratres diſcordias, incitat furores, ſuſcitat lites, conventus conturbat, adulando laudat. *Ibidem, ſerm. 29. in princ. pagina 952. littera D.*

17. Majora vulnera ſunt linguæ, quàm gladii: gladius corpus interficit, lingua autem animam perimit. *Ibidem, ſermone 45. in medio, pagina 983. littera B.*

18. Quanta mala habet lingua; in bono magna eſt, in malo mors eſt. *Ibidem, in medio. pagina 984. littera C.*

19. Malè homo utitur linguâ, nec ideò malum eſt lingua: opus Dei eſt lingua, ſed bono opere Dei malè utitur. *Tract. 27. ſuper Ioan. poſt medium, tomo 9.*

20. Non minùs amori lingua ſerviat, quàm timori. *Ibidem, tract. 123. in medio.*

V. BEDA. 21. Ruſtica lingua viri manſuetum cor retinentis, gratior eſt Domino, quàm lingua perita ſuperbi. *In ſuis Proverbiis verbo Ruſticus, pagina 197. tomo 2.*

S. BERNARDINUS SEN. 22. Tribus lingua mala nociva eſt: primò loquenti, ſecundò audienti, tertiò patienti, ſeu impatienti. *Ser. 20. Dom. 23. poſt Pentec. art. 3. cap. 5. circa init. pag. 290. col. 1. C. tom. 4.*

S. BERNARD. 23. Lingua multum inquinat homines per vaniloquia & mendacia, per detractiones & adulationes, per verba malitiæ & jactantiæ. *Sermone 2. poſt octav. Epiphaniæ, poſt medium, folio 21. columna 4. littera K.*

S. BERNARD. 24. Eſt lingua diſſoluta in ſermonibus otioſis, eſt lingua impudica, eſt & magniloqua: quarum prima laſciviæ, ſequens arrogantiæ famulatur. *Proſecutio.*

25. Eſt etiam doloſa, & item lingua maledica: quarum altera in falſiloquam & adulatoriam ſubdividitur, altera verò nunc in facie contumelias irrogat, nunc detrahit in occulto. *Sermone de triplici cuſtodia linguæ. poſt init. fol. 98. col. 1. A.*

26. Levis, tenera, mollis, & exigua caro eſt lingua hominis: attamen vix teneri poteſt: modicum membrum eſt, ſed niſi caveas, magnum malum. *Ibidem, poſt med. fol 98. col. 2. D.*

27. Facilè lingua labitur, nec minùs facilè illabitur cordi: ita ut multis inter loquendum minùs profuerit, quòd propriam cohibuerint, dùm non caverint alienam. *Ibidem.*

28. Eſt magna ſermonis utilitas, & frequenter in lingua fructus pretioſiſſimus reperitur. *Ibidem, &c. littera E.*

29. Ubique frænanda lingua præceps, maximè autem in convivio. *Lib 4. de conſid. ad Eugen. Pap. ante fin. fol 282. columna 1. C.*

30. Lingua dicitur, quia lingit: lingit adulando, mordet detrahendo, occidit mentiendo. *De inter. domo, cap. 50. in principio, fol. 331. columna 3. littera G.*

31. Lingua ligat, & ligari non poteſt: labilis eſt, & teneri non poteſt: ſed labitur & fallitur, labitur ut anguilla, penetrat ut ſagitta. *Ibidem.*

32. Lingua tollit amicos, multiplicat inimicos, movet rixas, ſeminat diſcordias. *Ibidem.*

33. Lingua uno ictu multos percutit & interficit; blanda eſt & ſubdola, lata & parata ad exhaurienda bona & miſcenda mala. *Ibidem.*

34. Cuſtodi cor, & retine linguam. *De ordine vitæ, ante medium, fol. 335. col. 4. littera K.*

35. Antequàm verba proferas, bis ad limam veniant, quàm ſemel ad linguam. *In ſpeculo Monachor. paulò ante medium, fol. 340. col. 4. K.*

36. Lingua modicum eſt membrum in corpore hominis, ſed tamen ſi refrænata non fuerit, totum corpus maculat & corrumpit. *Serm. 17. ad Sororem prope med. fol. 85. columna 3. I.*

37. Lingua contentioſa, ſi frænum non habeat, nullus homo cum ea in pace vivere poterit. *Ibidem, &c.*

38. Rixoſa lingua veneno plena eſt. *Ibidem.*

S. BONAVENT. 39. Numquàm meliùs, quàm per linguam homo cognoſcitur: numquid per linguam non cognoſcuntur Theutonici? numquid non Gallici? numquid non Græci? *Serm. 4. de Ss. Apoſtolis, poſt medium, pagina 299. columna 1. tom. 3.*

40. Sæpè meritum immoderata lingua confundit. *In ſpeculo diſcipl. part. 1. cap. 20. in fine, pagina 544. col. 2. B. tom. 7. part. 4.*

CASSIODORUS. 41. Lingua ſequitur mentis arbitrium, imperioque cordis ejus mobilitas naturali ordine famulatur. *Super Pſalmum 5. poſt medium, verſ. 13. folio 10. columna 1.*

CLEMENS ALEX. 42. Lingua eſt pſalterium Domini *Lib. 2. Pædag. cap. 4. ante med. fol. 34. pag. 2 E.*

S. EPHRÆM. 43. Lingua non minùs nocet, quàm gladius. *De morbo linguæ, poſt medium, pagina 101. littera E. tom. 1.*

S. EUSEBIUS EMISSENUS. 44. Lingua bonum opus Dei, atque decus, mendaciis, falſiloquiis, falſis teſtimoniis depravatur. *Hom. 4. Epiph. ante med.*

GILLEBERTUS ABBAS. 45. Lingua vitiatæ nativitatis mobilis corruptela, per ſe nimis rotatur ad malum, & volubilitate propria fertur in præceps. *Serm. 24. ſup. Cant. ante fin. Apud D. Bernard. volum. 2.*

46. Lingua prava iracundiæ & indignationis occaſiones requirit, injurias vel falſas ſimulat, vel veras exaggerat, quas debuerat diſſimulare. *Ibidem.*

GLOSA ORD. 47. Lingua pravorum beſtiis ferocitate, volucribus levitate, ſerpentibus virulentiâ præcellit. *Super Ep. Jacobi, cap. 3. col. 1286. E. tom 6.*

S. GREG. MAG. 48. Lingua janua mentis eſt. *Lib. 2. Moral. cap. 4. num. 5. col 17. D. tom. 1.*

49. Perverſi quique malum non in lingua, ſed ſub lingua habent: ſermonibus enim dulcia prætendunt, & cogitationibus perverſa moliuntur. *Ibidem, lib. 15. cap. 5. ſub fin. num. 5. col. 492. B.*

50. Per linguæ incontinentiam, diſcordiæ origo propinatur. *Ibidem, libro 5. cap. 11. in fine, columna 146. A.*

51. Qui linguam non refrænat, concordiam diſſipat. *Ibid. lib 7. cap 17. ante medium, col. 238. A. & in paſtor. part. 2. cap. 1. Admonit. 15.*

52. Lingua ſub magni moderaminis libratione frænanda eſt, non inſolubiliter obliganda: ne aut laxata in vitium defluat, aut reſtricta etiam ab utilitate torpeſcat. *Ibid. in moral. ante med. ſup. illud, Væ mihi, quia tacui.*

53. Lingua bonis fomentum ſit, pravis aculeus, tumidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, deſides hortatu ſuccendat, refugientibus ſuadeat, aſperis blandiatur, deſperatos conſoletur. *Libro 7. in regiſt. indict. 2. cap. 111. Epiſt. 111. ad Aregium, Epiſc. ante med. columna 987. C. tom. 2.*

S. GREG. NAZ. 54. Hominum lingua lubrica eſt, præcipuè cùm non ratione gubernetur. *Orat. 1. ad Nazianzenſes, ante fin. pag. 26.*

55. Lingua ſcortans, cum dæmone commiſcetur. *Orat. 28. in medio, pag. 223.*

S. HIERONYMUS. 56. Nihil aliud noverit lingua, niſi Chriſtum: nihil poſſit ſonare, niſi quod ſanctum eſt. *Tom. 1. Ep. 8. ad Demetriad. in calce, pag. 71. B.*

57. Incongruum eſt, latere corpore, & lingua per totum orbem vagari. *Tom. 1. Ep. 47. de vitando ſuſpecto contubernio, in princ. pag. 214. C.*

58. Nihil eſt quidquam in nobis, quò faciliùs peccare poſſimus, quàm linguâ. *Tom. 4. Ep. 1. ad Demetriad. poſt med. pag. 20. D.*

59. Neſcio quâ conſcientiâ linguâ quis Dominum rogat, quâ aut mentitur, aut maledicit, aut detrahit. *Tom. 4. Epiſt. 14. ad Mauritii filiam, circa med. pag. 90. lit. D.*

60. Linguam à maliloquio cohibe, & ori tuo legis frænos impone. *Ibidem, ante finem, pagina 92. littera D.*

61. Pretioſa Deo lingua eſt, quæ non niſi in divinis rebus novit verba conſtruere: & ſanctum eſt os, undè cœleſtia ſemper eloquia proferuntur. *Ibidem, &c.*

62. Linguam ſemper tuam de bonis eloquiis aſſueſce, & auditum tuum magis ad bonorum laudem, quàm ad malorum vituperationem accommoda. *Ibid. ante finem, pagina 93. littera A.*

63. Refrænatio linguæ eſt, cùm linguæ aut ſilentium imponitur, aut ad bonum exercetur. *In reg. Monachor. capite 23. prope medium, pagina 332. littera D. tomo 4.*

64. Majora vulnera ſunt linguæ, quàm gladii: gladius tantùm interficit corpus, lingua animam. *Proſecutio.*

65. Lingua mala res eſt, malum magnum: modicum quidem membrum, ſed magna exulcerat.

66. Lingua nihil medium habet, aut grande malum eſt, aut grande bonum: grande bonum, ſi Deum confitetur: grande malum, ſi Deum negat.

67. Diabolus cur de Cœlo cecidit, non quia furtum fecit, non quia homicidium, non quia adulterium commiſit; ſed propter linguam ſuam cecidit *Sup. Pſ. 149. Expoſit. 2. verſ. 2. Domine libera animam meam, &c. pag. 215. D. tom. 8.*

Digitized by Google

S. Hieronym. 68. Nihil mihi nocet alterius lingua, mea mihi inimica eſt: puto quòd inimico meo noceam, & neſcio quòd meipſum occido, *Super Pſalmum* 149. *verſ. ultimo. pag.* 217. *D. tom.* 8.

S. Hilarius. 69. Linguæ humanæ officium eſt, ut naturali impulſa ratione, motu vario, eodemque moderato vocem in verba diſtinguat. *In explicat. ſup. Pſ.* 51. *poſt init. fol.* 18. *col.* 1.

70. Lingua machæra acuta eſt. *In explanat. ſup. Pſ.* 54. *ante fin. fol* 21. *col.* 3.

71. Periculoſus linguæ, & promptiſſimus lapſus eſt. *Super Pſ.* 140. *ante medium fol.* 118. *columna* 1.

Hugo à S. Victore. 72. Lingua modica eſt, labilis, veloa, in humido ſedet, verba format, magna exaltat, frigidum eſt membrum, volontatem denuntiat. *Libro* 4. *de propriet. rerum sap.* 10. *circa medium, pag.* 308. *C. tom.* 2.

Hugo Card. 73. Quinque ſunt linguæ vitioſæ, ſcilicet
- Lingua impudica.
- Lingua doloſa.
- Lingua adulatoria.
- Lingua detractoria.
- Lingua magniloqua. *Sup. Pſalmum* 13. *Moraliter. fol.* 26. *col.* 2. *tom.* 2.

74. Multiplex eſt lingua mala: ſcilicet
- Lingua avaritiæ, loquena ſemper de terrenis.
- Lingua luxuriæ, quæ provocat ad luxuriam.
- Lingua invidiæ, quæ detrahit bonis.
- Lingua ſuperbiæ, magna loquens.
- Lingua gulæ, de cibis diſcurrens.
- Lingua perfidiæ, frangens fidem.
- Lingua fraudulentiæ, ideſt, advocatorum.
- Lingus diaboli, ſuggerens peccatum. *Super Pſalmum* 118. *fol.* 322. *col.* 2. *tom.* 2.

75. Nihil magis gratioſum reddit hominem, quàm modeſtia linguæ. *Sup. Eccleſiaſtic. cap.* 42. *poſt init. fol.* 251. *col.* 4. *tom.* 3.

76. Lingua præmia æternæ jucunditatis obtinebit, ſi benè regitur. *Super Ep. B. Iacobi, cap.* 3. *fol.* 317. *col.* 1. *tom.* 7.

S. Ioannes Chrysostom. 77. Qui petulantis eſt linguæ, quidquid in buccam venerit, garrit. *Hom.* 15. *ſuper Gen. ante fin. col.* 101. *B. tom.* 1.

78. Cohibe linguam tuam à malo) ideſt, à mendacio, à furto, à jactantia, à detractione, ab adulatione, à fictione. *Hom. ſup. Pſ.* 53 *ante med. col.* 721. *C. tom.* 1.

79. Audaciæ os, diabolum imitatur: linguam habet nequiſſimo dæmoni ſimillimam: os diaboli conditus maledictione, contumeliis, contradictione, perjurio; igitur diaboli linguam habet, qui ut diabolus loquitur. *Hom.* 79. *ſup. Matth. oper. perſ ante fin. col.* 642. *A. tom.* 2.

80. Deus tibi dedit linguam, ut ſibi gratiarum actionem perſolvas, & proximum ædifices: itaque ſi ſermone tuo ædificationem ſubvertis, melius eſt ut taceas, & numquàm loquaris. *Sermone* 14. *ſuper Epiſt. ad Epheſ ſub finem, ante morale, col.* 1045. *littera B. tom.* 4.

81. Magnus laqueus eſt linguæ petulantia, & multæ refrænationis indigens. *Hom.* 15. *ad Popul. Antioch poſt med. col.* 142. *A. tom.* 5.

82 Lingua tua menſuras habeat, ne per linguam pereas. *Ibidem, Homil.* 22. *poſt medium, columna* 210. *littera B*

83. Nullum æquè congruum diabolo organum linguâ humanâ, in miniſterium eſt interitus atque peccati: indè mors, indè lapſus, indè perditio, indè naufragium præparatur. *Hom. ad Baptizandos, poſt med. col.* 733. *D. tom.* 2.

S. Joan. Clim. 84. Lingua membrum corporis cùm ſit, etiam quo jàm erudita fuerit, ejus conſuetudinem requirit. *Gradu* 11. *poſt med. apud Bibl Patrum, tom.* 6. *part.* 2. *pag.* 264. *col.* 2. *H. editionis Colonienſis* 1618.

Joan. Trith. 85. Ad libitum famulatur lingua: ſi es bonus, bona loqueris: ſi malus, mala facis. *Sup. Prolog. reg. S. Bened cap* 1. *text.* 8. *poſt init. pag.* 172. *col* 1.

86. Peſſimum membrum lingua, dum malè regitur: quia multos occidit loquendo, quàm gladius vorax perſequendo *Ib. ante med. pag.* 173. *col.* 1.

87. Nihil reperitur deterius ac malevolentius linguâ: linguâ enim homines pereunt, linguâ in paupertatem devenitur, linguâ urbes evertuntur, linguâ mala omnia oriuntur. *Ibidem.*

88. Qualis unuſquiſque ſit, lingua probat loquentis. *Ibidem.*

S. Isid. Pelus. 89. Maximum terrenorum omnium membrorum lingua eſt, quæ ægrè retineri poſſit *Lib* 1. *Ep.* 325. *ad Cyrum, apud Bibliothecam Patrum, tom* 5. *part.* 2. *pag.* 507. *col.* 1. *B. editionis Colonienſis* 1618.

Lact. Firm. 90. Lingua interpres animi, à ſenſu & cogitatione non diſcordet. *Lib.* 6. *de divin. inſt. cap.* 8. *poſt initium, pag.* 270.

S. Laurent. Justin. 91. Ubi incompoſita eſt lingua, ibi nil poteſt eſſe occultum: hæc ſi moderetur reddit hominem moribus ornatum, mente tranquillum, conſcientia ſincerum, & cunctis amabilem. *De diſcipl. monaſt. converſat. cap.* 15. *ante med. pag.* 110 *col.* 2. *B. part.* 1.

S. Petrus Damianus. 92. Ecce, lingua oſſa non habet, & oſſa comminuit: quia cum ipſa per ventoſa verba leviter effluit, fortia atque robuſta virtutis noſtræ facta corrumpit. *Serm.* 73. *de vitio linguæ. ante medium, pag.* 322. *columna* 2. *lit. D. tom.* 2.

S. Theodoret. 93. Immenſo pondere gravior eſt qui linguam ſuam vertit ad quæcumque libuerit. *Quaſt.* 45. *ſup. Numer. in princ. pag.* 41. *col* 1. *tom.* 1.

Thomas à Kempis. 94. Benedicta lingua prudentis, quia ſanat vulnera iraſcentis. *In hortulo roſar. cap.* 4 *ſect.* 2. *tom.* 2.

S. Valerian. Episcopus. 95. Æſtimari non poteſt quantùm impediant viam vitæ vitia indiſciplinatæ linguæ. *Hom.* 2. *de arcta vita. a medio, apud Bibl. Patr tom* 5. *part.* 3. *pag* 478. *col.* 1. *B. edit. Colon.* 1618.

96. Inquieta naturaliter lingua non parvum mortalibus affert vitæ detrimentum, ut cùm benè compoſita diſſipat, aut diù paçata conturbat. *Ibidem, Hom.* 5. *de oris inſolentia. in principio, pagina* 480. *columna* 2. *lit. H.*

97. Habet ſemper hoc lingua malitioſa commercium, ut lites ferat, odia moveat, mortes acquirat. *Ibidem.*

98. Nihil eſt tàm noxium aut malitioſum, quod non viribus ſuis minus ſit ſi ſe incitata ſemel lingua commoverit. *Ibidem, circa init. pag.* 481. *col.* 1. *A.*

99. Singulare malum eſt lingua, in qua tantùm malitiæ robur exultat, ut in perficiendo opere ſuo, alterius auxilium non requirat. *Ibidem.*

100. Solet lingua non impunè recedere, cùm ſe in verborum procacitate jactaverit: nam flammas evomit, & cùm alium nocere quærit, totum intrinſecùs malè conſcium pectus incendit. *Ibidem, poſt init. pag.* 481. *col.* 1. *A.*

101. Faciliùs quilibet poteſt ferre armatas ferro acies, & inſtructas rebus bellicis legiones: quis autem ſuſtineat labiorum tela fixa pectoribus? faciliùs ſine dubio recipiunt ſanitatem corpora ferro lacerata, quàm linguâ venenatâ. *Profec.*

102. Linguæ enim inſanabilis plaga eſt, quæ quamvis leviter percutiat, alta tamen ſemper movet pectoris dolore ſuſpiria. *Ibidem, ante med. &c.*

103. Enumerari non poteſt, quantis ſit lingua jaculis accincta verborum. *Ibidem, circa med. pag* 481 *col.* 1. *D.*

104. Cohibenda eſt lingua, ne forè cùm proruperit, aut excitata lædat, aut iocitata percutiat. *Ibid. pag.* 481. *col.* 1. *A.*

105.

S. Valerian. Episcopus. 105. Caſtigandus eſt linguæ ſonus, ne de facilitate verborum faciat venenum. *Ibidem, ferè in medio, pag.* 481. *columna* 1 *D.*

106. Excedit lingua omne genus veneni, quæ non poteſt niſi morte compeſci. *Ibidem, circa med. pag.* 481. *columna* 2. *E.*

107. Ubi ſemel quis lingua rotaote proruperit, fruſtra medicum quærit, ſine remedio enim eſt culpa verborum. *Ibidem.*

108. Quid iſtis infelicius, quid periculoſius eſſe poreſt, qui fallacia linguæ ſtudio vitæ inſidiantur alienæ? *Ibidem, poſt medium, pagina* 481. *columna* 2. *littera F.*

109. Inter confuſos linguæ ſonos neminem pœnituit tacuiſſe. *Ibidem.*

110. Quamvis aliquis vitam fide muniat, ſcientiâ regat, caſtitate & ſobrietate componat, nihil eſt quod in homine placeat, ſi in toto corpore ſola lingua diſpliceat. *Ibidem, in calce. pag.* 482. *col.* 1. *B.*

111. Citò quæ ſunt in homine optima revileſcunt, niſi linguæ vitia reſecentur. *Ibidem, Hom.6. in calce, pag.* 483. *col.* 1. *D.*

In Vit. Patr. 112. Qui linguam refrænat, ubique peregrinus eſt. *Libro* 5. *libell.* 10. *de Diſcretione, num* 33. *in princ. pag.* 599. *columna* 2.

113. Non didicimus nos ligneum claudere oſtium, ſed magis oſtium linguæ. *In ſent. in fine poſitis. ſent.* 43. *pagina* 998. *columna* 2.

Sententiæ Paganorum.

Cicero. 114. Tibi diligentiſſimè eſt lingua continenda. *Lib.* 1. *Epiſt. ad Quintum fratrem, Epiſtola* 1. *ante finem, tom.* 3.

Sext. Philos. 115. Lingua maliloqua, indicium eſt mentis malæ, *Sent.* 74. *pag.* 65. *col.* 1. *B. apud Bibl. Patr. tom.* 3. *edit. Colon.* 1618.

116. Inſueſce linguam tuam benè proloqui, & maximè cùm de Deo ſit ſermo. *Ibidem, ſent.* 75. *pag.* 65. *col.* 1. *littera C.*

117. Lingua tua ſenſum tuum ſequatur. *Ibidem, ſent.* 143. *pagina* 65. *columna* 2. *F.*

Vide etiam tit. Detractio. ſent. 18. 19. 26. 27 28. *Domare. ſent.* 6. 7. 13. 14. 15. 19. 20. *Eloquentia. ſent.* 13. *Laus Dei. ſent.* 105. 112. *Locutio. ſent.* 130. *Maledictio. ſent.* 6. *Monachus. ſent.* 18. 31. *Mores. ſent.* 31. *Paſſio Chriſti.* 77. *Pax. ſentent.* 95. *Reus. ſentent.* 19. *Vaniloquium. ſentent.* 3.

Locus.

DEFINITIO.

S. Ioan. Dam. LOcus eſt terminus corporis continentis, quo id quod continetur, continet. *Lib. de fide orthodox. cap.* 16. *in princ. fol.* 169. *pag.* 1. *C.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambroſius. 1. Nulla ſpatia poſſunt ſatis eſſe diſcordibus, quietis & pacificis etiam anguſta abundant, diſſonis moribus etiam ſpatioſa arctantur. *Proſecutio.*

2. Melius eſt emigrare loco cum gratia, quàm cohabitare cum diſcordia. *Lib.* 1. *de Abraham cap.* 3. *in princ. columna* 987. *D. & lib.* 2. *cap.* 6. *in princ. col.* 1011. *C. tom.* 4.

Anaſtas. II Papa. 3. Non loca Creatori noſtro nos proximos faciunt, ſed bona merita. *In decretis Gratiani Part.* 1. *diſt.* 40. *can. Non loca fol.* 44. *col.* 1.

S. Antonin. 4. Non loca, ſed vita & mores ſanctum faciunt. *Part.* 1. *tit.* 15. *cap.* 5. §. 9. *poſt medium, fol.* 212. *col.* 2.

S. Antonin. 5. Sanctitas loci ordinatur ad ſanctitatem hominis. *Part.* 2. *tit.* 1. *cap.* 21. § 1. *in princ. fol.* 83. *col.* 2.

S. Auguſtin. 6. Locus non facit Sanctos, ſed operatio bona locum ſanctificabit & nos. *Ser.* 27. *ad fratr. in Eremo, ſub fin. pag.* 948. *C. tom.* 10.

7. Nullus locus medius eſt, ut non ſit in ſupplicio, qui non erit in regno. *Et hab. in Gloſſa ord. ſup. illud* 5. *ad Galat. Regnum Dei non conſequentur. col.* 517. *A. tomo* 10.

8. Omne quod oculis corporis conſpici poteſt, in loco aliquo ſit neceſſe eſt. *Ep.* 6. *poſt init. tom.* 2.

9. Effuſione lucis adjuvamur ad capienda ſpatia locorum. *Libro* 6. *Muſica, capite* 8. *circa medium, tomo* 1.

10. Propriè dicitur locus in ſpatiis, quæ corporibus occupantur. *Lib.* 4. *de Geneſ. ad lit. cap.* 18. *poſt medium, tom.* 3.

11. Homo ſecundum corpus in loco eſt, & de loco migrat; & cùm ad alium locum venerit, in eo loco undè venit non eſt. *Tract.* 31. *ſup. Ioan. poſt medium, tom.* 9.

12. Si loca dicenda ſunt, & quibus non corpora continentur, & locus eſt cuique rei ubi eſt: locus Chriſti æternus ubi ſemper eſt, ipſe Pater eſt, & locus Patris Filius eſt. Et locus noſter ipſi ſunt, & nos locus Dei ſumus, quoniam templum ejus ſumus. *Ibidem, tract.* 111. *poſt med.*

13. Illis Deus intùs loquitur, qui ei locum præbent: illi autem Deo locum præbent, qui diabolo locum non præbent. *Tract.* 4. *ſuper Epiſt. Joan. circa initium, tom.* 9.

S. Baſilius Seleuc. 14. Deus quidem omnibus adeſt in locis, neque tamen Deum locus ullus audet circumſcribere. *Orat.* 20. *in princ. apud Bibl. Patr. tom.* 5. *part.* 3. *pag.* 437. *col.* 1. *D. edit. Colon.* 1618.

S. Bernardinus Sen. 15. Quantò ſanctior locus eſt, tantò ibi commiſſa gravior eſt offenſa. *Ser.* 20. *fer.* 3. *poſt Dom.* 2. *Quadr. art.* 1. *cap.* 4. *in fine, pag.* 111. *columna* 2. *E.*

S. Bernard. 16. Altiorem locum ſortitus es, ſed non tutiorem: ſublimiorem, non ſecuriorem; terribilis prorsùs, terribilis eſt locus iſte. *Ep.* 237. *ad Eugen. Pap. circa med. fol.* 258. *col.* 2. *littera B.*

S. Bonavent. 17. Triplex locus eſt, in quo puniuntur peccata poſt hanc vitam.
- Eſt purgatorium, & hic debetur peccato veniali.
- Eſt limbus, & hic debetur peccato originali.
- Eſt infernus, & hic debetur peccato mortali.

In Centiloq. parte 2. *ſect.* 4. *in princ. pag.* 70. *col.* 2. *D. tom.* 6.

18. Nullum putaveris locum ſine teſte. *In ſpeculo diſciplin. part.* 1. *cap.* 30. *poſt init. pag.* 550. *col.* 2. *A. tom.* 7. *part.* 4.

S. Cyrillus Hieroſol. 19. Non eſt Deus loco circumſcriptus, ſed in omnibus locis exiſtens, à nullo tamen comprehenſus. *Catecheſ.* 6. *ante medium, apud Bibl. Patrum tom.* 4. *pag.* 410. *columna* 1. *littera A. editionis Colon.* 1618.

S. Greg. Mag. 20 Locus perverſorum, eſt temporalis vitæ delectatio & carnis voluptas. *Lib.* 8. *Moral. cap.* 12. *in fin. num.* 22. *col.* 598, *A. tom.* 1.

21. Malorum locus, eſt ſuperbia: bonorum verò locus, eſt humilitas. *Ibid. lib.* 3 *cap.* 13.

22. Si deſit ſpiritus, non adjuvat locus. *Hom* 9. *ſup. Ezech. poſt med. columna* 148. *A. tom.* 2.

23. Locus extra paradiſum eſſe non poteſt, in quo antiquus hoſtis mentes hominum penetrare non valeat. *Lib.* 8 *in regiſtr. indict.* 3. *cap.* 45. *ad Palladium presbyt. circa fin. col.* 1033. *D. tom.* 2.

24. Prædicatorum locus, quem pro ſe habent, ſecreta divinitatis contemplatio eſt: locus autem pro ſubditis, prædicatio. *Lib* 4. *in* 1. *Reg. cap.* 4. *poſt med. ſup. illud, Et aſcenderunt civitatem. col.* 1427. *D.*

S. Gregor. Magnus. 25. Quælibet occulta loca ſine Dei gratia animam ſalvare non poſſunt. *Libro 6. in regiſtro indict. 15. cap. 169 Ep. 5. ad Cyriacum Epiſc. Conſtantinopol. circa medium, columna* 865. *C. tom.* 2.

26. Non pro locis res, ſed pro bonis rebus loca amanda ſunt. *Ibidem, lib. 12. de 22. Interrogat. cap. 3. Interrogat. 3. columna* 1291. *C.*

S. Hieronym. 27. Judæ nihil profuit paratus locus, quem ſuo vitio perdidit. *Tom. 2. lib. 2. adverſ. Jovian. longè poſt medium, pag. 89. A.*

S. Joannes Chrysost. 28. Non locus virtute facit præditos, ſed mens & mores. *Hom 43. ſup. Gen. poſt init. columna* 354. *littera D. tom.* 1.

29. Locus non ſalvat hominem, ſed mores. Adam in paradiſo, ut in portu naufragium fecit: Loth in Sodomis, ſicut in pelago, ſervatus eſt: Job in ſtercore juſtificatus eſt, Saül inter charos regno præſenti & futuro excidit. *Serm. de Euchar. in princ. col. 919. littera B. tom.* 5.

30. Non locorum commoditas, ſed morum probitas quietem præbet. *Homil. 21. ad popul. Antioch. poſt medium, col. 192. B. tom.* 5.

31. Invenies multos è mediis liberatos tumultibus, qui ſi in alium locum mittantur, ſæpè numerò moroſi ſunt, triſtes, & migrationem ægrè ferentes. *Homil. 34. ſuper Geneſ. poſt medium, columna* 283. *littera A. tomo* 5.

32. Unicuique rei locum proprium diſtribuit Deus. *Ibidem, Hom 3. ante med. col. 13. D.*

33. De loco in locum non tranſit univerſorum Dominus. *Ibidem, Homil. 41. ante medium, columna* 347. *littera D.*

34. Multi adeò ſunt conſuetudini ſuæ alligati, ut potiùs multa & omnia ferre velint, quàm loca mutare. *Ibidem, Homil. 31. ante medium, columna* 253. *littera D.*

35. Non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum. *Hom. 43. ſup. Matth. oper. imperf. ab init. col.* 1046. *C. tom.* 2.

S. Joan. Clim. 36. Qui proni ac faciles ad migrationem mutationemque locorum ſunt, improbi omninò judicantur. *Praefat.*

37. Nihil ita boni operis fructus conſuevit obtundere, ut locorum crebra mutatio. *Gradu 4. poſt medium, apud Bibl. Patrum, tom. 6. part. 2. pag. 253. col. 2. littera F. edit. Colon.* 1618.

Ioan. Trith. 38. Quantò quis in eminentiori conſtitutus eſt loco, tantò majori verſatur in periculo. *Libro 2. de tent. Relig. cap. 5 in fine, pag. 722. col.* 2.

39. Tria ſunt hominum loca.
- Supremus. — In ſupremo, ideſt, in cœlo, ſoli boni.
- Medius. — In medio, boni & mali.
- Infimus. — In infimo, tantùm mali, & nuſquàm boni.

Ep 14. ad Nicol. Presbyt. Mernic. poſt medium, pagina 951. *columna* 2.

S. Isidorus Hispal. 40. Valet interdùm converſis pro animæ ſalute mutatio loci: plerumque enim dùm mutatur locus, mutatur & mentis affectus. *Praefat.*

41. Nam locus ubi pravè quiſque vixit, hoc in aſpectu mentis opponit, quod ſemper ibi vel cogitavit, vel geſſit. *Lib. 1. de ſummo bono. cap. 10. ſent. 7. pag. 642. columna* 1.

42. Quantò quiſque in ſuperiori conſtitutus eſt loco, tantò in majori verſatur periculo. *Ibidem, libro 3. capite 50. ſent. 5. pagina 686. col.* 1.

S. Laurent. Justin. 43. Non ille apud Deum cenſendus eſt vilior, qui infimum tenet locum, ſed qui virtutibus inferior eſt. *De triumphali Chriſti agone, cap. 26. circa init. pag. 347. col. 1. E. part.* 1.

S. Petrus Chrysolog. 44. Non locorum mutatio, ſed converſio ſenſuum, adverſa depellit, mœrores fugat, deſperationes abjicit, excludit anguſtias, intrat domicilium ſinceri pectoris, & lætitiæ divinæ æternam præparat manſionem. *Sermone 46. in principio, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 2. pag. 695. col. 2. F. editionis Colonienſis* 1618.

S. Petrus Damianus. 45. Trinæ ſunt diſtinctiones locorum, quas pro diverſitate meritorum animæ ſortiuntur Cœlum, infernus & purgatorium,
- Ad Cœlum ſtatim evolant, qui domicilio corporis uſi ſunt, tamquàm carcere, qui defœcatam puramque ſubſtantiam utriuſque hominis ſervaverunt.
- E contrario, qui fecerunt uſque ad mortem, quæ digna ſunt morte, locis gehennalibus ſine miſericordia deputantur.
- Qui verò neutrum ſunt, ſed ſunt inter utrumque, qui mortalia quidem commiſerunt, ſed circa mortem pœnituerunt pœnitentiam non explentes, indigni ut ſtatim gaudeant: nec digni ut ſemper ardeant, loca purgatoria ſortiuntur. *Ser. 59. de S. Nicol. poſt med. pagina 290. columna 1. littera A. tom.* 2.

Thomas à Kempis. 46. Imaginatio locorum, & mutatio, multos fefellit. *Libro 1. de Imitatione Chriſti. cap. 9. ſect. 1. tom.* 2.

In Vit. Patr. 47. Si in monaſterio cum aliis verſaris, non mutes locum: monachus frigeſcit & mortificatur in fide, de loco ad locum tranſeundo. *Libro 5. libell. 7. de fortitud. num. 15. pag. 586. col.* 1.

Sententiæ Paganorum.

Aristoteles. 48. Cenſemus locum id continere, cujus eſt locus, & nihil eſſe ipſius rei. *Libro 4. Phyſic. cap. 4. text.* 30. *tom.* 1.

49. Locus eſt alicubi, non ut in loco, ſed ut finis in eo quod eſt finitum. *Ibidem, cap. 5. text.* 49.

Cicero. 50. Loca ſacra & Religioſa prophana haberi, ſacrilegium eſt. *Orat. 30. de Haruſpic. reſponſ. poſt init. num. 9. tom.* 2.

Seneca. 51. Commutatio loci tolerabilis eſt, ſi tantùm locum mutes, non animum. *De Conſol. ad Helviam, cap. 13. in princ. pag. 638. tom.* 1.

52. Severior loci diſciplina format ingenium, aptumque magnis conatibus reddit. *Ep. 51. poſt med. pag. 612. tom.* 2.

53. Non multum ad tranquillitatem locus confert, animus eſt, qui commendat omnia. *Ep. 55. ante finem, pag. 620. tom.* 2.

54. Mutare te loca, & in alium de alio tranſire nolo: quia tàm frequens migratio inſtabilis animi eſt. *Ep. 69. in princ. pag. 675. tom.* 2.

55. Ultra ſummum non eſt locus. *Ep. 74 ante med. pag. 675 tom.* 2.

56. Nullum putaveris locum, ſine teſte. *De Moribus. in medio, pag.* 677.

Vide etiam tit. Medium ſent. 12. Occupatio. ſent. 27. Præſentia Dei. ſent. 5 6. 13 , 17 21. 25. Religio, ſeu Congregat. ſent. 44. Religioſus. ſent. 180. Virginitas. ſent. 94.

Locutio.

DEFINITIO.

S. August. LOQUI eſt articulata voce ſignum dare, quod comprehendi litteris poteſt. *In princ. Dialect. cap. 5. circa init. tom.* 1.

Nihil

S. Gregorius Tauмat. Nihil aliud ſunt voces noſtræ, quàm imagines quædam animi noſtri conceptuum ac notionum. *In orat. Panegyrica. ſtatim ab init. apud Bibl. Patr. tom. 3. pag. 57. col. 1. littera A.*

Sententiæ Patrum.

S. Albertus Magnus. 1. Loqui oportet opportuno tempore, quia ſermo opportunus eſt optimus. *De Paradiſo animæ, part. 1. de virtutib. cap. 31. ante fin. pag. 225.*

S. Ambrosius. 2. Laqueus adverſarii eſt ſermo noſter, ſed etiam ipſe non minùs adverſarius eſt nobis. *Profec.*

3. Loquimur plerumque quod excipiat inimicus, & quaſi noſtro gladio nos vulneret.

4. Quantò tolerabilius eſt alieno gladio, quàm noſtro perire! Explorat ergo adverſarius noſtra arma, & concutit ſua tela: ſi emiſero verbum indecorum, laqueum ſuum ſtringit. *Lib. 1. Offic. cap. 4. à medio, col. 3. B. tom. 1.*

5. Sapiens ut loquatur multa priùs conſiderat; quid dicat, aut cui dicat, quo in loco, quo tempore. *Ibidem, cap. 10. in fine col. 5. littera D.*

6. Sermo tædioſus iras excitat: quàm verò indecorum, ut cùm omnis confabulatio habere ſoleat incrementum gratiæ, habeat nævum offenſionis! *Ibidem, cap. 22. ſub fin. col. 15. B.*

7. Nullum ex ore verbum, quod revocare velis, proferas, ſed parcior loquendi fiducis ſit. *Libro 3. de Virgin. poſt init. col. 94. B. C. tom. 1.*

8. Ingreditur mors per oſtium tuum, ſi falſum loquaris, ſi turpiter, ſi procaciter; poſtremò ſi ubi non oportet loquaris. *Ibidem, lib. 3. poſt medium, col. 108. littera C.*

9. Laqueus eſt in labiis noſtris, & ſæpè unuſquiſque ſermonibus ſuis non explicatur, ſed involvitur. *Lib. 7. Epiſt. 44. ad Conſtantium, ante medium, col. 604. B. tom. 3.*

10. Nihil ſic penetrat animam, ſicut ſermo fucatus: nihil ſic mordet, ut durior ſermo. *Lib. 2. de Interpellat. cap. 3. ante med. col. 1168. A. tom. 4.*

11. Adulterinus ſermo juvenculæ, nodus adoleſcentium eſt: verba adoleſcentis, vincula ſunt amoris. *Lib. 1. de pœnitent. cap. 13. poſt med. col. 178. lit. D. tom. 1.*

S. Augustin. 12. Romani maximus author Tullius eloquii, nullum unquàm verbum, inquit, quod revocare vellet emiſit, quæ quidem laus, quamvis præclariſſima videatur, tamen credibilior eſt de nimium fatuo, quàm de ſapiente perfecto. *Ep. 7. ad Marcellinum, ante med. pag. 20. C. tom. 2.*

13. Plerumque in ſermone copioſa eſt egeſtas humanæ intelligentiæ: quia plus loquitur inquiſitio, quàm inventio; & longior eſt petitio, quàm impetratio, & operoſior eſt manus pulſans quàm ſumens. *Lib. 12. Confeſſ. cap. 1. in princ. pagina 144. D. tom. 1.*

14. Mali malas habent linguas: mala loquuntur, cùm loquuntur dolum. *Sup. Pſalmum 5. poſt medium, verſ. 11. Linguis ſuis doloſè agebant. pagina 19. B. tomo 8.*

15. Non ille reus tenebitur, qui plura quidem, ſed bona loqui: ſed ille qui ſaltem rara, ſed mala dicere probatur. *De conflictu vitior. & virt. cap. 22. in princ. pag. 714. D. tom. 9.*

16. Tenendus eſt modus in loquendo, & ab ipſis nonnunquàm utilibus parcendum. *Ibidem, in fine, pag. 714. D.*

17. Oportet ut ſenilis ſermo non ſolùm ſit gravis, ſed etiam brevis. *De laudibus charit. in fine, pagina 722. C. tom. 9.*

18. Nemo de ſuo corde præſumat quando profert ſermonem, quia ut bona prudenter loquamur, à Deo eſt, non noſtra ſapientia. *Sermone 1. de S. Vincentio & in ord. 12. poſt init. pagina 847. littera A. tomo 10.*

19. O quàm ſanctum eſt os, undè ſemper cœleſtia erumpunt eloquia! *Ser. 3. ad fratr. in Erem in medio, pag. 912. D. tom. 10.* S. Augustin.

20. Omne quod non ædificat, in periculum vertitur dicentium & audientium. *Ibidem, in principio, pag. 912. D.*

21. O quàm grande periculum eſt, non ſolùm dicere falſa, ſed & vera prædicare pœnoſum & dubium eſt. *Ibidem, ſermone 26. poſt initium, pag. 944. lit. D.*

22. Magnæ ſapientiæ eſt, hominem revocare quod malè locutus eſt. *Et habetur in decretis Gratiani. part. 2. cauſa 22. quæſt. 4. can. Magna. fol. 286. columna 3.*

23. Plerumque loqui amant etiam qui neſciunt quid loquantur, vel quomodo loquantur. *Lib. 1. contra Creſconium. cap. 1. poſt med. tom. 7.*

24. Qui ſic credit ut loquitur, etſi non vera loquitur, fideliter loquitur: qui autem non credit quæ loquitur, etſi vera loquitur, infideliter loquitur. *Ep. 135. ante med. tom. 2.*

25. Tantò magis pro parvulis loqui debemus, quantò ipſi pro ſe loqui non poſſunt. *Ep. 89. quæſt. 3. poſt med. tom. 2.*

26. Si frigido loquor, neſcit quid loquor. *Tract. 26. ſup. Joan. longè ante med. tom 9.*

27. Semper de dilectione loqui non poſſumus: ſed de qua ſemper loqui non licet, ſemper eam cuſtodire licet. *Tract. 8. ſuper Epiſt. Ioan. circa initium, tom. 9.*

28. Homo, ſi velit, adimit ſibi poſſibilitatem loquendi, non adempto illo membro, quo loquimur. *De natura & grat. cap. 45. in medio, tom. 7.*

29. Longo uſu diſcendum eſt, quid, cuique loqui vel tacere conveniat. *In ſuis Prov. verbo Longo. pag. 192. tom. 2.* V. Beda.

30. Videas multos (ſincera licet intentione, & benigno accedant animo) leviter dicere, quod graviter audiatur: volat irrevocabile verbum; & quod ſanare debuerat, quia mordacius fortè videtur, exaſperat, & ulcerat magis, quando negligentiæ additur impudentia, etiam & impatientia cumulatur. *Serm. 2. Paſcha. circa med. fol. 37. col. 3. H.* S. Bernard.

31. Multis non ſuppetit verborum copia, ſed præ ſermonis inopia, linguam ſuam palato adhæreſcere ſentiunt, quod & ipſum interdùm ſolet audientibus obeſſe non parum. *Profec.*

32. Aliquibus autem ad manum eſt abundantia multa ſermonis, ſed quæ dicunt, minùs ſapiunt, minùs acceptantur; & quia gratiam non habent, minùs efficacia ſunt quæ loquuntur. *Ibid. poſt med. fol. 37. columna 3. lit. I.*

33. Felix ille, quem in omni confabulatione duplex timor ſolicitat, & duorum conſideratio ſtimulat auditorum: primùm quidem divinæ Majeſtatis, in cujus manus incidere, prorsùs horrendum: de hinc fraternæ infirmitatis, cui nihilominùs perfacile eſt offendiculum dare. *Ser. de triplici cuſtodia linguæ ante fin. fol. 98. col. 2. lit. F.*

34. Quod ſermo non explicat, conſideratio quærat, oratio expetat, mereatur vita, puritas aſſequatur. *Lib. 5. de Conſid. ad Eugen. Pap. poſt init. fol. 228. col. 3. lit. H.*

35. Fieri non poteſt ut aliquando cum Deo loquatur, qui cum toto mundo etiam tacens fabulatur: intende illi, qui intendit tibi: audi illum loquentem tibi, ut ipſe exaudiat te loquentem ſibi. *Lib. 6. Medit. cap. 6. in princ. fol. 313. col. 4. L.*

36. Stude loqui non quodlibet, ſed quod oportet. *De Inter. domo. cap. 43. poſt medium, fol. 330. columna 4. littera M.*

S. BERNARD. 37. Bona mens & verè munda, ut loquatur, multa priùs conſiderat; quid dicat, & cui dicat, quo loco, & quo tempore. *De ordine vitæ, ante medium, fol.* 335. *col.* 4. *littera M.*

38. Cùm loqueris, verba tua ſint rara, vera, ponderoſa & de Deo. *In notabili documento. poſt init. fol.* 340. *col.* 2. *E.*

39. Antequàm verba proferas, bis ad limam veniant, quàm ſemel ad linguam. *In ſpeculo Monachorum. paulò ante medium, fol.* 340. *col* 4. *littera K.*

S. BONAVENT. 40. Loquentis geſtus debet eſſe modeſtus & humilis, ſonus demiſſus & ſuavis. *In ſpeculo diſcipl. part.* 1. *capite* 20. *in principio, pagina* 543. *col.* 2. *lit. D. tom.* 7. *part.* 4.

41. Clamoſitas & verborum aſperitas, locutionem plurimùm quidem & dedecet & deturpat. *Ibidem, poſt init. pag.* 543. *col.* 2. *littera E.*

42. Honeſtatem habet locutio, ſi & illius qui loquitur, & illorum quibus vel de quibus fit ſermo, conveniat dignitati. *Ibidem, circa medium, pagina* 544. *col.* 2. *D.*

43. Primò bis ad limam, quàm ſemel ad linguam veniat ſermo. *Ibidem, cap.* 31. *in princ. pag.* 551. *columna* 2. *lit. E.*

S. CALIXTUS PAP. 44 Ponderet unuſquiſque ſermones ſuos, & quod ſibi loqui non vult, alteri non loquatur. *Apud Gratian. in decret. part.* 1. *diſt.* 50. *can. Ponderet. folio* 55. *columna* 2.

CASSIODORUS. 45. Neſcit titubare quod veritas loquitur. *Sup. Pſ.* 110. *à medio. verſ* 7. *fol.* 173 *col.* 1.

EVAGRIUS. 46. Præſtat lapidem incaſſum mittere quàm ſermonem: loquere quæ oportet, & cùm oportet, & non audies quæ non oportet. *Et habetur apud D. Ioannem libro* 1. *Parall. cap.* 19. *in calce, folio* 2. *pagina* 2. *littera A.*

GLOSS. ORD. 47. Humilis quæ dicit non ex authoritate præcipit, ſed ex ratione perſuadet. *Sup. Iob, cap.* 6. *in illud, Loquentes quod juſtum eſt. columna* 100. *littera E. tomo* 3.

48. Facundiùs loquitur, qui obſtupeſcendo tacet. *Ibidem, cap.* 9. *col.* 124 *E. tom.* 3.

49. Aliquando blandè loquitur Deus, ut ametur: aliquando terribiliter, ut timeatur. *Ibidem, cap.* 38 *col.* 347. *C.*

GLOSS. INT. 50. Intemperata locutio excitat iram, moderata extinguit. *Sup. Eccleſiaſtic. cap.* 28. *col.* 2117. *lit. C. tom.* 3.

S. GREGORIUS MAGNUS. 51. Qui in dictis ſuis reprobari metuit, ipſe priùs debet examinare quod dicit. *Libro* 8. *Moral. cap.* 2. *ante med. col.* 241. *B. tom.* 1.

52. Diſcretè viciſſitudinum penſanda ſunt tempora, ne aut cùm reſtringi debet lingua, per verba ſe inutiliter ſolvat: aut cùm loqui utiliter poteſt, ſemetipſam pigrè reſtringat. *Ibidem, lib.* 7. *cap.* 17. *circa finem, col.* 239. *C.*

53. Aliquando linguæ modum quis ponere nititur, ſed onere diſpenſationis exigente ſilere prohibetur. *Profec.*

54. Aliquando dùm nimiâ ſe cenſurâ reſtringit, tacet etiam quæ loqui debuit.

55. Aliquando ad inſerenda neceſſaria, dùm ſe latiùs relaxat, dicit etiam quæ loqui non debuit. *Ibidem, lib.* 2. *cap.* 26. *ante medium, col.* 54. *C.*

56. In Dei auribus ſuperbæ non ſunt, quæ humili corde proferuntur. *Ibidem, lib.* 12. *cap.* 16. *poſt medium, num.* 16. 418. *A.*

57. Ille ſcit rectè dicere, qui & ordinatè ſcit tacere. *Ibidem, libro* 30. *cap.* 7. *poſt med. columna* 1013. *littera A.*

58. Multum ſæpè mens etiam cùm rectè loqui conatur extra ſemetipſum ſpargitur. *Profec.*

59. Integritatem animi, dùm cogitantur verba qualiter proferantur, quia eum trahunt extrinſecùs, minuunt.

60. Igitur à publico locutionis redeundum eſt ad curiam eſt. S. GREG. MAG.

61. Omne quod dicitur, quadripertità poteſt qualitate diſtingui, ſi dicantur
- Aut mala malè.
- Aut bona benè.
- Aut mala benè.
- Aut bona malè.

- Malè malum dicitur, cùm rea perverſa ſuadetur.
- Bonum benè dicitur, cùm rectè recta prædicantur.
- Malum benè dicitur quando per os dicentis idcircò vitium exprimitur, ut reprobetur.
- Malè bonum dicitur, cùm rectum aliquid recto ſtudio non profertur. *Ibidem, lib.* 23. *cap.* 1. *à medio, num.* 3. *col.* 764. *A.*

62. Tunc benè dicitur bonum, cùm is qui dicit, ſoli ei à quo accipit, per id appetit placere quod dicit. *Ibidem, libro* 35. *cap.* 16. *ab initio. num.* 26. *columna* 1223. *B.*

63. Boni viri fræno conſilii retinent præcipitationem verbi, & cautè conſiderant ne relaxantes linguæ laſciviam, auditorum conſcientiam incautâ locutione transfigant *Ibidem, libro* 5. *cap.* 11. *poſt med. num.* 12. *col.* 145. *D.*

64. Sicut pravi in ſenſu leves ſunt, ita in locutione præcipites: quia quod levis conſcientia concipit, levior protinùs lingua prodit. *Ibidem, in fine, col.* 146. *lit. A.*

65. Ille benè loquendi facundiam accipit, qui ſinum cordis ad perfectè vivendi ſtudia extendit: nec conſcientia loquentem præpedit, cùm vita linguam antecedit. *Ibid. lib.* 6. *cap.* 16. *ſup. illud Iob,* 5. *Et ſciens quoniam multiplex, &c. col.* 202.

66. In omne quod dicitur, neceſſe eſt ut cauſa, tempus, & perſona penſetur: ſi verba ſententiæ veritas roboret, ſi hanc tempus congruum poſtulet, ſi veritatem ſententiæ & congruentiam temporis, perſonæ qualitas non impugnet. *Ibidem, cap.* 18 *in fine. col.* 208. *lit. A.*

67. Juſti verba dolore plena ſunt, quia quouſque præſentia tolerat, ad alia loquendo ſuſpirat. *Ibid lib* 7. *cap.* 3. *poſt medium, ſup. illud Iob* 6. *Vndè & verba mea. col.* 211. *A.*

68. Magnæ virtutis laus eſt, ſimplicitas locutionis. *Ibid. lib.* 23. *cap.* 8. *in fine, num.* 14. *ſup. illud Iob* 33. *Simplici corde meo, &c*

69. In omne quod dicitur ſummoperè intuendum eſt quid dicatur, cui dicatur, quando dicatur, & quomodo dicatur. *Ibidem, lib.* 24. *cap.* 13. *in med. num.* 29. *col.* 822. *C.*

70. Juxta quod loquitur lingua, vivat conſcientia: ut lux ejus tantò clarius reſplendeat in ſuperficie, quantò vehementiùs inardeſcit in corde. *Ibidem, lib.* 30. *cap.* 3. *in fine.*

71. Cautè diſcendum eſt, quatenùs os diſcretè & congruo tempore vox aperiat: & rursùm congruo taciturnitas claudat. *Part.* 3. *Paſtor. cap.* 1. *Admonit.* 15. *in medio, col.* 1277. *D. tom.* 1.

72. Ille loqui veraciter novit, qui priùs benè tacere didicerit: quaſi enim quoddam nutrimentum verbi eſt cenſura ſilentii. *Profec.*

73. Penſandum eſt ergo quanta ei culpa ſit non tacere, quem nulla cogit neceſſitas loqui. *Hom.* 11. *ſuper Ezech. longe poſt initium, ſup. illud, Cùm autem pertranſiſſent, &c. col.* 172. *A. tom.* 2.

74. Penſare doctor debet quid loquatur, cui loquatur, quando loquatur, qualiter loquatur, & quantum loquatur. *Ibidem, ante medium, ſuper illud, Si autem*

tum tu annuntiaveris impio, &c. columna 175. littera B.

S. Greg. Mag. 75. Arrogantes ad loquendum, prolatis laudibus animantur. *Libro 1. in 1. Regum, cap. 4. longè ante medium, ſuper illud, Maledictus qui comederit, &c. col. 1551. D. tom. 2.*

76. Os alienum videtur aſſumere, qui ea conatur, quæ in corde non ſentit, proferre. *In ſeptem Pſalm. Pœnit. ſup. Pſalmum 4. verſ. 16. in fine, columna 578 C. tom. 2.*

77. Multum quippè deorſùm ducimur, dùm locutione continuâ ſecularibus admiſcemur. *Proſecutio.*

78. Valdè difficile eſt, ut lingua ſecularium mentem non inquinet, quam tangit.

79. Quia dùm plerumque eis ad quædam loquenda condeſcendimus, paulìſper aſſueti hanc ipſam locutionem, quæ nobis indigna eſt, etiam delectabiliter tenemus: ut extrà jam redire non libeat, ad quam velut ex condeſcenſione deducti venimus inviti, ſicque fit, ut ab otioſis ad noxia, à levioribus ad gravia veniamus. *Libro 3. Dialogi, cap. 15. ante finem, verbo Apud, columna 1396. C. tom. 1.*

80 Loqui de Deo quietæ valdè & liberæ mentis eſt: tunc benè dirigitur lingua in ſermone, cùm ſecurè ſenſus quieverit in tranquillitate. *Homil. 11. ſuper Ezech. poſt med. ſup. illud Rom. 2. Ignoras quoniam benignitas, &c. columna 180. D.*

81. Utilis ſemper eſt docti viri oblocutio, quia aut diſcit audiens, quod neſcire ſe noverat: aut cognoſcit (quod eſt amplius) id quod ſe & neſciſſe neſciebat. *Libro 7. in regiſtro indict. 2. cap. 29. Ep. 29 ad Eulogium Epiſcopum Alexandr. in principio, col. 916. littera D. tom. 2.*

S. Hieron. 82. Bonus ſermo ſecreta non quærit, quin potiùs delectatur laudibus ſuis, & teſtimonio plurimorum. *Tom. 1. Epiſt. 12. ad Gaudentium, circa medium, pag. 100. C.*

83. Sermo ſit in omnibus moderatus, & parcus, & qui neceſſitatem magis loquendi indicet, quàm voluntatem. *Tom. 1 Ep. 14. ad Celantiam, circa medium, pag. 112. C.*

84. Diù antè conſidera quid loquendum ſit, & adhuc tacens provide ne quid dixiſſe pœniteat. *Ibidem, a medio, pag. 112. 2.*

85. Sit ſermo virginis prudens, modeſtus, & rarus: nec tàm eloquentiâ pretioſus, quàm pudore. *Proſec.*

86. Mirentur omnes tuam te tacente verecundiam, te loquente prudentiam.

87. Mite ac placidum ſemper eloquium tuum ornet mixta cum gravitate ſuavitas, cum pudore ſapientia. *Tom. 4. Epiſt. 1. ad Demetriad. poſt medium, pagina 21. littera A.*

88. Si fortè loquaris, quando tacere peccatum eſt, caveas ne quid, quod in reprehenſionem veniat, dicas. *Tom. 4. Epiſt. 14. ad Maurum filium, ante finem, pag. 92. D.*

89. Lapis emiſſus eſt, ſermo prolatus: quapropter diù antequàm proferatur, cogitandus eſt. *Proſecutio.*

90. Beata labia ſunt, quæ numquàm quod revocare velint, emittunt. *Ibidem.*

91. Pudicæ mentis debet etiam ſermo eſſe pudicus, qui ædificet ſemper & numquàm deſtruat audientem. *Ibidem.*

92. Sermo ſemper ſit modeſtus, & in ſuo tempore proferendus. *Ibidem, ante finem, pagina 92. littera C.*

93. Omne quod non ædificat audientes, in periculum loquentium vertitur. *In regula Monachorum, cap. 20. de Juramento, poſt medium, pagina 287. B. tomo 4.*

94. In locutione quinque res ſunt obſervandæ. Hugo a S. Victore.
- Quid dicatur.
- Cui dicatur.
- Ubi dicatur.
- Quando dicatur.
- Quomodo dicatur. *De Inſt. Novit. cap. 13. in principio, pag. 25. H. tom. 2.*

95. Qui cum alio loquitur, primùm conſideret utrùm propter ſe, an propter illum loquatur: ſi propter ſe, videat ut ille talis ſit, de cujus colloquio utilitas ſibi provenire poſſit: ſi propter illum loquitur, caveat ne talis ſit ille, qui vel ſua exhortatione non indigeat, vel ita in malo obſtinatus, ut exhortatione alterius corrigi ſe non permittat. *Ibidem, cap. 14. circa medium, pag. 26. littera D.*

96. Eſt tempus quando nihil, & eſt tempus quando aliquid dicendum eſt: nullum verò tempus eſt, quando dicenda ſunt omnia. *Proſec.*

97. Tempus eſt, quando nihil dicendum eſt, quia tempus tacendi: & tempus quando aliquid, quia tempus loquendi: tempus verò quando omnia, numquàm. *Ibidem, cap. 16.*

98. Sapiens æquè cavet, vel ne eo tempore quando loqui debet, per negligentiam ſileat, vel ne omni tempora quando loqui licet, per licentiam conceſſam in multiloquium cadat. *Proſec.*

99. Rectè tempus loquendi diſcernitur, ſi homo nec unquàm quando loqui debet, ſileat: nec ſemper quando licet, loquatur. *Ibidem, in fine.*

100. Modus loquendi in tribus conſiſtit: quo geſtu, quo ſono, quâ ſignificatione quis loquatur. *Proſecutio.*

101. Loquentis ſit geſtus modeſtus & humilis, ſonus demiſſus & ſuavis, ſignificatio verax & dulcis. *Ibid. cap. 17. in principio, pag. 27. littera E.*

102. Sermo priùs debet venire ad limam quàm ad linguam. Debet eſſe
- Præmeditatus
- Diſcretus.
- Maturus.
- Diſtinctus.
- Rarus.
- Vivus.
- Authenticus.
- Humilis.
- Patiens.
- Solicitus.

Lib. 4. de propriet. rerum, cap. 17. circa med. pag. 312. C. tom. 2.

103. Verè ſapiens, non ſolùm quod loquitur, ſed etiam opportunitatem loci & temporis, & perſonæ cui loquitur, diligenter inquirit. *Sup. Proverb. cap. 15. folio 34. columna 1. tom. 3.* Hugo Card.

104. Optimi ſermonis quinque ſunt partes, ſcilicet
- Doctrina veritatis.
- Exhortatio honeſtatis.
- Confeſſio peccati.
- Confeſſio laudis.
- Oratio vocalis. *Ibidem.*

105. Temeritas loquendi in quatuor maximè reprobatur, ſc.
- In judiciis faciendis.
- In conſiliis dandis.
- In teſtimoniis ferendis.
- In votis & promiſſionibus emittendis. *Sup. Eccleſiaſt. cap. 5. in princ. fol. 84. to. 3.*

106. Quatuor genera ſunt fugienda; ſcilicet.
- Sermo otioſus.
- Sermo ſpurcus, ſive turpis.
- Sermo venenatus laudis, vel detractionis.
- Sermo blaſphemus.

Ibidem, cap. 7. Moraliter, folio 91. columna 2.

S. JOANNIS CHRYSOST. 107. Sicut ignem cùm valdè accenditur, aqua injecta extinguit: ita & animum fornace magis exardeſcentem, verbum cum manſuetudine prolatum extinguit. *Homil. 58. ſup. Gen. ante finem, columna 463. A tom. 1.*

108. Nemo poteſt in valle ſtare, & de monte loqui: ſed ubi ſtas, loquere: aut undè loqueris, ibi ſta. *Profec.*

109. Si in terra eſt animus tuus, ut quid de cœlo loqueris? ſi ergo in terra tu ſtas, de terra loquere: ſi autem de cœlo loqueris, in cœlo conſiſte. *Homil. 9. ſuper Matth. oper. imperfect. in princ. col. 795. littera D. tom 2.*

110. Sicut ignis de modica ſcintilla magnum conflat incendium: ita & ſermo malus de levi occaſione magnam ſuccendit inimicitiam. *Ibidem, poſt medium, columna 800. A.*

111. Si Chriſtianus es, quod loqueris, hoc cogita: aut quod cogitas, hoc loquere. *Ibidem.*

112. Licet juſta cum furore dicas, totum perdis etiamſi liberè loquaris, etiamſi moneas, etiamſi quidvis operatus fueris: ſi autem manſuetè, tunc eſt vera loquendi libertas. *Hom. 17. in princ. Moral. col. 563. B. tom 3.*

113. Neque dicendi libertas aliquid conducit, ubi non eſt facultas: neque facultas, ubi non eſt fiducia *Ibidem, Homil. 40. poſt medium, columna 707. littera C.*

114. Semper aſperis uti ſermonibus magis exacerbat hominem; ideoque bonum eſt ubique moderatis uti. *Super Epiſt. ad Galat. cap. 4. ante medium, col. 928. A. tom. 4.*

115. Os habes ſpirituale, cogita quàmprimùm verbum proferre volueris, quid ſis locuturus, & quæ ſit oris tui dignitas *Ser. 14. ſup. Ep. ad Epheſ. in morali, circa init. col. 1046. B. tom. 4.*

116. Si dicendum utile quid habes, aperi labia: ſi nihil ſit neceſſarium, tace. *Hom. 21. ad popul. Antiochen. poſt med. col. 191. B. tom. 5.*

IOAN. GERS. 117. Si omnia nunc dicere voluero, vanus erit & inexplebilis conatus meus, incidamque in illud: Omnia qui dicit, nihil dicit. *Ser. 4. de omnibus Sanct. in princ. part. 2.*

IOAN TRITH. 118. Senem loqui decet, juvenem auſcultare loquentem. *In cap. 4. Regulæ S. Bened. verbo Seniores. à medio. pag. 312. col. 2.*

S. ISID. HISP. 119. Quadrimoda eſt dicendi ratio, quâ prævidendum eſt: Quid, cui, quando, vel quomodo aliquid proferatur. *Lib. 2. de ſummo bono, cap. 29. ſentent. 14. pagina 650. columna 1.*

120. Quadripartita eſt loquendi ratio, quâ profertur:
- Vel bonum benè.
- Vel malum malè.
- Vel bonum malè.
- Vel malum benè.

- Bonum benè loquitur, qui ea quæ recta ſunt, humiliter annuntiare videtur.
- Malum malè loquitur, qui quodlibet flagitium perſuadere conatur.
- Bonum malè loquitur, qui quodcumque rectum arroganter prædicare ſentitur.
- Malum benè loquitur, qui aliquod narrando vitium deteſtatur, ut ab eo homines avertantur. *Ibidem, ſent 16. pagina 650. columna 1. Prof.*

121. Corde benè loquitur, qui charitatem non diſſimulat: ore benè loquitur, qui veritatem annuntiat: factis benè loquitur, qui alios bonis exemplis ædificat. S. ISIDORUS HISPAL.

122. Corde malè loquitur, qui interiùs cogitationes noxias meditatur & cogitat.

123. Linguâ malè loquitur, qui dùm pro eo quod malè agit, flagellatur, murmurat.

124. Factis malè loquitur, qui malè vivendo exemplis ſuis, alios ad pravè vivendum informat.

125. Semel benè loquitur, qui ſe pœnitendo redarguit: bis benè loquitur, qui benè vivendo & alios inſtruit.

126. Semel malè loquitur, qui poſt vitium citò non corrigitur: bis malè loquitur, qui malè vivit & malè docet.

127. Bis malè loquitur, qui & malè cogitat & malè refert cogitata.

128. Bis malè loquitur, qui & bonum, quod debuit, non egit: & malum quod non oportebat, admiſit. *Ibid.*

129. Mores hominis lingua pandit; qualis ſermo oſtendit, talis & animus comprobatur. *Lib. 2. de Synonim. cap 8. poſt med. pag. 317. col. 2.*

130 Intende opportunitatem loquendi, tempus proferendi ſermones inquire: ſcito quo tempore loquaris, conſidera quando dicas tempore congruo loquere, tempore congruo tace. *Profec.*

131. Non loquaris, niſi interrogatus; non dicas, priuſquàm audias; ſint verba tua pauca, loquendi modum non excedas, ne immoderatione linguæ incurras pericula. *Ibidem, ſub finem, pag. 317. col. 2.*

132. Melior eſt ſermo noviſſimus, quàm primus: ideò in principio audi, loquere noviſſimus, poſtremus dicas, primus taceas. *Ibidem, cap. 15.*

133. Communia omnibus, ſecretiora perfectioribus loquere, aperta cunctis, operta paucis annuntia. *Profec.*

134. Non erubeſcas loqui quod noſti defendere, quæ aliis deeſſe videris, tace. *De contempt. mundi. verbo Diſce, &c. pag. 18. col. 2.*

135. Quadrimoda eſt ſentiendi ratio. Quâ
- Aut benè ſentiendo, quod benè proferatur.
- Aut nil ſentiendo, nil dicitur.
- Aut parum ſentiendo, loquacitas ſola oſtentatur.
- Aut optimè ſentiendo, non eleganter profertur quod intelligitur. *Libro 2. de ſummo bono, cap. 29. ſentent. 15.*

136. Pulchrè loqui, cymbalo ſimile eſt; at probè agere, Angelis innatum eſt. *Lib. 5. Epiſt. 163. ad Cyrum, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 2. edit. Colon. 1618.* S. ISID. PELUS.

137. Qui rationem divinitatis ignorat, is verè elinguis & mutus eſt, licet ſit omnium diſertiſſimus. *Profec.* LACT. FIRM.

138. Lingua enim cùm verum loqui cœperit, id eſt, virtutem majeſtatemque Dei ſingularis interpretari, tùm demùm officio naturæ ſuæ fungitur.

139. Quamdiù autem falſa loquitur, in ſuo uſu non eſt: & ideò infans ſit neceſſe eſt, qui divina proloqui non poteſt. *Lib. 4. de divin. inſt cap. 26. poſt init. pag. 184.*

140. Prout ſuggerit animus imprudens loquitur. *De diſcipl. Monaſt. converſat. cap. 15. ante med. pag. 110. columna 2. part 1.* S. LAURENT. JUSTIN.

141. Regula benè loquendi eſt, ut priùs diſcat quiſque tacere, quàm loqui. *Profec.*

142. Numquàm ſciet fari quod expedit, qui tacere ignorat. *In faſciculo amoris. cap. 11. poſt init. pag. 249. col. 1. D. part. 1.*

143. Sicut

Petrus Bles. 143. Sicut in ſuavi colloquio. non eſt ſuavitas admittenda: ſic in duro ruſticoque ſermone, non eſt veritas aſpernanda *De Charit. cap. 52. ante medium, apud Bibliothecam Patrum, tom. 12. part. 2. pagina 994. columna 2. littera H. editionis Colonienſis* 1618.

S. Petrus Damianus. 144. Erubeſcat lingua phrenetica, & quæ neſcit eſſe fœcunda, diſcat eſſe vel muta: neſcit utiliter verba depromere, ſciat ſaltem ſine læſione tacere. *Lib. 5. Epiſt. 8. ad Cleric. florent. poſt medium, columna 2. D. tom. 1.*

145. Prudens quæ dicenda ſunt ponderat, & tanquàm cautus viator, ſolerter attendit, ubi linguæ ſuæ veſtigium figat. *Libro 6. Ep. 27. ad Petr. Cerebroſ. Monac. in principio, pagina 99. columna 2. littera A. tomo 1.*

S. Petr. Mauritius Abbas Cluniacens. 146. Oris tui oſtium utilitati aperiatur, nugacitati claudatur: aperiatur ad ædificationem, claudatur ad obloquentium, vel murmurantium detractionem: aperiatur ad exhortationem ſuperuenientium, claudatur ad verboſitatem curioſorum. *Lib. 1. Ep. 20. ad Giſlebert. ante fin. apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag 24. col. 1. C. edit. Colon.* 1618.

147. Tutius eſt dicenda diù deliberare, quàm poſt dicta pœnitere. *Ibidem, libro 2. Epiſt. 34. ad Atonem Trecenſ. Epiſcop. in fine, pagina 72. columna 2. littera F.*

Philo Jud. 148. Gaudet ſermo, & fit alacrior, quando conceptus animi non eſt obſcurus, quo prælucente decurrit expeditè propriis, aptis, egregiè ſignificativis vocabulis affluens. *De migrat. Abraha. ante medium, pag.* 554. *tom.* 1.

149. Libertas loquendi cognata eſt amicitiæ, alioqui cum quo loquemur liberè, ſi cum amico non licet? *Lib Quis rer. divinar. heres ſit. longè poſt init. pag.* 669. *tom* 1.

S. Sidonius Epiſcopus. 150. Maximum pondus in verbis eſt, cùm aut nulla narrantur, aut ſeria. *Libro 1. Epiſt. 2. ad Agricolam, circa medium, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 1. pag* 951. *col. 1. C. editionis Colonienſis* 1618.

Thomas a Kempis. 151. Si loqui licet & expedit, quæ ædificabilia ſunt, loquere. *Lib. 1. de Imit. Chr. cap. 10. in fine, tom. 2.*

152. Nemo ſecurè loquitur, niſi qui libenter tacet. *Ibidem, cap. 20 ſect. 2.*

153. Claude oris oſtium, & pondera verba tua antequàm loquaris *In hortulo Roſarum, cap. 16. ſect. 2. tom 2.*

154. O quàm laudabile & jucundum loquentis verbum, nil mali, nil vani, nil doli, nil falſi habens admixtum. *In valle lilior. cap. 18 ſect. 3. tom 2.*

S. Valerian. Epiſcopus. 155. Nihil eſt ſævius, nihil violentius amaris aſperiſque ſermonibus, quorum vulnera tantò difficiliùs curantur, quantò faciliùs proferuntur. *Homil. 5. de oris inſolentia. paulò ante medium, apud Bibl. Patrum tom. 5. part. 3. pag* 481. *columna 1. littera C. editionis Colon.* 1618.

In Vit. Patr. 156. Sermo ſuperbus & malus, etiam bonos convertit ad malum: ſermo verò humilis & bonus, etiam malos mutat in melius. *Libro 3. num.* 127. *in fine, pag* 519. *col.* 1.

157. Eſto liber in loquendo. non ſervus. *In ſent. in fine poſitis. ſent. 95. pag.* 1000. *columna* 1.

Sententiæ Paganorum.

Chilo Lacedæmon. 158. Si dixeris quæ vis, audies quæ non vis. *In ſent. circa med. ſent.* 1.

Epictetus. 159. Quòd ſi potes, familiarium tuorum ſermones, tuis ſermonibus, eò quò decet, traducito: ſin à peregrinis circumventus fueris, taceto. *In Enchirid. cap. 42. per totum.*

160. Magni periculi eſt. ſtatim emovere, quod non concoxeris. *Ibidem, cap. 68. in principio.*

Pittacus Philoſophus. 161. Loqui ignorabit, qui tacere neſciet. *In dictis ſapient. ex Auſonio dict.* 1,

Plinius II. 162. Nihil audio quod audiſſe, nihil dico quod dixiſſe pœniteat *Lib. 1. Epiſt. 9 ad Minutium fundan. in medio, pag.* 21.

Seneca. 163. Effœminata vox, virum decet. *Ep. 96. poſt med. pagina* 757. *tom.* 2.

164. Omnibus rebus, omnibuſque ſermonibus aliquid ſalutare miſcendum eſt. *Lib. 2. de nat. quaſt. cap. 59, ab init. tom* 1.

165. Sermones utiles magis, quàm facetos. & amabiles ama rectos potiùs quàm obſecundantes. *De quatuor. virt. circa medium, pagina* 674. *edit. Baſileenſ.* 1537.

166. Sis rari ſermonis ipſe, ſed loquentium patiens. *Ibidem, poſt med. pag.* 675.

167. In hoc tantùm incumbe, ut libentiùs audias, quàm loquaris, *De Moribus, in princ. pag. 675. edit. Baſileenſ.* 1537.

168. Imago animi, ſermo eſt. *Ibidem, in medio, pag* 677.

169. Quidquid dicturus es, antequàm alii dixeris, dicito tibi *Ibidem, poſt medium, pag.* 678.

Sixtus Phil. 170. Cùm loqueris Deo, ſcito quòd judiceris à Deo. *Sent. 19 pag. 64. col. 2. littera G. apud Bibl. Patr. tom 3 edit. Colon.* 1618.

171. Delibera antequàm dicas, ne quæ non expedit, dicas. *Ibidem, ſenteat. 144. pag. 65. columna 2. lit. F.*

172. Brevis eſt in ſermonibus ſapiens: indicium imperitiæ longa narratio. *Ibidem, ſent.* 146. *&c*

173. Tùm loquere, quando tacere non expedit. *Ibid. ſent. 151. &c.*

174. Sermo extra tempus, indicium malitioſę mentis eſt. *Ibidem, ſent. 153. pag. 65 columna 2. littera F.*

Zenocrates Philoſ. 175. Ideò natura dedit homini aures duas, os unicum: ut plus audiamus, quàm loquamur. *In ſuis ſentent. ſentent,* 2.

Vide etiam titul. Adulatio. ſent. 96. *Clamor. ſent* 69 *Ebrietas. ſent.* 102. *Exemplum. ſent.* 83. *Gravitas. ſent.* 24. *Familiaritas. ſent.* 24. *lingua per totum. Modeſtia. ſent.* 16. *Mores. ſent.* 32. *Mulier. ſent.* 1. *Oculus. ſent.* 27. *Orator. ſent.* 14. *Reddere rat. ſent.* 17. *Taciturnitas. ſent.* 6. 7. 8. 70. 105. 106. *Verbum per totum. Virginitas. ſent.* 16.

Loquacitas.

Vide Multiloquium.

Lucrum.

DEFINITIO.

Colleuor. LUcrum eſt acquiſitio pecuniæ, vel rei pecuniâ æſtimabilis, aliàs indebitæ.

Sententiæ Patrum.

S. Ambroſius. 1. Nihil tàm contrarium fortitudini, quàm lucro vinci. *Lib. 1. Offic. cap. 39. in principio, columna 27. D. tom.* 1.

2. Pretiorum captare incrementa, non ſimplicitatis, ſed verſutiæ eſt. *Ibidem, lib. 3. cap. 6. in princip. columna 64. D.*

2. Meliora damna, quàm lucra ſunt ſeculi. *Lib. 5. Ep. 24. ad Marcellum. in medio, col. 553. C. tom.* 3.

S. AMBROSIUS. 4. Caduca hæc omnia cum damno ſine lucro: illud ſolum eſt lucrum, ubi fructus perpetuus, ubi æternæ merces quietis. *Lib. 7. Ep. 44. ante fin. columna* 606. *D. tom.* 3.

5. Quæſtus eſt planè non modicus, ubi lucrum non pecuniarum, ſed acquiritur animarum. *Serm. 78. in principio, columna 772. littera A. tom.* 3.

6. Inflammatur lucro avaritia, non reſtinguitur. *De Nabuthe. cap. 2. in principio, columna* 110. *littera A. tom.* 4.

S. ANTONINUS. 7. Avarus quantò magis lucratur, tantò magis deſiderat lucrari. *Parte 2. tit. 1. cap. 2. §. 2. circa initium.*

8. Rapit animam inſatiabilis amor, & ſpes lucrorum. *Parte 3. tit. 16. cap. 10. § 4. ſub finem, fol. 256 columna 4.*

S. AUGUSTIN. 9. Lucrum luteum, cùm apprehenditur, manum inquinat. *Libro 5. Confeſſion. cap. 22. in medio, tomo* 1.

10. Lucrum auri vides, damnum fidei non vides. *Tractatu 2. ſuper Epiſt. Joannis, longè ante finem, tom.* 9.

11. In rebus utilibus non vocatur damnum, quod propter majus lucrum amittitur, *De Mendacio, cap.* 18. *in fine, pag* 18. *D tom* 4.

12. Omnes artifices mali, Deum non timentes, pro lucro vel pro timore damni, aut egeſtatis, mentiuntur & perjurant. *Super Pſalm. 70. in Enarrat. primæ partis, poſt medium, verſ. 17. pagina* 324. *littera C. tom.* 8.

13. Tu deſiderio tuo facis locum diabolo. Ecce enim diabolus promittit lucrum, & invitavit ad fraudem: lucrum habere non potes, niſi fraudem feceris; ſed lucrum eſca eſt, fraus laqueus. Sic attende eſcam ut videas & laqueum; quia lucrum non potes adipiſci, niſi fraudem feceris, fraudem autem ſi feceris, capieris. *Sup. Pſalm. 139. in medio, verſ. 9. pagina* 1107. *B. tom.* 8.

14. Nemo habet injuſtum lucrum, ſine juſto damno: qui furatur, verbi gratia, acquiret veſtem, ſed cœleſti judicio perdet fidem. Ubi lucrum, ibi damnum; viſibiliter lucrum, inviſibiliter damnum. *Ser. 2. in Sabb. poſt 3. Dom. Quadrag. & in ord. 95. poſt med. pag.* 566. *C tom.* 10.

15. Non decet Chriſtianum ſeculi lucris inhiare, cui promiſſum eſt regnum cœleſte. *Serm. 2. Dom. 24. poſt Trinit. & in ord. 248. circa medium, pag.* 815. *littera B. tom.* 10.

16. Amanda ſunt honeſta lucra, ſed horreantur damnoſa compendia. *Ser. 31. ad fratr. in Eremo. ante finem, pag.* 957. *A. tom.* 10.

V. BEDA. 17. Lucrum turpe ut diſpendium fugito. *In ſuis Prov. verbo Lucrum. pag.* 192. *tom.* 2.

18. Lucrum ſine damno ulterius non poteſt eſſe. *Ibidem.*

S. BERNARD. 19. Non valet purè Dei, vel proximi quærere lucra, qui propria non contempſerit. *Epiſt. 42. ad Henricum Senonenſ. Archiep. ante medium, fol.* 216. *col.* 1. *littera A.*

S. BONAVENT. 20. Mirum eſt quòd non timent homines, quòd poſt bucellam, quam de injuſto acquirunt lucro, intret in eos Sathanas. *Serm. 1. Dom. 3. Quadrag. in princ. pag.* 72. *col.* 1. *tom.* 3.

S. CYPRIANUS. 21. Uſque ad mortem Domini amor lucri ſe ingerit: nec vitæ Salvatoris quæſtus deſiderium parcit. *De jejun. & tent. Chriſti. cap. 6. circa medium, pag.* 465. *col.* 2. *tom.* 3.

GILLEBERTUS ANGLUS. 22. Suſpecta ſunt lucra, quorum incertus eſt proventus, vicinum propriæ periculum ſalutis, certum internæ ſuavitatis damnum. *Serm. 29. ſup. Cant. ante finem. apud D. Bernard. volum.* 2.

S. GREGORIUS MAGNUS. 23. Quaſi eſca in laqueo eſt, lucrum cum culpa: & dùm à concupiſcente lucrum appetitur, quaſi pedem mentis apprehendit decipula, quæ non videtur. *Libro 14. Moral. cap. 7. poſt init. num. 6. col.* 456. *lit. B. tom.* 1.

24. Qui ſemper ad lucra inhiat, ſemper damna formidat. *Ibid. lib. 10. cap. 12. poſt med. ſup. illud, Job.* 11. *Requieſcet, & non erit, &c. col.* 363. *D.* S. GREG. MAG.

25. Mundi lucrum quæritur ſub ejus honoris ſpecie, quo mundi deſtrui lucra deberent. *Part. 1. Paſtor. cap.* 8. *in fine col.* 1233. *B. tom.* 1.

26. Damna parva quandoque cauſa magni lucri fiunt. *Lib. 3. dialogi. cap. 14 in fine, verbo Magna. col.* 1363. *D. tom.* 1.

27. Boni ſunt, qui ſic lucra aliorum expetunt, ut ſui nulla damna patiantur. *Lib. 4. in 1. Reg. cap. 4. ſup. illud, Et erat ei filius, &c.*

28. Solerter intuendum eſt, quòd cuncta lucra hic reliquuntur, & ſolæ diſpendioſorum lucrorum cauſæ poſt mortem ad judicium deportantur. *Lib. 1. in Regiſt. indict. 9. cap. 2. Ep. 2. ad Iuſtin Prætorem Siciliæ. in medio col.* 640. *A. tomo* 2.

29. Providum ſalubreque eſt aliquid compendii procurare, undè nulla ſpes lucri, ſed damni magis formido eſt. *Ibid. lib. 11. indict. 6. cap. 58. Ep. 58. ad Ioan. Epiſc. Panormitan. in fine. col.* 1159. *C.*

30. Ne lucra ſeculi in Chriſti militia quæras. *Tom. 1. Ep. 2. ad Nepotian. ante med. pag.* 13. *A.* S. HIERONYMUS

31. Ubicunque compendium eſt, velocior pes, citus ſermo, auris attentior: ſi damnum (ut ſæpè accidere ſolet) fuerit nuntiatum, vultus mœrore deprimitur. *Tom. 1. Ep. 18. ad Marcellam. ab initio pagina* 129. *littera B.*

32. Quidquid in ſumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. *Tom. 3. Ep. 1. ad Paulin. in fine pagina* 10. *littera C.*

33. Optandum eſt etiam quamvis ſit amarum, quod lucrum parit, & cum lætitia majore ſumendum, quidquid ampliorem generat mercedem. *Tom. 4. Ep. 5. ad Virginem in exilium miſſam. circa med.*

34. Pericula maris, ſpes lucri delectat. *Sup. Marc. cap. 1. Can. 6. num. 9. ſup. illud, Pœnitemini, &c. pag.* 90. *A. tom.* 9.

35. Ibi promittitur lucrum, ubi ſæpè datur ſepulchrum. *Lib. 1. de clauſtro anim. cap. 5. ante med. pag.* 33. F. *tom.* 2. HUGO A S. VICTORE.

36. Nihil iniquius eſt quàm commodum temporale lucro animarum præferre, cùm Chriſtus pro lucro animarum ſeipſum dederit. *Sup. Prov. cap. 13. fol.* 28. *col.* 1. *tom.* 3. HUGO CARD.

37. Turpe lucrum eſt ditari de peccatis diſtillantis, vel per burſam vindicantis, vel per ſilentium veritatis *Sup. 1. Cor. cap. 9. fol. 96. col.* 1. *tom.* 7.

38. Turpe lucrum eſt, emere & pluris vendere: turpe eſt enim huic profeſſioni quæſtibus ſtudere. *Sup. 1. Tim. 3. fol.* 213. *col.* 3. *tom.* 7.

39. Juſtum eſt, ut qui eſt particeps in negotiatione, particeps ſit in lucro. *Sup. Apocal. cap. 1. fol.* 367 *col.* 3. *tom.* 7.

40. Qui injuſtè lucrum quærit, animæ detrimentum reperit: & ſic deperit, quidquid agitur. *Lib. 1. Contemplat. de amore Dei. cap. 33. in medio, apud Biblioth. Patrum tom. 10. pag. 10. col. 1. A. edit. Colonienſis.* 1618. IDIOTA.

41. Ubi laboris plus eſt, ibi & plus emolumenti. *Ep. 11. ad Polycarp. Epiſc. Smyrn. ab initio apud Bibl. Patrum. tom. 1. pag. 86. col. 1. B. editionis Colonienſis* 1618. S. IGNATIUS MART.

42. Ubi ſpirituale affulſerit lucrum, tempeſtiva violentia atque coactio laudabilis eſt. *Hom. 43. ſup. Gen. ante med. col.* 357. *A. tom.* 1. S. JOANNES CHRYSOST.

43. Multi lucra magna lucrifaciunt, ut habeant quod dent pauperibus: injuſta lucra & hæc cogitatio moleſta. *Hom. 37. ſup. Acta Apoſt. in fine moralis, col.* 691. *A. tom.* 3.

44. Licet pauca injuſtè lucratus ſis, ex his tamen

univerſum

univerſam ſubſtantiam tuam corrumpis : idcircò pauca malè parta, multa benè comparata perdunt. *Hom. 15. ſuper 1. Cor. in principio, Moralis, columna* 438. *D. tom.* 4.

S. JOANNES CHRYSOST. 45. Qui locrum animæ magnum eſſe exiſtimat, damnum rei modicum putat: nam qui damnum rei magnum exiſtimat, lucrum animæ minimum putat. *Homil.* 12. *ſuper Matth. oper. imperf poſt med. columna* 822. *lit. A. tom.* 2.

S. ISID. HISP. 46. Sciant ſeculi lucra ſectantes, quantum ſint vana vel adverſa quæ diligunt : quæ etiam nec in hoc ſeculo ſine contritione gravi conquirunt, & pro quibus in futuro ſupplicio pœnas dabunt. *Lib.* 3. *de ſummo bono. cap.* 59. *ſent.* 3. *pag.* 690. *col.* 1.

47. Lucrum teotatio eſt mundi, tantoque majora ſupplicia io futurum dabunt, quantò & ipſa lucra majora ſunt. *Ibidem, cap.* 60. *ſentent.* 2. *pagina* 690. *columna* 2.

LACT. FIRM. 48. Stultus eſt, qui alteri fecerit lucrum, ſibi damnum. *In Epitome, cap. Nam. poſt initium, pag.* 396.

49. A quibus abeſt ſtudium lucri, abeſt etiam voluntas peccandi & cauſa fallendi. *Lib.* 1. *de divin. inſt. cap.* 4. *in fine. pag.* 8.

50. Lucro oumqoàm ſapiens ſtudet, qoia bona hæc terrena contemnit. *Ibidem, lib.* 5. *cap.* 18. *in fine, pagina* 225.

S. LEO I. 51. Cupiditas injuſti lucri, non injuſti cauſa eſt damni. *Ser.* 6. *de jejun. decimi menſis. poſt med.*

52. Anima lucri cupida, etiam pro exiguo perire non metuit. *Ser.* 9 *de Paſſione, poſt med.*

S. PETR. DAM. 53. Abſit, ut quod alieni juris eſt, in tua locra proficiat. *Lib.* 4. *Epiſt.* 1. *ad Albert. Epiſc. circa medium, pag.* 44. *columna* 2. *B. tom.* 1.

S. VALER. EP. 54. Stultitiæ genus eſt, aliis feciſſe lucrum, & ſibi paraſſe ſupplicium. *Homil.* 20. *de Avarit. prope medium, apud Bibliothecam Patrum, tom.* 5. *part.* 3. *editionis Colonienſis* 1618.

55. Si ooo requiras lucrum, nullum patieris in tempeſtate naufragium. *Ibidem, ſub finem, pag.* 499. *col.* 2. *littera E.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTEL. 56. Indigentiæ auxilium, lucrum eſt. *Lib.* 8. *Ethic. ad Nicomach. cap.* 14. *in medio, tom.* 2.

57. Lucri cupidus uudequaqoe quæſtum aucupatur. *Libro* 2. *Ethic. ad Eudemium, ante med. tom.* 2.

MIMUS PUBL. 58. Damnum appellandum eſt, cum malâ famâ lucrum. *In ſuis ſent. ſent.* 99.

59. Lucrum ſine damno alterius, fieri non poteſt. *Ibidem, ſent.* 215.

60. Lucrum turpe, res peſſima. *In dictis ſapient. ex Græcis. dict.* 5.

SENECA. 61. Lucrum non eſt appoſitum ſceleri, ſed immixtum. *Ep.* 87. *poſt medium, pagina* 734. *tom.* 2.

Luctus.

DEFINITIO.

S. GREG. NYS. LUCTUS eſt triſtis animi habitus, & affectus, qui exiſtit propter privationem rei alicujus, quæ placet. *Orat.* 3. *de Beatitud. ante med. col.* 523. *B.*

CICERO. Luctus eſt ægritudo animi ex ejos, qui charus fuerit, interitu acerbo, *Lib.* 4. *Tuſc. quæſt. ante med. col.* 231. *D. num.* 18.

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ALBERTUS MAGNUS. 1. Si non luges, propter hoc luge: ſi verò luges, propter hoc magis luge. *De adhærendo Deo, cap.* 15. *poſt medium.*

S. AMBROSIUS. 2. Qui luget, humiliatur. *Lib.* 5. *ſup. Luc. cap.* 6. *in illud, Beati qui nunc fletis, &c. columna* 1687. *littera B. tom.* 5.

S. AUGUSTIN. 3. Luctus eſt, ſi qois amicorum moriatur, & tenebræ dolorum : & verſa dulcedine in amaritudinem cor madidum, & ex amiſſa vita morientium, mors viventium. *Lib.* 4. *Confeſſ. cap.* 9. *in princ. pagina* 68. *littera C. tom.* 1.

4. Cooſideremus quantùm nobis in hoc exilio lugendum ſit. *De ſpiritu & anima. cap.* 49. *ſub finem, pagina* 632. *C. tom.* 3.

5. Quantò magis homo ſua mala intelligit, tantò ampliùs ſuſpirat & gemit. *Ibidem, in fine, pagina* 632. *littera C.*

6. Parvulis eſt ludere, perfectis autem viris lugere. *De ſalutar. docum. cap* 43. *in principio, pag.* 761. *littera B. tom.* 4.

7. Præſens luctus lætitiam generat ſempiternam. *Ibidem.*

8. Sunt ne, Chriſtiane, in te viſcera pietatis, qui plangis corpus, à quo receſſit anima; & non plangis animam, à qoa receſſit Deus? *Apud Div. Antonin. part.* 4. *tit.* 7. *cap.* 6. §. 3. *prope medium, fol.* 118. *columna* 4.

9. Luctus in humano corde, quaſi vulnoa aut ulcus, cui ſanando adhibentur officioſæ conſolatiooes. *Libro* 19. *de Civitate Dei. cap.* 8. *poſt medium, tomo* 5.

S. BERNARD. 10. Loctus humano penſetur affectu, non uſo. *Sermone* 26. *ſup. Cant. poſt medium, fol.* 155. *columna* 2. *littera D.*

11. Videmus mortuos qootidie plangere mortuos ſuos, fletum multum & fructum nullum; non culpamus affectum, niſi cùm excedit modum, ſed cauſam. Ille nimirum naturæ eſt, & ejus turbatio pœna peccati : hæc verò vanitas eſt, & peccatum. *Ibidem, &c.*

12. Qui non vetera plangit, nec plangit admiſſa peccata, nec plangit tempus amiſſum, Deo minimè placet. *Profec.*

13. Si non plangis, planè non ſentis animæ vulnera, & cooſcientiæ læſionem. *Serm.* 2. *de Septuag. poſt med. fol.* 16. *col.* 3. *G.*

14. Mens caſta plus gaudet in loctu, quàm in riſu. *Serm.* 65. *ad Sororem a medio, fol.* 97. *columna* 3. *littera I.*

15. Pro fidelibus defunctis oon debemos plorare, ſed Deo gratias agere : quia eos de miſeria hujus ſeculi dignatus eſt liberare. *Ibidem, ſermone* 70. *prope medium.*

16. Defunctos fideles lugere non debemos, quos ad requiem migraſſe non dubitamus. *Profecutio.*

17. Illi homines ſunt io morte plorandi, quos dæmones cum ignorantia rapiunt : noo illi quos Angeli cum honore ſuſcipiunt.

18. Illi ſunt lugendi, quos dæmones pertrahuot ad pœnas inferni : ooo autem illi, quos Angeli perducunt ad gaudia paradiſi.

19. Illi ſunt plorandi, qui poſt mortem à dæmonibus ſepeliuntur in inferno: non illi, qui ab Angelis collocantur in cœlo.

20. Illi ſunt plorandi, qui malè moriuntur : non illi, qui benè finiuntur.

21. Illi ſunt flendi, qui malâ morte præoccupantur: & non illi, qui pretioſa morte honorantur. *Ibidem, à medio.*

22. Quando mortuos, qui benè moriuntur, lugeo, mihi noceo, & illis non proficio : quando mortuos ploro, & illis non prodeſt, & mihi obeſt. *Ibidem, in fine.*

S. BONAVENT. 23. Quantò aliquis plus luget, tantò videt ampliùs eſſe lugendum. *Sup. Lament. Hierem. cap.* 1. *poſt med. pag.* 419. *col.* 1. *C. tom.* 1.

S. BONAVENT. 24. Viri Sancti in tribulatione, vel contritione vehementi non ſolent parcere oculis, aut pectori. *Ibidem, capite 2. circa medium, pagina 429. columna 2. littera A.*

25. Culpabiliter ſe durum oſtendit, qui damna temporalium, vel mortem amici defiet, & non dolorem peccati. *Ser.1.Dom.9. poſt Pent. ante medium, pag. 165. col.2. tom.3.*

S. CÆSARIUS ARELAT. 26. Carnem quam non poſſumus ſuſcitare plangimus, & mortuam animam non plangimus. *Proſecutio.*

27. Corpus mortuum plangimus, quod amamus: animam verò mortuam, quam non amamus, nec dolemus, nec plangimus. *Homil. 8. poſt med. apud Bibl Patrum, tom.5. part.3. pag. 753. columna 2. littera F. editionis Colon. 1618.*

CASSIODORUS. 28. Ille quærendus eſt gemitus Chriſtianis, qui cordis compunctione peragitur, cùm & malorum noſtrorum reminiſcimur, & futuræ pœnæ conſideratione terremur. *Super Pſal.6.circa med. verſ.6. Laboravi in gemitu meo. fol. 11. columna 2.*

GLOSS. ORD. 29. Cavendum eſt ne tempore luctus increpatio fiat, quia etſi quidam debent increpari, non tamen in luctu: ne qui lenire debet, dolorem augeat. *Sup. Iob, cap. 16. in princ. columna 183. B. tom. 3.*

30. Plangendum eſt nunc, ut in futuro ſaltemus. *Super Eccleſiaſten, cap. 3. in illud, Tempus plangendi. col. 1766. D. tom.3.*

GLOSS. INT. 31. Ex ipſo luctu pœnitentium oriuntur virtutes Sanctorum: ut tantò magis in bono proficiant, quantò ſe nequiùs egiſſe meminetiut. *Sup. Ezech. cap.3 columna 1102. D. tom.4.*

GRATIANUS. 32. Lugere & triſtari tàm pro noſtra, quàm pro aliorum morte non oportet. *In decret. part.2. cauſa 13. quæſt. 2. can. Quia. §. Lugere.*

S. GREG. MAG. 33. Quiſque perpendere ſolicitè ſciat, ne luctus tempore verba increpationis inferat. *Lib. 13. Moral. cap. 2. poſt med. num.2. col 431. B. tom.1.*

34. Qui neſcit lugere quod gravat, non valet proferre quod ſublevat. *Ibidem, lib. 31. cap. 18. ſub fin. num. 33. col. 1085. A.*

35. Luctu ſuo anima paſcitur, cùm ad ſuperna gaudia flendo ſublevatur. *Ibidem, libro 5. cap. 7. ſup illud Pſ. 41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes, &c. col.137 C. tom. 1.*

36. Perditi nimis lugendi non ſunt. *Libro 6. in 1. Regum, cap. 3. in principio, columna 1605. littera B. tom. 2.*

37 Grave nimis eſt, de alieno velle facere luctu compendium. *Lib. 7. in regiſtro indict. 2. cap. 55. Ep. 55. ad Januarium Epiſcop. Sardiniæ. prope init. col. 956. C. tom. 2.*

38. Continuo luctu, dolor maculas carnis diluit. *In ſept. Pſ. Pœnit. ſup. Pſ 1. verſ. 6. in fine, col. 540. B. tom. 2.*

39. Quieſce dolere, deſine triſtis eſſe: nam indecens eſt, de illis tædio afflictionis addici, quos credendum eſt ad veram vitam moriendo perveniſſe. *Lib 7. in regiſtro ind 2. cap. 111. Ep. 111. ad Aregium Epiſcop in princ. col. 987. C.*

S. HIERON. 40. Judæorum luctus, Chriſtianorum gaudium eſt *Tom. 1. Ep. 3. ad Heliodor. ante medium, pagina 22. littera D.*

41. Luges mortuum, ſed quem gehenna ſuſcipit, quem tartarus devorat, in cujus pœnam æternus ignis æſtuat: cibum tibi denegas, non jejuniorum ſtudio, ſed doloris. *Tom. 1. Epiſt. 25. ad Paulam. prope med. pag. 159. littera A.*

42. Non licet luctu commoveri animum Chriſtianum, ne contra Chriſti imperia reluctetur: non te deſeruit, ſed præceſſit. *Tom 4. Ep. 52. ad Tyraſium. in fine, pag. 313 littera B.*

43. Vir ſapiens quando filium ſuum bonæ indolis amittit, non doleat, quòd talem perdiderit; ſed gaudeat, quòd talem habuerit. *Et habetur apud Bedam, tom. 7. in ſuis ſcintillis, cap. 56. col. 437.*

HUGO A S. VICTORE. 44. Heu! quàm multi lugent damna corporalia, qui lugere contemnunt damna ſpiritualia. *Proſecutio.*

45. O vita mortua! de iſtis quæ non ſunt lugenda, vel parùm lugenda, homines graviter lugent; & graviter lugenda non lugent, etiam de ipſis rident.

46. Lugeat corruptus amiſſionem virginalis integritatis.

47. Lugeat malitioſus amiſſionem pietatis.

48. Lugeat ſuperbus amiſſionem humilitatis.

49. Lugeat iracundus amiſſionem internæ tranquillitatis.

50. Lugeat avarus amiſſionem largitatis.

51. Lugeat ebrioſus amiſſionem ſobrietatis.

52. Lugeat accedioſus amiſſionem ſpiritualis exercitationis.

53. Lugeat invidus amiſſionem charitatis. *De Allegor. ſuper Matth. libro 2. cap. 1. ante medium, in illud, Beati qui lugent, &c. pagina 210. littera A. tom. 1.*

54. Qui neſcit lugere quod gravat, non valet proferre quod ſublevat. *Ser. 53. de diverſ. poſt medium, pag. 368. H. tom. 1.*

HUGO CARD. 55. Beati, qui propria peccata lugent, quia accepta remiſſione conſolantur: ſed beatiores, qui & aliena deflent. *Super 1. Eſdræ, cap. 10. fol. 351. col. 1. tom. 1.*

56. Melius eſt lugere humiliter mala ſua, vel aliena, quàm temerè gaudere de bonis propriis. *Super Eccleſiaſten, cap. 7. fol. 88. columna 4. tom. 3.*

S. INNOC. III. 57. Sciat ſe culpabiliter durum, & durè culpabilem, qui corporalem amici ſui mortem deplorat, & ſpiritualem animæ ſuæ mortem non deflet. *Libro 1. de Contemptu mundi. capite 24. in calce, pagina 50.*

S. JOANNES CHRYSOSTOM. 58. Animi vitia, corporis mœrore ſunt demonſtranda: ſi vexatus eſt animus, lugeat corpus; quoniam quoties corpus in cauſa eſt, animus mœſtitia condoleſcit. *Homil. 2. de lapſu primi hominis. poſt medium, col. 544. A. tom. 1.*

59. Circa defunctos ne temerè lugeamus: ſed quid? lugeamus peccatores, non tantùm defunctos, verùm & viventes. *Proſecutio.*

60. De juſtis autem non lugeamus, ſed gaudeamus, non modò ſuperſtitibus, verùm & mortuis. Nam illi quidem & viventes mortui ſunt: hi verò mortui quoque vivunt.

61. Ne mortuos itaque temerè defleamus, ſed in peccatis mortuos: hi namque luctu ſunt digni, hi planctibus & lachrymis.

62. Quomodo non ſunt lachrymis digni? ita migrantes lugeamus, non prohibeo. Lugeamus, ſed non indecenter, non comas vellentes, non detegentes brachia, oculos non diſſipantes, non pullis nitentes veſtibus: ſed tantùm in animo ſilenter amaras fundentes lachrymas. *Hom. 69. ad populum Antioch. ab init. col. 438. B. tom. 5.*

63. Non ita cor continens efficit, ſicut ſecundùm Deum luctus. *Ibidem, Homil. 79 longe ante med. col. 469. littera A.*

64. Lugendum eſt & flendum, & per totam vitam plangendum: ut ſic occupata in luctu & lachrymis anima erubeſcat aliquando peccare. *Lib. 1. de Compunct. cordis. longè ante fin. col. 582 A. tom 5.*

65. Quod charum eſt, in luctu contrariam formam accipit. *Hom. 3 de patient. Iob, longè ante fin. col. 671. B. tom. 1.*

66. Plangendum eſt in hac vitâ caducâ, ruinis plenâ, caſibus obvolutâ. *Hom. de Iepthe. circa med. col. 571. C. tom. 1.*

S. IOANNES CHRYSOSTOM. 67. Peccata nemo luget, nemo animæ ſuæ curat perditionem : quod lugere non debemus, id lugemus. *Proſecutio.*

68. De morte hominis eſſe lugendum, non ego prohibeo : minimè lugere, ſed imprudenter lugere veto: luge, ſed prudenter. *Hom 61. ſup. Ioan. ante fin. col. 298. D. tom. 3.*

69. Mœrere, naturæ eſt : ultra modum hoc facere, amentiæ eſt, delirationis eſt, effœminati animi eſt. *Proſec.*

70. Luge, lachryma ; ſed ne indigneris, ne moleſtè feras, gratias age Deo accipienti, ut eaomes abeuntem è vita hominem, & honeſta illi hæc tribuito parentalia. *Homil. 2 in dictum Apoſt. De dormientibus nolo vos, &c. ante med. col. 1151. D. tom. 3.*

71. Si corpus jaceat mortuum, omnes rogas ut congregentur : & ſine compaſſione requiris qui fortè non luxerint : anima verò perit, & dicis, Non lugeas. *Hom. 23. ſuper Ep. ad Hebr. in morali, ante fin. col. 1806. C. tom. 4.*

72. Lugere & deplorare & lamentari eos, qui de hac vita diſcedunt, ex puſillanimitate contingit. *Ibidem, Hom. 26. circa med. columna 1820. C.*

IOAN TRITH. 73. Semper juſtus in hac vita habet undè lugeat, qui duram in carne ſervitutem portat : ſi non habet propria peccata, lugeat aliena. *Libro 3. de vir. illuſtr. ordinis S. Benedict. cap. 339. in fine, pagina 116. columna 2.*

S. ISIDORUS HISPAL. 74. Etſi pietas pro defunctis fidelibus flere jubeat, fides tamen pro eis lugere vetat. *Profec.*

75. Illi enim deplorandi ſunt in morte, quos miſeros infernus ex hac vita recepit, non quos cœleſtis aula Chriſti lætificandos claudit. *Lib. 3 de ſummo bono, cap. 62. ſent 13. pag. 692. col. 2.*

S. NILUS. 76. Propter mortuum ne lugeas, communis enim via eſt, beatus verò qui præceſſit *Paraneſ. 191. apud Bibliothecam Patrum, tom. 5 part. 2.*

PETR. BLES. 77. Humanum quidem eſt, flere ; ſed continuare fletus, penitùs inhumanum. *Epiſt. 175. ad quendam, ante medium, apud Bibl Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 836. col. 1. E. editionis Colon. 1618.*

TERTULLIAN. 78. Profectio eſt, quam putas mortem; non eſt lugendus, qui antecedit, ſed planè deſiderandus Cur enim immoderatè fers abiiſſe, quem mox ſubſequeris ? *De patient. cap. 9. in medio, pagina 237. littera A. tomo 2.*

IN VIT. PATR. 79 Qui vult liberari à peccatis, planctu liberatur ab eis : & qui vult in ſe ædificare virtutes, planctu ædificet. Plangite igitur, altera enim via non eſt ad vitam, niſi ipſa. *In ſentent. in fine poſitis. ſent. 33. pagina 998 columna 5.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

ARISTOTELES. 80. Et in luctu, & in fletu ineſt quædam voluptas : mœror enim in eo eſt, quòd non adeſt: voluptas autem, quòd recordentur amici, illum quodammodo vident. *Lib. 1. Rhetor. cap. 11. ante medium, tom 2.*

PLATO. 81. Omnes illos clarorum virorum mortuorum ploratus, mulieribus relinquamus, & ignavis hominibus, qui ſunt etiam mulieribus deteriores. *Tom. 2. ſizygia 4. lib. 3. de Repubі. poſt init. pag. 387. D.*

SENECA. 82. In tuis malis id agere te oportet, ut dolori tantùm des, quantùm poſcit ratio, non quantùm conſuetudo. *De tranquillit. animi. cap. 15. poſt initium, pagina 539. tom. 1.*

83. Quid fratris mei defuncti deſiderio maceror? qui aut beatus, aut nullus eſt ? beatum deflere, invidia eſt : nullum dementia. *De conſolat. ad Polybium. cap. 27. in calce, pag. 586 tom. 1.*

84. Nulla domus in toto orbe terrarum, aut eſt, aut fuit, ſine aliqua comploratione. *Ibidem, cap. 33. circa med. pag. 591. tom. 1.*

SENECA. 85. Turpiſſimum eſt in homine prudente remedium mœroris, laſſitudo mœrendi. *Proſecutio.*

86. Annum fœminis ad lugendum conſtituère majores, non ut tàm diù lugerent, ſed ne diutiùs: viris verò nullum legitimum tempus eſt, quia nullum boneſtum. *Ep. 63. poſt med. pag. 637. tom. 2.*

87. Nulla res citiùs in odium venit, quàm dolor, qui recens conſolatorem invenit : inveteratus verò deridetur; aut enim ſimulatus, aut ſtultus eſt. *Ibidem, ante fin. pag. 637. tom 2.*

88. Non affligitur ſapiens liberorum amiſſione, non amicorum: eodem enim animo fert illorum mortem, quo ſuam expectat : non magis illam dolet, quàm hanc timet. *Ep. 74. poſt med. pag. 678. tom. 2.*

89. Quem putas periiſſe, præmiſſus eſt : quid autem dementiùs quàm (cùm idem tibi iter emetiendum ſit) lugere eum, qui anteceſſit ? *Epiſt. 99. ante med. pagina 814. tom. 2.*

Vide etiam tit. Dolor. ſent. 55. 87. Mors in genere. ſent. 241. Pſalmus. ſent. 103. 104. Reſurrectio à peccato. ſent. 26. 27. Viduitas ſent. 8.

Ludus.

DEFINITIO, PRODUCTIO.

DEFINITIO.

ARISTOTELES. LUDUS eſt remiſſio animorum, atque requies. *Libro 7. de Moribus, cap. 7. poſt med. fol. 78. pag. 1.*

PRODUCTIO.

S. ANTONINUS. Quot in taxillis ſunt puncta, tot ſcelera ex ludo procedunt, unum gravius altero : & ideò non mirum ſi luſores vituperantur à Deo, & à toto mundo. *Proſecutio.*

Nam primum peccatum, quaſi primum punctum, ſine quo numquàm reperitur ludus, eſt amiſſio temporis, & non ſolùm amittunt ipſi ludentes tempus, ſed & alios amittere faciunt, qui talia ſcilicet reſpiciunt.

Secundum vitium procedens ex ludo, eſt blaſphemia : nam in nullo exercitio ita frequenter blaſphematur Deus, & tota curia cœleſtis, ſicut in ludo taxillorum.

Tertium eſt contumelia, nam contumelias ſibi invicem ludentes dicunt.

Quartum eſt diſſipatio ſubſtantiæ temporalis, undè multi magnas divitias per ludum citò conſumunt, & ad magnam miſeriam deveniunt.

Quintum eſt Eccleſiæ contemptus, ſeu inobedientia: nam Eccleſia prohibet ludum alearum, non ſolùm clericis, ſed etiam laicis.

Sextum eſt furtum : nam qui ſunt dediti ludo, cùm non habent ad ludendum, furantur.

Septimum eſt gula criminalis : qui enim vincunt, ſicut malè acquiſierunt pecuniam, ita malè expendunt, ſive in tabernis, ſive in conviviis.

Octavum eſt homicidium : nam luſores aliquando de verbis veniunt ad verbera, de verberibus ad vulnera, de vulneribus ad homicidia.

Nonum eſt invidentia fraternalis : nam qui perdit, cùm videt burſam ſuam vacuam, & ejus qui ſibi vicit, plenam, & aliorum etiam ludentium, invidet & dolet, quòd non habeat ut ludere poſſit.

Decimum eſt cariſtia rerum, quæ ſequitur in domo ſua : nam modò deficit panis, modò vinum, modò lectus, modò veſtimentum uxoris, quæ pignorat, ut ludat.

Undecimum eſt laudatio mala : nam qui vicit, lau-

dat ſe de malo, & aliquando de eo quod decipit ſocium: laudatur etiam à mundanis quaſi ſtrenuus luſor, & hæc laus eſt diabolica.

S. ANTONIN. Duodecimum eſt mendacium: quot mendacia dicuntur ibi à ludentibus, & ab aſpicientibus? & omnes qui dicunt mendacium, filii ſunt diaboli.

Tertium decimum eſt neglectus: nam luſores propter hoc ut habeant magis temporis ad ludendum, negligunt divina, & miſſas, & veſperas, & orationes, & prædicationes: niſi fortè orent, ut Deus faciat eos vincere. ſed neſcit divina juſtitia patrocinium dare facinori, ſeu criminibus.

Quartum decimum eſt odium: nam oderunt eos, qui eos vincunt, aliquando oderunt ſeipſos, ſe verberantes, oderunt, quod pejus eſt, & Deum, qui non facit eos vincere.

Quintum decimum eſt participatio ſceleris: nam qui dant eis pecunias ad ludendum, vel mutuant, utique mortaliter peccant.

Sextum decimum eſt quæſtio litigioſa, ſeu contentioſa, & ex his inſurgunt contumeliæ, & verba inordinata.

Decimum ſeptimum eſt rapina; aliquando enim quaſi violenter trahit unus alium ad ludum, vel volentem recedere invitum tenet: vel falſos taxillos ſubmittit, & tunc eſt tanquàm rapina, & reſtituere tenetur.

Decimum octavum eſt ſcandalum: cùm enim quis videt alium ludentem, ubi nihil cogitabat de ludo, inclinatur ad ſimile, & ſic ſcandalizat alios ſuo exemplo ludendo.

Decimum nonum eſt triſtitia, quæ in eo in tanta eſt, qui perdit, quòd nil boni libet ei agere, quin imò aliqui intrant in deſperationem, & ſeipſos occidunt.

Vigeſimum eſt uſura maxima: ſi enim quis pro centum quæ exponit mutuo, recipiendo decem, vel quinque dicitur uſurarius. Quid dicendum eſt de eo, qui ponit ſe ad ludum cum decem florenis, & in eadem die lucrabitur per ludum centum florenos? certè videtur maxima uſura.

Vigeſimum primum eſt chriſtianitatis vituperatio, quia vituperatur ſervitium, quo ſervimus Chriſto, & per ludum ſervitur diabolo. *Part. 2. tit. 1. de vitiis. cap. 23. §. 6. poſt initium, & per totum. folio 90. & 91.*

S. CYPRIANUS. Ludorum omnium mater idololatria eſt. *De ſpectaculis. cap. 4. in princ. tom. 3.*

PETRUS BLES. Alea perjurii, furti, ſacrilegii mater eſt. *Ep. 74. ad quendam Archidiac. in medio, apud Bibl. Patr. tom. 12. part. 2. pag. 760. col. 1. A. editionis Colon. 1618.*

SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANTONIN. 1. Cùm alea, taxillis luditur, ab hac fraus, & mendacium, & perjurium nunquàm abeſt; poſtremò & damna rerum. *Part. 1. tit. 1. cap. 3. §. 3. non procul a medio, fol. 12. col. 3.*

2. Poteſt dici ludus aleæ omnis ludus, qui innititur fortunæ, etiamſi fiat ibi aliquid de induſtria: ſicut ludus taxillorum, chartarum, & alia hujuſmodi. *Part. 2. tit. 1. cap. 23. §. 6. poſt initium, fol. 90. col. 2.*

3. Non debet dici Chriſtianus, qui deditus eſt ludo, cùm vituperet nomen Chriſti. *Part. 2. tit. 1. cap. 23. fol. 91. col. 1.*

S. AUGUSTIN. 4. Facilis eſt ad luſum pueritia. *De 83. quæſt. quæſt. 61. poſt med. pag. 401. B. tom. 4.*

5. In ludo fraudulentas victorias, ipſe vanæ excellentiæ cupiditate victus, ſæpè aucupabar. *Lib. 1. Confeſſ. capite 19. in medio, tom. 1.*

6. O nimis inimica amicitia, ſeductio mentis, inveſtigabilis ex ludo nocendi aviditas, & alieni damni appetitus. *Ibidem, lib. 2. cap. 9. circa fin.*

7. Nullomodo ſunt oneroſi labores amantium, ſed etiam ipſi delectant; ſicut ludo aliquo ſeſe oblectantium: quàm pudendum & dolendum eſt, ſi delectat labor ut pila jaciatur, & non delectat ut Deus acquiratur. *De bono vidult. cap. 21. in fine, pagina 735. B. tom. 4.*

S. AUGUST. 8. Cohibeat ſe à ludis ſeculi, qui perfectam vult conſequi gratiam. *De vera & falſa pœnit. cap. 15. poſt med. pag. 747. B. tom. 4.*

9. Parvulis eſt ludere, perfectis autem viris lugere. *De ſalutar. docum. cap. 43. in princ. pagina 761. littera B. tom. 1.*

S. BASILIUS SELEUC. 10. A ludis diabolicis mentem avertamus, ne diaboli ſimus hæredes. *Orat. 27. ſub finem, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 3. pag. 446. columna 2. edition. Coloniensis 1618.*

S. BERNARD. 11. Ludam ut vilior fiam, ludam ut illudar: ludamus ergo, ut illudamur. *Profec.*

12. Bonus ludus, quo Michol iraſcitur, & Deus delectatur: bonus ludus, qui hominibus quidem ridiculum, ſed Angelis pulcherrimum ſpectaculum præbet. *Ep. 87. ad Ogerium canonicum regular. ſub fin. fol. 229. col. 1. C.*

13. Ludis cum illuſore, neſcis quia Iſmaël eſt, qui tecum ludit? ludus iſte non eſt pueritiæ, nec ſimplicitatis, vel innocentiæ, ſed illuſio eſt animæ, ſed perſecutio, ſed mors. *Lib. Medit. cap. 17. in medio, fol. 325. col. 4. L.*

S. BONAVENT. 14. Ludus remiſſam facit animam, *Lib. 3. Pharetræ. cap. 45. poſt medium, pag. 172. col. 2. D. tom. 6.*

CLEMENS ALEX. 15. Prohibendus eſt teſſerarum ludus, & ex talium ludo lucri ſtudium. *Lib. 3. pædag. cap. 11. poſt med. fol. 52. pag. 2. littera A.*

16. Qui ludo vacant, non poſſunt taliter recreare animum abſque damno. *Ibidem.*

CONCILIUM TRIBURIENSE. 17. Quicumque clericus in ludis mortuus fuerit, neque in oblatione, neque in oratione pro eo poſtuletur. *Et habet. in decret. Gratiani. part. 2. cauſa 23. quæſt. 8. can. Quicumque fol. 309. columna 2.*

S. CYPRIANUS. 18. Alea laqueus eſt diaboli manifeſtus, & venenum portans lethale ſerpentis. *De Aleatorib. cap. 2. ab initio, pagina 493. columna 2. tom. 3.*

19. Alea diaboli eſt venabulum, & delicti vulnus inſanabile. *Ibidem, circa medium, &c.*

20. Aleatoribus diabolus præſtò eſt, ad capiendum ſubmiſſus, & cùm ceperit de captivo triumphum, perfidia & falſa teſtimonia ſequuntur. *Ibidem.*

21. In aleæ ludo mentis eſt furia, & venale perjurium, imperium & colloquium ſerpentinum. *Prof.*

22. Illic rabioſa amicitia, illic atrociſſimi ſceleris fraternitas diſcordans, illic convitia & audacia ſæva, & mens inſana, & fera impatientia. *Ibidem, poſt medium,*

23. Ubi poſſeſſionum amiſſio, & pœcuniarum ingentium perditio, monſtrum & demonſtrans litigioſum, furax dementia. *Ibidem; poſt medium, &c.*

24. O aleatorum noxia, ſedentaria & pigra nequitia! ô manus crudeles, & ad periculum ſui armatæ! quæ bona paterna & opes avorum ſudore quæſitas ignominioſo ludo dilapidant. *Ibid. poſt med. pagina 494. columna 1.*

25. Alea eſt, quam lex odit: alea eſt, quam ſequitur crimen ignobile, ubi manifeſta tentatio eſt, & pœna occulta *Profec.*

26. Alea eſt alveus mali, & ſupplantatio amici, quæ nec lucrum confert, ſed totum conſumit. *Ibidem, prope finem.*

27. Aleâ qui ludit, priùs authori ejus diabolo ſacrificare debet, quod Chriſtianis non licet. *Ibidem, cap. 3. poſt medium, pag. 494. columna 2.*

28. Chriſtianus quicumque es, & aleâ ludis; non Chriſtianum, ſed Ethnicum tibi nomen eſt. *Ibidem.*

29. Aleator quicumque es, Chriſtianum te dicis, quod non es, quia ſeculo particeps es: nec amicus Chriſti potes eſſe, qui cum inimico Chriſti tenes amicitiam. *Ibidem, in fine, &c.*

S. Cyprian. 30. O ars infeſta! quæ non divitias, ſed nuditatem & inopiam præſtat; manus carniſex, manus noxia, quæ nec poſt lucra deſinit; ſed adhuc poſt damna ludit. *Ibidem, cap 4. ante med pag. 495. col. 1.*

31. Chriſtianus qui aleâ ludit, ad ſacrificium zabuli immolantibus pœnis authoris, manus polluit. *Ibidem.*

32. Quiſquis aleator es, tuus & hæreditatis tuæ inimicus es. *Ibidem, cap. 5. in princip. pagina 495. columna 1.*

33. Aleâ ne luſeris, ubi luſus nocivus eſt, & crimen mortale: ubi dementia ſine conſideratione, ubi nulla veritas, ſed mendaciorum mandra. *Ibid. prope fin. pag. 495. col. 2.*

S. Cyrillus Hierosol. 34. Nepos quidam meus, Ruffus nomine, in decimo octavo ſuæ ætatis anno expiravit: oranti mihi die quodam, horâ nonâ apparuit dicens ſe damnatum; pro nulla, inquit, me ſcias cauſa fore damnatum, niſi quia in ludis maximè delectabar. *Profec.*

35. Ecce quantum turpiſſimum ludi ſcelus divinæ abhorrent Majeſtatis oculi. *Ep. ad Aug. de miraculis Div. Hieron. quæ eſt penultima tomi 4. Ep. D. Hieron. poſt med. pag. 379. A.*

S. Ephræm. 36. In rebus ludicris non eſt tempus à Chriſtianis conſumendum. *De ludicris, in principio, pag. 107. A. tom. 1.*

S. Hieronym. 37. Ita anima Chriſtiana ludat, ut & ludus ipſe eruditio ſit. *Tom. 1. Ep. 7. ad Lætam. ante medium, pagina 55. littera A.*

S. Joannes Chrysost. 38 Belli tempus eſt, & ludis. *Ser. 17. ſup. Ep. ad Epheſ. in moralı, poſt init. col. 1061. A. tom 4.*

39. Aleas tractare pernicioſum eſt, & infinita vitæ mala ſolet inferre. *Hom. 15. ad popul. Antioch. poſt med. col. 142. A. tom 5.*

40. Circa aleas ſtudium, blaſphemias, jacturas, iras, convitia, infinitaque alia his graviora ſæpè producit. *Ibidem.*

41. Non Deus dat ludere, ſed diabolus. *Homil. 6. ſup. Matth. oper. perf. poſt med. columna 66. littera A. tom. 2.*

Ioan. Saresb. 42. Nonne tibi videtur aleator ineptus, qui teſſerarum non tàm vivit, quàm perit ex gratia, & omnem jactum ſortis ſuæ præſulem facit? *Profec.*

43. Eſt ne ars accommoda rationi, cujus quantò quiſque ſtudentior, tantò erit ſtudioſior? *Libro 1. de Nugis curial. cap. 5. in princ. apud Bibl. Patr. tom. 15. pag. 345. col. 2. H edit. Colon. 1622.*

44. Nonne ſatis improbata eſt cujuſque artis exercitatio, quâ quantò quiſque doctior, tantò nequior? Aleator quidem omnis hic eſt. *Profec.*

45. Mendaciorum ſiquidem & perjuriorum mater eſt alea, & aliena concupiſcentia ſua prodigit, & nullam habens patrimonii reverentiam, cùm illud effuderit, ſenſim in furta dilabitur & rapinas. *Ibid. in medio, pag. 346. col. 1. B.*

46. Aleam à regione morum illius authoritas prorſùs exterminat, qui univerſum orbem docens in filio, eam denuntiat omnibus fugiendam. *Profec.*

47. Ab ea ſiquidem armantur ad lites homines, incurrunt inimicitias, in miſeram etſi non miſerabilem incidunt egeſtatem. *Ibid. C.*

S. Isid. Hisp. 48. Ab hac arte aleæ fraus & mendacium, atque perjurium numquàm abeſt, poſtremò & odium & damna rerum. *Libro 18. Etymolog. cap. 66. pagina 253. columna 2.*

Salvianus. 49. Dùm in theatris & circis ludimus, deperimus. *Lib. 6. de Gubernat. Dei, à medio, apud Bibliothecam Patrum, tom. 5. part. 3. edition. Colonienſis 1618.*

50. Cùm duo ſint maxima mala, ſi homo aut ſeipſum perimat, aut Deum lædat, hoc utrumque in ludis publicis agitur. *Ibidem.*

51. Nos & in metu captivitatis ludimus, & poſiti in mortis timore ridemus. *Ibidem, lib. 7. poſt initium, pagina 352. col. 2. lit. F.*

Sententiæ Paganorum.

Aristotel. 52. Ludi, qui remiſſionis animorum, & oblectationis cauſâ ſunt inſtituti, per ſe ſunt expetendi. *Libro 10. Moral. cap. 6. ante medium, edit. Pariſienſ. 1565.*

Cicero. 53. Quos homines alea vincit, eos ferro ſtatim vincit. *Libro 4. de arte Rhetor. ad Herenn. ante medium. tom. 1.*

54. Non à naturâ ita generati ſumus, ut ad ludum facti eſſe videamur, ſed ad ſeveritatem potiùs & ad quędam ſtudia graviora atque majora. *Profec.*

55. Ludo autem uti illo quidem licet, ſed ſicut ſomno & quietibus cæteris, tùm cùm gravibus ſeriiſque rebus ſatisfecerimus.

56. Ipſum genus ludendi non profuſum, nec immodeſtum, ſed ingenuum & facetum eſſe debet.

57. Sicut enim pueris non omnem ludendi licentiam damus, ſed eam quæ ab honeſtatis actionibus non ſit aliena; ſic in ipſo aliquod probi ingenii lumen eluceat.

58. Ludendi etiam eſt quidam modus retinendus, ut ne nimis omnia profundamus, elatique voluptate in aliquam turpitudinem dilabamur. *Lib. 1. de Offic. poſt med. tom 4.*

Mimus Publ. 59. Aleator quantò in arte eſt melior, tantò eſt nequior. *In ſuis. ſent. ſent. 34.*

Lux.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

Etymologia.

Hugo Card. Lux dicitur à luendo, quia luit, ideſt, purgat tenebras. *Super Geneſ. cap. 1. folio 1. columna 3. tomo 1.*

Definitio.

S. Bonavent. Lux eſt qualitas activa corporis luminoſi. *Libro 2. Compendii Theolog. verit. cap. 16. in princ. pagina 705. col. 2. tom. 7.*

Aristoteles. Lux eſt actus lucidi, ſecundùm quod lucidum eſt. *Lib. 2. de anima, cap. 7. & habet. apud Bedam, tom. 2.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius. 1. Quælibet jacula juſto nocere non poſſunt, cui Deus lux eſt. *De Nabuthe, cap. 14. ſub fin. columna 1117. C. tom. 4.*

S. Augustin. 2. Oculis ægris odioſa eſt lux, quæ puris amabilis eſt. *Lib. 7. Confeſſ. cap. 16 in princ. pag. 95. B. tom 1.*

3. Lux viribus excellit omnes ſenſus corporeos. *De Morib. Eccleſ. cap. 20. in princ. tom. 1.*

4 Prævaricatorem legis, lux deſerit veritatis, qua deſertus fit cæcus. *De nat. & grat. cap. 20. pag. 500 D. tom. 7.*

5. Sicut oculus corporis, etiam pleniſſimè ſanus, niſi candore lucis adjutus non poteſt cernere: ſic homo, etiam perfectiſſimè juſtificatus, niſi æterna luce juſtitiæ divinitùs adjuvetur, rectè non poteſt vivere. *Ibid. cap. 6. in fine. pag. 500. D.*

6. Anima avertens ſe à luce juſtitiæ, quantò magis quærit quod inveniat contra juſtitiam, tantò plus à luce repellitur, & in tenebroſa demergitur. *Sup. Pſ. 63. ante med. verſ. 6. Scrutati ſunt iniquitates, &c. pag. 447. B. tom. 8.*

7. Lux etſi per immundos tranſeat, non inquinatur. *Tract. 5. ſup. Evang. Ioan. de cap. 1. pag. 21. B. tom. 9.*

* hhhhh iij

S. Augustin. 8. Luce iſta mali malè utuntur, malè vivendo enim etiam ipſam lucem quam vident, ad miniſterium ſcelerum ſuorum uſurpant. *Ibidem, tract. 27. poſt medium, de cap. 6. pag. 160. C.*

9. O lux quam non videt alia lux, lumen quod non videt aliud lumen; lux quæ obtenebrat omnem lucem, & lumen quod excæcat omne extraneum lumen. *Proſecutio.*

10. Lux à quo omnis lux, lumen à quo omne lumen: lumen ad quod omne lumen eſt tenebra: ad quod omnis lux, obſcuritas.

11. Lux, cui omnes tenebræ, lumen: cui omnis obſcuritas, lux.

12. Lux ſuprema, quam cæcitas non obnubilat, quam caligo non hebetat, quam tenebræ non obſcurant, quam nulla obſtantia claudit, quam nunquàm ſeparat aliqua umbra.

13. Lux, quæ illuminas omnia tota ſimul, ſemel & ſemper abſorbe me in claritatis abyſſum, ut videam undique te in te, & me in te, & cuncta ſub te. *In Soliloq. animæ, capite 13. in principio, pagina 524. littera C. tom. 9.*

14. Lux beatiſſima nonniſi à purgatiſſimis oculis videri poteſt. *Ibidem, cap. 34. poſt medium, pag. 539. B. tom. 9.*

15. Multi ſunt qui in luce ambulare ſe putant, & foris claros exiſtere ſe exiſtimant, cùm intùs tenebroſi perſiſtant. *Sermone 62. ad fratres in Eremo, circa init. pag. 1002. C. tom. 10.*

16. Lux divina, animæ tenebras fugat. *Ex hab. apud Grat. in decret. part. 2. de pœnit. diſt. 1. can. Reſuſcitatus. fol. 379. col. 3.*

17. Omnis qui odit malum, in luce agit: qui autem in luce agit, in Chriſto operatur, qui in Chriſto operatur, ejus filius probatur. *Ibidem.*

18. Ipſa regina cœlorum, lux iſta perfundens cuncta quæ cernimus, ſi repentè ſubtrahatur, cum deſiderio requiritur; & ſi diù abſit, contriſtat animam. *Lib. 10. Conf. cap. 34. poſt init. tom. 1.*

19. Lux adeſt oculis, & videntis & cæci: ſed videnti adeſt præſens, cæco verò abſens. *Epiſt. 3. ante med. tom. 2.*

20. Propinquare luci merito perhibentur oculi, qui ſanitatis acceſſu aciem recipiendo, lucem recipiunt. *Ep. 57. ante med. tom. 2.*

21. Lucis abſentia tenebrarum nomen accepit. *De Geneſi contra Manichæos, libro 1. cap. 4. in medio, tom. 1.*

22. Oculi luce paſcuntur, ita ut ipſam lucem, qua reficiuntur, videre non poſſint, & ſi diutiùs abfuerit, extinguntur, & tanquàm moritur in eis ipſa acies lucis. *Tract. 13. ſup. Ioan. ante med. tom. 9.*

23. Deus lux eſt longè præſtantior, quàm ſol & luna. *Tract. 1. ſuper Epiſt. Ioan. longè poſt initium, tom. 9.*

24. Aliud eſt lux quod eſt Deus, aliud lux quod fecit Deus. Incomparabiliter autem melior lux ipſe qui fecit, nullo modo indigens ea luce quam fecit. *Lib. 1. contra adverſ. legis. cap. 7. ante fin. tom. 6.*

25. Effuſione lucis adjuvamur ad capienda ſpatia locorum. *Libro 6. de Muſica, cap. 8. circa med. tom. 1.*

26. Lucem intelligentiæ ſpiritalis, immunda corda non portant. *Lib. 1. de Adult. conjug. cap. 27. poſt init. tom. 6.*

S. Basil. Mag. 27. Si cæco pœna eſt hanc non videre lucem, qualis pœna eſt peccatori vera luce privatum eſſe? *Homil. 6. in Hexam. poſt initium, pagina 28. tom. 1.*

S. Bernard. 28. Digna res eſt ponere in lumine lumen abſconditum, ne ſibi ſoli vivat, qui & alios ad vitam trahere poſſit. *Ep. 155. ad Innocent. Pap. in principio, folio 242. col. 2. D.*

S. Bonavent. 29. Quis eſt hodie lux incorrupta, lux pura, lux immaculata? *Serm. 1. de Ioan. Bap. ante medium. pag. 256. col. 1. tom. 3.*

S. Bonavent. 30. Lux nihil habet immunditiæ admixtum, immò in tantùm eſt pulchra, ut non fiat immunda tranſiens etiam per immunda. *Serm. 1. de una virg. & in ord. 32. ante med. pag. 344. columna 1. tom. 3.*

31. Lux eſt {
Cœli purpura.
Maleficorum inimica.
Navigantium directio.
Oculus noctis.
Facies omnium rerum }
Libro 2. compend. Theolog. verit. cap. 6. ante medium, pag. 706. col. 1. A. tom. 7.

32. Lux rectum habet inceſſum, & nullo modo incedit per curvum. *Ibidem, in medio, &c.*

33. Lux omnibus rebus decorem tribuit, & abſque illa cuncta ſunt ignota & abſcondita. *Ibidem.*

34. Lux ſine ſui diminutione, ubique ſe diffundit. *Ibidem, poſt med.*

35. In inferno eſt aliquid obſcuri luminis, quo damnati videre poſſint undè doleant, & non undè lætentur. *Ibidem, libro 7. cap. 22. poſt initium, pag. 793. columna 2. C.*

36. Oculis ægris odioſa eſt lux, ſicut noctuis & veſpertilionibus. *Ibidem, lib. 3. cap. 7. à medio, pag. 728. col. 1. E.*

Cassiodorus. 37. Præſentia lucis, noctis abſentia eſt. *Sup. Pſ. 44. ante med. verſ. 9. fol. 67. col. 4.*

S. Cyprian. 38. Avelle radium ſolis à corpore, diviſionem lucis unitas non capit. *De unit. Eccleſ. longè poſt initium, tom. 2.*

S. Dionysius Areopagit. 39. Tenebræ luce fugantur, eoque magis quò lux major eſt. *Epiſt. 1. ad Caium Monach. in principio, apud Bibliothecam Patrum, tom. 1. pagina 159. columna 2. F. editionis Colonienſis 1618.*

Eusebius Emissenus. 40. Lux Chriſti non parietibus obſtruitur, non elementis dividitur, non tenebris obſcuratur. *Proſecutio.*

41. Lux Chriſti dies eſt ſine nocte, dies ſine fine: ubique ſplendet, ubique radiat, ubique non deficit.

42. Lumen Chriſti ſemper micat, radiat, coruſcat, nec aliqua poteſt caligine comprehendi. *Hom. 4. de Paſcha circa med.*

Franciscus Titelman. 43. Lux corporalis & ſolaris, imago quædam eſt & ſymbolum lucis ſpiritualis & divinæ. *Proſec.*

44. Lux iſta eſt pretioſus quidam theſaurus, & ſingulare quoddam peculium maximi pretii, quo Deus ſuos donat, exornat, nobilitatque dilectos.

45. Per ejus lucis infuſionem homines divinæ participes naturæ efficiens; nunc quidem in luce imperfecta fidei & ſpiritalis gratiæ, poſt verò in luce perfecta claræ viſionis & beatæ gloriæ. *In Elucid. ſup. cap. 36. Iob, in fine, fol. 239. pag. 1.*

Gloss. Ord. 46. Qui lucem juſtitiæ non quærit, de tenebris non recedit. *Super Iob, cap. 15. in illud, Non recedet de tenebris, col. 181. A. tom. 3.*

47. Homo vicinior luci, ſentit quid antè fuit: & quò eſt dignior, ſibi videtur indignior, & longè eſſe quò propior. *Ibidem, cap. 39. in calce, col. 382. littera D. tom. 3.*

48. Sicut matutina lux ſolvit tenebras, ita lumen veritatis fugat errores. *Super Iſayam, cap. 58. in illud, Quaſi mane lumen tuum. columna 473. littera B. tomo 4.*

49. Non novit lux tenebras, ideſt, non aſpicit: quia ſi aſpiceret, tenebræ non eſſent. *Sup. Matth. cap. 7. in illud, Numquam novi vos, &c. col. 153. littera B. tom. 5.*

50. Qui vult habere ſocietatem cum luce, pellat tenebras: quia tenebræ cum luce ſocietatem habere

non

non poſſunt. *Super 1. Ioan. cap. 1. columna* 1378. *E. tom.* 6.

Gloss. Int. 51. Magnum eſt malum à luce veritatis deſeri. *Super Pſ* 9. *col.* 502. *tom.* 3.

52. Eâdem cauſâ dicimur lux, qua Chriſtus dictus eſt lux, ut ſimus exemplo ejus illuminantes alios. *Super* 1. *Ioannis cap.* 1. *columna* 1377. *littera B. tomo* 6.

S. Gregorius Magnus. 53. Mors carnis electos luci ſuæ reſtituit, lucem ſuam reprobis tollit. *Lib.*29. *Moral. cap.*6.*prope fin col* 971.*A. tom.*1.

54. Lux ſuperbientis eſt gloria vitæ præſentis. *Ibidem*,

55. Lux viſibilis ſi incautè diligitur, à luce inviſibili cor cæcatur. *Ibidem,lib.*22.*cap.*1. *poſt medium,num.* 3.*col.*733.*A.*

56. Illi in ſancta Eccleſia lucere per exempla aliis poſſunt, qui eruditione Scripturarum, & claritatem acceperunt luminis, & oleum perfectæ charitatis. *Libro* 5.*in* 1. *Regum*, *cap.* 4. *longè ante fin. ſup. illud* 2. *Petr.* 1. *Habetis propheticum ſermonem. col.* 1564. *lit. D. tom.* 2.

57. Ut intimâ luce fruamur, non eſt noſtri conaminis, ſed divinæ dignationis. *Ibidem*, *lib.* 1. *cap.* 1. *Moraliter. longe poſt init. ſup. illud, Et aſcendebat vir ille. col.*1233 *C.*

58. Lucis cognitio per ſpeculum, electorum deſideria ſatiare non novit, ſed excitare. *Ibidem*, *libro* 4. *cap.* 5. *longe ante finem*, *ſup. illud Exod.* 33. *Loquebatur Moyſi Dominus facie ad faciem*, *columna* 1452. *littera C.*

59. Divinæ lucis oſtenſio reprobos & fictos fugit, quæ ſe electis & mundis corde aperit. *Ibidem, libro* 2. *cap.* 4. *longè ante fin. ſup. illud Matth.* 5. *Beati mundo corde. columna*1317. *D.*

60. Lux æterna, quæ Deus eſt, quantò immutabiliter fulget, tantò penetrabiliter videt: neque occulta neſcit, quia cuncta penetrat: neque penetrata obliviſcitur, quia incommutabilis durat. *Libro* 25. *Moral. cap.* 4. *ante finem*, *num.* 6. *columna* 829. *littera C. tom.* 1.

61. Lux noſtra, patria æterna eſt. *Ibidem*, *libro* 16. *cap.* 25. *in fine*, *num.* 29. *col.* 555. *littera A.*

62. Neceſſe eſt, ut ſi verè intendimus illuminata cernere, ſtudeamus mentis oculos ad ipſum illuminans lumen aperire. *Ibidem, libro* 23.*cap.*1. *longe poſt init. col.*762. *B.*

63. Lucem debet conſpicere, qui vult de tenebris judicare: ut in illa videat, quid de tenebris æſtimet, per quas videre præpeditur. *Ibidem, lib.*24.*cap.*6. *ante medium, num*, 9.*col.* 802. *A.*

64. Lux miſeris datur, cùm tolerare honoris onera compelluntur. *Ibidem*, *libro* 5. *capite* 2. *in medio*, *ſuper illud Iob* 3. *Data eſt miſero lux.*

65. Æternæ lucis quanta ſit claritas neſciunt, qui tranſitoriis occupationibus obcæcantur: & dùm de terrenis rebus ſuperbiunt, cœleſtia ſibi luminis aditum claudunt. *Ibidem, lib.*27.*cap.*7.*in fine*, *num.* 10. *col.* 906. *B.*

S. Gregor. Naz. 66. Deus lux eſt, ac lux quidem ſumma, cujus tenuis quidam defluxus ac irradiatio, omne lumen exuperat infernum, etiamſi ſplendidiſſimum appareat. *Orat.* 20. *de Modeſtia ante medium*, *pagina* 175.

S. Hieron. 67. Clarius fit lumen, comparatione tenebrarum. *Tom.* 1. *Epiſt.* 46. *ad Ruſtic. poſt initium*, *pag.* 120. *littera C.*

Hugo Card. 68. Si vis videre lucem æternam; primò ſtude ut ſis in luce per cordis munditiam. *Sup.Gen. cap.*4. *Allegorice. folio* 7.*col.*1. *tom.* 1.

69. Deſpectâ luce hujus mundi (quæ eſt lux morientium) ad æternam lucem ſecurrant homines; ibique vivant, ubi rerum lumen videant, ubi idem eſt lux & vita. *Sup. Iob,cap.*33, *in fine*, *fol.* 441. *col.* 4. *tom.* 1.

Hugo Card. 70. Duplex lux eſt neceſſaria, maximè prælatis: lux ſcientiæ, & lux gratiæ. *Super Pſ.* 117. *fol.* 302. *col.* 2. *tom.* 2.

71. Lux juſtorum, eſt præſens tribulatio, atque tentatio: quia illâ illuminante, vident quomodo ſit ambulandum: hæc eſt enim collyrium, quo inuncti oculi clariùs vident. *Sup. Prov. cap.* 13. *fol.* 28. *columna* 4. *tom.* 3.

S. Ioannes Chrysostom. 72. Nemo captus luminibus, lucis jucunditatem cognoſcere poteſt. *Hom.*84. *ſup. Matth. oper. perf. ante fin. col.* 676. *A. tom.* 2.

73. Furi lux inimica eſt. *Hom.* 28. *ſup.* 2. *Cor. in med. Moralis, col.* 865.*D. tom.* 4.

74. Non lux illa bona eſt, quæ non fugat tenebras, ſed denſat. *Hom.*13.*ſup.*1. *Cor. poſt medium*, *col.*425. *A. tom.* 4.

75. Lux arguit ea, quæ in tenebris fiunt. *Sermone* 18. *ſup. Ep. ad Epheſ. in illud*, *Omnia quæ arguuntur, à luce, &c. tom.*4.

S. Ioan. Dam. 76. Lux numquàm caligo erit, quamdiù lux fuerit. *Libro* 1. *Parall. cap.* 19. *poſt medium, fol.* 20.*pag.* 2. *littera A.*

S. Irenæus. 77. Sequi lumen, participare eſt lumen: qui in lumine ſunt, non ipſi lumen illuminant, ſed illuminantur & illuſtrantur ab eo. *Lib.*4.*adverſ. Hæreſ. cap.*28 *in principio, pag* 227.

78. Hi qui fugiunt lumen, dignum fugæ ſuæ habent locum. *Ibidem*, *cap.* 76. *ante finem*, *pagina* 288.

Lact. Firm. 79. Multi lucem relinquunt, ut in tenebris cæci ac debiles jaceant. *Lib.* 1. *de divin. inſtit. cap.* 1. *in fine*, *pagina* 4.

80. Sicut lux eſſe ſine igne non poteſt, ſic vita ſine luce, *Ibidem*, *libro* 7. *cap.* 9. *ante fin. pagina* 304.

81. Lumen mentis humanæ Deus eſt. *De Ira Dei*, *cap.* 1. *in medio*, *pag.* 332.

S. Laurent. Justin. 82. Lucem debet intueri, qui vult de tenebris judicare. *De ligno vitæ tract.*12. *de Humilit. cap.* 4. *in medio*, *pag.* 66. *col.* 2. *F. part.* 1.

S. Leo I. 83. Lux ſeparetur à tenebris; & fugiant filios diaboli, filii veritatis. *Serm.* 4. *Quadrag. in fine.*

84. Major eſt lux humilibus, quàm ſuperbis. *Ser.* 8. *de jejun ſeptimi menſis. ante finem.*

Petrus Bles. 85. His, qui de tenebris progrediuntur ad lumen, lux imprimis moleſta eſt, donec oculi lumini aſſueſcant. *Ep.*137 *ad Alexandr. de S. Albano. ante medium, apud Bibl. Patrum, tom.* 12. *part.* 2. *pag.* 812. *col.* 2. *E. editionis Colon.*1618.

S. Petrus Chrysolog. 86. Lucem tenebræ fugiunt, tenebræ luce redeunt abſcedente. *Ser.* 44. *poſt med. apud Bibl. Patrum, tom.* 5. *part.* 2. *pag.* 694. *columna* 2. *littera F. editionis Colon.* 1618.

Philo Jud. 87. Brevis lux melior eſt, quàm æternæ tenebræ. *Libro Quis rerum divinar. hæres ſit. poſt med. pag.* 719. *tom.* 1.

Richardus S. Victore. 88. Cùm Dominus ſit lux vera, more ſolis eo ipſo quo reſpicit, illuſtrat, accendit, & illuminat. *Part.*1.*lib.*1. *de erudit. hom. inter. cap.* 35. *poſt med. pag.* 118. *col.* 2. *lit. B.*

S. Thomas Aquinas. 89. Lux major offuſcat lucem minorem alteriùs corporis illuminantis: non tamen evacuat, ſed perficit lucem corporis illuminati. *Part.*3.*quæſt.* 5. *art.*4.*in corpore ad* 2.

90. Lux in corporibus primum tenet locum. *Part.* 1. *quæſt.*67. *art.* 2. *in princ.*

SENTENTIÆ PAGANORUM.

Aristotel. 91. Lucis abſentiâ omnis obfuſcari, opacarique ſolent. *Sect.*15. *Problem. quæſt.*14. *tom.* 2.

Vide etiam, tit. Damnatio. ſent. 31. *Differentiæ. ſent.* 36. *Fervor. ſent.*7. *Liberum arbitr ſent.* 122. *Monachus ſent.* 118. *Pauli encomia ſent.* 1. *Quærere ſent.* 156. *Sapientia. ſent.*81. *Viſio Dei ſent.*72.

Luxuria.

ETYMOLOGIA, DEFINITIO, PRODUCTIO, COMPARATIO.

Etymologia.

S. Antonius de Pad. Luxuria dicitur à luxu cibi & potus & veſtitus, quorum affluentis caro viva & penetrans luxuriatur. *Serm. Dom. 3. poſt Epiphan. poſt initium, fol. 35. pagina 1.*

Definitio.

S. Antoninus. Luxuria eſt inordinatus appetitus venereorum *Part. 2. tit. 5. de Luxuria. cap. 1. poſt initium, fol. 180. columna 3.*

Luxuria eſt inordinata carnis petulantia, dulce venenum, importuna lues, pernitioſa potio, quæ corpus humanum debilitat, & virilis animi robur enervat. *Part. 2. tit. 5. de Luxuria. cap. 1. §. 11. ante med. fol. 184. col. 4.*

S. Augustin. Luxuria eſt abutendi intemperantia *Lib. 3. de doctr. Chriſt. cap. 18. ſub fin. tom. 3.*

S. Bonavent. Luxuria eſt libidinoſæ voluptatis appetitus. *Part. 1. Centiloq. ſect. 24. in principio, pag. 5. col. 1. E. tom. 6. part. 1.*

Hugo a S. Victore. & Joan. Gers. Luxuria eſt ex immundis deſcendens deſideriis lubrica & effrænata mentis corporiſve proſtitutio. *De fruct. carnis & ſpiritus. cap. 10 in princ. pag. 161. E. tom. 2. Et Joan. Gerſon. part. 4. in deſcript. term. in fine, verbo Luxuria. fol. 28. col 4. N.*

S. Thomas Aquinas. Luxuria eſt vitium capitale, cujus propria materia eſt delectatio venerea, & ſecundaria cujuſlibet rei ſenſibus jucundæ abundantia. *2. 2. quaſt. 153. in axiomate, pag. 261. col. 1.*

Productio.

S. Ambrosius. Luxuria mater libidinis eſt. *Lib. 10. Epiſt. 82. ad Vercellenſ. Eccleſiam, longe ante medium, columna 659. B tom 3.*

S. Antoninus Decem ſunt occaſiones luxuriæ, his verſibus contentæ.

Otia, ſegnities, ſomnus, caro, fœmina, vinum,
Proſperitas, ludus, carmina, forma, puer. *Parte 2. tit. 5. de Luxuria. cap. 1. §. 2. in princ. fol 81. columna 2.*

S Cyrillus Alex. Luxus in corporibus eſt radix veluti quædam, & parens rabidæ atque efferatæ voluptatis. *Homil. 22. de feſtis Paſchal. poſt init. pagina 236.*

S. Edmundus. De luxuria naſcuntur cæcitas cordis, inſtabilitas voluntatis, impetuoſitas, præcipitatio, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſeculi, error, & deſperatio futuri. *In ſpeculo Eccleſiæ. cap. 8. poſt med. apud Biblioth. Patrum tom. 13. pag. 358. col. 2. lit. F. edit. Colonienſis 1618.*

Euserius Emiss. De luxuria creſcit illecebra, & pereuntem perditio plus delectat. *Hom. 3. de Epiphania. ante medium, apud Bibl. Patrum, tom. 5. part. 1. pag. 549. col. 1. C. editionis Colon. 1618.*

S Gregorius Magnus. De luxuria cæcitas mentis, inconſideratio, inconſtantia, præcipitatio, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſeculi, horror autem, vel deſperatio futuri, oriuntur. *Lib. 31. Moral. cap. 17. poſt medium, ſup. illud Iob, 39. Exhortationem ducum, &c. columna 1082. littera D. tom. 1.*

S. Hieronym. Luxuria mater libidinis eſt, ventremque diſtentum cibo & vini potionibus irrigatum, voluptas genitalium ſequitur. *Tom. 3. Ep. 25. ad Amandum, ante med. pag. 135.*

Hugo a S. Victore.

Luxuriæ comites ſunt,	Voluptas.
	Laſcivia.
	Ignavia.
	Petulantia.
	Titubatio.
	Blanditiæ.
	Delitiæ.
	De fruct. carnis & ſpirit. cap. 10. in princ. pag. 161. E. tom. 2.

Lact. Firm. Ex rerum proſperitate luxuria, ex luxuria verò vitia omnia naſcuntur. *De div. inſtit. lib. 2. de origine erroris, cap. 1. poſt med. pagina 51.*

Comparatio.

S. Isidorus Hispal. Sicut clavus clavum expellit, ita ſæpè recordatio ardoris gehennæ, ardorem excludit luxuriæ. *Libro 2. de ſummo bono. cap. 39. ſent. 23. pag. 650. col. 1.*

S. Nilus. Quemadmodùm furor ignis in ſtipula ſæviens, coërceri non poteſt: ita luxuriæ vis in corpore cibis diſtento percurrens retineri nequit. *Orat. 2. de Luxuria. in medio, apud Bibl. Patrum. tom. 5. part. 2. pag. 970. col. 1. A. editionis Colon. 1618.*

Sententiæ Patrum.

S. Ambrosius. 1. Ægritudo carnis peccatum repellit, luxuria autem carnis culpam adolet. *Lib. 1. de pœnit. cap. 13. in princ. col. 177. D. tom. 1.*

2. Nemo ſe luxui committit, niſi qui recedit à præceptis Dei veri: ubi autem cœperit quis luxuriari, incipit deviare à fide vera. *Lib. 6. Ep. 36. ad Sabinum Epiſc. in fin. col. 558. D. tom. 3.*

3. Quo copioſior fuerit luxuries, eò pernitioſior intemperantia eſt. *Lib. 6. Hexam. cap. 2. ante med. col. 878. A. tom. 4*

4. Luxurioſo carere delitiis, pœna eſt. *Lib. 8. ſup. Luc. cap 16. in fine, col. 1756. B. tom. 5.*

S. Antoninus 5. Nulla virtus vera poteſt eſſe ſimul cum luxuria, ſed ſimul omnes corruunt. *Part. 2. tit. 5. cap. 1. §. 11. poſt med. fol. 189. col. 1.*

6. Amara eſt mors corporalis, quia ſeparat animam à corpore: ſed amarior eſt luxuria, quia ſeparat animam à Deo, & cœleſti curia. *Part. 2. tit. 5. cap. 5. §. 3. poſt med. fol 192. col. 4.*

S. Antonius de Padua. 7. Sicut clavus clavum ejicit, ſic timor gehennæ delectationem luxuriæ. *Serm. Dom. 2. Quadrag. circa med. fol. 79. pag. 2.*

8. Luxurioſo deliciis carere, maxima pœna eſt. *Serm. Dom. 2. poſt Trinit. poſt med. fol. 174. pag. 2.*

S. Augustin. 9. Luxuria ſatietatem atque abundantiam ſe cupit vocari. *Lib. 2. Confeſſ. cap. 6. poſt med. pag. 57. littera A. tom. 1.*

10. Quomodo coluber non apertis paſſibus, ſed ſquamarum minutiſſimis niſibus repit: ſic lubricus deficiendi motus negligentes minutatim occupat, & incipiens à perverſo appetitu ſimilitudinis Dei pervenit ad ſimilitudinem pecorum. *Lib. 12. de Trin. cap. 11. in princ. pag. 283. B. tom. 3.*

11. Pauperem egeſtas revocare debet à cupiditate luxuriæ. *De quaſt. vet. & novi Teſtam. quaſt. 124. in med. pag. 615. A. tom. 4.*

12. Non eſt luxuria vitium pulchrorum ſuaviumque corporum, ſed animæ perverſè amantis corporeas voluptates, neglecta temperantia, qua rebus ſpiritaliter pulchrioribus, & incorruptibiliter ſuavioribus coaptamur. *Lib. 12. de Civ. Dei. cap. 8. ante med. pag. 215. A. tom. 5.*

13. Si iniquum eſt aviditate poſſidendi, tranſgredi limitem agrorum: quantò eſt iniquius libidine concumbendi, ſubvertere limitem morum? *Ibid. lib. 15. cap. 16. paulo poſt med. pag. 280. C. tom. 5.*

14.

Digitized by Google

S. AUGUSTIN. 14. Libidinoſa crudelitas, vel libido crudelis eſt, ubi propter luxuriam ſterilitatis venena procurantur. *Libro 1. de Nuptiis, cap. 15. poſt medium, pagina* 555. *A. tom. 7.*

15. O quàm parva concubitus hora, quâ perditur vita æterna! quod ergo emolumentum affert corpori, quodve tribuit lucrum, quod tàm citò ducit animam ad tartarum? *De conflictu vitior. & virt. cap. 24. in fine, pag. A. tom. 9.*

16. Infelix commercium, pro tàm brevi gaudio, cœleſti privari regno, & ineffabilis miſeria cum diabolo pati ſupplicia. *De contemptu mundi, cap. 7. in fine. pag.* 646. *B. tom. 9.*

17. Luxuria ita deprimit hominem intra ſe, ut cùm factus ſit ad imaginem Dei, velut porcus in luto vivere quærat. *Ser. 42. ad fratr. in Eremo, circa medium, pag.* 977. *B. tom. 10.*

18. Luxuria eſt
- Peſſima virtutum deſtructio.
- Vitiorum augmentatio.
- Delectationis combuſtio.
- Charitatis diminutio.
- Burſarum evacuatio. *Ibidem, ſerm. 47. ante med. pag. 98. littera D.*

19. Nulla virtus, nulla bonitas, nulla ſapientia cum luxuria ſtare poteſt. *Ibidem, ante finem, pagina* 987. *littera B.*

S. BERNARDIN SEN. 20. Luxuria eſt ſitis ebria, delectatio momentanea, amaritudo æterna: lucem odit, tenebras appetit, velamen quærit, ſenſus hebetat. *Serm. 18. Dom. 2. Quadr. art. 2. cap. 2. in fine, pagina 102. columna 1. littera C. tom. 1.*

S. BERNARD. 21. Luxuriæ currus quadriga volvitur vitiorum, ingluvie videlicet ventris, libidine coitus, mollitie veſtium, otii ſoporiſque reſolutione, trahitur equis duobus, proſperitate vitæ, & rerum abundantia: & qui his præſident duo, ignaviæ torpor, & infida ſecuritas. *Sermone 39. ſuper Cant. poſt medium, fol. 167. columna 2. lit. D.*

22. Largi ſunt luxurioſi, emptores auro ventum de ore adulatorum. *Ibid. ante fin. fol. 167. columna 2. littera D.*

23. O nobilis creatura, quæ in croceis es nutrita, quare ſtercora amplexaris? *Serm. de 7. grad. Confeſſ. ante med. fol. 356. col. 2, I.*

24. Luxuria carnem debilitat, fractamque celeriter ducit ad ſenectutem. *Serm. 22. ad Sororem. in principio, fol. 87. F.*

25. Luxuria inimica eſt Deo, & paternæ benedictionis atque ſubſtantiæ perditio. *Ibidem, ſerm. 23. ab initio, fol. 87. col. 4. K.*

26. Per cibum & potum creſcit luxuria. *Ibidem ſerm. 24. in fine fol. 88. col. 2. F.*

27. Luxuria gravius urit quem otioſum invenit. *Ibidem, ſerm. 51. in fine, fol. 93. col. 3. I.*

28. Libido cedit rebus, luxuria cedit operibus. *Ibidem.*

S. BONAVENT. 29. Vitium luxuriæ meliùs vincitur fugiendo, quàm reſiſtendo. *Serm. 4. tom. 3. poſt Pent. ante med. pag. 149. col. 1. tom. 3.*

30. Abſque comparatione major eſt hodie luxuria hominum, quàm brutorum. *Serm. 1. de uno Conf. & in ord. 23. poſt med. pag. 328. col. 2. tom. 3.*

31. Luxuria occidit hominem triplici morte.
- Morte culpæ.
- Morte infamiæ.
- Morte gehennæ.
- *Tit. 1. diata. cap. 9. ſub finem, pag. 279. col. 2. E. tom. 6.*

32. Subtrahe ligna foco, ſi vis extinguere flammam:
Luxuriat raro, non benè paſta caro. *Ibidem, tit. 2. cap. 6. in princ. pag. 284. col. 1. D. tom. 6.*

S. CÆSARIUS ARELAT. 33. Qui per luxuriam peccaverit in carne ſua, diabolum habet in anima ſua. *Hom. 23. in medio apud Bibliothecam Patr. tom. 5. part. 3. pag. 769. col. 1. A. edit. Colon. 1618.*

DIONYSIUS CARTHUS. 34. Vitanda ſunt fomenta, occaſiones, & cauſæ luxuriæ. *Sup. Ep. 1. ad Cor. cap. 6. art. 6. poſt med. folio 40. C.*

S. EUSEBIUS CÆSARIENS. 35. Enſis diaboli eſt luxuria: heu! quot illa interficit romphæa? *Epiſt. ad Damaſ. Pap. de morte D. Hieron. ante med.*

36. Sicut virginitas hominem æquat Angelis, ita luxuria hominem quaſi beſtificat, & multò pejus beſtiâ eum efficit. *Ibid. &c.*

37. Luxuria
- Corpus debilitat.
- Famam denigrat.
- Marſupia evacuat.
- Furta inſtruit.
- Homicidia cauſat.
- Memoriam hebetat.
- Cor aufert.
- Oculos utriuſque hominis cæcat.
- Præ cæteris iram Dei provocat. *Ibid. &c.*

EUSEBIUS EMISS. 38. Qui obſcœnis & fœtidæ carnis illecebris occupatur, luxuriæ turpis dominæ jugo premitur. *Hom. 11. de Paſcha ab init.*

FRANCISCUS TITELM. 39. Luxurioſi nimio potu, nimiaque venere ſemetipſos enecant, viribuſque exhauriunt, ſicque ſibi mortem ante tempus accerſunt, ſui crudeles interfectores. *In Annot. ſup. Pſ. 13. poſt med. pag. 122.*

GLOSSA ORD. 40. Diabolus fortiter tenet quos capit per luxuriæ vitium. *Sup. Iob. cap. 40. col. 386. in fine lit. F. Moraliter, tom. 3.*

GLOSS. INT. 41. Luxuria conſumit omnia bona naturæ. *Sup. Luc. cap. 15. col. 908. tom. 5.*

S. GREG. MAG. 42. Perpetrata luxuria, ſæpè aut perjurio, aut homicidio tegitur, ne humanarum legum ultione puniatur. *Lib. 25. Moral. cap. 9. col. 838. D. tomo 1.*

43. Tantò pejus intus ante Dei oculos luxurioſus exiſtit, quantò magis ante oculos hominum caſtus apparet. *Ibid. lib. 28. cap. 4. in fine, col. 942. C.*

44. Quælibet alia fuerint bona opera, ſi luxuriæ ſcelus non abluitur, immenſitate hujus criminis obruuntur. *Ibid. lib. 21. cap. 9. poſt med. num. 9. col. 721. littera D.*

45. Multis ſuperbia luxuriæ ſeminarium fuit, quia dùm eos ſpiritus quaſi in altum erexit, caro in infimis merſit. *Ibid. lib. 26. cap. 13. poſt init. num. 12. col. 863. C.*

46. Omnis luxuria in carne perfectè domanda eſt, & à mente radicitùs extirpanda. *Lib. 6. in 1. Reg. cap. 1. ante med. ſup. illud, Non concupiſces ipſius aliquid. col. 1570. D. tom. 2.*

47. Delectatio luxuriæ adinſtar gladii, dùm mentem percutit, virtutis cogitationes, aut operis bonum vivere nequaquàm ſinit. *Ibid. cap. 2. poſt med. ſup. illud, Sine liberis fecit mulieres gladius, &c. col. 1599. B.*

48. Jumenta in ſtercore ſuo putreſcere, eſt carnales homines in fœtore luxuriæ vitam finire. *Hom. 10. ſup Evang. poſt med. col. 351. C. ſup. illud. Ioel. 1. Iumenta in ſtercore, &c.*

S. GREG. NISS. 49. Neceſſe eſt ut luxuria, ubi ſemel radices egerit, & coaluerit, reliquam ſecum nequitiæ materiam trahat. *Orat. 1. de pauperibus amandis. ante fin. col. 626. littera A.*

50. Crudelis domina ac rabioſa eſt luxuria, libidine quaſi ſtimulis ſervilem mentem exagitans. *De vita Moyſis, ante med. col. 135. E.*

S. HIERONYM. 51. Qui luxuriatur, vivens mortuus eſt. *Tomo 2. Ep. 41. ad Ocean. poſt med. pag. 324. C.*

52. Luxuria eſt inimica Deo, inimica virtutibus. *Tome 3. Ep. 24. ad Damaſ. Pap. longe ante med. pagina 128. C.*

S. Hieron. 53. Luxuria eſt cibus dæmonum. *Ibidem, ante med. pagina 129. A.*

54. O quàm acerbus fructus luxuriæ, amarior felle, crudelior gladio! *Tom. 4. Ep. 22. ad Suſannam lapſam, in conſolatione, ante medium, pagina 143. A.*

55. Luxurioſo verbum caſtitatis offenſio eſt. *Tom. 4. Epiſt 37. ad Pammach. & Oceam, circa med. pag. 164. littera C.*

56. Dæmonum cultum ſequitur luxuria. *Lib. 2. ſup. Oſeam, cap. 8 ſup. illud, Væ eis quoniam receſſerunt a me. pagina 28. B. tom. 6.*

57. Qui ſemel ſe luxuriæ permiſerit, non reſpicit Creatorem: gulâ, ventre, & his quæ infra ventrem ſunt delectatur. *Libro 3. ſuper Epiſt. ad Galat. cap. 5. in illud, Manifeſta ſunt, &c. pagina 194. littera C. tom. 9.*

Hugo à S. Victore. 58. Nihil mentem citiùs enervat, quàm cùm aliquis ad luxuriam affectum cordis inclinat *Libro 3. de Clauſtro animæ, cap. 5. ante medium, pagina 60. littera C. tom. 2.*

59. Niſi adjacentem ſubtrahas igni ſtipulam, non ceſſat ignis: ſic luxuria, quamdiù carnalibus deſideriis paſcitur, non extinguitur. *Libro 1. de Nuptiis carnal. cap. 2. in fine, pag. 168. F. tom. 2.*

60. Luxuria
- Gratuita tollit.
- Animam inficit.
- Corpori morbum paralyſis ingerit, & cæcitatem oculis.
- Corpus inquinat.
- Famam deflorat.
- Pecuniam tollit.
- Inimica eſt proximo.
- Fœtet Deo.
- Placet diabolo.
- Odibilis eſt Angelis.
- Ejus ignis deſcendit in infernum.
- Fumus ejus vindictam petens, aſcendit in cœlum.

Libro 4. de propriet. rerum. cap. 10. in fine, pag. 308. H. tom. 2.

61. Tribus modis luxuria nocet.
- Cutis nitore.
- Veſtis decore.
- Exquiſito ciborum ſapore.

Lib. 4. Miſcellan. codic. 2. tit. 65. pag. 209. F. tom. 3.

Hugo Card. 62. Luxuria inter ſeptem mortalia, extremum locum tenet, propter fœtorem & immunditiam. *Sup. Gen. cap 6. fol. 10. col. 1. tom. 1.*

63. Luxuria habet ingluviem ventris, mollitiem veſtis, voluptatem carnis. *Sup. Exod. cap. 15. in princ. fol. 84. columna 3. tom. 1.*

64. Duobus modis perpetratur luxuria, opere & cogitatione. *Super Iob, cap. 31. in princ. fol. 436. columna 1. tom. 1.*

65. Alia eſt luxuria carnis, alia luxuria cordis: illa de corruptione carnis oritur, iſta de caſtitate & cæteris virtutibus naſcitur. *Ibidem, cap. 38. fol. 449. columna 1. tom. 1.*

66. Luxurioſi pleni ſunt luto, ſed vacui caſtitate. *Super Eccleſiaſtic. cap. 24. folio 217. columna 2. tomo 3.*

67. Peccatum luxuriæ eſt quaſi gluten. *Sup. 1. Cor. 6. fol. 87. columna 3. tom. 7.*

68. Luxuria ſus immunda eſt. *Sup. Ep. ad Galat. cap. 2. Moral fol. 152. columna 1. tom. 7.*

S. Innoc III. 69. Familiaris eſt inimicus luxuria, habitans non procul, ſed propè: non exteriùs, ſed interiùs. *Proſecutio.*

70. Nunquàm fugatur, niſi cùm fugitur: nunquàm mactatur, niſi cùm maceratur.

71. Ad cauſam exigit libertatem & abundantiam, ſed requirit ad effectum facultatem, & adjacentiam. S. Innoc III.

72. Hæc omnem ætatem corrumpit, omnem ſexum confundit, omnem ordinem ſolvit, omnem gradum pervertit.

73. Invadit ſenes & juvenes, mares & fœminas, prudentes & ſimplices, ſuperiores & inferiores. *Lib. 2. de contemptu mundi, cap. 22. ferè per totum. pag. 91.*

74. Majus miraculum eſt, de propria carne fomitem luxuriæ eradicare, quàm expellere immundos ſpiritus de corporibus alienis. *Collat. 15. Abbat. Neſteroti. cap. 8. in princ. pag. 664.* Ioan. Cass.

75. Luxuriâ corruptus & petulans, qui ad omnem corporis formam oculos figit, à dæmoniaco non differt. *Homil. 29. ſuper Matth. oper. perf. poſt med. col. 272. B. tom. 2.* S. Joannes Chryſost.

76. Nihil ita reſcindit & ſuffodit, atque corrumpit, ſicut luxuria. *Ibidem, Hom. 45. ante finem, columna 395. littera B.*

77. Talis res luxuria eſt, ut non petulantes ſolùm, verùm etiam homicidas faciat. *Ibidem, hom. 49 poſt med. col. 417. C.*

78. Divitiæ, deliciæ, gloria, amor corporum luxuriari faciunt corpus, vitiant autem animam. *Hom. 18. ſuper Ep. ad Hebr. in princ. Moral. columna 1778. littera B. tom. 4.*

79. Luxuria nunquàm meliùs vincitur, quàm ſi per fugam declinetur. *De inſt. vita ſacerd. cap. 2. ſub finem, pag. 772. col. 2.* Joan. Trithem.

80. Luxurioſis atque ſuperbis dæmones plus fautores exiſtunt: dumque in cæteris vitiis ſpiritus maligni deſerviunt, his tamen majori familiaritate junguntur, eiſque ampliùs famulantur. *Proſec.* S. Isid. Hisp.

81. Per hæc duo vitia diabolus humanum poſſidet genus, vel dùm mentem in ſuperbiam erigit, vel dùm per luxuriam carnem corrumpit. *Lib. 2. de ſummo bono, cap. 39 ſent. 4. pag. 654. col. 2.*

82. Luxurioſa vita carnem citò debilitat, fractamque celeriter ducit ad ſenectutem. *Ibidem, cap. 40. ſent. 5. pag. 656. col. 2.*

83. Luxuria nunquàm faciliùs vincitur, quàm fugiendo: nunquàm cautiùs vitatur, quàm declinando: nunquàm perfectiùs expugnatur, quàm ab ejus congreſſu ſe cohibendo. *Serm. 45. poſt med. apud Biblioth. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 907. col. 1. lit. B. edit. Colonienſis 1618.* Petrus Blesens.

84. Luxuria quandoque ad modicum temperatur, ſed poſtmodùm eò fortiùs revertitur, quò debiliùs ei reſiſtitur. *Ibidem, ſub fin. pag. 907. col. 2. E.*

85. Ubi regnat luxuria, ibi miſerabiliter ancillatur & affligitur anima. *Lib. 4. Epiſt. 10. in principio, apud Bibl. Patrum, tom. 12. part. 2. pag. 576. col. 2. C. editionis Colon. 1618.* Petr. Cell.

86. Cùm luxuria multis ſumptuum indigere non ambigatur expenſis, niſi ea multiplicibus exuberent commodis, fluere nequeunt in oblectationibus voluptatis. *Lib. 1. Ep 15. ad Alexand. Pap. poſt medium, pag. 14. col. 2. C. tom. 1.* S Petr. Dam.

87. Si luxuriæ flamma in oſſibus æſtuat, protinùs illam memoria perpetui ignis extinguat. *Opuſc. 7. cap. 23. poſt med. pag. 461. col. 1. C. tom. 3.*

88. Luxuriam facit & nutrit vini perceptio nimia, non natura. *Lib. 2 de vita contempl. cap. 22. in medio.* S. Prosper.

89. Ubi eſt vita porcina, ibi non manet Chriſtus, ſed diabolus. *Sup. Matth. cap. 8. in calce, pag. 25. B.* Theophilactus.

90. Luxurioſorum cor eſt turpibus concupiſcentiis plenum, de facili ad turpia verba prorumpens. *2. 2. quæſt. 153. art. 5. in corp. ad 5.* S Thomas Aquinas.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

91. Quàm turpe eſt diffluere luxuria, & delicatè ac molliter vivere, quamque honeſtum parcè, continenter, ſeverè, ſobriè. *Lib. 1. Offic. poſt med. tom. 4.* Cicero.

92. Luxuria

luptates non damnatas, ſed relictas petit: & quidem eò vehementiùs, quò occultiùs. *Epiſt.56. à med. pag.* 622. *tom.* 2.

100. Luxurioſo frugalitas pœna eſt. *Ep.* 71. *poſt med. pag.* 666. *tom.* 2.

112. *Gula. ſent.* 8. 27. *Jejunium. ſent* 78. *Libido. ſent.* 33. *Mulier. ſent.* 35. *Reſurrectio à peccato ſent.* 152. *Superbia. ſent.* 162. 163. *Vinum. ſentent.* 35. 45. 70. *Vita humana. ſentent.* 58.

Finis Tomi primi.

A01 1457087

[redacted]

Digitized by Google

H. ~~65~~ 27